

Reverendus admodum
THOMAS TANNER, Asaphensis EPISCOPUS
Primævæ Antiquitatis Custos.

G. Vertue Sculp. 1743.

Bibliotheca Britannico-Hibernica:

SIVE, DE

SCRIPTORIBUS,

QUI IN

ANGLIA, SCOTIA, et HIBERNIA

ad saeculi XVII initium floruerunt,

literarum ordine juxta familiarum nomina dispositis

COMMENTARIUS:

AUCTORE

Viro admodum reverendo, et in patriis antiquitatibus versatissimo,

THOMA TANNERO, Episcopo Asaphensi.

QUI

non tantum SCRIPTORES quam plurimos, a *Lelando*, *Baleo*, *Pitseo*, et aliis praetermissos, e codicibus Mss. nunc primum in lucem protulit; sed NOTIS etiam uberioribus, tum omissa supplevit, tum parum fideliter tradita correxit et illustravit.


OPUS utilissimum, et XL annorum studio ac industria elaboratum.

PRAEFIXA EST

Reverendi et doctissimi viri DAVIDIS WILKINSII S.T.P. et Canonici Cantuar.

PRAEFATIO,

HISTORIAM LITERARIAM *Britannorum* ante *Caesaris* adventum, BIBLIOTHECAE hujus schema, BOSTONUM BURIENSEM, aliaque scitu non indigna complectens.



LONDINI,
Excudit *Gulielmus Bowyer*,
Impensis SOCIETATIS AD LITERAS PROMOVENDAS institutae,
Anno Domini MDCCXLVIII.
[Pr. 1*l.* 5 *s.*]

PRAEFATIO.

Postquam vir reverendus, mihique amicissimus testamenti Tanneriani curator expectationem haud inanem de me sibi fecisset, posse me studio qualicunque non deesse doctissimis fratris sui, episcopi Assavensis, laboribus, quibus se strenuum *Historiae Britannicae et Hibernicae* vindicem et conditorem exhibuit; eosque si non juvare, saltem ornare et industria mea orbi erudito offerre: omnes corporis et animi nervos intendi, ut codices manu exarati fideliter a me descripti, iterum iterumque cum archetypis conferrentur, auctorumque singulorum nomina et res gestae, solutis chartis inscripta, in commodam methodum disponerentur. Utilissimis his lucubrationibus intentus, nullis vigiliis, nullis laboribus peperci, quibus partim meam erga virum hunc omni immortalitate dignissimum observantiam, partim promptissimum meum rempublicam literariam adjuvandi studium commonstrarem: idcirco quum in evolvendis his Mss. per quadraginta fere annorum decursum, diverso tempore, diverso instituto, diversoque calamo et atramento conscriptis, aqua mihi saepe haerebat, palmaria conatuum meorum cura in eo reposita fuit, ut, ubi difficultas aliqua in legendo vel in disponendo ordinate additamenta suboriebatur, locum unum ex alio, voces contractas has ex aliis, lento licet gradu, felici tamen, ut credo, successu explicarem; donec tandem, exantlato improbo labore, opus hoc ad umbilicum perductum, in maximum orbis literati commodum, in publicam lucem protrahi posset. Hujus votorum meorum summae compos redditus, quodnam prooemium tanto opere dignum praemittendum esset, proximo loco mecum altius cogitavi. Et statim mihi in mentem venit, Historiolam de pristino literarum in Britannia statu et de vetustioribus ejus scriptoribus lectori haud injucundam fore; quam operae pretium duxi in tria capita distribuere. Primum complectetur Historiam literariam Britannorum ante Romanorum invasionem. Secundum tractabit de studiis reverendi admodum auctoris et de *Bibliothecae* ejus schemate; ubi nonnulla de Johanne Merelynch monacho Glastoniensi et de ejusdem libro adferentur, et Bostonus Buriensis integer, resecatis tantum auctoribus extraneis ubique obviis, inseretur. Tertium continebit judicium nostrum de dignitate et pretio auctorum veterum Britannorum, a clar. Thoma Hearnio per viginti annorum spatium Oxonii pertinaci industria satis accurrate editorum.

CAPUT PRIMUM

Historiam literariam Britannorum ante Romanorum invasionem complectitur.

I. Graeci Romanique scriptores Britannos αὐτόχθονας et aborigines, id est, non aliunde advectos, fuisse voluerunt, hominesque blittarum et fungorum instar e terra in principio germinasse suspicati sunt [a]; ast sacrarum literarum pandectae certiorem de ortu hominum cognitionem nos edocent, quarum auctoritate credere licet hanc insulam ab ipso prope orbis initio habitatam fuisse, et eandem post diluvium Noachi una cum aliis terris suos habitatores accepisse [b]. Primaevi hi incolae, juxta opinionem Camdeni, cui universus antiquariorum subscribit senatus, originem duxerunt a Gomero filio natu majore Japheti, qui Noachi filius natu maximus erat; quorum natalium causa, dum omnes aliae terrarum nationes nomina sua pro lubitu principum indiscriminatim variaverunt, ac plane permutaverunt, soli Walli tenaciter nomen Gomri retinent [c]. Hi sunt veri aborigines, vel, ut stylo paganorum auctorum, qui sacrum haud evolverunt codicem, loquar, Gigantes hujus insulae; quo nomine haudquaquam, ut stultum vulgus putat, gigantes a monstruosa magnitudine, sed a solo, in quo nati sunt, denominabantur. Gigantes enim seu γηγενεῖς terrae filios, seu aborigines denotat, seu, ut Caesar vocat, indigenas, notante doctissimo Cajo [d], atque ante eum limati judicii viro Joanne Vochio, ultimo Cantuariensium abbate [e]. Et in hoc sensu intelligi debent verba Dianae [f], quae Bruto oraculum ejus de futuris gentis suae sedibus consulenti narrat de

> "Insula in Oceano habitata Gigantibus olim."

[a] Camden. *Britan.* fol. 7. edit. Lond. MDCVII.
[b] Polydor. Vergil. *Hist. Angl.* lib. i. edit. Basil. MDXL.
[c] Lewis *History of Gr. Brit.* lib. i. cap. 4.
[d] *Antiquit. Cantabr. acad.* lib. i. p. 17. edit. Lond. MDLXXIV.
[e] Apud Twinum *De rebus Albion.* lib. i p. 63.
[f] Galfr. Monumet. *Hist. Brit.* lib. i. c. 7. edit. Ascensian. MDXVII.

II. Horum

II. Horum Gomeri posterorum, primorumve insulae nostrae incolarum lingua originem duxit a primaeva illa majoribus usitata, quae unanimi omnium consensu fuit Hebraea. Quod hoc veritati consentaneum sit, dilucide apparet ex *Historia* Lewisii, viri in antiquitatibus Hebraicis exercitatissimi, qui modeste, ut omnia solet, asserit[g] permultas Britannorum voces concordare cum Hebraicis, et consuetam inprimis radicalium literarum in verbis mutationem ab Hebraeis ad Britannos derivatam, atque in hunc usque diem apud hos in usu esse. Hoc viri clarissimi judicium confirmat Rowlandus, auctor summa linguae Wallicae peritia, si quis alius, instructissimus, qui diserte affirmat[h] ingentem copiam dari vetustarum Britannicarum vocum, quae quoad sonum ac sensum nullam omnino affinitatem aut similitudinem cum ulla alia totius orbis lingua habent, nisi cum Hebraea, vel ab ulla alia, quantum quidem Philoglottis conjectura assequi licet, derivari queunt. Hinc firmum evinci potest argumentum primos insulae hujus incolas ab Hebraea stirpe originem traxisse; id quod Camdeni[i] congruit instituto dicentis: "Lingua est certissimum originis gentium argumentum." Huic proxime accedit arguta illa opinio Viti Basinstochii de nominibus primitivis nostrae insulae usitatis: "post diligentem super ea re," inquit[k] ille, quo nemo laudabiliores et majores in illustrandis ab originalibus antiquitatibus labores exantlavit, "habitam inquisitionem cum viro doctissimo Joanne Pailante, Germano, et Hebraicarum literarum Regio professore, credidi nomen insulae Perad-cain impositum a primis Cumeris [sive Gomris] significare quandam divisionem possessionis." Vel, uti in alio loco[l] disertis verbis eloquitur, "nomen insulae Perad-cain a divisione continentis possessioneque separata datum."

III. Praeter linguam primi terrae hujus coloni, scientiam usumque literarum a Gomero familiarum statore et parente acceperunt. Sententiam hanc licet Annius Viterbiensis[m] explodere videatur, inventionem literarum Samothae attribuens, attamen doctissimum hunc virum in eo hallucinatum esse, luce meridiana clarius apparet ex testimonio clar. Lewisii hoc modo argumentantis[n]. Si Noachus et filii ejus artem usumque scribendi per hieroglyphica, characteres, et literas obtinuerunt, uti ex columnis lapideis et lateritiis, quibus scientiae a filiis Sethi inscriptae erant, constat [teste Josepho Hebraearum antiquitatum peritissimo, qui[o] ὡς φιλαληθέστατος eas suo tempore κατὰ γῆν τὴν Σιριάδα extitisse asserit] qua quaeso ratione adstrui potest quod Gomerus, pater Gomrorum, filius natu maximus Japheti, qui Noachi filius natu major erat, tam male in puerili aetate institutus fuerit, ut usum literarum posteris suis haereditario jure relinquere haud potuerit. Eadem vis argumentandi demonstrare potest, primos Britanniae habitatores, adjuvante Gomero, cognitionem Dei habuisse perfectissimam, uti doctiss. Cajus[p] ex Gilda et Polydoro Vergilio probat. Exinde facile colligi potest etiam Gigantes nostrae insulae aborigines sapientiae sensum habuisse, probitatem dilexisse, et literas excoluisse; et ea propter, si quis dixisset scholas Gigantum temporibus fuisse conditas, rem tam absurdam non dixisset, uti vir ille clarissimus summatim cuncta recensendo egregie concludit[q].

IV. Primus qui scholam ad instruendos Gigantes in artibus et scientiis erexit, erat rex Samothes, qui ex Armenia per Galliam profectus[r] ad littora Britanniae appulit anno post diluvium CCLII, juxta testimonium Joannis Balei[s] cum ingenti thesauro monumentorum maxime vetustas priscorum temporum historias complectente. Quis hic Samothes fuerit, haud bene inter eruditos convenit. Plurima eorum pars eundem esse vult, quem sacrae paginae appellant Mesechum, Gomeri fratrem et patrem Gallorum, qui nomen Dis ipsi indiderunt, uti extat in Caesaris *Gallici belli commentariis*[t]. Ast multa obstant, quae veritatem hujus rei invalidam reddunt; Vitus enim Basinstochius[v], cujus judicium in hoc studiorum genere magna ubique pollet autoritate, nonnulla haud infimae sortis produxit argumenta, quae Samothen Magogum potius, alium ex Gomeri fratribus, fuisse evincunt. Et auctor haud ita pridem clarissimus[w] ex monumentis Britannicae historiae asseruit, quod traditio illa, quae vetustos Gallos ex Diso originem sumpsisse affirmat, demum tempore Bruti ortum habuerit; quae epocha multis centuriis recentior est historia Samothae. Verum omissa rei hujus difficilis enodatione, adnotare mihi liceat hunc

[g] *History of Gr. Brit.* lib. ii. c. 2. [h] *Mona. Antiq. restaur.* p. 30. Vide pag. 278. *Catalogum Hebraeo-Britannicarum vocum.* [i] in *Britannia* fol. xii. [k] *Histor.* lib. i. not. 26. [l] *Histor. Brit.* lib. ix. in *Dedicat.* [m] *Comment. in Berosi Antiq* p. 113. edit. Antverp. MDLII. [n] *Hist. of Gr. Brit.* lib. iii. cap. 1. [o] *Antiq. Judaic.* lib. i. cap. 3. §. 3. [p] *Antiq. Cantabr. acad.* lib. i. p. 14. [q] Ibidem. [r] Vit. Basinst. *Hist.* lib. i. p. 14, 15. [s] *De Script. Britan.* Cent. I. n. 1. [t] Ibidem. [v] *Histor.* lib. i. not. 18. [w] in *Magna Britannia et Hibern.* vol. i. *Introduct.* p. 8.

magnae

magnae auctoritatis virum, quicunque etiam fuerit, ex eadem cum Gomero Hebraea ſtirpe progenitum eſſe; cujus argumenti vis magnum ſibi acquirit robur, exinde quod ille ſpatia omnis temporis non numero dierum ſed noctium definivit, dieſque natales, et menſium et annorum initia ſic obſervavit, ut noctem dies ſubſequatur, quam conſuetudinem etiam nunc obſervant Britanni[x], et docti conſentiunt ab Hebraeis derivatam fuiſſe, quibus mos erat ab occaſu non ab ortu ſolis dies inchoare[y]; licet Vitus, quo fultus praeſidio haud bene conſtat Samothen[z] introduxiſſe contendat dierum ſupputationes per noctes et non per dies, quia plerumque in locis ſubterraneis verſatus eſt, et forſan diluculum haud avide expectavit. Ne autem his diutius immoremur, perſpicue hoc apparet ex indubitato teſtimonio Beroſi[a] [cujus opera Chaldaica, curante Annio Viterbienſi, duobus elapſis ſeculis ingens variarum antiquitatum gazophylacium in orbem literarium intulerunt] aſſerentis, quod Samothes hoc appellabatur nomine, quia illa aetate haud quiſquam illo ſapientior extitit. Cui aequalis fidei auctorem adjungere placet, qui Samothen ſubditos ſuos multiplices aſtrorum et ſiderum curſus, inferiorum rerum naturas varias, et alia pleraque ad vitam moralem, politicam, et oeconomicam pertinentia edocuiſſe teſtatur[b]. Ut autem quod caput rei eſt, et heroem hunc encomiis plauſibuſque poſterorum quam maxime commendavit, eloquar, primus fundator fuit ſocietatis eruditorum virorum, qui ſalutaria ſcientiarum praecepta ad ſumme remotam tranſmitterent aetatem: Hoc intuitu inſtituit ſacerdotum profeſſorumque collegium, quos Samotheos nominavit[c], et ſic in meridie gloriae occaſum attigit anno aetatis 156 exacto, A. M. MCCCCLVI, et ante Chriſti adventum in carnem MMXIV[d]. Ut grato animo beneficia ejus colerent ſubditi, nomen Samotheae huic inſulae tribuerunt[e].

V. Hoc collegium autem in commodum publicum inſtitutum, ac maxime illa aetate clarorum profeſſorum nominibus locupletatum, votis uſuique univerſae gentis minime ceſſit. Eorum vivendi ratio ineluctabile attulit impedimentum, quo minus ſcientiae inter incolas propagarentur aut excolerentur, quorum illa tempeſtate pars major genus hominum agreſte, liberum, et ſolutum[f], et quamplurimi illorum in ſylvis et montibus diſperſi vitam agebant ruſticam. Samothes ſenſu hujus incommodi commotus remedium huic malo parabat, morte vero praeventus exequi nequivit; quare inſtitutum illud in humeros filii et ſucceſſoris ſui MAGI devolvit, qui procul dubio erat vir magnae ſapientiae, cui ad res perficiendas Deus dederat omnia quae erant neceſſaria[g]. Hic divinis ornatus dotibus ſimul ac in ſolio regni ſtabilitus fuit, ſubditis ſuis auctor erat, ut ſepoſita fera vivendi ratione magis humanam manſuetioremque inirent; et in hoc argumento tamdiu verſabatur, donec eos dicendi quadam vi compulerit in unum locum et congregaverit, ac diſtinctis rerum dominiis atque terminis agrorum poſitis, aedificiiſque collatis humanam ſocietatem multum cohoneſtaverit[h]. Sammeſius memoriam principis hujus turpi conſpurcavit contumelia, ex nudo nomine appellans eum virum arti magicae quam maxime deditum[i]; ignarus (quod eruditis conſtat) vocem Magus non veneficum denotare, ſed potius illum qui penitiorem naturalis philoſophiae cognitionem perſcrutatur[k]. Qua de cauſa Baleus qui in hoc ſcientiae genere Sammeſium ſi non ſuperavit, ſaltem aequavit, conſtanter affirmat[l] Magum in phyſicis et aſtronomicis verſatiſſimum, ac verae religionis cultorem ſedulum fuiſſe: Et haec omnia Magum hunc noſtrum ſuos docuiſſe Brytannos nulli dubium eſt, quum naturalis philoſophiae penitiorem habuerit cognitionem. Vox ergo Magus nullo modo hominem necromanticum denotat: et ſi Sammeſius accurate conſuluiſſet prototypon ſuum Annium[m] (cui prae aliis auctoribus crimen arrogantis ac audacis ſcriptoris imputare haud debuiſſet) facile animadvertiſſet Magum in hoc loco ſynonymice ſignificare *domificatorem* et *tectorem*; quae epitheta aequiſſimo jure principi huic attribuenda ſunt, quod permultas urbes et oppida hic et in terra continenti fundavit, in cujus rei memoriam plurima eorum nomina in *magum* vel *magus* terminant.

VI. POSTQUAM incolae hoc modo intra cancellos ſocietatis redacti eſſent, SARRONUS filius et ſucceſſor Magi literas ab ipſa pueritia in ſummis deliciis habens, animo volvit quo pacto recentium adhuc in urbibus habitantium virorum feritas miteſceret, ac in officio contineretur[n]; et haud multum temporis in capiendo conſilio conſumpſit. Probe

[x] Vitus Baſingſt. *Hiſt.* lib. i. p. 14, 15. [y] Sheringham *De Orig. Angl.* p. 107. [z] *Hiſt.* lib. i. not. 18. [a] *Antiquit.* pag. 98. [b] Bal. *De Script. Brit.* Cent. I. n. 1. [c] Bulaeus *Hiſt. univ. Pariſ.* tom. i. fol. 1. [d] Bal. ubi ſupra. [e] Caii *Antiq. Cantab. Acad.* lib. i p 15. [f] Ibidem pag. 17. [g] Vitus Baſingſt. *Hiſt.* lib. i. p. 15. [h] Ibidem. [i] In *Britan. illuſtr.* p. 149. [k] Leland. *De Script. Brit.* cap 6. [l] *De ſcript. Brit.* Cent. I. n. 2. [m] *Comment. in Beroſum,* pag. 122. [n] Bale. l. c. Cent. I. n. 3.

etenim

etenim noverat literas omnium fundamenta esse virtutum, utpote continentiae, modestiae, vigilantiae, patientiae magistras, quae universa quum in consuetudinem tenera aetate venerunt, omnia deinceps officia vitae convalescunt, uti eleganter Eumenius[o] adnotat, saluberrimam ad hoc propositum obtinendum methodum esse judicabat, artium et literarum publica studia instituere[p], in quibus laudabilibus conatibus avus facem praeluxit. Hujus rei causa instituit genus quoddam philosophorum de divinis rebus disputantium, quos ab ipsius nomine vocant Sarronidas[q]. Veritati consentaneum esse videtur eum his philosophis in academia Salisburiensi sedem assignavisse, quam civitatem, uti plerique antiquitatum studiosi affirmant[r], suis sumptibus conditam suo cohonestavit nomine, vocans eam Sarrona. Ast ubicunque domicilia illorum extructa erant, certum est omnia eorum monumenta deperdita esse, nihilque de institutis horum philosophorum superesse, nisi cum Amando Zizixeo[s], solerti rerum reconditarum indagatore, statuamus quod forte etiam hodie apud Parisios hi qui rei theologicae dant operam Sorbonici, corrupto vocabulo, quasi Sarronici vel Sarronidae appellentur.

VII. Inter omnes autem hujus principis virtutes, quibus suum seculum et futura instruxit ornavitque, institutio collegii sacerdotum Druidum palmarium obtinet locum. His divinarum humanarumque scientiarum encomiis per totum orbem terrarum claris praesidem ascripsit Sarronus filium et successorem suum Dryum, qui post patrem prudentissimum doctissimus non sine magno literarum et doctrinarum lucro fuit[t]. An autem haec sacerdotum societas jussu regis Sarroni nomen Druidum assumpserit, vel an illo nomine inclaruerit, quia Dryus, occupato regni solio, collegium auxit et Druidibus loca literis exponendis idonea, disciplinaeque exercendae commoda donavit, subministratis in omni genere rerum opibus, quibus viverent[u], pro certo affirmare nequeo: Insignis certe et vere regia haec liberalitas Dryi satis solidum Druidibus argumentum suppeditare videtur primaevi Maecenatis nomen oblivioni tradere illiusque in hujus locum sufficere. Praeterea ex testimonio diligentissimi antiquitatum investigatoris Talipedis[w] patet, quod Samothei ex nulla alia quaestuosa ratione, quam quod divinandi artem a Dryo didicerint, mutato inde nomine Druides appellati sint. Hoc si erudito et industrio Bulaeo[x] innotuisset, haud defecisset ei argumentum vel causa quare nihil fere de Samotheis apud scriptores Latinos aut Graecos reperiatur; quia scilicet tam cito in corpus unum cum Druidibus coaluerunt.

VIII. Praeclara Druidum instituta inter veneranda vetustatis monumenta ab orbe literato seposita, sigillatim recensere, esset jacturam temporis facere; solo igitur testimonio Oxoniensis antiquarii, cujus fides publici academiae sigilli auctoritate comprobata est, contentus, amplitudinem et dignitatem doctrinae ac scientiarum a Druidibus excultarum edisseram. "Hi, inquit heros ille[y], astronomiam, cosmographiam, geometriam, "metaphysicam et physiologiam; ethicam insuper politicam, jurisprudentiam, et theologiam, profitebantur, quemadmodum in academiis nostris nunc temporis agitur. Et "quod magno eorum honori cedit, eadem fere erat, quae nunc habetur studiorum "ratio; ut scil. post seram et diutinam institutionem et examen candidati ad gradus pro-"moverentur: totos enim viginti annos in disciplina permanebant, quod fere tempus "etiamnum apud nos ad *doctoratum* requiritur."

IX. Ex his quae supra allata sunt manifeste liquet, liberales scientias pristinis temporibus ad tantum perfectionis culmen conscendisse, ut sequioris aetatis studia fastigium illud superare, aut artes universas posteritati commendatiores reddere nequirent. Et quid mirum? Nihil enim ad conficiendam encyclopaediam praeter poesin, et musicam, desiderabatur, quarum illecebris praecepta severiorum disciplinarum ac doctrinarum studiosis gratiora reddi possent. Hunc defectum supplevit Bardus, filius et successor Dryi, carminum inventione et musicae inclytus[z] qui cantionum artem docuit discipulos, et jussit ut eandem in universitatibus studiorum exercerent[a]. Et inprimis "ex ejus instituto "Druides facere coeperunt quod eos Caesar solitos facere scribit, nimirum illos, qui "multi vel sua sponte, vel a propinquis parentibusque missi disciplinae causa ad Druides "convenirent, magnum versuum numerum solitos ediscere[b]"; quo facto ipsi Druides successu temporis tantam in condendis carminibus sibi acquisiverunt celebritatem, ut a

[o] *Panegyr. pro restaurat. schol.* cap. 8. edit. Cellarii. [p] Beros. *Antiq.* p. 133. [q] Vitus Basing. *Histor.* lib. i. p. 15. [r] Idem ibid. not. 20. [s] Apud eundem not. 35. [t] Bale, l. c. Cent. I. n. 4. [u] Vitus Basinst. *Histor.* lib. i. p. 18. et not. 21. [w] Ibid. not. 24. [x] *Hist. univ. Paris.* tom. i. fol. 2. [y] *Hist. et Antiq. Oxon.* lib. i. fol. 2. [z] Beros. *Antiq.* pag. 140. [a] Vitus Basingst. *Hist.* lib. i. not. 24. [b] Ibid. not. 22.

scripto-

ſcriptoribus nonnullis [c] ſub Bardorum nomine veniant: quae tituli dignitas tamen eruditis illis ſolummodo viris ab hoc rege inſtitutis tribuebatur, qui, aſſerente Baleo [d], poetae erant, et fortia clarorum virorum facta verſibus heroicis celebrabant, dulcibuſque lyrae melodiis ad exhilarandos in conviviis virorum animos decantabant. His ex Sammeſio [e] addendum, quod rei heraldicae periti in componendis genealogiis multum temporis collocabant. Unde ex diverſis ſcientiarum exercitiis diverſa Bardorum genera oriebantur, quae ad amuſſim docta manu exhibentur a Joneſio in reſponſis ſuis ad Tateſii quaeſtiones [f] de hac materia. Muſica illorum primitus juxta Giraldum Cambrenſem [g] ad leniendos et emolliendos auditorum animos inſtituta fuit; progreſſu temporis autem a primaevis deviavit regulis, et anſam praebuit calamitoſae regiminis Samotheani viciſſitudini, de qua mox infra. Interea notandum eſt, quod regis mandata exequendo Bardi gymnaſia habebant publica, quo praecipue carminum componendorum ſtudioſi undique diſcendi gratia, praeſertim ſtatis temporibus, confluebant, unde tantopere ſcientia illa exculta fuit, ut ab illis temporibus carminum compoſitionem attonite, ut Joannes Priſaeus [h] notat, ſemper coluerint Britanni, et in hunc uſque diem, referente Lelando, [i] Cambri, Britannorum reliquiae, habeant muſicos quoſdam, quos Bardos patrio ſermone appellant.

X. Hoc modo artes et ſtudia in Samotheam introducta excolebantur et perficiebantur, donec inſula haec, ex manibus poſterorum Japheti extorta, imperio Chami nepotum ſubjiceretur [k]. Miſera illa rerum publicarum converſio ex flagitioſa incolarum intemperantia orta eſt, quorum mores corrupti animique debilitati impulſu muſicae deditorum Bardorum reddebantur: hi enim a primaevo propoſito digreſſi civibus ſuis ſocordiae exemplum praebebant, quo pacto homines laborum obliti ex una parte voluptatibus ac laſciviis indulgebant, ex altera vero aut glande victitabant, aut, ubi nihil comedendum erat, fame abſumebantur [l]. Nemo ergo attonitus haerere poteſt, quod gens diſſoluta et arctorum, quae ſapientia praeſcribit, praeceptorum negligens, facile armis audacis alicujus bellatoris expugnetur. Ideo A. M. MMCCXIX ALBION invaſit Samotheam, imperio Samotheano, quod per tria fere ſecula duravit, finem impoſuit, ac ut, quantum fieri potuit, memoriam ejus expungeret, inſulam ſuo nomine appellavit Albioniam [m].

XI. VICTOR hic et ſubditi ejus ex Phoenicia oriundi revera gigantes erant, alta corporum proceritate eminentes, ut Sammeſius [n] recte loquitur, meliore tamen Sacrae Scripturae ſuffultus auctoritate, quae gigantes olim inter Phoenices, quod ad rem noſtram accedit, extitiſſe tradit; uti Sheringhamus [o] erudite aſſerit. Inde etiam poeta [p], qui *Epitomen Britannicae hiſtoriae* edidit, ſic de gigantibus Albionicis ſcribit:

" Terra ferax et amoena ſitu, dum nomen habebat
" Albion, indigena plena gigante fuit.

Liceat mihi hic quaſi in tranſitu notare, quod, ſi ſupra citatus Sammeſius ſibi ipſi conſtitiſſet, renunciare debuiſſet Bocharti opinioni vocem *Bratanac* [q] (quam contra omnium Albionicae hiſtoriae ſcriptorum fidem a Phoeniciis gigantibus inſulae huic impoſitam eſſe ſupponit) interpretando non Regionem ſtannorum, ſed Terram gigantum vel filiorum Anaci; veriſimile enim eſt hos Phoenicios, quos neceſſitas hic ſedem figere coegit [r], tale nomen parenti ſuo Anaco [quem e ſacro codice [s] patrem gigantum fuiſſe conſtat] indituros eſſe, quo memoriam ejus poſteritati celeberrimam redderent. Quae autem dignitas eſt metalli hujus ſtanni, quod, ut docti bene nôrunt, inſulae noſtrae haud eſt peculiare, ut terrae noſtrae nomen abhinc derivarent?

XII. HAUD recte memini num hiſtorici noſtri tradunt, Phoenicios hos (uti patres eccleſiae aſſerunt [t]) αἰσχρὰς τὴν ὄψιν ϗ τερατώδεις gigantes fuiſſe; probe autem novi illos peſſimis morum inquinamentis contaminatos extitiſſe; canente enim Caradoco [u], illuſtri ſui temporis poeta, erant nefandae crudelitatis homines, violenti, ferini, athei, inhumani; qua de cauſa Baleus [w] optime animadvertit, quod ſub opprimentibus Chameſenis tyrannis ſucceſſit tempus omnino ferreum, ſpurium, et ſpurcum. Fero hoc hominum genere imperium tenente haud aegre augurari licet, ſcientias liberales et politiores literas ubique deſpicatui habitas eſſe; Druides ad ſpeluncas depulſos, luſtriſque abditos privatim, et a conſpectu publico remotos, in ſylvis ſub frondoſis arboribus [x] paucos inſtruxiſſe; Bardos in

[c] *Hiſt. et antiq. Univ. Oxon.* lib. i. fol. 2. [d] Cent. I. n. 5. [e] *Britan.* fol. 149. [f] apud Toland. *Poſth. works*, vol. i. p. 191. [g] *Cambriae Deſcript.* c. 13. [h] *Defenſ. hiſt. Brit.* p. 7. [i] *De ſcript. Brit.* cap. ii. [k] Sammeſ. *Britan.* fol. 150. [l] Bale. l. c. Cent. I. n. 7. [m] Ibid. n. 8. [n] *Britan.* fol. 150. [o] *De orig. Angl.* p. 20. [p] apud Leland. *Comm. in Cygn. cant.* v. BRITANNIA. [q] *Britan.* fol. 19. [r] Ibid. fol. 73. [s] *Numer.* xiii. 33. [t] Vid. *Cyrill. contra Julian.* lib. ix. fol. 297. E. Edit. Spanh. [u] apud Twyn. *Apolog.* lib. i. §. i. [w] l. c. Cent. I. n. 8. [x] Ibid. n. 16.

ſalicibus inutiles ſuas citharas, poeſeos et muſicae inſtrumenta jam diſſona et uſu obſoleta ſuſpendiſſe. Quinimo vera ſcientiarum et artium idea radicitus a gigantibus his extirpata fuiſſet, niſi mercatores exiſtentes, neceſſitate impulſi in proprium commodum aſtronomiae ac navibus conficiendis operam dediſſent, ex alia tamen et a Samotheanis diverſa, (uti credere fas eſt) hypotheſi, quia Albion, affirmante Baleo [y], primus in Britannia docuiſſe creditur aſtrorum ſcientiam, ac diverſi generis navigia.

XIII. Sub hoc giganteorum mercatorum regimine inſula haec per DC annorum ſpatium oppreſſa ingemuit, donec providentia divina nobilem Brutum ſuſcitaret, qui gentem noſtram ab hac barbariae et vitiorum ſarcina redemit. Hic magni nominis vir, ſecundum accuratiora chronologiae ſyſtemata [z] A. M. MMDCCCLV, ad littora noſtra appulit, et Japheti poſteritatem a Chameſenorum tyrannide liberans, quos ille omnes vel internecione delevit, vel inſula procul abegit [a], fere per decennium, pervenit ad totius Inſulae regimen [b]. Hoc facto mutato nomine Albionae inſulae de nomine ſuo *Brytanniam*, ſocioſque *Brytones* appellavit; quae nomina ad hunc uſque diem remanent, et forſitan juxta intentionem Bruti ad exitum ſeculi durabunt: volebat enim, ut parens hiſtoriae Britannicae refert [c], ex derivatione nominis memoriam habere ſempiternam. Poſtea omnem movit lapidem, exules ſcientias priſtino reſtituere ſplendori, et ad primaevam dignitatem ac gloriam evehere. Hoc ſapienter admodum effectui dedit Brutus, et ſucceſſores laudabile ipſius exemplum tam ſedulo imitati ſunt, ut fidenter affirmari queat, durante Britannorum periodo (quae ab ejus ad Caſwalloni regnum, quum Romanorum exercitus, duce Caeſare, hanc inſulam invaderet, ſuper MC annos complectitur) omnigena ſcientiarum et artium genera non ſolum capita alte exeruiſſe, ſed ad tantum etiam, imo et ſublimius perfectionis culmen perveniſſe, quanto unquam ſub auſpicatiſſima Samotheana periodo aliis ſupereminebant. Et quod hoc temere dictum non ſit, dilucide patebit ex ſubſequenti hiſtoria ſcholarum et academiarum eo tempore conſtitutarum, ex ingenti, qui illa aetate florebant, eruditorum numero, et ex ſcientiarum fama, quam ſcriptis in uſum poſteritatis commendatiſſimam reliquerunt: cujus hiſtoriae filum ex multis egregiis venerandae vetuſtatis monumentis, quae ſacrilegas Polydori Vergilii manus effugerunt, deduxi (quem, ne aliquando intelligerentur errores, fama percrebuit, atque etiam cognitum et compertum certo eſt, tot hiſtorias noſtras vetuſtas et manuſcriptas immani ſcelere igni commendaſſe, quod ne plauſtrum quidem poſſet capere atque ſuſtinere [d], quae a clariſſimis antiquitatum Britannicarum ſtudioſis merito magno in pretio habentur. Antequam autem hiſtoriam illam contexere aggrediar, aequum eſſe duxi nonnulla de divina Bruti indole et de ſummis meritis illuſtrium virorum, qui ad reſtaurandas literas heroi huic auxiliatrices praebuerunt manus, in medium proferre.

XIV. Brutum fuiſſe virum ſapientem et probum, atque inprimis in Graecis diſciplinis pluſquam mediocriter doctum, Balei [e] et Pitſei [f] teſtimonia, priſcorum auctorum documentis confirmata, evincunt. Hoc calculo inſignis nominis ejus celebritas philoſophos magnae literaturae viros [g] e Graecia ac Italia itinerum ſocios facere, vel Trojanorum praecipuos dicendi magiſtros et diſciplinarum artiumque praeceptores ſecum in Albionem [h] invitare potuit. Ex horum claſſe fuit Dares Phrygius hiſtoricorum gentilium fere antiquiſſimus [i], ex cujus operibus priſci Britanniae ſcriptores regulas de recte conſcribenda hiſtoria deduxerunt. Sed huic palmam praeripuit Gerion augur, et Corineus gigantum occiſor, de quo Hardingus chronicographus canit:

" By him Gogmagog of Geants kyng
" In wreſtlyng had a fowll endyng.

Ambo hi Bruto a conſiliis erant, et primus eorum, teſte Baleo, in omni Graecorum ſapientia praeſtantiſſimus, principum filios in moribus et ſcientiis inſtituit [k]. Sed fides ſit penes auctorem; mihi enim nunquam videre aut perlegere contigit binos illos libros, quos, aſſerente Antonio Woodo [l], Gerion conſcripſit, alterum *De ritibus ſacrificiorum*, et *De aſtronomia* alterum. Alterius nomen haud minus inclaruiſſe conſtat ex Hardingi rhythmis:

" A great clerk com with him [Brutus] alſo,
" The whyche was callyd Corineus tho.

[y] Ibid. n. 8. [z] Vit. Baſingſt. *Hiſt.* lib. i. not. 38. ad finem. [a] Sheringh. *De orig. Angl.* p. 108. [b] Bale ubi ſupra n. 9. [c] Galfrid. Monumet. *Hiſt. Brit.* lib. i. c. 9. [d] Caius *Antiq. Cantab. acad.* lib. i. p. 52. [e] l. c. Cent. I. n. 9. [f] *De reb. Angl.* aetat. i. n. 1. [g] Roſſus *Hiſt. reg. Angl.* p. 20. [h] Sheringh. *De orig. Angl.* p. 142. [i] Bale ubi ſupra Cent. X. n. 1. [k] Idem Cent. I. n. 10. [l] *Hiſt. et antiq. Univ. Oxon.* lib. i. fol. 3.

Ubi

Ubi vox *clericus*, notante Thoma Hearnio [m], more priscorum temporum virum doctum et eruditum significat. In quo autem scientiae genere quam maxime aliis antecesserit, aeque cum ignarissimis ignoro, nisi virilem athleticam scientiam earum numero aggregare velis, in qua gigantes non sine magno suo malo superiorem ipsius facultatem experti sunt, in qua etiam regis Madani nepotem egregie instruxit, uti ex verbis Galfridi Monumetensis [n] patet: Hic [Madan] Corineo avo traditus ipsius documenta discebat.

XV. Horum consiliariorum ope, suo indulgens ingenio, Brutus hortatus est philosophos manum operi admovere, qui duo aperierunt studia, quorum unum Graeci posuerunt apud Graecoladam (hodie *Cricklade* in Wiltonia) et ibidem linguam Graecam docuerunt. Aliud vero Latini posuerunt apud *Latinelade* (hodie *Lechlade* in comitatu Glocestrensi) linguam ibi Latinam docentes, uti refert Joannes Bromtonus [o] magnae auctoritatis historicus, qui, tempore Richardi i regis, annotante antiquario Oxoniensi [p], vixit. Cujus testimonio majus addit robur venerandum illud antiquitatis monumentum, procuratorum [q] libro insertum, quod academia Isiaca religiose servat [r] vulgo vocatum *Historiola Oxoniensis*. Observatu dignum est, quod nonnulli recentiores scriptores de fundatione schola Lechladensis serram contentionis reciprocaverint (de Crickladensi omnes unanimi cum erudito Twino [s] consensu adstruunt, quod origo Graecoladensium scholarum satis sit perspicua) ac illam demum post Saxonum adventum fundatam esse asserunt. Origo illius erroris ex auctoritate Joannis Rousaei Warwicensis antiquarii emanavit, qui diserte ait [t] in consortio virorum eruditorum, qui e Graecia cum Bruto venerant, nonnullos fuisse medicos, qui erant inter eos periti, quibus locum appropriarunt congruum et situ salubrem, qui usque hodie ab ipsis medicis *Lechlad* appellatur. Ast nimium enormis haec est confusio temporis: quilibet enim Saxonicae linguae cognitione vel mediocriter tinctus priorem vocis Lechlade partem a Saxonico *Leech* derivatam significare Medicum novit; nemini autem ne per somnium quidem in mentem venire potest Saxones cum Bruto in Angliam venisse: quomodo ergo schola tempore Bruti fundata Saxonico nomine appellari potest? Hic autem lapsus judicii vel memoriae venia dignus est in Rosso, qui, juxta Lelandi [u] opinionem, erat vir majoris diligentiae quam judicii; quem, si commodum respexeris quod antiquarii ex ejus industria perceperunt, tanta contumelia afficere nolo, ut cum Caio [w] dicam, "equidem certe hominem infantem fuisse ex scriptis existimo." Ut quod res est dicam, defectus diversorum Britannicae linguae idiomatum ansam dedit Rousaeo, vel auctori primaevo prototypo suo, hanc effingere etymologiam; si enim vel leviter in ullo eorum versatus fuisset, facile hariolari potuisset, quod sicut, Graecolada est nomen in se Latino-Britannicum, uti doctissimus Twynus [x] annotavit; ita Latinolada etiam est nomen Latino-Britannicum; unde successu temporis *Lathelade* et *Lechlade* absque ullo linguae Saxonicae adjumento formabatur.

XVI. In his supra memoratis scholis lingua Britannica quam optime exculta insignia cepit incrementa. Supra paucis tetigi, quibus mediis Hebraea nomina in linguam Britannorum introducta fuerint; et ex his, quae modo dicta sunt, liquido constat, quomodo Graeca et Latina stabilita, et tam incredibilis harum linguarum copia in Britannicam cooptata exstiterit, ut Giraldus Cambrensis [y], qui linguae Hebraeae cognitione haud satis instructus fuisse videtur, olim observaverit verba linguae Britannicae omnia fere vel Graeco conveniunt vel Latino. Latinam autem linguam multum praevalere asserit eruditissimus ejus editor Powelus, dicens: "Linguae Britannicae vocabula pauciora a Graecis, infinita autem a Latinis recepta sunt." Hic etiam quidam recentiores antiquarii morose de veritate historiae Britannicae contendunt, affirmantes Latina vocabula primum a Romanis in linguam Britannicam advectam fuisse. Illis ut argumentum aliquod responsi loco regeram, placet verba adferre viri doctissimi Sheringhami, opinionem subacti judicii antiquariorum, qui in perscrutandis Britannicae vetustatis monumentis et veritatem historiae et naturam rerum secuturis seculis felici successu explicuerunt, hoc modo exponentis. "Dicunt [z] antiquarii illi, Aeneam cum suis sociis Latium ingressos cum Latinis "in unam gentem coiisse; hinc ex mixtura populorum magnam utriusque linguae mu-"tationem factam, praecipue autem Trojanorum linguam" (quae, optimo hujus rei judice Galfrido Monumetensi [a], curvum Graecum appellabatur) "imminutam, quia Tro-

[m] *Glossar. ad Chron.* Rob. Glocest. verb. CLERK.
[n] *Histor. Brit.* lib. i. cap. 12.
[o] Apud *Decem scriptores*, col. 814.
[p] *Hist. et antiq. Oxon.* lib. i. fol. 4.
[q] Twyn. *Apol.* lib. ii. §. 1. et §. 20, 21.
[r] Leland. *Comment. in Cygn. cant.* v. ISIDIS VADUM.
[s] *Apol.* lib. ii. §. 12.
[t] *Hist. reg. Angl.* p. 20.
[u] l. c.
[w] *De antiq. Cant. acad.* lib. i p. 32.
[x] *Apol.* lib. ii. §. 6.
[y] *Cambr. descript.* cap. xv.
[z] *De orig. Angl.* p. 108.
[a] *Hist. Brit.* lib i. c. 9.

"jani

" jam pauci erant, ac proinde linguam suam ad Latinae linguae normam accommodare " cogerentur. Brutus vero, ut aiunt, insulam ingressus paucos ibi incolas invenit, quos " ille omnes internecione delevit, vel insula procul abegit" (gigantes hic intelligit quorum ingens copia ex posteritate Japheti vel Samotheanis ortorum, ut supra dixi, in insula nostra reperta fuit, cum Brutus ad littora ejus appelleret navibus) " atque ita factum est " ut lingua, quam primo ingressu advexerint, sarta tecta usque in adventum Romanorum " permanserit: quam postea etiam tanta cura et diligentia tutati sunt, ut nullam huic " Romani novitatem aut mutationem inducere potuerint. Hinc vocabula omnia quae " cum Latinis convenientiam et cognationem aliquam habent, non a Romanis inducta, " sed ipsis Britannis vernacula esse affirmant." Haec opinio multo probabiliori nititur fundamento quam figmentum Sammesii [b], qui Sylvio (A. M. MMMCCLXXXVII, hic rerum summa potienti) non Bruto Latinarum vocum in Britannicam linguam introductionem attribuit, ideo quod Brutus non tam diu in Italia commoratus sit, ut linguam illam addiscere potuerit. Sed ne solutio hujus dubii taedium lectori pariat, hic tantum observabo, quod Brutus in Italia et natus et in omnigenarum scientiarum genere institutus fuerit. Et sic reliqua post terga relinquens fundationes gymnasiorum in Britannia enarrare pergam.

XVII. SCHOLA Crickladensis summa cum laude sua florebat usque ad regnum regis MEMPRICII, nepotis Bruti. Hic literatorum Maecenas extruxit civitatem Caer-memre, a nomine suo [c] vocatam, quae Oxonium hodie cluet, et ex Cricklada omnes Graecorum philosophorum successores illuc transtulit, qui novae sedis amoenitate capti pristinam aliis incolis facile reliquerunt; asserente enim Rosso [d] Graecoladenses taedio loci parum commodi adfectos fuisse. Et haec fuit origo ac primordium academiae Oxoniensis, quorsum doctissimus Samuel Leuknerus [e] respicit dicens: " Apud veteres historias constat " urbem Oxoniensem a primis Britannorum temporibus Musis fuisse consecratam." Neque hic omittere licet quae Johannes Stowaeus [f] de EBRANCO Mempricii filio dicit, illum nempe Oxoniensis academiae fundatorem fuisse: hoc si veritati consentaneum esset, haberent Musae illae de quo sibi gratularentur. Erat enim Ebrancus juvenis inclytus, Mempricius autem vir perditus et profligatorum morum, qui, relicta propria uxore, sese Sodomitanae libidini dedit [g]. Et licet omne punctum ferre vellem famam ac honorem Universitatis et fundatoris illius extollendi, veritati tamen historicae contradicere nefas est. Wallici annales, quos Rossus evolvit, cum missus ob hujusmodi negotia in Northwalliam et insulam Angleseiae, ut ipse auctor est [h], et ex quibus historiam de extructione Caermemre a Mempricio facta hausit, tantae sunt dignitatis et fidei, ut auctoritas eorum a recentiore scriptore Stowaeo, qui, si penitiori oculo Rossus inspiciatur, auctoris sui primaevi sensum male expressit, debilitari nequeat. Quam optime helluo ille Mss. clar. Hearnius dictatoria, ut solet, auctoritate controversiae finem imposuit his verbis [i]: " Neque " rationem ullam video, quae obstet quo minus concedamus veritati consonam esse opi-" nionem de Mempricio. Moribus feris praeditus erat, studioque venandi omnino de-" ditus. Et quemnam locum assignare possimus ad hocce studium magis accommo-" datum quam Oxonium? Sylvis referta fuit tota regio, lupisque aliisque belluis im-" manibus ac indomitis obsessa. Hinc *Wolvercot* viculus nomen duxit a lupis, a qui-" bus et ipse Mempricius fuit occisus."

XVIII. HACTENUS scholae publicae doctarum linguarum studiis tantum assignabantur, et sub frondosis arboribus literis eo tempore Druidum sapientes vacabant, nobiliumque liberos post invocata numina docebant [k]. Graeci autem philosophi commercium literarium consuetudinemque familiarem instituerant cum Atheniensibus, quorum amicitia allecti Britanni frequenter nobiles juvenes Athenas, quae artium et scientiarum metropolis erat, mittebant. Ex horum numero BLADUDUS filius regis Hurdibrae studia tam strenue ibidem prosecutus est, ut inter literatorum proceres nomen decusque meruerit, et revera multum ad propagandas scientias sub regimine academico contulerit. Mortuo post patre A. M. MMMLXV princeps hic in patriam redux ad occupandum solium secum duxit quatuor magnae literaturae viros [l], et, ut imitaretur mores formamque academiarum extranearum, apud Stamfordiam rei literariae gymnasia constituit, atque hos egregie eruditos viros ad artes liberales inibi docendas designavit [m]. Johannes Hardyngus de fundatione

[b] *Britan.* fol. 168. [c] Ross. *Histor. reg. Ang.* p. 21. [d] Apud Lelandum *De script. Brit.* cap. 115. [e] Apud Twyn. *Apol.* lib. ii. §. 18. [f] *Chron.* fol. 9. [g] Galfr. Monumet. *Hist. Brit.* lib. i. cap. 13. [h] Ubi supra pag. 54.

[i] *Praefat.* ad Rossi *Histor. reg. Angl.* pag. 7. [k] Bal. l. c. n. 16. [l] Ross. *Hist. reg. Angl.* pag. 23. [m] Bale ubi supra n. 12.

acade-

academiae Stamfordenſis agens rythmis ſequentibus ſub infauſto vel inclementi ſidere natis rem explicare conatur:

" Staumford he made, ſo callyd to thys day,
" In whych he made a univerſite;
" Hys noble clerks, as Merlin doth ſey,
" Had ſcholars fell of great habilite,
" Studieng over all allwey in unite
" In all the ſeven liberall ſcience
" For to purcheſe wiſdom and ſapience.

Haec academia ſummo in honore ubique habita florebat uſque ad tempus S. Auguſtini, quando a papa, ut vult Lewiſius [n], ob maculam haereſeos interdicta fuit.

XIX. Si Bladudo ſuffeciſſet gloria fundationis academiae, fama et memoria ejus aeternitati conſecrata ſeris poſteris ſummum venerationis argumentum attuliſſet; aſt deſiderium ſcientiae ſive bonae ſive malae excolendae imperium detrectans, praecipitem eum egit ad perpetrandas nonnullas actiones, quae exiſtimationem ejus laeſerunt. Ingenioſus admodum homo [o] exiſtens, non contentus neceſſariis artibus quas ſupra mediocritatem hauſerat, ab honeſta magia, in qua progreſſus haud contemnendos fecerat, adeo ut praeclaro Coythi vel Magi cognomine cohoneſtatus fuerit, ad infamem et vaniſſimam illam receſſit necromantiam [p] quam, tantopere in deliciis habuit, ut illam per regnum Britanniae docuerit [q]. Praeterea ut ars magica longe lateque excoleretur, Bladudus univerſitatem fundabat Bathoniae, et fecit in ea calida balnea, quibus praefecit numen Minervae [r] (quae Minervae praelatio, ut Vitus argute obſervat [s], fidem facit quod ſtuduit Athenis) nam necromantia non poteſt effici, niſi ubi loca ſulphuratis et calidis aquis ſcaturiunt [t]. Regimen et curam hujus gymnaſii Druidibus commiſit, quos artis hujus profeſſores publicos creabat, quibus mediis horrenda corruptio venit in diſciplinam Druidum, nam necromantia non fiebat ſine caeſo homine, quod Druides poſtea facere ſolebant [v]. Neque his contentus rex vanus deſiit praeſtigia facere, donec paratis ſibi alis ire per ſummitatem aëris tentavit, ceciditque ſuper templum Apollinis intra urbem Trenovantum, et in multa fruſta contritus eſt [w]. Et hoc modo qui bonas artes non ſine gloria exercuit, cum malis infamiam ſenſit juxta ac poenas [x], illud uſu compertum habens

" that beter hym hadde ybe
" Have bileved ther doune, than y lerned to fle.

XX. Successu temporis numerus academiarum in Britannia erectarum haud ſufficere credebatur ad inſtruendos regni juvenes: qua de cauſa Canteber, Cantebre civitatis Hiſpaniae haeres, vir literatiſſimus, favore regis Gurgunti, cujus filiam Guendolenam in uxorem duxerat, civitatem magnam ſuo nomine ſuper flumen Cante aedificavit, ac ibi ſtudium generale incepit, quod noſtris temporibus in magno floret honore: quae civitas a filio ſuo Grantino, qui pontem ibi fecerat, *Caergrant* Britannice eſt appellata, vel *Grauntceſtre*, et modo appellatur *Cambridge*. Haec Johannes Roſſus [z] ex Nicolai Cantelupi inſigni hiſtoriola *De antiquitate et origine univerſitatis Cantabrigienſis*. Clar. Lewiſius [a] calculum ſuum huic hiſtoriae adjicere noluit, ſed fidem ei derogat (1.) quia in vetuſtis Britanniae, Hiberniae, et Scotiae monumentis nulla fit mentio Cantabri: (2.) quia antiquiſſimi hiſtoriographi, qui illius nomen meminerunt, mille annis poſt ipſum vixerunt: (3.) quia vox illa ex Saxonico *Cantabrig* originem duxiſſe videtur. Quibus ſuam addit opinionem his verbis: " Mihi autem rex Gurgantus videtur Cantabrigiam extruxiſſe, et " urbem *Caergurgant*, ac flumen eam alluens *Cant*, appellaviſſe, atque ſedem regiam ibidem fixiſſe, quam filius Guthelinus poſt patrem occupavit. Quae vox, tempore procedente, per contractionem in *Caergrant* et juxta dialectum Saxonicam in *Grantbreig*, " poſtea in *Cambridge* mutata eſt." Haec conjectura ſatis magnum ingenii acumen oſtendit, ac facile meum aſſenſum obtineret honorem fundationis academiae illius celeberrimae regi Gurganto, principi literatiſſimo, adſcribere, qui *Deſlorationes* quaſdam *hi-*

[n] *Hiſt. of Gr. Brit.* lib. iii. cap. 8. [o] Galfr. Monum. *Hiſt. Brit.* lib. i. c. 14. [p] Leland. *De Script. Brit.* cap. 6. [q] Galfr. Monum. ubi ſupra. [r] Ibid. [s] *Hiſt. Brit.* lib. i. not. 15. [t] Ibid. [v] Ibid. [w] Galfr. Monum ubi ſupra. [x] Leland. ubi ſupra. [y] Rob. Glocest. *Chron.* pag. 29. [z] *Hiſt. Reg. Angl.* p. 21. [a] *Hiſt. of Gr. Brit.* lib iii. cap. 21.

storiae Britannicae edidit, e quibus Galfridi *Historia* ex parte conflata est[b], nisi fidem antiquissimae historiae hoc pacto invalidam reddere vererer, quam (si sigillatim Cantabrum respicias) nubes testium irrefragabilium suo consensu confirmavit, adeo ut nimis temera esse audacia tot spectatae fidei auctoribus refragari. Eruditissimus Cajus, qui aequissimo jure antiquitatis explorator sagacissimus audit[c], ingenti adducto numero clarissimorum virorum, veritatem hujus historiae de Cantabro comprobantium in haec erumpit verba[d]: "Jus divinum duos aut tres in testimonium productos sufficere putat; jus civile et "canonicum duos; jus item regni nostri municipale duos; et tu, cum triginta tres "et ultra probatae fidei scriptores in testimonium antiquitatis Cantabrigiensis academiae "produxerim, reges etiam atque pontifices, non tamen fidem adhibebis?" Res ardua atque difficilis tremendae tot auctorum majestati resistere. Sed pone, rem dubiam adhuc esse an Cantaber an Gurguntus Cantabrigiam fundaverit; hoc gloriam et antiquitatem academiae hujus nequaquam minuet, quia, juxta supputationem meo calculo dignissimam[e], ea revera constituta fuit A. M. MMMDLXXXVIII, quae aera cum temporibus Cantabri et Gurgunti egregie convenit.

XXI. Cantaber Athenis in variis scientiarum generibus institutus, astronomos et philosophos inde vocavit ad occupandas sedes professorum in academia sua noviter stabilita, quibus stipendia ministrari praecepit. Ejus hortatu magnus Anaximander Thaletis auditor, causa philosophiae et subtilitatis astrologiae, Cantabrigiam accessit, ubi posteris non paucos doctrinae fructus reliquit. Anaximandri exemplo Anaxagoras possessionibus derelictis post diutinam peregrinationem venit Cantabrigiam, ubi libros scripsit et indoctis scientiam contulit[f]. Admodum verisimile est Anaxagoram ad instruendos juvenes in philosophia hermetica Cantabrigiae librum *De conversionibus naturalibus* conscripsisse, quod quantivis pretii opus Thomas Norton[g], studiorum illorum peritissimus, sequenti extollit carmine:

"Yet Anaxagoras wrote plainest of them all,
"In his boke of conversions naturall:
"Of the old fathers, that ever I founde,
"He most disclosed of this science the grownde.

Insignis hic philosophus, si Johanni Herrisono, auctori gravi atque docto credendum sit[h], obiit Cantabrigiae in aedibus, quae Anaxagorae nomine appellantur, et ibidem sepultus est. Praeter eum alius erat vir eruditus, cui liberalitas Cantabri calcar addidit sedem in hac academia collocandis, Nobicianus nomine, astronomus percelebris, qui turrim astrorum aedificavit ad contemplandas stellas[i]. Propter hunc congressum virorum eruditionis fama celeberrimorum et ob laudabiles auditorum eorum progressus, civitas illa a comprovincialibus *Civitas scholarium* vocabatur[k].

XXII. Post obitum regis Gurguntii filius ejus Gutelinus sive Cuhelynus regiam sedem posuit Cantabrigiae, unde proculdubio academia plurima nacta est beneficia, non solum quod praesentia gaudebat principis, quem Beda Latine et Graece doctissimum fuisse scribit[l], et qui maxime sedulus fuit in promovendis artibus ac scientiis, sed etiam quod illustris Martia uxor ejus, mulier omnibus artibus erudita, et quae multa et inaudita proprio ingenio invenerat[m], animum et stimulum ei dedit studia ad summum perfectionis fastigium evehendi. Nullibi, ut fatear, apparet, quaenam benevolentiae argumenta hi duo modo memorati principes academiae illi contulerint; fama autem eorum publica insignia et numerosa fuisse eloquitur; quorum laudabilibus vestigiis successores principes insistentes, multis et egregiis privilegiis illam donaverunt, et celebritatem ac dignitatem ejus cunctis totius terrarum orbis universitatibus aequiparaverunt. Inprimis rex Cassibelanus regni gubernaculum cum esset adeptus, talem ei praeeminentiam contulit, ut quicunque fugitivus aut reus doctrinam haurire desiderans ad eam confugeret, cum venia sine molestia improperio aut injuria coram inimico tueretur. Cujus occasione et propter terrae opulentiam, aeris munditiem, et doctrinae abundantiam, et regis clementiam, illuc accesserunt juvenes et senes ex diversis terrae finibus. Sed, proh dolor! hae res secundae ac felices in medio cursu repente constiterunt; Julius Caesar enim haud multo post

[b] Sheringh. *De orig. Angl.* pag. 11.
[c] Ibid p. 128.
[d] *Antiq. Cantabr. acad.* lib. i. pag. 79.
[e] Ibidem. pag. 10.
[f] *Historiol. Cantabr.* p. 264.
[g] *Ordinal.* p. 9. apud *Theat. Chymic. Brit.* edit. Ashmole.
[h] *Antiq. Cantabr. acad.* lib. i. p. 181.
[i] Caii *Hist. Cant. acad.* lib. i. p. 6.
[k] *Historiol. Cantabr.* p. 265.
[l] *Antiq. Cant. acad.* lib. i. p. 92.
[m] Galf. Monumet. *Hist. Brit.* lib. i. c. 20.

habita

habita de Caſſebelano victoria, maximam partem profeſſorum eruditorum ſecum adduxit Romam, ubi poſtmodum floruerunt eloquiis[n]. Et hoc modo ſtudia Britannica Romam in captivitatem abducta, ab academia Cantabrigienſi per aliquot tempus exularunt.

XXIII. EXPLICATA hactenus hiſtoriola fundationum omnium ſcholarum et academiarum, quarum fit mentio in periodi Britannicae monumentis, reſtat ut nonnulla de viris eruditis et ſtudiorum Maecenatibus hac epocha florentibus, omiſſis iis quos data occaſione ſupra meminimus, ſcriptis conſignemus. Ex horum ſerie primum ſibi poſtulat locum HELENUS filius regis Priami, qui Albionem inſulam cum Bruto intraſſe perhibetur, eratque inter ſapientes valde ſapiens, et inter belligerantes heros bellicoſus, et ſcripſit *Vaticinia quaedam*[o], quae hodie tamen non extant. Proximus dignitate erat DUNVALLO MOLMUTIUS, qui viros incumbentes ad artes bonas et opibus et favore juvat, adeo ut exemplo ſuo principes ad faciendum idem, atque juventutem totam ad virtutes capeſſendas excitaverit[p]. Juriſconſultus erat magni nominis, cujus *Leges* rex Alfredus Saxonico donatas idiomate tantum non omnes in corpus conſtitutionum Anglicarum ſuo tempore redegit. Ex his *Legibus* Dunwallonis Alfredus anſam arripuit comitatus in centurias ſive hundredas dividere, uti docte adnotat Lewiſius[q], cujus opinioni facilius aſſenſum praebeo quam clariſſimi Wottoni, qui Alfredum hanc partiendi methodum ab Aſſerio didiciſſe ait[r], quem natione Wallum fuiſſe affirmat. Aſt utcunque res ſit, quam certiſſime conſtat, quod vel hodie pars aliqua Molmutianarum inſtitutionum inter forenſes, quamvis id quidem ignorent, legatur[s]. Dunwallonem excepit rex ELWYT vel ITHEL, ab Anglicis ſcriptoribus dictus ELIUD, aſtronomus inſignis[t]. Hunc ſecutus eſt rex diverſorum plane ab aliis morum BLEGABRID, qui omnes cantores, quos praecedens aetas habuerat, et in modulis et in omnibus muſicis inſtrumentis excedebat, ita ut joculatorius a ſuo ſeculo diceretur Deus[v]. Ipſe in metris et carminum rhythmis, quae ad poeſin quoque ſpectant, excellens et copioſus artifex, et diverſi generis cantiones in Britannica conſcriptas lingua poſteritati reliquit, quas Johannes Baleus citat[w]. Memoriae traditum eſt, quod celeberrimus CASSIBELLANUS rhetoricen maxime callebat[x], aſt frater ejus NENNIUS in conſignanda hiſtoria palmam ei praeripuit, quod adhuc ſuperſtes ſpecimen ſtudiorum ipſius demonſtrat. Hic princeps "omnium primus ex bardorum cantionibus et flami-"num ſcriptis Britannicae nobilitatis res geſtas collegit, ſcribens patrio ſermone de eo-"rum progreſſu atque origine hiſtoriam perpulchram." Hanc poſtea NENNIUS alter in Latinum vertit[y], quam verſionem magnum eruditionis lumen Galaeus typis olim divulgavit.

XXIV. POSTQUAM ordine expoſuerimus literatos Britanniae principes ad Druides narratio noſtra ſe convertere deberet; quia autem ſatis hactenus de illorum virtutibus ac ſtudiis ſub Samotheana periodo diximus, et nulla, quod ſciam, mutatio inſtitutionum eorum contigit praeter illam ſub Bladudi regimine, de Bardis, illorumque doctrina ac diſciplina nonnulla jam referemus. Hi erant viri magna eruditionis laude clariſſimi, et juſto nomine poetarum et hiſtoricorum nationis Britannicae inſigniebantur, et ad hodiernum uſque diem ſummo in pretio habentur, quod linguae juxta ac Brytannicae antiquitatis omnis jus et integritatem conſervent et tueantur[z]. Quoſnam progreſſus in ſcientiis excolendis fecerint Bardi, ex ſucceſſorum illorum libris, quorum ſeries enarratur a Lhuydio in *Catalogo Mſs. Britannorum*[a], patet, in quibus, ut verbis Joannis Priſei[b] utar, "ut "nullum erat tempus quo hujuſmodi literati inter eos non reperiantur, ſic nullum pene "doctrinae genus eſt, cujus non habent principia et canones quoſdam generales ſua lin-"gua deſcriptas. Quia praeter grammaticam, quam habent exactiſſimam, rhetoricae "et dialecticae, geometriae inſuper et arithmeticae regulas habent generales, et de aſtro-"nomia pariter et coſmographia complures habent commentarios. In phyſicis et re me-"dica habent quamplurima ad methodum tradita. Denique quod maxime ad rem, de "qua agitur, ſpectat, hiſtorias habent tum productiores et fuſas, tum breves et contra-"ctas, chronicorum in morem ſua lingua deſcriptas." Ex quibus ea, quae in praecedenti hiſtoriola continentur, excerpſimus.

XXV. ANTEQUAM finem narrationi noſtrae impoſuerimus, liceat adhuc famoſum illud et Bardis peculiare privilegium meminiſſe, quod nempe ſpiritu prophetiae praediti

[n] *Hiſtoriola Cantabr.* p. 265. [o] Bal. *De ſcript. Britan.* Cent. x. n. 2. [p] Vitus Baſinſtoch. *Hiſt.* lib. iii. p. 187. [q] *Hiſt. of Gr. Brit.* lib. iii. cap. 13. [r] *Leg. Hoel.* fol. 4. not. e. [s] Leland. *De ſcript. Brit.* c. 7. [t] Lewis l. c. cap. 35. [v] Galfr. Monum. *Hiſt. Brit.* lib. i. cap. 22. [w] l. c. Cent. I. n. 18. [x] Ibid. n. 19. [y] Ibid n. 20. [z] Priſei *Hiſt. Brit. defenſ.* pag. 11. [a] *Archaeol. Brit.* f. 254. [b] lib. cit. pag. 14.

vaticiniis

vaticiniis ac divinationibus suis credulos inescaverint homines. Praeterquam quod hoc satis clarum sit argumentum Britannos a Trojanis descendisse, asserente Giraldo Cambrensi[c]. "In aliis nationibus quam hac Britannica, sicut et olim Trojana, de qua descendunt, prophetas hujusmodi raro invenies:" idem etiam fatum Bardis quod olim Cassandrae Trojanae obtigit, quod sc. paucis postquam haec auguria increbuerant annis, praedictiones illorum nullam meruerint fidem. Ex his duorum tantum prophetarum Aquilae et Perdicis scripta historiarum conditores nobis recensuerunt, quibus ob primaevam vocum significationem ludicro modo Galfridus Monumetensis et Ponticus Virunnius avium aquilae et perdicis nomen indiderunt; Lelandus autem[d] humanam iis restituit formam, qua hactenus apud omnes alios auctores gavisi sunt.

XXVI. Hoc modo telam historiolae meae de statu literarum in hac insula per bis mille et quod excedit annos (tot enim praeterierunt inter Samothae epocham et invasionem Romanorum) contexui: unde quilibet aequus lector facile judicabit, quam bene doctissimus Langbainius[e] affirmaverit, quod solum regnum Angliae omni aetate aequalem, imo majorem numerum virorum omnium scientiarum et doctrinarum dotibus celeberrimorum produxerit, quam ulla alia totius orbis natio.

Et si quis argutias consectatus anilium fabularum farraginem in praecedentibus paginis nos congessisse aut nugas vendidisse cavillaretur, huic regerendum est illud Valerii Maximi, quia nova non dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem autores vendicent. His addam verba doctissimi imperatoris Juliani, mutata tantum voce ταῖς πόλεσι, in casu simili dicentis[f] Καί τοι με ȣ̓ λέληθεν ὅτι φήσȣσιν αὐτά τινες τῶν λίαν σοφῶν ὕθλȣς εἶναι γρᾳδίων ȣ̓κ ἀνεκτȣ́ς. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ historicis Britannicis πιςεύειν μᾶλλον τὰ τοιαῦτα, ἢ τȣ́τοισὶ τοῖς κομψοῖς, ὧν τὸ ψυχάριον δριμὺ μὲν, ὑγιὲς δὲ ȣ̓δὲ ἓν βλέπει.

CAPUT SECUNDUM.

De studiis reverendi admodum auctoris, et de Bibliothecae *ejus schemate. De Johanne Merelynch. Bostonus Buriensis exhibetur.*

Vir hic ἐξοχώτατος anno MDCLXXXIX, aetatis decimo sexto, ab archiepiscopo Eboracensi, Thoma Lamplugh, Timotheo Halton, praeposito collegii Reginensis Oxonii, meliore de nota commendatus, et in collegium illud admissus, egregiam profectuum suorum spem fecit utrique charus et acceptus: illi, quod amicitiam Tannero patri olim exhibitam filius bene merens in semetipsum derivare aequis passibus niteretur; huic, quod eam ingenii felicitatem, eam laboris et judicii contentionem in eo deprehenderet, ut metroplitani gratia de die in diem sese digniorem praestiturum sponderet.

In hoc collegio studiorum curarumque similitudo, quae tantam vim ad conciliandos animos habet, ut alios nobis adsciscat, et amare faciat tanquam natura et propinquitate consociatos, Tannerum nostrum statim ab initio admissionis suae maxime reverendo viro, domino Edmundo Gibson, episcopo Londinensi hodierno, conjunxit. Et cum vir hic clarissimus quadriennium jam in academia Oxoniensi literis summa cum laude incubuisset, virisque omnium scientiarum genere instructis optime notus et familiaris existeret, amico suo Thomae benevolum eorum affectum paravit, ac deinceps per totum vitae ipsius curriculum, pristinae necessitudinis per quadraginta et eo amplius annorum spatium cultae memor merita et eruditionem illius maximo in pretio habuit: quod grato semper ore Tannerus noster vivus, et moriens in tabellis testamentariis, expressit.

Et ne vir doctissimus illorum more faceret, qui extra domesticos lares vel patriam nomen nullum habent, quique omnem vitae gloriam sepulchro secum inferunt, felici calamo veluti fatali Hermetis caduceo conclamatos scriptorum M. Britanniae manes e Libitinae manibus eripere studuit. Unde anno MDCXCIII schema editionis omnium *Johannes Lelandi operum* divulgavit; quod tamen propositum nunquam ad finem perduxit. Deinde anno MDCXCV *Notitiam monasticam* publici juris fecit, quam viro nobili dom. Leopoldo Willielmo Finch, custodi collegii Omnium Animarum inscripsit, devota recolens mente beneficium quod munus sacellani collegii ipsi contulisset. Biennio post in numerum sociorum collegii ejusdem cooptatus, longe lateque nomen ac studia sua viris eruditis com-

[c] *Cambr. descript.* cap. 16. [d] *De script. Brit.* c. 5. et 9. [e] *Praef.* to Sir John Cheeke's Book, intitled *The true subject to the rebel.* Oxf. MDCXLI. 4to. [f] *Orat.* v *in matrem Deorum* fol. 161. B.

proba

probabat. Et cum in perscrutandis gentis nostrae vetustioribus monumentis primariam collocaret operam, maximo illi literatorum Maecenati, Johanni Moore, episcopo tum temporis Norwicensi, anno MDCXCVIII innotescere coepit, qui domum et museum suum locupletissima librorum totius orbis supellectile repletum Tannero nostro ad recludenda antiquiora historiarum M. Britanniae adyta aperuit, ejusque studia et consortium adeo deperiit, ut triennio elapso, mense sc. Martio anni MDCCI ineuntis illum cancellarium dioeceseos Norwicensis, et anno MDCCIV commissarium Norfolciensem constitueret. Et cum venerandus hic praesul ad Eliensem transferretur ecclesiam, Tannero suo, cujus mores suavissimos ac magnam juris ecclesiastici scientiam plurimi semper fecit, haud diu carere potuit: unde ut lateri suo per aliquod tempus quotannis adhaereret, anno MDCCXIII eum ad canonicatum Eliensem accersivit; quam dignitatem decennio post cum canonicatu aedis Christi Oxon. commutavit. Anno MDCCXXII vergente, reverendus admodum vir, dom. Thomas Greene, episcopus Norwicensis (nuper Eliensis) Tannerum nostrum archidiaconatu Norfolciensi donavit; et sequente anno MDCCXXXI mense Januario benigna regis nostri clementia eum episcopatui Assavensi praefecit, in quo mense Decembri anni MDCCXXXV in aede Christi Oxonii in Domino obdormivit.

ILLUSTRE hoc ecclesiae, academiae, orbisque literati decus in evolvendis vetustis aeque ac recentioribus rerum Britannicarum scriniis maximam aetatis suae partem contrivit, ac posteritati inter alia perenne monumentum industriae suae reliquit, quod hoc titulo insignivit: *Bibliotheca Britannica, sive scriptorum, qui in Anglia, Scotia, et Hibernia, vel nati fuere, vel munera aliqua obierunt, ab ultima antiquitate usque ad seculum* xvii *notitia: in qua patria, aetas, res gestae, obitus, scripta genuina, dubia, atque spuria, horumque impressorum variae editiones, manuscriptorum cimeliarchia indicantur.*

VIRI clarissimi propositum fuit auctorum Britannicorum et Hibernorum alphabetico ordine constitutorum scripta prolixe et sigillatim enarrare, ac vitam compendiario stylo congerere ex omnibus cujuscunque aetatis aut nationis, qui hac de re vel ex professo vel in transitu tractaverunt. Inter hos quia JOHANNES LELANDUS primas tenet, utpote qui diplomate regio, anno regni regis Henrici viii vigesimo quinto, munitus universas bibliothecas collegiorum, monasteriorum, et domuum religiosarum per sex annorum spatium, antequam distraherentur, rimatus est, et ex illis res gestas ac scripta singulorum in Anglia eruditorum a primis literarum in Britannia rudimentis ad tempora regis Henrici viii collegit; ideo venerandum hunc antiquarium integrum ex autographo in lucem edere instituit.

JOHANNES BALEUS primus post Lelandum *Illustrium Majoris Britanniae scriptorum catalogum*, in centurias divisum, literis consignavit. In priori editione Gippovicensi A. D. MDXLVIII quinque centurias ex manuscriptis ac impressis libris absolvit, *Collectanea* pro sexta addendo; in quibus ipsum Lelandi opus nunquam vidisse crederes. Posteriorem editionem multo auctiorem, et toto coelo diversam a prima, apud Germanos peregrinus, episcopatuque Ossoriensi in Hibernia exutus, Basileensibus typis excudi fecit; in qua plurima, ut ipse millies fatetur, ex Lelando desumpsit.

IN hac ut et in priori editione curiam Romanam acerrimis maledictis lacessivit, adeo ut, ni fallor, expungendorum eorum causa JOHANNES PITSEUS, Liverduni in Lotharingia decanus, novam editionem *Scriptorum Britannorum* aggressus sit. Auctor hic in Prooemio relationum suarum historicarum nunquam se Lelandi opus integrum, sed pauca Latine, plura Anglice vidisse aut perlegisse asserit; Baleum tamen imitatus, vel potius exscribens multos errores elegantiori stylo involvit, duos auctores ejusdem et nonnunquam diversi paululum nominis in unum conjunxit, ac uni eidemque tractatui plures assignavit librorum titulos. Nec mirum, quum auctores propriis oculis non lustraverit, et ubicunque a Lelando, ne plagiarii notam manifeste incurreret, deviavit, erratis ac naevis libros suos impleverit. Quam perfunctorie et minus accurate Pitseus librum suum *De illustribus Angliae scriptoribus* conscripserit, ex ipsius verbis accipe pag. 61. in Prooemio. "Agens in aula et oppido Juliacensi, ne penitus otiosus "essem, tantummodo exercendi ingenii, et oblectandi animi causa, coepi me legen-"dis historiis dedere, nihil minus cogitans, quam aliquid eorum, quae colligebam, in "lucem emittere. Itaque omnia perfunctorie notavi, nec auctores citans, nec biblio-"thecas, quas per diversa itinera inviseram multas, et ex quibus varia collectanea "desumpseram, omnino nominans. Post triennium circiter rogatu quorundam satis

" importuno inductus pleraque suo tempore edere decrevi. Cumque limam adhi-
" berem, deprehendi negligentiam meam, et inveni me multos scriptores collegisse,
" nullo praeter nudam assertionem meam teste. Rem corrigere conabar, et ex parte
" correxi. Sed singulas bibliothecas revisere, singulos auctores denuo relegere, nequa-
" quam potui. Distantiae locorum, incommoda et pericula itinerum, magnitudo etiam
" sumptuum non permittebant. Supervenit post octennium illustrissimi ducis Clivensis
" et Juliacensis mors. Mortem sequebatur civilis motus. Ego, relicta Germania, cum
" serenissima derelicta ducis vidua Antonia clementissima domina mea redii denuo in
" Lotharingiam. Ubi et ipsa post elapsum annum mortem obiit. Ex quo tempore
" mihi spes omnis illius erroris corrigendi penitus sublata est. Itaque (quod solum
" superest) confiteor ingenue noxam, deprecor humiliter veniam." Et pagina prae-
cedenti, quod aliorum innixus fide multa congesserit, fatetur his verbis: " Frequen-
" ter citare soleo libros Mss. ex Anglicanis bibliothecis, Oxoniensibus potissimum et
" Cantabrigiensibus. Non quod dum haec scriberem illas bibliothecas consuluerim,
" sed quod *Eglogam Oxonio-Cantabrigiensem* anno Domini MDC Londini editam per-
" legerim, et inde, quae mihi erant usui decerpserim, operique huic meo inseruerim.
" In quibus si quasi alieno baculo, forsan non satis firmo nixus, lapsus fuerim, non
" erit mihi imputandum. Non enim in hoc meum obtrudo, sed alienum adhibeo
" testimonium. Fides sit penes *Eglogae* auctorem."

QUIA igitur bini hi auctores vitiis scatebant, ac ultimus eorum sexaginta circiter annorum scriptores post Lelandum et Baleum continebat, Clar. Tannerus castigatius et plurimum auctius ex illis et melioris notae auctoribus Beda v. g. Malmesburio, Trithemio, Parisio, Gesnero, Parkero, Camdeno, Vossio, Godwino, Nic. Antonio, Dempstero, Johnstono, Makenzaeo, Whartono, Cavaeo, Woodio, et multis aliis impressis aeque ac manu exaratis codicibus notitiam scriptorum Britannicorum ad finem regni reginae Elizabethae perduxit; referens ea quae vel fusius vel aliter in Lelandi commentariis tractantur ad capitum vel paginarum libri ejusdem divisiones.

AUCTORIBUS hisce Britannicis Hibernos, quorum nomina et scripta fabulas haud olent, adjunxit vir doctissimus ex perexiguo eorum *Catalogo* in bibliotheca Cottoniana, ex Lelando, Baleo, Waraeo, Usserio, Colgano, et paucis aliis tradito.

TANDEM Britannicis et Hibernis tam certae quam incertae aetatis auctoribus, alphabetico ordine locatis, Appendicis loco adjicere statuit Clar. Tannerus ex codice manuscripto domini Rogeri Twisden baronetti BOSTONUM, S. Benedicti monachum BURIENSEM, qui tempore regis Henrici IV omnes fere Angliae bibliothecas perscrutatus, exinde vetustiorum auctorum catalogum conscripsit. Bostono subjungere proposuit auctor noster eruditissimus JOHANNEM monachum Glastoniensem, a cella ad montem Poledonum sita MERELYNCH, sive MURYLINCH, appellatum. Monachi nempe in hac cella sive monasterio degentes septem ecclesiarum, quae tot sorores appellabantur, curam agebant, sc. de Morelinch, Sutton, Edington, Grainton, Stole, Catcot, et Chilton; quorum Johannes nomen ab una earum derivans tractatum de librorum perquisito scripsisse dicitur, quem *Bibliothecae Britannicae* fundator publica luce donare constituit; addens Johannis Lelandi *Collectanea* quaedam historica, aliaque opuscula et fragmenta veterum auctorum Britannicorum hactenus inedita; cum praemisso Prooemio, in quo de historia rei literariae apud Britannos fuse agitur.

Hoc fuit propositum τȣ̃ μακαρίτȣ auctoris nostri ante quadraginta vel circiter annos, quod tamen integrum eum executum fuisse nusquam invenio. Quae ipse literis consignavit, sex voluminibus comprehenduntur, ac continent Lelandum *De scriptoribus Britannicis* ex autographo descriptum, auctores Angliae, Scotiae, et Hiberniae alphabetico ordine ad initium usque seculi XVII, Bostonum Buriensem, et Prooemium sive dissertationis de Historia rei literariae apud Britannos paginam unam vel alteram.

CODICES hos Mss. fratris sui charissimi reverendi viri, Johannis Tanneri, testamenti sui curatoris fidei ac curae commisit, ut consilio reverendorum virorum S. T. professorum Johannis Conybeare, aedis Christi Oxon. decani, et Josephi Smith, collegii Reginensis Oxon. praepositi, virum aliquem antiquitatum Britannicarum studiosum eligeret, ac electum maxime reverendo dom. episcopo Londinensi ad consensum ejus obtinendum praesentaret. Et cum me ad hoc munus obeundum peramanter ac unanimiter nominaverint, quod grato animo agnosco, benigna dom. episcopi Londinensis manus mihi codices Tannerianos tradidit, non ut paupertina mea opella immortalis

reddere-

redderetur doctissimus *Bibliothecae Britannicae* auctor, qui scriptores M. Britanniae et Hiberniae immortales fecit; hoc enim esset soli facem accendere velle: sed ne multorum annorum, imo totius vitae labor interiret; ac praesertim ne quos suis ipse lucubrationibus aeternos fecit, aeternitatem amitterent.

Huic operi perficiendo dum me accingerem, varia sese animo meo obtulerunt dubia, quae candido paginarum harum lectori explicanda propono; quorum solutionem si ipse haud felici marte praestare nisus fuerim, meliora edoctus corrigam, monitaque amicorum devota semper exosculabor mente.

Primo ut de methodo *Bibliothecae* hujus conscribendae aliquid dicam, nulla, ut ingenue fatear, quae hactenus apparuit, mihi placet: Non Tanneriana, quae scriptores a praenominibus seriatim enarrat; quoniam auctores magis ex cognominibus innotescunt; et si forsan praenomen aliquem latet, tota fere *Bibliotheca* evolvenda esset, donec illud cognomini auctoris, quem quaerimus, appositum inveniatur; praeterea etiam indici alphabetico praenominum, indicem cognominum superaddere necesse foret. Pari modo Lelandi, Balei, et Pitsei methodus chronologice auctores recensens haud mihi arridet, quia annus quo hic vel ille auctor claruit, incertus remanet, et adhuc sub judice lis est, an ea, qua librum conscripsit aetate (quae juvenilis forsitan erat) an postea cum maturiores anni judicium elimatius reddiderunt, inclaruerit.

Deinde haud facilem clar. Tanneri proposito, Lelandi *Commentarios de scriptoribus Britannicis* integros ac separatim, uti in Mſ. reperiuntur, imprimendi, assensum praebere possum; latebat enim illo, quo Lelandum edere statuerat, tempore inter codices Mss. Oxonii et Cantabrigiae, unde cum doctissimus Antonius Hallus eum in lucem protraxerat, ac A. MDCCIX Oxoniensibus typis excudi curaverat, satius esse credidi lumina illa lectissimorum hominum, qui aevum suum et nostrum ingenii monumentis, omni laude majoribus illustraverunt, ex Lelando suo quaeque loco cum annotationibus docta manu codici meo additis inserere, quam praestantissimo huic Lelandi operi, a *Bibliotheca* nostra separato, postremum Appendicis sc. locum assignare.

Hunc, si aliquem, meruit Bostonus Buriensis, celeberrimi alias dum vixit nominis auctor, qui universam fere Angliam itinere emensus est, ut cunctorum monasteriorum bibliothecas examinaret, singulorum librorum titulos ac nomina alphabetico congereret ordine, et ex omnibus unam quasi bibliothecam compilaret. Praestitit hoc in *Catalogo scriptorum ecclesiae*, ut vocatur, cujus impressionem antiquitatum Britannicarum studiosi summis expetierunt votis. In hoc *Catalogo* non auctores solummodo Britannos (quod male affirmat Nicolsonus in *Bibliotheca Anglica)* non ecclesiasticos tantum, sed profanos quoque sine discrimine, Aristotelem, Terentium, Ciceronem, Avicennam, aeque ac Ambrosium, Origenem, Chrysostomum, Athanasium recitat; tempus, quo quisque floruit, saepissime notat, principium et finem tractatus cujuslibet frequenter apponit, et in quorum monasteriorum bibliothecis quilibet liber continebatur, calendarii vice per numeros commonstrat. *Catalogi* hujus duo extabant exemplaria, unum quod *Majoris*, alterum quod *Minoris* nomine circumferebatur, Prioris ectypon fuit apud Usserium, de quo Fullerus, *Worthies*, p. 166; et Usserius ipse *Histor. Dogmat.* p. 124. et *Epist. ad Camdenum* p. 86. Posterior, de quo in *Histor. et Antiquit. Oxon.* vol. I. p. 58. in manibus Richardi Jamesii et Rogeri Twisden fuit, unde Tannerus noster eum descripsit. Fuit etiam *Catalogus* hic in museo Sancrofti, archiepiscopi Cantuar. ast imperfectus, referente Henr. Whartono in *Auctario hist. dogm.* p. 392. Unde haec *Catalogi* differentia exorta sit, nobis non constat; an hic compendii loco a Bostono ipso consignatus, an ille ab Alano de Linna, monacho Carmelita (qui indices *De scriptoribus Britanniae* operi, et multis aliis in bibliotheca Norwicensi voluminibus adjecit) compositus aut locupletatus fuerit, determinare haud ausim.

Ut autem quid de hoc auctore, qualis in manibus nostris versatur, sentiam, libere dicam, ei locum in *Bibliotheca* nostra concedere haud aequum censeo; non solum quia auctores extraneos domesticis commiscet, illorumque multo majorem adfert numerum, sed etiam quoniam subversio monasteriorum, quae omnes omnium bibliothecarum libros longe lateque dispersit, Bostoni providam diligentiam maxima ex parte inutilem reddidit.

Proximum post Bostonum locum Tannerus Johanni Merelynch, vel Murylynch, monacho Glastoniensi, attribuere meditabatur, qui *Additiones* quasdam ad *Chronica* Martini Polani conscripsisse dicitur, quarum fini haec adjiciuntur verba: *Liber fratris Johannis Merelynch de perquisto ejusdem.* Quicunque codicem hunc inspexerit, primo

primo intuitu obſervabit dubium, an monachus hic, an vero alius anonymus auctor *Additiones* has conſcripſerit. Ita enim in Mſ. Thomae Hearnii, qui librum hunc typis divulgare propoſuerat, niſi morte praeventus fuiſſet: *Johannes Merelynch monachi Glaſtonienſis, ſive alterius anonymi ad Chronica Martini Polani* Additiones, *in quibus pars hiſtoriae regni regis Edwardi* i, *et integra pene regni Edwardi* ii *chronica continentur, a fol.* 65. *b. uſque ad* 69. *b*; *et rerum Hibernicarum quarundam, praecipue eccleſiaſticarum, deſcriptio, a fol.* 69. *b. ad fol.* 89. *b.* Huic titulo Hearnius manu ſua addidit ſequentia: "Non liquet, unde didicerit auctor inſcriptionis ſupradictae (Simondſius, ut "puto, Deweſius) Johannem Merylynch, monachum Glaſtonienſem, conſignaſſe illa, "quae a folio 56. b. ſignantur. Sed, ni fallor, exploratum habuit e ſchedula quadam "veteri, in codice Mſ. nunc deperdita, e qua ſchedula (ut conjectura aſſequor) inſcri-"ptionem contexuit. Caeterum quomodocunque hoc ſe habeat, nonnulla, quae Jo-"hanni Merelynch adſcripſit, hic ſubnectere viſum eſt, utpote ad rem noſtram ad-"prime facientia." Sed eſto quod Johannes Merelynch auctor fuerit harum *Additionum*, inter κειμήλια tamen noſtra jejunum ac trivialem hunc commentariolum annumerari nolo. En nonnulla ex Mſ. unde, ut eſt in proverbio, aethiopem ex vultu cognoſces.

Johannis Merylynch, monachi Glaſtonienſis, rerum in Anglia ſpeciatim ac Hibernia ſub novem primis annis Johannis xxii, *pontificis Romani, geſtarum deſcriptio.*

"Johannes viceſimus ſecundus, nacione Catercenſis, qui prius vocatus Jacobus de "Hoſe, primo epiſcopus Forejulenſis, ſecundo Avinionenſis, et tertio Portuenſis epiſco-"pus cardinalis, ſeptimo die Auguſti, anno Domini mccc ſexto decimo, fuit electus in "papam concorditer in domo Praedicatorum Lugduni, ubi comes Pictavenſis [frater "Ludovici regis Franciae] contra convencionem propriam cum cardinalibus initam, eos "incluſerat, et ſic incluſos dimiſerat ſub cuſtodia comitis Forenſis, quia oportuit eum ire "in Franciam propter infirmitatem fratris ſui Ludovici. Poſtea mortuus eſt rex ipſe "Ludovicus, relicta Clemencia, filia regis Hungariae, uxore ſua praegnante, quam pa-"rum ante duxerat. Cujus partus poſt ſeptem dies a nativitate obiit, optinuitque re-"gnum dictus comes Pictavenſis Philippus."

Postea maxima pars commentarioli hujus inſumitur in deſcribendo viſitationis et inquiſitionis ſolennis negotio ac poenarum diſtributione a Richardo Ledredo, epiſcopo Oſſorienſi in Hibernia factae contra haereticos et ſortilegos in civitate Kilkenniae habitantes; contra Aliciam Kyteler, matrem Willelmi Outlawe cum ſuis multis ſodalibus, haereſibus variis irretitam. Tota hiſtoria hoc modo finitur: "Et ſic nidus ille turpiſſi-"mus, auctoritate ſanctae matris eccleſiae, auxiliante Domino, de ſua gracia ſpeciali "diſſipatus eſt et deſtructus. Et utique vere dici poteſt, quod de gracia Dei ſpeciali. "Nam in tam ardua cauſa, et inter tot adverſa, et contra tot adverſarios tam potentes, "contra etiam tot et tantos advocatos juris periciores, quos Deus in medio legum ſuarum "excaecavit, licet multi fuerint amici in ſecreto, immo quaſi omnes epiſcopum ad con-"ſtanciam animantes; non eſt tamen de tota Hybernia inventa perſona una, quae publice "vellet et auderet ſe opponere, ſola perſona epiſcopi excepta, qui mortem in cauſa fidei, "quam affectavit, et ſatis diligenter quaeſivit, nondum invenit.

"Liber fratris Johannis Merylynch de perquiſto ejuſdem."

Quae poſtremo loco clar. Tannerus ex Lelandi operibus *Bibliothaecae* ſuae adjungere deſtinavit, ea quia typis jam ſunt expreſſa, non ſeorſim, ſed ſuo quodcunque loco apponere, aequum duco.

Anonymos auctores Britannos, hodie in manuſcriptis latentes, perpaucis tantum exceptis, flocci facio; quia quot nomina tot ectypa, quot ſcriptores tot fere plagiarios orbi literato obtruderem. Probe enim memini inexpiabilem oſcitantiam Thomae Hearnii, pertinacis induſtriae potius quam emunctae naris hiſtoriographi, qui anonymi *Hiſtoriam Edwardi* iii antehac, ut venditat, ineditam (quam e codice veteri Mſ. deſcribendam curavit clar. Tannerus) volumini ſecundo Gualteri Hemingfordi *Chronici*, p. 387. inſeruit; cum dimidia hujus *Hiſtoriae* pars, ab anno mcccxxvi ad mcccxxxvi, ſit pars *Chronici* Adami Murimuthenſis, uti appatet ex editione Oxonienſi et ex Mſ. Cotton. Claudius, E. viii.

En tibi, lector, ſchema *Bibliothecae* clar. Tanneri, quod cum animadverſionibus noſtris examini tuo ſubjicimus; ac, ut per lemmata quaſi inſtitutum noſtrum adumbremus, illud ſequentibus capitibus complectemur.

1. BIBLIOTHECAM hanc vocabimus BRITANNICO-HIBERNICAM, quia utriusque regni auctores commemorat.

2. AUCTORES Britannos et Hibernos, cum extraneis iis, qui in ambobus regnis munus aliquod obierunt, vel libros typis mandaverunt, juxta cognomina alphabetico digesta ordine recitabimus.

3. SCRIPTORES, qui codices Mss. vel impressos novis editionibus ab auctore nostro nondum visis, vel additamentis illustrarunt, summa diligentia evolutos, in succum et sanguinem convertemus.

ET licet superius strenue contenderim Bostonum Buriensem e *Bibliotheca nostra* deturbare; ne tamen tot praeclarorum virorum vota auctorem hunc videndi omnino irrita redderem, integrum *Catalogum*, omissis tantum scriptoribus extraneis (quorum nomina solum attigisse sufficit) hic transcripsi.

Catalogus scriptorum ecclesiae a Johanne Bostono Buriensi monacho conscriptus.

INCIPIT cathologus de libris autenticis et apocrifis juxta Burcardum lib. iii. et Hugonem de Sancto Victore in suo *Didascalicon* libro iv. et Vincentium in *Speculo historiali* libro primo, et Gratianum *Dig.* xv. *Sancta Romana*, et *Dig.* xxxvii. *Legimus et in glossa*, et juxta Ysidorum et Cassiodorum.

OMNIS divina Scriptura in duobus *Testamentis* continetur, in *Veteri* scilicet et in *Novo*: utrumque *Testamentum* tribus ordinibus distinguitur; *Vetus Testamentum* continet *Legem*, *Prophetas*, et *Agiografos*, i. sancta scribentes; *Novum* autem continet Evangelium, Apostolos, Patres, et Doctores. Primus ordo *Veteris Testamenti*, i. Lex, *Pentateuchum* habet, i. Quinque libros Moysy, quos idem Moyses scripsisse perhibetur. In hoc ordine primus est *Bresith*, qui est *Genesis*; et dicitur *Genesis*, eo quod generatio seculi in eo contineatur. Secundus est *Elesimoth*, qui est *Exodus*, ab exitu filiorum Israel de Aegypto dictus. Tertius *Vegecra*, i. *Leviticus*, qui Levitarum ministeria et diversitatem victimarum exequitur. Quartus *Vegedaber*, qui est *Numeri*, et vocatur *liber Numerorum*, quia in eo egressae de Egipto tribus enumerantur, et 42 per heremum mansiones. Quintus *Adabarim*, qui est *Deuteronomius*. *Deuteros* Graecum verbum est, et interpretatur Secundus; *Nomia* interpretatur Lex, inde dictus est *Deuteronomius*, quasi secunda Lex, quia in eo replicantur ea, quae in praecedentibus fusius dicta sunt. Secundus ordo Veteris Testamenti est Prophetarum, et continet octo volumina. Primum *Josuae benun*, i. filium Nun, qui et Josue et Jesus et Jehu Nave nuncupatur. Hujus libri idem Josue, cujus nomine inscribitur, autor fuisse creditur, in quo terra promissionis populo dividitur. Secundum *Sophim*, qui est *liber Judicum*, a principibus dictus, qui judicabant populum Israel, antequam reges essent in eodem populo; quem a Gedeone et Samuele editum dicunt. Huic quidam compingunt historiam *Ruth* sub uno volumine, eo quod tempore Judicum facta fuisse narratur, quam Gedeon et Samuel scripserunt. Tertium *Samuel*, qui est *primus* et *secundus Regum*; et dicitur *Samuel*, quia Samuel autor ejus extitit, et quia nativitatem ejus et sacerdotium et gesta describit; qui licet historiam Saul et David contineat, utrique tamen ad Samuel referuntur, quia unxit utrumque. Quartum *Malachim*, i. Regum, qui est *tertius* et *quartus Regum*; et dictus est *Malachim*, pro eo quod reges Judae et Israeliticae gentis, gestaque eorum per ordinem narrat. Hunc Jeremias primum in unum volumen collegit, nam antea sparsus erat per singulorum regum historias; et hoc patet, quia idem est finis hujus libri et Jeremiae. *Liber* autem *Regum* in quatuor voluminibus distinguitur apud nos, sed secundum Hebraeos in duobus voluminibus. Quintum *Ysaiam*, qui potius evangelista quam propheta dicitur edidisse librum suum. Sextum *Jeremiam*, quem librum similiter Jeremias edidit cum *Trenis*, quos nos *Lamenta* vocamus, eo quod in tristioribus rebus, funeribusque adhibeantur, in quibus quadruplex diverso metro composuit alphabetum. De *Baruch* non fit mentio in libris Cassiodori, Ysidori, Hugonis in *Didascalicon*, nec Jeronimi cum aliis libris Veteris Testamenti. Septimum *Ezechielem* ab Ezechiele similiter scriptum, qui principium et finem obscuriora habet. Octavum *Thareasra*, qui est xii Prophetarum. Hic liber ductorum suorum nominibus praenotatur; quorum nomina sunt *Osee*, *Johel*, *Amos*, *Abdias*, *Jonas*, *Micheas*, *Naum*, *Abacuch*, *Sophonias*, *Aggeus*, *Zacharias*, et *Malachias*: qui propterea Minores dicuntur, quia sermones eorum breves sunt; unde et uno volumine comprehenduntur. *Ysaias* autem et *Jeremias*, *Ezechiel* et *Daniel* Majores sunt, singuli suis voluminibus distincti. Tertius ordo librorum de *Veteri Testamento* ix habet libros. Primus est *Job*, quem quidam Moysen, alii unum ex Prophetis, nonnulli ipsum Job scripsisse credunt. Secundus *David*, i. *liber Psalmorum*, quem Graeci et Hebraei quinque incisionibus, et uno *Psalmorum* volumine comprehendunt. Psalmos autem David composuit, sed Esdras postea psalmos ita ut nunc sunt, ordinavit, et titulos addidit. Tertius liber est *Masloth*, quod Graece *Parabolae*, Latine *Proverbia* sonat, viz. Salamonis. Quartus *Celeth*, qui est *Ecclesiastes*. Quintus *Sirarisim*, i. *Cantica canticorum*. Tribus nominibus vocatum esse Salamonem Scriptura docet, *Idida*, i. Dilectum Domini, quia eum dilexit Dominus: et *Celeth*, i. Ecclesiasten; ecclesiastes autem Graeco sermone appellatur, qui coetum et ecclesiam congregat, quem nos nuncupare

cupare possumus concionatorem, qui loquitur non ad unum specialiter, sed ad totam concionem populi: porro *Pacificus* vocatus est, eo quod in regno ejus pax fuit. Juxta numerum igitur vocabulorum suorum tria edidit volumina: primum *Masloth*, i. Parabolas sive Proverbia: secundum, quod Hebraice *Celeth*, Graece Ecclesiastes, Latine Concionator dicitur, eo quod sermo ejus non ad unum sicut in Proverbiis, sed ad universos generaliter quasi ad totam concionem et ecclesiam dirigatur: tertium *Sirarisim*, i. Cantica canticorum, quod est quasi Epithalamium, i. Carmen nuptiale Christi et Ecclesiae. In *Proverbiis* parvulum docet, et quasi de officiis per sententias erudit, unde ut ad filium ei crebro sermo repetitur. In *Ecclesiaste* vero maturum virum aetatis instruit, ne quicquam in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca et brevia universa, quae cernimus. Ad extremum jam consummatum virum, et calcato seculo praeparatum, in *Cantico canticorum* sponsi jungit amplexibus. Sextus liber de tertio ordine *Veteris Testamenti* est liber *Danielis*, ab eodem editus. Hunc secundum LXX interpretes catholica ecclesia non legit, eo quod multum a veritate discordet; nec apud Hebraeos *Susannae* habet *Historiam*, nec *Ympnum trium puerorum*, nec *Belis, Draconisque* fabulas. Daniel etiam apud Hebraeos non inter prophetas, sed inter agiographos habetur. Septimus *Dabreiamin*, qui est *Paralipomenωn*, et dicitur Paralipomenωn Graece, quod nos praetermissorum vel reliquorum dicere possumus, quia ea, quae in *Lege* vel *Regum libris* aut omissa, vel non plene prolata sunt, in isto summatim ac breviter replicantur. Hunc librum sapientes synagogae scripserunt. Octavus *Esdras*, et est liber unus ab eodem Esdra compositus, in cujus textu ejusdem Esdrae Neemiaeque sermones sub uno volumine continentur. Secundus, tertius, et quartus liber Esdrae apocriphi sunt. Nonus *Hester*; hunc librum Esdras creditur conscripsisse. Omnes ergo sunt numero xxii. Quidam *Historiam Ruth* et *Lamentationes Jeremiae* seorsum per se inter agiographa computantes, et xxii praecedentibus libris addentes, xxiv Veteris Legis numerant sub figura et numero xxiv seniorum, qui in Apocalypsi agnum adorant. Sunt praeterea alii quidam libri, ut *Sapientia Salomonis*; liber *Jehu filii Sirach*, qui dicitur *Ecclesiasticus*; liber *Judith*, *Thobias*, et libri *Machabeorum*; qui leguntur quidem, sed non scribuntur in canone. Liber *Sapientiae* apud Hebraeos nusquam est, unde et ipse stylus Graecam magis eloquentiam redolet: hunc nonnulli scriptorum veterum Judaei Filonis esse, quidam ipsius Salomonis affirmant. Et vocatur liber Sapientiae, quia in eo Christi adventus, qui est sapientia Patris, et passio ejus evidenter exprimitur. Librum Ecclesiasticum certissime Jesus, filius Sirach, Jerosolomita, nepos Jehu sacerdotis magni, cujus meminit Zacharias, composuit; et dicitur Ecclesiasticus, quia de totius ecclesiae disciplina religiosae conversationis magna cura et ratione sit editus. Hic apud Hebraeos reperitur, sed inter apocrifos habetur. De hiis duobus Jeronimus sic dicit: "Fertur *Panarethos* Jesu filii Sirach "liber, et alius pseudographus, qui *Sapientia Salomonis* inscribitur; quorum priorem Hebraicum "reperi, non *Ecclesiasticum*, ut apud Latinos, sed *Parabolas* praenotatum, cui juncti erant *Ecclesiastes* "et *Cantica canticorum*, ut similitudinem Salomonis non solum librorum numero, sed et materia-"rum genere coëquaret. Secundus apud Hebraeos nusquam est." Sicut ergo *Judith* et *Tobiae* et *Machabeorum* libros legit ecclesia, sed non inter canonicas Scripturas recipit; sic et haec duo volumina legat ad aedificationem plebis, non ad autoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. *Judith* vero et *Tobias* et *libri Machabeorum*, quorum, ut testatur Jeronimus, stilus magis Graecus esse probatur, quibus autoribus scripti sunt minime constat. Item secundum quosdam, *Historiam Judith* ipsa vel Achior scripsit; primum *Machabeorum* scripsit Symon pontifex, ultimam ejus partem Johannes filius ejus; posteriorem quidam Judaeus a Graecis eruditus edidisse cognoscitur. Istos autem quinque libros Judaei inter apocrifos separant, ecclesia tamen Christi inter divinos honorat et praedicat. *Vetus Testamentum* Esdras scriba post incensam Legem a Caldeis, dum Judei regressi sunt in Jerosolymam divino afflatus spiritu reparavit, cunctaque Legis ac Prophetarum volumina, quae fuerant a gentibus corrupta, correxit, et in xxii libros constituit. Interpretes autem *Veteris Testamenti*, primum LXX interpretes, quos Ptolomeus cognomento Philadelphus, rex Aegypti omnis literaturae sagacissimus, cum Pisistratum Atheniensem tirannum, qui primus apud Graecos bibliotecam instituit, et Seleuchum Nichanorem, et Alexandrum, et caeteros priores, qui sapientiae operam dederant, in studio bibliotecarum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed et divinas literas in suam bibliotecam conferens, ita ut septuaginta millia librorum in tempore ejus Alexandriae invenirentur, ab Eleasaro pontifice petens, Scripturas *Veteris Testamenti* in Graecam vocem ex Hebraea lingua per LXX interpretes interpretari fecit. Siquidem singuli in singulis cellis separati ita omnia per Spiritum Sanctum interpretati sunt, ut nichil in alicujus eorum codice inventum esset, quod in caeteris vel in verborum ordine discreparet, propter quod una est eorum interpretatio. Et haec fuit prima interpretatio. Sed Jeronimus dicit huic rei non esse adhibendam fidem. Secundam, tertiam, et quartam interpretationem faciunt Aquila, Symmachus, et Theodocion; quorum primus, i. Aquila, Judaeus fuit; Symachus vero et Theodocion Hebionitae haeretici. Obtinuit tamen usus, ut post LXX interpretes ecclesiae Graecorum eorum reciperent exemplaria et legerent. Quinta est Vulgaris, cujus auctor ignoratur. Sexta, et septima, est Origenis, cujus codices Eusebius et Pamphilius vulgaverunt. Octava est Jeronimi, quae merito caeteris antefertur; nam et verborum tenacior, et perspicuitate sententiae clarior, Haec Hugo in suo *Didascal.*

ITEM alio modo de interpretibus secundum Ysidorum libro *De libris Veteris et Novi Testamenti*, et libro *Etymologiarum* v. Primam post Esdram interpretationem de Hebraeo LXX interpretes ediderunt sub Ptolomaeo Egiptiorum rege, successore Alexandri, qui in legendo studiosus fuit, omniumque

nimque libros gentium congregavit. Iste enim ab Eleazaro, qui erat princeps sacerdotum, multa dona mittens ad templum petiit, ut senes de xii tribubus Israel transmitterentur, qui interpretarentur omnes libros in Graecum ex Hebraïco. Haec fuit prima interpretatio vera et divina. Fuerunt et alii interpretes, qui ex Hebraica lingua in Graecum sacra eloquia transtulerunt: nam secundam editionem Aquila, tertiam et quartam Theodocion et Symmachus ediderunt, ambo Judaei proseliti. Quinta est vulgaris, cujus auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Sextam et septimam editionem Origenes miro labore repperit, et cum caeteris editionibus comparavit. Hii sunt itaque tantum qui sacras Scripturas . . . . nam Latinorum interpretum, qui de Graeco in nostro eloquio transtulerunt, ut meminit S. Augustinus, infinitus numerus est. De Hebraeo autem in Latinum eloquium tantummodo B. Jeronimus, trium linguarum peritus, sacras Scripturas convertit, eloquenterque transfudit: cujus editione generaliter omnes ecclesiae usquequaque utuntur, pro eo quod veneracior sit in sententiis, et clarior in verbis.

Primus ordo *Novi Testamenti* quatuor volumina habet, viz. quatuor *Evangelia Matthei, Marci, Lucae,* et *Johannis.* Plures *Evangelia* conscripserunt, sed quidam sine Spiritu Sancto magis conati sunt ordinare narrationem suam, quam historiae texere veritatem; unde sancti Patres per Spiritum sanctum docti quatuor tantum in auctoritatem receperunt, i. *Matthei, Marci, Lucae,* et *Johannis,* ad similitudinem quatuor animalium in *Ezechiele.* Primus, id est, Matheus *Evangelium* suum scripsit Hebraice; secundus Marcus Graece scripsit; tertius Lucas inter omnes evangelistas Graeci sermonis peritissimus, quippe ut medicus, in Graecia *Evangelium* suum scripsit Theophilo episcopo, ad quem etiam *Actus apostolorum* idem scripsit; quartus et ultimus Johannes *Evangelium* suum scripsit. *Canones Evangeliorum* S. Ammonius Alexandriae monachus et episcopus primus excogitavit, quem postea Caesariensis Eusebius secutus plenius exposuit. Qui ideo facti sunt, ut per eos invenire et scire possimus, qui reliquorum Evangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros, in quibus quatuor eadem dixerunt, *Mattheus, Marcus, Lucas, Johannes*; secundus in quibus tres, *Mattheus, Marcus, Lucas*; tertius in quibus tres, *Matheus, Lucas, Johannes*; quartus in quibus tres, *Matheus, Marcus, Johannes*; quintus in quibus duo, *Matheus, Lucas*; sextus in quibus duo, *Matheus, Marcus*; septimus in quibus duo, *Matheus, Johannes*; octavus in quibus duo, *Lucas, Marcus*; nonus in quibus duo, *Lucas, Johannes*; decimus in quibus singuli eorum propria quaedam dixerunt. Quorum expositio haec est; per singulos enim evangelistas numerus quidam capitulis affixus adjacet, quibus numeris subdita est area quaedam minio notata, quae indicat in quoto canone positus sit numerus, cui subjecta est area. Verbi gratia: si est area prima in primo canone, si 2^a in 2°, si 3^a in 3°, et sic per ordinem usque ad decimum pervenies. Si igitur aperto quolibet *Evangelio* placuerit scire, qui reliquorum evangelistarum similia dixerint, assumas adjacentem numerum capituli, et requiras ipsum numerum in suo canone, quem indicat, ibique invenies quot et quid dixerunt; et ita demum in corpore inquisita loca, quae ex ipsis numeris indicantur, per singula *Evangelia* de eisdem dixisse invenies.

Alius modus inveniendi concordantias *Evangeliorum.* Sume aliquem numerum contentum sub aliquo *Evangelio*, utpote in primo canone, scilicet qui continetur sub *Matheo* in principio tabulae, et in eadem linea 2 sub *Marco*, 7 sub *Luca*, 10 sub *Johanne*, quia per istos numeros inveniendae sunt concordantiae; et quali modo inveneris 8 in *Matheo*, tali modo inveniendi sunt caeteri numeri in caeteris Evangelistis. Verte igitur ad *Matheum*, et incipe numerare a primo numero rubeo contento in margine *Mathei* per omnes numeros rubeos usque compleveris numerum octonarium. Autoritas autem opposita illi numero est autoritas quam quaeris; et numerus rubeus eidem autoritati oppositus docet in quo canone est illa autoritas. Unitas enim erit qui numerus appropriatur primo canoni. Pari modo quaere 2 in *Marco*, 7 in *Luca*, 10 in *Johanne*, et invenies literam concordantem in omnibus evangelistis in primo canone, et per consequens capitula. Si autem fuerit magnus numerus, ut 320 vel 230 vel plus vel minus, verte ad *Evangelium*, sub quo ille numerus ponitur, et quaere simile de nigris numeris in margine illius *Evangelii* vel propinquiorem, minorem tamen, et tunc ab illo nigro numero minori computa per rubeos numeros usque dum compleveris numerum, quem quaeris, et in opposito ejus erit auctoritas, quam dictus numerus contentus in tabula docet quaerendam, et quoto capitulo et quoto canone, quia si numerus rubeus oppositus sit 1 est in primo canone, si 2 in 2°, si 3 in 3°, si 4 in 4°, si 5 in 5°, si 6 in 6°, si 7 in 7°, si 8 in 8°, si 9 in 9°, si 10 in 10° canone, in quo nullus alteri concordat, sed unusquisque sua propria verba dicit, nec rubeus numerus 10 excedit sc. numerus rubeus scriptus in *Evangeliis.*

Item, Hieronimus libro *De catholicis scriptoribus*, et Ysidorus in libro *Ethim*, et *De libris Veteris et Novi Testamenti:* De evangelistis Matheus apostolus et evangelista ex tribu Levi sumpsit cognomen ex pupplicano a Christo electus, ex peccante translatus. Hic scripsit *Evangelium* litteris Hebraicis; et ea quae ex ore Christi audivit, vel quae ab illo facta vel gesta vidit, primum in Judea, postmodum in Macedonia praedicavit.

Marcus discipulus et enterpres Petri, ejusque in baptismate filius, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus a fratribus Romae breve scripsit *Evangelium* in Graeca lingua, quod cum Petrus audisset approbavit, et ecclesiis legendum sua autoritate edidit. Istud *Evangelium* nonnulli dictatum a Petro Romae ferunt. Assumpto itaque *Evangelio* Marcus perrexit ad Egiptum, et primus Alexandriae cathedram tenuit, primusque ecclesias Egiptiorum fundavit. Denique Philo, disertissimus Judeorum, videns Alexandriae primam ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis

gentis suae librum super eorum conversatione scripsit. Et quoniam Lucas narrat Jerosolymis credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandriae sub Marco fieri doctore cernebat, memoriae tradidit. Passus est apud Alexandriam sub Nerone.

Lucas Sirus, natione Antiochenus, arte medicus, unusque secundum quosdam de lxxii discipulis, postea discipulus S. Pauli, ac omnis peregrinationis ejus comes individuus, scripsit *Evangelium* Graeco sermone, et historiam *De actibus apostolorum*. Igitur *Visionem Pauli et Teclae*, et totam baptizati leonis fabulam, inter scripturas apocrifas computamus. Quale est ut individuus comes apostoli inter caeteras ejus res hoc solum ignoraverit; sed et Tertullianus vicinus illorum temporum refert, "presbyterum quendam in Asia amatorem apostoli Pauli convictum apud Johannem," qui auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, et de loco excidisse. Quidam suspicantur, quotienscunque Paulus in *Epistolis* suis dicat juxta *Evangelium* meum, de Lucae significare *Evangelio*, et Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse *Evangelium*, sed a caeteris omnibus. Igitur Lucas *Evangelium*, sicut audierat, scripsit; sed *Acta apostolorum*, sicut viderat ipse, composuit.

Johannes, apostolus et evangelista, morem aquilae affectans, coelum et terram avidus transvolat, atque nativitatem Verbi occulta misterii intelligentia penetrat. Scripsit enim . . . . et ea, quae ab ore Christi audivit, et vidit ab eo fieri, praedicavit. Haec Hieronimus et Ysidorus ubi supra.

Secundus ordo librorum de *Novo Testamento*, quatuor similiter habet volumina, primum continet *Epistolas Pauli* numero xiv, quas idem apostolus scripsit; decem sc. ad ecclesias, et quatuor ad personas, *Thimotheo* ii, *Tito* i, et *Philemoni* i; ultimam tamen *ad Hebraeos* plerique dicunt non Pauli esse propter dissonantiam sermonis, eandemque alii Lucam vel Barnabam scripsisse, alii Clementem suspicantur. Scripsit enim Paulus *ad Romanos* epistolam i, *ad Corinthios* ii, *ad Galathas* i, *ad Ephesios* i, *ad Philippenses* i, *ad Colosenses* i, *ad Thessalonicenses* ii, *ad Thimotheum* ii, *ad Titum* i, *ad Philemonem* i, *ad Hebraeos* i. Quidam dicunt eum scripsisse *Decimam quintam epistolam ad Laodicenses*, sed haec in canone non habetur, sed ab omnibus exploditur.

Secundum volumen de secundo ordine librorum *Novi Testamenti* continet vii *Epistolas* canonicas, auctorum suorum nominibus intitulatas. Est enim prima earum una *Jacobi*, *Petri* duae, *Johannis* tres, et *Judae* una. *Epistola* tamen *Jacobi* a nonnullis ejus esse negatur, sed sub nomine ejus aestimatur ab alio forte dictata. Item *Secunda epistola Petri* a quibusdam ejus esse non creditur, propter styli sermonisque cum priore dissonantiam. Sed et *Evangelium juxta Marcum* Petri esse dicitur; libri autem Petri, e quibus unus *Actorum* ejus inscribitur, alius *Evangelii*; tertius *Praedicationis*, quartus *Apocalipseωs*, quintus *Judicii*, inter apocrifa repudiantur. *Prima epistola Johannis*, ejus esse asseritur, reliquae duae cujusdam Johannis presbyteri aestimantur, cujus juxta Jeronimum alterum sepulcrum apud Ephesum demonstratur. Judas *Epistolam* suam edidit. Haec Jeronimus et Ysidorus.

Tertium volumen continet *Actus apostolorum*, in quibus primordia fidei Christianae in gentibus, et nascentis ecclesiae historia digeruntur, et apostolorum gesta narrantur. Hunc librum scripsit Lucas evangelista.

Quartum volumen continet *Apocalipsim*, quam scripsit Johannes apostolus in Pathmos insula exilio relegatus: Apocalipsis ergo Latine interpretatur *revelatio*, quia in hoc libro continentur, quae revelavit Deus Johanni, et Johannes ecclesiae.

In tertio ordine primum locum habent *Decreta* et *Decretalia*, quae *Canones*, i. Regulares, appellantur; canon enim Graece, Latine *regula* nuncupatur. *Canones* autem generalium conciliorum a temporibus Constantini coeperunt. In praecedentibus enim annis, persecutione fervente, docendi plebem non dabatur facultas, nec licentia episcopis in unum convenire. Inde christianitas in diversas haereses scissa est. Tempore autem Constantini imperatoris sancti patres, de omni orbe terrarum convenientes, in concilio Niceno juxta apostolicam et evangelicam fidem secundum post apostolos symbolum tradiderunt. Post illas igitur *Veteris* et *Novi Testamenti* scripturas, quas canonice recipit et approbat ecclesia catholica, etiam has suscipi statuit scripturas, sanctam viz. synodum Nicenam cccxviii episcoporum, mediante S. Constantino imperatore, in qua Arrius haereticus condempnatus est; item sanctam synodum Constantinopolitanam cl episcoporum, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius haereticus debitam excepit dampnationem; tertiam sanctam synodum Ephesinam cc episcoporum cum consensu beati papae Caelestini, mediante juniore Theodosio Augusto, in qua Nestorius dampnatus est; quartam sanctam synodum Calcedonensem dcxxx episcoporum, mediante Marciano Augusto, in qua Eutices, abbas Constantinopolitanus, et Dioscorus, quondam Alexandriae episcopus, et Nestorius, cum omnibus suis complicibus damnati sunt. Sed et si quae sunt concilia, quae sancti patres sanxerunt post istarum quatuor auctoritatem, S. ecclesia decrevit recipienda et inviolabiliter custodienda. Secundum locum habent in tertio ordine librorum de *Novo Testamento*, sanctorum patrum et doctorum ecclesiae scripta, viz. Jeronimi, Ambrosii, Augustini, Gregorii, Basilii, Origenis, Ysidori, Bedae, et aliorum multorum orthodoxorum, quae tam infinita sunt, ut numerari non possint. Ex quo profecto apparet, quantum in fide Christiana fervorem habuerint, pro cujus assertione tot et tanta opera memoranda posteris reliquerunt. In hiis autem ordinibus maxime apparet utriusque *Testamenti* convenientia, quod, sicut post Legem Prophetae, et post Prophetas Hagiographi; ita post Evangelium apostoli, post apostolos patres et doctores ordine successerunt. Haec Hugo in suo *Didasc.* et Gelasius notat *Dig.* 15[ma] ut supra.

Vetus

Vetus Testamentum dividitur in libros
- Legales,
  - *Genesin.*
  - *Exodum.*
  - *Leviticum.*
  - *Numeros.*
  - *Deuteronomium.*
- Prophetales,
  - *Josuae.*
  - *Judicum.*
  - *Ruth.*
  - *Regum.*
  - *Ysaiam.*
  - *Jeremiam.*
  - *Ezechielem.*
  - xii *Prophetas.*
- Agiographos,
  - *Job.*
  - *Psalterium.*
  - *Proverbiorum.*
  - *Ecclesiasten.*
  - *Cantica cant.*
  - *Danielem.*
  - *Paralipomenon.*
  - *Esdram.*
  - *Hester.*
  - *Lib. Sapientiae.*
  - *Ecclesiasticum.*
  - *Judith.*
  - *Tobiam.*
  - *Machabeorum.*

Novum Testamentum dividitur in
- Evangelistas,
  - *Matheum.*
  - *Marcum.*
  - *Lucam.*
  - *Johannem.*
- Apostolos,
  - *Ad Romanos* i.
  - *Ad Corinth.* ii.
  - *Ad Galatas* i.
  - *Ad Ephesios* i.
  - *Ad Philippenses* i.
  - *Ad Colosenses* i.
  - *Ad Thessalonic.* ii.
  - *Ad Thimotheum* ii.
  - *Ad Titum* i.
  - *Ad Philemon* i.
  - *Ad Hebraeos* i.
  - *Jacobi* i.
  - *Petri* ii.
  - *Johannis* iii.
  - *Judae* i.
  - *Actus apostolorum.*
  - *Apocalips.*
- Doctores,
  - *Decreta et Decretalia.*
  - *Originalia Doctorum.*

Alia Divisio.

Vetus Testamentum dividitur in libros
- Legales,
  - *Genesim* i.
  - *Exodum* i.
  - *Leviticum* i.
  - *Numeros* i.
  - *Deuteronom.* i.
- Historiales,
  - *Josuae vel Jesu Navae* i.
  - *Judicum* i.
  - *Ruth* i.
  - *Regum* iv.
  - *Paralipomenon* ii.
  - *Esdram* ii.
  - *Hester* i.
  - *Judith* i.
  - *Tobiam* i.
  - *Machab.* ii.
  - *Job* i.
- Sapientiales,
  - *Proverbiorum* i.
  - *Ecclesiasten* i.
  - *Cantica cant.* i.
  - *Ecclesiasticum* i.
  - *Librum Sapient.* i.
- Prophetales,
  - *Psalterium* i.
  - *Ysayam* i.
  - *Jeremiam* i.
  - *Ezechielem* i.
  - *Danielem* i.
  - xii *Prophetas* xii.

In *Novo Testamento*
- Legalibus correspondent iv Evangelistae,
  - *Matheus* i.
  - *Marcus* i.
  - *Lucas* i.
  - *Johannes* i.
- Historialibus correspondent
  - *Actus Apostol.* i.
  - *Epistola Jacobi* i.
  - *Epistolae Petri* ii.
  - *Ep. Johannis* iii.
  - *Ep. Judae* i.
- Sapientialibus correspondent Ep. Pauli
  - *Ad Romanos* i.
  - *Ad Corinthios* ii.
  - *Ad Galatas* i.
  - *Ad Ephesios* i.
  - *Ad Philipp.* i.
  - *Ad Colosenses* i.
  - *Ad Thessal.* ii.
  - *Ad Thimoth.* ii.
  - *Ad Titum* i.
  - *Ad Philemon* i.
  - *Ad Hebraeos* i.
- Prophetalibus correspondet
  - *Apocalips.* i.

Dicto breviter de ordine et numero librorum *Veteris* et *Novi Testamenti* secundum Burcardum, Jeronimum, Ysidorum, Cassiodorum, et Hugonem in *Didascalicon*, jam nunc subjiciendum est de opusculis sanctorum patrum et doctorum, quae in ecclesia catholica recipiuntur. Apud nos S. Pamphilus martir, cujus *Vitam* Eusebius Caesariensis conscripsit, Pisistratum in sacro bibliotecae studio adaequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta millia voluminum habuit. Origenes apud Graecos in Scripturarum labore tam Graecos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique S. Jeronimus sex millia librorum ejus elegisse fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Origenis tamen scripta recipit ecclesia, quae Jeronimus non repudiat. Verumptamen quando *Omeliae* ejus leguntur in ecclesia, nomen ejus propter haeresis infamiam subticetur: volunt tamen quidam doctores, ut in principio omelia ejus dicatur *Omelia Origenis correcta et approbata a Jeronimo*, sed secundum Will. Durandum in suo *Rationali* dici debet *Omelia lectionis ejusdem*. Scripserunt et alii viri catholici quamplures, sc. S. Dionisius Areopagita, episcopus et martir, S. Ignatius, S. Ciprianus, episcopus et martir, S. Eusebius Caesariensis, S. Basilius, episcopus Cappadociae, S. Gregorius Nazianzenus, S. Gregorius theologus, Didimus Alexandrinus, Rufinus, presbyter Aquilinensis, vir religiosus, multa scripsit et interpretatus est. Sed quum B. Jeronimus in aliquibus eum de arbitrii libertate notavit, illa sentire debemus, quae secundum Jeronimum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino et Origene, sed et de universis, quos idem Jeronimus zelo Dei et fidei religione reprehendit. Item scripserunt S. Jeronimus, S. Athanasius Alexandrinus episcopus, S. Hillarius Pictavensis episcopus; Sedulius, presbyter et vir religiosus, scripsit *Opus Paschale*: S. Ambrosius Mediolanensis episcopus, S. Johannes Chrysostomus episcopus Constantinopolitanus, S. Theophilus episcopus Alexandriae, S. Cyrillus episcopus Alexandriae, S. doctor Augustinus episcopus Ypon, Orosius, S. Prosper, vir religiosissimus Cassiodorus, S. Gregorius papa, Proculus, Prudentius, Arator, Juvencus, Leo papa sanctus, cujus scripta ad Flavianum si quispiam usque ad unum iota disputaverit, et non ea in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item scripserunt Ysidorus, S. Beda, Anselmus, Albinus vel Alcuinus, Alexander Nequam, Fulgentius, Johannes Damascenus, Bernardus, Innocentius papa, Yvo Carnotensis, Haymo monachus, Hildefonsus, Petrus Comestor, Petrus Lumbardus, Petrus Pictavensis, Rabanus. Item *Vitas patrum Antonii*, *Pauli*, *Hilarionis*, et *omnium monachorum*, *et heremitarum*, quas scripsit B. Jeronimus, recipit et legit ecclesia cum omni veneratione. Item *Actus B. Silvestri papae*, licet ejus, qui conscripsit, nomen ignoretur a multis in urbe Roma catholicis legi cognovimus. Item scripta *De inventione S. crucis*, et *De inventione capitis S. Johannis baptistae*. Item opuscula et tractatus omnium patrum ortodoxorum, qui in nullo a S. Romanae ecclesiae fide deviarunt. Item recipit et approbat S. Romana ecclesia *Decretales epistolas*, quas beatissimi papae diversis temporibus ediderunt. Item *Gesta sanctorum martirum*, exceptis quibusdam paucis, qui singulari cautela in sancta Romana ecclesia secundum antiquam consuetudinem non leguntur, quia eorum, qui scripserunt, nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut superflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cujusdam Cirici et Julittae, sicut Georgii aliorumque hujusmodi passiones, quae ab haereticis perhibentur conscriptae, S. Romana ecclesia veneratur et celebrat. Sunt praeterea quamplurima alia opuscula a viris religiosis et sapientibus diversis temporibus conscripta, quae licet auctoritate universalis ecclesiae probata non sint, tamen quia a fide catholica non discrepant, et nonnulla etiam utilia docent, inter divina computantur eloquia.

Praeter haec etiam alia volumina apocripha nuncupantur, in quibus etsi inveniatur aliqua veritas, tamen nulla est in eis canonica auctoritas, quia multa in hiis voluminibus sub nominibus prophetarum, et recentiora sub nominibus apostol. ab haereticis proferuntur: e quibus pauca, quae ad memoriam venerunt, subdenda sunt. Imprimis Arminensem synodum a Constantio Caesare, Constantini filio, congregatam, mediante Tauro praefecto, in aeternum Romana dampnat ecclesia: item *Itinerarium* nomine *Petri apostoli*, quod appellatur *S. Clementis*; libri x *Actus* nomine *Andreae apostoli*; *Actus* nomine *Thomae apostoli*; *Actus* nomine *Petri apostoli*; *Actus* nomine *Philippi apostoli*; *Evangelium Thadaei*; *Evangelium Barnabae*; *Evangelium Petri*; *Evangelium Thomae*, quibus, ut dicitur, Manichaei utuntur; *Evangelium Bartholomaei*; *Evangelium Andreae*; *Evangelia*, quae falsavit quidam Lucianus; *Evangelia*, quae falsavit Yficius; liber *De infantia Salvatoris*, et *De S. Maria*, et *De obstetrice Salvatoris*; liber qui vocatur *Pastor*; libri omnes quos fecit Lentius discipulus diaboli; liber qui appellatur *Fundamentum*; liber qui appellatur *Thesaurus*; liber *De filiabus Adae*; Centimetrum *De Christo* Virgilianis compaginatum versibus; liber qui appellatur *Actus Pauli et Teclae*; liber qui appellatur *Nepotis*; liber *Proverbiorum* ab haereticis conscriptus, et S. Sixti nomine signatus; Revelatio vel visio, quae appellatur *Pauli revelatio*, *Thomae revelatio*; Stephani liber qui appellatur *Transitus S. Mariae*; liber qui appellatur *Assumptio S. Mariae*; liber qui appellatur *Poenitentia Adae*; liber qui appellatur *Poenitentia Origenis*; liber qui appellatur *Testamentum Job*; liber qui appellatur *Poenitentia Cypriani*; *Liber Diogiae* nomine *Gigantis*, qui post diluvium cum dracone ab haereticis pugnasse perhibetur; liber qui appellatur *Jamne et Mambre*; liber qui appellatur *Sors apostolorum*; liber *Lusan*; liber qui appellatur *Canones apostolorum*; liber qui appellatur *Laus apostolorum*; *Liber physiologus* ab haereticis conscriptus; et B. Ambrosii nomine praesignatus; *Historia* Eusebii Pamphili; *Opuscula* Tertulliani sive Africani; *Opuscula* Posthumiani et Galli; *Opuscula* Montani, Priscillae, et Maximillae; *Opuscula* Faustini Manichaei; *Opuscula* alterius Clementis Alexandrini; *Opuscula* Cassiani presbiteri Galliarum; *Opuscula* Frumentii; *Epi-*

stola Jesu ad Abegarum regem; *Epistola Abagari ad Jesum*; *Opuscula* Lactantii; *Opuscula* Comodiani; *Opuscula* Tharsi Cipriani; *Opuscula* Arnobii; *Opuscula* Tyconii; *Passio Cirici et Julittae*; *Passio Georgii*; scripta quae appellantur *Salomonis contradictio*; *Philacteria omnia*, quae non ab angelo, ut illi confingunt, sed magis a daemone conscripta sunt. Hac et hiis similia, quae Simon Magus, Cherinthus, Martion, Basilides, Ebion, Paulus Samosatenus, Fotinus, et Donosius, qui simili errore defecerunt; Montanus quoque cum suis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, Apollinaris sive Manichaeus, Faustus Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabatius, Calixtus, Donatus, Eustachius, Novianus, Pelagius, Julianus, Caelestinus, Maximianus, Priscillianus, Persilianus ab Hispania, Lampadius, Dioscorus, Euticius, Petrus, et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit; Jovinianus, Nestorius, Achatius Constantinopolitanus cum suis consortibus; nec non et omnes haereses, quas ipsi eorumque discipuli docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinemus non solum repudiata, verum etiam ab omni catholica et Romana ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis vinculo in aeternum confitemur esse dampnata. Haec "Gelasius "papa in *Decretis* suis, et Gratianus *Di.* 15. *Sancta Romana*, et *Di.* 37. c. *Legimus*, et Hugo "in *Didascalicon*." Sed notandum, quod quidam libri reputantur apocrifi, quia veritati adversantur, ut sunt libri haereticorum: quidam vero apocrifi, quia eorum auctores ignorantur, licet veritatem puram contineant, ut est *Evangelium Nazareorum*; quidam etiam, quia de veritate dubitatur, ut est liber *De ortu et infantia S. Mariae*, et liber *De infantia Salvatoris*, librique *De assumptione S. Mariae*, quorum primum Jeronimus ad petitionem Heliodori episcopi scripsit, prout ipsam narrationem *De Joachim et Anna*, et *De ortu B. Mariae virginis* se quondam adhuc adolescentulum in quodam libello legisse meminit. Haec ipsa tamen, quae scribit, nec vera nec falsa esse asserit, sed tantummodo sive vera, sive falsa sint, ea salva fide ac sine piaculo animi credi et legi posse ab hiis, qui credunt Deum haec omnia facere potuisse. Neque aliter a quoquam Christiano libri apocriphi sive etiam phisici vel poetici legendi, nisi in mente jugiter servando, quod dicit apostolus, "Omnia probate, quod bonum est tenete." Unde idem Jeronimus contra Vigilantium, "Operis, "inquit, ac studii mei est multos libros legere, ut ex plurimis diversos carpam flores, non tam omnia "probaturus, quam quae bona sunt electurus." Illa autem apocripha, quae non sunt contra fidem catholicam, quorum sc. et author penitus ignoratur, et de veritate dubitatur, si quando legantur a quoquam vel enarrentur, utrum credi vel non credi debeant, ipsius legentis vel audientis judicio vel voluntati relinquitur, sicut cum juniores aliqui vel narrationes ignotae ab illis plerumque, qui viderint vel audierint, ut assolet, referuntur; apostoli namque de libris gentilium et apocrisis nonnulla in *Epistolis* suis sibi testimonia usurparunt, Judas enim apostolus in canonica sua de malis hominibus loquens, ita scribit, "Prophetavit autem de hiis unus ab Adam "Enoch," etc. Qui tamen liber *Enoch* inter apocripha computatur. In libris quoque Moysy et in Prophetarum voluminibus quaedam de libris gentilium assumpta sunt. Neque haec dico quia velim apocriphis, quod absit, auctoritatem dare, sed quod licet ea legere et etiam credere quae non sunt contra catholicam fidem, licet non habeant veritatis certitudinem. Haec Vincentius in *Speculo histor.* lib. i. cap. 9. Similiter quoad sanctos non canonizatos dicit Hostiensis in *Lectura* sua super c. *Audivimus*. *Extra.* De religione et veneratione sanctorum, quod licitum esset cuilibet in secreto preces porrigere alicui defuncto, quem sanctum credit, ut pro ipso ad Deum intercedat, non tamen licet pro tali officium solemne facere vel preces solemnes publice emittere, donec canonizatus fuerit. Et idem dicit Innocentius. Et hoc de novo statutum est in concilio Turonensi, celebrato per dominum papam Alexandrum iii A. D. MCLXIII. Ante vero solebant metropolitani et diocesani cum populo sanctos miraculis coruscantes in publico venerari, et in scriniis honorifice collocare, libros etiam gentiles et apocriphos ante decretum Gelasii papae indifferenter legere licuit et habere. Hinc cavendum est cuilibet lectori, cum reppererit aliquem sanctum nominatum post tempora papae Alexandri iii ne publice talem ut sanctum veneretur, quousque fuerit ab ecclesia Romana canonizatus. Et quamvis *Opuscula* Cassiani superius inter apocripha computentur juxta decretum papae Gelasii, i beatus tamen Benedictus postea statuit quaedam illius *Opuscula* in capitulo monachorum legenda, viz. *Instituta Patrum* et *Collationes eorum*, ut habetur in *Regula* sua cap. 42, et cap. 73. quae quidem *Regula* a B. Gregorio papa, et ab universali ecclesia est approbata, ut habetur in 2° *Dialogorum* et 18. q. 2. c. *Perniciosum*. Et sciendum, quod B. Benedictus nichil in *Regula* sua praecepit sacris canonibus obvians vel repugnans. Probatur enim in *Canone monachorum* esse licita quae in *Regula* conceduntur, vel etiam inducuntur, sicut patet 16. q. 1. *Superiori auctoritate*, et *Extra. Ne clerici vel monachi.* c. 1. Decretum etiam Gelasii non obviat supra dictis, licet enim *Opuscula* Cassiani, de quibus loquitur decretum, publice in ecclesia legi non debeant, in capitulo tamen monachorum secundum regulam S. Benedicti sine periculo legi possunt, unde Cassidorus in libro *De institutione divinarum literarum* sic ait ad monachos suos, "Cassianus "de libero arbitrio suo a B. Prospero jure culpatus est, ejus tamen *Opuscula* sedule legite et "libenter audite, si in rebus talibus excedentem monemus, ut sub cautela legere debeatis." Item quidam doctor modernus scribit, quod firmissime tenendum est, B. Benedictum nihil contra sacros canones in sua *Regula* statuisse, sicut in canone satis patet 16. q. 1. *Hinc etiam.*

Nomina

Nomina locorum, in quibus infra ſcripti libri reperiuntur, ut patet per numerum Algoriſmi.

1 Cantuariae Trinitatis.
2 Cantuariae Auguſtini.
3 Cantuariae Gregorii.
4 Favereſham.
5 Ledes.
6 Boxleye.
7 Roſa.
8 Bataſie.
9 Merthone.
10 London. Trinitatis.
11 Weſtmonaſterium.
12 S. Maria ultra Pontem.
13 Waltham.
14 Stratfordia.
15 S. Albanus.
16 Prioratus Roberti.
17 Bokenham.
18 Novus Locus.
19 London. S. Pauli.
20 Waverleye.
21 Lewes.
22 Ciceſtria.
23 Suthwych.
24 Tichefeld.
25 Quareria.
26 Bellus Locus.
27 Rameſia.
28 Modesfonte.
29 Chriſti eccleſia.
30 S. Swithini.
31 S. Barnabae.
32 S. Mariae Winton.
33 S. Dionyſii.
34 Werewell.
35 Sareſbiria.
36 Herles.
37 Oſeneya.
38 S. Frideſwita.
39 Eyneſham.
40 Abendonia.
41 Thame.
42 Radingia.
43 Woburne.
44 Dunſtable.
45 Wardona.
46 S. Neotus.
47 Bittleſdene.
48 Northampton S. Andreae.
49 Northampton S. Jacobi.
50 Pipewelle.
51 Leyceſtria.
52 Gerondona.
53 Lentona.
54 Chelcfordia.
55 Thurgertone.
56 Novus locus.
57 Rucheforde.
58 Crokeſtone.
59 Ladale.
60 Blanchewell.
61 Burch.
62 Thorneye.
63 Croylande.
64 Bernewell.
65 Rameſia.
66 . . . .
67 Ely.
68 Walden.
69 Huntyngdon.
70 Weſtacre.
71 Caſtelacre.
72 Derham.
73 Norwic. S. Trinitatis.
74 S. Benedictus de Holm.
75 Langeley.
76 Bliburgh.
77 Sibbetone.
78 Leyſtone.
79 Buteleye.
80 Gypewic Trinitatis.
81 Gypewic Petri.
82 S. Edmundus de Bury.
83 Colçeſtriae S. Johannis.
84 Colceſtriae Botulphi.
85 S. Oſitha.
86 Cogeſhale.
87 Tilteya.
88 Dummowe.
89 Bomeneye.
90 Lancenetone.
91 Plomtone.
92 Duncawile.
93 Buckfeſtar.
94 Forda.
95 Exonia.
96 Tantonia.
97 Alingeleya.
98 Glaſtonia.
99 Totonia.
100 . . . .
101 Tore.
102 Briſtollia S. Auguſtini.
103 Malmeſbira.
104 Cirenceſtria.
105 Clammorgan.
106 Dore.
107 Wigemore.
108 Glovernia S. Petri.
109 Lantonia.
110 Teukeſbiria.
111 Eveſham.
112 Wigornia Wilſtani.
113 Perſover.
114 Bordeſle.
115 Wenelach.
116 Salopia.
117 Lilleſhulle.
118 Ceſtriae Abbatia.
119 Baſingweich.
120 Planeguſtel.
121 Aberkunewon.
122 Deulacreſſe.
123 Crokeſden.
124 Mirevallis.
125 Coventria.
126 Cumbe.
127 Stanle.
128 Kelineworthe.
129 Burtonia.
130 Lincolnia.
131 Hoſpitalis Lincoln.
132 Semplyngham.
133 Reveſby.
134 Kyrkeſtede
135 Torkeſeye.
136 Luya.
137 Grymeſby.
138 Toringtone.
139 Eborac. S. Mariae.
140 Funteygnes.
141 S. Oſwaldi.
142 Ryvalli.
143 Bridelington.
144 Whiteby.
145 Meltone.
146 Kirkeham.
147 Spaldinges.
148 Thornhom.
149 Harleolum.
150 Holmcoltram.
151 Fornayſe.
152 Gedeſworth.
153 Kelcom.
154 Melros.
155 Neubotle.
156 De S. Andrea.
157 De S. Cruce.
158 Dumfermyn.
159 S. Agathae.
160 Jorevallis.
161 Giſeborne.
162 Tynemutha.
163 Novum monaſterium.
164 Dunelmia.
165 Bringeborne.
166 Helmdeſham vel Hecleſham.
167 Cern S. Mariae.
168 Fratrum Minorum Oxon.
169 Yxworth.
170 Fratrum Praedic. Theſſordiae.
171 Fratrum . . .
172 Theſſordia monachorum.
173 Batewelle monachorum [Minorum Mſ. Twine.]
174 Colne.
175 Berkynge.
176 Flexleya.
177 Welles.
178 Nortone.
179 Bildewas.
180 Bathonia.
181 Herefordia Curlaci.
182 Herefordia cathedr. eccleſia.
183 Leminiſtria.
184 Wermeleya.
185 Brekennow.
186 Cliſordia.
187 Witham Cartuſiae veteris.
188 Schireburne.
189 De monte acuto.
190 Muchelnie.
191 Goltclive.
192 Bradenſtok.
193 Stanlie.
194 Farleya.
195 Hentonae Cartuſiae.

In

In *Registro* Willelmi Molash, prioris ecclesiae Christi Cantuariensis, quod fuit Will. Bowyeri A. MDLXVI, et postea Will. Sancrofti, archiepiscopi Cantuar. ex dono Thomae, episcopi Petriburgensis A. MDCLXXXVI (de quo supra pag. xv.) ordo monasteriorum vel aliter locatur, vel monasteria ipsa alio insigniuntur nomine: a fol. 160. b. ad fol. 161. b.

Custodia London.		*deest*	66.	Bradenstoke.	xxv.
Ecclesia Cantuar.	1.	Dunmow.	88.	Standley.	xxvi.
S. Augustini Cantuar.	2.	*Custodia Bristol.*		Farley.	xxvii.
Le Batayle	8.	Bothmer.	89.	Flexley.	v.
Merton.	9.	*desunt*	100.	Wellys.	vi.
Begham.	17.	. . . . .	104.	*Custodia Wygorn.*	
London S. Pauli.	19.	Sirencestre.	105.	Evysham.	iii.
[Reliqua usque ad num. 19. eo-		Dacre.	106.	S. Wolstan Wigorn.	112.
dem modo ut in nostro Ms.]		Teukesbury.	110.	Pershere.	113.
Custodia Sarum.		Baton.	xiii.	Planagustell.	120.
Waverle.	19.	S. Gutlaci Heref.	xiv.	Kenelworth.	128.
deest	21.	Ecclesia cathedr. Heref.	xv.	Burton.	129.
S. Barnabas.	31.	Leminster.	xvi.	Norton.	11.
Monaster. Heros f. Hederos.	36.	Wermere.	xvii.	Bildewas.	12.
Custodia Oxon.		Brekynnow.	xviii.	*Custodia Eborac.*	
Osneya.	37.	Clifford.	xix.	Lincoln.	130.
La Dale.	59.	Wytham i. e. Carthusiae vete-		Lusa.	136.
Banchewelle.	60.	ris.	xx.	Tornhome.	148.
Burgh.	61.	Sireburn.	xxi.	*Custodia Novi Castri.*	
Crowland.	63.	De Monteacutor.	xxii.	Carleolum.	149.
Custod. Cantabregg.		Muchelney.	xxiii.	S. Mariae de Cern.	167.
Bernewelle.	64.	Goldelyve.	xxiv.		

Utilitati et expeditioni studentium et praedicatorum quidam S. Edmundi monachus ex informatione aliorum, et eorum exemplaribus pro modulo suo volens proficere, nomina auctorum, doctorum, et librorum eorum originalium secundum ordinem alphabeti ac partialium librorum numerum in unum colligere; principia pariter et fines, locaque, quibus hujusmodi libri poterint inveniri, per numerum algorismi locorum nominibus correspondentem hic scribere et intitulare curavit, ut quum alicui occurrerint, facilius possit ea cognoscere, et securius allegare. Quandoquidem tamen . . . multorum librorum principia non novit, vidit neque fines, nec ubi potuerunt inveniri; ideo si alicui occurrant, poterit eos in spatio vacuo ad hoc reservato intitulare; primo enim ponuntur nomina doctorum seu auctorum, et anni quibus ipsi doctores floruerunt; secundo tituli et nomina librorum.

[Hic in Ms. Bostoni Buriensis sequuntur nomina auctorum cum titulis, principiis, et finibus tractatuum, ac numeris bibliothecas monasteriorum supra recitatorum, in quibus libri praedicti continentur, indigitantibus. Quia autem major illorum pars auctores peregrinos ac tritos enarrat, quorum opera vel deperdita vel in cunctis reperiuntur officinis; quia etiam nihil praeter nomina monasteriorum, in quibus libri olim asservabantur, nobis restat; nomina auctorum extraneorum, omissis titulis, initiis, finibusque tractatuum et numeris monasteriorum, eo quo in Ms. extant ordine recensere; Britannos vero et Hibernos suo loco ex *Promptuario* monachi Buriensis inserere statuimus.]

Augustinus, doctor et episcopus Ypponensis, in Lumbardia anno ab incarnatione Domini CCCLXXXV baptizatus ab Ambrosio.

Ambrosius, sanctus doctor, archiepiscopus Mediolanensis in Lumbardia, floruit tempore Valentis, Gratiani, et Theodosii imperatorum circa A. C. CCCLXXXV.

Anselmus, monachus et abbas de Becco, et postea Cantuariensis archiepiscopus, floruit circa A. D. MXCIV, et scripsit ea quae sequuntur: De conceptu virginali, et originali peccato, lib. i. Pr. *Cum in omnibus.* Fin. *Probari poterit.* 82. 42. 94. 9. 19. 1. [163. 166. 126. 115. 63.] De veritate et libero arbitrio, et casu diaboli, lib. i. Pr. *Quoniam dictum.* Fin. *Rectitudo.* 82. 163. 94. 42. 153. 8. [139.] De concordia praescientiae divinae, praedestinationis, et gratiae cum libero arbitrio, lib. i. Pr. *De tribus illis.* Fin. *impendere.* 82. 161. 95. 158. 116. [163. 94.] De libero arbitrio, lib. i. Pr. *Quum liberum.* Fin. *interrogare.* 82. 114. 94. 42. 153. [118. 8. 1. 46. 102.] Cur Deus homo, lib. ii. Pr. *Saepe et studiose.* Fin. *debemus.* 82. 94. 43. 8. 80. 9. 1. [163. 165. 19. xii. 20. 22.] De grammatico [In Mss. ita: Quid si grammatica, f. substantia et qualitas.] lib. i. Pr. *De grammatico.* Fin. *non negabis.* 82. 161. 94. 160. 1. Item de casu diaboli, lib. i. Pr. *Illud apostoli.* Fin. *loquendi.* 82. 94. 116. 42. 153. [8.] De processione Spiritus Sancti, lib. i. Pr. *Negatur.* Fin. *latinitatis.* 82. 42. 8. 129. 32. [166. 118. 94. 116. 9. 1.] Contra insipientem, lib. i. Pr. *Ergo, Domine.* Fin. *benevolentia.* 82. Contra respondentem pro insipiente, lib. i. Pr. *Quoniam non.* Fin. *reprehendisti.* 82. Disputationum pro insipiente, lib. i. Pr. *Dubitanti.* Fin. *suscipienda.* 82. Disputationis Judaei cum Christiano, lib. i. Pr. *Reverendo.* Fin. *pronunciabatur.* 82. Disputatio inter Christianum et Gentilem, lib. i. Pr. *Majestas.* Fin. *facientes.* 82. De similitudini-

bus, lib. i. Pr. *Voluntas tripliciter*. Fin. *in qua voluit*. 82. 161. 83. 123. 39. [94. 1. 160. xxiii.] De incarnatione verbi, lib. i. Pr. *Domino Patri*. Fin. *inveniet*. 82. 94. 42. 8. 32. 9. [161. 25. 1. 23. x. xxiii. 7. De sacramento altaris, lib. i. Pr. *Domino et amico*. Fin. *epistolam*. 82. De fermentato et azimo, [De sacrificio azimi et fermentati,] ep. i. Pr. *Anselmus*. Fin. *repudiandum*. 82. 1. 9. 42. 94. 161. De beatitudine et miseria, lib. i. Pr. *Notandum est*. Fin. *diligunt*. 73. 83. De aeterna beatitudine, tract. i. Pr. *Multi homines*. Fin. *depereunt*. 82. 9. 32. Soliloquiorum de Trinitate lib. iii. Monologion, lib i. Soliloquium, lib. i. Pr. *Si quis*. Fin. *trinus et unus*. 82. 15. 35. 166. 97. [164. 94. 93. 92. 9. 19. 1. 20. v.] Prosologion, lib. i. Alloquium de Deo, lib. i. Pr. *Eya*. Fin. *benedictus*. 82. 151. 36. 13. 39. 20. [163. 94. 9. 19. 35. 1.] De redemptione humana meditatio. Pr. *Anima christiana*. Fin. *possideat*. 82. 92. 94. 155. 157. [1.] De planctu virginitatis amissae meditatio. Pr. *Anima mea*. Fin. *misericordia tua*. 82. 92. 94. 155. 157. Ad concitandum timorem meditatio. Pr. *Terret me*. Fin. *interminata*. 82. 92. 94. 155. 157. De passione Christi meditatio. Pr. *Domine Jesu*. Fin. *quia pius*. 82. 92. 94. 155. 157. Item, Orationes de S. Cruce, de S. Maria, de S. Johanne Baptista, de sanctis Petro et Paulo, de S. Johanne evangelista, de S. Stephano, de S. Martino, de S. Nicholao, de S. Benedicto, de S. Maria Magdal. Pro amicis et inimicis. Ad corpus Domini suscipiendum. Item orationem cotidianam: Princ: *Omnipotens Deus*. Item, Orationem: Sub cujus nomine regitur ecclesia. De excellentia B. Virginis, lib. i. Pr. *Supereminentiam*. Fin. *famulemur*. 82. Super illud Evangelii, *Intravit Jesus* [*in quoddam castellum*] expositio. Pr. *Intravit*. Fin. *haec est pars optima*. 82. 165. 42. 126. [15. 139. xxvii.] Sigillum S. Mariae. 73. 42. 15. 126. 139. Super Cantica canticorum. 8. De conceptione S. Mariae, serm. i. Pr. *Principium quo salus*. Fin. *genuisse*. 82. De assumptione B. Mariae, serm. i. Pr. *Ades nobis*. 73. 65. [Meditationes ejus. 126. 94. 9. 19. 1. xii. 20. x. xv.] [De immunditia cordis. 94. 19.] [De ordine creaturarum. 94.] Parabolorum, sive Proverbionum, lib. i. Pr. *Ante prandium*. Fin. *nomen tuum*. 82. Epistolas clxvi. Pr. *Gloria in*. Fin. *lat.' Amen*. 83. 94. 116. 1. 24. 27. [xxiv. xxvii.] Si malum nichil est, epist. i. Pr. *Frater*. Fin. *bonum esse*. 165. Super Psalterium *Beatus vir*. Pr. *Hic triplex*. 118. 126. 161. 95. 23. 20. [128. v. 46. 102.] Super Epistolas Pauli. 161. 95. 156. 160. 42. De septem virtutibus. 19. 153. 166. [116. 89. 43.] De ymaginibus. 123. Sermones. 89. 43. 19. 116. 166. 65. De sacramentis ecclesiae, epist. i. Pr. *Domino Valeriano*. Fin. *haec sapientiae*. 1. De dedicatione ecclesiae, sermo. Pr. *Quia sancta*. Fin. *consecuti*. Super illud *Dum medium silentium*. Pr. *Omnipotens sermo*. Fin. *durus bellator*. De corpore Christi, lib. i. Pr. *Primum*. Fin. *animam*. 82. De Antichristo secundum quosdam, tract. i. Pr. *De Antichristo*. Fin. *praefixit*. 21. 24. [xxi. xxiv.] De humanis moribus, lib. i. xxiv. De timore mortis. 24. De voluntate Dei, tract. i. Pr. *Cum de voluntate*. Fin. *ad modum*. 82. De propria voluntate. 163. 114. 12. [xii. 116. 8. 9. 1.] Super Matthaeum et Johannem, lib. ii. Pr. *Omnibus*. 160. 42. Super Apocalypsin. 160. De scientia animae Christi. Pr. *Hugoni*. Fin. *impetrare*. 82. De motione altaris, tract. i. Pr. *Quod de altari*. 82. Item Omeliae. 94. De fide Christiana. 24. [xxiv.] De xiv beatitudinibus. Pr. *Superius annunciatur*. Fin. *contempserunt*. 32. 108. 19. 139. 49. [13. 9. xix. xx.] De versibus heroicis. 105. De vii gradibus humilitatis. 19. 94. [1. 139.] [Vita ejusdem. 163. 166. 118. 158. 116. 82. 20.]

Alexander Nequam, de territorio S. Albani natus, Cirencestrensis ecclesiae canonicus regularis, abbas ibidem, floruit circa A. D. . . . et obiit A. C. MCCLXX, et sepultus est apud Wigorniam in claustro monachorum, cujus tumuli superscriptio talis est:

" Ecclipsim patitur sapientia, sol sepelitur:
" Cui si par unus, minus esset flebile funus:
" Vir bene discretus, et in omni more facetus.
" Dictus erat Nequam, vitam duxit tamen aequam."

Hic semel petiit monachatum apud S. Albanum, et scripsit abbati sic: " Si vis, veniam; sin autem . . . tu autem . . " Respondit abbas: " Si bonus es, venias; si nequam, nequaquam." Et ille indignatus propter cognomen suum, transtulit se ad Cirencestriam. Scripsit De naturis rerum, lib. v. Pr. *Forma decens*. Fin. *largitori*. 81. 114. 1. 10. 12. [xvi.] Super Cantica, lib. vi. Pr. *Humilitas*. Fin. *laus est*. 82. 1. 42. 108. 15. [x. 142.] Super Psalterium. Pr. *De ortu deli*. . . 82. 15. 153. 10. De difficilibus verbis Bibliae, lib. i. Pr. *Ferrum*. Fin. *angelica*. 82. Super mulierem fortem, lib. iii. Pr. *Splendor*. Fin. *opus*. 82. 42. 20. 28. [xx.] De conversione B. Mariae Magdal. meditatio. Pr. *Ad mensam*. 82. Super Ecclesiasten, lib. iii. Pr. *Superfluo*. Fin. *largitori*. 42. 114. 1. 108. 15. [xii.] De fide, spe, et caritate, tract. i. 42. Super Vetus Testamentum et Novum. 108. Super symbolum Athanasii. Pr. *Caput aquilae*. Fin. *cui personae*. 82. 166. 115. 65. Ysagogarum lib. i. Quaestionum lib. i. 20. 65. [xx.] Sermones ab adventu Domini. Pr. *Post susceptam*. 15. 65. Regulas super theologiam. 124. 115. 12. 65. Cur Deus homo, vel, Cur filius incarnatus. tract. i. Pr. *Operis*. De nativitate B. Mariae, serm. i. Pr. *egredietur*. De annunciatione, serm. vi. Pr. *In hoc versu*. Fin. *collocemur*. 82. De desponsatione B. Mariae, tract. i. Liber, qui dicitur Festivale. De utensilibus necessariis, lib. i. Pr. *Quam bene*. Fin. *animarum fidelium*. Scintillarium poetarum, vel, Methologias.

Adelredus, sanctus, primo monachus, et tandem abbas Rievallensis de ordine Cisterc. floruit circa A. D. MCLX, et scripsit ea quae sequuntur: Super Evangelium, *Cum esset Jesus annorum* xii. tract. iii. Pr. *Petis a me*. Fin. *curavimus*. 82. 160. Speculum caritatis, continens lib. iii. Pr. *Extendisti*. Fin. *intercedat*. 82. 105. De spirituali amicitia sub dialogo, lib.

lib. iii. Pr. *Ecce ego.* Fin. *omnia in omnibus.* 82. 43. 160. Soliloquiorum lib. i. Pr. *Quare tristis.* Fin. *aucupemur.* 82. 105. De institutis inclusarum, lib. i. Pr. *Jam pluribus.* Fin. *intercedat.* 82. 43. 124. De oneribus Babilonis omeliae xxxiii. Pr. *Tempus est.* 163. 105. 127. 126. 114. De anima, lib. ii. 105. Super Cantica. 43. De virginitate B. Mariae. 43. De diversis virtutibus et militia Christiana, tract. i. Pr. *Sagitta.* Fin. *abissi.* 82. 166. 157. Cronica ab Adam usque ad Henr. i regem Angliae, lib. i. De miraculis ecclesiae Augustaldensis, lib. i. De Standardo, tract. i. Vitam S. Edwardi Conf. 92. 82. 11. [43.] Vitam S. Niniani Conf. Vitam Davidis regis Scotiae, cum lamentatione de morte ejus, in genealogia regum Angliae, lib. i. 82. Super Evangelium *Nemo accendit* expositio. 93. 82. Sermones in causis et synodis c. 163. 105. 160. 114. Epistolas ad diversos ccc. 105. [De xii oneribus in adventu Domini. 163. 105.] [De . . nominibus. 163. 121. 125. 126. 116. 123. 129.]

Athanasius doctor et episcopus Alexandriae tempore Theodosii imperatoris: floruit circa A. D. cccxl.

Alcuinus, qui et Albinus, genere Anglicus, S. Adriani abbatis discipulus et monachus, et post Adrianum abbas S. Augustini Cantuariensis, in philosophia excellentissimus, in Graeca lingua peritus, et Latina sicut in Anglica sibi naturali pleniter instructus secundum Bedam v libro *De gestis Anglorum.* Floruit circa A. D. dccxxiii. Hic a regibus Anglorum pro pace missus ad Franciam a rege Carolo fotus est hospitio, cujus praecipue magisterio ipse rex omnes artes didicit liberales. Huic etiam rex Karolus dedit abbatiam S. Martini Turonensis regendam. Iste Alcuinus studium de Roma Parisiis transtulit, quod illuc quondam a Graecia translatum fuerat a Romanis. Nam fundatores Parisiensis studii fuerunt quatuor monachi Bedae discipuli, S. Alcuinus, praecipue Rabanus, Claudius, et Johannes Scotus. Haec Martinus in *Cronicis papae* et Wilhelmus Malmesburiensis et Vincentius in *Speculo historiali*, lib. xxiv. cap. 173. Scripsit autem Alcuinus, qui et Albinus, ea quae sequuntur, et jussu ipsius regis divinam correxit historiam. De Trinitate, ad Karolum, lib. iii. Pr. *Domino glorioso.* Fin. *nullus est.* 82. 95. 8. 128. 32. 80. [9. 35. 139.] Dialogorum de Trinitate lib. i. Pr. *Cum omnis.* 82. 9. 15. 139. 63. Dialogorum inter ipsum et Karolum lib. i. Pr. *Natura.* Fin. *litera.* 83. Sententiarum lib. i. Quaestiones super Genesin ad literam. Pr. *Quia individuus.* 82. Super Cantica canticorum, lib. Super Epist. ad Hebraeos. Super Ecclesiasten. 163. Super Evangelium Johannis, lib. vii. Pr. *Quantum.* Fin. *promisit.* 82. De ratione animae, lib. i. Pr. *Sanctae solicitudini.* Fin. *meritorum claritate.* 74. Quaestionum et responsionum Albini et Fridegisi de Trinitate, lib. i. Pr. *Desideratissimo.* Fin. *in cruce.* 82. 15. Categoriarum ad Karolum lib. i. De ecclesiasticis dogmatibus, lib. i. Super Vetus et Novum Testamentum. De fide catholica, lib. i. Pr. *Quotiens.* 82. 98. De Antichristo ad Karolum, lib. i. Pr. *In primis.* Fin. *documenta.* 82. De proprietate nominum Deo convenientium, lib. i. Pr. *Domino David.* Fin. *dulcedinem.* Speculum parvulorum, lib. i. Pr. *In Scriptura.* Fin. *aperte nunc.* 159. Ad Carolum orationem i. Pr. *Dominus.* Fin. *admitte.* 82. De confessione, tract. i. 15. De proprietate sermonum vel rerum, lib. i. 8. Disputationis cum Pipino lib. i. Pr. *Quid est litera.* Fin. *Exul.* 8. 82. De manifestatione Trinitatis, lib. i. 8. Didascalicon lib. i. 126. Cronicarum lib. i. 126. De Sapientia, lib. i. 46. De Trinitate ad Karolum. Historiam, quae canitur in ecclesia Anglicana. Item Vitam S. Martini a Severo Sulpitio descriptam dictis planioribus elucidavit. De doctrina B. Basilii, lib. i. 98. [94.] De virtutibus et vitiis et utilitate animae [Wydoni comiti] lib. i. Pr. *Primo omni.* Fin. *coronabitur.* 15. 20. 50. 82. 95. Epistolarum ad diversos lib. i. 163. 164.

Aldhelmus monachus et abbas Meldunensis monasterii, et postea Shirburnensis ecclesiae episcopus in Graeca lingua et Latina sufficienter eruditus, floruit circa A. D. dclxviii et scripsit Aenigmata, in quibus continentur versus mille. Pr. *Altrix cunctorum.* Fin. *Sophos.* 82. 65. De virginitate et laude sanctorum et sanctarum, ad Shildelitham abbatissam de Berking, lib. i. Pr. *Metrica.* Fin. *coronam.* 82. 65. De octo vitiis principalibus lib. i. Pr. *Digestis.* Fin. *per aethram.* 82. De pascha, contra errorem Britonum, lib. i.

Abbo, Floriacensis monachus et abbas, et postea pro fide Christi martyrizatus, floruit circa A. D. . . . et scripsit multa. De solis et lunae ac planetarum cursu, lib. i. Contra episcopum Aurelianensem, lib. i. De vita et passione S. Edmundi regis, ad Dunstanum, lib. i. De compoto, lib. i. Categoriarum spiritualium de Evangeliis, lib. i. 65. Ad Hugonem regem Franciae et filium ejus Robertum, apologeticum, lib. i. Ad Robertum R. Franciae, ep. i. Ad Bernardum Bellilocum, ep. ii. Ad papam Gregorium v, ep. i. Ad Othonem imperatorem, ep. i. Ad S. Odilonem Cluniacensem, ep. i. De S. Stephano, sequentiam i. Item Circulos annorum incarnationis Dominicae ab ipso Verbi incarnati primo usque ad sua tempora, juxta veram Evangelii fidem correxit, atque ad annos circiter 291 Christi dilatavit, in quo opere mentionem facit de anno transitus S. Benedicti. Extant et alia quamplurima ad alios ejusdem scripta. Super Evangelium omelia. Pr. *Erunt signa.* Sermonem in coena Domini. 65.

Angelonius, monachus floruit circa A. D. dcccxxx.

Avitus episcopus Hispanus, floruit tempore Orosii circa A. D. ccccxcvi.

Antonius monachus et abbas floruit tempore Constantini.

Andreas canonicus S. Victoris et auditor magistri Hugonis.

Amalarius monachus floruit circa A. D. dcccxxx.

Alanus.

Allanus Porreus.

Apollinaris Asiae Jeropolitanus episcopus floruit

floruit circa A. D. CLVIII.

APRINGIUS ecclesiae Patensis Spaniarum episcopus.

ACHACIUS, Caesariensis episcopus.

AMBROSIUS, Alexandrinus, auditor Didimi.

AUSBERTUS, monachus et abbas Fontanell. et postea episcopus Rotomagensis, floruit circa A. D. DCLX.

ARATOR, poeta et Romanae ecclesiae subdiaconus, floruit circa A. D. DXLII.

APYON floruit circa A. D. CCXIII.

ANATHOLIUS, Alexandrinus, Laodociae Siriae episcopus, floruit circa A. D. CCLXXXV, tempore Probi et Cari imperatorum.

AMPHILOCIUS, Siconi episcopus.

ARNOBIUS, rhetor, floruit tempore Diocletiani.

ATTICUS, Constantinopolitanus episcopus, floruit tempore Archadii.

ANTHIOCHUS, episcopus.

AUDENTIUS, episcopus Hispanus.

AMMONIUS, monachus, et episcopus Alexandrinus, floruit circa A. D. CCCLXX.

ARNULPHUS, vel ARNALDUS, monachus et abbas, floruit circa A. D. MCXX. Fuit Gallus Belvacensis; Cantuariae mansit sub Lanfranco, post sub Anselmo, atque abbas Burgi Petri a Radulfo episcopus fit Roffensis. Scripsit, juxta cathologum Angliae, De operibus sex dierum, lib. i. 94. [43.] De corpore et sanguine Domini, lib. i. Pr. *Faciem.* Fin. *non peribimus.* 166. De sex verbis Domini in cruce. Pr. *Ultima Christi.* 94. [43.] Solutiones ad Lambertum, lib. i. Pr. *Venerabili in.* Fin. *in zenio charitatis.* Vide infra ERNULPHUS.

AFFRICANUS, inter scriptores ecclesiasticos nominatissimus, floruit, juxta Yvonem in *Cronicis*, A. D. CCXXXIX.

ADAMANTIUS.

ASCLEPIUS, Vagensis episcopus, floruit A. C. CCCCXCV.

APOLLINARIS, Laodicensis Siriae presbiter, floruit circa A. D. CCCLXXXVIII.

APOLLONIUS, vir disertissimus, floruit circa A. C. CXCIV.

AMBROSIUS primum Marcionites, deinde ab Origene correctus ecclesiae sanctae diaconus, cui liber Origenis *De martirio* scribitur; floruit A. C. CCXXII.

APOLLONIUS, Romanae urbis senator, et martir, floruit A. C. CLXXXVI.

ALEXANDER, episcopus Cappadociae, et martir, floruit circa A. C. CCL.

ARABIANUS, floruit circa A. C. CC.

AGRIPPA cognomento CASTORIS, vir valde doctus, floruit A. C. CXIX.

ARCHELAUS, episcopus Mesapotamiae, floruit circa A. C. CCLXXIX.

ACHILLIUS SEVERUS, Hispanus, obiit A. D. CCCLXV.

APTATUS, vel OPTATUS, episcopus Afer, Melivitanus, floruit circa A. C. CCCLXVII.

ADRIANUS.

ARISTOTELES philosophus.

APULEIUS, Platonicus philosophus Maudarensis, floruit [ante] incarnationem Christi.

AGELLIUS in Actica regione floruit A. C. CV.

ARISTIDES, Atheniensis philosophus, floruit circa A. D. CLXII.

ANSEGISUS, monachus et abbas Bobiensis, floruit circa A. D. DCCCXXX.

ADELARDUS, Bathoniensis philosophus.

ALEXANDER, Altisiodorensis.

ADALBERTUS, diaconus floruit, . . et scripsit . . excerpsit De moralibus Gregorii lib. i. Pr. *Nonnulli.* Fin. *amore justitiae.* 147. 82. Iste liber vocatur *Speculum*, et continet clv capita.

ALEXANDER DE HALES, frater Minor, floruit . . et scripsit super iv libros Sententiarum. Item Quaestionum lib. i. De mysteriis ecclesiae metrice, lib. i. Pr. *Anglia quo.* Exoticon de expositione verborum Graecorum et Hebraicorum, lib. i. Pr. *Ther. theora.*

ALEXANDER MAGNUS.

ALBERTUS TEUTONICUS, frater Praedicatorum, et doctor theologiae, et episcopus Ratisponensis.

ALBERTUS ERFORDENSIS, frater Praedicator.

ALBERTUS LUMBARDUS, frater Praedicator.

ARNALDUS, Laudiensis, frater Praedicator.

ALBRANDINUS, Lumbardus, frater Praedicator.

AUGUSTINUS Dacus, frater Praedicator.

ABSOLON.

ALBUMASAR.

ANTICLAUDIANUS.

ALUREDUS Anglicus, et domini Octoboni cardinalis capellanus commensalis, floruit A. C. . . . et scripsit De musica, lib. i. Pr. *Licet mihi.* Fin. *et submissa.* Super Boetium De consolatione philosophiae.

AQUILA PONTICUS secundus interpres post LXX, floruit circa A. D. CXXIX.

ALBERTANUS, Causidicus, Brixiensis, floruit circa A. C. MCCXXXVIII, tempore Friderici imperatoris.

AVICENNA.

ALGAZEL.

ALKINDUS.

ACHARDUS.

ASTULPHUS.

ALBERICUS.

ALFRIDUS Beverlacensis thesaurarius.

ALPHARABIUS.

ALUREDUS, rex Anglorum, floruit circa A. D. . . . et scripsit multa. In philosophiae namque studiis perfecte usque ad unguem disertus orator extitit, et facundus interpres totum fere Testamentum in linguam Anglicam transtulit.

ALVARUS, Pelagii frater Minor, natione Hispanus, domini papae poenitentiarius, et Decretorum doctor.

AMASOR.

BASILIUS archiepiscopus Cappadociae, floruit circa A. C. CCCLXVI.

BASILIUS, *Anchiranus episcopus*, floruit tempore Constantini.

BALDWINUS archiepiscopus Cantuariensis, floruit circa A. D. MCXX, et scripsit, juxta cathalogum librorum Angliae, De sacramentis, et specialiter altaris, lib. i. 105. 65. De commendatione fidei, lib. i. 105. Item sermones quamplures,

plures, xiv. Pr. *Candidiores*. Fin. *ad praelatos*. 74. 105. 65.

Bacharius floruit circa A. C. . . et scripsit, juxta Cathalogum librorum Angliae et juxta Gennadium, De reparatione lapsi et fructu poenitentiae, lib. i. Pr. *Nisi vererer*. Fin. *intervenire*. 82. 65. [42.] De fide, lib. i.

Berengarius floruit circa A. C. . . et scripsit De incarnatione Verbi, lib. i. 126. 19. Super Cantica canticorum, lib. i. 98. Super Apocalipsim, lib. i. Pr. *Beatum Johannem*. Fin. *defendamus*. 99. 166. 114. 105. 8. 19. Huic libro praeponitur vel postponitur Prologus. Pr. *Quisquis*. Fin. *Commutandum*. Item Epistolas quamplures. [105.]

Berillus, episcopus Arabiae, floruit circa A. C. ccxl.

Beda, monachus et presbiter, venerabilis monasterii ad Wyremutham in Gyrvum in provincia sc. Northanhumbrorum, floruit A. D. dccvi, et scripsit Super Genesin, Exodum, Leviticum, Numeros, et Deuteronomium, lib. iv. Pr. *In principio*. Fin. *uniebant*. 82. 166. 108. 15. 139. 50. De tabernaculo Moysi, lib. iii. Pr. *Locuturi*. Fin. *dum dixit*. 82. 94. 95. 42. 43. 35. [15. 1. 20.] Super Samuelem, lib. iv. Pr. *Studium*. Fin. *gaudebunt*. 82. 35. 10. 104. 27. 154. De templo Salomonis, lib. ii. Pr. *Hortatur nos*. Fin. *cum majoribus*. 82. 94. 43. 105. 1. 10. 104. [46.] In librum Regum quaestiones xxx. Pr. *Dilectissimo*. Fin. *gaudium Domini*. 82. 1. 35. 104. 139. 105. [164.] Super Proverbia Salomonis, lib. iii. Pr. *Parabolae*. Fin. *serviciis*. 82. 93. 42. 8. 9. 10. 96. [163. 64.] Super Cantica canticorum, lib. vi. Pr. *Cantica*. Fin. *permane*. 82. 42. 9. 35. 15. 1. 23. [64. 128.] Super Ysaiam, Super Danielem, Super partem Jeremiae, Super xii Prophetas, lib. iv. Pr. *Fuit vir bonus*. [163. 164. 166. 127. 161. 155.] Super Esdram et Neemiam, lib. iii. Pr. *Cunctis*. Fin. *in bonum*. 8. 82. 15. 1. 139. 104. 161. [16. 156.] Super Canticum Abacuch, lib. i. 105. 1. Super Thobiam, lib. i. Pr. *Liber sancti*. Fin. *viventium*. 82. 94. 49. 89. 42. 8. [163. 126.] Super Pentateucum, Super Josue, Super Judicum, Super libros Regum, et Verba dierum, Super librum Job, Super Ecclesiasten, et Cantica canticorum, 161. Super Ysaiam, Esdram, et Neemiam. Pr. *Capita lectionum* Super Evangel. Marci comment. lib. iv. Pr. *Conferendum*. Fin. *formam Domini*. 82. 42. 15. 111. 9. 1. 20. [163. 164.] Super Evangel. Lucae, lib. vi. Pr. *Quoniam quidem*. Fin. *conclusit*. 82. 42. 8. 9. 35. 13. 1. [32. xii.] Omelia l super Evangelia, lib. i. Pr. *Fuit Johannes*. Fin. *adventu*. 94. 13. 15. 25. 53. 57. [126. 161.] In apostolum quaecunque in opusculis S. Augustini exposita inveni, cuncta per ordinem scribere curavi, lib. xiv. Pr. *Paulus apostolus*. 82. 95. 1. In Actus Apostolorum, lib. ii. Pr. *Domino in Christo*. Fin. *servavi*. 82. 94. 42. 9. 19. [164.] In vii Epistolas canonicas, lib. vii. Pr. *Jacobus*. Fin. *omne saeculum*. 82. 94. 42. 9. 19. 13. [163. 164.] Super Apocalipsin, lib. iii. Pr. *Apocalipsis*. Fin. *Pietate*. 82. 42. 35. 13. 15. 1. 139. [164. 166.] Item Capitula lectionum in totum Novum Testamentum, excepto Evangelio, De sex aetatibus saeculi, ep. i. 82. 43. 13. De mansionibus filiorum Israel, ep. i. De eo quod ait Ysaias, *Et claudentur ibi in carcerem, et post multos dies visitabuntur*, ep. i. De aequinoctio juxta Anatholinum, ep. i. 15. 1. Item Librum Vitae et Passionis S. Felicis de metrico Paulini opere in prosam transtuli: Item Librum Vitae et passionis S. Anastasii de Graeco translatum, et pejus a quodam imperito emendatum prout potui, ad sensum correxi. Item Vitam S. Patris, monachi, simul et Antistitis Cuthberti, prius Heroico metro, et postmodum paulo sermone descripsi. Pr. *Nobis scribendi*. Fin. *caruit*. 82. 95. Item Historiam abbatum monast. hujus, in quo supernae pietati servire gaudeo Benedicti, Ceolfride, et Huaethberti, lib. ii. Pr. *Religiosus*. Fin. *impendant*. 82. 163. 15. Historiam ecclesiasticam nostrae insulae ac gentis, lib. v. Pr. *Gloriosissimo*. Fin. *inveniam Amen*. 82. 94. 9. 19. 35. 13. 15. [25. 20. 162. 163. 164. 166. 161. 157. 156. xii. 22. 38. 63. Martirologium, de natalitiis sanctorum martyrum diebus, in quo omnes, quos invenire potui, non solum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel sub quo judice mundum vicerunt, diligenter annotare curavi. Pr. *Octave*. Fin. *hermetis*. Ympnorum diverso metro sive rithmo lib. i. Epigrammatum heroico metro sive elegiaco lib. i. De natura rerum, lib. i. Pr. *Operatio*. Fin. *extenditur*. 82. 94. 95. 43. 19. 127. 128. [126.] De temporibus et luna, lib. i. Pr. *De temporum*. Fin. *palmam*. 82. 65. Item De temporibus, horis, et momentis, lib. i. Pr. *Tempora*. Fin. *patet*. 82. 95. 42. 80. 9. 19. 15. [166.] De orthographia alphabeti ordine distinctum, lib. i. Pr. *A, aeternis*. 163. 126. 124. De metrica arte, lib. i. Pr. *Qui notitiam*. Fin. *sempiternam*. 82. 163. 166. 43. 1. 139. [49. vi.] De scematibus et tropis, i. e. De figuris et modis locutionum, quibus scientia Scriptura contexta est, lib. i. Pr. *Solet*. Fin. *uxoris Loth*. 82. 1. 166. 126. 43. 124. Haec Beda in fine Historiae Anglorum, et obiit A. C. 734. anno aetatis suae 59. Dicitur autem et alia scripsisse: viz. De divinis officiis, lib. i. [166. 15.] De mensibus cum tabulis, lib. i. Pr. *Januarius*. 82. De formationibus signorum, lib. i. Pr. *Igitur*. 82. De compoto, lib. i. Pr. *Romulus*. 82. 15. 115. De tropographia, lib. i. 9. 115. Lamentationum in diem judicii, lib. i. Pr. *Inter*. Fin. *fratribus almis*. 82. 1. 163. 65. Super librum Donati expositio, lib. i. Pr. *Iste titulus*. Fin. *accentum*. 82. Super Matthaeum commentar. lib. i. 35. 85. 167. De locis sanctis et situ Jerusalem, lib. i. Pr. *Situs in*. Fin. *satagas*. 128. 95. 129. 19. 35. Descriptionis situs terrae, provinciarum et civitatum, lib. i. 8. 94. 95. 164. 90. 1. Super mulierem fortem expositio. Pr. *Mulier*. Fin. *serviciis*. 82. 42. 15. De quatuor difficilibus, lib. i. 42. Contra Julianum episc. Eccanensem de Campania, lib. i. Pr. *Primo admonendum*. Fin. *valemus*. 82. Super Psalmos et Psalterium, lib. i. 20. 65. In defensione gratiae Dei, lib.

vii. 161. Qualiter contigit, quod memoria Andreae ſit in Scotia. 163. [De figuris grammaticis. 35.] [Ad Etherchum epiſcopum. 1.] [De ponderibus et menſuris. 1. 115.] Paſſionarium. 128. Quod epiſcopi Candidae caſae debent eſſe ſubjecti archiepiſcopo Eboracenſi. 163. De veritate annorum divinorum, lib. i. Pr. *Ad veritatem.* 82. Denotationes circulorum, lib. i. Pr. *Quae ad.* Cronica de ſex aetatibus. Pr. *Adam annorum.* [128. 127. 80. 15. 115. xii. 63.] De ratione biſſexti, ep. i. [De purgatorio Patricii. 126.] Super Canticum Abacuc. 105. 1.] [De trinitate. 161.] [Reſcriptum ejus ad Accam epiſcopum. 15.] [De nominibus regnorum, locorumque in Actis Apoſtolorum. 8. 94. 95. 154. 90. 1.] [Exameron. 152. 156.]

BERNARDUS albus monachus et abbas Clarevallenſis de ordine Ciſtercienſi, floruit circa A. C. MCXL.

BERNARDUS monachus et abbas Caſſinenſis et poſtea cardinalis, floruit circa A. D. MCCLV.

BERNARDUS Silveſtris.

BERNARDUS Morlanenſis monachus de Cluniaco.

BONAVENTURA frater Minor et ſucceſſor B. Franciſci, floruit A. C. MCCLXIV.

BIRDFERTHUS monachus Rameſiae floruit A. C. . . . et ſcripſit Super librum Bedae de temporibus, lib. i. Pr. *Spiraculo.* 82.

BRUNO Sigienſis epiſcopus.

BUCONIUS Mauritaniae caſtellani oppidi epiſcopus.

BARTHOLOMAEUS frater Minor floruit circa A. C. MCCIX.

BOETIUS philoſophus floruit circa A.C. DXII.

BARDESANES Sirus.

BERENGARIUS floruit circa A. C. MLXIX, et ſcripſit, ſecundum quoſdam, Super Apocalipſim, lib. i. Pr. *Planior eſt.* Fin. *ſic dixiſſet.* 45.

BERNARDUS DE TRILIA Hiſpanus.

BERNARDUS Claremontenſis epiſcopus et frater Praedicator.

BOCHARDUS Theutonicus, frater Praedicator.

BARTHOLOMAEUS Piſanus, frater Praedicator.

BOETIUS Dacus, frater Praedicator.

BUMBALONIUS Bononienſis, frater Praedicator.

BYARDUS frater Praedicator.

BACHILLUS Corinthiorum epiſcopus floruit circa A. C. CXCVII.

BELLATOR presbyter, vir religioſiſſimus.

BURCARDUS Warmacienſis epiſcopus floruit A. C. MXII.

BABIO floruit et ſcripſit Super Matthaeum expoſitionem. Pr. *Dominus ac redemptor.* Fin. *meruerunt.* 43. 74. 63. Item Sermones, lxx. Pr. *Dicite puſilli.* Fin. *ante adventum.* 74. 43.

BERNARDUS papienſis praepoſitus,

BARTHOLOMAEUS Brixienſis.

BRIDA ſancta principiſſa Sueciae.

[BRUTUS.]

CASSIODORUS prius conſul, deinde ſenator et tandem monachus, floruit A. C. DXXXVI.

CIPRIANUS Afer Caecilius, epiſcopus Carthaginis et martir, floruit circa A. C. CCLVIII.

CLEMENS papa floruit circa A. C. XCIII.

CLEMENS Alexandriae presbyter cognomento STROMATES, et auditor Pathemii floruit A. C. CCXI.

CLEMENS Lantonienſis eccleſiae presbiter floruit A.C. . . et ſcripſit De concordia iv Evangeliorum. Pr. *Clemens.* 128.

COLUMELLA.

CURTIUS.

CORNELIUS urbis Romae epiſcopus floruit circa A. C. CCLV.

CLAUDIUS monachus et diſcipulus S. Bedae, ſecundum quoſdam floruit circa A. C. DCCCXV, et ſcripſit ex Opuſculis Origenis, Jeronimi, Ambroſii, Hillarii, Auguſtini, Rufini, Johannis, Fulgentii, Leonis Maximi, Gregorii et Bedae Super Evangelium Matthaei, lib. iii. Pr. *Domino Sancto.* [105. 35.]

CLAUDIUS vel CLAUDIANUS gentilis poeta, Romae claruit A. C. CCCLXXXVII.

CLAUDIANUS Viennenſis eccleſiae presbyter.

CATO Stoicus et philoſophus floruit tempore Tholomaei Caeſaris.

CANDIDUS floruit circa A. D. CLXXXIX, et ſcripſit De concordia iv Evangeliorum in paſſione Domini, lib. i. Pr. *Quia longum.* Fin. *poſitum fuit.* Item in Examerон pulcherrimum tractatum ſecundum Jeronimum.

CONSTANTIUS epiſcopus.

CELIUS AURELIUS.

CIRILLUS Alexandriae epiſcopus.

CRISPINUS monachus.

CELESTIUS floruit A. C. CCCLXV.

COMODIANUS.

CIRILLUS Jeroſolymitanus epiſcopus floruit A. D. CCCXLIX.

CELESTIUS papa floruit A. C. CCCCXXIX.

CIRUS gente Alexandrinus, medicus et monachus floruit A. C. CCCCXCV.

CAECILIUS floruit A. C. CCLVIII.

CHEREALIS epiſcopus, natione Afer.

CAESARIUS, Sanctus, monachus et Arelatenſis epiſcopus, floruit A. C. DCCLXXXI.

CONSTANTINUS monachus Caſhnenſis.

CENSORINUS. Columbanus abbas floruit. . . . et ſcripſit De moribus. Metrice. Pr. *Haec tibi praecepta.* Fin. *corripit illum.* 65.

S. DIONISIUS AREOPAGITA, epiſcopus Athenienſis.

DIONISIUS epiſcopus Alexandriae et auditor Origenis floruit A.C. CCLVIII.

DIONISIUS monachus et abbas Romae floruit A. C. DXXVIII.

DIONISIUS Corinthiorum epiſcopus floruit circa A. C. CLVIII.

DAMASUS papa.

DIDIMUS Alexandrinus.

DIDIMUS grammaticus.

DURANDUS frater Praedicator.

DIACONTIUS.

DIODORUS epiſcopus Tarſenſis et Antiochenae eccleſiae presbyter.

DIOMEDES.

DONATUS.

DOROTHEUS monachus ſanctus.

DARES FRIGIUS floruit anno a creatione mundi . . . et ſcripſit De bello Trojano, lib. i. Pr.

Peleus

Peleus rex. Fin. *Daretis scripta est.* 68. 61. Hanc historiam quidam Cornelius nepos magni Salustii in linguam Latinam transtulit, sed particularia illius Historiae, quae magis possunt allicere animos auditorum per nimiam brevitatem, indecenter omisit. Haec Guido de Columpna Messana; qui scripsit plenissime quicquid de tota Historia universaliter et particulariter gestum fuit.

Dites Graecus.

Diascorides.

Effrem monachus et Edissenae ecclesiae diaconus floruit A. D. CCCLX.

Evagrius monachus et presbiter, Machariique discipulus et Antiochiae episcopus, floruit circa A. C. CCCLX.

Evagrius alter.

Epiphanius Ciprius Salaminae episcopus floruit circa A. C. CCCXC.

Eusebius Caesariensis Palestinae episcopus floruit circa A. D. CCCXXXIX.

Eusebius Presbyter.

Eusebius, natione Sardus, ex lectore urbis Romae Bercellensis episcopus floruit circa A. C. CCCXLIX.

Eusebius episcopus Emissenus floruit A. C. CCCXII.

Egesippus historiographus floruit circa A. C. CLVIII.

Eucherius monachus et episcopus Lugdunensis floruit A. C. CCCCLI.

Eusebius Arelatensis.

Eutropius monachus et presbyter.

Eugipius abbas floruit A. C. CCCCXCI.

Ernaldus abbas Bonevallensis.

Egidius frater de ordine fratrum heremitarum B. Augustini et doctor theologiae.

Esicius Jerosolymorum episcopus.

Edmundus archiepiscopus Cantuar. floruit A. C. . . . et scripsit librum, qui vocatur Speculum fidei. Fin. *videte.*

Egidius de Listiniis frater Praedicator.

Egidius Aurelianus, frater Praedicator.

Elizabeth.

Eugenius Cartaginensis Africae civitatis episcopus floruit circa A. C. CCCCXCV.

Eutropius abbas Sirbitanus, et episcopus ecclesiae Valentinae, floruit circa A.C. DLXXXVII.

Eustasius genere Pamphilius, primum Biriae Siriae episcopus, deinde Antiochenus episcopus, floruit A. C. CCCXXI.

Emilianus.

Eutices.

Excolio.

Euclides.

Erodotus Quintilianus Angelius Suetonius.

Ethicus.

Fulgentius monachus et episcopus Ruspensis floruit circa A. D. CCCCXCII.

Fabius Planciades Fulgentius.

Fulbertus episcopus Carnotensis floruit circa A. C. MI.

Faustus ex abbate Lirinensis ecclesiae episcopus Galliae.

Faustinus presbyter.

Firmianus, qui et Lactantius.

Fastidius Britannorum episcopus floruit A. C. . . . et scripsit, secundum Genadium, De vita Christianorum ad fatalem quendam, lib. i. De viduitate servanda et Deo digna doctrina, lib. i.

Fortunatus poeta, genere Ytalicus, et episcopus Turonensis, floruit circa A. C. DLXX.

Frigius Dares. v. supra Dares.

Flavianus.

Flaccianus.

Florentius Wigorniensis monachus, historiographus floruit A. C. . . . et scripsit . . .

Flavius primus episcopus Cambilonensis.

Ferrandus Carthaginensis diaconus.

Frethulfus episcopus Luxoniensis.

Fulgerius Carnotensis.

Facundus Ermanensis ecclesiae episcopus floruit circa A. C. DXXXVI.

Fortunatianus, natione Afer, Aquilegiensis episcopus.

Focas.

Gregorius sanctus, monachus, cardinalis, et papa, floruit circa A. C. DXCIII.

Gregorius Nazanzanus, monachus et episcopus et praeceptor Jeronimi, floruit A.C. CCCXC.

Gregorius alius.

Gregorius Emisenus episcopus, frater S. Basilii, floruit circa A. C. CCCXC.

Gregorius Boeticus, Heliberri episcopus, floruit A. CCCXC.

Gregorius prior de Bridelington floruit . . . et scripsit . . . Super Cantica canticorum, lib. i. Pr. *Quisquis.* Fin. *Deus meus.* 82.

Gregorius archiepiscopus Turonensis floruit circa A. C. DLXXXVI.

Genadius Massiliae presbiter floruit A. C. CCCCXCV.

Gelasius papa floruit A. C. CCCCXCIV.

Gilbertus Albus, monachus et abbas de Swyneshed, floruit A.C. . . . et scripsit, juxta Vincent. in *Specul. histor.* . . et juxta cathologum librorum Angliae, Super epistolas Pauli lib. 163. 19. De Sententiis, lib. i. 12. [xii.] Super Psalterium. 163. 160. 127. 124. [19. 15. 104. 20. 130. 22.] Super Matthaeum. 163. Super Cantica canticorum. Omel. xlvii. Pr. *Varii sunt.* Fin. *qui approximant.* 82. 14. 43. 20. 39. 139. Super Apocalipsim. 163. De anima, lib. i. 165. De casu diaboli, lib. i. 163.

Gilbertus Universalis, episcopus London. floruit circa A. C. . . . et scripsit devotissime Super Cantica. Pr. *Osculetur.* Fin. *pars mea.* 11.

Gilbertus abbas Westmonaster. floruit circa A. C. et scripsit De disputatione Judaei cum Christiano, i. cum seipso tunc abbate; ad Anselmum archiepiscopum, lib. i. Pr. *Reverendo.* Fin. *pronunciabatur.* 82. 165. 11. De anima lib. i. Pr. *Unde infanti.* Fin. *sub judice.* 168. De casu diaboli, lib. i. Pr. *De angelo.* Fin. *bonoret.* 168.

Gilbertus Porree floruit circa A. C. MCXLVIII.

Galfridus Antisiodorensis, Cistertiensis monachus et abbas Claraevallensis, floruit circa A.C. MCL.

Graci-

GRACIANUS de Tristia monachus S. Pauli de Bononia floruit circa A. C. MCLI.

GALIENUS.

GALFRIDUS Monumetensis floruit A. C. . . . et scripsit Historiam Britonum.

GUYMUNDUS episcopus Averlani floruit circa A. C. MLXXIV.

GERVASIUS Tilberiensis floruit A. C. MCCX. et scripsit ad imp. Ottonem iv, De solaciis imperialibus.

GORGIAS rhetor.

GERARDUS Teutonicus, frater Praedicator.

GUYDO Argominensis, frater Praedicator.

GREGORIUS Viennensis, frater Praedicator.

GODIUS frater Praedicator.

GALFRIDUS VINESAUF floruit A. C. . . . et scripsit, juxta Mariale majus, De eloquentia, lib. i. Pr. *Neustria.* Fin. *sub clypeo regis.*

GAIUS sub Zepherino papa et Antonio Severi filio imperatore claruit.

GILDAS historiographus floruit . . . et scripsit De gestis Britonum historiam. Pr. *Britannia.* Fin: *fecerunt.*

GARGILIUS Martialis.

GODARDUS monachus Malmesbiriae floruit A. C. . . . et scripsit lib. i. Pr. *A Phoebo Phoebe.*

GIRALDUS CAMBRENSIS, archidiaconus Landavensis, historiographus, floruit A. C. . . . et scripsit: Topographiam Hiberniae distinctione triplici, lib. i. Pr. *Placuit.* Fin. *injunctum.* Itinerarium Walliae distinctione quadruplici. Vitam R. Henrici ii distinctione triplici. De ecclesiasticis ordinibus, lib. i. De principis instructione, lib. i.

GUIDO monachus Aretinus in Ytalia floruit circa A. C. MXXII.

GODEFRIDUS Parisiensis, capellanus imperatoris.

GUNDISALVUS archidiaconus Tholetanus.

GUIDO DE COLUMPNIS floruit circa A. C. MCCLXXXVII, et scripsit Historiam de bello Trojano, lib. xxxvi. Pr. *Licet cotidie.* Fin. *factum est.*

GUIDO abbas S. Dionisii in Francia.

GAUFRIDUS Altisiodorensis B. Bernardi notarius.

GUIDO prior Cartusiae.

HAIMO monachus S. Dionisii in Gallia, et doctor theologiae, floruit A. C. MLIV.

HAMMONIUS Floriacensis.

HILLARIUS Pictavensis floruit circa A. C. CCCXC.

HILLARIUS monachus et episcopus Arelatensis floruit circa A. C. CCCCLI.

HUGO S. Victoris Parisiensis canonicus.

HUGO de FOLIETO S. Petri Corbiensis.

HILDEFONSUS monachus et archiepiscopus Toletanus floruit circa A. C. DCXVI.

HILDEBERTUS Cenomanensis episcopus floruit circa A. C. MXCIV.

HELYNANDUS monachus Frigidi montis de territorio Belvacensi floruit circa A. C. MCC.

HILDEGARDIS monacha floruit A. C. MCCXLII.

HELIODORUS presbiter.

HELIODORUS alius Antiochiae presbyter.

HALY filius Ambenragel.

HERMANNUS.

HUGO Pisanus.

HERENEUS Fotini episcopi Lugdunensis presbyter floruit A. C. CLXVII.

HERACLIDIS monachus floruit A. C. CCCLXX.

HERMES.

HESOPUS philosophus.

HERMES TRISMEGISTUS.

HENRICUS HUNTEDONIENSIS archidiaconus floruit A. C. MCXXXV, et scripsit: Super beati immaculati . . tract. i. Pr. *Sanctissimo.* Fin. *fanum.* 82. De gestis regum Angliae historiam. Pr. *Cum in omni.* Fin. *nichil habens.* 82. 81. 18. 19. De serie regum totius orbis, ep. i. Pr. *Cum maxime.* Fin. *perquirendum.* 82. 19. 63. 64. 65. De serie regum Britanniae, ep. i. Pr. *Quaeris.* Fin. *videbis.* 63. 42. 82. De contemptu mundi, tract. vi. Pr. *Waltere.* Fin. *scribendum est.* 61. 41. 82. 43. De sanctis Angliae, tract. i. Pr. *De viris.* Fin. *liber novus.* 34. 42. 82.

HUMBERTUS frater Praedicator.

HUGO natione Burgundus vel de Vienna frater Praedicator.

HAMBALDUS frater Praedicator.

HUGO natione Gallicus, frater Praedicator et cardinalis.

HERVEUS Brito, frater Praedicator et magister theologiae floruit A. C. . . . et scripsit Super libros Sententiarum lecturam i. Duo quodlibet. De peccato originali quaestiones. De verbo, lib. i. Contra H. de Gandavo, ubi repugnat Tho. de Aquino.

HUGO Argentinensis frater Praedicator.

HISPANUS frater Praedicator.

HERMANNUS Teutonicus de Terwistis frater Praedicator.

HEILWICUS Teutonicus frater Praedicator.

HENRICUS Teutonicus frater Praedicator.

HENRICUS de COSTESEYE, frater Minor et doctor theologiae, floruit A. C. . . . et scripsit: Super Apocalypsin. Pr. *Quod vides.* Fin. *gloriae sanctorum.*

HELPRICUS.

HERACLITUS floruit circa A. C. CLXXXIX.

HONORATUS Constantinae Africae civitatis episcopus.

HOMERUS poeta.

HENRICUS de GANDAVO.

HOLCOTE de ordine . . . scripsit De fautoribus, defensoribus, et receptoribus haereticorum, lib. xiv. Principium primae partis *In omnibus curiosus existis.* Principium secundae partis. . . . . Super librum Sapientiae librum bonum.

HESIODUS.

HILDEWINUS.

JERONIMUS monachus et presbyter cardinalis.

JOHANNES CRISOSTOMUS floruit circa A. C. CCCXCIV.

INNOCENTIUS iii papa floruit circa A. C. MCXCVIII.

JOHANNES CASSIANUS floruit circa A. C. CCCCLX.

JOHANNES DAMASCENUS, floruit circa A. D. CCCLXXXVII.

JOHANNES SCOTUS philosophus et monachus et B. Bedae discipulus, unus de fundatoribus studii Parisiensis, floruit circa A. C. . . . et scripsit, juxta Vincentium, lib. xxviii. cap. 83. librum, quem Περὶ φυσικῶν μερίσμου (de divisione naturae) intitulavit. Jerarchiam Dionisii de Graeco transtulit in Latinum et commentavit. De eucharistia, lib. i. Ad regem Carolum, ep. i. Pr. *Valde quidam.* Ad regem Carolum versus xxiv. Pr. *Hanc libavi.* Item Versus. Pr. *Lumine glorioso.*

JOHANNES SARISBURIENSIS, egregius philosophus et episcopus Carnotensis, floruit tempore S. Thomae Martyris et post circa A. C. MCLXXVII, et scripsit Policraticon de Nugis curialium, et continet lib. viii. Pr. *Inter omnia.* Fin. *in eo gressus.* 173. 82. 65. Metalogicon: continens lib. iv. Pr. *In humanis.* Fin. *cultorem.* 82. De dogmate philosophorum Enteticum. Pr. *Dogmata.* Fin. *curam semper.* 82. Item Vitam et passionem S. Thomae archiepiscopi Cantuar. 82. Item librum, qui dicitur Euticus, id est Fortunatus. Pr. *Si mihi credideris.* 82. Item librum, qui dicitur Architrenius. Pr. *Velificatur.* Fin. *dilectus et ultra.* 82. 65.

JOHANNES GERNUDINENSIS episcopus floruit circa A. C. DXCIV.

JOHANNES BELETH.

JOHANNES Antiochenae ecclesiae presbyter floruit A. C. CCCXC.

JACOBUS monachus cognomento SAPIENS floruit circa A. C. CCCXXXVI.

JOACHIM abbas de Flor. in Calabria.

JOHANNES Jerosolymitarum episcopus.

JOHANNES Constantinopolitanus episcopus, natione Capadox, floruit circa A. C. DXCI.

JOSEPHUS dux belli Judaeorum floruit A. C. LXXIII.

JUSTINUS philosophus et martyr.

JUSTINIANUS imperator.

JUSTUS Orgillitanae ecclesiae episcopus.

JUSTINIANUS praedicti Justi germanus et ecclesiae Valentinae episcopus.

JULIUS FIRMICUS.

JULIUS AFRICANUS floruit circa A. C. CCXL.

JULIUS FRONTINUS.

JULIUS CELSUS floruit tempore Julii Caesaris.

JULIUS papa floruit A. C. CCCXLI.

JULIANUS cognomento POMERIUS.

JUNILIUS.

JORDANUS magister ordinis fratrum Praedicatorum.

JOHANNES de DEO, canonicus Bliston. floruit A. C. MCCXLIII.

JUVENCUS Hispanus presbiter floruit circa A. C. CCCXVIII.

JUVENALIS vel JUNIUS AQUINIAS floruit circa A. C. LVIII.

JORDANUS archiepiscopus Ranensis.

JOHANNES Parisiensis.

INNOCENTIUS V papa.

JOHANNES de ERDENBERS frater Praedicator.

JOHANNES FAVENTINUS.

JOHANNES PINGENS ASINUM frater Praedicator.

JOHANNES de BENEVENTO.

JACOBUS de FRUMANNO.

JACOBUS frater Praedicator et episcopus Januensis.

JOHANNES TEUTONICUS.

JOHANNES de FANO.

JOHANNES JANUENSIS, frater Praedicator.

JACOBUS de VITRIACO.

JOHANNES de SAXONIA.

IZACHIUS vel IDACIUS Fenicae civitatis Hispaniarum episcopus floruit A. C. CCCLXVII.

JUDAS unus ex LXX.

JOHANNES CORNUBIENSIS floruit circa A. C. MCLXIX, et scripsit Eulogium ad P. Alexandrum iii. Pr. *In concilio.* Fin. *salvus esse non.* Super canonem Missae.

JACOBUS de VITERBIO.

JOHANNES de RUPELL.

JOHANNES de GARLANDIA floruit circa A. C. MXL, et scripsit libellum De dictionibus obscuris. Pr. *Dictionarius.* Librum De accentu. Pr. *Ecclesiae sacra.* Librum misteriorum ecclesiae. Pr. *Anglia quo.* Librum, qui dicitur: Unus omnium. Pr. *Commoda.* Librum satiricum. Pr. *Scribo novam.* Librum De miraculis B. Mariae. Pr. *Fecit Deus.* Item Compotum et tabulam.

JOHANNES SCOLASTICUS abbas Montis Synay.

JOHANNES MANDUYT, doctor theologiae, floruit circa A. C. MCCCXLII.

JOHANNES de ALBA VILLA sive ABBATIS VILLA.

JOHANNES CARPINUS.

JOHANNES OCREATUS.

JOHANNES WALENSIS frater Minor scripsit Breviloquium antiquorum. Pr. *Quoniam misericordia.* Fin. *permanere est vita.* Floriloquium. Pr. *Cum enim.* Fin. *in vita et.* Communeloquium. Pr. *Cum doctor.* Fin. *advenire.* 173. Miniloquium, sive collectiloquium. Pr. *Cum almus.* Fin. *regnum aeternum.* 173. Dietarium religiosorum, lib. iii. Prima pars vocatur Ordinarium sive decretarium vitae religiosae; et sic incipit: *Nunquid nosti.* Secunda pars vocatur Locarium, et incipit: *Volo viros.* Tertia pars Itinerarium, et incipit: *Quum vir.* De oculo morali, lib. i. Pr. *Si diligenter.* Fin. *eriguntur.* 173. Compendiloquium. De disciplina, tract. i. Pr. *Quoniam misericordia.* De correptione sive correctione. Pr. *Probata virtus.* Fin. *commorabitur.* 15. De exortatione, tract. i. Pr. *Qui exortatur.* Fin. *moderantis.* De cura pastorali, tract. i. Pr. *Licet bos.* Fin. *et haec ad David.*

JOHANNES de BROMYERD frater floruit A. D. . . . et scripsit Tabulam de jure canonico et civili moraliter. Pr. *Ab infantia.* Fin. *praecollector.*

JOHANNES PECCHAM frater Minor, doctor theologiae, et archiepiscopus Cantuar. floruit A. C. MCCLXXVIII, et scripsit multa sancta et devota: De Domini passione, tract. i. Pr. *Pullus*

aquilae. Fin. *cum custodibus.* Sermones de dominicis per annum xxv. Pr. *Honeste.* Fin. *congregabit.*

Ignius.

Johannes dictus Anglicus, vicarius de Tynmuithe floruit A. C. ccclxvi et scripsit Historiam auream collectam de diversis historiis et eventibus orbis terrarum a creatione mundi usque ad tempora regis Edwardi inclusive, vol. iii. 15. 162. 147. 82. Librum servorum Dei majorem, qui vocatur Martirologium, in maximo volumine. 15. Librum servorum Dei minorem, qui vocatur Sanctilogium ex vitis et miraculis sanctorum Angliae, Walliae, Scotiae, et Hiberniae collectum, in magno volumine. 15. Martirologio quoque venerabilis Bedae sanctorum nomina nonnulla martyrum et confessorum et virginum virtutes et miracula breviter et succincte adjecit. Scripsit etiam Super Genesim, Exodum, Leviticum, Numerum, Deuteronomium, Josuae, Judicum, Regum, et Apocalypsin morales expositiones et allegoricas, et plerisque in locis literales ex opusculis sanctorum doctorum et patrum antiquorum diligenter extractas, in maximo volumine. De omnibus vero sanctis usus ecclesiae Sarisburiensis lectiones, vitas eorum breviter continentes compilavit in uno volumine, quem quidem librum Lectionarium nominare decrevit.

Johannes de Houden clericus dominae Alienorae reginae matris regis Edwardi primi post conquestum, scripsit Meditationem devotissimam de nativitate Christi, passione, et resurrectione ejusdem, ut mens legentis affectione in Christi amore perficiat, et caelitus accendatur. Liber autem istius meditationis vocatur Philomela. Pr. *Ave verbum.* Fin. *ens in principio.* 173. Quindecim gaudia B. Virginis. Pr. *Virgo vincens.* Fin. *portum patriae.* 173. Quinquaginta cantica edita ab eodem. Pr. *Summe.* Fin. *omnis exultet.* 173. Meditationem de nativitate et passione Christi: et vocatur Canticum amoris. Pr. *Princeps.* Fin. *caeli regia.* 82.

Leo papa ii natione Tuscus floruit circa A.D. ccccxlvi.

Lanfrancus monachus et prior de Becco, et postea abbas Cadomensis, et tandem archiepiscopus Cantuariae, floruit circa A. C. mlxxix, et scripsit contra Berengarium, in modum dialogi, De corpore et sanguine Domini, lib. i. Pr. *Lanfrancus.* Fin. *Ergo vera,* etc. 8. 1. 105. 9. 20. 53. 24. De casibus in Missa et de corpore et sanguine Domini summas. 8. 1. 82. Omnes libros V. et N. Testamenti, qui vitio scriptorum corrupti erant, nec non scripta sanctorum patrum secundum orthodoxam fidem correxit et commentavit. Epistolas plures ad diversos. 1. [9.] Item Contra Berengarium, lib. i. Pr. *Scintillarium.* [105. 9. 1. 20. 53. xxiv. xv.] Item Regulam secundum quosdam. [8.] Librum consuetudinarium [81.]

Lactantius, qui et Firmianus.

Leander natus in Cartaginensi provincia Spaniae, et monachus Spalensis ecclesiae, et postea Bethicae provinciae episcopus, floruit A.C. dxciii.

Lucianus presbyter.

Lucanus poeta claruit A. C. liv.

Ludoldus frater Praedicator.

Lentius.

Lucianus Antiochenae ecclesiae episcopus et martyr floruit A. C. ccxxxvi.

Lucifer Caralitanus episcopus floruit circa A. C. cccxliv.

Lucius Alexandrinus episcopus floruit circa A. C. ccclxxxvii.

Leporius monachus et presbyter praesumens de puritate vitae Pelagianum dogma coeperat sequi, sed per B. Augustinum admonitus et emendatus, scripsit De emendatione sua, libel. i. Item De incarnatione Christi, lib. i.

Licinianus Cartaginis Spartariae episcopus, floruit tempore Mauritii circa A. C. dlxxxix.

Longus.

Luitprandus diaconus Titinensis ecclesiae.

Laurentius prior Dunelmiae, et postea abbas Westmonast. floruit circa A. C. mclx, et scripsit Sermones. Pr. *Ut tota cum.* 11. De consolatione mortis amici. Pr. *Saepe et supra.* Fin. *nostrae disputationi.* Dialogorum in metro lib. iv. Pr. *Carmina.* Fin. *omnis ei.* Vitam S. Brigidae: prosaice. Yponosticon, lib. ix. Pr. *Principium rerum.* Fin. De S. Cuthberto et de confessoribus et de virginibus. Ultimum verbum est, *hic et homo.* 83. Iste Laurentius sic scribit in suo *Yponosticon* de S. Edmundo martire:

"Utque cruore suo Gallos Dionisius ornat,
"Graecos Demetrius gloria quisque suos:
"Sic nos Edmundus nulli virtute secundus;
"Lux patris et patriae gloria magna suae.
"Sceptra manu, diadema caput, sacra purpura corpus
"Ornat ei, sed plus vincula, mucro, cruor."

Maximus Tauriensis vel Taurinensis ecclesiae episcopus floruit A. C. ccccxii.

Maximus philosophus.

Methodius Tiri episcopus et martir floruit A. C. ccliv.

Macharius monachus et abbas Aegiptius.

Macharius alius, monachus et abbas Alexandriae, floruit A. C. ccciii.

Martinus Diumensis monasterii episcopus floruit A. C. dxxvii.

Marcus Varro.

Marcellinus Illiricanus floruit A. C. dxxix.

Marianus Scotus et monachus floruit A. C. . . . et scripsit Cronicorum . . . Super Lucam abbreviationes. Pr. *Fuit in diebus per Moysen.* Fin. *Formam Domini.*

Marcion Antiochenae ecclesiae presbiter floruit circa A. C. cclxxii.

Macrobius presbiter.

Macrobius Ambrosius Theodosii.

Mileto vel Miletus Asianus, Sardensis vel Sardinensis episcopus, floruit A. C. lxxxviii.

Musseus Massiliensis ecclesiae presbyter.

Miltiades.

Minucius Foelix.

Monagaldus.

MARTINUS frater Praedicator, Polonus episcopus, et poenitentiarius papae, floruit A. C. MCCLXXVI.

MONETA frater Praedicator in Lumbardia.

MATHEUS RIPENSIS frater Praedicator Daciae.

MATHEUS PARISIENSIS, floruit circa A. C. . . . et scripsit: Historiam sive librum cronicorum.

MUSANUS.

MODESTUS.

MARCELLUS ANCHERANUS episcopus floruit circa A. C. CCCXL.

MOTHUNUS, Mesopotamiae presbyter apud Antiochiam, floruit.

MENNADIUS, Constantinopolitanae ecclesiae episcopus, floruit circa A. C. CCCCLVIII.

MAXIMUS, Augustanae civitatis episcopus, floruit circa A. C. CCCCXCV.

MAXIMUS alius floruit circa A. C. CXC.

MARTIRIUS.

MACER.

MARCIUS VALERIUS MARTIALIS.

MARCIANUS FELIX CAPELLA.

MARBODIUS floruit . . . et scripsit, De natura lapidum, lib. i.

MARCUS PAULUS de VENETIIS.

MARIUS SALERNITANUS.

MAURICIUS.

MAXIMIANUS.

NOVATIANUS urbis Romae presbyter.

NICHOLAUS AMBIANENSIS.

NICHOLAUS TRIVET frater Praedicator floruit A. C. . . . et scripsit Super Boetium De consolatione philosophiae explanationem. Pr. *Carmina*. Fin. *cernentis omnia*. Super regulam B. Augustini. De Missa, tract. i. Pr. *Fons Sapientiae*. Fin. *usque ad salutem*. 63. Cronicorum lib. i. De astronomia; multa. Super tragedias Senecae, lib. ix. Pr. *Tria genera*. Fin. *fulmine*, etc. 173. 158. 165. Super declamationes Senecae. Super Exodum, cum doctoribus super eodem. Pr. *Deus visitabit*. Fin. *laudabunt*. De Missa tractatum alium. Pr. *Rogatus a*. Fin. *participationem*. 147. 61.

NICHOLAUS de GORHAM frater Praedicator floruit A. C. . . . et scripsit: Super Ecclesiasticum postillas. 65 Super Lucam et Matheum. 65. Super Epistolas Pauli, 65. Super Epistolas canonicas. Super Apocalipsin. Distinctiones. Pr. *Abeuntium*. Fin. *cum Domino*. 65. 82. Themata vel sermones de Dominicis. Pr. *Hominum est jam*. Fin. *prodigia ejus*. 82. Tabulam super Decreta et Decretales. Themata vel sermones de festis. Pr. *In baculo*. Fin. *unum sunt*.

NICEAS Romatianae civitatis episcopus.

NICETUS episcopus.

NENNIUS BRITO discipulus Eldugi presbyteri floruit A. C. . . . et scripsit . . .

NICHOLAUS de LYRA frater Minor.

ORIGINES floruit circa A. C. CCXXII.

ODO primus abbas Cluniacensis.

ODO de TYRENTONA.

OROSIUS historiographus et presbyter Hispanus, discipulusque B. Augustini floruit circa A. C. CCCCXLII.

ODO archiepiscopus Vienensis.

OSIUS, Cordubensis episcopus, floruit circa A. C. CCLXXXIV.

ODILO abbas Cluniacensis.

ORATIUS FLACCUS.

OVIDIUS PUBLIUS NASO.

OLIVERUS BRITO frater Praedicator floruit circa A. C. MCCXCII, et scripsit Super libros Sententiarum. Super libros elencorum. Super Lucam, lect. i. Sermones de tempore.

ORESIESIS monachus.

OLIMPIUS natione Hispanus, episcopus.

ORIANUS.

OSBERTUS de CLARA monachus et prior Westmonast. floruit circa A. C. MCXXXVI, et scripsit Epistolas ad diversos in ii voluminibus. Princ. primi volum. *Innocentii summi pontificis*, etc. *Frater Osbertus*, etc. Princ. epist. in ii volum. *Praeclaros*, etc. Ultima epistola secundae partis sic incipit: *Opinionis*, etc. Item Miracula S. Edmundi regis et martiris, ad rogatum A. abbatis. Princip. *A. Abbas*, etc. Item Principium epistolae Osberti *Sanctitate*, etc. Item principium prologi, *Cum laureatus*, etc. Principium miraculorum, quae scripsit Osbertus, *In provincia et*. Item Vitam et miracula S. Edburgae. Pr. Prologus Fidelibus, *Imperante*. Fin. *omnium populorum*. 65. 170. Item vitam et miracula S. Adelberti vel Ethelbricti regis. Pr. *Gloriosus*.

OSBERNUS monachus Christi Cantuariae floruit A. C. MLXXIV, et scripsit Vitam et miracula S. Dunstani. Vitam et miracula S. Alphegi.

PAPIAS episcopus Jeropolitanus floruit circa A. C. CLX.

PAPIAS alius.

PACHOMIUS monachus.

PALLADIUS monachus.

PALLADIUS alius.

PAULINUS monachus et Nolanus episcopus floruit A. C. CCCCXXV.

PAULINUS presbiter floruit circa A. C. CCCCXIII.

PAULUS Romanus diaconus et monachus Cassinensis floruit circa A. C. DCCCIX.

PAULUS quidam episcopus.

PETRUS Edissenae ecclesiae presbyter.

POSSIDONIUS Africanae provinciae episcopus.

PASCASINUS Ciciliensis episcopus floruit circa A. C. CCCCXLIV.

PASTOR episcopus.

PAULUS alius, presbyter, natione Pannonius, floruit circa A. C. CCCCXCV.

PETRUS ABELARDI episcopus Parisiensis floruit A. C. MCL.

PATRICIUS archiepiscopus Hiberniae floruit A. C. CCCCXXIX, et scripsit De tribus habitaculis coeli, mundi, et inferni. Pr. *Tria sunt*. Fin. *misericordem*. 83. [105.]

PAPIRIANUS.

PASCHASIUS RADBERTUS monachus et ecclesiae Romanae diaconus.

PAT-

Paterius.

Pamphilius presbyter Eusebii Caesariensis episcopi, et martir.

Petrus Lumbardus sive Longobardus.

Petrus Commestor.

Petrus Pictavensis Parisiensis cancellarius floruit circa A. C. mcliv.

Petrus Cantor Parisiensis floruit circa A. C. mclxx.

Petrus Damianus episcopus et monachus Hostiensis floruit A. C. mlxxv.

Petrus Blesensis archiadocus Bathon. floruit circa A. C. . . . et scripsit Super Job, ad Henricum regem Angliae, lib. i. Pr. *Vir erat.* Fin. *triumphat.* 124. 12. 39. 49. 82. 163. De vera amicitia Christianorum, lib. ii. Pr. *Subsannabit.* Fin. *plenitudo.* 82. 86. De transfiguratione Christi, lib. i. Pr. *Magistri.* Fin. *sine fine.* 39. 12. [xii.] De conversione S. Pauli serm. i. Pr. *Recolenda.* Fin. *gloriae Domini.* 12. 14. 82. Dialogorum inter Henricum R. Angliae et abbatem Bonevallensem, lib. i. Pr. *Filios.* Fin. *assumam.* 82. 166. De periculis praelatorum, ep. i. Pr. *Reverendo.* Fin. *in librum.* 73. 82. Contra perfidiam Judaeorum. Pr. *Quaerebam.* Fin. *inconstans.* Epistolarum cxlv lib. i. Pr. *Rogatus.* Fin. *suppellex.* 12. 120. 24. 1. 2. 83. [xii. xxiv. xx.] Item Sermones quamplures. Pr. *Dum medium,* etc. [xii.] De testimoniis fidei catholicae, lib. i. Pr. *Cum infundamur.* Fin. *in aeternum.* Vitam S. Cuthlaci monachi et anachoritae. De peregrinatione Jerosolymitana. De praestigiis fortunae, lib. i. De confessione et poenitentia. Librum, qui Canon episcopalis dicitur. Opus novellum De assertione fidei. Librum exhortationum.

Petrus Alfonsi.

Petrus de Tharenta.

Papa Innocentius v, floruit A.C. mcclxxvi.

Petronius monachus et episcopus Bononiensis floruit circa A. C. ccclxxxviii.

Petrus Heli.

Persius.

Petrus abbas S. Remigii.

Petrus Ravennatis episcopus.

Philo Judaeus floruit circa A. C. xxxix.

Phileas, episcopus et martir, floruit circa A. C. ccxxxvii.

Philippus, Crotensis episcopus, floruit A. C. clviii.

Pontius, diaconus S. Cipriani, floruit circa A. C. cclviii.

Philippus presbyter floruit circa A. C. cccxc.

Pierius, presbyter Alexandriae, floruit circa A. C. cclxxxix.

Policarpus, presbyter et B. Johannis Apostoli discipulus, floruit A. C. cxl.

Porphirius philosophus floruit A. C. ccxxxix.

Policrates, Ephesiorum episcopus, floruit A. C. ccxiii.

Porchetus.

Plinius Secundus floruit circa A. C. cx.

Plutarchius floruit circa A. C. c.

Plato.

Placentinus Barre.

Prosper natione Aquitanicus floruit A. C. ccccLx.

Primasius, Africanus episcopus, floruit circa A. C. dliv.

Promeritus, episcopus Galliae, floruit circa A. C. ccccxcv.

Prudentius poeta.

Priscianus floruit circa A. C. dxxviii.

Prepositinus.

Proba uxor Adelphi.

Pebadius, episcopus Galliae, floruit circa A. C. cccxc.

Pacacianus episcopus floruit circa A. C. ccclxxxvii.

Pinitus Cretensis, Gnosiae urbis Romae episcopus, floruit circa A. C. clxiv.

Panthenus.

Priscillianus.

Pelagius abbas ante lapsum suum in haeresin scripsit, juxta Genadium, studiosis juris necessarios tres De Trinitate libros, et pro actuali conversatione Eglogarum ex divinis Scripturis librum unum capitulorum indiciis in modum S. Cipriani martiris praesignatum.

Poterius, Alexandrinae ecclesiae antistes et martir, floruit circa A. C. ccccLviii.

Petrus abbas Tripolitanae provinciae.

Petrus de Aureola frater Minor.

Parisiensis episcopus, dictus Willelmus de Avernys.

Petrus Carnotensis.

Petrus de Vineis.

Plautus.

Proculus.

Portumanus.

Pomponius Porphirionis.

Pomponius Festus.

Quadratus, episcopus et apostolorum discipulus, floruit circa A. C. lxi.

Quintilianus floruit circa A. C. lxxi.

Quintus Curtius Rufus.

Rabanus monachus.

Raby Moyses.

Radulphus Flaviacensis monachus et abbas floruit circa A. C. mxciv.

Radulphus Niger floruit tempore S. Thomae archiepiscopi et martiris circa A.C. mclxiv, et scripsit, sicut ipsemet testatur in libro Cronicorum suorum, Super libros Regum, lib. xxiv. Pr. *In cronica.* Fin. *ascendere merear.* 82. Super Eptaticum, lib. vii. Pr. *Microcosmus.* 82. Epitome in Paralipomenon. Remediarium in Esdram. De re militari, et de tribus viis peregrinationis Jerosolymitanae, lib. iv. Pr. *Militia.* Fin. *convalescam.* 82. De iv festivitatibus B. Mariae, lib. i. De interpretationibus Hebraeorum nominum, lib. i. Cronica a principio mundi usque ad tempus suum, lib. i. Pr. *In principio.* 82.

Radulphus, monachus Westmonaster. floruit circa A. C. mclxxx, et scripsit, abbati suo Laurentio: Omelias nobiles. Et continet partes duas.

duas. Pr. *Ecce dies.* Fin. *terrestria.* Secunda pars illarum Omeliarum incipit *In illo tempore.* Fin. *veniam autori.*

Remigius Altisiodorensis.

Richardus de S. Victore.

Richardus de Media Villa, frater Minor, floruit circa A. C. . . . et scripsit: Super libros Sententiarum, lib. iv. Pr. *Abscondita.* Fin. *humiliter.* Super primum Sententiarum, lib. i. Pr. *Abscondita.* Fin. *mihi tribuat.* Super secundum Sententiarum, lib. i. Pr. *Omnia per.* Fin. *me Dominus.* Super tertium Sententiarum, lib. i. Super quartum Sententiarum, lib. i. Fin. *essem humiliter.*

Radulphus de Diceto, decanus ecclesiae S. Pauli London. floruit A. C. mcxlvii, et scripsit: Librum cronicorum qui dicitur Ymagines historiarum. Pr. *Cronica sunt.* et finit A. C. mcxcv.

. . . de Frisingfeld, floruit circa A. C. . . . et scripsit librum metricum, qui dicitur Practica grammaticae. Pr. *Commoda.* Fin. *per saecula cuncta.* Librum prosaicum, qui dicitur Verbarius. Pr. *Cum sit necessarium.* Fin. *per aeterna saecula.*

Ricardus de Cyrencestria, scripsit De officio ecclesiastico, lib. vii. Pr. *Officium ut.*

Rathamius.

Ricardus de Withringsete cancellarius Cantebriggiae floruit . . . et scripsit De vitiis et virtutibus et de sacramentis, lib. i. Pr. *Qui bene praesunt.* Fin. *erit consummatus.*

Robertus Lincoln. Episcopus, qui et Grosteste dicitur, floruit A. C. mccl, et obiit A. mccliii, et scripsit multa. Hic fuit doctor in theologia, in triplici lingua eruditus, Latina, Hebraica, et Graeca. Multa de glossis Hebraeorum extraxit, de Graeco multa transferri fecit; utpote libros Dionisii, quorum novam translationem perlucide commentavit. Item in logica et astrologia et in cunctis liberalibus artibus excellenter erat eruditus. Ad papam Innocentium misit epistolam invectivam, satis tonantem, pro eo quod ecclesias Angliae exactionibus indebitis vexare videretur. Hac de causa vocatus est ad curiam, et cum ibi molestaretur, appellavit constanter a curia papae Innocentii ad tribunal Christi, unde contigit, quod eodem Roberto in Anglia obeunte, audita est vox in curia papae, *Veni, miser, ad judicium,* et papa in crastino inventus est exanimis, quasi cuspide baculi in latere percussus. Hiis de causis licet perspicuus effulserit Robertus miracula transferri, tamen nec in sanctorum cathalogo poni non est a curia permissus: Scripsit Super Dionisium De caelesti et ecclesiastica Ierarchia, lib. ii. De originali peccato, lib. i. Pr. *Quocirca.* Super Dionisium de divinis nominibus. De libero arbitrio quaestiones, lib. i. Pr. *Cum per.* Fin. *contrarium.* De sphaera, lib. i. Pr. *Intentio.* De astrolabio, lib. i. De compoto, lib. i. Super librum posteriorum. Pr. *Intentio.* Fin. *posteriorum.* Super libros physicorum notulas. Pr. *Cum scire.* Super Dionisium de mystica theologia. Super prologum Bibliae, expos. i. Exameron. Super Psalterium. Pr. *Beatus vir.* Super Epistolam ad Galathas. Pr. *Ut apostolus.* Fin. *quid docetur.* De x praeceptis. Pr. *Sicut dicit.* Fin. *sex mandatis.* De cessatione legalium. Pr. *Fuerunt.* De confessione, tract. i. Pr. *Quum cogitabo.* Fin. *potentiam.* De cura pastorali. De eo quod oportuit Deum fieri hominem. De veritate, serm. i. Pr. *Ego sum.* Fin. *in singulis.* De resurrectione, serm. i. De civitate Dei compendium. Super Job. De prima forma et forma omnium. Pr. *Rogavit.* Fin. *corripias.* 168. De luce. Pr. *Formam.* Fin. *temporibus.* De colore vel coloribus. Pr. *color est.* Fin. *ostenduntur.* De potentia. Pr. *Omne quidem.* Fin. *ad effectum.* De Yride. Pr. *Et perspectim.* Fin. *variationis.* Secundum opus ejusdem De libero arbitrio. Pr. *Quia circa.* Fin. *dicenda.* De scientia Dei. Pr. *Quaeritur.* Fin. *recte.* De misericordia et justitia Dei. Pr. *Consequitur.* Fin. *per Dei gratiam.* De locali praesentia Dei. Pr. *Hic quaeritur.* Fin. *filius.* Summam de articulis fidei et de omnibus quae pertinent ad officium sacerdotale. Pr. *Templum.* Fin. *a servitute.* Dicta quaedam. Pr. *Amor.* Fin. *et misericordiae.* Item Testamenta xii patriarcharum de Graeco transtulit in Latinum, quae per multa tempora incognita et abscondita fuerunt per invidiam Judaeorum, nec ad notitiam Jeronimi vel alterius interpretis pervenerunt. Manifeste enim in eis de Salvatore prophetiae reperiuntur. Principium autem sic est. *Transcriptum.* Fin. *exi de terra.* 74. 168. 164. 154. Item Summam de septem vitiis capitalibus secundum quosdam. Pr. *Providendi.* Fin. *plangit.* 82. 1. Item transtulit de Graeco in Latinum librum, qui dicitur Suda, quem composuerunt viri sapientes sc. Eudemius Rhetor, Elladius, qui fuit tempore Theodosii juvenis, Eugenius Frigius, Zosimus, Gazeus, Caecilius, Siculus, Longinus, Casineus, Lupertus, Boritius, Justinus, Julius Sophista, Pacatus, Pamphilius, Zophirion, et Polion. Sermones. Pr. *Erunt signa.* Fin. *attemptatum.* De natura laminis et diafoni. Pr. *Considerandum.* Encheridion.

Robertus Molendinensis vel Meludinensis, et episcopus Herefordensis, floruit A. C. . . . et scripsit Super Genesin. 46. Super Exodum. 160. 108. Super Leviticum. 166. 15. 30. [126. 19. 26.] Super Numerum. 160. 46. De connubio Jacob. 126. 114. 115. 120. Super libros Regum. 57. Super Psalterium. 161. Super xii Prophetas. 160. 57. Super Cantica. Pr. *Vox sponsi.* Fin. *corus debemus.* 124. 63. Super Mathaeum. 156. 161. 126. Super Epistolas Pauli. 63. Super Apocalipsin, lib. i. Pr. *Revelatio, quae Graece.* 166. 163. [9.] De sacramentis V. et N. Testamenti. Sententiarum lib. ii. Pr. *Quemadmodum.* Fin. *de inferno.* 82. [161.] Primus liber istarum Sententiarum continet partes xvi et capitula . . . Secundus liber non per partes dividitur, sed tantum per capitula cci. Item scripsit Sermones quamplures. [165.] Cronica Mariani splendide defloravit.

Robertus Pullus, floruit circa A. C. . . . . et scripsit Super Psalmos. Sententiarum lib.

RUFINUS, monachus et presbyter Aquilinensis, floruit circa A. C. CCCL.

RAYMUNDUS, frater Praedicator et poenitentiarius papae, floruit A. C. MCCXXVII.

ROBERTUS KILWARDEBY natione Anglicus, frater Praedicator, doctor theologiae et archiepiscopus Cant. cardinalisque Portuensis, floruit circa A. C. MCCLXXII, et scripsit Super Porphirium commentarium. Super libros Aristotelis comment. Super librum divisionum Boetii. Super librum Topicorum Boetii. Super Priscianum Minorem expositionem. Super librum De natura relationis, lib. i. Sophistriam grammaticalem. Sophistriam logicalem. De ortu scientiarum, lib. i. De rebus praedicabilibus, lib. i. De unitate formarum. Super libros Sententiarum. Tabulam super Originalia Augustini, Ambrosii, Boetii, Ysidori, et Anselmi. Pr. *Abymelech*. Fin. *Zizania*. 168. 1. 2. 119. 8.

ROBERTUS Tracensis episcopus.

RICARDUS de CAPWELL, frater Praedicator floruit A. C. . . . et scripsit Super libros Sententiarum lecturam. Contra corruptores Thomae de Aquino. De unitate formarum. De immediata visione Dei.

RICARDUS FICHACRE vel FISAKEL, frater Anglicus de ordine Praedicatorum, floruit A. C. . . et scripsit Super Psalterium. Super libros Sententiarum. Pr. *O altitudo*. 74. 83. 65. De poenitentia, lib. i. Pr. *Quia ut*. 74.

ROBERTUS de OXFORD, frater Praedicator, floruit circa A. C. MCCCXL, et scripsit Contra dicta Hen. de Gandavo, quibus impugnat S. Thomam de Aquino. Contra primum Egidii super libros Sententiarum; ubi impugnat S. Thomam de Aquino.

ROBERTUS de HOLCOTE Anglicus, de ordine Praedicatorum et magister theologiae, floruit A. C. . . . et scripsit Lecturam et quaestiones super lib. Sententiarum. Sermones de tempore et sanctis per totum annum. Super Sapientiam lecturam nobilem et famosam. 65. Super Ecclesiasticum lecturam aliam. Super Evangelium Matthaei. 65.

ROBERTUS CURSON, doctor theologiae et sedis apostolicae legatus in Anglia, floruit circa A. C. . . . et scripsit Summam theologiae. Pr. *Videndum*. De salvatione Origenis.

RHODON genere Asianus.

RETHICIUS Eduorum, i. Augustudunensis episcopus.

ROBERTUS de S. VICTORE.

REGIO abbas Prinicensis.

ROBERTUS abbas de Monte S. Michaelis in Normandia.

RICARDUS BARRE archidiaconus Luxoniensis.

ROBERTUS rex Franciae.

RICARDUS RADULFI, archiepiscopus Armachanus Hiberniae, floruit A. C. MCCCXLIX, et scripsit De quaestionibus Armeniorum, lib. xix. Pr. *Reverendis*. Fin. *amplissimam*. 82.

RICARDUS, prior Eliensis, floruit circa A. D. . . . et scripsit Sermones. Pr. *Ascendet*. Sermo ultimus: *Praevaluit*. 169.

RICARDUS de BURY, episcopus Dunelm. floruit A. C. MCCCXLII, et scripsit librum, qui dicitur *Philobiblon* i. Amor librorum.

RICARDUS, heremita de Ampole, floruit circa A. C. . . . et scripsit Incendium amoris, lib. i. 82. Melos amoris, lib. i. 82. De amore divino. 82. De timore Domini et contemptu mundi. 82. Vehiculum vitae sive xii capitula. 82. Super lectiones De officio mortuorum. 82. Super Psalmum, *Domine, in virtute*. Super Psalterium . . . in Latin. et Angl. Super Lamentationes Jeremiae. Super quartum librum Sententiarum: Pr. *Secundum quosdam*. De glorificatione sanctorum.

SALUSTIUS.

SALMANUS Massiliensis ecclesiae presbyter.

SEDULIUS poeta.

SABBATIUS Galliae episcopus.

SEVERIANUS Gavelensis episcopus.

SEVERUS Malactanae sedis antistes.

SEVERUS presbiter AQUITANICUS cognomento.

SULPITIUS.

SEVERINUS episcopus.

SERGIUS monachus.

SEXTUS.

SERVUS DEI episcopus.

SAMUEL, Edissenae ecclesiae presbiter, floruit circa A. C. CCCCXCV.

SIMPLICIANUS episcopus Mediolanensis.

SIRICIUS papa floruit A. C. CCCLXXXIX.

SENECA.

SIDONIUS, qui et SALMANUS, juxta Vincentium in Speculo GAYUS SOLLIUS APOLLINARIS episcopus Arvernensis, floruit circa A. C. CCCCLVI.

SIAGRIUS.

SIMACHUS, PATRICIUS, floruit circa A. C. CCCCXCIII.

SERAPION Tmieus episcopus cognomento SCOLASTICUS.

SERAPION alius, Antiochiae episcopus.

SOCRATES.

SIBILLA.

SOFRONIUS.

STRABUS, discipulus Rabani, floruit A. C. DCCCXIII.

SMARAGDUS abbas.

STEPHANUS de LANGETON, archiepiscopus Cantuariae, floruit A. C. MCCXXV, et scripsit Super Genesin. Pr. *Tabernaculum*. Fin. *coelestem*. 106. 160. 43. 115. 49. 65. Super Exodum. Pr. *In ingressu*. Fin. *fragile est*. 106. 160. 43. 115. 49. 65. Super Numerum. 106. 43. 115. 49. 65. Super Deuteronomium. 106. 43. 115. 49. 65. Super Leviticum. 99. Super Josue. Pr. *Ego visiones*. Fin. *et modicum*. 65. Super libros Regum exposit. Pr. *Rectoribus*. Fin. *novissimo*. 163. 49. 122. 42. 12. Super Paralipomenon. 43. Super libros Machabeorum. 160. 43. Super Ysaiam. Pr. *Audite*. Fin. *Quo novi*. 127. 94. 92. 12. 20. 10. Super xii Prophetas. Pr. *Ossa*. xii. Fin. *secura*. 163. 160. 114. 122. 127. [108. xii.] Super Thobiam. 49. 43. Super Judith. 43. Super Hester. 43. Super Esdram. 43. Super Ecclesiasticum. 94. 92. 127. Super Cantica. 92. 166. 163. De Magdalena et poenitentia, tract. i. Pr. *Miserator*. Fin. *de nomine*. 8. De similitudinibus,

lib. i.

lib. i. Pr. *Nec miles.* Summam, quae vocatur *Adam, ubi es?* de vitiis et virtutibus. Pr. *Adam, ubi.* 163. 61. Vitam Ricardi regis Anglorum. Super librum Judicum. Pr. *Restituam.* Fin. *de oculo tuo.* Sermones lx. Pr. *Filia.* Fin. *studeamus.* 61. 86. Super Job. 65. Super Ecclesiasten. Pr. *Hoc nomen.* 11. De vera poenitentia, tract. i.

Stephanus Burgundus et frater Praedicator.

Stephanus Gallicus, et frater Praedicator.

Symon de Borastona Anglicus, et provincialis fratrum Praedicatorum, floruit A. C. . . . et scripsit Distinctiones, quae suo nomine appellantur. Pr. *Abjicere secundum autorem.* Sermones bonos subtiles. De ordine judiciario. Contra crimina corrigenda. Pr. *Corripiet.* Fin. *compilantis.*

Solinus Flaccus Gaius Julius.

Servius grammaticus.

Statius Tholosensis, poeta, floruit A. C. lxxv.

Secundus philosophus.

Serlo . . . scripsit De oratione Dominica. Pr. *Protector noster.* De dictionibus dissilabis, lib. i. Pr. *Dactile.*

Suetonius.

Scipio.

Sigebertus.

Symphosius poeta.

Thomas de Aquino.

Tatianus.

Thomas, subdiaconus Sarisberiensis, floruit A. C. . . . et scripsit Librum poenitentialem. Pr. *Cum miserationes.* Fin. *sufficiant.*

Thomas archiepiscopus Cantuariae, et martir, floruit A. C. . . . et scripsit Epistolarum lib. i.

Theodorus, Siriae provinciae Cipriae civitatis episcopus, floruit A. C. ccccl.

Theodorus Heracliae et Trachiarum episcopus.

Theodorus monachus et successor abbatis Pachomii.

Theophilus episcopus Antiochenus.

Timotheus episcopus.

Theophilus Alexandriae episcopus, floruit A. C. ccclxxxvii.

Terentius.

Tertullianus, presbiter Africanus, floruit circa A. C. ccxii.

Tholomaeus Philadelphius rex Aegypti.

Triphon Origenis auditor.

Triphilius Cypri episcopus.

Tullius Marcus, qui et Cithero dicitur.

Tychonius, Afer et Donatista, floruit A. C. cccxcviii.

Thomas de Sutton Anglicus, et frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Super Praedicamenta. Super vi principia. Super libros Priorum et Posteriorum. Item complevit scripturam Thomae de Aquino Super Periarmenias. De unitate formarum. Duo Quodlibet. De relatione. Summam theologiae. Super Psalterium. De concordia librorum theologiae.

Thomas de Linduno.

Thomas Waleys Anglicus, frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Lecturam super Psalterium. De visione faciali, contra papam Johannem xxii. Pr. *Mementote.* 170. De temporibus et instantibus, quae Pater posuit in sua potestate. Pr. *Non est vestrum.* Fin. *approbatur.* 170. Sermones multos. Super omnem Matheium comment. i. continens lib. xv. Pr. *A veritate.* Fin. *tota die.*

Theodoricus Theutonicus frater Praedicator.

Trogus Pompeyus.

Tullianus presbiter Cartaginensis.

Theodorus papa, et sanctus, floruit A. C. dcxliii.

Theodorus, archiepiscopus Cantuariae, monachus, et natione Graecus, floruit A. C. dclix, et scripsit, juxta Cronica Martini, Librum poenitentialem; cauta et mirabili discretione distinguens modum singularum culparum, de quo libro in jure canonico frequenter fit mentio et specialiter 36. q. 6. c. ultimo.

Tremegistus vel Trismegistus, qui et Mercurius vel Hermes.

Theodorus, Gneocesaerae episcopus, floruit circa A. C. ccxxiii.

Theophilus Palestinae Cesareae episcopus.

Titus Bostrenus, episcopus, floruit circa A. C. ccclxiii.

Theotimus, Scythiae Thomorum episcopus, floruit circa A. C. cccxc.

Titus Livius.

Theodorus alius, Antiochenae ecclesiae presbiter.

Theodorus Anchiranus Galatiae episcopus.

Theodorus presbyter in Coeleusiria.

Theoctiscus.

Theofrastus.

Thinredus, monachus Doveriae, floruit circa A. C. . . . et scripsit De musica et de legitimis ordinibus pentacordorum et tetracordorum, lib. iii. Pr. *Quoniam musicorum.*

Trota et Trotula.

Turpinus Remensis archiepiscopus.

Valerius Maximus.

Walterus de Mauritania episcopus Parisiensis.

Warnerius, monachus Westmonaster. floruit A. C. mxcii, et scripsit . . .

Varro philosophus Romanus.

Vegetius Renatus.

Velius.

Victor Mauritaniae civitatis episcopus.

Victor papa.

Victor alius, Africanus episcopus, floruit A. dxxviii.

Vincentius, presbiter monasterii Lirinensis insulae, floruit circa A. C. ccclxxxvii.

Victorius Massiliensis floruit A. C. ccccxl.

Victorius alius, natione Aquitannicus.

Victorius Pictaviensis episcopus.

Victorinus Pictabionensis episcopus.

Victorinus, Afer, floruit A. C. cccxliii.

VICTRUVIUS.

VIGILIUS papa.

VIGILIUS, diaconus, floruit A. C. CCCCXXXII.

VIGILIUS, episcopus, floruit A. C. CCCCXXXIII.

WILHELMUS de MONTE vel MONTIBUS, floruit A. C. . . . et scripsit Speculum poenitentiae. Pr. *De peccatorum.* Fin. *non curat.* 65. Distinctionum lib. i. 65. De Adventu Domini, serm. i. Pr. *Benedictus.* De bonitate mulierum ad moniales, epist. i. 65. Concordantias literales super Bibliam. Expositiones Evangeliorum. Pr. *Cum appropinquasset.* Numerale ejusdem. Pr. *Unus est Deus.* Fin. *virtutibus.* 65. 63. Speculum poenitentis. Pr. *Dicit Ysaias.* Fin. *culpae.* 61. Versus ejusdem Glosae. Pr. *Quis veniat.* Fin. *terrent.* 61.

WILHELMUS de BURGO, monachus de Ramesia, doctor theol. floruit A. C. MCLXXXVIII, et scripsit subtiliter et devote Super Cantica; ab eo loco, *Dilectus meus candidus*, usque ad finem. Omelias. Pr. *Qui in.* Fin. *Wilhelmum.* 65. Distinctiones. Pr. *Alpha.* Fin. *nunc materia.* 65. Omelias notabiles et sermones. Pr. *Aspiciens.* Eufrastica, i. bene exposita, et continet capitula c. Pr. *Quid est.* Fin. *deficere.* 65. Librum partium. Secunda pars vel potius prima pars sermonum ejus, sic incipit: *Reverenter.* Ult. cap. *Quum superius.* 65.

WILHELMUS PARVUS floruit A. C. MCXCVII, et scripsit Super Cantica. Pr. *Crebra.* Fin. *commendare.*

VALERANUS.

WILHELMUS de PAGULA, vicarius de Wingfeld, prope forestam de Windesor, floruit A. C. . . . et scripsit Summam summarum de jure canonico pariter et divino; et continet lib. v. Pr. *Ad honorem.* Fin. *respondendum.* Speculum praelatorum. Speculum religiosorum. Pr. *Accipite.* Fin. *passionem Christi.* Summam quae dicitur. Oculus sacerdotis. Pr. *Ignorantia.* Fin. *coronam vitae.* Ad regem Angliae Edwardum iii. epist. i.

VIRGILIUS MARO.

VITELLIUS Afer.

WILHELMUS monachus et abbas S. Theodorici.

WILHELMUS Durandi episcopus Munacensis.

URSINUS monachus.

VIGILIUS episcopus Africae.

VINCENTIUS BURGUNDUS alias BELVACENSIS, frater Praedicator, floruit A. C. MCCXLIV.

WILHELMUS de HOTHUN, Anglicus, frater Praedicator, et archiepiscopus Dublinensis, floruit A. C. . . . et scripsit Super primum librum Sententiarum. Item Super omnes libros Sententiarum lecturam. De unitate formarum, lib. i. De immediata visione divinae essentiae.

WILHELMUS de ALTONA, natione Anglicus, frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Super Mathaeum postillam i. De x virginibus. Super Ecclesiasten.

WILHELMUS de MAUNFELD, Anglicus, frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Contra Henricum de Gandavo, quibus impugnat Thomam de Aquino. Contra corruptores Thomae de Aquino. De angelis quaestiones.

ULRICUS frater Praedicator.

WILHELMUS LUMBARDUS frater Praedicator.

WILHELMUS de PARALDO archiepiscopus Lugdunensis.

WILHELMUS AURELIANENSIS frater Praedicator.

WILHELMUS GALLICUS.

WILHELMUS BRIXENSIS.

WILHELMUS PARISIENSIS.

WILHELMUS GALLICUS.

WILHELMUS de ENKOURT, Anglicus, frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Super Ecclesiasten lecturam optimam. Sermones plures et bonos.

WILHELMUS de KINGESHAM, Anglicus, frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Super Ecclesiasticum lecturam i.

WILHELMUS BRUMYARD, Anglicus, frater Praedicator, floruit A. C. MCCCXLIX, et scripsit Summam bonam, quae vocatur Brumyard. Item Distinctiones.

WILHELMUS BRABANTINUS.

WIDO monachus Cartusiensis.

WALTERUS de BOKEDENE, frater Praedicator, floruit A. C. . . .

WILHELMUS monachus Gemeticensis.

WILHELMUS de CONCHES.

VERECUNDUS.

WILHELMUS de MALMESBIRIA, monachus, floruit circa A. C. . . . et scripsit De gestis regum Angliae, lib. v. Pr. *Domino venerabili.* Fin. *ornamento ubique.* De gestis pontificum.

WILHELMUS, Veubrigensis ecclesiae canonicus, floruit circa A. C. MCLX, et scripsit abbati Rievalliae Historiam de gestis Anglorum, lib. v. Pr. *Historiam.* Fin. *illi essent.* 170.

WALTERUS Exon. archidiaconus floruit A.D. . . . et scripsit . . .

WILHELMUS RIVALLENSIS floruit A. C. . . . et scripsit . . .

WINDICHINDUS floruit A. C. . . . et scripsit Historiam Saxonum.

WINDOCINENSIS floruit . . . et scripsit Summam, quae vocatur . . . . Pr. *Ne videar magnificare.* Fin. *biberunt.* 61.

USUARDUS monachus.

CHRISTOFORUS NOLHAMSENSIS, frater Praedicator, floruit A. C. . . . et scripsit Super quatuor Evangelia postillas. Super omnes Epistolas Pauli. Super Epistolas canonicas. Sermones de tempore et sanctis.

CHRISTOFORUS LUMBARDUS.

YSIDORUS [Sanctus] Hispalensis episcopus.

YVO, monasterii Belvacensis canonicus, et praepositus, et postea Carnotensis episcopus, floruit A. C. MXCIV.

YPOLITUS episcopus floruit circa A. C. CCXXXV.

YSAAC.

YSAAC alius, Antiochenae ecclesiae presbyter, floruit circa A. C. CCCCLVIII.

YPOCRAS.

YSICHIUS

Ysichius monachus.
Ysuardus, supra in verbo Usuardus.
Zacharias, Crisopolitanus, floruit A. C. . . .
Zoroastes, qui et Cham dicebatur.

Nomina doctorum, qui scribunt super Bibliam.

Super Genesin. Augustinus, *Super Genesin ad literam. De Genesi contra Manichaeos. De septem diebus in Genesi. De Adam et temptatione Abrahae. De benedictionibus Jacob et Esau. Quod homo factus est ad imaginem Dei. De S. Joseph et de connubio Jacob. De locutionibus in Genesi. De cataclismo. De luctatione Jacob. De lapsu et reparatione hominis; et de Paradiso.* Ambrosius *De operibus sex dierum. De arca Noe. De Abraham et de Abel et Cayn. De Asseneth. De benedictionibus patriarcharum. De Jacob. et Joseph. De paradiso. De Ysaac.* Alcuynus, *Super Genesin ad literam.* Andreas Auctus episcopus. Apion *Exameron.* Abbas de Pratellis *Super Genesim* in libris xxxi. Basilius *Exameron.* Beda. Bruno. Gregorius papa. Gregorius Emissenus. Galfredus, abbas Clarewell. Haymo. Hugo de S. Victore. Jeronimus *De Genesi. De ignorantia Ysaac in benedicendo filios.* Johannes Crisostomus *De Adam et Eva, Jacob et Esau, et Jacob. De fide Abrahae et immolatione Ysaac.* Methodius *De Genesi.* Origenes. Rabanus. Odo. Prudentius. Radulfus Niger. Petrus de Tharnetesia. Philo Judaeus. Robertus Herford. Rob. Lincoln. *Exameron.* Item xii *Testamenta patriarcharum.* Paschasius monachus. Stephanus Cantuariensis. Strabus. Victorinus. Ysidorus. Ypolitus. Sidonius.

Super Exodum. Augustinus *De cantico Exodi.* Andreas. Beda. Haymo. Hugo. Origenes. Odo. Petrus de Tharneteria. Philo Judaeus. Rabanus. Radulfus Niger. Robertus Herford. Stephanus Cant. Victorinus. Ysidorus. Ypolitus. Strabus. Galfridus Clarevall. Bruno. Jo. Crisostomus *De Moyse.* Petrus Pictavensis *De tabernaculo Moysy.* Ammonius *De constantia Moysi.* Gregorius.

Super Leviticum. Andreas. Beda. Bruno. Eficius. Gilbertus. Galfredus. Haymo. Hugo. Origenes. Odo Cluniac. Philo Judaeus. Petrus de Tharneteysia. Rabanus. Radulphus Flaviacensis. Radulphus Niger. Robertus Hereford. Stephanus Cantuar. Victorinus. Ysidorus. Augustinus. Gregorius. Jeronimus. Strabus.

Super Numerum. Andreas. Beda. Bruno. Galfridus. Haymo. Hugo. Origenes. Odo. Petrus de Tharneteria. Philo Judaeus. Rabanus. Radulphus Niger. Robertus Herford. Stephanus Cantuar. Ysidorus. Augustinus. Gregorius.

Super Deuteronomium. Andreas. Beda. Bruno. Gilbertus. Galfridus. Haymo. Hugo. Odo, Origenes. Petrus de Tharner. Philo Judaeus. Rabanus. Radulphus Niger. Stephanus Cantuar. Ysidorus. Adamantius. Jeronimus. Augustinus. Gregorius.

Super Josue vel Jehu Nave. Andreas. Adamantius. Augustinus. Beda. Origenes. Jeronimus. Stephanus Cant. Ysidorus. Gregorius.

Super Judices. Andreas. Adamantius. Augustinus. Beda. Origenes. Jeronimus. Stephanus Cantuar. Ysidorus. Claudius. Gregorius.

Super Ruth. Bellator presbyter. Origenes. Isidorus. Quidam monachus.

Super libros Regum. Angelonius. Andreas. Beda. Jeronimus. Origenes. Rabanus. Radulphus Flaviacensis. Radulphus Niger. Robertus Herefordensis. Stephanus Cantuar. Ysidorus. Ypolitus *De Saul et Phitonissa.* Augustinus *De S. Helia. De pugna David et Goliae. De praevaricatione Salomonis.* Ambrosius *De judicio Salomonis inter duas mulieres. De Davide. De Helia. De poenitentia Salomonis.* Methodius *De Phitonissa.* Genadius. Alcuynus.

Super Ysaiam. Augustinus. Ambrosius. Andreas. Albertus. Beda. Bernardus. Eusebius. Haymo. Jeronimus. Origenes. Petrus cantor Parisiensis. Ric. de S. Victore. Stephanus. Victorinus. Ypolitus. Didimus. Thomas de Aquino.

Super Jeremiam. Andreas. Albertus. Beda. Cassiodorus. Gilbertus. Gregorius Nazianzenus. Hugo. Jeronimus. Joh. Crisostomus *De Jeremia.* Origenes. Paschasius. Petrus cantor Paris. Rabanus. Thomas de Aquino. Paschasius tantum *Super Lamentationes.*

Super Ezechielem. Albertus. Gregorius papa. Origenes. Jeronimus. Petrus cantor Paris. Robertus Crikeladensis. Hugo de S. Victore. Victorinus.

Super Danielem. Andreas. Albertus. Beda. Jeronimus. Origenes. Ric. de S. Victore. Ypolitus. Petrus Commestor. Mennadius. Porfirius. Judas unus de lxx.

Super xii Prophetas. Ambrosius. Albertus. Beda. Jeronimus. Stephanus. Robertus Herford. Didimus. Andreas. Pamphilius. Joachim abbas. Pierius presb. *Super Osee.* Verecundus *Super quaedam cantica prophetarum.* Ypolitus *Super Zachariam.* Ricardus *Super Jobelem et Naum.* Victorinus *Super Abacuch.*

Super Job. Augustinus. Ambrosius. Ambrosius alius. Albertus. Beda. Didimus. Gregorius. Origenes. Petrus Blesensis. Philippus. R. Lincoln. Hillarius. Jeronimus.

Super Psalterium. Augustinus. Ambrosius super *Beati immaculati* et *Notulas super totum Psalterium.* Alexander Nequam. Anselmus. Cassiodorus. Didimus. Gilbertus. Hugo *Super quosdam versus Psalmorum.* Jeronimus, Henricus Huntend. Super *Beati immaculati.* Petrus cantor Paris. Radulphus Flaviacensis. Ric. de S. Victore. Menegaldus. Robertus Lincoln. R. Herford. Rob. Pullus. Ric. Fisacre. Nicolaus de Lyra. Thomas de Aquino. Theodorus. Tho. de Sutton. Yvo. Serlo.

 Gilbertus.

Gilbertus. Eusebius. Eusebius alius. Petrus Lumbardus. Johannes Crisostomus *Super quosdam Psalmos*. Ypolitus. Remigius. Hillarius.

Super PARABOLAS SALOMONIS. Andreas. Beda. Didimus. Epiphanius. Jeronimus. Bernard. de Trilia. Rabanus. Rad. Flaviacensis. Theophilus. Ypolitus. Gregorius.

Super ECCLESIASTEN. Alexander Nequam. Alcuynus. Andreas. Achacius. Beda. Bernard. de Trilia. Epiphanius. Gerardus. Hugo. Jeronymus. Radulphus Flaviacensis. R. de S. Victore. Theodorus. Victorinus. Ypolitus. Will. de Altona. Sidonius. Origenes. Gregorius. Rabanus.

Super CANTICA CANTICORUM. Augustinus. Anselmus. Alexander Nequam. Adelredus. Alcuynus. Albertus. Epiphanius. Berengaudus. Beda. Bernard. Bern. de Trilia. Cassiodorus. Gregorius. Gregorius de Bridelington. Gilbertus. Galfridus. Hillarius. Hugo. Jeronimus. Justus episcopus. Origenes. R. Herford. Rethicius. Stephanus. Thomas de Aquino. Triphilius. Wilhelm. Parvus. Will. de Ramesia. Victorinus. Ysidorus. Ypolitus. Methodius. Henr. Teutonicus.

Super ECCLESIASTICUM. Hugo. Jeronimus. Nicholaus Gorham. Petrus cantor. Rabanus. Rob. Holcote. Stephanus. Wilhelm. de Kingesham.

Super librum SAPIENTIAE. Bellator presb. Bernard. de Trilia. Rabanus. Rob. de Holcote.

Super PARALIPOMENON. Andreas. Origenes. Rabanus. Stephanus. Rad. Niger.

Super ESDRAM. Beda. Stephanus. Ysidorus. Bellator. Rad. Niger.

Super HESTER. Cassiodorus. Rabanus. Stephanus. Bellator.

Super JUDITH. Cassiodorus. Rabanus. Stephanus. Bellator.

Super TOBIAM. Andreas. Beda. Cassiodorus. Bellator.

Super MACHABAEOS. Bellator. Cassiodorus. Gregor. Nazianz. Rabanus. Stephanus. Johannes Crisostomus. Beda.

Super QUATUOR EVANGELIA. Augustinus *Super Johannem omelias*, et *Super Mathaeum et Lucam quaestiones. De concordia Evangeliorum.* Ambrosius *Super Lucam. Omelias* ejusdem *super Evangelia.* Adelredus Super Evangelium *Cum factus esset Jesus annorum*; et super *Nemo accendit.* Alcuynus *Super Johannem.* Albertus *Super quatuor Evangelia.* Beda *Super Mathaeum, Marcum, et Lucam*, et *Super quaedam Evangelia omelias* quinquaginta. Bernardus Super *Missus et . . . Magister intravit. Cum esset desponf.* Et *Ecce nos reliquimus.* Bernardus de Trilia *Super Johannem.* Claudius *Super Matheum et Johannem.* Eusebius Caesar. *Super omnia Evangelia.* Eusebius Emissenus *Super omnia Evangelia.* Gregorius papa, *Omel. super Evangelia.* Galfridus *Super Matheum.* Haymo *Super Evangelia totius anni.* Babio *Super Mathaeum.* Hillarius *Super Mathaeum.* Jeronimus *Super* iv *Evangelia.* Joh. Crisostomus *Super Mathaeum et Johannem.* Juvencus *Super* iv *Evangelia.* Maximus *Super Evangelia.* Nicholaus de Gorham *Super Lucam et Mathaeum.* Origenes *Super Mathaeum et Lucam et princip. Johannis.* Petrus de Tharnet *Super Lucam.* Rabanus *Super Mathaeum.* Rad. Flaviacensis *Super Mathaeum.* Remigius *Super* iv *Evangelia.* Rob. Herford. *Super Mathaeum.* Salmanus *Super Evangelia.* Joh. de Alba villa *Super Evangelia.* Theodorus *Super Mathaeum et Johannem.* Theophilus *Super* iv *Evangelia.* Victorinus *Super Mathaeum.* Wilhelmus de Montibus *Super Evangelia.* Christoforus Nolhamsensis *Super* iv *Evangelia.* Christoforus *Super Mathaeum, Marcum, et Lucam.* Ysidorus *Super* iv *Evangelia.* Zacharias *De concordantia Evangel.* Anselmus *Super Mathaeum et Johannem.* Clemens Lanton *De concordia Evang.* Tatianus *De concordia Evangel.* Marianus *Super Lucam.* Augustinus, *Super Evang. omel.* quinquaginta. Ammonius, canones Evangel. excogitavit, quos postea Eusebius plenius collegit. Gilbertus *Super Mathaeum.* Petrus cantor *Super Evangelia.*

Super EPISTOLAS PAULI. Augustinus *Super Epist. ad Rom. et Galat. De verbis apostoli serm.* Ambrosius *Super Epistolas omnes.* Anselmus *Super omnes Epistolas.* Alcuynus *Super Epist. ad Hebraeos.* Albertus *Super omnes Epistolas.* Beda *Super omnes Epistolas.* Cassiodorus *Super Epist. ad Rom.* Gilbertus *Super omnes Epist.* Haymo *Super omnes Epist.* Hildegardus *Super omnes Epist.* Heraclitus *Super omnes Epist.* Jeronimus *Super omnes Epist.* Joh. Crisostomus *Super omnes Epist.* Bruno *Super omnes Epist.* Menegaldus *Super omnes Epist.* Nich. de Gorham *Super omnes Epist.* Origenes *Super Epist. ad Romanos.* Petrus Lumbardus *Super omnes Epist.* Petrus de Tharnet *Super omnes Epist.* Petrus Tripol. *Super omnes Epist.* Rabanus *Super Epistolas ad Colicenses et Galatas et Ephesios.* Rad. Flaviacensis *Super omnes Epist.* Remigius *Super omnes Epistolas.* R. Lincoln *Super Epist. ad Galatas.* Th. de Lenduno *Super omnes Epistolas Pauli.* Victorinus rhetor *Super omnes Epist. Pauli.* Christ. Nolhamsens. *Super omnes Epist. Pauli.*

Super EPISTOLAS CANONICAS. Augustinus *Super Epist. Jacobi, et Johannis.* Beda *Super omnes Epistolas canonicas.* Bernardus *Super Epist. Jacobi.* Cassiodorus *Super omnes Epist. canonicas.* Didimus *Super omnes epist. canonicas.* Jeronimus *Super omnes Epist. canon.* Nicholaus de Gorham *Super omnes Epist. canonicas.* Christ. Nolhamsensis *Super omnes Epistolas canonicas.* Haymo *Super Epistolas totius anni.* Johannes de Alba villa *Super epistolas totius anni.* Joh. Crisostomus *Super omnes Epist. canonicas.*

Super ACTUS APOSTOLORUM. Arator poeta. Jeronimus. Lentius. Petrus Parisiensis cantor. Joh. Crisostomus. Rabanus. Beda.

Super APOCALYPSIN. Augustinus. Ambrosius. Anselmus. Apringius. Albertus. Berengaudus. Berengarius. Beda. Gilbertus. Galfridus. Haymo. Henr. Costesay. Jeronimus. Nic.

Nic. de Gorham. Petrus cantor Parisiensis. Primasius. Rabanus. Radulphus Flaviacensis. Rob. Herford. Victorius. Wilhelmus Gallicus. Ypolitus. Joachim abbas.

Super totum VETUS et NOVUM TESTAMENTUM. Augustinus. Ambrosius. Alexander Nequam. Alcuinus. Adamantius. Albertus. Basilius. Clemens. Didimus. Hugo. Jeronimus. Joh. Crisostomus. Junilius. Lanfrancus. Optatus. Paterius. Petrus Commestor. Petrus cantor Parisiensis. Nicolaus de Lyra. Sedulius. Ysidorus. Rob. Hereford. Hugo de S. Victore. Petrus Lumbardus.

Qui legis hunc librum scriptoris, rex, miserere,
Dum scripsit vere, non fecit ut aestimo pigrum.
Si tibi displiceat, veniat tua gratia grandis,
Quam cunctis pandis, haec sibi sufficiat.
Scriptoris nomen BOTULPHI VILLA vocatur,
Qui condempnatur, nisi gratum det Deus omen.

Huc usque Bostonus.

CAPUT TERTIUM.

De scriptorum veterum Britannorum, a Thoma Hearnio primum editorum, dignitate et pretio judicium.

QUONIAM supra THOMAE HEARNII mentionem feci, qui viginti, et quod excedit, annorum spatium in describendis ac in publicam lucem protrahendis maxime vetustis scriptoribus Anglicis impendit; haud multum ab instituto meo alienum fore credidi, si eos eodem quo typis exscripti sunt ordine recensuerim, meumque de illorum dignitate, pretio, et usu in gratiam lectorum calculum adje erim. Sunt autem qui sequuntur.

1. JOANNIS LELANDI, antiquarii, *De rebus Britannicis collectanea*. Oxon. MDCCXV. vi vol. 8vo. Haec *Collectanea* ex antiquissimis priscorum scriptorum adversariis excerpta sunt ab auctore, cui animus fuit omnibus numeris absolutam conscribere historiam Angliae. Qua de causa ea, quae illi enucleatius enarraverunt, imo quae nonnullorum effugerunt curam, in Lelandi commentarios sedula manu redacta merito quaesiveris. Ast codices illos vel perfunctorie evolventi patebit omnia tumultuario quidem modo, nec satis prolixo stylo ibidem congesta esse. *Collectanea* equidem ea amplum summae Lelandi diligentiae testimonium exhibent, et magno procul dubio usui erant illo tempore quo *Historiarum* scriptores in codicibus manu exaratis tantum delitescebant; hodie autem cum omnes, vel major saltem pars illorum typis excusi extant, et in cunctorum manibus versantur, apographa haec multis parasangis a primaeva auctoritate et utilitate distant, et autographis inferiora esse judicantur, nullamque ministrant materiam ad longiore filo deducendam historiam Angliae; solos si excipias *Catalogos librorum* (si tamen illi in censum laudis venire possunt) *in monasteriis illius aetatis latentium*, qui quarto operum volumini inserti conspiciuntur.

2. JOANNIS ROSSI *Historia regum Angliae*. Oxon. MDCCXVI. 8vo. Epitome haec historiae Angliae (tali enim nomine liber hic insigniri meretur) haud tantum cumulum honoris judicio auctoris, quantum industriae ejus adfert. Gregem monasticorum scriptorum sequitur, ac nihil non ab illis observatum lectori proponit. Perpauca ibidem quae monachi intacta reliquerunt, continentur de Judaeis, de malis per frequentia sepimenta suo tempore illatis, contra quae in magna operis sui parte invehitur. Vixit sub rege Henrico vii, et, ut quod sentio, libere fatear, insignem nominis sui celebritatem adeptus est, eo quod in nonnullis locis academiae Oxoniensis mentionem fecerit.

3. TITI LIVII FOROJULIENSIS *Vita Henrici* vi *regis*. Oxon. MDCCXVI. 8vo. Auctor hic purus putus plagiarius, vel, ut mitiori exprimam sermone, abbreviator est *Vitae Henrici* vi *regis*, a Thoma Elmham confectae. Illud tantum in laudem ejus cedit, quod Trasonicum et turgide poeticum stylum archetypi in severiorem ac historico dignum mutaverit, et quod hic et illic nonnulla scitu haud adeo indigna addiderit; inter quae recensio exercitus et ducum, qui regem Henricum in prima in Galliam expeditione comitati sunt, palmarium obtinet locum.

4. ALUREDI BEVERLACENSIS *Annales*. Oxon. MDCCXVI. 8vo. Multa licet in laudem auctoris hujus congesta sint ab editore, opus hoc tamen nullius pretii, me judice, publicam aspicere lucem haud meretur. Et si ullo aliquo encomio evehendus est auctor, totum illud foeneratur a venerabili Galfrido Monumetensi, cujus deflorator fuit, et ex cujus *Historia* integras paginas descripsit, quod et ipse pag. 2. fatetur. Dubium mihi tamen remanet, quo jure *Annales* hi Alfredo Beverlacensi attribuendi sunt; cum loca, quae a Radulpho

Radulpho Higdeno, Usserio, Somnero, Galaeoque, ex eo citantur, in editione Hearneana haud appareant. Seldenus posteriorem libri hujus partem, a sexto libro ad finem *Annalium*, Godefrido Malmesburiensi acceptum refert, et in multis ipsum cum Rogero Hovedeno convenire ait. Verum qua inductus ratione vir ille summus auctorem nunquam alias cognitum eruditorum numero associet, haud fas est dicere. Quantum conjectura auguror, error ille natus est ex Mſ. Cotton. Vespaſ. D. iv. 3. partem *Annalium* continente, in cujus primae paginae fronte, manu a textu multum diversa nomen Godfridi de Malvesbey exaratum est. An hoc nomen auctoris, vel possessoris codicis fuerit, videant alii. In praesenti observandum est Godefridum hunc nec ordiri nec claudere satis amplum catalogum illorum hominum, qui ex veris possessoribus ficti auctores librorum orbi erudito obtrusi sunt.

5. ANONYMI *Chronicon Godstovianum*. Oxon. MDCCXVI. 8vo. Cum editor libelli hujus A. MDCCXV Godstoviam versus juxta Oxoniam ambularet, casu in *Chronicon* hoc in principio et fine mutilum incidit. Incipit a creatione mundi et definit A. 10 Henrici vi; omnia trita et obsoleta nihilque novi continet, praeterquam quod historicis bonae fidei ac integrae famae contradicat, et rerum gestarum auctores atque tempora tumultuario modo confundat. *Chronicon* hoc nullius est pretii, ac ne minimum quidem ad explicandam historiam Angliae confert. Subjicitur Gulielmi Roperi *Vitae D. Tho. Mori*.

6. THOMAE SPROTTI *Chronica*. Oxon. MDCCXIX. 8vo. Exordium capit chronicographus ab Adamo et ad A. MCCCXXXIX nullo servato ordine vel methodo progreditur. Cave credas auctorem hunc a Thornio, Lelando, Camdeno, et Somnero, citatum esse: abundat ejus rudis indigestaque moles tot tantisque erroribus, ut editor ipse in *Praefatione* § x. fateatur "perplures anomalias, miramque rei chronologicae imperitiam" in eodem comparere. Quo calculo si *Chronicon* hoc perpetuis delituisset tenebris, nullum respubl. literaria detrimentum inde cepisset.

7. *A remarkable fragment of an old English chronicle, or history of the affairs of king Edward* iv. In eodem cum Sprotto volumine apparet, et principium anni noni regni regis Edwardi quarti attingit. Animus fuit auctori huic anonymo sphalmata pristinorum scriptorum in describendis actionibus hujus regis corrigere; in quo studio tanta cum felicitate et successu versatus est, ut praeter communem historicorum sortem visus sit sapere. Ast summopere dolendum est antiquarum rerum admiratores fragmentum tantum ejus manibus terere, integroque chronico destitui.

8. *Textus Roffensis*. Oxon. MDCCXX. 8vo. Maxime venerandum hoc monumentum antiquitatis in summum reipubl. literariae commodum typis expressum extat.

9. ROBERTI de AVESBURY *Historia de mirabilibus gestis Edwardi* iii. Oxon. MDCCXX. 8vo. Auctor hic sua aetate tum eruditionis tum industriae titulo celebris, accurate regis Edwardi iii facta transmarina ex autographis magnae auctoritatis hominum, qui iis interfuerunt, regemque comitati sunt, perstrinxit et in ordinem redegit, nervis omnibus contendens ut haec authentica summae fidei monumenta posteritati victurisque chartis commendarentur.

10. JOHANNIS de FORDUN *Scotichronicon*. Oxon. MDCCXXII. 8vo. v vol. Galeus primam hujus *Chronici* partem ad undecimum quinti libri caput, publici juris olim fecerat: hanc Hearnius novis typis cum reliqua ejus parte excudit, supplementumque Beveri adjecit. Integrum igitur *Scotichronicon* indefessae curae editoris hujus clarissimi debetur. Fordunus scopum studiis suis praefixerat historiam Angliae aeque ac Scotiae ex sordide latentibus ac minus cognitis codicibus eruere, et negotia, jura, commoda et incommoda utriusque regni concernentia lectori exponere. Inter maxime vetustos Scotorum historicos primam ocupat sedem, eoque nomine publica luce dignissimus judicatur; licet jejuna admodum historiarum recensio celebritatem nominis ejus si non diminuat, saltem non adaugeat.

11. HEMINGI *Chartularium ecclesiae Wigorniensis*. Oxon. MDCCXXIII. 8vo. ii vol. Tabularium hoc Gulielmi Conquestoris tempore compositum res gestas ecclesiae Wigorniensis inprimis complectitur; nonnulla tamen, quae aetatem et historiam Saxonum respiciunt, iisdem immiscentur. Exempli gratia, quod repugnantibus ecclesiasticis scriptoribus secundus archiepiscopus Lichfeldensis, nomine Hygeberhtus, A. DCCLXXXIX concilio Celcythensi interfuerit.

12. ROBERT of GLOUCESTER's *Chronicle*. Oxon. MDCCXXIV. 8vo. ii vol. Licet auctoris hujus historia et poemata flocci facienda sint, notitia tamen liguae Saxonicae vel veteris Anglicae,

glicae, quae *Chronicon* hoc illustre reddit, eum rei antiquariae studiosis liquide commendat, atque locum in bibliotheca ipsorum sibi expetit. Quid ad nominis sui memoriam et posterorum fructum reliquerit, videre licet in editoris *Praefatione* §. vi.

13. PETER LANGTOFT'S *Chronicle*. Oxon. MDCCXXV. 8vo. ii vol. *Chronicon* hoc rythmice compositum ejusdem cum priori pretii, nonnulla aliorum historicorum narrationi contraria adfert, quae ab editore in *Praefatione* §. xix enumerantur: unde facile colligi potest an aliquid, aut quantum ad expeditiori calamo delineandam historiam Angliae conducat.

14. JOHANNIS confratris et monachi Glastoniensis *Chronica, sive historia de rebus Glastoniensibus*. Oxon. MDCCXXVI. 8vo. ii vol. Nihil, praeterquam quod monachus fuerit, de hoc Johanne constat. *Historia* ejus est epitome Adami Domerhami a Gulielmo Malmesburio consarcinata: " Huic vero operi" (inquit ipse pag. 6.) " adjecta ex libris " diversis collegi, ex *Legendis* scilicet *sanctorum* ac aliis scriptis librorum antiquorum. " Aliqua etiam ex opusculis Giraldi Cambrensis atque Ranulphi Cestrensis assumpsi et " interserui." Unde quanta auctoritate et fide dignus sit, judicari potest. *Historiam* suam ipse ad A. D. MCCCC continuasse dicit, ast ultimus rerum gestarum dies (pag. 283.) est 10 Junii A. MCCCCXCIII. Clar. Whartonus *Angl. Sacr.* tom. i. fol. 799. et 129. auctorem hunc ubique fere in chronologicis errasse dicit.

15. *Fragmentum quoddam historicum de Eadrico. Fragmentum* hoc Saxonice stylo Caedmoniano consignatum propriis abundat encomiis; et praeterea praelium a Beorthnoto Aldermanno temporibus regis Ethelredi adversus Danos commissum enarrat. Maxime autem dolendum est, quod hiatibus refertum ad umbilicum haud sit deductum. Exhibet illud Hearnius in *Appendice ad Joh. Glastoniensis chronica*, p. 570.

16. ADAMI de DOMERHAM *Historia de rebus gestis Glastoniensibus*. Oxon. MDCCXXVII. 8vo. ii vol. Auctor hic orditur ab eo loco, ubi Willelmus monachus Malmesburiensis, antiquitatis Glastoniensis scriptor, *Historiae* suae telam succidit, referente ipsomet pag. 304. vel A. D. MCCXXVI, et continuat historiam ad A. D. MCCXC, p. 596. Et a pag. 305. ad 315. est scriptura Henrici (fratris regis Stephani) episcopi Wintoniensis et abbatis Glastoniensis, in qua, quaenam servitia et beneficia in abbatiam Glaston. contulerit, notantur. Wharton. *Angl. Sacr.* tom. i. fol. 578, recitat *Historiae* hujus Domerhami (quem haud recte Domersham appellat) partem vel excerpta ex eo ab aliquo monacho facta de litibus inter episcopos Bathonienses et monachos Glastonienses, h. t. *Historia controversiae inter episcopos Bathonienses et monachos Glastonienses*. Adam cognomen inde tulit (ut videtur) quod in vico de Domerham in agro Wiltoniensi in lucem editus fuerit; qui quidem vicus ad coenobium Glastoniense pertinebat. A. D. MCCLV e monachis illis fuit, quibus capitulum Glastoniense potestatem concesserat abbatem eligendi per compromissum, Rogero Ford jam ab episcopo Batho-Wellensi deposito. Omnia prudenter et fortiter gessit Adamus, quamdiu in coenobio vixerat: imo eo ipso tempore, quo graves abbatibus cum episcopis Batho-Wellensibus inimicitiae intercesserunt. Qua de causa pro monasterio suo appellationem A. D. MCCLXXII interposuit, ut de se ipso testatur. Ob eandem etiam causam A. D. MCCLXXIV ejusdem cellerarius jure evasit; quo anno commemoratur etiam tanquam prior Glastoniensis. Deinde A. D. MCCLXXVI ad sacristae dignitatem evectus est. Forte A. D. MCCXC aut eo circiter e vita discessit. Haec ex Hearnii edit. *Praefat.* § 1, 2, 3.

17. THOMAE de ELMHAM *Vita et gesta Henrici* v. Oxon. MCCXXVII. 8vo. Hic auctor tempore regis Henrici vi claruit, et ex propriis archivorum fontibus primus hausit historiam suam, scripsitque stylo quidem poetico et verbis ampullatis, res tamen fide dignas exprimentibus; unde perpetuam apud posteros sibi conciliavit memoriam. Hoc ut publice innotesceret, editor noster Thomam e tenebris in lucem protraxit. Ipsum, ut supra monui, Titus Livius in compendium redegit.

18. *Liber niger scaccarii*. Oxon. MDCCXXVIII. 8vo. ii vol. Vetustissimae hae tabulae publicae praeter summae dignitatis fastos complectuntur inprimis scriptas certificationes salariorum, et nominum equitum tempore regis Henrici i; unde quasi ex copioso promptuario curiosi harum rerum indagatores amplam satis materiam depromere possunt.

19. WILHELMI WORCESTRII *Annales*. Appendicis loco *Libro nigro scaccarii* apponuntur, et recitant res in Anglia ab A. MCCCCXXIV ad MCCCCXCI gestas. Auctor eorum A. MCCCCXV in lucem editus magnam partem maxime memorabilium negotiorum, quorum ipse testis fuit, recenset. Commentarios hos si penitiori oculo lustraveris, concisas solummodo annotationes, ac stricturas breviusculas nuncupabis, quae nihil aut parum ad

n illustran-

illustrandam historiam nostram conferunt, utpote quae in diversis aliis illius seculi scriptoribus ampliori stylo passim reperiuntur extensae.

20. *Historia vitae et regni Ricardi* ii *a monacho quodam de Evesham.* Oxon. MDCCXXIX. 8vo. A Walsinghamo et Knightono *Historia* haec totidem verbis enumeratur, quapropter nihil novi illic invenies praeter acta et monumenta insignium comitiorum anno 20 Richardi ii habitorum, quae, quantum quidem memini, in nullo alio auctore leguntur. Membratim ibidem et speciali filo facta deducuntur, quae ad amussim cum tabellis publicis (uti ex *Historia* clar. Tyrelli constat) conveniunt.

21. JOHANNIS de TROKELOWE *Annales Edwardi* ii. Oxon. MDCCXXIX. 8vo. Modo laudatus Tyrellus auctorem hunc industrium ac exquisitum vocat scriptorem. Fuit monachus fani S. Albani, et quaecunque unquam scripsit aut dixit, in Walsinghamo deprehendes.

22. HENRICI de BLANEFORDE *Chronica.* Ea ultimo memorato tractatui adduntur ab Hearnio. Auctor nullam aliunde foeneratus lucem ex archetypis monumenta congessit, quorum apographum ex imperfecto quidem sub finem codice in Walsinghamo leges, qui ipsum pag. 97. sub nomine Blandefordi citat. In hoc auctore, quem utinam integrum possideremus, maxime memorandum foedus A. MCCCXXIII inter regem Edwardum ii et regem Scotorum sancitum extat, cujus nullus alius historicus mentionem injicit. Exemplar tamen ejus hodie insertum est *Foederibus* Rymeri.

23. MONACHI MALMESBURIENSIS *Vita Edwardi* ii in eodem volumine excusa est. Maxima *Vitae* hujus pars conscripta fuit, dum rex ille imperii fasces teneret; et, me judice, insigne acuti ingenii specimen locupletemque exhibet thesaurum res gestas ejus majori cum lectorum beneficio, quam ullus alius hujus temporis, ut mea memoria est, historicus fecit, explicandi.

24. WALTERI HEMINGFORDE *Historia Edwardi* i, ii, *et* iii. Oxon. MDCCXXXI. 8vo. ii vol. Primam auctoris hujus partem clar. Galaeus olim typis Oxoniensibus descripsit, reliquam Tannerus noster (uti Hearnius in *Praefatione* §. xv. habet) in vulgus emittere in animo habuit. Et dignus profecto est, quem historici nostri diurna nocturnaque versent manu. Walsinghamus optime novit dignitatem et pretium hujus *Historiae*, unde eam quamplurimis in locis suam fecit, ac in commentarios suos transtulit.

25. ANONYMI *Historia Edwardi* iii proxime memorato libro annectitur, id quod etiam Tannerus facere constituerat. Ast mirum est viros alioquin clarissimos tam peregrinos fuisse in historicis nostris, ut ipsos latuerit integram hanc *Historiam* ad A. MCCCXXXVI inclusive partem esse *Chronici* Adami Muremutensis, ab Antonio Hallio Oxonii A. MDCCXXII 8vo typis excusum, et ab illo anno usque ad MCCCXXXIX esse reliquam partem ejusdem *Chronici*, uti nos edocet codex Cottonianus Claudius E. viii. Quod restat, verbatim ex Walsinghamo petitum est.

26. *Collectanea ex dictionario theologico* THOMAE GASCOYGNE in eodem cum prioribus duobus tractatibus volumine occupat locum. Doctissimus Langbainius, multis jam elapsis annis, ut totum hoc *Dictionarium*, omni melioris eruditionis genere refertissimum, publici juris fieret, summis expetiit votis. Et, ut personam historici induam, quid mirum? multa etenim ibidem continentur, quae regna Richardi ii et Henrici vi illustrarent.

27. THOMAS OTTERBOURNE. Oxon. MDCCXXXII. 8vo. ii vol. Eruditissimus Nicholsonus auctorem hunc sordidum ac vulgarem vocat scriptorem, quam existimationem, quicunque vel levi manu eum evolverit, facile confirmabit; non enim tanta et tam integra fide fuit in scribenda historia, ut nunquam a vero latum unguem erraverit, cum manifeste liqueat incerta pro certis, vana pro veris ab illo aliquoties esse scripta.

28. *Collectarium mansuetudinum et bonorum morum regis Henrici* vi, ex collectione Johannis Blackman, Otterburno associatum est in eodem volumine. Cum Henrico vi eximiis pietatis operibus, miraculisque, si fas est credere, illustri locus in *Catalogo sanctorum* in curia Romana, licet frustra, expeteretur; Henricus vii haec *Collectanea* coacervari jussit, in quibus enucleate singula privatae ejus vitae facta perscribebantur, quae nullibi alias sigillatim recensita reperiuntur.

29. JOHANNIS de WHETHAMSTEDE *Chronicon* prioribus annectitur. Auctor hic abbas fuit fani S. Albani, et per singula capita historiam ac negotia abbatiae persequitur, atque speciatim res regnantibus Henrico vi et Edwardo iv (cujus tempore vixit) gestas, quae insignem affundunt lucem pactis et sancitis haud eadem industria et fide ab aliis scriptoribus collectis.

30. *Chronicon ſive annales prioratus de Dunſtaple.* Oxon. MDCCXXXIII. 8vo. ii vol. *Annales* hi, prout et alii ejuſdem inſtituti, complectuntur ſigillatim monumenta antiquitatum et privilegiorum hujus prioratus. Multa tamen iis inſerta ſunt memoratu digniſſima, quae politicum regni ſtatum reſpiciunt, et ad A. D. MCCCLXXXI uſque progrediuntur.

31. BENEDICTUS abbas Petroburgenſis *De vita et rebus geſtis Henrici* ii *et Ricardi* i. Oxon. MDCCXXXV. 8vo. ii vol. Ultimus hic ab Hearnio editus hiſtoricus primum fere inter omnes ſibi expoſcit locum. Communi eruditorum ſuffragio auctor ſubacti judicii, indefeſſae induſtriae, et ſpectatae fidei inclareſcit. Hovedenus illum in quamplurimis locis exſcripſit, et in aliis in epitomen redegit. Cuncta autem tam incondito et tumultuario modo exhibuit, ut ſaepius nonniſi beneficio Benedicti archetypi verus rei ſenſus ex Hovedeno elici queat. Ille facta juſto chronologico ordine diſpoſuit, quem hic inconſiderate turbavit. Johannes Bromtonus haud pauca ex Benedicto in *Chronicon* ſuum tranſtulit. Ut brevibus rem expediam: Benedictus communibus hiſtoricorum calculis cenſendus eſt auctor clariſſimus, qui in vaſto illo veterum ſcriptorum pelago ſine cortice, quemadmodum in proverbio eſt, natavit, et aliis, ut idem facerent, facem praeluxit. Tyrrellus neſcio quo errore ductus, auctorem noſtrum multa ex Simeone Dunelmenſi hauſiſſe arbitratur; verum hoc omnem meam ſuperat fidem, niſi aliud Simeonis opus, quod haud extat inter *Decem ſcriptores*, intelligi velit.

HIS, quae de vetuſtis *Britannicae hiſtoriae* conditoribus ab Hearnio editis commentati ſumus, addendam forte quis ſuaderet *Cenſuram Bibliothecae hiſtoricae* clar. Nicolſoni, haud ita pridem apud Hibernos archiepiſcopi Caſſilienſis, quae judicium de antiquioribus M. Britanniae et Hiberniae ſcriptoribus complectitur, et in eadem, ut dicitur, nobiſcum navi navigavit; quam plurimis erroribus repletam eſſe norunt omnes in antiquitatibus noſtris vel leviter verſati. Quia autem leporis eſt mortuis inſultare leonibus, cineres celeberrimi hujus et olim mihi amiciſſimi viri turbare, neutiquam in animum inducere poſſum. TANTUM.

BIBLIOTHECA


RESVRGES

BIBLIOTHECA

BRITANNICA.

AAR

AARON et JULIUS[a] conjuncti instar clarissimi astri in veterum splendent monumentis. Egregie vero eruditos fuisse eos *Cambriana* passim meminit *historia*; id quod et Giraldus[b] confirmat quoque in *Itinerario* suo, addito nobilitatis calculo. Ut sileat, amplum de eisdem Bedae testimonium[c] est, c. 7. primi libri *Historiae Anglicanae* his verbis: "Passi sunt et ea tempe- "state Aaron et Julius, urbis[d] Legionum cives."[e] Brevior certe in hac parte Beda est, quam ego optarem; sed danda Saxoni venia, nihil minus quam antiquitatis Britannicae studioso. Conjectura plane mea est, illos aliquando in Italia, et urbe Romana studuisse[f]. Ego alibi legi tum de literis, quibus enitebant; tum etiam de illorum pietate. Erantque olim tam sanctis etiam Iscae fana posita; sed quae postea, ingruente toties hostili calamitate, tandem in ruinas, easque graveis, devenerunt. Atque hae quidem rerum vices humanarum. Ex *Lelando*.

[a] Amphibali in Christo discipuli. Bal. Videsis Alfordi *Annalium* tom. i. p. 300. [b] De horum eruditione nè γρὺ quidem apud Gildam, Bedam, aut Giraldum in loco citato. *Itin. Camb.* l. 5. [c] Ex Gilda cap. 8. desumptum. [d] Jo. Foxus, *Act. et Mon.* fol. 80. col. 2. edit. MDXCVI. contra hoc testimonium asserit hos sanctos fuisse cives Verolamienses; ideo vapulat a Cressy in sua *Histor. Eccles.* lib. vi. cap. 19. § 4. [e] Pergit Beda his verbis: "Ci- "ves aliique utriusque sexus diversis in locis perplures, "qui diversis cruciatibus torti, et inaudita membrorum "discerptione lacerati, animas ad supernae civitatis gau- "dia, perfecto agone, miserunt." *Eccl. Hist.* lib. i. c. 7. Ista fiebant anno Christi CCXCII. regnante in Britannia Constantio Chloro. Bal. *Cent.* i. 34. [f] Hinc Bal. i. 34. expressim affirmat, quod hi sancti "exteras regiones pro bo- "nis artibus addiscendis petebant, Romaeque potissimum "studuisse leguntur."

ABEL, natione Scotus, comes S. Bonifacii in peregrinatione in Germaniam, ut fidem Christianam apud infideles nunciaret. Archiepiscopus Rhemensis anno DCCXLIX, anno DCCL factus est abbas Laubiensis, anno DCCLVIII depulsus est sede sua, et 5 Aug. DCCLXV fatis concessit in abbatia sua[a]. Scripsit *Epistolas ad Zachariam et Adrianum pontifices Rom.* lib. i. *Ad Rhemensem ecclesiam*, lib. i. *Ad Bonifacium legatum*, lib. i. *Ad Lobienses fratres*, lib. i. *Ad nuper conversos*, lib. i. *De mysteriis fidei*, lib. i. Dempster. i. num. 1.

[a] De eo vide Fulcuinum in *gestis Abbatum Lobiensium*, edit. in Dacier. *Spicileg.* vol. ii. fol. 733.

ABEL [THOMAS] sive ABLE, academiae Oxon. alumnus, ubi anno MDXVI artium magister evasit; postea inter domesticos Catharinae reginae assumptus[a], causam ejus contra divortium obnixe defendit. *Stat.* 25 Henr. viii. c. 12. ita de eo: "One Thomas Abel clerk — caused to be "printed, and set forth in this realm, divers books against the said divorce and separation — anima- "ted the said Lady Catharine to persist in her opinion against the divorce — procured divers writings "to be made by her by the name of Queen—abetted — her servants to call her Queen." A. MDXXX, Jun. 23, institutus erat in rectoriam ecclesiae de Bradwell juxta mare Essex. ad praesent. reginae Catharinae, Newcourt, *Hist. Lond.* ii. 84. Scripsit *Invicta Veritas: An Answer, that by no manner of law it may be lawful for the King to be divorced from the Queen's Grace, his lawful and very wife.* Pr. pr. "Her folowith an Answer that." Pr. lib. "Forasmuch as now of late." Hunc librum citat et impugnat Rob. Wakefeld in libro suo *Kotser Codicis*. Confutationem baseos hujus libelli vide ap. Strype, *Eccles. Memor.* vol. i. Append. num. XXXIX. Tandem cum primatum regium quoad res etiam ecclesiasticas minime agnosceret, carceri mancipatus, et 30 Jul. MDXL in Foro fabrili London. suspensus, ac vivus membratim de more dissectus fuit. Illum etiam proditionis Elizab. Bartoni, sanctae virginis Cantianae, accusatum fuisse aiunt Foxius et Stowus, quos vide. "About the Year MDXXXIV he was found guilty of misprision of treason about the nun of "Kent," Pits. p. 729. *Athen. Oxon.* i. 54. "He was this year adjudged guilty of misprision of "treason by the abovementioned act of parliament," inquit Strype, *Memor.* vol. i. f. 142.

[a] The Lady Mary's chaplain. Strype, *Memor. Eccles.* vol. i. fol. 142.

ABERCROMBY [JOHANNES] natione Scotus, monachus Benedictinus, dogmatibus refor-

matis

matis pro virili obnitens mortem paſſus eſt. Scripſit *Veritatis defenſionem*, lib. i. *Haereſeos confuſionem*, lib. i. Claruit A. MDLXI. Dempſt. i. 32.

S. ABRANUS, natione Scotus, in Campania Gallica vixit. Scripſit *In Pſalterium*, Mſ. in biblioth. Petri Petavii, regii Lutetiae ſenatoris. Floruit anno DXX. Dempſt. lib. i. num. 26. Hunc fuiſſe Hiberno-ſcotum contra Dempſterum probat Colgan. (*Act. Sanct. Hib.* tom. i. f. 232. num. 3. 271.) et fratrem S. Gibriuni.

ACCA[a], cum adhuc puer eſſet, ſpirabat neſcio quid literarum; id quod in cauſa fuit, ut parentes eum traderent educandum a doctis, qui Boſam, archiepiſcopum Eboracenſem, obſervabant[b]. A quibus poſtea diligentiſſime inſtructus contulit ſe ad Wilfridum, cui individuus, quamdiu viveret, comes fuit. Hinc illi magna cum rerum humanarum, tum doctrinae cognitio: nam toto fere tempore, quo Wilfridus Magnus exulavit, *mores hominum multorum vidit et urbes*; et Romae longiuſcule fuit cum patrono ſuo, ubi puritatem Latinae linguae, et doctas artes, tum praeterea cantandi peritiam, tanquam a fonte hauriebat. Interea, mortuo Ecfrido rege, et Alfredo, qui in regno Northumbriae ei ſucceſſit, pax data eſt Wilfrido, annuente Ofredo rege; et Haguſtaldenſem reverſus pontificatum, una cum Ripodunenſi coenobio, recepit: ſed jam ſenior factus, quatuor tantum annis ſupervixit. Non tamen diu Haguſtaldunum epiſcopo viduata eſt; nam communi ſuffragio Acca in epiſcopum electus[c], et conſecratus eſt; qui quantum eccleſiae ſuae dignitatem auxerit, paucis docebo[d]. Haguſtaldenſem baſilicam, quam Wilfridus inchoaverat, auxit, ornavit, abſolvit; accitis etiam ex ipſa Italia latomis et vitriariis: quodque multo majus erat, comparatis Graecis et Latinis voluminibus, ampliſſimam juxta ac nobiliſſimam bibliothecam ibidem fecit. Quae omnia Beda fuſius ſcribit 20. cap. ultimi libri[e] *Hiſtoriae Anglicanae eccleſiae*. Librorum denique quos ſcripſit[f], aut in bibliothecae uſus collegit, Daci, cognatis urſis truculentiores, deſtructo funditus Haguſtalduno, ne pagellam, quod ego ſciam, ſalvam reliquerunt. *Epiſtolae* aliquot ſolae extant ad amicos miſſae, quae Dacicos ignes non ſenſerunt; inter quas et illa eminet, qua Bedam hortatur, ut Lucae evangelium commentariis illuſtret[g]. Vixit ſub Ceolvulpho et Ecberto, Northumbriae regibus[h]. Obiit[i] anno DCCXL. expletis in pontificatu XXIV annis, et Haguſtalduni ſepultus[k] fuit. Elapſis poſtea trecentis amplius annis, a quodam preſbytero tranſlatus eſt, ut Hovedenus in *Annalibus* ſuis teſtatur, et in ſanctorum numerum relatus. Ex *Lelando*.

[a] *Acca, Accas,* ſive *Actas,* Dempſt. i. 53. *Atta* Bromptono apud *Decem Scriptores* col. 795. [b] Ipſius Boſae diſcipulus, atque, ipſo defuncto, in Wilfridi famulitium aſcitus, apud Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 696. [c] Suſcepit eccleſiae Haguſtaldenſis epiſcopatum A. D. DCCIX. Ric. Haguſt. lib. i. c. 14. Annos octo ante obitum a ſede ſua depulſus exulavit. Quo intervallo ſedem epiſcopalem in Candida inceperit et praepaverit, inquit Ric. Haguſtald. (Hector Boetius etiam lib. ix. Accam Candidae Caſae epiſcopatum geſſiſſe refert) manifeſto tamen errore; fundata enim fuit illa ſedes per Pecthelmum, (quem eundem eſſe cum Wecthelmo Sim. Dunelm. et Wettelino Bromptoni aſſerere haud dubito) ante A. D. DCCXXXI. et eidem tunc praefuiſſe diſertim dicit Beda, lib. v. cap. ult. [d] De ornamentis, etc. eccleſiae Haguſtal. collatis, vid. Ric. Haguſt. lib. i. c. 14. Hed. in *Vita Wilfridi* cap. 21. [e] Bed. lib. v. cap. 21. rectius. [f] Scripſit S. Acca *Res geſtas ſanctorum, quorum reliquias in ſua eccleſia reconditas habuit*, lib. i. Bal. i. 90. Pitſ. p. 141. *De eccleſiaſticis ſui chori officiis*, lib. i. Iid. *Epiſtolas diverſas*, praeſertim illam, quam Lelandus recenſet, ad Bedam pro illuſtrandis ſacris ſcripturis. Extat inter Bedae opera Mſ. Bodl. ſuper D. 1. Art. 107, 112. Pr. " Saepe quidem tuae " fraternitati." Mſ. Bibl. Bodl. NE. B. 7, 8. *Carminum variorum, praeſertim eccleſiaſticorum*, lib. i. Pitſ. i. c. 9. [g] Beda explanationem ſuper Lucam et Marcum propter ipſum (Accam) et ad ipſum ſcripſit. Ric. Haguſt. i. c. 14. [h] Haud parum errant, qui Accam ſynodo apud Baccanceld A. D. DCCXCVIII. celebrata praeſentem, et actis ſubſcribentem volunt; uti videre liceat in *Concil. M. Brit. et Hibern.* vol. i. p. 162. Et apud *Decem Scriptores*, col. 2212. [i] Obiit xiii. cal. Novembris. [k] De ſepultura ejus haec habet Sim. Dunelm. apud *Decem Scriptores*, col. 101. " Corpus ejus ad " orientalem plagam extra parietem eccleſiae Haguſtaldenſis " ſepultum eſt, duaeque cruces lapideae mirabili caelatura " decoratae poſitae ſunt, una ad caput, alia ad pedes ejus. " In quarum una, quae ſc. ad caput eſt, literis inſculptum " eſt, quod in eodem loco ſepultus ſit. De quo loco poſt " annos pluſquam ccc. depoſitionis ſuae a quodam preſby" tero divina revelatione tranſlatus eſt, ac in eccleſia intra fe" retrum condigno honore poſitus eſt, ubi uſque hodie in " magna veneratione habetur." De reliquiis et miraculis ejus vide Simeon. Dunelm. inter *Decem Scriptores*, col. 101. etc. Ric. Haguſt. lib. i. 15. Autoritatem, qua fulti Balaeus et Pitſius, locis citatis, Accae corpus ſive tranſlatum ſive ſepultum apud Dunelmum memorant, mihi adhuc videre non contigit.

ACHAIUS I. rex Scotorum. Scripſiſſe fertur *Epiſtolas ad Carolum M.* lib. i. *Acta Praedeceſſorum ſuorum*, lib. i. *Leges municipales*, lib. i. Obiit anno DCCCIX. Dempſt. i. 52. anno DCCCXIX. Bal. xiv. 35. quem ſequitur Buchanan. *Hiſtor. Scotic.* lib. 5.

ACHAIUS O FLOIM, poëta Hibernus perquam vetuſtus, ſcripſit carmine vernaculo, *De diverſis Hiberniae expugnationibus*, *Ogygia*, p. 83.

ACHARDUS, dictus Magiſter ACHARDUS, vel, ut alii[a] volunt, ARCHARDUS, natione Anglus, patria Northumbrenſis, ad normam S. Auguſtini canonicus regularis in coenobio Bridlingtonienſi in agro Eboracenſi. Juxta Sammarthanos fratres fuit Normannus origine. Vide Oudin. *Comment.* tom. ii. col. 1298. qui omnia de hoc ſcriptore fere collegit ibi notabilia. De hoc auctore altum eſt ſilentium in Lelandi *Collectaneis*, aut quovis alio ejuſdem ſcriptoris opere, quicquid contra Balaeus[b] et Pitſius[c] affirmant. Et revera dubitatio mihi ſubit, num hic Achardus recte inter auctores in Anglia natos numeretur. Nam vitae S. Jezelini, quae huic adſcribitur, auctor fuit quidam Archardus Ciſtercienſis ordinis monachus, et tutor novitiorum in abbatia de Clairvaux, tempore S. Bernardi. Eam edidit Arnoldus Raiſius, Duaci MDCXXVI. Fertur quoque de eodem[d], quod in uſum novitiorum ſermones nonnullos compoſuit, quos Pitſius forſan inſignivit titulo *Homeliarum doctiſſimarum*. Boſtonus Burienſis in magno ſcriptorum ſuorum *Catalogo* Achardum ſuper evangelium Chri-

[a] Robert. de monte *Continuat. Sigeb.* ad A. MCLXII. Arnoldus Wyon *Ligno vitae.* [b] Bal. ii. 67. [c] p. 227. [d] Dupin *Eccl. Hiſt.* Cent. xii.

ſti, "Ductus eſt," et alia, ſcripſiſſe refert. Pitſius de Achardo ſequentia recenſet: "Succeſſu tempo-" ris electus eſt abbas ad S. Victorem in ſuburbio Pariſienſi, et demum A. D. MCLXII creatus eſt " epiſcopus Abrincenſis in Normannia, quo etiam anno ſuſcepit de fonte filiam regis Henri-" ci ſecundi, quam et nomine matris Alienoram vocavit. Haec ex Roberto abbate Montis " S. Michaelis in *Continuatione Chronici* Sigeberti Gemblacenſis ad annum MCLXII deſumpſi." Idem auctor Achardum noſtrum ſcripſiſſe dicit, *De diviſione animae et ſpiritus tractatum.* "Sub-" ſtantia interior, quae una cum corpore." Mſ. in Bibl. Coll. Corp. Chr. Cantabr. tom. lx. 9. *De Chriſti tentatione*, lib. i. "Ductus eſt Jeſus in deſertum." Hujus tractatus meminit Boſtonus Burienſis. *De S. Trinitate*, lib. i. De hoc libro vide conjecturam in *Hiſt. et Antiq. Oxon.* tom. i. p. 58. Eum citat Johannes de Cornubia, auctor contemporaneus, in *Eulogio* apud Theſaurum Anecdot. Durant. et Martene tom. v. c. 1668. et vocat auctorem *Achardum. Vitam S. Gezelini Monachi*, lib i. *Homeliarum doctiſſimarum*, lib. i. Obiit 30 Martii, anno Domini MCLXXII. Bulaeus *Hiſt. Acad. Pariſ.* tom. ii. p. 300. Bal. ii. 67. Pitſ. p. 227.

ACKWORTH [GEORGIUS] tempore reginae Mariae in Franciam et Italiam proficiſcebatur, ubi ſtudio juris civilis operam dedit, ut habet Strype, in *Vita Parker*, p. 384. A. MDLX fuit academiae Cantabrigienſis orator publicus, et A. D. MDLXI. legum doctor juxta Mſ. Inett. A. MDLXII fuit admiſſus advocatus in curia de arcubus, Strype l. c. p. 126. Deinde in familia archiepiſcopi Parkeri vixit, ubi contra Sanderum ſcripſit; et praebendam (Southwellenſem forte) ab archiep. obtinuit, ibidem p. 384. A. MDLXVII, vicarius generalis Roberti epiſcopi Winton fuit, teſte Injunct. collegii Novi Oxon. Et anno MDLXXV. 4 Maii, facultas ei ab archiep. Cantuar. conceſſa erat, ut cum rectoria de Elington alias Wroughton dioec. Sarum aliud beneficium teneret. Vid. *Regiſtr.* in Wharton Mſ. F. 79. Bibl. Lambeth. A. MDLXXVI. 18 Martii, a Regina Elizabetha magiſter facultatum et judex curiae praerogativae in Hibernia renunciabatur, poſtquam omnia munera, quae in Anglia obierat, ob mores diſſolutos perdidiſſet. Vide Strype, in *Vita Grindal*, p. 234. et in Append. p. 88. Item Mſ. Harley. xxxiii. C. 8. Scripſit Latine *Orationem encomiaſticam in reſtitutione Buceri et Fagii*, Pr. "De tanti viri" laudibus" impreſſ. in Hiſt. Buceri, Argentor. MDLXII. 8vo. p. 152. Inter ſcripta Anglicana Buceri Baſil. MDLXXVII. fol. p. 936, (quae Anglice extat Fox. i. edit. MDLII.) *Prolegomenôn* libri ii. *De viſibili Romanarchia contra Nich. Sanderi Monarchiam*, Lond. MDCXXII. 4to. Pr. "Dictum eſt quondam de" Africa." *Epiſtola longa Latina M. Parkero*, extat in Bibl. C. C. C. Cantabrig. Miſcell. i. 942. Operam dedit in contexendo *Antiquitates Britannicas* ab archiepiſc. Parkero editas. Whart. *A. S.* Praef. tom. i. p. 18. De hoc libro, et aliis ad G. A. ſpectantibus rebus, ita in Winton coll. Mſ. Wren. 8. "Mag." Georgius Ackworth, doctor juris civilis, orator academiae, praebendam Southwellenſem reſi-" gnaſſe fertur doctori Young, praefecto Pembroch. magna de ſpe atque exiſtimatione lapſus, potati-" onibus et inertiae ſe dedit. Poſt Matthaeus Parker, archiepiſcopus Cantuar. eum in familiam et " conſuetudinem domeſticam aſcivit, ubi ſcripſit librum dictum *Antiquitates Britannicas*." Uſſerius ita de eo: "*Antiquitates Britannicas* (qui titulus ad partem priorem [Hiſtor. Archiepiſc. Cant.] ſpe-" ctat) ſcripſit D. Ackworthus." Uſſer. *De Chriſt. Eccleſ. Succeſſ.* cap. 3. marg.

ACONTIUS [JACOBUS] patria Tridentinus; religionis gratia primo Argentoratum, dein in Angliam profectus eſt, ubi honeſto ſtipendio ex liberalitate Elizabethae reginae fruebatur; uti ipſe narrat in epiſt. ad Wolfium. Hinc inſcribit librum *De ſtratagematibus Satanae* eidem reginae, in ſignum et memoriam grati animi, ob partum ejus liberalitate, quum in Angliam propter Evangelicae veritatis profeſſionem extorris appuliſſet, humaniſſimeque exceptus eſſet, literarum otium. Propter Arianorum et Anabaptiſtarum errores cum Hadriano Hamſtedio excommunicatus fuit ab Edmundo Grindall, epiſcopo Londinenſi A. MDLX. Strype in *Vita Grindall*, p. 42. 45. Scripſit *Stratagematum Satanae, ſive de recte et prudenter cum in doctrina, tum in diſciplina inſtituenda, reformanda, adverſuſque diaboli inſidias praemunienda Dei eccleſia* lib. viii. "Siquis forte miratur quenquam tanto." dat. Lond. MDLXII. *Epiſtolam ad Jo. Wolfium Tigurin. de ratione edendorum librorum.* "Quod lucubra-" tionum tuarum editionem." Lond. MDLXII 12mo. Simul extabant Baſil. MDLXV. 4to. Genev. MDLXV. 8vo. Baſil. MDCX. 12mo. *De methodo, ſive recta inveſtigandarum tradendarumque artium ac ſcientiarum ratione*, Lugd. Bat. MDCXVII. 12mo. Baſil. MDLVIII. 8vo. Genev. MDLXXXII. *Artem muniendorum oppidorum:* primo Italice, deinde in Latin. converſam. Italice et Latine Genev. MDLXXXV. *De Dialectica ad Joh. Wolfium.* Obiit in Anglia A. MDLXVI. Geſner *Bibl.* per Friſium. Vide infra THO. BLUNDEVILL.

ACTONUS ſive ACHEDUNUS, Dominicanus, in re theologica jam longum verſatus eo pervenit, ut inter ſacrae ſcripturae interpretes non infimum teneret locum. Laborabat eccleſia Romana ſchiſmate, quo orbis perturbatus eſt. Huic peſti ingraveſcenti Achedunus, praeſenti remedio occurrere volens, rationibus juſtis, exemplis perſuadentibus, denique argumentis ſolidiſſimum in libellum collectis ac editis, manum medicam adhibuit [a]: quo tempore Richardus Burdegalanus imperium Angliae tenuit [b]. Ex *Lelando*.

[a] Compoſuit Actonus *Pro pace eccleſiae*, lib. i. *Conciones et lectiones*, lib. i. "Feruntur et alia quaedam, ſed a me " nondum viſa." Bal. cent. vii. 46.

[b] Claruit A. D. MCCCC. Bal. Add. Lel. Mſ. Trin.

[a] ACHEDUNUS [JOANNES] corrupte ACTON dictus, utriuſque juris inſignia tulit; ac tandem

[a] Johannes Acton, corrupte Athon, ſive de Athona (Mſ. Lel. Trin.) LL.D. Oxonienſis. Bale, Pitſ. vide Oudin. *Comment.* tom. iii. col. 646. et col. 1170. ubi de alio Joanne Acton Wicklefita agit, et, ni fallor, in aliquibus confundit cum hoc Joanne.

dem Lindianae canonicus [b] ecclesiae illustrandis Othonum, paulo ante in Britannia legatorum, *Constitutionibus ecclesiasticis* studebat: unde et *Commentarios* [c] in easdem edidit [d]. Haec succincte de Acheduno leguleio [e]. Ex *Lelando*.

[b] Magister Johannes de Aton provisus per papam in canonicatum et praebendam vacantem sive vacaturam in eccl. Lincoln. et habet mandatum episcopi dat. ii. id. Aug. MCCCXXIX. *Registr.* Henr. Burgh. Episcopi Lincoln. Habuit etiam praebendam de Bournhull in Welton. *Reg.* ibid. Mag. Joh. de Aton. juris utriusque professor, fuit canonicus Lincoln. praebendarius de Welton Rival. et portionarius ecclesiae de Lindesey, cal. Oct. MCCCXLV, *Registr.* Thom. Beeke episcopi Lincoln. Occurrit canonicus Lincoln. Dec. MCCCXLVII in *Registr.* Johannis Gynewell. Item die Dominica, qua cantatur officium, "Quasi modo geniti." A. D. MCCCXLIV. Mag. Joh. de Aton petiit domos pro residentia sua facienda, sed dominus T. archidiaconus Lincoln. senior in ordine et residentia obtinuit eas: ita in *Registro* dec. et cap. Lincoln. In litteris pat. 18 Ed. iii. p. 1. extat permutatio inter Johannem de Aton, personam ecclesiae de Wivelingham juxta Stow Lincoln. dioecef. et Rob. de Calne, praeb. de Norton Dunelm. dioec. 26 Jan. Quidam Joh. de Acton fuit vicarius in eccl. S. Pauli Lond. MCCCXVII. Ita in cartis dec. et cap. [c] Quibus titulus apud Bal. et Pitf. *Septulum et apparatus* [al. *glossa*] *super constitutiones legatorum Othonis et Ottoboni*, lib. i. "Ad succidendos palmites pestif." Mf. Oxon. in coll. Novo, 214. Mf Bodl. super D. i. Art. 43. Mf. Bodl. Digb. 186. imperf. Mf. Cantabr. coll. Dom. Petri, 193. 195. Extat —— MCCCCXCVII. f. Parif. MDIV. fol. ibid. MDV. fol. et Oxon. MDLXXIX. fol. [d] Scripfit etiam, fecundum Pitfium, *In Statuta Anglicana*, lib. i. "Quoniam domum Dei fortitudo." *Tractatum moralem de veneno*, lib. i. Mf Cantab. in bibl. publ. 137. 4. *Summam justitiae.* Mf. Cantab. in coll. Corp. Chr. ut vult Pitfius. *Tractatum generalem*, "Qui bene praesunt." Mf. ibid. *Apparatum septupli*, lib. i "Tetra peccatorum rubigine quo ad" Mf. Bal. Glynn. Edidit non pauca, quae partim Roberto Capitoni, partim Gulielmo de montibus tribuuntur. Pitf. [e] Claruit anno MDCCXC. Bal. iv. 66. Pitf p. 372. Obiit paulo ante festum S. Scholasticae MCCCL. uti patet ex *Regist.* A. 4. dec. et cap. Lincoln. Bal. iv. 66. Pitf. 372.

[a] ACHEDUNUS, [RODOLPHUS] vulgo ACTON, philosophus juxta ac theologus olim celebris. Hujus vita mihi certe nondum satis cognita. At ex libris, quos publicos fecit, eruditio ejus non pro trita clarissime elucet. Indicio manifestissimo sunt ejus elucubrationes, suum in antiquis bibliothecis locum retinentes. *Commentarii* videlicet in epistolas Paulinas [b], *Homiliae* [c], et praeterea *Illustrationes* in divinum Petri Longobardi [d] opus [e]. De tempore quo effloruit incertus [f], ex conjectura eum adscribo literatorum numero, qui claruerunt, Eadveardo Arvonio regnum Angliae gubernante. Superius etiam Acheduni cujusdam leguleii mentionem feci, quem verisimile est alium fuisse ab hoc Acheduno theologo. Catalogus Balaei *De scriptoribus Carmeliticis* Richardi Acheduni [g], hominis non illiterati, meminit. Ex *Lelando*.

[a] Rodulphus Acton, Acad. Oxon. alumnus, et tandem sacrae theol. professor; mox pastor ecclesiae cujusdam parochialis. Bal. Pitf. [b] Lib. xiv. [c] *Morales*, lib. i. "Dei "verbis, charissimi fratres." Ex his aliquae dicuntur haberi Mf. in colleg. S. Petri Cantab. CXI. Extant *Homeliae in epistolas, evangelia, et dominicalia totius anni*, lib. i. Pr. pr. "Cum in ecclesia mea quietus." Pr. I. "Hora est, etc. His verbis, fratres." Mf. Oxon. in colleg. Lincoln. Arch. Austr. Theol. 1324, 1326. Mf Bodl. muf. ii. mutil. in fine. Dicuntur in catalogo esse sermones Radulphi abbatis Cestrienfis [Actonum hunc abbatem fuisse haud constat.] Pitfius meminit *Homeliarum de tempore*, lib. i. necnon *sermonum de sanctis*, lib. i. "Ambulans Jesus juxta mare." [d] Lib. iv. [e] Scripfit etiam *De communi sanctorum*, lib. i. "Dixit Jesus discipulis, Ego sum vitis." *Hom. super epistolas et evangelia sanctorum totius anni*, lib. i. "Corde creditur ad "justitiam." Mf. in bibl. Lincoln. Oxon. bis l. c. In iisdem codicibus sequuntur *Homeliae in epistolas et evangelia in natali unius apostoli*, ——*unius confess.* etc. Notandum est, quod omnia festa habent evangelia, tantum vero majora epistolas. ——[*Acton super epistolas et evangelia* legatum fuit domui S. Petri Cantab. per Joh. Savage, rectorem ecclesiae S. Clementis in Norvico MCCCCXLVIII.] [f] Claruit anno MCCCXX. Bal. v. 13. Pitf. p. 412. *Hist. Lond.* [g] Richardus Acton natione Anglus, S. Th. doctor Parisiensis, frater ord. B. Mariae de monte Carmelo in conventu Maldonensi (uti videtur) vicarius generalis prioris provincialis visitavit provinciam Angliae A. D. MCCCCXXXVIII. Obiit A. D. MCCCCXLVI. Maldonae, in conventu sui ordinis humatus. Mf. Bal. Sloan.

ADAGONISTA [RICHARDUS] natione Anglus, legum studiis in academia Bononiensi operam dedit sedulam. Scripfit *Tractatum super Decreto*, lib. i. "Patres nostri sub nube omnes." *Summam de ordine judiciorum*, lib. i. Claruit A. MCCX. Bal. xiii. 77. Pitf. p. 273.

ADALBERTUS LEVITA, ordinis S. Benedicti monachus Anglus, vixit anno Christi DCXC. Pitf. p. 226. Deirorum regis filius esse dicitur. A. DCXC. pro Christo dimisit regale patrimonium, et cum Willibrordo in Germaniam transivit ad praedicandam fidem. Jo. de Beka *Chron.* p. 8. Hic a Willibrordo missus delegatus fuit in Kenemariam, ubi etiam in fide catholica novellae conversationis roboravit ecclesiam, qui post plurimorum gentilium conversionem, et laudabilem vitae suae consummationem VII. calendas Julii felici fine requievit in Domino, sepultus apud Egmundam honore congruo, cujus oratorium usque in hodiernum diem multimodis claret virtutibus, ac in magnis reverentiis continue veneratur a devotis Christicolis. Is confessor eximius inter omnes Sancti Clementis (sc. Willibrordi) consodales Leviticae dignitatis extitisse legitur, et ideo primus Trajectensis archidiaconus fuisse creditur, Joh. de Beka, ibid. p. 10. Balaeus ii. 205. eum confundit cum Adalberto Spaldingensi. Quaere tamen num cespitat Balaeus, nam Lelandus *Coll.* iii. 32. librum ad Hermannum presbyterum disertim ascribit Adalberto diacono in catalogo Mss. in monasterio Spalding. Extant *Epistolae ejus quaedam* in calce tomi p. 43. Ingolst. MDCIX. *Vita* ejus pag. 332. Ingolst. MDCIV. 4to. Vide ADALBERTUM SPALDINGENSEM.

ADALBERTUS SPALDINGENSIS, natione Anglus, professione monachus, observatione Cluniacus in coenobio Spaldingensi. Hunc maximis eulogiis memorant Balaeus et Pitseus propter indefessam in S. Scripturis et veterum patrum scriptis evolvendis diligentiam, et pietatem exemplarem. Inter posteriores ecclesiae doctores supra modum ei placuit Gregorius M. ex cujus *Moralitatibus in Jobum* protulit *Speculum* quoddam [a], *De statu hominis*, lib. i. "Reverendissimo in Christo patri." *Ad*

[a] Prologus Adalberti Levitae ad Herimannum presbyterum, in quo promittit subnectendum ei "Opusculum excerptum "quasi lilia candentia a moralibus, quae B. Gregorius "Spiritu Sancto afflatus luculentissimo sermone differuit," extat

Ad Hermannum presbyterum, lib. i. " Nonnulli namque ita sunt simplices." *Homelias plures*, lib. i. Et alia nonnulla composuit. Bostonus Buriensis in suo *Catalogo* narrat capita CLV in praefato *Speculo* contineri. Claruit Adalbertus anno a Jesu Servatoris nostri natali MCLX. sub Henrico ii. Bal. ii. 205, seq. Pits. 225.

extat impress. in *Thesaur. anecdot.* per Durand. et Martene tom. i. col. 84. Ex quo discimus, quod Adalbertus " triginta quinque libros papae Gregorii diligentia, qua potuit, " transcurrebat, et quaeque in eisdem libris de quibuslibet " rebus magis necessaria reperiit, codice sub uno aggregata " collegit, atque singulas sententias capitulis praenotavit. " Praeter capitula vel in quibusdam locis congruentiam " inchoationis in exordio sententiarum, nihil ex proprio " inseruit, excepto duntaxat quod ea quae male scriptorum " vitia depravata reperiit, prout potuit, emendare fategit. " Hoc opusculum in quatuor distinguit libris, et quia ibidem " humani generis vita multimoda varietate distinguitur, ejus " libuit vocabulum appellare *Speculum*. Minores denique " sententias, quarum ubertate in sensu et sonoritate seu in " verbis usquequaque delectatus sum, quae aut duas aut " tres, aut paulo amplius protenduntur in lineas, nec tamen " adeo prolixae sunt, ut capitulis indigeant, seorsum in " alio codice collegit." Extat hoc opusculum Ms. in monasterio sancti Illidii Claromontani, cujus character annos circiter sexcentos repraesentat, et in Mss. S. Petri Selincurtensis ordinis Praemonstratensis in dioecesi Ambianensi in Caroli-Locensi ordinis Cisterciensis, et in Grandimontensi prope Lemovicas. Martene et Durand. ibid. in not. Mabillonius etiam unum exemplar invenit in bibliotheca Praemonstratensi, *Analect.* fol. 132. Duo etiam exemplaria adhuc asservantur in bibl. Reg. notat. 8. F. viii. 1. et x. 2. Forte cognomen Spaldingensis obtinuit, quia Lelandus hunc codicem Ms. in bibliotheca coenobii Spaldingensis invenit. Hermannus hicce vocatur Herimannus, Hairmannus, et Harimanus. Abbas fuit S. Martini Tornacensis, sed abbatiale munus abdicavit A. D. MCXXXVI Dacher. *Spicil.* ii. fol. 888. Hinc colligo etiam, quod Adalbertus Levita fuit monachus ejusdem monasterii.

ADAM [JOHANNES] natione Scotus, frater ordinis S. Dominici, academiae Aberdonensis alumnus, ubi gradu doctorali in theologia ornatus erat. Joh. Adam, S. T. professor occurric vicarius S. Sepulchri London. A. MDIX, qui obiit A. MDXXIII. Newcourt. *Hist. Lond.* i. 158. Scripsit *De vitae monasticae laude*, lib. i. *De Dominicanis illustribus*, lib. i. Claruit A. MDXV. Dempst. i. 54.

ADAMNANUS, i. e. parvus Adam [a], Trithemio et aliis male Adamannus, patria Hiberno-Scotus, Dempstero et sequacibus Scoto-Britannus [b], monachus et presbyter coenobii Hyensis, regimine, defuncto Failbaeo, successit A. D. DCLXXIX [c]. Vir bonus et sapiens, et scientia Scripturarum nobilissime instructus, vocatur a Beda [d]. Hinc concionator insignis denominatur Balaeo [e], qui septentrionales fere omnes Britanniae perlustrans regiones, Scotis, Pictis, et Anglo-Saxonibus divinas admonitiones dedit. A. DCCI, in Britanniam a sua gente legatus missus est ad Aldfridum Northumbrorum regem, vel, si Scotis sit credendum historicis [f], ab Eugenio vi. rege, ut pacem inter hosce duos firmaret. Dum vero in Anglia haesit, verum Paschatis celebrandi tempus (rejecto illo ritu quem a majoribus acceperat) approbare inductus est. Tonsuram quoque argumentis Ceolfridi abbatis Gyrviensis victus emendare promisit [g]. Cum domum rediisset, Hienses ad veritatem perducere non valuit, quapropter ad Hiberniam navigavit, ubi plurimos, et pene omnes, qui ab Hiensium dominio erant liberi, ad unitatem reduxit catholicam (Bedam [h] loquentem audis) ac legitimum Paschae tempus observare perdocuit. Ad suam insulam cum revertisset, suisque in monasterio catholicam temporis Paschalis observantiam instantissime praedicaret, nec tamen perficere quod conabatur posset, contigit eum ante expletum anni circulum migrasse de saeculo. Hoc contigisse 23 Sept. DCCIII ex annalibus Hibernis notat Colganus [i]. Balaeus confundit hunc Hiensem cum monacho Coludio sive Coldinghamensi, de quo Beda [k] mentionem facit. Dempsteri mendacia de suis Adamnanis Colgano [l] refellenda relinquo. Unum hoc addo, nempe quod cl. Waraeus inter episcopos Clochorenses numerat S. Adamnanum quendam, qui in registro Clocherensi vocatur *legatus Hiberniae*. Hunc fuisse Hiensem abbatem ratio temporis finit. Scripsit *De vita Columbae* libros iii. Extant Ms. Cotton Tiberius D. 3. *Vita et miracula S. Columbae per monachum Hyensem*: Pr. " Beati nostri patroni, Christo suffragante." In fine est brevis admonitio Adamnani ad scriptores. Extant etiam apud Messingham, *Florileg.* p. 142. ex membranis monasterii Windelbergensis in Bavaria. Vossius, *Hist. Lat.* p. 273. Extant etiam apud Canisium, *Lect. antiq.* tom. v. par. 2. et apud Surium, ix *Jun.* editi per Jac. Gretserum Ingolst. MDCXIX. et Jo. Mabillon *Act. sec. Bened.* Sec. i. Prologus et epilogus ineditus evulgati sunt ab Usserio in *Sylloge epist. Hibern.* p. 42. *De locis terrae sanctae*, libros 3. Eos primus edidit Serarius Ingolst. MDCXIX. deinde Joh. Mabillon *Act. sec. Benedict.* iii. p. ii. p. 502. Edidit hunc librum etiam Jacobus Gretserus [m]. Caeterum libri hujus auctorem magis fuisse Arculphum quam Adamnanum e Bedae *Hist. eccl.* lib. v. c. 15. colligit Vossius. Verba Bedae sunt: " Scripsit idem vir de locis sanctis librum legentibus multis utillimum; cujus au- " ctor erat docendo ac dictando Galliarum episcopus Arcuulfus."— De quo in Ms. Cotton Tiberius D. v. iii. ita, " Incipiunt libri Archulphi. Arculphus sanctus episcopus, gente Gallus, diverso- " rum longe remotorum peritus locorum, verax judex et satis idoneus, in Jerosolymitana civitate per " menses novem hospitatus, et loca sancta cotidianis visitationibus peragrans, michi Adamnano haec " universa [quae] infra enarranda sunt experimenta diligentius percunctanti et primo in tabulis descri- " benti fideliter et indubitabili narratione dictitavit, quae nunc in membranis brevi textu scribuntur. " Incipiunt capitulationes (libri primi) de situ Hierusalem. Princ. libri primi. De situ Jerusalem " nunc quaedam scribenda sunt pauca ex his, quae michi S. Archulphus dictavit; ea vero, quae in alio-

[a] Colgan. *Act. Sanct. Hib.* i. 225. [b] S. Adamnanus juxta annales Roscreenses natus est A. D. DCXXIV. vel, ut alii tradunt, DCXXVII. Colgan. tom. i. p. 9. [c] Ware *De script. Hib.* 33. [d] *Eccl. Hist.* v. 15. [e] *Cent.* xiv. 25. [f] Mackenz. *De Script. Scot.* i. 358. [g] Beda, *E. H.* v. 21. [h] V. 15. [i] *Act. S. H.* i. 225. 377. [k] *E. H.* iv. 25. [l] *Act. S. H.* i. 225. n. 4. [m] Hunc librum habes primo impressum Ingolstad. MDCXIX. cura Jac. Gretseri, ut ait Oudin. *Comment.* tom. i. col. 1666.

"rum libris de ejusdem civitatis positione reperiuntur, a nobis praetermittenda sunt." Liber ii. continet 29 capita, in quibus Arculphi responsa ad quaestiones suas circa haec loca eduntur. Extant porro in libro vetere canonum in bibl. Cotton Otho E. xiii. *Adamnani canones*, quorum primus his verbis sequitur, "Maritima animalia ad littora delata, quorum mortes nescimus, sumenda sunt sana fide, nisi sint putida." Ware, 34, 35. Dicitur etiam scripsisse praeter epistolas quasdam *De Paschate legitimo*, lib. i. Ware. Praedicavit et scripsit contra eos qui Pascha tempore illegitimo observabant. Boston. *Spec.* p. 191. Praeter haec Balaeus et Dempsterus enumerant *De situ Jerusalem*, lib. i. Ad quem referenda sunt ejus verba subsequentia, sc. "Sunt qui ab hoc opere plura Bedam desumpsisse credant, et suo ejusdem tituli libro inseruisse." Reliquiae ejus in Hiberniam translatae anno DCCXXVII. post triennium, mense nimirum Octobri DCCXXX. ad coenobium Huense denuo reportatae sunt. Dempsterus lib. iii. iv. duos habet S. Adamnanos, abbates Huenses, Coludium sc. quem anno DCCXCVII. obiisse refert; alterum quem scripsisse tradit *De Paschate rite celebrando*, lib. i. et floruisse anno DCLXX. et cultum esse 31 Januar. et 23 Septemb. Hunc posteriorem rursus memorat Dempsterus l. 15. et scripsisse tradit *Acta legationis suae ad Pictos*, lib. i. *De Synodo patria*, lib. i. *Ad Nordanimbros*, lib. i. *Homilias ex S. Scripturis*, lib. i. *Ad Pictos monitorium*, lib. i. Bal. xiv. 25. Cave, *Hist. lit.*

ADAMO [ANTONIUS ab] sive ADAMSON, patria, ut videtur, Scotus. Scripsit, *Anatomi, that is to say, a parting in peeces of the mass; which discovereth the horrible errors and the infinit abuses unknowen to the people, aswel of the mass, as of the mass-book; very profitable, yea most necessary for all Christian people*, in 4 partes. Princ. "I do exhort you, O Christians." MDLVI. 12mo. *A Sermon of the sacrament of thankes geving; the which declareth whether Christ be really and bodily in the same, or no.* Princ. "I cannot say how much mirth." Ibid.

ADAMS [CLEMENS] regius scholarcha Grenovici, in bibl. Cotton Julius, B. ix. datur "A patent to Clem. Adams M. A. to be schoolmaster to the kings henchmen with the fee of x. lib. per ann. granted 3 Maii, MDLII." Balaeo part. post. p. 110. Johannes Adams vocatur, et floruisse dicitur A. MDLVI. Scripsit Philippo regi Angliae etc. Latine *De Anglorum navigatione ad Moscovitas*. Pr. "Cum omnium hominum scire." Extat inter rerum Muscoviticarum autores Francof. MDC. fol. p. 142. Obiit Jan. 9. anno MDLXXXVI. et in ecclesia Grenovicensi humatus est. Stow, p. 804.

ADAMS [NICOLAUS] alias BODRUGAN, jurisperitus et historicus Anglus scripsit ad Edward. vi. regem, *An epitome of the title, that the kings majesty of England hath to the soveraigntie of Scotland, continued upon ancient writers of both nations.* Pr. ded. regi Edw. vi. "Altho' I know right well." Impr. Lond. MDXLVIII. 12mo. Craig, *Homag.* p. 10. hunc fictitium esse voluit. Citat eum Gul. Harrison in *Descriptione Britanniae*, p. 117, 121. Claruit tempore regis Edw. vi. Thin. *De Hist. Anglis.*

ADAMSON [PATRICIUS] comiti Mortoniae, Scotiae gubernatori a sacris, uti habet Heyl. *Hist. Presb.* 212. et postea archiepiscopus S. Andreae evasit. Vir incomparabilis in humaniori literatura eruditionis, Graece et Latine doctissimus. Scripsit *Catechismum ecclesiae Scoticae versu Latino*, lib. i. MDLXXII. 8vo. lib. iv. Lond. MDLXXXI. 8vo. Hatton. *In Andream Melvinum declamationes*, lib. i. *Tractatum de sacro pastoris munere*, Lond. MDCXIX 8vo. *Poemata sacra cum aliis opusculis*, ex edit. Th. Voluseni. Lond. MDCXIX. fol. *Gratiarum actionem Elizabethae reginae carm. elegiaco*, Mſ. Hatton. *Genethliacon Jacobi* vi. *regis carmine heroico*, Pr. "—Ovale jubar solis campis dum surgit cöis." Amst. MDCXXXVII. 8vo. inter delicias poëtarum Scotorum. *Praelectiones in epistolas D. Pauli ad Timotheum.* Mſs. Hatton. Vide Adamsoni *Vitam et palinodiam* (quam tamen suam esse negavit Heyl. *Hist. Presb.* 219.) MDCXX. 4to. Et *Vitam* ejus per Volusenum, Lond. MDCXIX. 8vo. Obiit A. MDXCIII. Dempst. i. 81. Andreopoli MDXCI. Hatton ex Spottiswode, p. 385.

ADAMUS ANGLICUS natione et cognomine, sacrae theologiae doctor et professor Parisiensis; Dominicanus saltem dogmate, ex eo quod tenuit B. Mariam semper virginem fuisse in originali peccato conceptam. In lucem emisit *Commentarios in magistrum sententiarum*, lib. iv. *Quaestiones ordinarias*, lib. i. et id genus alia, quae me latent, uti et tempus quo vixit. Pitſ. *Append.* 819. Eundem Balaeus, *Cent.* xii. 19. ex Petro Vincentino sub nomine Adami Scholastici memorat. Sine dubio iste est Adamus Anglicus, quem libro 3. *Metalogici* cap. 3. Johannes Sarisbur. Peripateticum vocat; qui et istius Adami auditor fuerat, ut apparet lib. i. *Metalogici*, licet in nonnullis locis Adamo irrideat Sarisburiensis. Vide Bulaei *Hist. Acad. Paris.* tom i. p. 149. Forsan hic est *Palatinus Peripateticus*, de quo Sarisburiensis in *Policrat.* lib. ii. cap. 22. Si vero est, tum tempus, quo vixit, merito poni debet sub Henrico ii.

ADAMUS BERCHINGENSIS [a], inter Clarofontanos [b] monachus, famam ab eruditione, quam mirifice excoluit, non tenuem comparavit: unde et enata ei cura scribendi aliquid, quod doctae posteritatis aures illiceret, mulceret, detineret. Scripsit igitur *Commentarios in quatuor evangelia* [c], opus, ut illa judicavit aetas, non indoctum; quod et Johanni, canonico Severiano, dedicavit. Edidit etiam libellum *De natura divina et humana Christi* [d] carmine etiam, ac alterum *De serie sex aetatum* [e], carmine rhythmico [f]. Ex *Lelando*.

[a] Oxoniae educatus, Bal. iii. 72. Pitſ. p. 289. circa A. D. MCCVI. *Hist. et Ant. Oxon.* Claruit A. D. MCCXVI. Bal. MCCXVII. Pitſ. [b] Sive Sherburnenses monachos addit Mſ. Trin. [c] Lib. iv. [d] Pr. "Scribere decrevi decursum labilis aevi." Idem juxta numerum. Mſ. C. C. C. Cantabr. H. ix. [e] Scripsit etiam, *Rhythmos et carmina*, lib. i. *Sermones* quoque plures, lib. i. [f] Bal. *In vetus et novum Testamentum*, lib. i. Mſ. Cantabrigiae in coll. C. Chr.

Chr. teste Pitseo, et alia plura tam soluta oratione quam versu. Bal. Pitf. Libros a Lelando memoratos olim continebat bibliotheca Shireburnensis. Lel. *Coll.* iii. 255. qui ita de hoc auctore ait: "Si in doctum incidisset saeculum, "magnus in utroque scribendi genere evasisset."

ADAMUS CARTHUSIANUS, illius ordinis monachus, Anglus, et doctor theologiae. Ex quibusdam vetustis paganorum [a] scriptis pro confirmando spaciose vagantis animi inutili otio, potissimum ex sex sapientibus magistris congessit *De patientia tribulationum*, lib. i. "Primus magister "dixit, si aliquod." In Mf. collegii corporis Christi Oxon. 220. ita: *A lytill tretyse that telleth how there were syx mastres assembled togeder. And yche on asked other, what thynges they might best speke of, that might best please God and wer most profytable to the people; and all were accorded to speke of trybulation.* Princ. "The furst mayster said that yeff any thing hadde ben "better." In eodem libro huic tractatui proximus est liber, cui titulus *The* xii *profits of tribulation.* Hic tractatus de sex magistris et de xii utilitatibus afflictionum impressus est Londini MDXXX. 4to. *Scalam coeli attingendi* (sive *Scala claustralium*, Mf. Norwic. episc. More, 126. lib. i. "Dum "die quadam corporali manuum." Inter Mss. Worsl. intitulatur, "*A ladder of* iv *rowgys by the whych ladder men mowen well clymbre to hevyn.* Princ. "As I was occupyed on a day in bodily." *De sumptione eucharistiae*, lib. i. "Quando Dominum nostrum sub panis." Inter Mss. Worsl. habetur hic libellus Mf. paginam unam tantum complens. Princ. "Furst when ye resceve oure "Lord." *Vitam Hugonis Lincoln.* lib. i. "S. Hugo genetricis solatio." Mf. Bale penes D. Will. Glynn. Hujus Adami *Speculum spiritualium*, lib. vii. Mf. olim in bibl. monast. Syon. Claruisse fertur anno Domini MCCCXL. Bal. v. 419. Pitf. 441.

[a] Si Balaeus hunc tractatum legisset, non ex paganorum scriptis, sed a Christianis frequenter Jesum memorantibus compositum esse dixisset.

ADAMUS CATHENESIUS a dioecesi, quam rexit episcopus, cognominatus, primo abbas Mailrosensis, scripsit *Historiam Scotiae*, lib. iii. *Epistolas ad regem contra comitem de Cathness*, lib. i. *Epistolas ad Alexandrum P.* lib. i. *Excerpta Bibliae*, lib. i. *Insularum descriptiones*, lib. i. Propter severam decimarum exactionem plebi exosus, a quibus crudeliter in propria culina vivus exustus est Dominica infra octavam Nativ. B. Mariae anno MCCLV. vel MCCXXII. Dempst. i. 2.

ADAMUS CISTERSIENSIS ordinis monachus, sacrae theologiae doctor Oxoniensis, et ad Regium-locum non longe ab Oxonio, tandem creatus abbas. Habuit cum doctis et piis viris per totam praesertim Angliam et Scotiam multam familiaritatem, et frequens per epistolas atque etiam per libros scriptos colloquium. Nam ad Gualterum priorem et fratres ecclesiae S. Andreae in Scotia scripsit *Dialogum inter rationem et animam*; *seu pro animae institutione soliloquium*, lib. i. Princ. "Dominis suis et amicis in Christo." Mf. bibl. Cotton. Tiber. E. xi. 3. Et dum universum per orbem tumultus grassarentur, et magna esset in Anglia rerum vicissitudo, timeretque Wiclevi doctrinam; pro monastici ordinis conservatione conscripsit *Ad Simonem archiepiscopum*, lib. i. Princ. "Venerabilissimo in Christo patri." *De cavendo ab haeresi ad praefatum Simonem*, lib. i. Princ. "Venerabilissimo in Christo patri." *Defensorium exemptorum*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Claruit anno Christi MCCCLXVIII. Bal. vi. 470. seq. Pitf. 501.

ADAMUS senior ordinis CISTERSIENSIS monachus Kinloss scripsit, *Conciones capitulares*, Paris. MDLVIII. Mf. Scriptorum Scotic. penes dom. Car. Hatton.

ADAMUS DORENSIS, coenobii prope Herefordiam Cisterciensis ordinis monachus et abbas, Adamo seniori in eo successit officio. Per idem tempus variae fuerunt contentiones inter secularem clerum et monachos. Qua occasione Sylvester Giraldus, vir eruditus et nobilis in clero scripsit librum, quem vocavit *Speculum ecclesiae*, in quo monachorum quosdam abusus coarguit, ipsumque inter alios Cisterciensem ordinem taxavit. Unde Adamus iste, ut religiosorum honorem, maxime suorum, defenderet, edidit carmine *Contra speculum ecclesiae Giraldi*, lib. i. *Rudimenta musices*, lib. i. et ejusmodi alia. Huic Adamo epigrammatibus respondebant Giraldus et Simon Fraxinus. Claruit A. D. MCC. Bal. iii. 240. Pitf. 265. seq.

ADAMUS EINESHAMENSIS monasterii ordinis S. Benedicti in comitatu Oxon. prior. Scripsit *De visione Eadmundi fratris sui ejusdem domus monachi* anno MCCXCVI. Princ. pr. "Usu "notissimum habetur." Pr. l. "In quodam igitur coenobio." Mf. bibl. Bodl. Digby xxxiv. (imperf. in fine) Item Mf. Seld. Supr. 66. Claruit A. C. MCXCVI.

ADAMUS [a] abbas EOVESHAMENSIS coenobii, quod est in provincia Wiccensi, super ripam Avonae fluvii limpidissimi, ea in literis diligentia usus est, ut dedisse honorem monasterio, potius quam accepisse videatur. Amo mehercule, atque equidem semper amavi, amaturus etiam, dum vixero, praesides monachorum doctiores quam pinguiores. Talis hic fuit, quo calculo in albo nostrae tabulae ponendus. Quanquam indolet tam pauca mihi esse de hoc homine cognita: nam aliud habeo nihil dicere, quam quod invisentibus nobis bibliothecae Eoveshamensis thesauros, hi libri ab Adamo scripti inter alios comparuerunt: *Exhortatio ad sacras virgines Godestovensis coenobii.* "Sanctissimis ac dilectis." *De miraculo eucharistiae ad Rainaldum* [b] "Diu jam satisque." *Epistolae ejusdem* [c]. Ex *Lelando.*

[a] Monachus Cluniacensis de caritate. Mf. Whart. R. 40. in bibl. Lambeth. Abbas electus MCLXI. Idem R. 210. Unus e nunciis, qui attulere pallium Thomae Becket, archiep. Cant. A. D. MCLXII. Rad. de Diceto. [b] *Reginaldum.* Mf. Lel. Trin. [c] Scripsit etiam Adamus *Sermones aliquot*, lib. i. Claruit circa A. D. MCLX. Bal ii. 93. Pitf. p. 252. Occurrit abbas an. MCLXXVI, MCLXXVII. in *Registro* Evesham. Mf. Cotton Vespaf. B. xxiv. et alibi. Obiit 2 id. Nov. MCXCI. juxta Obituar. Evesham apud Whart. Mf. R. 40. in bibl. Lambeth.

ADA-

ADAMUS HIBERNICUS, ordinis S. Francifci, in academia Oxon. educatus; vid. Joh. Major. *De geftis Scotor.* lib. iv. cap. 21. Scripfit *In quatuor libros fententiarum. Quaeftiones quodlibetales.* Hunc faepiffime laudat Gregorius Ariminenfis in *Comm. in 1. et 2. fententiarum.* Claruit A. D. MCCCXX. Wadding. *Script. ord. minorum*, p. 1.

ADAMUS MARISCUS, five DE MARISCO, inter Somurotriges natus, operam adolefcens philofophiae inter Ifiacos dedit [a]; inter quos eruditionis poftea calculo non levem fibi comparavit gloriam. Francifcanae jam aetate aliquanto provectiori fectae fe adjunxit, qua urbs Wicciorum prima late elucet. Hinc et Ifidis quoque Vadum repetiit, folito erga literas totus conflagrans aeftu: ubi elegantis profefforis munere in publicis Francifcanorum fcholis functus eft [b]. Rogerus Bacon in libro, fi recte memini, *De utilitate linguarum* Adami mentionem fecit. Thomas Francifcanus, qui fuorum res geftas fcripfit [c], haec de Adamo refert anno D. MCCCVIII. " Legit Oxonii primus frater Adam de Marifco." Libellus praeterea eft inftar catalogi de eruditis Francifcanis, quem olim vidi, atque adeo legi in collegio ei fectae dicato propter Ifidis Vadum: unde et apparuit fcripfiffe illum juftum in Sacram Scripturam commentariorum numerum. Adamo magna fuit cum doctis familiaritas, et praecipue cum Rogegero Bacone [d], homine fui loci atque ordinis. Robertum quoque Capitonem, Lindiorum epifcopum, eruditorum infigniter notum Mecaenatem, religiofe excoluit. Nactus eft Trivethum [e], Dominicanum, encomiaften, nam et ille vitam Marifci artifex depingit [f]. Hic, quoniam in Adami nomen incidimus, lubet commode et opportune lectorem admonere, fuiffe et alios treis Adamos, Francifcani imitatores inftituti; et literis, ut illa ferebant tempora, egregie inftructos; quorum qui primi duo Adamum Marifcum tempore aliquanto praeceffierunt. I. *Adamus Ifcanus*, alias Exonienfis, caeteris aetate praeceffit; de quo Thomas, Francifcanae fcriptor hiftoriae, talia memoriae commendavit: " Adam de Exonia poft ingreffum profectus eft ad Gregorium nonum, pontificem Ro-" manum, a quo miffus eft ad praedicandum contra Saracenos: fed apud Barlet obiit." II. *Adamus Eboracenfis* [g] ab urbe natali, ordine fecundus; de quo et Thomas quoque haec refert: " Unde " minifter generalis Helias mifit pro Philippo Guallenfi, et fratre Adam de Eboraco, ut Lugduni lege-" rent." Hactenus Thomas. III. *Adam* vero tertius, *Odohamus* dictus, recentiori quam Marifcus floruit faeculo. Catalogus illuftrium Francifcanorum meminit commentariorum Odohami in librum *Sententiarum* et *Canticorum*; tum praeterea *Determinationum* librum ei adfcribit. Ego praeterea vidi ejus libellum de *Poteftate fraterculorum in foro poenitentiae.* Hoc interim auctuario, ut IV. *Adamus Buccenfeldus*, commentariographus in Ariftotelis *Metaphyfica*, ad numerum accedat. Sic quatuor Adamos fuae reftituimus famae. Ex *Lelando.*

[a] Praeceptorem habuit in facris literis abbatem S. Andreae Vercellenfem. condifcipulum S. Antonium de Padua. Pitf. [b] " Apud fcholares *doctor illuftratus* vulgo audivit, " et ab authore quodam [fc. Guil. Wideford] inter fui or-" dinis fcriptores Oxonienfes primo loco pofitus fuit." *Hift.* et *Ant. univ. Oxon.* lib. i. p. 72. In hujus Adami gratiam Rob. Grofteste moriens monafterio Francifcanorum Oxonienfi maximam partem infignis fuae bibliothecae donavit. Epifcopus Elienfis a rege et archiepifcopo an. MCCLVII. nominatur, fed papa Hugonem de Balfhall prius a monachis electum confirmavit. Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 637.
[c] Marifci lectiones ad A.D. MCCLVIII. protrahit Mf. Lel Trin. [d] In parvo pretio habetur a Rogero Bacone, [at inter viros famofiffimos, qui per poteftatem mathematice fciverunt caufas rerum omnium explicare, et tam humana quam divina fufficienter exponere numeratur a Rog. Bacone in *Op. maj.* fol. 64. edit. Jebb] qui in auctores fui temporis cenfuram egit; certe a fuis abunde collaudatur. Scripfit vero *In Magiftrum fententiarum*, lib. iv. Vide Mf. Cotton Vitellius c. viii. 5, 6, 7. *In Canticum canticorum*, lib. i. *Paraphrafes in Dionyfium Areopagitam*, lib. i. *Elucidarium Sacrae Scripturae*, lib. i. *Quaeftiones theologicas*, lib. i. *Lectiones ordinarias*, lib. i *Epiftolas ad Rob Capitonem*, lib. i. *Epiftolas ad W. miniftrum Angliae.* Epiftolae hujus Adami circiter 250 extant in bibl. Cotton Vitell. c. viii. quarum pleraeque ad Rob. Lincoln. epifcopum, et W. miniftrum Angliae. In eodem codice *Mifcellanea de methodo confcribendi epiftolas.* Pr. " Prima particula epiftolaris." Hujus etiam epiftola ad Sevallum, archiepifcopum Ebor. A. D. MCCLIII. Pr. " Reverendiffimo, etc. Qui fublimitatem divinam," diftinguitur in xlvii capitula. In hac epiftola auctor archiepifcopo dignitatem gratulatur; de munere paftorali agit, qua publico, qua privato; Rob. nuper epifcopum Lincoln. laudat; contra rectores ecclefiarum invehit; de tribulationibus ecclefiae variis, ratione fc. immunitatum, et libertatum violatarum, fufe conqueritur, etc. Mf. Langb. et Mf. Bodl. Digb. 104. f. 181. *In quofdam Sacrae Scripturae textus*, lib. i. Pitf. [e] *Annal.* p. 205. [f] Adam *de Marifco* occurrit archidiac. Oxon. circa ann. MCCLVIII. A. Wood Mf. c. 245. Vide Whart. *Angl. facr.* tom. i. p. 637. Fr. Adam de Marifco obiit 15 Nov. Will. Worceft. *Collect.* p. 7. ex Martyrologio domus S. Franc. Sarum. Mf. C. C. C. Cantabr. lib. al. 13. Clar. Wharton, in *Angl. facr.* tom. ii. p. 342. ex *Annal. de Lanercoft.* haec habet de Adamo Marifcio: " Fuerat is vir vita " et fcientia clarus ante mutationem fui ftatus, rector eccle-" fiae folemnis per triennium tantum in dioec. Dunelm. " loco Wirmouthe nomine. Qui cum faftidio haberet fae-" culum, et volenter mutaffet vitam et habitum, tandem " communi forte omnium, ut dicitur, diem claufit extre-" mum, fepultufque eft, ob dolorem quem conceperat, " Lincolniae inter epifcopum [fc. Rob. Groftead] et parie-" tem auftralem, Deo providente, ut, ficut in vita erant " amabiles et decori, ita non effent in morte divifi." Ex epiftola ad epifcopum Lond. Mf. f. 85. apparet illum fuiffe gardianum fratrum minorum Londinenfium. [g] Quidam *Adamus de Eboraco* inftallatur praecentor Ebor. A. D. MCCCLXV. et obiit MCCCLXX. A. Wood Mf. c. 68.

[a] ADAMUS MUREMUTHENSIS, canonicus Paulinae ecclefiae, quae Londini celeberrima eft, res geftas apud Anglos fuo tempore multa diligentia memoriae commendabat. Et fiquid erat, de quo dubitabat, id a fideliffimis quibufque didicit. Deinde ut erat candidiffimo pectore, quod longo rerum ufu in cumulum congefferat, publicum facere voluit. *Hiftoriam* igitur fcripfit fexaginta

[a] Adamus Muremuthenfis, LL. D. procurator erat academiae Oxon. in caufa contra fratres praedic. Romae MCCCXI. Rot. Digb. Penfio lx fol. annuatim conceffa magiftro Ad. de Murimouth, LL. D. a priore et capit. 12 cal. Sept. MCCCXVI. pro fuo fideli confilio etc. *Reg.* Cant. apud Norw. More 295. f. 171. Procurator erat ecclefiae Cant. in curia Romana MCCCXVII in ecclefia Lugdun. MCCCXXIII. *Reg.* Cant. Norw. More f. 178. 234. Rector de Hays in Middlefex MCCCXVIII. An. Dom. MCCCXIX unus erat procuratorum prioris et capit. Cant. in parliamento. *Reg.* Cant. apud Norw. More 295. Officialis et vicarius generalis domini Steph. de Gravefend, epifcopi Lond. in remotis agentis MCCCXXI, MCCCXXII. uti patet ex *Reg.* epifcoporum Lond. Mag. Ad. de Myrimouth, juris civilis prof.

ta annorum, id eſt, ab anno D. MCCCXX uſque ad annum MCCCLXXX [b], ſed, ut ingenue fatear, munus ſuum multo majori fide, quam elegantia ornavit: quanquam fuit illud plane vitium temporis rectius, quam hominis. Quid de hac noſtra dicendum aetate, quae elegantiam in hiſtoriis religioſius, quam fidem obſervat? Vixit Adamus ſub Edovardo tertio et Richardo ſecundo [c]. Ex *Lelando*.

prof. canonicus Hereford nuncius domini regis Edw. ii. ad papam et regem Siciliae A. D. MCCCXXIII. Rymer, *Foed.* vol. iv. 10, 11. Johannis archiepiſc. Cantuar. vicarius gener. MCCCXXV. Mſ. in Bibl. Lambeth. Wharton I. 320. Collatus fuit ad praebend. de Eldeſtreet in eccleſ. D. Pauli Lond 17 kal. Junii MCCCXXV, ita in *Regiſt.* Rad. Baldock, epiſcopi Lond. Item iii non. Febr. MCCCXXVII Adam de Murymouth ſenior fuit collatus ad praeb. de Neſdon in Willieſdon in eccleſ. S. Pauli, et Ealdſtreet vacant. per ejus ceſſionem. Ibidem. Praecentor Exonienſis factus eſt A. MCCCXXVIII, quod officium cum praeb. de Wyadſbury in eccleſia Lincoln. commutavit MCCCXXXVII, ut habet Le Neve. Ipſe canonicus S. Pauli Lond. et commiſſarius epiſc. Lond. necnon canonicus et praecentor Exon. occurrit MCCCXXXV. Vide *Regiſt.* Baldock. "Erat juriſconſultus ex-" pertiſsimus et in tractandis negotiis dexter et expeditus. "Miſſus aliquando Romam a Gualtero Rainaldo, Cantua-" rienſi archiepiſcopo, cum ampliſsimo procuratorio, cau-" ſam illius prudenter egit, et negotium ſibi commiſſum " optimo fine concluſit." Pitſ. [b] Congeſsit Adamus *Chronicon* xl *annorum ab A. D.* MCCCII [MCCCIII. ad MCCCXL. Mſ. Cott.] *ad* MCCCXLIII. lib. i. "Quoniam ut " ſcribitur per antiquos" Mſ. in colleg. S. M. Magd Oxon. Arch. Auſtr. 53. et Mſ. Cotton. Claud. E. viii. Vide Mſ. Langb. vii. 263. *Chronicon* lx *annorum ab A. D.* MCCCXX *ad* MCCCLXXX. lib. i. Haec Balaeus: "Non deſunt qui " notant hunc autorem circa feſtum S. Michaelis archangeli " coepiſſe hiſtorias ſcribere, et ideo in annorum computa-" tione ſemper annum ab illo feſto inchoaſſe. Hiſtoriam " incepit ab A. D. MCCCII, cujus priorem partem uſque " ad annum MCCCXLIII produxit, atque ibi ſuum pri-" mum librum terminavit. Poſteriorem partem inde in-" choavit, ubi priorem finivit, quam uſque ad annum " MCCCLXXX proſecutus eſt, atque ibi ſecundo libro to-" tique hiſtoriae, forſan etiam vitae, finem impoſuit. Vi-" detur autem prior illa pars eſſe continuatio *Hiſtoriae* " Ranulphi Ceſtrenſis, cui titulum iſtum praefixit *Chronicon* " *annorum* xli. lib. i. Princ. "Quoniam," etc. *Chronicon* " *annorum* xxxix. lib. i." Haec Pitſius. In Mſ. ſupracitato Cotton. datur *Continuatio cronicarum R. Angliae cum interpoſitione quorundam caſuum contingentium in curia Rom. et in regno Franciae.* Pr. "Quia, ut ſcribitur per antiquos, res " audita perit, litera ſcripta manet; et expedit generatio-" nes ſingulas cogitare et antiquorum facta praecipua me-" morari; egó Adam Murimouth, canonicus London. ani-" madvertens factorum memorabilium antiquorum paucos " eſſe ſcriptores, quoniam in eccleſiis cathedralibus, regula-" ribus, ſeu collegiatis cronicas non inveni de geſtis ſum-" morum pontificum, regum, et praecipue Anglorum clare " ſcriptas, niſi ad an. D. MCCCII, et illas in eccleſia Oxon. " [Exon. Mſ. Cotton.] dumtaxat inveni; et in eccleſia " Weſtm. inveni cronicas uſque ad A. D. MCCCV. ex qui-" bus aſſumpſi illud quod mihi utile videbatur, nolens mor-" tuos diffamare: et ab anno Domini MCCCV, ex quo ego " tantae eram aetatis quod facta praecipua ponderarem; " et ea ſcripſi breviter modo meo ex libro *Dierum meo-" rum.* Scripſi ulterius ea, quae mihi videbantur utilia " ad ſcribendum; nec perſonas nimium commendando, " nec earum memoriam, ut quid faciant, diffamando, ſed " facta vera ſcribendo, ut opus uniuſcujuſque ipſum, prout " meruit, poſſit ſibi afferre laudis praeconium, vel famae " ſuae, ſi quam meruit, laeſionem. Et notandum quod " cronicae, quae ſequuntur, ſemper incipiunt a feſto S. Mi-" chaelis, non habita ratione mutationis datae annorum " Domini, qui ſecundum conſuetudinem curiae Romanae " mutatus in feſto Nativitatis Domini, ſed ſemper ſecun-" dum conſuetudinem Angliae mutatur in Annunciatione " B. Mariae; nec habita conſideratione ad tempus quo " mutatur annus regis. In cronicis igitur apud Weſtmon. " inveni quod immediate ſequitur per tres annos, reſi-" duum vero ex viſu et auditu mei temporis ipſe ſcripſi." Pr. "Anno igitur Domini MCCCIII. Bonifacii papae o-" ctavi anno octavo *." Finit cum actu parliamenti contra proviſiones, etc. MCCCXLII vel MCCCXLIII. Hoc *Dierum ſuorum opus*, lib. i. inſcribitur in Mſ. Bal. Glyn. Scripſit noſter *Continuationem M. Weſtmonaſterienſis*, ut auctor eſt Londinenſis in *Antiq. Cant.* p. 53. A. Wood Mſ. Pitſ. — "Adamus Merimuth, qui ab A. D. MCCCXIII. re-" bus maximis gerendis interfuit, et hiſtoriam Matthaei " [Weſtmon.] nomine modo vulgatam ab anno MCCCVII " ad MCCCXLIII." Whart. In Mſ. Cotton. Nero. D. x. eſt hujus Adae *Continuatio annalium Nic. Triveti, ab A. D.* MCCCXXIII *ad* MCCCXLVII. Pr. "Memorandum quod " ab hoc loco." [c] Rex conceſſit praebendam in eccleſia Exon. vacantem per mortem Adae Murimouth, Thomae de Swaby 2 Maii, 44 Edw. iii. Newcourt, *Hiſt. Lond.* i. 153.

* Hoc opus ſub titulo *Hiſtoria ſui temporis* edidit ope trium Mſs. codicum Antonius Hallius Oxon. MDCCXXII. 8vo. Incipit ann. MCCCIII, definit in ann. MCCCXXXVI. Codex vero melioris notae Mſ. qui olim pertinebat ad Spenſerum Norvicenſem epiſcopum aſſervatur in bibl. Cotton. Claudius E. viii. Hunc petas et excute. Partem poſteriorem hujus *Hiſtoriae*, ſcil. ab ann. MCCCXXVI. p. 69. ad ann. MCCCXXXVI, edidit T. Hearnius ad finem Walteri Hemingford. *Chronic. Oxon.* MDCCXXXI, ſub titulo *Anonymi Hiſtoria Edvardi Tertii.*

ADAMUS SCOTUS, natione Scotus, canonicus regularis ordinis Praemonſtratenſis, claruit circa annum MCLXXII, obiiſſe dicitur circa annum MCLXXX. Scripta, *Commentarius in regulum D. Auguſtini. Tractatus de triplici tabernaculo Moyſis. Liber de triplici genere contemplationis. Sermones* xlvii. *varii argumenti.* Prodierunt opuſcula iſta Antwerp. MDCLIX. fol. Prodierunt antea tractatus duo medii, et *Sermones* xiv *de ordine et habitu Praemonſtratenſi.* Pariſ. MDXVIII. fol. *Sermones alios* liii, et *Soliloquium de anima* apud Coeleſtinos Meduntanos Mſs. extare fidem facit Caſ. Oudinus ipſe Praemonſtratenſis, *Comment.* tom. ii. col. 1545. Cave, *Hiſt. liter.* p. 679.

ADDA, preſbyter Scotus, unus ex quatuor, qui cum S. Finano in Angliam venerant, quique Penda Merciorum regis filio baptizato in Anglia ſubſtitit. Hujus feſtum celebrari 17 Jan. refert Camerarius in ſuo *Martyr.* qui non alio titulo debuit eum Scotis aſcribere, quam quod fuerit inter Scotos ſeu Hibernos educatus, ut conſtat ex Beda *E. H.* iii. 22. expreſſe Anglum vocante. Haec ex Colgani *Act. ſanct. Hibern.* tom. i. f. 21. Scripſiſſe fertur *De gratia evangelii*, lib. i. Vide Flor. Wigorn. anno DCLIII. Dempſter. i. 55.

S. ADELARIUS, natione Scotus, monaſticam vitam in Anglia amplectebatur. Unus ſociorum S. Bonifacii in peregrinatione Germanica, a quo primus Herefordiae epiſcopus conſecratus. A Friſiis martyrium paſſus eſt 5 Junii DCCLIV. Scripſit *Ad infideles*, lib. i. *Ad pontifices*, lib. i. Dempſter. i. 33.

ADLINGTON [GULIELMUS] in collegio Univerſitatis Oxon. bonis literis operam dedit 18 Sept. MDLXVI quae fuit data epiſtolae dedicatoriae. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Lucii Apuleii aſinum aureum*, lib. xi. Pr. ded. comiti Suſſex. "After that I had taken upon me." Lond. MDLXXI. 4to. Le Groſs. Forſan haec fuit ſecunda editio. Item Lond. MDCXXXIX. 4to.

S. ADRIANUS, gente Scotus, episcopus. Scripsit *De constantia Christiana*, lib. i. *De humilitate ad monachos*, lib. i. *Commentarium in Scripturas*, lib. i. Furorem Danorum Scotiam devastantium anno MCCCLXXIV declinaturus in Maiam insulam se recepit, ubi tamen ab eis martyrio coronatus. Festum ejus agitur 4 Martii, 1 April. 2 Augusti. Dempster. i. 17.

S. ADWINUS, monachus Mailrosensis. Scripsit *Catalogum abbatum Mailrosiensium*, lib. i. *De dignitate altaris*, lib. i. Claruit anno MCCCCLIV. Dempster. i. 69.

AED, clericus barbosus, a praelonga barba ita dictus, impresso Mariano [in Mariano Mſ. Cotton Nero c. v. vocatur *Aeddericus*] male Atdericus, et a Balaeo et ejus sequacibus Acdericus vocatus, inter scriptores Hiberniae vulgo numeratur. Caeterum quid scripserit, nusquam traditum reperi. Magnam is eruditionis et sanctitatis opinionem consecutus est. Anno vero MLIII vel MLIV in exilium pulsus est, quod in schola sua, in qua clericorum, puellarum et laicorum magnum habuit numerum, puellas more laicorum tonderet: ut ex Mariano et Florentio Wigorniensi liquet. Waraeus, p. 49.

AEGIDIUS[a] [JOANNES] sive DE S. AEGIDIO, cupidissimus excolendi mentem bonis studiis, relicta Anglia, Lutetiam Parisiorum recta se contulit: ubi post justas vigilias et sudores, tantum abfuit, ut vel oleum vel laborem perdiderit, ut in re literaria principem locum obtinuerit. Hoc quo facilius jam pio lectori innotescat, rationem ejus studiorum, ex historia Nicolai Tripodis[b] Angli, alias Triveti, desumptum, in medium adferre non recusabo. Dialecticam et philosophiam principio aggressus, quadam rara ingenii dexteritate clarus in utraque evasit. Hinc illi ad medicinam gradus, in qua etiam usque adeo promovit, ut artem publice in scholis Parisiorum professus sit; et apud plebem, non sine quaestu plane maximo exercuerit. Tum vero de loco mutando cogitans, Pessulanum montem non inglorius petiit; ubi, fama et fortunis per medicinae professionem non mediocriter auctis, coepit de novo medendi genere secum altius rationes inire, quod animo, quantumvis languenti et morbido, praesentissime mederetur. Illuc igitur, unde abiit, rediit, nempe Lutetiam, et se totum theologiae[c] dedicavit, quam etiam et ante, sed summis labiis, gustaverat. Et hic labor quoque pulcherrime processit. Jam Dominicanorum secta, jactis novae religionis fundamentis, mirum in modum crescere coepit, et maximo in honore haberi. Huic, relictis fortunis omnibus, se dedicavit[d], non sine publico ejus sectae usu. Nam in Aegidii gratiam permissum est, ut Dominicani etiam intra sui coenobii septa duas scholas Lutetiae, vel ut alias legi, in Isidis Vado haberent; in quibus et ipse cum alias artes, tum praecipue theologiam profitebatur. Quid multis moror? cum lector avidus forsan expectet, ut libros ab illo editos indicem: quorum ego, quae mea est in hac parte infelicitas, nihil prorsus vidi. Fertur tamen scripsisse, *De re medica*[e]. *De prognosticis. Homilias. Morales theologiae interpretationes.* Vidi aliquando in Isidis Vado cujusdam Aegidii, *De productione rerum. De cognitione angelorum. Et de mensura angelorum. De esse et essentia. De formatione corporis humani. De laude sapientiae divinae. De praedestinatione et praescientia Dei. De paradiso et inferno. De resurrectione mortuorum. De materia coeli*, libellos non ineruditos; at an Aegidium hunc nostrum parentem habuerint, non temere pronuncio[f]. Vixit, regnante Henrico tertio, Anglorum rege[g]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Aegidius apud fanum S. Albani natus. Bal. Pitſ. Philippi regis Francorum medicus. Ibid. [b] *Annal.* p. 178. [c] In qua facultate magister sive doctor, et publicus professor evasit. Ibidem. [d] Fuit primus Dominicanus Anglicus. Fuller. Vide infra. [e] *Practicas medicinales*, lib. i. Bal. Pitſ. [f] Praeter nudam librorum a Lelando memoratorum recensionem nil habent Bal. et Pitſ. nisi *In Aristotelem commentarios*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. [g] Claruit anno MCCXXII, quo Dominicanorum sectam Parisiis intravit. Add. Bal. Mſ. Trin. Fuller *Worth.* ii. 24. Claruit anno MCCXXIV juxta Bal. iii. 84. MCCLIII. Pitſ. p. 332. Vide M. Parif. in anno MCCLIII.

AELFRICUS. Vide ALFRICUS.

AELNOTHUS, quem alii origine Danum, alii Anglum esse volunt. Verum de patria sua Aelnothus dubitare nos non sinit, cum in *Epistola sua* ad regem Nicolaum ipse se nuncupat "Cantici "metropolitana urbe editum, jam vero Daciae partibus quatuor quinquenniis et bis fere binis "annis demoratum." Et in epilogo, "Sacerdotum infimum, Anglorum orbe editum." Monachus fuit abbatiae S. Augustini Cantuar. et deinde in Daniam profectus est, ubi anno sexto Erici regis, sc. A. D. MCI interfuit translationi Canuti. Postquam vero annos xxiv ibi commoratus esset, scripsit *Vitam et passionem S. Canuti regis Daniae*. Pr. pr. ad regem Nicolaum: "Principum duci "praecipuo etc. clementiam mansuetudinis." Cap. xxxv. Eam primum evulgavit Arnoldus Huitfeld Hafniae MDCII; deinde Joh. Meursius cum notis, ibid. MDCXXXI. 4to, et Lubec. MDCLVII. 4to. Claruit anno MCV.

S. AEMILIANUS, natione Scotus[a], et in patria sua episcopus. Roma rediens, Faventiae e vivis excessit et sepultus est ibidem. Scripsisse fertur *De Dreyburgensi coenobio*, lib. i. (Hunc spurium esse fatetur ipse Dempsterus.) *Ad Restennetos fratres*, lib. i. *De actis Bonifacii*, lib. i. Aetas ejus me latet; memoria ejus celebratur 12 Novembr. Vita Mſ. extat apud Franciscanos Faventiae scripta per Jo. Anton. Flaminium Forocorneliensem; Italice reddita per Paulum Cavinum Faventinum. Dempster. i. 10.

[a] Hibernus, Faventiae in Italia, ut urbis patronus colitur 6 Novemb. Colgan. tom. i. f. 91. 574.

AENEAS sive ENGUS episcopus, filius Oengobham, seu Obhlenii, prius Cluainednechensis, postea Tamhlachten in Lagenia sub S. Molruano monachus. [Colgan. *Act. sanct. Hibern.* i. 4.] sub exitum

exitum seculi octavi scripsit *Martyrologium* versibus Hibernicis; quod etiamnum extat. Waraeus, p. 37.

AESCHENDENUS [a], [JOANNES] regnante Eadveardo Vindelesorano, philosophiae Isiaci inter Maridunenses mirifice studebat; deinde et rem herbariam medicinae cultor accuratius inspexit; postremo oculos et mentem ad sublimia ipsa erexit astra coelumque. Quantum vero in tam politis profecerit artibus, malo ut eruditus lector ex ejus opusculis, quam meo ediscat testimonio. Extat volumen cedro plane dignissimum *Summa astronomica* [b], alias [c] *Judicialis de accidentibus mundi* inscriptum, titulo eo saeculo plausibili, quam et absolvit [d] anno D. MCCCXLVIII. Hactenus ex catalogo illustrium virorum Maridunensis societatis. Vidi aliquando apud Thomam Grynaeum, insignem mathematicum, libellum Aeschendeni, *De conjunctione Martis et Saturni in Cancro* [e]; et *De conjunctione Saturni et Jovis in Scorpione* [f] *cum* [g] *permutatione triplicitatis* [h]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Ashenton, idem cum Johanne Ostrovodo infra memorato. [b] Hoc opus variis titulis notatur, sc. *Judiciale astronomicum*, *Summam judicialem*, *De accidentibus mundi*, sive *Summam Anglicanam*, lib. ii. "Intentio mea in "hoc libro." Ms. Oxon. in bibl. publ. Digby 255. et coll. Oriel. cod. xxiii. Extat Venet. MDXLII. *Summa judicialis*, quae *Anglicana* nuncupatur, extat ibid. MCCCCLXXXIX. fol. In Ms. bibl. Digb. 159. (imperf. in fine) est Aristotelis *Comm. in astrologiam*, sive, *de* cclv *Indorum voluminibus, universalium quaestionum tam generalium quam circularium summam continens*, sive (ut addidit nupera manus) Johannis Ayschendon *Summa*, etc. Pr. "Ex multiplici quaestionum "genere." [c] *Judiciale*, Ms. Lel. Trin. [d] 18 Dec. MCCCXLVIII. Mss. Oxon. colleg. Oriel. 23. et Bodl. Digb. 225. [e] Anno D. MCCCLVII vel MCCCXXXVII octavo Junii, lib. i. Ms. in bibl. Lumleiana. [f] Ann. MCCCLXV mense Oct. lib. i. "Sicut dicit philosophus." [g] Lib. i. *et de perm.* Ms. Lel. [h] Lib. i. Hos, quos duos (sc. Ashenden et Estwode) Lelandus ponit, pro uno scriptore (ait Bal. addit. Lel. Ms. Trin.) mea certe opinione accipere licebit; qui praeter praecedentia haec quoque scripsit: *De prognosticis aëris*, lib. i. "Temperierum autem quaedam sibi." *De signis commotionum*, [*conjunctionum*, Bale, Pits.] lib. i. "Sicut di-"cit Ptolomaeus in suo." *Regimen contra pestilentiam*, lib. "Ad honorem, laudem, et gloriam." *Elucidarium planetarum*, lib. i. "Sicut dicit Aristoteles Eth. 2." Scripsit etiam noster, secundum Balaeum et Pitsium, *Tabulas planetarum*, lib. Ms. in bibl. Lumleiana. *Canones de utilitate et practica tabularum*, lib. i. Ms. ibid. *Tractatum de sinubus et arcubus*, lib. i. Ms. ibid. Praeter haec aliorum meminit Br. Twynus, quae in bibl. Thomae Allen (nunc in Bodl. Digb. 176.) vidit; sc. *Prognosticon de eclipsi* ☾ *universali, quae contigit anno Christi* MCCCXLV. "Significatio eclipsis "☾ universalis." *Progn. de magna conjunctione* ♄ *et* ♃ *quae contigit eodem anno*. Pr. "Pro significatione istius conjunctionis "magnae." In Ms. Harl. xlii. A. 13. habetur *Tractatus magistri Johannis Eshenden de significatione conjunctionis magnae Saturni et Martis in Cancro, qui erat A.D.* MCCCLVII. 8 *Junii; et de significatione conjunctionis magnae Saturni et Jovis, quae erit A. D.* MCCCCLXV. 30 Oct. Pr. "Sicut dicit Ptolo-"maeus." Datur in Ms. bibl. reg. Westmon. 12. F. xvii. 3.

Progn. ☌ ♄ *et* ♂ *in quarto gradu* ♈ *23 Martii.*
Progn. eclipsis ☾ *universalis 1mo Julii.*
Progn. ☌ ♃ *et* ♂ *ximo* ♋ *7mo Aug.*
} A.Ch. MCCCXLIX.

Progn. de magna conjunctione Saturni et Jovis ann. MCCCLXV *mense Octobr. Progn. de conjunctione Saturni et Martis in Cancro ann.* MCCCLVII. Br. Twin. A. Wood Ms. Pits. Claruit Joannes anno MCCCLX. Bal. vi. 13 Pits. p. 493, seq. Inter evidentias collegii Merton. occurrit nomen ejus ab ann. MCCCXXXVIII ad MCCCLII. Ms. A. Wood. Merton.

AETHELBERHTUS, sive ETHELBRETH, seu AETHEBERHT, natione Scotus, episcopus Witternensis anno DCCLXXVIII consecratus (17 cal. Julii DCCLXXVII apud Ebor. *Chron. Sax.* Petrib. DCCLXXVI *Chron. Saxon.*) anno DCCLXXXIX relicta Candida Casa ad Hagustaldensem sedem translatus est. Obiit apud Bartun 16 Octobr. anno DCCXCVII, et in ecclesia Hagustaldensi tumulatus est. Wharton, *A. S.* tom. i. f. 698. Hallucinatus est igitur Dempsterus, qui illum primum in Anglia, dein Candidae Casae episcopum esse voluit. Scripsit *Contra Alifandi Toletani errores*, lib. i. Dempster. i. 43.

AETHELFLEDA [a], alias ELFLEDA et ETHELFRIDA dicta, filia incomparabilis Ealfredi regis et Egelsuithae, filiae Egelredi comitis, a teneris annis assiduam navabat operam literis: id quod ex his Asserii verbis vel manifestissimum est, ubi de Ealfridi filiis et Ethelfleda loquitur: "Nec etiam "illi sine liberali disciplina, inter caetera praesentis vitae studia, quae nobilibus conveniunt, otiose, "et incuriose permittuntur: nam et Psalmos et Saxonicos libros, et maxime Saxonica carmina "studiosi didicere, et frequentissime libris utuntur." Haec Asserius. Matura annis nupsit Ethelredo, comiti Merciorum, viro cum ditissimo [b], tum potentissimo, ex quo filiolam tantum unam peperit; cujus in exclusione ita vehementes dolores et tormina sensit, ut ab eo tempore venerem nunquam admitteret. Quantum autem ad magnitudinem animi pertinet, tam incredibilis in ea fuit, ut facilius admirationem, quam fidem mereatur [c]. Nam, regnante Eadveardo fratre suo, ipsa quoque passim numerosum in castris militem habebat; quorum praesidio freta, multoties Danicas turmas profligavit; oppida nova condidit, quae et vallo et fossa munivit. Urbes et castra ab hostibus misere confracta, quam celerrime refecit [d]. Chronica fani Neoti, Gulielmus Meildunensis,

[a] Egelfleda, Simeoni Dunelmensi. Primogenita filiarum regis Alfredi; (vid. annotat. in vitam Alfredi infra) qui eam concessit Ethelredo comiti sive duci Merciorum cum Lundonia, tunc regni Merciorum capite, A. D. DCCCLXXXVI. Vide Will. Malm. et *Saxon. Chron.* [b] Doctissimo legit Ms. Lel. Trin. [c] Mortuo Ethelredo anno DCCCCXII, ipsa Mercium prudentia, fortitudine, et magnificentia plusquam virili gubernavit. Vide annot. supra citat. [d] Etsi quae "de bellis ab ea gestis, aut de urbibus ab ea conditis, "munitis, ornatis historici tradunt, a re literaria aliena vi-"deantur; cum tamen instituti nostri sit Lelandum, quan-"tum possumus illustrare, illa non omittenda esse duximus. "A. D. DCCCCXII construxisse ferunt arces apud Scer-"geate et Bricge [forte Bridgnorth.] A. D. DCCCCXIII "Tamworth et Stafford. A. D. DCCCCXIV Eadisburg "[in com. Cestr.] et Warwick. A. D. DCCCCXV Cyric-"byrig [Monkskirkby in com. Warwic.] Weardbyrig et "Rumcof. [Runcorn in agro Cestr.]" Vide *Saxon. Chron.* in ann. p. 103, 104. Nominantur etiam Brimesburi [Brunesburg] ubi pontem super Sabrinam construxit, Scrobesburi, Waterspiri [Leicestre Ailred. Rieval.] Litchfield, et Swaford. Sed quo tempore haec gesta fuerint, est omnino incertum. A. D. DCCCCXVII (DCCCCXVI. *Sax. Chron.*) exercitum in Walliam transmisit, et victis Wallensibus fregit Brettallammere, cepitque uxorem regis Wallorum cum xxiv hominibus suis (xxxiv *Sax. Chron.* Hoved. etc.) Dicit alius historicus, ipsam Brechiniam [Brecknock] expugnasse, et reginam Aliciam cum xxxiii hominibus cepisse. Reginae hujus maritus Huganus appellatus est, et Darbeiam dicitur aufugisse, ibique Danis se suosque adjunxisse, et urbem

nensis, Hovedenus, Marianus, Venantodunus, atque adeo alii quidem multi meis verbis abunde fidem faciunt. Quare alioqui laudatissimam omittam, si hoc unum prius ostendero, quod in ejus sempiternam non modo laudem, sed et gloriam quoque cecinit arguta Venantoduni musa.

O Elfleda potens, O terror virgo virorum,
  Victrix naturae, nomine digna viri;
Te quoque splendidior fecit natura puellam,
  Te probitas fecit nomen habere viri;
Te mutare decet, sed solum, nomina sexus,
  Tu regina potens, rexque trophaea parans.
Jam nec Caesarei tantum meruere triumphi,
  Caesare splendidior virgo virago, vale.

Obiit [e], regnante Eadveardo fratre, sed mortuo marito; cum quo Claudiae in fano Osualdo regi sacro, monasterio a se posito, sepulta est. Reliquit regii generis puellam, cujus haereditatem Eadveardus patruus, matris vivae, quantumvis sororis, nec divitias nec fastum, et multo minus potentiam aequo ferens animo, avarus invasit. Ex *Lelando*.

adversus Aethelfledam armasse. Quae in ejus expugnatione iv duces fortissimos amisit, neque portis irrumpere potuit, donec Guianus, insulae Eliensis dominus, regiusque oeconomus illas accendit, ac Huganum interfecit A. D. DCCCCXVIII. *Sax. Chron.* Annot. in Alfr. vitam infra. A. D. DCCCCXX *(Saxon. Chron.)* Edelfled domina merce conquisivit Legicestriam, et major pars exercitus, qui ibi erat, subdita est, Eboracensesque illi promiserant, et quidam eorum fidem dederant, quidam vero juraverant, quod forent in auxilium ejus. Post illam autem conventionem ipsa obiit apud Tamworth xii diebus ante festum S. Joannis, octavo anno ex quo obtinuit dominium merce; et sepulta est apud Gloucestre in orientali porticu S. Petri (Huntingd. *Sax. Chron.*) quod monasterium ipsa cum viro Etheldredo ingenti cura exstruxerat, eoque ossa B. Oswaldi regis ex Bardenia transtulerat; sed illo tempore sequenti Danorum destructo, aliud, quod nunc in eadem civitate praecipuum habetur, Aldredus, arch. Ebor. instauravit. Haec Malmsburius manifesto, ni fallor, errore. [e] Obiit A. D. DCCCCXV. 19 kal. Jul. Dugdale ex Hovedeno. A. DCCCCXIX. Matth. Westm.

AETHELNOTUS [a], monachus sanctissimae vitae, ita a juventute literas bonas excoluit, ut illas solas pro animi ornamento necessarias duceret. Quae hominem adeo non fefellit opinio, ut postea causa unica illi fuerit ad honoris gradus etiam summos: quos quanquam modestus conscendere reniteretur, tamen ita volentem nolentem fortuna secuta est, ut tandem Canuto magno Dacorum et Anglorum regi familiarissimum reddiderit [b]. Unde cum circa haec tempora Livingus, Cantiorum archiepiscopus, moreretur, optimus princeps, quam optimum episcopum substituere cupiens, honorem maximum Aethelnoto detulit [c]. Praesenserat enim hominis ingenium ad pietatem; tum praeterea ad literas, ut tempora ferebant barbara quidem illa, non vulgareis natum. Episcopus autem novae dignitatis non immemor, tam bene omnes officii sui partes praestitit, ut ne invidia ipsa aliquid in homine desideraret. Quod cum vidisset Canutus, illi suas causas credere, consilia aperire, denique se suaque omnia committere; et comitem tandem, tanquam facundum in via vehiculum, ad Romanam urbem secum deducere. Quid multis moror? tam bene inter illos conveniebat, quam non male convenit viti cum ulmo. At si quis nunc ista paulo subtilius novisse cupiat, legat Gul. Meildunensis *Historiam de regibus Anglorum.* Hoc interim unum non te celabo, lector-quanquam multa de hoc autore legerim, nihil tamen ejus scriptorum in tam infinita et varia libro; rum multitudine, quos ego vidi, unquam mihi venisse ad manus. Nihilominus, quia Trittemius, homo diligentiae plane maximae, nec minoris lectionis, illum suo dignatus est catalogo, nunquam committam, ut e nostra excludatur tabula: quin potius, quia leviter et obscure a Trittemio, tanquam de nominis sola fere umbra cognitus, raris lineis ducitur; a me suis coloribus, hoc est, purpureis depingatur. Sed nunc quid scripserit, autore Trittemio, accipe. *In laudem divae Mariae virginis*, librum i. *Epistolarum* librum unum. Obiit [d] autem postquam strenue per octodecim annos archiepiscopi officio functus fuisset, et Doroverni Cantiorum sepultus est. Ex *Lelando*.

[a] *Athelnotus.* Birchington. *Egilnothus.* Gervas. *Agelnothus.* Sim. Dunelm. Propter insitam bonitatem Boni cognomen obtinuit. Birchingtonus et omnes fere historici. Filius erat Agelmari comitis. Birchington, Sim. Dunelm. etc. " Hunc Agelmarum eundem esse cum Ailmero seu Aethel-" maro comite Devoniae et Cornubiae, haud absurdum est " existimare. Hanc conjecturam adstruit testimonium " Matth. Westm. qui hunc comitem e partibus regis Ca-" nuti stetisse refert." [b] Dicit Malmesburiensis monachum fuisse Agelnothum e Glastoniensi coenobio, ideoque a Canuto rege, apud quem gratia et authoritate multum valebat, diploma in Glastoniensium gratiam impetrasse, quo omnia eorum jura et privilegia confirmavit: cujus quidem diplomatis exemplar videre est apud illum libro primo *De regibus*, cap. 11. Godw. [c] " Assumptus fuit a canoni-" cis ecclesiae S. Trinitatis Cantuar. ad decanatum sive " prioratum illius ecclesiae, deinde ad archiepiscopatum A. " D. MXX evectus. Post electionem Romam profectus est, " et ibi a papa Benedicto pallium cum honore primatus ac-" cepit." Gervas. Birchington. De Roma veniens apud Papiam urbem brachium S. Augustini doctoris centum talentis argenti et uno auri comparavit, quod amore Leofrici comitis Conventriam misit. Knighton. " Ecclesiam Christi " Cantuar. a Danis devastatam reparavit, et in eam etiam " transtulit S. Elphegi corpus decennio Londini sepultum." Gervas. Birchingt. [d] Obiit A. D. MXXXVIII. Florent. Huntingdon. etc. sed de die mortis non inter se conveniunt historici: Sunt qui tradunt, eum obiisse 5to cal. Nov. alii 4to cal. Nov. alii 30 die Oct. at Birchingtonus 3 cal. Aprilis. Vid. Whart. *Angl Sacr.* tom. i. p. 106. —— " Fuit " quidam Agelnothus, seu Ailnothus, abbas Glaston. temp. " Will. Conquest. et a Lanfranco archiepiscopo in synodo " Londin. depositus." Vid. Sim. Dunelm. Gervasium.

ADHA VRÂS, poëta Cambro-Britannicus, cujus carmina quaedam lingua vernacula scripta adhuc extant in bibliotheca Hengurtiana DD. Vaughani. Claruit A. D. MCCXL. Davis. Lwydh. *Arch. Brit.* f. 254.

AGIL-

AGILBERTUS, ſive ANGILBERTUS, natione Gallus, tamen legendarum gratia Scripturarum in Hibernia non parvo tempore demoratus. Inde in Angliam profectus occidentalium Saxonum epiſcopus, loco Birini, a Kinewalcho rege ſubſtituitur A. D. DCL. In qua cathedra ſedit xiv annos. Sed tandem offenſus Agilbertus, ex eo quod rex provinciam ſuam in duas partes diviſerat, in altera, ſc. Wyntonia, ſedem epiſcopalem Wini tribuens, epiſcopatum deſeruit A. D. DCLX. Bedae *Chron. Saxon.* Poſtea in Galliam rediit, et, accepto epiſcopatu Pariſiacae civitatis, ibidem ſenem et plenum dierum obiiſſe docet Beda lib. iii. c. 7. Non tamen recta in Galliam, ſed in Northanimbriam ad Alchfridum regem, cui amicitia conjunctus erat, ſeceſſiſſe videtur. Anno enim DCLXIV colloquio Streaneſhallenſi interfuit, autore Beda lib. iii. c. 25, 26. Wharton, *A. S.* tom. i. 191. Vid. *Concil. M. Brit. et Hib.* i. 37. Contra eum Hildam abbatiſſam ſcripſiſſe *Pro veterum rituum obſervatione* lib. i. aſſerit (quo autore neſcio) Balaeus. Hinc forte Dempſterus arripit ſibi occaſionem fingendi Agilbertum *De errore Paſchatis celebrandi corrigendo* magnum volumen ſcripſiſſe. Certe apud Bedam de utroque libro altum eſt ſilentium. Attamen diſceptationes ſynodi in coenobio Hildae Pharenſi coactae anno DCLXIV (cui Hilda et Agilbertus ipſe interfuerunt) de Paſchate et tonſura coronae copioſe perſequitur. Waraeus, p. 108. Praedicator erat egregius. Rudborn. Claruit anno DCCXX. Dempſter. i. 49.

AGLIONBIE [EDVARDUS] in ſchola Etonenſi abſolutis liberalium artium tyrociniis, ſcholaris collegii regalis Cantabr. factus MDXXXVI, dein collegii ejuſdem ſocius, magiſter artium, tandem armiger et juſtitiarius in comit. Warwic. Scripſit *Genealogiam reginae Elizabethae.* [Ob quam ei dedit regina quinque libras per annum in perpetuum. Hatcher Mſ. Inett.] *Carmen Latinum* xx *diſtich. in obitum duorum Suffolcienſium fratrum.* Pr. " Cum Deus iratus juſta excandeſceret ira." Extat inter *Epigrammata* collecta per Th. Wilſonum, Lond. MDLII. 4to.

S. AGLIUS, gente Scotus cum Columbano in Gallias profectus eſt, ubi a S. Audoeno archiepiſcopo Rhotomagenſi primus abbas Raſbacenſis factus eſt. Scripſit *De ſanctorum feriis*, lib. i. *De poenitentia*, lib. i. *Enchiridion clauſtrale*, lib. i. Claruit vel anno DXLVII vel DCLXX. Colitur 29 vel 30 die Auguſti vel 1 Septemb. Dempſter. i. 57.

AGNELL [THOMAS] archidiaconus Wellenſis ſcripſit *Volumen ſermonum.* Pr. pr. " Sacer-" dotes tui, Domine, induantur juſtitiam." Pr. (primi ſermonis de praelatis) " Sacerdotes etc. In " hujus juſtitiae." Mſ. Bodl. Laud. F. 63.

AGRICOLA [LEPORIUS] Severi Sulpitii filius, preſbyter et monachus in collegio Bannochorenſi. Hunc haereſi Pelagiana contaminatum ad fidem catholicam revocarunt Germanus et Lupus epiſcopi Gallicani. Scripſiſſe fertur *Erroris ſui palinodiam*, lib. i. *De incarnatione Domini*, lib. i. *De naturis in Chriſto*, lib. i. Vide Henr. Noris *Hiſtor. Pelagianam*, et Joh. Caſſiani lib. i. *De incarnatione.* Claruit A. CCCCXXXII. Bal. i. 45. Pitſ. p. 87. Falſa eſſe haec de Leporio clare oſtendit Sirmondus; nam hic monachus a Maſſilia ob haereſim ejectus in Africa reſipuit, et ibi conſcripſit *Libellum emendationis*, (ſic in edit. Sirmondi vocatur) et inde in Galliam ad epiſcopos miſit circa annum CCCCXXVI, ut mavult Labbeus. Apud S. Auguſtinum conjicere liceat eum eodem ſedem fixiſſe poſt converſionem ſuam. Hanc ſuam *Palinodiam* variis nominibus deſignant autores varii. Joannes papa ii. vocat *Epiſtolam*, Caſſianus *Flebiles confeſſionis et planctus literas*, Gennadius *Libellum emendationis*, Facundus Hermianenſis *Libellum ſatisfactionis*, Sirmondus *Libellum emendationis ſive ſatisfactionis.* Hic Jeſuita hunc libellum primus edidit valde mutilum inter *Concilia Galliae*, tom. i. 52. poſtea A. MDCXXX integrum inter *Opuſcula quinque dogmatica.* Impreſſus etiam extat in Labbei *Concil.* et apud Garnerium (Marii *Mercat.* tom. i. 224.) qui opus hoc ab Auguſtino ſcriptum fuiſſe autumat. In edit. Venet. Oper. Sirmondi tom. i. 203. poſtremo recuditur. Sed quid opus verbis? Inter ſcriptores Britannos minime referendus eſt Leporius, quum Gallum fuiſſe conſtat, ut notat Uſſerius *Antiq. Brit.* f. 174. qui hallucinationes Balaei et Pitſei de hoc ſcriptore detegit et refutat, f. 172, 173.

AIDANUS, quem alii Britannum, patria Northumbrenſem, alii Scotum vel Pictum fuiſſe pronunciant, inter monachos Huenſis coenobii literis inſtructus fuit. Awinas ſeu Awinius cognominatus eſt, ab Awina inſula, ubi olim erat hujus Aidani coenobium; ut habet Bal. i. 76. Anno DCXXXV, Oſwaldus, devicto prius Cadwalla et recepto Northanimbriae regno, legatione ad Scotos, inter quos olim exulans Chriſtiana religione imbutus fuerat, miſſa, epiſcopum ſibi ſuaeque genti deſtinari petiit. Whart. *A. S.* tom. i. 691. Miſſus eſt Aidanus, qui conceſſione praenominati ſanctiſſimi regis, qui conciones Aidani linguam Anglorum nondum perfecte callentis vernaculo auditoribus reddidit, ſedem epiſcopalem in inſula Lindisfarnenſi (Holy Iſland) collocavit, quam ſumma felicitate xvii ferme annos adminiſtravit. Beda, lib. iii. c. 3. Paſcha non ſecundum ritum Romanum celebrabat: tamen ab omnibus etiam his, qui de Paſcha aliter ſentiebant, merito diligebatur; nec ſolum a mediocribus, verum ab ipſis quoque epiſcopis Honorio Cantuariorum et Felice orientalium Anglorum, venerationi habitus eſt. Beda, lib. iii. c. 25. Scripſiſſe dicitur *In Scripturam commentarios*, lib. i. *Homelias et conciones*, lib. i. Obiit Aidanus Auguſt. 31. quo die memoria ejus celebratur. A. D. DCLI moerore confectus (ut videtur) ex interitu Oſwini regis, qui ſuorum perfidia die xx ejuſdem menſis fuerat interemptus. Beda, *Hiſt. Eccleſ.* iii. 14. 17. Miracula aliquot ab eo patrata, et alia de hoc viro quamplurima habentur in ejuſdem Bedae *Hiſt. Eccleſ.* lib. iii. c. 3, 5, 14, 15, 16, 17. Lindisfarnae primo in coemeterio fratrum ſepultum eſt corpus hujus venerandi antiſtitis, et poſtea majore eccleſia aedificata, ad dextram altaris honorifice tumulatum eſt. Beda, iii. 17. Oſſium ejus pars in Scotiam aſportata per Colmannum ſucceſſorem, reliqua vero Glaſtoniae condita, ſicut Malmeſburienſis ſcriptum reliquit. Godwin. Dunelmum e Lindisfarna

demum translatum ejus corpus, et in cathedrali templo locatum. Bal. i. 76. Dempster. i. 7. Pits. p. 108.

S. AILBEUS, alias ALBEUS seu ALVEUS, filius Olchu (Colgano, i. f. 9, 10. dicitur Helveus, f. 708. 711.) dictus alter Patricius in Eliae Carolinae territorio natus, a Palladio baptizatus. Post aliquos annos lares paternos deserens Romam profectus, et ab Hilario quodam episcopo in Sacris Scripturis institutus, tandem ejus rogatu, prius a S. Patricio in presbyterum ordinato, a papa in episcopum consecratus est. Post reditum in patriam totam insulam peragravit, ut religionem Christianam propagaret. Ac demum per regem Aengusam et S. Patricium constitutus fuit archiepiscopus Momoniae, sedem suam episcopalem fixit Imelacae alias Imleac-ibuir seu Imeaca-ibair. S. Ailbeus floruit in Hibernia simul cum S. Patricio, et aliquot etiam annis ante ejus adventum, sive ante annum CCCCXXXI. Colgan. i. 328. 459. Ex operibus ejus extat etiamnum Mſ. *Regula Monastica.* Citatur apud *Colgan.* i. 328. Obiit grandaevus 12 Sept. A. D. DXXVII. vel, ut alii volunt, DXLI. et in ecclesia sua sepultus est. Waraeus, i. *De praeful.* p. 174.

AILERANUS seu ELERANUS, qui ob insignem eruditionem Sapientis accepit cognomentum, teste Colgano *Act. Sanct. Hib.* tom. i. f. 140. Scripsit *Vitam S. Brigidae.* Item *Allegoricam expositionem genealogiae Christi*, quam Sedulius postea *Collectaneis suis in Matthaei evangelium* inseruit; ut Sedulius ipse in dictis *Collectaneis* his verbis fatetur: "Incipit," inquit, "typicus ac tropologicus "genealogiae Christi intellectus, quem S. Aileranus Scottorum sapientissimus exposuit." Hoc nuper me docuit illustr. archiepiscopus Armachanus. Videtur etiam *Vitam S. Patricii* scripsisse. Forte etiam scripsit *Vitam S. Fechini.* Colgan. ubi supra. Decessit anno DCLXV vel DCLXIV, ad quem annum obitum Ailerani sapientis in *Annalibus Ultoniensibus* annotatum comperi. Waraeus p. 27. A. DCLXIV. 29 Decemb. quo die ejus natalis Cluain Erardiae in Media, ubi publicis praefuit scholis, celebratur. Colgan. ibid. Pestilentia e medio sustollitur. Id. f. 150.

AILWARDUS [SIMEON] poëta Anglus scripsit versu *De ludo scaccorum*, lib. i. "Ludus scac-"corum datur hic correctio morum." Claruit A. MCCCCLVI. Pits. *App.* p. 909.

AIO, monachus Croilandensis, e rebus ibi desperatis post mortem optimi regis Aethelstani monasterium Malmsbyriae adiens A. D. DCCCCXLI, in conventum receptus est, et retentus usque ad annum DCCCCXLVI, et tunc gaudens ad Croilandiam regressus est, quae jam sub auspiciis Turketuli abbatis reflorescere coepit. Cujus jussu Aio, qui jurisperitus monumenta monasterii veteris optime noverat, una cum Thurgaro, Swetmanno, et aliis senioribus ediderunt *Historiam* continentem *majora memoranda domus istius, cum paucis incidentiis regni Merciorum et West-Saxonum a prima fundatione per Ethelbaldum regem usque ad* XIV *annum regni inclyti regis Edgari.* Obiit Aio A. D. DCCCCLXXIV, et in choro ecclesiae Croiland. sepultus est. Ingulph. p. 28. 32. 48. 51.

AIULFUS, decanus de Lodoneio aut Lodonero, scripsit *Pro causa Johannis episcopi Dunkeldensis contra Hugonem S. Andreae episcopum*, lib. i. *Ad Lucium* iii *papam*, lib. i. Claruit anno MCLXXXII. Dempster. i. 70.

ALACENUS vel ALHAZENUS, Anglicus vetustus autor, naturali rerum cognitione instructus, non modo melioris notae philosophus, sed et mathematicus insignis fuisse perhibetur. Hic magno conatu atque industria Anglorum percelebrans scholas, meruit tum demum astrologi peritissimi nomen. Sed et hoc unum prae caeteris omnibus ejus tum famam tum gloriam multo celebriorem reddidit; exquisita enim cura contexuit *Perspectivam quandam*, lib. i. Mſ. Cantab. in coll. S. Petri. *Opticae*, lib. vii. "Invenimus quod visu," edit. a Fed. Risnero Basil. MDLXXII. fol. *De crepusculis et ascensu nubium*, lib. i. "Ostendere volo quid sit crepusculum." Mſ. Cantab. in coll. S. Petri. Et Basil. MDLXXII. fol. Et alia his similia multa. Temporis tamen, in quo claruerit, nullus est autor qui mentionem faciat; inquit Bal. ex Lelando. Fuit Arabs non Anglicus, ut ex ipsius libris facile colligi potest. Wood. Not. Mss. in Pits. Claruit circa annum MC. ita in praefat. ad edit. Bal. xi. 14. Pits. *App.* 821.

ALANUS [GULIELMUS] ALLEN sive ALLYN filius Johannis, natus apud Rossaliam in agro Lancastrensi, anno aetatis 15, Domini MDXLVII, literas felici marte addiscere coepit inter Orielenses Oxoniae, ubi post egregia studiorum academicorum specimina edita, socius ejusdem collegii electus fuit A. MDL. Post quadriennium gradum magisterialem suscepit, et A. MDLVI aulae S. Mariae principalis atque academiae procurator inclaruit. A. MDLVIII canonicatu Eboracensis ecclesiae donatus erat, sed regnum, adeunte Elizabetha, ad partes transmarinas iter arripuit, et Lovanium se contulit. Paulo post in patriam rediens inter Lancastrenses, Norfolcenses, et Oxonienses per triennium commoratus est. Tandem se Duacum recipere coactus fuit, ubi studiis theologicis ejusdem facultatis doctor evasit, et mox ecclesiae Cameracensis canonicatum consecutus est. Circa A. D. MDLXVIII collegium in usum Anglorum exulum religionis Romanae causa, sive seminarium Duaci instituit; cui annua stipendia assignavit papa. Deinde Rhemis, ubi etiam canonicus erat, alterum seminarium Guisiorum auctoritate fundari curavit. Tertium denique Romae, aliaque duo in Hispania ad conservandam pontificiam in Anglia religionem. Miraeus, *Script. Saec.* xvi. p. 68. eum Vaticanae bibliothecae praefuisse asserit. A. MDLXXXVII. 28 Jul. styl. vet. galero cardinalitio a papa Sixto v. ornatus est, tit. presbyteri cardinalis S. Martini in Montibus, ac post biennium archiepiscopus Mechliniensis renunciatus. Scripsit *Dr. Allen's seditious plots concerning the delivering up of Deventer to the king of Spain, (contrived in a pamphlet put to the press by Sir W. Stanley) confuted by G. D.* Lond. MDLVIII 4to. *A defence and declaration of the catholic churches doctrine concerning purgatory and prayers for the souls departed.* Pr. pr. "A frend of myne very studious." Antverp. MDLXV. 8vo. Extat verbatim in Dris. Fulki *Responso*, Lond. MDLXXVII. 8vo. *Brief reasons*

sons concerning the catholic faith. A treatise made in defence of the lawful power and authority of the priesthood to remit sins. Pr. pr. " I have ben asked earnestly at." Lond. MDLXVII. 12mo. Lov. MDLXVII. 12mo. *People's duty for confession of their sins to God's ministers.* Ibid. Pr. " And " now I must advertise my loving brethren." Hic tractatus conficit duo ultima capita primae partis libri proxime prioris. *The church's meaning concerning indulgences, commonly called pope's pardons*, cap. xii. Pr. " Of the high power of remission." Ibidem. Hic tractatus est secunda pars libri intit. *A treatise made in defence—of the priesthood. De sacramentis in genere; de sacramento eucharistiae; de sacrificio missae*, lib. iii. " Diu multumque, Gregori pontifex." Antv. MDLXVII. 4to. Duaci MDCIII. 4to. *Apology and true declaration of the institution and endeavours of the two English colleges, the one at Rome, the other now resident in Rhemes, against certain sinister informations given up against the same.* Monts in Hainault. MDLXXXI. 8vo. " A princely, " grave and flourishing piece of natural, and exquisite English is card. Alan's apology said to be." Bolton. *Hypercritic. address*, iv. § 2. *Apologiam pro sacerdotibus soc. Jesu et seminariorum alumnis contra edicta regia*, lib. I. " Quamvis quod ad crimina." Extat in *Concertatione ecclesiae catholicae*, etc. Aug. Trev. MDLXXXIII. 8vo. et MDXCIV. 4to. part. iii. *Piissimam admonitionem & consolationem vere Christianam ad afflictos catholicos Angliae.* Pr. " Postquam studia nostra." Ibid. *A true, sincere and modest defence of the English catholicks, that suffer for their faith both at home and abroad, against a slanderous libel entitled*, The execution of justice in England. Pr. " Albeit " the late pamphlet." MDLXXXIII. Latine Ingolst. MDLXXXIV. et in *Concertatione eccles. catholicae* etc. MDXCIV. *Responsio ad epistolam cujusdam N. R. de Daventriae deditione legitima per Gul. Stanleium Anglice*, 12mo. Pr. " Honourable good Sir, your letters came." et eodem anno Anglice, Cracov. MDLXXXVIII. 8vo. *Exhortationem ad Anglos catholicos contra reginam in duabus partibus divisam.* Titulus primae: *A declaration of the sentence of* Sixtus V. Secundae: *An admonition to the nobility and people of* England, MDLXXXVIII. Extat *Epistola* ejus data 8 Feb. MDLXXXIV apud Ric. Viti Basingstoch. *Histor.* p. 465. Fato functus est Romae 17 kal. Novemb. [6 Novemb. Godwin.] anno aetatis 63, salutis humanae MDXCIV, et in ecclesia collegii Anglorum ibidem [ecclesia S. Trinitatis in urbe, Miraeus] tumulum accepit. Vide epitaphium ejus apud Godwin. ii. 179. Et *Vitam* ejus per Nic. Fizerbertum, Ant. MDCXXI 8vo. *Athen. Oxon.* tom. i. 268. seqq. Pits. 792. seq. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. in colleg. Oriel. Godwin.

ALANUS [JOHANNES] sive ALLENUS. Primo in academia Oxon. deinde Cantabrig. studia excoluit philosophica, ubi ad gradum magisterialem, sive potius baccalaureatus in jure Caesareo admissus erat, postea se comitem Dom. Willelmo Warhamo, archiepiscopo Cantuar. Romam ob negotia quaedam ecclesiastica proficiscenti adjungens, in aliqua Italiae academia legum doctoratu insignitus fuit. Post reditum in patriam a cardinali Wolsaeo inter sacros domesticos assumptus est, et ejus favore evasit judex curiae suae legatinae; rector de S. Okynden Essex A. MDXV (quam ecclesiam resignabat ante A. MDXXVI.) Newcourt ii. 448; rector ecclesiae de Galby comit. Leycestr. A. Wood Ms. A. MDXXVI, 12 Jan. ad praebendam de Raculversland in ecclesia S. Pauli admissus, quae vacabat per ejus promotionem ad archiepiscopatum Dublin. A. MDXXVIII. Fuit etiam thesaurarius ecclesiae S. Pauli London. et tandem archiepiscopus Dublinensis 13 Martii MDXXIX, et Hiberniae cancellarius factus. Scripsit *De pallii significatione activa et passiva.* Extat Ms. in 2da parte *Regesti* sui fol. 78. b. *De consuetudinibus ac statutis in tuitoriis causis observandis*, Ms. ibid. a fol. 168. b. ad 171. b. " Nonnulla de rebus ecclesiae suae." In rebellione Thomae Fitzgerald, crudeliter, cerebro consperso, interemptus est apud Tartainam in Hibernia, quia cardinali Wolsaeo auctor fuit quadraginta monasteria minora dissolvere. Unde mortem illam violentam justo Dei judicio ei obvenisse suspicantur sacrilegiorum osores. *Athen. Oxon.* i. 670. War. 134. Rymer, *Foeder.* xiv. 32. 267. 268. 430. 551.

[a] ALANUS BELLOCLIVUS [b], Sudovolca, non infimum Isiacorum decus scholasticorum, maximam a bonis literis laudem sibi peperit; et partam adeo Lutetiae Parisiorum auxit, lector philosophiae publicus, et Sacrae lucidus Scripturae interpres, ut ornamentum plane eximium doctis Gallis videretur. Non passus est tantam hominis gloriam Matthaeus Parisius, fani Albani monachus, disperire [c]. Quare in historia sua primum locum inter eruditos ejus aetatis facile tribuit Belloclivo [d]. Ex *Lelando.*

[a] Vide infra in *Nic. Fernham.* [b] Alanus Beauclif seu Belloclivus. Ms. Lel. Trin. [c] *Matthaeus Parisiensis* hujus Alani mentionem facit in anno MCCXXIX, p. 299. ed. Lond. p. 84. Suspicio subit hunc eundem esse cum Alano de Becles, ab eodem Matthaeo, p. 479 memoratum, et tunc (A. D. MCCXL.) titulo archidiaconi Subir ornatum. Idem refert (p. 536.) Alanum de Becles, Norwicensem archidiaconum, libertatum abbatiae S. Albani invasorem, subita morte praeoccupatum esse A. D. MCCXLIII. Alanus archidiaconus Sudbur. occurrit MCCXXVI. *Monast. Angl.* vol. iii. 45. Alanus Beccles, archidiaconus Sudbur. et officialis Thomae Blunvile episcopi Norwic. testis cartae ejusdem Thomae. Ms. penes dec. et cap. Cantuar. [d] Operum tituli nullibi inveniuntur.

ALANUS CANTUARIENSIS: vide Ms. James xvii. *Epistolae Alani prioris Cant.* xii. Princ. primae: " Philippo regi Franc. piae recordationis." Et iii. *Benedicto abbati de Burgo.* Et i. *Asino illi S. Petri de Burgo.* Et i. *Johanni archiepisc. Lugdun. qui quondam fuit monachus Cantuar.* Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. ii. Quaere annon idem sit cum Alano Teuxberiensi, qui monachus et prior fuit Cantuariae.

ALANUS CATHENESIAE EPISCOPUS, summus Scotiae cancellarius factus ab Edw. I. Angliae rege 12 Junii MCCXCI. Primo partibus Anglorum favit; post vero factioni Scoticae addictus erat. Scripsit *Super regalitatem Roberti Brusii*, lib. i. *Epistolas ad Robertum Ross*, lib. i. Horum

Horum librorum apices in catalogo Derrensi supersunt, et, ut existimo, apud illustrissimum comitem Martialem in bibliotheca Dunotria extant. Claruit anno MCCXCI. Dempster. i. 44.

ALANUS DE FIFEDALE frater Augustinus, patria Scotus, scripsit *Logicalia axiomata*, lib. i. *In parva naturalia*, lib. i. *Epitaphium Aegidii Romani archiepiscopi Biturigum*, lib. i. Mss. Viterbii. *Aegidii Romani testamentum*, Mss. Cremae. Obiit Romae anno MCCCCXXI. Dempster. xviii. 1132.

ALANUS G. Scientiis et linguis eruditus, scripsit ad Wintoniensem, *Contra sophistriam diaboli*, lib. i. Et in vernaculum idioma plures libros transtulit. Bal. edit. Ipswic. f. 255. b.

ALANUS HERBIPOLITANUS, natione Scotus, S. theologiae doctor Parisiensis, dein monachus coenobii Scotorum S. Jacobi majoris juxta Herbipolim, et tandem abbas numero xxiv evasit. Scripsit *Quodlibeta philosophica*, lib. i. *Determinationes philosophicas*, lib. i. Obiit anno MCCCCLV. Dempster. i. 56.

ALANUS DE INSULIS, de cujus patria lis est inter scriptores. Auctor vetus Ms. in bibl. Cotton. Titus, DXX. p. 138. a. eum natione Anglicum vocat; alii Flandrum; alii Gallum; alii Germanum; Dempsterus vero Scotum in insula Mona natum esse voluit. Hanc ultimam sententiam confirmat (si Dempstero fides adhibenda sit) epitaphium hujusmodi: *Scotia quem genuit, Germania condit Alanum.* Vir erat doctrina atque eruditione inter primaria orbis literati lumina insignis, unde doctor universalis cognominatus. In academia Parisiensi literis operam dedit, et ejusdem academiae moderator tandem evasit. Tandem ordinis Cisterciensis conversus seu frater laicus factus est. Monachus professus in coenobio Scotorum ad S. Jacobi in suburbio Herbipolitano. De hoc Alano vide Bulaei *Hist. Acad. Paris.* tom. 2. p. 432. Valerii Andreae *Bibl. Belgicam*, p. 32. Anno MCCXV adversus Almerici Carnotensis discipulos in concilio Lateranensi solertissime disputavit. Scripsit *Commentarium in Cantica canticorum ad laudem B. Virginis.* Paris. MDXL. 8vo. *Summam de arte praedicandi, sive Scalam Jacob.* Princ. " Vidit Jacob Scalam." Ms. bibl. Bodl. sup. A. i. Art. ii. Tractatus magistri Poriani Alani de modo praedicationis. Princ. " Vidit Jacob Scalam a terra usque." Liber ejusdem tituli Alano Porrens a Bostono (num. 82. 173. 74.) attributi. Princ. " Vidit " Jacobus." Item Ms. Merton p. iii. 9. Et Norwic. *More* 845. *Poenitentiale dictum corrector.* Quaere an hic liber a Trithemio vocetur *De poenitentia ad Byturicen.* L. iv. inc. " Dei " gratia Byturicen." *Opus de parabolis sive doctrinale minus.* Princ. " A Phoebo Phoebe " lumen." Daventr. MCCCCXCII 4to. MCCCCXCIX fol. Lipsiae MCCCCXCIX fol. Lugduni MDXXXVI. 8vo. Gallice Paris. MCCCCXCII fol. Item, Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 2. et Ms. NE D. 3. 18. *Doctrinale altum seu parabolae carmine*, Lugd. MDXXXVI. 8vo. et cum expositionibus, Lond. MDX. 4to. et Colon. . . . . 4to. *Librum sententiarum et dictorum memorabilium. Anti-claudianum, seu de viro optimo et in omni virtute perfecto*, lib. xi. carmine, Basil. MDXXXVI. 8vo. Antverp. MDCXXI. In Ms. bibl. Bodl. Digby 62. et Ms. NE D. 1. 10. Princ. praefat. " Cum fulminis " impetus vires." Princ. " Auctoris mendico [*vendico* in Ms. Cotton. supra citato] stylum." Ms. bibl. Bodl. Digby 104. *De planctu naturae contra Sodomiae vitium*, lib. i. partim versu, partim in prosa. Princ. " In lacrimas risus, in luctus gaudia verto." Ms. Digby 147. Ms. coll. Corp. Chr. Oxon. 144. Ms. in bibl. Balliol. Ms. coll. Merton. O. 1. 7. cum hoc titulo, *Alani minimi capellae enchiridion de conquestu naturae.* Item in bibl. S. Benedicti de Holm apud Boston. Burien. vid. Sweert. *Athen. Belg. Contra Albigenses et Waldenses*, lib. ii. *Sermones* xi *de variis argumentis. De sex alis cherubim.* Hunc librum Bonaventurae falso inscriptum inter opera ejus haberi solet. *Rhythmum de Christi incarnatione.* Alium *de fragilitate humanae naturae.* Omnia ista Alani opera collegit et junctim edidit Carolus du Visch, Antverp. MDCLIII. fol. *(a) Commentaria in prophetias Merlini*, Angl. lib. vii. extant Francofurti MDCIII. MDCVIII. 8vo. Princ. comment. " Cum multos rerum novitate." Alanus ex his prophetiis omnia malorum genera, ipsumque excidium Angliae vaticinatus est in gratiam principis sui comitis Flandrensis, qui Henrico ii. patri adversabatur: Ita Bulaeus, *Hist. Acad. Par.* tom. ii. p. 436. et vide quae ibi habentur de prophetiis Merlini. Commentaria haec Alano seniori attribuenda esse censet Carolus du Visch. *(a) Dicta de lapide philosophico*, Lugd. Bat. MDC. Posteriores duos libros *Quadripartiti operis* adversus *Albigenses, Waldenses, Judaeos, et Paganos* in lucem emisit Vischius bibl. Cisterc. script. Colon. MDCLVI. 4to. Scripsit etiam, secundum Dempsterum ex Trithemio, *Super sententias*, lib. iv. *Oculum S. Scripturae*, lib. i. *De doctrina*, lib. i. *In quinque libros Mosis*, lib. i. *De aequivocis mysticis*, lib. i. *De naturis animalium*, lib. i. *Epistolas et quodlibeta*, lib. ii. *Summam virtutum et vitiorum*, lib. i. *Lecturas in prophetas*, lib. i. *Lecturas in evangelia*, lib. i. *In omnes Pauli epistolas*, lib. i. Alano huic ascribit Bostonus Buriensis, *De maximis theologicis*, lib. i. " Communis animi." In bibl. Babwell. *De fide catholica*, lib. i. " Quicquid est." *Principium commenti*, lib. i. " Omnis scien- " tia." In bibl. Babwell. Trithemio dicitur *De doctrina. Ad principium commenti.* Princ. " Clemens." Obiit anno MCCXCIV secundum epitaphium in claustro Cisterciensi Paris. ut habet Cave. anno MCCC in monasterio extra muros Herbipolis, Dempster. i. 71. (*a*)

(*a*) Juxta Dupinum, *Eccles. Hist.* vol. ii. ambo hi tractatus supposititii sunt.

ALANUS LUMSDANDUS, Scotus, Tholosas studiis suis illustravit. Scripsit *Antiquitates Tholosae*, lib. i. *De Tholosanae academiae jure atque praerogativis*, lib. i. Claruit circa annum MCCCXCV. Dempst. xi. 816.

ALANUS de LYNNA, sive LINENSIS,[a] collegii alumnus, Grantae Girviorum operam cum philosophiae,

[a] In Lynna insigni Nordovolgiorum oppido oriundus, et inibi apud Carmelitas alumnus eximius, ac tandem coenobiarcha. Bal. Alanus de Lenn archidiaconus Northumbr. unus ex procuratoribus regiis inter Henricum regem Angliae et

philosophiae, tum theologiae strenuam impendebat. Insignia doctoris adeptus tandem Linum repetiit, ubi et diem clausit supremum. Scripsit *Elucidationes Aristotelis. De quadruplici sensu Scripturae. Conciones. Indices* etiam in omnes fere veteres theologos. [b] Ex *Lelando.*

et regem Scotiae 21 Jul. 3 Hen. iii. Pat. 3. Henr. iii. m. 2. [b] Scripsit Alanus Linnensis *De vario* [quadruplici, Mf. Bal. Sloan] *Scripturae sensu*, lib. i. "Quia "secundum apostolum 2 ad Tim." *Moralia Bibliorum*, lib. i. [ii. Pits.] "Perfidia abhominabilem facit." *Sermones notabiles*, lib. i. [ii. Pitf.] "Venit ira Dei in filios." *Elucidarium Scripturae* [Lel. *Epit.*] lib. i. "In principio "creavit, etc." Scripsit opus egregium *Tabulam septem custodiarum* appellatum super totam Bibliam, lib. ii. pr. "In principio"——Hoc exponit Augustinus anagorice. Mf. Bal. Sloan. *Praelectiones theologiae*, lib. i. *Elucidationes Aristotelis*, lib. i. Fecit *Indices* materiarum in sequentes libros, *Antiquitates Josephi*. Pr. "Ad laudem omnipoten-"tis Dei." *Hieronymum super Josue*. Pr. "Adventus "Christi est duplex." *Quaestiones* lxxxiii *Augustini*. Pr. "Achad de sui deceptione." Mf. Oxon. in coll. Lincoln. Arch. Aust. xxxi. *Homelias Basilii*. Pr. "Adorant magi "Christum et." *Moralia Gregorii*. Pr. "Abhominabi-"lem facit hominem." In Mf. Bal. Sloan. ita: *Tabulam super Gregorium in librum Job*. A. D. MCCCCXXIII. Pr. pr. "Ad laudem Dei librum Job." Pr. l. "Abhominabilem." *Eundem super Ezechielem*. Pr. "Abscondere desiderium coeleste." In Mf. Bal. Sloan. ita incipit. "Tabula in Home-"lias ejusdem." *Homelias ejusdem*. Pr. "Abstinentia Ho-"melia 8va." In Mf. Bal. Sloan. ita incipit. "Tabula in "Ezechielem." *Bernardum super missus est*. Pr. "Angelus "Gabriel de majori." *In tria opuscula* [oscula, Pitf.] *ejusdem* [sc. librum Hierosolymitanum, Epistolam et Apologiam. Mf. Bal. Sloan.] Pr. "Anima quando jugulatur." *Eundem super Cantica*. Pr. "Ad laudem Dei patris coe-"lestis." *Homelias Alcuini*. Pr. "Amicus Dei fit homo." *Petrum de Aurora* [*in Biblia*. Pr. pr. "Ad laudem Jesu "Christi ad opus insigne." Mf. Bal. Sloan.] Pr. lib. "Ac-"tus molles diligit diabolus." *Gerardum Laodicensem* [sc. tria opuscula ejusdem, viz. de conversatione servorum Dei, de abbate Helia, et de Maria Magdalena, Mf. Bal. Sloan.] Pr. "Abbas Helias constituitur." *Officiarium Johannis Beleth*. Pr. "Abstinentia a carnibus recepta." *Revelationes Brigittae* [vii libros revelationum Brigittae] Pr. "Ad laudem Dei et Mariae Matris." Mf. Oxon. in bibl. Lincoln. Arch. Aust. xxxi. *Hugonem de S. Victore*. *Petrum Blesensem* [de perfidia Judaeorum. Mf. Bal. Sloan.] Pr. "Angelorum vox qualis. Capit." *Richardum de S. Victore super Threnos*. [Pr. pr. "Ad laudem Jesu Christi et glorio-"sae Virginis." Mf. Bal. Sloan.] Pr. l. "Abjicere. Quod "abjecerunt." *Eundem de somno Nebuchad*. Pr. "Actio. "Nota de ipsa cap. x." Mf. ibid. *Eundem super Psalmos*. Pr. "Amor est duplex cap. 8vo." Mf. ibid. *Eundem de xii patriarchis*. Pr. "Amor sapientiae qualis est." *Sermones Gilberti*. Pr. "Acquiescere Deo debemus." *Distinctiones Parisiensis*. Pr. "De abstinentia primo, et." *Sermones ejusdem*. Pr. "Abstinendum est a multis." *Cantica Neckami*. Pr. "Ad laudem genitricis Dei." *In prophetias Brigittae*. Pr. "Afflictio est utilis et quare." *In miracula Mariae*. [In duos libros miraculorum Mariae] Pr. "Adjutorium Mariae. Nota in." *Aquinatem de perfectione* [*vitae spiritualis*. Mf. Bal. Sloan.] Pr. "Amor. Nota "de eo. Cap. xiii." *Sententias ejusdem*. Pr. "Ad omnipo-"tentis laudem, haec." *Aegidium de regimine principum*. Pr. "Ad laudem Christi Jesu." *Sententias Scoti* [Scotum in iv sententiarum. Mf. Bal. Sloan.] Pr. "Abstractio ab "eodem abstracto." *Sententias Bacanthorpii*. *Compendium theologiae*. Pr. "Accusant Christum diversa genera." *Sermones Losani*. Pr. "Abjicere peccata debemus." *Chronica Rogeri Hoveden*. Pr. "Abbas de Burgo S. Petri." *In Carmel. gesta Riboti*. Pr. "Abiit Helias contra orientem." [*De gestis peculiaribus Carmelitarum*, lib. x. Pr. "Abire, "nota qualiter Helias abiit."] *Reductorium Bibliorum*. Pr. "Abominari non debemus duo genera hominum." In Mf. reg. Westmon. 3. D. iii. 1. datur Fr. Alani de Lenna Carmelitae SS. Th. D. Tabula super Reductorio morali Petri Berchovii. Pr. "Ad Dei laudem et Virginis gloriosae." *Mariale majus*. [Pr. pr. "Ad laudem Christi Jesu et Ma-"riae matris." Mf. Bal. Sloan.] Pr. lib. "Assumptio Mariae. Pater sit." *Mariale minus*. [Pr. pr. "Ad laudem "genitricis Dei." Mf. Bal. Sloan.] Pr. lib. "Abstinentia Mariae. Cap. primo." *Stimulum amoris*. Pr. "Ad amo-"rem Dei, quomodo debet." *In Threnos Lathbery*. Pr. "Abjicere peccata, qualiter." *Gorham super Matthaeum*. Pr. "Abiit Jesus de Hierusalem." *Eundem super Lucam*. Pr. "Abnegare se, quomodo quis." *In quadragesimale Jacobi de Voragine*. Pr. "Abscondit se Christus a Judaeis." *Costesii super Apocalyps.* Pr. "Abstinentia cap. 6. Abscon-"dent se multi." *Sermones antiquorum*. Pr. "Ambulare "coram Deo. Serm. xxvi." *Sermones proprios*. Pr. "Ab-"scondere vult Deus mundo." *Dialogum Augustini*. *Conflictum vitiorum*. *Historiam Lombardicam*. *Proprietates Bartholomaei*. Hos fere omnes in una Nordovicensi Carmelitarum bibliotheca reperit Balaeus. *Tabulas* etiam sive *Indices* fecit in Origenem, Hilarium, Eusebium, D. Ambrosium, Rabanum Maurum, Chrysostomum, Cyrillum, Joannem Cassianum, Joannem Damascenum, Remigium, Bedam, Haymonem, Cassiodorum, S. Anselmum, Berthorium, etc. In libro Mf. bibl. collegii Lincoln. Oxon. Arch. Aust. 31. habentur etiam hi sequentes *Indices* sive *Tabulae* incerti autoris, sc. in *Quaestiones Nic. de Lyra super Biblia*. Pr. "Utrum Apocalypsis liber." Mf. bibl. Bodl. NE. A. i. 7. *Glossam epistolarum Pauli*. Pr. "Abba idem "est quam pater." *Super librum de trinitate*. Pr. "A-"dam cujus oculi ei." *Libros confessionum Augustini*. Pr. "Adam in qualia tria." *Homelias Augustini in epist. Johannis*. Pr. "Abel sacrificando." *S. Thomam de veritate theol.* Pr. "Absolvere non possunt." *Isidorum de summo bono*. "i. Adam quomodo sit traditus. ii. Angelus. lib. i. c. 1." *Librum de veneno*. "Primum capitulum ratio." *Speculum historiarum*. Pr. "Abstinentia. 87." *Anselmum de similitudinibus*. Pr. "Abbas quae dicitur abbas." *Epistolas B. Augustini*. Pr. "Absentari est aut libert." *Communiloquium Johannis Wallensis*. Pr. "Absolvere quomodo "praesides." *Sermones B. Bernardi*. Pr. "Adventus "considerandus est." *Didascolicon Hugonis*. Pr. "Actio "omnis hominis ordinata." *Retractationes Augustini*. Pr. "Abraham putandus est." *Augustinum de adulterinis conjugiis*. Pr. "Actio spontanea maxime." *Jeronimum contra Jovinianum*. Pr. "Abstinentia quae per eam." *Ric. de S. Victore de trinitate*. Pr. "Amor quae communicatio." *Epist. Bernardi ad fratres Carmelitas*. Pr. "Abjectio in ex-"terioribus." *Sententias Joh. Damasceni*. Pr. "Abissus "qui sit." Claruit A. MCCCCXX. Lynnae tandem inter sui ordinis homines, post magnos labores sepultus. Bal. vii. 54. Pits. p. 601. seqq.

ALANUS THEOCICURIANUS[a]: abbas Theoci-curiae[b], monasterii ad confluentiam Avonae et Sabrinae fluminum siti, suo saeculo in magna quidem fuit existimatione, tum fortunae, tum literarum nomine. Erat illi quaedam cum Thoma Becketo Cantiano familiaritas; quo tempore aedituus erat fani Servatoris Doroverni Cantiorum. Extat adhuc libellus non inelegans, quem Alanus de rebus gestis a Becketo in Clarodunensi [c] concilio, ac [d] postea perscripsit [e]; multa a Joanne Severiano in hac parte praetermissa substituens [f]. Ex *Lelando.*

[a] Hunc Alanum inter suos Oxonienses viguisse circa A. D. MCLXVIII refert A. Wood, *Hist. et Antiq. Oxon.* [b] Seu *Tukesbury*. Mf. Lel. Trin. addit. Monachus fuit ecclesiae Christi Cantuariae, et Herlewino resignanti subrogatus est a Richardo archiepiscopo die 8vo. id. Aug. MCLXXIX. Anno MCLXXXVI [MCLXXXVII, juxta *Annal. Theok.* in Mf. Cotton. Cleop. c. iii.] in abbatem Theokesburiae cooptatus est, et die 17. cal. Jul. ejusdem anni benedictus. Whart. *Angl. Sacr.* i. 138. [c] Clarendunensi. Mf. Lel. Trin. [d] *Ac* deest in Mf. Lel. Trin. [e] Scripsit, secundum Pitseum, p. 271. seq. *Sermonum*, lib. i. "Beati qui "lavant stolas suas." Mf. Lovanii in bibliotheca Jo. Fennii Angli. Sermonum ejus extant duo Mf. Bodl. NE. E. vi. 11. quorum primus est in illud *Beati, qui lavant*, etc. alter in *Secundum nomen tuum, Deus*, etc. *Dictatas epistolas*, lib. i. "Philippo Dei gratia." Mf. Lovan. ibidem. *De vita* et

et exilio S. Thomae Cantuariensis, lib. i. Opus id tribus libris constat, ac Mſ. supereſt in bibl. Vaticana, ut teſtatur Baronius in xii. *Annal.* ad A. D. MCLXII. Voſſius, *Hiſt. Lat.* p. 455. Extat in *Quadrilogo*, Pariſ. MCCCCXCV. 4to. *Acta Clarendonenſia*, lib. i. *Epiſtolarum ad regem Henricum* ii *et alios*, lib. i. Mſ. Cantabr. in coll. Corporis Chriſti. O. xi. 1. *Problematum*, lib. 1. Et alia. Pitſ. l. c. [f] Obiit 2 non. Maii ex fide obituarii Cantuar. apud Whart. *Angl. Sacr.* A. D. MCCI. Bal. et Pitſ. A. MCCII juxta *Annales* Winton. et Wigorn. apud Whart. *A. S.* tom. i. 138. Vide Cave. ii 395.

ALANUS, TURONENSIS dictus, vel quia in majori monaſterio Turonenſi diu vixit, vel quia ordinis erat Turonenſis, cujus permulta erant in Scotia coenobia, caput vero Kilwinnin. Scripſit *Hiſtoriam Comitum de Galweia*, lib. 1. *Fundationes coenobiorum*, lib. i. *Rhythmos Latinos*, lib. i. Claruit anno MCCCL. Dempſter. xviii. 1140.

ALAU [DAVID] poëta Cambro-Britannus, qui floruit circa A. D. MD. Davis.

ALBANUS[a], nobilitatis et pietatis omnis eximium plane ornamentum, ita Britanniam, ſuſcepta fidei perſuaſione, illuſtravit, ut hactenus ejus fama et ſacroſancta memoria univerſae eccleſiae catholicae vel celeberrimae fuerint. Sed quoniam longa dies, et rerum viciſſitudines pleraque ſi non extinguunt, obſcurant tamen, et alioqui magna diminuunt; putavi facturum me piis rem nec ingratam, nec inutilem, ſi divini Albani vitam compendio, ſed lucido, explicarem. Sequar igitur inſtitutum meum. Eo tempore, quo floruit Albanus, bonae literae, beneficio magno Romanorum, in Britannia, jam in provinciam redacta, enituerunt; uſque adeo, ut nobiles votis omnibus eloquentiam, una cum receptis artibus, inſigniter excolerent. Utque felicius haec ſibi ornamenta compararent, ipſos ſcientiarum fontes, nempe Romam, de more petebant. Amphibalus, juvenis ad virtutes natus, alumnus urbis Legionum, iter Romam verſus adornabat. Fecerunt et ſimili ſtudio idem alii multi nobiles. Ille vero praecipue Albanum recte ſibi cognitum, tanquam jucundum itineris comitem, delegit. Perventum eſt ad urbem, terrarum dominam, regnante Diocletiano, imperatore fortiori quam meliori; cum quo, ut nobilem decuit, ſtrenue totos ſeptem, ſi vera refert hiſtoria, annos militavit. Deinde revertendi in patriam data poteſtate, viatico honorifice donatus, et magiſtratus munere auctus, Verolamium, nobile municipium juxta ripas fluminis Verlumi, a quo nomen ſumpſit, ſitum, pervenit. Non longo poſt intervallo ſaeviit Diocletianus [in Mſ. Domitianus] ſaeviit et Maximianus, uterque crudelis, impius, immanis carnifex, in piam Chriſtianorum turbam. Amphibalus hoc tonitru perterritus, fugit ad Britannos, et Verolamium recta contendit. Ecce Maximianus Herculius, Chriſti contemptor, in partem imperii vocatus, pleniſſimus irae, et ſanguinem ſitiens, in Britanniam navigat; ubi invenit Aſclepiodotum gubernationi provinciae publico ſenatus decreto praefectum. Et erat ille quidem Maximiano dignum patella cooperculum. Emiſſa ſtatim in Chriſtianos edicta. Albanus et Amphibalus religionem Chriſtianam, qua leviter ante Romae imbuti erant, meditabantur. Non defuerunt corycaei. Amphibali nomen ad Aſclepiodotum delatum. Quaeſitus, at non inventus ille. Interea Albanus diſcipulus pro praeceptore inquiſitoribus ſe obtulit; et tormentis exagitatus, carceris quoque moleſtias paſſus eſt. Quaeſitus, inventus, revocatus Amphibalus. Examinati Chriſto ſe devovebant. Inde factum, ut ille ſecuri[b] percuſſus, hic lapidibus miſſilibus obrutus, vitam finirent hanc momentaneam, recepturi aeternam. Concidit Albanus in monticulo urbi vicino, quem Saxones poſtea HOLMEHURSTE, a ſilva ibidem excreſcente, nominabant; ubi et ignobili ſepulchro principio conditus. Fama et ſcriptores referunt Amphibalum Retheburnae ſepultum fuiſſe. Reddita eccleſiae tranquillitate, honos ingens habitus ſepulchro Albani, et erectum ſacellum. Civitas vero Albani de tyranno triumphos portis ac muris, in pium opus exſculptis quadratis ſaxis, inſeruerunt. Cujus facti et anonymus, qui vitas Albani et Amphibali elegantiſſime perſcripſit, Saxonibus paganis Verolamium tum occupantibus, mentionem facit. Fortunatus in libello de *Laude virginum*, qui pars octavi libri ejus carminum eſt, ubi et martyres commemorat, de Albano ſic ſcribit: "Egregium Albanum foecunda Britannia profert." Invaſerat Britanniam haereſis et Ariana et Pelagiana. Germanus, epiſcopus Altiſiodorenſis, et Lupus Trecaſenſis, acciti in Britanniam, Verolamii, ut ego didici, ſynodum celebraverunt anno CLXIII a martyrio Albani. Quo tempore Germanus Albani ſepulchro pia vota fecit, et ejus nomine ſacellum ibidem adhuc ſacrum extat. Gildae hiſtoriola meminit D. Albani his verbis: "Ne penitus craſſa atrae noctis caligine "Britannia obſcuraretur, clariſſimas lampades ſanctorum martyrum nobis accendit, quorum nunc "corporum ſepulturae et paſſionum loca, ſi non lugubri divortio barbarorum quamplurima ob ſcelera "noſtra civibus adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem incuterent. Sanctum "Albanum Verolamienſem, Aaron et Julium [in Mſ. Julianum] Legionum urbis cives, et caeteros utriuſque ſexus diverſis in locis ſumma magnanimitate in acie Chriſti perſtantes dico." ([c]) Beda quoque primo *Hiſtoriae Anglicanae* libro praeclare de Albano ſcribit: "A regni Saxonum "initio uſque ad imperium potentis Offae, regis Merciorum, Albani ſepulchrum tantum eccleſiola, "et paucis miniſtris donatum. Offa autem tum loci, tum[d] martyris celebritate tactus, amplum, "ſumptuoſum, et undecunque magnificum coenobium Benedictinorum a fundamentis erexit, et latifundiis ditavit." Ex *Lelando*. Vide infra ANONYMUM.

[a] Albanum natione Scotum eſſe, et ſcripſiſſe tradidit Dempſterus l. xxiii. *Chriſtianorum puritatem*, lib. i. [b] De martyrio S. Albani vide Stillingfl. *Orig. Brit.* p. 70, 71, 73, 74. et Tyrelli *Hiſtor.* praef. xxiv. Obiit S. Albanus A. CCLXXXVI, [Ita Beda *Hiſt.* l. i. c. 6. et 7. innuere videtur; Capgrave in *Vita S. Albani*, Creſſey in *Eccl. hiſt.* l. vi. c. 8.] viz. ſub Diocletiano; et non, uti Malmeſb. ait perperam, CCXCIII. Vide Alfordi *Annal.* tom. i. p. 180, ſeqq. [c] Delendum eſt hoc comma, verba enim quae ſequuntur ſunt Lelandi, non Bedae, qui haec ſcribere non potuit, utpote mortuus diu ante Offae regnum. [d] De inventione S. Albani et miraculis fuſe agit Matthaeus Pariſienſis, p. 983. etc.

ALBANUS MONACHUS, ordinis S. Benedicti in coenobio S. Albani, vates a Pitſeo, ſomniator vero a Balaeo cognominatus, quia eximia quadam arcanarum rerum cognitione praeſtans ob varias, quas

quas in ſomniis habebat viſiones, tanquam magus, aut vates in ſumma veneratione habebatur apud multos. Nam et verſus quoſdam propheticos edidit, per quos tandem cognoſceretur Sextus ille Hyberniensis; de quo longe ante ejus ſcripſerunt tempora et Gildas Albanius et Merlinus Caledonius. Chartis ergo commiſit vir proſa et carmine clarus *Verſus vaticinales*, lib. i. " Anglia, tranſmitte " Leopardo lilia." (Vid. Mſ. bibl. Bodl. NE. c. iv. 3. et Digby. 186.) *Prophetias* quoque, lib. i. Quo tempore, aut ſub quo rege claruerit, certe nondum reperi. Bal. xii. 1. Pitſ. *App*. p. 822.

ALBERICUS ſive ALBRICIUS [a] merito inter eruditos collocandus, ſed ejus tenuis ad meas pervenit aures cognitio. Conſtat interim ex veteris codicis inſcriptione fuiſſe eum urbis Londinenſis alumnum. Diverterat amiculus quidem in meam gratiam [b] Ventam Icenorum, excuſſurus bibliothecas ibidem bonis libris refertas; hoc nomine, ut mihi eo paulo poſt venturo, labor in eadem parte tum expeditior, tum gratior eſſet. Multos ille autores, a me non ante aut viſos aut lectos, exquiſivit, inter quos et Albricius de *Origine deorum* comparuit. Conjecturis tantum ducor eum fuiſſe temporibus Joannis et Henrici tertii, regum Angliae, celebrem [c]. Ex *Lelando*.

[a] Seu Albericus Londinenſis, addit. Mſ. Lel. Trin. [b] Joannes Balaeus, addit. Mſ. Lel. Trin. [c] Chronographi haec pauca de Albricio, ſeu Alberico (ut quidam volunt) tradunt; quod philoſophus et hiſtoricus fuit, omniſque bonarum diſciplinarum generis peritus; quod prima in Anglorum academiis literarum rudimenta didicerit, et ſeveriora dogmata in aliis poſtmodum perquiſiverit regionibus. Reliquit *De origine deorum*, lib. i. " Fuit vir in Aegypto " ditiſſimus." Baſil. MDLXX. fol. Hic liber a quibuſdam Alexandro Nequamo tribuitur; ſed ſub nomine Alberici extat Mſ. Bodl. Digby 221. *Virtutes antiquorum*, lib. i. " Quoniam " miſericordia et veritas." In hoc tractatu antiquos philoſophos et provinciarum principes per multifarias eorum depinxit virtutes, Bal. *Canones ſpeculativos*, lib. i. *Allegorias poëticas, ſeu de veritate ac expoſitione poëticarum fabularum*, lib. iv.——MDXX. 4to. Librum *de imaginibus deorum*, ſive, *Poëtriam* (Baſil. MDLXX. fol. Heidelb. MDXCIX.) citat Bradwardinus in *Cauſa Dei*, etc. p. 157. Collectus eſt fere e Fulgentio, et editus inter alios mythographos a Thoma Munkero, Amſtel. MDCLXXXI. 8vo. Vide Fabricii *Biblioth. Lat*. Lond. MDCCIII. 8vo.

ALBERICUS [PHILIPPUS,] Mantuanus, per longum temporis ſpatium in Anglia commoratus, ſcripſit *Ad Henricum* vii *regem Angliae de honore per eum allato ſtudioſis Cantabrigiae carmen*. Pr. " Sat tibi laudis erat." *De mortis effectibus ex hyeme et nocte deſcriptis carmen*. Pr. ded. " Joa- " chino Bertunnier Anglo. Rogaſti, vir digniſſime, ut." Huic una miſit *Tabulam Cebetis, qua ſub picturis totus humanae vitae decurſus declaratur, per Phil. Albericum carminibus intextam ad Henr.* vii. Pr. ded. " Maxime terrarum princeps, quem grandia." Omnia Mſs. in bibl. coll. Greſham. 317.

ALBERTUS, natione Germanus, ſcholaſticus quondam majoris eccleſiae Bremenſis, poſtea factus erat Pruſſiae archiepiſcopus, ſed e Livonia a popularibus pulſus. Praefuit deinde Lubecenſi collegio, et Romanae eccleſiae in Angliam ſub Innocentio iv legatus a latere ad Ricardum Cornubiae ducem ditiſſimum A. D. MCCLII, ut ei Apuliae regnum illius pontificis nomine offerret venale. Per infenſiſſimum dicti Innocentii odium adverſus Rob. Groſſeteſtum, eo nondum mortuo, nominatus eſt epiſcopus Lincolnienſis. Thomas Gaſcoigne dicit in *Dictionario ſuo theologico*, par. ii. p. 94. quod Albertus Latine ediderit, dum apud Anglos eſſet, *Edmundi Cantuarienſis vitam*, lib. i. Scripſit, 1. *Sermonem in tranſlatione S. Edmundi arch. Cant. et confeſſoris*. 2. *Hiſtoriam canonizationis et tranſlationis S. Edmundi arch. Cant. et confeſſoris*. Dividitur in duas partes. Hi duo libri 1. 2. impreſſi ſunt in *Theſaur. anecdot.* per Martene et Durand. tom. iii. col. 1827. et 1831. Hic Albertus a papa Innocentio iv conſtitutus erat unus inquiſitorum de vitae moribus et miraculis S. Edmundi, ut, iis ſatis et ſufficienter cognitis et approbatis, procedatur ad canonizationem, col. 1841. Matt. Pariſ. fol. 480. vocat hunc falſo Andelmum, et ſecundum eum natione fuit Colonienſis. Vir moribus et literatura commendabilis (inquit) die ſancti Hieronymi in archiepiſcopum Armachanum apud Weſtmonaſterium, praeſente rege et legato, et quampluribus epiſcopis, Wigornienſi miniſterium peragente ſolenniter eſt conſecratus, 30 Sept. MCCXL. Ware de *Praeſul. Armach.* Praefuit ſedi Armachanae fere ſeptem annis, et reſignavit A. MCCXLVII. Ware. Ad aliam metropolim tranſlatus iter direxit verſus Lugdunum, ubi tunc ſedis apoſtolicae familia morabatur, ut ipſe retulit in *Anecdot. theſaur*. iii. 1862. A. D. MCCXXIX Albertus, Livonienſis epiſcopus, obiit, et Bremenſis eccleſia jure ſuo potita, magiſtrum Albertum, Bremenſem ſcholaſticum, in epiſcopum elegit, qui poſtea factus eſt primas in Hibernia. Sed Rigenſes canonici alium, ſcilicet Nicolaum, elegerunt, diuque fuit altrinſecus coram judicibus, impetratis a ſede apoſtolica, litigatum. Tandem papa Bremenſibus ſilentium impoſuit, pro ſua, ut dicitur, voluntate. *Hiſtor. arch. Bremenſ.* f. 97. edit. Fabric. A. D. MCCXLVII kal. Decemb. Albertus Lubicenſis epiſcopus Livoniae et Eſtoniae et Pruciae, apoſtolicae ſedis legatus Gerardo Bremenſis eccleſiae archiepiſcopo, tanquam Bremenſis eccleſiae ſuffraganeus praeſtitit juramenta indempnitatis et fidelitatis. *Privileg. archi. eccl. Hammaburg*. f. 173. edit. Fabric. A. D. MCCXLVII Albertus epiſcopus Livonienſis ſive Rigenſis in Lubic reſidens, datus eſt in tutorem ſive miniſtrum eccleſiae Lubicenſi; qui ſedit per ſex annos integros, quibus vacavit eccleſia Lubicenſis poſt deceſſum Johannis de Lubic epiſcopi, quia canonici de electione non poterant concordare. *Chron. Sclav.* f. 204. edit. Fabric. A. D. MCCXL, menſe Feb. in ſubventionem eccleſiae S. Petri et Pauli de Leonminſter Albertus arch. Armachan. omnibus vere poenitentibus et confeſſis, qui viſcera caritatis aperuerint erga eccleſiam memoratam xv dies, de injuncta poenitentia relaxavit. *Regiſt. de Radinga*. p. 2. b. a. Mſ. in bibl. Cotton. Domitian. A. iii. 2. *Epiſtola de inquiſitione miraculorum S. Edmundi*. Dat. A. D. MCCXLIV. *Theſaur. anecd.* iii. col. 1902. Claruit A. MCCLX, juxta Bal. xiii. 34.

ALBERTUS Scotus, ſive Aldebertus magnam habuit cum S. Bonifacio controverſiam. Scripſit *Contra Bonifacium*, lib. iv. *Epiſtolas ad amicos*, lib. i. Claruit anno DCCL. Dempſter. i. 84.

ALBINUS Brechinensis episcopus, in aula cum Malcolmo iv educatus, scripsit *Acta S. Malcolmi regis*, lib. i. *De translatione ejusdem*, lib. i. *Super S. Scriptura*, lib. i. Obiit anno MCCVI. Dempster. i. 88.

ALBINUS CANTUARIENSIS, ecclesiae S. Augustini ibidem abbas. In divinarum Scripturarum studiis ita erat a B. Adriano (praedecessore abbate) institutus, ut Graecam linguam simul et Latinam non minus quam maternam, quae sibi naturalis erat, aeque noverit. Vide Gul. Thorn. in *Chronico*. Autor ante omnes atque adjutor opusculi hujus Albinus, abbas reverendissimus, vir per omnia doctissimus extitit. Qui in ecclesia Cantuariorum a beatae memoriae Theodoro archiepiscopo, et Hadriano abbate, viris venerabilibus atque eruditissimis institutus, diligenter omnia quae in ipsa Cantuariorum provincia, vel etiam in contiguis ejusdem regionibus a discipulis B. papae Gregorii gesta fuere vel monimentis literarum vel seniorum traditione cognoverat, ea mihi de his quae memoria digna videbantur, per religiosum Londinensis ecclesiae presbyterum Nothelmum, sive literis mandata sive ipsius Nothelmi viva voce referenda transmisit. Bed. praef. *Hist. eccl.* Thorn. in *Chronico*. Mabillon, *Annal*. i. p. 10. eum S. Petri abbatem vocat; et recitat epistolam Bedae huic Alcuino sive Albino scriptam; in qua gratias agit maxime ob literas, quibus me jam secunda vice in *ecclesiasticae gentis nostrae historia*, ad quam me scribendam jamdudum instigaveras, creber adjuvare atque instituere curasti. Obiit anno DCCXXXII. Thorn. in *Chronico*.

ALBINUS [FLACCUS,] qui et Alcuinus [a] dictus est, ab Ecberto, Eboracensium archiepiscopo, educatus, et literis elegantissimis instructus fuit: id quod ipse in libro *Epistolarum* suarum non semel testatur; et maxime in ea, quam scribit ad Eboracenses: "Vos fragileis infantiae meae annos fovistis materno adfectu, et lasciviam pueritiae meae pia sustinuistis patientia; et paternae castigationis disciplinis ad perfectam viri educastis aetatem, et sacrarum eruditione literarum roborastis." Haec illi honesta educatio postea tam bene cessit, ut assidua diligentia, industria, cura, quam studiis impendebat, ad unum omnes, qui una cum illo discebant, [b] facile vicerit. Gaudebat magnopere Ecbertus felici successu alumni sui; et illum bibliothecae praefecit, quam tum Eboraci, non sine infinita auctorum tum Latinorum tum Graecorum varietate, in gratiam studiosorum posuit. Videtur Meildunensis, libro de *Regibus* primo, laudem et gloriam bibliothecae omnem Albino attribuere, ut ex his verbis liquet: "Hic omnium liberalium artium armarium, ut ita dicam, et sacrarium fuit: nobilissimam bibliothecam constituit Eboraci. Inde data illi occasio maxime opportuna, ut optimos quosque libros nocturna versaret manu, versaret diurna; qua tantum abest, ut non sit usus, ut nullum prorsus tempus remiserit." At jam maturior orbi factus, venit illi in mentem, ut Cantiam peteret: cupiebat enim mirum in modum Theodori et Adriani lectionibus, dubio procul doctissimis, interesse. Quare, relicto Eboraco, Durovernum, primam Cantiae urbem profectus est; ubi ab Adriano, Augustiniani coenobii abbate, humaniter acceptus est. Hic linguarum puritatem, hic doctas artes, hic, ut breviter finiam, bonarum literarum orbem absolvebat. Interea fato concessit Adrianus, et monachorum Augustinianorum communi suffragio Albinus abbas electus est. Sed non illum nova dignitas magis, quam ille dignitatem illustravit. Nam Adriani vestigiis incedebat, et monachos suos nullo non genere literarum informavit: ipsum quoque Bedam, ut *Anglicanae ecclesiae Historiam* scriberet, hortatus est. Dumque sic virtuti studeret, ecce Offa, Merciorum princeps potentissimus, una cum caeteris Angliae regulis, habebat justissimas causas mittendi oratores ad Carolum [c] magnum. Quaerenti autem quos potissimum mitteret, Albinus occurrit inter alios, quem tam necessariae juxta ac utili legationi praeficeret. Hic itaque una cum aliis et doctissimis et prudentissimis viris, in Galliam transfretavit; Caroloque magno principum Anglicorum causas magna dexteritate, majori facundia, maxima vero prudentia aperuit; usque adeo, ut Carolus delectatus, supra quam cuique credibile est, hominis eloquentia et sapientia, tum etiam morum suavitate, illum in Gallia, forsan etiam annuente Offa rege, propositis honestissimis conditionibus, retinuerit. Erat ipse Carolus optimo ingenio, et non a literis abhorrenti. Quare cum Albino egit, quibus modis Francos suos eruditis artibus excoleret; non hic defuit sanum Albini consilium, qui ipsum principio Carolum insigni quadam diligentia, editis ad hoc aliquot, qui adhuc extant, libellis instruxit; deinde publicis praelectionibus nobilitatem Francicam Lutetiam Parisiorum illexit: postremum, et plebem ipsam, ut quisque erat praeclaro ingenio, ad optima studia incitavit. Unde brevi scholasticorum numerus magnus Lutetiam confluxit. Atque haec fuit academiae Parisiorum origo, quam nostro Albino debent [d]. Eginhartus, qui *De vita Caroli magni*, domini sui, libellum edidit, haec scribit: "In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconum audivit; in caeteris disciplinis Albinum, cognomento Alcuinum, item diaconum de Britannia, "Saxonici

[a] Alcuinus, ex agro Eboracensi, ut nonnulli volunt, ut alii, non procul Londino oriundus, primum Bedae, deinde Egberti Eboracensis discipulus. Cave, *Hist. Liter*. p. 495. ex *Vita a Du Chesne per annos digesta*, etc. Vide *Epistolam* ad Eanbaldum archiepiscopum. Vocatus *diaconus*, quoniam ultra illum ordinis ecclesiastici gradum nunquam ascendit. Pitf. p. 156. [b] Aliquod tempus Oxoniae studuit in illius academiae infantia. *Histor. Antiq. Oxon*. tom. i. p. 11. Gymnasii Cantabrigiensis annales habent, quod omnes illic liberales artes publice post Bedam docuerit, Latine, Graece, et Hebraice peritus. Bal. ii. 17. [c] Aliam ad Carolum M, itineris causam reddit Cl. Cave his verbis: "Anno DCCXCIII a Carolo M. evocatus, ut sibi Faelicis Orgelitani haeresim, et pseudo-synodi Nicaenae canones oppugnanti praesto adesset, ac subsidium ferret, in Galliam transfretavit, et in summam Caroli amicitiam receptus, scholae Palatinae praefectus est. Anno sequente Carolum ad synodum Francofordiensem comitatus est, et canone 56 synodo a rege commendatus, in patrum consortium et amicitiam adscitus est: ab eodem monasteriorum Ferrariensis, S. Jodoci, et S. Lupi praefectura paulo post donatus," etc. [d] Alcuino quicquid penitioris doctrinae, quicquid politioris literaturae, isto et sequentibus seculis Gallia ostentat, totum acceptum referri debet. Ei academiae Pari-

" Saxonici generis hominem, virum undecunque doctiſſimum, habuit; apud quem et rhetoricae et " dialecticae, praecipue tamen aſtronomiae ediſcendae, plurimum laboris et temporis impertiit. At " quo tandem munere retulit gratiam Carolus? Certe Albinum abbatem Martiniani coenobii apud " Turones inſtituit. Illum eleemoſynis ſuis, illum etiam ſanctis conſiliis praeficere." Quod ſi nunc quem juvat, quid amplius in Gallia fecerit, ſcire, perlegat librum ejus *Epiſtolarum*, et abunde doctus erit. Nos interea indicabimus quos libros ediderit, teſte Donato Gallo, minime mendaci hiſtoriographo: *De trinitate*, [a] libros tres [b]. " Domino glorioſo Carolo." *In Geneſim*, librum i. [c] " Quomodo convenit [d]." *In Cantica canticorum*, librum i. [e] *In Eccleſiaſten*, librum i. [f] *In evangelium Joannis*, libros vii. [g] *In epiſtolam ad Hebraeos*, [h] libr. i. *Dialogorum ad diſcipulos*, libr. i. *De ratione animae ad Eulaliam* [i]. " Chariſſimae." *Sententiarum*, libr. i. " Moſes per " revelationem." *Vitam S. Vedaſti Atrebatenſis* [k]. *Carminum* [l] *ad diverſos*, libr. i. inter quae extat unum de ſeptem ſcientiis: quibus et hos addit Trittemius; *In Apocalypſin Joannis*, libr. i. *Enchiridion in quoſdam pſalmos* [m]. *De utilitate animae ad Guidonem comitem* [n]. " Dilect. fil. Guidoni." Quem librum ex ſoluta oratione in carmen Richaleon vertit. *De adoptione filiorum Dei* [o]. " Venera- " bili." *De eccleſiaſticis dogmatibus* [p]. " Credimus unum Deum." *Speculum parvulorum* [q]. " In " Scriptura." *De nominum Dei proprietate* [r]. *De artibus liberalibus* [s]. *Epiſtolarum* libr. [t] *In epiſtolas Pauli*, libros xiv. [v] *De ratione animae*. *De proprietate ſermonum* [x]. Nos praeterea vidimus *De adoratione imaginum* [y]. *De genealogia Chriſti* [z]. *De aſtronomia*. *De dialectica* [a]. *De rhetorica* [b]. Niſi quis putet, hos libellos inter *Dialogos* numerandos. *De orthographia* [c]. *De auriculari confeſſione* libellum, qui in librum ejus *Epiſtolarum* irrepſit. *Orationum*, quas [d] *miſſales* vocant, libr. i. *De ſacrario Dei* [e]; qui liber tamen falſo aſcribitur Albino. *Vitam D. Martini* [f]. *Homiliarum* [g] libr. i. *Dogmata Albini ad Carolum imperatorem* [h]. *Orationem Dominicam*, *Symbolum apoſtolorum*,

Pariſienſis, Turonenſis, Fuldenſis, Sueſſionenſis, aliaeque plures originem et incrementa debent; quibus ille, ſi non praeſens praefuit, aut fundamenta poſuit, ſaltem doctrina praeluxit, exemplo praeivit, et beneficiis a Carolo impetratis adauxit. (Cave.) Vide Praef. Andreae Quercetani ad opera Alcuini, Pariſ. MDCXVII. f. Et Praef. in *Biblioth. patrum*, etc. XVII vol. Pariſ. MDCLIV. fol. Uſſerii *Syllogen epiſt. Hibern.* p. 51. et Mabillonii *Analecta* tom. 4. [a] Quaedam Alcuini *De trinitate* * (Pr. " Quamvis alius ſit pater") inter *Orthodoxographa*. p. 1733. [b] Ad Carolum M. Pr. " Domino glorioſo, etc. Dum dignitas imperialis a Deo." Bale Operum Alcuini a Lelando citat. p. 702. Praeter hos habet Boſt. Burienſ. *Dialogorum de trinitate*, lib. i. " Cum " omnis:" in bibliothecis num. 82. 9. 15. 139. 63. Item *Manifeſtationem trinitatis*. In bibl. Bellenſi. Boſt. Bur. num. 82. 95. 8. 128. 32. 80. [c] *Quaeſtiones ſuper Geneſim ad literam*, Ep. ad Sigwulfum. " Quia individuus." In bibl. Burienſi apud Boſtonum. Et Mſ. Merton. N. IV. II. Ita in impreſ. Pariſ. MDLXXXIX et MDCXVII. [d] Pr. " Quo- " modo convenit quod in Geneſi." Mſ. bibl. Bodl. Barl. opt. notae, num. iv. " Dilectiſſimo in Chriſto Sigwulfo." (Bale.) Operum Alcuini juxta Lelandum p. 1. Mſ. in bibl. Merton. Oxon. et bar. Lumlei. Extat Pariſiis apud Sonnium anno MDLXXIX cum *Bibl. patrum* Bignaei. (Pitſ.) [e] Lib. v. Pitſ. Pr. " Oſculetur, etc. Synagoga Deum incarnari " deſiderat." Mſ. in bibl. Lumleiana. Pariſ. anno MDLXVIII. (Pitſ.) Editus a Patr. Junio ex bibl. regia una cum *Commentario* Gilberti Foliot in *Cantic. cant.* Lond. MDCXXXVIII 4to. [f] " Dilectiſſimis in Chriſto filiis, etc. Poſtquam " paternae pietatis." (Bale) Mſ. Oxon. in bibl. Bodl. ſup. A. i. Art. 65. et in collegio Merton. Mſ. O. vii. 9. art. (Pitſ.) Prodierunt ex offic. Bebeliana Baſil. MDXXXI. 8vo. et Pariſ. MDLXXXIX. Extat Operum Alcuini p. 310. Et in bib. novi monaſt. juxta Boſton. Bur. [g] Ad Giſlam et Richtrudam. Pr. " Quam in ſanctiſſimo ſapientiae." Extant Argentorati anno MDXXVII. 12mo. Pitſ. et Oper. Alcuini p. 378. Item in bibl. Burienſi apud Boſt. Bur. [h] Inter opera deperdita annumerat Cave. [i] Lib. i. in bibl. S. Ben. de Holme. Ita in Boſton. Bur. Pr. " Sanctae ſollicitudi- " ni veſtrae." (Bale, Mſ.) in bibl. Luml. (Pitſ.) [k] Lib. i. (α) Vide Surium in menſe Febr. Pitſ. [l] Carmina (β) 272 prodierunt cura Cl. Du Cheſne inter Opera p. . . . *Carmen* ix *verſ. in Bedam*. Pr. " Beda Dei famulus." Mſ. bibl. Bodl. Laud. xxxiii. D. [m] Seu, *Expoſitio pia brevis in* vii *pſalmos poenitentiales*; *in pſalmum* cxviii. *et in pſalmos graduales, ad Arnonem archiepiſcopum Saliſburgienſem*. Primitiae officinae typographicae a Nic. Buonio inſt. Pariſ. MDXC. 12mo. Prodiit ſeorſim Pariſ. MDXLVII. 8vo. et ibid. MDLXVII. (Pitſ.) praefatione tamen mutilum; quam primus edidit Lucas Dacherius, *Spicileg.* tom. ix. (Cave) et Oper. Alcuini p. . . [n] Warwicenſem (ita Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 68.) lib. i. " Memor petitionis tuae et pro." Mſ. Oxonii in bibl. Bodl. NE. D. vi. 8. Et Mſ. Muſ. 68. et Mſ. Laud. D. lxxxi. (ubi pr. *Amor* non *Memor*) et Cantab. in coll. C. Chriſti Miſc. I. cxxxvi. et in bibl. *Lumleiana*. et cap. xxxviii. Mſ. Cotton. Veſpaſ. D. VI. literis Saxonicis. [o] Lib. i. [p] Lib. i. idem fortaſſe cum *Symbolo fidei*. Operum Alcuini p. . . . Vide infra de *Confeſſione fidei*. Hunc librum adſcribit quidam S. Auguſtino, alii Fulgentio, ut et Iſidoro aut Gregorio (Cocus p. 131.) plerique Gennadio. Inter Tertulliani Opera etiam inſertum prodiit Placcius ii. 24. 90. [q] Lib. i. In bibl. S. Agathae, juxta Boſton. Bur. [r] Lib. i. " Domino Deo [*David* pro *Deo*. Boſt. " Bur.] rectori optimo." Bale. [s] Lib. i. " Domino " meo venerabili." Bale; et Operum Alcuini p. . . . imperfectus, cujus duo tantum extant capitula; videlicet de grammatica et rhetorica, cum tranſitione ad dialecticam. Cave. Extat inter *grammaticos veteres* edit. per Putſchium, Hanov. MDCV. 4to. p. 2075. [t] Mſ. Cotton. Fauſtina B. iv. Epiſtola ad r. Northumbr. Adelredum. Pr. " Sua- " vitas ſancti." Alia ad eundem. Pr. " Memor dulciſſi- " mae dilectionis." 1. Ad S. Embaldum epiſcopum Ebor. Pr. " Laus et gloria Deo." 1. Ad capitulum Ebor. Pr. " Venerabiles veſtrae dilectionis." Epiſtolarum libr. olim in bibl. Dunelm. et novi monaſt. juxta Boſt. Bur. Epiſtolae cxx plus minus manu ſemi-Sax. exaratae, Mſ. Cotton. Tiberius A. xv. Epiſtolae cxv extant inter Opera p. . . . quarum lxvii habentur apud Henr. Caniſium, tom. i. p. 1. Epiſt. ii. in Baluz. Miſcell. tom. i. p. 365. Epiſt. iii. a Dacherio editae *Spicileg.* tom. ix. Epiſt. xxvi a Mabillonio evulgatae *Annal.* tom. iv. p. 272. (Cave) Epiſtolae hiſtoricae extant apud *Scriptores Hiſt. Franc.* tom. ii. p. 668. Epiſt. duae; 1. ad Æthelheardum archiepiſcopum: Pr. " Audiens." 2. ad Eanbaldum archiepiſcopum: Pr. " Ecce, fili." Mſ. C. C. C. Cantabr. k. ii. et L. xii. [v] Inter opera deperdita annumeratos. (Cave.) [x] Vel rerum, lib. i. [y] Omit. a Cave, (γ) *Contra venerationem imaginum*, lib. i. (Bale.) [z] Lib. i. [a] Lib. i. Pr. " Quia " mentionem philoſophiae." Interlocutoribus Car. M. et Alcuino. Operum p. . . Prodiit Ingolſt. MDCIV. 4to. Cave in tom. v. p. ii. p. 960. *Ant. Lect.* Caniſii. Mſ. in mon. S. Galli. Extat apud H. Caniſium in *Prompt. eccl.* (Pitſ.) [b] Ad Carol. imp. lib. i. Pr. " Domino glorioſo Carolo im- " peratori." *De rhetorica et de virtutibus* (δ) *dialogus*. Pr. " Audivimus, o doctiſſime magiſt." Caniſ. t. v. ii. p. 988. Prodiit Pariſ. MDXCIX 4to. (Cave) MDXXXIX. (Pitſ.) [c] Lib. i. " Aeternus, aetas per ae diptongon." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. al. 24. Definit in litera P. Inter opera deperdita recenſet Cave. [d] Compoſuit Albinus *Miſſam de ſanctiſſima trinitate*. (ε) *Miſſas votivas per hebdomadam*. xi *miſſas de B. Maria virgine*. *Miſſam pro amore ſapientiae*. *Miſſam pro poenitentibus*. *Miſſam pro charitate perfecta*. *Officium tam diurnum quam nocturnum pro feſto S. S. trinitatis*. Haec omnia uſque hodie retinet eccleſia Romana. Pitſ. [e] *De ſanctuario divino*, lib. i. Pitſ. [f] Lib. i. " Poſtquam Dominus noſter Jeſus." Bale. Opp. p. . . Mſ. bibl. Bodl. F. 7. 4. (ζ) Vitam S. Martini a Sulp. Severo deſcriptam dictis planioribus elucidavit, juxta Boſt. Bur. [g] In pleriſque codd. Alcuino inſcribuntur, cum Paullo Diacono adjudicandae ſunt. Cave. Extat editio vetus *Homeliarum* Alcuini.

apoſtolorum, Canticum Ambroſii [i] *carmine. De octo partibus orationis* [k], *per dialogum interlocutoribus*

Alcuini. . . . . f. Bale. Vide in bibl. Concionat. per Fr. Combefis. [h] Lib. i. Mſ. Cantab. in bibl. C. C. C. O. xxv. [i] " Te Deum laudamus." [k] Lib. i. " Audivimus te, doctiſſime." Bale. Idem, ut videtur, cum *Grammatica* Alcuini. (Pitſ.) Mſ. in bibl. S. Galli. Extat etiam in *Promptuario* H. Caniſii (Pitſ.) et Ingolſt. MDCIV. 4to. et Hanov. MDCV et Operum Alcuini p. . . . [l] Praeter ſcripta a Lelando memorata in editione Operum Alcuini per Andr. Du Cheſne Pariſ. MDCXVII fol. extant: *Dicta ſuper illud Geneſeos*, Faciamus hominem ad imaginem noſtram. p. . *De pſalmorum uſu liber, cum variis precandi formulis ad res quotidianas accommodatis*, ad Fredigiſium. p. . . . . Extat apud Mich. Sonnium Pariſ. MDLXXIX. (Pitſ.) *Officia* (η) *per ferias*, ſeu pſalmi ſecundum dies hebdomadis ſingulos diſpoſiti, una cum orationibus, hymnis, confeſſionibus, et litaniis. p. *Epiſtola de illo Cantici canticorum loco*, Sexaginta ſunt reginae, etc. p. . . . Pr. " Quia pridem de numerorum." Extat apud Caniſium tom. vi. p. 566. tunc primum edit. ex Mſ. S. Galli. *Epigrammata* (θ) *de recognitione et emendatione totius divinae Scripturae* ab Alcuino facta. p. . . . *Invocatio ad S. trinitatem.* p. . . . *De trinitate ad Fridegiſum quaeſtiones* xxviii. ſeu *Confeſſio*, ſive *Doctrina de Deo.* (ι) Operum p. . . . *Ad quaeſtiones Fridegiſi*, lib. i. " Deſideratiſſimo." In bibl. Bur. et S. Alban. uti habet Boſt. Burienſis. " Placuit " prudentiae veſtrae, fili." (Bale) Extat Mſ. in bibl. 6. B. viii. 7. reg. Weſtmon. Idem eſſe putat Pitſeus cum *Libro quaeſtionum de trinitate et unitate.* Mſ. Cantab. in aula Pembroch. et in bibl. Lumleiana. *De differentia aeterni et ſempiterni, immortalis et perpetui, ſaeculi, aevi, et temporis epiſtola.* p. . . . Extat in tom. iii. *Bibl. patr.* (Pitſ.) *Contra Faelicem Orgelitanum epiſcopum*, lib. vii. anno DCCXCVIII ſcripti. (κ) Operum p. . . . In *Bibl. patrum* Paulino Aquileienſi male tribuuntur. Cave. De hoc opere vide Nic. Antonium. *Bibl. vet. Hiſp.* lib. v. c. iv. p. 273. *Epiſtola ad Elipandum, Toletam epiſcopum, cohortatoria in catholica fide.* p. . . . *Epiſtola Elipandi ad Alcuinum*, injuriis et calumniis refertiſſima, anno DCCXCIX ſcripta, ſtylo barbaro. *Contra Elipandi epiſtolam* libelli ii. quibus evacuat pravas illas aſſertiones, anno DCCC ſcripti. *De incarnatione Chriſti, et de duabus in eo naturis, ac de unitate perſonae, contra eundem*, libr. ii. eodem anno ſcripti. p. . . . Lib. i. " Denique ad veram beatitudinem." Bale, Pitſ. Mſ. Cantab. in aula Pembr. Cod. 198. et bibl. Lumleiana. Pitſ. et Mſ. *reg. Weſtmon.* vi. B. viii. 4. *Epiſtola ad filiam in Chriſto cariſſimam.* . . . . *De divinis officiis* liber, ſive *Expoſitio Romani ordinis.* Habetur ſub Alcuini nomine inter alios ſcriptores ejuſdem argumenti ſaepius editus, in editione vero Operum Alcuini Du-Cheſniana xii integris capitulis auctus. Alcuini autem non eſſe, et poſt A. D. M. ſcriptum eſſe certo certius conſtat. p. . . . Extat in tom. iii. *Bibl. patr.* (Pitſ.) *De ratione Septuageſimae, Sexageſimae, et Quinquageſimae epiſtola.* p. . . Extat in tom. iii. *Bibl. patr.* (Pitſ.) *De baptiſmi caeremoniis* ad Odcinum preſb. epiſtola. p. . . . *De iiſdem caeremoniis Carolo imp. alia epiſtola.* Pr. " Domine mi Chriſtianiſſime, imperator. Apud Caniſium tom. vi. p. 369. Hanc Alcuino recte abjudicat Sirmondus: Amalarii enim Trevirenſis eſt. p. . . . *De confeſſione peccatorum ad pueros S. Martini* Ep. i. p. . . . Princ. " Dilectiſſimis in Chriſto filiis." Mſ. in bibl. S. Galli Helvet. Extat apud H. Caniſium, *Ant. Lect.* t. v. p. ii. p. 323. Olim in bibl. mon. S. Albani, ut ait Boſt. Bur. *Sacramentorum liber.* p. . . . Prodiit Colon. MDLXXI et MDCIX 4to. *Homiliae* iii. (ſpuriae) p. . . . *Vita Antichriſti ad Car. M.* lib. i. " In primis illud praecipue eſt." (Bale) " Praeferendum eſt nobis." Mſ. bibl. Bodl. E. 4. 3. In bibl. Bur. juxta Boſt. Bur. *De virtutibus ac vitiis et utilitate animae ad Guidonem com.* lib. i. Pr. op. " Primo omnium." In Boſt. Bur. catalogo num. 15. 20. 50. 82. 95. " Dilectiſſimo filio Guidoni, etc. Memor petitionis tuae." Mſ. Oxon. in bibl. Bodl. NE. A. 1. 1. et Mſ. Laud. D. 81. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 5. E. iv. 4. et 6. A. xi. 2. et 8. F. iv. 4. et Mſ. Cantab. in coll. C. Chr. O. xxv. et in aula Pembroch. Mſ. 198. et in bibl. Lumleiana. (Pitſ.) Op. p. . . . *Diſputatio regalis et nobiliſſimi juvenis Pippini* (poſtea regis Italiae) *cum Albino*, lib. i. " Quid eſt litera, ſi " ad." (Bale) p. . . In bibl. Burienſi et Bellenſi uti habet Boſt. Burienſis. *De tranſitu S. Martini ſermo.* p. . . *Vita B. Richarii preſbyteri.* p. . . Extat apud Surium 26 Apr. *De vita S. Willebrordi Trajectenſis epiſcopi*, lib. ii. alter ſoluta, alter vincta oratione compoſiti; cum *homilia* in natalem ejuſd. et elegiaco carmine. p. . . . Mſ. in bibl. Bodl. Oxon. inter Collectanea Lelandi. Vide Surium 7. Novemb. (Pitſ.) *Homilia* (Pr. " Licet per totius") et *Vita* carmine extant apud Caniſium *Ant. Lect.* tom. vi. Vide Voſſ. Hiſt. Lat. l. ii. c. XXX. Extant apud Mabillon. *Sacc. Ben.* iii. p. i. p. 601. et Surium 7 Novembr. Cave p. 496. ſeq. et Ingolſt. MDCIV. 4to. " Omnia hucuſque in editione Du " Cheſniana inveniuntur: his addenda ſunt: " *Libri* (γ) *quatuor Carolini de imaginibus.* Pariſ. MDXLIX 8vo. Colon. MDLV 8vo. ——— a Goldaſto — MDCVIII 8vo. Hos ſub Caroli nomine ſcripſiſſe tradit Rogerus Hovedenus, *Annal.* 792. et M. Weſtm. anno ſequente; ſed cl. Cave eos Alcuino abjudicandos eſſe cenſet. Quidam Ingelrami Opera in his condendis Carolum uſum fuiſſe vult. — Clamitant quod eccleſia Anglicana ſaeculo Caroli magni imagines execrata ſit, idque nulla alia probatione quam commentitiae Alcuini epiſtolae, quae nullis aliis quam mathematicis literis ſcripta, nec alibi quam in Europa apparuit. Praef. Nic. Harpsfeld. in *Eccl. Hiſt.* *Confeſſio fidei*, (η) ſive Defloratiuncula ex Auguſtini aliorumque patrum ſcriptis collecta, et in quatuor partes diviſa, ſub Alcuini nomine a Chiffletio edita eſt Divione MDCLIV 4to. inter alia quaedam aliorum opuſcula. Confeſſionem iſtam foetum eſſe Alcuino ſuppoſitum probare conatus eſt doctiſſ. Dallaeus in tractatu poſthumo Rhotomagi anno MDCLXXV edito. Eam haud minus fuſè Alcuino vindicare (quia tranſubſtantiationis dogmati favere videtur) nititur J. Mabillonius diſſertatione prolixa, quae habetur *Analect.* tom. i. p. 178. etc. Ex utrius partibus ſtet veritas, judicent eruditi. Notari tamen velim Mabillonium candide ſatis fateri, ſe rem haud adeo confeciſſe, quam probabilem reddidiſſe. *Breviarium fidei adverſus Arrianos*, quod inter opuſcula dogmatica anonymum edidit Sirmondus Pariſ. MDCXXX. Mſs. codices Alcuino adjudicare teſtatur Chiffletius. Praef. ad Opera Ferrandi. *Homilia de purificatione B. Mariae virginis*; quae Ambroſio perperam inſcripta, ad calcem illius operum haberi ſolet. Alcuino aſſeritur a Baluzio, *Miſcell.* tom. ii. p. 382. *Sermo ad Carolum imp.* lib. i. " Dominus et magiſter noſter." (Bale) A Baluzio edit. *Miſcell.* tom. i. p. 365. In bibl. Burienſi, uti habet Boſton. Bur. *Epiſtola* (θ) *et praefatio in libros* vii. *ad Faelicem Orgelitanum* (quae in codd. impreſſis deerat) ab eodem Baluz. editae, *Miſcell.* tom. iv. p. 413. *Carmen* (ξ) *de Cuculo* (Pr. " Plangamus cuculum, Daphnin dulciſſime, noſtrum") aliaque duo poemata a Mabillonio publicata, *Annal.* tom. i. p. 369. tom. ii p. 522. alia quaedam a Baluzio, *Miſcell.* tom. iv. *De pontificibus et ſanctis eccleſiae Eboracenſis* poema, p. 703. tom. i. *Script. Angl.* per Th. Gale, Oxon. MDCXCI. *Poemata* (α) 2. alterum theoricum breve, alterum elegiacum prolixum; utrumque praecipue de argumento librorum ſacrorum utriuſque Teſtamenti, edita ſunt a Lambecio, *Comment. de bibl. Vindobon.* lib. ii. cap. v. p. 403. *Hymnus* (α) (β) *et epigrammata* 3 *in S. Vedaſtum* ab eodem data. Ibid. p. 413. *Homelia* (α) *in die natali S. Vedaſti*, a Bollando primum in lucem emiſſa, inter *Acta ſanctorum* menſe Febr. p. 800. *Epiſtola ad Eanbaldum archiepiſcopum, cum notis Dominici Paſſionei*, p. 266. Append. ad Juſti Fontanini *Vindic. diplomatum*, Romae MDCCV 4to. Opera deperdita. *Commentarius in Proverbia. De muſica* liber. Cave, p. 497. ſeq. Praeter haec enumerant Baleus, ii. 17. et Pitſeus, p. 159. ſeqq. *Speculum vitae humanae*, lib. vii. " Reverendiſſimo in Chriſto patri." Mſ. in coll. S. Petri Cantab. xcvii. (Pitſ.) *Speculum*, ſive *manuale* hujus Alcuini in App. tom. vi. Operum Auguſtini Pariſ. inter opera ejus. *Argumentum ſuae fidei*, lib. i. *Reſponſiones ad interrogata*, lib. i. *Dialogorum inter ſe et Carolum*, lib. i. " Natura enim " ipſa ſumus." In bibl. S. Joh. Colceſtr. uti vult Boſtonus Bur. *De virtutibus* (ο) *ad Carolum*, lib. i. " Benedictus " Deus et Dominus." Mſ. Cantab. in coll. C. Chr. O. xxv. (Pitſ.) *Categoriarum ad Carolum*, lib. i. " Cum om" nis ſcientia diſciplina ſit." *Super Geneſim ad literam*, lib. i. *Ad Anglorum eccleſias*, lib. i. *Correctiones divinorum*, lib. i. *Chronicorum ſuorum*, lib. i. " Anno Dominicae incarnatio" nis CCCCXLIX." In mon. Cumbenſi juxta Boſton. Burien. *Acta diſcipulorum Gregorii*, lib. i. *De doctrina Baſilii*, lib. i. In bibl. Glaſton. juxta Boſton. Bur. *Ad Athelardum Cantuarienſem*, lib. i. *De fide catholica*, lib. i. " Quoties " occurrit animo." In bibl. Bur. et Glaſton. uti vult Boſton. Burien. *Geſta Caroli M.* lib. i. Vide Caniſium, tom. vi. p. 520. Illud potius adſcribi debere Eginhardo cenſet Voſſius, *Hiſt. Lat.* lib. ii. c. xxx. *Ad Giſlam et Richtrudam*, lib. i. " Cariſſimis

bus Francone et Saxone. Hactenus de libris ab eo editis[l]. Nunc superest, ut, vice corollarii, Gulielmum a Meildulphi-curia calculum niveum quidem illum, quo Albinum libro *De regibus* primo collaudat, in medium proferam: "Hic est Alquinus, qui, ut dixi, pro pace in Franciam missus, "ibi apud Carolum, seu terrae amoenitate, seu regis humanitate captus, resedit; magnique apud "eum habitus imperialem animum, quantum ab aulicis curis vacabat, dialectica, rhetorica, et etiam "astronomia probe composuit. Erat enim omnium Anglorum, quos quidem legerim, post Al-"delmum et Bedam doctissimus; multisque libris ingenii periculum fecit. Jacet in Francia apud "S. Paulum de Cormarico[m], quod coenobium Carolus magnus ejus consilio construxit; unde ho-"dieque quatuor monachorum victus et potus pro ejusdem Alcuini anima quotidianae infertur elee-"mosynae in eadem ecclesia." Ex *Lelando.*

"Carissimis in Christi caritate." *Commentariorum in utrumque Testam.* lib. plur. *Historiam S. trinitatis*, lib. i. "Quam-"vis alius sit pater." Extat Paris. MDLXXVI. Pits. *Didascalion*, lib. i. In mon. Cumbensi, uti vult Bost. Bur. *De sapientia*, lib. i. In bibl. S. Neoti, uti vult Bost. Bur. Scripsit praeterea secundum Pitseum: *Sermonem notabilem de undecim oneribus Isaiae prophetae.* Pr. "Tempus est, ca-"rissimi fratres." Hunc legit Pitseus in bibl. Carthusianorum Cantaviae prope Juliacum. *Confessionem* (n) *fidei*, seu *Doctrina de Deo*, lib. i. "Satis benigne suscipio." Extat Basil. MDLXIX. Paris. MDLXXV. MDLXXIX. Inter *Orthodoxograph.* p. 1730. *De benedictionibus patriarcharum*, lib. i. Est pars *Quaestionum in Genesin.* Ms. Merton. Oxon. N. iv. ii. Art. *De martyrio S. Bonifacii Moguntinensis archiepiscopi, et de pago Doccumensi*, versu heroico, lib. i. *Prognosticon de saeculo futuro*, lib. i. *De octo vitiis principalibus*, lib. i. Extat in *Bibl. patrum* tom. iii. *De veteris ecclesiae ritibus et ceremoniis*, lib. i. Quem aliqui non recte ascribunt Carolo M. *Institutiones rhetoricas, dialecticas, grammaticas, politicas, imperiales, et vere heroicas.* Extant Duaci MDLXXXVI. cum comment. Mat. Galeni. *De antichristo*, lib. i. Inter supposititia S. Augustini opera edita in appendice tom. vi. edit. Paris. Collegit, *Veterum patrum homelias in evangelia Dominicorum festorum; et feriarum totius anni* CCLIV. Extant Coloniae apud Mat. Cholinum MDXVII. MDXXXIX. MDLXIX. MDLXXVI. Paris. MDXXXV. Lugd. MDXX. fol. ibid. MDXXXIX. Colon. MDCIV. *Epistolarum et evangeliorum Dominicalium pericopae, sive textus recepti in ecclesia pontificia tot seculis*, etc. Hujus selectus auctorem nostrum Alcuinum quidam fuisse existimant, alii Bedam. Placcius, vol. i. p. 113. ex *Act. Lips.* MDCXCVI. Emendavit *Vulgatam versionem veteris et novi Testamenti.* Qui codex in Vallicellana bibliotheca religiosissime conservatur. Pits. p. 162, 163. Calliopius grammaticus criticus, qui Terentii comoedias recensuit. Casparus Barth. *Adversar.* lib. vi. cap. 20. hunc Calliopium non alium quam Alcuinum fuisse conatur probare Fabri *Lexicon.* *Exceptiones Alcuini ex moralibus B. Gregorii.* Pr. dd. Hildewino. "Mecum saepius retractans." Ms. Gresham. 218. Scripsit etiam Alcuinus secundum Dempsterum, i. 13. *Ordinis Romani expositionem.* Extat tom. i. *Bibl. S. S. Patrum.* *Ad Guidonem comitem de veritate sententiarum.* *De ecclesiasticis dignitatibus*, lib. i. Flaccus Albinus secundum Dempst. vi. 535. *Intercessio Albini pro Mauro*, carm. Pr. "Sancte Dei praesul inermis." Ms. praefix. Ms. Rabani Mauri de *laude crucis* in bibl. Omn. Anim. Oxon. (G. i. 1.) *De vita activa et contemplativa, et ejus effectibus et operibus*, Ms. in auct. Smith. 106. *Carmina quatuor.* Apud Du Chesne *Hist. Franc. Script.* tom. ii. 690. Vide epitaphium Alcuini Ms. bibl. Bodl. NE. D. 6. 8. f. 113. Ms. bibl. Bodl. D. 107. Laud. est liber *Prophet. et lamentationum Hieremiae cum glossa et catena*; et ad finem prophetiarum notatur EXPLICIT HIEREMIAS M. ALBUINI, unde hoc comment. Alcuino dedit catalogus. Pr. JER. "Exordium vaticinationis Hieremiae." An differt a *Lyrâ* sive *Glossâ* Ord? NE. Calvinus *Institutiones* suas primo edidit sub nomine Alcuini (metathesi facili Alcuinus, Calvinus) praeceptoris Karoli M. Argentorat. apud Wendelinum MDXXXIX, ut ob antiquitatem plausibilius acciperentur. Conr. Shulting. in *Censura operum Hieron.* T. ix. 5. 4. item Sextus Senensis in praef. *Bibl. Sanct.* Ita Usser. ii. 782. *Bibl. theol.* [m] Lel. *Coll.* iii. p. 7. Constanter affirmant monachi S. Aug. Cant. Albinum collegam Bedae fuisse abbatem apud S. Augustinum, ibidemque in cryptis sepultum esse. [Leyl.] Verisimilius est sepultum fuisse apud coenobium Turonense in Gallia.

ALBON [a] [EADMUNDUS] sive ALBANUS, vir ad optimas artes et natus et compositus, non modo naturae causas curiosa diligentia, verum etiam divinitatis, inter superos feliciter versatus, peragebat. Utque operis tam recte collati pars melior orbi luculente innotesceret, Boetii sui, cultoris coelestium rerum, libellum *De trinitate* elegantem, conspicuum, sublimem illum ejusmodi commentariorum genere illustravit [b]; ut, si non eloquentia, interim tamen rei majestate parem se Manilio [Manlio] ostenderit [c]. Ex *Lelando.*

[a] Edmundus Albonus, seu Albon, monachus et theologiae doctor Cantabr. Bal. v. 64. Pits. p. 445. [b] Opinio quorundam est, *Elucidationes* quasdam et Edmundum scripsisse *in* eundem *Boethium De philosophiae consolatione.* Iid. [c] Claruit A. D. MCCCXL. Iid.

ALBUINUS HIBERNUS diversus a Flacco Albino. Vide Waraeum p. 38, 39, 40. Voss. *Hist. Lat.* p. 290. Dempster. i. 90.

ALBUINUS, aliis *Witta*, *Whitus* et *Witanus*, abbas Hiensis, floruit anno DCCXLII. "Is "egressus de Hibernia" (Trithemii verba sunt) "praedicationis causa venit in Thuringiam, ubi Fri-"slarensis episcopus ordinatus est," vel potius Buraburgensis, juxta Frislaram, quae sedes circa annum salutis DCCXCIV episcopatui Paderbornensi conjuncta est, ut e Serario liquet in *Rerum Mogunt.* lib. iii. ubi etiam festum ejus agi dicitur 7 cal. Novemb. vel 15 Martii. Scripsisse fertur (quam vere nescio) *Ad Thuringos*, lib. i. Waraeus, *Script.* p. 36. Dempster. i. 36.

ALCHERUS [THOMAS] theologus Anglus. Scripsit *In Evangelium S. Marci*, lib. i. Ms. in aula Pembroch. Cantabr. 146. *In Evangelium Lucae*, lib. i. Ms. ibidem. *In Evangelium Joannis*, lib. i. Pits. *App.* p. 912.

ALCOCK [JOHANNES] patria Eboracensis, apud Beverleiam natus; academiae Cantabrigiensis alumnus et legum doctor fuit. A. MCCCCLXI. 22 Novemb. collatus ad ecclesiam S. Margaretae New Fish-street London. Newcourt. i. 406. Eodem anno decanus collegii S. Stephani Westmonasterii; anno sequenti rotulorum cancellariae custos factus. A. MCCCCLXVIII praebendarius de Aulton austr. in ecclesia Sarum. A. Wood. Ms. C. 138. Eodem anno 16 Dec. collatus ad praebendam de Brounswode in ecclesia S. Pauli: ita in *Regist.* Kemp. Lond. A. MCCCCLXX consiliarius regius, unus ambassiatorum ad regem Castiliae. Vid. Rymer. *Foeder.* xi. 653. 26 Aug. MCCCCLXXI unus commissariorum ad tractandum cum commissariis regis Scotiae. Rymer. xi. 717.

 17 Mar.

17 Mar. MCCCCLXXI (Le Neve, *Fasti.*) episcopus Roffensis et summus Angliae cancellarius factus, sigillum magnum ei deliberatum est 20 Sept. MCCCCLXXII. Rymer. xi. 764. ab eo tenendum quousque Robertus Bathoniensis episcopus cancellarius ab infirmitatibus sanitatem recuperaret. anno MCCCCLXXIII mense Julio resignabat vicariam de Castre. Et sequentis anni, mensis Maii die 28. ecclesiam de Wrensham accepit. A. MCCCCLXXVI episcopus Wigorniensis et Walliae praeses renunciatus. [a] A. MCCCCLXXVIII. Januar. 21. admissus praebendarius de Husthwait in ecclesia Ebor. A. Wood. Mf. C. 61. Et tandem A. MCCCCLXXXVI Eliensis episcopus, et praeses consilii regis Edwardi iv. A. Wood. Mf. Glyn. De ejus pietate et doctrina vide Baleum et Pitseum. De ejus beneficentia erga ecclesiam Westburiensem, scholam Kingstonae, et palatium Eliense consulat lector Godwinum. Hujus laudes celebravit Alex. Barclay in *Eglog.* iii. sub nomine *The gentle Cock.* Sed de bonis operibus unum non est praetermittendum; sc. fundatio collegii Jesu apud Cantabrigienses. Hoc in loco coenobii monialium S. Radegundi dicati, impetrata regis Henrici vii. licentia fundavit, et dotavit praediis amplis, ex quibus aluntur magister, sex socii et scholares quidam. In parvo *Registro* consistorii Eliensis vocato *The black book*, Mf. Coll. Wren. hoc reperitur memorandum: Quod J. Alcock, divina gratia Eliensis episcopus 1ma die Dominica quadragesimae MCCCCLXXXVIII bonum et blandum sermonem praedicavit in ecclesia B. Mariae Cantebrig. qui incepit in hora 1ma post meridiem, et duravit in horam tertiam et ultra. Scripsisse fertur *Montem perfectionis ad Carthusianos*, lib. i. "In monte te salvum fac." Lond. MDI. 4to. *Galli cantum ad confratres suos curatos in synodo apud Barnwell.* 25 Sept. MCCCCXCVIII. Pr. "Apprehendite, filii dilecti, disciplinam." Ad finem. "Constitutio ejusdem pro festis S. Chrysostomi, Bedae, Longini, etc. in dioecesi sua celebrandis." Pr. "Quoniam, dicente Salvatore." Lond. per Pynson. MCCCCXCVIII 4to. In principio effigies episcopi praedicantis ad clerum, e cujus lateribus adsunt duo galli. Gallus etiam est in prima pagina. *Abbatiam Spiritus Sancti in pura conscientia fundatam.* Pr. "My dere broder and suster, I see that many." Mf. Norwic. More 191. In Mf. C.C.C. Oxon. 155. ita incipit: "In this abbay charyte shall." In bibl. Worsleiana ita: "Of the abbay of Seint Spirit." Lond. MDXXXI. 4to. Item Westmestre Wink. Word. 4to. *In Psalmos poenitentiales*, lib. i. Angl. carmine, in bibl. Worslei. *Homelias vulgares*, lib. i. *Meditationes pias*, lib. i. *Spousage of a virgin to Christ*, MCCCCLXXXVI. 4to. Obiit apud Wisbich 1 Octob. MD juxta Whart. *A. S.* loco ut infra, et juxta Bal. et Pitf. A. MCCCCXCVIII, et sepultus jacet in capella a se constructa ab aquilonari parte ecclesiae Eliensis. Bal. viii. 57. Pitf. p. 684. seq. Godwin. p. 329. seq. Whart. *Angl. Sacr.* i. 675. 801. 381.

[a] A. MCCCCLXXXIII Edwardi v. praecipuus ad mores diligens tunc informator magister Johannes Alkok episcopus Wigorniensis, ut caeteri regis juvenis amici, ab avunculo regio Richardo protectore amotus est, non tamen carcerali rigore gravatus. Haec J. Rossus in *Histor. reg. Angl.* p. 212.

ALCOCK [JOHANNES] juvenis eruditus, apud Hadleiam in Suffolcia vitam agens, et populo principio temporis Mariae verbum Dei et liturgiam ecclesiae Anglicanae legens erat; quapropter a Stephano Gardinero in carcerem Londini detrusus, ibi obiit 2 April. MDLV. Fox. 1. edit. 1561. 2146. Extant ejus *Epistolae duae*, Fox. p. 2146. *Exhortation to Englishmen*, Fox. 1. edit. 1666.

ALCOK [REGINALDUS] Scripsit *De arte dictandi.* Pr. "Discantus est color retoricus." Mf. Bodl. Seld. Sup. 65. f. 134.

[a] ALCOCK [SIMON] sive ALDOCOCCIUS, feliciter in rebus philosophicis exercitatus, sublimiora magno aggressus est animo, videlicet rerum divinarum contemplationem; qua parte nec frustra elaboravit, parta tandem eximia industria sacrosancta utriusque Instrumenti cognitione. Fuerat longo ante tempore, atque adeo tunc erat in maximo Longobardus [b] sane pretio, sed hoc praecipue munere, quod divinarum rerum *Sententias* in volumen concinne redegisset. Senserat Alcoxius difficultatem cum majestate quadam operi conjunctam; quam ut posteritati aliquanto leviorem faceret, scripsit in easdem quasi *Commentariorum* genus: unde obscuris lucem, controversiae certitudinem, ac eadem opera dubiis fidem etiam inferret [c]. Ex *Lelando*.

[a] Simon Alcock theologiae magister, addit Mf. Lel. Trin. fuit Oxoniensis, art. mag. ut constat in quadam epist. univ. Oxon. in illius gratiam conscripta circa A. D. MCCCCXXII (ut videtur) ad Joannem episcopum Londin. pro impetranda venia absentiae a suo beneficio de Westylbury, dioec. Lond. etc. *Lib. epist. univ. Oxon.* F. A. Wood. Mf. Pitf. [b] Scripsit noster *Expositiones in sententias ejusdem*, lib. iv. *De modo dividendi thema pro materia sermonis dilatanda*, lib. i. Pr. "Circumstantiae primo sunt." Bal. Pitf. *Notandum quod nullum potest. Ad, quare, per, propter, notat.* Mf. Lincoln. Arch. Austr. 67. Extat Mf. Oxon. in bibl. publ. Bodl. NE B. 2. 4. Mf. bibl. D'Ewes xxxvii. fol. nunc in Harleiana. *Conciones varias*, lib. i. [c] Claruisse fertur circa A. D. MCCCLXXX. Bal. vi. 52. Pitf. p. 523. Quidam Simon Alcock, S. th. pr. canonicus Lincoln. obiit 10 Aug. MCCCCLIX. et humatus jacet in ecclesia Lincoln. uti refert Sanderson. *Hist. eccles. Linc.* Mf. Hic Sim. Alcock constitutus est praeb. de Norton in ecclesia Hereford Aug. 25. MCCCCXXXVI. Willis.

ALDANUS [AEGIDIUS] episcopus Candidae Casae S. Niniani aut Gallovidiae; vir sua aetate rerum civilium peritus; legatione Anglicana et Danica cum laude functus, et controversiarum inter Scotos et Anglos arbiter. Scripsit contra archiepiscoporum Eboracensium praetextus *De Scotorum patriarchatu*, lib. i. Habetur in indice Deirensi. [Qu. An idem cum *Gilda Aldano*, cujus infra mentio fit.] Claruit anno MCCXL. Dempster. i. 48.

ALDAR [JOHANNES] sive ALDARUS, qui et ELDER vocatur, scripsit *De Scotis et Hibernis*, lib. i. Extabat olim in bibliotheca regis Edwardi vi. Aetatem ejus Baleus et Pitseus ignorant. Dempster. i. 92, eum A. MXLI vixisse ait. Bal. xii. 75. Pitf. *Append.* p. 866.

ALDAY

ALDAY [JOHANNES] Londinensis, transtulit in sermonem vernaculum *Petri Boaystuau theatrum mundi*. Pr. ded. tr. ad D. Gul. Chester. aldermannum Londin. "Among all the learned and "worthie." Lond. MDLXXIV. 12mo. Correctius Lond. MDLXXXI. 12mo. *Ejusdem de excellentia humani generis*. Pr. "After that our good Lord." Impr. cum priore.

ALDEBURGH [JOHANNES] sive ALDEBOROWE Anglus, frater ordinis Carmelitarum. Scripsit *De formalitatibus*, lib. i. *De sensu et sensato*, lib. i. *De sufficientia syllogismorum*, lib. i. *De dictionibus exclusivis*. Pr. "Dictio exclusiva aliquando ponitur." *De dictionibus exceptivis*. Pr. "Dictiones exceptivae sunt istae, praeter." Mss. Collect. Bal. Sloan. 4to. f. 2. 13.

ALDERMANNUS quidam Londinensis, quem anonymum inter scriptores suos recensent Baleus et Pitseus, et in poëtarum numerum referunt ex fide Gyraldi Cambrensis, *Specul. eccles.* lib. ii. c. 20. Addunt eum inter alia edidisse *Diversorum carminum*, lib. i. De hoc nihil certi habent, nec tempus quo floruit eis cognitum. Bal. xi. 18. Pits. *Append.* p. 822.

ALDHELMUS[a], Chentuni[b] alias Chenredi filius, et nepos Inae[c], nunquam satis laudati regis Visisaxonum, primis adolescentiae annis Maildulpho[d] Scotto, monacho et eremita, praeceptore usus est; qui id temporis, urgente necessitate, duro telo, Bladuni scholam publicam aperuit, ut sic saltem inopiam utcunque depelleret. Impetraverat prius tamen a Castellanis, qui Bladunum inhabitabant, humilem domum, sed quae tam parvis initiis satis ampla fuit; crescente vero discipulorum numero, coepit de domo ampliori cogitare. Interea Aldhelmus Dorovernum Cantiorum petiit, ut jactis Latinae linguae fundamentis, adjiceret artes, nempe dialecticam et rhetoricam; tum etiam Graecae linguae cognitionem: in quibus diligentissime et a Theodoro, Cantiorum archiepiscopo, et ab Adriano, Augustiniani coenobii abbate, instructus est. Dumque haec Doroverniae Aldhelmus ageret, mirum in modum Maildulphi schola aucta fuit; usque adeo, ut, favente Ina rege, et Agilberto, Ventano episcopo, collegium monachorum multorum intra castelli septa instituerit, officinis tumultuario opere ad tempusculum extructis. Hujus successus laetissimus nuntius ad Aldhelmum pervenit, qui paulo post, relicta Cantia, Bladunum reversus est; ubi statim monachus factus, plurima virtutis exempla ostendit. Jam locus est, ut lectori antiquitatis Britannicae studioso rem cognitam paucissimis aperiam. Urbs, quam ego hic Latine Bladunum appello, a Britannis antiquitus CAER BLADUNE dicebatur, a Saxonibus autem Britanniam occupantibus, INGELBURNE CASTEL, quod nomen usque ad Maildulphi tempora duravit: qui cum coenobium ibidem ex ruinis veteris urbis et castelli aedificasset, coepit MAILDULPHESBURY, et postea MALMESBIRI[f], sed corrupte, vocari. Gulielmus, ejusdem coenobii monachus olim doctissimus, Latinitati studens, Meildunum vocabulo non omnino inepto nominabat. Haec ego, quae hactenus de Aldhelmo et Maildulpho scripsi, ex libro incerti autoris, quanquam libenter crediderim Gulielmum Meildunensem autorem fuisse, de antiquitate Maildulphini coenobii. Sed nunc ad nostrum institutum. Maildulphus jam senio gravatus obiit, et Aldhelmus abbas ab Eleutherio, Ventano episcopo, designatus, praeceptori successit: sub quo quantum creverit monasterium, non facile est credere. Erat enim in maximo pretio cum propter generis nobilitatem, tum maxime propter literas; quarum gratia ad illum confluxere multi, non modo ex Hibernia et Scotia, verum etiam ex ipsa Gallia. Artvillus, cujusdam reguli Scotiae filius, literarum studiosissimus, sua scripta Aldhelmo examinanda misit, ut his Meildunensis verbis narrat: "Hic quicquid literariae artis elaborabat, quod non adeo exile erat, Aldhelmi committebat "arbitrio, ut perfecti ingenii lima scabredo eradicaretur Scotica." Hactenus Meildunensis. Haec et similia effecerunt, ut vel Sergius ipse pontifex Romanus illum accerseret, et venientem ad se summo cum honore et humanitate acciperet, ac abeuntem munificentia quadam dimitteret. Deinde mortuo Hedda, episcopatus Visisaxonum in duas paroecias divisus est; nempe in Ventanam et Clarofontanam. Clarus Fons, alias Shireburna, olim pagus fuit Durocastrensis provinciae, nunc forum non incelebre. Ventae Daniel, Shireburnae Aldhelmus, consecrante Brightwaldo, episcopus factus est[g]; uterque utrique familiaritate conjunctissimus: quo tamen honore non diu functus est Aldhelmus, nam post quartum annum obiit. Sed quantuum ille bonorum in tam exiguo tempore fecerit, juvat paucis perstringere. Shireburnae basilicam construxit: in ostio Frommae flu. unum coenobium condidit, alterum Bradefordae; utrumque in Durocastrensi provincia. Quantus autem nunc in[h] literis fuerit, Beda xviii cap. quinti libri *Historiae* suae testis his verbis optimus est: "Denique Aldhelmus, cum adhuc esset presbyter, et abba monasterii, quod Meildulphi urbem "nuncupant, scripsit, jubente synodo suae gentis, librum egregium adversus errorem Britonum, "quo vel Pascha non suo tempore celebrant, vel alia perplura ecclesiasticae castitati et paci con- "traria gerunt; multosque eorum, qui occidentalibus Saxonibus subditi erant Britones, ad catho- "licam Dominicae Paschae celebrationem hujus lectione perduxit. Scripsit et *De virginitate* "librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere et versibus hexametris et prosa "composuit. Scripsit et alia nonnulla, utpote vir undecunque doctissimus. Nam et sermone niti- "dus,

[a] Aldhelmus, vel Aldelinus, ab ipsa pueritia literarum studiis addictus, adolescens missus est primum in Galliam, deinde in Italiam, ut artes liberales disceret: ita aiunt Baleus et Pits. Adelmus, Anthelmus, et Althelmus, cognomento Bladvinus et Durobellus. Dempst. [b] Kenteri. Malmsb. [c] Hoc falsum esse probat Malmsburiensis in Vita Aldhelmi, apud Whart. *A. S.* ii. 2. Ita tamen legit Ms. Cotton. Faust. B. iv. [d] Antea tamen, positis literarum tyrociniis sub Adriano abbate Cant. ut ait Malmsb. rediit etiam in Cantiam. Id. [e] Vid. *Bibl. patrum* vol. xvii. Paris. MDCLIV, praefat. Gronovii *Observat. in script. ecclesiast.* Daventr. MDCLI. Usserii *Syllog. epist. Hibern.* p. 37. [f] Hoc coenobium a quibusdam Maildubium vocatur, quo nomine utitur Baleus, quem Dempsterus nimis severe redarguit, et tradit Aldhelmum, non solum natione Scotum, sed etiam habitum induisse in Maildubensi coenobio Benedictino Scotiae: qua autoritate, judicent eruditi. [g] Episcopus consecratus A. D. DCCV. Beda. [h] Doctrinam et scientiam

" dus, et ſcripturarum, ut dixi, tam liberalium, quam eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus." Nunc reſtat, ut nomina librorum, quos illum edidiſſe refert Gulielmus Meildunenſis in libello longe elegantiſſimo [i], quem de ejus vita accuratiſſime ſcripſit, indicem. *De erroribus Britannorum, ſive de circulo Paſchali* [k]. Et erat hoc primum opuſculum, in quo acuti ingenii periculum fecit. *De virginitate* [l], proſa et carmine, libri duo [m]; cui tertius *De pugna vitiorum* adjunctus eſt, quos et Hildelithae virgini dedicavit. Addit haec Meildunenſis: " Scripſit praeterea ad Alfridum, regem " Tranſabrinorum, librum, haec continentem; *De ſeptenarii* [n] *numeri* dignitate ex veteris et novi " Teſtamenti floribus, diſciplina philoſophorum collectum; *De admonitione charitatis*; *De inſen-* " *ſibilium rerum natura.*" *De veteris et novi Inſtrumenti floribus* [o]. *De charitate. De mirabilium, alias ſenſibilium rerum natura. De arithmetica. De aſtrologia. De metrorum generibus et ſchematibus* [p]: in quo libro ſic de ſe ſcribit, ad Virgilianum illud alludens: " Primus ego in patriam me- " cum, mea vita ſuperſit, Aonio rediens deducam vertice muſas." *Aenigmatôn libellum*, centum titulis et mille verſibus diſtinctum, edidit [q]. *Cantiones Saxonicas*, in quibus vel ad miraculum, teſte Ealfrido, claruit. Edidit etiam *Librum epiſtolarum* [r]. Vixit ſub Ina, potentiſſimo Vueſtſaxonum rege; ſepultus eſt Mailduni, ubi adhuc monachi ſui patroni monimenta oſtentant; nempe ſacram veſtem, qua indutus, miſſam celebrare ſolebat. Praeterea, *Davidis Pſalterium* [s] literis Saxonicis longiuſculis ſcriptum. Tertium, altare, ſed minutulum, ex Ophiutico marmore argento revinctum, in quo Latina inſcriptio apparet. Haec ego nuper Meilduni vidi. Vidi etiam, atque adeo ibidem inveni his multo praeſtantiora, *Tertulliani* librum de *Spectaculis*, de *Jejunio*; *Fortunati* omnia opera; *Groſolanum*, epiſcopum Mediolanenſem, de *Spiritu Sancto*; fragmenta *Junilii* et *Primaſii*; aliquid etiam *Apuleii*, a Bebelio nuper imperfectiſſime editum. Scripſerunt [t] vitam Aldhelmi Oſmundus Severianus,

tiam S. Aldhelmi per univerſum mundum, ubi cultus Chriſtianitatis colebatur, magnificae ejus demonſtrant epiſtolae miſſae ſtudentibus Bononiae, Coloniae, Pariſiis, Montepeſſulano, et caeteris partibus forinſecis, ut in *Vita* ſua aperte declaratur. Ita *Eulogium*, ut apud Lelan. *Coll.* i. p. 377. S. Aldhelmus, Inae regis Weſt-Saxonum propinquus, citharoedus erat optimus, Saxonicus atque Latinus poeta facundiſſimus, cantor peritiſſimus, doctor egregius, ſermone nitidus, ſcripturarum, tam liberalium quam eccleſiaſticarum, eruditione mirandus extitit. Ita *Chronic.* anonym. apud Leland. *Coll.* ii. 278. [i] Extat is liber, qui et liber quintus Gulielmi Malmeſburienſis *De pontificibus Anglorum* inſcribitur. Lond. MDCXCI, et in Mabillon. *Act. Bened.* Sec. iv. [k] Idem cum libro *De erroribus Britonum*: eos inepte diſtinguit Dempſterus. Opus deperditum, juxta Malmſb. [l] Sive, *Laude S. patrum et virginum.* Pr. pr. " Ad maximam abbatiſſam. " Metrica tyrones nunc promant carmina caſtos," etc. Mſ. bibl. Bodl. NE. A. 6. 7. Opt. notae unde lacunae in edit. ſuppleri poſſunt. Vid. Mſ. coll. Corp. Chriſti Cantab. N. 31. [m] Lib. i. Pitſ. " Omnipotens mundi genitor." ii. Bal. " Omni- " potens genitor mundum." Mſ. Cantabrig. in coll. Corp. Chr. K. xii. Extat Oxonii in bibl. publica Mſ. Digb. 146. Mſ. Bodl. A. vi. 7. B. i. 4. Mſ. etiam apud Helvetios in monaſterio S. Galli, unde Caniſius in lucem emitti fecit Ingolſt. MDCVIII. tom. v. *Lect. Antiq.* par. ii. p. 798. Extat etiam Pariſ. MDLXXVI; et in *Bibl. patrum*, tom. xiii. p. 1. Praeter hunc librum carmine *De virginitate*, Pitſeus memorat alium de eodem argumento proſa, quem extare dicit Pariſ. apud Mich. Somnium MDLXXVI in *Orthodoxogr.* p. 1677. Cave. Lond. MDCXCIII 4to. Mſ. Cantab. in coll. Caii et Gonvilli xxvi; et in privatis bibl. Luml. et Copi. Hunc librum miſit Aldhelmus Cuthburgae, Ethelburgae, Hildelithae, et reliquis Berkingiae virginibus. Princ. " Reverendiſſimis in " Chriſto virginibus." Apud Bal. Pitſ. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 146. cod. antiquiſſ. cum gloſſa interlin. partim Lat. partim Saxonice. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 5. F. iii. et 7. D. xxiv. 2. [Vide etiam Mſ. 5. E. xi. et 6. A. vi. et 6. B. vii.] antiquiſſ. cum pictura antiqua Aldhelmi cum mitra et baculo. Item Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. . . K. xii. In principio hujus codicis Cantabrig. eadem manu, qua liber exaratus eſt, habetur haec nota: Þuꞅ me ᵹeꞃeꞇꞇe. Sanctus et juſtus. beꞇꞃ iboca gleaꞅ. bonus auctor. Ealdelm aeꞇeleꞅceoꞃ. etiam fuit ipſelos on aeðel anᵹelſexna biꞅcopon bꞃeꞇene. biblof. ic nu ꞅceal. ponus et pondus. pleno cum ſenſu. ᵹeonᵹeꞅ ᵹeanoðe, etc. [n] Mſ. Cotton. Fauſtin. B. iv. inter opera Aldhelmi: " Contexuit vero ſeptiformem " libellum novi ac veteris Teſtamenti floribus, et de ſep- " tena ſupputatione ex diſciplinis collecta philoſophorum, " pertinente ad ſeptiforme donum Spiritus Sancti. Scripſit " etiam de ammonitione fraternae charitatis volumen unum: " ex inſenſibilium rerum natura quae ſecundum metaforam " ſermocinari figurantur, compoſuit alterum. De pedum " regulis, metaplaſmo, ſinalimpha, ſcanſione et ecclipſi ver- " ſuum, de metrica alterna interrogationis et viciſſitudine re- " ſponſioneis duabus literis diſcreta. Scripſit et alia nonnul- " la, utpote vir undecunque doctiſſimus." [o] Libr. ii. [p] In cujus libri calce iſta ſunt verba (audis Malmſ. vid. Whart. *A. S.* vol. ii. 4.) *Haec*, inquit, *de metrorum generibus et ſchematibus pro utilitate ingenii mei habes, multum laborioſe, neſcio ſi fructuoſe, collecta, quamvis mihi conſcius ſum illud me Virgilianum poſſe jactare*, " Primus ego, etc." [q] Princ. " Altrix cunctorum ſapientia." Extat Baſil. MDLVII, et cum aliis Aldhelmi opuſculis metricis edidit Martinus Delrio Mogunt. MDCI. oct. Alium ſimilis argumenti memorant Bal. et Pitſ. ſc. *Super aenigmatibus*, lib. i. " Symphoſius verſi- " ficus poëta:" olim in bibl. Rameſ. et Bur. apud Boſt. Bur. Mſ. codex in bibl. regia Weſtmon. xii. c. xxiii. 2. Pr. pr. (proſa) " Sympoſius, etc." Pr. l. " Arbiter aethereo jugiter qui " regmine ſceptra." (carmine) Vide ibidem 15. A. xvi. 2. Aldhelmi *Aenigmata* ab aliis Alcuino vel Columbano aſcripta. Fabric. *Bibl. Lat.* f. 227. Lelandus, *Coll.* ii. p. 3. meminit verſuum Aldhelmi de eccleſia Petri et Pauli. [r] Bale, Pitſ. Horum fragmenta quaedam occurrunt in Gul. Malmſb. vit. Aldhelm. in Whart. *A. S.* ii. 3, 5, 6. *Epiſtola Aldhelmi ad Ehfridum ſive Eadfridum, Lindisfarnenſem epiſcopum.* Pr. " Domino, etc. Primitus." —— Hanc ex vetuſtiſſimo exemplari (quod ante Normannorum adventum exaratum — primo inter Mſs. monaſterii Abendonenſis, deinde viri doctiſſimi Th. Allen Oxonienſis fuit, nunc inter Mſs. bibl. Bodl. Digb. 146.) deſcripſit cl. Uſſerius, et cum tribus aliis ejuſd. exemplaribus in bibliothecis Regia Weſtm. 7. D. xxiv. 3. item Cottoniana Domit. A. ix. 1. et domini Gulielmi Howard de Naworth, accurate contulit; adjectis etiam gloſſis quae in codice Abendon. ſingulis lineis interjectae erant. Hanc ex apographo Uſſeriano edidit cl. Whartonus in *Auctario Hiſtoriae dogm. Uſſerii*, p. 351. etc. De ea vide in *Sylloge epiſtolarum Uſſerii*. Recenſent etiam Bal. et Pitſ. *De vita monachorum* (carmine. Pitſ.) lib. i. " Quid deceat monachum vel." Mſ. Cotton. Calig. A. xi. 3. (Boſt. Bur.) *De laude ſanctorum* (*et ſanctarum*. Boſt. Bur.) carmine, lib. i. " Metrica, ſi libeat, etc." In bibl. Rameſ. et Bur. *De octo vitiis principalibus*, lib. i. " Digeſtis igitur " ſanctorum," uti legit Pitſ. —" Digeſtis primum quae paulo." Bal. Mſ. coll. Corp. Chr. Cant. N. 31. Mſ. apud Helvetios in monaſt. S. Galli. Oxoniae in biblioth. publ. NE. A. 6, 7. opt. notae, unde edit. emendari poteſt. Extat apud Caniſium, *Antiq. lect.* tom. v. p. ii. p. 854. Ingolſt. MDCVIII. et in *Bibl. patrum*. Vid. Cave. *De pugna octo principalium virtutum, carmine*, olim in bibl. Bur. uti Boſton. Burien. Vide Malmſb. apud Wharton. *A. S.* ii. 7. Videſis plura de Aldhelmi ſcriptis in Gul. Malm. *Vita Aldhelmi*, parte prima. Quaere annon homelias quaſdam ſcripſit. Vide *Biblioth. patrum concion.* per Cambeſis, Pariſ. MDCLXII. fol. a. 84. [s] Pſalterium tranſtulit in linguam Anglo-Saxonicam. Bal. Pſalterium Saxonice tranſtulit. Mſ. Leland. Trin. [t] *Vita et miracula S. Aldelmi* ab anonymo quodam congeſta. Pr. pr. " Sanctorum patrum pia certamina." Mſ. Cotton. Fauſt. B. iv. *Tranſlatio S. Aldhelmi. Vita S. Aldhelmi.* Pr. " B. " Aldhelmus

Severianus, Faritius Abbandunensis [v], et Gul. a Maidulphi-curia [x]. Obiit [y] Dultingi Somurotrigum, sepulchro hujusmodi epitaphium postea additum . . . . Ex *Lelando.*

" Aldhelmus regia stirpe." Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. A. 2. [v] Fuit Faritius iste homo Italus, monachus Meldunensis, et postea abbas Abendoniensis. [x] Scripsere etiam Aldhelmi vitam, si Mabillonio credideris, Egwinus Wigorniensis et Eadmerus. [y] Obiit in villa de Doulting juxta A Wood. Mf. Godwin. ex Antiq. Glaston. anno DCCIX juxta Whart. *A. S.* ii. 24. 8 cal. Jan. Ibid.

ALDREDUS sive EALDRED, primo monachus Wintoniensis, deinde abbas Tavestociensis, episcopus Wigorniensis anno MXLVI, et episcopus Hereford. (quas dioeceses simul administravit) anno MLVI, et anno MLX ad archiepiscopatum Eboracensem nominatus, Wharton *A. S.* tom. i. 474. Dum esset archiepiscopus Eboracens. cum Edgaro principe a Gul. conquestore in Scotiam pulsus. Scripsit *Pro Edgaro rege contra tyrannidem Normannorum*, lib. i. *Epistolas ad exules*, lib. i. [Alia Baleus enumerat (sunt verba Dempsteri): sed in Baleo Aldredus non invenitur.] Aldredus Ebor. archiepiscopus Willielmo conquestori obviam occurrit apud Bercamsted, et fidelitate praestita ipsum in regem consecravit anno MLXVII, et Matildam reginam die Pentecostes MLXVIII—Prae dolore diem clausit extremum MLXIX. Rad. de Diceto. *Chron.* Jo. Brompton. c. 962. Stubb. 1703. Claruit anno MLXVI. Dempster. i. 63. Obiit 3 (2. *Annal. Wenev.*) id. Sept. feria 6. MLXIX. Florent. Wigorn.

ALDREDUS PRESBYTER Eadfridi evangeliorum codicem Saxonice glossavit, seu potius transtulit. Vide Seldeni praefat. ad *Decem scriptores*, et Whartoni *Auctar. ad* Usser. *Histor. dogmat.* p. 465.

ALDRICH [ROBERTUS] sive ALDRISIUS (Joannes a Baleo et Pitseo male praenominatus) apud Burnhamiam in agro Buckingham. in lucem editus, Etonae educatus, et A. MDVII ad collegium regale Cantabr. scholaris missus fuit; ubi postea gradu magisteriali in artibus ornatus. Dein academiae procurator A. MDXXV (teste Mf. Inett.) collegii Etonensis ludimagister, socius et tandem praepositus evasit. A. MDXXX Oxoniae creatus S. theologiae doctor. A. MDXXXI, 30 Dec. collatus ad archidiaconatum Colcestriae. A. MDXXXIV canonicus ecclesiae collegiatae Windsor. et registrarius ordinis periscelidis. Capellanus et eleemosynarius Johannae reginae factus est episcopus Carliolensis A. MDXXXVII, et 24 Aug. MDXXXVII temporalia episcopatus ei restituta sunt. Rymer. xiv. 583. Scripsit *Epistolam ad Gulielmum Hormannum.* Pr. " Suscipies, Hormanne." Extat in libro, cui titulus *Antibossicon:* quem Aldrichium nostrum scripsisse, Baleo male intellecto, tradit Pitsius. *Epigrammata varia.* Carmen vi distich. et epistolam aliam ad Gul. Hormannum. Pr. ep. " Plurimum tibi debet, longumque." Praefiguntur libro Hormanni h. t. *Vulgaria puerorum*, Lond. MDXIX 4to. *Answers to certain queries concerning the abuses of the mass*; item *about the receiving of the sacrament*, Burnet. *Hist. Reform.* tom. ii. *App.* n. 25. Obiit apud Horncastle in agro Lincoln. 5 Martii A. MDLV. Vide Lelandi *Encomia.* Bal. par. post. 102. Pits. 708. Godw. p. 152. *Athen. Oxon.* i. 96. seq.

ALDRICUS utriusque juris doctor Anglus, vir a multis ob insignem in jurisprudentia cognitionem mirifice commendatus. Hunc inter alios Guilhelmus Fastergius in suo *De rerum originibus* opere testatur super libris variis juris civilis erudite scripsisse. Nam et Accursius juris civilis magnus glossator, hujus scripta et opiniones non semel citat. Pits. *Append.* p. 823.

ALDRUIDUS MAGUS, nomen mihi Saxonicum, quiddam personare videtur, quod senem Drugonem Latine exprimit. Erat ille in penitioribus philosophiae ac magiae exercitatissimus, ut manifeste apparet in ejus libello, quem *De quintis essentiis* curiosulus composuit, quem et ego Londini in biblioth. Dominicanorum aliquando extitisse novi. Cur autem hunc inter Anglos numerem, prius attigi, et nunc pronuncio me ejus nomen inter scriptores Anglicos deprehendisse. Bal. x. 61. Ex *Lelando*, p. 260

ALENSIS [JOHANNES] sive de ALES, Davidis Psalmos pene omnes ad B. Mariam applicans, et ad ejus laudes referens, scripsit *Psalterium B. Mariae Virginis*, lib. i. Tempus, quo floruit, latet. Pits. *App.* p. 867.

ALENUS [EDMUNDUS] patria Nordovolgius, utriusque literaturae Latinae ac Graecae peritus, exul Anglus primo anno Mariae (Strype, Elizab. 314.) deinde illustrissimae principi Elizabethae olim a sacellis; et episcopus Roffensis designatus Anglice concinnavit *A Christian introduction forsouth containing the principles of our faith and religion*, lib. i. " The almighty and merciful " God." Lond. MDXLVIII. 12mo. MDL. 8vo. MDLI. Transtulit in patrium sermonem *Alex. Alesium de authoritate verbi Dei.* Pr. " About five yere agone I wrote." 12mo. *Phil. Melanchton. super utraque sacramenti specie, et de autoritate episcoporum.* Pr. " That the sacrament of the body." (in partibus transmarinis) MDXLIII 12mo. Lond. per Rich. Jugg. 12mo. . . . *Conradum Pelicanum super Apocalypsin.* Transtulit ex Germanico Leonis Judaei Tigurini ministri (aliis Erasmi) *Paraphrasin super Apocalypsin.* " Pr. " Unto our Saviour Jesus Christ." Lond. MDXLIX fol. Non est Erasmi; ad finem tamen *Paraphr.* Erasmi impress. Claruit A. D. MDL. Bal. ix. 57. Obiit episcopus Roffensis A. D. MDLIX in Octob. juxta Mf. Bal. Glyn. Juxta *Diarium* editum a Strype, Eliz. 136. 30 Aug. MDLIX. . . . Allen episcopus electus Roffensis sepultus fuit in navi ecclesiae S. Thomae apost. London; concionem funebrem habente magistro Huntington. In bibliotheca Bodleiana 8vo. M. 123. Theol. extat epistola doctoris Math. Gribaldi professoris legum in Pataviensi academia *De tremendo Dei judicio in Fr. Spiram*; cui praefixum prooemium Joh. Calvini. Haec in sermonem vernaculum translata sunt ab E. A. (forsan Edmund Allen) Pr. pr. Calvin. " Howe frowarde oure minde is in." MDL. 12mo.

ALEONORA

ALEONORA regina, Joannis Anglorum regis mater, mulier erudita, filia fuerat unica Guil. ducis Aquitaniae et Pictonum comitis, ex quo a patre facta est haeres. Hanc a Ludovico Francorum rege repudiatam, in ejus vituperium in uxorem duxit Henricus ii Anglorum rex; quae res materia fuit multorum bellorum, quae postea cum Francis gessit. Nam ob illas nuptias illa pars Galliae, quae hodie Aquitania et Pictavia nuncupatur, jure uxorio illi obvenit. Furiis olim agitata ob regis mariti pellices, temere fecit ut filiis esset cum patre certamen. Ob id incarcerabatur Londini, a filiis tamen postmodum liberata. Ex mira comitate in omnes, tanta erat ejus authoritas apud Anglos, ut Joannem juniorem filium, post Ricardi regis filii mortem, persuasore Huberto Cantuariensi, regem omnium consensu faceret. Haec scripsit pro liberatione filii Ricardi, dum a Leopoldo captus esset, *Ad Celestinum* iii *papam, epist.* iii. impress. ap. Rymer. *Foeder.* i. 72. 74. 76. Hae tres epistolae primo impressae sunt inter Petri Blesensis epistolas n°. cxliv. cxlv. cxlvi. Primam vero rectius edidere Martene et Durand sub nomine B. archiepiscopi Turonensis, in *Thesaur. anecdot.* tom. i. col. 639. *Ad Henricum Caesarem, epist.* i. *Ad Ricardum filium contra Eligensem epist. plures. Ad Joannem filium regem epist. plures*, Rymer. i. 122. *De sua captione ad Joannem, epist.* i. Duas epistolas hujus reginae ad Alexandrum papam et cardinalem Jacintum edidit Dacier. in *Spicileg.* tom. iii. fol. 528. Hanc longe prudentissimam mulierem in Mirabello Andegavensis agri oppido, cum praeesset illis regionibus, per Arthurum nepotem captam, Joannes rex celeri in Francos expeditione liberabat. Obiit tandem A. D. MCCIII moerore magis quam morbo ex infortuniis consumpta. Bale, iii. 247.

ALEPH [JOHANNES] transtulit in sermonem Anglicum *Psalmos Davidis*: h. t. *The Psalter of Davyd in English purely and faithfully translated after the text of Feline; every psalm having his argument before declaryng briefly the intent and substance of the whole psalm.* "John Aleph greteth "the English Nation." Pr. "Be glad in the Lord, dere brethren." Argentine, MDXXX. 24to.

ALESIUS [ALEXANDER] sive ALANE, natione Scotus; religionis causa patriam terram vertens anno MDXL Londinum venit; ubi disputationem, procurante Cromwello, habuit cum Johanne Stokisley Londinensi episcopo. Edinburgi 23 April. MD natum, et in colleg. S. Andreae educatum fuisse, ac canonicatum ecclesiae collegiatae apud S. Andream obtinuisse dicit Mackenz. ii. 144. Primo in Germaniam fugit, inde a Melanchtone Cranmero commendatus in Angliam rediit. Strype, in *Vita Cranmer.* 402. Post mortem Cromwelli rursus in Germaniam abiit, et Lipsiae (Mackenz. Francofurti ad Oderam) theologiae professor factus. Strype, in *Vita Cranmer.* 403. Vide Rymer, *Foed.* xv. 88. Seckendorff. *Hist. Luther.* iii. p. 295 ita de eo. "In Germaniam "primo venit circa annum MDXXXIV; dein anno MDXL ad conventum Wormatiensem una cum "Kellero et Ludeckeno ab electore Brandenburgico missus est." Et p. 455 academiae Lipsiensis professor dicitur. Historiam discessionis suae e patria narrat in principio *Defensionis suae* contra Cochlaeum. In epistola quadam M. Bucero data ex Germania calendis Septembris MDL memorat jucundissimum sodalitium, quod habuit quondam in collegio reginensi Cantabrigiae, Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. *Miscell.* ii. 215. Scripsit *Librum de schismate*; scil. *purgans reformatos ab isto crimine. Of the auctorite of the word of God against the bishop of London, concerning the nomber of the sacraments.* Pr. ded. "About five yere agone I wrote to the noble kinge." . . . . 12mo. Et in editione Lips. MDXLII. 8vo. Pr. dedic. Duci Saxoniae. "Etsi tu non magni facis tua." Argent. MDXLII. 12mo. *Ad Scotorum regem contra episcopos* (prohibentes lectionem Scripturae in lingua patria. Argentor. MDXLII. 12mo.) lib. i. "Cum inter caeteras regias virtutes." Argentor. MDXLII. 8vo. Hunc refutavit Cochlaeus. *In omnes epistolas Pauli*, lib. xiv. *Expositio* 1 *epist. ad Timotheum, et epist. ad Titum*, Lips. MDL. 8vo. *Posterioris ad Timotheum*, Lips. MDLI. 8vo. *Disputationes in Paulum ad Romanos*, lib. i. "Repetam in disputationibus epist." Lips. MDLIII. 8vo. *Epistolas tam ad me* (Baleum) *quam alios*, lib. i. "Intellexi ex nobili viro Joanne." Brevis quaedam epistola hujus Alexandri ad Baleum eodem modo incipiens extat Ms. Bal. Titus, D. x. fol. 80. *In aliquot psalmos*, lib. i. Sive *Expositio libri Psalmorum Davidis juxta Hebraeorum et D. Hieronymi supputationem*, Lips. MDL. MDXCVI. fol. *De utilitate Psalmorum*, lib. i. "De autore et usu Psalmorum." in editione Lips. MDXLII. 8vo. *In evangelium Joannis*, lib. i. Basil. MDLIII. 8vo. Citatur ab Ada Hyll in libro contra A. Humes, fol. 14. b. *De Scripturis legendis in lingua materna*, lib. i. Lips. MDXXXIII. 8vo. *Contra Lovaniensium articulos*, lib. i. In editione Lips. titulus h. m. *Respons. ad* xxxii *Lovaniensium articulos*. Lips. MDLIX. 8vo. *Pro Scotorum concordia*, lib. i. *Cohortatio Alex. Alesii ad concordiam pietatis in patriam missa*, edita est Lipsiae MDXLIV. 8vo. Hujus libri elogium extat in *Supplem.* Seckend. *Hist. Luther. Orationem de gratitudine*, lib. i. Lips. MDXLI. 8vo. *De restituendis scholis*, lib. i. Ibidem. *Catechismum Christianum*, lib. i. *De justificatione contra Osiandrum*, lib. i. Vocatur hic liber in edit. Lipsiensi, *Tres disputationes de mediatore et justificatore hominis*, Lips. MDLIV. 8vo. Et *Refutatio Osiandri de unico mediatore*, Witteb. MDLII. 8vo. Lips. MDLIII. 8vo. *Contra Michaelem Servetum ejusque blasphemias disp.* iii. lib. i. Lips. MDLIV. 8vo. *Contra calumnias Cochlaei*, lib. i. Alias titulus ita, *Disputatio inter Alex. Alesium et Jo. Cochlaeum, an expedit laicis legere N. Testamentum*, MDXXXIII. 8vo. Lips. MDLI. 8vo. *Responsionem ad Jacobum* v. *regem.* Pr. "Profecto verum est quod ille." 12mo. Et Lips. MDLIV. 8vo. *De utriusque naturae officiis in Christo*, lib. i. *De distincta ejus hypostasi*, lib. i. *Cohortationem ad pietatis concordiam ineundam*, Lips. MDLIX. 8vo. *Disputationem de perpetuo consensu ecclesiae*, Lips. MDLIII. 8vo. *Omnes disputationes ejus simul editae*, Lips. MDLIII. 4to. et 8vo. *De missa et coena Domini*, lib. i. *Responsionem adversus Ruardum Tapperum de missa et coena Domini*, lib. i. Lips. MDLXV. 8vo. De hoc

hoc vide Hospinianum, *Hist. Sacr.* part. ii. p. 201. *Assertionem doctrinae catholicae de trinitate adversus Valent. Gentilem.* Lipf. MDLXIV. 8vo. et Genev. MDLXVII. fol. *Ordinationem ministerii ecclesiastici, seu Liturgiam ecclesiae Anglicanae*, Lipf. MDLI. 4to. Lipf. MDCXIX. et MDCXC. 8vo. *Descriptionem Edinburgi* quae extat in Munsteri *Cosmograph.* p. 51. Anglice in Mackenz. ii. 406. Convertit ex Anglico sermone in linguam Latinam, *Ordinationes Anglorum ecclesiae per Bucerum*, prooemioque ornavit, lib. i. "Conversis multorum animis ad studium," Vide Strype in *Vita Cranmer.* p. 210. Extat inter Buceri *Scripta Anglica*, Basil. MDLXXVII. fol. Vide Heylin, *Hist. Presbyt.* p. 237. *Praefationem super obedientiam Gardineri*, lib. i. "Non sine magna admiratione legi." *De Balei vocatione quoque*, lib. i. Claruit Alesius in Saxonia Lipsiensis academiae professor publicus, et in theologia decanus, A. D. MDLI. Bal. xiv. 74. Obiit anno MDLXV. 17 Mart. Lipsiae, aetatis 73. Mackenz. 65. vol. ii. 144.

ALEXANDER [PETRUS] patria Attrebatius, theologus transmarinus a Cranmero in Angliam invitatus et hospitio exceptus. Strype, in *Vita Cranm.* p. 195. S. theol. professor et praebendarius Cantuar. mense April. MDLI, qua praebenda ob conjugium deprivatus fuit A. MDLIII. 15 Martii. *Reg.* eccl. Chr. Cant. et Wharton Mf. F. 129. in bibl. Lambeth. restitutus tamen erat tempore Elizabethae, A. MDLII. 24 Aug. institutus ad ecclesiam Omnium Sanctorum Lombardstreet Lond. ad praesentationem dec. et cap. Cant. quae vacabat per ejus mortem ante 12 Maii MDLXIII. Newc. *Hist. Lond.* i. 254. Sub ejus nomine extat *Tractatus de vera ecclesiae disciplina et excommunicatione praelectus in ecclesia Christi Cant.* cap. xiii. Pr. "De excommunicatione et disciplina." Mf. bibl. coll. Univ. C. 3. *Tractatus de vero et unico fidelium purgatorio*, cap. vi. Pr. "De "vero et unico fidelium." Ibidem. *Comment. in v priora capita evangelii Marci.* Pr. "Evan- "gelium est vox Graeca." Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. D. 197. Strype, l. c. *Collectanea ex libris Origenis Adamantii, Athanasii, et Epiphanii una cum locis communibus ex eisdem authoribus collectis.* Pr. ded. "Cranmero archiep. Cum in principio hujus anni." dat. Lambeth. 28 April. MDL. Mf. autogr. Norwic. More, 813. *An secundam sororem, mortua priore, ducere liceat?* Pr. "Gregor. manifesta ratio." Mf. C. C. C. Cantab. Miscell. F. p. 609. *De matrimonio et laudibus matrimonii; de hiis quae jure divino et naturali impediunt matrimonium contrahendum, et dirimunt contractum, loci communes aliquot ex puris fontibus S. Scripturae, sanctorumque patrum sententiis selecti, et in ecclesia metropolitana Christi Cantuariae praelecti a dom. Petro Alexandro*, A. MDLIII. cap. xxviii. Pr. "Matrimonium est legitima et libera." Mf. Ibid. Miscel. xiv. *De aeterna Dei praescientia, praedestinatione, et providentia, deque fidei et salutis certitudine, et an praedestinatio tollat liberum hominis arbitrium, loci communes aliquot ex puris fontibus S. Scripturae, sanctorumque patrum sententiis, labore et diligentia dom. Petri Alexandri selecti, et in ecclesia metropol. Christi Cant. praelecti* A. MDLII, *una cum responsione ad argumenta perniciosissima novorum Pelagianorum, quibus nituntur necessariam doctrinam de praedestinatione e medio ecclesiae tollere, et pestiferos errores Pelagii et Celestini jampridem damnatos ab inferis revocare*, cap. xii. Pr. "De aeterna Dei praescientia." Mf. Ibid. xv. *Sententiae ex Scriptura et patribus de eucharistia*, manu, ut videtur, Petri Alexandri. Mf. Ibid. Miscell. C. 213.

ALEXANDER ABBAS, Cementarius dictus sive *le Pargiter* juxta Balei Mf. Glynn. abbas coenobii S. Augustini Cantuariae electus A. MCCXIII, cujus domus prius erat monachus ordinis S. Benedicti. Vir eruditus et partibus Joannis regis addictissimus, quem frequenter consiliis adjuvit; A. D. MCCVI eum legatum Romam misit rex, ubi aperte pro rege contra papam se stare declaravit. Vide Rad. Nigrum in *Vita regis Joannis*, c. xvi. Alexander theologus Oxoniensis pro rege Joanne de autoritate regia contra temporalem pontificum dominatum, et de regno Christi non mundano, et de Angliae immunitatibus ex Gregorii M. dictis ad Augustinum monachum optime disceptavit. Laur. Humfr. in praef. *De Rom. curiae praxi.* Rege mortuo a Pandulpho summi pontificis legato fuit excommunicatus, omnique ecclesiastico munere privatus. Edidit *Victoriam a Prothaeo*, lib. i. "In nomine Dei altissimi qui est trinus." *Super variis articulis fidei*, lib. i. *De ecclesiae potestate*, lib. i. *De potestate vicaria*, lib. i. *De cessatione papali*, lib. i. Ferunt eum in paupertate et miseria vitam finivisse circa A. D. MCCXVII. Pitf. A. MCCXX. Hoved. Obiit 4 non. Octob. MCCXX. *Chronol.* S. Aug. Bale iii. 57. Pitf. 287.

ALEXANDER CANTUARIENSIS monachus ecclesiae Christi; lecturarum et sermonum Anselmi archiepiscopi frequens auditor. Ex notulis ex ore ejus decerptis librum xix capitula continentem digessit, et eum dicavit Anselmo juniori, senioris Anselmi nepoti, Buriensis monasterii abbati sub hoc titulo: *Dicta Anselmi archiepiscopi*, lib. i. "Compellis me, venerabilis abba." [Ita incipit liber ex dictis B. Anselmi. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. i. N. 12. Sed nota M. Parkeri illum ascribit Eadmero.] Claruit circa annum MCXX. Bal. x. 36. Pitf. 198.

ALEXANDER CICESTRENSIS canonicus scripsit *Laudem divinae sapientiae.* In bibl. Sangerman. Cod. 798. apud Carol. du Fresne in *Indice auctorum.*

ALEXANDER ESSEBIENSIS coenobii (Ashby Canons, ut videtur, in agro Northampton.) prior; patria alii Somersetensem, alii Staffordiensem vocant. Lelandus eum eundem cum Nechamo censet; monachus Scotus Deirae professus. Theologus fuit eximius; poëta etiam ac rhetor nemini suae gentis aut aetatis secundus. Scripsit *De fastis seu sacris diebus* elegiaco carmine, in quo festa, ac sanctorum per anni circulum vitas pulcre descripsit, lib. ii. Princ. i. "Duo praeclara divinae "pietatis." Mf. bibl. Bodl. NE. A. 1, 2. et D. 5. ii. 4. Princ. ii. "Omnia cum nequeam sanctorum "scribere."

" scribere." V. Fuller, *Ch. History*, ii. 53. *Ad Lethardum* carmine heroico *Argumenta Bibliorum*; vel *Compendium historiarum Bibliae*, lib. i. Princ. " Ante dies omnes mundi fuit omnis." *Passionem Agnetis sub Hildeberti nomine vulgatam a Barthio*, lib. xxxi. c. 13. Adversar. quam hujus Alexandri Essebiensis esse observat Christianus Daamius ad Paulinum Petrocorium. Fabricii *Bibl. Lat.* Lond. MDCCIII. 8vo. p. 228. *Vitam S. Agnetis* carmine, lib. i. " Agnes, sacra sui pennam sapientis," (scriptoris. Mf. Bodl. Digby 65.) *Vitam Bertellini eremitae*, lib. i. " Quoniam quanto intellectu " nostro." *Vitam Cungari eremitae*, lib. i. " Dum quidam Constantinopolitanus;" *Festivale quoddam*, lib. i. " Duo praeclara divinae pietatis." *Confessionem ad Deum*, lib. i. " Confiteor tibi, Do- " mine Deus." *Meditationes quasdam*, lib. i. " Duae sunt vitae quae in Sacra Script." *Epistolas et carmina*, lib. i. " Laborem in ludum vertit fructus." *Historiae Britanniae epitomen*, lib. i. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. E. ii. Alex. Essebiensis *Cronicon a Christo nato ad* MCCXLVII. Mf. ibid. Wharton. Mf. Y. 13. in bibl. Lambeth. *Institutio prioris de Essby ad Novitios cum distinctionibus virtutum et vitiorum.* In matriculario bibl. monast. Petriburg. Z. iv. *Tractatus prioris de Essby de arte praedicandi*, ibid. X. vii. [*Tractatus* Alexand. *prioris*, etc. Mf. olim in bibl. monast. Syon.] In Historia priorum S. Fridiswidae, Oxon. per Will. Wyrley, penes A. Wood, habetur abbreviatio cujusdam indenturae factae tempore regis Johannis ante annum MCCIV, cujus inter testes annumeratur Alexander prior de Esseby: Idem prior testis chartae datae MCC. *Monast. Anglic.* i. 683. Claruit circa A. D. MCCXX non MCCCLX, uti perperam censent Gesnerus et Possevinus. Vide Bal. iv. 29. Pits. 295. Vossius, *Hist. Lat.* p. 469. seq. Dempster. i. 73.

ALEXANDER GALLOVIDIANUS, ecclesiae Kilkendensis in Scotia pastor, scripsit *De Hebridum insularum natura et arboribus anseriferis*, lib. i. Claruit anno MDXII. Dempst. vii. 600. Hect. Boët. *Descript. Scot.* cap. xi. Mackenz. ii. 383.

ALEXANDER SALOPIENSIS archidiaconus. In *Catalogo* Mf. bibl. Cotton. et in bibl. Ashmol. Mf. 860. Sarisburiensis vocatur. Pat. 12 Henr. iii. m. 7. Rex concedit clerico suo Alex. de Swenford, archid. Salop. xx marcas per ann. ad sustentandum eum pro servitio suo, quousque ei in ecclesiasticis. 7 Nov. Pat. 18 Henr. iii. pro xl marcis. Pat. 19 Henr. iii. praebenda in ecclesia Lichf. ei datur. Pat. 26 Henr. iii. quod provideatur ei de beneficio quod valeat c. marcis. Anno 19. Hugonis Wells, episcopi Lincoln. (sc. MCCXXVIII) Alexander archidiaconus Salopiensis fuit vicarius de Swerford. Oxon. *Reg.* Lincoln. Mag. Alexander de Swerford, archid. Salop. occurrit testis tempore Roberti de Watford, decani S. Pauli, London. in *Registro* A. penes dec. et cap. London. Et Mf. Cotton. Nero A. xii. 2. Fuit canonicus S. Pauli London. tempore G. Decani. Ibid. *Reg.* A. f. 21. Et Newcourt. *Hist. London.* i. 141. Et thesaurarius (Newc. i. 103.) Lond. in ecclesia Paulina sepultus. *Reg.* A. London. f. 44. (A. MCCXLVI.) Omissus est hic Alexander in catalogo archidiaconorum Salopiensium in Le Neve *Fastis*. Plura de hoc vide apud Madox *Dissert. epistol.* praefix. *Dialog. de scaccar.* fol. v. vi. Scripsit Gallice, *Expositionem vocabulorum Anglicanorum usitatorum in cartis antiquis regum Angliae.* Ita Mf. bibl. Jamef. xxiv. 78. Mf. bibl. Ashmol. 860. p. 22. In *Registro* A. dec. et cap. London. f. 61. habetur haec *Expositio* ab Alexandro archid. Sarr. unde videtur non Alexandri Salopiensis fuisse, qui canonicus et thesaurarius erat dictae ecclesiae. Collegit *Librum scutagiorum*, qui vulgo *Liber Rubeus* in scaccario dicitur. Mf. Ashmol. 860. p. 22.

ALEXIUS [SIMON] vixit Londini tempore Edw. vi. et aliquando in familia Thomae Cranmeri; in cujus gratiam scripsit *De origine novi dei missatici, quondam in Anglia mortui, nunc denuo ab inferis excitati dial.* vii. Pr. " Salve, mi Philothee." Genev. MDLVIII. 12mo. Ex praefatione Crispini autor videtur obiisse ante A. MDLVIII.

ALFREDUS BEVERLACENSIS [sive Fibrolegarius, uti vocatur in Caii *Vindic.* p. 27. not. et Alphredus, in *Animad.* p. 351] in septentrionalibus Angliae partibus natus, et Cantabrigiae educatus, ubi fertur multo tempore omnibus artibus liberalibus, philosophicis et theologicis scientiis operam non inutilem impendisse. In patriam reversus evectus est ad canonicatum in ecclesia collegiata S. Johannis Beverlacensis, in qua postea thesaurarius constitutus. Ab hoc officio thesaurarii cognomine notus erat inter scriptores. Alii illud ei datum fuisse nomen volunt ex eo, quod gesta Anglorum in historiam suam, quasi thesaurum, fideliter retulit. Fuller, *Hist. Cambr.* p. 6. Lelandus, *Collect. ex libro de antiqu. Beverlacensis ecclesiae* iii. p. 158 habet, Aluredus historicus, sacrista et thesaurarius Beverlac. Vide et Notas Lelandi *Coll.* ii. 199. De aetate hujus Alfredi vide Praefat. *Legibus Hoeli Ddha* a Gul. Wottono editis, praemissam a Gul. Clarkio. Scripsit *Deflorationes Galfridi*, lib. 5. " Britannia major, quae nunc Anglia." *De gestis regum Angliae*, lib. i. " Finito " regno Britonum, Brytanniae." Hic est liber sextus libri impressi. *De gestis regum Brytanniae*, lib. i. " Aggressus sum laborem; itaque mihi." Pars est prologi Alfredi in impressis, pag. 3. *Historiam ampliorem de gestis regalibus regum Britanniae a Bruto* ad 27 (29 in impress.) Henr. i. lib. i. In diebus silentii nostri occur. (Leland. *Coll.* ii. p. 202. ad 29 annum Henr. i.) Aluredi Beverlacensis *Annales* lib. ix. edidit Tho. Hearnius Oxon. MDCCXVI. 8vo. Codex autem ejus diversus est ab illo quo usi sunt Lambardus, Usserius, Somnerus, et alii. *Vitam D. Johannis Beverl. archiepiscopi Eboracensis*, lib. i. *Libertates ecclesiae S. Joh. Beverlac. cum privilegiis apostolicis et episcopalibus, quas magister Aluredus sacrista ejusdem ecclesiae de Anglico in Latinum transtulit.* Princ. " Decursa per ordinem." Mf. Cotton. Otho. C. xvi. *Historia Alfredi Beverlacensis* erat penes Will. Darrel canonicum Cantuar. MDLXVIII. unde collectanea quaedam habet Gul. Lambard. Vide Mf. Cotton. Vespasian. A. V. Aetatem hujus auctoris indigitant verba ejus de Flandrensium sedibus suo tempore, imo Walliae a

rege

rege Henrico deſignatis ſc. circa annum MCV. Leland. *Collect.* ii. 199. Joh. Whethampſtede *Granarii* parte i. litera A. in Mſ. Cotton. Nero C. vi. haec de Alfredi Beverlacenſis hiſtoria habet: "Alfridus Anglicus, dudum eccleſiae Beverlacenſis theſaurarius de rebus geſtis infra regnum Angliae, a Bruto primo rege patriae illius uſque ad conqueſtum per Normannos, fertur ſatis notabile opus ſcripſiſſe. Cujus operis in exordio ſcribit in commendatione patriae illius, moribuſque plebis ſub iſto notabili metro.

"Anglia, terra ferax et fertilis angulus orbis,
"Glebis, lacte, favis ſupereminet inſula cunctis,
"Inſula ſtat dives, quae toto non eget orbe,
"Et cujus totus indiget orbis ope[a].

[a] Hi verſus in impreſſis non apparent.

"Quibus cum aliis variis in commendationem patriae recitatis, tractat ulterius de civitatum nominibus hinc inde ſeorſim in hoc orbe fundatis; refertque quibus nominibus civitas Londonienſis, Cantuarienſis, Eboracenſis, aliaeque urbes variae vocatae fuerunt illis temporibus, quibus Britannica geſſerunt vocabula, per Britones inhabitatae erant. Refert etiam quomodo inconcuſſa ſtabat monarchia apud Britones, a primo eorum rege Bruto uſque ad tempora Julii Caeſaris; qualiterque a tempore hujus Caeſaris uſque ad imperatorem Severum, qui regnavit poſt Helium Pertinacem, tributaria fuit haec patria Romanis, ex ſeipſa tamen et ex proprio ſuo ſanguine habens erectos ſibi reges. Ab iſto vero Severo uſque ad tempora Gratiani municipis, qui per tyrannum Maximum conſtitutus erat apud eos in expulſionem hoſtium legionum princeps, deficiente Britonum ſanguine, coeperunt Romani apud illos regnare, ac quomodo ſtatim poſt iſtum municipem interfectum a plebeis propter ſuam tyrannidem, ceſſaverunt Romani in ea patria regere, recuſaruntque ulterius ſive propter longitudinem itineris, ſive propter alias arduas occupationes aliunde habitas dictam patriam gubernare. Refert inſuper quomodo ſtatim poſt hanc recuſationem coepit regnum Britonum per ingreſſum Saxonum dividi in regna ſeptem.—Qualitercunque horum primum fuit regnum Cantuariae—(ſic de principio et duratione cujuſlibet regni.) Refert praeterea quomodo dudum tempore regis Lucii, qui primus a P. Eleutherio ſuſcepit doctrinam ſacrae fidei, fuerunt in Britannia tres ſedes archiepiſcopales—Refert adhuc ulterius, quomodo Brutus Siloii filius ad litora regni Angliae venit, qualiterque ibidem applicans, et patriam illam inhabitans, ipſam ab ipſius nomine Britanniam appellavit; ſicque forma pari qua Galfridus Monemutenſis, licet nequaquam in ſingulis per omnia conſimili, de geſtis regum patriae illius reliquit poſt ſe ſatis laudabile opus." Obiit anno Domini MCXXXVI, et Beverlaci ſepultus erat. Bale. ii. 73. Pitſ. 204. Obiit Alphredus anno MCXXVI, quo et *Annales* ſuos finiit. Voſſius p. 393.

ALFREDUS[a] magnus, qui et Aluredus dictus, quatuor filiorum Ethelwolphi, potentiſſimi Viſiſaxonum regis, natu minimus[b], tot clara optimae indolis ſigna in tenera aetate oſtendebat, ut patrem amore ſui totum inflammaverit. Quare curatum eſt, ne ejus pueritia ſine literis[c] praeteriret. Sed literae id temporis in Anglia, a Dacis piratis undique impetita, rudes et barbarae erant; itaque regio puero parum ornamento fuerunt, quem tempora etiam ad bella rectius, quam ad muſas provocabant. Jamque ex ephebis exceſſerat, cum Ethelwolphus illum[d], Romam uſque miſſum, Leoni iv pontifici Rom. commendavit; a quo ibidem, ut autor eſt Gul. Meildunenſis, cap. ix. libri ſecundi *De regibus Anglorum*, in regem unctus eſt. Non hic Gulielmi docti ſcriptoris autoritatem elevabo; dicam tamen libere id quod ſentio, nempe Alfredum a Leone Rom. nunquam in regem unctum fuiſſe. Qui enim id recte fieri potuit, cum adhuc regnaret pater ejus, et tres fratres ſeniores habuerit, quorum unuſquiſque poſtea Viſiſaxonibus praefuit? Vero propius eſt, adoleſcentem vel a Leone pontifice Romae baptizatum fuiſſe (nam illis ſaeculis majuſculos ſacris fontibus immergebant) atque ita unctum; vel, quod ego magis arbitror, ſancto oleo delibutum; quia fidem, qua infans ſignatus fuerat, grandiuſculus factus confirmavit. Poſtea domum reverſus, tam multa de Romanae urbis magnificentia praedicavit, ut patrem ſuum, Dacis jam male multatis, deſiderio videndi urbem rerum olim dominam accenderit; tantoque magis, quanto filium praeſciebat futurum ſibi totius itineris comitem cum jucundiſſimum tum fideliſſimum. Romam igitur ſecundo una cum patre profectus eſt; qui cum vota perſolviſſet, et munera non contemnenda de more obtuliſſet, ut nihil loquar de ſcholis, quas Offa[e], Merciorum rex, in publicam Anglorum utilitatem poſuit;

[a] "Quando tam plenam juſtamque Alfredi vitae rerumque geſtarum hiſtoriam dedit Lelandus, additamentis paginas farcire lectoris patientiſſimi abuſus eſſet. Conſulat autem, qui plura vellet, *Aelfredi magni, Anglorum regis invictiſſimi, vitam tribus libris comprehenſam a Cl. Johanne Spelman. Henrici F. primum Anglice conſcriptam, dein Latine redditam, et annotationibus illuſtratam ab Aelfredi in collegio magnae aulae univerſitatis Oxonienſis alumnis.* Oxon. MDCLXXVIII. fol. Qui liber authoritatem adjunget paucis iis, quae ſubjunximus, ad meliorem autoris noſtri explicationem, praeſertim quoad res literarias." In bibl. coll. Univ. Oxon. habetur liber impreſſus, cum notis quampluriмis Mſs. in margine, opera Obad. Walkeri.

[b] Natus eſt Aelfredus Wanatingae, vel Wantage, in comit. Bercherenſi A. D. DCCCXLIX.

[c] "Aluredus fortuna venuſtus, plus caeteris fratribus ab utroque parente dilectus, uſque ad duodecimum annum aetatis ſuae in paterna curia illiteratus manſit. Saxonica tamen poemata docilis puer memoriter tenuit. Grammaticam tamen minus perfecte attigit, eo quod tunc temporis in toto occidentali regno nullus grammaticae doctor extiterat." Ita in Bever. *Cron.* Mſ. Trin. Oxon.

[d] Vix quinquennem. A. D. DCCCLIII.

[e] A quo ſcholas haſce conditas eſſe aſſerit Malmſb. ſed antiquiorem fuiſſe e codice Ciceſtrenſi probat Henricus Spelman. *Conc.* tom. i. p. 290. [Et ex eo Wilkins in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 156.] A. nimirum DCCXIV, et quidem ſub ipſis principiis Anglorum converſionis inſtitutam fuiſſe veriſimile eſt, ſi fides Florilego (anno DCCXXVII.) et Matth. Pariſienſi habebitur

posuit, et paulo ante conflagraverant, ibidem reparatis, inter redeundum Carolum Calvum, Francorum regem, invisebat. Francus autem delectatus cum humanitate, tum majestate Ethelwolphi, Juditham filiam suam ei in uxorem dedit. Ille vero accepta virgine, laetus in Britanniam transfretavit, non longo supervivens tempore. Nunc locus postulat, ut breviter doceamus, quibus modis Alfredus ad imperium Visisaxonum devenerit. Mortuo Ethelwolpho, et Steningamii sepulto, Ethelbaldus, ejus filius natu maximus, successit; qui, exactis in regno quinque annis non sine infami conjugio Judithae, novercae suae, fato functus est, et Shiroburnae tumulatus. Deinde Ethelbertus, natu proximus, regno potitus est; quod cum sex annis gubernasset, diem obiit, propterque fratrem Shiroburnae nobili monimento conditus fuit. Tum Ethelredus, cum mortui fratris vices per quinque annos reparasset, occubuit, ac Twinoburnae, vel, ut Latinius loquar, Interamnii sepulchro clausus est. Sic tribus fratribus natu majoribus humanis rebus ademptis, regnum accepit Alfredus [f], sed Dacica violentia mirum in modum diminutum. Quae calamitas adeo ejus adflixit animum, ut primis regni sui annis parum felicitatis in regio nomine posuerit. Nam quamvis multoties, viventibus adhuc fratribus, fortissime contra Dacos pugnasset, nec minorem virtutem imperator factus ostendisset; fortuna tamen, nescio quo pacto, quotidie fere visa deterior; usque adeo, ut necessitate coactus sit recipere se in arcem Ethelingianam, locum munitissimum, sitam quidem in ipsa Thoni fluminis ripa. Unde paucis nobilibus, et milite Somurotrige stipatus, quantum vires patiebantur, eruptiones in Dacos faciebat. Nae ille tunc temporis, licet spem vultu simularet, sexcentis intus curis aestuabat, donec a meliori fortuna evocaretur, ut vel aperto marte cum hostibus confligeret. Quod cum fecisset semel atque iterum, tantum Dacorum vires infregit, quantum vix sperare quidem unquam potuisset. Nam Guthormus, illorum dux, paulo post non modo pacis aequas conditiones ultro obtulit; verum etiam, praesente Alfredo, Christianam fidem professus, baptizatus est. Ab illo autem Visisaxonis spes, et major venit in praecordia virtus, quae novos praedatores, subinde in Britanniam navigantes, aut funditus deleret, aut ab insigni depopulatione compesceret. Pace itaque utcunque restituta, coepit apud se, ut prudentissimum principem decuit, consilium inire, quibus modis regnum suum quam florentissimum faceret [g]. A literis igitur, erga quas optime semper adfectus erat, auspicatus est. Atqui ad literas illustrandas, nulla ratio commodior tum visa, quam ut locum academiae designaret, ad quam ingenui adolescentes hinc inde convolarent. Isidis vadum itaque, urbem celeberrimam, doctis studiis dedicavit: cujus nos antiquitatem, tanquam in transcursu, paucis attingemus. Erant olim, florente Britannici nominis gloria, ut ex historia fidei mihi non admodum approbatae liquet, duae scholae [h] cum eloquentia, tum eruditione pollentes; quarum utraque sita in ipsis ripis Isidis, fluvii famosissimi. Uni nomen fuit patria lingua GRAECELADE, vocabulo a re nato, quod illic viri eximie docti Graecam profiterentur linguam: ubi Sampsonis, Eboracensis, posteaque Menevensis episcopi, obscura adhuc per versiculos memoria. Alteri ex Latinae linguae praeceptoribus LATINELADE nomen impositum: quanquam non desunt, qui pro LATINELADE, LECHELADE, nescio tamen an vere, scribant, adfirmentque medicorum fuisse scholam. Sed quis nunc autor gymnasia illa primum instituerit, quamvis diligentissime quaesiverim, hactenus a nemine discere potui. Vix constat interim tenui testimonio, quo tempore in pretio fuerint. Joannes tamen Rossus Verovicensis, in libello *De academiis Britannicis*, secutus autoritatem Davidis Tavani, alias Landavensis, scribit Sampsonem, qui ab Aurelio Ambrosio, Britannorum rege invictissimo, in archiepiscopum Eboracensem electus fuit, Graecoladae studuisse. At postea, ut est rerum omnium vicissitudo, utriusque scholae gloria Bellositum, quod nunc Oxonium vocant, translata fuit. De causa certe ambigitur. Joannes tamen Rossus, curiosus subinde antiquitatis investigator, adfirmat Graecoladenses, taedio loci parum commodi adfectos, novas sedes quaesivisse; illectosque pratorum et amnium amoenitate, quibus Bellositum, tanquam foecundo varie ludentis naturae horto, cingebatur, eo commigravisse. Sed quae mea est conjectura, adducor ut credam, veteres scholas Isiacas a Saxonibus late omnia depopulantibus, deturpatas fuisse; et Graecoladensium reliquias ab illo non modo ad amoeniores, verum etiam ad tutiores sedes, optimo quodam consilio, confugisse. Nolo hic pluribus verbis in confirmanda conjectura invalida laborare; ne videar velle Rossi autoritatem infringere, cum meam non possim interim satis constituere: utpote qui non statim admittam, vel fuisse taleis aliquando academias: sed mos erroribus tam receptis utcunque gerendus. Magis ad rem faciet, si indicavero, quis postea status fuerit Bellositensis academiae:


habebitur asserentibus doctrinam et scholas Anglorum a temporibus S. Augustini per Romanos pontifices fuisse interdictas, propter assiduas haereses, quae in adventu Anglorum in Britannia emerserant, dum pagani Christianis permixti sanctae conversationis gratiam corruperunt fidei Christianae. Hoc interdictum ab ipso S. Gregorio factum, ejusque occasione scholam illam Romae institutam asserunt Rossus Warwicensis aliique historici nostrates, sed moderniores. Cl. Walkerus in annot. ad Aelfr. *Vitam*, p. 6.

[f] Aelfredus rex factus est A. D. DCCCLXXI.

[g] "Optimates suos "ad discendam literaturam adeo provocavit, ut ipsi filios "suos, vel, si filios non haberent, saltem servos, si ingenio "pollerent, concessa libertate literis commendarent. Facta "ministrorum suorum, ac potissime judicum diligenter in"vestigatus est, adeo ut quos ex avaritia aut imperitia errare "cognosceret, ex officio amoveret, neminem illiteratum ad "quamcunque ecclesiasticam dignitatem ascendere permit"tens." Bever. *Cron.* Mf. Trin. Oxon. lxii. f. 82.

[h] De scholis Graecolada et Lechlade videsis *Hist. et Antiquit. Oxon.* p. 4. fuse; et *Annot. in vitam Alfredi*, 136. seq. Characteres (ut videtur) antiqui Saxonum, quos mutavit Aelfredus rex in characteres Francicos sive Italicos, descripti ex Orosio Lauderdaliano, quem Aelfredus in Saxonicum vertit.

a b c d e f g t k l m n o q r s



Ita Cl. Walk. in Mf. notis in *Vitam Aelf.* sed videntur minus

miae: in qua parte ita obliterata est antiquitatis memoria, ut ex autoribus, qui de rebus nostris scripserunt, nihil fere certi deprehendi possit. Ego nihilominus non gravabor ea in medium adferre, quae ratio admissa semel dictat. Primum, cum ex autoritate Davidis Tavensis constat Graecoladense gymnasium floruisse [i], regnante Aurelio Ambrosio; necesse est commigrationem factam fuisse post Saxonum in Britanniam adventum, qui omnibus modis contendebant indigenas extinguere. Non tamen fortuna illorum crudelitati usque adeo applausit, quin, mortuo Ambrosio rege, cum ab Uthero Pendracone, tum ab Arturio, principibus invictissimis, saepe profligarentur: quemadmodum et postea Constantino, Aurelio Conano, Vortiporio, ac Mailgone regnantibus. Quo tempore si literae a Graecolada ad Bellositum commigraverunt, non dubium est, illas, non dicam maximo, aliquo tamen in pretio ibidem fuisse. At cum, devicto Ceretico, et ultra Sabrinam fugato, victores Saxones totam mediterraneam Britanniam pro votis occuparent, credibile est, Bellositensis academiae honorem aut prorsus concidisse, aut ita diminutum fuisse, ut postea indies devergerit ad interitum. Qui enim aliter esse potuit, imperantibus Saxonibus, hominibus barbaris, bellicosis, feris, et a fide Christi alienissimis? Haec sors est rerum humanarum, ut nihil stabile, nihil perpetuum sit. Ubi nunc veteris academiae Bellositensis gloria? cum vix nominis umbra tenuis apud paucos admodum antiquarios extet. Qua parte aliquanto fortunatior Graecolada, quae vel hodie, si vera referunt, quamvis humilis pagus sit, antiquo nomine gaudet. Habet tamen Bellositum, licet nomen, quemadmodum multae aliae praeclarissimae urbes, perdiderit, quo fortunas suas jactet; quod Alfridus, princeps ter maximus, sopitos literarum cineres novis ignibus in focis suis animaverit. Id vero, qua factum ab illo solertia, nunc restat, ut declaremus. Principio comparavit aedes intra muros studiosorum usibus maxime necessarias. Deinde doctissimos viros ex diversis regni sui monasteriis, in quibus solis, illa tempestate, literae vitam, quamvis aegram, trahebant, epistolis evocavit. Nec sic contentus, in Galliam misit, qui eruditos, vel magno pretio conductos, in Britanniam deducerent. Postremo ingenuorum adolescentum numerum disquisivit, ut per omnes bonarum artium gradus pubes consurgeret, quae totam aliquando insulam literis illustraret. Id quod ex *Asserii Menevensis historia* liquet, qui Alfredi res gestas accurate perscripsit. His fundamentis rite jactis, linguarum et disciplinarum professores, una cum optimae spei juventute, in tria pulcherrima collegia distribuebat. Unum grammaticis, alterum philosophis, tertium vero theologis (quod vel adhuc extat, et universitatis nomine censetur) dedicavit: et ne stipendia deessent, praedia liberaliter adjecit, quae annuos fructus referrent. Illud certius, quod Asserius his verbis, ubi de distributione fortunarum Ealfredi agit, refert: "Tertiam partem dedit scholae, quam ex multis propriae suae gentis nobilibus pueris, et etiam "ignobilibus studiosissime congregaverat." Haec ille; cujus et Marianus Scottus autoritatem secutus (inciderat enim, ut liquido apparet, in librum *Annalium Asserii*) eadem confirmat. Secuti sunt non multo post nobiles aliquot nobile regis exemplum, consecratis in musarum gratiam scholis. Atque haec quidem origo fuit academiae ad Isidis Vadum institutae, quae modo in tantam excrevit magnitudinem, ut, quo te cunque verteris, merito inter primas numerari possit: Non quod nunc alat ingentem scholasticorum (raro enim hac aetate ultra duo millia, cum tamen tempore Henrici tertii regis quatuor millia, aut eo amplius aluerit, numerat) sed quod collegia habeat structura, donationibus, bibliothecis, denique eruditione magnificentiora, quam cuiquam extero facile credibile sit. Nunc ut de origine Isiacensis academiae belle mihi, quantum ad Alfridum pertinet, cum Joanne Rosso, ita de tempore vix convenit: ille etenim reparatae academiae annum a Christo nato DCCCLXXIII designat, qui secundus, aut tertius fuit imperii Alfredi. Ego autem, si fas esset a Rosso dissentire, annum DCCCLXXIX tanquam diem natalem Isiacensi gymnasio attribuerem. Quo tempore, foedere cum Guthormo Daco inito, licuit Alfredo utcunque respirare, atque animum a bellis ad musas convertere: sed liberum per me doctis esto in hac parte judicium. Age ergo, quod reliquum est, dicemus. Ealfridus, instituta academia, in dies magis magisque amore literarum ardebat; eoque Plegmundum, Cantiorum archiepiscopum, Werofridum, Vuicciorum episcopum, Asserionem Menevensem, Grimbaldum [k], monachum Bertinianum, cujus benevolentiam in prima sua versus Romam expeditione persensit; Joannem monachum ex Saxonia transmarina oriundum, Joannem Scottum, qui Dionysii hierarchiam interpretatus est, viros citra quaestionem doctissimos, in pretio et familiaritate habuit; quorum instructione mirifice in literis profecit, sed praecipue Asserii. Praeter hos habuit etiam non paucos domi suae eruditos, inferioris tamen notae homines, qui multos libros ab antiquis autoribus, sed maxime theologis, Latine scriptos, in Saxonicam linguam transferrent. Fuitque labor ille Anglorum nobilitati tam gratus, juxta ac utilis, ut vel hodie hujusmodi translationes in non paucis bibliothecis extent, venerandam prae se ferentes antiquitatem. Quid, quod ipse [l], rarum inter principes spectaculum, patriam linguam illustrare cupiens, suo proprio

nus accurate describi. [i] Vide scholarum Oxoniae ipsis Britannorum et Saxonum temporibus, scilicet ante regem Aluredum, florentium vindicias in *Hist. et Antiq. univ. Oxon.* lib. i. p. 9. Universitas etiam ab Alfredo restaurata esse probatur, ibid. p. 13. et p. 18. habetur universitatis Oxoniensis ab Alfredo restitutae conspectus. [k] De Grimbaldo vide *Mon. Angl.* i. 209. et Leland. *Collect.* tom. i. p. 21. Grimbaldum prius fuisse cancellarium et rectorem acad. Cantabrigiensis fingit Nic. de Cantilupo in *Hist. Ms. Cantabr.* [l] Sc. Aelfredus. "Quantum literarum scientia "eluxerit, non indiget exponi, cum ei attestentur plerique "libri saeculares et divini, suo stylo in patriam linguam "mira elegantia et brevitate translati et compositi, quorum "est Gregorius *pastoralis curae*, et Boëtius *De consolatione* "*philosophiae*, et *Narrationes diversae*." Ita autor Vitae S. Grimbaldi, apud Lel. *Coll.* i. 21. "In Scripturis tanta legitur extitisse scientia, ut in philosophiae studiis ad unguem usque perfecte disertus orator existeret, et facundus "interpres, totum fere Testamentum in idioma linguae "paternae transferret." Ita Osbert. Clarentius in vita S. Eadburgae

prio marte librum scripsit; quem Gulielmus Meildunensis xiv aut xv cap. libri secundi de *Regibus Anglorum*, Asserii autoritate fretus, *Enchiridion* [m] vocat: quo etiam loco significat, eum interpretationem Psalterii [n] inchoatum fuisse, at morte praeventum non absolvisse. Ealredus Rievallensis haec de *Parabolis* [o] Ealfredi breviter refert: " Extant *Parabolae* ejus, plurimum habentes aedificationis, sed et venustatis, sed jucunditatis." Edidit etiam lingua Saxonica librum *De legibus* [p], cujus ego vetustissimum exemplar vidi aliquot abhinc annis Medimni, alias CHRISTES-CHIRCHE TWINHAMBURNE, quod Latine sonat oppidum inter duo flumina positum: ex una etenim parte Avona, ex altera Duro alluitur. Jam audivisti, candide lector, quam candido Ealfredus erga literas animo fuerit. Nec desunt, qui praedicent, eum Orosium [q], Boëtium [r] *De consolatione philosophiae*, denique et *Anglicam historiam* a Beda [s] Latine scriptam, in linguam transtulisse Saxonicam [t]. Laudavere quidem multi Ealfredi incomparabilis erga bonas literas studium, et in primis Asserius [v], cujus et vestigia Gulielmus a Meildulphi-curia religiosissime secutus est. Ideoque ipsa Asserii verba ex ejus *Historia* desumpta hic subscribam: " Nam die noctuque, quandoque liceret, suos ante se libros " recitare jussit; non enim unquam sine aliquo eorum se esse patiebatur, quapropter pene om- " nium librorum notitiam habuit." Et rursus de eodem: " Nam haec propria et usitatissima " illius consuetudo, die noctuque inter alia omnia mentis et corporis impedimenta, aut per seipsum " libros recitare, aut aliis recitantibus audire." Accedit huc et calculus Rogeri Hovedeni: " Hic " poëtarum Saxonicorum peritissimus, in Dei servitio vigilantissimus, et in exquirendis judiciis " disertissimus." Hactenus Hovedenus. Asserius repetit oratiunculam Ealfredi, qua ignorantiam judicum castigavit, persuadens, ut aut sapientiae studium amplecterentur, aut magistratu defungerentur. Superest, ut audias, quae nobilium fundamenta operum jecerit. In qua parte nos brevitati studentes, ex multis pauca perstringemus. Castrum, quod in mediis Somurotrigum paludibus coactus violentia Dacica posuit, appellavitque Ethelingeie, id est, nobilium insulam, rebus postea utcunque secundis, in monasterii usum convertebat. Et quoniam aedes novo instituto parum aptae fuerunt, faciem totius fere structurae mutavit. Nec longum moratus, viros religiosissimos induxit, quibus Joannem, genere Saxonem, transmarinum hominem, cum purae doctrinae, tum vitae, abbatem praefecit. Creditur certe hoc loco Christo templum consecrasse, quod inde oraculo admoni-

Eadburgae apud Lel. *Coll.* i. 337. [m] Seu, ut Pitseo placet, *Manuale meditationum*, lib. i. quem *Handbooke* vocavit. Psalmos et orationem in unum libellum compegit; quem *Manualem* appellavit. Uti legitur in Bever. Mſ. *Chron.* [n] Prodiit versio una cum textu Latino a Joanne Spelman. Hen. frat. edita Lond. MDCXL. 4to. Cave. Vide Usser. *Hist. Dogm.* p. 123. Whartoni *Auctar.* p. 374. [o] Pr. " Ic am elder panne ic per." Ita rhithmi Anglo-Sax. Mſ. *bibl. Bodl.* Digb. iv. sed sine Alfredi nomine; et sermo videtur esse semi-Saxonicus tantum, atque sequioris aevi quam Alfredi. Extant duo libri, unus in Cottoniana, alter in Bodleiana bibl. Digb. 4. quibus titulus *Parabolae Alfredi regis*: an vero genuinae sunt, judicent eruditi. Cave. " In prover- " biis ita enituit, ut nemo post illum amplius." *Mon. Angl.* i. 32. [p] Quarum pars longe maxima ad ecclesiam spectant. Extant Latine et Saxonice in *Append.* ad Wheeloci Bedam, p. 15. Cave. Mſs. Cantab. in bibl. Corp. Chr. B. Y. F. vi. S. xi. 9—4. 19—2. *Leges Alfridi, regis Visi-Saxonum.* 51. num. lib. i. " Postquam natus pro salute " nostra." Mſ. Bal. Glynn. *Leges Alfredi regis Anglorum, et Godrini Dacorum reg.* lib. i. " Hoc est consilium quod " Alfredus r." Mſ. Bal. Glynn. *Aliae leges eorundem.* Pr. " Siquis rectum sibi fieri." Mſ. Bal. Glynn. Extant inter *Leges Anglo-Saxonicas* a D. Wilkins editas. [q] Sc. ejus *Historiam* seu *Hormestam*. Praefatio versionis habetur in Append. ad *Vitam regis Aelfredi*, p. 205. Ipsa vero translatio Saxonica habetur Mſs. in bibl. Cotton. Tiber. B. i. 1. Mſ. *bibl. Bodl.* Jun. 15. Mſ. penes ducissam Lauderdaliae. Mſ. Ob. Walk. in *Vitam Aelfredi.* [r] Habetur Mſ. in bibl. Cotton. Otho. A.6. 1. Mſ. bibl. Bodl. c. iii. 9. Mſ. Bodl. Jun. 12. Vide praefat. Versio haec, seu potius Paraphrasis, non sequitur Latinum exemplar in libros et metra prosasque distinctum, sed universum opus in 42 capita et capitum sectiones dividitur. *Annot. Vit. Aelfr.* p. 166. Nic. Trivet in prologo ad *Comm. in Boëtii de Consolatione* (inter Mſs. More Norw. 177.) dicit quod Boetius in exilium relegatus fuerit, atque, ut testatur Aluredus rex Anglorum, qui libros *Consolationis* de Latino in Anglicum transtulit, Papiae in carcerem detrusus. Sed ubi, quaeso, Alfredus haec testatur? an in prologo ad Boëtium? [s] Edita est haec versio a doctissimo Wheloco Cantabr. MDCXLIV. fol. licet ille (in praefatione) Aelfredi fuisse non audeat asserere. Th. Rudborn. apud Wharton. *A. S.* i. 183. hanc versionem ipsi Bedae inscripsit, quam ex cod. prioratus de Suthwyk ibi citat. [t] Conscripsit etiam Aelfredus, *Breviarium quoddam collectum ex legibus Trojanorum, Graecorum, Britannorum, Saxonum, et Danorum*, lib. i. *Institutorum*, lib. i. " Haec sunt pacis agenda, quae." *Dicta sapientum*, lib. i. *Regum fortunas varias*, lib. i. *Acta magistratuum*, lib. i. *Collectiones chronicorum*, lib. i. Forsan hic liber est idem cum *Historia regum West-Saxoniae*, cujus fragmenta extant Saxonice et Latine in *Append. ad Vitam Aelfredi*. Oxon. MDCLXXVIII. p. 199. *Testamentum ejus.* Extat apud Asserium Menevensem in *Vita* illius, et in praedict. *Append.* p. 193. *Commentarios de rebus a se gestis. Vit.* p. 165. Praeter supra memorata transtulit in linguam Saxonicam, *Dialogos S. Gregorii papae* iv. Extant, sed mutili in bibl. Bodl. in Cotton. Tiber. B. xi. olim liber Plegmundi archiepiscopi, forte integri. Vide Mſ. Cotton. l. c. et bibl. Bodl. Mſ. Jun. 70. James 6. Sed liber Mſ. horum *Dialogorum* Cantabrigiae in collegio Corp. Chr. S. I. asserit, hos *Dialogos* jussu regis Alfredi, sed opera Werefrithi, Wigorn. episcopi in linguam Saxonicam fuisse versos. Ita Beveri *Chron.* Mſ. Ex Asserio colligi potest, et regem et episcopum vertisse. Pitſ. Praefatio in hos *Dialogos* Saxonica cum versione Anglic. interlineari et Latina, prodiit Lugd. Bat. MDXCVII. 8vo. A. Wood. Mſ. Pitſ. *Molmutinas leges*, lib. i. Ita Rudborn apud Wharton. *A. S.* i. 160. Vid. Sheringham 125, 126. *Mon. Angl.* i. 32. *Martianas leges*, lib. i. *Asserii sententias*, lib. i. *Pastorale S. Gregorii papae*, lib. 2. Edita est versionis istius praefatio Saxonice, Anglice, et Latine in append. ad Whel. Bedam, p. 25. Extat ipsa *Pastoralis* versio in bibl. coll. S. Trin. Cantabr. Scr. Super. 40. et in *bibl. Bodl.* Mſ. Hatton. 88. et Mſ. Jun. 53. Exemplar vero vetustissimum est, quod codex erat Plegmundi archiepiscopi, qui floruit anno DCCCXC. cujus character elegans, perpulcher, et vetustissimus habetur in bibl. Cotton. Tib. B. ii. 1. alius item codex ibid. Otho. B. 2. 1. Extat Saxonice Mſ. C. C. C. Cantabr. S. I. *Novum Testamentum.* Mſ. in coll. Corp. Chr. Cantabr. S. ii. Quatuor Evangelia Saxon. cura M. Parkeri, praefixa Joannis Foxi praefatione, Lond. MDLXXI. 4to. Vide Usser. *Hist. Dogm.* p. 124. et *Auct.* p. 465. Eadem versio castigatior prodiit, notisque doctissimis illustrata a Tho. Mareschallo, Dordraci, MDCLXV. 4to. *Flores soliloquiorum D. Augustini, Saxonice.* Pr. " Cadeꝛod me ðonne ꝁiʒelaꞅ." f. 56. Þaeꝛ endiað ða cpidaꞅ þe elꝼꝛed kinga laeꞅ oꝼ þaeꝛe bec ðe þe haꝛaðon. Ex versione R. Aelfredi Mſ. Cotton. Vitell. A. xv. [v] Vide *Comment. in Cygneam Cant.* p. 3. de Alfredo, cujus res gestas scripsit Asserius Menevensis postea episcopus Clarofontanus, vel, ut notiori utar vocabulo, Shireburnensis; cujus ego historiam plurimi facio, quod Alfredo regi praeceptor aliquando fuerit, et ejus factorum oculatus plane testis.

S

tus,

tus, in Dacos non sine laetissima victoria prosiluerit. Aliud etiam coenobium Paladori, alias Sceaftesburgi, posuit virginibus velatis, praesidemque ibidem fecit Ethelgevam, filiam suam. Tertium opus, quod multo maximum et magnificentissimum fuit, Londini inchoavit, atque absolvit; tantum moeniorum reparans, quantum Daci, dum urbem obsiderent, violaverant: quo facto modo non immortalitatem sibi comparavit. Quartum Ventae Simenorum in gratiam Grimoaldi, monachi Bertiniani, incepit, jactis novae ecclesiae fundamentis, et altissimis et amplissimis juxta veterem, cui et nomen inditum *Novum monasterium*. Quo imperfecto mortuus est opere; at ejus filius Eadveardus, bellipotens et Danorum domitor, quae pater feliciter inchoaverat, felicius consummavit, canonicosque in eo latifundiis donatos munificentissimus instituit. Quintum Romae, cui vulgo nomen schola Anglicana, renovavit, et auxit inceptam, ut quidam volunt, ab Ina, famosissimo Visisaxonum rege. Sunt, qui scribant, Ealfridum hoc fecisse consilio Neoti, consanguinei sui, viri sanctissimi, locumque D. Mariae consecrasse. Quis jam neget haec opera undecunque regia fuisse, et perenni laude dignissima? At quota haec portio ejus laudum, quae a nostris passim historiographis celebrantur! inter quos Henricus Venantodunensis, alias Huntingdunensis, non minimus est. Quare pretium operae videtur, si ejus carmen doctum plane et venustum apponam, in quo Alfredum a fortitudine ita collaudat:

" Nobilitas innata tibi probitatis honorem,
" Armipotens Alfride, dedit, probitasque laborem;
" Perpetuumque labor nomen, cui mixta dolori
" Gaudia semper erant, spes semper mixta timori.
" Si modo victor eras, ad crastina bella parabas;
" Si modo victus eras, ad crastina bella parabas.
" Cui vestes sudore jugi, cui sica cruore
" Tincta jugi, quantus sit honos, regnare probarunt.
" Non fuit immensi quisquam per climata mundi,
" Cui tot in adversis vel respirare liceret;
" Nec tamen aut ferro contritus ponere ferrum,
" Aut gladio potuit vitae finire dolores.
" Jam post exactos vitae, regnique labores,
" Christus ei sit vera quies, sceptrumque perenne.

Nunc mihi ad finem properanti unum restat, nempe ut significem, quo tempore, relictis ex Alswitha uxore Eadveardo et Ethelwardo filiis, puellis autem Ethelfleda, Ethelgeva, et Etheldreda, obiit. Quod quanquam ex multis abunde liqueat autoribus, illustrissime tamen ex eo libello, qui Asserii *Annales* in epitomen redegit. Nos igitur, quoniam apud fanum Neoti in vetus exemplar nuper incidimus, ipsa tam bonae fidei autoris verba subjiciemus: " Anno D. DCCCC Ealfridus, " veridicus vir per omnia, in bello strenuissimus, rex occidentalium Saxonum nobilissimus, prudens " etiam, religiosus, atque sapientissimus, cum magno suorum dolore viam universitatis adiit sept. " cal. Novembr. anno regni sui 29 et dimidio, anno vero aetatis suae 51. indictione 3. qui apud " Wintoniam civitatem regalem decenter, et regio honore sepultus est: mausoleumque ejus constat " factum de marmore porphyretico pretiosissimo." Est hoc honorificum, juxta ac verum testimonium de morte et sepultura Alfridi [1]. At ne quis ignoret, quo loco Ventae sepultus fuerit, certum est, primo sepultum fuisse in veteri monasterio Petro consecrato; deinde in novum monasterium, confecto opere, translatus est; tertioque delatus est ad Hidanum monasterium in eos usus erectum in suburbio Ventano. Quod et factum est consilio quodam: nam ante duorum vicinitas monasteriorum inimicitiae et turbarum causa magna fuit. Ex *Lelando*.

ALFREDUS MALMSBURIENSIS, Rad. de Diceto et Godwino ALFRICUS, illius coenobii monachus, et postea abbas. Cantu in officiis divinis multum delectatus. Consecratus erat episcopus Creditonensis A. D. DCCCCXC. Scripsit *De naturis rerum*, lib. i. *De rebus sui coenobii*, lib. i. Et ex eo forte quod Malmsburius dicit Alfredum plura in opusculis suis de S. Aldhelmo, hinc Pitseus confinxit *De S. Aldhelmo*, lib. i. Obiit anno DCCCCXCIX, cum sedisset annos ix. Godwin. Bal. ii. 140. seq. Pits. 179. seq.

ALFREDUS NOTHUS, Oswii regis ex concubina filius, fuit inde post patris ac fratris obitum Northumbrorum rex. Is, regnante Egfredo fratre, exul in quasdam Scotorum insulas, ingenii facilitate, assiduaque opera in literis haerendo, doctissimus evasit. Joannem Beverlacium, divinarum literarum studiis clarum, deposito Wilfrido, Hagustaldensem antistitem primo, et Eboracensem archiepiscopum postea, ob insignem eruditionem fecit. Ipsum hunc Alfredum scribunt aliqui, deposita regali corona, suscepisse clericalem, et in coenobio Mailrosensi monachum induisse: inde evocatum episcopum Lindisfarnensem factum fuisse. Composuit Alfredus inter otia literaria pro pacandis super Paschate controversiis *Ad Colmannum et suos epistolas plures*. *Ad Hildam abbatissam*, epist. i. *Ad Adamannum Coludium*, epist. i. E vita decessit anno DCCV. Drisfeldiae sepultus. Inter sanctos numeratur, et festum ejus agitur 23 Julii. Dempster. i. 96. Bal. i. 87. Pits. p. 115. seq.

[1] *Aluredus* sive *Alfredus* tragicomoedia ter exhibita in seminario Anglorum Duacano A. D. MDCXIX, autore Gul. Drurаeo nobili Anglo, Duaci MDCXX. 24. Vide *Vitam regis Alfredi* a Spelmanno compositam, et a Tho. Hearnio auctam. Oxon. MDCCIX. 8vo. Anglice.

ALFREDUS seu ALUREDUS SCOTUS: Claruit circa annum MXCVIII, et regi Malcolmo iii nuncupabat *Librum historiae Scoticanae*; quae citatur a Fordono. Ita Mſ. Hatton.

ALFRICUS ſive EALFRICUS, cum viveret, ſui memoriam aliquo literario monimento quam longiſſimam facere ſtudebat. Itaque veterum grammaticorum ſecutus autoritatem, *Grammaticen* et ipſe in gratiam ſtudioſae pubis *Latino-Saxonicam* ſcripſit [a]; opus, ut tum quidem videbatur, et doctum et utile. Sed quod ſperavit ille apud ſeros nepotes de nominis ſui fama, tantum abeſt, ut hac noſtra aetate ſit conſecutus, ut ejus opuſculum pulvere obſitum in aliquot deliteat bibliothecis. Non auſim aſſerere hunc eſſe Alfricum, cujus doctae *Conciones*, lingua Saxonica ſcriptae, in Fontana extant bibliotheca; non magis quam Alfricum, fratrem uterinum Leofrici, alias Elfrici, Cantiorum archiepiſcopi, abbatem fani Albani [b], quem conſtat *D. Albani liturgiam*, qua etiam nunc monachi ibidem utuntur, exaraſſe [c]. Tertius hic Alfricus vixit temporibus Ethelredi et Eadmundi Ferrei, regum Angliae. De ſecundo non aperte pronunciabo, conjectura tamen ducor illum circa eadem tempora floruiſſe [d]. At de primo ſatis liquet, cum ipſemet in prologo *Grammaticae* ſuae praefixo teſtetur ſe Ethelwoldi, epiſcopi Ventani, diſcipulum fuiſſe. Unde facile poſſum adduci, ut credam Alfricum monaſticam coluiſſe ſectam in coenobio Abbandunenſi, ac eidem praefuiſſe; cui et Ethelwolphus aliquando praefuit. Si vera haec eſt, ut ego plane eſſe puto, conjectura; ſupereſt, ut lector intelligat hunc fuiſſe Clarofontanum epiſcopum, ac deinde primatem Cantiorum. Ex *Lelando.*

[a] Scripſit Alfricus grammaticus ſecundum Baleum ii. 41. *Grammaticam quandam*, lib. i. [*Excerptiones* ex Priſciano] " Ego Alfricus ut minus ſapiens." Mſ. bibl. Bodl. Cromwell. 161. Mſ. Junii 7. *Dictionarium Latinum*, lib. i. Mſ. Bodl. Junii 71, 72. *Super Gregorii dialogis*, lib. iv. *Sermones* 180. lib. ii. Tranſtulit in linguam vernac. *Donatum*, lib. i. *Geneſim*, lib. i. *Sermones* 180. *Gregorii dial.* lib. iv. Ita Bal. Add. Lel. Mſ. Trin. *Epiſt. duas*; quarum 1ma ad Ethelweardum Ealdormannum, altera ad Wulgetum. Mſ. bibl. Bodl. Laud. E. 19. De hoc auctore diligenter conſulendi ſunt Cave, *Hiſt. Liter.* ii. 321, 322. Wharton. etc. Uſſer. *Hiſt.Dogm.* p. 128. et *Auctar.* p. 377. Pitſ. p. 182. Fox, p. 1139. Hallucinatur Baleus, qui Clarofontenſem epiſcopum, Wellenſem eſſe dicit, cum ſit Shirburnenſis. *De vita S. Guthlaci per Alfricum monachum* Saxonice ad Alfwoldum regem oriental. Anglorum (tranſlatio eſt Faelicis) Pr. pr. " Vpum pealdende pihe gelyfendum." Mſ. Cotton. Veſpaſ. D. xxi. [b] Alfricus abbas S. Albani, regi Etheldredo cancellarius fuit, *Hiſt. S. Alb.* Mſ. coll. Corp. Chr. Cant. ſub B. 3. f. 231. Videſis Whartoni *Diſſertationem* bene longam de Elfrico grammatico archiep. Cantuarienſi, utrum is fuerit Aelfricus grammaticus. *Angl. Sacr.* vol. i. p. 125. ſeq. Vide etiam Hickeſ. vol. i. *Theſ. Septentr.* Bal. x. 52. Elfricus, abbas Malmſburienſis ſcripſit *Vitam S. Adelwoldi. Abbreviationem S. Edmundi.* Libros etiam multos ex Latino in patrium ſermonem vertiſſe dicitur. Gul. Malmſb. in vit. Aldhel. apud Whart. *A. S.* ii. 33. ubi literarum peritus, praeſertim elegantiſſimus interpres, aedificandi gnarus vocatur. Ibid. Vid. Mſ. in bibl. Bodl. F. iv. 12. Mſ. Junii 23. 45. 121. Mſ. Laud. E. 19. Mſ. Bodl. NE. F. 4. 12. Gul. Somneri *Dictionario Saxonico* acceſſit Aelfrici abbatis *Grammatica Latino-Saxonica.* Oxon. MDCLIX. et Heidelb. MDCLIX. f. *Homilia Paſchalis* Aelfrici extat Sax. et Angl. . . . temp. Eliz. . . . 24to. Et cum verſione Latina Cantabr. MDCXLIII. Aelfricus abbas *De conſuetudine monachorum.* Pr. pr. " Egneſhamenſibus " tribus. Ecce in Deo vobiſcum degens." Vid. Cave, *Hiſt.* lib. 588. Hujus auctoris extat, *A Saxon treatiſe concerning the Old and New Teſtament, written ſeven hundred years ago, with a verſion into the modern Engliſh by W. Liſle.* Lond. MDCXXIII. 4to. Et cum Mſs. emendationibus Tho. Mareſchalli inter codd. ejus Mſs. in bibl. Bodl. num. 72. Et Lond. MDCXXXVIII. 4to. cum notis Mſs. Tho. Barlovii in bibl. Bodl. C. 13. 17. Linc. Item *Teſtimony out of the homelies and epiſtles of Aelfricus, ſhewing the ancient faith of the church of England, concerning the ſacrament in Saxon and Engliſh.* Ibid. *A ſermon of the Paſchal Lamb, and of the ſacramental body and blood of Chriſt; with the Lord's Prayer and ten commandments in Saxon and Engliſh.* Ibid. Item eadem homilia *with the Lord's Prayer and Creed in Saxon and Engliſh; with the words of Aelfric taken out of his epiſtle to Wulfſine biſhop of Scyrburne in Saxon, Engliſh and Latin.* Lond. . . . . (by John Day) 8vo. Item Anglice tantum cum praefatione J. Joſcelini. Oxon. MDCLXXV. Lond. MDCLXXXVIII. 4to. [c] *De qua Matthaeus Pariſius in geſtis abbatum ejuſdem coenobii.* Addit. Mſ. Trin. Lelandi. Mſ. in bibl. pub. acad. Cantabr. 240 continet *Sermones Saxonicos Elfrici de tempore et ſanctis.* Praemittitur praefatio Latina ad Sigericum archepiſcopum. [d] Fuerunt tres venerabiles epiſcopi Elmanenſes uno nomine Alfrici dicti; unus bonus, alter niger, et tertius parvus ob differentiam vocati. Ita in *Regiſtr.* Pinchbeck-abbatiae S. Edm. f. 322. b. Horum unus vixit tempore Canuti regis, et filii ejus Haraldi. Ibidem. Aelfricus epiſcopus, monachus et abbas Glaſtoniae, obiit A. D. DCCCCLXXXVIII. *Monaſt. Angl.* i. 8.

ALIENANTUS [GALLOFRIDUS [a]] Carmelita, theologus Iſiacis cognitus, ſcripſit *Commentarios in Lucam*, [b] et *Sententias Longobardi* [c]: addidit ad coronidem *Syllabum originalium.* [d] Ex *Lelando.*

[a] Galfridus Alyevantus, Bale. Pitſ. patria Eboracenſis, Lel. *Epit. Bal.* SS. theol. doctor. Pitſ. [b] Lib. i. " Quoniam " quidem multi," etc. [c] Lib. iv. " Sol lucet in ſua " virtute uſque," etc. [d] Lib. i. " Abimelech, etc. " Auguſtinus de nuptiis et concupiſcentia." Mſ. Bal. Sloan. Scripſiſſe praeterea fertur *Ordinarias quaeſtiones*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. Claruit MCCCXL. Bal. v. 39. Pitſ. p. 438.

ALIPHAT ANGLUS, Gregorii Ariminenſis auditor, edidit *Volumen in* i. *Sententiarum egregium*, quod extare ſolebat Pariſiis in bibl. Auguſtinianorum. Vide Poſſevin. in *Appar.* tom. i. p. 48. (Mſ. Fulm.) Du Freſne.

ALLEN [NICOLAUS] in poëmatibus ſe Eſſentianum cognominat; ſc. N. A. Eſſentianus Anglus. Scripſit *Carmen hiſtoricum hujus inſulae a Bruto ad Gul. conqueſt.* cui titulus *Britanneidos*, lib. XVI. Poſteriores decem Mſs. extant in bibl. Bodl. NE. E. 2. 10. *Jovem Pheretrium.* Carmen hexametr. ad Edv. Demaur. com. Hertf. Pr. " Quae bellis veniat Romanae gloria genti." *Bucolica* (Eclog. iv.) " Forte ſub umbroſo recubantes tegmine quercus." Simul extant Pariſ. MDLXI. 4to. una cum libro h. t. *Arati Phaenomena, ex Gr. in Lat. verſa* per hunc N. A. ad eundem com. Hertf. Pr. ded. " Etſi me magno jactatum turbine rerum." Pr. lib. " A Jove principium " muſae." *The aſtronomers game, or a game for three whetſtones played by two maſters of arts, and a doctor*, i. e. *three almanacs or prognoſtications for the year* MDLXIX, *one calculated by Mr. Buckminſter*,

minster, the other by Mr. Joh. Securis, the thirde practised by Dr. Low, compared and set together by Nic. Allen; Essentian. Pr. " Good reader, thou shalt understande." Lond. MDLXIX. 24to.

ALLEY [GULIELMUS] patria Buckinghamensis, natus apud Wycombam, et in schola Etonensi studiorum puerilium tyrocinia absolvit: unde ad collegium Regale apud Cantabrigienses transmissus ob felicia boni ingenii documenta istius collegii socius evasit: Deinde baccalaureatu in artibus ornatus A. MDXXVIII, suis valedixit, et Oxonium se contulit. Mox sacris ordinibus initiatus et uxoratus beneficium ecclesiasticum adeptus est. Maria autem sceptrum tenente, curam animarum reliquit, et in septentrionalibus Angliae partibus medicinae praxin exercuit. Ad regnum vero evecta Elizabetha S. theol. praelector erat in ecclesia cathedrali S. Pauli London. A. MDLIX. 1 Jan. collatus fuit ad poenitentiarii officium, et praebendarius S. Pancratii in ecclesia S. Pauli London in electione Alex. Nowell. *Regist.* Grindall. Newcourt, *Hist. Lond.* i. 196. A. MDLX. 14 Julii consecratus fuit episcopus Exoniensis, et anno sequenti gradus in theologia in academia Oxon. suscepit. Scripsit ΠΤΩΧΟΜΥΣΕΙΟΝ. *The poor man's library; or Rapsodiae Gul. A. upon several lectures on the first epistle of St. Peter, read in the cathedral church of St. Paul London,* MDLX. 2. tom. Ad comitem Bedford. " I would verely wish (most vertuous.") Lond. MDLXV. MDLXXI. fol. Sub finem cujusque praelectionis adduntur *Miscellanea, sive Notae.* Opus hoc citatur in principio Bartholomaei *De propr. rerum* translati per St. Batman. Lond. MDLXXXII. fol. *Hebrew grammar.* In bibliis Anglicanis, quae *Bishop's bible* vocantur, sub finem Pentateuchi adduntur literae W. E. hae Willielmum Exoniensem denotant, qui procul dubio versionem hanc adornavit. *Epistolas tres archiepisc. M. Parkero.* Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. 471. *His judgment concerning the doctrine and discipline of the church.* Pr. " Inprimis, I judge in my simple opinion; " Edidit Strype, Elizab. p. 309. Obiit 15 April. MDLXXI. (Fuller, *Ch. Hist.* MDLXXVI.) et humatus est in medio presbyterii ecclesiae Exon. praegrandi tectus marmore. *Athen. Oxon.* 162. seq. Godw. i. 476.

ALLEYS [THOMAS] Scripsit *De methodo et arte concionandi, ad Theobaldum de Ursinis.* Mſ. Bodl. A. i. 8.

ALLOTUS [GULIELMUS] Anglus natione, academiae Cantabrigiensis alumnus: Ad solium evecta Elizabetha, in exilium abiit, et Lovanium se contulit, ubi studiis theologicis per aliquot annos incumbens sacris ordinibus initiatus est. Se Coloniae aliquandiu vixisse meminit in epistola praef. *Thesauro bibliorum*; cujus dedicatio data est Antverpiae 26 Sept. MDLXXVI. Deinde in Angliam rediens ut cives suos ad pontificiam reconciliaret religionem, in carcere compingitur. In Belgium reversus apud S. Quintinum canonicatu ornatus est. Tandem hydrope laborans apud Aquas Spadanas fatis concessit MDXC. et ibidem humatus jacet. Scripsit *Thesaurum bibliorum, omnem utriusque vitae antidotum, secundum utriusque Instrumenti veritatem et historiam succincte complectentem,* lib. i. Pr. ded. " Gregorio xiii. papae. Praecellens atque praeclarum illud." Lugd. MDLXXX. MDLXXXV. Antverp. MDLXXVII. MDLXXXI. 8vo. *Indicem epistolarum et evangeliorum dominicalium,* lib. i. " Epistola primae dominicae adventus." Extat ibidem. Pitſ. 788. 789.

S. ALMUS monachus Cistercienſis in abbatia Mailrosensi, dein primus abbas coenobii ejusdem ordinis de Balmurenoch anno MCCXXIX. Scripsit *De perfectione religiosa,* lib. i. *Acta reginae Emergardae,* lib. i. Obiit anno MCCLXX. Dempster. i. 91.

S. ALTHO monachus, primus abbas monasterii, quod ab eo Altomunster, sive monasterium Althonis, forte in dioecesi Saltzburgensi in Germania. Scripsit *Speculum charitatis,* lib. i. *Hymnos de sanctis,* lib. i. *Ordinationes claustrales,* lib. i. Claruit anno DCC. Festum ejus celebratur 7 Febr. 5 Aug. Dempster. i. 2.

ALTON [GULIELMUS] ATTON sive ALCHON corrupte a scriptoribus nostrarum rerum ignaris, patria Southamptoniensis, apud Alton natus. Frater ordinis S. Dominici, et S. theologiae doctor Parisiensis. Scripsit *In Ecclesiasten,* lib. i. *Postillam in Matthaeum,* lib. i. *De decem virginibus,* lib. i. *Quaestiones varias,* lib. i. *Commentarios in libros sacros,* lib. i. Claruit anno MCCCXXX. Bal. v. 29. Pitſ. 426.

ALTONO [JOHANNES de] juris utriusque doctor, Anglus, scripsisse dicitur ingens volumen in jus canonicum; cui titulus *In decretales,* libris pluribus. Quid aliud scripserit, aut gesserit, aut quo tempore vixerit non invenio. Quaere annon hic fuerit Johannes Actonus. Pitſ. *App.* p. 872.

ALTUS [JOHANNES] gente Scotus (ita Bal. par. post. 223. Dempst. 46.) patria Roxburgensis, rhetor et poëta sui seculi insignis. Controversia orta est inter eum et Elisdanum, paedagogum Morpethi; unde carmine scripsit *Apologiam argutam,* lib. i. " Nunc usque arripuit " vehemens sopor." *Contra Elisdani Antiscoticon,* lib. i. " Morpetine, cave, ne Scotus." *Epigrammata* quoque. Claruit A. MDXXX. Bal. xiv. 64. Dempster. i. 72.

ALUREDUS [a] ANGLICUS [b] suo saeculo inter literatorum proceres locum tenuit honorificum: quem et utriusque linguae cognitio, et philosophiae studium quoddam ardentissimum eo evexerant. Rogerus Bacon hunc inter linguarum politarum interpretes his verbis in libro *De utilitate linguarum* numerat: " Alii vero, qui infinita in Latinum converterunt, ut Gerardus Cremonensis, Michael " Scottus, Aluredus Anglicus, Hermannus Alemannus." Haec ille. Scripsit libellum *De motu*

[a] Peragravit, studiorum causa, Galliam et pene universam Italiam, et Romam se tandem recepit, ubi in familiam cardinalis Othoboni cooptatus, eique factus est a sacellis. Deinde dictum cardinalem ad lites inter regem et magnates componendas destinatum ab Urbano iv. papa, comitatur in patriam Alfredus. Pitſ. [b] Pitseo Alfredus Philosophus dicitur.

cordis, quem vidi aliquando Londini in bibliotheca Dominicanorum, et Grantae Girviorum in bibliotheca Petrina. Erat et Duroverni in bibliotheca fani Servatoris Aluredi libellus *De educatione accipitrum*: praeterea Ariſtotelis *Vegetabilia* doctis illuſtravit commentariis [a]. Colligo hunc non multis admodum annis Baconem praeceſſiſſe [b]. Ex *Lelando*.

[a] Memorant Balaeus iv. 35. et Pitſeus p. 351. ſeq. plura Alfredi noſtri ſcripta, ſc. *De muſica*, lib. i. "Licet mihi inter meditandum." *In Boëthium de conſol. philoſophiae*, lib. v. *In meteora Ariſtotelis*, lib. i. *De rerum natura*, lib. i. Claruit A. D. MCCLXX.

S. ALWINUS ſeu AILWINUS, eremita Anglus (an prius epiſcopus Elmhamenſis, qui circa annum MCXXX epiſcopatu abdicato, vitam privatam in coenobio Elienſi egit, uti dicit Whart. *A. S.* i. 405. An prior Dunelmenſis, qui obiit anno MLXXXVII. vide ibidem p. 785.) cujus vita dicitur haberi Mſ. Oxonii in bibl. coll. Magdal. forſan auctore Petro Bleſenſi. Scripſit *Librum quendam ad Herebertum epiſcopum Norwic.* Liber dicitur haberi Mſ. in coll. S. Petri Cantabr. Videtur claruiſſe circa A. D. MXCIV. Pitſ. in *Append.* p. 820.

ALYNGTONUS [a] [ROBERTUS] ſive ALAUNODUNUS, theologus doctior quam facundior; incidit in ea tempora, quae ſemiſopitas Iſiacorum mentes acriter ad ſtudia incitabant. Nam Wiclivi factio, editis in lucem bene multis famoſis libris, ita invaluerat, ut cogerentur, niſi tanquam victi ſupplices dare manus prius habuiſſent, venienti malo occurrere. Perinde atque hac noſtra aetate non pauci fecerunt, qui, fulminante Luthero, non modo omnem calami torporem prorſus excuſſerunt, verum etiam magnum numerum theologorum, idque vetuſtiſſimorum, inter pulverem et blattas deliteſcentium, in praelium ſecum evocaverunt. Claſſicum ergo cecinerunt duces, et Wiclivianos duro marte undique urgebant. Inter quos qualis quantuſque fuerit Alingtonus, malo aequus lector ex ejus libro, quem, triumphato hoſte, *De veneratione ſanctorum* [b] ſcripſit, quam a me diſcat. At nunc an ab adverſariis aliam praeterea ullam victoriam reportaverit, certe non ſatis ſcio. Hoc unum, quod ſolum addam, bene novi; nempe ſcripſiſſe illum praeterea *Commentarios* cum in *Sex principia* [c], tum in *Praedicamenta* [d] *Ariſtotelis*. Vixit, regnantibus Richardo ſecundo et Henrico quarto [e]. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Alingtonus, Mſ. Lel. Trin. coll. reginenſis Oxon. alumnus, SS. theol. doctor, et anno MCCCXCIV. academiae cancellarius. A. Wood, *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 117. Socius coll. S. Mariae Oxon. de Wynton. Ita nota antiqua ad finem *Comm. ſuper praedicamenta*, Mſ. Lamb. 69. 4to. [b] Lib. i. *De adoratione imaginum*, lib. i. "Pro "materia de adoratione imaginum," extat Mſ. Oxon. in coll. Merton. N. vi. 2. et Oriel. xxxv. Et Cantabr. in bibl. publ. xxxvi. Liber, quem viderat Lelandus in bibl. eccl. S. Pauli Lond. incipit, "Omnis plantatio," etc. *Coll.* iii. 45. Idem forte cum *Quaeſtionibus de imag.* infra. [c] Lib. i. Mſ. olim in bibl. D. Jac. Waraei. *Sophiſtica principia*, lib. i. "Terminorum aliqui ſunt ſimplices," extant Mſs. colleg. Novi, 289. imperf. in fine. *Roberti Alingtoni Oxonienſis ſophiſmata cum conſequentiis*, in uſum ſcholae Cantabrigienſis, prodiere Lond. MDXX forte MDX per Wynandum de Worde. A. Wood, *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 228. Sed qu. annon ſit opus doctoris Alington Minoritae, qui Oxonii floruit MDXIII. A. Wood. ii. 401. Habentur *Conſequentiae Alyngton*, Pr. "Contra hunc textum ab Ariſt." Inter Sophiſt. in uſum Cantabr. Lond. MDXXIV. 4to. [d] Lib. iii. "Quoniam logica ad omnium ſcientiarum." Mſ. Lamb. 4to. 69. Oxon. in coll. Novo. et Oriel. locis citatis, et bibl. reg. Weſtmon. 12. B. xix. 7. Mſ. olim penes D. Jac. Wareum. Praeterea ſcripſiſſe fertur *Expoſitiones logicales*, lib. i. "Suppoſitio ſimplex dividitur in." Mſ. coll. Novi l. c. imperf. in princ. *Quaeſtiones de imaginibus*, lib. i. "Utrum "imagines et picturae ſint." *De mendicitate ſpontanea*, lib. i. "Utrum ex ratione vel Scriptura ſit." *De Chriſti humanitate*, lib. i. "Utrum Chriſtus ſit humanitas." *Super conſtitutis* [al. *conſtitutionibus*] *Joannis* 22. lib. i. "Adverſus "conſtitutiones Joannis quaedam." *De euchariſtia*, lib. i. *Lecturam quandam*, lib. i, "Notandum ſecundum Lin- "colnienſem." *De eleemoſyna*, lib. i. "Utrum eleemoſyna "corporalis ſit." *In diviſiones Boëthii*, lib. i. *In priora et poſteriora Ariſtotelis*, lib. iv. *De generibus nominum*, lib. i. "Apud naturam duo ſunt tantum genera." Mſ. in biblioth. Tho. Allen. nunc Mſ. Bodl. Digb. 98. *De gerundiis et ſupinis*, lib. i. "Veterem de gerundiis querelam." Mſ. ibid. *Ordinarias quaeſtiones*, lib. i. Tractatus ſuper *Juxta hunc textum*, per magiſtrum Rob. Alyngton. Mſ. olim in bibl. Syon. [e] Claruit A. D. MCCCC. Bal. vii. 20. Pitſ. p. 571.

S. AMANUS, natione Scotus, propagandi fidem Chriſtianam zelo flagrans in Germaniam trajecit, et evangelium Bavaris praedicavit. Scripſit *Homilias ſanctorum*, lib. i. *Contra Clementem Scotum*, lib. i. Martyrium paſſus eſt 16 Decembr. anno DCCLVIII. Dempſter. i. 37.

S. AMBIANUS Scotus, S. Amphibali ſocius, epiſcopus, ex Culdeorum genere, qui divinis tantum myſteriis vacabant. Scripſiſſe fertur *De ſanctorum memoria*, lib. i. *Hortum ſpiritualem*, lib. i. *Divini officii recitandi rationem*, lib. i. Claruit anno CCCXXII juxta Dempſter. i. 75.

AMKELBALDUS Scotus, ordinis S. Benedicti in coenobio Dumfermelini monachus, et tandem abbas. Scripſit *De utroque Adam*, lib. i. *Myſteria paſſionis Chriſti*, lib. i. *De B. Dei matre*, lib. i. Obiit A. MCXCVIII. Dempſter. i. 89.

AMMONIUS [ANDREAS] aut AMONIUS, [alias dictus ANDREAS DE ARENA] Italus, natus in urbe Lucae, matre Elizabetha de Arena; prothonotarius apoſtolicae ſedis, fructuum camerae apoſtolicae e regno Angliae [a] ex deputatione Hadriani cardinalis, epiſcopi Bathon. collector generalis (MDXVII *Coll.* Wren. Mſ.) et regi Henrico viii in lingua Latina ſecretarius. Qui incredibili ſua eloquentia in toto orbe Chriſtiano hoc nomen merito eſt aſſecutus, ut dicatur omnium illorum eſſe excellentiſſimus, qui a ſecretis principum Latine ſcribendis, vel judice Paceo. Ita Paceus libro *De fructu*, etc. p. 73. Eum ſtudiis vacaſſe Oxonii cum Eraſmo et Grocino exiſtimare fas eſt. Eraſmo

[a] Potius, a papa Leone x. ad inſtantiam regis Hen. viii. amoto Hadriano cardinale, etc. collector conſtitutus. Rymer. xiii. 467.

chariſſimus erat. Vid. *Opp.* tom. i. p. 1031. 3 Febr. MDXII Rex conceſſit ei canonicatum et praebendam in capella collegiata S. Stephani infra palatium Weſtmonaſt. Rymer xiii. 323. 12 Apr. MDXIV factus eſt virtute literarum patentium indigena, Rymer xiii. 400. Praebendarius fuit de Compton-Dunden in eccleſia Wellenſi; et ad praeſentationem abb. et convent. Glaſton. 13 Nov. MDXIV rector eccleſiae de Dychiat in eadem dioeceſi, gratia Hadriani de Caſtellis epiſcopi. Praebendarius etiam de Fordington et Writhlington in eccleſia cathedr. Sariſburienſi anno MDXIII. Scripſit plurima tam proſa quam carmine, inter quae *Epiſtolae ad Eraſmum*, lib. i. " Quibus victimis hoc expiabo." *Scotici conflictus hiſtoria*, lib. i. *Bucolica vel aeglogae*, lib. i. " Tune ades, o dulcis Lyca? jucunde." Ecl. i. Baſil. MDXLVI. 8vo. *De rebus nihili*, lib. i. *Panegyricus quidam*, lib. i. *Varii generis epigrammata*, lib. i. *Poëmata quoque diverſa*, lib. i. Fatis conceſſit menſe [b] Septemb. anno MDXVII, et ſepultus eſt in regia capella S. Mariae et S. Stephano ſacra, infra palatium de Weſtminſter. Baleum eum dicit obiiſſe anno Domini MDXVIII. Bale xiii. 45. *Athen. Oxon.* i. 10.

[b] Qu. de hoc dato, nam literae patentes quibus Thomas Lynacre ad canonicatum Ammonii ſucceſſit, datae ſunt 24 Aug. MDXVII; ideo neceſſe eſt quod illo menſe mortuus ſit Ammonius, aut paulo antea. Rymer. xiii. 597.

AMPHIBALUS[a], cujus vitam ſcripturo mihi tot craſſiſſimae tenebrae undique ſuboriuntur, ut qua potiſſimum parte lucem ſequar, plane neſciam. Eluctabor tamen per quaſcunque nubes, comparatis in hunc uſum ex veterum autorum libris facibus. Ad rem igitur. Amphibalus, ut ego nuper ex hiſtoriis Albanenſis coenobii didici, in Cambria Iſcelegiae natus fuit, Graecaeque et Latinae linguae, Romanorum morem et induſtriam ſecutus, etiam puer operam dedit. Deinde, accreſcente aetate, Romam ſe contulit; ubi bonas artes, una cum Chriſtiana religione pleno ore, veluti ab ipſo fonte, hauriebat, addocente Zepherino, epiſcopo Romano. Invidebat tamen illi neſcio quis cacodaemon hanc felicitatem, immo univerſae urbi invidebat. Nam ecce Diocleſianus imperator, furiis agitatus, ſeveriſſimis edictis juſſit, ut Chriſtiani nominis profeſſores non modo in urbe, ſed in orbe toto exquiſitis poenis cruciarentur. Perculit haec immanis crudelitas innocentis animum, uſque adeo, ut neceſſe habuerit, poſt magnam de Chriſtianis ſtragem factam, iſtinc ex urbe fugere, et Britanniam, ſed latenter, repetere. Jamque Verolamium, nobile municipium, cujus ruinae viginti paſſuum millibus a Londino via Vethelingiana etiam nunc extant, pervenerat. Ibi, ſive ita caſus, ſeu amicitia tulit, ab Albano, viro magnae nobilitatis, in hoſpitium receptus eſt; cum quo poſtea tam bene illi conveniebat, ut longum quotidie ſermonem de Chriſto et ejus religione faceret. Audiverat et ante Albanus de Chriſto; a quo, ut neque ab ejus doctrina, [non] abhorrebat; ſed communis Verolamienſium error credidit, illum de numine Apollinis, cujus ibidem celeberrimum templum erat, recte ſentire; donec Maximianus Herculius, et Aſclepiodotus tyrannus per Britanniam in Chriſtianos miſere ſaevirent. Tum vero apparuit, quam ex animo Chriſtum coleret. Nam pro Amphibalo, a ſatellitibus ad ſupplicia quaeſito, ultro ſe exhibuit; tormentaque graviſſima, ac tandem mortem tulit: ſed de Albano fuſius in libro *Civilis hiſtoriae*, ſive *De antiquitate Britannica* loquemur. Interea quid fecit Amphibalus? Certe, Albano conſultore, furori ad tempus cedebat, conferens ſe in Cambriam, natale ſolum[b]. Sunt qui ad Venetos recta iviſſe putent. Veneti, qui vulgo Venedoti, ea gens eſt, quae hodie aquilonares Cambriae partes incolit. Ego vero ad Iſcanos fugiſſe illum puto. Erat illo tempore Iſcanum urbs totius Cambriae clariſſima, ſic dicta, quod in ripis Iſcae fluminis ſita eſſet; quam recentiores Britannice vocabant Cair Leon ar Wiſke, i. e. caſtrum vel civitatem legionum ſuper Iſcam; et Antoninus, ſi recte memini, Iſcelegiam appellat. Hic, ut ego facile credo, Amphibalus aliquandiu cum Julio et Aarone, ejuſdem urbis civibus nobiliſſimis, moratus, effecit, ut pro Chriſti cauſa gladios et dira tormenta libenter paterentur. Scribit Joannes Roſſus, Verovicenſis, in libro de epiſcopis Wiccenſibus, " magnum numerum audientem doctrinae Amphibali, impiorum telis occubuiſſe in loco, qui ab eventu Lichefeld, id eſt, campus cadaverum, dictus eſt." Haec ille. Quocunque fugerit Amphibalus, certum eſt, revocatum fuiſſe a perſecutoribus Chriſtiani nominis Verolamium; ibique, poſt multa exquiſita tormenta, lapidibus obrutum fuiſſe[c]. Requires hic forſitan plura de ejus eruditione, et num aliquid poſteritati per libros[d] reliquerit. Ad quae ego haec in praeſentia reſpondeo, illum non levia eruditionis ſigna in perſuadenda religione Chriſtiana oſtendiſſe; ſed libros, ſi quos ſcripſit, a tyrannis igne conſumptos fuiſſe. Nam ea prima cura erat, ne nova religio late ſerperet. Quamquam

[a] Videſis Creſſey, *Eccl. Hiſt.* l. v. c. 8. et lib. vi. c. 16, 17, 18. Vitam S. Amphibali apud Capgravium, Harpsfeld. Saec. vi. c. 10. Matth. Pariſ. A. MCLXXVIII. Mat. Weſtm. A. MCCCCLXXIX. Alfordi *Annales*, p. 286. Hectorem Boëthium in *Hiſt.* l. vi. p. 98. de Crathlinto et Amphibalo: Armachanum *De primordiis eccl. Britan.* p. 151. 539, et 641. Ἀνώνυμος quidem clericus vulgo Amphibalus audit, et ex cucullo et pannis monachus nobis effingitur: ex quo errore et alterum Amphibalum excudit nobis Balaeus. Vid. Guil. Lloyd. *De Britannicis eccleſiis*, p. 151. Vide Burton. *Comm. in Antonin.* p. 145. Nec vero ex cucullo abbatem effingi mirum eſt, cum pro abbate ipſo cucullum reponi, et apud Elienſes aſſervari conſtat. Reſerato enim feretro, in quo Albani corpus conſervatum fuiſſe jactitarunt Elienſes, nihil niſi pannus villoſus ibidem repertum fuit. Vid. Tho. Walſingham. in Edw. ſecundo, p. 79.

[b] Ad Venedotas primum, poſtea Demetas, demumque ad Scotos et Pictos diverſitabat; apud quos ſub rege Crathlinto (ſi Hectori Boëtio credimus) in Mona inſula primus Druidum loco epiſcopus conſtituebatur. Bal. i. 33.

[c] Apud Hubburnium juxta Verolamium A. D. CCXCI martyrio coronatus. Bal. l. c. [d] Scripſiſſe fertur Amphibalus *Chriſtianae vitae inſtituta*, lib. i. Et librum *contra Druidum, ſeu Gentilium errores.* Adjicit Pitſeus *Homilias etiam ſuper evangelium.* Potuit, ſi velit, plures etiam adjicere. Addit Dempſterus i. 24. *In omnes Pauli epiſtolas*, lib.

quam nos non tam scriptorum, quam eruditorum illustria nomina aeternitati consecramus. At si quem nunc juvat plura de Amphibalo novisse, legat anonymi autoris antiquissimi librum [e] *De Amphibali et Albani martyrio*. Anonymum ideo appello, quia scribit se metuisse vim gentilium, id est, ut ego interpretor, Saxonum infidelium, eaque de causa librum sine ulla sui nominis mentione edidisse. Ex *Lelando*. Vide ANONYMUM infra.

lib. i. [e] Anglicum forsan illum, quem in Lat. transtulit Gul. Albanensis, ad cujus finem in Mſ. Cotton. Faust. B. iv. Est liber *De inventione S. Amphibali*. Pr. pr. " Opera Dei omnipotentis magnifica."

AMPHIBALI [a], monachi et abbatis [b], viri probatissimae vitae, Gildas in mutila de rebus Britannicis historiola mentionem obiter facit; sed levem, tenuem, et parum significantem. Nam ex ea apparet tantum abbatem fuisse et praesidem ecclesiae, ad quam duo regii juvenes [c], tanquam ad asylum, confugientes, a Constantino Domnoniano [d] jugulati sunt [e]. Mihi quidem si liceret meae nunc indulgere conjecturae, dicerem plane, Amphibalum Ventae Simenorum, urbi australis Britanniae celeberrimae, praefuisse. Illustrem autem fuisse eum vel hinc liquet, quod oppressi ad ejus sinum, veluti ad sacram anchoram, se contulerint [f]. Ex *Lelando*.

[a] Amphibalus junior, Pitſ. p. 100. qui et Amphibalus Simenus. Bal. v. 8. Vid. Uſſer. *Primord.* p. 539. [b] Wintoniae (Ventae Simenorum) ad Amphibali martyris fanum abbas. Bal. i. 63. [c] Filii Modredi principis. Ibid. [d] Constantinus Cadorus. Ibid. [e] Scripsisse fertur ad Gildam de tam immani facinore epist. i. Ibid. [f] Claruit circa A. D. DLX. Ibid. A. DLXIX. Pitſ. l. c. Wintoniae vivendi finem et sepulturae locum accepit.

AMPHIBALUS natione Scotus, primus sedis Sodorensis episcopus. Scripsisse fertur *Contra paganorum superstitiones*, lib. i. *Ordinationes ecclesiae Sodorensis*, lib. i. *Conciones*, lib. i. Claruit circa annum CCCXXV. Dempster. i. 16.

AMPHULSUS [PETRUS] Henrici i regis Angliae medicus scripsit librum dictum *Disciplinam clericalem*, quam *ex proverbiis, fabulis et dictis philosophorum Arabicorum* composuit, et in Latinum transtulit. Pr. pr. " Gratias ago Deo, qui primus est." Pr. lib. " Enoch igitur philosophus, " qui lingua Arabica cognominatus est Edrier." Mſ. Norwic. More 909.

AMUNDESHAM [JOHANNES] monachus abbatiae S. Albani, et postea monachorum Benedictinorum in collegio Glocestrensi Oxon. studentium praeses. Scripsit *Acta Johannis Frumentarii abbatis S. Albani*, lib. i. (Johanni Agmundesham manu recenti in Mſ. ascripta) Pr. " Ne lux re- " giminis abbatis sexti." Mſ. Cotton. Claudius D. i. 2. Habentur acta hujus Johannis pro annis xx incip. anno MCCCCXXI usque ad resign. sed desunt prima folia Mſ. Cotton. Claudius D. I. Vide in Johanne Whethamsted de Mſ. in offic. Armorum. Inter alia Johannis Whethamsted, in Cotton. Otho. B. iv. habentur: *Declaratio abbatis Johannis super certis objectis excessibus per minus cautam circumspectionem Johannis* vii *immediati successoris sui*. Hunc librum Bal. et Pitſ. forte vocant *Clypeum pro eodem Joanne*, lib. i. Pr. " Ut discant pastores singuli." *Diversi generis carmina*, lib. i. " Saepe suburbanis Lethes." *Epistolarum ad diversos*, lib. i. Claruit circa A. D. MCCCCL. Bal. viii. 15. Pitſ. p. 645.

S. ANATOLIUS patriarcha Constantinopolitanus. Natione Scotum esse tradit, nulla auctoritate fultus Dempsterus, *Histor.* lib. i. 43. qui eum sequentia scripsisse asserit: *Contra Eutychianos*, lib. i. *Ad sanctissimum Leonem papam*, lib. i. *Ad synodum oecumenicam Calcedonensem contra Eutychianos collectam*, lib. i. Obiit A. D. CCCCLVIII.

ANCHERUS, patria Londinensis, et tandem ejus dioeceseos archidiaconus. Varia excultus doctrina Angliam, Galliam, et Italiam peragravit. Romam veniens a papa Urbano iv. anno Domini MCCLXII (Godw. ait mense Decemb. MCCLXI) pileo cardinalitio titulo S. Praxedis insignitus est. A Nicolao iii postea totius Romanae ecclesiae presbyter factus est, ut habet Bale xiii. 83. Hunc Ancherum Ciaconius et Onuphrius Gallum extitisse tradunt, et Urbani iv nepotem, atque archidiaconum non Londinensem, sed Laudinensem. Vide Godw. *Card. Angl. catal.* p. 168. Quamplurima scripta post se reliquit, quae perierunt; dicente Baleo. Obiit Romae Nov. I. MCCLXXXVI, et marmoreo conditus est sepulchro in ecclesia S. Praxedi dicata. Bale et Godwin, locis citatis.

ANDERSONUS [ALEXANDER] S. theol. doctor Aberdonensis scripsit *Tractatum de sacrificii altaris veritate et ritibus*, lib. i. Claruit anno MDLX, quo anno disputavit cum Knoxo. Hollingſh. *Scotland.* 375. Dempster. i. 80.

ANDERSON [ANTONIUS] patria Lancastrensis. Fuit rector ecclesiae de Medburn in comit. Leicestriae MDLXXXI. In vicariam de Stepney institutus fuit 21 Febr. MDLXXXVI, quae 5 Febr. MDXCIII vacabat per mortem Ant. Anderson. Newcourt i. 740. Vid. *Regist.* Aylmer episc. Lond. In rectoriam de Denge institutus 5 Januar. MDLXXXVI. Newcourt ii. 212. Vide etiam *The reproof of Martin junior*. Scripsit, *Exposition on Benedictus, with an application to our time*, Lond. MDLXXIII. 8vo. *Exposition on Nunc dimittis*. Prin. dedic. episc. Lond. " As the benefits of " God to this nation." dat. 12 Dec. MDLXXX at Medborn in Leicestershire. Lond. MDLXXXI. 4to. *Prairs for time of warr*, Lond. MDXCI. 16mo. *Sermon at Paul's Cross* 23 *April*, MDLXXXI. *on Luke* xiii. 6, 7, 8, 9. Princ. dedic. dom. Edmundo Anderson. " As it pleased God of his" Lond. MDLXXXI. 8vo. *Sermon at the funeral of Mr. Robert Kelway at Exton in Rutland* 18 Mar. MDLXXX *on Apoc.* xx. 6. Princ. " It hath been from ancient time." Lond. MDLXXXI. 8vo. *Sermon* at

at the Tower, 25 *Sept.* MDLXXXVI *on Psalm* ii. 1. Dedic. Sir Francis Walsingham. "Although "(right honorable) it seem much better." Lond. MDLXXXVI. 8vo.

ANDEVER [JOHANNES] patria Hantoniensis, Oxonii studiis theologicis operam dedit, et ibi tandem doctor evasit. Literae testimoniales ejus sigillatae fuerunt sub communi forma magistro Johanni Andever S. theol. prof. in congregatione Oxon. 3 Jul. MCCCCXLI. *Regist.* episc. F. f. 58. b. Fuit monachus Benedictinus, et A. MCCCCLVI. 14 Dec. electus est abbas Malmsburiae. Rot. pat. 35 Hen. vi. et *Regist.* episc. Sarum. Scripsit *Lecturam in Apocalypsin*, lib. i. "Oportet te iterum "prophetare." *Postillas Scripturarum*, lib. i. Tempore regis Henrici vi floruit. Bal. x. 90, ex R. Talboto. Pits. *App.* p. 867.

ANDREAS HIBERNUS natione, archidiaconus Fesulanus, ubi monasterium condidit. Scripsisse dicitur *De poenitentiae bono*, lib. i. *De eleemosynae effectu*, lib. i. *Ad fratres a se indutos*, lib. i. *De actis Donati magistri*, lib. i. *Moralium dictionum*, lib. i. Claruit anno DCCCII. Memoria ejus celebratur 4 August. Dempster. i. 31. J. Wareus ex Dempstero p. 42.

ANDREAS NOVOCASTRENSIS patria Northumber. ordinis Dominicani frater, et S. theologiae doctor. Scripsit *Commentarium in librum primum sententiarum*, Paris. MDXIV. fol. *Commentarium in Boëthium de consolatione*, lib. v. Bale x. 79. Wharton, *App.* p. 3.

ANDREAS WIGMORENSIS abbas. Scripsit *De visione Ezechielis prima*. Princ. "In pro- "pheticis satis usitatum est Scripturis." Ms. Mus. bibl. Bodl. 184. *De aedificio Ezechielis in monte ad literam.* Princ. "Templum quod Ezechieli." Ms. Ibid. Vide Mss. Cromwell in bibl. Bodl. 184.

ANDREAS DE WINTOWN, natione Scotus, canonicus S. Andreae. Scripsit (mandato dom. Johannis de Weemse) *Historiam ab orbe condito ad A. D.* MCCCCXX. lib. ix. "As men ar be yare "qualyteys;" rhythmis Scoticis; posteriores v vel vi libri multa continent ad historiam Scotiae pertinentia et luce digna. Ms. in bib. reg. Westmon. 17. D. xx.

ANDREAS [BERNARDUS] gente Gallus, patria Tholosanus, frater ordinis Eremitarum S. Augustini. Virum hunc eximiis ingenii dotibus instruxerat natura; arte vero poëtica inter coaevos praesertim excelluit. In Anglia commorantis carmina Henricus viii plurimi fecit, eoque nomine in magno apud ipsum pretio habitus. poëta laureatus et historiographus (ut habet Hollingsh. MDLXXXIX) renunciatus, ac Arthuro principi praeceptor fuit in grammaticis, uti legitur in *Vita Henrici* viii. Huic favori regio alii addiderunt alios. Episcopus Lincoln. contulit magistro Bernardo Andreae 4 April. MCCCCXCVIII hospitale S. Leonardi Bedford. *Registr.* Gul. Smith, episc. Linc. quod resignabat anno sequenti. Et anno MDI, Octob. 21. mag. Bernardus Andree institutus ad ecclesiam de Higham vacantem per promotionem Ric. Nikham ad dignitatem episcopalem, ad praesentationem abbatis et conventus Glaston. Et sequenti anno MDXV, Apr. 20. dominus Will. Newton institutus ad ecclesiam de Higham (dioec. Wellen.) per resignationem Bernardi Andreae, ad praesentationem abbatis et conventus Glaston. Reservatur annua pensio xxiv librarum resignanti: ita *Regist.* Hadriani episc. Wellen. in ann. Scripsit et patrono regi dedicavit, *Hymnos sacros per totum annum*, lib. iii. "Aurelius Prudentius Caesaraugustensis." *Vitam S. Andreae apostoli*, lib. i. *Chronicon de vita atque gestis Henrici* vii *ad captionem Perkini Warbeck.* Princ. dedic. regi. "Cato ille senior, "invictissime." Ms. Cotton. Domitian. A. xviii. 15. *Ejus in* 23 *regni regis Henrici* vii *annum* (sc. a festo S. Barthol. MDVII ad idem festum MDVIII) *commentarius historicus regi inscriptus.* Princ. "Non cessat mea tecum, nec cessabit." Ms. Cotton. Julius A. iii. *Ejusdem rerum memorabilium liber, in quo de rebus quibusdam historicis agitur ad tempora Henrici* vii *spectantibus, et in ejusdem laudibus fuse exspatiatur.* Ms. Cotton. Julius A. 4. Pr. "Memini me, superiore anno." *Pro anno* MCCCCXV, 7 Henr. viii *novi anni munusculum.* Pr. "Cum praeclarissimas ingenii tui." Ms. coll. Novi Oxon. 287. *Ad regem Henricum* viii *pro hujus anni novi sc. decimi prosperrimo exordio, una cum Epithalamiis in sponsalia Francisci Delphini Franciae et . . . filiae regis.* Princ. "Quum superiori anno triumphum." Ms. penes Tho. Martin de Palgrave. In bibliotheca regia 12 A. X. extant *Carmina quaedam Bernardi Andreae ad regem Henricum* viii *pro anni hujus* 13tii *decursu prosperrimo.* Pr. "Indue, honor, cultus, et adole munera flammis." Claruit fere sexagenarius anno MDX, et Londini post aliquot annos fatis concessisse, ac apud prioratum fratrum Augustinianorum sepultus fuisse fertur. In vivis valetudinarius senex 13tio anno regis Henrici viii fuisse dicitur. Bale xiii. 43.

ANDREAS [JOHANNES] scripsit *Summam super lib. decretalium.* Ms. bibl. Bodl. Laud. D. 83.

ANDREWS [LAURENTIUS] Anglus (*Royalm of England his native country*, ait ipse in *Tract. de distillatione*) vel Calisiensis (ita in principio translat. *Speculi.*) Transtulit in linguam maternam *Speculum mundi*, lib. iii. i. habet cap. 20. ii. 33. iii. 23. Pr. pr. "The natural master Aristo- "tell." Cum figuris rudibus Lond. . . 4to. Quaere quis Speculi hujus fuerit autor? Scriptum fuisse per Anglum apparet ex lib. i. cap. 7. An autem translatoris interpolatio sit haud constat. Forte Henr. Huntington. *Historiam bestiarum, vermium, avium, et piscium*, lib. iii. i. 152. ii. 115. iii. 106. Pr. "In the beginning we have the lamb." Antv. . . 4to. *Jeronimum Brunswic. de distillatione.* Ex Teutonico, cum figuris ligneis pro aetate non contemnendis. Pr. pr. tr. "After "dyvers and sondry small volumes and tryfles of myrthe and pastyme, some newly composed, some "newly translated and of late finished: Now minded to exercise my pen — I have chosen to tran- "slate." Lond. In Fletestrete. MDXXVII, fol. Claruit tempore Henrici viii.

ANDREWS [RICHARDUS] auditor archiepiscopi Cantuar. Extat ejus *Concio habita* anno MCCCCXXXVII 6 Martii *coram capitulo ecclesiae Christi Cant. in installatione Johannis Sarisbury prioris*, in Act. i. 24. Mſ. in *Regist*. eccl. Chr. Cantuar. Hic forsan idem est qui postea custos collegii Omn. Anim. Oxon. et decanus Ebor. qui obiit anno MCCCCLXXVII. *Regist*. Ebor. De eo dicitur in Mſ. collegii Novi Oxon. 62. quod quondam socius fuerit collegii B. Mariae Winton. Oxon.

ANDROSE [RICHARDUS] transtulit ex Italico in sermonem Anglicanum *Quartum librum secretorum magistri Alex. Piemontani*. Pr. ded. transl. Franc. comiti Bedford. "Although right "honorable, on the one side the excellency." Lond. MDLXIX. MDLXXVIII. 4to.

ANEYRIN GUAUDRYDH, poëta Cambro-Britannicus. Scripsit poëmata varia. *Hun yu Gododyn. Aneyrin ai Kant. Guarχan Adebon. Gorχan Kynvelyn*. Extant Mſs. in bibl. Hengurtiana. Claruisse fertur anno Domini DX. Llwyd. Davis.

ANGELO FLORIO [MICHAEL] natione Italus, patria Florentinus, congregationis Italicae tempore Edwardi vi Londini pastor. Vir perfervidi ingenii, qui ob crimen fornicationis publicam poenitentiam egit, et ministerio ac favori dom. Gul. Cecil restitutus tandem fuit. Strype in *Vita Cranmer*. p. 239. seqq. et Strype in *Vita Grindal*. 108. Scripsit *Historiam vitae et mortis Janae Graiae reginae Angliae electae et proclamatae*; *cum epistolis ipsius ac disputatione et scholiis suis*, Italice. Nec non *Ridleii disputationem*, Oxon. anno MDLIV. Italice. Pr. pr. "Chiunque havesse ardire." .. MDCVII 8vo. *Epistolas varias*; quarum duae ad D. Gul. Cecil Latine extant apud Strype in *Vita Cranmer*, *App*. p. 141. seqq.

ANGERIUS [GULIELMUS[a]] non exiguae famae Franciscanus, cum jam longiuscule scholas frequentasset Isiacas, decreto procerum suae religionis, gubernationi cellegii, quod ad Pontem Gualteri, oppidum Somurotrigum, institutum fuit, praeficitur: quo loco, quae ante plureis annos apud Isiacos scripserat, ad limam revocavit. Placuere autori suae elucubrationes in Lucam evangelistam[b]; quas et, maturo quodam recte usus consilio, publicas non sine laude fecit. Immortuus est studiis, et Pontigualteri, non sine publico elatus luctu[c]; maxime vero eorum, qui consuetudine vitaeque praescripto instituto illi fuerant conjuncti. Tam grave absentis candidi nuper praeceptoris desiderium discipulis bene adfectis fuit. Ex *Lelando*.

[a] Gulielmus Angerus, Pitſ. Bal. xi. 31. Pitſ. p. 577. 578.
[b] Lib. i.
[c] Obiit apud Bridgewater A. D. MCCCCIV, et ibi sepultus jacet.

ANMICHADUS INCLUSUS. Monachus erat Fuldensis et sanctorum albo adscriptus fuit 3 cal. vel ipsis calendis Febr. teste Trithemio. Scripsisse fertur *De praerogativis Fuldae*, lib. i. Claruit circa annum Dom. MXLIII. Dempster. i. 25. Bale xiv. 44.

ANNANDEUS [JACOBUS] Aberdonensis, patria relicta, Parisios concessit, ubi philosophiam publice professus est. Scripsit *In ethicae Aristotelicae synopsim*, lib. i. *De politia civili*, lib. i. Profitebatur anno MDLXXVI. Dempster. i. 114.

S. ANNIANUS Scotus Adamnani Coludii discipulus, archidiaconus Laudoniae; ad loca sancta peregrinans in Bavaria martyrio coronatus est 16 Decembris anno DCXCVIII. Colitur die 16 Decembris. Scripsit *Ad regem Ambirkelethum*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. Dempster. i. 38.

ANONYMUS, vir non mediocriter eruditus, eo tempore floruit, quo Saxones victores Loëgriam, fertilissimam totius Britanniae partem, per tyrannidem occupabant; et diis gentilibus, nondum audita Augustini de fide praedicatione, thura dabant: tantum absuit tamen, ut communem cum plebe ex animo sequeretur errorem, ut Christianam fidem, de qua multa, eaque optima audiverat, tota mente coleret. Itaque quantum temporis patiebatur infelicitas, sedulo quaerebat, quid rerum Christiani in insula antiquitus gessissent. Et quoniam Albani Verolamiensis, ac Amphibali Iscani, ejus praeceptoris, clarissima erat apud indigenas memoria, omnia diligentissime, sed tanquam aliud agens, didicit; quae illi vel usque ad mortem invicti pro religione Christiana patiebantur. Cumque jam probe instructus esset, calamum sumpsit pingendae historiae non ineptum; ac operi longe sanctissimo ita incubuit, ut nullus unquam Apelles gentilium deorum effigies melius expresserit, quam hic Albanum et Amphibalum, sacratissimos Christianae fidei testes. Quanquam stultus ego plane, qui Anonymum cum Apelle conferam: nam tabulae Apellis omnes funditus interierunt; at Anonymi opus floridum, luculentum, venustum vivit, perpetuoque vivet. Vis igitur, candide lector, tam laudati pictoris tabella oculos simul et aures pascere? Immo quis nollet? Aspice igitur paucas ex multis lineas, quas tabulae, veluti parergon, praefixit[a]: "Si quis enim de nece martyrum, aut de "sanctorum gloria narrationem coeperit ordinare, mox qui eorum felicitati invident, irasci, fremere, "et ad mortem usque persequi consueverunt. Inde est, quod passionem sancti Albani martyris qua- "licunque stylo posteris traditurus, operi titulum non praepono; malens tacendo nomen omittere, "quam loquendo nomen pariter et vitam amittere. Quamvis igitur insidiantium laqueis plena sint "omnia, suppresso tamen nomine, quid viderim, quid audiverim, non tacebo. Cives quondam "Verolamienses ob elationem cordis sui declarandam, qualiter passus sit beatissimus Albanus, in "muris civitatis suae sculptum reliquerunt; quam sculpturam longo post tempore in muris eorum

[a] In Mſ. bibl. Bodl. Digb. 172. est *Passio D. Albani et S. Amphibali*, cujus prologus ita incipit: "Quisquis beato- "rum martyrum gloriosa certamina temptaverit ad memo- "riam revocare, necesse est, si tamen evaserit, odia sustineat "paganorum. Si quis enim de nece," etc. ut in Lelando.

"jam

" jam rimoſis, et ad ruinam inclinatis, inveni; vidique moenia prae vetuſtate jam labi [a]. Vidi lo- " cum repleri arborum denſitate, in quo martyr invictus quondam pro Chriſto ſententiam ſubiit " capitalem [b]." Aſpice rurſus quos ille flores, conſummata venuſtiſſimi operis tabula, in coronide pinxit: " Albani memoria non delebitur, ſed ejus laudabile meritum —— *ſi quid mea carmina* " *poſſint*, longe lateque per orbem diffundetur. Tempus erit, ut confidimus, quo religioſi viri, " viri Chriſtiani ad praedicandum gentibus venient in Britanniam [c]; verum tempus futurae gratiae " quando futurum ſit, quia certum non habeo, iſthic hujus laetitiae magnitudinem non expecto. " Sed ne poſteri ſuper meo nomine reddantur omnino ſoliciti, ſciant, quia ſi voluerint verum mihi " ponere nomen, me miſerum, me peccatorem [d] nominabunt. Romam autem proficiſcor, ut illic " gentilitatis errore depoſito, et lavacro regenerationis adepto, veniam aſſequi merear delictorum. " Libellum quoque iſtum, qui habetur in manibus, offeram examini Romanorum [e]." Unde illi in tam rudi ſaeculo, idque inter barbaros Saxones eloquentia, non Aſiatica aut redundans, bene caſta tamen ac preſſa? An credibile eſt, Saxones ante Auguſtini Romani in Britanniam adventum bonis literis operam dediſſe? Vix equidem credibile. At rara avis erat Anonymus (ſic enim appello, quia ipſe ſine nomine eſſe voluit) immo unicus phoenix. Nam praeter Anonymum nemo, quod ego ſciam, ante Ethelbertina tempora inter Saxones Britannienſes aliquid Latine ſcripſit. Quare non levis eſt ſuſpicio, illum non ex Saxonica, ſed ex Britannica gente ortum; ſupplicii tamen metu inter tyrannos ſuppreſſo Chriſtiani animi titulo vixiſſe. Sed de autoris genere non admodum diſputabo. Aliud etenim commodum mihi in mentem venit de loco martyrii D. Albani, quem ſuperius ex prologo Anonymi deſumptum citavimus. Certe florente Verolamio, a cujus moeniis Muro tantum fluvio diſtinguebatur, tormentis flagitioſorum deſignatus eſt. Defloreſcente autem nobiliſſimo municipio, et ſenſim in ruinas cadente, coepit locus ille totus ſilveſcere, uſque adeo, ut HOLMEHURST, uſitato inter Saxones nomine, vocaretur. At poſt adventum Auguſtini praedicatoris in Britanniam, Albani memoria honoſque ſtatim refloruerunt. Quare Saxones Chriſtianae fidei initiati, monticulum ſuppliciis olim infamem, eccleſia pro tempore humili, ſed detruncata prius ſilva, illuſtraverunt. Offa vero, inclytus Merciorum rex, et Caroli magni ſynchronius, multum Albani gloriae addidit: nam non modo ejus corpus, quaeſito ſepulchro, in HOLMEHURST invenit; verum etiam magnificum loco eodem Benedictinorum coenobium poſuit. Erat opus illud non levis ſane impenſae; attamen tantum abfuit, ut oculis ſequentis ſaeculi perplaceret, ut abbates aliquot ejuſdem monaſterii violentas, pro facinus indignum! manus nobili Verolamio intulerint. Dirutae ſunt illo tempore, vel ad ſolum uſque, quotquot in municipio aedes ſupererant; et multae coctilium laterum, cum inuſitatae latitudinis, tum longitudinis, myriades ad coenobii aream deductae; ex quibus poſtea, adjutore Lanfranco, Cantiorum archiepiſcopo, conſtructa eſt a Paulo Cadomenſi maximae molis baſilica, quae ibidem hodie extat. Ita ex ruinis Verolamii, meliore fortuna digni, fanum Albani excrevit. Ex *Lelando*.

[a] Infra quorum ambitum B. Albanus graves in corpore pertulit cruciatus; addit Mſ. Cotton.—" Vidi locum," etc.

[b] Illic inter caetera multorum relatione cognovi, qualiter vir ſanctus fontem in vertice montis orando produxerit, ut inimicis ſiti laborantibus jam de vita deſperantibus aquam beneficio ſubveniret. Omnem rei ſeriem diligenter inquiſivi, didici, et ne lateret poſteros, in hunc modum ſtylo memoriaeque mandare curavi. Ita explicit prologus. Pr. " Cum perſecutio, quae ſub Diocletiano," etc. Ideo videtur haec eadem eſſe *Vita*, quae a Lelando memoratur, ſcriptura tamen noſtri Mſ. non ultra CCC abhinc annos ſapit, et deeſt finis. Ita etiam Mſs. Cotton. E. iv. Claudius. i. Et Nero. C. vii. Opus hoc a Gul. Albanenſi Latine redditum Mſ. Cott. Fauſt. B. 4. et a Radulpho Dunſtable Heroico carmine expreſſum Mſ. Cott. Claud. E. iv. teſtatur G. Nicolſon. *Hiſt. libr.* tom. ii. p. 24. Vid. Uſſer. *De primordiis*, etc. p. 156. ſeq.

[c] His addit codex Cotton. " Iſti cum venerint, Dei magnalia hoc modo " libris inſerta reperient, legent, et ad notitiam deferent " plurimorum; tunc veritate cognita, laetabitur inſula; " tunc gentiles errorum vinculis abſoluti, multiplici gau- " dio replebuntur: verum tempus praedictae viſitationis et " gratiae, quando venturum ſit, quia certum," etc.

[d] Addit Mſ. Cotton. " Ultimum nominabunt."

[e] Addit Mſ. ſequentia: " Ut ſi quid in eo ſecus quam debuit forte pro- " latum fuerit, hoc per eos dignetur in melius commutari " Dominus Jeſus Chriſtus, qui vivit et regnat Deus per " omnia ſecula ſeculorum. Amen." Ita deſinit codex Cotton. Claud. E. iv.

ANSELMUS ex Auguſta, Burgundiae civitate ad Alpium radices poſita, oriundus, a pueritia ingenue liberaliterque inſtitutus, ad Beccenſe coenobium, permotus Lanfranci fama diſcendique ſtudio, venit. Ibi aetatis ſuae anno viceſimo ſeptimo primum fit monachus, deinde Lanfranco ad Cadomenſem abbatiam profecto, in Beccenſi prioratu ſucceſſit, in quo ordine quindecim annis ſtetit. Tum Herluino Beccenſi abbate mortuo, Anſelmus abbas creatur; quem gradum quindecim etiam annis geſſit. Tandem ab Hugone Ceſtriae comite in Angliam accerſitus a Gulielmo Rufo archiepiſcopus Cantuarienſis nominatus fuit. Obiit A. MCIX. 11 cal. Maii. M. Parker. *Antiq. Brit. eccl.* in Anſelmo. Scripta ejus in quatuor partes diſtributa ſunt; quarum prima continet opera DOGMATICA, hoc eſt, tractatus qui theologiae vel etiam philoſophiae placita exponunt; altera pars habet PARAENETICA, homilias videlicet et exhortationes; tertia includit ASCETICA, id eſt, meditationes et orationes; quarta EPISTOLAS continet. DOGMATICA. *Monologium*, lib. i. cap. 79. vel 80 (ſc. impreſſ. 72. dividitur in duo in Mſ. bibl. Bodl. NE. A. vii. 5.) alias 76. Pr. epiſt. ded. ad Lanfr. " Quoniam agenda ſunt omnia conſilio." Mſ. Lincoln. coll. Oxon. 75. Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 148. f. 147. Et bibl. Bodl. NE. A. 4. 3. Mſ. Merton. N. ii. 7. N. iv. i. 6. 8. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. L. 13. Extat haec epiſtola in epiſtol. lib. ii. n. 102. Pr. lib. " Quidam fratres " ſaepe me." Mſ. bibl. Bodl. Laud. D. 112. et NE. A. vii. 5. et Muſ. 148. et bibl. Baliol. Oxon. N. 19. In Mſ. Sagienſi hoc opus intitulatur *Exemplum meditandi de ratione fidei*. Gerber. *Proſologium*

gium five alloquium de Dei exiftentia, lib. i. cap. 26. Pr. lib. " Eya homuncio fuge." Mf. bibl. Bodl. Laud. E. 13. " Poftquam opufculum quoddam velut." Mf. bibl. Bodl. Laud. D. 112. E. 13. et NE. A. vii. 5. et F. iii. 8. et A. iv. 3. et D. iv. 5. et Muf. 148. et fuper M. 4. Art. 4. et fuper N. 2. Art. 4. Mf. Merton. N. ii. 7. et 8. iv. i. et 6. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. L. 9. 13. bibl. coll. Univerf. Oxon. E. 7. Bibl. Baliol. N. 19. Bibl. Lincoln. coll. Oxon. 75. *Meditationes et orationes intitulatae Profologion Anfelmi*, Mf. Norwic. More 475. *Liber apologeticus contra Gaunilonem refpondentem pro infipiente*, lib. i. cap. x. " Quoniam non me reprehendit in his." Mf. bibl. Bodl. NE. A. 4. 3. " Ergo, Domine, qui das intellectum." Mf. Laud. D. 112. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. Haec praefatio etiam in Mf. Bodl. NE. A. vii. 5. fed eft tamen 2, 3, et 4. cap. Profologii. *De fide trinitatis et incarnatione Verbi contra blafphemias Rofcelini afferentis in Deo tres perfonas effe, tres res unafquafque per fe feparatim*, lib. i. cap. ix. " Quamvis poft apoftolos fancti." Haec praefatio omiffa eft in omnibus Mfs. infr. Mf. in coll. Lincoln. Oxon. 75. incipit cum dedicatione ad Urbanum papam. Pr. " Domino, etc. Quoniam divina providentia." Ita Mf. bibl. Bodl. NE. A. iv. 3. D. iv. 5. E. v. 5. et A. vii. 5. Et Laud. D. 112. Et Muf. 148. Et Mf. Merton. N. ii. 7. et 8. N. iv. 1. Mf. C. C. C. Cantab. L. 9. 13. Cum hac incip. impreff. et aliam habet praefationem. " Quamvis, etc." qua carent omnes Codd. Mf. excepto Corbeienfi. Vide Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. 164. *De proceffione Spiritus Sancti contra Graecos*, lib i. cap. xxix. " Negatur a " Graecis quod Spiritus S." Mf. coll. Lincoln. Oxon. 75. bibl. Bodl. NE. A. iv. 3. A. vii. 5. Laud. D. 112. Muf. 148. Mf. Merton. N. ii. 7. et 8. iv. i. et 6. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. In hoc Mf. falfo tractatus hic attribuitur Auguftino. *De cafu diaboli dialogus*, lib. i. cap. xxviii. " Illud " apoftoli; quid habes." Mf. Bodl. NE. A. vii. 5. A. iv. 3. F. iii. 8. Laud. D. 112. Muf. 148. bibl. col. Univ. Oxon. E. 7. Mf. Merton. N. ii. 7, 8. iv. i. 6. Mf. Lincoln. Oxon. 75. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. Tractatus *De malo* (qui extat in *epift. ad Mauritium* inter epiftolas coll. Corp. Chr. Cantabr. Cent. i. 71. Pr. " Erga fratrem illum.") ad Mauritium non eft nifi excerptum ex cap. xi. Dialogi iftius. *Cur Deus homo: per modum dialogi inter Bofonem abbatem Beccenfem quaerentem et Anfelmum refpondentem*, lib. ii. i. habet capita 25. ii. 22. Pr. pr. " Opus fubditum prop- " ter quofdam." Mf. Baliol. N. 19. R. 9. Mf. Bodl. NE. A. vii. 5. A. iv. 3. D. iv. 5. Muf. 148. Seld. fup. 36. Mf. Lincoln. Oxon. 75. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. Pr. lib. " Saepe et ftudio- " fiffime a multis." Mfs. Baliol. N. 19. R. 9. In Mf. Laud. D. 112. praeter prologum praefigitur *epiftola ad Lanfrancum*. Pr. " Reverendo, etc. Quoniam agenda funt omnia confilio." Mf. bibl. Univ. coll. Oxon. E. 7. Mf. Merton. N. ii. 4. 7. et 8. iv. i. 6. *De conceptu Virginali et originali peccato*, lib. i. cap. xxix. " Cum in omnibus religiofae tuae." Mf. Lincoln. Oxon. 75. bibl. Bodl. NE. A. iv. 3. A. vii 5. Mf. Laud. D. 112. Mf. Bodl. Muf. 88. et 148. Mf. bibl. coll. Univ. E. 7. Mf. Merton. N. ii. 7, 8. iv. i. 6. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. Anfelmi argumentis in hoc libro nixi funt immaculatae conceptionis B. Mariae defenfores. Anfelmus primus inftituebat feftum conceptionis B. Virginis, idque abfque auctoritate papali, quamobrem a S. Bernardo reprehenfus eft. Bul. *Hift. acad. Parif.* tom. i. p. 494. Whart. *Angl. Sacr.* ii. 169. *De veritate dialogus*, lib. i. cap. 13. al. 14. Pr. pr. " Tres tractatus pertinentes ad." Pr. lib. " Quoniam Deum veritatem " effe credimus." Mf. bibl. Bodl. NE. A. iv. 3. (caret praefatione) Mf. Bodl. Muf. 148. Mf. Laud. D. 112. Et NE. F. iii. 8. NE. A. vii. 5. Mf. coll. Lincoln. Oxon. 75. Mf. bibl. coll. Univ. E. 7. Merton. N. ii. 7, 8. iv. i. 6. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. *De voluntate*, lib. i. " Voluntas " aequivoce dicitur." *De libero arbitrio dialogus*, lib. i. cap. 14. " Quoniam liberum arbitrium " videtur." Mf. Lincoln. coll. Oxon. 75. Mf. bibl. Bodl. NE. A. iv. 3. NE. A. vii. 5. Laud. D. 112. Muf. 88. (autori coaevus codex) et 148. Mf. bibl. coll. Univ. E. 7. Merton. N. ii. 7, 8. iv. i. 6. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. *De concordia praefcientiae, praedeftinationis et gratiae cum libero arbitrio*, lib. iii. i. habet cap. 8. ii. 3. iii. 14. " De tribus illis quaeftionibus." Mf. Bodl. NE. A. iv. 3. NE. A. vii. 5. Et fuper A. 1. Art. 18. Laud. D. 112. Muf. 88. et 148. Mf. Merton. N. ii. 7, 8. iv. i. 6. Mf. coll. Lincoln. Oxon. 75. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. *De tribus Willerami epifcopi Newenburgenfis quaeftionibus, ac praefertim de azymo et (de facrificio azymi et fermenti*, Mf. Bodl. NE. A. vii. 5.) *fermentato*, lib. i. cap. vii. " Scienti breviter loquor." Mf. Bodl. NE. A. iv. 3. Laud. D. 112. Muf. 148. Mf. Merton. N. ii. 7. Mf. coll. Lincoln. Oxon. 75. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. Extat inter epiftolas Mf. C. C. C. Cantabr. lib. viii. cent. iv. epift. 22. *Ad Walerami querelas de diverfitate facramentorum refponfio*, lib. i. cap. 3. " Gaudeo et gratias ago Deo." Mf. bibl. Bodl. NE. A. vii. 5. Laud. D. 112. Mf. coll. Lincoln. Oxon. 75. Mf. Merton. N. ii. 6. Art. et N. ii. 7, 8. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. *De prefbyteris concubinariis five offendiculum facerdotum.* Pr. " De prefbyteris, qui aperta libidinis." *De nuptiis confanguineorum*, lib. i. cap. 7. " Gratulor admodum, frater." Inter epiftolas lib. iii. epift. 158. *De grammatico dialogus*, lib. i. [Mf. Bodl. NE. A. vii. 5. De grammatico tractatus quomodo grammaticus fit fubftantia et qualitas] cap. xxi. " De grammatico peto ut." Mf. coll. Lincoln. Oxon. 75. Mf. Bodl. NE. A. iv. 8. Laud. 112. Muf. 148. Mf. Merton. N. ii. 7, 8. N. iv. 6. Mf. C. C. C. Cantabr. L. 9. 13. *De voluntate Dei*, lib. i. cap. 5. " Humana ratio cum de Deo." De hoc tractatu Bellarminus; nihil habet Anfelmi ingenio dignum. PARAENETICA et ASCETICA. *Homiliae* XVI *in quaedam evangelia.* Vid. *Synopfin* Gerberon. MLXX. *Homilia de affumptione B. Virginis* extat etiam inter homilias ab Alcuino collectas. Bellarm. *Quidam fermones, meditationes et orationes*, Mf. Merton. O. vii. 8. *Homilia* intravit Jefus in caftellum, Mf. Bodl. NE. A. vi. 1. Mf. Merton. N. ii. 4. 10. Coll. Nov. 99. *Sermo de carcere B. Petri apoftoli.* Pr. pr. " Scripturam Sacram recte cum." Pr. l. " Mifit Herodes manus ut " affligeret."

" affligeret." Mſ. Bodl. Laud. F. 44. *De homilia contra comam nutrientes*; *et de fraterna caritate.* Vide *Synopſ.* Gerb. in A. MLXXIX. 10. *Exhortatio ad contemptum temporalium et deſiderium aeternorum*, lib. i. " Quid agis, o homo! " *Admonitio morienti.* Pr. " Laetaris, frater, quod in fide." Mſ. ſup. D. 1. Art. 60. f. 172. *De contemptu mundi carmen.* Pr. " Quid deceat monachum vel." Mſ. Bodl. Digby 172. *Aliud de contemptu mundi carmen.* Pr. " Quid probitas, quid nobilitas." *Poëmata S. Anſelmi* penes comit. Carliol. 21. In cod. Bodl. Digby 172. Sunt alia etiam *Poëmatiuncula*, quae forſan noſtro Anſelmo debentur, quorum unum intit. *Proverbia centum ad regem Henricum.* Pr. " Pax Henrico, Dei amico." Haec proverbia Mſs. etiam extant Mſ. Bodl. NE. B. iii. 18. f. 89. *Tractatus de pace et concordia*, cap. iii. Pr. " Neceſſarium valde eſt cum." *Deus ſolus amandus*, carmen. Pr. " Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo." *Meditationes* xxi. Pr. pr. " Meditationes ſeu orationes, quae ſubſcriptae." Pr. lib. " Terret me vita mea." *Meditationes et orationes* xliv. Mſ. Lincoln. coll. Oxon. 75. *Meditationes et orationes* xli. Mſ. Merton N. ii. 7. *Meditationes quaedam* hujus editae inter *Auguſtini opp. ſuppl.* tom. vi. *Meditationes et orationes* ix. Mſ. in coll. Baliol. N. 19. *Meditationes* xi. Mſ. in bibl. Bodl. Laud. E. 13. *Meditatio* xima *de rebus humanis*, Mſ. Bodl. NE. A. vii. 5. *Meditationes et orationes* xix. extant in Mſ. Norwic. More 475. ſub titulo Proſologii. *Meditationes* x. in edit. L. et poſtea vii aliae. *Orationes* lxxi, alias lxxiv. Pr. " Adeſto, ſancta Trinitas, Deus unus omnipotens." Vide alloquia coeleſtia in edit. L. Vid. Jo. Fiſcamn. in Mabillon, *Annal.* tom. v. *Confeſſio et oratio de recreatione hominis.* Pr. " Primum et principale." Mſ. Lincoln. coll. Oxon. 75. *Orationes* 6. 26. 29. 25. 3. 13. 4. 62. 63. 72. 64. 65. 66. 67. 70. Hae xv inter plurimas alias, quae Anſelmo videntur aſcribi debere, etſi in editis non occurrant, Mſs. extant bibl. Bodl. Laud. E. 13. *Orationes* xx. Mſ. bibl. Univ. coll. L. 9. *Oratio ad Deum patrem.* Pr. " Deus piiſſime." Mſ. bibl. Univ. coll. C. 1. *Hymni de ſancta virgine Maria*, par. iii. p. i. " Lux, quae luces in tenebris." p. ii. " O Maria, nomen bonum." p. iii. " Ave, ſponſa inſponſata." *Pſalterium S. Mariae.* Pr. " Ave, mater advocati." EPISTOLAE. *Epiſtolarum* lib. iv. quorum primus continet epiſtolas lxxvii, quas S. Anſelmus ſcripſit nondum abbas. Secundus continet liii, quas ſcripſit abbas Beccenſis. Tertius continet epiſtolas clxxxviii (CLIX L.) quas ſcripſit archiepiſcopus Cant. Quartus continet epiſtolas cix hactenus ineditas. *Epiſtolae S. Anſelmi ſeorſim.* Ingolſt. MDCXII. *Epiſtolae quaedam*, Mſ. coll. Eman. Cantabr. i. et Mſ. Trin. coll. 427. et penes Tho. Gale, nondum editae. *Epiſtolae* ccccxvi in bibl. Cotton Mſ. Claud. A. xi. *Epiſtolae* vii a Baluzio primum editae, *Miſcell.* tom. iv. p. 471. *Epiſtolae* viii in Dacherii *Spicilegio*, tom. ix. *Epiſtolae* quaedam ineditae MDCLXXV fuere penes editores *Actorum S. S. Epiſtolae* vi extant in Uſſerii *Sylloge epiſt. Hibern.* quarum iii hactenus ineditae. *Epiſtolae* ii (1) ad Gul. Fiſcamenſem abbatem. Pr. " Ex quo veſtra probitas." (2) ad Bernardum abbatem et fratres S. Albani de diverſitate perſonae et ſubſtantiae in divinitate. Pr. " Fratres ad me." Mſ. bibl. Bodl. D. 112. Laud. *Epiſtolae* v. Mſ. Merton. N. ii. 7. *Epiſtolae ad virgines*, Mſ. Merton. N. vii. 6. *Epiſtolae Urbano* ii de afflictionibus, quas in Anglia paſſus eſt. *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 373. *Epiſtola Paſchali* ii. de inveſtituris eccleſiar. Ibid. p. 378. *Literae ad Tho. archiep. Eborac.* de conſecratione et profeſſione ſua. Ibid. p. 388. ſeq. *Literae* de pallio ab archiep. Ebor. et epiſc. London expetito. Ibid. p. 389. APPENDIX Operum, quae Anſelmi nomen falſo praeferunt. *Elucidarium ſive dialogus ſummam totius theologiae Chriſtianae amplectens*, lib. iii. (lib. i. cap. 23. ii. cap. 32. iii. 21.) Pr. " Saepius rogatus a condiſcipulis," Mſ. Bodl. Muſ. 68. Mſ. in coll. Baliol. M. 25. et coll. Merton. N. ii. 1. iv. 5. Pariſ. MDLX. 12mo. 1 edit. per Fr. Morellium: Opus Anſelmo indignum. Trithemius id Honorio Auguſt. Raynaudus, Baleus, Simlerus aliique Gulielmo Coventrienſi Carmelitae; codices nonnulli Guiberto Novigertino abbati vindicant: ut habet Cave. Mſ. bibl. Bodl. Laud. E. 90. eſt codex Elucidarii antiquiſſimus, in cujus margine inter Auguſtinum alioſque autores, unde deſumpta eſt haec collectio, ſubinde occurrit Anſelmus. Unde conjectura eſt eum non eſſe autorem. In hoc codice invenitur liber quartus, in omnibus aliis, quos unquam vidi, omiſſus. Pr. " Fratres in domo Dei cum." In Mſ. Bodl. Laud. E. 44. eſt liber Elucidarii in quo libri iii. initium a cap. 16. libri ii. et liber iv incipit in 1 cap. libri iii. et liber v. in 10 cap. libri iii. *Dialogus B. Mariae et Anſelmi de paſſione Domini*, lib. i. cap. 16. " Dic mihi, " cariſſima Domina." Mſ. Merton. N. ii. 1. Art. In Mſ. Bodl. Laud. G. 19. *Colloquium Anſelmi et Mariae de paſſione Domini*; ſine diſtinctione capitum. Pr. " Omnis arbor bona fert bonum " fructum." Sententiam unam aut alteram in principio habet, quae non eſt in edit. Gerberon. et caret quae in fine addit Gerberon ex cod. Thuan. Extat Anglice Mſ. Bodl. Laud. B. 68. *De menſuratione crucis*, lib. i. cap. 7. " Quoniam, jubente filio tuo." *De conceptione S. Mariae Virginis*, lib. i. " Principium, quo ſalus mundi." Mſ. Bodl. Laud. D. 112. et Mſ. Lincoln. coll. Oxon. 75. Mſ. Merton. N. ii. 7, 8, 10. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. L. 13. *Aliud de conceptione B. Mariae*, lib. i. " Conceptio veneranda Dei." *Paſſio SS. Guignari, Fingaris, Pialae et ſociorum*, lib. i. cap. 10. " Poſcis fideliter ſatis, chariſſime." Extat in *Florilegio* Tho. Meſſingham, f. 210. ibique habetur praefatio Johannis Picardi, qui hunc libellum primum edidiſſe videtur in Anſelmi opp. editione. *Liber ſive ſermo* (*meditatio* Mſ. C. C. C. Cantabr. L. 8.) *de aeterna beatitudine ſive beatitudine coeleſtis patriae*, cap. 15. Pr. pr. " Multi homines, quibus." Mſ. C. C. C. Cantabr. L. 8. 13. et W. 1. cui praefigitur Eadmeri *ad Gulielmum monachum*, quam cum hoc libro miſit, *epiſtola. S. Anſelmi ſpeculum religioſorum*, Mſ. penes com. Carliol. apud Naworth. 1. *Anſelmus de converſatione monachorum.* Pr. " Utiliſſima res eſt" Mſ. C. C. C. Cantabr. W. 1. *Conſilium bonum ſecundum S. Anſelmum quomodo agendum eſt cum infirmo in extremis languente, priuſquam inungatur vel communicetur.*

municetur. Pr. " Interrogat eum facerdos." Mf. Bodl. Laud. G. 12. Continet tantum interrogationes x Anglicas. Nihil tale in impreffis. *De xiv animae ac corporis dotibus five beatitudinibus.* Pr. " Superius enunciatis." Antv. MDCII. 8vo. *De felicitate fanctorum,* Parif. MDCXXXIX. 8vo. *De conflictu vitiorum et virtutum*; olim Mf. in bibl. monaft. Sion. *De* xiv (viii. Antv. MDCII. 8vo. vii. Mf. Bodl. Laud. D. 112) *beatitudinibus.* Pr. " Quaeritur inter homines quid fit." Mf. Bodl. NE. A. 3. 16. Laud. D. 2. D. 112. In Mf. Bodl. Sup. D. 1. Art. citantur quaedam ex Anfelmo Cantuar. in libro de duabus beatitudinibus, et duabus miferiis. *De trinitate ad Aurelium,* lib. xv. " De trinitate, quae Deus fummus." Mf. Bodl. NE. A. 4. 3. *De bona occupatione.* Pr. " Ad infinuandum interioris hominis." Mf. Bodl. Laud. 112. F. 94. Mf. Wigorn. 41. Mf. C. C. C. Cantab. L. 13. Mf. coll. Magdal. Oxon. 41. theol. In Mf. mufei Tanner. ita incipit: " Anfelmus de examinatione mortis perpetuae, poenae et gloriae fempiternae." *Super illud* Intravit Jefus in quoddam caftellum. Pr. " Quod ad gloriofiffimam virginem." Mf. Bodl. Laud. D. 112. Principium diverfum eft ab editis. *De malo et nihilo,* tractatus ad Mauritium monachum. Mf. Cotton. Vefpaf. E. iv. 16. Mf. Wigorn. 41. Idem eft cum cap. xi libri *De cafu diaboli*; remota dialogi forma. Vide Anfel. *Epift.* ii. 8. *Summa B. Anfelmi fuper* iv *libros fententiarum*; *ad Gul. praefulem Senonenfem.* Pr. " In deferto manna colligentes." Mf. Merton. O. iii. 4. Art. [Petrus Lombardus poft Anfelmum floruit.] *De caritate,* lib. i. " Cogit me inftantia tuae caritatis." Mf. Merton. N. ii. 7. Quaere, annon haec fit homilia caritatis fraternae, quam in conventu fratrum Cantuariae habuit A. D. MLXXIX. Vide Eadmeri *Vita Anfelmi,* c. 5. et *Acta fanctorum* 870. Quaere an idem cum Bernardo de caritate. *Anfelmus—per fe docens.* Delphis. MDCXCII. 16mo. *Tractatus de anima*; cum aliis Anfelmi opufculis, Parif. MDXLIX fol. *Contra offendiculum facerdotum, fc. eorum nuptias,* lib. i. Hujus meminit Parkerus contra Tho. Martin. p. 280. *De Lanfranco deceffore fuo verfus* 25. Pr. " Archiepifcopi divitias." Extant in Rob. Mont. *App. ad Sigib.* Parif. MDCLI. f. p. 730. *Comment. in Matthaeum* Anfelmo tribuitur; Petro Babioni vindicant Raynaudus et ex illo Placcius ii. 58. In Mf. Wigorn. 41 extant *Quaeftiones Anfelmi.* Et Anfelmus *De facrificio Graecorum,* Mf. Bodl. Laud. E. 90. Continet, 1. Librum *De divinis rebus.* 2. Librum *De ecclefiafticis rebus*; in quo citatur Boëtius, Anfelmus, Auguftinus, Jeronymus, Chryfoftomus, Dionyfius, Gregorius, Ifidorus, Eucherius, Caffiodorus, Beda. 3. Librum *De futura vita.* 4. Librum auctor intitulavit *Inevitabile*; eft *De praedeftinatione juxta doctrinam Auguftini contra defenfores liberi arbitrii*; et videtur effe refponfum ad librum ejufdem argumenti. *Vita B. Anfelmi* carmine. Pr. " Tange Syon citharam." Mf. Cotton Nero, c. vii.

ANSELMUS WIGORNIENSIS monachus fcripfit *Narrationem miram de quodam fratre minore, qui per multos dies mentis exceffum paffus eft.* Mf. in bibl. ecclef. Wigorn. 114.

ANSLAY [BRIANUS] (annon *Annefley* five *Onflow?*) Vide de ftemmate Anfloworum de Lewfham in Cantio-Brianus Anflow tempore Jacobi i. et Caroli i. Dugdal. *Baron.* ii. 459. Edidit *The citie of Ladies,* lib. iii. Lond. by Henr. Pepwell. MDXXI. 4to. At the exhortation of the gentle earl of Kent. The prologue of the printer in verfe:

> So now of late come into my cuftode
> This forfeyde book by Brayn Anflay,
> Yeoman of the feller with the eight king Henry.

ANTHONY [ANTONIUS] filius Guilielmi. Surveyor of the ord[nance] tempore Henr. viii. Edw. vi. et reginae Mariae: fcripfit Anglice *Cronicon rerum Anglic. ab A. D.* MDXXII ad MDLVIII. Ex quo plurima haud contemnenda excerpfit Cl. Afhmolius in Mfs. 861. p. 330.

APOCRISIARIUS minifter fic dictus, quod nomine epifcoporum in conciliis refponderet; Benedictinus quidam, concilio Perthae interfuit, et fcripfit *Acta fynodi Perthanae,* lib. i. Claruit anno MCCXXI. Dempfter. i. 97.

AQUAE PUTEO [THOMAS DE] five WATYRPITT. S. theologiae profeffor, prior Carmelitarum Norwici. Occurrit prior MCCCCXCIII. *Reg.* Multon. f. 6. MCCCCXCIV. Wolm. 206. MCCCCXCIX. Popy 264. Scripfit *De ordinandis feftivitatibus per adventum.* Pr. " In anno quo " nativitas Domini." *Sermones varios de virgine gloriofa.* Pr. " In me omnis gratia." Anno MCCCCXCVI. Obiit 18 Junii A. D. MDVIII, et humatus jacet in conventu fui ordinis Norwici. Mf. Bal. Sloan. 4to. f. 5. 51. 121.

AQUAE VILLA [NICOLAUS DE,] natione Anglicus, ordinis Fratrum Minorum, S. theol. doctor. Scripfit *Sermones Dominicales.* Pr. " Hora eft." etc. " In ifta totali Epiftola, in antiquo " exemplari (inquit editor) Bedae afcripto." Edidit Math. Makerel Parif. MDXX. 4to. [Quidam Nicolaus de Aquila decanus Ciceftrenfis electus in epif. Ciceftren. MCCIX. *Chronicon Dunftaple.*]

AQUILA PROPHETA. Illuftrem in primis virum, operi praeponere cum alia multa me monent, tum hoc praecipue, ut pofteritas intelligat, non defuiffe aliquando Britannis fuum prophetam, cujus in rebus arduis confilium et peterent, et fequerentur; perinde atque olim fecerunt Romani, qui Numae oracula, tanquam divinum quidpiam, venerabantur. Nec mirum id quidem, cum ipfa nominis etymologia, aut, ut cum Cicerone Latine loquar, notatio, nefcio quid fublime promittat. Aquila vero, quod acute videat, nomen fumpfit. Non illa Phoebi radios, ne oculos perftringant, timet. Volat etiam fublime, unde a poëtis Jovi deorum maximo miniftrare fertur. At quorfum haec fpectant? non alio certe, quam quod crediderim, hunc vatem antiquitus Aquilam dictum

dictum a rebus, quas plane altas, coeleftes, divinas tractabat. Sic et D. Joannes evangeliographus a quibusdam AQUILA dictus, quod suprema coeli praepeti penna circinet, ac Christi optimi maximi divinitatem cognitam tanquam ab ovo repetat. Incidit autem Aquila in illud feculum, quo Rudubrasius, Luelli filius, Britanniae regno praefuit. Erat hic synchronius Capys, filii Epiti, qui in Italia regnavit; princeps tam cordatus, juxta ac felix, ut Britannos a civili, quo conflagrabant, bello liberos reddiderit, aliquotque pulcherrimas urbes condiderit: inter quas et Paladorum una fuit, quae etiam nunc in edito Dorocastrensis provinciae monte sita extat, et a recentioribus SCEAFTESBURY, a frugum fertilitate, vocatur. Hic cum novae urbi locum designasset, et murorum fundamenta jecisset, rogatus Aquila, ut, inspecto urbis horoscopo, de ejus fortuna et aetate aliquid pronunciaret, multa vaticinatus fuisse dicitur; quae chartis postea diligenter notata Britanni, idque cum religione quadam, legebant. Qualia tamen ea fuerint, cum non, quod ego sciam, extent, prorsus ignoro. Historiae satis aperte docent, cum a Saxonum, tum a Dacorum violentia vehementer fractam esse Paladorum urbem; sed tum maxime diminutam, cum Alfredus magnus, Visi-Saxonum rex, coenobium ibidem in Ethelgevae, filiae suae pientissimae, velatae virginis, gratiam poneret. Nam ut monasterium alte, et cum magnificentia quadam consurgeret, latomi bonam partem veterum aedificiorum, et moeniorum urbis in novos usus transtulerunt. Quo tempore etiam Romanorum inscriptiones, quae urbi immortalitatem quodammodo pollicebantur, a barbaris hominibus pro neglectis lapidibus temere, et in obscuris locis repositae, immo in multa frusta comminutae sunt: atque hanc urbis demolitionem Gulielmus Meildunensis libro *De pontificibus Anglicis* secundo, quamvis id quidem leviter et in transcursu, significare videtur. Sed quo me rapuit Paladori antiquitas? nostrum rectius institutum, ut Aquilam posteritati commendatissimum faciam; id quod nulla alia magis ratione praestitero, quam si indicavero illum Prophetiarum libros edidisse, quos Britanni in summo pretio, ut Romani Sibyllinos libros, habuerunt. Argumento autem huic rei esse possunt Cadovalladrus et Alanus reges; hic Britanniae Gallicanae, ille nostrae Britanniae; qui, cum viderent omnia ad internecionem partim Saxonum tyrannide, partim etiam dira fame et peste spectare, ad libros Aquilinos, tanquam ad sacram anchoram, confugiebant; sed cum ne in illis quidem ullam salutis spem invenissent, coacti sunt de recuperando Britannorum imperio desperare. Index bibliothecae fani Servatoris, Durovemi Cantiorum, dictorum Aquilae opportunam facit mentionem. Ex *Lelando*.

ARBOGASTUS natione Hibernus [Dempsterus Scotum dicit] Argentinensis ecclesiae in Germania episcopus consecratus est A. D. DCXLVI. "Is peregrinus et heremita," inquit Gaspar Bruschius, "venit in Alsatiam, ibique in sacro nemore, eo pene loco, ubi nunc Hagenoa sita est, "oratorium construens, Deo jejuniis et precibus diligenter servivit. Non ociosus tamen prorsus "erat. Nam et prodibat, et accolas de veri Dei cognitione, de vero timore Dei, et vera per filium "Christum invocatione, reprehensis idololatricis cultibus, ac phanaticis opinionibus confutatis, dili-"gentissime erudiebat." Hinc Dagoberto regi (cui ab epistolis et secretis erat, tradente Dempstero) innotuit, a quo S. Amandi in ecclesia Argentinensi successor designatus anno DCXLVI ibidem praefuit annis 12. "Decessit ex hac vita A. D. DCLVIII, sepelitur juxta patibulum in colle, quem D. "Michaelis collem vocant. Id enim postularat, imitaturus fatum Christi, qui etiam extra Hiero-"solymam in loco sceleratorum passus fuisset." Sic Bruschius in libro suo *De episcopis Germaniae*. De Arbogasto consule etiam Henr. Pantaleonem in *Prosopograph. viror. illustr. Germaniae*, et S. Munsterum in *Cosmographia*. Scripsit, secundum Baleum et Stanihurstum, *Homilias aliquot*, lib. i. Et secundum Gul. Eisengreinium in *Catal. test. veritatis*, *In epistolas Pauli doctissimos commentarios*. Memoria ejus colitur 21 Julii, Dempster. i. 28. Ware, 26, 27. Bale, xiv. 81. Stanihurst, 39.

ARCHFELT [JOHANNES] scripsit *Ascensorium vitae*, Mf. Bodl. Laud. D. 81.

ARCHIBALD [ROBERTUS] patria S. Andreanus, Lutetiae educatus, ubi philosophiae professor. Hemorraeus, *Tab. cron. dec. et can. ecclesiae S. Quintini*, p. 168. ita de eo: "Robertus "Archibaldus literis humanioribus eruditus, imprimis eas ordinibus academiae Pictaviensis cum "laude frequentissimi auditorii communicavit; postea Mariae reginae Scotiae, dotariae Franciae "liberalitate factus canonicus S. Quintini; ubi claruit A. MDLXXXI." *H. S.* Scripsit *De origine philosophiae*, lib. i. *De dignitate philosophiae*, lib. i. *De partibus philosophiae*, lib. i. Claruit Parisiis A. D. MDLXXVII. Dempst. i. 110.

ARCHIBALDUS DUMFRISIUS ab oppido sic dictus, monachus Benedictinus, Dumfermelini professus, familiaris regi Scotiae Roberto iii, domesticus Gilb. Greiulan, episcopi Aberdonensis, ejus opera in Gallias cum oratoribus Scotis missus, Carolo vii utilis fuit. Scripsit *Epistolas ad reges*, lib. i. Florebat anno MCCCXCVI. Dempster. iv. 435.

ARCHICANTOR [JOHANNES] Romanus, ecclesiae D. Petri praecentor, et monasterii ad S. Martini fanum abbas, ab Agathone pontifice ad Anglo-Saxones missus. Interfuit synodo Hatfeldensi legatus apostolicus. Vide Bed. *Hist. eccl.* iv. cap. 18. Scripsisse fertur *Modulandi ac legendi ritus*, lib. i. *De Hatfeldensi synodo*, lib. i. *De catholica fide Anglorum*, lib. i. *De quadam synodo Romana*, lib. i. Turoniae in Gallia sepultus. Claruit A. DCLXXIX. Bal. xiii. 7.

ARDERNUS [JOHANNES] ab Ardern, f. de Ardern, de Newarco in comitatu Nottingham chirurgus celeberrimus. [Fuit quidam Joh. Ardern clericus operationum regis A. MCCCCXXII. Rymer, *Foed.* x. 256. sed alius, est a nostro.] Scripsit *De fistulis in ano, et aliis fistulis, apostematibus, haemorroide, tenasmo, clysteribus, unguentis, pulveribus et oleis*, cap. 44. Pr. "I John Ardern fro "the

" the first pestilence." Mſ. Antiq. Angl. Sloan 2. [a] In Mſ. Aſhmol. bibl. Bodl. 829. *De fiſtulis et aliis morbis ani*, lib. i. cap. 25. Pr. pr. " Ego praedictus Johannes a prima peſte." [Multa de curationibus ejus in hac prologo] Pr. lib. " Quamvis principalis intentio." Tranſl. Anglice per Joh. Reade chirurgum Lond. MDLXXXVIII. 4to. *Practicam chirurgiae. In qua omnes chirurgiae partes examinat; continet librum de fiſtulis; et deſcribit varia chirurgica inſtrumenta et operationes.* Pr. " Hoc eſt ſpeculum phlebotomiae." Mſ. Sloan. 59. Vide Mſ. Aſhmol. 1434. *Medicinas varias.* Pr. " Unguentum ad plagas et apoſtemata ſananda." Mſ. Sloan. membr. in cujus bibliotheca extant etiam hujus Joh. Ardern *Miſcellanea alia multa phyſica et chirurgica.* Pr. deeſt. continet centum pag. 4to. *Aliud volumen miſcellaneorum de re herbaria, phyſica, et chirurgica.* Pr. " Ebulus " i. Walwort eſt herba ſimilis." Newarci vixit ab A. MCCCXLIX ad MCCCLXX, quando Londinum profectus eſt. Mſ. Sloan. Claruit A. MCCCLXX. Bal. xi. 24. Pitſ. 506.

[a] Hujus libri codex Mſ. membraneus, eleganter ſcriptus aſſervatur in bibliotheca Richardi Mead, M. D. ex quo diſcimus quod hunc librum ſcripſit A. D. MCCCLXXVI. Hearn. *Chron. Walt. Hemingſ.* p. 444. 446. in not.

ARDES [MALCOLMUS] nobili familia in Achterles ortus, Carmelitarum aſſumpſit habitum, et ejuſdem ordinis praeſes provincialis tandem evaſit. Scripſit *De bello de Fawkirk*, lib. i. *De liberata Scotia*, lib. i. Claruit A. MCCCLXXXIV. Dempſter. i. 50.

ARGENTINE [JOHANNES] natus apud Boteſhamum in comitatu Cantabr. uti habet Hatcher Mſ. Inett. In Mſ. Cotton. Julius F. vii eſt nota Gul. Botoneri, qui eum apud Kyrkeby juxta Norwicum natum eſſe ait. Fuit medicinae doctor et electus praepoſitus collegii S. Mariae et S. Nicolai 21 Henr. vii juxta Dodeſw. Mſ. 144. f. 210. juxta Parkeri *Sed. Cant.* A. MDI, 4 Maii, quo anno etiam S. theol. doctor evaſit, *Catal. Cant.* Mſ. Inett. Fuit medicus principum Edwardi et Arthuris, et decanus capellae regiae et praepoſituram per ſexennium tenuit, Mſ. Hatcher, Inett. et Mſ. Cotton. Julius F. vii. Interfuit confirmationi Johannis Alcock, epiſcopi Elienſis Lambethae 7 Dec. MCCCCLXXXVI, et 5 Febr. MDLXXXVII inſtitutus fuit ad rectoriam de Harleſt cum Boxted ad praeſentationem epiſcopi Elienſis; et 27 Martii MDLXXXVIII ad rectoriam de Glemsford, quam reſignabat A. MCCCCXC, quo anno inſtitutus fuit ad rectoriam de Cavendiſh in comit. Suffolciae. Eccleſia S. Vedaſti London. vacabat 27 Febr. MDVII per mortem Joh. Argenteyn clerici, qui collatus fuit ad eandem per archiepiſc. Cantuar. Newcourt, *Hiſt. Lond.* 565. A. MCCCCXCVII, 10 Septemb. inſtallatus fuit praebendarius Wellenſis, et obiit A. MDVIII. *Regiſt.* Wellenſ. in ann. Extat ſub ejus nomine *Actus publice habitus in academia Cantabrigienſi contra omnes regentes univerſitatis quoad oppoſitiones*, A. MCCCCLXX. Pr. " Neu ſis turba regens noſtros tacitura per annos." Continet carmina in ſingulas artes et facultates; ſc. grammaticam, rhetoricam, logicam, geometriam, perſpect. arithmeticam, muſicam, aſtronomiam, philoſophiam naturalem, medicinam, moral. metaphyſ. Mſs. inter *Collect.* Br. Twini, bibl. C. C. C. Oxon. vol. ii.

ARGENTINE [RICHARDUS] alias SEXTEN academiae Cantabrig. alumnus; medicinae doctor; ſcholae grammatic. Gippovicenſis primo hypodidaſcalus, dein archididaſcalus. Tempore regis Edw. vi proteſtantium fidem tenuit uxoratus; mortua uxore, tempore Mariae pontificius ſacerdos evaſit crudelis; et principio regni Elizabethae Londinum accedens rurſus reformatorum religionem profeſſus eſt, uti habet Fox. pag. 1940. A. MDLXIII rector S. Helenae in Gippovico, et 14 Mart. MDLXIII S. theol. profeſſor admiſſus praebendarius de Comb. vi eccleſ. Wellenſis, teſte *Regiſt.* Berkley. Item praebendarius et canonicus in eccleſ. cathedr. Exon. de quo Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. v. Tranſtulit in ſermonem Anglicum, *Martin Luther's ſermon upon the* xxth *chapter of St. John*; *of abſolution, and the true uſe of the keys*, etc. Pr. ded. " Fr. domino Went- " worth. Albeit, right honourable, that the prophet" dat. 20 Jan. MDXLVIII. Gippovici MDXLVIII, 8vo. *Hul. Zuinglii praecepta de juventute, in religione Chriſtiana informanda.* Pr. ded. " Edvardo Grymſton. Foraſmuch as Jeſu Chriſt unto whom" dat. 28 Jan. MDXLVIII. Gippovici per Ant. Scoloker. MDXLVIII, 8vo. *Bernardini Occhini conciones* vi. Pr. ded. tr. " Duci " Somerſet. Lyke as in the beginning." dat. 14 Febr. MDXLVIII. Gippovici MDXLVIII, 8vo. Scripſit *Ad Oxon. et Cantabrigienſes pro lingua Arabica, beneficio principum reſtituenda*, lib. i. Pr. op. " Poſt optimi maximi Dei beneficio." Mſ. Bodl. in Hyperoo, 244. *De praeſtigiis et incantationibus daemonum et necromanticorum*, lib. i. cap. 19. ad Reginaldum Wolfium Argentinenſem. " Scripſi ſuperiori anno." dat. Exoniae prid. cal. Febr. MDLXIII. Baſil. MDLXVIII, 8vo. olim in bibl. Joh. Dee, nunc in Aſhmol. 649. *Obſervations about Rome and the popes; cited from him by J. Bale in his additions to the writers, printed by T. Hearne* p. 288. Claruit Gippovici A. MDLV. Vide Foxii *Martyr.* A. MDLVI, et A. Wood. Mſ. Pitſ. princ.

ARLAUS ſive WARDLAUS, Scotus natione, vocatione ſartor, Knoxii ſectator: ſcripſit *Conciones*, lib. i. Claruit anno MDLXI. Dempſter. i. 85.

ARNALDUS epiſcopus S. Andreae: ſcripſit ad Malcolmum iv regem, *De recto regni regimine*, lib. i. Claruit anno MCLX. Dempſter. i. 67.

ARNOLDUS civis Londinenſis, miro ductus erga patriam affectu poſt collectiones variarum rerum pertinentium ad hiſtoriam et doctrinas, quas ille putabat ad utramque ſalutem neceſſarias, edidit *Repoſitorium quoddam (hiſtoricum*, Pitſ.) lib. i. " In hoc libro continentur nomina." Et alia quaedam. Claruit A. D. MDXX. Bale, ix. 10. Pitſ. 696. *Collectanea de cartis, libertatibus, conſuetudinibus, etc. civitatis London.* Princ. cap. 1. " Henricus D. G. rex Angliae, dominus Hiber- " niae."...

"niae."... fol. Continent [a], 1. *Articles of the charter and liberteis of London*, num. 112. 2. *An Act for correction of errors and wrong jugements in London.* 3. *The charge of every ward in London.* 4. *The ordinance for the assise of bred in the cite of London.* 5. *Pope Nic. Bull for the offerings to the curates of London.* 6. *The composition of all the offerings within the cite of London and suburbs.* 7. *Ordinance for brokers.* 8. *Names of parish churches and religious houses in London and the suburbs.* 9. *The ordinance for wullen cloth.* 10. *Articles desired by the commons of the cyte for reformation of things prejudicial to the same, of the mayor, aldermen and common council to be enacted.* 11. *Charge of the quest of every warmot in every ward.* 12. *Articles of good government of the cite of London.* 13. *The othes of constables, sergeaunts, scavenger*, etc. 14. *The assize of wood.*—"The merchandizes whereof scavage ought to be taken." 15. *Tonnage and Poundage.*—"Forms of obligations, bills," etc. 16. *Form of making supplications to the kings and other lordes.* 17. *The copy of a cart compasyng the circuit of the world.* 18. *The whole pardon of Rome granted by dyvers popes, and the stations at Rome.* 19. *The ages of the world—Letter from the Sowdan of Babylon to the pope,* MCCCCLXXXVIII. 20. *The craft of grafting and planting trees.* 21. *The general curse to be declared four tymes in the yere.* 22. *The Act of parliament to bring king Henry* vi *out of debt.* 23. *The rule of the customs on cloth—Composition between the merchants of England and the town of Antwerp.* 24. *A poem (about marriage,* etc.) Princ. "Beo yt right or wrong these "men among." 25. *The rekening to buy waris in Flanders.* 26. *Magna carta and the charter of the forest in English.* 27. *The value of the benefice of S. Magnus at London brydge.* 28. *Copy of safe conduct, with forms of several other certificates.* 29. *Lawes and belief of the Saracens.* 30. *Accompts about London bridge.* 31. *Articles at the visitations of churches—Articles presented at the last visitation of S. Magnus chirche.* 32. *A complaint and articles to king Henry* vi *by Humfrey D. of Glocester, against the card. of Winchester, with the agreement between them.* In hoc libro occurrit forma certificati facti Richardo Arnold, mercatori Lond. MCCCCLXXX.

[a] In alio exemplari prima pars Collectaneorum horum continet *A register of the bailiffs, custos, majors, and sheriffs of London from* MCLXXXIX *to* MCCCCXXVI. Vid. T. Tanneri *Collect.* in h. l.

ARNOLD [NICOLAUS] eques auratus, miles fortis et gubernator Bolonienfis propugnaculi A. MDXLIX, cum Galli illud ex improviso adoriri tentarent. Hollinsh. iii. 1100. 1111. A. MDLIV. 18 Januar. e turri Londin. dimissus, Wiati rebellibus se associavit. Stow, *Hist.* p. 626. Hiberniae justitiarius factus A. MDLXIV. Hooker, *Contin. Chron. Hibern.* p. 110. Nutritor equorum Anglicorum maxime clarus; et scripsit *Of the manner of the production of horses.* Gul. Harrison. p. 220.

S. ARNUAL sive ARNUALDUS, natione Scotus, S. Kiliani socius peregrinationis. In Gallia verbum Dei praedicavit. Scripsit *S. Kiliani vitam*, lib. i. Festum ejus celebratur 2 Octob. Claruit anno DCXCIV. Dempster. i. 29.

ARNULPHUS. Circa haec tempora, sc. anno DCC, venit in Angliam Arnulphus quidam Galliarum episcopus, qui locorum sacrorum gratia Jerosolymam iverat, et, lustrata omni terra promissionis, Damascum, Constantinopolim, Alexandriam, multasque maris insulas adierat, patriamque navigio revertens vi tempestatis ad occidentalia Angliae littora appulsus est, ubi abbatem insulae Hiensis docuit *De mirabilibus locorum sanctorum*, et ipse mox audita in librum redegit, quem regi Alfredo legendum transmisit. Ex eo libro videtur Beda sumpsisse, quae postea *De locis sacris* tradidit. Joh. Tinmouth, *Hist. aurea*, lib. xvii. cap. 199. Mſ. Bodl. F. x. 6.

AROVAN BARDH SELEN AB HYNAN poëta Cambro-Britannicus incertae aetatis. Llwydh.

ARTHULIUS, sui seculi praestantissimus poëta, composuit ante annos quingentos elegans *Carmen panegyricum in laudem Magni filii Godfredi Manniae regis.* Carmen penes me extat. Colgan. *Act. San. Hib.* tom. i. f. 60.

ARTHURIUS [LAURENTIUS] sive FAUNTAEUS patria Lancastrensis, regnum ineunte Elizabetha, ut religione pontificia intemerata frueretur conscientia, solum vertit, et in Germania societatem Jesu ingressus est, studiis humanioribus et theologicis sedulo invigilans: tandem Romam profectus est, unde in Poloniam missus reliquam vitae partem ibi egit. In *Bibliotheca scriptor. societatis Jesu* Laurentius hic A. MDLXX. aetatis 18. societatem Jesu ingressus esse dicitur. Scripsit *De Christi in terris ecclesia*, lib. i. Posnaniae, MDLXXXIV. 4to. *Contra Antonium Sadeelum Calvinistam*, lib. iii. *De controversiis inter ecclesiasticos et seculares in Polonia*, lib. i... MDXCII. 4to. *Apologiam thesium de invocatione sanctorum contra Danielem Tussanum*, lib. i. Colon. MDXC. *Apologiam thesium oppugnationis coenae Lutheranae et Calvinianae contra eundem*, lib. i. Posnaniae, MDXC. *Orationem de causis et remediis haeresium habitam in provinciali synodo Petricoviensi.* Theses *De Christi ecclesia.—De S. Petri et Romani pontificis successoris ejus in ecclesia Christi principatu.—De sanctorum invocatione et veneratione.—De coenae Lutheranorum et Calvinistarum oppugnatione et catholicae eucharistiae defensione.* Quae vel omnia vel pleraque extant Posnaniae in Polonia anno MDLXXXIX, MDXC. *De ordinatione et vocatione ministrorum Lutheranorum et Calvinistarum eorumque sacramentis.* Fatis concessit Vilnae in Polonia anno MDXCI. Pits. p. 789. *Bibl. script. soc. Jesu.* Vide Burton's *Leicestershire.*

ARTOUR [THOMAS] patria Nordovolgius in academia Cantabr. educatus, ubi artium magister evasit, et per episcopum Eliensem socius collegii S. Johannis admissus 5 Febr. MDXVII. *Coll.*

Wren e Reg. Elien. Doctrinae reformatorum sectator fuit. Scripsit *Microcosmum*; *tragoediam*; lib. i. *Mundum plumbeum*; *tragoediam*, lib. i. *In quosdam Psalmos*, lib. i. *Homelias Christianas*; lib. i. Transtulit *Erasmum de milite Christiano.* Obiit Walsinghamiae A. D. MDXXXII. Bal. ix. 16.

ARTUILLUS, (*Arcivilus* Malmesburio) cujusdam Scotorum reguli filius, et discipulus S. Aldhelmi, episcopi Shirburnensis, cujus judicio examinanda et probanda opuscula sua submisit, antequam ea vellet in aliorum venire manus, ut in secunda parte majoris operis virorum illustrium Joannes Lelandus tradit; uti etiam Gul. Malmsb. vita Aldhelmi in Wharton *A. S.* vol. ii. 4. Composuisse Artuillus fertur *De rebus mathematicis*, lib. i. *Ad Aldhelmum episcopum*, lib. i. Clar. Usserius in *Sylloge epistol. Hibern.* edidit *Epistolam anonymi cujusdam Scoti ad Aldhelmum*; *cum annexo Carmine.* Princ. epist. " Primitus pantorum procerum." Princ. carm. " Christe potens rerum." Prius autem hanc inter Bonifacianas evulgavit Nicolaus Serarius ex Viennensi bibliotheca. Claruit anno DCCX. Bale xiv. 27. Lesleus, *Hist. Scot.* eum anno DCCLXII claruisse vult.

ARVIRAGUS, de quo Juvenalis Satyr. iv. haec habet:

> Regem aliquem capies, aut de temone Britanno
> Excidet Arviragus.

Hunc Baleus i. 23. et Pitseus p. 69. finxere ex historicis Britannicis et Scoticis, patria esse Tegenum, Theomantii juniorem filium, et tandem Britanniae regem: qui non solum ipse bonas literas amavit, verum etiam literatorum hominum, praecipue Gildae singularis erat fautor. Hunc etiam referunt permisisse Josephum Arimathensem in Britanniam venire, et ibidem evangelium Christi praedicare, et ecclesiam Christo aedificare indulsisse. Hic Arviragus, ut quidam tradunt, fuit primus Christianorum rex. Cum intellexisset suos Cambros inique tulisse, quod, conjuge Britanna (sc. Voada Carataci sorore) repudiata, Romanam, Genuissam Claudii imperatoris notham, duxisset, factum suum defendens scripsit *De Genuissae connubio*, lib. i. *Ad Caratacum regem*, epist. plures. *Ad Corbredum et Comum*, epist. plures. *Ad proceres suos*, epist. plures. Obiisse eum anno LXXIV, vel circiter aiunt Baleus et Pitseus locis citatis.

ARUNDALE [JOHANNES de] sive ARUNDEL in collegio Exon. Oxon. educatus, fuit regis Henrici vi. medicus constitutus 6 April. MCCCCLIV, Rymer xi. 347. et sacris ordinibus initiatus. Anno MCCCCLVI. 25 Nov. collatus ad praebendam de Mapesbury in ecclesia S. Pauli. *Reg.* Lond. anno MCCCCLVI. 8 Febr. ad praebendam de Axfor. . in ecclesia Sarum. *Reg.* Sarum. Habuit simul ecclesias de Chelmesford comit. Essex. liberam capellam de Kybworth Harecourt in com. Leicestr. et Trowbridge dioec. Sarum. incompatibiles: ideo hoc anno MCCCCLVI ecclesia de Chelmsford per episcopum London. privatus fuit. Fuit capellanus regis et unus commissariorum pro Treugarum Scotiae confirmatione A. MCCCCLVII, Rymer. *Foeder.* xi. 399. Post obitum Roberti Nevil, episcopi Dunelm. rex Johannem Arundel sacellanum et proto-medicum suum literis 12 Julii MCCCCLVII datis domino papae commendavit. Whart. *A. S.* tom. i. 777.[a] A. MCCCCLVII Octob. 31 admissus archidiac. Richmond. quo die etiam admissus fuit ad praebendam de Wetwang. Utrumque resignabat electus in episcopum Cicestrensem anno MCCCCLIX. *Reg.* eccl. Ebor. et *Reg.* Cant.[b] Qui episcopatus vacabat per ejus mortem 18 Edw. iv. Ex Rot. Scripsit *Medicamenta contra sciaticam passionem.* Ms. penes dom. Hans Sloane 46. Claruit regius medicus 32 Henrici vi. Rymer. *Foed.* in ann. vid. Newc. i. 174. *Athen. Oxon.* i. 647.

[a] Papa vero renuit, et Laurentium Both praefecit. Rymer. xi. 404. [b] 26 Mart. MCCCCLIX temporalia episcopatus restituta sunt. Rymer. xi. 419. 3 Sept. MCCCCLXIV. rex Ed. iv. propter corporis debilitatem et senium episcopo concessit, quod ad parliamentum personaliter veniendum ipse durante vita non compellatur. Rymer. xi. 532.

ARUNDEL [MARIA.] Ea forsan fuit filia domini Thomae Arundel de Wardour, nupta primo Roberto comiti Sussex. dein Henrico comiti Arundel. Transtulit ex Anglico in Latinum *Sententias et praeclara facta Alexandri Severi imperatoris.* Pr. ded. tr. patri. " Quum saepe in me-" moriam." Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. A. iv. *De stirpe et familia Alexandri Severi, et de signis quae ei portendebant imperium.* Ibid. Ex Graeco in Latinum *Selectas sententias septem sapientum Graecorum.* Pr. pr. " Etsi hactenus non exercitata." Ibid. *Similitudines ex Platonis, Aristotelis, Senecae, et aliorum philosophorum libris collectas.* Pr. ded. patri. " Intelligo, pater honoratissime, ex " omnibus libris." Ibid. 12. A. iii.

ARUNDEL [ROBERTUS de] patria Sussexiensis ab oppido natali cognomen habens, ut refert Pitf. *App.* p. 900. De quo ita M. Paris. p. 618: " Circa idem tempus" (A. sc. MCCXLVI) " magister Robertus de Arundel, qui in Hebraeo idiomate fuerat peritissimus, et multa de Hebraeo " in Latinum fideliter transtulerat, humanis rebus exemptus, mundum salutavit."

ARUNDEL [THOMAS] filius Roberti comitis Arundeliae, Oxoniae philosophica aeque ac theologica studia excoluit; fuit archidiaconus Tauntonensis. A. MCCCLXXV (vel MCCCLXXIV) episcopus Eliensis; anno MCCCLXXXVII cancellarius Angliae; anno MCCCLXXXVIII archiepiscopus Eboracensis, et anno MCCCXCVI Cantuariam translatus. Scripsit *Monitionem contra non offerentes, et impedientes oblationes*, Concil. M. Brit. et Hib. vol. iii. p. 230. seq. *Monitionem civibus London. ut offerant secundum antiquam consuetudinem*, Ibid. p. 231. *Ordinationes de juribus officii registrarii principalis curiae Cant.* p. 233. seq. *Constitutionem de festis per totum annum.* p. 252. *Ordinatio-*
nem

nem ne extranei, sed solummodo advocati et procuratores Cant. admittantur in eadem curia. p. 263. seq. *Literas collegio Merton. Oxon. quod socii se faciant promoveri ad certos ordines.* p. 264. *Commissionem ad inquirendum super Lollardia.* p. 265. *Mandatum pro processione solenni facienda.* p. 265. seq. 304. seq. *Monitionem ne mercimonia teneantur in coemeterio diebus festivis.* p. 266. seq. *Ordinationem ut procuratores non tractent causas inconsultis advocatis.* p. 273. seq. *Aliam de habitu procuratorum curiae Cant.* p. 274. *Commissionem ad celebrandum exequias pro episcopo London defuncto.* p. 282. *Querelam ad Gregorium* xii *de schismate papali.* p. 302. seq. *Commissionem ad inquirendum de praedicantibus contra pacem regis et regni.* p. 304. *Aliam pro exequiis habendis pro episcopo defuncto.* p. 305. *Constitutiones in concilio London.* MCCCCVIII. p. 314. seq. *Mandatum contra tenentes conclusiones damnatas.* p. 322. *Citationem pro executione constitutionum novellarum suarum.* p. 323. *Mandatum pro observanda vigilia S. Matthiae.* p. 333. et Mf. Cotton. Tiber. A. x. 7. *Aliud de exorando pro expeditione regis et ducis Clarentiae.* Concil. vol. iii. 337. *Literas papae Joh.* xxii *super pestifera doctrina Wycliffii.* p. 350. *Comment. in sapientiam,* lib. i. *Explicationem passionis Dom. Jesu Christi,* lib. i. *Sermones a prima Dominica Adventus usque ad Pascha,* lib. i. *His opinion about the Scriptures, in a sermon preached by him at the burying of Queen Ann.* Extat apud Fox. i. edit. 454. Obiit A. MCCCCXV. Pitf. p. 594. A. MCCCCXIII. 20 Febr. Godw. p. 176.

ARUYSTLE [HYW] poëta Cambro-Britannicus scripsit *Kyvydh amnyson rhung a Sr. Juan o Garno. Marunad i Sr. Ouen Guilym. Kyvydh y Keiliog. K. ir Ysgraph.* Et alia extant Mf. in bibl. Hengurtiana. Claruisse dicitur A. D. MDL. Lhuyd. Davis.

ASAPHUS, natione Britannus (Dempsterus Scotum vocat) patria Venedota, nobili ortus stemmate, sub Kentigerno in monasterio Llanelwensi educatus. Kentigernus propter fidelitatem, doctrinam, et sanctitatem ejus, monasterii curam et regimen illi demandavit: qui post praeceptoris obitum ad episcopatum Llanelwensem evectus est a Roderico principe. Composuisse referunt *Ordinationes ecclesiae suae,* lib. i. *Magistri Kentigerni vitam,* lib. i. Claruit circa annum DXC. Post mortem inter sanctos annumeratus est, et ab illo ecclesia Llanelwensis, mutato nomine, Assaphensis nunc dicitur. Memoria ejus celebratur kalendis Maii. Bale i. 68. Pitf. 103. Godw. 654. Dempster. i. 21.

ASCHAM [ANTONIUS] postquam scientiis liberalibus haud infelici marte vacasset, quam maxime astrologiae excolendae se mancipavit; varia calendaria et praedictiones edidit, in quibus rationes cometarum et aliorum meteororum, eorumque effectum in corpora coelestia explicuit. Fuit presbyter, et in comit. Eboracen. dicitur vixisse A. D. MDLIII. Vide *Fragm. ad append. Hemingi,* edit. per Tho. Hearne. p. 647. Eum a rege Edw. vi ad vicariatum de Burnishton praesentatum fuisse fidem facit Mf. Cotton. Julius, B. 9. Scripsit Anglice *Tractatum astronomicum, monstrantem quaenam medicamenta et herbae sunt sub influentia planetarum et siderum coelestium,* Lond. MDL, 8vo. Tractatum hunc inscripsit dom. Joh. Cheke. *His Treatise of astronomy, declaring the leap year; and what is the cause thereof; and how to know St. Matthias day for ever, with the marvellous motion of the sun, both in his proper circle, and by the moving that he hath of the* 10th, 9th, and 8th *sphere.* Lond. by W. Powell MDLII, 8vo. De hoc tractatu ita Will. Farmer in his Alman. of MDLXXXII, 4to. " Among all other writers, that have heretofore spoken of these differences " (about the computation of the true time of the equinox and Easter) I call to remembrance Mr. " Ant. Ascham, who, in the time of K. Edw. vi, in a little treatise, which he did write of leap year, " made a motion as though he wished a reformation of the years and feasts, etc. which would to " God at that time had been performed." *A lyttel herbal of the properties of herbes, newly amended and corrected, with certain additions at the end of the boke, declaryng what herbes hath influence of certayn starres and constellations, whereby may be chosen the best, and most lucky times and dayes of their ministration, according to the moon being in the signes of heaven, the which is dayly appointed in the almanak, made and gathered in the yere* MDL, xii February, by Anthonye Ascham physicion. Princ. " Abrotonum. This herbe Abrotonum is called," Lond. by W. Powell, MDL, 12mo. *A treatyse of the state and disposition of the world, with the alterations and changyngs thereof through the great conjunctions of the three highest planets (Saturn, Jupiter, and Mars) called maxima, major, media and minor, declaryng by example from the creation to this present yere* (MDXLVII or MDXLVIII) *and also to the yere* MDLVIII *to come.* Princ. " As Ptolome sayth in Centiloqui." Lond. MDXLVII, 12mo.

ASCHAMUS [ROGERUS] Askham, Askam, apud Kirbywiske in agro Ebor. A. MDXV natus, in collegio D. Joh. Cantabrig. literas humaniores egregie excoluit, et artium magister A. MDXXXVII, renunciatus est publicus Graece linguae in academia Cantabr. professor, in Isocratem praelegebat, (teste Strype in *Vita* Smith, 16.) Praeceptor erat in linguis Graeca et Latina principi Edwardo, principissae Elizabethae et ducibus Suffolciensibus Henrico et Carolo Brandon. A. MDXLIV (Vide Fuller, *Ch. Hist.* MDXLVII) orator publicus academiae Cantabrig. electus est. Postea dom. Richardum Morysinum ad imperatorem Germaniae legatum comitatus tempore Edw. vi. Dein reginis Mariae [a] et Elizabethae ab epistolis Latinis fuit, et A. MDLIX canonicus Eboracensis factus, (Rymer, xv. 544.) Arcta cum Hier. Osorio, Joh. Sturmio, Joh. Metello, aliis amicitia conjunctus. (Thuanus.) Scripsit *Toxophilum: The school or partitions of shooting,* lib. ii. script.

[a] 7 Maii 1 Mar. A. D. MDLIX constitutus est secretarius pro lingua Latina. Rymer. xv. 388.

A. MDXLIV

A. MDXLIV ad Henr. viii. "What tyme as, most gratious prince." Pr. pr. "Bias the wyse "man came to." Lond. MDXLV, MDLXXI, MDLXXXIX, 4to. *The school-master: or a plain and perfect way of teaching children to understand, write, and speak the Latin tongue*, etc. lib. ii. "When "the gret plague was at London." Lond. MDLXX, MDLXXXIX, 4to. Item *With an addition of explanatory notes by James Upton*, Lond. MDCCXI. *Institution for his child.* Pr. "After the "child hath lernyd perfectly." Mſ. bibl. Reg. Westmon. 18. B. xxiv. 2. Forsan excerpta ex *Paedagogo. A report and discourse of the affairs and state of Germany, and the emperor Charles his court, during certain years, while he was there*, to John Asteley master of the Jewell office. "That "part of your letter" Lond. MDLII, 4to. et Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. H. *Familiarium epistolarum* lib. iii. Lond. MDLXXVI, MDLXXVII, MDLXXVIII, MDXC, 12mo. In edit. MDXC, praeter famil. epist. lib. iii. est commendatitiarum, petitoriarum, et similium ejus generis epistolarum principum, academiae, etc. conscriptarum, lib. i. ac etiam Joh. Sturmii 25. Ric. Brandisbei 3. Petri Nannii 1. Hieron. Osorii 2. Mich. Toxitii 1. Johannis Sleidani, Hub. Leodii, Nic. Cisneri 1. Joh. Spithonii 1. Petri Rami 1. Christoph. Montis 1. Steph. Steph. Cirleri epistolas ad Rog. Aschamum et alios Angliae doctos: una cum oratione de vita et obitu Aschami collegit E. Grant, et A. MDLXXXI, 8vo. Lond. Et Hanov. MDCII, 12mo. et MDCX. Col. Allobr. MDCXI. 12mo.[b] *Poëmata quaedam Latina.* Impr. una cum epistolis, editioni Elstobianae desunt. *Apologiam pro coena Domini contra missam et ejus praestigias*, etc. Pr. "Deus pater serpentem diabolum." Lond. MDLXXVII, 8vo. a Terent. Mauro edit. *Themata theologica disputata in collegio D. Joh. Cantabr.* Pr. "Primus homo parens noster Adamus." Ibid. *Expositiones antiquas in epistolas D. Pauli ad Titum et Philemonem ex diversis S S. patrum Graece scriptis comm. ab Oecumenio collectas, et Cantabrigiae Lat. versas a Rog. Aschamo* A. MDXLII. Pr. "Hanc ab urbe Nicopoli." Ibid. *De nobilitate Britannica*, lib. i. *Historiam sui temporis*, lib. i. *Sophoclis Philoctetis a se versae* meminit Aschamus epist. lib. ii. In libro *The schoolmaster* dicto, f. 18. ad librum *Of the cockpit* sese refert. Obiit 30 Dec. MDLXVIII, et sepultus est in ecclesia S. Sepulchri extra Newgate London. Bal. ix. 64. *Fasti Oxon.* i. 65.

[b] Editionem novissimam, prioribus auctiorem concinnavit Gul. Elstob, Oxon. MDCCIII, 8vo. Ad finem hujus editionis adduntur epistolae xiii nunquam antehac editae, et ex bibliotheca C. C. C. Cantab. ut videtur, desumptae.

ASHBURN [THOMAS] in oppido ejus nominis apud Derbienses natus, et in eodem fratrem eremitam ord. S. Augustini induit [male Bal. et Pitſ. oppidum et prioratum in agro Staffordiensi collocant.] Oxoniae literis operam dedit, ubi S. theologiae doctor evasit. Contra Wiclevistas strenue se gessit. Scripsit *Contra trialogum Wiclevi*, lib. i. *De identitate in sacramento*, lib. i. *Extractiones ab Augustino*, lib. i. "Magnus dominus et laudabilis." *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Replicationum suarum* lib. i. *Lecturas et sermones*, lib. ii. Interfuit synodo Londinensi A. MCCCLXXXII. Vide Tho. Walsingham in anno. A. MCCCLXXIV Eulogium Mſ. Cotton. Galba E. vii, ubi contra papae autoritatem in temporalibus disputabat. Bal. vi. 77. Pitſ. p. 539. In bibl. collegii Univ. Mſ. N. 5. est T. de Ashburn *De naturalibus.* Est tantum pars Aristotelis per quendam T. de Ashburn scripta. In Mſ. Cotton. Vitell. F. xiii. 1. est Poëma Thomae Asheburn ordinis Carmel. miscellanei argumenti theologici. Cujus autoris, an nostri Thomae incertum.

ASHBY [GEORGIUS] clericus signeti dominae Margaretae reginae Angliae scripsit rhythmis Anglicanis in usum Edvardi principis Walliae, filii regis Henrici et dictae Margaretae, *De activa politia principis.* Pr. pr. "Maisters Gower, Chaucer, and Lydgate." Pr. lib. "Right and "myghty Prince, and my ryght goode Lorde." Mſ. penes episc. Norwicen. More 492, caret folio uno aut altero in fine. Scriptum anno autoris octogesimo.

ASHE [SIMON] sive FRAXINIUS, quem ego ASCHE patria dictum fuisse lingua arbitror, Henoforthi Maisevetum inter canonicos sedis pontificiae non infimum tenuit locum. Doctrinae beneficio coaluerat a teneris annis gratissima illi consuetudo cum Silvestro Giraldo, magno literarum cultore. Hinc factum, ut frequenter inter se literas missitarent; quarum ego paucas, versibus hexametris scriptas[a], olim[b] adsutas postremis pagellis, alioqui vacuis, libri Silvestri Giraldi, Menevensis, cui titulus, *Speculum ecclesiasticum*[c]. Ex *Lelando.*

[a] Scripsit *Pro Giraldo adversus Adamum Dorensem* [abbatem, Mſ. add. Bal. Trin.] *apologiam* (*carmine rhithmico*) lib. i. "Magistrorum omnium flos." Mſ. Lambeth. *Pro amico convitiis laeso. tam metricam quam rhithmicam conquestionem. Super innocentia ejusdem*, lib. i. "Nescio quis monachus furtivo." *Ad mag. Giraldum*, lib. i. "Fons sine fine fluens flos." Mſ. Lambeth. inter opera quaedam Mſ. Giraldi, Mſ. C. C. C. Cantabr. I. 9. cui annectitur responsio Giraldi. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Carmina* quoque lib. i. [b] Olim vidi. ita legit Mſ. Trin. [c] Claruit circa ann. MCC. Bal. iii. 39. Pitſ. p. 264.

ASHE [THOMAS] monachus ecclesiae Christi Cantuariensis, ejusdem coenobii stationarius, S. theologiae baccalaureus. Composuit *Conciones varias, quarum una* (in hoc thema: "Ecce servus "meus delectus") *habita fuit in electione Johannis Kemp, archiepiscopi*, MCCCCLII. Obiit xii kal. Febr. MCCCCLXXIII, anno monachatus 63. Joh. Stone Mſ. C. C. C. Cantabr. Q. viii.

ASHELINGTON [THOMAS] sive ERCELDOUN. Edidit *Prophetias quasdam*, Mſ. bibl. Worſl. Harum meminit Scalae chronicon, Leland. *Coll.* tom. i. 733. In quibusdam antiquorum

carminum Anglic. collectionibus habetur carmen intitul. *Thomas of Erseldown.* Pr. " Lyftyns, " Lordynges both great and small." Ita Ms. in bibl. eccl. Lincoln.

ASHWARDBY [JOHANNES] patria Lincolnienfis, ut videtur; academiae Oxon. alumnus, et collegii Orielenfis ibidem focius: dein post operam quam maxime fedulam literis, praecipue autem theologiae fcholafticae impenfam, S. theologiae doctor, et vicarius ecclefiae S. Mariae Oxon. evafit. Wiclevi fectator erat. Scripfit *Determinationes fcholafticas*, lib. i. *Ordinarias quaeftiones*, lib. i. *Quodlibeta theologica*, lib. i. *De triplici neceffitate*, lib. i. *Contra fraterculorum mendicitatem*, lib. i. " Chriftus enumerans in evangel." *Contra Ricardum Maydestan*, lib. i. *Sermones ad clerum*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. *Lecturas Scripturarum*, lib. i. Claruit A. MCCCLXXX. Bal. vi. 85. *Hift. Oxon.* i. 186. ii. 106.

ASHWELL [THOMAS] fenior, Carmelita in coenobio Hichienfi, S. theol. profeffor Oxonienfis, fcripfit *Sermones de tempore.* Pr. " In omnibus perfecti; ad Ephef. vi. Reverendi, ficut patet." *Collationes quafdam.* Pr. " Pax vobis, etc. Kariffimi folent peregre." Hae collationes a quibufdam Petro Stokys tribuuntur. Mf. Bale Sloan. 4to. 52.

ASKEW [ANNA] ASCUE, five ASCOUGH, filia Gulielmi Afkew Lincolnienfis, equeftris ordinis viri; foemina fupra fexum docta, et pontificiorum errores odio habens, flammis adjudicata eft, inter quas fatis conceffit Londini die 16 Julii anno Dom. MDXLVI. Bale viii. 79. Scripfit Anglico fermone *Examinationum fuarum* lib. i. " To fatisfie your expectation, good people." Cum elucidatione Joh. Bale, Marp. MDXLVII. 8vo. Extat apud Fox. pag. MCCXXXIV. *Super ultimo fuo conflictu*, lib. i. " I do perceive, dear friend in the Lord." Eft tantum pars libelli. Hos libellos praefationibus et fcholiis prolixioribus illuftravit J. Baleus, Marpurg. MDXLVII. 12mo. In hac elucidatione Balei extant duo carmina Anglica hujus Annae, 1. ex Pfal. liv. Princ. " For thy names " fake be my refuge." 2. *A ballade made by her in Newgate.* Princ. " Lyke as the armed " knyght." Vide Fuller, *Ch. Hiftor.* v. 242. Strype, *Memor.* vol. i. f. 387.

ASPALDUS[a] [GALFRIDUS] inter Ifiacae fcholae fcriptores merito connumerandus: erat enim felici quadam dexteritate in eruendis naturae myfteriis, quam etiam vel confirmatiffimam, Ariftotele philofophorum facile principe praeceptore affidue ufus, reddidit. Extat ejus opufculum concoctum et curiofe defaecatum in Ariftotelis *De generatione* librum; quem ego aliquando apud Ifiacos in mufeo Dunolmenfi vidi, atque adeo avida verfavi manu. Ex *Lelando.*

[a] In *Regiftro* Joh. Peckam, archiep. Cantuar. extat epiftola archiepifcopi in hunc modum: " Dilecto filio magiftro " Galfr. de Afpal, fuo quondam confcolari, falutem. Per " regnum Angliae clamor validus invalefcit, et fcandalum " inde plurimum generatur, fuper eo quod dicitur domi- " nam reginam, cui affiftitis, plura maneria — in fuum " peculium reduxiffe; quae Judaei, mediante voragine ufu- " rarum, patrocinante curia regia, a Chrifticolis extorfe- " runt.— Dat. id Dec. MCCLXXXVI." In *Regiftro* Winchelfee funt informationes factae de iis, qui habuerunt beneficia in diverfis dioec. inter quos occurrit mag. Galfr. Hafpal, qui habuit in epifcopatu Lincoln. ecclefias de magna Mere et de Staunton; in epifcopatu London. ecclefiam de Akele magna; in epifcopatu Roffenfi eccle f. de Handlo; in epifcopatu Norwic. ecclefias de Redenhale, Slegefton, Tunftall, Coulings, Fornfete, Dellefone, Befton; in epifcopatu Ciceftr. ecclef. de Fyndene; in epifcopatu Heref. ecclef. de Colvynton; in epifcopatu Coventr. eccl. de North Wortham; et in epifcopatu Sarum ecclef. de Dunnington. Occurrit canonicus S. Pauli Lond. et praebend. de Bromefbury MCCLXXVIII. Vid. *Reg.* dec. et cap. Lond. A. Et magifter hofpitii S. Leonardi. Ebor. 14 Edw. i. Vide *Regift.* Joh. Romani archiepifcopi. Baleus (xii. 78.) Lelandum folummodo tranfcripfit. Pitf. in *Append.* p. 840.

ASSERIUS[a] ex Cambria oriundus, monafticae vitae et eruditis artibus ftudebat Meneviae Demetarum, quae antiquitus totius Cambriae metropolis erat fub Davide praefide, a quo hodie locus fanum Davidis appellatur: ibique per omneis virtutum gradus tam infigniter fub archiepifcopo, ut ego arbitror, Afferio[b] Menevenfi, cui fanguine conjunctus erat, crevit; ut fama paffim egregia quaeque de illo per totam late Britanniam praedicaret. Audiverat hanc famam Ealfridus rex, maximus poft hominum memoriam literarum fautor, virumque tam eximii nominis accerfiri juffit. Ille vero, audito nuntio, advolavit[c]; et, rege falutato, ejus perfenfit cum munificentiam, tum magnificentiam; ac confultis domi amicis, poftremo fe, fuaque omnia tali ac tanto Mecaenati, et publico doctarum fcientiarum ufui commifit. Rex itaque candorem hominis amplexatus, illum non modo in pretio poftea habuit, verum etiam familiariffime ufus eft; ac tria antiqui nominis monafteria, videlicet CUNGRESBYRI, BANWEL, et EXANCESTRE, ejus curae et imperio liberalis[d] credidit. Ferreus ille quidem, atque adeo vita indignus, qui hanc amicitiam in tam claro heroe undecunque fanctiffimam non laudet, non extollat, non ex animo amet. Sed unde, obfecro, profecta eft? Certe a re nulla alia, quam ab ipfo doctrinae fonte, qui in principe uberrime fcaturiebat. Nae ille igitur recte fapiebat, qui fcripfit: " felicem rempublicam fore, ubi " princeps doctus effet, aut doctrinae folide faveret." Apparet ex libello *De Vita Grimoaldi, alias Grimbaldi*, cujus autor mihi de nomine incognitus, Afferium ab Ealfrido, Vifi-Saxonum rege, una cum Joanne, forfan Scotto, confilio Ethelredi, Cantiorum archiepifcopi, ad monafterium fani

[a] Afferius, (vel Afferion Mf. Lel. Trin.) cui Pitfeus praenomen Johannes dedit, difcipulus erat Meneviae Johannis Scoti Erigenae. Bal. ii. 25. Pitf. p. 171. Cave ii. p. 283. Scriba vel cancellarius avunculi Afferii fenioris ibidem archiepifcopi. Ibid. [b] Nullum Afferium fuiffe archiepifcopum Menev. contendit Tyrell. *Hift.* praef. 13. Afferius autem arch. Menev. occurrit in Girald. Cambr. et *Itiner.* Camb. lib. ii. c. 1. et in catalogo antiquo Mf. Cotton. Claudius B. vii. ubi poftea epifcopus Shirburn. fuiffe dicitur. [c] Ratione moleftiarum, quas illi creavit regulus quidam nomine Hemeyd, patriae pertaefus, in Angliam venit. Bal. Pitf. l. c. [d] Ingulphus auctor eft, illum Bangorenfem abbatem extitiffe. Godw. Tyrell. Ab Alfredo coenobiorum Ambrofburienfis et Banwellenfis praefectura donatus. Cave.

P Bertini

Bertini missos fuisse, ut Grimoaldum accersirent, et in Angliam secum deducerent. Transfretavit ille, et Britanniam invisit, anno D. DCCCLXXXV. Alsius circiter haec tempora, episcopus Shiroburnensis, vir bonus et summo apud Alfredum loco habitus, diem obiit: in cujus sedem surrogatus est Asserius, procurante hoc rege, omnium virtutum aequissimo sane aestimatore. O fortunatum juxta ac cordatum principem, qui potuit et voluit hujusmodi fortis hominem evangelico operi praeficere! O fortunatiorem pontificem, cui contigit sub tam pio principe sancto fungi officio! Quid multis moror? erat elegans episcopus dignissimus qui elegantem regem patronum haberet. Ecce tibi, lector, pulchrum virtutis certamen: nam quanto magis patronus dignitates et fortunas accumulavit, tanto magis Asserius laborabat ejus opinioni et expectationi satisfacere [a]. Longum hic esset singula aperire, et nihil in medium adferre absurdum. Illud certe apponam, quod et Ealfrido summe placuit, et a nostro non est alienum instituto: interpretatus enim est librum Boëtii *De consolatione philosophiae*, aut, ut verius loquar, lucidis commentariolis illustravit; quo opere magnam gratiam meruit a principe ad similia animato: cum non desint, qui scribant Ealfridum eundem Boëtii librum in Saxonicum sermonem postea transtulisse [b]; collegisse etiam *Sententias aureas* [c] quidem illas, ex variis eruditorum operibus, et in parvum volumen collectas, libello *Enchiridion* nomen dedisse. [d] Haec ego pauca de Asserione e crassissimis antiquitatis tenebris in lucem erui, quibus percupio illum, annuente genio, vel immortalem facere. Neque hoc interim omittendum, quod Asserius patroni sui memoriam, famam, gloriam modis omnibus cum longissimam, tum clarissimam efficere studens, ejus vitam [e], atque adeo facta illustria omnia libro *Annalium* victuro eleganter, pro rei majestate, tanquam rarus Apelles, depinxerit; ac demum tabulas vel medio foro spectandas produxerit; quarum et Marianus Scottus venustate totus captüs, flores ex eisdem avidus, veluti stellulas, quibus suam interpolaret historiam, selegit [f]. Ex *Lelando*.

[a] Asserius Alfredo auctor fuit, ut Oxoniensem academiam restauraret; in illa professoris munus gessit. *Antiq. Oxon.* tom. i. p. 9. [b] Ita Jo. Eversden. Ms. Jam. vii. 59. in bibl. Bodl. [c] Male colligit Baleus, et ejus sequaces, ex his verbis Asserium scripsisse ——— *Aurearum sententiarum enchiridion*, lib. i. [d] "Haec ego pauca —— immortalem facere:" Ms. Trin. fini vitae Asserii post *Historiam, selegit*, annectit. [e] *Vita Alfredi*, etc. Ms. extat in bibl. Lumleiana A. D. MDCII. Pits. p. 172. In bibl. Cotton. Otho. A. 12. edita a M. Parker. literis Saxonicis, sed lingua Latina. Lond. MDLXXIV. f. a Guil. Camden. MDCII. f. Francof. MDCIII. f. Tiguri MDLXXV. f. Et a Fr. Wise, Oxon. MDCCXXII. 8vo. Vide Usser. *Primord.* p. 342. Twyn. *Apol.* lib. ii. § 80, 81. [f] Composuisse praeterea tradunt Baleus et Pitseus: *Homeliarum* lib. i. *Epistolarum* lib. i. *Annales Britanniae* ab an. DXCVI ad DCCCCXIV, lib. i. In bibl. Cotton. Vitel. E. 14. Vid. Cave, ii. p. 283. *Chronicon fani S. Neoti,* sive *Annales* extant p. 141. inter *Hist. Brit. script.* xv. per Th. Gale, Oxon. MDCXCI. Ad hos auctor quidam antiquus fecit additiones, et scribit Asserium A. D. DCCCCIX obiisse. Pits. p. 172. Ita valde hallucinatur Godwinus, qui an. DCCCLXXXIII diem obiisse refert, cum Alfredus R. in testamento ante ann. DCCCLXXXIX condito eum memoret. Ita etiam Florent. et Westm. In libro *Abbendon.* Ms. Cotton. Claudius c. ix. in subscriptione chartae Edwardi senioris de Hordwella villa illi monasterio concessa apud Haamton. DCCCCIII, sic lego: "Ego Asser episcopus." A. Wood. Ms. Godw. Ita subscripsit chartae Edwardi R. datae ecclesiae Hidensi DCCCCIV. ind. VII. *Regist.* Hid. f. 72. item DCCCC. Ibid. f. 72. b. apud H. Whart. Ms. R. 56. 217. in bibl. Lamb. Obiit DCCCCX. *Chron. Saxon.* p. 102. In ecclesia Sherburnensi sepultus jacet. Godw.

ASTLEY [JOHANNES] regiorum jocalium magister et thesaurarius constituitur cum feodo quinquaginta librarum per annum 23 Dec. lit. pat. i. Elizab. Fuit etiam reginae a camera privata, qui antea tempore regis Edwardi vi officio aliquo in familia principissae Elizabethae functus erat. Scripsit *The art of riding.* Lond. MDLXXXIV. 4to. *Epistolam ad dom. Rogerum Aschamum* praefixam operi ejus *De rebus Germanicis* regnante Carolo imperatore, datam ex aedibus principissae Elizabethae Hatfield. 19 Octob. MDLII, in qua multa de amicitia mutua apud Chestonam, Chelseiam, et Hatfield. commemorat. Obiit ante 20 Februar. 38 Elizabethae, quo die dom. Edwardus Cary suscepit curam jocalium ab executoribus ejus; cujus indentura extat inter Mss. Norwic. More 255.

ASTON [NICOLAUS de] Oxoniae studia academica summa cum laude sua tractavit, et primum in collegio Oriel. dein coll. Reginali socius electus, postea S theol. doctor, et A. MCCCLX academiae cancellarius factus est. Scripsit *Quaestiones super magistrum sententiarum*, lib. i. Quaestiones hujus xii. Pr. "Utrum veritatem creatam." Ms. in bibl. Oriel. *Lecturas ordinarias*, lib. i. Haec olim extitere in bibl. collegii Oriel. ubi ea vidit Baleus. Claruit A. MCCCLXIII. Bal. xii. 18. Pits. *App.* p. 888. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. p. 117.

ASHTON [PETRUS] transtulit in sermonem vernaculum *P. Jovii libellum de Turcarum cronicis*, cap. xx. ded. dom. Rad. Sadler. "The great learned philosopher and wiseman." Lond. MDXLVI. 12mo.

ASTONE [ANDREAS] monachus Buriensis; supprior monasterii Buriensis MCCCCXLI. *Regist.* monast. Burien. Novell. f. 188. Ad ordinem sacerdotis promotus a Thoma Aladensi episcopo in vigilia S. Trin. MCCCCI. *Regist.* Bury, f. 126. Ms. Cotton. Tiberius B. ix. De diversis evidentiis composuit *Registrum hostlariae monasterii S. Edmundi de Bury*, in quo etiam habentur, 1. *De institutionibus ecclesiasticorum ordinum.* 2. *Declaratio justitiae regis Angliae ad Walliam et Scotiam.* 3. *Quomodo ducatus Aquitaniae et Normanniae ad reges Angliae devolutus est.* 4. *Quomodo dominium Hiberniae est ad regem Angliae devolutum.* Pr. de ecclesia de Wlpot. "Alexander episcopus, servus servorum Dei." Ms. Cotton. Claudius, A. xii. 3. Claruit anno MCCCCXXVI.

ASTONUS [JOHANNES] sive AYSHTONUS, artium magister e collegio Merton. Oxon. doctrinae Wiclevianae apertus assertor. Haereseos damnatus cum aliis 19 Julii MCCCLXXXII, a domino

mino archiepiſcopo Cantuarienſi, et carceri mancipatus erat, non ad mortem uſque, ut vult Baleus; ſed poſt recantationem literis archiepiſcopalibus ad cancellarium Oxon. datis 27 Nov. eodem anno actibus ſcholaſticis reſtitutus fuit. Vide *Hiſt. et Ant. Oxon.* Par. i. in anno MCCCLXXXII. Scripſit *Contra uſurpationes cleri*, lib. i. *De recto uſu ſacramenti*, lib. i. *Rationem ſuae fidei*, lib. i. "Ego Joannes Aſton preſbyter." Recantatio 19 Jun. MCCCLXXXII ita incipiens Angl. extat Mſ. bibl. Bodl. Arch. B. 83. Latine ibi extat Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 163. Anglice et Latine apud Waldenſ. in faſciculo Zizan. Wiclev. fol. 73. b. *Contra mendicitatem otioſam*, lib. i. *Ad vulgum conciones*, lib. i. *Confeſſionem veram ad archiepiſcopum*, lib. i. "Reverendiſſime pater et domine." Mſ. Waldenſ. ut ſupra fol. 74. a. et b. Bal. vi. 78. *Hiſt. et Ant. Oxon.* L. 1. p. 186. 192. *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. iii. 160. ſeqq. et 169.

ATHELARDUS BADUNENSIS: monachus Badunenſis coenobii, naturalium rerum myſteria, et cauſas omneis diligentia tam undecunque exquiſita perſcrutatus eſt, ut cum aliquibus veteris ſaeculi philoſophis non indigne conferri poſſit. Hinc petiit Galliam [a], eo tempore bonarum artium cognitione illuſtrem admodum, linguaſque politioreis illas nepote quodam ſuo comitatus edidicit. In ſtudiis vero ſuis Ariſtotelis, ter maximi philoſophi, veſtigia religioſiſſime ſecutus eſt. Sed non ſatis eſſe ſibi ad honeſtae famae immortalitatem ducebat, ſi quae multo cum labore didicerat, in ſuo tantum recondita ſervaret pectore. Quare ſacroſanctae poſteritatis memoriae luculentum *De naturis rerum*, alias naturalium quaeſtionum [b] librum, opus dignum philoſopho, dedicavit. Vidi etiam opus, cui titulus *Erith* [c] *Elcharetmi* [d], ex Arabico in Latinum ab eo tranſlatum: et *Euclidis geometriam* ex eodem fonte in Latium derivatam [e]: denique et libellum *De aſtrolabio*, argutum, numeroſum, rotundum. Scripſit etiam *Problemata*, quorum ego exemplar annis abhinc aliquot Londini in bibliotheca Dominicanorum vidi: ſed jam furto ſublatum eſt [f]. Male ſit polypo, quiſquis is fuit: nam ejus injuria non modo Athelardum nobis ademit, verum etiam Alveredum Anglum. Scripſerat is libellum *De motu cordis*, ac etiam *Commentarios* in opus Ariſtotelis *De vegetabilibus*. Diſtractus fuit eodem tempore Aldruidus, qui ſcripſit *De quintis eſſentiis*, una cum libro Alexandri Aphrodiſei *De tempore*, et opuſculo Roberti Capitonis, epiſcopi Lindocollini *De cometis*. Erant hi quinque optimae notae autores ſub unis et eiſdem conjuncti aſſeribus, ideoque rapinae magis expoſiti. Vixit Athelardus, ut ex codice Badunico didici, tempore Henrici primi [g]; id quod apparet in praefatione libri *Naturalium quaeſtionum*. Ex *Lelando*.

[a] Galliam, Germaniam, Italiam, Hiſpaniam, Aegyptum, et Arabiam peragravit, Pitſ. p. 200. In Gallia juxta Laudiſdunum docuiſſe, et ſcholas publicas tenuiſſe Adelardum conſtat ex prooemio ſui dialogi. Vide Oudin. *Comment.* tom. ii. c. 1017. [b] Per modum dialogi inter nepotem et Athelardum, ad G. praeſulem (forte Godefridum, epiſcopum Bathonienſem) lib. i. cap. 77. Pr. pr. "Cum in "Angliam nuper redierim." Ad Ric. epiſcopum Bathon. Pr. l. "Meminiſti." Apud Boſton. Burienſ. Vide Mſ. Langb. xii. 1. Extat Mſ. in Bodl. bis, itemque in coll. Oriel. vii. ſed alio titulo alioque initio. Titulus enim codicis Orielenſis eſt, *De deciſionibus naturae*. Pr. "Violentos principes, "mercenarios judices." Deſiderantur aliquot lineae in initio. Mſ. bibl. Bodl. F. 11. 101. Et Mſ. Sup. A. 1. Art. 101. Et Mſ. Digb. 11. Mſ. Cotton. Galba, E. iv. *Quaeſtiones naturales* extant impreſſae, . . . 4to. Item *Quaeſtiones philoſophorum*. Ibidem. (1) Dialogus Athelardi *De cauſis rerum* extat in diverſis bibliothecis ſub ſequentibus titulis, ut eos collegit Oudinus, viz. *Quaeſtiones naturales* ſeu phyſicae, num. 76. bibl. Colbert. Cod. 199. in fol. *De quaeſtionibus naturalibus*, Mſs. S. Victor. Pariſienſ. h h h 17. 22. et p p p. 13. *Problemata ſeu quaeſtiones naturales*, Cod. Reg. Mſs. 6591. *De cauſis naturalium compoſitorum*, C. C. C. Oxon. Cod. 12. Compoſitionum Cod. 8. n. 11. *Adelardi Bathonienſis et nepotis dialogus*, Digby, Cod. 11. n. 6. *De deciſionibus naturalibus*, coll. Oriel. Cod. 7. n. 5. *Quaeſtiones naturales*, coll. Eton. Cod. 1. *Tractatus de variis philoſophicis argumentis*, bibl. Cotton. Galba, E. iv. 6. (2) *Aſtrolabium*, Mſs. bibl. Norfolc. Cod. 366. n. 4. (3) *Iſagoge minor Japharis mathematici in aſtronomiam*, Mſs. Digby, Cod. 68. n. 4. (4) *Ezich Elkaureſmi, hoc eſt, tabulae Chawazeſmicae ex Arabico traductae*, Mſs. Hatton. Cod. 112. n. 5. (5) *De doctrina abaci*, bibl. Lugdun. Batav. Mſs. Scaliger. Cod. 11. (6) *Euclidis elementorum libri* xv ex verſione Adelardi de Arabico, Mſs. Selden. Cod. 29. n. 2. *Euclidis elementa cum ſcholiis et diagrammatibus*, bibl. Bodl. hyperoo. Cod. 157. n. 1. *Libri Euclidis de arte geometrica*, coll. S. Trin. Oxon. Mſs. Cod. 30. n. 4. Praefationem libri *Naturalium quaeſtionum* edidere Benedictini D D. Martene et Durand in ſuo *Theſaur. nov. anecdot.* vol. i. col. 291. Nullus quem ſciam (inquit Oudinus col. 1018) hujus ſcriptoris meminit, excepto Thoma James Anglo in *Ecloga Mſs. Oxonio-Cantabrigienſi*, edita Londini in anno MDC. *H. I.* Mire caecutit Oudinus, cum Baleum et Pitſeum prae oculis habuit, quorum uterque hunc ſcriptorem celebrat. [c] *Erichiaſarim*. Pitſ. Et ſic quidem non ſemel Voſſius *De ſcientiis mathem.* cap. xvi. § 8. xxxv. § 17. Baleus rectius *Ezichiaſarim*, et Boſtonus Burienſis *Ezichiaſaris*. Legendum puto potius *Ezich* ſive *Elzich*, aut *Alſeg*, ſeu *Alzii* (quod ephemeridas ſive tabulas aſtronomicas ſignificat) *Jaſaris* Haec cl. Langbaini conjectura eſt in A. Wood Mſ. Pitſ. *Iſagoge minor Iaſaris mathematici in aſtronomiam*, ita inſcribitur Mſ. Bodl. Digb. 68. f. 121. Pr. "Quicunque phi- "loſophiae ſcientiam altiorem." [d] Lib. i. "Liber iſte "ſeptem planetarum." [e] Lib. xv. Pr. "Punctus eſt, "cujus non eſt pars." Mſ. bibl. Bodl. arch. Seld. B. 29. Mſ. Oxon. in coll. S. Trin. xxx. Pitſ. l. c. Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 157. pulch. diagram. ornatus. *Comment. Adelardi ſuper geometriam Euclidis*, olim Mſ. in bibl. Sion. Vide catal. libr. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. B. 16. [f] Praeter haec a Lelando memorata, inveniuntur in Baleo ii. 69. et Pitſeo p. 200. ſeq. *De cauſis naturalium compoſitorum*, lib. i. "Enucleat cauſas liber iſte." Mſ. Oxon. in coll. Corp. Chr. 86. Hic liber non alius eſt a priore *De naturis rerum*, ſi titulum excipias; neque verba prima ſunt, quae hic habentur, "Enucleat," etc. ſed, "Cum in Angliam," etc. *De ſeptem artibus liberalibus*, lib. i. "Saepenumero "eſt a philoſophis." In bibl. Bur. apud Boſtonum Burienſem partim proſaicus, partim metricus. *De ſic et non ſic*, lib. i. "Meminiſti ex quo incepimus." *Computum aſtronomicum*, Mſ. olim in muſeo comitis Stanford. In nota praefixa cod. Mſ. perant. olim bibl. regiae Weſtmon. tractatuum titulos continente habetur *Liber mri. Adelardi Bathonienſis, qui dicitur Mappae clavicula*: ſed librum ipſum abſtulit manus quaedam ſacrilega. *Vita Dunſtani archiepiſc. Cant.* per Adalardum, Blandinienſis coenobii monachum, qui illam inſcripſit S. Elphego archiepiſcopo. Pr. dd. "Pa- "trem tuum S. Dunſtanum." Pr. lib. "Quia ſolennibus "excubiis." Mſ. Lambeth. 159. nil fere habet, quod non Oſbernus Cant. multo fuſius. Vide Mſ. Bodl. Digby 11. Mſ. Cotton Nero, C. vii. 11. Vide etiam Mſ. Cotton. Titus, D. iv. 6. Citatur haec Whartono *Angl. Sacr.* tom. i. 105. [g] Claruit Athelardus A. D. MCXXX. Bal. Pitſ. l. c.

ATKINSON [GUILIELMUS] Eboracenſis, artium magiſter Cantabrigienſis, et ſocius perpetuus collegii vulgariter nuncupati Pembroke Hall in univerſitate Cantabr. per literas dimiſſorias dioeceſani ſui ordinatus diaconus per Flor. Clogherenſem epiſcopum in eccleſia cathedr. Norwicenſi 6 Martii

Martii MCCCCLXXVIII. *Regist.* Norwic. xviii. 278. A. MDIII. 7 April. Gul. Atkynfon S. theol. profeffor exiftens collatus ad praebendam de Welton Bekhall in ecclefia Lincoln; quae vacabat 6 Nov. MDIX per mortem ejus; ita in *Regist.* Gul. Smith, epifc. Lincoln. Tranftulit rogatu Margaretae comitiffae Richmondiae, matris Henrici vii, in fermonem vernaculum A. MDII *Johannis Gerfoni de imitatione Christi*, lib. iii. "Whofo folowith me faith." Lond. by Rich. Pynfon MDXVII. 4to. et by Wink. Word. . . . 4to. et by Tho God. fray. 12mo. Ultima haec editio quatuor libros habet, et nomen tranflatoris deeft. Verfio Atkinfoni, vel ad minimum comitiffae Richmondiae juffu facta ex Gallico fuit; ea autem quae anno MDLVI facta ex Latino fuit (M. interl. Colch.) In praefatione hujus editionis anonymus tranflator redarguit Atkinfonum, quia—"In di-"verfe places he had left out muche parte of fome of the chapters, and fometime varied from the "letter; as in the 3d chapter, and in 18 and 19 chapters of the firft book; as alfo in divers other "chapters of the fayd three books."

ATKINSON [RICHARDUS] rector ecclefiae de Woodchurch in comit. Cantiae. Scripfit *Comment. in priorem epift. ad Corinthios.* Mf. in bibl. eccl. Cantuar. 83. Quidam Ric. Atkinfon Eboracenfis, S. theol. D. praepofitus collegii Regalis Cantabrig. Parker, *Sceletos.*

ATKINSON [ROBERTUS] legibus municipalibus operam dedit in Templo interiori; et fenator in domo inferiori parliamenti 5 Elizabethae inclaruit; ubi habuit *A fpeech againft the oath of fupremacy.* Pr. "You have heard the effect of this bill." Mf. extat in bibl. Gonv. et Caii. D. 22. n. 1120. Edidit ex Foxii Mfs. Strype, *Elizab.* p. 263.

ATROCLIUS, abbas Britannus, Iltuti Morganenfis aliquando difcipulus, ad quem Iltutus fcripfit epiftolam. Vir, tefte Vincentio, non vulgariter eruditus, et qui multa fcripfit, ex quibus tamen nihil hactenus inveni. Claruit A. D. DXXX fub rege Britonum Arthuro. Pitf. *Append.* 825.

ATTILA [Jonae ATTALA] natione Scotus, S. Columbani focius; abbas Bobienfis, ibique fucceffor S. Columbani: de quo vide praefat. Jonae in *Vitam S. Columbani.* Scripfiffe fertur *Bobii monafterii immunitates*, lib. i. *De Theudelinda regina*, lib. i. Attilae noftri fcripta a Bernardo Sacco laudantur, et funt quaedam Mfs. in bibliotheca Veneta Marciana. Claruit anno DCXXIV. Feftum ejus agitur 10 Martii. Dempfter. i. 30.

AVANNEDHIG Bardh Kadualhon ab Kadvan; poëta Cambro-Britannicus, qui claruiffe fertur circa A. D. DCXL. Lhuyd.

AUBINUS[a] [PHILIPPUS] philofophus et mathematicus infignis, luculenta praeclari ingenii exempla multa Ifidis in Vado, non fine laude, exhibuit. Inter quae et illud non erat minimum, quod, Alphonfi exemplum fecutus honeftiffimum, *Canones tabularum* perfcripferit[b]. Ex *Lelando.*

[a] Philippus Aubinus, alias Worceftrius, monachus, dein fubprior, et tandem 6 Jan. MCCLXXXVII prior Wigornienfis evafit. Wharton, *A. S.* tom. i. 549. [b] Lib. i. atque alia addit Mf. Lel. Trin. Obiit 7 Jul. MCCXCVI. Whart. l. c. Bal. xii. 92. ex Lelando. Pitf. *Append.* p. 891.

AUDELEY [THOMAS.] Extant fub ejus nomine *Lecturae variae in ftatuta hujus regni.* Pr. "Where by an acte." Mf. Norwic. More 331. *A letter about exchange.* dat. 6 Aug. manu propria. Mf. Cotton. Otho. E. x. *Two letters manu propria.* Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. P. Obiit 30 April. MDXLIV. Fuller's *Worthies.* i. 327. *Thomas Audeley*, alius, autor libri fequentis *An introduction or* A. B. C. *to the warr, dedicated to K. Edw.* vi *in the firft year of his reign by Thomas Audeley, newly corrected in the firft year of queen Mary by the faid* T. A. Pr. "It may plais your "moft excellent majefty." Mf. fol. in mufeo Tanner.

AVESBURIENSIS [ROBERTUS] hiftoriographus Anglus, quem in fuis Anglicanis *chronicis* fubinde citat Johannes Stous; curiae Cantuarienfis regiftri cuftos fuit. Vocatur de Anebury (pro Avebury) in Ad. Murimuth. *Continuat.* p. 109. ubi occurrunt quidam ejufdem verfus. Scripfit *Mirabilia gefta magnifici regis Angliae Edwardi* iii *poft conqueftum procerumque fuorum*; *tactis primitus quibufdam geftis de tempore patris fui dom. Edwardi* ii, *quae in regnis Angliae, Scotiae et Franciae et in Aquitania et Britannia non humana, fed Dei potentia contigerunt.* Pr. "Propter evidentiam de excellen-"tiffimo." Mf. bibl. Trinit. Cantabrig. 140. Definit in praelio juxta Poytiers circa A. MCCCLVI. Mf. James xvii. 6. Claruit circa A. D. MCCCXL. Pitf. *App.* p. 899. Harpsfield, *Hift. eccl.* p. 530.

S. AUGURIUS, AUGULIUS, AULUS, AUGULUS [Ricemarchus AUGULINUM nominat,] epifcopus Britanniae: Scripfiffe fertur *De fide plantanda*, lib. i. *De fuga perfecutionis.* lib. i. Martyrizatus eft Auguftae in Britannia 7 Febr. anno CCCLXI. Natione Scotus, fi credas Dempft. i. 40. Genebrardus vocat eum epifcopum Hiberniae. Vid. Uffer. *Antiq. ecclef.* fol. 90.

AUGUSTINUS, patria Romanus, monachus, Gregorii M. difcipulus, et monafterii cujufdam ab eo in urbe Roma fundati praepofitus. Gregorius papa A. D. DXCVI Auguftinum cum xl monachis fociis in Angliam mifit, ut evangelium inter Saxones propagaret. Appulit in infulam Tanetam Auguftinus (proximo anno, uti habet Wharton loco ut infra) et impetrata ab Ethelberto Cantii rege venia, ad evangelium praedicandum fe accinxit, plurimos ad fidem pertraxit, ipfomet etiam Ethelberto cum tota familia Chrifti religionem mox amplectente. A. D. DXCVIII, in Galliam fe contulit, et ab Aetherio epifcopo Arelatenfi in Anglorum gentis archiepifcopum confecratus, ftatim fedem archiepifcopalem Cantuariae, in regni Ethelberti metropoli pofuit. Vide Cave, *Hift. lit.*

lit. vol. . . 436. [Hic lapsum esse Bedam non absque causa censet Whartonus, qui ostendit *Angl. Sacr.* i. 89, Augustinum episcopum esse consecratum ante primum ad Britanniam appulsum.] Quo vero Saxonum conversio felicius promoveretur, Britanniae episcopos ad hanc messem invitavit, instituto cum illis in confiniis Walliae colloquio. Verum morum ejus superbia offensi Britanni, et praecipue quod ab eis exigeret, ut, relictis suis, in Romanos transirent ritus, nihil horum se facturos, neque illum pro archiepiscopo habituros esse respondebant. Strages monachorum Bangoriensium et aliorum Britannorum ab Edilfrido North. rege facta, ascribitur consilio Augustini, nec immerito: teste Cave, l. c. Vide Mss. C. C. C. Cantabr. E. xi. et F. ii. [At si obitus Augustini anno DCIV juxta Whartoni calculum ponendus est, Augustinus hujus caedis culpa caruit.] Scripta ejus sunt *Ad papam Gregorium interrogationes* xi. Vide Bed. *Hist. eccl.* i. 27. It. *Concil. M. Brit. et Hib.* i. p. 18, seqq. *Ad papam Gregorium de suo successu prospero*, lib. i. *Ecclesiarum suarum statuta*, lib. i. Huic posteriori opusculo affinis videtur liber, cui titulus "De conversatione Novitiorum" (in bibl. publ. Cantabr. class. 4. fig. 5. 8vo.) S. Augustino ascriptus. Incipit, "Voluntas tripliciter intelligitur." Finis, "Quia memoriae recurrit retentius." In fronte Ms. hujus inscribitur "Liber S. Augu-" stini Cant." Unde error Whartoni ortus, uti monuit Cave, ii. p. 191. *Vita S. Augustini archiepiscopi.* Princ. "Anno siquidem Domini DXCVI." Extat in bibl. Cotton. Ms. Nero, c. vii. Obiit anno DCVIII, 7 cal. Junii, Bale, xiii. 1. et M. Westmonast. De die obitus ejus omnes conveniunt; sed de anno diversae sunt sententiae, quas videre licet apud *Angl. Sacr.* tom. i. p. 89, 90. ubi clar. Whartonus eum luculenter demonstrat diem obiisse 7 cal. Jun. DCIV.

AUGUSTINUS [ABINDONENSIS] Scripsit *The myrrour of the chyrche—a devout treatyse conteynyng many goostly meditations and instructions to all maner of people, necessary and comfortable to the edyfication of the soul and body, to the love and grace of God*, cap. xxxi. Pr. "Videte vocationem vestram. These are the words." Ad finem, "Thus endeth the devout tretise call'd the "myrour of the chyrche, made by St. Austin of Abyndon." Southwark, by Pet. Treveris, 4to. [Dubium tamen est annon impress. fuerit antea per R. Copland; qui carmina ante et post librum hunc edidit.]

AUGUSTINUS [THOMAS] patria Scotus, Turraviensis scholae insignis doctor, inter eminentissimos sui saeculi homines jure numerandus, xl pene annis incredibili labore juventutem sibi commissam erudivit, Graece, Latine, et Hebraice doctissimus; antiquarius incomparabilis. Scripsit *Quorundam autorum versiones e Graeco in Latinum*, lib. i. *Poëmata Graeca*, lib. i. *Orationes Graece Latineque*, lib. i. *Observationes in* lxx, lib. i. *Praeludia rhetorica*, lib. i. Obiit A. MDXCII. Dempster. i. 93.

AUGUSTINUS [THOMAS] praedicti Thomae filius, Romae societatem Jesu ingressus est, sed nondum peracto novitiatu obiit A. MDXCIX. Scripsisse fertur *Epigrammata sacra*, lib. i. *Elegias sacras*, lib. i. *Deplorationem Scotiae*, lib. i. Dempster. i. 94.

AVIELLUS [HENRICUS] patre Anglo captivo in Scotia genitus, vir doctissimus, cum patriam abunde cohonestasset, ad exteras gentes profectus, Gallia, Belgio, Germaniaque operose lustrata, in Italia substitit, Bononiaeque clarissimo literarum emporio medicinam publice professus. Scripsit *Veteris et novae medicinae speculum*, lib. i. prodiit Venetiis . . . . *De Botanica*, lib. i. *Stirpium variarum historiam*, lib. i. Claruit A. MCCLXXX. Dempster. i. 51.

AUMINUS Scotus, Culdaeorum praepositus ultimus: de quo vide Stillingfleet in praef. *Orig. Britan.* p. 56. Scripsit *De jure Keldeorum*, lib. i. *Querimoniam ad papam*, lib. i. *Informationem causae*, lib. i. Profectus Romam anno MCCXCVIII, obiit in regressu, et sequenti anno sepultus Mutinae. Dempster. i. 45.

AUNGEL [JOHANNES] presbyter et capellanus in capella reginae Mariae, in academia Cantabrigiensi educatus: Unde in libro *Pensionum* Le Neve, A. MDLV ita: "Pensio Johannis Angel, "nuper unius sociorum in aula regia Cantabrig. per annum xliii sol. et iv den." Scripsit *The agreement of the holy fathers and doctors of the church upon the chiefest articles of the Christian religion*, sc. vii. (1) *Of the sacrament.* (2) *Of the sign of the cross.* (3) *Praying for the dead.* (4) *Penance, confession, and satisfaction.* (5) *Praying to saints.* (6) *Of councels.* (7) *Of priests marriage.* Pr. ded. reg Mariae. "Among the innumerable benefits, which" London. . . . 12mo.

AUNGERVILLUS [RICHARDUS] sive ANGRAVILLA[a]: Bederici natus fuit, quae civitas totius Sudovolgiae prima est: sed a recentioribus, propter fanum magnificentissimum ibidem D. Edmundo, Ostroanglorum regi, a Danis Aquiloduni impie trucidato, consecratum, Eadmundi Curia dicta. Unde cum a Trittemio, tum ab aliis autoribus Richardus de Bury, truncato vocabulo, appellatur. Rossus Verovicensis, diligentissimus scriptor, vero nomine Angravillam vocat, cujus et ego autoritatem secutus sum. Dederat hic Richardus Oxonii operam et philosophiae et theologiae, magnusque post longos studiorum labores in utraque evaserat; cum ecce Edovardus a Gulielmo magno tertius celebri ejus fama captus jussit, ut, relicta academia [b], Palatinis se accingeret negotiis. Ille vero, ut erat singulari quadam in omnibus publicis muniis obeundis dexteritate, impigre causas sibi commissas aggressus est; easdemque tanta cum prudentia tractavit, quanta ipsum facile principem ad propensissimum favorem excitavit. Non opus erit in praesentia recitare, quibus fortunae

[a] Ricardus Aungervillus, sive Buriensis, filius Ricardi equitis aurati. Godw. Wharton. Ab avunculo Johanne de Willoughby clerico in literis grammaticalibus imbutus. Whart. *A. S.* i. 765.

[b] Academiam reliquit, ut Edwardi principis (postea R. Edw. iii.) juventutem regeret.

primitiis a Mecaenate ſuo ornatus ſit[c]: immo faſtigia, quae conſcendebat, honoris indicemus[d]. Primus gradus erat, cum Dunholmenſi eccleſiae epiſcopus deſignaretur. Secundus, qui et multo maximus fuit, cum totius Angliae archigrammateus, vel, ut cum vulgo loquar, cancellarius factus eſſet. Poſtremo, qualis ille judicandus, quem utrique praetulit. Honorem etenim ex re literaria partum uſque adeo ſane prae aliis rebus omnibus magni fecit, ut a clientibus ſuis[e] non equos, non pretioſas veſtes, non aurum, non denique gemmas de more acciperet, quin potius veteris notae autores, e pulvere, ſitu, et ſquallore bibliothecarum erutos, a quocunque vel rogato ampliſſimi muneris loco duceret. Nec defuerunt, qui id temporis omnes forulos in ejus excuterent gratiam. Quo tandem pacto ingentem quidem numerum veterum autorum congeſſit[f]; opes, meo plane judicio, Croeſi et Midae divitiis majores. Fuit haec maxima cura inveſtigandi antiqua monimenta. Major tamen erat, ne inventa cito deperirent exemplaria. Decretum itaque ab illo, ut Oxonienſibus librorum theſauros, poſita in hoc bibliotheca[g], publicos faceret: utque tam egregii facti memoria aliquando non obſcura eſſet, libellum emiſit, quem *Philobiblon*[h] inſcripſit. Illud certe praetereundum non cenſeo, quod apud Petrarcham, poëtam et oratorem praeſtantiſſimum, extet epiſtola ad Angravillam, in qua de Thule inſula certior fieri percupit. Quam hic nunc vellem longa, ſed accurata, oratione exſpatiari in dicendis tam clari viri laudibus, niſi tempus et lector calamum alio diſtraherent[i]. Ex *Lelando*.

[c] Diſcipulum ab Iſabella matre in Galliam abductum ſecutus, quaeſtoris ei munere in Vaſconiae partibus fungebatur. Whart. Extat in lit. patent. 1 Ed. iii. 30 Nov. Ric. de Bury clericus praeſentatus per regem ad eccleſ. de Croydon, Wint. dioec. archiepiſcopatu vacante. 2 Dec. rex dedit ei praeb. in eccl. de Crediton, ratione epiſcop. Exon. vac. Ibid. 2 Ed. iii. 18 Sept. Ric. de Bury —— ad eccleſ. de Dadington, Lincoln. dioec. Ibid. 4 Ed. iii. 6 Mart.— ad praebend. in eccleſ. colleg. de Penryn, Exon. dioec. Ibid. 11 Jul. rex dedit archidiaconatum Sarum: quem revocabat 25 Oct. Ibid. Ad praebend. de Bemiſter 2da in eccl. Sarum admiſſus fuit 9 Octob. A. D. MCCCXXX. A. Wood, Mſ. C. 13. coll. ad praeb. S. Botulphi in eccleſ. Lincoln. 8 cal. Nov. MCCCXXX, et dein 8 id. Jan. eod. anno ad archidiac. Northampton, cui mox ceſſit, quia alius proviſus erat eidem per papam: mox canonicus de Weſton. in eccleſ. colleg. Weſtbery, dioec. Wigorn. Vide *Regiſt.* Henr. Burgh, epiſc. Lincoln. In Rymer, *Foeder.* iv. 462, extant literae propria regis Ed. iii manu ſcriptae domino papae in gratiam hujus magiſtri Ricardi de Bury, ſecretarii domini regis, ut papa ei provideret praebendas in eccleſiis cathedr. Hereford. London. et Ciceſtr. quas magiſter Gilb. Middleton nuper habuit, 26 Dec. MCCCXXX. Vide Newcourt, *Hiſt. Lond.* i. 220. Praebendarius Ebor. ann. MCCCXXXI factus eſt, A. Wood, Mſ. C. 31. Canon. Ebor. et SS. theol. bac. occurrit MCCCXXXII. *Act.* cap. eccl. Litch. Mſ. A.... In lit. patent. 6 Ed. iii. 16 Oct. rex dedit ei praebend. de Loſk in eccleſia S. Patricii Dublin. Eodem anno magiſter Ric. de Bury fuit conſtabularius regis Burdegal. et perſona de Salricheſworth. Ibid. Ric. de Bury, alias de S. Edmundo, ab epiſcopo admiſſus eſt in decan. Wellenſ. virtute literarum papalium 20 Feb. MCCCXXXII. Vide *Reg.* Burgh. epiſc. Lincoln.

[d] Edwardo demum anno MCCCXXVI rerum potito, ſummas aulae dignitates obtinuit, primum coferarius, dein theſaurarius garderobae, ac mox privati ſigilli cuſtos conſtitutus, bis etiam ante ann. MCCCXXXIII ad pontificem legatus. Ineunte anno MCCCXXXIII, decanus Wellenſis, exeunte anno epiſcopus Dunelmenſis renunciatus eſt; anno ſequenti magnus Angliae cancellarius, poſt biennium theſaurarius factus eſt. Whart.

[e] Catalogus virorum doctorum, qui ei a ſacris domeſticis fuere, videatur apud Godwinum et Whartonum, *A. S.* i. 766.

[f] Plures libros habuit, ut paſſim dicebatur, quam omnes pontifices Angliae. Et praeter eos, quos habuit in diverſis maneriis ſuis repoſitos ſeparatim, ubicunque cum familia ſua reſidebat, tot libri jacebant in camera, qua dormivit, quod ingredientes vix ſtare poterant, vel incedere, niſi librum aliquem pedibus conculcarent. Gul. Chambre, *Contin. hiſt. Dunelm.* apud Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 765.

[g] De bibliotheca Aungervilliana in collegio Dunelm. Oxon. vide *Hiſt. et antiq. Oxon.* ii. 48.

[h] Lib. i. cap. 20. (Mſ. Bodl. Digb.) Pr. prol. "Univerſis Chriſti "fidelibus," etc. Pr. l. "Theſaurus deſiderabilis ſapientiae." Mſ. Oxon. in C. C. C. 167. Bodl. Digby 147. in colleg. Baliol K. 20. et L. 14. Lincoln. Arch. Auſtr. 17. C. C. C. 167. coll. Joh. Bapt. A. 1. et Omn. anim. Mſ. i. Cantabrig. in C. C. Chriſt. T. ii. 6. et in bibl. Luml. Extat Spirae MCCCCLXXXIII, 4to. Pariſ. MD, 4to. Oxon. MDXCVIII, al. MDXCIX, 4to. Cum epiſtolis philologicis a Goldaſto editis Francof. MDCX, 8vo. p. 400. In Mſ. C.C.C. Oxon. .... eſt haec nota praefixa: —— "Quem librum "compilavit Rob. Holcot, ord. praedic. ſub nomine dicti "epiſcopi." In Mſ. Bodl. Digby, et C. C. C. Oxon. ad finem Philobibli habetur haec nota: "Explicit Philobiblon "domini Ric. Aungervyle, cognominati de Bury, quondam "epiſcopi Dunelm. completus eſt autem tractatus iſte in "manerio noſtro de Aukland 24 Januarii A. D. MCCCXLIV, "aetatis noſtrae lviii praeciſe completo, pontificatus vero "noſtri anno 11mo finiente ad laudem Dei, etc." Scripſit etiam *Epiſtolas familiares*, lib. i. "Ricardus miſeratione "divina." *Orationes ad principes*, lib. i. *Contemplationem peccatorum* (Angl.) Weſtmon. MCCCCXCIX, 4to.

[i] Obiit Auklandiae anno MCCCXLV die 24 [14 Wharton. *A. S.* i. 765.] Apr. aetatis ſuae 59. Godw. 129. ſeqq. Whart. *App.* p. 29. 24 Januar. MCCCXLIV. Bal. v. 69. Claruit anno MCCCXLIX. Pitſ. 468.

AVONIUS [JOHANNES] alias, de NORTHAMPTONA, ab oppido natali cognomen illud habens; in coenobio Northampton. profeſſione Carmelita, et S. theologiae doctor, ac mathematicus ſui temporis celeberrimus. Edidit (inquit Baleus ex Rob. Recordo) *Annulum philoſophicum* elegantem, ejus artis artifex primus, quem *eccleſiaſticum* rite voces, qui perpetui Almanac vicem ſuppleat. Johannes Whethampſted, in *Granarii* parte prima tractans de inventoribus rerum, haec habet: "Annulum primitus adinvenit quidam Anglicus Johannes de Northamptonia vulgariter nun- "cupatus." Scripſit quoddam opus (ait Pitſeus) non male *Calendarium eccleſiaſticum* voces, in quo deinceps in perpetuum facile videri poterant et intelligi quotannis omnia feſta mobilia, immobilia, ſigna coeleſtia, lunae varietates, et quaelibet mutationes; denique omnia quae ad ordinandum eccleſiaſticum officium ſecundum diverſas totius anni ſolemnitates ſpectant. Hunc *Annulum* notis illuſtravit Ric. Maydeſton, Carmelita, fecitque canones in eundem. Scripſit praeterea *De rebus mathematicis*, lib i. *Conciones aliquot*, lib. i. Claruit anno MCCCL; et in ſuo coenobio humatus jacet. Bal. v. 75. Pitſ. p. 475. ſeq.

AWBREY [GULIELMUS] filius Thomae, patria Brechinienſis natus apud le Cantre. Socius collegii Omnium animarum Oxon. deinde gradu baccalaureatus in jure civili anno MDXLIX honeſtatus eſt: proximo anno principalis Novi hoſpitii, et anno MDLIII regius juris civilis profeſſor evaſit. A. MDLIV doctor ejuſdem facultatis, et mox archiepiſcopi Cantuarienſis cauſarum auditor et vicarius in ſpiritualibus generalis; exercitus regii apud S. Quintinum ſupremus juridicus, in limitaneum

taneum Walliae concilium adscitus, cancellariae magister, et reginae Elizabethae a supplicibus libellis. Scripsit vir doctissimus a Thuano et aliis merito laudatus *Epistolas quasdam ad D. Joh. Dee de dominio maris. Consilium de reformanda curia de Arcubus* MDLXXVI. *Epistolas alias*, quae extant apud Strype in *vita Grindall.* 207. 243. Obiit 23 Jul. MDXCV aetatis 66; et sepultus jacet in ecclesia cathedrali S. Pauli London. ubi epitaphium, et ectypon tumuli ac effigies ejus. Vide Dugdale, *Hist. ejusd. cathedr.* p. 97. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 40.

B A C

BABYON [PETRUS] natione Anglus, rhetor et poëta eximius, scripsit *Comment. in Matthaeum*, lib. i. "Dominus ac redemptor noster." Eadem cum comment. in Matth. Anselmo ascripto. Placcius, ii. 58. *Sermones* lxx. lib. i. "Dicite, pusillanimes, conforta." *Comoediam*, carmine, lib. i. "Me dolor infestat foris intus jugiter omnes." Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 52. Ms. Cotton. Titus A. xx. 30. *De officio missae*, lib. i. *Homelias aliquot*, lib. i. *Carmina varia*, lib. i. Claruit A. MCCCXVII. Bal. vi. 23. Pits. p. 406.

BACONTHORPUS [JOANNES] quem Trittemius corrupte BACON appellat, oriundus ex Baconthorpa, humili Nordovolgiae pago, a quo et nomen accepit, primis adolescentiae suae annis Carmelita Nigeriensis coenobii factus est. Nigeria enim oppidulum Nordovolgiae est, in ipso pene litore situm, ab Walsingamio plus minus quinque passuum millibus distans, quod a vulgo Blakenega vocatur, ubi Carmelitarum nuper collegium [a]. Cumque illic per annos aliquot literis juxta ac virtuti studuisset, Isidis Vadum petiit: deinde etiam Lutetiam Parisiorum [b]: ita tandem et hinc et illinc comparata multarum scientiarum copia quidem divite, domum rediit non sine magna nominis celebritate; quae postea illi gradus fuit, ut summum gereret inter suos magistratum. Exactis enim aliquot ab ejus reditu annis, publicus a Carmelitis, qui Angliam incolebant, conventus factus erat [c], in quo praeses provincialis omnibus suffragiis designabatur. At cum jam magistratu quatuor annos functus fuisset, per literas accersitus, magnis itineribus Romam venit; ubi inter disputandum vel sibilos semel passus est, non quod parum acute, aut facunde disseruerit; sed quia pontificis Romani autoritati nimium in cancellandis divinis de matrimonio [d] legibus, fortassis sciens vidensque, attribuerit: sed erroris a doctis admonitus palinodiam cecinit, ac magnam ab illo famam per literas ibidem sibi peperit. Quid ego nunc commemorem, quot quibusque modis symmystas sui ordinis toto, quo postea longo vixit, tempore auxerit, juverit, illustraverit? quid ejus variam et reconditam eruditionem accurata oratione depingam, approbem, extollam? Virtutes hominis tam per se illustres erant, ut pigmentis aliunde adscitis jam non egeant. Ne tamen alicui videar velle tanti viri laudes circulo praeter aequum angusto includere, illustria aliquot exterorum scriptorum de Baconthorpi eruditione testimonia in medium proferam. Sic enim veritati quam plurimum, adfectui autem minimum aut nihil potius dedisse judicabor. Accipe igitur quid cecinerit divinus ille vates Baptista Mantuanus:

[e] Quis liber in lucem nuper qui venit ab umbris?
  Hic est Carmeli gloria magna Bacon.
Nemo magis mentem cognovit Averroïs, istum
  Si sequeris, fies alter Aristoteles.
Iste tenebrosi damnat vestigia Scoti,
  Et per sacra novis it documenta viis.
Hunc habeant, quibus est sapientia grata; redundat
  Istius in sacris fontibus omne sophos.

Accipe rursus, lector, quo disticho Paulus Pansa, vir insigniter doctus, eundem cum a philosophia, tum a theologia percelebret:

Noscere vis rerum causas, ipsumque Tonantem,
  Et sophiae omne genus? sume Baconis opus.

Neque hic certe Laurentii Burelli, Divionensis, calculus subducendus est: ita enim Baconis nomine scribit:

[a] *Memorabile* addit Lel. *Epit.*

[b] Ubi juris utriusque et S. theologiae doctoratu ornatus erat; princeps Averroistarum habitus, et doctor resolutus cognominatus. Bale. Pits.

[c] Londini, A. D. MCCCXXIX.

[d] Vide Fuller, *Ch. Hist.* iii. 97.

[e] Hi versus praefixi sunt editioni Mediolan. MDX. Baconis *in sententias*.

Cum

Cum cuperem ſacros ex fonte haurire liquores,
Parriſios petii, plena fluenta, lares.
Illic quod ſtudium potuit, quod cura laborque,
Praeteritum ingenio nil volui eſſe meo.
Nam non ſacra fuit tantum mihi pagina curae,
Pontificum canones ſed placuere mihi.

Annon jam parum aequus fuiſſem erga Baconem, ſi hujuſmodi laudatores cum ſilentio praeteriiſſem? Immo certe ſexcenties ingratiſſimus, et idem invidus dicendus eſſem; quemadmodum etiam ſi ſupprimerem librorum, quos edidit, titulos. Edidit autem in univerſum *Vetus* juxta ac *Novum Inſtrumentum* commentarios; ſecutus induſtriam, qua prius in omnibus Ariſtotelis operibus, quae ſua aetate Latine verſa erant, uſus fuerat [f]. Adde huc commentarios *In univerſum Novum Teſtamentum,*

[f] Baleus ſcripta ejus hoc ordine recitat, Cent. v. i. *In magiſtrum ſententiarum*, lib. iv. "Utrum ad habendam ſupernaturalem." *Compendium legis Chriſti*, lib. i. "Et ut per omnia fides et mores." *Quaeſtiones ordinarias*, lib. i. "Cum ex Scripturis ſacris colligi." *De adventu Meſſiae*, lib. i. "An ex Scripturis veteris teſtamenti." *De Chriſti dominio*, lib. i. *Placita theologica*, lib. iii. "Utrum ſola fide ſit tenendum animam." *Determinationes*, lib. i. "Utrum poſſit in Scriptura canonica." *In metaphyſicam Ariſtotelis*, lib. xii. "Eſt enim mea intentio in hoc opere." *In ethica ejuſdem ad cancellarium*, lib. x. "Ut dicit commentator in prologo." *In politica quoque*, lib. viii. *In Ariſtotelem de anima*, lib. iii. "Intentio mea eſt ſecundum verba." *De potentiis animae quaeſtiones*, lib. i. "Utrum potentiae animae realitate." *In meteora*, lib. iv. "De primis, etc. Docet hic liber." *De coelo et mundo*, lib. iv. "Philoſophus hic ſuam de coelo, etc." *De generatione et corruptione*, lib. ii. "Tractaturus de generatione." *De ſenſu et ſenſato*, lib. ii. "Quoniam autem de anima ſecundum." *De ſenſu et ſenſibili*, lib. ii. *De motu animalium*, lib. i. "Secundum philoſophum iii phyſicorum." *De memoria et reminiſcentia*, lib. ii. "Reliquorum autem primum eſt." *De ſomno et vigilia*, lib. ii. "Conſiderandum eſt in hoc de ſomno." *De longitudine et brevitate vitae*, lib. ii. "De eo autem quod eſt eſſe." *In phyſica Ariſtotelis*, lib. viii "Quoniam intelligere et ſcire." *In elenchos ejuſdem*, lib. ii. "De ſophiſticis autem elenchis." *In topica*, lib. iv. "Propoſitum quidem negotii eſt." *In poſteriora*, lib. ii. "Omnis doctrina et omnis diſciplina." *In priora*, lib. ii. "Primum quidem oportet conſtituere." *In peribermenias*, lib. ii. "In hoc primo perihermeniarum." *In praedicamenta*, lib. iii. "Circa librum praedicamentorum." *De ſophiſmatibus*, lib. i. "Cum alicui ſecundum ejus entitatem." *De ſphaera judiciali*, lib. i. *De multiplicatione ſpecierum*, lib. i. "Species multiplicata ad medium." *De conceptione Mariae*, lib. iii. "Nondum erant abyſſi, et ego jam concep." *Aliud opus de conceptione*, lib. i. "Conceptio carnalis beatae Mariae." *Speculum Carmelitarum*, lib. i. "Inprimis attende, quod beata virgo." *In regulam eorundem*, lib. i. "Cujuſlibet religionis titulus ortum." *Compendium jurium eorundem*, lib. i. "Beatus Bernardus in quodam ſermone." *Tractatum de ſuo ordine*, lib. i. "Omnibus Chriſti fidelibus, in Domino." *De paupertate Chriſti*, lib. i. *Commentarios in Geneſim*, lib. i. "Tria debent in univerſitate rerum attendi." *Super Exodum*, lib. i. "Hic incipit ſecunda pars ante legem." *Super Leviticum*, lib. i. "Liber iſte vocatur Hebraice Vaiicra." *Super Numeros*, lib. i. "In poſtilla quam feci ſuper Matthaeum." *Super Deuteronomium*, lib. i. "Hic ultimus liber dividitur in tres." *In Joſue*, lib. i. "Factum eſt poſt mortem Moyſi ſervi." *In Judicum*, lib. i. "Judicum liber Hebraice dicitur Sophtim." *In Ruth*, lib. i. "In diebus unius judicis, quando." *In libros Regum*, lib. iv. "Fuit vir unus, etc. In hoc primo." *In Paralipomenon*, lib. ii. "Adam, Seth, Enos, etc. Repetitio." *In Eſdram et Nehemiam*, lib. iv. "In anno primo Cyri regis Perſarum." *In Tobiam*, lib. i. "Tobias ex tribu et civitate Nepthale." *In Judith*, lib. i. "Apud Hebraeos liber Judith ſecundum." *In Heſter*, lib. i. "In diebus Aſſueri, qui regnavit." *In Jobum*, lib. i. "Materia hujus libri duplex eſt." *In Pſalterium*, lib. i. "Beatus qui cuſtodit verba proph." *In Proverbia Salomonis*, lib. i. "Parabolae Salomonis filii David." *In Eccleſiaſten*, lib. i. "Verba eccleſiaſtis, etc. In hoc libro." *In Cantica canticorum*, lib. i. "Oſculetur me oſculo oris ſui." *In librum Sapientiae*, lib. i. "Diligite juſtitiam, qui judicatis." *In Eccleſiaſticum*, lib. i. "Omnis ſapientia a Domino Deo eſt." *Super Eſaiam*, lib. i. "Viſio Eſaiae, etc. In exponendo." *Super Hieremiam*, lib. i. "Verba Hieremiae, etc. Poſtquam." *In Threnos ejuſdem*, lib. i. "Lamentationes Hieremiae poſt capt." *In librum Baruch*, lib. i. "Libellus iſte qui Baruch nomine." *Super Ezechielem*, lib. i. "Factum eſt in triceſimo anno in." *Super Danielem*, lib. i. "Anno tertio regni Joachim regis Juda." *Super minores prophetas*, lib. xii. "Sciendum eſt primo hos duodecim." *Super Machabaeos*, lib. ii. "Machabaeorum libri, juxta Hieronymum." *In Evangelium Matthaei*, lib. i. "Dicit apoſtolus Paulus ad Hebraeos." *Iterum in Matthaeum*, lib. i. "Matthaeus, qui et Levi, ex publicano." *In Evangelium Marci*, lib. i. "Paſſio Chriſti intelligitur, cum leo." *Poſtillationes in Lucam*, lib. i. "Mons Sina non conjungitur Hieruſ." *In Evangelium Lucae*, lib. i. "Hic prologus dividitur in quatuor." *In Evangelium Joannis*, lib. i. "Joannes evangeliſta in hoc prologo." *In Paulum ad Romanos*, lib. i. "Chriſtus factus eſt ex ſemine David." *Ad Corinthios*, lib. ii. "Oſtenſo in epiſtola ad Romanos." *Ad Galatas*, lib. i. "In hac epiſtola ad Galatas eſt." *Ad Epheſios*, lib. i. "Ad intelligendum hujus epiſtolae." *Ad Philippenſes*, lib. i. "Oſtenſo ſuperius in poſtilla quam feci." *Ad Coloſſenſes*, lib. i. "Paulus apoſtolus Jeſu Chriſti per." *Ad Theſſalonicenſes*, lib. ii. "Epiſtola haec prima dicitur ad." *Ad Timotheum*, lib. ii. "Moyſes dixit: Tremebundus ſum et." *Ad Titum*, lib. i. "Titum inſtruit apoſtolus de ſuo." *Ad Philemonem*, lib. i. "Familiares Philemoni literas." *Ad Hebraeos*, lib. i. "In epiſtola ad Hebraeos probatur." *Rurſus in Paulum*, lib. xiv. "Ad intellectum hujus epiſtolae." *In acta apoſtolorum*, lib. iv. "Sanctus evangeliſta Lucas in." *In epiſtolas canonicas*, lib. vii. "De cultura coeleſtium praeceptorum." *In Apocalypſin Joannis*, lib. i. "Apocalypſis Jeſu Chriſti, etc." *De aeternitate Dei*, lib. i. *In Auguſtinum de civitate Dei*, lib. xxii. "Intentio Auguſtini in opere." *In eundem de trinitate*, lib. xv. "Lecturus haec quae de trinitate." *In Anſelmum de incarnatione Verbi*, lib. i. "Anſelmus in hoc libro de incarna." *In eundem, Cur Deus homo?* lib. ii. "Prima particula qualiter orig." *De fide et baptiſmo*, lib. i. *Sermones varios*, lib. ii. "Rationabiliter lex Chriſti." *Alios quoque ſermones*, lib. i. "Lex Chriſtiana timorem docet." *Regulas Chriſtianae fidei*, lib. i. "Prima regula totius Chriſtianae rel." *De Judaeorum perfidia*, lib. i. "Judaei an credere debeant praedi." *Contra idololatriam*, lib. i. *De ceſſatione legalium*, lib. i. "Lex Chriſti ſtatim poſt paſſionem." *Concordiam Chriſti et prophetarum*, lib. i. "Miracula quae refert Matthaeus de." *De praeceptis et conſiliis*, lib. i. "Praecepta continet lex Chriſtiana." *De peccatis et remediis*, lib. i. "Peccatum rationabiliter Chriſtus pro." *De dignitate eccleſiae*, lib. i. *De perfectione juſtitiae*, lib. i. "Utrum Chriſtus et apoſtoli in hac." *Compendium vitae Chriſtianae*, lib. iv. "Ordinavit in me charitatem, Cant." *De ſanctificatione feſtivitatum*, lib. i. "Univerſis praeſens documentum." *De generali judicio*, lib. i. "Judicium de peccatis Chriſtus." *In canones pontificum*, lib. i. *Contra Judaeos rationes*, lib. i. "Utrum in Scriptura canonica Judaei." *De beatorum viſione contra papam*, lib. i. *De aſtrorum ſcientiis*, lib. i. *Contra magicas artes*, lib. i. *Contra Joannem de Poliaco*, lib. i. *De juriſdictione clauſtralium*, lib. i. *Quod in coelo ſit laus vocalis*, lib. i. *De non ducenda fratria*, lib. i. *Contra vanitates ſeculi*, lib. i. *Contra ſuperſtitiones*, lib. i.

autore Gesnero. *In libros Augustini De civitate Dei*[g]. *In libros ejusdem De trinitate*[h]. *In librum Anselmi De incarnatione Verbi*[i]. *In librum ejusdem*, cui titulus *Cur Deus homo*[k]. *In canones pontificum Rom.* *In regulam Carmelitarum*[l]. *Speculum sui ordinis*[m]. *Defensorium sui ordinis*[n]. *In sententias Petri Longobardi*[o]. Scripsit praeterea alia multa opuscula, ex quibus quae sequuntur adhuc comparent: videl. *Compendium legis Christi*[p]. *De aeternitate Dei*[q]. *De paupertate Christi*[r]. *De fide et baptismo*[s]. *De Christiana pietate*[t]. *De perfectione justitiae*[v]. *De conceptu Virginis*[x]. *De dignitate ecclesiae*[y]. *De vocali in coelo laude*[z]. *De sanctione*[a] *festivitatum.* *Contra Judaeos*[b]. *Contra idololatriam.* *Contra magicas artes.* *Contra vanitates*[c]. Adde huc, tanquam ad cumulum ejus operum: *Determinationes*[d]. *Quaestiones ordinarias*[e]. *Quodlibeta*[f]. *Conciones*[g]. *Sophismata.* *Speculum Carmelitarum.* Denique et hi libelli ad indicis coronidem adjiciendi: *De potentiis animae*[h]. *De sphaera*[i]. *De multiplicatione specierum*[k]. Fuit apud eruditos in summo pretio Baconthorpus circiter postremos[l] annos, ut conjectura ducor, Eadveardi a Gulielmo magno tertii. Sunt qui putant, Londini fato functum esse[m], et in collegio Carmelitarum ibidem sepultum. Tumulus a me Londini solicite quaesitus, at non inventus. Alias lego Blachenegae tumulatum fuisse. Laurentius Burellus adfirmat illum in patria obiisse: quare, ut id liquido appareat, una cum palingenesia ejus librorum adponam ipsos Burelli versus[n]:

Et tandem in patria terra post fata quievi,
  Dulcius est, patrium quod tegit ossa solum.
Post jacui tanquam per tempora multa sepultus,
  Omnia sic tempus innovat atque fugat;
Franciscus medicus, sed relligionis alumnus,
  Vivere me rursus, et mea scripta dedit:
Nam mea formari per multa volumina fecit,
  Causa fuit doctûm quod legor ore virûm.
Debeo multa viro: tum debeo multa legenti,
  Multa et tu debes, dogmata quisquis emas.

Sed jam de Baconthorpo abunde satis dixi, et arundo mea alio vertenda est. Ex *Lelando.*

BACH [DAVID] ab Madog Uladedh; alias Syppyn Kyveliog, poëta Cambro-Britannus. Ejus *Carmina quaedam* extant in libro rubro Hergestiano. Claruit A. D. MCCCC. Lluyd, *Arch. Britan.*

[g] Lib. xxii. "Intentio Augustini in opere." Olim in bibl. Carmel. Oxon. Leland. *Coll.* iii. 57. [h] Lib. xv. "Lecturus haec quae de trinitate." [i] Lib. i. "Anselmus in hoc libro de incarnatione." [k] Lib. ii. "Prima particula qualiter orig." [l] Lib. i. "Cujuslibet religionis titulus." Ms. Bodl. Laud. G. 9. Scripsit tractatum *Super regulam Carmelitarum comparative ad vitam Virginis gloriosae.* Pr. "Titulus Carmeli," etc. Ms. Bale, Sloan. [m] Lib. i. "In primis attende, quod B. Virgo." Bale. Pits. Cap. viii. Pr. "Filii sanctorum estis, fratres hujus rel." Ms. Bodl. Laud. G. 9. Extat in eodem cod. tractatus, qui inscribitur, *Quomodo ordo Carmel. incepit, et de titulo et institutione regulae.* Pr. "Imprimis," etc.

[n] Hujus argumenti persimiles sunt *Defensio institutionis et jurium Carmelitarum*, lib. i. Pr. "B. Bernardus in quodam sermone." Et *Tractatus de initio sui ordinis, et de pallio eorum*, lib. i. Pr. "Omnibus Christi fidelibus in Domino." Ms ibid. G. 9. [o] Lib. iv. "Utrum ad habendam supernaturalem cognitionem." Scripsit *Super sententias quaestiones*, lib. iv. *Super textum quoque sententiarum*, lib. iv. et praecipue *Super quartum sententiarum*, quod Parisiis vocatur *Scriptum Baconis*, lib. i. Ita Jo. Baleus in *Collect.* Ms. Cotton. Titus, D. iv. Prodierunt Mediolani MDX, MDCXI, f. Cremonae, cura J. Chrysostomi Marascae, MDCXVIII, tom. ii. f. Parisiis MCCCCLXXXIV. Ibid. . . . . et Venetiis cura Patr. Tricass. MDXXVI. f. et ibid. cura Zimarae, MDXXVII. fol. [p] Lib. i. "Et ut per omnia fides et mores." Prodiit Venetiis . . . . . . Lelandus, *Coll.* iii. 15. meminit *Compendii legis Christi et canonis sacri super quartum libr. sententiarum*, Pr. "Cum ex Scripturis Sacris," quod viderat in bibl. coll. Regin. Cantabr. notatque "Hujus operis alias est de lege Christi evangelica et de lege ecclesiae canonica." [q] Lib. i. [r] Lib. i. [s] Lib. i. [t] Sub hoc titulo comprehenduntur *Regulae Christianae fidei*, lib. i. Pr. "Prima regula totius Christianae religionis." Et *Compendium vitae Christianae*, lib. iv. "Ordinavit in me charitatem."

[v] Lib. i. "Utrum Christus et apostoli in hac." [x] *Sermones* [Ms. Bale Sloan.] lib. 3. "Nondum erat abyssi, et ego jam." Est etiam aliud opus *Conclusiones* [Ms. Bale Sloan.] *de conceptione Virginis*, lib. i. Pr. "Conceptio carnis B. Mariae." Et *Quodlibet de conceptione Virginis.* Pr. "Utrum in Scriptura canonica." Ms. Bale Sloan.

[y] Lib. i. [z] Lib. i. [a] *Sanctificatione* [Bale] lib. i. "Universis praesens documentum inspecturis." Ms. Bale Sloan. [b] Lib. i. "Utrum in Scriptura canonica." [c] *Seculi* addit Lel. *Epit.* [d] Lib. i. "Utrum possit in Scriptura canonica." [e] Lib. i. "Cum ex Scripturis Sacris colligi." [f] xiii. "Utrum sola fide." Ms. Bale Sloan. Eadem sunt cum Balei *Placitis theologicis*, lib. iii. "Utrum sola fide sit tenendum, animam." Prodiere Venet. MDXXVII. f. et cum *Comment. in sententias*, Cremonae MDCXVIII. f. [g] Lib. ii. "Rationabiliter lex Christi per." Scripsit et alias *Conciones*, lib. i. "Lex Christiana docet timorem." [h] *Quaestiones*, lib. i. "Utrum potentia animae realitate." [i] *Judiciali*, lib. i. [k] Lib. i. "Species multiplicatae ad medium." Praeter haec, et *Commentarios in Biblia et Aristotelem*, scripsisse fertur *Secunda vice in omnes epistolas Pauli*, lib. xiv. Lel. *Epit.* *De adventu Messiae*, lib. i. "An ex Scripturis veteris Testamenti." *De Christi dominio*, lib. i. *De sophismatibus*, lib. i. "Cum alicui secundum ejus entitatem." *De Judaeorum perfidia*, lib. i. "Judaei, an credere debeant." *De cessatione legalium*, lib. i. "Lex Christi statim post passionem." Liber ejusdem tituli numeratur tum inter libros Rob. Grostede, tum Johannis Wiclevi; sed hujus principium ab utroque diversum est. *Concordiam Christi et prophetarum*, lib. i. "Miracula, quae refert Matthaeus." *De praeceptis et consiliis*, lib. i. "Praecepta continet lex Christiana." *De peccatis et remediis*, lib. i. "Peccatum rationabiliter Christus pro." *De generali judicio*, lib. i. "Judicium de peccatis Christus." *De beatorum visione contra papam*, lib. i. *De astrorum scientiis*, lib. i. *Contra Joannem de Poliaco*, lib. i. *De jurisdictione claustralium*, lib. i. *De non ducenda fratria*, lib. i. *Contra superstitiones*, lib. i. Lel. *Epit.* In biblioth. regia Westmonaster. datur auctoris nostri *Commentarius in quartum lib. sententiarum*, 9. C. vii. *Commentarius super* i. ii. iii. *lib. sententiarum*, ii. C. vi.

[l] *Primos* Lel. *Epit.* Ms. [m] Obiit A. D. MCCCXLVI. Londini sepultus, autore Joanne Trissano in libro suo *De viris illustribus.* Bale *Add.* Ms. *Epit.* Leland. Vide Wharton. *App.* ad Cave *Hist. lit.* p. 24. Bal. v. i. Pits. p. 451. seqq. [n] Totum epitaphium Burelli in Joannem xxx distichis, ex quo hi versus desumpti, extat Ms bibl. Bodl. Seld. Sup. 41. Plures Burelli versus in Joannem videsis apud Baleum.

BACHARIUS MACCEUS (Bachiarius seu Bachianus) gente Britannus, S. Patricii discipulus, studiis incubuit in academia tunc temporis celeberrima Caerlegionensi, et in juventute artibus mathematicis praecipue se addixit. [Vide praefat. in *Bibl. Patrum*, vol. xvii. Parif. MDCLIV. f.] Postea, Pictis patriam devastantibus, exteras regiones invisit, unde a quibusdam inconstantiae et timiditatis accusatus. Scripsit ad Leonem i. papam Romanum, *Suae peregrinationis apologiam*, lib. i. *De reparatione lapsi, seu De fructu poenitentiae ad Januarium*, lib. i. " Nisi vererer, beatissime frater." Mſ. Cantabrig. in coll. Caii. Patr. 62. In bibl. Rameſ. et Buriensi Boston. Buri. In bibl. Bodl. NE. B. 2. 1. In quo codice habentur etiam aliae Bachiarii epistolae. Princ. " Universitatis dis-" positio bifaria ratione." In bibl. Corp. Chr. Oxon. 139. *De fide perseverante*, lib. i. *Prognostica nativitatum*, lib. i. Claruit circa annum CCCCLX. Bale i. 46. Pitſ. 88. Dempster. ii. 162. Male confunditur a Baleo, Pitseo, etc. cum Moctaeo. Vide War. p. 106.

BACON [NICOLAUS] collegii corporis Christi Cantabrig. alumnus. Fuit attornatus curiae Wardorum 38 Henr. viii. Et A. MDLVIII, 22 Dec. custos magni sigilli Angliae factus. Sub finem 2di voluminis Hollingſh. p. 1589, illorum catalogo annumeratur, qui de historia Angliae aliquid conscripserunt. In Mſ. Norvic. More 228, habentur hujus Nicolai, *An oration to the queen exhorting her to marriage. A speech to the lord mayor of London. A speech to the serjeant call'd to a judge. An oration touching the queen's marriage, and succession to the crown. His speech to the queen, when she made him lord keeper. His speech in the starr-chamber*, MDLXVIII. *His speech to Sir Thomas Gargrave elected speaker for the commons house of parliament. His speech at the council table concerning aide required by the Scotts to expell the French out of Scotland. His speech concerning an enterview between queen Elizabeth and the Scottish queen*, MDLXXXII. *His speech to the lords and commons in parliament in the beginning. His speech to Mr. Bell when he was called to be judge.* Haec omnia in Mſ. Norvic. More 228. *Several speeches of lord keeper Sir Nic. Bacon*, from MDLVIII to MDLXXI inclusive, Mſs. penes Rad. Thoresby Leodiensem, *Ducat. Leodien.* p. 520. *A discourse upon certain points touching the inheritance of the crown, conceived by Sir Anth. Brown, and answered by Sir Nic. Bacon.* Mſ. in auct. Smith 57. *Three letters to archb. Parker*, Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 123. seqq. Vide Strype in *Vita Parker*. 9. 36. 38. et *App* n 2. Obiit 20 Febr. MDLXXVIII, et in choro ecclesiae Paulinae Lond. sepultus est 9 Martii. Dugdal. *Paul. Hist.* 47. 91. Hollingſh. iii. 1271. Mſ. Bodl. Arch. B. 44. Fox. p. 2150. Fuller's *Worthies*, iii. 62.

BACON [ROBERTUS] clarissimi Rogeri Baconi sive frater natu major, sive, quod promptius credam, avunculus. Oxoniensis academiae doctor et praelector publicus; senex habitum praedicatorum assumpsit, et in scholis S. Edoardi ad fratres istius ordinis spectantibus lectiones suas per plures annos continuavit. Tho. Rudburn, *Hist. min. apud* Leland. *Collect.* tom. i. p. 611. ita de eo: " Circa A. MCCXXXII frater Rob. Bacon publica concione admonuit Petrum de Rupibus, episco-" pum Winton. et Petrum de Rivallis ejus consanguineum eliminandos esse a regno, ut pax inter " regem et barones constaret." Fuit S. Edmundi Cantuar. primus in theologia praeceptor (discipulus, Bulaeus, *Hist. acad. Par.* tom. iii. p. 708.) Scripsit *Lectiones ordinarias*, lib. i. *Super Psalterium*, lib. i. [Quaere annon sit Rogeri.] *Vitam S. Edmundi archiepiscopi*, lib. i. [Rogero attribuit Lelandus.] *Glossas Scripturarum*, lib. i. *Sermones varios*, lib. i. In bibl. reg. Westmon. 7. A. ix. 3. extant Mſs. duo ejus sermones in diebus rogationum. " Deprecemur Dominum " hodie et cras." *Syncategorematica.* Pr. " Partium orationis quaedam sunt." Mſ. Bodl. Digby 204. Vide elogium ejus apud M. Westmonast. in A. MCCXLVIII. Obiit A. MCCXLVIII, et in coenobio sui ordinis Oxon. sepultus fuisse videtur. Bal. iv. 4. Pitſ. p. 318. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 64.

BACONUS [a] [ROGERUS] Franciscanae sectae imitator, ita diligenter in omnis generis autoribus versatus fuit, ut sui saeculi unicum plane miraculum diceretur. Quare juvat talem tantumque in nostro catalogo ponere; ejusque vitam, in studiosi gratiam lectoris, paucis perstringere. Primos adolescentiae annos Isiaci in rebus dialecticis exegit; unde ingenium, per se felix, quasi accepto a cote novo acumine, felicius reddidit. Maturior aetas philosophiam tentavit; nec tantum tentavit, verum ingressam ita totam penetravit et circuivit, ut nullum locum jam non excussum reliquerit. Accessit huc tanta in mathesi peritia, quantam ne nostra quidem tempora, quantumcunque aurea et felicia, consecuta sunt [b]. Nota loquor; et haec, quae sequuntur, doctis ignotiora non sunt: nempe Baconum

[a] Rogerus Baconus ante susceptionem votorum monasticorum dictus erat David Dee de Radik. Ita Br. Twyn. *De reform. vulg. Cal.* ad Eliz. Mſ. C. C. C. Oxon. In comitatu Dorsetiae juxta Ilchestriam ex generosa prosapia natus. Joh. Rous, *Hist. James.* viii. 200. Alias dicitur apud Fodgmore-bottom in paroecia de Bisley in agro Glocestrensi natus, et apud S. Mariae capellam, nunc S. Burymill ad flumen Stroud in paroecia Hamptoniensi educatus, ubi adhuc videtur camera hodie fratris Baconi museum appellata. Atkins, *Glocestr.* 283. De hoc vide plura apud Baleum, iv. 55. Pitseum, p. 367, seq. Cave, p. 741, seq. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 76. 79. 136. seqq. ii. 9. et Olaum Borrichium *De ortu et progressu chemiae*, Hafniae MDCLXVIII. 4to. In Mſ. Bodl. Digby 119. est haec nota: " Explicit " verbum abbreviatum majoris operis fratris Raymundi " Gaufridi ministri ord. fratrum Minorum. Quod quidem " verbum habuit a fratre Rogero Bacono Anglico, qui fuit " de ordine fratrum Minorum [Praedicatorum; ita ex- " scripsit Br. Twyn. 499. ex hoc codice, qui tunc ex- " tabat in museo com. Dorset.] Et ipse Rogerus propter " istud opus ex praecepto dominici Raymundi a fratribus " ejusdem ordinis fuit captus et imprisonatus; sed Ray- " mundus exsolvit Rogerum a carcere, quia docuit sibi " istud opus, et ipse Rogerus fuit discipulus fratris Alberti."

[b] Sane erat Baconus omnium, qui mathesi studuerint, perspicacissimus. Sub ejus aetate Robertus Capito, vir magni et subtilis ingenii, ad artes mathematicas viam aperuit; scientiam vero hanc instauravit prorsus Rogerus Baconus, et nihil

Baconum ea, ut ita dicam, divinitate in magia naturali (nam procul eſto a ſani judicii viris infamis illa necromantia) exercitatum fuiſſe, ut Cornelius Agrippa, Germanus, homo eloquentiae inexhauſtae, et eruditionis fere abſolutae, mihi videatur in ſua *Occulta philoſophia* non accedere ad majeſtatem illam, quam noſter Baconus prae ſe fert. Hic mihi optarem centum linguas et totidem ora, ut myſteria et miracula rerum, quae ille in hoc ſcientiae genere invenit et oſtendit, pro dignitate declararem. Sed quorſum haec vota? longe praeſtiterit tacere, quam pauca de re tanta loqui. Age igitur, quod inſtat, agamus. Jam magnis paſſibus ad ſacras literas feſtinabat; quas ut plenius et purius hauriret, famoſam Pariſiorum academiam, id quod ego quibuſdam conjecturis colligo, petiit. Evicit et hunc facile laborem mira et inſolita quadam ingenii dexteritate; uſque adeo, ut domum reverſus, qui nuper magnus, jam Iſiacis merito ter maximus eſſet. Inter haec tamen viderat, ut erat acerrimo judicio, quiddam ſibi ad orbem literarum deeſſe; nempe linguarum cognitionem. Quare ſtatim non levem operam cum Hebraicae, tum Graecae linguae adhibuit. Porro Eadmundum Abbodunenſem, qui poſtea archiepiſcopus Cantiorum fuit, et Richardum Fiacrium, Dominicanum, amicos et ſtudiorum ſocios, ſumme coluit. Denique ingentem librorum numerum ſcripſit, qui olim in multa exemplaria diffuſi, religioſiſſime per totam Britanniam in bibliothecis ſervabantur; nunc autem, pudet dicere, partim e ſuis forulis exciſi, et furto, cuſtodum negligentia, ſublati, partim mutili, direptis hinc inde quaternionibus, facti, tam raro comparent, ut facilius ſit Sibyllae folia colligere, quam nomina librorum, quos ſcripſit. Hi tamen adhuc extant: *De logica* [c]. *Commentaria in librum Avicennae de anima* [d]. *De ſeptem experimentis* [e]. *De ſecretis* [f]. "Interrogationi tuae." *Epiſtola inſtar libelli ad Clementem, pont. Rom.* [g] "Sanctiſſimo patri." *De utilitate linguarum.* "Multae praeclarae radices." *De ſcientia perſpectiva* [h] *continenti novem diſtinctiones.* "Cupiens te." *De fluxu et refluxu maris Britannici* [i]. "Viſis effectibus." *De rebus metallicis* [k]. *De utilitate aſtronomiae* [l]. "Poſt locorum deſcriptionem." *De coelo et mundo* [m]. *De impedimentis ſapientiae* [n]. *Commentarii in libros ſententiarum* [o]. *Super pſalterium* [p]. *De aſpectibus lunae ad alios planetas* [q]. *De operibus non occultis* [r]. *De victoria Chriſti contra antichriſtum* [s]. "Nec ſum propheta." *De copiae vel inopiae cauſis* [t]. *De retardatione ſenectutis* [v]. "Cogito et "cogitavi."

nihil fere reliquit, in quo aliena ſe exerceret induſtria. Teleſcopium enim, quod Galilaeo tribuunt Itali, Bacono inventum aſſerunt Angli; nec quae de arte perſpectiva ſcripſerit, aliam interpretationem facile admittunt. Calendarii vero emendationem tam diſertis verbis affirmat, ut ipſiſſima ejus verba non pigeat apponere [De emendatione calendarii vid. Joh. Dee, *Reformat. calendarii*, p. 23. 25.] "Sed non "pervenit Julius ad veram anni quantitatem, quam poſuit "eſſe in calendario noſtro 365 dies et quartam diei inte"gram, quae quarta colligitur per quatuor annos, ut in "anno biſſextili computetur unus dies plus quam in aliis "annis communibus. Manifeſtum autem eſt per omnes "computiſtas antiquos et novos, ſed et certificatum eſt "per vias aſtronomiae, quod quantitas anni ſolaris non eſt "tanta, imo minor: et iſtud minus aeſtimatur a ſapienti"bus eſſe quaſi 130 pars unius diei, unde tanquam in "130 annis ſuperfluus computatur unus dies, qui ſi au"ferretur, eſſet calendarium correctum quoad hoc pecca"tum." Quin et ſulphuris vires ei perſpectas fuiſſe ex epiſtola ad Pariſienſem ſatis liquet: "In omnem," inquit, "diſtantiam poſſumus artificialiter componere ignem com"burentem ex ſale Petrae." etc. A Baconi aetate deferbuit apud Anglos matheſeως ſtudium: fuerunt quidem alii, qui ejus veſtigiis inſtiterunt, quorum Mſs. codices ab Alleno fortaſſe collecti, inter Kenelmi Digbeii Mſ. codices in bibl. Bodl. reſtant. Vide Panciroll. *Mem.* part. 2. tit. 18.

[c] Lib. i. Mſ. ol. penes Tho. Allen. Mſ. Langb. vii. 393. *Summula dialect.* Pr. "Introductio eſt brevis et aperta." Mſ. Bodl. Digb. 204. [d] Lib. i. [e] Lib. i. *De ſcientia experimentali*, extracta ex ſexta parte *Comp. ſtudii theol.* Pr. "Cor"pora Adae et Evae poſt peccatum." Mſ. in bibl. Bodl. Seld. Sup. 94. f. 256. Arch. Seld. B. 19. *Artem experimentalem*, lib. i. "Poſitis fundamentis primis et radicibus ſapientiae." Mſ. coll. Oxon. Univ. C. 20. [f] *De ſecretis operibus artis et naturae.* Edit. a Joh. Dee, Hamb. MDCXVIII. 8vo. *Gloſſae Rogeri Baconi ſuper libr. Ariſtotelis, De ſecretis ſecretorum*, Mſ. citatae *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 15. *Speculum ſecretorum*, ſive *Inſtructio totius artis alchimiae.* Pr. "In nomine "Domini Jeſu Chriſti." Mſ. Bodl. Digb. 119. 28. f. 61.

[g] *Epiſtola* (juſti voluminis molem exaequans) *de laude Sacrae Scripturae ad Clementem* iv *papam*, cap. 75. "San"ctiſſimo, etc. Veſtrae ſapientiae magnitudini." Mſ. bibl. Bodl. Arch. A. 149. Item Mſ. ibid. Muſ. 239. ubi inſcribitur, *Operis minoris pars tertia*, ſed manu recenti. Mſ. in bibl. Lambeth. Whart. Uſſer. Mſ. coll. Univerſ. apud Oxon. C. 20. [h] *Continua*, lib. i. Mſ. Bodl. Digb. 77. cum figuris, et Bodl. Arch. A. 149. Codex autem Digb. habet lib. iii. quorum primus de communibus ad caeteras: ſecundus ad viſionem rectam: tertius ad viſionem reflexam. Ita impreſſ. Etſi initio et aliis verbis diſcrepent, re idem cum praeced. Mſ. Langb. *Perſpectiva quaedam ſingularis*, lib. i. "Hic aliqua dicenda ſunt de, etc." *Perſpectiva diſtincta*, lib. iii. [lib. i. Mſ. Bodl. Digby.] "Propoſitis radicibus "ſapientiae tam." Mſ. Bodl. Digb. 91. *De perſpectivis.* Mſ. olim in bibl. Lumleiana. *Scientia perſpectiva*, iii. part. "Propoſitis, etc." Mſ. Harlei xxxiv. Baconi *Perſpectiva*, lib. iii. Pr. "Cupiens, etc." edita a Joh. Combachio Franc. MDCXIV. 4to. [i] Lib. i. Hic liber etiam Gualtero Burlaeo attribuitur. Cave. A. Wood. *De fluxu et refluxu maris*, lib. i. "Deſcriptis his figuris circa modum." Mſ. Bodl. Digb. 183. [k] Fragmentum hujus operis videtur eſſe in bibl. Bodl. Mſ. Digb. 218. f. 65. In cod. Mſs. bibl. Bodl. Arch. A. 149. Et bibl. Bodl. Mſ. Muſ. 239. f. 513. Mſ. Bodl. Digb. 119. extat Rogeri Baconi *Breve breviarium de dono Dei.* Eſt autem tractatus chemicus *De compoſitione et tranſmutatione metallorum*, lib. ii. quorum primus theoricam, ſecundus practicam exhibet. Pr. "Brevi bre"viarium breviter abbreviatum." Mſ. Norw. More 898. Fr. Rog. Bachon. *De naturis metallorum et eorum tranſmutatione:* poteſt etiam dici *Breve breviarium*, ſive *Breviloquium alkimiae.* Pr. "Ars alkimiae duo principaliter." Mſ. Bale Sloan. [l] Lib. i. Mſ. in bibl. coll. Univerſ. Oxon. C. 20. ex Mſ. doctoris Prideaux. "Veterum me"dicorum communis edocet." A. Wood. Mſ. Pitſ. Hic liber aſcribitur Guil. Botonero. [m] Lib. ii. "Prima igi"tur veritas circa." Ita incipit opus hujus autoris inſcriptum *Compendium philoſophiae.* Mſ. Bodl. Digb. 76.

[n] Lib. i. ſive, *De cauſis ignorantiae humanae*, lib. i. Mſ. in bibl. Cotton. Galb. A. 8. [o] Lib. iv. [p] Pr. "Bea"tus vir, etc." Hoc reponitur Oxon. in bibl. Bodl. ſup. N. 2. Art. 7. Hic tractatus potius Roberto Bacono adjudicandus. A. Wood. [q] Lib. i. Olim in bibl. Canon. Exoniae juxta Leland. iii. p. 257. [r] *De operibus naturae occultis*, lib. i. "Superius quidem dictum eſt."

[s] Pr. "Nec ſum propheta, nec filius prophetae." Apud Leland. ibidem, qui librum vidit in bibl. Canon. Exoniae. Nulla hujus libri mentio apud Baleum aut Pitſeum.

[t] Cujuſcunque hominis ex nativitate ex horis ſolis in xii ſignis. Lib. i. Olim in bibl. Exon. Leland. ibid. [v] *Accidentium, et conſervatione quinque ſenſuum in fortitudine, et caloris naturalis augmentatione, ut homo perducatur ad finem ſive terminum naturalem ſibi a Deo et natura deſtinatum, ciborum, et potuum, et aliarum rerum medicinalium electione*, lib. i. [dedic. ad papam. Mſ. Macro] Pr. "Domine "mundi, qui ex nobiliſſima, etc." "Cogito, et cogitavi, etc." eſt pr. ſententiae ſecundae. Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. Item Mſ.

" cogitavi." *Antidotarium*[w]. *De gradibus medicinalibus*[x]. *De locis*[y]. " Quoniam infinitum " eſt." [*De erroribus medicorum*[z].] *De arte memorativa*[a]. *De centris gravium*[b] *vel planis*[c]. *Parabolae de quadratura*[d]. *De rebus alchymicis, alias ſpeculum alchymiae*[e]. *De communibus naturalibus*, lib. IV.[f] *De ſpeciebus et legibus multiplicationum*[g]. *De forma in ſpeculo reſultante*[h]. *De vita Edmundi, archiepiſcopi Cant.*[i] Floruit ſub Henrico tertio, Anglorum rege. Obiit Oxonii anno

Mſ. Bodl. Arch. A. 144. Item Mſ. Bodl. Muſ. 239. f. 591. Item Mſ. Bodl. Seld. ſup. 94. Arch. Seld. B. 19. Item Mſ. doctoris Macro in Suffolcia. Extat una cum hoc tractatu Oxon. MDXC. 8vo. cura Johannis Williams, *Pro conſervatione ſenſuum*, lib. i. cap. 16. Pr. " Mundo ſeneſcente, " conſeneſcunt." [w] *Vitae humanae*, lib. i. " Poſt com- " pletam univerſalis ſcientiae." Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. Mſ. Bodl. Muſ. 239. f. 645. Mſ. Bodl. Seld. ſupr. 94. f. 133. Mſ. Bodl. Arch. Seld. B. 19. Cantabr. in aula Pembroch. Mſ. 67. 2. Mſ. Macro. [x] *Intentionalibus*, Bale et Pitſ. lib. i. " Omnis forma inhaerens recipit." Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. Mſ. Bodl. Arch. A. 149. Mſ. Bodl. Seld. ſup. 94. Mſ. Bodl. Arch. Seld. B. 19.—— Hujus libri titulus ita ſe habet in Mſ. cod. bibl. Bodl. Muſ. 239. f. 668. *Tractatus perutilis ex editione ſive comparatione* [*compoſitione*, Mſ. Macro.] *fratris R. B. de graduatione medicinarum* [rerum Mſ. coll. Corp. Chr. Twin. vol. ii. 255.] *compoſitarum* [componendarum, Mſ. Macro.] *et eſt demonſtrativus, quia fundatur ſuper regulas geometriae.* In Mſ. bibl. Bodl. inſcribitur, *De graduatione medicinarum* [ita etiam Cantabr. Mſ. coll. Pembroch. 67. 3.] *compoſitarum; et eſt demonſtrativus, quia fundatur ſuper regulas geometriae.* In eodem cod. habentur, Tract. *De juvenis a ſenectute retardatione* (ſive, *De ſermone rei admirabilis*, ut eſt in Mſ. Bodl. Digb. 182. et 183.) Pr. " Intendo componere " ſermonem." Mſ. Bodl. Arch. A. 149. *De balneis ſenis et ſeniorum.* Pr. " Senes ſunt balneandi in aqua dulci." Mſ. Bodl. Arch. A. 149. Item Mſ. Bodl. Muſ. 239. f. 641. Item in bibl. Bodl. Mſ. Seld. ſupr. 94. f. 121. Item in bibl. Bodl. Arch. B. 19. Seld. *De compoſitione quarundam medicinarum in ſpeciali, quae juvant ſenſum et imaginationem, rationem, et memoriam.* Pr. " Incipiamus in nomine Domi- " ni." In bibl. Bodl. Arch. A. 149. Item Bodl. Mſ. Muſ. 239. f. 642. Item Mſ. Bodl. Seld. ſup. 94. f. 123. Item Mſ. Bodl. Arch. B. Seld. 19. [y] *Sacris*, Lib. i. [z] Lib. i. " Vulgus medicorum non cognoſcit." Mſ. olim in bibl. Th. Allen. Extat nunc Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. Item Mſ. Bodl. Arch. A. 149. Item Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 239. Item Mſ. Bodl. Seld. ſupr. 94. f. 194. In coll. Corp. Chriſti Oxon. apogr. Br. Twini, Item Mſ. doct. Cox Macro in Suffolcia. [a] Lib. i. " Sed quoniam infinitum eſt," etc. eſt princip. libri *De locis ſtellarum.* [b] Lib. i. [c] Lib. i. [d] Lib. i. [e] Lib. i. " Multifariam, " multiſque modis loquens." Extat Norimberg. MDLXXXI. 4to. Baſil. MDLXI. Urſellis MDCII. 8vo. In Bodl. bibl. Mſ. Digb. 119. *Speculum ſecretorium, ſive inſtructionem totius artis alchimiae.* Pr. " In nomine Domini noſtri Jeſu Chri- " ſti ad inſtructionem multorum." *Documenta alchimiae*, lib. i. *Breviarium chimiae*, lib. i. Mſ. Cantabr. in coll. Caii Mathem. iii. 5. Item *Scripta ſanioris medicinae de arte chemiae*, lib. i. Francof. MDCIII. MDCXX. 8vo. [f] " Poſt- " quam tradidi grammaticam." Mſ. Bodl. Digb. 70. imperf. in fine, continet enim lib. ii. tantum. Fragm. Mſ. Bodl. Digb. 76. Mſ. in coll. Univ. Oxon. C. 19. manu recenti. [g] Lib. i. " Expletis quatuor partibus." *De multiplicatione ſpecierum*, lib. i. " Primum capitulum circa " influentiam." Mſ. in bibl. Luml. et in coll. Univerſ. Oxon. C. 19. tranſcriptum ex Mſ. Allen. et Prideaux. [h] Lib. i. " Quaeritur de forma reſultante in." [i] Lib. i. Hic liber etiam Robertum Baconem habet auctorem. Praeter libros a Lelando ſupra memoratos, ſcripſit Baconus *De viſu et ſpeculis*, lib. i.———*Specula mathematica et perſpectiva, diſtinct.* iv. " Manifeſtum, quod multae " praeclarae rad." Francof. MDCXIV. 4to. *De ſpeculis uſtoriis*, lib. i. Pr. " Ex concavis ſpeculis ad ſolem." Mſ. in bibl. Cotton. Tiber. B. 9. Mſ. Bodl. Digb. 183. Item Mſ. Arch. A. 149. Impr. etiam Francof. MDCXIV. 4to. *Introductionem in aſtrologiam*, lib. i. " Fuſius quidem " dictum de aſtronomia." *Deſcriptiones locorum mundi*, lib. i. " Ad hoc autem, quod certius et." *Coſmographiam*, lib. i. *De regionibus mundi*, lib. i. *De ſitu orbis*, lib. i. Mſ. in bibl. C. C. Chr. Cantabr. Tractatus fratris Rog. Bacon. in quinta parte mathematicae de ſitu orbis. Pr. " Poſtquam declaratum eſt quomodo mathematica." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. N. 30. *De philoſophorum lapide*, lib. i. Mſ. Cantabr. in aula Pembroch. *De prolongatione vitae*, lib. i. Quaedam de prolongatione vitae ex Rog. Bacono Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. Videtur eſſe idem cum *Retard. ſenect. et conſerv. ſenſuum. Computum naturalium*, lib. i. " Omnia tempus habent ſuum" [et ſuis.] Mſ. in coll. Univ. Oxon. C. 18. manu recent. *De morali philoſophia*, lib. i. " Manifeſtavi in praecedentibus." *In poſteriora Ariſtotelis*, lib. ii. " Dictum eſt de ſyllogiſmo in univerſum." *Summam grammaticalem*, lib. i. " Oratio grammatica aut fit " medium." *De conſtructione partium*, lib. i. " Ad com- " pletam cognitionem conſtr." *De valore muſices*, lib. i. " Secundum Boetium et caeteros autores." *De ponderibus*, lib. i. *De univerſali regimine ſenum et ſeniorum*, lib. i. " Sum- " ma regiminis univerſalis eſt haec." Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. Mſ. Bodl. Muſ. 239. f. 638. Item Mſ. Bodl. Seld. ſup. 94. f. 114. Item Mſ. Bodl. Arch. Seld. B. 19. *De vigore artis et naturae*, lib. i. " Veſtrae petitioni reſpondeo, " quemadmodum." Mſ. Bodl. Digb. 104. *De mirabili poteſtate artis et naturae, et nullitate magiae.* Pariſ. MDXLII. 4to. Baſil. MDXCIII. 8vo. Hamburg. MDCVIII. MDCXVIII. 8vo. et cum notis in *Theatri chemici* vol. v. Argentorat. MDCXXII. 8vo. Gallice Pariſ. MDCXII. 8vo. Cave. Anglice per T. M. Lond. MDCLIX. 12mo. *De regibus mundi*, lib. i. *Compendium ſtudii theologici*, lib. v. " Quoniam " autem in omnibus cauſis." Mſ. in bibl. baronis Lumleii. Et Mſ. in coll. Univ. Oxon. C. 18. tranſcript. ex Mſ. doctoris Prideaux. Sexta pars hujus *Compendii* citatur Mſ. Bodl. NE. F. 3. 12. et dicitur quod hic liber factus erat ad inſtantiam P. Clementis. Fragm. hujus auctoris *De peccatis ſtudii Latinorum, maxime in theol.* Mſ. Bodl. Digb. 218. f. 58. *Laudes mathematicae artis*, lib. i. " Poſt hanc " ſcientiam experimentalem." Mſ. in coll. Univ. Oxon. C. 20. rec. fragm. Mſ. in bibl. Th. Allen. A. D. MDCXXII. Mſ. Bodl. Digb. 218. Mſ. vidit Lelandus in bibl. Merton. Vide infra in Gul. Shirwood. *De radiis ſolaribus*, lib. i. *Rogerinam majorem*, lib. i. cap. 136. " Sicut ab antiquis " et caet." Mſ. Cantab. in coll. Caii Math. iii. et in bibl. Gualt. Copi. Oxon. in bibl. publ. in Muſ. 48. Hujus operis majoris pars 4ta. Mſ. Bodl. Arch. A. 149. Mſ. Bodl. Muſ. 239. Pr. " Manifeſto quod multae praeclarae radices." Excuſa Venet. MDXIII. MDXIX. ſub titulo, *Practica* magiſtri Rogerii, perperam Bacono inſcribitur. Mſ. Langbain, *Rogerinam minorem*, lib. i. " Humana natura." Mſ. Cant. in coll. Caii, Mathem. iii. et in bibl. Gualt. Copi. Horum librorum Baconus non erat auctor. Cave. *De geometria*, lib. i. *Grammaticam Hebraicam*, lib. i. Mſ. Cantabr. in coll. Petri. iv. olim Mſ. penes Tho. Allen. Langb. vii. 393. Vide Wharton. Uſſerii *Auct.* p. 422. *Grammaticam Graecam*, lib. iii. " Manifeſta laude et declarata." Mſ. Cantabr. in coll. Petri. iv. In bibl. Cotton. Galba A. 8. Olim Mſ. penes Tho. Allen. Et in bibl. coll. Univerſ. Oxon. Mſ. C. 18. tranſcript. ex Mſ. B. Twine in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. 148. fol. Vide etiam Wharton. Uſſer. *Auct.* p. 422. *De materia prima*, lib. i. *De paſſionibus animae*, lib. i. *De intellectu et intelligibili*, lib. i. *De ſomnio et vigilia*, lib. i. " De ſomno autem et vigilia." Mſ. Bodl. Digb. 190. *De metaphyſica*, lib. i. " Quoniam " intentio principalis eſt. Mſ. ibidem. *De utilitate ſcientiarum*, lib. xi. Mſ. in bibl. Cotton. Julius D. V. Forte idem eſt cum utilitate linguarum. *Contra necromanticos*, lib. i. *De nullitate magiae.* Extat Pariſ. MDXLII. 4to. etc. ut ſupra. *In opera Virgilii*, lib. i. *De coloribus per artem fiendis*, lib. i. *De ſculpturis lapidum*, lib. i. *De univerſalibus*, lib. i. *Venti novem diſtrictiones*, lib. i. *Prognoſtica ex ſiderum curſu*, lib. i. *De ſitu Palaeſtinae*, lib. i. *De miraculis rerum*, lib. i. *Ad epiſtolam Bonaventurae, de tribus Minoritarum votis, paupertate, labore manuum, et ſtudio lectionis*, lib. i. *De quinta parte mathematices*, lib. i. Mſ. Cantabr. in coll. Corp. Chr. N. 30. uti ſupra. *Epiſtolas notis illuſtratas.* Hamburg.

anno a Christo nato MCCXLVIII [k], et ibidem sepultus est in ecclesia Franciscanorum [l]. Catalogus eruditorum collegii Maridunensis meminit alterius Baconis, viri eruditi. Ex *Lelando*.

Hamburg MDCXVIII. 8vo. Epist. tres ad Joh. Paris. quarum prima est *De uno verbo*. Tertia, *De ponderibus et proportione elementorum*. Secunda *De mixtione et modo miscendi elementa*. Ms. Bodl. Digb. 119. *Kalendarium ad veram conjunctionem solis et lunae accipiendam*. Pr. "Kalendarium "sequens extractum." Hujus exemplar singulare penes Joh. Prideaux, regium S. Th. prof. Oxon. fuisse testatur Usserius. A. Wood. Ms. Pits. Ms. Bodl. NE. F. 9. 5. *De magnete*, lib. ii. "Inter omnes res inferiores lapis qui." Ms. Bodl. Digb. 193. "Amicorum intime, quandam "magnetis." Ms. Bodl. Arch. A. 149. Item Ms. Bodl. Mus. 239. Item Ms. Digb. 147. Quidam attribuunt hunc librum Petro Peregrino sive de Manumna. Ms. Digby. l. c. *De quinta essentia*, lib. iii. "Dixit Salomon Sapientiae cap. "vii." Ms. Bodl. Arch. A. 149. Item Ms. Mus. 239. f. 431. Annon hi sunt libri *De secretis?* primus enim liber tantum est de quinta essentia. *Diversitates ignium*, lib. i. "Quidam in loca hostilia aggredientes." Ms. Bodl. Arch. A. 149. Item Ms. Mus. 239. f. 535. *De principiis naturae*, lib. i. Ms. Bodl. Digby. 190. *In meteora*, lib. "Cum ad "notitiam impressionum habendam." Ms. Bodl. Digby 190. *De signis et significationibus vocum*. Pr. "Signum est "in praedicamento." Ms. Bodl. Digb. 55. *Syncategoremata*, Pr. "Partium orationis quaedam sunt declinabiles." Ms. Bodl. Digb. 204. *Summa philosophiae*. Pr. "Philo-"sophia dividitur in tres partes." Ms. Bodl. Digby 150. 153. A quibusdam ascribitur Alberto magno. *Processus de inventione cogitationis*. Pr. "Notandum quod in omni "judicio." 4to. Ms. fragm. Bodl. Digb. 72. *Radicem mundi, sive de mixtionibus elementorum*, cap. 14. Ms. Anglice per Rob. Freelove. Ms. Bodl. Digb. 133. *Super octo libros physicorum*. Pr. "Naturalis philosophiae principales "partes." Olim Ms. penes Tho. Allen. Ms. Langb. vii. 393. nunc Digb. 150. *De computo ecclesiastico Rob. Grossetest*. Olim Ms. penes Th. Allen. *Commentaria in Matthaeum*. Horum meminit Lelandus in *Antiphilarchia*, Ms. p. 124. *Tractatus trium verborum in tribus epistolis ad Joannem Parisiensem*. Pr. "Cum ego Rogerus rogatus." Ms. Bodl. Digb. 119. f. 57. Ms. Bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. 125. f. 101. b. ad cujus calcem est haec nota manu antiqua: "Explicit magnum mendacium Rog. Bacun "ad J. Parisiensem." *The mirror of alchimy composed by Roger Bachin, sometime fellow of Martin college, and afterward of Brazen-nose coll. in Oxford; also a most excellent discourse of the efficacy of art and nature*, Lond. MDXCVII. 4to. Fragmentum Rogeri Bacon *De erratis theologorum, et de rerum generationibus*, Ms. extat penes Th. Allen. ex aula Glocestr. Ms. Bodl. Digb. 218. transcript. in 2 vol. *Collectaneorum* Br. Twini. Pr. "Hic autem volens ponere." Quid Rogerus de die quo passus est Christus sentiebat, de errore suspectus vid. Pagi in Baron. 32. vi. viii. [k] Robertus Bacon hoc anno fatis concessit, unde errorem hausit Lelandus. Rogerus Bacon tamen in opere ad Clementem iv meminit anni Domini nunc MCCLXVII. Obiit anno MCCXCII, juxta A. Wood. *Hist*. i. 79. ex Rosso. A. D. MCCLXXXIV, juxta Ms. Lel. Trin. Cave. Bal. Pits. In codice antiquo bibl. reg. Westmon. N. xxx est haec notula: A. Ch. MCCXCIII in festo S. Barnabae obiit Rogerus Bacon, prof in theol. et quasi eruditus et magister in octo scientiis liberalibus, ubi alii clerici non possederunt praeter vii scientias. [l] Inter fratres Minores Oxon. sepultus A. D. MCCXCII in festo S. Barnabae; Joh. Rous, *Historia regum Angl*. Ms. Cotton. Vespas. A. xii.

BADBY [GULIELMUS] frater Carmelita, in academia Oxon. studiis theologicis et Sacrae Scripturae sedulo operam dans, doctor evasit. Ab academia a Johanne duce Lancastriae avocatus, ei factus est a sacris confessionibus, et postea electus in episcopum Wigorniensem, uti habent Baleus et Pitseus: nullum tamen episcopum ejus nominis agnoscunt Godwinus et Whartonus, quos consulas. Ms. Bal. Sloan. eum Wigorniensem assumptum dicit, et obiisse 11 Aprilis. Scripsit *De poenitentia*, lib. i. "Omnis aetas hominis ab adolescentia." Ms. anonym. Hujus initii et argumenti est Ms. in colleg. Baliol. Oxon. 208. James. Ms. Langb. p. 353. *Constitutiones quasdam*, lib. i. "Se-"cundum hortationem psalmistae." *Conciones celebres*, lib. i. Claruit A. D. MCCCLXXX. Bal. vi. 71. Pits. 532.

BAILZE [GULIELMUS] Scotus, (Dempst. 94.) Transalpinorum in academia Bononiensi rector, et ibidem publicus medicinae professor. Scripsit *Contra empyricos*, lib. i. *Pro Galeni doctrina*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXXXIV; ante mortem rediit in patriam. Dempster. ii. 169.

BAKER [GALFRIDUS] In bibl. Bodleiana Ms. Super A. i. Art. 40. extat liber Galfridi le Baker de Swinbrok clerici *De morte et vita regum Angliae patris et filii*, viz. *Edv. de Winchester, post conquestum primi, et de Carnarvon secundi*, anno 21 Edw. iii. ad rogatum domini Thomae de la More conscripta. Pr. "Anno ab incarnatione Jesu Christi, regis omnipotentis, unigeniti "MCCCIII." In eodem codice sunt *Chronicula plura memorabilia, praesertim ad Angliam pertinentia, ad* A. MCCCL. Pr. "In primordio temporis ante omnem." Ad finem occurrit haec nota: "Memorandum quod die Veneris in festo S. Margaretae virginis apud Oseney A. D. MCCCXLVII, "et anno regni regis Edvardi a conquestu tertii 21mo, Galfridus le Baker de Swinbroke clericus ad "rogatum dom. Tho. de la More scripsit istam *Chroniculam*." Vide GUALTER. BAKER.

BAKER [GUALTERUS, rectius GALFRIDUS, ut notat A. Wood. Ms. Pits.] de Swinborn, ordinis S. Augustini canonicus regularis in coenobio Osneiensi. *Historiam de vita et morte R. Edwardi* ii *a Thoma de la More Gallice* scriptam, auctore rogante, in linguam Latinam vertit. Quae versio beneficio Gul. Camdeni prodiit in lucem. Vossius, *Hist. Lat*. p. 506. Claruit circa A. D. MCCCXX. Pits. *App*. 846.

BAKER [GEORGIUS] chirurgus Londinensis, et regius ordinarius, ac magister societatis chirurgorum Londinensium, MDXCVII. Vide Gerard. *Herbal*. Transtulit in sermonem Anglicum ex *Gesneri* Euonimo *Novam gemmam salutis, De distillationibus*, etc. lib. iv. ad comitissam Oxenfordiae, h. t. *The new jewel of health, wherein is contain'd the most excellent secrets of physick and philosophy devided into fower bookes, in the which are the best approv'd remedies for the diseases as well inward as outwarde of all the partes of man's bodie. Treating very amplye of all dystillations of waters, of oyles, balmes, quintessences with the extraction of artificial salts, the use and preparation of antimonie, and potable gold, gather'd out of the best and most approved authors by that excellent doctor Gesnerus. Also the pictures and maner to make the vessels, furnaces, and other instruments thereunto belonging. Faithfully corrected and published in English by G. B.* Pr. "It it is written, right ho-"nourable." Lond. MDLXXVI, MDXCIX. 4to. *Galeni de compositione medica* librum tertium. Pr.

" Galen in his method of wounds." Lond. MDLXXIV. 8vo. et MDLXXIX. 4to. Scripſit Anglice *De oleo magiſtrali*, Lond. MDLXXIV. 8vo. *Methodum curandi vulnera in artubus*. Ibidem. *De erroribus vulgarium chirurgorum*. Ibidem. *De natura et proprietatibus argenti vivi*, ex Gul. Clowei *De morbo Gallico*. *Praefationem Herbario Gerardi* praemiſſam. Pr. " Ariſtotle, a prince among " the philoſophers." Lond. MDXCVII. fol. et Lond. MDCXXXVI. *Antidotarium ſelectorum medicamentorum alphabetice*. Pr. " A balme artificial to cure." Lond. MDLXXIX. 4to. Correxit mille in locis antiquam tranſlationem *Queſtionbries in chirurgery by Guido*, Lond. MDLXXIX. 4to. *Operum chirurgicorum Johannis de Vigo per Barth. Tracy:* cui praefationem addidit. Pr. " Chirurgerie is " the moſt ancient." Lond. MDLXXXVI. 4to.

BAKER [HUMFREDUS] civis Londinenſis tranſtulit in ſermonem Anglicum *Regulas pro faciliori cognitione ephemeridum vulgarium*. Pr. tr. " Joſephus, the true hiſtoriographe." London ... 12mo. et Lond. MDLXXXVII. 8vo. Scripſit *The well ſpring of ſciences, or the practiſe of arithmetik*, lib. iii. Pr. ded. " Joh. Fitz Williams, gubernatori et ſocietati mercatorum adventur. ad " Flandriam. Although heretofore, right worſhipfull." Lond. MDCXII. 8vo. Lond. MDLXII. 8vo. Denuo ab autore recognitus, additis duabus de novo praefationibus, Lond. MDLXXVI, MDXCVIII. 12mo. Lond. MDCXVII. 8vo. Et auctius reddit. ab Henr. Philippes, Lond. MDCLXX. 8vo. Claruit Londini MDXCVIII, ita data eſt epiſtola dedicatoria editionis iſtius anni. Pr. ded. " If the knowledge of arithmetick."

BAKER [ROBERTUS] nauta et mercator Anglus ſcripſit carmine Anglico *A voyage to Guinea*, A. MDLXII. Pr. " As men whoſe heads." Hakluit. Lond. MDLXXXIX. f. pag. 130. *Another voyage to Guinea*, A. MDLXIII. Pr. " You heard before." Ibid. p. 135.

BALANTYN [JOHANNES] ſeu BELLENDEN [Dempſtero Jacobus Ballantyn] gente Scotus, S. theologiae doctor; archidiaconus Moravienſis, et canonicus Roſſenſis, atque clericus regiſtri in minorennitate unius regis Scotiae, et ſub initium regni ſucceſſoris ejus. Georgius Con in libro 2do *De duplici ſtatu religionis apud Scotos*, p. 167, eum Pariſiis in Sorbona S. theol. doctorem renunciatum, et ſtrenuum reformationis adverſarium fuiſſe dicit. Scripſit et tranſtulit in patrium ſermonem, ad mandatum regis Jacobi v. *Hectoris Boëthii hiſtoriam Scoticam*, lib. xvii. Pr. praef. tranſl. carmine : " Thow marcyal buke pas to the nobyll prince." Pr. tr. " Efter the maner of " othir pepyl." Impr. Edinburg. per Tho. Davidſon MDXXXVI. fol. Cui praefixa eſt *Coſmographia Scoticae hiſtoriae Boëthii*, lib. i. " Quhen Silvir Diane ful of bemis brycht." Haec alio nomine *Albaniae deſcriptio* dicitur juxta Mackenz. ii. 596. Scripſit etiam *Ad Jacobum* v *regem epiſtolas*. Pr. " Eraſmus Roterodamus in libro." *De vita Pythagorae*, lib. i. Juxta Dempſterum et Baleum ſcripſiſſe dicitur *De virtute et voluptate*, lib. i. Aſt Mackenz. l. c. tractatulum hunc prooemium Coſmographiae conſtituiſſe aſſerit, in quo virtus et voluptas introducuntur dialogi more regem alloquentes. *Super quodam ſomnio diverſi generis carmina*. Sunt qui Balantynum *Auctarium* ad praedictam *Hiſtoriam* c. annorum addidiſſe dicunt. Sed hoc non extat in editione Edinburgenſi. Obiit Romae A. MDL. Bal. xiv. 65. Dempſter. ii. 197. Mackenz. ii. 595. ſeqq.

BALATINUS [ALANUS] Anglus (Dempſterus Scotum vocat) Anglico ſermone, ut auctor eſt Edw. Hallus, ſcripſit *Chronicorum* lib. i. *De aſtrolabio*, lib. i. *De terrae menſura*, lib. i. Claruit anno MDLX, et in Germaniis obiit. Dempſter. ii. 177. Pitſ. *Append.* 825. Bale, *Ipſw.* f. 254. a.

BALDOCHIUS [a] [RADULPHUS] epiſcopus Londinenſis, vir multae lectionis et experientiae, praecipue in rebus a noſtris principibus geſtis, putabat ſibi gloriae futurum, ſi ea, quae a fide digniſſimis didiciſſet, quaeque ipſe vidiſſet, poſteritati tanquam per manus traderet. Hiſtoriam [b] igitur Anglicam ab origine inchoavit, quam poſtea, ut erat in hac parte inſtructiſſimus, magna cum felicitate abſolvit. Nuper enim cum ſtudioſe legerem Joannis, abbatis Burgenſis, *Annales de rebus Anglicis*, et pervenirem ad annum D. MCCXCII, incidi in locum, ubi honeſtam mentionem fecit *Hiſtoriae* Radulphi Baldochii. Hinc ego, juſtam nactus occaſionem, quaeſivi librum non contemnendum, et tandem Londini in fano Pauli inveni et perlegi [c]. Erat circiter haec tempora [d], in quae incidiſſe Radulphum conjectura eſt, quidam Robertus Baldochius [e], vir mediocriter literatus,

[a] Radulphus Baldock, in coll. Merton. Oxon. educatus. Godw. M. Rad. de Baldock preſbyter praeſentatus fuit per priorem et convent. de Combewell ad eccleſiam de parva Wolſiſton (archidiaconatus Bucks.) 4 id. Oct. MCCLXXV. Ita in rot. Ric. Graveſend epiſcopi Lincoln. Fuit archidiaconus Middleſex MCCLXXIII, uti extat in cartis decani et cap. S. Pauli MCCLXXXI. Ibidem. Decanus Londinenſis in epiſcopum electus eſt anno MCCCIV, juxta Godw. Cancellarius Angliae ſummus an. MCCCVII. Whart. *De epiſc. Londin.* [b] Lelandus in *Coll.* tom. i. p. 494, quaedam ex hac excerpſit et addidit : " In tabulis ſive chronicis " Rad. de Baldok eſt abbreviatio *Hiſtoriae* Galfr. Monu" metenſis ; tum praeterea epitome hiſtoriae regum Saxo" nicorum, poſtremo etiam a tempore Gulielmi conque" ſtoris ad ſua tempora." Citatur etiam a Whartono *De epiſc. Lond.* p. 5. [c] Dum decanus eſſet, contexuit *Librum de ſtatutis et conſuetudinibus eccleſiae Paulinae*, qui in bibl. hujus eccleſiae ſuperfuit an. MDLIX. Whart. *epiſc. Lond.* Item Dugdale, *Paul. hiſt.* 286. " In Dei nomine, " Amen. Incipit regiſtrum ſtatutorum et conſuetudinum " eccleſiae S. Pauli Lond. quae ſunt extracta ex pluribus " antiquis libris et munimentis in archivis ipſius eccleſiae ex" iſtentibus, ipſas conſuetudines ſparſim praeter certum or" dinem olim confuſe continentibus, in praeſens opuſculum " ſerioſius redactum per recolendae memoriae Radulphum " de Baldock, tunc decanum, cum capitulo ipſius eccle" ſiae." Pr. " Secundum Hugonem de S. Hugone in " theſauris." Mſ. Norwic. More 343. [d] Obiit apud Stepney, Godw. 24 Jul. MCCCXIII, et tumulatus jacet in capella S. Mariae in eccleſia cathedr. London. Godw. 243. Bal. iv. 95. Pitſ. p. 404. [e] Robertus Baldoc, canonicus eccleſiae Paulinae, et archidiaconus Middleſexiae [praebendarius de Flixton in eccleſia Litchf. uti extat in reg. Cant.] cancellarius Angliae, epiſcopus Norwicenſis electus an. MCCCXXV, ſed electioni renunciavit. Obiit 28 Maii, MCCCXXVII, in carcere de Newgate London. (in quem ob fidelitatem in r. Edw. ii conjectus) et 30 Maii ſepultus erat in eccleſia Paulina. Whart. *De epiſcop. etc. Lond.* 112.

ſed

ſed invidioſiſſimus, quia magni pretii et nominis fuit apud Eadveardum Arvonium, Anglorum regem. Ex *Lelando*.

BALDOCHUS [HUGO] ſive BALDOCHIUS religione Franciſcanus, vir cum magnae famae, tum etiam eruditionis, inter primos ſui ordinis evangelium Chriſti optimi maximi Anglis inſolito ardore praedicavit: aetate tamen Radulpho et Roberto ſuperior fuit. Ex *Lelando*.

S. BALDREDUS, epiſcopus Glaſcoenſis, S. Kentigerni ſucceſſor: Scripſiſſe fertur *De Scoticae eccleſiae ſtatu*, lib. i. Obiit DCVI. Colitur 6 Martii. Dempſter. ii. 122.

[a] BALDUINUS [THOMAS] [b] Iſcae Domnoniorum tenui loco natus, Fordani [c] coenobii monachus, vir elimatae facundiae et ſolidae eruditionis; tum praeterea tam exactus philoſophus, ut ad omne diſciplinae genus aptiſſimus videretur: habet enim in ſe philoſophia neſcio quid latentis energiae, quod hominum mentes judicio quodam informet, inſtruat, illuſtret. Itaque hac pulcherrime ornatus, recta ſe ad theologiam contulit: in qua tantus tandem evaſit, ut ſui ſaeculi apud Anglos miraculum plane et eſſet, et haberetur [d]. Hinc factum, ut ejus nominis gloria ad regis Henrici ſecundi aures perveniret; apud quem tantam, idque brevi, inibat gratiam, ut optaret praeſentem aliquam conditionem, qua ſui animi candorem erga illum oſtenderet. Cum ecce nuntius venit, referens Rogerium, Claudiani comitis filium, Wicciorumque epiſcopum fato [e] conceſſiſſe. Hic illuſtriſſimus princeps anſam nactus, qua Baldwino gratificaretur, illum deſignavit epiſcopum [f]. Poſthaec crevit cum munere inſignis Henrici erga novum epiſcopum amor. Contigitque poſt aliquot annos [g], ut Richardus magnus, archiepiſcopus Cantiorum, fato fungeretur. Enituit hic quoque principis in Balduinum favor: nam, annuente rege, a monachis ſani Servatoris Duroverni in archiepiſcopum electus eſt, et ab epiſcopis, qui Cantiano a ſuffragiis ſunt, conſecratus. Jamque rex memor voti, quod fecerat, inſtigante Romano pont. de bello Saracenis inferendo, jubet archiepiſcopum ſacris concionibus nobilitatem et plebem ad tam pium opus ſolicitare, et audientes ejus dicta cruce ſignare. Lubens negotium ſibi impoſitum archiepiſcopus ſuſcepit, et multis peragratis provinciis, tandem Cambriam pervenit; cujus celebria omnia loca adibat, inviſebat, curioſe perluſtrabat. De quo itinere multa notatu plane digniſſima Giraldus Cambrenſis, archidiaconus Brachaniae et Meneviae, ſcripſit, qui in eodem itinere Balduino tanquam anteſignanus et comes fuit. Quod ſi forte quem juvat plura de Balduini forma, habitu, vel moribus cognoſcere, legat Giraldi prologum in *Itinerarium Cambriae*; in quo tam belle, tam argute, tam eleganter illum depinxit, ut ne Apelles aut Parrhaſius potuiſſet quidem melius. Nec defuit et alter ei encomiaſtes, videlicet Joſephus, poëtarum ſui ſaeculi facile princeps: cujus in *Daretem Phrygium paraphraſis* et *Antiocheis*, opera ad miraculum elimata, et Balduino conſecrata, magnifice de ejus laudibus pronunciant. Atque hic Joſephus eſt, qui Cornelii Nepotis Romani titulo, prodigioſe corruptus, nuper in Germania prodiit. Accedit et tertius, Petrus Bleſenſis, cujus extat ad Balduinum epiſtola una, alteraque de ejus morte ad canon. Belloviderenſes conſolatoria. Sed ad rem propius redeamus. Finierat archiepiſcopus munus ſibi injunctum, et plurimus miles, cruce ſignatus, in armis ſtabat. At erat Henrici jam tarda aetas, quam paulo poſt et mors ſecuta eſt. Succeſſit [h] in regno Richardus, cui igneſcens juvenili in corpore virtus, nihil aliud ſonabat, quam Virgilianum illud, "Bella, "horrida bella." Suſcepta igitur expeditione belli Hieroſolymitani, archiepiſcopus una cum rege Maſſiliam devehitur: deinde cum magna claſſe praecedens, expectatiſſimus Tyrum, civitatem nobiliſſimam ac antiquiſſimam, venit. Nunc locus eſt, ut, omiſſis armis, literas repetamus, ſimul et oſtendam, quibus libris mundo innotuerit: de multis igitur hi, quorum tituli ſequuntur, extant: *Super libros regum.* *De ſectis haereticorum.* "Myſterium fidei." *De orthodoxis fidei dogmatibus.* "Doctrina ſanct. conciliorum." *De commendatione fidei* [i]. *De ſacramento altaris.* *Epiſtolae.* *De annunciatione angeli ad Mariam.* *Libellus Jordano dedicatus* [k]. Illud interim aculeos habet, quod

[a] Thomas omittitur in Mſ. Lel. Trin. [b] Baldwinus Devonius, primo ludimagiſter, poſtea archidiaconus evaſit: quo munere abdicato habitum religioſum inter Ciſtercienſes aſſumpſit. Bal. i. 228. Pitſ. 259. [c] Ad regimen abbatiae Fordenſis apud ſuos evectus eſt. Iid. ibid. [d] Vir fuit propter mores probatiſſimos, et inſignem vitae ſanctitatem celeberrimus. Iid. [e] Rogerus, epiſcopus Wigorn. obiit MCLXXIX. Rad. de Diceto. [f] Anno MCLXXXI (Whart. *A. S.* i. 447 dicit MCLXXX) epiſcopus Wigornienſis creatus eſt. [g] Quadriennio tranſacto archiepiſcopus Cantuarienſis inſtallatus eſt 14 kal. Jun. MCLXXXV. Quae de litibus inter hunc et monachos Cantuarienſes de collegio canonicorum fundando occurrunt, apud hiſtorias tum ſacras tum civiles horum temporum, praecipue *Antiquitates Britannicas*, Godwinum, Gervaſium Dorobernenſem videre fas ſit. Ad res literarias noſtra ſufficit oratio. Bal. Pitſ. l. c. Godwin, 114. Cave, 688. [h] Mſ. Trin. addit *patri*.

[i] Multa ex hoc citat Lelandus in *Antiphilarchia*, Mſ. p. 118, etc. [k] Scripſit *Tractatus* xvi *de diverſis argumentis*, viz. *De dilectione Dei.* *De duplici reſurrectione.* *De requie.* *De efficacia divini eloquii.* *De ſalutatione angelica*, etc. *De commendatione fidei*, lib. i. "Omnia foedera ſocie-"tatis humanae." In bibl. Glamorgan. apud Boſt. Burien. *De* [*ſacramentis, et ſpecialiter de*, Boſt. Bur.] *ſacramento altaris ad Bartholomaeum epiſcopum Exon.* lib. i. "Magnum "et profundum novi verique." Mſ. in coll. Corp. Chr. Cantab. U. 2. 3. et Lovanii in coll. ſoc. Jeſu et Oxoniae in bibl. Lincoln. ſub titulo "De corpore et ſanguine Domi-"ni." Pr. pr. "Reverenda nomina magiſtri." Mſ. Cant. l. c. et Mſ. Bodl. Laud. E. 6. imperf. in fine. Extitit in bibl. Glamorg. et Rameſ. citante Boſt. Bur. Haec omnia collegit ediditque Bertrand. Tiſſier, *Scriptor. biblioth. Ciſtercienſis*, tom. 5. anno MDCLXII, ut habet Cave. In Mſ. bibl. Bodl. Laud. E. 60. et in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. U. 2. 3. Hujus princ. "Sacramentum Dominici cor-"poris et ſanguinis." Extat impr. Cantabr. MDXXI. 8vo. MDXXXI. 4to. In principio Mſ. Cantabrig. U. 3. Matth. Parkerus adnotavit, ſcriptum eſſe autoris manu propria. (Codex U. 2. eſt ſcripturae non ante CCC annos.) Plura Baldwini ſcripta enumerant Baleus et Pitſeus. *De ſacramentis eccleſiae*, lib. i. "Reverenda nomina magiſtri." *De orthodoxae fidei dogmatibus*, lib. i. "Doctrina ſanctorum con-"ciliorum." *De ſectis haereticorum*, lib. ii. "Myſterium "fidei Chriſtianae." (Mſ. Bale Glynn. lib. i. "Myſterium "fidei a ſapientibus." Olim etiam erat in bibl. Cantuar. Leland.) *De unitate charitatis*, lib. i. "Inſtitutio vitae "communis." *De ſacerdotio Joannis Hyrcani*, lib. i. "Genus Magni Herodis." *Super eruditione Giraldi*, lib. i. "Opus

quod Urbanus, pontifex Romanus, male adfectus, qua certe causa nescio, erga hunc, literas ita inscriptas ad eum miserit: " Balduino, monacho ferventi, episcopo tepido, archiepiscopo remisso." Itaio haec verba aceto perfusa. Praefuit Cantianae ecclesiae annis quinque, mensibus undecim et quinque diebus. Obiit [1] autem Tyri, ubi et sepultus est, relinquens Richardo magnum sui desiderium. Ex *Lelando.*

" Opus tuum, archidiacone." *Sermones* xxxiii. lib. i. " Candidiores nive nitidiores." (Mſ. in bibl. Lambeth. *Serm.* xiv. 74. 105. 65. in Bolt. Burien.) *De amore*, lib. i. " Fortis est ut mors dilectio." *Super historiis regum*, lib. iv. *Contra Henricum Wintoniensem*, lib. i. *Commendationem virginitatis*, lib. i. *Carmen devotionis*, lib. i. *De cruce*, lib. i. *De angeli nuncio*, lib. i. *Mythologiam*, lib. i. *Epistolarum suarum*, lib. i. (Mſ. olim in bibl. Thomae Allen, nunc in bibl. Lambeth. Wood, Mſ. Glyn.) *De utilitate et virtute sermonis Dei vivi*, lib. i. (Mſ. in bibl. Lambeth. Whart. Uſſer. *Hist. Dogm.* p. 408. ut et *Sermonem in die omnium sanctorum.* Ibid. Sed quaere num hi duo non conficiunt partem sermonum xxxiii antea numeratorum.) *Poenitentiale* magistrorum Baldwini Cant. archiepiscopi, et Barthol. Exon. episcopi. Princ. " Nunquam nimis docetur." Mſ. Lambeth. 235. fol. Wharton. in *Auct.* ad Uſſer. p. 407. ait horum Poenitentiale dignissimum profecto quod lucem aliquando videat. [1] Anno MCXC in obsidione Ptolemaidis diem clausit extremum, Rad. de Diceto, col. 666. Cave, Godw. Tyri obiit Bale, Pitſ. Add. Mſ. Lel. Trin. 12. cal. Decemb. (Mart. Cantabr.) MCXC. Wharton. locis citatis.

BALDWINUS [a], qui et Beadwinus, illustris cum famae, tum eruditionis vir erat, ut ex *Historia de episcopis orientalium Anglorum*, quae Ventae Icenorum extat, apparet. At breviora sunt, quae perstringit, quam ut lucem plene adferant. Nos igitur partem obscuritatis aliquam discutere volentes, praesidio Alberici Veri, canonici fani Osithae Trenovantino litore positi, utemur. Scripsit ille accurate vitam Osithae virginis religiosissimae, filiae Fredewaldi, regis orientalium Anglorum, et Vilburgae ex Pendae regis Merciorum genere: in quo opere haec de Bedewino, quae alibi nunquam legi, refert: " Ecca et Bedvinus presbyteri designati ab Wilburga regina curae " Osithae suae filiae." Et rursus ibidem: " Sigherus, rex orientalium Saxonum, instituit " Eccam et Bedvinum, tanquam episcopos [b], aut parochialeis presbyteros a CHELMIRES- " FORDE usque ad Chicum, et alibi postea late per provinciam suam." Hactenus Albericus Verus. Historia Icenensis ecclesiae, in divisione episcopatus orientalium Anglorum, Baldvinum episcopum Dunovico urbi antiquissimae, olimque emporio nobilissimo designat; Eccam vero Ulmeto, pago alioqui ignobili. Bedae testimonium de eisdem tale est, quarto cap. quarti libri *Anglicae historiae:* " Ecca et Badewinus, Bisa mortuo, et paroecia orientalium Anglorum in duas " partes divisa, instituti a Theodoro episcopi." De Baldvini eruditione vel hoc clarissimum posteritati argumentum esse poterit, quod fidem vacillantem apud catechumenos, paulo ante paganos, eloquentia profluenti, Scripturaeque soliditate divinae corroboraverit [c]. Ex *Lelando.*

[a] *Badwini*, vocatur a Beda. *Baldwinus*, Malmſb. *Beadwine*, Florent. Wigorn. *Eadwine*, in *Text. Roff.* [b] Episcopus Elmhamensis factus est an. DCLXXIII. Vid. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 404. S. Ositham habitu sanctimoniali induit an. DCLXXV. Ibidem. [c] Obiit Bedwinus A. D. DCLXXIX. Dunwici, ut fertur, sepultus. Bal. x. 13. Pitſ. in *App.* p. 826.

BALDWYN [GULIELMUS] in occidentalibus Angliae partibus natus, fuit academiae Oxon. alumnus circa A. MDXXX. Postea sacris ordinibus initiatus curam animarum et puerorum habuit. Scripsit idiomate patrio, *Of moral philosophy, three books.* 1. *The lives and sayings of philosophers, emperors, kings, etc.* Pr. ded. Edwardo comiti Hartford. " When I had fynyshed this." Extat Londini in 4to multoties. 2. *Precepts and counsells of the philosophers.* [Altered by Tho. Paulfreyman. Lond. MDCVIII. 12mo.] 3. *Similies and proverbs. Phraiselike declaration in English meeter on Canticles or songs of Solomon.* Lond. MDXLIX. 4to. Pr. ded. regi Edwardo vi. " Seneca, " that good philosopher." Pr. argumenti i. " The church Christes spouse." *The use of adagies. A mirrour for magistrates, wherein may be seen by example of others, with how grievous plagues vices are punished*, etc. Pr. epistolae ad magnates. " Plato, among many other." Lond. MDLIX. MDLXIII. 4to. Et edit. per Joh. Higgins, Lond. MDLXXXVII. 4to. Et per Rich. Niccols, Lond. MDCX. Hic liber alio nomine vocatur *The history of Great Britain from* MLXXXV *ante Christum till Henry* viii, *by Baldwyn and other English poets in old verse.* . . . MDLXXXVII. 4to. Claruit A. MDLXIV. Bal. part. post. p. 108. Pitſ. 739. *Athen. Oxon.* i. 146. seq.

BALESIUS [PETRUS] scriptor Anglus Oxonii in aula Glocestrensi literis vel potius scribendi modis operam dedit. Scripsit *The art of Brachygraphy, that is, to write as fast as a man speaketh treatably*, Lond. MDXCVII. 12mo. edit. 2. *The order of orthography.* Ibid. *The key of calligraphy.* Ibid. Claruit A. MDXCVII. *Athen. Oxon.* i. 287. Hollingsh. iii. 1262. Stow. p. 681.

BALEUS [JOHANNES] filius Henrici, natus apud Cowie, villam in agro Suffolciensi, quasi in fine anni MCCCCXCV. xxi Novembris, ipso die praesentationis Virginis gloriosae in sabbato (Nota Mſ. Balei in princ. collect. Sloan. 4to.) Carmelita fuit in coenobio Norwicensi, et presbyter parochiae de Thornden in Suffolcia tempore Henr. viii. Vide epistolam ejus Mſ. Cott. Cleopatra E. iv. f. 134. Postea in academia Cantabrigiensi jus civile excoluit, cujus professionis doctor A. MDXXIX renunciabatur, teste seipso p. 235. in Barnes. Ita catalogus Cantab. Mſ. Inett. Opera domini Wentworth doctrinam reformatam amplexus habitum monachalem abjecit, et uxorem Dorotheam nomine duxit. Inde Eboraci ab archiepiscopo Laeo, et mox Londini a Stokiſlaeo episcopo in jus vocatus, a Cromwello liberabatur: post cujus mortem solum vertere coactus est, et per octennium in Germania inferiori commoratus est. Sub auspiciis regni Edwardi vi in patriam rediit, et obtinuit rectoriam de Bishops Stoke in agro Hanton; uti ipse ait in *Expostulat. cum papista Hanton.*

5

ton. Postea S. theol. professor factus ad vicariatum de Swaffham in comit. Norfolc. institutus fuit A. MDLI. ita *Lib. adm.* A. f. 88. et A. MDLII circa festum purificationis B. Mariae virginis episcopus Ossoriensis in Hibernia consecratus est. Maria regnum adepta, profugere coactus Dublinii aliquandiu delituit; sed e portu solvens sub festum S. Michaelis A. MDLIII a piratis captus est et venditus, lytro tamen soluto Basileam in Helvetia profectus est; unde post quinquennium, regnante Elizabetha, in Angliam reversus ad canonicatum Cantuar. A. MDLIX. 10 Febr. admissus fuit; qua dignitate contentus sedem suam repetere noluit. E vita excessit Cantuariae A. MDLXIII mense Novembri, annos natus 68, et in ecclesia cathedrali ibidem sepultus est. Waraeus. Fuit Lelando notus, uti patet ex *Collect.* tom.. iii. p. 53. Et Londini arti typographicae operam dedit A. MDXLIX. Vide Lelandi *Itinerarium* ab ipso impressum in quo multa de se et Lelando occurrunt. In Br. Twyne, *Collect.* ex *Catalogo* rotulario episcoporum Ossoriensium ita de eo inter alia. Fuit vir divinis et humanis literis apprime instructus, concionator elegans et brevis, reprehensor acerbus benevolus tamen, in omni sermone prae se ferebat ecclesiae Anglicanae defensionem. Scripsit sub nomine Joh. Harrison, quem vide; et vocatur Henricus Stalbridge. Fox. i. edit. p. 574. Vide H. Holl. *Herool.* p. 166. Fuller, *Eccl. hist.* ix. 68. Scripsit, dum religionem pontificiam adhuc profitebatur, *Cronicam seu fasciculum temporum ordinis Carmelitani ex variis*; puta Mag. Aegidio Fabro, Laurentio Burello, Johanne Palconydoro, Arnoldo Bostio, Nicolao Harlem, et Juliano Hasart collectum. Pr. " Religionis hujus initia." Ms. propria Joh. Balei manu extat inter Mss. bibl. Bodl. Selden. Sup. 41. Finis hujus libri ab auctore scriptus erat, postquam ad castra protestantium abiisset. *Scriptores ab Helia*, lib. ii. " Praesens catalogus paucos. *Scriptores a Bertoldo*, lib. vi. " Caeterarum militantis ecclesiae." *Additiones ad Tritemium*, lib. i. " Pervenit tandem ad " nostrae." *Collectiones Germanicas*, lib. i. " Ex historiarum magistro." *Collectiones Gallicas*, lib. i. " Doctori Marco de Furna Carmelitae." *Collectiones Anglicas*, lib. i. " Theodoricus Wa- " genigh Germanus." *Varia doctorum virorum*, lib. i. Ms. bibl. Bodl. Seld. Sup. 41. ita incipit: " Oratio Martini personae Itali." *Catalogum generalium*, lib. i. " Bertoldus Lemovicarum A- " quitan." Ms. ibid. autographum. *Spirituale bellum*, lib. i. " Fortis armatus custodit atrium." *Castellum pacis*, lib. i. " In omnibus exhibeamus nosmet." *Conciones pueriles*, lib. ii. " Misit " Saul apparitores qui." *Ad Hulliensem synodum*, lib. i. " Introduxi vos in terram." *Ad quasdam quaestiones*, lib. i. " In scholastici certaminis." *Appendices ad Paleonydorum*, lib. i. " Post stra- " gem quam vocant." *Historiam patronatus*, lib. i. " Haec est illa nubecula." *Historiam Simonis Angli*, lib. i. " Sublimatus in pastorem." *Historiam Franchi Senensis*, lib. i. " Franchus invi- " ctissimus." *Historiam D. Brocardi*, lib. i. " Hostis antiqui invalidus." *In praefationem factorum Mant.* lib. i. " Quod ad Caesarem Ovidius." In Ms. Cotton. Titus D. X. 2. dantur *Collectanea* Johannis Balei manu propria; quorum praecipua (1) ex Joh. Bacanthorp. in sententias edit. Mediol. MDX. (2) Ex libris Riboti de institutione Carmelitarum, fol. 11. b. (3) Ex speculo hist. Johannis de Molinis de ordine Carmelitarum, f. 26. (4) Nomina conventuum Carmelitarum in Anglia cum fundatoribus, f. 27. (5) Ex Viridario Johannis Grossi, f. 29. (6) Ex Cronico Johannis Bromton, f. 32. (7) Ex Rogero Hovedeno, f. 34. (8) Quaedam Gualteri Mapes, f. 39. (9) Ex Cronico Wigorn. f. 47. (10) Ex epistolis Roberti Lincoln. f. 53. (11) Ex Cronico Gualteri Hemingford, f. 17. (12) Ex Jo. Lelandi catalogo virorum illustrium, f. 74. (13) Epistolae quorundam virorum doctorum ad Baleum. (14) Baldvini testimonium de Tho. Martino. (15) Quaedam de Johanne Milvertono ex Cronico anonymo. (16) Ex Petri Pateshull libro *De vita fratrum*, f. 98. In Ms. Cotton. Vitellius, D. iv. sunt tantum 3 vel 4 paginae *Collectaneorum* Balei. In bibliotheca dom. Hans Sloane M. D. Londinens. datur Ms. Joh. Balei manu propria in 8vo exarati, quod continet *Collectanea* sequentis tenoris: 1. *Annales, seu Cronicas ordinis fratrum Carmelitarum e diversis codicibus excerptas et collectas, et in hoc unum redactas*, A. D. MDXXI, per Bale Carmelitam. Pr. Anno mundi MMMMCLXXXVI. " Helias propheta." 2. *Conventus ordinis Carmelit. in prov. Aquitaniae, Provinciae, Romana, Mantuana.* 3. *Breviarinm notabile quorundam nomina sanctorum continens, qui in ordine Carmeli floruerunt*; excerptum de operibus magistrorum fratrum Johannis Grossi, Laurentii Burellii, Baptistae Mantuani, et Thomae Scrope episcopi, et aliorum quorundam. Pr. " S. Maria virgo et mater." 4. *Breviarium notabile omnium priorum generalium nomina, tempora, nationes et successiones notans.* Pr. " Primus prior generalis ordinis fratrum." 5. *Tabula brevis continens quosdam provinciales Angliae.* Pr. " Mr. frater Henricus de Hanno." 6. *Nomina quorundam priorum provincialium prov. Alemanniae inf.* Pr. " Frater Gobelinus flo- " ruit." 7. *Nomina provinciarum ordinis nostri.* Pr. " Prima provincia est terra sancta." 8. *Conventus* xxxix *in provincia Angliae.* Pr. " Conventus Alnewici fuit primus." 9. xiv *Conventus in provincia Turoniae.* Pr. " Conventus primus est conventus." 10. *Conventus in provincia Franciae, Normandiae, Picardiae, Flandriae, Alemanniae inf. Brabantiae, Coloniae, Rheni, Hassiae.* 11. *Monasteria antiqua hujus ordinis in terra sancta.* Pr. " Monasterium primordiale." In bibl. coll. C. C. Cantabr. Ms. F. 10. datur *Index annalium Nicol. Trivet*, autore J. Balo, ad finem Ms. istius *Cronici.* Post conversionem a Lelando provocatus Latine edidit *Anglorum Heliades*, lib. ii. " Quo patri- " am gentem adornes." Wesal. MDXLIX. 4to. *Brytanniae scriptcres*, lib. xii. " Magnum Dei " Opt. Max. beneficium." Gippovici MDXLVIII. 4to. Basil. MDLIX. fol. *In Waldeni tres tomos*, lib. iii. " Abagarus rex Gesismorum." *Tabulam in fasciculum zizaniorum ejusdem*, lib. i. " Ab- " hominatio desolationis." Autographum extat in bibl. Bodl. Mus. 163. *In Polydori inventiones rerum*, lib. i. " Aëromanticae divinationis origo." *In Joan. Textoris officinam*, lib. i. " Ab-

"ſcrpti terra homines." *In catalogum Capgravi*, lib. i. "Abendoniae monaſterium fundatur." *In vitas pontificum Barnes*, lib. i. "Abbates ordines dare." *Epitomen Lelandi de viris illuſtribus*, lib. i. "Poſt diutinas atque." *Acta Romanorum pontificum*, lib. vii. Pr. praef. primae. "Rogo te, Chriſtiane lector." Pr. praef. 2. "Exordiens Romanorum pontificum acta." Baſil. MDLVIII. 8vo. Et... MDLIX. 12mo. In hac editione eſt dedicatio autoris Simoni Sulcero, Henr. Bullingero, Joanni Calvino et Phil. Melanchtoni. Pr. "Quanquam ſuperiorem noſtram de vitis "Romanorum pontificum editionem, Britannicorum ſcriptorum catalogo adjunctam." Et Francof. MDLXVII. 8vo. Lugd. Batav. MDCXV cum continuatione Ludii. 8vo. Tranſlata Anglice cum additamentis per Joh. Studley, Lond. MDLXXIV. 4to. In lingua vernacula comoedias ſub vario metrorum genere. *Vitam D. Joannis Baptiſtae*, comoediam. "Ab Aaron ſacerdote jam." Script. anno. MDXXXVIII. 4to. *De Chriſto duodecenni*, comoed. i. "Magna cauſa nos urget ad." *De baptiſmo et tentatione*, comoed. 2. "Priuſquam natus adhuc." *De Lazaro reſuſcitato*, com. i. "Genitus a patre coeleſti." *De conſilio pontificum*, com. i. "Pontificiam adeptus dignitatem." *De Simone leproſo*, com. i. "Adamum protoplaſten variis." *De coena Domini et pedum lotione*, com. i. "Expedit modo ut." *De paſſione Chriſti*, com. ii. "Tempus nunc inſtat quo." *De ſepultura et reſurrectione*, com. ii. "Aſtrorum conditor ac moderator." *De principalibus Dei ad homines promiſſionibus*, tragoed. i. ſcript. MDXXXVIII. 4to. *Comedie of three laws of nature, Moſes and Chriſt, corrupted by the Sodomites, Pharaſies and Papiſts.* Printed by Nic. Bamburg. MDXXXVIII. 8vo. Reprinted by Tho. Colwell. MDLXII. 4to. At the end, *A ſong of Benedictus*, compyled by Johan Bale. Pr. "Benedictus dominus, which hath overthrown the mighty god "Bell." Scripſit et alios tractatus, qui nec comoediae nec ullo carminis genere ſtricti videntur. *Super utroque regis conjugio*, lib. ii. "Fortia eorum facta qui regnarunt." *De ſectis papiſticis*, lib. ii. "Perpendat Chriſtianus lector." *Erga momos et zoilos*, lib. ii. "Ex debito vos ſalutarem "niſi." *Proditiones papiſtarum*, lib. ii. "Eo animo vos congregatos." *Contra adulterantes Dei verbum*, lib. i. "Omnia primum per Dei." *De Joanne Anglorum rege*, lib. ii. "Quum do- "minus aeterno beneficio." *De impoſturis Thomae Becketi*, lib. i. "Si ab origine mundi." *De magnis Dei promiſſionibus*, lib. i. "Si emolumentum aliquod." *De praedicatione Joannis*, lib. i. "Chriſti regnum jam nunc." *De Chriſti tentatione*, lib. i. "Poſt ſui baptiſmum Chriſtus Dei." *Corruptiones legum divinarum*, lib. i. "In omni republica praeferri." *Amoris imaginem*, lib. i. "Amoris deſcribendi cauſa." *Pammachii tragoedias* tranſtulit, lib. iv. "Quid adferamus, ſi va- "cat." Alios adhuc libros in proſa et in Britannico ſermone edidit: *In Apocalypſin Joannis*, lib. iii. "So highly neceſſary (good Chriſtian reader)" London per Joh. Day; item per Ric. Jugg; item per Tho. Eaſt. 12mo. item Lond. MDL. 4to. Scripſit hoc tempore primi exilii. *Adverſus impoſtorem Standicium de Scripturis in vernaculo legendis*, lib. i. "Duplici praemio dignum." MDLIV. 8vo. *Contra jurandi conſuetudinem*, lib. i. "In vinea Domini chariſſimi." *The man of ſin againſt Boner*, lib. ii. "Sens the worlds beginning." Zurick MDXLIII. 12mo ſub nomine Johannis Harriſon; quem vide. *The myſtery of iniquity in the heretical genealogy of Ponce Pontalobus diſſolved*, lib. i. "Evident ys yt (dere frende in the Lord." Genev. MDXLV. 12mo. Et... MDLV. 8vo. *Contra antichriſtos*, lib. i. "Amico in Chriſti profeſſione." *Certamen Joannis Oldcaſtelli*, lib. i. "In the profane hiſtories of old." Lond. tempore Henr. viii. et Edw. vi. 8vo. *Acta coelibum Anglicanorum*, lib. iv. Pr. ded. primae partis ad Edw. vi. "Like as man was of two ſubſtances." Lond. MDXLVIII. 12mo. Pr. ſecundae partis, "Gildas, that ancient Brytain." Lond. MDLI. et MDLX. 12mo. Ambae impr. Lond. MDLI. 12mo. Ubi duarum tantum partium editarum mentio fit: reliquarum duarum argumenta Baleus ipſe in epiſt. ded. ad Edw. vi. recenſet.. "The thirde "parte wil declare the crafty upholdinge of their [the monks] prowde degrees and poſſeſſyons by "the wilye and ſubtyle ſlayghtes of the 4 orders of frires. And the fort parte ſhal manifeſte "their horrible fall in this lattre age by the grounded doctrines of true prachers and writers." *Dialogos quoſdam*, lib. i. "Quoniam ſua bonitate conſtituit." *Cantiones Chriſtianas*, lib. i. "Pſal- "lite Domino fideles omnes." *Contra Baalis ſacrificulos*, lib. i. "Prodeant papicolarum ſacri- "fici." *Apologiam pro Barnes*, lib. i. "Furibundus quidam atque inſanus." *Pro Grayo contra Smithum*, lib. i. "Licet faber ex cognomine ſis." *Contra ſuaſionem papiſticam*, lib. i. "Quilibet "nugator et ſycophanta." *Super Annae Aſkew martyrio*, lib. ii. "Among other moſt ſingular "offices." Marp. MDXLVII. 8vo. *Ad Elizabetham regis filiam*, lib. i. "Divers and many, moſt "gracious lady." Ita incipit epiſtola Joh. Balei quam praefixit tranſlationi *Meditationis* Margaretae per dom. Elizabetham... MDXLVIII. 12mo. *Comment. in Jo. Lelandi Strenam ad Henr.* viii. Pr. ded. Edw. vi. "Among all the nations." Lond. MDXLIX. 12mo. *Super itinerario Lelandi*, lib. i. Lond... MDXCIV. 8vo. Hic tractatulus idem forte cum proxime praecedenti. *De veris haereticis*, lib. i. "Laborioſum eſſet, Chriſtiane lector." *Locupletationem Apocalypſeos*; *Imaginem utriuſque eccleſiae, ſive expoſitionem familiarem in Apocalypſin*, lib. i. "A condito ſeculo, "praeclariſſime dux." Lond... 8vo. *Expoſtulationes in papiſtam Hantonienſem*, lib. i. ad Joh. ducem Northumbr. "Confydering in your noble grace." Lond. tempore Edw. vi. per Joh. Day. 12mo. *In Mantuanum de morte non metuenda*, lib. i. "Ad juſtam petitionem amici." Hunc librum tranſtulit: Extat Lond... 8vo. *Miſſam crapuloſorum*, lib. i. "Ex urbe Nordovicenſi redeundo." *Contra miſſam papiſticam*, lib. i. "Tam inſolitas ſubitas ac." *De vocatione ad epiſcopatum Oſſorienſem, perſecutionibus ibidem*, etc. Pr. "For thre conſiderations chiefly. Rome before the "caſtle of St. Angelo." Dec. MDLIII. 12mo. Sloan. *Contra Boneri articulos, quod edidit ad eum*, Londini,

Londini, MDLIV. " Confider dere Chriftians, in thefe moft wycked articles of Ed. Bonner the blou-" dy Bitefhepe of London." Lond. MDLXI. 12mo. *Super obitu Lutheri*, lib. i. Marp. MDXLVII. 8vo. *Confessionem Johannis Lamberti*, lib. i. Hujus meminit Steph. Gardiner. Fox. i. edit. p. 739. *Hebdomaden coram Deo*, lib. i. *Declaratio articulorum Bonneri de clero*, anno MDLIV, in qua antichriftus revelatur... MDLXIV. 8vo. *Apology againft a papist, fhewing that their vows and prieft-hood are not of the gofpel but of antichrift.* Lond. MDL. 8vo. Pr. ded. Edw. vi. " Long was it, " moft worthy." Pr. lib. " A few monthes ago by chaunce." *Expofition on the 30 chapter of Numbers.* Lond. MDL. 8vo. Pr. " Becaufe the xxx. chapter of Numbers." *Catalogum eorum qui fub 30 annis Wiclevi, et poft illius tempora claruerunt, ac multa per antichriftos fuftinuerunt.* Pr. " Joannes Wiclevus fingulare fuae." Mf. bibl. Bodl. Muf. 163. autogr. Joh. Balei. *Examinationem Gul. Thorp haerefeos accufati coram archiepifcopo Cant.* Anno MCCCCVII. in Latinum vertit Jo. Baleus Sudovolgus. Pr. " Gulielmus Thorp, facerdos e carcere." Mf. autogr. Ibid. fol. 98. b. *Tabulas* fcripfit *in Ric. Maydefton Defenforium pauperum*; *Joh. Homby Defenforium Carmelitarum, et Gul. Wodeford in Wiclevi Trialogum*: quorum autographa extant Mf. ibidem. Scripfit etiam juxta Verheiden. p. 149. *De Bello Wiclevi contra papiftas. Epifcoporum Alcoranum. Facetias ac jocos.* Tranftulit ex Latino in fermonem Anglicum *Apologiam Sebaldi Heyden contra Salve Regina. Epiftolam Johannis Pomerani ad Anglos.*

BALEUS [ROBERTUS] fenior, patria Londinenfis, juris municipalis ftudiofus, et tandem publicus civitatis natalis notarius, atque in caufis civilibus judex (recordator. Thin.) civitatis Londinenfis res omnes in unum volumen collegit; inftituta, leges, fundationes, mutationes, reftaurationes, magiftratus, officia publica, comitia et alia: conftituens quafi perpetuum chronicon ab ipfo Bruto ejus fundatore primo, et reparatore Luddo, ufque ad Henricum Cornhyllum, et Ricardum Fitzriverium, primos ejus confules, et inde ad fuam aetatem. Defcripfitque ejus civitatis formam, fitum, aedificia, portum et arcem: divifitque eam in 24 regiones, quas cuftodias nuncupabat, quibus et totidem praeeffe fenatores retulit. De his fcripfit *Londinenfis urbis chronicon*, lib. i. " Anno " ab orbe condito." *Inftrumenta libertatum ejufdem*, lib. i. " Vicecomitatus Londinenf." *Gefta regis Edwardi* iii. lib. i. A. D. MCCCXII. 13ma die. *Alphabetum fanctorum Angliae*, lib. i. " A-" drianus abbas, Graecus." *De praefectis et confulibus Londin.* lib. i. " Hoc anno a Chrifti nat. " MCLXXXIX. Claruit (obiit Thin.) A. MCCCCLXI. Bal. xi. 58. Pitf. p. 654.

BALEUS [ROBERTUS] junior, patria Norfolcienfis, primum Carmelita in coenobio Norwicenfi; dein Oxoniae et Cantabrigiae ftudiis academicis invigilavit; ac tandem prior coenobii Burnhamienfis in agro Norfolc. factus. In *Regift.* Norwic Multon, f. 8. occurrit fr. Rob. Bale Carmel. Burnham. Et A. MCCCCXCIV in *Reg.* Wolm. Scripfit f. 81. *Annales fui ordinis perbreves*, lib. i. " Anno mundi MMMXLII. Helias." Mf. Bodl. Seld. Supr. 72. *Hiftoriam Heliae prophetae*, lib. i. " Ecce ego mitto vobis Heliam." *Officium Simonis Stock Angli*, lib. i. " Simon " pater inclytus et noftrae." Haec olim in bibl. Burnhamienfi extitere. Obiit Burnhamiae A. MDIII. (11 Novemb. Mf. Bale Sloan.) et ibidem humatus eft. Bal. xi. 59. Pitf. 686. *Athen. Oxon.* i. 4. 5.

BALEY [GUALTERUS] feu BAYLEY filius Henrici, natus apud Portfham in agro Dorfetenfi; in fchola Wicamica prope Winton. tyrocinia literarum edidicit, et deinde ad collegium Novum Oxon. transmiffus, ubi focius perpetuus factus, in artibus gradus fumpfit; et academiae Oxon. procurator evafit A. MDLVIII. quo tempore medicinae praxin exercendi licentiam a vener. domo convocationis obtinuit. Mox praebenda de Dulcoti (alias Finghest. collat. 30 Auguft. MDLXXII, uti in *Regift.* Berkly Wells.) in ecclefia Wellenfi donatus eft, quam refignavit A. MDLXXIX. A. MDLXI regius profeffor medicinae in ea academia electus fuit, et A. MDLXIII gradu doctorali in medicina ornatus, tandem reginae Elizabethae medicus factus. Scripfit *A difcourfe of three kinds of pepper in common ufe, with certain fpecial medicines made of the fame.* Pr. ded. comitiffae Hartford. " As in former years at this feafon." Lond. MDLXXXVIII. 8vo. *A brief treatife of the prefervation of the eye fight.* Pr. pr. Johanni Bayley e coll. Novo. " Occafioned through certain " fpeeches." impreff. tempore Elizab. 12mo. et Oxon. MDCXVI, MDCLIV. 8vo. *Directions for health natural and artificial, with medicines for all the difeafes of the eyes*.. MDCXXIV. 4to. *Explicationem Galeni de potu convalefcentium et fenum, et praecipue de noftra alae et biriae paratione*, etc. 4to. Mf. olim penes Rob. comitem Ailefbury. *A brief difcourfe of certain medicinal waters in the county of Warwick near Newnam.* Pr. ded. magiftro Manering. " The benefits no doubt " are great." MDLXXXVII. 12mo. Obiit Baleyus Oxonii 3 Martii MDXCII, aetatis 63, et humatus jacet in facello interiori collegii Novi. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 255. Vide *Hift. et Antiq. Oxon.* lib. ii. p. 152. b.

BALNAVES [HENRICUS] Scotus; unus ex illis qui poft homicidium cardinalis Bethune in Galliam tranfportatus, Rothomagi in carcere detinebatur. Scripfit *De juftificatione*, lib. i...... MDL. Mf. Hatton. *Confeffionem fidei*, cap. xxviii. Hatton. Pr. " As defirous as the wild hart." Edinburg. MDLXXXIV. 8vo. Sed fcriptus erat hic liber dum Rothomagi in vincula conjectus effet A. MDXLVIII. *Henricus Balnaves* dom. de Halhill fuit in Scotia regi a facris confiliis and lord of the feffion; et fecretarius Mariae reginae Scotiae, et unus commiffariorum et legatus ad regem Angliae MDXLIII. Rymer, *Foeder.* xiv. 782. et A. MDXLVII. Ibidem xv. 145.

BALNEA [HENRICUS de] Anglus, [citat enim Ricardum Hampole in Anglica lingua, quam maternam vocat] monachus Carthufienfis. Scripfit *Speculum fpiritualium, five de tentationibus multimodis,*

multimodis, necnon earum remediis, lib. ii. Lib. i. continet 18 capita. ii. 14. Pr " Superbia, prout clerici dicunt." Mf. Norwic. Mori 258. Citat faepiffime Gualterum Hylton.

BALSACK [ROBERTUS] Anglus: tam Marti, quam Mufis deditus. Scripfit *De re militari*, lib. i. Claruit A. MCCCCL. Bal. xi. 52. Pitf. p. 643.

BALTRODI [GUALTERUS de] (Dempfter. 102.) monachus Sconenfis, indeque tranflatus ad epifcopatum Cathenenfem. Scripfit *Conftitutiones ecclefiae fuae*, lib. i. Obiit anno MCCLXX. Dempfter. p. 182.

BAMPTON [JOHANNES] apud Bampton in agro Devon. natus, Carmelitanae profeffionis monachus, in Granta Girviorum, quam nunc Cantabrigiam vocant, Ariftotelicis invigilavit artibus; tandemque fupremo theologi titulo donatus fuit. Acutum habebat ingenium, eratque fophifticis cautelis fummopere deditus. Extat in hunc ufque diem *Opufculum* ejus *octo quaeftionum De veritate propofitionum*, lib. i. " Quaero de veritate iftius." *Lecturas fcholafticas in theologia*, lib. i. Et alia quaedam edidit, fed omnino *Sophiftica*. Claruit A. D. MCCCXL. Obiit Johannes de Bampton, rector de Stavenley in archidiaconatu Richmondiae, A. MCCCLXI. E *Regift.* commiff. Richmond. Bal. x. 86. ex Lelando. Pitf. p. 449.

BANASTRE [GILBERTUS] poëta et muficus. Scripfit carmine Anglicano *Miraculum S. Thomae*, MCCCCLXVII. Pr. " Novis fulget Thomas miraculis. Not longe ago a marvelous " thing." In hiftoria monachorum ecclefiae Chrifti Cantuar. per Jo. Stone, Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Q. viii. *Several mufical compofitions.* In Mf. Worfl. 8vo. pap. 7.... are fome *Prophefies of Banifter of England.* Vide GUIL. BANISTER. Inter vetuftas *Scotticas prophetias* impreff. Edinburgi MDCLXXX. 12mo. in titulo *Bannafter* numeratur tanquam auctor quarundam: In libro autem nihil ei fpeciatim adfcribitur, p. 2. " As Berlington's books and Banefter us tell." p. 18. " Beid " hath brieved in his book, and Banefter alfo."

BANCHINUS, feu, ut alii volunt, BANKINUS Londinenfis, in eadem civitate ortus et educatus, et ibi inter fratres ordinis S. Auguftini admiffus. Poftea Oxonii in aedibus Auguftinianis ftudiis philofophicis et theologicis operam dedit, et S. th. profeffor evafit. Praedicator erat eloquentiffimus, et dogmatum Wickleviftarum acerrimus oppugnator. Scripfit *Contra pofitiones Wicklevi*, lib. i. *Determinationes varias*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. Claruiffe dicitur circa annum MCCCLXXXII. Bale vi. 97. Pitf. 539.

BANCHUS [JOHANNES] Ejus extat *Epiftola ad marchionem Dorceftriae*, praefixa *M. Bucero de privato minifterio*, data e collegio S. Trin. Cantabrig. MDLI. Mf. Caio-Gonv. Cantabr. E. 128.

BANCROFT [GEORGIUS] tranftulit in fermonem Anglicum, *Refponfionem praedicatorum Bafileenfium in defenfionem rectae adminiftrationis coenae Dominicae.* Pr. ded. Mag. Sylveftro Butlero. " When I confydered with myfelf." Lond. MDXLVIII. 8vo.

BANISTER [GULIELMUS] Anglus: Forfan idem qui Gilbertus Banaftre dicitur, et fuit praebendarius de Efton in ecclefia Wellenfi 41 Edw. iii. et canonicus ibidem: Edidit *Prophetias quafdam.* Harum una aut altera extat Mf. penes Henr. Worfleium. Has etiam memorat *Scalae chronicon*. Leland. *Collect.* i. p. 733. *Vaticinalia carmina* hujus Gulielmi penes H. Mafon citat Br. Twyne.

BANISTER [JOHANNES:] In academia Oxonienfi ftudia philofophica profequebatur, et poft aliquot annos in ftudiis medicinae et chirurgiae pofitos, A. MDLXXIII. licentiam ad exercendam artem fuam obtinebat. Poftea Nottinghamiam profectus eft, ubi fuae facultatis praxin felici excoluit fucceffu. Scripfit *A needfull, new and neceffary treatife of chirurgery, briefly comprehending the general and particular curation of ulcers*, Lond. MDLXXV. 8vo. *Certain experiments of his own invention*, etc. *Hiftory of Man, fucked from the fap of the moft approved anatomifts*, etc. ix *books*. Lond. MDLXXVIII. fol. *Compendious chirurgery gathered and tranflated, efpecially out of Wecker*, etc. Lond. MDLXXXV. 12mo. *Antidotary chirurgical, containing variety of all forts of medicines*, etc. Lond. MDLXXXIX. 8vo. Multis poft obitum ipfius annis prodierunt *Omnia opera*, libris vi diftincta; quorum tituli funt fequentes. (1) *Of tumours.* (2) *Of ulcers.* (3) *Of wounds.* (4) *Of fractures and luxations.* (5) *Of the curation of ulcers.* (6) *Antidotary chirurgical*, London MDCXXXIII. 4to. Floruit A. MDLXXXIX. [A. MDCXVII. A. Wood Mf.] *Athen. Oxon.* i. p. 243.

BANKS [THOMAS] academiae Oxon. alumnus, artium magifter A. MDLXXIV. Scripfit *A fermon againft bad fpirits of malignity, malice and unmercifulnefs, on Luke* vi. 37. 38. Pr. ded. Joh. archiep. Cant. " My very good Lord, may it pleafe." Lond. MDLXXXVI. 8vo. *Fafti Oxon.* i. 110.

BANNARDUS [JOHANNES] coenobii Auguftinenfium Oxon. frater, S. theol. profeffor, et tandem academiae cancellarius. Scripfit *Eruditas quaeftiones in magiftrum fententiarum.* Harum fragmenta Mf. extant in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. olim ad bibl. ecclef. cath. Exon. pertinentia. In Mf. C. C. C. Oxon. 116. extat replicatio in fecundo libro fententiarum contra fratrem Joannem Bannard de ord. Auguftin. fc. *contra conceptionem immaculatam.* Claruit A. MCCCCXII. A. Wood, *Hift. et Antiq. Oxon.* i. 118.

BANSLEY [CAROLUS] fcripfit rhythmis Anglicanis *De fuperbia et vitiis mulierum* (now a days) Pr. " Bo pepe, what have fpied." Lond. per Th. Rainalde, 4to. Claruit tempore regis Henrici viii et Edwardi vi.

BARBER [JOHANNES] archidiaconus Aberdonenfis. Salvus conductus pro eo de veniendo in Angliam ftudendi caufa in univerfitate Oxon. MCCCLVII extat apud Rymer, *Foeder.* vi. 31. Et anno

A. MCCCLXV. Ibid. 478. Scripsit rhythmis Scoticanis *Historiam Roberti Brucei, regis Scotorum*. Pr. " Stories to read are delectable." Glasgow MDCLXXII. 12mo. Quapropter habuit pensionem, durante vita, ex scaccario regio, quam dedit hospitali ibidem. Claruit tempore regis Davidis Brusii. Mss. Hatton. *Script. Scotic.*

BARDENIENSIS [RICHARDUS] coenobii ordinis S. Benedicti monachus, literis operam dedit inter Benedictinos Oxoniae, ubi S. theol. baccalaureus evasit. Scripsit *Vitam Roberti Grosthead*, lib. i. cap. xxviii. vers. hexam. et pentam. " Lincolniensis apex praesul." Ex Mss. cod. Westmonast. edidit Wharton. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 323. fabulis crassioribus rejectis. *Historiam S. Hugonis martyris*, lib. i. Mss. cod. Westmonast. Claruit A. MDIV. Whart. praef. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. xvii. *Athen. Oxon.* i. 5.

[a] BARDI [b] apud illustreis utriusque linguae scriptores nomen decusque suum etiam nunc retinent. Sed in hac plane nunquam fui, atque adeo nec jam sum opinione, ut Bardos stupidos, id quod aliqui faciunt, interpreter. Nonius, castae et maturae vir eruditionis, longe aliter pronunciat; confirmans eos cantores nobilitatis, et rerum insigniter gestarum Gallis fuisse. Crediderim certe, et hoc genus originem quoque, perinde ac Druidas, teste Caesare, a Britannica insula potius, quam Gallia traxisse. Utcunque sit, recitemus antiquitatis de Bardis judicium. Lucanus libro primo *De civili bello* sic canit:

> Vos quoque, qui forteis animas, belloque peremptas
> Laudibus in longum vates demittitis aevum,
> Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Strabo geographus libro quarto videtur tria illustrium in literis virorum genera recensere, atque haec adeo sunt ejus verba: " Apud omneis tres passim nationes eximio in honore sunt, Bardi, Vates, Druidae. Bardi quidem laudationibus rebusque poëticis student. Vates autem sacrificiorum naturaliumque causarum curae dediti. Druidae, praeter naturalium causarum studia, moralem disciplinam exercent: justissimi autem omnium opinione; ideo privata et publica judicia eorum fidei mandantur." Ammianus Marcellinus, libro decimo quinto *Historiae*, de Gallis loquens: " Post hoc hominibus paulatim excultis, ingruere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, Batties, et Druidas: et Bardi quidem fortia illustrium virorum facta, heroicis compositis versibus, cum dulcis lyrae modulis cantitarunt. Batties vero scrutantes secreta et sublimia naturae pandere conabantur: inter hos Druidae ingeniis celsiores." Haec ille: et plura alibi de eisdem referuntur tum ab Athenaeo, tum a Possidonio, quae ego brevitatis quodam studio omitto: non omissurus tamen et receptum olim Cambrorum morem in Bardis celebrandis, qui neque adhuc omnino desuevit, significare [c]. Cambri, Britannorum reliquiae, habent musicos quosdam, quos Bardos patrio appellant sermone. Hi vero genealogias nobilium et facta bellatorum clarissima perquirunt: perquisita apte redigunt in numeros, ac passim in conviviis voce arguta lyrae consonant. Fuere ex hoc hominum genere celebres aliquot in ipsa etiam Britannici imperii declinatione; videlicet Teliessinus, Mevinus, Merlinus; de quibus, nisi quis eos Vates rectius dixerit, et suo loco dicemus. Ex *Lelando*.

[a] Baleus, pro suo more, inepte recitat inter scriptores Britannicos quendam Bardum Celtarum regem, musicum insignem, et carminum inventione celebrem, a quo Bardos denominari voluit. [b] Bardus Gallice Cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit. Diod. Sic. *De Bardis*: Οὗτοι δὲ μετ' ὀργάνων ταῖς λύραις ὁμοίων ᾄδοντες οὓς μὲν ὑμνοῦσιν, οὓς δὲ βλασφημοῦσι. De Bardis vide Harrison's *Descr. of Brit.* p. 21. Rod. O Flahertii *Ogygiam*, p. 209. Waraei *Antiq. Hibern.* cap. 5. Sheringham *De Angl. gentis origine*, p. 12, 13. Winn's praef. to Caradoc, *Hist. of Wales*, p. 21. [c] De Bardis sequentia adnotat clar. Tannerus. " Within the memory of our immediate progenitors there were in the north parts of this kingdom Bards, who were poets and historians, agreeing almost exactly with the description which is given of that sort of people by Strabo, Diodorus Siculus, Ammianus Marcellinus, and our Buchanan, who speaks of the Bards as existent in his time, at least in the western isles of Scotland: and there are in Ross at this day a sort of men, who carry the name of Bards; whose employment is to attend weddings, where, in the presence of all the guests being set at dinner, they rehearse or sing a marriage song of their own composition, for which the bridegroom rewards them. *Letter of Dr. Garden to Mr. Aubrey, Febr.* 6. MDCXCII. These Bards use to travel in companies, sometimes 40, 50, 60 persons between men, wives, and children, and they were thus rank'd: The first were term'd Philics, i. e. poets; and they were divided thus: Some made panegyricks only, others made only satyrs. The second degree consisted of those called Skeatichin or Sheanachin, i. e. Narrators of antiquity or old history, especially genealogies of great persons and families, Skeatich or Sheanach properly signifying an historian. The third order named Kreahkirin, i. e. such as could discourse on any short and transient subject, told news, and such modern things, kreahkish properly signifying any discourse: and the fourth consisted of those named Kheakirin, i. e. such as proponed Enigmas and other difficult questions. The whole cabal was called Chlear-heanachi, i. e. a company of historians." *Another letter dated Jan.* 23, MDCXCII. *from the same gentleman.* " Quaere of the custom of all the bards, rhithmen and minstrels within the Talaith of Aberfraw, sc. the counties of Anglesey, Caernarvon, Merioneth, Denbigh, and Flint, to appear at Caerwis in the county of Flint, to make trial of their skill. The chief was to have a silver harp given him by the family of the Mostyns, and have degrees conferr'd, and licences to travel about the country to them that appear'd well. In Mr. Aubrey's *Mon. Brit.* part. 1. is the copy of a commission from the president and council of Wales directed to Sr. Rich. Buckley, and several other gentlemen, to hold this session on Trinity Monday MDLXVIII. with a diploma, whereby one is made Proto-vates, or Dr. in music."

BARETUS [JOHANNES] apud Linnam in agro Norfolciensi natus, et ibidem inter Carmelitas admissus, tandem Cantabrigiae literis operam dedit, et ibi S. theol. professor (A. MDXXXIII. Mss. Inett.) evasit. A. 34 Henr. viii. 6 Junii theologiae lector factus in domo capitulari Norwicensi cum

annuo ſtipendio quatuor librarum, ad legendum quolibet die Martis et Jovis ab hora octava matutina ad nonam exceptis xii feriis diebus tempore nativitatis Chriſti, octavis Paſchatis etc. *Reg.* dec. et cap. Norwic. Poſt diſſolutionem coenobiorum reformationi favere viſus. Quo tempore diſpenſationem obtinuit ab archiepiſcopo Cranmero ad tenend. eccleſiam, etc. *Reg.* epiſc. Norwic. xvii. pr. A. MDXLI May 2 inſtitutus eſt ad rectoriam de Hetherſet, quam reſignabat anno ſequenti. Ibid. 76. 95. Anno MDL Maii 29 inſtitutus eſt ad rectoriam de Cantley Norfol. *Reg.* xviii. 3. Eodem anno inſtitutus ad rectoriam S. Michael. ad Plac. in Norw. quam reſignavit anno MDLX. *Reg.* xviii. 10. xix. 42. Dum regina Maria regnum auſpicaretur, Baretus ad priſtinam rediit ſuperſtitionem. Anno MDLVIII Apr. 2 inſtitutus fuit ad eccleſiam de Thorp Epiſcopi. *Reg.* epiſc. Norwic. xviii. 194. Scripſit Latine *Reformationes Joannis Triſſae*, lib. i. "Radulphus Alemannus de." In Mſ. bibl. Bodl. Seld. Sup. 41. extat catalogus Pariſienſium doctorum quorundam ordinis Carmeli per Joh. Triſſam a Joh. Bareto Anglo reviſus et limatus. Pr. "Gerardus de Bononia, (quam et incoluit.") *Annotationes aliquot in Paulum*, lib. i. "Paulus autem binomius eſt." *In canonicam Joannis primam*, lib. i. "Qui in re theologica." *Orationes ad clerum*, lib. i. "Etſi fides totius eccleſiae." *Ad Rob. Watſonum in carcere epiſtolam* i. longam. "Etſi literae quas ad me." Extat in *Aetiologia* Rob. Watſoni. . MDLVI. 12mo. *Homelias quaſdam Anglicas*, lib. i. *Collectanea quaedam in communes locos digeſta ex eruditioribus celebrioribuſque Germanorum proteſtantium ſcriptoribus*, vol. iii. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miſcell. ii. 12. 13. Claruit ſenex A. D. MDLVI. Bal. par. poſt. p. 112. Piſſ. p. 754. Johannes Barret, praebendarius Norwic. ſubſcripſit Liturgiae, 1 Elizab. A. MDLXIII. 22 Jul. Thomas Towle admiſſus ad praebendam Norwic. vacantem per mortem Joh. Barret S. th. prof. *Regiſt.* Norwic. xix. 85. Hic Barretus libros eccleſiae Norwicenſi dono dedit.

BARETUS [JOHANNES] academiae Cantabrigienſis alumnus, exteras poſtquam regiones peragraſſet, ſcripſit ad Gul. Cecilium dom. Burghleum *Alveare, ſive quadruplex dictionarium linguarum Anglicae, Latinae, Graecae, et Gallicae.* Pr. ep. "Diu jam invaluit multiſque." Lond. MDLXXX. fol. 2. edit. Auctor 14 Elizab. licentiam obtinuit pro imprimendo Dictionario. Pat. 14. Eliz. p. 6. Mſ. Aſhmol. 835. Obiit ante annum MDLXXX, uti patet ex carminibus praefixis.

S. BARINTHUS filius Mooh, et in Scotia magiſter, et doctor S. Brandani: ſcripſit *De paradiſo terreſtri ad Brendanum diſcipulum*, lib. i. Claruit anno DC. Dempſter. ii. 158.

BARIONA [LAURENTIUS] ſcripſit ad Edm. epiſcopum Petriburgh. *Cometographiam quandam lampadis aëriae, quae x die Novemb.* anno MDLXXVII *apparuit.* Pr. "Cum aliquot ante dies." Lond. MDLXXVIII. 4to. Claruit Ketteringae 20 Jan. MDLXXVIII.

BARKER [GUALTERUS] Middleſexienſis; in ſchola Weſtmonaſterienſi educatus, admiſſus fuit diſcipulus collegii D. Johannis Cantabrig. MDLXII, ſocius April. 4. MDLXVI. Mſ. Tho. Baker. Scripſit *Praefationem longam ad lectorem*, praefixam Edv. Grantae *Graecae linguae Spicilegio.* Pr. "Quum primum, viſo *Spicilegio* tuo." Lond. MDLXXV. 4to.

BARKER [GUILIELMUS] BERKER vel BERCHER. Tranſtulit in ſermonem Anglicanum tractatum S. Baſilii M. cui titulus: *An exhortation to his kinſman to the ſtudy of the Scriptures.* Lond. MDLVII. 8vo. *The fearfull fancies of the Florentine cooper, by Joh. Batt. Gelli.* Lond. MDLXVIII. 8vo. *Xenophontis Cyropaediam*, lib. viii. Lond. MDLXVII. 12mo. Pr. ded. Phil. comiti Surriae. "When Alexander the great." Dated from Howard-houſe MDLXVII. In aliis libris datur etiam longa praefatio vel dedicatio Gulielmo comiti Pembrochiae. In hoc libro meminit Berkerus itineris ſui in Italiam, et ſe ſervum eſſe ducis Norfolciae. Quaere annon alia editio hanc praeceſſerit, quae ſex tantum Xenophontis libros complectebatur. *Epitaphia et inſcriptiones lugubres* a Gulielmo Berchero, cum in Italia animi cauſa peregrinaretur collecta, Lond. per Jo. Cawood typogr. regium, MDLXVI. 4to. Pr. "L. Scon. F. Dulcis. Qui V. A." Mſ. coll Corp. Chr. Cantab. Miſcell. V. Pr. "Epitaphia Romae." Mſ. Norvic. Mori. Forſan hic idem Gul. Barker fuit, qui anno MDLIV Julii 4 baccalaureatus gradum Oxon. accepit. *Athen. Oxon.* i. p. 717. *Faſti Oxon.* 81. Quidam GUIL. BARKER, qui aliquot annos in ſtudio juris civilis, uti in praefatione teſtatur, poſuit; tranſtulit ex Graeco in Latinum *Iſocratis orationem* Nicoclem *dictam.* Pr. ded. Henrico Knyvet: "Ut multo tuam majorem reipſa." Mſ. bibl. reg. Weſtmonaſt. 15. A. xvii.

BARKLAY [ALEXANDER de] ſeu BARCLEIUS, natione, ut quidam volunt, Scotus (ut Bale Ipſw.) alii vero Anglum fuiſſe, patria Devonienſem (ut Piſ.) vel ex oppido de Barkley in agro Glóceſtr. (ut A. Wood) oriundum fuiſſe contendunt. Educatus erat in collegio Oriel. Oxon. ſub auſpiciis Thomae Cornitii Tavenenſis epiſcopi (Tenenenſis epiſc. dioec. Badon. ſuffraganei) tunc praepoſiti, (ſub magiſtro Kirkham, uti extat in libro *Navis ſtultif.* 152.) Deinde regiones exteras inviſit, et poſt reditum in patriam capellanus factus eſt dicto epiſcopo; et ejus favore preſbyter collegii S. Mariae de Otterey in com. Devon. Poſt mortem patroni ſui ſuſcepit habitum S. Benedicti (in coenobio Elienſi, in tit. *Tranſlat. Mancini De quatuor virtutibus*) et poſtea S. Franciſci (apud Cantuar. Mſ. Bale Sloan. f. 68.) monaſteriis everſis factus erat; S. T. doctoratu honeſtatus; vicarius de Much. Badew in com. Eſſex. (inſtit. 7 Febr. MDXLVI. Newcourt i. 254.) et A. D. MDXLVI (30 Mart. *Reg.* Wellen.) vicarius eccleſiae S. Matthaei apoſtoli de Wokey in agro Somerſetenſi; (inſtitutus ad eccleſiam Omnium ſanctorum Lombardſtreet, ad praeſentationem decani et capit. Cant. quae vacabat ob mortem ejus ante 24 Aug. MDLII. Newcourt i. 254.) Et poſtea, ſi Piſio fides, dioeceſis Bothonenſis [*Bathonenſis* forte] ſuffraganeus. In additionibus Alex. Barclay, in cap. *Navis ſtultiferae* "De fidei catholicae et imperii inclinatione" mirifice laudat Jacobum regem

regem Scotiae a magnanimitate; et acrostichon habet p. 296. Scripsit *The figure of our mother holy church oppressed by the French king.* impress. Lond. ex officina Rich. Pynson, 4to. *The miseries or miserable lives of courtiers, out of Aen. Silvius, Miseriae curialium, in three egloges,* Lond. MDLXX. fol. Item Lond. by Humphr. Powell, 4to. Princ. "The famous poetes with the muses ix." Eglog. iv. "Of the behavior of rich men toward poets;" "De turre honoris." Eglog. v. *A disputation between citizens and countrymen.* Inter Amyntam et Faustum. *His answer to John Skelton the poet. De pronunciatione Gallica.* Quaedam de hac materia Alexandrum hunc mandato Tho. ducis Norfolciae scripsisse tradit Palsgravius in praefat. ad *Lesclaircissement.* Princ. "Multi ac "varii homines eruditi," apud Wadding. Et alia. Transtulit ex Latino in Anglicum sermonem *Vitas S. Catherinae, S. Margaretae, S. Etheldredae. Vitam S. Georgii* ex Mantuano; et dedicavit Nicolao West, episcopo Eliensi. Multa ex epist. dedic. excerpsit Bale. Mf. Sloan. fol. 68. et quinque *Eglogas* ejusdem. *Dominicum Mancinum de quatuor virtutibus cardinalibus.* Princ. "This "playne little treatise in stile." Rogatu domini Aegidii Alington. Lond. MDLXX. Et Lond. by Ric. Pynson, at the request of Richard earl of Kent. *Bucolicam Codri. Sallustium de bello Jugurthino,* h. t. *The famous cronycle of the warre, whiche the Romyns had agaynst Jugurth, usurper of the kyndome of Numidy: whiche cronycle is compyled in Latyn by the renowned Romayn Salust. And translated into Englishe by Syr Alex. Barclay, preest, at the commaundmente of the right hye and mighty prince, Thomas duke of Norfolk.* Princ. praef. duci Norfol. "Right mightye, hye, and magnifi- "cent prince, myne humble." Princ. dedic. Latinae Johanni Veysey, Exon. episcopo. "Memi- "ni me superioribus annis, cum adhuc." Data ex cellula Hatfeld. regis 3 id. Novemb. Textus Latinus e regione versionis Anglicanae, periphrastice redditus, impressus est Lond. per Ric. Pynson. fol.. in bibl. Norwic. More. In hac bibliotheca duae hujus libri dantur editiones; ambae in folio a Rich. Pynsono impraessae; praefationes differunt tamen in numero paginarum. A Thoma Paynel castigatum, typis denuo excudit Joh. Waley, MDLVII. 4to. In hac editione versio Anglica tantum apparet; omissisque duabus Barcleii epistolis post epistolam Payneli, Sallustii praefatio incipit. Pr. praef. tr. Barcley. "Mankind wrongfully complaineth." Ex Latino, Gallico, et Teutonico in Anglicum sermonem vertit, et in quamplurimis locis auxit (in coll. Otterei, MDVIII.) Sebastiani Brantii librum, cui titulus, *Navis salutifera.* Hanc translationem impr. Lond. MDIX per Rich. Pynson, promotori suorum studiorum maximo dicto Thomae Cornitio dedicabat Barkleius. Princ. epist. dedic. "Tametsi crebris negotiis." Princ. pr. tr. "Go boke, abashe the sky." Transtulit etiam ex lingua Gallica *Castellum laboris: The castel of laboure, (wherein is riches, virtue, and honor)* Princ. pr. "Ye mortal people, that desire to obtain." Princ. lib. "In musyng an evenynge with "me was none." Lond. MDVI. 4to. Carmen est satis longum, in quo domina ratio vincit desperationem, moerorem, paupertatem, necessitatem etc. quae hominem pauperem haud ita pridem conjugatum prosequebantur. *Orationes varias,* lib. i. *De fide orthodoxa,* lib. i. Obiit grandaevus Croidonae (cujus saepe mentionem facit in Eclogis) in comitatu Surriae mense Junio, MDLII ibique in ecclesia parochiali sepultus est. Dempster. ii. 192. Wadding. p. 7. 8. Mackenz. ii. 287. Bale ix. 723. Pits. 745. *Athen. Oxon.* i. 86.

BARKLEY [JOHANNES] scripsit *Grammaticam linguae Latinae.* Lond. per Ric. Pynson. MDXVI. 4to.

BARLOW [GULIELMUS] ex antiqua familia Barlowiorum in Wallia oriundus, in comitatu Essexiae natus. In juventute doctrinae reformatae fautor erat, et ob hanc causam in Germaniam proficiscebatur, ut Lutherum, Melanchthonem, Oecolampadium, etc. audiret. Gardinero tempore Edw. vi. adeo exosus fuit, ut apud protectorem eum accusaret de favore protestantium. Fox. 1 edit. 732. Fuit etiam Romae, uti in *Dialogo* narrat. Fuit canonicus regularis ordinis S. Augustini in coenobio S. Osithae in agro Essexiensi: postea Oxonii inter sui ordinis fratres in philosophicis et theologicis felicem progressum fecit, et doctoratu in theologia insignitus est. Deinde prior monasterii de Bysham in Bercheria factus, legationem gessit a rege Henr. viii ad Scotos. A. MDIX. 25 Maii dom. Will. Barlow, canonicus regularis, prior de Blackmore, praeficitur in priorem de Typtree: quod officium resignavit A. MDXV. Ita in *Regist.* Fitz James, episc. London. A. MDXV. 18 Jul. electus in priorem de Lega in Essexia. Ibidem: quod munus resignavit A. MDXXIV. Ita in *Reg.* Tunstall. A. MDXXVII fuit prior de Bromhole et rector de Cressingham M. Norvic. dioeceseos: uti in *Regist.* xiv. 202. A. MDXXXV prior erat de Haverford-West. comitatus Pembroc. Wharton, *De decan. Asaphen.* Episcopus Assaphensis consecratus, Febr. 22. MDXXXV, et post bimestre spatium translatus est Meneviam; deinde ad sedem Bathon. et Wellen. Et postquam tempora Mariana in exilio transegisset Elizabethae reginae mandato translatus est Cicestriam 20 Dec. MDLIX; et anno sequente donatus praebenda prima in ecclesia collegiata Westmonaster. cujus cum episcopatu retinendae facultatem impetravit. Scripsit *A dialogue describing the original ground of these Lutheran factions, and many of their abuses,* Lond. MDLIII. 2d edit. Pr. pr. "In this presente treatyce "folowyng." Pr. pr. prioris edit. "Whereas I consyder (O chrysten Reader.") *Dialogi Barlovii impressi* ante A. MDXL circa quae tempora singulis curatis suae dioeceseos a Stokeslaeo episcopo London. injuncti erant. Ita Joh. Harrison in *Detect. hominis peccantis.* Scripti sunt ante eversionem monasteriorum, praeter ea quae dissoluta a card. Wolsaeo, quem ob hoc facinus acerbe perstringit. *Christian homelies. Cosmography.* In bibl. regia Westmon. 18 B. xxviii extat *A brief somme of geography by Roger Barlo.* Pr. ded. regi Henrico viii. "One of the things most natu- "ral."

"ral." *Responsa quaedam de abusibus missae*, Anglice. Pr. "The sacrament of the body." In append. *Hist. reform.* Burnet. tom. ii. *Alphabetum clericorum*, lib. i. Mſ. Bal. Glynn. *Epistola* ejus M. Parkero extat Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. i. 445. Cum aliis episcopis composuit librum vocat. *The bishop's book*: sed titulum gerit *The godly and pious institution of a christian man.* Lond. MDXXXVII. In linguam Anglicanam vertisse dicitur Apocrypha V. T. usque ad Sapientiam Salomonis. In Mſ. Cotton. Cleopatra E. iv. f. 121. Ad regem Henr. viii. A. MDXXXIII epistola datur hujus tenoris: "Prayse be to God, who of his infynyte goodnes and mercy inestymable "hath brought me out of darknes into light, and from deadly ignorance unto the quick know-"lege of the truth. From the whiche thro' the fiends instigation and false perswasion I have great-"ly swerved—In so moche that I have made certayn bokes, and have soffred theym to be em-"printed: As the tretise of *The buryall of the masse*: *A dialogue betwene the gentilman and the* "*husbandman*: *The climing up of fryers and religious persons portred with figures*: *A description of* "*God's word compared to the light*: Also a co . . *Dialogue* without any title, inveying specially "against St. Thomas of Canterbury, which as yet was never prynted, nor published openly. In "these tretises I perceive and acknowlege myself grevously to have erred, namely against the "bl. sacrament of the altare; disallowing the masse, and denying purgatory, with slanderous "infamy of the pope, and mylord cardinal, and outragious rayling against the clergy, which I "have forsaken and utterly renounced——askes pardon." William Barlo. Diem clausit extremum mense Augusti MDLXVIII vel MDLXIX, et sepultus est, ut videtur, in ecclesia Cicestrensi. Notatu dignum est hunc episcopum ex uxore Agatha habuisse 5 filias, quae 5 episcopis nuptae fuerunt. Bal. ix. 41. *Athen. Oxon.* i. 156. seq.

BARNES [JULIANA] rectius BERNERS, filia dom. Jacobi B. de Berners Roding comitat. Essex. soror Ric. domini Berners, priorissa de Sopwell. [Nota W. Burton in princ. edit. St. Albons MCCCCLXXXVI. fol.] Illustris foemina, vere heroina; scripsit Anglice *Artem aucupatoriam*, lib. i. Pr. lib. "For to speake of hawkes, first the hen eggs." *Artem venatoriam*, lib. i. versu. "Likewyse as in the boke of hawkynge." *De piscatione*, lib. i. "Salamon in his parablys saith, "that a good." Hic tract. in edit. Albanensi vel dilaceratur, vel primo omissus fuit. Hi tres tractatus Londini impressi per Will. Copland. 4to. *De legibus armorum*, lib. i. [lib. ii. in edit. Albanensi.] "Here in this boke folowynge is determyned." Hi quatuor, in principio imperfecti Westmonast. MCCCCXCVI. 4to. St. Albons MCCCCLXXXVI. fol. *The gentleman's academy, or the book of St. Albans concerning hawking, hunting, and armory*, Lond. MDXCV. 4to. Claruit A. MCCCCLX. Bal. viii. 33. Pitſ. p. 649.

BARNES [ROBERTUS] saepius Antonius praenominatus a Germanis (Vide Seckend. *Hist. Luth.* iii. p. 110.) patria Norfolciensis, juxta Linnam natus. Frater Augustinianus in domo ejusdem ordinis Cantabrig. A. MDXIV Cantabrigiam accessit; inde Lovanium abiit, deinde ad Cantabrigienses rediens factus est prior domus Augustinianorum, et S. theologiae doctor A. MDXXIII. (Mſ. Inett.) Primus literaturae politioris in academia Cantabrig. restaurator fuit. Lectis quibusdam Lutheri libris, dogmata ejus hausit, A. MDXXV haereseos accusatus ad palinodiam coactus est. E carcere elapsus in Germaniam trajecit, ubi a Luthero in sua sententia confirmatus est. Dum in Germania vixit, habuit Lutherum, Melanchthonem Pomeranum, Justum Jonam, Hegendorphinum, Aepinum, etc. amicos, ducem Saxoniae et regem Daniae patronos; cujus ultimi autoritate cum Lubecensibus legationem obiit ad Henricum viii. In patriam per salvum conductum regis rediens, legatus missus erat ad ducem Cliviae, de nuptiis inter Henricum viii et ducem Cliviae tractandi causa; de qua legatione in Germaniam A. MDXXXV vide Seckendorf. iii. p. 110. etc. Tenaciter dogmatibus Lutheri adhaerens, Stephani Gardineri inimicitiam expertus est in libro contra Geor. Joyum. Barnesius e contra A. MDXL contra Gardinerum praedicabat apud crucem Paulinam, quo anno ad ignem damnatus, mortem passus est Londini 30 Julii. Vid. Fox. Hollingsh. iii. 950. Scripsit secundum Baleum Latine *Ad Henricum* viii *Vitas Romanorum pontificum, sc. a Petro ad Alex.* iii. Pr. "Petrus Galilaeus ex Bethsaide." edit. a Lydio Lugd. Bat. MDCXV. 8vo. Editae fuerunt antea Basil. MDXXXV. 12mo. Pr. "Cum intellexissem, seren." *Sententias, sive praecipuos Christianae fidei articulos partim e Sacris Literis, partim diversis doctorum patrum scriptis assertos*, lib. i. "Sola fides justificat." Basil. MDXXXV. 12mo. *Themata suarum concionum*, lib. i. "Hora est jam nos de somno." Anglice. *A supplication to king Henr.* viii. lib. i. "In most "humble wise complaineth." *His articles condemned by popishe bishops*, lib. i. "Most gracious "prince, that your grace." *The disputation betweene the byshoppes and hym*, lib. i. "Now, most ho-"norable and gracious prince." *Fayth onely justifieth before God*, lib. i. "Now, if your grace do "not take upon." *What the church is, and who bee thereof, and whereby men may know her*, lib. i. "The name of the holy church." *An other declaration of the church, wherein hee answereth M. More*, lib. i. "In my first book I did declare." *What the keyes of the church bee, and to whom they were geaven*, lib. i. "To declare this matter our schoolmen." *Freewill of man, after the fall of Adam, of his natural strength can doe nothyng but sinne afore God*, lib. i. "In this "article we will not dispute." *That it is lawfull for all manner of men to read the holy Scripture*, lib. i. "How can antichrist be better known." *That mens constitutions, which are not grounded in Scripture, bynde not the conscience of man under the payne of deadly synne*, lib. i. "To this arti-"cle we must note." *That all men are bounde to receive the holy communion under both kyndes, under*

5

der the payne of deadly synne, lib. i. " If men had stuck to the." *That by God's woorde it is lawful to priestes, that hath not the gifte of chastity, to marrie wives.* Pr. " I have seen and herd " in divers." *That it is against the holy scripture to honor images, and to pray to saintes*, lib. i. " If men had the very true." His additur in editione Londin. MDLXXII. fol. *Of the original of the masse. A collection of the doctours testimonies.* His tractatibus omnibus praemittitur *His lyfe and martyrdome. Indicem ex dictis patrum*, lib. i. *De jurisdictionum abusu*, lib. i. *De rebus ecclesiae*, lib. i. Haec in Baleo viii. 76. *Vitae Romanorum pontificum*, lib. i. Basil. MDXXXV. 8vo. Fox. p. 1194. *Roberti Barnesii articuli fidei* Latine editi cum praefatione D. Pomerani, cujus inquilinus tunc fuit, Germanice versi sunt, et Norimbergae excusi A. MDXXXI. Theses sunt xix. Vide Seckend. *Suppl. ad histor. Lutheranismi.* In editione Basil. MDXXXV. 8vo. hoc titulo gaudent: *Sententiae, sive praecipui Christianae religionis articuli, partim ex sacris literis, partim diversis doctorum patrum scriptis asserti. Concionem in Psal.* ix. 16. Anglice. Lond. MDCXXVI. 4to. Vide Fox. p. 1192. Tempore regis Henr. viii. ex operibus Anglicis 2. 3. 4. 5. 7. 9. 13. prodierunt Londini per Hugh Singelton. . 8vo. Opera tredecim priora (dempto primo) Anglice prodierunt primum in partibus transmarinis: Secunda eorum editio Lond. MDLXXII. et MDLXXIII. fol. *His life and works collected by John Foxe.*

BARNINGAMUS [JOANNES] Gippovici, clara Sudovolgiae civitate Carmeliticae vitae ritus sacrosanctos coluit. Sed Oxonium [a] eruditione non vulgari et insigni fama illum decoravit; quae ne violenta temporum injuria aliquando deperirent, modis curavit omnibus. Unus tamen prae caeteris et expeditior visus est, et commodior; nempe si impigro calamo aliquid memoria dignum chartaceis tabulis commendaret. Itaque scripsit *Super sententias*, libros iv [b]. *Quodlibeta* [c]. *Quaestiones ordinarias* [d]. *Sacrarum concionum*, lib. i. *De enormitate peccati* [e]. Obiit Gippovici 22 die Januarii, anno D. MCCCCXLVIII [f]. Ex *Lelando*.

[a] Et Lutetia Parisiorum inter Sorbonicos; nam utrobique doctoratum theologiae successit. Bal. Pits. Tandem electus est prior coenobii sui ordinis Gippovici. Bal. Pits. [b] " Quis enim novit sensum Domini." [c] *Theologica*, lib. i. " Amore languens sponsus Jesus." Ms. Bal. Sloan. 4to. f 39. [d] Lib. i. " Utrum lex vetus fuerit " patribus." Ms. Bal. Sloan. 4to. f. 1. Ita incipiunt *Quodlibeta*. [e] Lib. i. " Notandum quod peccatum ra- " tione." Haec quatuor magna volumina pulcherrime scripta vidit Baleus Cantabrigiae. Praeter *Conciones* scripsit etiam *Lecturas* (*theologiae*, lib. i. Lel. *Epit.* Ms.) *Scripturarum*, lib. i. [f] Et illic est sepultus, addit Lel. *Epit.* Ms. Bal. viii. 11. Pits. p. 640.

BARO [PETRUS] Stampanus S. theol. doctor et professor in academia Cantabrig. scripsit Latine *In Jonam prophetam praelectiones* 39. Pr. " Priusquam ad hujus libelli explicationem." *Conciones tres ad clerum Cantabrigiensem.* Pr. " Quamvis mei in hac academia." *Theses duas publice in scholas disputatas.* Pr. " Quem de sacratissima Christianae religionis." Omnia simul edita cura Osmundi Lake, Londini MDLXXIX. fol.

BARON [STEPHANUS] sive BARONIS Anglus, frater Franciscanus, fratrum Minor. de Observantia praeses per Angliam provincialis, regis Henr. viii confessor regius et vicarius. In academia Cantabr. studiis operam dedit. Scripsit *De officio et caritate principum*, lib. i. Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. A. xvi. Pr. ded. regi Henr. viii. " Cogitans serenissime rex, meae summae." Lond. per Wink. Word. . . . 8vo. Paris. . . . 21mo. *Sermones* xv *coram academia Cantabr. declamatos*, lib. ii. Pr. " Utinam saperent et intelligerent." Lond. W. Word. . . . 8vo. Paris. . . . 12mo. Claruit A. MDXX. Pits. p. 696. Wadding. p. 320. Fuller, *Ch. Hist.* Cant. 99. 100.

S. BARREAS primo archidiaconus Dunkeldensis, dein Moraviae episcopus, scripsit *Meditationes*, lib. i. Annus obitus ejus incertus est. Colitur 23 Augusti et 24 Septemb. Dempster. ii. 157.

BARRETUS [PATRICIUS] canonicus Augustinianus coenobii B. Mariae Kellensis in Ossoria, in episcopum Fernensem sacratus Romae mense Decembri A. MCCCC. Scripsit *Catalogum praedecessorum suorum in sede Fernensi.* Obiit 10 Novemb. MCCCCXV, et in coenobio Kellensi praedicto sepultus est. War. p. 75.

BARREY [JOHANNES] Ejus extat *A letter to Augustine Bernhere in defence of universal grace.* Ms. bibl. bodl. B. ii. 7.

BARROW [HENRICUS] multos composuit libros in defensionem opinionum Brownistarum. Extant *A collection of certain letters and conferences lately passed between certain preachers, Sperin, Cooper, Egerton and two prisoners Barrow and Greenwood.* Pr. pr. " Consydering the reformist " preachers." A. MDXC. 4to. *A plain refutation of M. Giffards reproachfull book*, intituled, " A " short treatise against the Donatists in England: *wherein is discovered the forgery of the whole ministry, etc. of those parish assemblies called the church of England*; *To which is prefixed the summ of the causes of separation*, etc. Pr. ded. Dom. Gul. Cecil Dom. Burleigh. " Hitherto right ho- " nourable have our" . . MDXCI. 4to. MDCVI. 4to. Huic ultimae editioni addita sunt; *A few observations to M. Giffard's last reply.* Pr. " The prelates of these times." In bibl. Norwic. More extat G. Giffard's *Reply to H. Barrow and J. Greenwood last printed books*, Lond. MDXCI. 4to. cum responsis Mss. Henrici Barrow ad marginem libri. Pr. " You hither." *The discovery of the false church. A letter of his to a lady a little before his death.* Pr. " Though it be no new or " strange." In libro *De detectione falsae ecclesiae* multa continebantur contra *Librum precum communium*, propter quae in patibulo Tyburnensi vitam finivit, A. MDXCIII. 6 April. Vide *Defence of the Brownists*, p. 88. seq. Stow, 765.

S. BARRUS ſive FIMBARRUS, epiſcopus Cathenefiae, regi Malcolmo iii chariſſimus, ſcripſit *Synodum eccleſiae ſuae*, lib. i. *Epiſtolas ad varios*, lib. i. *Expoſitionem Pſalterii*, lib. i. *Collectionem canonum ſacrorum*, lib. i. *De baptiſmi ceremoniis epiſtolam.* Hanc Caniſius male aſcripſit Alcuino Scoto, et ſub ejus nomine edidit, cum codex in bibliotheca regia nomen S. Barri praefixum habet. Claruit anno MLXXIX. Colitur 25 Septemb. Dempſter. ii. 135.

BARRUS [RICHARDUS] theologus Anglus, ſcripſit *Super diverſa ſparſim S. Scripturae loca breves notas morales.* Pr. "Quatuor ſunt regulae S. Scripturae." Mſ. olim in bibl. Lumleiana, nunc in Lambeth. 105. fol. *Capitulationem quarundam clauſurarum Yſaiae explanatarum per S. Jeronimum.* Mſ. olim in bibl. Sion. Pitſ. *App.* p. 894.

BARRY [THOMAS de] canonicus Glaſcoenſis, et primus praepoſitus de Bothwel. Scripſit carmine *De praelio Otterburnenſi*, A. D. MCCCCXII. Pr. pr. "Muſa refer fatum praeſcriptum "carmine vatum." Extat Mſ. in *Scotichronico* J. Fordon. lib. xiv. cap. 52. etc. Mſ. nuper penes Edw. Stillingfleet, epiſc. Wigorn. Claruit Anno MCCCXC. Dempſt. ii. 195.

BARTAEUS [RICHARDUS] Oxonienſis ſcripſit *Octaſtichon Latinum in mortem fratrum Suffolcienſium*, MDLII.

BARTHELET [JOHANNES] Oxonienſis (uti videtur in dedicatione) Verbi Dei miniſter: ſcripſit *The pedegree of heretiques, wherein is truly and plainly ſet out the firſt root of heretiques begon in the church, ſince the time of the goſpel.* Pr. ded. comit. Leiceſtr. "It thorough all ages "hath been." Lond. MDLXVI. 4to. Liber hic eſt contra Shacklockii tranſlationem Hoſii; qui quemcunque errorem in eccleſia Romana haereſin vocat.

BARTHOLOMAEUS BURIENSIS ſcripſit *Summulam in jure canonico.* Mſ. in bibl. Wigorn. n. 109.

BARTHOLOMAEUS[a] ſive BARPTOLEMAEUS ISCANUS epiſcopus[b], in philoſophia non mediocriter, in theologia vero ad unguem doctus[c], Balduino, abbate Fordenſi, familiariſſime uſus eſt; propter raram, quam in eo videbat praenitere eruditionem, ſuavitate quadam morum conjunctam. Tantumque abfuit, ut locorum intervallo tam ſanctae amicitiae aliquid decederet, ut alter alterum, editis libris, immortalitati conſecraverit. Balduinus enim nondum epiſcopus factus, dedicavit Barptolemaeo epiſcopo opus ſuum plane divinum *De ſacramento altaris.* Rurſus Barptolemaeus *Dialogum ſuum contra Judaeos*[d], acuminis et nervorum pleniſſimum, Balduino, jam Wicciorum epiſcopo, dedicavit. O pulcherrimum certamen! O amicitiam terque quaterque ſacram! Quis nunc tandem nollet ab iſto enſe mori? Sed quae noſtra interim eſt infelicitas, ut quanto quiſque in literis excellentior eſt, eo fere pauciora ſcribat; aut, ſi quae ſcribat, tempus et negligentia noſtris oculis ea prorſus ſubtrahunt. Haec enim ſunt, quae extant, quod ego ſciam, ab hoc tanto viro ſcripta, praeter *Dialogum*, de quo modo mentionem feci: videlicet libellus *De praedeſtinatione et libero arbitrio*; ac opuſculum, ſi recte memini, *De poenitentia*[e]. Elucet de ejus ſanctitate non levis mentio apud. . . . in libro *De vitis ſanctorum Anglorum.* Mira ſunt, quae de hoc referuntur epiſcopo. Scribunt fide digni, orante eo de more pro mortuis, *requieſcant in pace*, repetitum inter ſepulchra, *Amen, Amen*[f]. Ex *Lelando.*

[a] Bartholomaeus, qui, quod in lucem editus eſſet Exoniae (quae civitas antiquitus Iſca dicitur appellata) Iſcanus eſt cognominatus. Godw. p. 458. [b] Fuit primum archidiaconus Exon. apud le Neve in *Faſtis*. Bartholomaeus, epiſcopus Exon. et decanus Ciceſtrenſis. Ex *Reg.* Einſham. apud A. Wood. Mſ. Godw. Conſecratus MCLXI. a Waltero Roffenſi. Gervaſ. Pariſ. Secundum Godwinum Barthol. noſter epiſcopus conſecratus erat anno MCLXI, et annos tantum 14 (ſc. A. D. MCLXXV) praefuit. At ſi iſte Bartholomaeus obiiſſet anno MCLXXV, ut hic innuitur, quomodo potuit librum ſuum dedicare Baldwyno, qui ante annum MCLXXXI (ut in illius vita habetur) Wigornienſis non fuit epiſcopus? Praeterea iſte Bartholomaeus epiſcopus fuit ſynchronius S. Hugonis, epiſc. Lincoln. et in *Vita* S. Hugonis, lib. v. cap. 8. diſerta fit mentio iſtius Bartholomaei, epiſc. Exon. S. Hugonis familiaris et noti, qui non ante annum MCLXXXVI factus eſt epiſc. Linc. A. Wood. Mſ. Godw. "Barthol. [Iſcanus] Exonienſis epiſcopus, vir ſenex et fa-"cundus, hoc tempore (MCLXXXII) ſcribit." Gual. Mahap. *De nugis curialium.* [c] Extant ad Bartholomaeum Johannis Saliſburienſis, epiſcop. Carnotenſis, epiſtolae laudibus ejus refertae. Pitſ. [d] Lib. i. "Omnis fides "catholica tendit." Juxta Pitſeum rectius ita: "Quamvis "fides catholica prima ſit." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 6. 14. [e] Lib. ii. Primus, De poenis temporalibus et ſatisfactionibus. Secundus, De poenitentia injungenda. Mſ. Cotton. Fauſt. A. viii. 1. *Poenitentiale magiſtri Baldwini, Cant. archiepiſc. et Bartholomaei, Exon. epiſcopi.* Pr. "Nun-"quam nimis docetur aut ſcitur." Mſ. Lambeth. 235. fol. Mſ. coll. S. Joh. Oxon. 3. A. 3. et 10. Hic liber dicitur *Poenitentiale ſeu paſtorale in Matr. Petriburg.* S. . . . . . . Praeter opuſcula a Lelando notata, ſcripſit ſecundum Baleum, iii. 24. et Pitſeum, p. 249. ſeq. *Sermones eruditos*, lib. i. "Tollite jugum meum ſuper vos." *In obitum S. Thomae archiepiſc.* lib. i. "Secundum multitudinem dolorum." *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. *Contra falſitatis errorem*, lib. i. *De mundo et corporibus coeleſtibus*, lib. i. Aſt hic liber etiam Bartholomaeo Glanvil aſcribitur. *De fatalitate et fato*, ad Baldwynum epiſcopum Wigorn. lib. i. Mſ. in bibl. C. C. C. Oxon. A. Wood. Mſ. Pitſ. *Caſus Bartholomaei Oxon.* Mſ. olim in eccl. Paul. Dugdal. p. 282. [f] Obiit MCLXXXIV. Exceſtriae ſepultus. Bale Mſ. Glynn. Et *Annal.* *Theok.* A. MCLXXXVI. *Annal. Winton.*

BARTHOREUS [JOHANNES] alias BORTHINK. Poſt decennale exilium, ſcripſit ad regem Edwardum vi Latine, *Refutationem* xii *articulorum, propter quos cardinalis Scot. in eum mortis tulerat ſententiam.* Pr. "Non exiſtimes, rex chariſſime, quod praeceps quaedam." Mſ. Norwic. More. 204. Liber regi oblatus. Quaere an hic fuerit dom. Johannes Borthwik, alias captain Borthwik, de quo Fox. i. edit. p. 574. Knox. Hollinſh. *Hiſt.* et Spottiſwood. p. 70. quod fuerit praepoſitus Lithgovienſis, et citatus ad comparendum coram archiepiſcopo Santandreano, menſe Majo A. MDXL, ſuper articulis haereſin continentibus. Ipſe non comparens pro haeretico

haeretico judicatus, et in effigie combustus fuit Maii 28. Fuga in Angliam vitam servavit, et a rege Henrico viii gratiose susceptus, ad principes protestantes Germaniae missus fuit.

BARTON [JOHANNES] forte cancellarius Oxoniensis. Scripsit *Symbolum fidei catholicae ex causa* (sc. contra Wiclevum) *quartum*. Pr. "Credo in Deum, etc. Credo etiam cum fide apo-" "stolorum." Mf. bibl. Bodl. NE. B. 2. 14. pag. 32, 33. Est hoc symbolum apostolicum cum articulis contra Wiclevum adjunctis hac cum subscriptione. "Sic dicit Dei omniumque servorum" "Dei servus, utinam bonus et fidelis simplex Johannes Barton medicus." Mf. Twyne A. 235. *De additionibus, sive de certis articulis additis Symbolo apostolorum*, viz. *Eucharistia, et extrema unctione*, etc. per Joh. Barton medicum. Mf. bibl. Bodl. NE. E. 4, 5. Hic codex finitur iisdem, quibus prior, verbis. Stow. p. 372. Joh. Barton armiger, sepultus erat in ecclesia S. Martini juxta Ludgate, MCCCCXXXIX.

S. BARVITUS Scotus, S. Brandani discipulus et peregrinationum comes, scripsit *De Brandani rebus*, lib. i. In collegio Lincoln Oxon. extat Mf. antiqu. *De Vita et miraculis S. Brandani*. Pr. "S. Brandanus filius Finlocha." Ejusdem pr. et arg. cod. antiqu. in bibl. Bodl. Laud. E. 90. Claruit anno DCLVIII. Colitur die 5 Januar. Dempster. ii. 156.

BARWICK [a] [JOANNES] sive BERVICANUS synchronius fuit Gulielmi Ochami, cujus et vestigiis studiose [b] inhaerebat, eo quo Isis, fluvius famosissimus, loco vadum patitur. Collaudat eruditorum *Index* Franciscanorum ejus *In Longobardum elucubrationes* [c]. Scripsit insuper libellum *De formis* [d]. Haec ego nunc alio properans, veluti in transcursu, attigi, ne lector aliquis iniquior tacentem me vel oblivionis, vel ignorantiae aliquando arguat [e]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Barwick, quem Brenlanlium, sed corrupte, plures vocant. Bal. Hinc Pitseus fingit quendam Brenlanlium Britannum astrologum, a Johanne Barwic diversum, p. 443. Fuit noster ordinis Franciscani frater, et in eorum schola Oxon. praelector publicus. Bale. Pitf. [b] *Franciscanus etiam*, addit Mf. Lel. Trin. [c] Quas edidit, lib. iv. Mf. ibid. A Pico Mirandulano comite, lib. xii. adversus astrologos laudatur. [d] Scripsit praeterea secundum Baleum et Pitseum, *Ordinarias quaestiones*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. *Super astrologorum prognosticis*, lib. i. [e] Claruit ann. D. MCCCXXX. Add. Bal. Mf. Trin. MCCCXL. Bal. v. 43. Pitf. p. 439.

BASSANTYN [JACOBUS] Scotus omnes sui saeculi mathematicos longe post se reliquit; in Galliis et Germaniis bonas artes et didicit et docuit. Scripsit *Super astrologia ingens volumen* ter editum Latine et Gallice. *Super mathematica genethliaca*, lib. i. *Arithmetica*, lib. i. *Musica secundum Platonicos*, lib. i. *De mathesi in genere*, lib. i. Floruit A. MDLXIV. Dempster. i. 198.

BASSETTUS [JOHANNES] historicus Anglus, teste Edw. Hallo, inter alia scripsit Anglice *Chronicorum*, lib. i. Aliorum operum tituli, uti et tempus, quo claruit hic autor, in oblivionem venerunt. Pitf. *App.* 868. Bale Ipsw. f. 254. Johannes Basset, vicarius de Gedeney, unus generalium atturnatorum domini regis, i. Ric. ii. MCCCLXXVIII. Rymer, *Foeder*. vii. 199.

BASSETUS [PETRUS] clari generis armiger, et Henrico v Anglorum regi a cubiculis; eorum omnium testis oculatissimus fuit, quae idem rex magnificus tam apud Anglos quam etiam in Galliis olim fecit. Scripsit *Acta regis Henrici* v. lib. i. Anglice. *De actis armorum et conquestus regni Franciae, ducatus Normanniae, ducatus Alenconiae, ducatus Andegaviae et Cenomanniae*, etc. ad nobilem virum Johannem Falstof baronem de Cyllyequotem per Petrum Basset. Mf. in bibl. offic. armorum, Lond. Claruit anno MCCCCXXX. Bal. vii. 80. Pitf. p. 615.

BASTON [a] [ROBERTUS] sive BASSODUNUS, Carmelita Scaroburgensis coenobii, in orientali Brigantum litore siti, scripsit [b] *De bello Strivelino*, carmine parum erudito, in gratiam Eadveardi regis; et postea a Scottis captus [c], illorum cecinit victoriam [d]. Habuit, ut quidam volunt, Philippum [e] fratrem sed germanum, Carmelitam quoque, in ditione Snotingamensi natum, olimque in Isidis Vado educatum. Scripsit [f] Snotenhami degens librum *Epistolarum* [g]. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Baston, patria Eboracensis, acad. Oxon. alumnus, prior Scarburgensis. Vide Hector. Boeth. L. 14. Major. v. 3. [b] Scripsit Robertus *De Strivelinensi obsidione*, lib. i. "De planctu ludo metrum cum carmine nudo." Extant Mf. in cap. 23. lib. xii. *Scotichronici* penes Edw. Stillingfleet. *Metra Carmelitae Bastonnae* (in laudem R. Roberti Brus) *quae quo redemptione sua componere coactus est*. Pr. "De planctu ludo," etc. Vide Hollingsh. vol. ii. 220. *De altero Scotorum bello*, lib. i. "Me cordis angustia cogit" "mira fari." Mf. Cotton. Titus. A. xx. f. 68. *De Scotiae guerris variis*, lib. i. "Ludere volentibus, ludo paro lyram." Mf. ibid. f. 6. et Mf. Claudius D. vi. f. 182. *De variis mundi statibus, contra papam, cardinales*, etc. lib. i. "Totum regnat saeculum papae potestas." Mf. Cotton. Titus. A. xx. 38. *De sacerdotum luxuriis*, lib. i. "Scri-" "bere decrevi, qui ludum fingere." *Contra artistas*, rhithmice (Add. Bal. Mf. Trin.) "Meum est propositum" "gentis imperitae." Mf. Cotton. Titus. A. xx. 7. *Disputationem inter divitem et Lazarum*, lib. i. "Paupertate" "melior est argenti marca." Mf. Ibidem. 8. *Poëmata et rhythmos*, lib. i. *Tragoedias* [*et comoedias*, add. Bal. Mf. Trin.] *vulgares*, lib. i. *De Anglorum strage ac Gloverniae comitis occisione*, lib. i. Addit. Bal. Mf. Trin. Extat etiam Roberti Bastoni *Exhortatio ad Anglos*. Pr. "Cantica lae-" "titiae mundi flos Anglia premat." Mf. Cotton. Titus. A. xx. 29. [c] Captus erat a Scotis MCCCXIV. Addit. Bal. Mf. Trin. [d] Claruit anno MCCCX, et Nottinghamiae demum sepultus est. Bal. iv. 92. Pitf. p. 399. Fr. Rob. Baston ordinis Carmelit. admissus est ad audiend. confessiones infra dioecesin Lincoln. MCCCXVIII. Ita *Regist.* Mem. Dalderby f. 375. [e] Philippus Baston (Bale) Boston (Pitf.) In Mf. Trin. *sed* deest ante Germanum. [f] Scripsit *Epistolarum*, lib. i. "Venerabili coetui magi-" "strorum." *Conciones* quoque, lib. i. Hos libros Roberto etiam tribuunt Bale et Pitf. ambos confundentes. Claruit anno MCCCXX. et Nottinghamiae obiit. Bal. x. 8. Pitf. p. 411. Fr. Phil. de Baston, ordinis Carmelit. occurrit ordinatus diaconus 14 cal. Junii, presbyter 10 cal. Oct. MCCXCVI. in *Regist.* ordin. Oliv. Sutton, episcopi Lincoln. [g] "Roberti mentionem faciunt fere omnes Scotorum" "historici," addit Mf. Lel. Trin.

BATECUMBE [GULIELMUS] five BADECOMUS [a] juvenis philofophiae [b] ftrenuam quidem adhibebat operam. At in mathefi ftudiorum primas pofuit partes : cui quantum accurata contulerit ille diligentia, malo curiofus lector ex libris ab eo feliciter concinnatis, quam ex mea edifcat oratione. Scripfit enim libellum titulo *Conclufionis operationis aftrolabii.* Edidit praeterea opufcula *De fphaera folida*, et *Conclufiones fophiae* [c]. Ex *Lelando.*

[a] Batecumbe, Bal. et Pitf. alias Badcovus Mf. Lel. Trin.
[b] Oxonii ftrenuam Bal. ex Lel. Fuit illi, ut ego conjecturam facio, magna cum regni primatibus familiaritas. Bal.
[c] " Et alia." Mf. Lel. Trin. addit. Praeter libros a Lelando recitatos fcripfit *De fphaera concava*, lib. i. *De ejufdem fabrica et ufu*, lib. i. " Per patris ingeniti gratiam." Hunc vidit olim Baleus in mufeo doct. Rob. Recordi. De aetate Guilielmi dubitat Baleus ; Pitfeus autem ad an. MCCCCXX refert. In *Regiftro* Alcock, epifc. Elienfis. p. 15. Vicaria S. Trinit. Cantabr. vacabat per mortem mag. Will. Bathecumb. ultimi vicarii 10 Nov. MCCCCLXXXVII.

BATEMAN [GULIELMUS] five de NORTHWICO. Scripfit *Lecturam in Ifaiam.* Mf. in bibl. ecclef. cathed. Cantuar. 66. Quidam Gulielmus Bateman alias de Northwico dictus, fuit archidiaconus Norwicenfis anno MCCCXXXIX. Mf. Afhmol. 794. fol. 83. Domini papae capellanus, et S. palatii caufarum auditor provifus in decanum Lincoln. A. MCCCXL. *Regift.* dec. et cap. Lincoln. De quo Laurentius Prior in *Vita* hujus Will. Bateman epifcopi Norwicen. " Willelmus " Bateman alias de Norwico dictus, duxit originem ex utroque parente de probatiffimis et hone- " ftiffimis civibus Norwici, ab ineunte aetate femper docilis et ingeniofus, — in primitivis fcientiis " imbutus ad jura civilia fe tranftulit—attingens aetatis annum tricefimum ftatum obtinuit docto- " ratus, et ftudii excellentia honorem confcendit cathedralem—ubi legendo, difputando et determi- " nando fic effulfit fingularis—ut ad archidiaconatus Norwicenfis dignitatem laudabiliter vocaretur, " qui factus archidiaconus, ne otio vacaret, ad curiam Romanam fe tranftulit, ubi plenitudinem " fcientiae inveniret—ubi fic in brevi tam converfationis puritate, quam fcientia praecellenti fum- " mo pontifici, et toti curiae Romanae in tanto favore complacuit, quod in auditorem facri palatii " eft fublimatus." Extant *Injunctiones* XXVIII *datae priori et monachis ecclefiae cathedr. Norwicenfis per Will. Bateman epifcopum* 5 Maii. MCCCXLVII. Mf. in collegio Corp. Chr. Cantabr. 9—6. " Declaratio conftitutionis fynodalis dom. Walteri de Suthfeld, Norwicenfis epifcopi, de libera dif- " pofitione primorum fructuum per curatos, per dom. W. Bateman, epifc. Norwicenfem fuper " quadam confultatione fibi facta per vicarium de Myldenhale." Extat in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 709. Obiit 6 Januar. MCCCLIV. Whart. *A. S.* vol. i. 414. feq.

S. BATHENUS, S. Columbae focius et fucceffor in abbatia Huenfi. Vid. *Vitam* S. Columbae per Adamnanum lib. i. c. 2. Scripfiffe fertur *Acta Columbae magiftri*, lib. i. *De monafticae vitae laude*, lib. iii. *Enchiridion precum*, lib. i. Claruit anno DCVI. Colitur 5 Junii. Dempfter. ii. 123.

BATMAN [STEPHANUS] patria Somerfetenfis, apud Brutoniam natus, ibique in libera fchola in tyrociniis humaniorum literarum inftitutus. In academia Cantabrigienfi ftudiis philofophicis et theologicis incubuit, et famam eruditi ac vere divini praedicatoris acquifivit. Fuit Matthaeo Parkero arch. Cantuar. a facris domefticis, et rector ecclefiae de Meftham in Surria anno MDLXXIV. (Mf. Battely ex *Reg.* Cantuar.) Deinde S. theologiae doctor et Henrico domino Hunfdon a facris domefticis anno MDLXXXII. Inter hiftoricos Anglos enumeratur a Fr. Thin. juxta Holinfh. iii. MDLXXXIX. Ipfe in libro *The Doom* p. 400. afferit fe in quadriennii fpatio 6700 libros in ufum archiepifcopi Cantuar. collegiffe. (Strype in *Vita Parker*. p. 528.) Tranftulit in fermonem vernaculum, et auxit *Bartholomaeum Anglicum de proprietatibus rerum.* Pr. ded. Domino Hunfdon. " The prudent and wife king." Lond. MDLXXXII. fol. Ex epigrammatibus ad finem conftat, hunc Bartholomaeum tranflatum fuiffe in Anglicum A. D. MCCCXLVII ; quae verfio typis mandata fuit primo A. D. MCCCCLXXI. dein per Tho. Berthlet anno MDXXXV ; et tandem limata et aucta per hunc Steph. Batman. Scripfit *The Doom, warning all men to judgment. Wherein are contained for the moft part all the ftrange prodigies happened in the world, with divers fecret figures of revelation, gathered in the manner of a generall chronicle out of approved authors by Steph. Batman profeffor in divinity.* Pr. ded. Domino Thomae Bromley militi. " Whereas right honourable, all things." Lond. MDLXXXI. 4to. Liber hic videtur effe tranflatio Lycofthenis *De prodigiis et oftentis* ; cum additamentis ex Angliae chronicis. *A Chriftian glafs of Chriftian reformation, wherein the godly may behold the coloured abufes ufed in this our prefent time.* Pr. pr. " Geving thee to underftand, " Chriftian reader." Lond. MDLXIX. 4to. *Joyfull news out of Helvetia from Theophraftus Paracelfus, declaring the ruinate fall of the papal dignitie* ; *alfo a Treatife againft ufury.* Lond. MDLXXV. 8vo. *A Preface before John Rogers difplaying of the family of Love.* . . MDLXXIX. 8vo. *Of the arrival of the three Graces into England, lamenting the abufes of this prefent age.* . Lond. . . . 4to. *Golden book of the leaden gods.* Lond. MDLXXVII. 4to. *Notes to Leland's Affertio Arthuri, tranflated by Rich. Robinfon.* Lond. MD. . . Obiit A. D. MDLXXXIV. Fr. Thin. ad finem Hollinfh. iii. MDLXXXIX.

BATMANSON [JOHANNES] Vir multa pietatis et eruditionis laude clarus, monachus Carthufienfis fuit in coenobio Londinenfi, cujus tandem prior electus fuit. Prior erat domus de Henton (juxta Mf. Norwic. More 744.) ordinis Carthufianorum in comitatu Somerfet. 15 Henr. viii. Oxonii aliquod temporis in ftudio theologiae pofuit ; et hortatu Edwardi Lee, poftea archiepifcopi Ebor. cui perquam charus erat, fcripfit *De unica Magdalena contra Fabrum Stapulenfem*, lib. i. *Contra Erafmi annotationes in N. T.* lib. i. *Revocationem ejufdem operis*, lib. i. *Contra quaedam*

fcripta

ſcripta Lutheri, lib. i. *Palinodiam ejuſdem operis*, lib. i. *In Proverbia Salomonis*, lib. i. *In Cantica canticorum*, lib. i. *Inſtructiones novitiorum*, lib. i. *De contemptu mundi*, lib. i. *De Chriſto duodenni*, hom. i. "Cum factus eſſet annorum xii." *Super miſſus eſt*, hom. i. Obiit 16 Nov. MDXXXI Londini, et in capella ſua Carthuſianorum humatus eſt. Bal. ix. 14. xi. 95. Pitſ. 710. Theod. Petreius in *Bibl. Cartuſ.* edit. Col. MDCIX. p. 157. *Athen. Oxon.* i. 27.

BATTERLEIUS [JOHANNES] Dominicanus, archiepiſcopus Tuamenſis, claruit anno MCCCCXXX. Hunc Baleus et Pitſeus inter ſcriptores ſuos recenſent, ſed opera periiſſe innuunt. Bal. xiii. 93. Pitſ. *App.* 868. War. p. 130.

BATUS [JOANNES] [a] Carmelitis Eboracum incolentibus aliquando praefuit: ut autem praeeſſet, haec in cauſa fuerunt. Natus inter Tranſabrinos, et Eboraci religioſe educatus, totum ad eruditas artes animum adjecit; nec defuerunt, qui ſua ſponte currentem incitarent: quorum etiam tandem opera curatum eſt, ut vel inter Iſiacos bonis autoribus legendis libere operam daret. Non ille certe ſuorum opinioni de ſe conceptae male reſpondebat: nam exacto in ſtudiis juſto temporis ſpatio, evaſit non modo in clarum philoſophum, verum etiam theologum; quo utroque nomine titulos erudito viro plane dignos, non ſine totius academiae ſuffragio, accepit. Tum praeterea, ne immerito hujuſmodi accepiſſe inſignia videretur, voluit doctrinam ſuam vel editis libellis teſtatiſſimam facere. Lubet itaque inſcriptiones ejus operum in medium adferre. Commentatus eſt *De conſtructione partium*, lib. i. *Super univerſalia*, lib. 1. [b] *Super praedicamenta*, lib. 3. [c] *In ſex principia*, lib. 1. [d] *De anima*, lib. i. [e] *Praefationem in Bibliam* [f]. *De aſſumptione Virginis* [g]. *Sacrarum concionum* lib. 1. [h] Viderant haec primates Carmelitici ordinis: viderant et eadem collegae ſui, cum quibus Eboraci adoleſcens convixerat. Quare utriſque viſus eſt Batus maxime dignus, qui collegio, in quo a teneris educatus fuit, praeeſſet. Quid multis moror? provinciam ſibi oblatam accepit; acceptam rectiſſime gubernavit; ac poſtremo, violento gravatus morbo, ibidem occubuit circa primos annos imperii Henrici ſexti [i]. Hic ego, alio feſtinans, paene praeterieram, quod vel maxime in Bati laudem dictum eſſe oportuit: erat enim Graecae linguae ſtudioſus, in qua pedem utcunque promoverat. Ex *Lelando.*

[a] Fr. Joh. Bate ord. Carmel. Lond. ordinatus ſubdiac. Martii 30, diaconus 25 Maii MCCCCXV. *Reg.* Clifford. epiſc. Lond. [b] Lib. i. "Pro notitia univerſalium in libro." [in linea praedicamentali contentorum] Mſ. Bal. Sloan. [c] "Circa libros praedicamentorum Ariſt." [d] Iſte liber intitulatur *Sex principia*. Mſ. Bal. Sloan. addit Gilberti Porretani. "[e] Quaeritur utrum intellectus agens." [f] Hanc non agnoſcunt Bal. et Pitſ. ſed habent *Pro introitu ad* iv *libros ſententiarum*, lib. i. "Praenobilis arbiter aulae "caeleſtis." Loco *praefationis in Bibliam*, *Epit.* Leland. Mſ. habet *Encomium theologiae*, lib. i. *Sermones* iv, Mſ. Bal. Sloan. *Commentaria in Bibliam*, Mſ. Ibid. [g] Lib. i. [h] *Per annum*, lib. i. "Non vituperetur miniſterium." Scripſit praeterea ſecundum Baleum et Pitſeum, *Actus ordinarios*, lib. i. "Helias proficiſcens in Damaſcum." *Encomium* [*In laudem*, Mſ. Bal. Sloan.] *theologiae*, lib. i. "Mirabilis facta eſt ſcientia tua." *Replicationes argumentorum*, lib. i. "Vitis coeli florida, in regali." *Compendium logices*, lib. i. "Quia de dictis in logica." *Ad clerum Oxonienſem*, lib. i. "Cooperatores ſimus veritatis." *Collationes ſynodales*, lib. i. *Determinationes*, lib. i. Scripſit etiam *Pro introitu ſuo ad Bibliam*. Mſ. Bal. Sloan. *In praedicabilia Porphyrii*, lib. i. Ibid. 119. *Varia in carmine*, Ibid. [i] Sc. vii cal. Febr. anno MCCCCXXIX. Quibus Leland. *Epit.* Mſ. addit *Eboraci*. Bal. vii. 79. Pitſ. p. 613. 614.

BAVANDE [GULIELMUS] in hoſpitio Medii Templi legibus municipalibus operam dedit; tranſtulit in ſermonem vernaculum *Ferrarium Montanum de recta reipubl. adminiſtratione*, lib. ix. Pr. ded. reginae Elizabethae "That elect veſſel and bleſſed." dat. Middle Temple 20 Dec. MDLIX. Lond. MDLIX. 4to. *Athen. Oxon.* i. 130. Jaſper Heywood in praefat. ad ſuam tranſlationem tragoediae Senecae *Thyeſtes*, Lond. MDLX ſic de hoc libro:

"There BAVANDE bides, that turned his toil
"A common wealth to frame,
"And greater grace in Engliſh gives
"To worthy authors name."

BAUDE [HENRICUS] tranſtulit ex Hebraeo in Latinum *Librum de mundo vel ſaeculo*, A. D. MCCLXXXI. Mſ. bibl. Bodl. Digby 161.

BAXTER [NATHANAEL] verbi Dei miniſter et artium magiſter inſtitutus in vicariam de Redburn. dioec. Lond. 19 Jul. MDLXXVII ad praeſentationem dom. Nicolai Bacon, cuſtodis magni ſigilli Angliae, quae vacabat per ejus ceſſionem 25 Novemb. MDLXXXIX. Idem S. theol. profeſſor inſtitutus 2 Jul. MDLXXXVIII ad rectoriam S. Margaretae Lothbury Lond. ad praeſent. dom. reginae, Newc. i. 401. Idem inſtitutus 19 Aug. MDXC in rectoriam S. Aegidii London. quae vacabat per ejus reſignationem 24 Dec. MDXCI. Newc. i. 613. Colceſtrenſem verbi Dei miniſtrum A. MDLXXXV vult A. Wood. *Cat.* i. 172. ita etiam in tit. libri in *P. Rami dialecticam*. Scripſit *Medicamentum animae peccantis*, etc. Angl. Lond. MDLXXVII. 8vo. ded. Dom. Joh. Brocket de Brocket Hall in com. Hert. ubi tunc auctor degebat. A. Wood. *Cat.* i. 172. *Quaeſtiones et reſponſa in P. Rami dialecticam*. Pr. ded. Fulconi Grivel et Edv. Mountague armigeris. "Multos "et Chriſti et Chriſtiani nominis;" dat. Londini. Lond. MDLXXXV. 8vo. A. Wood. *Cat.* iv. 80. Tranſtulit in Anglicum ſermonem *Jo. Calvini lecturas in Jonam*, Lond. MDLXXX. 4to. *Marlorati in duas ultimas S. Johannis epiſtolas expoſitionem*. Ibid. A. Wood. *Cat.* iv. 58.

BAYARDUS [NICOLAUS] vel BYARTUS frater Dominicanus (Mſ. Bal. Sloan. eum Carmelitam vocat in conventu Bruxellenſi) ſtudiis Oxoniae invigilavit, ubi tandem S. theol. doctor

 evaſit.

evasit. Scripsit *Distinctiones theologiae*, alphabetice, lib. i. "Absconditur malum a diabolo." Ms. in bibl. Bodl. NE. F. 2. 8. In bibl. Merton. P. iv. 3. N. vi. 1. Et Cantabr. in aula Pembroch. Ms. 105. 4. *Sermones de tempore*, lib. i. "Praeparate corda vestra Domino." *Sermones quadragesimales*, lib. i. "Abjiciamus opera tenebrarum." *Sermones de sanctis*, lib. i. *Sermones de festis hyemalibus*, Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 94. *Placita theologica*, lib. i. *Lectiones varias*, lib. i. Claruit A. MCCCCCX. Bal. vii. 52. Pits. p. 588.

BAYNES [RADULPHUS] patria Eboracensis (Thoresbaeus in *Ducatu Leodiensi*, p. 106. eum e familia Baynesia de Knowstrop prope Leodium natum vult) in collegio D. Johannis Cantabrig. in studiis philosophicis et theologicis praeclare institutus, per gradus academicos ad cathedram theologicam ascendit, et Hebraicae linguae restaurator egregius inclaruit. In Galliam postea trajecit, ubi a Francisco i. rege Hebraicae linguae professor regius in academia Parisiensi nominatus. Scripsit *Prima rudimenta in linguam Hebraicam*. Pr. "Quemadmodum in prolixis et." Paris. MDL. 4to. *Compendium* Michlol, *hoc est, absolutissimae grammatices Davidis Chimhi*, lib. iii. Pr. pr. "Non "potest dicere caput pedibus." Paris. MDLIV. 4to. *Comment. in proverbia Salomonis*, lib. iii. ad Henr. ii. (Franciscum i. Fuller, *Eccl. Hist.* viii. 20.) "Praeclarum magnis principibus." Paris. MDLV. f. Tempore reginae Mariae revocatus, A. MDLIV episcopus Lichfeldensis creatus est: quo munere ab Elizabetha cum episcopo Londinensi pulsus A. MDLIX fuit unus ex partibus pontificiorum disputantium (Strype, *Elizab.* 88. 145.) Eodem anno fatis concessit, et in ecclesia S. Dunstani London. tumulatus jacet. Juxta Whart. *A. S.* tom. i. 458, Islingtoniae juxta London. decedens ibidem sepultus est. Bal. ix. 78. Pits. p. 759. Godw. p. 380.

BAYNTON [ANDREAS] armiger (eques Wiltoniensis aetat. 35. MDLI. Fox. 1 edit. 816.) aulicus in curia Henrici viii, cujus jussu dom. Henricum Knyvet, legatum ad Caesaream majestatem (xi annos ante concilium Ratisbonense) comitatus est. Fox. 1786. A Joanne Palsgravio linguae Gallicae cognitionem accepit, sub quo condiscipulos habuit juvenes nobiles dom. Tho. Hawarde, dom. Geralde, magistrum Carolum Blunt, ad quos scripsit Anglice, Epistolam in laudem libri per Palsgravium editi, cui titulus *L'esclaircissement de la langue Francoyse.* Princ. "Where as I "perceyve by your right loving." praefix. libro Palsgravii edito Lond. MDXXX. fol. Claruit anno MDXXX.

BEAL [ROBERTUS] sive BELUS Anglus juris civilis et canonici peritissimus; varias Europae partes perlustravit, et exul fuit tempore reginae Mariae (uti in *Praef. Hisp. script.*) secretarius Francisci Walsinghami legati ad regem Franciae MDLXXI. (Diggs, *Compl. Embass.* p. 31. 50. etc.) Ipse ad principem Aurasiacorum legatus fuit missus A. MDLXXVI. (Ms. Harl. xxxiii. C. 9.) Multum favit Puritanis (Vide Heylin, *Hist. Presb.* 304. Fuller, *Ch. Hist.* ix. 145. 149. ubi librum ad defendend. dogmata Puritanorum scripsisse videtur.) Scripsit doctissimum tractatum circa A. MDLXIV. *Pro validitate matrimonii inter comitem Hertfordiae et dominam Catherinam Gray contra sententiam* D D. *regiorum delegatorum*. Pr. "Species, Sempronius N. Nobilis sui juris." Ms. Norwic. More 227. Autogr. Contra hanc sententiam etiam scripsere doctores camerae imperialis Spirensis, et doctores facultat. Paris. (Bealo eos adeunte et consulente) Ms. ibid. *Discourse concerning the Parisian massacre by way of letter to the lord Burghley*, Ms. Cotton. Titus, F. 3. Strype in *Vita Parker.* p. 357. *Rerum Hispanicarum scriptores* ex bibl. Roberti Beli Angli reginae secretarii, 2 tomis. Francof. MDLXXIX. fol. Claruit A. MDC, quo tempore unus erat clericorum sacri concilii secretarius concilii Eborac. et unus commissionariorum ad tractatum pacis cum regis Hispaniae legatis Boloniae, Ms. Norwic. More 562. Obiit A. D. MDCI, et sepultus est in ecclesia Omn. Sanct. juxta murum. Fuller, *Ch. Hist.* ix. 150. Stow, *London.* p. 183. Vide Atkins, *Glocest.* 418.

S. BEANUS Meurthlacensis in Scotia primus episcopus, quae sedes Aberdoniam postea translata. Scripsit *Documenta fidei*, lib. i. *Evangelii narrationes*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Claruit anno MXL. Dempster. ii. 124.

BEARE [GULIELMUS] inter historicos Anglos enumeratur in fragmento edito a Tho. Hearne in *Append. ad Hemingium*, p. 645.

BEARTLOCKUS [JOHANNES] patria Cantianus (juxta Roffam natus, A. Wood. Ms.) In collegio D. Johannis Oxon. A. MCCCLXV magister artium admissus, postea collegii Exoniensis socius fuit electus; delineandi peritia celebris, urbem Roffensem adumbravit. Cui addere licet picturas omnium collegiorum et aularum Oxoniensium calamo suo delineatas in libro, quem Th. Nelus reginae Elizabethae dedit Oxoniae mense Sept. A. MDLXV. Scripsit Latine *Commentarios, sive ephemeras actiones rerum illustrium Oxoniae gestarum in adventu serenissimae principis Elizabethae* MDLXV. (A. Wood MDLXVI.) Pr. "Die ultimo Augusti, quo nullum possumus." Ms. penes doct. Rivers socium coll. Omn. anim. Oxon.

BEATRIX, Lacockiensis abbatissa: scripsit *Elogium foeminae nobilissimae Elae comitissae de Warwick.* Ms. Cotton. Tiberius B. xiii. 5.

BEAUCHAME [LUDOVICUS] transtulit in Anglicum *Melancthoni defensionem nuptiarum presbyterorum.* Pr. "Many princely men profess." Lipsiae, MDXLI. 8vo.

BEC [JOHANNES] scripsit *Quaestiones*, Ms. olim in bibl. Sion. Monast.

BECHER [HENRICUS] vicarius de Maghfeld infra jurisdictionem de South Mallyng A. MDLXIII, doctus in Christi mysteriis. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. v. Transtulit in Anglicum sermonem, et longa praefatione ornavit, contra nuperos Pelagianos, sc. Henr. Hart et alios in Cantia, Essexia,

Essexia, London. etc. *S. Ambrosium de vocatione gentium*, lib. ii. Pr. pr. " Here hast thou " most." Pr. lib. " There hath bene of late season." Lond. MDLXI. 8vo. In praefatione plurima sunt de hac haeresi multas provincias Angliae tempore Henr. viii et Mariae reginae infestanti.

BECK [ANTONIUS] episcopus Dunelmensis fuit regnante Edwardo ejus appellationis ab adventu Gulielmi magni in Angliam primo. Electus est in patriarcham Hierosolymitanum anno Christi MCCCV, et a Clemente v Rom. pontifice confirmatus. Splendidus erat supra quam decebat episcopum. Construxit castrum Achelandae, quatuor passuum millibus a Dunelmo in ripa Windugleffi fluvioli. Eltelshamum etiam vicinum Grenovico ac Somaridunum castellum Lindianae provinciae aedificiis illustria reddidit. Denique et palatium Londini erexit, quod nunc Edwardi principis est. Tandem ex splendore nimio et potentia conflavit sibi apud nobilitatem ingentem invidiam, quam vivens nunquam extinguere potuit. Sed de Antonio et ejus scriptis fusius in opere, cui titulus *De pontificibus Britannicis*, dicemus; nam illorum res gestas magna cura exquisivi. Haec *Lelandus*. Obiit MCCCXI. 3 Martii. Wharton, *A. S.* tom. i. 745. Fuit hic Antonius praebendarius de Stainweges in eccl. Rippon. et archidiac. Dunelm. *Reg.* Wickwane archiep. Ebor. Cancellarius ecclesiae Lincoln. et praebendarius de Kettesey ibidem, collatus 2 non. Sept. MCCCXVI. *Reg.* Dalderby Lincoln. Praesentatus ad ecclesiam de Waynflet. 7 cal. Sept. MCCC. Ibid. In decanum eccl. Lincoln. electus MCCCXXIX. *Regist.* Lincoln. Rector ecclesiae de Wadenton 48 Hen. iii. praebendar. de Pontefracto. 51 Henr. iii. praebendar. in eccles. Dublin. 2 Edw. i. custos garderobae regis Edw. 2 Edw. i. custos turris London. 3 Edw. i. archidiac. Dunelm. 4 Edw. i. rector de Lampadannaur (Menev.) 5 Edw. i. Ex rot. patent. praebendarius S. Pancrasii London. Newcourt. i. 194. Quod dominus Ant. Beke et frater ejus Thomas potest inhabitare domos in parochia S. Johannis Bapt Oxon. (ubi situm collegium de Merton) per tres annos a festo S. Michael. 51 Henr. iii. Br. Twy. ◦✕◦ 571. ex Cart. Merton.

BECKE [EDMUNDUS] faceti ingenii homo, et exquisiti satis judicii, nobiliumque liberorum domini de Stafford institutor; opusculum edidit quod sua lingua vocabat *Table Talk*; Latine vero *Convivales sermones*, lib. i. Congessit praefationes et annotationes Bibliorum. *Biblia* Anglice *cum prologis et annotationibus Edm. Becki* extat apud Joh. Daium Lond. MDXLIX. fol. In prologis habentur Anglice, 1. *Kalendarium.* 2. *Exhortatio ad S. Scripturae studium.* Pr. " Christ unto " the people." 3. *Summa Veteris et Novi Testamenti.* Pr. " First the holy writings of." 4. *Dedicatio ad regem Edw.* vi. Pr. " After long travail, greate paynes." Pr. " Eftsoons, most noble " and puissant prince, one handsom." 5. *De regibus Judae et Hierosalem.* Pr. " David reigned " over Israel." 6. *Index Biblicus.* Pr. " As the bees diligently do gather." In libro bibl. Norwicensis More, impresso per Jo. Daium et Gul. Seres, deest nomen Edm. Becke in titulo. Habet in dorso tituli *Calendarium pro* xxix *annis.* Et post *Indicem Biblicum* habet supputationem annorum ab Ada ad Christum per Edm. Becke. Pr. " From Adam unto Noa's flood." *Prologum de usu Scripturae.* Pr. " Though a man had a precious." *Registrum celebrium nominum in V. et N. Testamento.* In alio exemplari editionis A. D. MDLI. fol. datur, 1. *Kalendarium.* 2. *Dedicatio regi Edwardo* vi. 3. *Tabula.* 4. *Explicatio vocum difficiliorum.* 5. *Summa V. et N. Testamenti.* 6. *Supputatio annorum.* Et annotationes fini cujuslibet capitis adduntur in hac editione. Transtulit in sermonem Anglicum *Desiderii Erasmi Roterod. Dialogos duos.* (sc. inter Cannium et Polyphemum; et inter Beatum et Bonifacium.) Pr. " Lucius Ann. Seneca among." Impress. Cantuar. per Joh. Michel. 12mo. Hunc librum primitias studiorum vocat, lectoremque monet se alias versiones parare. *Erasmi proverbia* juxta modum Anglice illo tempore loquendi reddidit: et acriter calamum stringit adversus presbyteros et monachos. Claruit A. D. MDL. Bale par. post. p. 108.

BECKET [THOMAS] Londini natus, patre Gilberto, mercatore, clerico Londinensis vicecomitis juxta Stow, *Lond.* p. 86. matre natione Syra, primum a priore Mertonensi educatus, dein literis academicis Oxoniae, postea Lutetiae imbutus. Mox Theobaldi archiepiscopi impensis missus est Bononiam, ut aliquot annos in juris canonici studiis ibidem poneret. In patriam reversus Oxoniae juris canonici doctor creatus est. Primum beneficium sc. ecclesiam de Bratfield recepit ab abbate S. Albani A. MCLV. *Cron. de Walden.* Mf. Cotton. Titus. D. 20. Praedicti archiepiscopi opera archidiaconus Cantuariensis, praepositus Beverlacensis, rector de Bromfield et Montis S. Mariae, et praebendarius in ecclesiis Paulina et Lincoln. evasit. Postea regi a sacris, summus Angliae cancellarius, et tandem A. MCLXII archiepiscopus Cantuar. renunciatus. De quaestione inter theologos Paris. MCCXIX de sanctitate Thomae vid. Bulaei *Hist. Paris.* Sec. v. p. 99. Scripsit *Epistolas* 534. lib. i. Bal. ii. 100. *Epistolas* 722. lib. v. Pits. p. 238. Quae partim extant Mss. in bibl. Bodl. partim in collegio S. Bened. Cantabr. In Mf. Bodl. Laud. F. 14. extant 109 epistolae. In Mf. C. C. C. Cantabr. A. xi. *Farrago epistolarum* Tho. Becketi, archiep. Cantuar. Pr. pr. " Honor et gloria B. mart. Thomae lib. vi. In prologo citat Johannis Sarisbur. *Vitam* S. Thomae, scriptam tempore Willelmi nunc Rhemensis archiep. In Mf. Gresham 219. extant 376 epistolae in negotiis Thomae Becket. In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. dantur octo epistolae Tho. Becket. p. 441. seqq. *Epistolarum* lib. iv. a J. Sarisberiensi olim collecti et digesti, admixtis etiam quamplurimis aliorum ad Thomam epistolis, extant cum *Quadrilogo de vita Thomae Becket* (Lond. MCCCCXCV. 4to.) cura Christiani Lupi Bruxellis, MDCLXXXII. 4to. *Prophetiam.* Pr. " Whan " that I Thomas." Mf. coll. Univ. Oxon. N. 4. *Encomium rhithmicum ad V. Mariam.* Pr. " Gaude

" Gaude flore virginali." *Vita et proceſſus D. Thomae Becket.* Pariſ. MCCCCXCV. 4to. *De vera cauſa martyrii S. Thomae Cant. archiepiſcopi apologeticus et miracula ejuſdem* extant in tom. iv. Opp. Thomae Stapletoni. Occiſus eſt in eccleſia Cantuar. 29 Decemb. ſive 4 cal. Januar. anno MCLXX. [non MCLXXI. niſi annum, quod nonnulli faciunt hiſtorici, a nativitate Domini exordiaris.] Vide Mſ. Cotton Titus. D. xi. Bal. ii. 100. Pitſ. p. 238. Godw. p. 101. ſeq. Cave. p. 680, ſeq.

BECKINGTON [THOMAS] ſive BECCHENDUNUS[a] adeo accurate a Joanne Candelario laudatus eſt, ut nullus mea indigeat in hac parte diligentia. Quare, ne videar ſolem lucerna accendere, tantum in praeſentia, quae virtutem ejus literariam ſpectant, tractabo. Ab adoleſcentia ad maturos annos Iſiacas celebravit ſcholas. Aulicus deinde factus, ac Balneorum urbi epiſcopus deſignatus, ſic rem literariam fovit, juvit, auxit quoque, ut diceretur ſui temporis Mecaenas[b]. Sentit, ſentietque novum Iſiaci collegium ejus ſingularem erga literas amorem. Idem quoque ſentit Balneodunum. Quo tempore floruit, agebatur de jure haereditario Angli penes Galliam. Becchendunus Angli cauſam ratiſſimam eſſe volens, aperte, lucide, manifeſte jus ſui principis libello corroboravit edito, repudiata non ſine judicio lege Salica. Memini haec me legiſſe, quae et Becchenduni videntur referre calamum:

> Beckingtona mihi dedit ortum; Balnea, Fontes,
> Faſces.

Quin nunc omitto in praeſentia amplius ornare munus. Meminero Becchenduni pro ejus dignitate in libro *De pontificibus Britannicis*[c]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Beckington ſive Beckhampton, a loco natali apud Somerſetenſes cognominatus, in ſchola Wiccamica juxta Wintoniam literarum humaniorum feliciter jactis fundamentis, anno MCCCCVIII collegii Novi apud Oxonienſes ſocius electus fuit. Succeſſu temporis advocatus, et mox decanus curiae de arcubus, LL. doctor, et S. Leonardi prope Haſtings in dioec. Ciceſtrenſi et Suttonae-Courtney in comit. Bercherenſi rector conſtitutus erat. A. MCCCCXXIII. 18 Aug. praebendarius de Warthil in eccl. Ebor. et A. MCCCCXXIV. 19 Apr. de Bilton in eadem eccleſia, A. Wood. Mſ. C. 33. et de Cloſcomb in eccleſia Sarum. *Reg.* Chandler. Renunciatus fuit conſiliarius regis et unus nunciorum ad regem Franciae anno MCCCCXXXII. Rymer, *Foed.* tom. x. 530. Cancellarius Humfr. ducis Gloverniae et archidiac. Buckingamenſis. Whart. *Angl. Sacr.* i. 573. Et an. MCCCCXXXIII inferioris domus convocationis cleri prolocutor. Ibid. Vid. Mſ. Aſhmol. 789. A. MCCCCXXXV. 11 Febr. praebendarius de Bedwin in eccleſia Sarum. Hoſpitalis S. Catharinae London. praefectus, A. MCCCCXXXVIII. 10 Nov. collatus ad praebendam de Holbourn in eccleſia S. P. London. *Reg.* Gilbert. Praebendarius de Warmiſter in eccleſia Wellenſi admiſſus 21 April. MCCCCXXXIX. Eodem anno unus legatorum regiorum ad tractandum de marchiis Caliſiae, et de pace inter regem Henricum vi et Carolum regem Galliae. Deinde praebendarius de Dudlingcote in eccleſia Wellenſi anno MCCCCXLI. A. Wood. Mſ. C. 96. Principalis regni ſecretarius, unus nunciorum regis ad tractandum de nuptiis regis A. MCCCCXLII. Rymer. *Foed.* tom. xi. 7. Poſtea cuſtos privati ſigilli, et tandem 13 Octob. A. MCCCCXLIII epiſcopus Batho-Wellenſis conſecratus fuit. [b] De munificentia ejus pluſquam regia erga eccleſias, literatos, pauperes, etc. vide Godwinum, et *Hiſtor. ac Antiq. Oxon.* ii. 130. 151. 170. In Mſ. Aſhmol. 789. part. poſt. fol. 3. b. extat epiſtola Blondi Forolivienſis (cui auctor noſter Mecaenas fuit) gratias agens ei ob pannum, etc. ipſi miſſum: dat. Flor. MCCCCXLII. [c] Scripſit etiam *De jure regis Angliae ad Franciam*, lib. i. Opus collectum per Vener. P. Thomam B. et W. epiſcopum ex literis, allegationibus, concluſionibus, conventionibus, et tractatibus, nonnulliſque aliis negotiis et materiis concernentibus jus et titulum regis Angliae ad regnum et coronam Franciae. Mſ. bibl. Aſhmol. 1114. Item Mſ. in bibl. Stillingfl. ubi prima eſt *Epiſtola dom. P. Benedicti* xii *regi Edwardo*— Tractatus domini Balei *De ceſſionibus*, Mſ. Cotton. Tiber. B. 12. idem principium, ſed non eundem finem habet. *In epiſtolas Petri Bleſenſis*, lib. i. " Aaronem infra quaere, ubi epiſc." *Sermones aliquot*, lib. i. Mſ. Lambeth CCXI continet CXXXV epiſtolas partim regio nomine papae, etc. partim privatim. Prima eſt regis Henrici ad papam pro recommendat. Gul. Lindwood ad epiſcopatum Hereford. A. MCCCCXXXVIII. Ultima de viſitatione collegii Reg. Cantabrig. per Tho. Bekington. *Liber epiſtolarum*, etc. quem Whartonus vidit in bibl. Lambeth. videtur eſſe codex epiſtolarum, literarum, actuum, etc. tempore hujus Thomae ſcriptorum (fol. 198. continens) Mſ. Aſhmol. 789. De auctoris noſtri inſigni eruditione et ſcriptis ſequentia recenſet Whart. *A. S.* vol. i. p. 573. " Incredibilis " certe diligentiae, et in rebus agendis ſolertiae indubia ar- " gumenta hodie ſuperſunt plura ab ipſo conſcripta vel con- " geſta literarum, inſtructionum, orationum, foederum alio- " rumque monumentorum res in Anglia, quin et univerſo " orbe Chriſtiano ſuo tempore geſtas ſpectantium volumina. " Ex his tria vidi perinſignia. Primum, in bibliotheca archi- " epiſcopali Lambethana aſſervatum, continet plurimas ipſi- " us epiſtolas ſeu proprio ſeu regio nomine ſcriptas, alio- " rumque ſeu ad ipſum ſeu ad regem, dum regi ab epiſtolis " eſſet, miſſas; aliaque ejus aetatis praeclara monumenta quae " in manus ipſius inciderunt, ſine ullo ordine congeſta. Haud " diſſimile eſt ſecundum, quod in bibliotheca Cottoniana Ti- " ber. B. vi. habetur; niſi quod hoc intuitu congeſtum " videatur, ut formularii loco inſerviat. Innumera fere in " eo reperiuntur inſtrumenta, epiſtolae, orationes, pacta, " aliaeque formulae rerum in Anglia et Gallia geſtarum ab " anno MCCCCXVII. Tertio, quod ibidem Tiber. B. xii ex- " tat, ipſe titulum dedit: *Opus compilatum per Thomam Ba-* " *thonienſem epiſcopum ex literis, allegationibus, concluſionibus,* " *conventionibus et tractatibus, nonnulliſque aliis negotiis con-* " *cernentibus jus et titulum regis Angliae ad regnum Franciae,* " *cum aliis multis, quae ea occaſione ſecuta ſunt.* Incipit a " tempore Edwardi iii regis, et ad media Henrici vi tem- " pora deducitur. Inibi inter alia habentur hiſtoriae valde " prolixae, ſeu diaria duarum legationum a rege Henrico " vi miſſarum. Prima titulum habet, *Acta et proceſſus in* " *conventione Atrebatenſi, anno* MCCCCXXXV. Secunda, *Acta* " *in conventione pro tractatu pacis habita in marchiis Cale-* " *ſiae, anno* MCCCCXXXIX." Obiit Beckingtonus 14 Januar. MCCCCLXIV (MCCCCLXV. Whart. l. c.) et in ſplendido tumulo in eccleſia ſua cathedrali Wellenſi humatus eſt. Vid. Godwin. p. 433. ſeqq. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 134. Bal. viii. 10. Pitſ. p. 644.

BECKLEY [GULIELMUS] ſive BECOLEGUS[a], Carmelita, Grantae Girviorum ſtuduit, ubi publico ſuffragio[b] in ſocietatem theologorum merito accitus eſt. Tum ille, ingenii periculum

[a] " Sandwici Cantiorum Carmelita Cantabrigiae ſtuduit," ita legit Mſ. Lel. Trin. Dempſter. ii. 187, patria Scotum fuiſſe aſſerit. [b] Vid. Epiſtolam cancellarii et univ. Cantabr. capitulo provinciali Carmel. Northampt. de appellatione hujus Willelmi, perjure denunciati et ab actibus ſcholaſticis ſuſpenſi propter abſentiam ab univerſitate anno primo regentiae, una cum epiſtola reſponſiva Thomae Walden et capituli. Mſ. Bal. Sloan. 4to. f. 99.

vehementiſſime

vehementissime cupiens facere, *Quaestiones* [c] et *Quodlibeta* [d] scripsit, ut mittam librum *Concionum* [e]. Postremis vitae annis Sabulovicum, Cantiorum urbem, incoluit; quo loco et sui ordinis collegium [f] erat: et hic moriens anno D. MCCCCXXXVIII, terris relictis, coelos petiit. Ex *Lelando*.

[c] Lib. i. [d] Lib. i. " Utrum aliqua sit hierarchia supercoelestis." Mſ. Bal. Sloan. [e] Lib. i. Scripsit etiam *De fratrum decimis* [*non solvendis*. Mſ. Bal. Sloan.] lib. i. " Quod fratres B. Mariae de monte." [" Carmeli non teneantur de ortis suis decimare." Mſ. Bal. Sloan.] Bal. et Pitſ. *De fraterculorum decimis*, lib. i. Mſ. Lel. Trin. [f] Cujus praeses factus erat. Sandwici natum fuisse Becklaeum refert Pitseus. Epitaphium ejus vide apud Weever, *Funer. Mon.* p. 264. Bal. vii. 99. Pitſ. p. 627.

BECONUS [THOMAS] patria Nordovolgius (*Sudovolgium* Strype in *Vita Parker*. p. . . . vocat) in academia Cantabrig. studiis philosophicis et theologicis imbutus per varios academicorum honorum gradus ad cathedram theologicam ascendit. Fuit doctrinae reformatae contra pontificios assertor strenuus; unde bis A. sc. MDXLIII et MDLIII carceri mancipatus, e quo, regnante Maria, elapsus in Germaniam Marpurgum trajecit: inde, mortua eadem, in patriam rediit, et fatis concessit Cantuariae sexagenarius, circa A. MDLXX. A. MDXLI apud Crucem Paulinam dogmata reformata publice retractavit; et ibi libri ejus combusti fuerunt. Vide Henr. Stalbridge *Epist.* Fuit vicarius ecclesiae de Brensett in agro Cantiano tempore Henr. viii. Unus sex praedicatorum in ecclesia Cantuar. tempore Edw. vi. Rector ecclesiae S. Stephani Walbrook. institut. 24 Mart. MDXLVII. ast beneficio illo privatus MDLIV. Newc. i. 540. Restitutus in eandem ecclesiam A. MDLX. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. iv. 25. quo tempore vicarius ecclesiae Christi infra Newgate renunciabatur. Ibid. p. 30. A. MDLXIII. 11 Aug. institutus erat ad ecclesiam S. Dion. Backchurch London. Newc. i. 330. Fuit etiam canonicus Cantuariensis. Ipse A. MDLXIV habituum clericalium portationi subscribere renuit, postea autem eidem consensit. Strype in *Vita Grindall*. p. 98. Vocatus est Theodorus Basille, uti ex proclamatione Phil. et Mar. et aliquibus ejus tractatibus constat. Fox. 1597. Opera ejus extant Londini MDLXIV tribus tomis vel duobus voluminibus, hoc ordine: *Praefatio ad archiepiscopos et episcopos Angliae* MDLXIV. Pr. " Christ Jesus, that most worthy." Vol. i. Tom. i. Lond. MDLX. *News from heaven* ad Georg. Pierpoint. Pr. " If with studious and attent." Lond. MDXLIII. 2mo. *The Christmas banquet* ad D. Tho. Nevill. Pr. " I feare least some men." Lond. MDXLII. 12mo. *A potation for Lent*, ad D. Tho. Nevill, v parts. Pr. " I have not forgotten." Lond. MDXLII. 12mo. *The pathway to prayer*, ad D. Annam Grey, ix parts, cap. 55. " It is not " without urgent." Lond. MDXLII. 8vo. *A pleasant nosegay*, ad Ed. Wetenhall, armig. " Al" though we have most urgent." Ibid. sub nomine Theodori Basil. *The policy of war, wherein is declared how the enemie of the Christian publiq weal may be destroyed*, ad D. Tho. Wiet mil. Pr. " I think there is no man." *David's harp newly stringed; or an exposition on psalm* CXV. x part. ad D. Geo. Broke D. Cobham. Pr. " Although in the whole Psalmody." Seorsum sub nomine Theodori Basil. Lond. MDXLII. 12mo. *A new-year's gift*, ad Tho. Roydon armig. " I " can none otherwise than highly." Sub nomine Theod. Basil. Ibid. *An invective against swearing*, ad mag. Ric. Skotte. " God the Father sayth by his prophet." Lond. MDXLIII. 8vo. sub nomine Theodori Basil. *The governance of vertu*; ad Dom. Janam Seimer. " There are no " parents, most godly lady." Lond. MDLXXXVI. 12mo. Nonnulla hujus tractatus folia ex antiqua editione praefixa sunt Fulwoodi *Enemy of idleness*, MDLXXI. *A new catechisme*; ad filios suos Theodorum et Basil. et filiam Rachel. " After that it had pleas'd." *The boke of matrimony*, ad Tho. Wotton armig. " Among all other his benefittes." Hic liber Lond. . . . . 12mo. impressus sub hoc titulo: *The golden bok of Christen matrimony*, by Theod. Basille. Pr. ded. Antonio Gryse. " If God, whych is the alone gyver." Vol. ii. Tom. ii. *The jewel of joy*, ad Elizab. sororem regis Edwardi. " Whosoever considereth and depely." *The principles of the Christian religion*, ad Tho. Cecil, filium D. Will. " If of holy letters we be not sleepy." Lond. by John Day . . . 12mo. *A tretise of fasting*, ad Tho. archiep. Cant. " Our Lord and alone Saviour Jesu." *The castel of comfort*, ad Mariam duciss. Richmond. " It is not without grete cause." *The solace of the soule*. Pr. " Very notable is the saying of our Lord." *The fortress of the faithful, dialogue-wise*, ad D. Johan. Robsart. milit. " So oft as I beholde the wretched." Lond. MDL. 12mo. *The Christen knight teaching the warriers of God, how they may prevail against Satan*, ad D. Franc. Russel. dom. Russell. " If I had not by daily experience." *A homely against whordome*. Pr. " Although we want not." *The flower of godly prayers*, ad Annam duciss. Somerset. " So " oft as I behold the face," Lond. . . . 16mo. Preces in familia ducis Somerset, apud Shene ad finem ipsius ducis *Margaritae spiritualis*, Lond. MDL. 12mo. *The pomaunder of prayer*, ad Dom. Annam Cliviae. " Among many other godly and noble virtues." Lond. MDLVIII. 8vo. *The sick man's salve*, ad M. Basil. Fielding. " Christ oure Lord and Savioure." Recuſ. Lond. MDXCI. 8vo. Edinburg. MDCXIII. 8vo. *A dialogue between the angel of God, and the shepherds* (in verse.) Pr. " A " swete message to every age." *An invective against whordome*. Pr. " Altho' I do here divers reprehend, (in verse.) Tom. iii. MDLXIII. *Praefatio ad Robertum episc. Winton.* " They have not erred nor " judged." *A comfortable epistle to the afflicted people of God*, cap. xii. Pr. " It greatly rejoyceth me, " most dere breathren." Strasburgh. MDLIV. 8vo. *A supplication unto God for restoring his holy worde to the church of England.* Pr. " O most dere, gentle, loving and mercifull Father." *The displaying of the popish masse*. Pr. " If I were not led, O ye massing priests." *The common places of the Holy Scripture*; ad ministros Norfolc. et Suffolc. Pr. " Altho', most deare brethren " and

" and fellow." *A comparison between the Lord's supper and the pope's masse*, ad M. Wil. Gibbes. Pr. " It is greatly to be lamented." Latine Basil. MDLIX. 8vo. Pr. ded. Gul. Landgravio Hassiae. " Neminem arbitror oraculorum divinorum." *Certain* (viz. xix) *articles of religion proved with the autorities of the ancient fathers against all such errors and heresies, as the papists have brought into the chirche about the doctrine of the sacrament*, ad Edm. episc. London. Pr. " There " is an old proverb used among us." *The monstrous merchandise of the Romish bishops*, ad Fr. com. Bedford. Pr. " Though God that righteous Lorde." In hoc libro datur catalogus reliquiarum monasterii ecclesiae Christi Cantuar. ex vetusto *Registro* vocato, *Memoriale multorum Henrici prioris*. *The reliques of Rome*, ad Joh. episc. Norwic. " Considering the happy state of this our " most happy." Lond. MDLXIII. 8vo. *The diversitie between God's worde and man's invention*, ad Paulum Johnson. Pr. " Christ and all his apostles before many." *The acts of Christ and antichrist*, ad Gul. episcopum Cicestr. Pr. " If we diligently consider the admonitions." Lond. MDLXXVII. 8vo. *Christ's chronicle*, ad Joh. Kemp. Londinensem. " Considering the singulare " utility." *The summary of the New Testament*, ad Th. More rect. de Wethringset in comit. Suffolc. Pr. " I can none otherwise then offer." *The demands of the Holy Scripture*, ad majorem et aldermannos Sandwic. Pr. " So oft as I consider the blessed state." *The glorious triumph of God's most blessed word*, ad Matth. archiep. Cant. Pr. " There have not wanted." *The praise of death*, ad Gul. episc. Cicestrensem. " Considering the corrupt manners." Inter libros prohibitos per Henr. viii. Fox. i. edit. 575. huic Thomae adscribuntur duo tractatus sequentes: *The true defence of peace*. " Christmas carrols very new and godly." *Reports of certain men*. Liber hic a Strype in *Vita Cranmer*, p. 171. Thomae nostro attribuitur. *Carmen Latinum* praefixum *Gul. Turneri Antidotario contra anabaptistas* . . . MDLI. 8vo. *Convertit psalm*. ciii. *in carmen Anglicum*. Pr. " Be thankfull, O my soul." . . MDLIV. 12mo. Ibidem Psalm. cxii. Epist. consolat. Transtulit in Anglicum, *Francisci Lamberti antithesin inter Dei mandata et hominum inventiones*. . . . 8vo. *Christian prayers and godly meditations upon the epistle of S. Paul to the Romans*; ex Italico. Pr. ded. magistro T. M. " Of how great efficacy vertue." dat. Shenae 12 Febr. MDL. Lond. MDLXIX. 24to. Ad finem Anglicae versionis psalmorum in *The bishop's bible* MDLXIX. T. B. occurrit, quod Thomam Becon denotare autumat Strype in *Vita Parker*. p. 404. Scripsit etiam *Postillas super evangelia dominicalia*, Anglice. Lond. MDLXVI, MDLXVII. 4to. Strype, ibid. 288. *Epistolam M. Parkero*. Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 831. Bal. ix. 76. Holland. *Herool*. p. 179. Freher. p. 223.

BEDA [a], supremum doctorum Anglorum decus, tandem ad calamum venit, vir, meo judicio, siquis alius, immortali fama plane dignissimus. Nam, praeterquam quod in omni fere disciplinarum genere cum felicitate quadam versatus est, ita utramque linguam cognovit, ut illa aetate, tota pene Europa a barbaris occupata, pro eloquentiae miraculo haberetur. Quare hic suis a me coloribus depingendus esset, et ejus vita luculenta oratione scribenda, nisi ipse, quo nihil fidelius est, suam ipsius vitam, quam totam in literis exegit, in ultimo capitulo *Historiae Anglicanae* scripsisset. Sed in hac parte hactenus obstitit vel exemplariorum vitium, vel typographorum incuria, quo minus Baede historia integra prodiret in lucem. Nam in impressis exemplaribus omnibus, quae ego vidi, ultimum caput quinti libri desideratur. Nos itaque beneficio vetustissimi codicis haec, quae de vita Bedae sequuntur, apponemus; id quod Gul. a Meildulphi-curia, sed decurtatis voluminum nominibus, primo *Histor*. suae libro fecit [b]. " Beda, famulus Christi, et presbyter monasterii " beatorum apostolorum Petri et Pauli, quod est ad Wiremutham et in Girvum, qui natus in territorio ejusdem monasterii; cum essem annorum septem, cura propinquorum datus sum educandus reverendissimo abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido: cunctumque ex eo tempus vitae in " ejusdem monasterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedi, atque inter " observantiam disciplinae regularis, et quotidianam cantandi in ecclesia curam, semper aut di- " scere, aut docere, aut scribere dulce habui. Nono decimo autem vitae meae anno diaconatum,

[a] BEDA homo Anglus, felix certe suo seculo bonarum literarum reparator, et qui omnes artes, quae liberalem decent virum, callebat. Leland. in *Antiphilarchia* Mf. p. 35. Vide Sim. Dunelm. *De pontif. Ebor*. ubi multa de Beda in Mf. Cotton. Titus A. xix. Vir erat inter indoctos ad miraculum eruditus, cujus doctrinam nunquam non mirari oportet, licet non semper comprobaris judicium; lata enim magis ejus est gloria, quam magna: cujus si libros perlustraveris seorsum singulos, barbariae eum et incuriae aliquando, credulitatis saepe incusabis; si vero omnes una intuearis, in uno homine bibliothecam agnosces, artiumque omnium thesaurum. Audiemus de eo Camdenum, p. 606. alias 670. " Beda noster, Angliae splendor singularis, pietate et eru- " ditione Venerabilis cognomen adeptus, meditandis Scrip- " turis, ut inquit ipse, operam dedit, plurimaque volumina " inter decumanos barbariae fluctus doctissime conscripsit." Mf. *Cronicon*. praef. Bevero. Mf. Trin. Oxon. f. 65. de Beda verba faciens haec habet: " Libros lxxviii edidit, quos " ad finem *Historiae suae Anglicanae* enumerat. Hic succum- " bit ingenium, deficit eloquium sufficienter admirari homi- " nem a scholastico exercitio tam semotum, sub tantillae " vitae spatium, tam sobrio sermone tanta elaborasse volu- " mina, ex quibus conjicio, quod nunquam Romae fuit, " quamvis aliqui contendant eum Romam ivisse, ut libros " suos ecclesiasticae convenire doctrinae praesens assereret." De Beda ejusque scriptis videsis Mabillon. *Sacc*. iii. p. i. p. 539. et ex eo Cave, *Hist. liter*. ii. p. 242. seq. De Bedae Cantabrigiam adventu A. DCLXXXII vid. Nicol. de Cantilupo *Hist. Cant*. Mf. ubi etiam, " Iste Beda post multas et " varias disceptationes contra paganorum insultus in cathe- " dra seniorum sub patre Wilfrido assensu cleri et praelato- " rum regni pallio honoris, et pileo dignitatis forma Athe- " niensium venerabiliter ad laudem exaltatur anno ab in- " carn. Dom. DCLXXXIX."

[b] Verba integra ad finem *Historiae* impress. Paris. MDCLXXXI, uti et in aliis exemplaribus, sic se habent: " Haec de historia ecclesiastica Britan- " niarum, et maxime gentis Anglorum, prout vel ex literis " antiquorum, vel ex traditione majorum, vel ex mea " cognitione ipse scire potui, Domino adjuvante, digessi Be- " da famulus Christi," etc. prout apud Lelandum.

" tricesimo

" triceſimo gradum preſbyteratus, utrumque per miniſterium reverendiſſimi epiſcopi Joannis, ju-
" bente Ceolfrido abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti preſbyteratus uſque ad annum aetatis
" meae LIX, haec in Scripturam Sanctam meae meorumque neceſſitati ex opuſculis venerabilium
" patrum breviter adnotare, ſive etiam ad formam ſenſus et interpretationis eorum adjicere [c] cu-
" ravi:" " *In principium Geneſis uſque ad nativitatem Iſaac, et ejectionem Iſmaelis* [d], libros qua-
" tuor. *De tabernaculo et vaſis ejus, ac veſtibus ſacerdotum*, libros tres [e]. *In primam partem Sa-*
" *muelis, id eſt, uſque ad mortem Saulis*, libros quatuor [f]. *De aedificatione templi allegoricae*
" *expoſitionis, ſicut et caetera*, libros duos [g]. Item *in Regum librum, triginta quaeſtionum* [l].
" *In Proverbia Salomonis*, libros tres [m]. *In Cantica canticorum*, libros ſex [n]. *In Eſaiam, Dani-*
" *elem*, xii *prophetas, et partem Hieremiae, diſtinctiones capitulorum ex Hieronymo excerptas. In*
" *Ezram* [o] *et Neemiam* [p], libros tres [q]. *In Canticum Abacuc* [r], librum unum. *In librum beati*
" *patris Tobiae explanationes allegoricae* [s]. *De Chriſto et eccleſia*, librum unum [t]. Item *capitula*
" *lectionum in Pentateuchum Moyſi, Joſue, Judicum. In libros regum et verba dierum. In librum*
" *beati patris Job* [v]. *In parabolas* [x], *Eccleſiaſten, et Cantica canticorum* [y]. *In Eſaiam prophetam,*
" *et Ezram, quoque et Neemiam. In Evangelium Marci*, libros quatuor [z]. *In Evangelium Lucae*,
" libros ſex [a]. *Omeliarum evangelii*, libros duos [b]. *In Apoſtolum*, quaecunque in opuſculis S. Au-
" guſtini expoſita inveni, cuncta per ordinem ſcribere curavi [c]. *In actus apoſtolorum*, libros duos [d].
" *In epiſtolas ſeptem catholicas*, libros ſingulos [e]. *In Apocalypſin Joannis*, libros tres [f]. Item *ca-*
" *pitula in totum Novum Teſtamentum, excepto Evangelio* [g]. Item *librum epiſtolarum ad diverſos*,
" quarum *De ſex aetatibus ſaeculi* [h] una eſt.——*De manſionibus filiorum Iſrael* [i] una. Una *De eo*
"*quod*

[c] Beda in *Geneſ. Exod. Levit. Num. Deuter. Sam.* iv. *Regum Quaeſt. Ezram, Nehemiam, Tobiam, Job, Parab. Solom.* iii. *Cant. cant.* vii. *Tabernac.* etc. iii. Pariſ. MDXLV. fol. *In Marc.* iv. *Luc.* vi. *Jo.* i. *Act. apoſt.* i. *Loci in Act. Epiſt. cathol. et Apocal.* Pariſ. MDXLIV. fol. vid. Mabillon. *Analecta*, tom. iv. p. 630. [d] Sc. in xxi priora capita lib. iii. Whart. Uſſer. *Dogm.* Baleus et Cave ſolummodo tres libros recitant. Pr. (Hexam. in editis) " De principio libri " Geneſis." Bal. Codex magnae antiquitatis Mſ. Bodl. Laud. F. 105. continet *Expoſitionem in duo priora capita Geneſeos.* Pr. " In principio creavit, etc." *Iſtud capitulum omnium librorum*: quae Bedae forſan debetur. Dein ſequitur: *Exaemeron Bedae ad Accam epiſcopum.* Pr. pr. " De " principio libri Geneſis." Et hoc eſt idem cum *Expoſitione Junilii Afri in Geneſin* in *Orthodoxographis*, cujus praefatio in impreſſ. Primaſio, in noſtro Mſ. Accae aſcribitur. Extant Mſs. Lambethae in bibl. archiepiſcopali Cod. 148. " Eorum primi pars prior *Expoſitionem in Hexaemeron* continet, " quae ſub Junilii Afri nomine in *Orthodoxographis*, et priori- " bus *Bibl. patrum* editionibus prodiit." Ita Cave. Extat in Opp. Bedae edit. Baſil. MDLXIII. tom. iv. 1. Prodiit Londini MDCXCIII. 4to. cura H. Whartoni. [e] *De tabernaculo Moyſi*, lib. iii. (ii. Cave.) " Locuturi, juvante Domi- " no, de fig." Baſil. MDXXXIII. fol. *Et de vaſis et veſtibus*, lib. i. " Moſes in montem Domini cum Joſua." (Bal.) In ed. Baſil. MDLXIII. tom. iv. 1166. Lib. iii. " Moſes, etc. " locuturi." Ita etiam Mſ. Bodl. NE. D. V. 2. et B. iv. 6. Mſ. Oriel. 41. Mſ. Merton. O. vii. 3. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 5. F. vi. 1. [f] " Quaecunque enim ſcripta ſunt, ad." Extat in edit. Baſil. MDLXIII. tom. iv. 208. [g] Lib. ii. " Hortatur vos vas dilectionis." Mſ. Bodl. Laud. E. xx. tantum librum 1. cap. 25. habet. Baſil. MDXXXIII. fol.

[l] Lib. i. " Dilectiſſimo fratri Nothelmo," (To. Opp. Bedae. Baſil. edit. iv. 441.) *Commentarios in libros Regum*, qui vulgo Eucherio vel Iſidoro tribuuntur, Bedae aſcribit Nicol. Anton. *Bibl. vet. Hiſp.* lib. v. c. 4. Extat Baſil. MDXXXIII. fol. Mſ. Bodl. Laud. L. 43. Mſ. Merton. O. vii. 3. [m] " Parabolae Graece, Latine ſunt Proverbia." [*Similitudines*] Mſ. Langb. in bibl. Baliol. B. ii. 1. Mſ. Bodl. Laud. D. 33. Mſ. Merton. O. vii. 3. et O. vii. 9. (To. opp. iv. 869.) et Mſ. C. C. C. Cantabr. M. ix.

[n] (Lib. vii. Bal.) " Cantica, in quibus ſapientiſſimus." eſt principium libri ii. Princ. lib. i. eſt. " Scripturus, juvan- " te gratia." (Opp. tom. iv. 984.) Mſ. Bodl. NE. B. iv. 8. Mſ. Oxon. coll. Novi. 42. Mſ. coll. Univ. J. 2. In his Mſs. ſunt libri ſeptem. Primus incipit. " Primo, etc." Secundus " Cant. in quibus, etc." et dicuntur eſſe vii libri: ſed primus liber eſt *Defenſorium divinae gratiae contra Julianum Pelagianum epiſcopum.* Ita in Mſ. Merton. O. vii. 3. Aſt in Mſ. coll. Univ. Expoſitio in Cantica dicitur colligi ex opuſculis B. Gregorii (ſc. tantum ſextus liber) Mſ. coll. Merton. O. vii. 9. In Mſ. eccleſ. Lincoln. C. viii. Beda *ſuper Cantica.* Pr. " Erunt ibi ſigna." [o] *In Eſdram ad Accam*, lib. iii. Pr. " Eximius Sacrae interpres Scripturae." (Opp. tom. iv. 462.) Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 3. A. xii. [p] *In Nehemiam ad eundem*, lib. i. " Nehemias interpretatur La- " tine." [q] *In Eſdram et Nehemiam*, lib. iii. Baſil. MDXXXIII. fol. [r] " Canticum prophetae Abacuch, quod " tibi." (Bal.) Mſ. bibl. reg. Weſtm. 5. B. vii. 8. Hujus duo exemplaria Mſs. (quorum alterum in fine mutilum) in bibl. Lambeth. Cod. 237. aſſervantur. Datur etiam Mſ. Bodl. Laud. L. 43. Edidit H. Whart. Lond. MDCXCIII. 4to.

[s] Lib. i. " Liber S. patris Tobiae, viri et in ſuperficie," etc. Baſil. MDXXXIII. fol. (Opp. tom. 588.) Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 4. B. iii. [t] Lib. ii. Bal. [v] " Ad- " hortante, imo potius compellente." (Opp. tom. iv. 602.) Mſ. charactere Saxonico, ſub nomine Philippi Preſbyteri. Mſ. Bodl. NE. E. vi. 8. et impreſſ. Baſil. MDXXVII. ita Caſim. Oudinus et Cave. Placcius ii. 115. Mſ. Norwic. More 139. [x] Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. B. ii. 1. [y] Lib. vii. " Primum admonendum putavi lectorem." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 189. In epigr. in principio ſunt vii. in fine et verius tantum v. Habetur etiam liber ſextus in eodem codice; ſed ſunt tantum flores collecti ex Gregorio. Extat Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. A. ix. 4. [z] Pr. pr. " Mira vere " eſt et mire vera." Mſ. Bodl. NE. B. vii. 8. opt. notae liber. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 4. B. xiii. 1. " In expoſitione Evan- " gelii ſecundum." (Opp. tom. v. 1.) Mſ. Bodl. NE. B. vii. 7. Mſ. coll. Univ. J. 2. et Mſ. Baliol. opt. notae Langb. et Mſ. Merton. O. vii. 8. Mſ. in *Muſeo Thoreſbiano* nu. 502.

[a] " Beatus Lucas evangeliſta." (Opp. tom. v. 181.) Mſ. coll. Univ. J. 2. et Mſ. Merton. O. vii. 4. Expoſitio in Luc. xxi. 25. p. 14. *Bibl. patr.* per Combefis. Pariſ. MDCXXII. [b] " Exordium noſtrae redemptionis." lib. ii. Homel. 50. " Fuit Johannes, etc. Adventum Dominicae " praedicat." Mſ. Bodl. Sup. A. 1. Art. Mſ. coll. Lincoln. arch. Auſtr. 23. Mſ. Merton. O. vii. 4. Homeliae xxv vel xxvi in diverſos textus evangel. in Mſ. Bodl. NE. C. viii. 5. Homel. in evangelia per totum annum. Mſ. Merton. O. vii. 3. Variae homiliae in Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 2. C. viii. (Opp. tom. vi.) [c] Vid. Cave, *Hiſt. liter.* 475. et Bellarm. *De Scriptor.* p. 247. et Mabillon. *Anal.* tom. i. p. 12. Pr. edit. " Venerabilis Beda, famulus Chriſti." [d] " Actus vero apoſtolorum et praecipue." (Bal.) Ad Accam. Pr. pr. " Accepi creberrimas beatitudinis veſtrae." Pr. lib. " Primum, etc. De omnibus ſe dicit." (Opp. tom. v. 861.) Mſ. Baliol. E. xii. Mſ. Merton. O. vii. 3. Mſ. Bodl. NE. A. iii. 10. et B. iv. 7. et Mſ. Laud. D. 35. Mſ. coll. Novi 57. in cujus pr. et fine nota haec eadem manu, qua liber, " Originale iſtius operis eſt in libraria eccleſiae Chriſti Can- " tuariae." [e] Sc. *in Epiſtolas Jacobi, Petri, Johannis et Judae.* Prologus nunquam antea editus eſt in Cave. p. 475. Pr. l. " Dixit de hoc Jacobo apoſtolus Paulus," (Opp. tom. v. 929.) Mſ. Baliol. E. xii. *In* vii *epiſtolas cathol.* Mſ. Bodl. D. 113. Pr. pr. " Jacobus, Petrus, Johannes, " Judas, etc." Mſ. Bodl. NE. B. vii. 7. Mſ. Laud. F. 68. Mſ. Oriel. XXXIV. Mſ. Merton. O. vii. 3. et 6. et Mſ. C. C. C. Cantabr. N. iv. [f] " Fundata per apoſtolos " eccleſia." (Opp. tom. v. 1058.) [g] Nulla hujus libri mentio apud Bal. Cave, et Pitſeum. [h] *Sive de temporibus.*

" *quod ait Eſaias* [k], " *Et claudentur ibi in carcerem, et poſt multos dies viſitabuntur.*" *De ratione* " *biſexti* [l] una. *De equinoctio juxta Anatholium* [m] una. Item *De hiſtoriis ſanctorum. Librum vitae* " *et paſſionis S. Felicis* [n] *confeſſoris de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librum vitae et* " *paſſionis ſancti Anaſtaſii* male de Graeco tranſlatum, et pejus a quodam imperito emendatum, " prout potui, ad ſenſum correxi. *Vitam ſancti patris, monachi ſimul et antiſtitis, Cuthberti,* et " prius heroico metro [o], et poſtea plano ſermone [p] deſcripſi. *Hiſtoriam abbatum bujus monaſterii,* " *in quo ſupernae pietati deſervire gaudeo Benedicti, Ceolfridi, Huberti*; in libellis duobus [q]. *Hi-* " *ſtoriam eccleſiaſt. noſtrae inſulae ac gentis,* in libris quinque [r]. *Martyrologium* [s] *de nataliciis ſan-* " *ctorum martyrum duobus, in quo omnes, quos invenire, non ſolum qua die, verum etiam quo genere* " *certaminis, vel ſub quo judice mundum vicerint, diligenter adnotare curavi. Librum hymnorum* [t] " *diverſo metro ſive rhythmo. Librum epigrammatôn heroico metro ſive elegiaco. De natura re-* " *rum* [u], *et de temporibus* [x] *libros ſingulos.* Item *De temporibus* librum unum majorem [y]. *Librum* " *de orthographia* [z], alphabeti ordine diſtinctum. Item librum *De metrica arte* [a], et huic adje- " ctum alium *De ſchematibus* [b], *ſive tropis* [c] *libellum*; *hoc eſt, de figuris modiſque locutionum, quibus*

temporibus. Haec ſeorſum prodiit Pariſ. MDVII. 4to. et a Johanne Bronchorſtio continuata ac ſcholiis illuſtrata, Colon. MDXXXVII. Luculentum operis iſtius fragmentum extat apud Munſterum, lib. ii. *Coſmogr.* quod in editis libris non reperitur. Cave —— *Mundi ſive Chronicon,* lib. i. *De ſex bujus mundi aetatibus* (Opp. tom. ii. 174) Epiſtola hic a Lelando memorata eſt *Epiſtola Bedae apologetica ad Plegwinum, eo quod inſimularetur a quibuſdam de aetatibus ſaeculi non recte ſenſiſſe.* Pr. " Veſtri dilect. etc. Venit ad me " ante." Edidit eam Waraeus Dublin. MDCLXIV. 12mo. ex Mſ. Merton. O. vii. 3. et N. iv. 10. et Cotton. Ibi etiam extat *Bedae epiſtola ad Egbertum archiepiſc. de Chriſtiani praeſulis officio.* Pr. " Memini me heſterno die dixiſ- " ſe." Mſ. Merton. N. iv. 10. edidit Waraeus Dubl. MDCLXIV. 12mo. ex Mſ. regio. [i] Lib. ix. (Bal.) *Ad Accam epiſcopum.* Pr. " Duas mihi, Pater dilectiſſime." Mſ. Merton. l. c. [k] *Ad Accam epiſcopum.* Pr. " Quo- " niam quidem primae tuae." Mſ. Merton. l. c. Hinc Pitſeus *Super Iſaiam duos libros.* [l] *Ad Helmunaldum.* Pr. " Gaviſus ſum fateor multum." Mſ. Merton. l. c. Hic a Baleo inſcribitur *De ratione quadrantis anni,* lib. i.

[m] *Epiſtola Bedae ad Wichtredum preſbyterum de aequinoctio.* Pr. " Libenter accepi literas." Mſ. Bodl. NE. F. iii. 5. Mſ. Merton. N. iv. 10. et Mſ. C. C. C. Cantabr. A. x. *De aequinoctio vernali,* lib. i. Bal. Mſ. extat Bodl. NE. A. vi. 5. *De Paſchate, ſive aequinoctio liber*; in quo appoſitum exemplum anni DCCLXXVI plurimum eruditis faceſſit negotium. Baronium quidem induxit Bedae aetatem ultra annum iſtum protrahere; Uſſerium vero Bedae libellum abjudicare. Scrupulum feliciter exemit Mabillonius Not. ad *Annal.* tom. i. p. ii. qui in vetuſtiſſimo exemplari bibliothecae Laubienſis exemplum iſtud non comparere probavit; adeo ut a librariis inſertum fuiſſe poſt Bedae mortem videatur. Cave, (Opp. tom. ii.) In bibl. reg. Weſtmon. Mſ. 12. D. iv. 5. eſt *Epiſtola de aequinoctio.* [n] " Feliciſſimum B. Felicis tri- " umphum." (Opp. tom. iii. 255.) *Vita Felicis, preſb. Nolae*; apud Bolland. *Act. SS.* vol. i. p. 943. Antv. MDCXLIII.

[o] Lib. i. Edidit Caniſius, *Antiq. Lect.* tom. v. p. ii. p. 690. Pr. pr. " Johanni Preſbytero. Dici non poteſt." Pr. lib. " Multa ſuis Dominus fulgeſcere lumina ſeclis." Mſ. Bodl. NE. B. i. 20. Mſ. Fairf. 6. f. 8. Mſ. C. C. C. Cantabr. Sub D. 6. In Codice Bodl. Laud. F. 55. extat *Epiſtola Bedae Johanni preſbytero, quomodo dum vitam et miracula B. Cuthberti in lucem deſcribendo proferret, linguam propriam meritis S. Cuthberti vinculis abſolutam perſenſerit.* Pr. " Dici non poteſt." Extat *Vita S. Cudberti carmine.* Ingolſt. MDCIV. MDCVIII. 4to. [p] *Ad Eadfridum,* lib. i. Pr. pr. " Quia juſſiſtis." Pr. l. " Principium nobis ſcri- " bendi." (Opp. tom. iii. 209.) Mſ. Bodl. NE. B. i. 20. Mſ. Laud. F. 56. Mſ. Digby. 59. Mſ. Bodl. NE. F. iii. 9. Mſ. Fairf. 6. f. 13. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. ſub D. vi. Extat cum Mſs. collatus apud *Acta Sanctorum,* tom. viii. 97. [q] Jacobus Waraeus primus edidit ex Mſ. Cotton. et notis illuſtravit Dubl. MDCLXIV. 8vo. ſub hoc titulo: *Vitae quinque priorum abbatum Weremuthenſium et Girvicenſium*: Et H. Wharton. Lond. MDCXCIII. 8vo. Extat Mſ. Bodl. Fairf. vi. f. 174. Pr. " Religioſus, etc." *Vita S. Benedicti Biſcop.* Pr. " Religioſus Chriſti famulus." Mſ. Bodl. Digby. 112. *Vita S. Ceolfridi.* Pr. " Praecepit " Paulus apoſtolus ſcribens." Mſ. ibid. (Opp. tom. iii. 1.)

[r] Pr. Glorioſiſſimo regi Ceolwulfo." Extat Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 13. B. xviii. Prodierunt ſeorſum Antverp. MDL. f. Heidelb. MDLXXXVII. f. Colon. MDCI. 8vo. Et una cum Alfredi regis Saxonica paraphraſi, doctiſque Abr. Wheloci notis, Cantabr. MDCXLIV. fol. Lovan. MDCLXIII. 8vo. Et cum notis Pet. Fr. Chiffletii Pariſ. MDCLXXXI. 4to. Et cum notis Jo. Smith. Cantabr. MDCCXXII. fol. Extat Anglice per Tho. Stapleton. Antv. MDLXV. 4to. Mſ. Oxon. coll. Novi. 308. Extat *Ejuſdem hiſtoriae epitome.* Pr. " Ve- " rum ea quae temporum." (Opp. tom. iii. 203.)

[s] Pr. " Jan. Kalendis octava Domini et ſecundum car- " nem." Librum, qui ſub hoc nomine circumfertur, crebris aliorum interpolationibus deturpatum eſſe, multi dudum notarunt. De hoc martyrologio videndi ſunt Molanus, Roſweydus, praecipue Bollandus, ejuſque συνεργοὶ praef. ad Januar. c. 4. et prolog. ad menſem Martii tom. ii. §. 5. ſeq. ubi genuinum Bedae *Martyrologium* (ita nos credere jubent) ex (viii) variis codicibus Mſs. cum *Auctario* Flori exhibere profitentur. Prodiit interpolatum Bedae *Martyrologium* etiam ſeorſum Antverp. MDLXIV. 12mo. *Martyrologium* carmine heroico ſub Bedae nomine a Dacherio evulgatum *Spicileg.* tom. x. (Extat Opp. tom. iii. 380.)

[t] Lib. i. " Primo Deus globum coeli." (Bal.) Hymnos plurimos Bedae edidit Caſſander cum ſcholiis quae habentur inter opera ipſius, Pariſ. MDCXVI. fol. *Hymnus de circulo magno.* Pr. " Annus ſolis continetur." Extat Mſ. Bodl. Digby. 81. cum notis muſicis: Non datur inter opera Bedae. Item *Hymnus de anno.* " Bis ſena menſium." (Opp. tom. i. 476.) Datur in *Martyrologio.* Mſ. Sloan. Item *Verſus Bedae de* xii *menſibus.* Pr. " Martius." Mſ. Sloan.

[u] Lib. i. " Operatio divina, quae ſaecula." (Bal.) (Opp. tom. ii. 1.) Mſ. Cotton. Tiber. E. iv. Ex libris Plinii Secundi, cap. 51. Pr. " Naturas rerum varias habentis." Mſ. Oxon. Lincoln. coll. Arch. Auſtr. 55. et Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 13. A. xi. 2. In bibl. Bodl. Muſeo 48. f. 161. et Mſ. NE. F. iii. 5. et Baſil. MDXXVII. f. ſunt capita 29.

[x] Lib. i. Pr. eſt prologus ſecundi libri *De temporibus.* " De temporum ratione, Deo juvante." Lib. i. " Tempora " momentis, horis." (Opp. tom. ii. 205.) Mſ. Bodl. NE. A. vi. 5. et NE. F. iii. 5. tractatus ita incipit. (Sc. " De " temporis ratione.") Edidit et emendavit Elias Vineta Santo, Pariſ. MDLXV. 12mo. et titulum fecit, *Ratio computandi per digitos et utramque manum ex Bedae libro De ratione temporum.* Ita etiam in edit. Baſil. MDXXIX. f. [y] Lib. ii. Pr. libri ſecundi. " De natura rerum et ratione temporis." (Opp. tom. ii. 49.) Mſ. Bodl. NE. A. vi. 5. Mſ. Cotton. Tiber. E. iv. ubi liber primus habet 72 capita. Et Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. A. x. Liber parvus, quem Beda primo *De temporibus* ſcripſit, continet 28 capita. In libri ſecundi capite ſeptimo ſunt *Nomina dierum ſecundum Hebraeos et Anglos.* In bibl. reg. Weſtmon. Mſ. 12. D. iv. 4. et Mſ. 12. F. ii. et Mſ. 13. A. xi. 3. 4. datur *Liber Bedae De temporibus.* [z] Lib. i. " Auſculto ſuaſori et aſculto." (Bal.) " A litera etiam nota praenominis eſt." (Opp. tom. i. 73.) Mſ. C. C. C. Cantabr. lib. al. xxiv. In Mſ. Bodl. NE. C. iv. 5. lib. 2. " Aeternus, Aetas, Aequitas." Prodiit cura H. Putſchii, Hanoviae MDCV. f. [a] Lib i. " Qui notitiam metricae artis." (Opp. tom. i. 34.) Mſ. Bodl. Super A. 1. Art. 43. et Mſ. Digby. 100. Venet. MDXXII. f. et Hanoviae, MDCV. f. [b] *De ſchematibus Scripturae.* lib i. " Solet aliquoties in Scripturis." (Opp. tom. i. 59.) Mſ. Bodl. Laud. B. xviii et Digby. 100. Venet. MDXXII. f. [c] *De tropis S. Scripturae* liber. Prodiit ſeorſum Venet. MDXXII. fol. Pariſ. MDXCIX. 4to. " Tropus eſt " dictio tranſlata." (Opp. tom. i. 65.)

" *Scriptura*

" *Scriptura Sancta contexta eſt.*" Haec Beda: homo, ut jam vides, diligentiae inexhauſtae. Praeter hos etiam libros, redegit Adamnani Scotti librum *De locis ſanctis* [d] in compendium, ut ipſemet teſtatur cap. 17. quinti libri *Hiſtoriae Angl.* Accedit ad numerum et ejus carmen elegantiſſimum *De die judicii* [e], quod Accae, epiſcopo Auguſtaldunenſi, dedicavit; et libellus *De membris humanis*, qui a multis Hieronymo attribuitur. Vidi praeterea *ſex epiſtolas* ab eo ſcriptas: quarum prima ad Hemoaldum [f] de ratione quadrantis anni, quem biſſextum dicunt: ſecunda ad Plegwinum de ſex aetatibus mundi [g]: tertia ad Accam epiſcopum ſuper locum Eſaiae de *die judicii*: quarta de manſionibus filiorum Iſrael: quinta ad Wightredum de aequinoctio [h]: ſexta ad Ecbertum epiſcopum de pſeudomonachatu corrigendo. Ultimis quoque vitae ſuae diebus Evangelium Joannis [i] in linguam Anglo-Saxonicam tranſtulit, et libellum *excerptionum* [k] *de notis*, Iſidorum ſecutus, ſcripſit: ut Cuthebertus, monachus Girovicenſis, ejus diſcipulus, teſtatur. Illud non eſt ſilendum, multos libros Bedae falſo adſcriptos: nempe *De imagine mundi* [l], *De naturis beſtiarum* [m]; inſuper *De ponderibus et menſuris* [n]. *De ſitu orbis.* Legi [o] aliquando Duroverni in fano Servatori ſacro libellum *Arithmeticae* [p], titulo Bedae, illuſtrem. Adde huc librum *De ſimilitudinibus*, *De differentiis vocabulorum*, qui, titulo Bedae, in bibliothecis extant. Eſt et alius ejuſdem fortis, qui *Scutum* [q] *Bedae*, ſed falſo appellatur. Sunt, qui ſcribunt Bedam uſum fuiſſe Joanne Fibrolegano, archiepiſcopo Eboracenſi, ac Tunberto praeceptoribus. Sed quis hic Tunbertus fuerit, non ſatis intelligo; niſi is ſit, qui tertius antiſtes Haguſtaldenſi praefuit eccleſiae. Hactenus de ejus vita et ſtudiis literariis [r]. Nunc ſi quem juvat audire, qua modeſtia, qua patientia, qua charitate, qua denique

[d] Lib. i. " Situs urbis Hieruſalem " Mſ. C C. C. Oxon. 157. Mſ. Cotton. Otho. D. i. [e] *Lamentationes*, lib. i. " Inter florigeras foecundi ceſpitis herbas." Mſ. Cotton. Domitian. A. i. Literis Saxonicis Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 15. B. xix. 7. Mſ. C. C. C. Cantabr. S. xviii. 161. Edidit Caſſander Pariſ. MDCXVI. f. Extat in Simeon. Dunelm. (cujus Hiſtoriae praefigitur) inter x Scriptores col. 96.

[f] *Henibaldum*, Mſ. Trin. [g] *De temporibus, ſive de ſex aetatibus hujus ſaeculi.* Pr. " De ſex aetatibus hujus mundi." (Opp. tom. ii 174.) Pariſ. MDVII. 4to. [h] *Aequinoctio vernali.* Pr. " Libenter accepi literas tuae excellentiae." Ep. lxv. tum caput in *Libro de Temporibus*. Mſ. Cotton. Tiberius. E. iv. Mſ. C. C. C. Cantabr. A. x.

[i] Non ſolum hoc Evangelium, ſed et ex prologo ante verſionem vetuſtam Bibliorum commemorat Jo. Foxius (Praef. in *Evang. Saxon*) Bedam integra Biblia in linguam Saxonicam tranſtuliſſe. Illum denique univerſa fere Biblia in linguam Britannicam convertiſſe ex praefatione docti imprimis viri in Vetus Teſtamentum Anglice ante ann. CCC conſcriptum refert Jo. Caius, lib. i. *Antiq. Cant.* p. 150. Uſſer. *Hiſt. dogm.* p. 107. [k] *Excerptiones patrum, collectanea, flores ex diverſis, quaeſtiones, et parabolae*, lib. i " Dic mihi, quaeſo, quae eſt illa." (Opp. tom. iii. 647.) Opus Beda indignum. Cave. [l] *De mundi coeleſtis terreſtriſque conſtitutione*, lib. i. " Mundus ille ſenſilis." (Opp. tom. i. 375.) *De imagine mundi.* Mſ. in bibl. Gonvil. et Caii. Cantab. cod. 169. et coll. Merton. Oxon cod. 42. Pr. " Mundus dicitur, quaſi undique motus." Mſ. Mert. O. ii. 1. Lib. iii. Pr. " Henrico ſeptiformi, etc." Mſ. Cotton. Otho. D. i. ubi diſertis verbis manu antiqua Bedae aſcribitur, attamen multa habet poſt conqueſt. geſta. [m] Olim a Lelando viſus in bibl. Franciſcanorum Radingiae. [n] Lib. i. " Ponderum et menſurarum juvat." Mſ. in coll. Merton. O. vii. 3. et N. iv. 11. et Mſ. reg. Weſtmon. 7. D. xxv. 4. [o] " Legi " ——— illuſtrem." Haec ſententia in Mſ. Trin. inſeritur ſuperius inter *corrigendo* et *ultimis.* [p] *De numeris arithmeticis*, lib. i. " Numerus eſt multitudo." (Opp. vol. i. 98.) *De arithmeticis propoſitionibus*, lib. i. " Quomodo numerus a quolibet." (Opp. vol. i. 133.)

[q] Mſ. Oxon. in bibl. publ. Pitſ. [r] Plura ab eo ſcripta commemorant Cave, Baleus, et Pitſ. Confer edit. Colon. MDCXII. f. Extant in editione Baſil. MDLXIII.—Tom. i. Col. 1. *Cunabula grammaticae artis Donati a Beda reſtituta*, lib. i. " Artium Donati liber ita a pleriſque." Col. 19. *De octo partibus orationis*, lib i. " Partes orationis ſunt " octo." Col. 3. *De computo dialogus.* Prin. " Auguſtinus " dixit de quatuor." Col 117. *De diviſionibus temporum*, lib. i. " Diviſiones temporis quot ſint. Col. 147. *De ratione calculi*, lib. i. " Unitas illa, unde omnis multitudo." Col. 159. *De numerorum diviſione*, lib. i. " Vis amicitiae pe" ne impoſſibilia redigit ad poſſibilia." Col. 164. *De loquela per geſtum digitorum, cum Bredferti Ramcſienſis et Joannis Noviomagi commentariolis*, lib. i " De natura rerum." Librum hunc in non paucis ab uſu veterum recedere obſervat Barthius lib ii. c. 12. *Adverſar.* Vid. Fabricii *Bibl. Lat.* 254. Col. 182. *De ratione unciarum*, lib. i. " Unciarum quoque diviſionem."—MDXCV. Col. MDXLVIII. et Traj. ad Rhen. MDCXCIX. Col. 185. *De augmentis lunae*, lib. i. " Augmentum eſt velox." Col. 220. *Ephemeris, ſive computus vulgaris*, lib. i. " Quadratus hic ae" quilaterus." Col. 255. *De emboliſmorum ratione computus*, lib. i. " Januarius primus menſis." Col. 309. *Decennovales circuli*, lib. i. " Circulus primus ſecundum Dionyſium." Col. 358. *De cyclo paſchali*, lib. i. " Cyclus idem paſcha" lis, octo." Col. 403. *De muſica theorica*, lib. i. " No" tandum eſt, quod omnis ars." Col. 415. *De muſica quadrata, menſurata, ſeu practica*, lib. i. " Quoniam circa ar" tem muſicam." Col. 433. *De circulis ſphaerae, et polo*, lib. i. Col. 453. *De planetarum ſignorum coeleſtium ratione*, lib. i. Col. 459. *De tonitruis*, lib i. Col. 462. *Prognoſtica temporum*, lib. i Col. 464. *De menſura horologii*, lib. i. Col. 467. *De aſtrolabio*, lib. i. Col. 471. *De nativitate infantium*, lib. i. " Qui in ſeptem naſcitur." Col. 472. *De minutione ſanguinis*, lib. i. " Omni tempore, die, " ac nocte." Col. 474. *De vii mundi miraculis*, lib. i. " De ſeptem miraculis mundi manu." Col. 495. *De ratione computi*, lib. i. " Unde dicta ſunt tempora."—Tom. ii. P. 1. *De natura rerum.* Pr. pr. " Naturas rerum varias." Pr. cap. 1. " Opera divina quae ſecula." P. 49. *De temporum ratione.* Pr. pr. " De natura rerum et ratione." Pr. cap. 1. " Tempora igitur a temperando." P. 174. *De ſex aetatibus mundi, ſive Chronicon, libellus.* Pr. " De ſex hujus " mundi aetatibus." P. 205. *De temporibus liber.* Pr. " Tempora momentis, horis." P. 213. *Sententiae ex Ariſtotele*, lib. i. " Adeo dependet coelum et tota natura." P. 259. *Sententiae ex Cicerone*, lib. i. " Nunc quoniam " auctoritatum." P. 284. *Proverbiorum*, lib i. " Cum " nuper illa quae dicuntur. P. 302. *De ſubſtantiis*, lib. i. " Sanctae eccleſiae munuſculum." P. 311. Περὶ διδάξεων, *ſive elementorum philoſophiae*, lib. iv. " Ut ait Tullius in " prologo." *Epiſtola de divinatione.* " Mortis et vitae." *De arca Noae*, lib. i. *De linguis gentium*, lib. 1. *Sibyllina oracula*, lib. i.—Tom. iii. Col. 263. *S. Vedaſti vita.* " Poſt" quam Deus et Dominus noſter." Col. 275. *S. Columbani abbatis vita.* " Rutilantem atque eximio fulgore." Eſt Jonae, Voſſ. *De hiſt. Latin.* p. 277. Bellarm. Col. 305. *S. Attalae abbatis vita.* " Cum venerabilis pater." Col. 311. *S. Patricii epiſcopi vita*, lib. ii. " Sanctus Patricius, " qui et Sochet." Haec vita Probo debetur. Cave. Vide finem libri ſecundi hujus vitae. Mſ. hujus princ et argumenti eſt Mſ. bibl. Bodl. NE F. 7. 2. Col. 335. *S. Euſtaſii abbatis vita.* " Venerabilis Euſtaſius." Col. 342. *S. Bartolfi abbatis vita.* " Quam praeclara ſint monimenta." Col. 349. *S. Arnolfi vita.* " Beatus Arnolfus epiſcopus." A Paulo diac. ſcripta. Voſſ. Bellarm. Col. 356. *S. Burgundoforae abbatiſſae vita.* " Beata Burgundofora monaſte" rium." Col. 367. *S. Juſtini martyris paſſio*, carmine. " Quando Chriſtus Deus noſter." Col. 498. *Interpretationes nominum Hebraicorum.* " Aac, Apprehendens vel " apprehenſio."—Tom. iv. Col. 1. *Expoſitio in Geneſin.* " In principio, etc. Utique non in principio." Col. 97.

denique ferventis ſpiritus confidentia obierit, Cutheberti, ejus diſcipuli et amanuenſis, libellum de ejus morte legat: quanquam non mortuus eſt, qui tot eruditiſſimis monimentis vitae et aeternitati conſecratus

Expoſitio in Exodum. " Haec ſunt nomina filiorum Iſrael." Col. 144. *Expoſitio in Leviticum.* " Vocavit autem, etc. " Ab aliquibus interrogari." Col. 170. *Expoſitio in Numeros.* " In exordio Numeri." Col. 192. *Expoſitio in Deuteronomium.* " Sciendum ſane eſt." Col. 208. *Allegorica expoſitio in Samuelem,* lib. iv. " Quaecunque enim ſcripta " ſunt." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 85. Mſ. L. vi. 643.—Tom. v. Col. 1. *Expoſitio ſuper Evang. S. Matthaei,* lib. iv. [*Liber generationis.*] " Mos etenim." Col. 519. *Expoſitio in Evang. Joannis.* " Scire debetis omnibus divinae." Eſt pene ad verbum idem cum Auguſtini Comm. in Joannem, ut conferenti conſtare poteſt. Mſ. Not. Barlovii. Col. 919. *De nominibus locorum, quae in Actis apoſtolorum leguntur,* lib. i. " Aceldamach, hoc eſt, ager." Mſ. in bibl. coll. Baliol. M. 19. et Bodl. Mſ. NE. B. 4. 7. et D. 4. 2. Mſ. Merton. O. vii. 3.—Tom. vi Col. 1. *Retractationis et quaeſtionum in Actus apoſtolorum,* lib. i. " Scimus eximium doc- " torem." Mſ. Mert. O. vii. 3.—Tom. vii. Col. 1. *Homiliae aeſtivales de tempore* xxxiii. " Vigilias nobis hujus ſacratiſſi- " mae." Col. 127. *Homiliae aeſtivales de ſanctis* xxxii. " Sicut ex lectione S. evangelii." Col. 256. *Hom. hyemales de tempore* xv. " Bethphage erat viculus ſacerdotum." Col. 304. *Hom. quadrageſimales* xxii. " Non hoc praece- " ptum eſſe putandum." Col. 404. *Hom. hyemales de ſanctis* xvi. " Tanta ac talis eſt divinae Scripturæ." Col. 472. *Sermones ad populum varii.* " Laudate et exultate in Do- " mino." Vide in *Bibl. patrum Concionat.* per Fr. Combefis, Pariſ. MDCXXV. Prodierunt ſeorſum Colon. MDXXXIV. *Sermones* xxii extant. Mſs. bibl. Bodl. NE. C. 7. 5. Col. 515. *Scintillae ſive loci communes. De charitate* caput primum. *Liber ſcintillarum Ven. Bedae preſb. diverſarum ſententiarum ex ſacris patribus.* " Dominus dicit in evangelio, majo- " rem." Mſ. C. C. C. Cantabr. K. 14. cap. 81. et Mſ. ibidem K. 18. cap. 98. Col. 627. *De muliere forti,* lib. i. " Mulier fortis eccleſia catholica." Col. 639. *De officiis ex patrum dictis,* lib. i. " Dominicum diem apoſtoli." Col. 650. *Allegoricae interpretationis in Proverbia fragmenta,* lib. i. " Omnis quippe haereticus virili."—Tom. viii. Col. 1. *De templo Salomonis,* epiſt. ad Nothelmum, lib. i. cap. 29. " Hortatur vos vas dilectionis." Mſ. Mert. O. vii. 3. Mſ. Oriel. xli. Col. 73. *De ſex dierum creatione,* lib. i. " Iſtud capitulum omnium librorum." Col. 109. *Quaeſtiones ſuper Geneſim,* lib. (dialog.) 1. " Primo " omnium, praeceptor mi." Col. 271. *Quaeſtiones ſuper Exodum.* Dial. cap. 59. " Quaedam myſteria ex libro." Col. 300. *Quaeſtiones ſuper Leviticum.* Dial. cap. 19. " Hoſtiarum diverſitates exequitur." Mſ. bibl. Bodl. Laud. F. 105. " In exordio Levitici quatuor," eſt princ. capitis ſexti in Mſ. Col. 312. —— *Numeros.* Dial. cap. 30. " Prima nobis quaeſtio oritur." Col. 329.——*Deuteronomium.* Dial. cap. 22. " Deuteronomium juxta fidem " hiſtoriae." Col. 339.——*Jeſu Naue.* Dial. cap. 18. " Poſt mortem ergo Moyſi." Col. 347. ——*Judicum.* Dial. cap. 9. " Hiſtoria Judicum non parva." Col. 355. ——*Ruth.* Dial. " Videamus nunc de Ruth." Col. 357. ——*libros Regum.* Dial. " Poſt librum Judicum ſequitur." Hi quaeſtionum libri nihil aliud fere continent quam *Iſidiorianas expoſitiones,* exceptis breviſſimis praefationibus. Vid. Nic. Anton. *Bibl. veteris Hiſp.* lib. v. c. 4. p. 261. Col. 389. *Quaeſtionum variarum,* lib. i. " Putant quidam ma- " gos qui." Col. 429. *Commentaria in Pſalmos,* lib. i. " In primo libro Paralipomenôn legitur." Col. 1057. *Pſalterii vocabulorum expoſitio, et de diapſalmis collectio.* " Et " adverſus Chriſtum ejus." Col. 1063. *Sermo in illud,* " Dominus de coelo proſpexit ſuper filios," etc. " Cum plures " clericos in ſchola." Col. 1088. *In libr. Boëtii de trinitate.* Comment. " In titulo ſolent duo proponi." Non videtur eſſe Bedae, primo, Quia non memoratur in catalogo ſcriptorum Bedae a ſe condito. Secundo, Quia col. . . . . ait, " Credimus verum corpus Chriſti eſſe ſuper al- " tare, cum miſſa celebratur." Tertio, Quia ibidem meminit Spiritum S. procedere a filio. Quarto, Quia col. . . . . meminit Symboli Athanaſiani, quod nondum erat cognitum. Mſ. Not. Barlovii ad f. Bellarm. Col. 1120. *De ſeptem verbis Chriſti in cruce.* Oratio. " Benedictum ſit " dulce nomen." Col. 1121. *De meditatione paſſionis Chriſti per ſeptem die horas,* lib. i. " Septies in die laudem." Col. 1127. *De remediis peccatorum,* lib. i. cap. 15. " De " remediis peccatorum pauciſſima." Edidit, notiſque illuſtravit Ant. Auguſtinus, arch. Tarracon. Venet. MDLXXXIV. 4to. attamen in hac editione archiepiſc. Agberti (ſc. Egberti) nomen prae ſe ferunt. Alia etiam commemorant Baleus et Pitſeus. *In Hieremiam,* lib. ii. *In Ezekielem,* lib. i. " Scripturus, juvante gratia." *In Danielem,* lib. i. *In minores prophetas,* lib. xii. *In parabolas evangeliorum,* lib. i. Pericopas illas evangeliorum et epiſtolarum, quas ſingulis per annum diebus Dominicis feſtiſque populo publice proponi primus ſelegerit e S. Scripturis Beda, uti quidam aiunt, alii Hieronymo, Alcuino, vel Paulo Warnefrido aſcribunt. Placcius l. 113. *De gratia Dei,* lib. i. *De laude charitatis,* lib. i. Bedae *Sermo de charitate* ad Accam epiſcopum. Pr. " Mira vere et vera mire." Mſ. in bibl. Baliol. Mſ. Langb. p. 356. *De Paſchae celebratione,* lib. i. " Libenter accepi " literas tuae." *De ordine feriarum paſchalium,* lib. i. " Poſt reſurrectionem vel aſcenſionem." *Canones ad haec invenienda,* lib. i. *De veritate temporum divinarum,* lib. i. " Ad veritatem divinorum annorum." *Contra Julianum epiſcopum, divinae gratiae impugnatorem,* lib. i " Primum " admonendum duco Julianum." In Mſs. quibuſdam eſt primus liber *expoſ. in Cantica cant.* Vide ſupra. *Defenſorium gratiae Dei contra Julianum epiſcopum,* lib. vii. Ita intitulatur. *Primus lib. in Cantica cant.* Mſ. Merton. *De obitu ſanctorum patrum,* lib. i. " Adam pater generis hu- " mani." *De ſcriptoribus eccleſiae* lib. Quem ab interitu vindicavit Honorius Auguſtodunenſis. Pitſ. Reverendiſſ. Armachanus habet hoc opus. A. Wood. Pitſ. Mſ. p. 52. *Diſtinctiones in Hieremiam,* lib. i. *De* xii *lapidibus pretioſis, qui numerantur in fine Apocalypſ.* lib. i. " Cives ſupernae " patriae in Jeruſalem." *Flores Gregorii in Cantica,* lib. ii. ſive ſextus lib. *Expoſ. Bedae in Cant. cant. In expoſitione Cantic. cant.* Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 189. f. 95. *Vitam Alberti epiſcopi,* lib. ii. *Chronicon ſui coenobii,* lib. ii. *Ad fautores principes,* lib. i. *De barbariſmo,* lib. i. " Solet ali- " quoties in Scripturis." Mſ. Oxon. in bibl. C C C. Pitſ. *Pro Ethelreda carmen,* lib. i. " Alma Deus trinitas." *Abacum numerandi,* lib. i. *De ſaltu lunae,* lib. i. *De myſteriis ſacrorum,* lib. i. *De Andreae memoria apud Scotos,* lib. i. *De ſubjectione Candidae Caſae,* lib. i. *Breviarium chronicorum Euſebii,* lib. i. *Orationes ex Pſalterio Hebraico,* lib. i. *Phyſicam de ſimplicibus,* lib. i. Hunc inter ſuppoſititios numerat Pitſeus. In Mſ. Merton. l. c. annos ante fere 400 ſcripto, N. vii. 8. eſt Chronicon ab orbe condito ad tempora Leonis Iſauricum imperat. cir. DCCXX, cui in principio titulus *Chronica venerabilis Bedae preſbyteri.* Pr. " Adam an- " norum cxxx genuit Seth." Res Britannicas parce ſatis tractat: in cap. penultimo quaedam habet Bedae peculiaria: " Abbas meus Ceolfridus: " et ante de S. Cudberto verba faciens, memorat vitam tam proſa quam hexametris verſibus a ſeipſo ſcriptam. Hoc opus ſub titulo *De natura rerum, in quo de ratione temporum tractat Beda,* vidit Lelandus, et quaedam extraxit, *Collect.* tom. ii. p. 147. Mſ. bibl. Bodl. NE. D. i. 22. Idem principium habet Chronicon quoddam Ric. Haguſtaldenſi aſcriptum, et Flor. Wigorn. ed. Howard. cum quo in princ. plerumque convenit. Chronicon tanquam diverſum a libris de temporibus memorat Lel. *Coll.* iii. 115. F. 94. *Vaticinium ſecundum Bedum.* F. 95. *Beda in libro de dictis Merlini. Oratio Bedae de* vii *verbis Chriſti in cruce pendentis.* Pr. " Domine Jeſu Chriſte, qui ſeptem"——Mſ. bibl. Bodl. Laud. D. 32. In Mſ. Cotton. Tiber. C 3. eſt *Liber de divinis officiis ven. Bedae preſbyteri, quae Gemma animae intitulatur.* (Ita rubrica antiqua.) Pr. " Agmen in " caſtris aeterni Dei." Rectius tamen Giraldo Cambrenſi tribuitur, quem vide. Prodierunt opera Bedae Pariſ. MCCCCXCIX. ibid. MDXLV. iii tom. Baſil. MDLXIII viii tomis. Colon. MDCXII apud Badium Aſcenſium, Baſil. MDXXI. fol. tom. . . . De noviſſima operum Bedae editione Colon. MDCLXXXVIII, quaere Fabricii *Biblioth. Lat.* 254. Praeter opera ſupra memorata extant: *Axiomata Philoſophica.* Col. Allobr. MDCXVIII. 8vo. *Ariſtotelis axiomata expoſita.* Lond. MDXCII. 8vo. Pariſ. MDCIV. 8vo. Lond. MDCXCII. 8vo. Annon ſunt eadem cum *Sententiae ex Ariſtotele,* ut ſupra? *Epiſtola apologetica ad Plegwinum monachum. Epiſtola ad Egbertum, Eboracenſem epiſcopum, de Chriſtiani praeſulis officio.* Haec duo edidit Waraeus cum notis, Dublin.

consecratus est. Quid, quod Daci, post hominum memoriam depopulatores violentissimi, et qui tot doctissimorum Anglorum lucubrationes flammis aboleverunt, ne tantillum quidem Bedae famam aut monimenta obscurare potuerunt, Girovico ejus monasterio semel atque iterum incenso? Illud certe propius ad miraculum accedit, quod nec Dacorum violentia, nec ferocia Gulielmi magni, Nortmanni, ita Girovicensis coenobii, quod a vulgo nunc JARWE vocatur, aedificia omnia concusserit; quin adhuc Bedae oratorium extet, humile quidem opus, et cameratum, utcunque tamen integrum; in quo et hodie altare est, sed neglectum; et in altaris medio crusta Ophiutici marmoris. Haec nos in gratiam lectoris antiquitatis studiosi. Sed dum antiquitatem recolo, pene praeterieram, quod maxime dictum oportuit; nempe Hectora Boëthium, Scottum, omnium, qui unquam historiam scripserunt, longe vanissimum, tam stulte, tam inepte, tam aniliter de Beda fabulari, ut risum mihi moveat, simul et stomachum. Nam primum patriam in dubium vocat, et fere Italum facit; porro juvenem in Italia studuisse, et senem inter monachos Mailrosenses frequenter habitasse, diversatumque fuisse asserit; postremo illum Dunolmi obiisse. Quid nunc Hector Bedae respondebit, qui scribit se natum fuisse in territorio Girovicensis coenobii, quatuor aut quinque passuum millibus a Novo Castello, et omnem vitam ibidem intra septa sui coenobii, ut manifeste apparet ultimo cap. *Historiae Anglicanae* a seipso editae, transegisse? quid denique Cutheberto ejus discipulo, qui scribit eum Girovici obiisse, et tumulatum esse? quid rursus Simeoni praecentori, et Rogero Hovedeno, qui in *Annalibus* suis docent, quo tempore Dunolmum translatus sit? Sed ne sis ignarus, lector, me autore, disces nullum unquam monachorum collegium Dunolmi fuisse ante tempora Gulielmi magni. Accreverat tamen ibi paulo ante sedes episcopalis, autore Aldvino: proinde neque Bedam unquam Dunolmensem monachum fuisse, id quod Hector, sed falso, arbitratus est. Hoc certe constat (nihil enim studiosum lectorem celare volo) Bedam olim a Sergio pontifice Romam accitum, missis ad Ceolfridum, abbatem Girovicanum, eadem de causa literis, quas ego etiam aliquando legi, et Gulielmus a Meildulphi-curia libro *Historiae regum* primo annexuit; nunquam tamen in Italia, nedum Romae fuisse. At missum nunc facio, cum tota sua vanitate, Boëthium; et immortalis Bedae gloriam, laudemque eximie magnam aliquot testimoniis, sed candidis, nobilibus, luculentis, cognitissimam lectori faciam. Albinus enim inter doctos sua aetate doctissimus haec scribit libro *Epistolarum* ad monachos Wirovicenses et Girovicenses: "Recogitate nobilissimum vestri temporis magistrum Bedam, presbyterum, quale habuit in juventute studium; qualem nunc habeat inter homines laudem, multo majorem apud Deum remunerationis gloriam. Illius ergo exemplo dormitantes excitate animos: magistris assidete, aperite libros, perspicite literas, intelligite sensus illarum; ut et vosmetipsos pascere, et aliis spiritualis vitae pastum praebere valeatis." Melancthon vero haec in libro *De corrigendis studiis* refert: "Clarebantque hi cum aliis quibusdam, tum maxime venerabili Beda, Graece et Latine haud vulgariter perito: ad haec in philosophia, mathematicis, sanctis sic erudito, ut cum vetustis quoque conferri possit." Lilius Gregorius Gyraldus in quinto dialogo *De historia poëtarum* Bedae luculentam facit mentionem. Folchardus etiam Durovernensis luculentum certe de Beda hac oratione testimonium adfert in libello *De vita D. Joannis*, archiepiscopi Eboracensis, cujus et alumnus et discipulus aliquandiu fuit: "Quem secutus industrius tyrunculus a tanto paedagogo affluenter imbutus, et in expositis evangeliis, et in historiarum rerum digestis magnus enituit, et descriptis temporum et computi rationibus subtilissimis, auditam Britannicae gentis hebetudinem purgavit, scriptorumque suorum dignitatem, Rom. sedis acquisita autoritate, nobilitavit." Circumfertur et hic versiculus in laudem Bedae:

Anglia te celebrat, te totus personat orbis.

Dublin. MDCLXIV. 8vo. *Epistola ad Albinum abbatem* (quem in praef. ad *Hist. eccl.* memorat) Pr. "Gratantissime suscepi munuscula tua." Ex cod. Melensi a Mabillonio edita, *Analect.* tom. i. p. 9. Haec epist. a scribis nonnullis apposita fuit vice praef. *Hist. Angl.* uti Mabillonio videtur; sed potius existimandum est hanc epist. esse praefationem in *Opus de structura Templi Salomonis*, etc. quod Albino dedicavit Beda, uti patet ex hac epistola. *Repertorium Bedae.* Norimberg. MCCCCXC. *Repertorium, seu, Tabula authoritatum Aristotelis, et philosophorum, cum comm. per modum alphabeti.* Paris. MDXIII. 4to. Opera plura Mss. *De situ et mirabilibus Britanniae*, lib. i. Ms. in bibl. coll. Corp. Chr. Cantab. D. i. 173. 205. Pr. "Insula Britannia, cui quondam Albion." Ms. C. C. C. C. *Et mirabilibus* desunt in Ms. C. C. C. Cantabr. *De mirabilibus Angliae.* (num. 33.) Pr. "Primum mir. est Chederhole. Secundum est Rollendrich." Ms. bibl. C. C. C. Oxon. Hoc Bedae fuisse opus autumat Br. Twynus. In principio Ms. C. C. C. Oxon. 137. est, Beda (uti notavit manus haud antiqua) *De* vii *mirabilibus mundi.* Pr. "Primum miraculum est Romae salvatio." *Vita S. Juliani.* Ms. in bibl. Bodl. F. iii. 9. Est vita S. Juliani imm. sequens Bedae vitam S. Cuthb. Pr. "Cum adhuc mundus errorum tenebris." *Vita Gregorii magni.* Pr. "Gregorius hac urbe Romana, patre Gordiano." Paris. MDCV. f. Ms. in bibl. coll. Merton. O. vii. 9. pp. Sed non dicitur a Beda scripta esse. *De vita et virtutibus S. Augustini Angl. apostoli.* Ms. in bibl. Walteri Copi. *Relatio de S. Laurentio Anglorum apostolo.* Ms. ibid. *Homiliarum in S. Lucam*, lib. ii. Ms. in bibl. publ. Cantab. cod. 25. Pembrochiana, cod. 213. *Commentarius in Ecclesiasten.* Bal. Ms. in bibl. Baliolensi Oxon. cod. 158. *De trinitate*, lib. i. "Omnipotens Deus Pater et Filius." Bal. Ms. in bibl. Lumleiana, cod. 53. *Homiliae in evangelia*, lib. ii. "Exordium nostrae redemptionis." Bal. Mss. Oxon. in bibl. Lincoln. cod. 18. Baliol. cod. 130. Merton. cod. 227. Deperdita. . . *Commentarius in Esaiam proph* lib. ii. *Epigrammatum liber ad Albinum abbatem.* Vid. Leland. *Collect.* tom. ii. p. iii. ubi quaedam adhuc extant. *Axiomata et theses philosophicae.* Colon. MDCXVI. 8vo. Genev. MDXIX. 12mo. Ibid. MDCXXXI. 12mo. Witteberg. MDXCIX. MDCVIII. 8vo. Genev. MDCXXXI. 8vo. Vide *Opuscula cum notis Joh. Noviomagi.* Col. MDXXXVII. fol. *Homilia in illud Johannis*, "Dixit Jesus discipulis suis, Haec sunt verba." Ms. bibl. Bodl. NE. F. vii. 3. *Fragmentum Glossarii Anglo-Saxonici Bedae.* Ms. Cotton. Vitell. C. ix. 19. Est tantum collectio verborum Saxonicorum cum interpretatione ex Saxon. tr. Bedae. Ita videtur. *Flores Bedae*, ii vol. sive *Comm. in omnes* xiv *epistolas D. Pauli.* Pr. "Paulus apostolus, qui cum sanctus P. vocaretur." Ms. Mert. O. vii. vet. Annon sunt Flores Bedae ex Augustino?

Alexander

Alexander Nechamus, in libro *De laude divinae ſapientiae*, ubi de D. Cuthberto loquitur, haec addit:

Beda, vir egregius, aſſociatur ei:
Ingenium cujus non mundus claudere poſſet,
Corpus honorandum capſulà parva tegit.

Gulielmus a Meildulphi-curia libro *De regibus* primo de Beda ſic ſcribit: "Elugens tantum orbi "praereptum lumen. Sepulta eſt cum eo geſtorum omnis paene notitia uſque ad noſtra tempora: "adeo nullus Anglorum, ſtudiorum ejus aemulus, nullus gloriae ejus ſequax fuit, qui omiſſae mo-"netae lineam proſequeretur. Pauci, quos aequus amavit Jeſus, quamvis literis non ignobiliter "informati, tota vita ingratum conſumpſerunt ſilentium. Alii vix primis labris illas guſtantes, "ignavum confoverunt otium. Ita cum ſemper pigro ſuccederet pigrior, multo tempore in tota "inſula ſtudiorum detepuit fervor. Magnum ignaviae teſtimonium dabo verſus epitaphii, pudendi "prorſus, et tanti viri mauſoleo indigni:

Preſbyter hic Beda requieſcit carne ſepultus.
Dona, Chriſte, animam in coelis gaudere per aevum;
Daque illum ſophiae debriari fonte, cuï jam
Suſpiravit ovans intento ſemper amore.

"Poteritne ulla excuſatione hic pudor, extenuari, ut nec in eo monaſterio, ubi, illo vivente, totius "literaturae exultavit gymnaſium, potuerit inveniri homo, qui memoriam ejus formaret, niſi "exili et miſerabili ſtylo?" Floruit autem Beda ſub Chenredo, Oſricho, et Ceolvulpho, Northumbriae regulis. Vixit annos, ut ego colligo, ſexaginta; quamvis Tritemius ſeptuaginta duos, ſed male, numeret: nam hiſtoriam annos natus LIX abſolvit, nec diu ſupervixit[s]. Obiit[t] Girovici, ubi et ſepultus eſt[v]. Poſt multos vero annos ejus corpus Dunolmum tranſlatum eſt, ut ſcribit Gulielmus Meildunenſis libro *De pontificibus Angliae* tertio. Ex *Lelando*.

[r] Scholares venerabilis Beda in receſſu a Cantabrigia monebat dicens: "Diſcite, filioli, dum vobiſcum ſum, neſcio "enim quamdiu ſubſiſtam, et ſi, poſt modicum, tollat me "factor meus, et revertatur animus meus ad eum qui miſit "illum, et in hanc vitam venire conceſſit, diu vixi; bene "conſulit mihi Dominus meus Jeſus in hoc vitae ſpatio; "cupio diſſolvi, et eſſe cum Chriſto." Rediens igitur a Cantabrigia plenus dierum, gratiae S. Spiritus menſura ſufficientiae repletus, migravit a ſaeculo, et jam vivit in Domino. Ita Nic. de Cantilupo in *Hiſt. Cantabr.* Mſ.

[t] Obiit Beda, non, uti Lelandus cenſet, paulo poſt *Hiſtoriam* abſolutam, ſed per alios triginta annos ea, quae ſcripſerat, correxit, uti ex Alcuini vita conſtat. Liquet enim ex epiſtola Cuthberti apud Simeon. Dunelm. lib. i. *Hiſtoriae Dunelmenſis* c. 15. emigraſſe e vita Bedam preſbyterum ſeptimo cal. Junii, die Aſcenſionis Dominicae, qui incidit in annum Chriſti DCCLXII, aetatis ſuae nonageſimum, i. e. die eccleſiaſtico, qui a primis veſperis incepit. Epitaphium Bedae id ſuadet, quod, teſte Poſſevino, ad noſtra uſque tempora legebatur in ejus ſarcophago; in quo chronologum agnoſcas ſaltem, ſi non poëtam:

Beda Dei famulus, monachorum nobile ſidus,
Finibus e terrae profuit eccleſiae:
Solers iſte patrum ſcrutando per omnia ſenſum
Eloquio viguit, plurima compoſuit:
Annos in hac vita ter duxit vitae triginta
Preſbyter officio, utilis ingenio.
Junî ſeptenis viduatus carne kalendis
Angligena angelicam commeruit patriam.

Sed non opus eſt, ut de Bedae obitu, dieque obitus plura adjiciam, cum Willelmi Malmeſburienſis, Baronii, aliorumque errores abunde refutavit Chiffletius in diſſertatione egregia, Pariſ. MDCLXXXI. [u] Oſſa Bedae requieſcunt Glaſtoniae. *Mon. Angl.* I. 4. Bal. ii. 1. Pitſ. p. 129. ſeq. Blunt. p. 238. *Hiſt. et Ant. Oxon.* I. ii. Y. 61.

BEDELL [HENRICUS] patria Oxonienſis, ad artium baccalaureatum in coll. Corp. Chr. Oxon. A. MDLV admiſſus, et ad rectoriam S. Pancraſii infra decanatum S. Mariae de Arcubus collatus fuit 4 Aug. MDLXI, quae vacabat ante 8 Aug. MDLXVII, quo anno inſtitutus ad vicariatum eccleſiae Chriſti London. quae vacabat per ejus reſignationem ante 25 Jan. MDLXXVI. Newcourt. i. 320. Scripſiſſe fertur *Concionem de miſericordia erga pauperes apud eccleſiam Chriſti*, London. 15 Nov. MDLXXI. *in Pſalm.* xli. Pr. "Bleſſed, etc. For as moche as God hath placed his." Pr. pr. "Whereas ſome for the trial of their." Lond. MDLXXI. 8vo. *Faſti Oxon.* i. 82.

BEDERICUS [HENRICUS] ſive Burienſis, ab oppido natalitio cognominatus, frater ordinis S. Auguſtini in coenobio Clarenſi in eodem agro. Aliquot annos in ſtudiis bonarum artium tum Oxonii, tum Cantabrigiae poſuit, et tandem ad exteras regiones trajecit; ubi Lutetiae Pariſiorum doctor Sorbonicus creatus eſt. In patriam deinde rediens, ſui ordinis provincialis per totam Angliam evaſit. Scripſit *Super libros ſententiarum lecturas*, lib. 4. *Quaeſtiones theologiae*, lib. i. *Sermones de B. Maria Virgine*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. Claruit A. MCCCLXXX. Bal. vi. 51. Pitſ. 526.

BEDERICWORTH [GUALTERUS] idem, ni fallor, cum Galfredo Waterton, quem Pitſeus, p. 469. Bedericium cognominat, quandoquidem eodem anno fert ambos claruiſſe, ejuſdem coenobii monachos fuiſſe, et eadem fere opera edidiſſe; nam praeter *Conciones*, *Collationes*, et *Moralitates*, quae etiam Galfredo tribuuntur, ſcripſiſſe putatur *Commentarios ſuper magiſtrum ſententiarum*, lib. iv. *Lecturas ſcholaſticas*, lib. i. Vide in GALLOFRIDO WATERTON.

BEDINGFELD [THOMAS] armiger, unus ex penſionariis reg. Elizabethae. Tranſtulit in ſermonem Anglicanum *Cardani conſolatorium*, Lond. MDLXXVI. A. Wood. *Cat.* i. *Claudio Corte's art of riding*; ad D. Henr. Macwilliam. "Sir, I had rather you miſliked." Lond. MDLXXXIV. 4to. *Nic. Machiavelli hiſtoriam Florentinam*, Lond. MDXCV. fol. Obiit A. MDCXIII. Stow, *Surv. London.* p. 485.

BEDO AYRDRAIN Cambro-Britannus scripsit *Poëmata varia*, quorum aliqua extant in museo Edw. Llwydi. Claruit anno Domini MD. Llwyd. Davis.

BEDO GUYN [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MDL. Llwyd. Davis.

BEDO PHILIP BACH, poëta Cambro-Britannus, scripsit *Carmina quaedam*, quae extant penes Ed. Llwyd. Floruisse dicitur A. D. MCCCCLXXX. Llwyd. Davis.

BEEARD [RICHARDUS] clericus institutus 31 Maii MDLX in ecclesiam S. Mariae ad Montem Lond. quae vacabat per ejus privationem ante 24 Jun. MDLXXIV. Newc. i. 451. Scripsit

A godly psalm of Mary queen, which brought us comfort all
Thro' God, whom we of deuty praise, that give her foes a fall,

by Richard Beeard, A. D. MDLIII. Pr. "All England now be glad at once." 44. Verse *with psalm tunes in four parts*, Lond. . . . . 8vo. Vide Strype, *Elizab.* p. 202.

S. BEGA, virgo Scotica, quae magnam operam dedit in propaganda fide Christiana apud Scotos, Northumbros, et Cumbros. Scripsisse fertur *De Deo vero ad Orcadianos*, lib. i. *Formulam precum ad Danos*, lib. i. Claruit anno DCCLXXIV. Ingulfus Croylandensis hanc cum S. Pega confundit. Vid. Dempster. Obiit apud locum ab ea dictum Kilbege in Cuningamia. Colitur 5 Decemb. Miraculis claruisse fertur, quorum memoria apud septentrionales adhuc viget. Promontorium et monasterium vicinum in Cumbria ejus nomine ornata sunt. Dempster. ii. 163.

BEKINSAU [JOHANNES] natus apud Broad Chalke in comit. Wilton. patre Johanne de Hartley-Wespell in comit. Hantoniensi, ex antiqua familia ejusdem nominis in agro Lancastr. oriundo. E schola Wickhamica Wintoniensi ad collegium Novum Oxon. missus, socius evasit A. MDXX. Postea gradum magisterialem suscepit A. MDXXVI, et ad exteras gentes profectus est, vir Graecarum literarum peritissimus; quarum tandem professor publicus in academia Parisiensi renunciatus fuit. Post reditum in patriam societati collegii Novi Oxon. valedixit A. MDXXXVIII, ac non longe post scripsit *De supremo et absoluto regis imperio*, lib. i. Pr. praef. regi Henr. viii. "Qui rem "aliquam literis." Lond. MDXLVI. 24to. Extat etiam in Melch. Goldasti Hamensfeld. *Monarchia S. Romani imperii*, tom. i. p. 433. Francof. MDCXXI. fol. Strenue licet hic autor contra papae suprematum regnante Henr. viii. et Edw. vi. disputavisset, ac libros egregie doctos scripsisset, regnante tamen Maria omnia retractabat, et religioni pontificiae addictissimus fatis concessit apud Sherburn in comit. Hantoniae 20 Dec. MDLIX, aetatis circiter lxiii. Bal. xi. 98. *Athen. Oxon.* i. 129.

BELCHIAN [THOMAS] Anglus Franciscanus observant. Grenovici. Scripsit libellum cui titulus: *Ad fratres contra Henricum octavum.* Pr. "Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus "regum sunt." Quo Henrici viii errores, vitiorumque labem damnat. Martyr. 3 Aug. MDXXXVII. Wadding. *Script. ord. Min.* p. 323. In *Collect. Anglo-Minorit.* p. i. p. 240. Fame in carcere periisse dicitur.

BELETH [JOHANNES] qui etiam BILETHUS, et BYLITH, cujus cognomen est Anglicum, S. theologiae doctor tamen Parisiensis: Scripsit *Sermonum* lib. i. *Gemmam animae*, lib. i. *Rationale de divinis officiis et festivitatibus*, lib. i. "In primitiva ecclesia." Ms. juxta Boston. Burien. num. 160. 114. 128. 82. iii. 166. Ms. in bibliotheca prioratus S. Montis in Lotharingia: Oxonii Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 10. 20. ubi h. t. habet, *Liber de ratione officiorum ecclesiasticorum.* In fronte libri occurrit tractatulus *De Sibyllis.* Vide Ms. Bodl. NE. A. iv. 5. Hic liber in Ms. reg. Westmon. 7. C. vii. ii. ita inscribitur: *Johannis Belet de officiis ecclesiae et ministerio altaris, et de festis sanctorum*, lib... Cantabrigiae in archivis collegii Caii et Gonvil. L. 65. in bibl. Lumleiana; et Gualteri Copi. Extat Antverp. MDLXX. 8vo. Dillingae MDLXXI. Lugd. MDLXXXIV. 8vo. Claruit A. MCCCXXVIII. Pitf. *App.* p. 869.

BELFORDIUS [HENRICUS] sive BEAUFORD, regis Henrici iv frater, A. MCCCXCVIII episcopus Lincoln. et A. MCCCCIV episcopus Wintoniensis, et S. R. E. cardinalis tit. S. Eusebii renunciatus. Nicol. Harpsfield in Nomenclatura autorum, quibus usus est in *Historia ecclesiastica*, recenset inter alios Henricum episcopum Wintoniensem; et pag. 247. 230, etc. citat eum in libro quem edidit *De terris et possessionibus ecclesiae suae:* qui incipit "Quotiens ecclesia." Obiit A. MCCCCXLVII. et in cathedrali sua Wintoniensi sepultus jacet. Bal. xi. 46. Whart. *A. S.* tom. i. p. 318.

BELGRAVE[a] [RICHARDUS] sive BELLOGREVUS, Grantae Girviorum bonis se totum addixit artibus, unde et in theologorum numerum relatus est. Stylo usus est de more scholastico. *Determinationum*[b] et *Quaestionum*[c] libellos edidit. Floruit anno D. MCCCXX[d]. Ex *Lelando.*

[a] Ricardus Belgrave, patria Cicestrensis, ordinis Carmelitani frater. [b] *Theologicarum* (Lel. *Epit.*) lib. i. "Utrum essentia divina possit videri non visa persona." Ms. Bal. Sloan. 4to. 208. [c] *Ordinariarum* (Lel. *Epit.*) lib. i. [d] *Ex Cicestrensi patria olim oriundus*, addit Lel. *Epit.* Vide Bal. xi. 5. ex Lel. Pitf. p. 415.

BELL [GULIELMUS] filius Johannis ex antiqua progenitus familia, patria Wigorniensis, in schola Warwicensi educatus, inde anno aetatis 18 ad collegium Baliolense Oxon. missus, ubi socius fuit electus; attamen quia pontificiae religioni addictus fuit, collegio valedicere coactus erat. Postea ad hospitium jurisconsultorum S. Clementis Londinum se contulit, ubi juris municipalis studiis sedulo incubuit; sed post biennium ad patrios lares rediens officium clerici pacis in comitatu Wigorn.

gessit. Extat Anglice: *Testamentum ejus ultimum satis prolixum, continens confessionem fidei, quaedam de stemmate ejus*, etc. Pr. " In the name, etc." The 20 day of October A. D. MDLXXXVII." Edidit, notisque illustravit filius ejus Franciscus ordinis Minor. et collegii S. Bonaventurae Duaci guardianus. Duaci MDCXXXII. 8vo. Obiit Gulielmus apud Temple-broghton in comit. Wigorn. circa A. D. MDXCIX.

BELL [JACOBUS] religionis reformatae acerrimus assertor. A. MDXCV. 13 Febr. installatus in praebendam de Holcomb. ecclesiae Wellensis. Et 11 Octob. MDXCVI in praebendam Comb. 4. *Reg.* Wellen. Scripsit *An account of Caecilia, princess of Sweden, her travelling into England*, MDLXIV. Pr. ded. to qu. Elizabeth. " The two principall causes that first." Ms. in bibl. reg. Westmon. 17. C. xxix. Transtulit in sermonem vernaculum, *Lutheri tractatum de libertate Christiana*, Lond. MDLXXIX. 8vo. *J. Foxii concionem de oliva evangelica.* Pr. ded. Ant. Fr. Walsingh. " Presumyng not so much upon my own." Lond. MDLXXVIII. 12mo. *J. Foxii papam confutatum.* Pr. pr. tr. " The autor, who compiled." Lond. MDLXXX. 4to. *Gu. Haddoni et J. Foxii apologeticam contra Hier. Osorium.* Pr. pr. tr. " Experience hath taught." Lond. MDLXXXI. 4to. Hic Jacobus Bell mihi videtur fuisse ille Somersetensis, qui primo scholaris collegii Corporis Christi Oxon. baccalaureus artium admissus A. MDLI, et postea sub finem mensis Maii A. MDLVI socius collegii Trinitatis electus. Refragari tamen videtur aetas. A. Wood. *Fasti Oxon.* tom. i. p. 75.

BELL [ROBERTUS] Ex hospitio Medii Templi, tandem capitalis baro scaccarii. Extant *Ejus lecturae* viii *in statut.* 20 Hen. viii. cap. 19. in vacatione autumnali 7 Elizabethae. Ms. Norwic. More. 709.

BELLEMAN [JOHANNES] natione Gallus; praeceptor regis Edw. vi in lingua Gallica. Fuller, *Eccl. hist.* vii. 422. Transtulit in linguam Gallicam, *Liturgiam ecclesiae Anglicanae.* Pr. ded. regi Edw. vi. " Ayant tous jours sovenance." Dat. de vostre Hotel de ceans 18 April. MDLIII. Ms. bibl. reg. Westmon. 20. A. xiv. *S. Basilii M. epistolam ad S. Gregorium de vita solitaria.* Pr. ded. Dom. Elizab. princ. " Sainsy estoit, tres noble et tres illustre." Ms. Ibidem. 16. E. I.

BELLEW [NICOLAUS] transtulit ex Latino in vernaculum *Speculum ecclesiae per S. Edmundum Cantuar.* cap. 30. Pr. " Se yor callynge. These wordes." Ms. bibl. Bodl. Mus. 193. Quaedam hujus Speculi translatio sine nomine, Lond. by Rob. Copland. . . 4to.

BELLOCLERICUS [HENRICUS] secundo genitus filiorum Gulielmi magni a parto Angliae imperio, ab ipsis teneris annis eloquentiae et bonis artibus operam dedit. Quem vero ex tam alacri et expedita in literis diligentia sit fructum [a] consecutus, liber, quem ego annis abhinc decem casu reperi Duroverni Cantiorum in fano Augustino sacro, indicabat. Erat enim ex publicis regni decretis ab eo elucubratis et editis compositus; unde et leges etiamnum Henricianae, nomine ab autore sumpto, dicuntur. Illud certe non est silentio transeundum, quod Thomas Rodeburnus historicus, monachus Ventae Simenorum, Henrici his verbis meminerit: " Henricus primus, " tertio paterni anno regni natus, in liberalibus artibus in universitate Grantabrigiensi suum primum " protrivit tyrocinium [b]." Ex *Lelando.*

[a] Scripsit *Epistolas ad Anselmum.* J. Balei *Add.* Lel. Ms. Trin. [b] Factusque est ibi magister in artibus. Ita Rudb. apud Wharton. *Angl. Sacr.* tom. i. 273. Eum in Oxoniensi academia educatum fuisse contendit *Hist. et Ant. Oxon.* tom. i. 46. Obiit A. C. MCXXXV, et Readingi sepultus est. Bal. x. 47. Fuller. *Cantabr.* p. 2.

BELLO FOCO [ROBERTUS de] sive BELLO FAGO, ecclesiae Sarisburiensis canonicus; Oxoniae exacto philosophicorum studiorum curriculo, gradu magistrali in artibus insignitus fuit. Sylvestro Gyraldo, Gualtero Mapaeo, et aliis viris doctis familiaris. Scripsit *Encomion topographiae*, lib. i. Hoc scripsit post lectam Oxoniae ab autore Gyraldo *Hiberniae Topographiam. Monita salubria*, lib. i. *Carmen de commendatione cerevisiae.* Pr. " Eloquio dulci vernans et voce se- " rena." Ms. Norwic. More. 131. Claruit A. MCXC. Bal. iii. 36. Pits. p. 257.

BELLOMONTE [LUDOVICUS de] ex regio Gallorum stemmate ortus, Isabellae reginae Angliae consanguineus, thesaurarius Sarum, episcopus Dunelm. autoritate papali substitutus A. D. MCCCXVII. Praesul tam indoctus, ut Latinum nec intelligere nec pronunciare valeret; in historia tamen nostra inter literatos commemorandus, quia sub ejus nomine extant *Constitutiones synodales factae* A. D. MCCCXIX. Pr. " Ludovicus, etc. Cupientes, prout nostro." Extant in *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. ii. p. 495. Obiit apud Brantingham 8 cal. Octobr. MCCCXXXIII. et in ecclesia Dunelm. coram magno altari sepultus est. Whart. *A. S.* tom. i. 757. seq. Godw. ii. p. 126. seq.

BELLOPOELIUS [PETRUS] Scripsit *Orationem de pace inter Henricum Galliarum et Edwardum Angliae reges*, Lond. MDLII. 4to.

BELMEIS [JOHANNES] gente Anglus; juvenis eruditus celeberrimas Angliae, Galliae et Italiae academias invisit, et in patriam rediens canonicus et thesaurarius ecclesiae Eboracensis factus est. Rursus autem Romam adiit, et ab Hadriano iv papa benigne receptus est. Dein favore regis Henrici ii regis Angliae, cujus partibus contra Thomam Becket adhaesit, episcopus designatus est Pictaviensis; et mox in archiepiscopatum Narbonensem electus. Dum autem Romam pallium petiturus contendit, a clero Lugdunensi archiepiscopus istius sedis et totius Galliae primas renunciatus est A. MCLXXXI. Scripsit *epistolas* xxxii *ad Thomam Cant.* lib. i. " Vix mihi, Do- " mine, vel unum." *Invectivam in eundem*, lib. i. *Orationes elegantes*, lib. i. *Historiam quandam*, lib. i. In Angliam senex rediit A. MCXCIV. Bal. iii. 12. Pits. p. 261.

BELMEIS

BELMEIS [RICHARDUS de] ejus nominis i. sive BEAUMES, sive RUFUS cognominatus. Vicecomes erat Sarisburiae, ut testatur Ordericus Vitalis, lib. xi. *Histor.* Marchiarum inter Angliam et Walliam custodem a rege constitutum esse, et Salopiae ut plurimum degisse testatur *Chronicon* Powelli, p. 164. Whart. *De episc. London.* p. 46. Episcopus Londinensis electus A. MCVIII. Monasterii S. Osithae fundator. In matriculario monast. Petriburg. T. iv. extabat *Tractatus Ricardi episcopi Londoniensis ad R. Henricum*: rhithmice. Obiit 16 Jan. MCXXVI, et apud S. Ositham humatus jacet. Whart. *De episc. Lond.* p. 46. seq. Godwin. i. p. .

BELVETETUS Moudonius Anglus scripsit, *De ordine garterii*, lib. i. Mss. in bibl. Lumleiana. Pits. *Append.* 826.

BENEDICTUS CHELYDONIUS abbas Scotici ad Viennam in Austria monasterii; Eckii familiaris scripsit et edidit, *Contra Lutherum apostatam*, lib. i. *Bandini sententiarum de rebus theologicis*, lib. iv. Lovanii MDLVII. 8vo. MDLXXVII. 8vo. Claruit anno MDXIX. Dempster. iii. 316. Mackenz. ii. 600.

BENEDICTUS EPISCOPUS [a], alias BISCOP, ex nobili ortus est stemmate: juvenis audacissimi animi sub Osuuio, Transabrinae provinciae rege, militavit; unde non raro ab inimicis gloriam, et spolia opima reportavit. Sed post aliquantulum temporis pertaesus terrenae militiae, meliori genio ductus, bellum vitiis indixit, Romamque de more tunc temporis celebri petiit [b]; et domum reversus, Benedicti magni professionem continuo secutus est. Post annos autem aliquot Romam, sed presbyter factus, secundo invisit; ubi a Vitaliano pontifice cognitus, Theodoro Tarsensi, qui tum Cantiis archiepiscopus erat designatus, et Adriano [c] abbati in Britanniam iter adornantibus, dux et interpres non magis gratus, quam necessarius designatus est: nam, ut ex xxxvii cap primi libri Gulielmi Meildunensis *De regibus Anglorum* apparet, fuit abbas circa illa tempora Augustiniani monasterii, quem honorem postea Adriano detulit. Jamque, perductis Theodoro et Adriano Cantium, civitatem nobilem, intellexerat obiisse Coinwalchium, regem Visisaxonum, ad quem, tanquam cognitum et amicum, proficisci decreverat; Transabrinos suos repetiit, maximamque brevi apud Egfridum regem, qui Osuuio successit, inivit gratiam: a quo postea accepit dono locum in ostio Wiri fluminis, quod, nisi fallor, a Ptolemaeo Vedra dicitur, monasterio condendo aptum, et terras circumjacenteis, ne ad victum necessaria deessent. Jamque omni opinione citius nobile monasterium, accersitis ex Gallia latomis, condiderat; et trecentis, ut fama est, monachis ornavit. Adde quod et locupletissimam bibliothecam ibidem, comparatis hinc inde ex Italia exemplaribus cum Latinis, tum Graecis, posuerit, Theodoro et Adriano tam sanctum opus promoventibus. Non tamen hoc opus illi extrema meta laboris erat. Ecce statim alterius coenobii fundamenta jecit in ipsa pene ripa citeriori Tini flu. in loco, cui nomen Girovicum, quod distabat quatuor passuum millibus a monasterio Caprocephaliae, alias GETESHEVED et MUNKCESTRE, ubi nunc *Novum Castellum*, emporium Nortabriae celeberrimum. Crevit brevi et hoc opus; principio septendecim, deinde et magnum numerum monachorum admisit, inter quos et Beda erat, sui saeculi non infimum decus. Cumque jam utrumque monasterium, quantum temporis angustia patiebatur, recte instituisset; ipse, quamvis utriusque monasterii abba esset, illi Estrovinum, patruelem suum, olim Egfridi regis ministrum, huic Ceolfridum, tanquam vicarios, praefecit. Non hic abs re fecero, si lectori significem, quae postea tam famosorum coenobiorum fortuna fuerit. Circa tempora Egberti aut Osvulphi, regum Nortabriae, Dani, depraedatores nostri orbis, utrumque spoliaverunt, et flammis violaverunt. Pauperes deinde reliquiae Dacorum post aliquot saecula a Nortomannis, Gulielmum victorem sequentibus, destructae sunt. At non multo post tres monachi Eoveshamensis coenobii Transabrinas partes petentes, restaurandae monasticae vitae gratia, quorum primus erat Aldwinus, inter caetera monasterium Wirense et Girovicense reparaverunt, sed leviter. Et nuper in utroque fuerunt tres aut quatuor Dunolmensis coenobii monachi. Ingentes tamen utrinque ruinae maximorum olim aedificiorum manifesta indicia etiam nunc extant, quas ego nuper non sine admiratione aspexi, rerum vicissitudines tantarum deplorans. Sed ad rem redeo. Inter publica haec negotia, praeter alia quae multa et docta scripsit, edidit librum *De consonantia regulae monasticae vitae* [d]. Floruit sub Osuuio et Egfrido, Nortabriae regibus; et cum jam quinquies fuisset Romae, obiit ex paralysi prid. id. Jan. ac tumulatus est in Wirensi monasterio: tandem ejus corpus per Ethelwoldum, episcopum Ventanum, circa tempora Edgari, monarchae Angliae, Thornegam Girviorum coenobium delatum est [e]. Plura scire cupienti Beda in libro de ejus *Vita* [f] satisfaciet. Ex *Lelando*.

[a] Vide Matth. Westmonast. in A. D. DCCIII.
[b] Tonsuram monachalem in Lirinensi Italorum coenobio eo anno suscepit, Bal. i. 82. [c] *Adriano Aphro.* addit Mss. Lel. Trin. [d] Scripsit *Concordiam regularum*, lib. i. *Exhortationes ad monachos*, lib. i. *De suo privilegio*, epist. i. *De celebratione festorum totius anni*, lib. i. Pits. p. 114. Hoc potius erat Archichantoris opus. Bolland. [e] Ossa Benedicti Biscop requiescunt Glastoniae: uti ait *Monast. Angl.* i. 4. [f] Vitam ejus scripsit discipulus ejus Beda, et in die obitus ejus homeliam habuit, quae invenitur inter ejus *Homelias hyemales* pridie idus Januarii. Pits. p. 113. seq. Vide *Acta Sanctorum*, tom. i. 743.

BENEDICTUS GLOCESTRENSIS, coenobii S. Petri monachus, scripsit *Vitam S. Dubricii archiepiscopi urbis Legionum.* Pr. " Sanctorum patrum conversationes." Hanc primum ex Mss. Cotton. Vespas. A. 14. edidit clar. Whartonus in *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 654. plura tamen Dubricii miracula rejiciens. Benedictus hic haud ita diu post annum MCXX (Cave circa A. MCXXX) claruisse videtur. Whart. *A. S.* tom. ii. praef. xxvi. Cave, ii. p. 385.

BENEDICTUS ICENUS, ſeu Nordovolgius, aut, ut aliis placet, Anglus, frater eremita ordinis S. Auguſtini apud Norwicum. Vir in rhetorica et theologia apprime verſatus, et propter concionandi peritiam tantam ſibi famam comparavit, ut Antonius epiſcopus Norwicenſis illum ſuffraganeum ſibi fecerit, ſub nomine epiſcopi Cardicenſis. Scripſit *Alphabetum Ariſtotelis*, lib. i. " Homo, " noſce tuam vitam; noſce." Vide Mſ. Worſl. 20. 26. fol. v. *Epiſtolas hortatorias*, lib. i. *Sermonum per annum* lib. i. Obiit, et Norwici humatus eſt A. D. MCCCXL. Bale v. 60. Pitſ. p. 440.

BENEDICTUS [a] PETROBURGENSIS ex priore Durovernenſi Petroburgenſis abba factus, anno D. MCLXXVII, vir in literis feliciter verſatus, famae pretium excellentis inter eruditos commeruit. Fuit ei, ut ego conjecturam facio, magna cum Thoma Becketo familiaritas. Hinc accidit, ut, occiſo archiepiſcopo, ſe ad calamum converteret, ac illius *Vitam* in libello eleganti depingeret [b]. Ex *Lelando*.

[a] Poſſevinus eum Benedictum Anglum vocat, et claruiſſe dicit anno MXC. Voſſ. *Hiſt. Lat.* p. 424. Benedictus ex cancellario Richardi archiepiſcopi prior Cant. ſuffectus anno MCLXXV. inde ad abbatiam Burgenſem ann. MCLXXVII. tranſlatus Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 138. ex Gervaſio Oxonii educatus erat, ubi ſtudiis theologicis operam dedit. At haud dubio hallucinatur antiquarius Oxonienſis tom. i. 58. qui ibi illum anno MCCII. florere refert. [b] Unus erat eorum quatuor, qui *Quadrilogium Tho. Becketi* contexebant. Secundum Baleum et Pitſ. ſcripſit duos libros; ſc. *Miracula S. Thomae*, lib. i. Inter libros olim in muſeo hujus Benedicti habebantur *Miracula S. Thomae in quinque voluminibus*. *Hiſtor. Petrob.* 25. quam conſule. *Vitam Thomae*, lib. i. Vide Cave ii. p. 305. Obiit 3 cal. Oct. Whart. in *Angl. Sacr.* ex Obituario Cantuar. Swapham. Sept. 25. Obit. Petroburg. an. MCXCIII. *Chron.* Joh. Abbat. Burg. Extat Mſ. in bibl. Cotton. Julius A. xi. 4. Bened. abbatis Petroburg. *De vita et geſtis R. Henr.* ii. Pr. " Anno ab incarnat. Domini " MCLXX. Henric." Incipit ab anno MCLXX. Liber, ob documenta et narrationes de conſiliis politicis et eccleſiaſticis iſtorum temporum, magni faciendus, ex quo multa exſcripſerunt Jo. Brompton et Rog. Hoveden. In eo de morte Thomae Becket prolixe agitur; et ad finem ejus pictura apparet Thomae inter manus carnificum occumbentis. *Chronicon Benedicti ab* MCLXX *ad mortem R. Richardi* i. Mſ. bibl. Cott. Vitell. E. xvii. 3. imperf. in pr. Ex indice bibliothecae Cantuar. memorat Lelandus, *Coll.* iii. 189. libros h. t. *Benedictus monachus de computo*. Ejuſd. *Libellus de augmento et detrimento lunae*.

BENESE [RICHARDUS] canonicus regularis coenobii Mertonenſis in agro Surr. Poſt diſſolutionem coenobii (ut videtur) inſtitutus fuit ad rectoriam Omn. Sanct. Honylane Lond. ad praeſentationem dom. regis 11 Octob. MDXL. Newc. i. 252. Et A. MDXLII admiſſus ad praebendam de Farenden in eccl. Lincoln. ad praeſentationem regis. *Reg.* Joh. Longland. Scripſit *Of meaſuring land, as well wood-land, as plow land*, lib. i. " Becauſe in meaſuringe of land many men." Praefatione illuſtravit, et typis mandavit Thomas Paynell, tempore Henr. viii. *Athen. Oxon.* i. 145.

BENHYEM [HUGO de] Aberdoniae epiſcopus .... a Martino iv conſecratus: poſt annum in Scotiam redux gravem inter populum et clerum controverſiam de decimis, praeſente rege, compoſuit. Scripſit *Provincialium ſtatutorum ſanctiones*, lib. i. *Novas epiſcoporum praerogativas*, lib. i. Claruit A. MCCLXXXVI anno 29 Alexandri iii Scot. regis. Dempſter. ii. 191.

BENIGNUS, filius Seſguen (uti ait Joc. de Furnes, *Vit. S. patrum*, c. 39.) S. Patricii diſcipulus, ejuſque in ſede Armachana ſucceſſor, ſcripſit librum partim Latine, partim Hibernice, *De virtutibus et miraculis B. Patricii*: quo ſe uſum fatetur Jocelinus (*Vit. S. Patricii*, c. 186.) S. Benignus heremiticam duxit vitam apud Ferrameir juxta Glaſton. *Monaſt. Angl.* i. 2. Ejus reliquiae reconditae fuerunt in Glaſton. abbatiae eccleſia. Ibid. i. 4. Obiit anno CCCCLXVII vel CCCCLXVIII Romae, ſecundum authorem *Annalium Iniſfallenſium*, ſecundum alios, Ferlingamerae (Ferramere) juxta Glaſtoniam. Malmſburius vero de pontificatu Benigni tacens, eum Glaſtoniae in Anglia Patricio in abbatis regimine ſucceſſiſſe perhibet. Epitaphium ex Malmſburienſi:

" Hoc patris in lapide Beonae ſunt oſſa locata,
" Qui pater extiterat monachorum hic tempore priſco.
" Hunc fore Patricii quondam fortaſſe miniſtrum
" Fantur Hibernigenae, et Beonam de nomine dicunt.

Ware, *De Script. Hibern.* p. 3. 4.

BENNET [HENRICUS] patria Caliſienſis. Tranſtulit ex Latino in ſermonem Anglicum: *De vita, et rebus geſtis, et morte Martini Lutheri*; autore Phil. Melanchtone. Pr. ded. tr. Thomae dom. Wentworth. " Not without immortal praiſe." Lond. MDLXI. 12mo. *De vita et rebus geſtis Joannis Oecolampadii et Hulderici Zuinglii*; autore Wolfgango Fabro Capitone, Grineo et Miconio. " Pr. ded. tr. Domino Montioyo. " That vertue and felicitie have." Ibidem. Claruit Lond. MDLXI.

BENTHALMAY OUTIS: Scripſit Anglice, *A warning to England to repent, and to turn to God from idolatrie and popery by the terrible example of Calice, given 7 March* A. D. MDLVIII. Princ. " If God almoſt by miracle." Printed MDLVIII. 8vo.

BENTHAM [THOMAS] patria Eboracenſis apud Shirburn natus, academiae Oxon. alumnus fuit, ubi collegii S. Mariae Magdal. ſemicommenſalis, et tandem ſocius factus; temporibus Marianis Anglicanis exulibus Baſileae Actus apoſtolorum explicuit, et dein privati coetus Londini paſtor (Fox. 1 edit. 1700.) A. MDLIX ab Elizabetha regina factus eſt epiſcopus Lichf. et Coventr. et 24 Martii MDLIX conſecratus. Scripſit *In acta apoſtolorum*. *Concionem de tentatione Chriſti in Matth.* iv. 1, 2, 3, — 11. apud Oxonienſes in eccleſia S. Petri habitam. Pr. " Then " Jeſus, etc. The miſery of man." Lond. by Rob. Waldgrave ... 8vo. *Epiſtolam M. Parkero*, Mſ.

Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. i. 475. *Orders in the viſitation of his dioceſe*, MDLXV. Strype, *Eliz.* p. 464. Quando juſſu Elizabethae reginae Biblia in linguam Anglicanam tranſlata fuere, Benthamus tranſtulit *Pſalmos, Ezekielem et Danielem.* Vixit Baſileae exul A. MDLVIII. Bal. par. poſt. 113. Obiit 21 (vel 19) Februar. MDLXXVIII in caſtro Eccleſhallae in agro Stafford. et ibi humatus jacet ſub auſtrali muro cancelli. Epitaphium ejus Aſhmol. Mſ. 853. fol. 35.

BENVRAS [DAVID] natione Cambro-Britannus: Scripſit ſermone vernaculo, *Encomium Leolini principis Jorovertbi filii.* Et alia quaedam *Poëmata*, quae Mſs. adhuc extant in bibliothecis Moſtiniana et Hergurtiana. Claruit A. D. MCCXL. Lluyd. Davis.

BENVYN [DAVID] Glamorganenſis: Scripſit ſermone Cambro-Britannico, *Poëmata quaedam*; quae adhuc extant Mſs. paſſim apud ſuos. Claruit ſub fine ſeculi XVI. Lluyd.

BENYNG [GULIELMUS] (Dempſt. 104.) prior de Newbottle, et poſtea abbas Cupri: Scripſit, *De vita S. Joannis Scoti* nati in villa Podoen prope Ceſtriam in Anglia, deinde S. Andreae epiſcopi electi, lib. i. Claruit A. MCLXXXVIII. Dempſter. ii. 188.

BEORNILLUS ſacerdotum ſecularium acerrimus defenſor contra monachos in ſynodo Calnenſi; epiſcopus Scotus. Scripſit *Carmina adverſus monachos.* Claruit A. D. DCCCCLXXVII. Fr. Thin. *De ſcript. Scot.* ex antiq. Britanniae.

S. BERECTUS monachus Scotus: Scripſit *Homilias ad Sacram Scripturam*, lib. i. Aetas ejus ignoratur. Colitur 24 Febr. Dempſter. ii. 132.

BERENGUIDDUS, Berengaldus (in Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. P. 8.) Berengarius (in Whart. *Auctarium hiſt. dogm.* Uſſer. p. 392.) ut videtur, Anglus. Dempſterus eum Scotum et doctorem Sorbonicum vocat. Scripſit *In Apocalypſin S. Johannis*, lib. i. " Apocalypſis Jeſu Chriſti." Extat Mſ. Cantabrig. in collegio Corp. Chriſti P. 8. (Codex CCC annis antiquior) et S. Petri, et in privata bibliotheca nobilis viri Gualteri Cope. Claruit anno MCCCCXLVI. Dempſter. ii. 180. Pitſ. *Append.* 827.

BERNARD [DANIEL] filius Thomae, S. theol. profeſſor et canonicus aedis Chriſti Oxon. fuit. Edidit *Concionem ad clerum de obedientia erga principes et praefectos in Tit.* ii. 3. . . . . MDLXXXVII. Obiit et ſepultus eſt in choro eccleſiae cathedr. Chriſti Oxon. Sept. MDLXXXVIII. *Faſti Oxon.* i. 129.

BERNARD [JOHANNES] Cantabrigiae, in ſtudiis academicis praeclare inſtitutus doctrinae reformatorum propugnator acerrimus fuit. Vid. B. B. M. 1. 115. Scripſit temporibus Marianis, *Orationem piam, religioſam et ſolatii plenam de vera animi tranquillitate.* Pr. " Commodiſſi- " mum erit, viri religioſiſſimi." Edidit poſt mortem autoris frater ejus Thomas, Lond. MDLXVIII. 4to. et Anglice per Anth. Marten MDLXX. 8vo. *In acta apoſtolorum et epiſtolas catholicas.* Impreſſ. . . . *Faſti Oxon.* i. 97. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. p. 261.

BERNARDUS MORLANENSIS, quem inter Anglicanos ſcriptores enumerat Boſtonus Burienſis, et poſt eum Baleus, Pitſeus, et Cave, ordinis Cluniacenſis monachum, theologum, ut ea ferebant tempora, eximium appellant. Scripſit verſibus dactilico-rhythmicis ad Petrum abbatem Cluniacenſem, *De contemptu mundi*, lib. iii. " Hora noviſſima, tempora peſſima." Prodiit Bremae MDXCV. (MDXCVII juxta Du Freſne) Rintel. MDCXXVI. Luneb. MDCXL. 12mo. In bibl. Burienſi, Burgenſi et Wardon. juxta Boſton. Burien. Mſ. Bodl. Digby 65. f. 42. Alia etiam compoſuit, ſc. *Verſus de mundo*, lib. i. " Vita mori mundo eſt, ſed mors eſt." *De Verbi incarnatione*, lib. i. " Fit caput exangue." In hoc ultimo colloquium eſt inter Gabrielem et Mariam. Claruit anno MCXL. Bale x. 49. Pitſ. 205. Cave 666.

BERNARDUS cognomento SAPIENS, natione, puto, Anglus (Dempſterus Scotum eſſe vult.) Hic Hieroſolymam peregrinatus loca ſancta ſancte inviſit, ubi Sapiens factus eſt archiepiſcopus Edeſſanus; et tanquam teſtis oculatus ſcripſit *De ipſa urbe Hieruſalem, et de multis adjacentibus locis*, lib. i. (Dempſter. lib. x.) Cujus initium eſt anno DCCCCLXX, et perducit ad finem Gothofredi. Habetur Mſ. in coll. Lincoln. Oxon. Arch. Auſtr. 55. Pitſ. *Append.* pag. 827. Praeter libros de urbe Hieruſalem: Scripſit *Ad ſuffraganeos ſuos*, lib. i. *De bello ſacro*, lib. vii. Extant in bibl. Caeſarea Viennenſi. E Scotia egreſſus eſt anno MCV. Dempſter. ii. 181. et 171. Bernardum Monachum a noſtro male diſtinguit.

BERNEGAMUS [JOHANNES] frater Carmelita, et S. theologiae profeſſor: Scripſit *Super magiſtrum ſententiarum*, lib. iv. Claruit A. MCCCCXXX. Pitſ. p. 615.

BERNHERE [AUGUSTINUS] fuit patria Helvetus [Fox. Belgam vult] domeſticus Gul. Latimeri: Vixit frequenter apud Baxterley, tempore Marianae perſecutionis; uti legitur in Mſ. epiſt. Mart. in bibl. Emanuel. Cantabr. Fuit verbi Dei praedicator tempore Edwardi VI et Mariae. Fox. MDCLIV. Rector erat Southamiae conjugatus, doctus, reſidens hoſpitalis, et licent. ad praedicandum MDLXIII. Mſ. in coll. Corp. Chr. Cantab. Miſcell. v. Scripſit Anglice, *Teſtimonies taken out of God's word, which do manifeſtly ſhew to the indifferent reader this propoſition*; God hath generally choſen all men to ſalvation, *to be untrue and againſt God's word.* Princ. " Whoſo- " ever hath any ſpark." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. *An Anſwer to certain Scriptures, which ſome men bring for the maintenance of the ſame propoſition.* Princ. " Whoſoever doth well conſi- " der and mark." Mſ. Ibid. *A reply to John Laurence, and John Barrey's letter in defence of univerſal grace.* Pr. " Pſal. xxv. I have hated." Mſ. Ibid. *Epiſtolam ad dominum ſuum Ridley.* Princ. " Altho' I am ſo werye." Mſ. inter epiſt. Mart. in bibl. Eman. Cantabr. *Latimeri conciones* edidit, quibus praefixit *Epiſtolam ad Catharinam duciſſam Suffolciae.* Princ. " That princely pro-

" phet

"phet David." Lond. MDLXXII. 4to. Lond. MDCXXXV. 4to. Claruit Southamiae anno MDLXX. Vide Epist. ad ducissam Suffolc. ad finem.

BERNITIUS Lincolniensis, natione Anglus, scripsit *Epistolam eruditam*, quae habetur Ms. in coll. Lincoln. Oxon. Arch. Austr. 54. Pits. *Append.* p. 817. Codex Ms. satis venerandae antiquitatis, videtur esse prologus ad quoddam S. Gilberti de Sempringham opus. Ita enim incipit, "Sanctitatis vestrae verba relatus, dignum duxi his apicibus signare apologum a vobis propositum, "cujus literalis et tropologicus intellectus fidelem animam potest efficaciter erudire—Non decuit "sermonem ita celebrem, tam alta spirantem misteria, multare indebiti censura silencii." Ad finem, "Explicit epistola vel apologius Bernitii Lincolniensis ad Gilebertum magistrum Sempringha-"mensem."

S. BERTHAMUS, episcopus, ut videtur, Orcadum: scripsit *Ad ecclesias Scoticas*, lib. i. *In Evangelium Joannis*, lib. i. *Acta quorundam sanctorum*, lib. i. *De septem ecclesiae sacramentis*, lib. i. *Chronicon breve*, lib. i. Claruit anno DCCCXXXIX. Colitur 6 April. Dempster. ii. 133.

S. BERTINUS, natione Scotus, in Galliam trajecit, ubi in coenobio Sithinensi, territorio Morinorum, abbas, scripsit *Regulam strictissimam fratribus*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. Obiit 5 Septemb. DCXCVIII. Dempster. ii. 125. Vide *Martyrolog.* in 5 Septemb.

BERTON [GULIELMUS] collegii Merton olim socius, et S. theol. doctor, dein academiae Oxon. cancellarius. Johanni Wiclivo hostis infensissimus, ad cujus dogmata examinanda nominavit sex doctores ordinum Mendicantium, totidemque ex doctoribus saecularibus, partim theologis, partim jurisperitis. Scripsit etiam *Determinationes contra Wiclevum*, lib. i. *Sententiam super justa ejus condemnatione*, lib. i. "Gulielmus Berton cancell." Ms. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 28. b. *Contra ejus articulos*, lib. i. Sed post haec scripta et acta ejus contra Wiclivum, et ejus sectatores (vide *Hist. et Antiq. Oxon.* i. annis MCCCLXXXI. MCCCLXXXII) refert ejusdem Historiae auctor in Catalogo suo cancellariorum, tom. ii. p. 399. "A. D. MCCCLXXXII. Canc. Gul. Breton, S. Th. P. "magistratu sponte abiit, monentibus forte nonnullis, ut ita faceret, quod Wicliffii sectatoribus "favere nunc temporis videretur." Bal. vi. 89. Pits. p. 536.

BESODUNUS[a] [JOANNES] Carmelita conventus Linensis, vir erat rerum naturalium peritissimus, et idem divinarum literarum non malus aestimator. Meam satis in hac parte sententiam non modo Granta, felicium ingeniorum altrix, verum etiam ipsa Parisiorum Lutetia confirmare videtur. Utrinque etenim in theologorum collegium receptus fuit[b]. Scripsit et libros, quos illa aetas doctos judicavit: videlicet *Super universalia*[c]. *Compendium theologiae*[d]. *Determinationum*, lib. i.[e]. *Sacrarum concionum*, lib. i.[f] Obiit Lini, celeberrimo Nordovolgiae emporio, anno D. MCCCCXXVIII. Ex *Lelando*.

[a] Beston, Bal. et Pits. A. MCCCCXXIV ad concilium Senense a Martino v papa celebratum missus est. [b] Cantabrigiae et Lutetiae S. theol. doctor. [c] *Holcothi*. Lib. i. "Singulare dupliciter accipitur." [d] *Moralis*. Lib. i. "Cum finis nostri laboris." [e] Hunc librum haud recitant Baleus et Pitseus; idem fortasse est cum *Ordinariarum quaestionum* lib. i. Reverendi magistri, juxta consuetud.

[f] Lib. ii. Lel. *Epit. Sermones in Evangelia*, lib. i. "Erunt "signa in sole et luna." *Sermones in epistolas*, lib. i. Bal. Pits. Scripsit etiam secundum Baleum vii. 69. et Pitseum. p. 611. *Lecturas Sacrae Scripturae*, lib. i. *Rudimenta logices*, lib. i. Pitseus l. c. addit *De virtutibus et vitiis oppositis*, lib. i. *Epistolarum*, lib. ii.

BETAY [JOHANNES] Scotus, frater ordinis S. Trinitatis de redemptione captivorum, scripsisse dicitur *De laudibus ordinis sanctissimae Trinitatis*, et claruisse A. MCCCC. Nic. Antonius, in *Bibl. vet. Hispan.* lib. viii. p. 66.

BETHAM [PETRUS] transtulit in sermonem Anglicum *Militiae praecepta*, autore Jacobo com. Purliliensi. Pr. ded. transl. Thomae domino Audley. "Some men peradventure right." Lond. MDXLIV. 8vo.

BETHUS [GULIELMUS] sive BEETH, frater ordinis S. Dominici, studiis academicis vacavit in conventu sui ordinis in australi parte urbis Oxoniensis; deinde totius Angliae provincialis evasit. Scripsit *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. *Lecturas scholasticas*, lib. i. *De unitate formarum*, lib. i. Claruit A. MCCCCXCVIII. Pits. MDI. A. Wood. *Athen. Oxon.* i. p. 3 Pits. p. 684.

BETONIUS [DAVID] gente Scotus, parentibus obscuris natus, studiis bonarum artium primo in patriis academiis, postea Parisiis operam dedit. Fuit abbas Arbrothensis, (juxta Fr. Thin.) deinde post multas legationes ad Franciscum Gallorum regem, et Paulum iii pontificem Romanum, factus est archiepiscopus S. Andreae, et totius Scotiae primas. A rege Franciae Miropiensi episcopatu donatus est. Reformatis se infestissimum praebuit, multos igni damnans. A. MDXXXVIII. 13 cal. Januar. a Paulo papa pileo cardinalitio insignitus fuit, titulo S. Stephani in Coelio monte, et creatus a latere legatus. Scripsit *De legationibus suis*, lib. i. *Epistolarum*, lib. i. *De primatu Petri*, lib. i. Ob exustionem cujusdam illustris generis viri (Georgii Wischiat) anno post Servatorem natum MDXLVI, et die Maii 28 ejus castrum intrabant mane quidam ejusdem familiae nobiles, evaginatisque gladiis illum interimebant; ac tandem cardinalitii ordinis insigniis ornatum ad murum suspendebant. Bale xiv. 70. Dempster. ii. 154.

BETTA, S. Finnani discipulus, unus e quatuor presbyteris Scotis, qui Mercios in Anglia, Peadae principis beneficio invitati, ad fidem converterant. Scripsit *Institutionem catechumenorum*, lib. i. *De trinitate*, lib. ii. Vixit anno DCLIII. Dempster. ii. 150.

BETTON

BETTON [THOMAS] ſcripſit Anglice *Inſtructionem parvam ex S. Hieronymo*. Impr. per Wink. Word. . . 8vo. *Collectiones ex Gerſono*, et aliis. Ibidem, hoc titulo: *A right profitable tretyſe compendiouſly drawn out of many and dyvers wrytynges of holy men, to diſpoſe men to be virtuouſly occupyed in their mindes and prayers*. Pr. Ex Gerſono. "Our moſt merciful Father Lord." Drawn out by broder Thomas Betton, for the ſake of them that be come or ſhall come into religion. . . . 4to.

BEVERLACIUS [JOANNES] [a] quem recentioris memoriae Saxones, a Fibrolega, loco celebri, FIBROLEGANUM appellabant, in Harpeham, Deirorum pago, natus ex nobili familia fuit. Beda ſcriptorum ejus ſaeculi tum doctiſſimus tum fideliſſimus, multa de hoc Joanne, viro plane erudito et pio, tum praeterea ſuo in bonis literis praeceptore, ſcribit, cap. viz. 2. 3. et 4. quinti libri *Hiſtoriae Anglicanae*: et eſt praeterea libellus [b] antiquiſſimus Fibrolegae, inter theſauros repoſitus, qui loci ejuſdem antiquitatem, ſimul ac Joannis, vitam fuſius praedicat. His ego fretus praeſidiis, breviter, quae ad Joannem inſigniter pertinent, explicabo: omnia autem repetere et mihi ſcribendi, et vobis audiendi forſitan ingeneraret taedium. Adoleſcens Theodorum et Adrianum, bonarum literarum lumina, Duroverni praelegenteis audiebat [c], ut ex his partim verbis, quae in libro Folchardi Durovernenſis de ejus vita referuntur, apparet: "Subduxit primo manum "ferulae Theodoro, archiepiſcopo Cantiae, cujus doctrinis accurate inſtitutus, a ſummo doctore "ſummum conſcendebat apicem philoſophiae." Haec ille. Reverſus poſtea ad ſuos, literis incubuit totus in ſinu Pharenſi, Hildae virginis ſpectatiſſimae ad Iſcae fluminis oſtia monaſterio. Deinde et in Aquilino monte, vulgo ERNESHAULT, propter ripas Tynni [d] fluminis, eremiticam, ſtrepitum rerum fugiens, ducebat vitam [e]. Praefuiſſe autem illum Fibrolegano monaſterio, quod et ipſe inſtituit ſubſidio nobilitatis vicinae, Puccae, viz. et Accae comitum, notius eſt, quam ut enarratione indigeat; at non perinde notum, Bedam olim fuiſſe ejus diſcipulum. Communis ut affirmat ſcriptorum conſenſus, Joannem Fibrolegae monaſterium, ubi prius eccleſia Joanni evangeliſtae ſacra erat, erexiſſe: ita comprobant plerique Bertinum, alias Brightewinum, ejus diſcipulum, primum fuiſſe abbatem Fibroleganum. Non contendam in re levicula: dicturus interim, eum inſignitum poſt Eatam Haguſtaldenſis epiſcopatus dignitate; tandemque Eboracenſi [f] etiam. Sigga diaconus, vir integerrimae vitae, Joanni ſerviebat. Idem fecit Herebaldus, poſtea Tynnenſis coenobii abba, et Audoenus, alias Owinus, qui ſplendidus Etheldredae reginae miniſter fuerat [g]: ſucceſſere in Fibrolega, quae et antea Deirorum ſilva dicta eſt, Bertino [h] abbati Vinbaldus et Volfeatus. Anno vero ab obitu Joannis CXLVI, depopulatores Dani Fibrolegam ferro et igne devaſtaverunt. Ethelſtanus tandem, Scottorum domitor, antiquum loci non modo reparavit, ſed et auxit quoque decus. Ex *Lelando*.

[a] Johannes Beverley. [b] Ex hoc multa hauſit Lelandus, *Col*. iii. p. 153. [c] Fertur Oxonii non ſolum literis operam dediſſe, ſed etiam primum liberalium artium magiſtrum ibidem fuiſſe admiſſum, A. Wood. *Hiſt. Oxon*. lib. i. p. 11. [d] Tynae prope Hexam. Leland. *Collect*. iii. p. 153. [e] Scripſit, *Pro Luca exponendo ad Bedam*, lib. i. *Homilias evangeliorum*, lib. i. *Ad Hyldam abbatiſſam, epiſt. plures*. *Ad Herebaldum diſcipulum*, epiſt. i, *Ad Audoenum et Bertinum*, epiſt. ii. [f] Archiepiſcopatum ſponte abdicavit anno DCCXVIII, et in collegio Beverlacenſi, curis omnibus ſecularibus depoſitis, ſeceſſit; ubi mortem obiit 7 Maii DCCXXI, et ſepultus eſt ibidem. Vide Bal. i. 94. Pitſ. 122. Godw. ii. 13. Joh. Beverl. obiit DCCXXI juxta M. Weſtm. et Bedam l. v. c. 6. Seceſſit DCCXXI, obiit nonis Maii, uti habet Florentius. Obiit DCCXXI, ſedit ann. 33. menſ. 8. dies 13. uti habent *Annal. Petrib. Saxon*. De detectione reliquiarum ejus in eccleſia Beverlacenſi anno MDCLXIV, vid. A. Wood, *Hiſt. Oxon*. ii. 61. [g] Vide vitam S. Johannis conſcriptam a Folchardo archiepiſcopo Cant. Lelandi *Coll*. iii. 136. Item *Collect*. ex libro incerti autoris (poſt Folchardum) de vita S. Johannis archiepiſcopi Ebor. ſive de antiquitate Beverlac. eccleſiae, lib. iii. apud Leland. *Coll*. iii. p. 153. Item *Vitam S. Joh. Beverlacenſis*, cap. xix. Pr. "Beatiſſimus Johannes archiepiſcopus." Mſ. coll. Corp. Chriſt. Cantab. A. 2.) Ejus vitam ſcripſerunt Folchardus praefatus, et Gulielmus Asketyll (Add. J. Bal. Mſ. Lel. Trin.)

[h] Alias Brithuno, i. abbas Beverlac. qui obiit idibus Maii, A. D. DCCXXXIII. Leland. *Coll*. iii. p. 155. Winwaldus, ſecundus abbas obiit A. D. DCCLI. Wulfeath, tertius abbas obiit A. D. DCCLXXIII. Ibid.

BEVERLAY [JOHANNES] patria Eboracenſis; frater, ut videtur, Carmelita, Oxoniae educatus, et ibidem S. theologiae doctor. In *Regiſtro* ordinationum Oliveri Sutton epiſcopi Lincoln. fr. Joh. de Beverlaco ordinis S. Auguſtini, acolitus ordinatus 3 non. Apr. MCCXCIV. Scripſit *Quaeſtiones ſententiarum*, lib. iv. "Utrum anima ſeparata poteſt." *Ordinarias diſputationes*, lib. i. Baleus haec opera in collegii Reginae Oxon. bibliotheca aſſervari tradit. Claruit A. D. MCCCXC. Bal. xii. 30. Pitſ. p. 555. Huic aut Philippo Beverlay aſcribendae ſunt *Quaeſtiones aliquae quodlibeticae* in Mſ. Baliol. (56 James, f. 89.) quorum primus: *Utrum Deus ſit trinus et unus?* Mſ. Langb. p. 48.

BEVERLEY [PHILIPPUS] academ. Oxon. alumnus. Scripſit *Quaeſtiones in peribermenias*, lib. ii. *Super ſex principiis*, lib. i. Quae olim in Glaſton. biblioth. extitere. Bal. xii. 14. Pitſ. *App*. p. 891. Qu. Annon ſit idem cum Philippo de Beverlaco ſive Yngilberd S. theol. doctore rectore de Kangham in agro Ebor. (ad quam rectoriam praeſentatus erat 14 kal. Januar. MCCCVI. *Regiſtr*. Gray) qui A. MCCCXIX latifundia quaedam dedit ad ſocios duos alendos in magna aula Univerſ. Oxon. A. Wood. Mſ. Pitſ. *Hiſt. et Ant. Oxon*. ii. 57.

BEULANUS, preſbyter Anglus, Nennii poſt Elvodugum praeceptor. Quaeſitae ab illo diligenter erant in hiſtoriarum lectione Anglo-Saxones origines, poſtquam eſſent Britanniam ingreſſi, ut inde ſciret, ex qua poſt diluvium proceſſiſſent gente, et quas natura ipſa conditiones haberent. Unde ex collectionibus variis coacervaſſe fertur *De genealogiis gentium*, lib. i. Et alia opuſcula, Bale. i. 71. Pitſ. 104. Voſſius, 259. Claruit anno Domini DC.

BEULANUS [SAMUEL] sive BRITANNUS, Nennio familiaris erat, ejusque historiolam, non sine judicio quodam acri, terque quaterque excusserat. Usus est praeterea Elbodo praeceptore, cujus discipulus erat Nennius, ut paulo superius docui. Utrinque multa didicit, ac memoriae commendavit [b]; ne tantis altoribus degener aliquando alumnus aut videretur, aut diceretur. Annotaverat multa in Nennio, quae lucem desiderabant; et in pluribus Elbodi judicium religiose secutus est: quae ego vetustissimo codici Nennianae historiae inscripta reperi [c]. Hunc quoque a Britannis ad Scotos pervenisse, studiorum gratia, ex his, quae scripsit, non male colligo. Arturii apud Scottos inter caetera gloriam, et facta aliquot illustria celebrat. Monachum fuisse eum facile crediderim: nam paene apud monachos solos literae tunc florebant [d]. Ex *Lelando*.

[a] Samuel Beulanus, filius Beulani presbyteri in Northumbria natus, sed in Vecta insula enutritus. Pits. p. 107. In Tuedalia natus, in coenobio Mailrosensi vitam exegit, Dempster. ii. 151. [b] Scripsisse fertur Samuel, *Annotationes in Nennium*, lib. i. *Historiam itinerariam*, lib. i. *Arthuri facta apud Scotos*, lib. i. [c] Fuerunt istae notae ad marginem Nennii appositae, quem a Thoma Sulmone mutuo accepit Lelandus. Videsis Lelandi *Coll.* ii. p. 46. et notam Lel. in p. 47. et Galei notas in Nennium, cap. iii. p. 119. Si liber iste sit Ms. coll. Corp. Christi Cantab. F. v. haud dubie non ante annos cccc scriptus erat.

[d] Claruisse fertur anno DCXL. Bal. i. 77. Pits. p. 107. Dempst. ii. 151.

BEWFU [GULIELMUS] Northamptoniensis coenobii Carmelita, Isiacorum gymnasium (sic habet Lelandus) seculis notum celebravit, ac tandem in eodem theologiae magister est effectus. Nec illud, inquit, sua caret nota, quod a sui ordinis proceribus sui coenobii sit designatus praeses: quemadmodum neque hoc quod sequitur, nempe quod quaedam opuscula scripserit, et quaedam in linguam Latinam transtulerit. Tantum Lelandus in Ms. Trin. Cantabr. f. 124. inter Gilb. Segrave et Petrum Stokes. Scripserat *Lecturam sententiarum*, lib. i. "Datus est ei decor Carmeli," etc. *Collationes varias*, lib. i. "In petra exaltavit me. Psal. xxvi." *Miraculorum Mariae* lib. i. "Ad honorem Dei et gloriosissimae Virginis." Transtulit etiam e Gallico in Latinum sermonem, *Speculum S. Edmundi archiepiscopi de contemplanda deitate*, lib. i. "Videte ad quid vocati estis," etc. Claruit circa A. D. MCCCXC, et in suo sepultus est coenobio. Lelandus eum Northamptonae demum obiisse dicit; Pitseus, A. MCCCXC. Bal. vii. 16. Pits. 545.

BIBELESWORTH [GUALTERUS] frater ordinis . . . Scripsit Gallice ad dominam Dionysiam Mounchensy, *Tractatum de infantum generatione, partu, nutritione, educatione*, etc. Pr. "Femme ke apreche sountens." Ms. Gresham, 220. f. 297. Claruit 27 Edw. i. Vid. Dugdal. *Baron.* i.

S. BIGITANUS episcopus Scotus scripsisse fertur *De religionis apud Scotos progressu*, lib. i. *Epistolas ad varias ecclesias*, lib. i. Claruit anno DCLXIV. Colitur 15 Januar. Dempster. ii. 190.

BIGOT [FRANCISCUS] Oxoniensis academiae alumnus, ex Eboracensi agro eques auratus, homo natalium splendore nobilis, et doctus, et veritatis evangelicae amator. Scripsit contra monachos, *De impropriationibus ad Hen.* viii. lib. i. "I did not perfytly know (most gracious.") London. . . by Tho. Godfrey. 12mo. Epistola ad Henr. viii. huic operi praefixa, impressa ad finem D. Henr. Spelmanni *De decimis*; majoris voluminis, London. MDCXLVII. Quosdam item Latinos libros Anglicos reddidit. Inter seditiosos tandem A. D. MDXXXVII invito tamen eo repertus, eadem cum illis indigna morte periit. Suspensus erat apud patibulum Tyburnense mense Junio MDXXXVII. Stow. p. 574. *Athen. Oxon.* i. 46. Bale part. ii. p. 103.

BILLINGESLAY [GULIELMUS] alchimisticae, aliarumque curiosarum artium studiosus scripsit, *Epitomen alchymiae*, lib. i. "Aristoteles philosophorum doctissimus." Claruit A. MDL. Bal. part. post. p. 107.

BILLINGHAM [RICHARDUS] sive BULLINGHAM; vel, ut alii, GILLINGHAM, Oxoniae in collegio Merton. educatus, philosophus evasit acutissimus. Occurrit inter rotulos collegii Merton. ab A. MCCCXLIV ad MCCCLVI. A. Wood. Ms. Merton. Fuit sacerdos monasterii Sion. et vocatus est *Byllingham*, et *Belyngham*. Scripsit *Consequentias*, lib. i. "Quia in sophismatibus probando." *Obligationes*, lib. i. "Positio est praefatio alicujus." *Abstractiones*, lib. i. "Omnis homo est omnis homo." *Conclusiones*, lib. i. "Tu credis aliquam propositionem." *Fallacias*, lib. i. "De his apparent simul et." *Terminos naturales*, lib. i. "Ignis purus est summe calidus." *Proportiones*, lib. i. "Proportio quaedam est communiter dicta." Ms. similis principii est bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 98. f. 7. *Speculum puerile*, lib. i. "Terminus est in quem resolvitur." *Abbreviata G. Kylmynton*, lib. i. "Sortes est albior quam Plato." *Tabulam logicae*, lib. i. *Tabulam philosophiae*, lib. i. *Sermones super evangelia Dominicalia.* Ms. bibl. Sion. in bibl. c. c. c. Cantab. O. 16. ubi vocatur Byllingham sacerdos hujus monasterii. *Tabulam alphabeticam super libros logicales et physicos, tam naturales quam morales cum canone.* Ibid. ubi vocatur Billingham philosophus. Claruit anno MCCCLX. Bal. vi. 8. Pits. p. 489.

BILNEY [THOMAS] aulae S. Trinitatis Cantabr. socius, et LL. baccalaureus. Opinionum Lutheri fautor, et earum praedicator in dioec. London. et Norwic. quas tamen abjurare coactus fuit per card. Wolsaeum A. MDXXIX. Ad antiqua autem dogmata relapsus, Norwici flammis periit A. MDXXXI die S. Magni. Vide dom. Tho. Mori praefat. contra Tindal. inter Opp. Anglic. p. 349. seq. Scripsit *Epistolas v. Cuthberto episcopo Londin.* Latin. Harum tres extant apud Fox. p. 1004. Lat. et Angl. Fox. i. edit. 465. seq. *Epistolam vicario de Derham.* Pr. "Good mayster vicar, I heartily commend." Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. F. p. 281. *Epistolam patri et matri e carcere.* Pr. "Father and mother, accordyng to my duty." Ibid. p. 579. *Disputationem cum fr. Johanne*

Johanne Bruſierd de veneratione imaginum. Fox. p. 1002. In interiori bibliotheca coll. Corp. Chr. Cantabr. habentur Biblia Latina cum Concordantiis, Lugd. MDXX. fol. Fuit aliquando liber hujus Bilnei, cujus notulae paſſim in margine habentur. Fox. p. 998. ſeq.

BINHAMUS [a] [GULIELMUS] monachus, incertum cujus coenobii [b], incidit in ea tempora, in quae et Whitoclivus; cum quo etiam una Oxonii ſtudebat, pari uſus, ut tum multis videbatur, felicitate. At erat Whitoclivus ingenio ardenti, vario, et novarum rerum cupido. Binhami vero ingenium quietum, conſtans, et antiquorum rituum obſervantiſſimum. Quare cum Whitoclivus inciperet veterum theologorum autoritatem convellere, iniquo animo tulit. Ad tempus tamen connivebat, futurum ſperans, ut reſipiſceret; ſed cum jam videret hominem eo audaciae proceſſiſſe, ut nulla palinodiae ſpes eſſet, primus, ni fallor, fuit, qui vel edito libro ejus factioni medium ſe oppoſuit [c]. Tum vero apparuit, quid Whitoclivus poſſet in literis praeſtare. Nam ita in adverſarium fulminabat, et intonabat, emiſſo viciſſim libello, ut monachus vix reſpondendo eſſet; non quod partes omnino inferioreis ſibi deſumpſiſſet, ſed quia eruditione inferiori, acumine diſputandi impari, denique orationis impetu inaequali: quanquam ego hic neutrius cauſam tutabor, quando habeam, quod utrique merito objiciam. Erat enim alter plus aequo ſuperſtitioſus, alter doctior quam melior. Haec habui, quae in praeſentia de Binhamo, Vicoclivomaſtige, dicerem [d]. Ex *Lelando.*

[a] Gul. Binham, patria Norfolcenſis. [b] "Hic Gul. "Binham, qui contra opiniones Wiclevi determinavit, fuit "S. theol. profeſſor et monachus S. Albani." Ita Mſ. Cotton. Claud. E. iv. f. 357. [c] Scripſit *Contra poſitiones (propoſitiones,* Bal.) *Wiclevi*, lib. i. [d] "Poſt- "haec videbis Lelandum inter utrumque claudicantem, "magis tamen papiſticis negotiis haerentem." Add. J. Balei Mſ. Trin. Claruit Binhamus A. D. MCCCLXX. Bal. vi. 5. Pitſ. p. 504. "Fr. Gul. Binham, prior de Walin- "ford debilitate corporis ſui detentus, non potuit intereſſe "electioni novi abbatis S. Albani poſt obitum Thomae de "la Mare, 9 Oct. MCCCXCVI." Mſ. C. C. C. Cantabr. ſub B. 3.

BINNEMAN [HENRICUS] typograghus Londinenſis; qui favore M. Parkeri archiep. Cantuar. obtinuit a regina licentiam libros ſcholaſticos imprimendi A. MDLXIX. Strype in *Vita Parker.* 278. Tranſtulit in ſermonem vernaculum *Appiani Alexandrini Romanam hiſtoriam*; *cum continuatione*, Lond. MDLXXVIII. 4to.

BINTREUS [a] [GULIELMUS] in numero doctorum Carmelitarum ponendus eſt: is enim in ipſa adoleſcentia inter Burnamenſes prima bonarum literarum fundamenta jecit. Deinde cum eo perveniſſet, ut prope ripas levi aut nullo cortice natare poſſet, tandem voluit ſui periculum facere, et vaſto liberalium ſcientiarum pelago ſe committere. Itaque Grantam, quaſi ſpatioſum et profundum quoddam circularis eruditionis mare, petiit. Quid ego hic commemorem, quam ſecundis ventis uſus ſit, aut quot rerum formas, ad infinitum fere varias, inter navigandum, non ſine jucunda quadam admiratione, notaverit? Tanta certe naturae, mirifice ludentis, varietas eſt, ut nova curioſis oculis miracula ſemper oſtentet. Noluit tamen Bintreus in illo naturalium rerum aequore conſeneſcere. Altius quiddam tentavit; ac, relicto Neptuni elemento, aethereas Jovis ſedes ipſaſque aſtra, ingenii quadam divinitate, veluti praepeti penna conſcendit. Sim vanus, niſi libri ab illo editi eadem manifeſte probent: ob quam rem cognoſcite, ſtudioſi lectores, haec vobis ab eo relicta fuiſſe monimenta: *Quaeſtionum theologicarum*, [b] lib. i. *In Cantica cant.* lib. [c] *Determinationum*, lib. i. [d] *De laude D. Virginis*, lib. i. [e] Scripſit praeterea *de ornatu Latinae linguae* [f], ac *Apologiam contra Impugnantes ſuae ſectae Mendicitatem* [g]: in quo opere ſecutus eſt Galfredum Hardebium, Auguſtinianum, cujus vitam praeſcripſimus, et Joannem Hulhethum [h], neſcio cujus ſectae fraterculum, qui, libro accurate ſcripto, novem Armacani in Mendicantes propoſitiones confutavit circiter annum a Chriſto nato MCCCLXX. Bintreus autem obiit Nordovici [i] undecimo die Auguſti, anno D. MCCCCXL. [k] Ex *Lelando.*

[a] Bintraeus cognominatus ab oppido natalitio ejuſdem nominis in agro Norfolcenſi. Bal. Pitſ. [b] 42. lib. i. "Utrum Spiritus S. procedat." [c] "Reverentiarum "veſtrarum celeberri." [d] "Praeſtantiſſimi theoriae "affluentes." [e] "Semper laus ejus in ore meo." [f] Lib. i. "Colores praecipui pertinentes." [g] Lib. i. "Multae ſunt rationes erroneae." [Pr. "Conſtituit eum "ſuper excelſam terram." Mſ. Bal. Sloan.] Scripſit etiam ſecundum Baleum et Pitſeum, *Sermones varios*, lib. i. [h] "Joannem Ulhetum, Carmelitam, qui libro." Ita legit Mſ. Lel. *Epit.* [i] Nordovici–Burnhamiae. addit Mſ. Lel. *Epit.* [k] Obiit Bintraeus A. MCCCCXXXIII. 3 Septemb. Burnhamiae ſepultus. Bal. viii. 59. Pitſ. p. 683.

BIRCHINGTON [STEPHANUS] BRYCKINTON, et BRICKINGTON dictus ab oppido de Birchington natalitio in inſula Thanetenſi, monachum Benedictinum in eccleſia Chriſti Cantuar. anno MCCCLXXXII induit. Scripſit *Hiſtoriam archiepiſcoporum Cantuar.* ad annum MCCCLXVIII. Pr. "S. Auguſtinus natione Romanus." Ex codice Mſ. in bibl. Lambeth. edidit Wharton. *A. S.* tom. i. p. 1. Aliam poſtmodum *Hiſtoriae de archiepiſcopis Cantuar.* editionem auctiorem, et ad annum MCCCLXXXII deductam Stephanus dedit; cujus facta eſt Jocelino copia nobis fruſtra quaeſita. Whart. *Praefat.* l. c. *Hiſtoriam de regibus Anglorum ad* A. MCCCLXVII. *De pontificibus Romanis ad* A. MCCCLXXVIII. *De imperatoribus Romanis ad* A. MCCCLXXVIII. Haec tria opuſcula in eodem codice Lambethano Mſs extant, et noſtro Stephano ex ſtyli et methodi ſimilitudine adjudicat Whartonus. Ei etiam attribuit Pitſeus, ſed perperam, *Epiſcoporum Elienſium catalogum*: cujus erroris originem videſis in praefat. Whartoniana. Obiit 12 cal. Septembr. De anno non liquet. Wharton. Mſ. Collectan. F. 112. in bibl. Lambeth. ex libro Thomae Cawſton, ita: "Obiit Steph. "Birchyngton Celerarius MCCCCVII. 12 cal. Septemb. Hic diu erat theſaurarius, et cuſtos omnium

"maneriorum ecclesiae, et beatissimo fine quievit in pace." Whart. *A. S.* tom. i. praef. p. xix. Pits. *App.* p. 910.

BIRDUS [JOHANNES] in urbe Coventrensi natus, professione Carmelita, et inter sui ordinis fratres Oxonii educatus (Bale, Ms. Sloan.) A. MDXIII S. theol. doctor (Godw. doctorem Cantabrigiensem esse vult) et post triennium sui ordinis praeses provincialis per totam Angliam evasit. [A. MDXVI Lynnae electus, et rexit tres annos; et dein postquam Rob. Lesbury rexisset tres annos, Joh. Birdus iterum electus Eboraci MDXXII.] Regii suprematus assertor strenuus, A. MDXXXVII 24 Jun. consecratus Lambethae episcopus Penricensis i. e. suffraganeus Landavensis episcopi. (Fox. p. 1008. eum vult Coventren. suffraganeum. Godw. Ossoriensem in Hibernia episcopum) Inde ad sedem Bangorensem A. MDXXXIX, et tandem A. MDXLI ad Cestriensem (Coventrensem) translatus est. Scripsit *Contra transubstantiationem*, lib. i. Ms. Bale Glyn. *Contra missam papisticam ex doctoribus*, lib. i. Ibidem. *Conciones coram Henr.* viii. *contra papae suprematum.* Strype in *Vita Cranmer.* p. 61. *Lectiones in Paulum*, lib. i. *De fide justificante*, lib. i. *Homelias eruditas per annum*, lib. i. *Epicedium in quendam Edmundum Berye obdormientem in Calisia*: prosa. Ms. Seld. Sup. 41. bibl. Bodl. Quod Epicedium in Ms. coll. Bal. Sloan. 4to. f. 7. ita inscribitur: Scripsit A. MDXXIII Orationem deplorativam mortis fratris Edmundi Buri, prioris quondam Calisiensis. Pr. "Sanctissimus in utero Domino consecratus Hieremias." Sub Maria regina episcopatu deprivatus fuit, quia uxoratus erat: attamen suffraganeus Bonneri, et vicarius de Dunmow in Essex factus 6 Nov. MDLIV: ita in *Regist.* Bonner. extat. Obiit Cestriae MDLVI. Juxta Ms. Bale Glyn. obiit extra suam dioecesin in Essexia Dunmovae; sepultus fere octogenarius A. D. MDLVI. Juxta Newcourt. ii. 225, vicaria de Dunmow vacabat per mortem Joh. Bird. 15 Apr. MDLIX. Bal. ix. 70. Godw. ii. 156. War. p. 135. Strype in *Vita Cranmer.* 61. *Fast. Oxon.* i. 225.

BIRDUS [RICHARDUS] Cantabrigiensis, scripsit *Hexastichon Latinum in conversionem Juelli contra Hardingum, per Whitakerum* Lond. MDLXXVIII. 4to.

BIRINUS gente Italus, ab Honorio i. Rom. pontifice in Angliam anno DCXXXIV missus, ubi ad fidem Christianam convertebat Kinegilsum regem, et tota fere regna Merciorum, et occidentalium Saxonum; et sedem episcopalem posuit Dorcestriae in agro Oxon. A. D. DCXXXV. unde et Birinus Dorcestrius vocatur a Baleo. Scripsit ad Honorium praedictum epistolas aliquot. Regularium canonicorum ordinem in Britanniam secum adduxisse refert Baleus. Hunc autem monachum fuisse S. Benedicti, ejusque ordinis monachos Wintoniae posuisse refert Rudburn apud Whart. *Angl. Sacr.* i. 190. Obiit 3 non. Decembris circa A. D. DCL. Rudburn. apud Whart. loco cit. In Ms. Bodl. Digby. 112. Extat Vita Birini. Princ. "Beatissimus Birinus magnificus pater." Dorcestriae humatus jacet. Bale xiii. 4.

BIRLINGHAM [HUGO] monachus scripsit *Postillam super Exodum.* Ms. in bibl. eccles. Wigorn. 84.

BISHOP [JOHANNES] natus apud Bellum in agro Sussex. uti ipse asserit in praefatione ad Dissertationem. Vixit plerumque Londini et Belli. Fuit religione pontificius, attamen scripsit *Candidam dissertationem cum catholicis Anglicis de* vi *articulis presbyterii seminariis propositis, in qua ostendit papam non posse reginam deponere, aut subditos ejus a fide absolvere, bullamque Pii* v *vacuam esse.* Pr. "Now then to prove my first proposition." Lond. MDXCVIII. 4to. *His beautifull blossoms gathered from the best trees*, viz. *divine, philosophicall, astronomicall*, etc. Lond. MDLXXVII. 4to. Obiit ante A. C. MDXCVIII. Vid. praef. libro praefixam.

BISSAIT [BALDREDUS] natione Scotus, patria Sterlinensis, scripsit ad pontificem: *Contra ecclesiam Anglicanam. Pro privilegiis ecclesiae Scoticane. Defensionem ecclesiae catholicae.* Claruit anno MCCCIII. In Catalogo script. Scot. Hatton. In *Scotichronico* ex recensione *Magni Macculloth* (Ms. Stillingfleet) cap. xlv. lib. v. habetur *Lamentatio Baldredi* [alias Ethelredi] *Bisset, abbatis Rhievallensis pro morte regis S. Davidis.* Princ. pr. regi Henrico. "Adeo secundum naturam virtus est." In eodem lib. xi. cap. 57. *Processus Baldredi Bisset contra figmenta malefici regis Angliae.* Princ. "Memoriter retinet sanctitas vestra."

BISSET [PATRICIUS] nobilissima apud Scotos ortus familia, juris canonici professor Bononiensis, scripsit *De irregularitate*, lib. i. *Lectiones feriales*, lib. i. Claruit A. MCCCCI. Dempster. ii. 170.

BIZARRUS [PETRUS] natione Scotus; idem forte cum Petro Perusino quem vide. Scripsit *Orationes aliquot et poëmata.* Claruit Venetiis MDLXV. Hatton.

S. BLAANUS, episcopus Scotus, scripsit, *De ecclesiis Britannicis*, lib. i. *Orationes de sanctis*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Claruit anno MX. Colitur 10 Augusti. Dempster. ii. 142.

BLACATER [ADAMUS] patria Scotus, peragrata magna Europae parte, et postquam Cracoviae in Polonia, Bononiae in Italia philosophiam professus esset, Lutetiae sedem fixit, ubi collegii Tornacensis rector evasit. Scripsit *Dissertationem pro Alexandro M. contra T. Livii locum ex decad.* i. lib. ix. lib. i. prodiit Lugduni. Claruit anno MCCCXIX. Dempster. ii. 214.

BLACK [ROGERUS] sive NIGELLUS, monachus Benedictinus in coenobio Westmonast. S. theologiae doctor Oxoniensis. Scripsit *Sermonum*, lib. i. "Sapientia vincit malitiam Christus." Bal. xii. 95. Pitseus, *App.* p. 906. tradit eundem esse cum Rogero Nigro de Billeye canonico ecclesiae S. Pauli London. archidiacono Colchestriae, qui A. MCCXXIX, episcopus Londinensis consecratus. Sed nihil apud Godwinum, p. 239. sive Whartonum, p. 84. etc. conjecturae ejus favet. Whartonus autem meminit *Libri statutorum a se compositorum, quae rectoribus et sacerdotibus archidiaconus*

diaconatus London. praescripsit. Extare dicuntur in bibl. publ. Cantabrig. *Constitutiones Rogeri Nigri episcopi London. cum capitulatione earundem.* MS. olim in bibl. Sion. Obiit apud Stepney 29 Sept. (M. Paris, *Hist. London*, etc.) 28. (*M. Westmon.*) Octob. 2. (*Annal. Wavetl*) MCCXLI. et in ecclesia Paulina humatus erat. Post mortem inter sanctos a vulgo numeratus.

BLACUODAEUS [GEORGIUS] (vid. Dempster. p. 117.) Scotus, Dunfermelini natus, Parisiis philosophiam professus est. Scripsit *Compendium logicae*, lib. i. *Compendium physicae*, lib. i. Claruit anno MDLXXI. Dempster. ii. 203.

BLADUDUS Rudibracii, Britannorum regis, filius, patri in regno successit; vir tam acri, tam expedito, tam divino ingenio, ut MAGI cognomine publice appellatus sit. Magi etenim sunt, qui penitiorem naturalis philosophiae cognitionem perscrutantur, e quorum numero primis regni sui annis non infimus fuit. Philosophiam igitur dum studiosissime coleret, evenit, ut aliquid immortalitate dignum faceret. Est locus in Somurotrigum provincia, juxta ripas Avonae fluminis, quem Britanni patrio sermone [a] CAIR BADUNE vocabant. Hic Bladudus, sive quod aqua e terra cum calido ebulliens fumo occasionem dedit, seu quod loci venas sulphureas et aluminosas, ut erat rerum naturalium peritissimus, cognoverit; THERMAS, laxatis terrae visceribus, in publicos usus Britannorum primus ostendit. Fuit certe labor ille populo tantae voluptati, juxta ac utilitati, dum sani robur, aegroti autem ex tepida lotione sanitatem acciperent, ut numen aliquod in Bladudo subesse crediderint. Immo, quod majus est, quae plebis erat simplicitas, naturae opus principis omnino esse putabant. Jam fama Thermarum inventum simul et usum per totam late divulgaverat Britanniam; unde non pauci, novitate rei capti, illuc convolabant. Hinc ego crediderim, multos loci amoenitate, situ, commoditate illectos, sedes ibidem posuisse; quae, cum in justum excrevissent numerum, civitatis nomine accepto, muro cinctae sunt. Atque haec quidem, me judice, origo Thermarum, vocabulo ex re nato, quo ipsam appellat civitatem Ptolemaeus. Quanquam CAIR BADUNE, utpote Britannicum nomen contractum, magis familiare insulanis, sed, ut ingenue fatear, minus proprium. Nam Thermae natura, Balnea arte incalent. Quorsum haec? profecto ut lector intelligat, Badune Latine *Balneorum montem* significare. Ex usu tamen inolevit, quia Britanni in editis plerunque montibus aedificabant, ut *Dune* non tam montem, quam urbem et oppidum a situ significet. Porro ne quis posthac dubitet, qui locus Badonicus mons sit in Gildae historiola, ego assero in eo Badunum urbem esse. Nam ad Anticyras deduci me malim, quam cum [b] Polydoro inter Transabrinos Blachomoranos montes quaerere. Forsitan hic aliquis meam de Cair Badune notationem vellicabit; primum, quod *Cair* praetermiserim; deinde, quod non dixerim *Badune* a Badudo rege, tanquam a parente, nomen sumpsisse. Certe, ut breviter respondeam, *Cair*, quod castrum significat, a Britannis urbium nomenclaturae ornamenti et magniloquentiae gratia nonnunquam praeponebatur. Quare in hac parte, Romanorum morem secutus, *Cair* a Latina urbis appellatione prorsus rescidi. Porro a principe urbis nomen derivare recte non potui. Nam, ut vetera testantur exemplaria, a doctis scripta, Bladudus, non Badudus dictus est. Itaque, si mihi liceret meae indulgere conjecturae, dicerem *Cair Bladune* proximius ad principis nomen accedere. Fuit autem antiquitus *Cair Bladune* nobilis civitas prope ripas Avonae fluminis posita, eo loco, ubi nunc celebre Benedictinorum monasterium est, quod Saxones a quodam Maildulpho eremita *Maildulphesbury* vocabant, recentiores, sed corrupte, *Malmesbury*. Apparent adhuc fossae altissimae, et moeniorum pars aliqua, antiquae urbis manifesta indicia. Sed de Bladuno plura et luculentiora in Aldhelmo dicemus. At quid fecit Bladudus, cum Thermas suas tanto in pretio esse videret? fecit equidem, quod cordatum decuit principem; cum non modo urbem praesentia frequentiuscule illustraret sua, verum etiam templum ibidem Minervae sacrum, una cum igne, qua nescio arte, aeterno, poneret. Hactenus, ut bonum decuit regem, se gessit; quae vero sequuntur, ab eo insolenter, absurde, turpiter facta sunt. Nam cum primum sentiret Britannos studiis suis, juxta ac factis mirum in modum applaudere; non contentus necessariis artibus, quas supra mediocritatem hauserat, ab honesta magia ad infamem, et vanissimam illam recessit necromantiam. Nec alio id fecit nomine, quam ut simplex populus, praestigiis quibusdam delusus, illum pro Deo colerent. Crevit autem in homine usque adeo haec vanitas, ut divinitatis suae non leve testimonium ostensurum se palam promiserit. Quare recta ille Trenovantum se contulit, urbem Britanniae celeberrimam. Excrevit late Bladudici fama promissi, et ingens omnium ordinum multitudo Trenovantum confluxit, visura quid miraculorum princeps pareret. Ille vero laetus opinione populi de se concepta, periculum divinitatis facere quamprimum statuit. Alas igitur Daedalea concinnavit arte, quibus sibi promittebat futurum, ut volucrum instar sublimia, et vasta coeli penetralia circinaret. Aderatque jam dies constitutus, cum, praesente numeroso spectatore, excelsum peteret locum, et pennas humeris multa cura aptaret. Quo facto, alas impiger quatiebat, ac magno animo aeri, ventis, et fortunae se commisit. Sed cum paululum ventos sustinuisset, deficiente alarum remigio, cecidit super fastigia templi, quod Trenovanti,

[a] *Bleydcn Cloth.* Camd. Quae antiquitates historiamque urbis Bathoniensis spectant, in Camdeni *Britannia*, nec non apud Burtonum in *Ant. Itin.* commentatorem, et D. Th. Guidot M. D. quaerat lector. Suspicor *Badon* rectius appellari quam *Badun.* Gildas et Beda *Montem Badonicum* appellant. Bed. l. 1. c. 16. Hodie *Bathonia* audit, non *Bathunia.* Stephanus περὶ πόλεων Βάδιζαν appellat. Anton. in *Itin.* Aquas solis nominat, et Ptolemaeus Ὕδατα θερμὰ, naturam potius loci, quam nomen secuti. Solinus, c. 23. fontes calidos in Britannia fuisse testatur opiparo exc[u]ltos apparatu in usus mortalium: quibus fontibus praesul est Minerva. Hinc Camdenus *Cair Palladeur* antiquitus appellari vult Bathoniam; sed nulla veterum auctoritate fretus nimis sibi indulget vir perspicacissimus. [b] Polyd. lib. iii. p. 17.

Apollinis

Apollinis nomine, celeberrimum erat, ibique toto corpore misere contrito exspiravit. Sic qui bonas artes non sine gloria exercuit, cum malis infamiam sensit, juxta ac poenas. Atque hic quidem insolentiae, et immoderati voti finis semper fuit, eritque. Dixerit nunc aliquis me satis multa locutum de Bladudi alis, quae in dubium, perinde ac Daedaleae pennae, vocari possent. Cui hoc in promptu quod respondeam habeo; nempe aliud nihil me de Bladudi facinore audacissimo scripsisse, quam quod prius legerim. Illud tamen, quod est apud Gul. Meildunensem, non improbandum autorem, de quodam Olivario, sui coenobii monacho, qui fictitiis pennis tenueis sublatus in auras, cecidit, et ex casu non mortem, sed perpetuum clauditatis malum accepit, alicui fidem faceret, non omnino vana esse, quae de Bladudi alis referuntur. Utcunque sit, non admodum refert. Hactenus de Mago [c]. Ex *Lelando.*

[c] Claruit A. M. MMMCIV. ante Christi incarn. ann. 866. Bal. i. 12. A. M. MMMLXXIV. Pitſ. p. 64. Scripsit Bladudus *De mathematica*; *De magia libros* plures cit. Pitſ. l. c. Baleus *De magia mathematica* libros inscribit.

BLAKE [JOHANNES] (Dempst. 85.) natione Scotus, frater Dominicanus Aberdonensis, scripsit *De reali praesentia corporis Christi in sacramento altaris*, lib. i. *Acta colloquii cum Willoxio symmista*, lib. i. *Conciones pias*, lib. i. *Monitorium ad apostatas*, lib. i. Mortem passus est Edinburgi 7 Januar. A. MDLXII. Dempster. ii. 146.

BLAKENEY [JOHANNES] ab oppido natali in comit. Norfolc. cognomen habens; frater ordinis S. Trinitatis de redemptione captivorum apud Ingham, scripsit *Necessiloquium grammatices*, lib. i. "Nominum quinque sunt divisiones." *Modum rhetoricandi*, "Ars inveniendi ornata "verba." *Jocale aureum*, lib. i. "Deum nedum juvenes colent." *De fabricandis epistolis*, lib. i. "Salutationes ad summum." *De mundi aetatibus*, lib. i. "Aetas dicitur quasi aevitas per" *In epigrammata Langley*, lib. i. "In tractatu dom. Thomae Langley." *In Boëthium de consolatione*, lib v. Claruit A. MCCCCXLVII. Bal. viii. 9. Pitſ. p. 639.

BLAKNEY [a] [GULIELMUS] sive BLACHENEGUS [b], Carmelita, Grantanae cultor scholae eximius fuit; et ibidem, publico suffragio, in theologorum relatus numerum. Scripsit in *Cantica canticorum* [c]. In pretio [d] fuit circa annum D. MCCCCXC. Obiit [e] Sniterlegae Volcarum Aquilonarium. Ex *Lelando.*

[a] "Gul. Blacney ex oppido natalitio comit. Norfolc. "sic cognominatus." Pitſ. "Post sophisticas et Scoticas "artes, necromantiam studuisse dicitur, ac caeremonialis "magiae partes novisse omnes; portentaque multa et in- "credibilia per illas terras fecisse ab inhabitatoribus nar- "ratur." Bal. "Propter haec in quaestionem vocatus erat "ab episcopo Norwicensi". Bale. Pitſ. [b] Sive Nige- "rius, Lel. *Epit.* Mſ. [c] Lib. i. lect. xiv. "Osculetur "me osculo oris sui." Scripsit etiam *Disputationes subtilissimas*, lib. i. [d] *Senex* addit Mſ. Lel. Trin. [e] Obiit Nigeriae Volcarum Aquil. (Bal. Pitſ. Mſ. Lel. Trin.) i. e. Blacnoy in comit. Norf. Obiit MCCCCXC. Pitſ. "Prior erat "Carmelitarum Cantabrigiae MD." Mſ. Bal. Sloan. 4to. f. 79. Quidam Gul. Blakney monachus S. Albani memoratur in *Monast. Anglic.* i. 184. Bal. xi. 87. Pitſ. p. 678.

BLANDIE [GULIELMUS] apud Novoburgum in agro Bercheriensi natus, et ex schola Wickhamica Winton. socius electus collegii Novi Oxon. A. MDLXIII, post triennium gradum baccalaureatus in artibus assumpsit, et eodem anno per episcopum Wintoniensem, visitatorem, collegio pulsus est. Hinc Londinum se contulit, et studiis juris municipalis se addicens, membrum evasit J. consultorum Medii Templi. Transtulit e Latino in Anglicum sermonem *The five books of Hieronymus Osorius containing a discourse of civil and christian nobility*, dat. Newberiae 6 April. MDLXXVI. Pr. ded. comiti Leycestr. "The histories of auncient memory." Lond. MDLXXVI. 4to. De hoc auctore nihil aliud constat. *Athen. Oxon.* i. 187.

S. BLANUS Culdeus Scotus, sub sanctorum Congalli et Kennethi auspiciis educatus, et tandem episcopus, scripsit *De evangelii gratia*, lib. i. *Versus quosdam sacros*, lib. i. *Praecepta ad catechumenos*, lib. i. Claruit anno CCCCXLVI. Post reditum a Roma apud Dumblanum, quod nomen ab eo accepit, fatis concessit. Vitam ejus scripsit Georgius Newtonus, archidiac. Dumblanensis. Colitur 19 Julii. Dempster. ii. 136.

BLARE [JOHANNES] presbyter Scotus, Gulielmi Wallasii comes et confessor, scripsit Latine, *Gesta Gulielmi Wallas*, lib. i. *De liberata tyrannide Scotia*, lib. i. Transtulit hos libros in rhythmos Scoticos Henricus Caecus. Claruit A. MCCC. Dempst. ii. 148.

BLAUFORD [HENRICUS] (Mſ. De BLANEFORDE eum vocat) monachus ordinis S. Benedicti in coenobio Albanensi, scripsit *Chronica quaedam de rebus Britannicis, sc. de treugis inter Scotos et Anglos, et eorum articulis, hoc est, inter Edw.* ii. *et Rob. de Brus*, 30 Maii MCCCXXIII. Extabant olim in bibl. mon. S. Albani, uti testatur de aliquibus aliis rebus Angliae Thomas Walsingham in A. MCCCXXV. Nunc Mſ. extant Cotton. Claudius, D. vi. 9. Pr. "Summa Dei pro- "videntia." Imperf. in fine. Edidit illa Tho. Hearnius. De aetate hujus Henrici non constat. Pitſ. *Append.* p. 861. Citatur a Stow, p. 222.

BLEDHYN DHY poëta Cambro-Britannicus. Cujus *Carmina quaedam* adhuc extant in codice rubro Hergestiensi, et in Apographis clar. Llwydh. Claruisse fertur A. D. MXC. Llwydh. Davis.

BLEDHYN VARDH, alias FARDH, natione Cambro-Britannus. Poëtica quaedam opera ejus extant in bibl. dom. Rogeri Mostyn, et penes clar. Llwyd. Floruisse dicitur A. D. MCCLX. Llwyd. Davis.

BLEGA-

BLEGABRIDUS (BLEGORIDUS Lluydio) LANGUARIDUS, gente Britannus; legum ſtudio ſe addicens, utriuſque juris magiſter ac doctor effectus, et mox Landavenſis archidiaconus, Cambrorum regis Howeli varias in reipublicae commodum factas ordinationes in unum collegit, ad formam reduxit, ac Latinas fecit, cui operi titulum indidit, *Leges Howeli regis*, lib. i. Pr. " Cum Howed Dha filius Cadel divina providentia." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Q. xi. princ. deeſt. 1. fol. Ad finem legum Howeli Dha Latine, Mſ. Cantabr.

" Explicit editus legibus liber bene finitus,
" Quem regi ſcripſit Langvoridus, et quoque fuit
" Hoëli turbae doctor tunc legis in urbe,
" Gornando cano tunc judice cotidiano:
" Rex dabat ad partem dext'ram, nam ſumſerat artem."

Collegit etiam *Locorum communium libros plures*. Claruit anno Domini DCCCCXIV, quo anno praefatas leges edidit (anno DCCCCXL. Lluydius) Bale ii. 28. Pitſ. 172.

[a] BLENCOIDUS amore ſapientiae totus inflatus, a nugis ad ſeria et philoſophos ſe contulit. Et quoniam, ut ego ex nomine colligo, Camber erat, voluit a barbarie ad eruditas artes ſe conferre. Fuit eo ſaeculo, quemadmodum et nunc plane eſt, academia Iſiacorum celeberrima, quo et equis veliſque [b] contendebat. Succeſſus in literis ex alacritate ingenii, ad altiora conſcendentis, felix provenit. Longobardi opus aureum, ſi rem potius, ut certe decet, quam eloquentiam quis aeſtimet, deamavit. Argumento et quidem manifeſto ſunt *Commentarii* in idem opus editi [c]. Ex *Lelando*,

[a] Blaincothus, Bal. xi. 32. Pitſ. p. 827. [b] Ita Baleus addit Lel. Mſ. Trin. l. c. qui Lelandum tranſcribit. [c] Lib. iv. aliaque fecit,

BLESENSIS [PETRUS] natione Gallus, Lutetiae pueritiam et adoleſcentiam exegit in politioribus literis, emenſo artium liberalium ſtadio Bononiam ſe contulit ad juriſprudentiae civilis et canonicae ſtudium capeſſendum. Reverſus in Galliam, iterum Lutetiae relicto utriuſque juris ſtudio totus theologiam amplexus eſt. Medicinae non ignarus fuit, ut teſtatur in epiſt. 43. Neque matheſeos, uti patet ex epiſt. 8. Poſt confecta ſtudia cum Stephano adoleſcente nobiliſſ. comitis Perthicenſis filio, a Siciliae regina, cujus erat conſobrinus, evocato in Siciliam profectus, Gulielmi ii. tum pueri regis Siciliae praeceptor fuit, ut teſtatur ep. 66. Fuit ſigillifer regis et regni; et totam Siciliam pro arbitrio regebat, ut ait epiſt. 131. Neapolitanus epiſcopus electus renuit, epiſt. 72. Lutetiam remeavit A. MCLXIX. Paulo poſt in Angliam ab Henrico ii. rege invitatus, illi fuit ab epiſtolis; deinde ab Elienora regina et Richardo rege fuit retentus. Canonicus erat Bituricenſis, poſtea archidiaconus Bathonienſis in Anglia factus circa A. D. MCLXXV. Dein archidiaconus Londinenſis A. MCXCVIII. Epiſt. 123. 151. Newc. i. 56. 58. Archiepiſcopi Cantuar. archidiaconus et ipſius regis procancellarius. Fuit decanus de Wolverhampton, epiſt. 147. Prinn. iii. 1169. praebendarius eccleſ. Rotomagenſis, epiſt. 141. Sarum, epiſt. 133. De Hoxton in eccleſ. S. Pauli London. Newc. i. 59. Verum Anglicani ſoli diſſidiorumque pertaeſus, et amore patriae correptus, petit ab Odone epiſcopo Par. epiſt. 160. revocari in Galliam, ut, ſi non vivere, ſaltem ſepeliri poſſit in natali ſolo. Primus omnium fuit, qui in re euchariſtica tranſubſtantiationis vocabulum uſurpaſſe dicitur. Scripſit *Epiſtolas* cxciv. lib. i. " Rogatus a vobis epiſtolas has." *Epiſtolae* ccvii P. Bleſenſis extant . . . fol. *Multae ejus epiſtolae*, tom. xii. *Annal.* Baronii. *Epiſtolae tres*, p. 462. Pariſ. MDCXLII. f. in *Coll. ſcript. hiſt. Franc.* per Du Cheſne, tom. iv. *Epiſtolae* clxxxiii prodierunt cum operibus: Harum multa Mſ. exemplaria in ſola urbe Lutetiae xx et amplius reperiuntur. De numero non conſtat: De clx convenit inter omnes; caeterae dubiae ſunt fidei, pr. edit. Gaſſanvillae. *Epiſtolae* Mſs. 163. inter Mſs. bibl. Bodl. NE. E. 6. 8. Item nonnullae Mſs. bibl. Bodl. NE. B. 4. ii. Et NE. C. 4. 6. Item *Epiſtolae* cxviii Mſ. Bodl. Laud. B. 163. Ad finem habetur *Carmen de ſtella Magos ducente.* Pr. " Qui mea ſcripta leges, poteris perpendere reges." Item *Epiſt.* 115. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. iv. i. Item *Epiſt.* 77. Mſ. ibidem N. 29. Item *Epiſtolae* 137. Mſ. ibid. P. ii. Item *Epiſtolae* 135. Mſ. Norwic. More 216. Item *Epiſtolae* 158. Mſ. coll. Novi Oxon. 127. Et *Epiſtolae* 207. Mſ. coll. Oriel. Oxon. 54. *Sermones de variis argumentis* lxv. Pr. " Dum medium ſilentium." Prodierunt cum operibus, ſed in editione Joh. Buſaei quoſdam Petri Comeſtoris attribuit Bleſenſi. Horum autographum fuit penes Jacobum Merlinum Pariſienſem. *Compendium ſuper Job*; *ſive explanationem in duo priora et ultimum Jobi capita*, ad Henricum regem Angliae. Pr. pr. " Gratias ago gratiae largitori." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 5. 6. Et E. 4. 10. Et E. 6. 4. (Titulus praefixus hujus codicis ſic ſe habet: *Baſiligeruntieon, id eſt, ludus Henrici ſenioris regis:* Alibi vero: *Compendium*, etc.) Et E. 6. 8. Et. D. 4. 5. Mſ. Norwic. More 468. Et 909. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. H. 4. et K. i. In Mſ. Norwic. More 878. tit. ita: *Extractio quaedam Moralium B. Gregorii de vita B. Jobi et miſeria ejus.* Pr. " P. " Bleſenſem." pr. regi Henrico. " Gratias ago." *Vita patientis Job*, lib. i. Henr. illuſtriſſimo Anglorum regi, Mſ. Oriel. 54. Et Mſ. Merton. O. i. 4. Art. Idem eſt cum priori tractatu, vel ſaltem pars ejus. *Contra perfidiam Judaeorum*, lib. i. " Quaerebam in viſione noctis." In editione alia: " Quaere- " bam in tuis literis." Et in Mſ. C. C. C. Cantabr. P. ii. In app. Buſaei Colon. Agripp. MDCXXIV. 8vo. *De confeſſione ſacramentali.* Pr. " Rogaſti me, ut aliquid tibi." *De amicitia Chriſtiana*, lib. i. " Quoniam diminutae ſunt veritates." Mſ. C. C. C. Cantabr. P. ii. Et in alia editione cap.

25. Pr. "Subsannabit." Et in app. Busaei Col. Agripp. MDCXXIV. 8vo. Et cum epistola dedicatoria ad Will. episcopum London. Mss. bibl. Bodl. Laud. I. 3. Hujus Petrum Comestorem verum autorem vult Journal des Sçavans, MDCLXVII. Placcius ii. 128. Alii Ailredo tribuunt. Haec opera prodierunt Paris. MDXIX. fol. *De transfiguratione Domini*, lib. i. "Magistri Sergii "frequens instantia." Mss. C. C. C. Cantabr. H. 4. Mss. Bodl. E. 6. 8. Epistola est hujus Petri ad Frenaldum episc. Atreb. in qua agit de transfiguratione. Pr. "Magister frequens instantia," etc. Et in Mss. Oriel. 54. "Magistri Sigerii frequens," etc. In plurimis Mss. inter epistolas extat. *De conversione S. Pauli*, lib. i. "Recolenda est cum exultatione D. Pauli memoria." Mss. C. C. C. Cantabr. E. 8. et H. 4. Saepe inter epistolas extat. *De peregrinatione Hierosolymitana acceleranda*, lib. i. "Quis dabit capiti meo aquam." Mss. bibl. Bodl. Laud. 163. Mss. coll. Novi Oxon. 127. *Instructionem fidei ad Soldanum Iconii A.* MCLXIX *ad Alex.* iii *missam*. Pr. "Ex tuis literis et "nunciorum tuorum." Extat sub nomine Alex. iii in M. Paris sub anno MCLXIX. Bellarm. *De poenitentia, sive satisfactione a sacerdote injungenda*, lib. i. "Nimia rigoris tui austeritas." *De poenitentia salutari*, lib. i. "Rogasti me, frater, ut tibi." Inter epistolas codicis Oriel 54. penultima est; et inscribitur *Opus novum de confessione*. *De qualitate poenitentiae*. *Canonem episcopalem, sive de institutione episcopi, ad Joannem episcopum Wigorn.* lib. i. "Petis instantius." In cod. Oriel. 54. est epistola ultima. *Invectiva contra depravatorem operum P. Blesensis*, lib. i. "Exhortati-"unculam tuam quam." *De charitate Dei, et dilectione proximi*, lib. i. cap. 65. "Sicut praece-"dentia docuerunt." In app. Busaei Col. Agr. MDCXXIV. 8vo. Mss. Bodl. Laud. I. 3. Mss. C. C. C. Cantabr. P. ii. *De* xii *utilitatibus tribulationum*. Pr. "Ordo et modus docendi." Ex Mss. Bodl. l. c. In Mss. Merton. N. iv. 4. ita incipit: "Utilitas tribulationis hominis." *Tractatum*; cui titulus *Quales sunt*, lib. iv. Pr. "Detur utinam episcopis, Sanctonensi." Ex Mss. bibl. Baliol. E. 16. *De divisione et scriptoribus sacrorum librorum*. Pr. "Vetus testamentum ideo dicitur." *De eucharistia metrice*. Pr. "Omnibus in factis inceptis." Qu. Annon hic tractatus olim sub Anselmi nomine evulgatus est, Baleus ii. 441. Prodierunt haec omnia cura Johannis Busaei cum variis lectionibus et notis, Moguntiae, MDC. 4to. Colon. Agripp. MDCXVIII. fol. Et in Appendice ab eodem edita Moguntiae MDCV. 8vo. Col. Agr. MDCXXIV. 8vo. Demum cum notis et variantibus lectionibus Petri de Gassanvilla Carnotensis, Paris. MDCLXVII. fol. exinde in *Bibl. patrum*, tom. XXIV. p. 912. 1077. Opera P. Blesensis etiam prodierunt cura Jacobi Merlini, Paris. MDXIX. *Continuationem Ingulfi Croylandensis ad ann.* MCXVIII. Pr. "Nuper apud vos aliquandiu versatus." Edita cura Gul. Fulmanni, Oxon. MDCLXXXIV. fol. p. 108. His addit Baleus, *De acceleranda passagio*, lib. i. Idem cum libro *De peregrinatione Hierosolymitana*, etc. supra. *De sapientiae studio*, lib. i. "Divisus es et cor tuum." *Exhortationes ad abbatem*, lib. ii. "Electus es a vestris "fratribus." In *Invectiva* meminit earum. *De praestigiis fortunae*, lib. ii. Hujus meminit in *Invectiva*, et epist. 77. Fragmentum ejus ex Mss. S. Victor. Paris. extat in edit. Opp. Paris. MDCLXVII. fol. p. 595. *De periculis praelatorum*, lib. i. Ad H. Abb. Rading. "Quoties recolo "verba S. Scripturae." Mss. Merton. O. i. 4. *De vita clericorum curialium*, lib. i. "Gratias ago "gratiae vestrae." *De synodis celebrandis*, lib. i. "Sic nos existimet homo." *Vitam Wilfridi archiepiscopi*, ded. Galfredo archiep. Ebor. lib. i. "Exquisitissima deliberatione." Vid. *Monast. Anglic.* tom. i. p. 172. Olim in sacro vestiario Ripodunensi. Leland. *Coll.* iii. 170. qui ex ea notas quasdam excerpsit. *Vitam Guthlaci confessoris*, lib. i. "Quia gesta virorum illustrium." Ex hac collect. habet Lelandus Mss. Cotton. Julius, C. vi. fol. 88. Scripsit stylo heroico ad petitionem Henr. abbatis Croyland. *Chronicon Petriburgense*. Mss. Cotton. Claudius, A. v. *Dialogum regis Henrici Angliae et abbatis Bonevallensis*, lib. i. "Filios enutrivi, ipsi autem." Hujus meminit in *Invectiva*. Mss. extat in cod. Lambeth. 105. fol. *De assertione fidei*, lib. i. Hujus mentio fit in *Invectiva*. *Testimonia fidei catholicae*, lib. i. "Cum in fundamento ecclesiae." *Manipulum florum*, lib. i. "Abiit in agrum ut spicas colligeret." Annon Thomae Hibernico debetur? *Acta Henrici* ii. lib. i. Hujus meminit epist. 14. Videtur tamen ex epist. 77. in libro *De praestigiis fortunae* includi. *Piarum exhortationum* lib. i. *Fragmentum epistolae aureae de silentio servando*. Pr. "Silentium teneas." Ex Mss. Merton. N. iv. 8. Paris. MDCLXVII. p. 595. Ast qua auctoritate haec ascribitur Blesensi, cum codex ejus nomen haud exprimat, nescio. In eodem codice immediate praecedit disertis verbis Petri Blesensis: *Contra usum legum in clericis*. Pr. "Res plena "discriminis est." *Versus de commendatione vini*. Pr. "Foelix ille locus," Mss. Norwic. More, 131. *Versus contra Robertum de Bello Fago laudantem cerevisiam*. Pr. "Scribo, sed invitus." In Mss. Merton, N. iv. 9. Huic Petro Blesensi archid. London. ascribitur *Remediarium conversorum*, part. ii. quarum quaelibet sex libros habet. Pr. ep. ad Ric. episcopum London. "De "beata mentis solitudine." Pr. lib. "Ipsa humanae conditionis qualitas." Sed quaere, annon potius Petro Canonico attribuendum? Obiit in Anglia post A. D. MCCIV. Newcourt i. 58. 59. Cave, *Hist. Lit.* p. 678. Bulaeus, tom. ii. 762. Bal. xiii. 20. Sepultus est Bathoniae. Vide Vitam ejus praefixam operibus edit. Paris. MDCLXVII.

BLEWET [HUMFREDUS] patria Herefordensis, in collegio Merton. Oxon. studia academica prosecutus, fuit medicus ac astronomus insignis, et gradu doctorali in medicina ornatus anno MDXXX. Scripsit *De peste evitanda*, lib. i. Obiit Calisiis, ibique sepultus jacet. *Fasti Oxon.* i. 48.

BLITHODUNUS

BLITHODUNUS [RICHARDUS [a]] Carmelita, cultor Isiaci gymnasii celebris [aa], lauream theologici nominis tandem accepit. Admiratus est aliquando Richardus Burdegalensis [b] hujus et eloquentiam et nervos in sacris concionibus [c]. Ergo ex multis unum illum, qui praeesset auriculari suae confessioni, delegit. Scripsit *Concionum* [d] librum, et alterum *Epistolarum* [e], tertium etiam, cui nomen *Repertorium* [f]. Ex *Lelando.*

[a] *Ricardus Blyton*, Bale. *Blitonius*, Pitf. patria Lincolniensis, sui ordinis praeses provincialis decimus. [aa] Fr. Ric. Blyton, ord. Carmel. ordinatus subdiac. pr. cal. Junii, MCCXCVIII. presbyter 13 cal. Oct. MCCXCIX. in *Reg.* Oliv. Sutton, episc. Lincoln. [b] Rex Edw. ii. Lel. *Epit.* Bal. Mf. Sloan. [c] *dum esset sui instituti per Angliam praeses provincialis: ergo*—ita legit Lel. *Epit.* Mf. [d] Lib. ii. [e] Lib. i. "Reverendo in Christo patri." [f] *Sententiarum* (Lel. *Epit.*) lib i. "Cupientes aliquid de pe-" "nuria." Scripsit etiam, *De privilegiis mendicantium*, lib. i. "Cum sanctissimus pater et idem." *Ordinarias quaestiones*, lib. i. Obiit anno MCCCXXXIV, et Lincolniae sepultus. Bal. iv. 96. Pitf. p. 431.

BLOMFIELD [GULIELMUS] natus in oppido Buriensi S. Edmundi; baccalaureus medicinae tempore Henrici viii. (uti patet ex El. Ashmol. not. in *Theatr. Chym.* p. 305.) et ante dissolutionem abbatiarum monachus factus. Hic ipse Gul. Blomfield, alias Rattlesden, videtur monachus fuisse Buriensis, qui haereticas quasdam opiniones abjuravit tempore Henr. viii. vid. Fox. i. edit. 479. Postea vicarius ecclesiae SS. Simonis et Judae in civitate Norwicensi, unde se expulsum queritur a papistis in Epist. ad reginam Elizabetham. Fuit chemiae deditus, et scripsit ad reginam Elizabetham, *Regimen vitae, sive de quinta essentia.* Pr. "Althoughe, most redoubted suffren Lady." Mf. autogr. inter Mss. Norwic. Mori 430. *Blomfield's blossoms, or the camp of philosophy.* Pr. "When Phoebus was entred." *Testamentum ultimum.* Pr. "We have sufficiently declared the "theory." Haec duo carmine Anglico extant in Theatro chymico edito ab Elia Ashmole, Lond. MDCLI. 4to.

BLONDUS [a] [JOANNES] ut illa ferebant saecula, inter doctos doctissimus, Isiaci primum, deinde Lutetiae [b] Parisiorum studuit; utrinque tanta cum felicitate, ut tandem unus ex multis dignissimus judicatus sit, qui publico stipendio inter Isiacos theologiam profiteretur [c]. Quod cum aliquamdiu fecisset, accepit in ecclesia Eboracensi honestissimum virtutis suae praemium [d]. Nec multo post electus est Cantiorum archiepiscopus, quo nomine Romam petiit; ubi, quibus artibus sane nescio, causa et dignitate cecidit [e], atque in ejus locum subornatus est Edmundus Divitius, canonicus Severianus. Ita domum inglorius rediens, repulsam literis, ut sapientem decuit, consolatus est [f]. Sed inter haec jam mihi in mentem venit, quod minime praetermittendum est: nempe Blondum Lutetiae socios habuisse studiorum, Alanum Belloclivum, Rodulphum Vageniacum, Gulielmum Dunum, et Nicolaum Fernamum, Anglos insigniter eruditos. Haec ego cursim, Matthaei Parisii Angli *Historiam*, et Joannis Ruffi sive Rossi Gaurovicensis *De academiis Britannicis* librum perstringens, notavi. De libris [g], quos elegantes scripsisse fertur, quae mea est in hac parte infelicitas, nihil legi; quanquam et dubium num extent. Floruit, regnante Henrico tertio. Mortuus est anno MCCXLVIII [h]. Petrus Blesensis, in libro *Epistolarum* suarum, Rogerii aut Roberti Blondi [i] meminit, quem inter discipulos aluit. Hunc, quod dominum mutaverat, his verbis castigat: "Verun-" "tamen indomita cervice ferorum post vocationis meae literas nunc agere causas Parisiis, nunc re-" "verti Bononiam, nunc Lincolniam proficisci, nunc morari Oxonii ordinas et disponis." Ex *Lelando.*

[a] *Richardum Blundy* perperam vocat Godwinus, p. 129. [b] Ubi SS. theologiae doctor creatus erat. Pitf. A. Wood. Vide infra in Nic. Fernham. [c] *Hist et Antiq. Oxon.* lib. ii. p. 31. Vide lib. i. p. 86. [d] Sc. canonicatum et cancellariatum. Pitf. Occurrit cancellarius Ebor. Aug. MCCXLIV. ita *Registrum* Ebor. "Joh. Blundus clericus, pro-" "curator regis, missus Romam in causa super electione Wal-" "teri Evesham, monachi Cant. in archiepiscopum Cant. 21" "Sept. 12 Hen. iii." Item postea: "Rex concessit Johanni" "Blundo clerico, xx libras annuas, quousque in beneficio ec-" "clesiastico competenti ei uberius providerit, 23 Sept. 12" "Hen. iii." Ita legitur in Rot. Turr. Lond. [e] Papa prae se ferebat electionem cassare, propterea quod duo sacerdotia possideret absque papae dispensatione, et quia pecuniam a Petro, Wintoniensi episc. (cui maxime charus erat) mutuo sumpsisse dicebatur, unde corruptos ab eo monachos libuit suspicari; verior tamen causa (inquit A. Wood) fuit, quod maxime fovebat partes regis Henrici, cum utriusque gladii dominium sibi vindicaret. Vide M. Parif. in ann. MCCXXXII, et Th. Wikes, et *Hist. et Antiq. univ. Oxon.* P. i. in eodem anno, Pat. 16. Hen. iii. m. 2. R. electioni factae de magistro Joanne Blundo in archiepiscopum Cantuar. regium adhibuit assensum, et supplicavit domino papae, quatenus quod suum est, in hac parte, cum mansuetudine et favore exequatur. 30 Aug. in literis pat. sub eo anno. [f] Quaere, annon in M. Westmonast. MCCXLVIII dicitur ille eligi in archiepiscopum Ebor. [g] Scripsisse eum ferunt Baleus et Pitseus, *Summarium sacrae facultatis*, lib. i. *Disceptationes aliquot*, lib. i. *In Scripturas Sacras commentarios.* Mire praedicat Blondi doctrinam Matt. Parisiensis, non itidem Pitseus. [h] Bal. iii. 95. Pitf. p. 319. M. Westmon. [i] Vide *Epist.* 62. ubi extat Galfredi electi Lincoln. epistola, qua R. Blondum, capellanum suum, vehementer objurgat propter inobedientiam.

BLOXHAMUS [JOHANNES] senior, Carmelita coenobii Cestriensis; Oxoniae S. theol. baccalaureus juxta Waraeum, doctor juxta Pitseum. Fr. Joh. de Blaxam ordinis Carmel. de Oxon. occurrit testis contra Templarios. A. D. MCCCX. Mf. bibl. Bodl. NE. F. v. 2. f. 95. Dum sui ordinis in Hibernia vicarius esset generalis, sub anno nempe MCCCXXV, capitulum provinciale convocavit in monasterio de Atrio Dei, in agro Louthiano, ubi pro restituenda disciplina multa dicitur instituisse. In patriam reversus electus est sui ordinis provincialis decimus tertius, anno MCCCXXXIII, quo munere functus est per duos annos et dimidium; et demum Oxoniae fatis concessit MCCCXXXV. De eo Lelandus hoc modo commentatur. "Joannes Bloxhamus Carmelita, Isidis in Vado et phi-" "losophiae humanae et divinae noctes atque dies invigilavit; eoque ejus accrevit fama, ut supre-" "mum

" mum inter Anglos et Hibernos sui loci magistratum gereret. Passim comparent ejus commen-
" tarii in Longobardum. Extat praeterea ejus libellus, *De septem signaculis, et farrago epistolarum.*
" Ferunt hunc Isiaci obiisse, ac sepultum esse." Scripsit *Commentarios sententiarum quaestionative.* (Mſ. Bal. Sloan.) lib. iv. *Annotationes in Apocalypsin,* lib. i. " De apertione septem sigillorum." *Epistolas* clxxxvi *ad diversos,* lib. i. " Viro venerabili ac discreto." *Hybernensium ordinationes; sive capituli Atherdaeensis statuta,* lib. i. *Sermones varios,* lib. i. *Quaestionum disputatarum,* lib. i. Tabulavit *Costesy super Apocalypsin* (Mſ. Bal. Sloan) Pr. " De apertione septem sigillorum." In prooemio. Bal. v. 22. Pitſ. 431. War. p. 122.

BLOXHAMUS [JOHANNES] junior, S. theologiae doctor Oxoniensis, et ibidem collegii Mertonensis custos electus A. MCCCLXXV. Dubium est an fides sit adhibenda illis, quae de severo regimine Bloxami, et de accusatione ejus a sociis coram regni parliamento A. MCCCXCIV Pitseus tradit. Hoc certum est eum tunc temporis non fuisse custodem. Johannes enim Wendover ei successit A. MCCCLXXXVII. A. Wood. ii. 86. Scripsisse fertur *Diversorum titulorum opuscula.* Bale Ipsw. f. 254. *Elegantium epistolarum,* lib. i. Claruit A. C. MCCCLXXXVII. A. Wood. A. C. MCCCXCIV. Pitſ. Sepultus jacet in medio chori collegii Mertonensis. A. Wood. *Hist. Oxon.* tom. ii. Pitſ. p. 559. A. Wood. *Hist. Oxon.* lib. ii. 86. Walsingham in A. D. MCCCXCIV.

BLUND [ROBERTUS] qui interdum ROGERUS BLUND vocatur; Parisiis, Bononiae et Oxoniae bonis literis olim incubuit, uti patet ex Petri Blesens. *Epist.* 62. ubi etiam ex familia Gaufridi episcopi Lincoln. fuisse dicitur. Fuit unus clericorum sive capellanorum Roberti Grostest episcopi Lincoln. rector ecclesiae de Ganby comit. Leycest. anno 2. pontif. Rob. Grost. Occurrit canonicus Lincoln. anno 4. pont. ejusdem: et A. 5. rector ecclesiae de Scampton: et A. 11. rector ecclesiae de Sotteby com. Linc. Extat *Summa magistri Rodberti Blundi in arte grammatica,* lib. i. cap. ix. Pr. pr. " Justas parit petentium preces necessitas." Mſ. bibl. reg. Westmon. 2. D. xxx. 3. Et in bibl. Petroburg. R. vii. Mag. Rob. Blund dedit bibliothecae eccl. cathedr. Lincoln. Psalterium glossatum, et Epistolas D. Pauli glossatas. Nota in principio Bibliorum antiquor. Ibid. Claruit A. MCCLXIV. Ita in Rotulis eccl. Lincoln.

BLUNDEVILLE [THOMAS] Vixit apud Newton Flotman in agro Norfolcensi. Transtulit ex Hispanico in Anglicum, *Of counsels and counsellers;* writt by Freder. Furio. Pr. com. Leicestr. " For lack of better." At Newton-Flotman in Norfolk dat. April. 1. MDLXX. . . . MDLXX. 12mo. Scripsit *The true order and method of wryting, and reading hystories, according to the precepts of Francisco Patricio and Accontio Tridentino two Italian Writers, no lesse plainly than briefly set forth in our vulgar speech to the great profite and commoditye of all those that delight in histories.* Anno MDLXXIV. Imprinted at London by Willyam Seres. 12mo. Hunc librum dedicavit Roberto comiti Leicestriae. In dedicatione haec habet verba: " Which precepts I partly collected out of the
" tenne Dialogues of Francisco Patricio, a methodical writer of such matter, and partly out of a little
" written treatise, which mine old friend of good memory Accontio did not many years since pre-
" sent to your honour in the Italian tongue." *Description of universal mapps and cards, and of Ptolomies Tables, and their uses. . . .* MDLXXXIX. 4to. Edidit *Will. Gilberti inventionem, ope solis, lunae et stellarum latitudinem inveniendi mari.* Lond. MDCII. 4to. In Mſ. bibl. reg. Westmon. 18. A. xliii datur *Plutarch's commentary, that learning is requisite to a prince, translated into English meeter by Thomas Blundevile.* Jasper Heywood in praefat. ad suam translationem Tragoediae Senecae vocat. *Thyestes,* Lond. MDLX, hos sequentes versus de quodam Blundevill canit:

" ——— Gentle Blundeville is by name, and eke by kind,
" Of whom we learn, by Plutarch's lore, what fruit by foes to find."

BLUNDUS [EADVEARDUS] originem a proceribus titulo Monjoii clarissimis duxit; quam per se nobilem satis, virtutum incremento magno, nobiliorem reddidit. A bonis ille literis feliciter exorsus, scholas celebravit Britannicas. Nec sic contentus, Gallicas quoque et Italicas petiit. Patavium id temporis disciplinas melioris notae omneis, una cum antiqua illa linguae Latinae eloquentia, excoluit. Hic supremam studiorum metam defixit, et eximiam ab industria assidua famam inter eruditos sibi peperit. Et jam maturus erat, coepitque meditari, componere, chartis denique victuris talia consecrare, qualia, nisi mors prohibuisset importuna, posteritas non modo legisset, verum etiam approbasset. Febre tandem correptus acutissima, in medio studiorum cursu Patavii obiit; ubi non sine publico doctorum luctu elatus est, ac sepultus. Viduus, Anglus, eo tempore in pretio fuit, vir ad poësim plane natus, cujus et *Elegiam* in Blundi mortem elegantem et canoram aliquando legi. Tantum in praesentia hi duo memoriae occurrunt versiculi:

Aurea si fusco velaret lumina peplo
Phoebus, io, quantas perderet orbis opes?

Nihil praeterea de Blundo didici. Ex *Lelando.* In bibl. Baliol. Mſ. D. 7. datur Blundus *De cosmographia Italiae.* Pr. ded. " Cum multi historiam." Pr. lib. " Italiam describere exorsi." In fine codex mutilus est.

BLUNT [ADAMUS] patria Scotus, professione Franciscanus, S. theologiae doctor, et Roxburgensis coenobii prior, anno MCCXCVI legationem obiit a rege Joanne Baliolo ad regem Angliae Edwardum i. Scripsit *Pro rege Joanne Baliolo,* lib. i. *Summarium sententiarum,* lib. i. *Conciones et lecturas,* lib. i. Claruit anno MCCXCVI. Dempster. ii. 173.

BLYSSE [JOHANNES] in dioecesi Batho-Wellensi natus, electus collegii Merton. Oxon. socius A. MDIX, dein artium magister admissus; postea medicinae Londini operam dans in illa facultate doctor evasit A. MDXXV. Ob astronomiae etiam scientiam insignis, unde *Registrum* ejusdem collegii ejus meminit, medici et astronomi quam docti. Scripsisse fertur *Tabulas astronomicas:* Quae jamdudum periere. Obiit in domo fratrum Dominicanorum London. mense Aprili, A. MDXXX, et in ecclesia ibidem sepultus est. *Athen. Oxon.* i. 25.

BOCKING [EDVARDUS] quem Ric. Moresinus Johannem, alii omnes Edwardum vocant, fuit monachus Benedictinus professus in ecclesia Christi Cant. MD. Wharton. Ms. F. 111. in bibl. Lambeth. ex registri Tho. Cawston append. ubi facundissimus appellatur. Moresinus autem misere eum contemnens, hoc doctore nihil indoctius esse ait. In collegio Cantuar. Oxon. (A. MDII. *Regist.* Warham) studiis operam dedit; Celerarius erat juxta Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. N. 7. et tandem prior ibidem evasit; A. MDXIII S. theol. baccalaureus, et MDXVIII doctor creatus est. Vide in chronicis quomodo a partibus virginis Bartonianae stetit. Scripsit *De revelationibus et miraculis virginis Bartonianae*, lib. i. Ita testatur Ric. Moresinus in *Apomaxi versus Cocleum.* Lond. MDXXXVII. 4to. Vide Act. Parliam. 25 Henr. viii. c. 12. A. MDXXXIV. 20 April. suspendio vitam finivit apud Tyburn. Stow, p. 571. Et in Obituar. eccl. Chr. Cant. xii. cal. Maii obitus fratris Edv. Bockyng. S. T. Pr. ponitur.

BOCKING [RADULPHUS] [a] sive DOMINICANUS: Dominici sectator strenuus, vir maximae in legendis autoribus industriae fuit; quam tantus suo tempore fructus secutus est, ut non modo eruditi, verum etiam elegantis nomine dignus censeretur: id quod illis temporibus rariusculum fuit, degenerantibus jam a sua puritate artibus fere omnibus, una cum Latinae linguae elegantia, et perstrepente totis scholis nescio qua sophistica garrulitate. Inter caetera tamen bonam studiorum partem in re theologica collocavit; tam utiliter, ut et ipse postea insignis theologus ea scripserit, quae posteritati et grata et utilia essent. Sed quid non audet, atque adeo facit tempus? quaecunque enim scripsit, tempore et negligentia conspirantibus, fere perierunt. Liber tamen, quem de *Vita* Richardi, Ceicastrensis episcopi, non invenustum scripsit, extat [b]; et a Cissensis [c] ecclesiae canonicis religiose observatur [d]. Claruit sub Henrico tertio, Anglorum rege [e]. Ex *Lelando.*

[a] "Radulphus Bocking, Dominici:" ita legit Ms. Lel. Trin. In urbe Cicestrensi natus. Ricardo, episcopo Cicestrensi a privatis confessionibus. [b] Isabellae comitissae Arundel dedicatus, lib. i. "Sicut dicit Cassiodorus in principio." Ita incipit Vita B. Ricardi, Cicestrensis episcopi abbrevita per magistrum Jo. Elmer. Ms. Lel. Trin. Cant. Extat inter Acta sanctorum in 3 Aprilis. [c] Seu Cicestrensis, legit Ms. Lel. Trin. [d] Scripsit etiam *Sermonum* lib. i. [e] Claruit anno MCCLXX. Bal. iv. 34. Pits. p. 349.

BODECA sive DUDOCO, gente Scotus, patria Cathenesius: Alii vero Germanum, alii Lotharingum dicunt. In Angliam proficiscebatur, ubi episcopus Bathoniensis et Wellensis anno MXXXI consecratus est, Edwardo Confessori postea charus. Scripsit *Compilationem temporum*, lib. i. Extat elegans tractatus typis Lugdunensibus *De translatione reliquiarum*, lib. i. Dempster. iv. 404. Obiit anno MLVIII. Dempster. ii. 153. Godwin. p. 415.

BODERISHAM [GULIELMUS] frater Dominicanus et S. theol. doctor. Scripsit *In Cantica Salomonis*, lib. i. *In threnos Hieremiae*, lib. i. *In epistolam ad Romanos*, lib. i. Claruit A. C. MCCLXII. Pits. p. 344.

BODIUS [MARCUS ALEXANDER] nobili natus loco in Scotia. Multa scripsit, sed typis mandavit tantum *Epigrammata*, lib. ii. *Heroidum epistolas* xiv. lib. i. Princ. dedic. regi Jacobo vi. "Sideris Arctoi nitor aureе, lumen avorum." Extant inter *Delicias poëtarum Scotorum*, Amstel. MDCXXXVII. 12mo. *Hymnos* xiv, quorum singulus cujuslibet herbae nomine insignitur. Princ. "Non cuivis vitem committit vinitor arvo." Extant ibidem. Obiit anno MDLXXXII in Gallia. Dempster. ii. 205. (MDCI. Epigramma Jo. Jonstoni inter *Delic. poët. Scot.* P. i. p. 698.)

S. BOEANUS sacerdos et episcopus, comes S. Fursei individuus, scripsit *De visionibus Fursei*, lib. i. Claruit anno DCL. Colitur 16 Decemb. Dempster. ii. 138.

BOETHIUS [HECTOR] de BOSCO sive BOEIS, Alecti vel Deidoni ad Taum aestuarium natus, academiae Aberdonensis praepositus, canonicus Aberdonensis; A. MCCCCXCVII Lutetiae Parisiorum in collegio Montacutii, in studiis bonarum artium sedulam navavit operam, ubi tandem professor fuit. Scripsit *Historiam rerum Scoticarum a prima gentis origine ad* MCCCCXXXVI. lib. xvii. [Autor addidit lib. xviii, et partem lib. xix. Mackenz.] "Caeterarum orbis gentium "more." Prodiit apud Bad. Ascensium Paris. MDXXVI. Continuavit hoc opus Jo. Ferrerius Pedomontanus. Cum continuatione extat Latine, Paris. MDLXXIV. MDLXXV. Anglice per Gul. Harrison in *Chronol.* Lond. MDLXXXVII. f. Scotice per J. Bellenden Edinburg. . . . . fol. *Catalogum Scotiae regum*, lib. i. "Fergusius primus Scotorum." *Descriptiones ejusdem regni*, lib. i. "Cosmographiam ad historiarum." *De navigationibus*, lib. i. *Aberdonensium pontificum vitas*, lib. i. Pr. ded. Gawino Dunbarro episcopo Aberdon. "Inter lustrandum vetustae nostrae." Paris. MDXXII. 4to. *Sermones et lecturas*, lib. i. *Orationes et epistolas*, lib. i. Praeterea, secundum Dempsterum, *Paraenesin de Scotorum priscis, recentibusque institutis et moribus*, lib. i. *Recensionem de serie regum, ac vicissitudine imperiorum Britanniae*, lib. i. *Regionum et oppidorum per totam Britanniam nova et vetera nomina*, lib. i. Elogia de hoc autore vide apud Dempsterum et Baleum. Claruit A. MDXXVI. Bal. xiv. 61. Dempster. ii. 175. Vossius, p. 687. seq. Mackenz. ii. 376.

BOETIUS [ARTHURUS] Hectoris frater, juris canonici professor in academia Aberdonensi, scripsit *Excerpta ex jure pontificio*, lib. i. Claruit anno MDXX. Dempst. ii. 193. Mackenz. ii 383.

BOISILUS gente Anglus (Dempsterus Scotum vocat) Mailrosensis monachus, et postea ejusdem coenobii praepositus. Propter pietatem et doctrinam tantam sibi famam comparavit, ut ad episcopatum Wigorniensem evectus fuerit A. D. DCLXXXX. Whart. *A. S.* vol. i. 469. Septem ante obitum suum diebus septem chartae quaternionibus scripsit *De fide, quae per charitatem operatur*, lib. i. Scripsit etiam, secundum Dempsterum, *In Evangelium Johannis*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. *De trinitate excerpta* ex D. *Augustino*, etc. lib. i. Anno DCXCI Boselus tam gravi corporis infirmitate depressus, ut officium episcopale implere non posset, sponte abdicavit. Whart. *A. S.* vol. i. 469. Claruit anno Domini DCCII. Et post mortem inter sanctos numeratus. Obiit anno DCCXLIII. Dempster. ii. 127. Vide Pits. 113.

BOKENAM [OSBERNUS] patria Suffolciensis, canonicus ordinis S. Augustini in coenobio de Stoke-Clare; Italiam et Hispaniam peragravit. Carmine Anglicano partim scripsit, partim transtulit, *Vitam S. Margaretae*. Pr. pr. "Two thyngys owythe every clerk." *Vitam S. Annae*. Pr. pr. "If I had cunnyng and eloquence." *Vitam S. Cristinae*. Pr. "Whylome besyde the "lake Vulsyne." *Historiam* xi *mill. virginum*. Pr. "Of elevyn thousand virgyns." *Vitam S. Fidis*. Pr. "Whylom, when fers Diocletian." *Vitam S. Agnetis*. Pr. "Y servant of Cryst bishop "Ambrose." *Vitam S. Dorotheae*. Pr. "When Crystys feith young was and new." *Vitam S. Mariae Magdalenae*. Pr. pr. "The yer of grace pleynly to descryve." *Vitam S. Katharinae*. Pr. "Kateryne of late, whych is all to seyne." *Vitam S. Ceciliae*. Pr. "Cycile is as much to se." *Vitam S. Agathae*. Pr. "As y find written in Legend aurea." *Vitam S. Luciae*. Pr. pr. "Lucye of "light after Januarys purpose." *Vitam S. Elizabethae*. Pr. pr. "The yer of grace, who lyst, at- "tende." Omnia extant scripta Cantabrigiae manu Thomae Burgh. A. D. MCCCCLXVII, in bibl. coll. Gresham 327. Claruit A. MCCCCXLV, quo anno scripta erat *Vita S. Katherinae*.

BOKINGHAM [JOHANNES] sive BUCKINGHAM in academia Oxoniensi in collegio Merton. stadium philosophicorum et theologicorum studiorum felici marte emensus, cathedram theologicam ascendit. Fuit capellanus regis, et A. MCCCXLVIII Aug. 20. nominatus ad tertiam praebendam in ecclesia collegiata S. Stephani Westmonast. Lit. pat. 22 Edw. iii. p. 2. Rex dedit ei ecclesiam Olney. Nov 20. sequenti. Ibid. p. 3. Custos Wardrobae regiae factus A. MCCCXLIX Febr. 14. Lit. pat. 24 Edw. iii. pat. 1. Rursus collatus ad praebendam in eccl. colleg. S. Stephani Westmon. Dec. 3. MCCCLV. Lit. pat. 29 Edw. iii. p. 31. Anno sequenti baro scaccarii factus. Lit. pat. 31 Edw iii. p. 1. A. MCCCLVII permutavit ecclesiam de Brundon, Winton. dioec. cum vicaria ecclesiae de Langford juxta Bamston Lincoln. dioec. *Regist.* Joh. Gynewell, episc. Lincoln. A. MCCCLX occurrit decanus Lichefeldensis, vid. Wharton. *Angl. Sacr.* tom. i. 466. A. MCCCLV Ms. Ashmol. 794. A. MCCCLXI 17 kal. Nov. admissus ad praebendam de Mapelesbury in ecclesia S. P. London, ad praesentationem regis, sede vacante. *Regist.* Sudbury. Et 25 die ejusdem mensis factus est custos hospitalis S. Leonardi Ebor. Et post triduum collatus ad praebendam de Alendele in ecclesia collegiata de Bruggenorth; et ad praebendam S. Mazere in ecclesia Menevensi. Lit. pat. 35 Edw. iii. p. 3. Et 4 Novembr. seq. ad praebendam in ecclesia collegiata Aberwely ejusd. dioecesis. Fuit etiam rector ecclesiae de Harrow in comit. Middlesex: et archidiaconus Northampton. A. Wood. Godw. Postea custos privati sigilli factus, et A. MCCCLXIII in crastino nativitatis S. Joh. Baptistae consecratus episcopus Lincoln. Birchington. De quo in Ms. de episcopis Lincoln. Ms. Cotton. Titus A. xix. 2. "Thomae Beke episcopo Lincoln. successit Johannes Bokingham, portitor privati sigilli regis, ad ipsius instantiam electus est prece et pretio, propter exilitatem scripturae." Anno MCCCXCVII papa Bonifacius ix illum invitum transferre voluit ad sedem Litchfeldensem, reditibus exilioribus dotatam, quam oblatam respuit, et habitum monachalem assumpsit Cantuariae, ubi in claustro reliquam vitae partem degit. Scripsit *Quaestiones sententiarum*, lib. iv. "Utrum Deo frui sit summa." Paris. MDV. Veronae. MDXCI. fol. A. Wood. Ms. Merton. *Ordinarias disceptationes*, lib. i. Obiit Cantuariae A. MCCCXCVIII. 6 id. Martii, et sepultus in occidentali parte navis ecclesiae metropol. Cantuar. Bal. xi. 85. Pits. p. 564. Godw. p. 355. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 190. ii. 127. 130. V. *Coll.* Fr. Thin. Ms. Anstis ex *Obituar. Cant.* de fine vitae ejus.

BOKKING [THOMAS de] monachus, ut videtur, Cantuariensis. In matriculo librorum in ecclesia Christi Cantuar. tempore Henrici prioris MCCCXX. Ms. Cotton. Galba E. iv. extant *Notulae Thomae de Bokking super Deuteronomium*.

BOLLAR [NICOLAUS] philosophus Anglus, Oxoniae educatus; et in philosophia naturali versatissimus fuit. Scripsit *Experimentorum naturalium* lib i. Hunc olim vidit Baleus apud Th. Caium Oxonii. *De arborum plantatione*, etc. lib. iii. Quorum i. (6. cap.) *De generationibus arborum, et modo generandi et plantandi*. ii. (6. cap.) *De insertationibus, et modo rectificandi et meliorandi*. iii. *De alterationibus et de modo alterandi virtutem eis innatam*. Brevissimum opus. Pr. "Vidi in se- "cretis Aristotelis." Ms. Cotton Julius D. viii. Ms. Norvic. More 196. Anglice Ms. apud Rad. Thoresby. *Ducat. Leodien.* 530.

BOMELIUS [ELIS] forte Elias vel Heliseus, medicinae doctor. An filius fuerit Henrici Bomelii Wesaliensis, qui carmen praefixit Balei *Centuriis*, uti autumat Strype in *Vita Parker*, 293. haud dubium est. De eo Henricus Bennet in epist. dedic. to the *Life of Oecolampadius* in MDLXI. "Heliseus Bomelius a German, who readeth to your honour (sc. the lord Montjoy) the liberal "sciences,

" sciences, and Phil. Melanchton hath praised in his familiar Letters." In carcerem detrudebatur A. MDLXX, quod magicam exerceret artem, et multa arcana de regno revelare praetenderet. E carcere liberatus in Russiam abire meditabatur. Scripsit *Epistolam Latinam archiepiscopo Cantuar.* Vid. Strype in *Vita Parker.* 293. et *App.* n. 59. Et in usum domini Lumley, *Calendarium pro anno Domini* MDLXVII. Pr. ded. " The chirurgeon must take heed." *Prognosticationem pro eodem anno, cum effectibus duarum eclipsium.* Pr. ded. dom. Lumley. " To set before a little work." Lond. MDLXVII. 12mo. In hujus tractatus praefatione mentionem facit alterius operis, quod illo tempore congerebat: *Touching the delusions of satan concerning witches and witchcraft.* Praeter *Epistolam ad secretarium regium Cecilium datam,* fragmentum libri *De utilitate astrologiae* a se compositum, eidem obtulit. Strype l. c. pag. 294. Claruisse videtur Londini in aedibus dom. Lumley. MDLXVII.

BONAVENTURA Irlandus, natione Scotus, scripsit ad Scaligerum, *Dubitationes doctissimas,* lib. i. Claruit apud Batavos anno MDLXXV. Dempster. ix. 748.

BONERUS [EDMUNDUS] filius spurius Georgii Savage, rectoris de Davenham comitat. Cestr. ex quadam Elizabetha Frodsham, postea Edmundi cujusdam Boneri conjuge, natus apud Elmeley vel Potters-Hanley in comitatu Wigorn. Eum tamen spurium fuisse omnino negat baro Lechmore, Strype *Elizab.* p. 537. seq. Circa A. D. MDXII in aula Lateportensi Oxon. admissus erat, et anno MDXIX baccalaureatus legum, ac anno MDXXV gradu doctorali in eadem facultate ornatus fuit. Mox consecutus est rectorias ecclesiarum de Ripple, Bledon, Derkham, Cheswick et Cherriburton comitat. Eboracensis: regiae majestati a sacris, et ad facultates commissarius sub Tho. Cranmer, archiepisc. Cantuar. et anno MDXXXV archidiaconus Leycestrensis factus. His temporibus fautor erat reformatorum, et e partibus regiis contra papae suprematum stetit. Legationibus plurimis functus est ad reges Daniae et Franciae, imperatorem et papam. Vide Geo. Ackworth contra Sanderum, p. 194. 195. Postea anno MDXXXVIII Herefordensis episcopus designatus est, et anno sequenti Londinensis electus. Sub initio regni regis Edwardi vi reformationi lubens operam dedit; postea vero tergiversatus, in carcerem Mareschalli, vulgo *the Marshalsee* compactus, episcopatu anno MDXLIX privatus fuit. Cum regina Maria rerum potiretur, dignitati restitutus, in cujus regno sanguinario truculentus noster Bonerus plures reformatos igni damnavit, quam reliqui omnes totius Angliae episcopi. [Strype *Elizab.* 537.] Defuncta vero Maria, quod juramentum de suprematu regio cognoscendo praestare recusabat, excommunicatus fuit ad Crucem S. Pauli 28 Julii MDLX [Strype *Elizab.* 144.] et in carcerem Marescalli denuo conjectus, atque ab episcopatu amotus fuit: scripsit *Praefationem ad orationem Stephani Gardineri episcopi Winton. de vera obedientia.* Lond. MDXXXIV. MDXXXV. Pr. " Quandoquidem nonnulli sunt." Hamburgi MDXXXVI. 4to. Postea in patrium sermonem transfusum per Mich. Wood. Roan. MDLIII. 12mo. Anglice extat apud Fox. p. 1060. *Several Letters to the lord Crumwell.* anno MDXXXVIII. Duae tantum integrae; aliarum fragmenta extant apud Fox. 1060. *A Declaration to the lord Cromwell, describing to him the evil behaviour of Steph. bishop of Winchester.* A. MDXXXVIII. Pr. " First, I mislike in the " bishop of Winchester." Habentur in J. Foxi *Martyrologio* sub eodem anno. p. 1090. *Responsum et exhortatio ad clerum in laudem sacerdotii.* Princ. " Dum tacitus apud me considero." Lond. MDLIII. 8vo. xxxvii *Articles to be enquired of in his visitation.* A. MDLIV. Pr. " Whether the " clergy to give example." Extant cum *commentariis Anglicis* Joh. Balei, Lond. MDLXI. 8vo. Extant in *App.* ad Burneti *Hist. Reform.* tom. i. 260. *A profitable and necessary doctrine or catechism with certain Homilies* [ex Homiliis duae tantum a Bonero scriptae sunt, sc. De charitate, et Responsio vulgaribus contra praesentiam Christi in eucharistia] *adjoyned thereunto for the instruction and information of the people within the diocesse of London.* Lond. MDLIV. MDLV. 4to. Continet *Commentarios in symbolum fidei,* lib. i. *Super ecclesiae sacramentis,* lib. i. *Super praeceptis decalogi,* lib. i. *In orationem Dominicam, et salutationem Mariae,* lib. ii. Ms. Bale. Glyn. *Et septem peccata mortalia.* Pr. " Whereas in the tyme of the late outragious." Lond. MDLV. 4to. *Epistolas varias: Epistolam dominae reginae de juramento suprematus.* 26 Octob. MDLXIV. Strype in *Vita Grindal.* p. 17. *Epist. ad cardinalem Polum,* Fox. p. 1972. Hollinsh. vol. iii. 1164. *Epist. ad M. Parkerum vicecancellarium Cantabr.* Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. p. 37. Et Strype in *Vita Parker.* p. 17. *Tres epist. Anglicas.* in *App.* ad Burnet. *Hist. Reformat.* tom. i. p. 3. tom. ii. p. 170. 248. *Injunctiones ad clerum,* anno MDXLII. *Pars orationis habitae in convoc.* MDLIV. in laudem sacerdotii. Fox. p. 1426. *Injunctions for abolishing Scriptures,* etc. *on church walls.* MDLIV. Fox. p. 1475. *Declaration for the laity concerning their reconciliation,* MDLIV. Fox. p. 1531. *Collectas* etiam *Missales* fecit pro papa, pro card. Polo, pro Philippo et Maria, et tandem pro seipso. (Ms. Bale. Glyn.) *Dirige* pro Edm. Bonnero, alias Savage, episcopo usurpante, Londin. per Lemeke Avale. . . MDLXIX. 8vo. *Homilias* xiii *in usum pastorum Londinensis dioeceseos.* Pr. " Forasmuche as the people " of my diocese." Lond. MDLV. 4to. [haec fuit secunda editio.] Sed harum ix scripsit Harpsfeldius; duas H. Pendilton, duas reliquas ipse Bonnerus; quarum una (ord. 5.) est de Christiana charitate et amore; altera continet responsiones ad vulgares objectiones contra sacramentum eucharistiae. Harum sex tantum primum prodierunt cum eadem praefat. dat. 1 Julii MDLV. Lond. per J. Cawood. MDLV. 4to. Ad finem Ric. Samson in epistolas ad Romanos et Corinthios i. Lond. MDXLVI. 12mo. subnectitur prolixa *Epistola Edm. Boneri* in laudem autoris et operis. Pr. " Fortissimus ille " Christi athleta." In Foxio a pag. 1308 ad pag. 1330 habetur Processus commissionariorum regiorum contra Bonerum, in quo sunt plurimae ejus *Responsiones, Epistolae, Protestationes,* etc. vide

Strype

Strype *Elizab.* p. 340. seq. Obiit Bonerus in carcere 5 Sept. MDLXIX, et per novem fere annos ante obitum excommunicatus existens in curia de Arcubus, noctu sepultus erat in coemeterio ecclesiae S. Georgii in Southwark. De quo vide Epistolam Grindalli, apud Strype in *Vita* ejus, p. 141. *Athen. Oxon.* i. 689. Fox. 1309. seqq.

S. BONIFACIUS QUERITINUS papa quartus a Gregorio M. fertur ex Italia in Scotiam venisse anno DCVI, vel rectius DCXX; ibique reliquam vitae partem egisse, evangelium Christi praedicans per Angusiam, Merniam, Marream, Buguhaniam, Bogaevallem, et Moraviam. Tandem ad Rossiam profectus, ibi morte sublatus erat, et in ecclesia cathedrali sepultus. Scripsit *De praerogativa Petri*, lib. i. *Paraenesin ad Scotos*, lib. i. *Doctrinale fidei*, lib. i. Mf. olim Aberdoniae asservatum. Colitur 16 Martii. Dempster. ii. 131.

BONIFACIUS, patria Sabaudus, ... uxoris Henrici iii avunculus; regis favore archiepiscopus Cantuariensis A. D. MCCXLI electus, et A. D. MCCXLV consecratus. Vir nec pietate nec doctrina spectabilis, nec hoc in loco memorandus, nisi quod sub ejus nomine extant *Constitutiones editae in concilio Lambeth.* A. D. MCCLXI. Pr. " Universis—Aeternae sanctio voluntatis." Mf. coll. Univ. Oxon. L. 9. Ashmol. 1146. f. 55. Mss. Cotton. Otho A. xv. Vitellius A. ii. Mf. Lambeth. n. 17. Mf. Elien. n. 235. Extant vol. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 746. *Epistola ejus ad regem Henricum de jure suo in episcopatu Roffensi.* Princ. " Excellentissimo—Cum Roffensis " episcopus a nobis." Extat Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. p. 88. In Mss. Bodl. Selden. Sup. 43. et Mf. Ashmol. 1146. fol. 50. extant *Constitutiones domini Bonifacii Cant. archiepiscopi factae in concilio provinciali apud Westmonast. alias apud Lambith.* A. D. MCCLVIII. Princ. " Universis, etc. " Cum ecclesia Anglicana," etc. Abdicato archiepiscopatu, in Sabaudia fatis concessit 15 cal. Aug. MCCLXX. Vide Godwin. p. 132, 133. etc.

BONKYS [GULIELMUS] scripsit *Quaestiones super* i *et* ii *libros Prisciani*, Mf. in bibl. Caii et Gonvill. Cantabr. Log. 39. *Quaestiones super libros metheororum.* Pr. " Quaeritur de . . . " quid sit." Mf. bibl. Bodl. Digby 204. *Quaestiones super libr. de coelo et mundo.* Pr. " Quae- " ritur utrum coelum sit alterabile." Ibidem.

BONNER [RICHARDUS] clericus praesentatus per dom. regem ad rectoriam de Syndercase in Marchiis Calisiae Cantuar. dioeceseos 9 Jun. MDXLI. Rymer. *Foeder.* xiv. 716. Scripsit Anglice *De recta adoratione D. nostri Jesu Christi in sacramentis panis et vini*, etc. ad Tho. archiep. Cantuar. " In as much as ryght vertuous." Lond. MDXLVIII. 12mo. Mf. A. Wood. *Cat.* i. 367.

BONONIA [JOHANNES de] scripsit ad Johannem archiepiscopum Cantuar. in cujus familia vixit, *Summam de arte notariatus sive tabellionatus.* Pr. ded. Reverendo, etc. " Quoniam sacro- " sancta Romana ecclesia." Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. R. Vide Mf. Cotton. Domit. A. vi.

BOOLDE [GULIELMUS] monachus ecclesiae Christi Cantuar. professus die Annunciationis B. Mariae Virginis MCCCCXLIII. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. N. 7. A. MCCCCLV electus erat notarius; Ita Joh. Stone in *Historia eccles. Cantabr.* Q. viii. Scripsit *Catalogum monasteriorum et castellorum in singulis Angliae comitatibus, uti etiam in Scotia.* Pr. " De Kantia et de ejus conti- " nentia primo." *Chronicon breve regum Angliae ab Arturo ad Henricum* vi. Pr. " Coronatio " victoriosissimi."

BOORDE [ANDREAS] sive Perforatus, apud Pevenseiam in com. Sussex. natus, in schola Wyckhamica Wintoniae educatus, studiis liberalibus incubuit Oxoniae, in aula Cervina forte. Absque gradu academiam reliquit, et ordinem Cartusianum (Vide Mf. Cott. Cleopatra E. iv. f. 54. et Rymer, *Foeder.* xiv. 492) apud Londinum ingressus est. Sed disciplinae severae pertaesus Oxoniam rediit, ubi medicinae operam sedulo navabat. Postea animum ipsius subiit exteras regiones visendi desiderium, cui, cum totum orbem Christianum perlustrasset, satisfecisset, domum revertebatur, et ab academia Oxon. doctoratu in medicina, quem gradum anno MDXLII apud Montem Pessulanum susceperat, insignitus est. Postea apud Pevenseiam, et demum Wintoniam egit, (aliquando in Scotia vixit: Praefat. ad Introd.) ob felicem medicinae praxim in pretio tunc temporis apud suos habitus erat. De ejus scortatione Wintoniae, vide Ponet contra Martin. p. 48. " A lewd popish " hypocrite and ungratious priest." Gul. Harrison, *Descript. Brit.* p. 172. Vir erat acuti ingenii, suae artis peritissimus, atque in collegium medicorum electus, adeo brevi inclaruit, ut Henrico viii medicus primarius evaserit. Scripsit patrio sermone, *A boke of the introduction of knowlege, the whych doth teach a man to speak part of all manner of languages, and to know the usage and fashion of all manner of countreys, and for to know the most part of all manner of coins of money*, Lond. MDXLII. Wood. Hic liber partim prosa, partim carmine scriptus, et picturis ligno incisis ornatus, continet XXXIX capitula, et dedicatus est dom. Mariae filiae Henr. viii. Princ. " After that I had dwelt." *The breviary of health, wherein are remedies for all manner of sicknesses and diseases, which may be in man or woman, expressing the obscure terms of Greek, Latin Barbarous, and English, concerning physick and chirurgery, in four books* (in two books, in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. Sub finem primi libri dicit: " It was examined at Oxford in June MDXLVII.") Lond. MDXLVII. MDXLVIII. MDLVII. MDLXXV. MDLXXXVII. In principio est effigies autoris. Princ. praef. " Egregious do- " ctours and maysters of the eximiouse." *Dietary of health*, Lond. MDLXXVI. 8vo. *The merry tales of the men of Gotham*, Lond. tempore Henr. viii. Princ. " There was a man of Gotham." (saepius impress.) *A right pleasant and merry story of the mylner of Abington*, Lond. . . 4to. *Scogin's jests.* Princ. praef. " There is nothing besides." Reprinted Lond. temp. Caroli ii. 4to.

A book

A book of every region, country, and province, which ſhews the miles, leages, diſtance from city to city, and from town to town, with the noted things in the ſaid cities and towns, edit. a Tho. Hearnio in fine Benedicti abbatis. Citatur ejus Peregrinationum liber a Joh. Norden, *Specul. Brit.* p. 13. Adjiciunt praeterea Baleus et Pitſeus locis ut infra, *Prognoſticorum* lib. i. *The principles of aſtronomy, the whiche diligently perſcruted is in a manner a prognoſtication to the world.* Princ. "Hit is "gretly to be dolentyd." xiii chapt. Lond. Rob. Copland, 12mo. He refers, in this to his *Breviary of health*, printed by Will. Mydilton, to his "*Introduction to knowlege*, now a pryntyng at "old Robert Coplands, the eldeſt printer of England; the which doth print this year my Prog-"noſtications." He tells us at the end; that "he wrote and made this little work in four days, writ-"ten with one old pen without mendyng." *Promptuarium phyſices*, lib. i. *De judiciis urinarum*, lib. i. In carcere demum Fletenſi London. compingebatur, ubi diem obiit ſupremum menſe Aprilis anno MDXLIX. Venenato pharmaco A. D. MDXLVIII Wintoniae ſibiipſi mortem acceleravit. Bal. par. poſt. p. 106. Pitſ. p. 735. *Athen. Oxon.* i. 73.

BOROUGH [JOHANNES] BURGENSIS ſeu de BURGO. In academia Cantabrigienſi ſtudiis philoſophicis et theologicis ſumma cum laude imbutus, ſupremis in theologia honoribus inſignitus rector eccleſiae de Collingham in agro Nottingham. factus. Hinc ad academiam rurſus vocatus, communi omnium conſenſu cancellarius academiae deſignatus eſt. Scripſit *Homiliarum ad populum* lib. i. *De ſacramentis et ſacramentalibus* grande volumen, quod intitulatur *Pupilla oculi* [quia ex tractatu, qui vocatur *Oculus ſacerdotis*, magna ex parte excerptum eſt] lib. x. Pr. pr. "Humanae conditio naturae." Opus hoc finitum erat A. MCCCLXXXV. In primo libro agit De ſacramentis in genere; in ſecundo De baptiſmo, et ſic de caeteris. In nono De conſecratione eccleſiarum, decimis, feriis, jejuniis, ſepulturis. In decimo De decem praeceptis. Mſ. Oxon. coll. Bal. 196. Mſ. Langb. Extat in coll. Corp. Chr. Cantab. Mſ. O. 18. Et Mſ. Norwic. More 47. 472. Et Mſ. bibl. Bodl. NE. E. 6. 5. Hoc opus editum fuit per mag. Joh. de Burgh, et mag. Alanum Tylney: Ita habet nota antiqua in Mſ. Norwic. More 67. Extat Argentinae MDXIV. Pariſ. MDX. 4to. MDXVIII. MDXXVII. 8vo. Ad Collinghamiam demum rediit Johannes ſenex, et A. MCCCLXXXVI ibi fatis conceſſit, ac humatus eſt. Bal. vi. 73. Pitſ. p. 542.

BORSTAL [THOMAS] patria Norfolcienſis, frater Auguſtinianus, poſtquam in patriis academiis literis operam dediſſet, Lutetiam ſe contulit, ubi S. theologiae doctor Sorbonicus evaſit. Scripſit *Lecturam ſententiarum*, lib. iv. *Ordinarias diſceptationes*, lib. i. *Quodlibeta ſcholaſtica*, lib. i. *Dictionarium theologiae*, lib. i. "Abjicere debemus divitias temporales." Bale, Mſ. Glynn. Claruit A. MCCXC. Obiit tandem et ſepultus eſt Nordovici in ſui ordinis coenobio. Bal. iv. 58. Pitſ. p. 374.

BOSA [a] tamdiu in juſto ſtabit pretio, quamdiu eruditorum chorus Bedae monumenta ſolicita verſabit manu. Operam bonis artibus in Phario vigilantiſſimus [b] monaſterio, partim virginibus, partim viris conſecrato, dedit. Hilda, foemina incomparabilis, filia Hererici, Deirorum regis, et Beorſwidae, porro D. Begae Hibernicae alumna, ac Pharii conditrix coenobii, merito creſcenti per omneis doctrinae ac virtutis gradus ad altiſſima quaeque Boſae favebat. Wilfridus, neſcio qua infelicitate aut abſens aut exul, ſedem Eboracenſem viduam fecerat. Hilda, virgo regia, in magna tum apud nobiles, tum apud clerum gratia, ita egit, ut Boſa Eboracenſi praeeſſet [c] metropoli. Vixit in epiſcopatu annis decem. Eboraci ſepultus eſt [d]. Haec ego breviter de Boſa perſtrinxi. Ex *Lelando.*

[a] Boſa alius a Boſa illo ſive Biſi epiſcopo Dunwicenſi; de quo Beda iv. 5. qui obiit ann. 674. Whart. *Angl. Sacr.* i. 403. [b] Phario vigilantiſſimo, Mſ. Lel. Trin.
[c] Epiſcopus factus an. DCLXXVIII. Bed. iv. 12.
[d] Obiit Boſa, A. D. DCLXXXVI juxta *Act. Sanct.* vii. 11. A. DCLXXXVII juxta Bal. x. 16. ex Lelando. et Godw. p. 12. ubi additur quod "decem annis poſt conſecrationem "peractis, et archiepiſcoporum Eboracenſium primus in "eccleſia ſua ſepultus." H. I. Feſtum ejus celebratur 9 Martii, *Acta Sanct.* vii. 11.

BOSDENUS [a] [LUCAS] Carmelita, Iſidis in Vado bonis artibus invigilavit, tandemque theologi titulo ſupremo donatus eſt. Extat hujus libellus, videlicet *Commentarii in ſex principia* [b]. Ex *Lelando.*

[a] Lucas Boſdenus ex occidentali quadam Anglorum regione Carmel. Mſ. *Epit.* Lel. Cantabrigienſis. Mſ. Bal. Sloan. In occidentali Angliae plaga natus. Bale et Pitſ.
[b] *Gilberti Porretani* lib. i. "Forma eſt compoſitioni "contingens," etc. Prout vult Ariſtoteles in quinto Metaph. Mſ. Bale Sloan. Scripſit etiam, *Super philoſophiam naturalem*, lib. viii. *Quaeſtiones theologiae*, lib. i. Claruiſſe fertur an. MCCCXL. Bal. v. 34. Pitſ. p. 439.

BOSO, natione Anglus, ad S. Albanum ordinis S. Benedicti monachus, Adriani papae iv nepos et ſcriba. Vir pius et eruditus, et qui inter praecipuos ſui temporis theologos a ſcriptoribus merito numeratur. Itaque a papa patruo ſuo primum A. D. MCLV (Bale 1153) menſe Decembri juxta Godwin. cardinalis diaconus titulo SS. Coſmae et Damiani, ſimulque camerarius pontificis aut Romanae eccleſiae. Deinde anno MCLXIII ab Alexandro iii papa preſbyter cardinalis tit. S. Pudentianae, adjuncto etiam titulo paſtoris creatus eſt. Unus erat ex xxiv cardinalibus, qui Alexandrum papam iii in ſchiſmate elegerunt. Haec ex Onuphrio Panvino; ex quo etiam colligi poteſt eum quaedam edidiſſe ſcripta, et ſub Lucio papa iii (Alexandro iii, ut habent Bale et Godwin.) Romae mortuum et ſepultum fuiſſe circa A. C. MCLXXXI. Pitſ. *Append.* 827. ſeq. Bale, xiii. 72. Godwin. ii. 164.

BOSSAM [HERBERTUS de] sive BOSSENHAM (Dempst. 352) a loco natalitio in comit. Suffex. [Ita epistola Johannis episcopi Exon. in *Registro* Glaston.) S. theol. doctor, Thomae Becket, archiepiscopi Cantuar. amanuensis et secretarius; cujus morti adfuit. Scripsit *De gestis Thomae Cantuariensis*, lib. i. Extat in *Quadrilogo*, Paris. MCCCCXCV. 4to. *Epistolarum* lib. ii. "Herebertus modo nec magister." Extabant olim in bibl. publ. Oxon. ubi eas vidit Leland. *Collect.* iii. 56. *Epistolae* ejus XXXV, quarum pleraeque nomine Th. Cant. scriptae extant Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. 22. *Defensorium Annae*, lib. i. "Errorum duorum inventores." *De suis peregrinationibus*, lib. i. *Glossam in Psalterium*, lib. ii. Hujus posterior (continens Glossam in partem secundam Psalterii a Psal. lxxiv ad c, et tertiam a c ad finem) Gulielmo Senonensi archiepiscopo inscribitur. Pr. "Cum liber Psalmorum unus sit." Mf. bibl. Bodl. NE. B. 7. 5. Scripsit (inquit Bale Mf. Glynn) Commentarium in Psalterium ad Gul. episcopum Devon, lib. ii. "Dum ego cum dimicante Domini praelia." *Super omnes epistolas Pauli*, lib. xiv. "Quod jampridem super epistolas opus." In exilium pulsus Romam abiit, ubi a papa Beneventanus archiepiscopus, et mense Dec. MCLXXVIII ecclesiae Romanae cardinalis fuit creatus. Floruit circa A. MCLXXX. Bal. iii. 15. Pitf. 244. Godw. ii. 165.

BOSTONUS BURIENSIS, in monasterio S. Edmundi in comit. Suffolc. monachus. Vir magni ingenii, nec minoris industriae; qui, ut veterum librorum et auctorum conservaret memoriam, omnium ecclesiarum cathedralium, abbatiarum, prioratuum, collegiorum, etc. bibliothecas rimavit. Librorum collegit titulos, et auctorum eorum nomina; quae omnia alphabetico disposuit ordine, et quasi unam omnium bibliothecam fecit. Ipsorum etiam aetates et vitas cum operum initiis curiose adjunxit, et in quibus essent ea opera invenienda coenobiis, calendarii vice, per numeros demonstravit. Hoc opus vocabat *Catalogum scriptorum ecclesiae*, lib. i. "Omnis divina Scriptura." Mf. olim penes Cl. Usserium (ita in *Hist. dogmat.* p. 124. et in *Epist. ad Camden.* p. 86.) nunc vero penes Tho. Gale. Wharton. 90. Quaere an idem sit cum catalogo minore. Chronicon Litchfeld. (Mf. Ashmol. 770.) citat Historiam Thomae Rudburn, monachi Winton. ex libro Johannis Bostoni *De scriptoribus Britannicis*. Scripsit etiam *Speculum coenobitarum*, lib. iii. "Primus institutor monachorum." In hoc libro prima ostendit monachorum initia et progressus. Impr. Oxonii MDCCXXII. 8vo. *De rebus coenobii sui*, lib. i. Hic Bostonus Buriensis dicitur Johannes Bostonus, Fuller ex J. Caii lib. *De antiq. acad. Cantab. Worthies* ii. p. 165, ubi versus dedic. regi Henrico iv dicitur et Johannes Bosue of Bury. Fr. Thin. *De hist. Angl.* Hollinsh. iii. 1589. Clar. Whartonus (in *Auctar. dogm. hist.* Usserii p. 392) citat Berengaudum ex Bostono Buriensi, Mf. imperf. penes archiep. Cantuar. qui haud dubie diversus est a nostro codice, qui nullum Berengaudum agnoscit. In *Registro* Willielmi Molash, prioris ecclesiae Christi Cantuar. qui prioratum iniit A. D. MCCCCXXVII. Mf. olim penes Wilhelmum (Sancroft) archiepiscopum Cantuar. circa medium voluminis habetur, *Registrum Angliae de libris doctorum et autorum veterum*. Hoc existimatur Clar. Whartono exemplar esse imperfectum *Catalogi* Bostoni Buriensis. Whart. Mf. Y. 40. in bibl. Lambeth. Claruit Bostonus A. D. MCCCCX. Bal. vii. 48. Pitf. 593.

BOTELERUS [GULIELMUS] Franciscanus, inter doctos enituit, quo loco Isidis Vadum bonis artibus consecratum est. Fama tandem honesta eum vel instructissimum eo perduxit, ut universo suorum in Anglia gregi praeesset. Nolo ego in praesentia accurate hominem laudare, contentus *Catalogi Franciscanorum* judicium qualecunque subjicere: "Gulielmus Botelerus, minister, flos universitatis temporibus suis." Haec ille. Maturior annis factus Rheadingum elegit, nobile emporium, quietis sedem; ubi et vita tandem defunctus, ac sepultus [a]. Legi scripsisse eum libellum, *Determinationis* nomine [b], contra translationem Sacrae Scripturae in linguam vulgarem [c]. Ex *Lelando*.

[a] A. D. MCCCCX. Pitf. Claruit MCCCCX. Bal. [b] Lib. i. "Utrum S. Scripturae canon pro." Mf. Oxon. in colleg. Merton. N. vi. 2. pr. mutil. Alia opera habent Baleus et Pitseus; sc. *Lecturas super mag. sententiarum*, lib. iv. *De indulgentiis pontificum*, lib. i. "Articulus pro finali confessione." *Quaestionum variarum* lib i. [c] Oxoniae MCCCCI. Ita Mf. Oxon. Mert. Et Add. Bal. Lel.

BOTELESHAMUS [GULIELMUS] BOTTYSHAM vocatur in Mf. Bal. Sloan. 4to. fol. 119. Hunc Baleus et Pitseus perperam Johannem vocant. Fuit patria Cantabrigiensis, a pago natalitio cognominatus; frater Dominicanus (Mf. Bale Sloan. fratrem ordinis Carmelitarum Oxon. appellat) S. theologiae doctor Cantabrigiensis; et A. MCCCLXXXV a rege Richardo ii ad episcopatum Landavensem promotus; inde a papa Urbano vi A. MCCCLXXXIX ad sedem Roffensem translatus. Scripsit *Sermones coram rege*, lib. i. *Disputationes scholasticas*, lib. i. *Opus quoddam tabulare pro utilitate studentium*, lib. i. Mf. Bale Sloan. l. c. Obiit sub initium Febr. A. MCCCXCIX. [Wharton. *Angl. sacr.* tom. i. p. 379. 1400] Bal. vi. 70. Pitf. p. 543. Godw. p. 578.

BOTELESHAMUS [a] [NICOLAUS] Carmelita, Grantae Girviorum philosophiae et theologiae operam dedit. Tantum felicitas etiam secuta est laborem. Proinde et ipse virtutis incremento studens, Lutetiam Parisiorum bonis florentem literis petiit; ac tandem Sorbonicus factus, intellecto ejus inter disputandum acumine, theologi titulo insignitus est. Postremo, ad Grantanos

[a] In Eliensi patria ortus. Mf. Lel. *Epit.* Fuit ab oppido natali in agro Cantabr. cognominatus. [b] Ubi factus prior Carmelitarum, in coenobio sui ordinis mortem obiit A. MCCCCXXXV. (Mf. Bal. Sloan. et Mf. Lel. *Epit.*)

rediens,

rediens [b], famam extendit suam, editis in Petrum Longobardum [c] *Commentariis*, ac libro *Theologicarum quaestionum* [d]. Ex *Lelando*.

[c] Lib. iv. "Circa primam partem prologi." [d] Lib. i. "Circa dubitationem primam." Scripsit etiam *In cantica Ridevallis*, lib. i. "De commendatione Aaron." *Tabulare studentium*, lib. i. "Ad utilitatem studentium." *Conciones et lectiones*, lib. i. Bal. vii. 94. Pitf. p. 625.

BOTONERUS [GULIELMUS] Wircestrius sive Worcestrius in parochia S. Jacobi Bristoliae A. MCCCCXV (Mf. Laud. bibl. Bodl. B. 23.) ex equestris ordinis parentibus oriundus, A. MCCCCXXXI primo venit Oxoniam, et literas academicas in aula Cervina excoluit, quam ingressus erat A. MCCCCXXXIV; ibique dom. Johannis Falstoff equitis Norfolciensis (cui postea armiger erat) munificentia in studiis sustentatus, eruditione multiplici ingenium exercuit, scientia vero astronomica praesertim inclaruit. Per Anglorum limites omnes, ubicunque res ullas peragendas habebat, visitatis conventibus, collegiis, monachorum coenobiis, ecclesiisque cathedralibus antiquitates ipse collegit: et quicquid memoria dignum poterat vel ex bibliothecis, codicibus, calendariis, martyrologiis, antiquis sepulchris, epitaphiis, fenestris aut similibus veterum monumentis haurire, tabellis vel rotulis inscripsit. Scripsit *Antiquitates Angliae*, lib. iii. "Eximiae probitatis et prudentiae." *Epistolarum acervum*, lib. i. "Oratori necessaria est sapientia." *Collectiones medicinales*, lib. i. "Recipe in "nomine individuae trinitatis." Extant inter Mss. Bal. Sloan. ut videtur, ob has rationes, 1mo. quia Johannis Falstoff meminit. 2do. quia collector circa Bristoliam vixit, etc. *Abbreviationes doctorum*, lib. i. "Cumque diversorum diversi probl." *De astrologiae valore*, lib. i. "Post locorum "descriptionem." [Libri hujus initium idem plane est cum Baconiano illo *De utilitate astronomiae* inscripto, unde ab illo alienum non esse suspicor, A Wood.] *Acta domini Johannis Falstoph*, lib. i. "Anno Christi MCCCCXXI, et anno regni." Praeter haec memorat Pitseus, *Append.* p. 861, sub nomine Gul. Worcestrii, quem diversum a Botonero perperam facit, alia ejus opera; quae uno, ut videtur, volumine comprehenduntur. *Itinerarium, sive liber memorabilium Will. W. script. in viagio de Bristol usque ad montem S. Mich. in anno* MCCCCLXXVIII. Pr. Westmonasterium. "Latitudo orientalis." Loco MCCCCLXXVIII manus recentior male in Mf. apposuit MCCCCXVIII. Dicit enim autor se praesentasse episcopo Winton. Anno MCCCCLXXIII 10 August. *Librum Tullii de senectute* Anglice translatum: In hoc Itinerario continentur *Notabilia villae Bristoliae*. Pr. "Bristolia villa, aliter." Item in eo enumeratur longitudo, latitudo, etc. omnium fere ecclesiarum Angliae cathedralium, conventualium, etc. (Mf. in bibl. Lambeth. Wharton. L. p. 107.) quae alteri, diverso a priori, includit libro Pitseus. Conservatur *Itinerarium* in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. Mf. Miscell. M. quod fere omnia continet, quae habentur in autographo alio in folio, forma oblonga, manu valde deformi exarato. His omnibus adde libros a Gulielmo conscriptos ab auctore *Hist. et Antiq. Oxon.* memoratos, quibus tituli: *Verificatio omnium stellarum fixarum pro anno* MCCCCXL. Mf. Hunc ille libellum, instante Falstofio patrono, contexuit. *De sacramentis dedicationis*. Mf. Librum hunc publicae collegii Magdal. Oxon. bibliothecae detulit fundator; illi autem nuncupatus ab ipso Worcestero fuerat A. D. MCCCCLXXIII. forte MCCCCLXIII. *Polyandrum Oxoniensium*, etc. Mf. In quo opere viros illustres, academiam Oxon. altricem agnoscentes, enumerat. Vide Twin. *Apol.* i. ii. §. 144. *Varia astronomica*, etc. sc. *stellas verificatas* pro A. C. MCCCCXL. ad instantiam Johannis Falstoff, et duas tabulas de stellis fixis: Item *Abbreviationem tractatus Walteri Evesham de motu octavae sphaerae*. Mf. Laud. in bibl. Bodl. B. 23. In hoc etiam codice sunt *Tabulae* Alfonsi, etc. scriptae manu ejus propria. *De agri Norfolciensis familiis antiquis*, liber. Mf. in eodem agro asservatus tanquam cujusvis pretii ceimelium. Sub ejus nomine olim Mss. extabant penes Tho. Allen 58. *Variorum autorum deflorationes*. Idem liber nunc extat in bibl. Cotton. Julius, F. vii. Extant alia etiam ejusdem opuscula: Gul. Botoner *Registratio seu excerptio versuum proverbialium de libro Ovidii De arte amandi, De fastis, et De epistolis*. Pr. "Si quis in hoc artem populo." A. D. MCCCCLXII. Mf. Cotton. Julius, F. vii. 5. *De ordinibus religiosorum diversorum tam nomine quam habitu, compilatus de diversis cronicis in civitate Lond.* ad complacentiam dom. Nicolai Ancrage, prioris S. Leonardi juxta Norwic. MCCCCLXV. Pr. "Ordo presbyterorum supremi." Ibid. F. vii. 40. *Collectanea de gestis Johannis ducis Bedfordiae, in Gallia regis Henrici vi vices gerentis*. Mf. Lambeth. pergam. fol. xxvii. ded. regi Edwardo iv a filio hujus Gulielmi. Bristoliae vixit A. MCCCCXXXVIII. *Itinerar.* Apud Pokethorp in comit. Norf. degebat A. MCCCCLXIII. Mf. Laud. B. 23. annumque Domini MCCCCLXXX attigisse arbitror, A. Wood. Nonnulla enim in *Itinerario* suo observantur, quae sunt anni MCCCCLXXX. Mf. Wharton. L. 107. in bibl. Lamb. Vide praefat. Hearnii ad *Librum nigrum Scacc.* §. ix et x. ubi multa de Worcestrio. In collegio Baliol. Oxon. libro Johannis Phreae *De cosmographia* haec praefiguntur: Ex dono venerabilis viri Will. Worcestreensis, quondam scholaris aulae Cervinae, de beneficiis domini Johannis Falstoffe militis de Northfolcia, collegio Baliol. in Oxonia. Mf. collegii Novi Oxon. CLXII hanc notam habet in principio: "Iste liber pertinet "Willm. Wyrcester de Castre prope Jermuth." *Hist. et Antiq. Oxon.* tom. ii. p. 346. Bal. viii. 27. Pitf. 648. 861.

BOTRELL [JOHANNES] Carmelita: Scripsit *De utilitate logices*, lib. i. "Artis logicae "auctorem ac firmum inventorem Aristotelem." Mf. Bal. Sloan. *Summulas logicales*, lib. i. "De "universalibus an subsistant." Claruit A. MCCCC. Bal. vii. 21. Pitf. 568.

BOTUL-

BOTULPHUS [a] et ALDULPHUS, illuſtria nomina, ab antiquis ſcriptoribus celebrati ſunt, non modo ob pietatem, verum etiam eruditionem. Libellus, qui *De vita Botolphi* [b] circumfertur, adfirmat hos nobili fuiſſe loco natos, et fratres. Monachatus eo ſaeculo incorruptus, utrique perplacuit; unde et locus in Icanno, non procul a principe Lindiorum urbe, beneficio Ethelmundi, reguli Anglorum auſtralium, eis liberaliter deſignatus eſt. Liquet etiam ſtuduiſſe illos aliquando in Gallia Belgica, notoſque ibidem fuiſſe ſororibus Ethelmundi, virginibus ſacris, a quibus ſolicite fratri regi commendati. Inde etiam elucet Aldulphum, poſtea Trajectenſi donatum epiſcopatu, virtutibus praenituiſſe, et utrumque in Icanno fuiſſe ſepultum [c]. Concidit tandem Botolphi monaſterium crudelitate Angeri et Ubbonis, imperatorum Danici exercitus. At Fanum Botulphi emporium frequentiſſimum in magno ſtat pretio. Chronica Fani Eadmundi haec praedicant. Ann. Dom. M. "Tranſlatio Botulphi et Jurmini, filii Annae regis, de Gundeburgo et Blitheburgo ad "Fanum Eadmundi." Haec haud ſcio quomodo prioribus conſonent. Quin et Chronica Anguillariana Adulphum, alias Aldulphum, filium Annae regis, fratremque Jurmini fuiſſe praedicant. Ex *Lelando*.

[a] Botulphus et Adolphus, Bal. x. 9. ex Lelando. Adulphus, Mſ. Lel. Trin. [b] *Vita S. Botulphi abbatis*. Pr. "Omnipotentis Dei benignitas." Mſ. coll. C. C. Cantabr. A. 2. [c] Botulphus ſepultus in Ikanno 15 kal. Jul. ita in Lelandi *Coll.* ii. p. 153. ex vita Botulphi et Adulphi. Hujus ſcriptae per Fulchardum monachum Thomenſem meminit Nic. Harpsfield, *Hiſt. eccl.* p. 88. quem conſule.

BOUGEVILLA [GULIELMUS] patria Normannus, eccleſiae Beccenſis monachus; rei hiſtoricae peritiſſimus. In Angliam peregrinatus inſigniora regni monaſteria inviſit, et *Chronicon magnum* ab A. D. M. ad ſuam aetatem uſque collegit. In cujus praefatione ſic inter caetera ſcribit: "Vidi," inquit, "et legi in regno Angliae, in excellenti eccleſia martyris S. Edmundi, hiſtorias et "chronicas quamplures, ubi multa mirabilia oculis concepi et inſerui. In eccleſia S. Albani, in "Weſtmonaſterio," etc. Opus illud vocatur *Unus omnium*, lib. vi. "Quotieſcunque divinarum "Scripturarum." Prototypon ejus Cantabrigiae vidit Baleus in collegio regis. Apographum inter Mſs. Stillingfleet extat. Claruit A. D. MCCLXXXVIII, quo dictum finivit Chronicon. Bal. xiii. 38.

BOURCHIER [JOHANNES] dominus de Berners, filius Humphredi. Literis academicis in collegio (ut videtur) Baliol. Oxon. imbutus, et per magnam Europae partem itinera faciens literarum peritiam et mores ſuaviſſimos acquiſivit. Virtus ejus ſingularis in coërcendis Cornubienſibus rebellibus A. MCCCCXCV primum orbi innotuit. A. 6 Henr. viii cancellarius ſcaccarii factus eſt, et poſtea primarius praefectus Caleti et regionis circumjacentis. Scripſit *De officiis Caletenſium*, lib. i. *Comoediam*; *Ite in vineam*, lib. i. Tranſtulit in ſermonem vernaculum mandato regis Henr. viii *Chronicorum Johannis Froiſſardi*, lib. iv. Pr. pr. tr. "What condigne graces and thankes." Primum vol. ſc. lib. i. et ii. Lond. impreſſ. per Wil. Middilton fol. Secundum vol. lib. iii. et iv. Lond. per Ric. Pynſon MDXXV. fol. *Vitam Arthuris equitis Armoricani*, lib. i. "Quia delecta"bile eſt." *Geſta Hugonis Burdegalenſis* (rogatu comitis Huntingd.) lib. i. "In the time by "computation called." Saepe impreſſ. 3 edit. Lond. MDCI. 4to. Tranſtulit ex Gallico in Anglicum (rogatu nepotis ſui dom. Franciſci Bryan) apud Calet. 10 Mart. 23 vel 24 Henr. viii finitam *Vitam Marci Aurelii imp.* lib. ii. "Vetuſtus omnium gentium omniumque." lib. i. cap. 48. lib. ii. Epiſt. 19. Pr. pr. "As tyme is the inventor of novelties." Lond. MDXXXV. MDXLII. 4to. MDLIII. MDLIX. MDLXVI. 8vo. MDLXXXVI. 4to. *Caſtellum amoris, ſive De amoribus Leriani et Laureolae*, lib. i. "Affectu deſiderii atque obligati." Pr. pr. ad dom. Elizab. uxorem domini Nic. Carew, cujus rogatu ex Hiſpanico tranſtulit. "For the affeccyant deſyre and obligacyon." London... 12mo. Obiit Caleti 16 Martii MDXXXII, et ibidem in eccleſia majore humatus jacet. Bal. ix. 1. Pitſ. 713. *Athen. Oxon.* i. 33.

BOURCHIER [THOMAS] illuſtri erat genere prognatus, frater Henrici Bourchier de Eu, poſtea Eſſexiae comitis, in Oxonienſi academia in literarum ſtudiis egregie inſtitutus, ac ejuſdem cancellarius, et decanus S. Martini London; dein Wigornienſis epiſcopus, ab eaque ſede ad Elienſem, tum demum ad archiepiſcopatum Cantuarienſem tranſlatus fuit. Scripſit *Literas pro proceſſionibus generalibus per unum annum fiendis. Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 572. *Commiſſionem ad reformand. crimina et exceſſus clericorum et laicorum dioeceſis Cantuar.* Ibid. p. 573. *Monitionem ne matrimonia contrahantur, nec teſtamenta condantur niſi coram 2 vel 3 teſtibus.* Ibid. p. 574. ſeq. *Conſtitutiones in concilio Londinenſi* A. MCCCCLXIII. Ibid. p. 585. ſeqq. *Instructions to his ſuffragans about the pope's demand of a ſubſidy againſt the Turks.* Ibid. 595. ſeq. *Revocationem poenarum conſtitutionum quarundam provincialium* A. MCCCCLX. Pr. "In Dei nomine," etc. Mſ. Bodl. Digby 218. f. 104. Obiit A. MCCCCLXXXVI, et in eccleſia Cantuar. ſepultus eſt. Vid. Bal. xi. 75. Whart. *A.S.* i. 537. 671.

BOURCHIER [THOMAS] alter, nobili apud Anglos ſtemmate ortus, in collegio Magdalen. Oxon. educatus, ut pontificia religione quiete frueretur, ſolum vertit, et Pariſiis ſedem fixit; ubi frater ordinis S. Franciſci et doctor Sorbonicus evaſit. Dein Romam profectus, in monaſterio ſui ordinis, quod Aram Coeli vocant, vixit, et tandem poenitentiarius eccleſiae Lateranenſis factus eſt. Scripſit Latine *Hiſtoriam eccleſiaſticam de martyrio fratrum ordinis Minorum S. Franciſci, qui partim in Anglia ſub Henrico* viii, *partim in Belgio ſub principe Auriaco, partim et in Hybernia ſub Eliza-*

betha paſſi ſunt ab A. MDXXXVI ad A. MDLXXXII. Pr. epiſt. ad Jul. Buſſin. Florentinum. "Fecit "eximius nominis tui ſplendor." Pariſ. MDLXXXII. MDLXXXV. MDLXXXVI. 8vo. Ingolſt. MDLXXXIII. 12mo. *Orationem ad Franc. Gonzagam ordinis generalem pro pace et diſciplina regulari magni conventus Pariſienſis inſtituenda.* Pariſ. MDLXXXII. Opus hujus tituli etiam Thomae cuidam Langtono Anglo aſcribitur a Waddingo. p. 325. *De judicio religioſorum, in quo demonſtratur quod a ſecularibus judicari non poſſunt.* Mſ. penes Waddingum. Obiit Romae A. MDLXXXVI. Pitſ. p. 787. Wadding. *Script. Ord. Min.* p. 323. *Athen. Oxon.* i. 229.

BOURN [GULIELMUS] ſe pauperem bombardarium appellat in Epiſt. ded. dom. Gul. Winter. Sub ejus nomine extant *Almanac*, Lond. MDLXVII. 12mo. *Inventions and deviſes neceſſary for all generalls and captains, or leaders of men by land or ſea*, London. MDLXXVIII. 4to. *Treaſure for travailers by ſea or lands.* V parts. 1. *Of the uſe of the ſcale, quadrant, and other inſtruments for to know the heighth, diſtance*, etc. *of any tower.* 2. *How by the longitude and latitude of any cittie, town*, etc. *to know the diſtance in miles.* 3. *The meaſuring of ſuperficialls of land, bord, timber*, etc. *How to alter the tonnage of ſhips*, etc. 4. *The art ſtatick, wherein is ſhewed the weight of any ſhip ſwimming on the water*, etc. 5. *The cauſe of divers things ſeen on the ſea and ſea coaſts, of rocks, ſands, ebbing and flowing*, etc. London. MDLXXVIII. 4to. *Almanack for ten years with neceſſary rules*, London. MDLXXXI. 8vo. *Art of ſhooting in great ordinance.* Lond. MDLXXVIII. MDLXXXVII. 4to. *The regiment of the ſea:* To which is added an *Hydrographical diſcourſe touching the five paſſages to Cataia.* Pr. ded. comiti Lincoln. "Right honourable, etc. When I had often repeated." 3 edit. MDLXXXVI. edit. cum correctionibus et additionibus Thomae Hood, Lond. MDXCII. 4to. Datur alia editio Lond. MDCXXXI. 4to. quae forte poſt obitum ejus prodiit.

BOURN [NICOLAUS] philoſophiae profeſſor in collegio S. Leonardi Sant-andreanae academiae. Principia religionis reformatae, in quibus educatus fuit, renuit, ac papiſmo obſtinate adhaeſit; quapropter in caſtro primum S. Andreae, deinde Edinburgenſi concluſus fuit, donec patria expelleretur. Scripſit *Diſputationem tentam in Scotia* A. MDLXXX *de religionis controverſiis inter Nic. Bourne et Andr. Melvine. . Blacwod. . Balcanqual. . Durie decanum de. . Smeton. . paſtores eccleſiae Scoticae.* Scotice. Pr. ded. Regi Jacobo vi. "Sundrie and vechtie reaſons." Pariſ. MDLXXXI. 8vo. *Spiritualem ad Hieruſalem peregrinationem. Fructus redemptionis. Devotas orationes.*

BOWETT [HENRICUS] legum doctor, canonicus Wellenſis; per lit. pat. 44 Edw. iii. 19 Octob. praeſentatus ad eccleſ. de Croft in archidiaconatu Richmond. 9 Rich. ii. 12 Maii ad praebendam de Cropredy Lincoln. 10 Rich. ii. 13 Jul. ad archidiac. Lincoln. 1 Henr. iv. ad praebendam de Codington M. in eccleſia eadem; et ad praebendam de Knareſburgh. Ebor. Anno MCCCLXXXVIII fuit capellanus domini papae, et cauſarum curiae camerae apoſtolicae auditor, et (ut videtur) per regem in iſta curia ad ſua negotia expedienda deputatus. Rymer, *Foeder.* vii. 569.[a] A. MCCCXCVII. 19 Julii 21 R. ii. principalis judex curiae ſuperioritatis Aquitaniae. Ibid. viii. 7. A. MCCCXCVIII 23 Julii, 22 R. ii. conſtabularius Burdegaliae. Ibid. 43.[b] Advocatus regis in curia Romana, et decanus eccleſiae cathedr. Dublin. pat. 6 Rich. ii. 10 Febr. A. MCCCCI in feſto S. Edmundi regis epiſcopus Bath-Wellenſis conſecratus; dein regni theſaurarius, tandem Eboracum tranſlatus A. MCCCCVII. (*Contin.* Stubbs, *reg. Ebor.* MCCCCVIII.) De hoc archiepiſcopo ſequentia habentur in prooemio pardonatis conceſs. 20 Dec. 13. Henr. iv. MCCCCXI. apud Rymer, *Foeder.* viii. 709. "Nos conſiderantes gravia onera, ſumptus, labores, expenſas et pericula, qui-"bus venerabilis pater Henricus Bowett, nunc archiepiſcopus Eborum, Angliae primas ad commo-"dum et utilitatem noſtri et regni noſtri Angliae in partibus Franciae, Aquitaniae, Boëmiae, "Hiſpaniae, Navarrae, Daciae, Scotiae et Walliae, ac alibi tam in partibus ciſmarinis, quam in "tranſmarinis prono et grato animo ſubmiſit.". . . It is a pardon diſcharging him of all accompts in the exchequer, and debts due by him to the king. Scripſit *De taciturnitate religioſorum. De obedientia religioſorum. De diſpenſatione D. papae cum religioſis*, ſc. *penes proprietatem et caſtitatem. De diſpenſatione abbatis cum ſubdito de habenda proprietate. Quando religioſus peccat mortaliter, regulam tranſgrediendo. De novem ad perfectam unitatem requiſitis. An aliquis poteſt de fide*

[a] 17 April. MCCCXCIII. 16 Ric. ii. una cum Waltero Blount et Willielmo de Par militibus, conſtitutus eſt regis procurator ad tractandum de pace et treugis cum rege Hiſpaniae. Rymer. vii. 743. [b] 14 Oct. MCCCXCIX. 1 Hen. iv. In hoc officio continuatur pro termino quinque annorum proxime ſequent. Rymer. viii. 116. 18 Febr. MCCCC multas terras, tenementa, et poſſeſſiones in Aquitania rex Henrico conceſſit pro quadam ſumma ei et haeredibus tenendas in perpetuum. Rymer. viii. 127, 128. 11 Maii MCCCC conſtitutus eſt unus procuratorum regis pro regimine ducatus Aquitaniae. Rymer. viii. 141. 30 Maii MCCCC nominatur electus Bathonienſis. Ibid. 145. At Godwinus ait praedeceſſorem ſuum Radulphum Erghum non deceſſiſſe ante 10 Apr. MCCCCI. Utut ſit, conſecrationem Henricus difficulter impetravit. Nam providerat papa Ricardo Cliffordo archidiacono Cantuarienſi, privati ſigilli cuſtodi, de hoc epiſcopatu. Sed minitante rege Henrico iv ſe temporalia hujus ſedis nunquam illi redditurum, et ſpem ſimul faciente epiſcopatus Wigornienſis, haud aegre perſuaſus eſt, ut conceſſionis papalis beneficio abſtineret. Sedit dies 15 ſupra annos ſex in hac eccleſia, nam conſecratum comperio 16 Nov. MCCCCI Londini in eccleſia S. Pauli, praeſente rege et multis epiſcopis, et 1 Dec. MCCCCVII Scroopaeo laeſae majeſtatis reo in arch. Ebor. ſucceſſit, factus interim Angliae theſaurarius anno MCCCCVII [27 Feb. MCCCCII. 3 Hen. iv. Dugdale *Orig. Judic.* Godwinus ergo in hac chronologia lapſus eſt.] quo munere functus eſt annum unum. Godwin *Catal. epiſ. Bathon. et Wellenſ.* p. 677. 678. ab Hearn. edit. ad finem Otterburn. *Annal.* Le Neve in *Faſtis eccleſ. Anglic.* ait, Henry Bowet L L. D. by papal proviſion 19 Aug. MCCCCI, made his profeſſion of obedience by his proxies 28 Sept. was conſecrated Nov. 20, and was admitted to the temporalties Apr. 20 following. By Bull dated 7 Octob. MCCCCVII he was tranſlated to York and had the temporalties reſtored 1 Dec. following (Rymer. viii. 503.) received his croſs 27 Aug. MCCCCVIII, and was inthronized 9 Dec. following.

praedicare vel disputare. De hiis quae necessaria sunt, ut valeant indulgentiae. An alicui propter peccata vetari possunt sacramenta ecclesiae. Omnia olim Mss. in bibliotheca monast. Sion. Obiit Cawodiae Octob. 20 MCCCCXXIII, et sepultus est in orientali parte ecclesiae suae Ebor. Godwin. ii. 61. vid. *Contin.* Stubbs.

BOXALL [JOHANNES] in Bramshootia comit. Hanton. natus, in schola Wyckehamica prope Wintoniam in rudimentis literarum humaniorum egregie institutus, electus fuit socius collegii Novi Oxon. A. MDXLII, et unus maxime subtilium disputantium habitus. Ad sacros ordines admissus concionandi munus haud exercuit tempore regis Edwardi vi. Tempore reginae Mariae archidiaconus Eliensis, reginae secretarius primarius, praebendarius Winton. ecclesiae, et collegii Winton. praeses factus A. MDLIV. A. MDLVII mense Julio decanus Petriburgensis, et die 20 Decemb. seq. decanus Norwicensis, et haud longe post decanus Windesoriensis renunciatus, et 6 Febr. anno MDLVII scriba sive registrarius ordinis periscelidis juratus est. Anno sequenti S. theologiae doctor creatus, et eodem anno 14 Maii collatus ad praebendam de Newington in ecclesia S. Pauli London. *Regist.* Grindal. Sed tempore reginae Elizabethae ab omnibus in ecclesia dignitatibus deturbatus, in custodia in aedibus Lambethanis detentus, ast morbo deinde correptus Bromleiam in comit. Cantii abiit, ubi, vel Londini, A. MDLXX obiit. Ex multis, quos composuit, libris, qui simul cum auctore perierunt, extat ejus *Oratio in coetu episcoporum et cleri Cantuar. provinciae in ecclesia D. Pauli London.* 22 Octob. MDLV. Pr. ded. episcopo London. "Quod me facturum ac-"cepi." Pr. orat. "Quum Dei excellentem in nos." Lond. MDLV. 12mo. *Epistola M. Parkero.* Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. 793. Pitf. *App.* 869. *Athen. Oxon.* i. 163. seq. Strype in *Vita Parker.* 47. 141.

BOYSUS [DAVID] sive BOSCUS [a], qui et vernacula lingua BOYS dictus est, Carmeliticae religionis professor, Oxonii in re theologica sudavit et alsit; neque id quidem vel sine gloria, vel fructu. Gloriam hinc satis aestimare licet, quod hujusmodi ab Oxoniensibus titulos acceperit, quales primae notae theologis deferri solent. Porro fructum vel ex hoc facillimum est judicare, quod non modo suum ipsius animum, verum etiam aliorum multorum mentes, cognitione rerum vel ad miraculum varia, pulcherrime informaverit. Non desunt libri ab illo doctissime scripti, qui haec eadem abunde testentur: inter quos, et qui sequuntur, non postremi nominis sunt: viz. *De duplici hominis immortalitate. Adversus Agarenos. Contra varios gentilium ritus* [b]. Praefuit Carmelitis Claudiam incolentibus, circiter annum D. MCCCCLI, ac ibidem, ut ego didici, obiit, et sepultus est. Ex *Lelando.*

[a] David Boysus vel Boëthius in Cambria natus, Bal. viii. 12. Pitf. p. 641. Johannis Barningami majora scripta collegit, dum Oxonii sententias in scholis publicis legeret, et Cantabrigiensi bibliothecae dono dedit. Cantabrigiam et celebriores exterarum gentium academias adiit, et Alienorae ducissae atque optimo duci Humfredo familiaris fuit, Bal. Pitf. l. c. [b] Lib. i. "Homo ex dono conditionis "primae." Plura etiam scripsit juxta Bal. et Pitf sc. *De vera innocentia,* lib i. *De doctrina spiritus,* lib. i. Mf. Lel. Trin. *Conciones Christianas,* lib. i. Ibid.

BRACCANUS abbas coenobii ab ejus nomine Ardbraccan dicti, ubi nunc est manerium episcopi Midensis, claruit anno salutis DCL. Hunc praedixisse et perscripsisse ferunt futura bella in Hibernia, Anglorum adventum et successum. Vaticinia illa, necnon alia sanctis Patricio, Columbae et Molingo ascripta collegisse et publicasse dicitur Gualterus de Istlip alias Istelip, Hiberniae quaestor, anno MCCCXVII. Waraeus, *De script. Hibern.* p. 24.

BRACEBRIGGE [JOHANNES] sacerdos in monasterio Sionensi professus, quam plurimos libros bibliothecae collegio suo dono dedit. Scripsit *Catholicon continens quatuor partes grammaticae,* Mf. olim in bibl. Sion. Vid. *Catalog.* Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. 16.

BRACTON [HENRICUS] [a] sive BRACHEDUNUS, utriusque juris professor, eo majestatis pervenit, ut Henrici regis tertii beneficio totos viginti annos praesidis justitiae supremi munere fungeretur: quo tempore integritati et conservationi legum patriarum studens, egregium *De legibus* [b] librum [edidit,] cui *Brito* nomen dedit. Haec ego ex inscriptione libri [c] Branomensis bibliothecae [d]. Ex *Lelando.*

[a] Henricus Bractonus (sive potius Bretton, vel Bratton, ut in *Hist. scacc.* p. 709. appellatur. Vide Seld. in *Fletam*) Oxonii in adolescentia studiis incumbens, factus est ibi utriusque juris doctor. Pitf. Mox unus e justitiariis regiis, deinde supremus totius Angliae judex evasit, Bal. Pitf. Occurrit justitiarius regis 34 Hen. iii. Mf. Norwic. More, 287. f. 305. Henr. de Bracton collatus fuit ad archidiaconatum Barum in eccl. Exon. Jan. 21. MCCLXIII. resign. MCCLXIV. Le Neve in *Fastis,* A. MCCLXVIII. 2 nonis Novemb. Walt. episcopus Exon. contulit Edvardo de la Cnoll, decano Wellensi praebendam in eccl. de Boseham, quae fuit Henrici de Bracton. Ita in *Registro* Brounscomb, episcopi Exon. [b] *Et consuetudinibus Anglicanis,* lib. v. "In rege, qui recte regit, necess." Mf. in bibl. publ. Oxon. Bodl. NE F. iv. 13. Mf. Norw. More, 287. 288. 294. Extat impr. Lond. MDLXIX. fol. ibid. MDCXL. 4to. In lib. iv. cap. 4. *De errato in nomine dignitatis,* haec habentur: "Ut si dicatur, Questus est nobis Henr. de Bra-"ctona praecentor, cum sit decanus; tum cadit breve." Quaestio tamen est, an fuerit decanus. [c] "In Bravio-"nensis seu Wigorniensis bibliothecae serie quadam legi "memoriaque retinui." Ita legit Mf. Lel. Trin.

[d] Claruit MCCXL. Bal. iii. 98. Pitf. p. 310. Vixit sub ultima tempora Henrici iii, uti patet ex praefatione editionis MDCXL.

BRACTON [a] [JOANNES] five BRETTON feu BECCODUNUS, juvenis Londini in collegiis Forenfium operam dedit legibus Anglicanis; in quibus, fi vera funt, ut ego effe arbitror, quae de illo fcribuntur, infigniter profecit. Quo nomine credibile illum poftea in aulam ab Henrico tertio, Anglorum monarcha, vocatum fuiffe; cui cum propter inexhauftam diligentiam, tum etiam ob raram in rebus graviffimis agendis dexteritatem, tam eximie charus erat, ut nihil fupra. Argumento inter caetera multa tantae principis erga hominem benevolentiae hoc effe poteft, quod illum Henoforthae Magefetum [b] epifcopum deftinaverit [c]. Sed hoc munere, quanquam honorifico, rex fuo fatis non fecit animo: nam ita fors tulit, ut ferius ad fe venientem majori dignitate, inftante jam morte, adornare recte non potuerit. Ille tamen abunde fibi fatisfactum putans, continuo ftudere coepit, quo potiffimum modo regis erga fe meritis refponderet. Scripfit itaque librum *De legibus Anglicanis* [d], qui Edwardo, Henrici filio, tum praeterea toti plebi longe utiliffimus erat. Haec funt, quae ego de Bectono in Chronico Tinenfis [e] monafterii legi, et aliis per me communia effe volui [f]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Bretton, five Britton, feu Beckton. Joannes Beckton vel Brerton. Mf. Lel. Trin. [b] Seu Herefordiae, addit Mf. Trin. [c] Rex affenfum adhibuit electioni 14 Jan. 53 Hen. iii. M. Pat. Confecratus eft epifcopus Hereford. MCCLXIX. die S. Augult. Cant. (Wikes.) 4 non. Junii (Waverl.) 3 non. Junii (*Annal.* Winton.)

[d] Lib. i. (v. Mf. C. C. C. Cantabr. O. 19.) "Edward "par la grace de Dieu." Mf. Bodl. Digb. 154. fcript. temp. Ed. ii. vel iii. Et Mf. Bodl. NE. F. 2. 7. Et Mf. Norwic. More, 489. Extat Lond. MDCXL. 12mo. per Wingatum editus, cujus praefationem videfis. Vide *notas* Cl. Seldeni *ad Fortefcutum De legibus Angliae*, ubi productis tabulis, contra receptam jam olim doctrinam Breton auctorem libri legum Anglicanarum ab epifcopo Herefordenfi diverfum evincit. Mf. A. Wood. Pitf. Vide etiam praefat. ad Ed. Ranulphi Hengham, Lond. MDCXVI. 8vo. Seldeni *notas in Fletam*, p. 457, etc. Matth. Weftmon. in ann. MCCLXXV. Coke, *Inft.* ii. p. 569. Liber ille fcriptus fuit 5 Edw. i. uti patet ex Coke, par. iv. [e] Linnenfis, Mf. Trin. Vide Leland. *Collect.* tom. ii. p. 364.

[f] Obiit 12 Maii MCCLXXV. Godw. 536. Anno MCCLXXV. obiit Johannes le Breton, Hereford. epifcopus. *Annal.* Wigorn. Item menfe Aprili. Mf. in bibl. Lambeth. Wharton. L. 94. Paulo ante feftum S. Barnabae, Wikes. Vide Bal. iv. 44. Pitf. p. 356. Plures alii viri hujus nominis occurrunt in Mfs. "Anno 19 Ed. i. rex dirigit breve abbati "Selbienfi de Corrodio, – pro dilecto clerico noftro Jo- "hanne Breton, qui nobis in officio cancellariae noftrae "bene et fideliter defervivit." Dodfworth, 119. f. 38. ex *Regift.* Selb. Quidam Johannes le Bretoun a rege praefentatus fuit ad ecclefiam de Gyfelham in dioec. Norwicenfi in literis pat. 53 Hen. iii. Idem occurrit regis locum tenens 26 Oct. 33 Ed. i. in liter. pat. Johannes le Breton habuit literas regis de praefentatione ad ecclefiam de Fenni Sutton, dioec. Sar. 18 Sept. 32 Ed. i. Ibid. Poft mortem Simonis de Convenis, archidiaconi Cantuar. archiepifcopus contulit eundem Johanni de Bretona, cancellario fuo, fed papa illam collationem irritam fecit. *Reg.* Cant. Mf. in bibl. Lambeth. Whart. L.

BRADFORD [JOHANNES] patria Lancaftrenfis in villa Manceftriae natus, Londini juvenis in Interiori Templo juris municipalis ftudio operam dedit, et domini Johannis Harrington fecretarius fuit. Deinde Cantabrigiam profectus in collegio Reginali (aula Catharinae, Fox. 1663.) ftudiis philofophicis et theologicis incubuit, ubi, favore Ridleii, M. A. et focius evafit collegii Pembroch. et MDL 10 Aug. diaconus ordinatus (uti in *Regift.* Ridley epifc. London.) et Ridleio a facris domefticis factus. *Regift.* Grindal. p. 8. 18. A. MDLI. 24 Aug. ab eodem praebenda de Kentifh Town in ecclefia S. Pauli London donatus, et tempore Edwardi vi. theologiam in eadem ecclefia publice praelegit. Hoc tempore in agris Lancaftr. et Ceftr. et Walden. in comit. Effex. concionator fuit. Thomas Samfon. in praefat ad *Concion. de poenit.* eum clericum thefaurarii exercitus regii vocat; et in *Examinationibus* (de quibus inter fcripta ejus) in itinere Mutrellio A. MDXLIV fe thefaurarium *paymafter* appellat. Regnante Maria primo turri Londinenfi, dein aliis carceribus mancipatus fuit ab Aug. MDLIII ad Julium A. MDLV. Vide vitam ejus per Tho. Samfon. praefat. duabus concionibus praemiffa. Scripfit *A letter fent by J. B. to the right honourable lordes, the erles of Arundel, Darbie, Shrewfbury, and Pembroke, declaring the nature of the Spaniards, and difcovering the moft deteftable treafons, which they have pretended againft our moft noble kingdom of England.* Pr. praef. "He that confydereth the exceeding." Pr. ep. "There have been certain" . . . 24to. Scriptus hic liber tempore reginae Mariae. An autem hic Johannes Bradford idem fit cum martyre hujus nominis dubitat Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. G. p. 399. affirmat liber dictus *The cenfure of a loyall fubject on the execution of the* xiv. *traitors*, A. MDLXXXVII. 4to. *Examinationes coram Gardinero*, etc. *Difputationes cum Harpsfield, Wefton, Pendleton*, etc. Fox. 1606. *Epiftolas* lvi. Fox. 1624. Epift. I. princ. "God our moft dear and mercifull Father;" quae non extat in editione Mart. epift. per Covedal. fed datur inter Mfs. Emanuel. coll. Cantabr. *De vera refipifcentia*, lib. i. Hunc librum rectius dixerim *A fermon of repentance* MDLIII, *after K. Edward's death, on Matth.* iv. 17. Pr. ferm. "The life we have at this prefent." Pr. pr. "Great and heavy is God's "anger." Lond. MDLXXXI. 8vo. et Oxon. MDCLII. 8vo. *De electione Dei*, lib. i. *The hurt of hearing mafs, by J. B. while prifoner in the Tower.* Pr. "Although at this prefent men." Lond. by Will. Copland. . . 12mo. forte A. MDLXXX. *His exhortation to patience and conftancy in the profeffion of the gofpel.* Pr. "The time is even at hand." Mf. coll. Gonv. Caii, n. 1164. *De fuis precationibus*, lib. i. In quo fequentia continentur, *Inftructions to be obferved concerning prayer.* cap. 9. Pr. "Prayer is a fimple" *Meditation on the Lord's prayer.* Pr. "Thou good Lord, "which madeft." *Meditation on the twelve articles of the Chriftian faith.* Pr. "This people, O "Lord God the Father." *Medit. on the ten commandments.* Pr. "O good Lord and dear Fa- "ther, here." *Medit. concerning prayer, with a brief paraphrafe upon the Lord's prayer.* Pr. "The mind of men hath fo large." *Medit. of the judgment.* Pr. "O Lord Jefus Chrift." *Medit. of the fober ufage of the body.* Pr. "This our body." *Medit. of true mortification.* Pr. "He

" He that will." *Medit. of the providence of God toward mankind.* Pr. " This ought to be unto " us most dear." *Medit. of the presence of God.* Pr. " There is nothing that maketh." *Medit. of death.* Pr. " What other there." *Medit. on the passion of Christ.* Pr. " O Lord Jesu " Christ, the Son." *Confession of sins.* Pr. " O allmighty God, king of all kings." *Four other prayers. Dialogue between Satan and conscience.* Pr. " Satan. Thou hast sinned." *Defence of predestination out of Ephes.* i. Pr. " There is neither vertue." *Of election and free will.* Pr. " That there is and" All these corrected from an ancient copy by Will. Haine, printed London MDCXIV. 24to. Fini horum tractatuum annectuntur, *Godly meditations of J. B.* sc. *Prayers at rising*, etc. Pr. " O almighty and everl. God, the dear." Ibidem. *A sermon on the Lord's supper.* Pr. " There are two sacraments." Mſ. bibl. coll. Eman. Cantabr. inter epistolas martyrum. Et Lond. MDXCIX. 12mo. edit. cum praefat. Tho. Samson. Lond. MDLXXIV. 12mo. *The ten commandments drawn out into a prayer.* Pr. " O allmighty, everliving, most righteous." Ibidem. *Explication of the words flesh and spirit in the N. T.* Pr. " For your better understanding." Ibid. *Meditations on prayer, on the Lord's prayer, belief and ten commandments, with a defence of predestination, and some other meditations and prayers, called his beades*, printed in Henry Bull's collection, London . . . 12mo. Et Lond. MDCXXII. 8vo. Vide Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. *De praedestinatione. Two godly letters for the consolation of such as are afflicted in conscience*, Lond. MDCXIII. MDCXV. MDCXXXI. 8vo. *The complaint of verite*, in English verse, MDXXXIX. 8vo. A. Wood, Mſ. Cat. vi. *Answer to a letter whether it be lawfull to be present at popish mass*, Lond. by Rob. Walgrave, 8vo. Princ. " The peace which Christ left to his." Oxon. MDCLXXXVIII. 4to. *Preface of J. B. out of prison to a book recommended to the nobility and gentry of England.* Pr. " After this book came to my hands." *A prayer to be said at the stake by all them, that God shall count worthy to suffer for his truth.* Pr. " O mercifull God and Father." *Epistolam Latinam M. Bucero* datam Lond. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. C. 299. Inter epistolas martyrum bibl. coll. Eman. Cantabr. datur hujus Johannis Bradford *Meditation.* Pr. " This heavenly banquet, " wherein thou dost witness." *De Christi divinitate*, lib. i. *Colloquia cum pseudodoctoribus*, lib. i. *Quod papa sit antichristus*, lib. i. *Ad quatuor urbes*, lib. i. *Tractatum de morte non metuenda.* Pr. " Being minded through the help." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. Lond. . . . . 16mo. Edinburg. MDLXXXIV. 16mo. Transtulit in Anglicum sermonem, *Artopaeum de lege et evangelio*, lib. i. h. t. *The divisyon of the places of the law and the gospel.* Pr. " Moses and the law do make." Lond. MDXLVIII. 12mo. *Chrysostomum de oratione*, lib. i. Pr. pr. transl. " Forasmuche (good reader) as the almighty Lorde." Ibidem. Locos communes Melancthonis, lib. i. Flammis periit Londini martyr 1 Julii MDLV. Bal. viii. 87. H. Holl. *Herool.* p. 151.

BRADOWARDINUS [THOMAS] Hertofeldiae natus[a] in dioecesi Ceicastrensi, ita a teneris annis diligentissimam bonis literis Isiaci inter Maridunenses[b] operam navabat; ut jam in ipso adhuc adolescente coeperint quaedam futurae eruditionis, addo hoc etiam excellentis, indicia praelucere: quae postea tam clare in ejus matura aetate nituerunt[c], ut radios per totam late Britanniam sparserint; usque adeo, ut Edveardi tertii oculos novo quodam fulgore tandem perstrinxerint. Unde honestis a rege conditionibus propositis, ex cancellario Londinensi[d] fit aulicus[e]; sed tantae gravitatis, tantae prudentiae, tantae denique et tam sanctae simplicitatis, ut illum sacris suis confessionibus praeficeret: quod genus officii reges, qui sunt paulo cordatiores, non committunt nisi selectissimis hominibus. Ille vero a principe in familiaritatem et secreta consilia vocatus, modis, quibus potuit, studebat omnibus, ne impar curae sibi commissae videretur. Dumque sic studeret, ecce Joannes Uffordus, Cantiorum archiepiscopus, diem obiit; pro quo, jubente gratissimo principe, substitutus est[f]. Sed, pro dolor! Thomas longa dignissimus vita, exacto uno tantum in pontificatu annulo, mortem obiit plane immaturam, relinquens cum principi, tum toti Cantiorum paroeciae maximum sui desiderium. Scripsit tres libros *De causa Dei*[g] contra Pelagium, in quibus se virum undecunque eruditum liquido probat: dedicavit autem, cum jam esset cancellarius Londinensis, opus praesidi et so-

[a] Apud Bradwardin in agro Heref. natus. Fuller *Ch. Hist.* iii. 95. In civitate Cicestrensi, Pitſ. Hatfeldiae in com. Suff. (pro Suſſ.) Godw. perperam. In libr. iii. c. 22. operis *De causa Dei*, non obscure innuit se Cicestriae natum esse. Savil. in praef. [b] Collegii Mertonensis socius, anno MCCCXXV academiae procurator, postea SS. th. doctoratu insignitus. Ordinis praedicatorum Altamura Cave; Minoritarum, Oudinus, Blunt, fratrem esse somniant. [c] Sacrae pag. professor solempnis. Birchington. Doctor profundus appellatus a papa. Savilius. [d] Baleus ex Lelando (ut putat Savil.) in 1. edit. dicit Bradwardinum fuisse cancellarium Oxon. sed Lelandus nihil tale refert: ideo a Clar. Savil. injuste increpatur. Praebendarius ecclesiae Lincolniensis factus est, sc. provisus per papam in praebend. S. Botulphi vacant. per resignationem Ric. de Bury, dec. Well. admiſſ. 10 cal. Jan. MCCCXXXIII. *Reg.* Hen. Burgh. episcopi Lincoln. Collatus fuit ad cancellariatum eccl. S. Pauli 13 cal. Oct. MCCCXXXVII. *Reg.* Baldok, episcopi Lond. Newcourt. *Hist. Lond.* i. 112. [e] Pat. 21 Edw. iii. p. 1. 8 Feb. Rex dedit mag. Thomae Bradewardyn archidiaconatum Norwicen. Fuit praeterea praebendarius de Cadington minor. [f] Anno MCCCXLIX. sed infra quadraginta dies post consecrationem, obiit Londini (Cave) Lambethae (Godw.) et in capella S. Anselmi humatus est. Obiit mense Octob. MCCCXLIX Lambethae, Savil. In manerio episcopi Roffensis vocato La place juxta Lambeth. 26 Aug. MCCCXLIX, Wharton. *A. S.* i. 119. [g] *Et de veritate* [*virtute.* Sancr. Lamb. Cat.] *causarum*, lib. iii. Bale, Cave lib. viii. Pitſ. " Magnorum et multorum petitioni- " bus." Opus plane eruditum et magni ingenii. Leland. *Coll.* iii. 5. Mſ. in eccl. Linc. E. 25. et Oxonii in colleg. Merton. N. vi. 5. Item in colleg. Novo 134. perscriptus Lond. MCCCXLIV. Cantabrig. in coll. Corp. Chr. M. 6. script. ann. MCCCXLVIII. et in coll. S. Petri. Item in bibl. Lumleiana, Vaticana, et Lambeth. 32 fol. Ex sex Mſs edidit Cl. Savilius, Lond. MDCXVIII. fol.

cietati

cietati Maridunensi [h]. Edidit etiam *De geometria* [i] libellum, alterumque *De arithmetica* [k], tertium denique *De proportionibus* [l]. Illud ad cumulum gloriae accedit, divinum opus *De causa Dei* contra Pelagium Romae in Vaticana praenitet bibliotheca, teste Gesnero [m]. Ex *Lelando*.

[h] Edidit Savilius Epistolam Thomae de Bradw. custodi et sociis coll. Merton. ad finem libri; qui codex scriptus erat A. MCCCXLIV. [i] *De geometria speculativa, sive geometriae principiis ex libris Euclidis, Boetii, et Campani compil.* lib. i. " Geometria [*est arithmeticae consec.* Edit. " Paris.] assecutiva est arith." Extat Paris. MCCCCXCV. fol. ibid. MDXII. (Cave. Blunt.) et MDXXX. (Pits.)
[k] *Practica*, lib. i. " Asserentium arithmeticae artis." Et *Arithmetica speculativa*, lib. i. " Quantitatum alia con- " tinua, quae." Extat Paris. MDII. MDXII. [l] Lib. i. Pr. pr. " Omnem motum successivum proportionari." Ms. Bodl. Digb. 76. 228. Pr. L. (in edit.) " Nota quod sex " sunt species motus." Pr. L. Ms. " Omnis proportio vel " est communiter." Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 98. Paris. MCCCCXCV. Venet. MDV. fol. Scripsit etiam *De quadratura circuli*, lib. i. " Aristoteles in eo qui de catego- " riis." Pits. Paris. MCCCCXCV. fol. Est tantum folium 1. ad finem *Geom.* Non ascribitur diserte Bradwardino, sed dicitur a quodam archiepiscopo ordinis Minor. compilari. *De velocitate motuum*, lib. i. " Omnem motum alteri in veloci- " tate." *De praesentia et praedestinatione*, lib. i. *Comment. sententiarum*, lib. iv. *Placita theologica*, lib. i. *De S. trinitate*, lib. i. *De praemio salvandorum*, lib. i. *Summam theologiae*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. [*De logica*, lib. i. *De philosophia naturali*, lib. i. Addit. Balei Ms. Trin.] *Tabulas astronomicas de oppositione et conjunctione planetarum*. Ms. olim penes D. Hen. Savilium. *Bradwardinus de arte memorandi*, liber Ms. olim in bibl. monasterii de Syon. [m] Vide de Bradwardino Bal. v. 87. Pits. p. 470. seq. Godw. p. 159. seq. Cave *App.* Wharton. p. 41. seq. Blunt *Cens. celeb. auth.* p. 302. Praef. Hen. Savil. ad opus *De Causa Dei*.

BRADSHAW [HENRICUS] apud Cestriam natus, in coenobio S. Werburgae ejusdem urbis monachus factus erat. Deinde ut studiis academicis operam daret, alumnus Glocestrensis coenobii sive collegii apud Oxonienses evasit. Scripsit *De antiquitate et munificentia urbis Cestriae libros plures. Chronicon quoddam*, lib. i. Ex Beda, Alfredo Beverlac. Gul. Malmsbur. Girardo Cambrensi lib. i. c. 21. et Polychronico et Passionario S. Werburgae in abbatia Cestrensi (lib. i. cap. 7.) contexuit, et in Anglicos rhythmos pro aetatis ratione elegantissimos transfudit [inde est quod in titulis aliquando Autor, aliquando Translator appellatur.] *S. Werburgae vitam*, lib. ii. [l. c. 33. ii. 23.] Pr. pr. " When " Phebus had ronne his cours in Sagittari." In principio habetur carmen Anglic. J. T. et ad finem duo. Lond. MDXXI. 4to. Haec tantum partes sunt *Vitae S. Werburgae*, uti videtur: ibi enim sunt lib. i. c. 2. *Descriptio regni Merciorum*. C. 18. *Vita S. Etheldredae*. C. 19. *Vita S. Sexburgae*: et in lib. ii. cap. 3. *De fundatione et historia urbis Cestriae* plurima. Cap. 15. est *Chronicon quorundam regum*. In hac *Vita* multa sunt historicae veritati consentanea, et non sunt legendarum more conficta. Obiit A. MDXIII, et in monasterio suo Cestrensi humatus jacet. Bal. ix. 17. Pits. 690. *Athen. Oxon.* i. p. 9. seq.

BRAEM [BARTHOLOMAEUS] natione Anglus; scripsit *Quaestiones logicas*, lib. i. Ms. in archivis coll. Gonvil. et Caii Cantabrigiae. Pits. *Append.* 825. Vide Du Fresne.

BRAEM [MARTINUS] Germanus, Martini Buceri amanuensis, vixit cum eo in Anglia, et post obitum M. Buceri Matth. Parkeri in collegio Corporis Christi Cantabrigiae domesticus fuit; cui dedicavit strenae loco A. MDL *M. Buceri responsionis antidogmatis translationem e German. in Lat.* Pr. ded. transl. " Publica consuetudine et communi." Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. 9.

BRAHAM [ROBERTUS] magna industria curaque ad fidem veterum exemplarium correxit et edidit *Guidonis de Columpna historiam belli Trojani, Anglicis rhithmis donatum per Joh. Lidgate.* Lond. MDLV. fol. Cui epistolam lectori praefixit. Pr. " Although the battayles betwixte."

BRAINHAMUS sophista Oxoniensis, philosophus egregius, edidit *Quaestiones physicorum*, lib. viii. " Quaestio est, Quid sit abstrahere." Tempus quando claruit, ignoratur. Bale xii. 56. ex officinis Londin.

BRAKELOND, [JOCELINUS de] sive BRACLANDUS patria Suffolciensis, monachus ordinis S. Benedicti in coenobio Buriensi S. Edmundi. Fuit celerarius S. Edmundi 9 Ric. i. *Reg.* Bur. Novell. 38. Capellanus Sampsonis abbatis Buriensis. *Reg.* Pinchbeck. f. 117. Ms. Norwic. Aliquot annos in studiis bonarum literarum apud Cantabrigienses posuit. Scripsit *Chronicon de rebus domesticis coenobii S. Edmundi de Burgo: h. e. de abbatibus, prioribus et caeteris officialibus, de electionibus, de litibus, et rebus qualitercunque ad istud coenobium spectantibus*, lib. i. cap. 103. Ms. Cotton. Vitellius D. xv. 2. " Quod vidi et audivi, scribere curavi," sc. quae contigerant in ecclesia S. Edmundi in diebus nostris ab anno quo Flandrenses capti sunt extra villam, quo habitum religionis suscepi, sc. MCLXXIII. Hujus *Chronici* Ms. extat in *Registro* de Bury Ms. Stillingfleet f. 121. Et incipit: " Ab anno quo prior Hugo depositus est ad.. ." Excerpta ex hoc *Chronico* per Fr. Thin. Ms. penes Joh. Anstis. Qu. annon idem cum *Chronico* Johannis de Buckland monachi Buriensis citati in *Monast. Anglic.* i. 296. *Super electione Hugonis*, lib. i. " Anno ab incarnat. " Domini MCCXI." *Vitam Roberti cujusdam pueri martyris*, lib. i. Hujus miraculorum libri meminit in *Chronico*. Claruit A. MCCXIV, velut ipse notat in fine Chronici 14 Joh. regis, quo anno finivit. Bal. iii. 68. Pits. 286. vid. Fuller, *Hist. Cambr.* p. 8.

BRAMFELD [GULIELMUS] Extat *Glossa ejus in Psalterium*, Ms. Laud. in bibl. Bodl. F. 102. Pr. pr. " Habemus prophetiae sermonem, cui."

BRAMIS [JOHANNES] monachus Thetfordensis, diversus a Johanne Bromio Augustiniano, et antiquior: videtur enim saepius citari, seu abbreviatus esse a Radulpho Diceto in *Historia regum Britonum* inter XV Histor. Galei, Oxon. MDCLXXXIX. fol. p. 553. In Catalogo scriptorum hist. per Fr. Thin. apud Hollinsh. vol. ii. MDLXXXIX occurrit Johannes Bramus, non Bromus, ut habet Baleus, monachus Thetfordiensis: ita Joh. Londinensis, lib. i. *Antiq. Cant.* p. 36. ubi ait

eum *Historiam* Waldei, Norfolciae et Suffolciae olim regis, literis consignasse. A. Wood. Ms. Pits. Transtulit ex Anglico et Gallico in Latinum *Historiam Waldei Norfolciae et Suffolciae olim regis*, lib. vi. Pr. pr. tr. "Primitus subsequens regis Waldei filiorum." Ms. C. C. C. Cantabr. J. 10. Nota Ms. Br. Twyne in marg. Balei.

BRASBRIDGE [THOMAS] patria Northamptonensis, S. Mariae Magdal. Oxon. A. MDLIII semicommensalis, post quinquennium electus est socius collegii Omn. Animarum Oxon. Anno sequenti sacros suscepit ordines. Stripe in *Vita Grindal.* p. 37. Ad collegium Magdalen. reversus socius evasit perpetuus A. MDLXII. ubi tum medicinae, tum theologiae operam dedit sedulam. Post collegio valedixit, et curae animarum aut scholae vacavit Banburiae in agro Oxon. ubi etiam medicinam fecit. Londini vixit A. MDLXXVIII, uti extat in praefat. ad *Pauperis gemmam.* Scripsit *The poor Man's Jewel*; viz. *A treatise of the pestilence. To which is annexed a declaration of the virtues of the herbs Carduus benedictus and Angelica.* Pr. ded. dom. Thomae Ramsey praetori Lond. "Right honourable. As you being the head." Lond. MDLXXVIII. MDXCI. 8vo. *Quaestiones in Officia M. Tullii Ciceronis compendiariam totius opusculi epitomen continentes.* Lond. MDCXV. 8vo. *Readings upon Abdias the prophet by T. B. fellow of Magdal. college, Oxford.* Lond. MDLXXIV. 12mo. Quaere tamen an idem? Claruit A. MDLXXXVI. *Athen. Oxon.* i. 230.

BRASIER [RICHARDUS] Extant Anglice *Testamentum ejus ultimum*, et *Confessio Christianae fidei facta* 4 *Edw.* vi. Lond. per Joh. Day... 8vo.

BRAWD VADOG AP GUALHDER, Poëta Cambro-Britannus. *Carminum ejus fragmenta* quaedam extant in codice rubro Hergestiano et apogr. Llwyd. Floruit A. D. MCCL. Llwyd. Davis.

BRAY [JOHANNES] medicinae et botanicae studiosus. Cui rex Richardus ii confirmavit pensionem annuam cent. solid. illi datam a Will. comite Sarum. Ms. Norwic. More. ix. f. 67. Scripsit *Synonyma de nominibus herbarum.* Pr. "Allelaja, panis cuculi payn de cukel." Ms. olim penes doct. Franc. Bernard. 64. nunc penes clar. dom. Sloan. Continet Latina, Gallica, et Anglica nomina herbarum.

BRAY [THOMAS] scripsit Anglice cap. 62. *Of the conquest of Ireland.* Pr. "In the tyme "that king Henry." Ms. Lamb. Hiber. B. 623. (b) 6—60. Floruisse videtur ante annos ccc.

BRAYNWODE [EDVARDUS] civis Londinensis ac scriba, honesta natus familia, praeter studia patriarum legum, Latinarum literarum cognitionem habens, collegit sui temporis *Virorum res gestas illustrium*, lib. i. "Joh. Skeltonus poëta laureatus." Londini mortem obiit, A. D. MDLVI post varias Gardineri, etc. molestationes graves. Bale ix. 50.

BREDON [JOHANNES] frater Minorita conventus Coventrensis. Scripsit *A recantation of his preaching and speaking against the custome of the cathedral church of Coventry, which used to have the apparel of way of every person deceased, whose corps was first to be brought into the church. This recantation was enjoyn'd him by the lords in parliament* A. MCCCCXLVI. Ms. bibl. Bodl. F. 12. 13.

BREDONUS [a] [SIMON] sive BREODUNUS, Maridunensis collegii alumnus vel clarissimus, omneis liberaleis artes ex optimis autoribus tanquam e vivis hausit fontibus. In primis tamen excoluit mathesin, et medendi cognitionem utilissimam quidem illam; in quibus sic profecit, ut inde incrementum ad solidam gloriam magnum certe sibi comparaverit. Accessit ad laudis cumulum thesaurus veterum librorum, exquisitus cura multa et industria assidua, quem et postea Maridunensi contulit bibliothecae. Extat ejus *Trifolium* [b], opus in re medica luculentum [c]: nec e medio ejus sublata *Arithmetica* [d]. Scripsit et *Commentarios* in *Almagestum* [e] *Ptolemaei*, opus accurate elaboratum, quod Grantae Girviorum adhuc comparet. Supersunt et ejus *Tabulae de rebus astronomicis*, videlicet *De latitudine quinque planetarum* [f]. Ex *Lelando.*

BREXVA

[a] Simon Bredon, alias Biridanus (Ms. Lel. Trin.) patria Winchecombensis, primo collegii Baliol. dein Mertonensis socius, et medicinae doctor, Oxon. [b] Lib. i. "Intentio mea in hoc opusculo." Ms. Bodl. Digb. 160.

[c] —Lib. i. et *Arithmetica theorica*, lib. i. *quae e medio sublata sunt.* Ms. Lel. Trin. [d] *Theorica et practica*, lib. ii. Pr. pr. "Scientia de numero ac virtute numeri." Pr. l. "Numerus, quem pro praesenti." Ms. Bodl. NE. F. 9. 6. Ms. Bodl. Digb. 147. In Ms. Oxon. in bibl. publ. Bodl. principium est, "Quantitatum alia continua, alia." Ita etiam Bale et Pits. qui lib. i. tantum recensent. *Exp. super* [*duos libros* Ms. C. C. C. Oxon. 118.] *arithm. Boëthii per Bredon.* "Pr. Quantitatum alia," etc. extat Ms. Bodl. Digb. 98. et Ms. C. C. C. Oxon. 118. Extat etiam *Arithmetica magistri Sim. Bredon, continens sententiam arithmeticae Boëtii*, lib. i. cap. 25. Pr. "Quantitatum," etc. Ms. Norwic. More, 820. [e] *In demonstrationes Almagesti*, lib. ii. "Ascensiones aequalium portionum." In Ms. Norwic. 820. habetur *In quaedam capita Almagesti Ptolemaei*, lib. i. "Nunc superest ostendere quod sit." In Almag. comment. ipsius, ut videtur, Bredonis autographon, Ms. extat in Bodl. Digb. 168. Pr. "Quoniam princeps, etc. Hucusque "seriem textus." In tres autem solummodo comm. restat, reliqui desiderantur: sed vide annon reliqua pars comm. habeatur in Ms. Bodl. Digb. 178. f. 42. [f] Lib. i. Extant etiam *Aequationes earundem*, lib. i. Ms. Cantabrig. in coll. S. Petri xxiv. *De rebus astronomicis*, lib. i. *Theorica planetarum.* Pr. "Circulus excentricus circulus egressae latit." Ms. coll. Univers. Oxon. B. 11. et Ms. Bodl. 98. olim in bibl. Tho. Allen. nunc in Bodl. Digb. 48. ad cujus finem habentur hi versus:

Qui cupis astrorum septem bene scire sophiam,
Hunc lege tractatum, qui continet astronomiam.
Namque domûs Merton hanc fecerat arte potitus
Astronomus Bredon, consocius atque peritus.
O Deus astripotens, animae Bredon miserere,
Cum sanctis statuas, qui dicunt Kyrie Che *

Vide tabulam lat. planet. Ms. Bodl. Digb. 178. f. 5. in quo codice alia sunt Simonis opera. Scripsisse etiam fertur *Tabulas chordarum*, lib. i. "Arcus sinus rectus, sinus versus." *Calculationes chordarum*, lib. i. "Ad alleviationem "laboris calculantium." *De proportionibus*, lib. i. *Logicam quandam*, lib. i. "Sicut dux sui exercitus, sic." *In*

computum

* Κύριε Χι.

BREXVA [JEVAN] poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MD. Lhuyd. Davis.

BREKENDALE [NICOLAUS] magnae notae grammaticus. Constituit ille post Priscianum et alios ejus artis autores tam veteres quam novellos, sed suo more, rationem reddere, quomodo orationis partes invicem distinguendae sint, et quis illarum in constructione servandus sit ordo. Scripsit opus quod *Deponentale* vocabat, lib. i. " Nobis ignota ne deponentia." Ms. Bodl. Digb. 100. *De verborum significationibus*, lib. i. Qu. an idem cum *Comment. in Exoticon*, quod edidit et perlegit in studio Cantabrigiae sub ven. cancellario mag. Stephano de Witton, A. C. MCCLXI (Nic. Brachedel exeunte lectore xv cal. Decemb.) Ita nota ad finem comment. quod Ms. extat in Bodl. bibl. Digby, 100. princ. mutilum. *Sermones dominicales super evangelia*, vol. i. Ms. olim in Monast. Sion. *Sermones de sanctis*, vol. i. Ibidem. Bal. xii. 85. ex offic. Londin. Pits. *App.* p. 888.

BREMBRE [R. de] juris Caesarei et canonici peritus. Scripsit *De sepulturis*. Pr. " De sepultura " capitulum." Ms. in bibl. reg. Westmon. *De rerum permutatione.* Pr. " Ne concessione." Ms. Ibid.

BREMESGRAVE [RICHARDUS] monachus ordinis S. Benedicti in abbatia Eveshamensi, in decretis baccalaureus, suae abbatiae infirmarius, et tandem 30 Nov. MCCCCXVIII in abbatem electus. Scripsit *Registrum gestorum in abbatia Evesham tempore suae praelaturae ; incipiens a festo nat. Domini* MCCCCXVIII. Pr. " Excellentissimo principi domino." in quo multa ad gen. statum regni et ordinis sui. Ms. Cotton. Titus c. ix. Ex cujus fol. 32. videtur hic Richardus etiam scripsisse *De fraterna correctione canonice exercenda.* Pr. " Dicit Augustinus super illud."

BREND [JOHANNES] transtulit in Anglicum sermonem *S. Cypriani conciones duas*, quarum una *De patientia*; altera *De mortalitate*, Lond. MDLIII. 8vo. *Quinti Curtii de rebus gestis Alexandri M.* lib. x. ad Joh. ducem Northumbriae. Pr. " Many have written." Lond. MDLIII. 4to. MDLXXI. MDLXXXIV. MDXCII. 12mo. *Caesaris commentarios* ad quintum usque librum verterat in Anglicum idioma; morte autem praeventus haud finivit. Ita Arth. Golding in dedicat. versioni suae MDLXV praefixa.

BRENDANUS abbas, filius Finlogae, patria Kerriensis (Dempsterus eum Scotum vocat. Stainihurst. p. 39. Connuctensem) ab Erto episcopo educatus. Aetate robustior factus in Britanniam ad Congellum venit, ab eoque in Bannachorensi collegio didicit monasterialis vitae regulas. Brendanus dein in Lancarvanensi Cambricae regionis valle coenobium erexit, eique praefuit annis aliquot: de quo consule Messingham, p. 121. Coenobium Clonfertae in agro Galviano in Hibernia extruxit anno DLVIII, et aliud postea Enaghdunae. In his et in aliis a se fundatis monasteriis, tribus monachorum millibus praefuisse dicitur, qui manuum suarum laboribus victum sibi comparabant. Scripsit juxta Baleum *Confessionem Christianam*, lib. i. " Confiteor tibi, summe, increate" etc. *Chartam coelestis haereditatis*, lib. i. " Quisquis sapiens haereditatem vendi." Haec duo extant Ms. Anglice in bibl. Worsleiana. *Monachorum regulam*, lib. i. *Orationem quam fecit de verbo Dei per Michaelem archangelum.* Pr. " In nomine patris, etc. per annunciationem." Ms. bibl. Bodl. NE. A. 1. 12. Scripsit etiam juxta Arnold. Wion. lib. 2. *Ligni vitae*, et Dempster. ii. 143. *Revelationes de futuris temporibus. Epistolas quasdam. De fortunatis insulis.* Vita ejus per anonymum extat Cotton. Ms. Tiberius D. iii. Pr. " S. Brendanus filius Finlocae nepotis." Obiit Enachdunae 16 Maii anno DLXXVI vel DLXXVII. Corpus vero Clonfertam deportatum ibidem sepulturae est traditum. Waraeus. Bal. xiv. 236. BRENDANUS alius erat Birrae abbas (War. p. 13.) sed nihil scripsit. Vide Adamnanum in *Vita S. Columbae*, lib. iii. c. 2. BRENDANUM alium Scotum abbatem, regi Malcolmo ii charum memorat Dempster. ii. 134. et eum scripsisse tradit, *Quaedam praecepta ad fratres*, lib. i. Claruit anno MLXVI.

BRENLANLIUS cognomine Britannus seu Anglus, philosophus insignis et astrologis infestissimus, scripsit *Contra astrologorum praenotiones libros plures.* Lelandus eum eundem cum Joh. Barwick facit. Vid. supra. Vixisse videtur circa A. D. MCCCXL. Pits. p. 443.

BREWER [ELIZABETHA] Extat *Ejus testamentum supremum*, Lond. MDXCI. 4to.

computum ecclesiasticam Roberti Lincolniensis, lib. i. " Licet " modo in fine temporum." Oxonii adhuc comparet, Bale. Ms. Bodl. Digb. 104. ibid. 28. imp. in fine, ubi inscribitur *Massa compoti*. Item lib. ii. Textus metricus *Computi*. Ms. Bodl. Digb. 98. 228. Ms. Norwic. More, 678. Allenus hunc librum ascribit Rog. Bacono. Ms. Langb. vii. 393. *Super introductorio Alcabitii*, lib. i. *Astronomiam calculatoriam*, lib. i. *Astronomiam judiciariam*, lib. i. *Super aliquot demonstrationibus*, lib. i. *Super Isaiam prophetam*, lib. i. Ms. in colleg. Caii Cant. citante Pitseo. Quaere tamen annon opus Johannis Bredon ? *Conclusiones* v *de numero quadrato*, etc. quas commendat volenti circa quadraturam circuli laborare. Pr. " Omnis numerus quadra." Ms in Bodl. Digb. 178. f. 11. Habentur ibidem f. 13. quaedam ipsius Bredonis manu partim, ubi propositionem a Vitellione in perspectivae prologo ex *Apollonii Pergaei conicis* citatam false constat. Claruit anno MCCCLXXX. Bal. vi. 65. A. MCCCLXXXVI. Pits. p. 541. Est *Memorandum de eclipsi solis scriptum propria manu fratris Simonis de Bredon, canonici de Bridlington, anno* MCCCXXX. Ms. Bodl. Digby 48. Tho. Werkworth mentionem facit Simonis de Bredon, qui circa ann. MCCCXL aequavit motum 8vae sphaerae cum magna diligentia, Ms. Bodl. Digb. 97. Jo. Dee in petitione sua ad reginam Elizab. de reformatione vulgaris calendarii (Ms. C. C. C. Oxon. 254.) saepe laudat Simonem de Bredon, ob observationes suas in astronomia accuratissimas, quas typis mandari optat, et dicit eas Oxoniae factas esse MCCCXLV. Erat Sim. Bredon, M. D. canonicus ecclesiae Cicestrensis, rector de Biddenden (dioec. Cant.) et custos hospitalis de Maidston, qui obiit ante 14 cal. Maii MCCCLXXII, quo die testamentum ejus probatum erat, A. Wood. Ms. Mert. ex Twino 8. In illo testamento meminit multorum librorum mathematicorum et astronomicorum hinc illinc legatorum, partim sc. aulae reginae Oxon. partim aulae de Baliolo et reginae, et praecipue aulae de Merton. necnon variis suis amicis. Addit insuper: " Corpus sepeliendum in abbatia de Bello, si morior infra dietam " a dicto loco." Twin. 8 105.

BREWSE

BREWSE [AEGIDIUS] In Mſ. Bodl. Laud. B. 12. datur *A little book containing certain devotions and directions for prayer and meditation, written by Giles Brewſe.*

BRIAN [JOHANNES] dictus de Cornubia. Scripſit opus magnum continens clxxix folia in folio, cui titulus *Speculum grammaticale.* Pr. " Quoniam ſtudium grammaticorum." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 91. Claruit A. MCCCXLVI, uti patet ex nota in Mſ. Vide Joh. Treviſae notam in *Tranſl. Polychr.* lib. i. c. 59.

BRIANT [ALEXANDER] patria Somerſetenſis in aulam Cervinam apud Oxoniam anno MDLXXIII admiſſus fuit. Poſtea univerſitati valedicens Rhemum profectus eſt, et hinc Duacum, ubi ſacris ordinibus initiatus erat. In patriam denique reverſus in revocandis ad fidem pontificiam popularibus ſuis operam impendit, et 28 April. MDLXXXI deprehenſus carcerique mancipatus, ac poſtea laeſae regiae majeſtatis criminis damnatus, capitali ſupplicio affectus eſt apud patibulum Tiburnenſe, Decemb. 1. anno MDLXXXI, aetatis xxix. Scripſit *Literas ad reverendos patres ſocietatis Jeſu in Anglia degentes.* Princ. " Quoties mecum cogito, reverendi patres," etc. Quarum ſumma erat, ut dignarentur eum in ſodalitium ſuum, antequam e vivis migraſſet, admittere: quod et factum eſt. Extat haec epiſtola in *Concertatione eccleſ. cathol.* p. 229. Angl. Ad finem etiam *Epiſtolae de perſecutione catholicorum in Anglia*, Dovay, 8vo. *Epiſtolas alias quamplurimas.* Vide *Athen. Oxon.* i. 210. Martyrium ejus habetur in *Concertatione eccl. cathol. in Anglia*, Aug. Trev. MDLXXXIII. 12mo. p. 222. Vide *Declaration of the favourable dealing of her majeſties commiſſioners with certain traitors*, MDLXXXIII. 4to. Idem Latine ad finem libri *Juſtitia Britannica* inſcripti, auctore, ut judicatur, Gul. Cecyl.

BRICE [THOMAS] ſcripſit metris Anglicanis *Regiſtrum martyrum et confeſſorum Anglic. temporibus Marianis*, Lond. MDLIX. 8vo.

[a] BRICHEMORUS ſcholis in Iſiacis eximia felicis ingenii ſigna prae ſe tulit. Erat enim non modo acutiſſimus dialecticus, verum etiam naturalium rerum cognitione vel exercitatiſſimus. Extant ejus commentarii in *Elenchos* [b], in *Topica* [c], et libros *Priorum* [d] Ariſtotelis, philoſophorum principis [e]. Ex *Lelando.*

[a] " Brichemorus, idem forte cum Brichemon et Brickemorus " Sophiſta," Mſ. Lel. Trin. " Bricmorus, cognomento " Sophiſta, canonicus erat regularis S. Crucis Edimburgenſis, " unus ex iis, qui e Scotia ex decreto concilii Viennenſis ad Oxonienſem academiam miſſus eſt." Dempſt.

[b] Lib. ii.

[c] Lib. iv.

[d] Lib. ii. Scripſit etiam *Comment in poſteriora*, lib. ii. Bal. x. 89. Pitſ. *App.* p. 828.

[e] Obiit in Anglia MCCCLXXXII. Dempſt ii. 178. Lelandus alibi Brichemorum a Brichemone diſtinguit, ſequentia de illo aſſerens: " Brichemon acute in ſcholis diſputabat: hanc " ſibi ex dialectica Ariſtotelica quidem illa laudem non " morituram peperit. Utque intellexerat auditores acumine " ſuo tum captos, tum detentos, quae Ariſtoteles dialectice " ſcripſit, ille commentariis eo ſaeculo commendatis, ſedulus illuſtravit." Baleus Lelandi hiſtorias utriuſque junxit ſub nomine *Brichemori*, Bal. par. poſt. p. 46. In Mſ. addit. Bal. Mſ. Lel. Trin. dicitur: " Hos duos a Lelando " notatos, unum fuiſſe credo."

BRICSTANUS ſive BRISTANUS, monachus Croylandenſis et ejuſdem coenobii praecentor: muſicus peritiſſimus (ut Ingulphus dicit) et poëta facundiſſimus. Hic, devaſtantibus Croilandiam Danis, fuga elapſus evaſit, et luctuoſam hanc cladem poſtea flebiliter deſcripſit: in quo opere adjuvabat narratio Turgari juvenis monachi, cui ſoli Dani pepercerant. Scripſit itaque *In cineres monaſterii Croilandenſis threnos*, lib. i. Principium ſic habet: " Quomodo ſola ſedes dudum regina do- " morum, Nobilis eccleſia, et nuper amica Dei." Claruit circa annum Domini DCCCLXX. Pitſ. ex Ingulpho. p. 167.

BRIDGES [JOHANNES] vicarius de Hern in comit. Cant. vixit in Italia per 3 vel 4 annorum ſpatium. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Radulphi Gualteri homelias* clxxv *in Actus apoſtolorum.* Pr. ded. tract. comiti Bedford. " My very good lord. Sundry men have." Lond. MDLXXII. fol. *Macchiavelli diſcurſus tres ex Italico*, tranſtulit circa A. MDLVIII. Hujus meminit in dedicatione tract. Gualteri. Claruit apud Hern A. MDLXXII. Unde epiſt. ded. data eſt comiti Bedford.

BRIDGEWATER [JOHANNES] Pitſeo Aquaepontanus, patria Eboracenſis, bonis literis in aula Cervina Oxoniae invigilare coepit circa A. MDL. Anno ibidem exacto ad collegium Aeneanaſenſe acceſſit, ubi anno MDLVI gradum ſuſcepit magiſterialem, et mox ſacris ordinibus initiatus eſt. A. MDLIX 3 Febr. archidiaconus Roffenſis factus, (M. Parker *Regiſt.* f. 151.) ſubſcripſit articulis eccleſiae Anglicanae in ſynodo MDLXII tanquam archid. Roffen. et procurator cleri Roffenſis. Deinde canonicus reſidentiarius eccleſiae Wellenſis, et rector de Porlock in dioec. Wellen. A. MDLXI 16 April. conſtitutus. A. MDLXII ad rectoriam de Wotton Courtney in eadem dioec. praeſentatus; et anno proximo Apr. 14 electus fuit rector collegii Lincoln. Oxon. Hoc anno admiſſus erat ad praebendam eccleſiae Briſtol. qua deprivabatur A. MDLXXVI. Haud diu poſt ad praeſentationem regis fuit rector eccleſiae de Luccomb dioec. Wellen. et Londini in ſervitio domini Roberti Dudley, cui a ſacris domeſticis fuit, ut plurimum degit. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. iv. 179. Anno MDLXX admiſſus fuit magiſter hoſpitalis S. Catherinae juxta Bedminſtre, et anno MDLXXII praebendarius de Compton epiſcopi in dioec. Wellen. Anno MDLXXIV rectoriam collegii Lincoln. et omnia alia beneficia eccleſiaſtica ultro abdicavit, et Rhemos contendit, ubi in ſocietatem Jeſu admittebatur. Scripſit *Confutationem virulentae diſputationis theologicae, in qua Georgius Sohn, profeſſor academiae Heidelbergenſis conatus eſt docere, pontificem Romanum eſſe antichriſtum a prophetis et apoſtolis praedictum.* Aug. Trev. MDLXXXIX. 4to. *Concertationem eccleſiae catholicae in Anglia adverſus Calvino-papiſtas, et puritanos ſub Elizabetha regina, quorundam hominum doctrina et ſanctitate illuſtrium renovata et recognita*, lib. iii. Aug. Trev. MDXCIV. 4to. Hoc opus prius inceptum

inceptum erat à Johanne Gibbono, et Johanne Fenno. *Apologiam martyrum, qua ipsorum innocentia variis rationibus demonstrata*, etc. Extat in tertia parte *Concertationis*. *De persecutione Anglicana.* Extat in prima parte dictae *Concertationis*. Hic liber Aquaepontano a Ribadeneira, Roberto Persons ab ejus continuatore, Philippo Alegamb. attribuitur. *Tractatum contra sex articulos, martyribus propositos*. Claruit Augustae Trevirorum A. MDLXXXIV. Pitf. *App.* p. 868. *Athen. Oxon.* i. 274. seq.

BRIDLYNGTON [JOHANNES] patria Eboracensis, Oxonii studia academica excoluit, teste Capgravio; fuit canonicus regularis ordinis S. Augustini in coenobio Bridlingtonensi, ubi tandem prior factus erat. Scripsit *Carmina vaticinalia*, lib. iii. Lib. i. continet 7 capita. ii. 10. iii. 12. "Febribus infectus requies." Mſ. bibl. Bodl. Digby 89. cum comment. Johannis Erghom. Et Mſ. Digby 186. cum glossa. Erghom ita de his carminibus inquit: "Prima distinctio continet accidentia Angliae a principio hujus prophetiae pro tempore regis Edwardi de Carnarvon usque ad praeparationem belli de Crecy commissi A. C. MCCCXLVI. Secunda distinctio continet accidentia Angliae ab A. C. MCCCXLVI per xvi annos usque ad secundam mortalitatem factam A. C. MCCCLXI. Tertia distinctio continet accidentia Angliae usque ad finem prophetiae" [sc. circa A. MCCCCV.] Ita Erghom in praefatione; ideo hic Johannes Bridlington ante tempora R. Edwardi de Carnarvon vixisse videtur. *Alios versus vaticinales*, lib. i. "Taurus cornutus ex primo." Mſ. bibl. Bodl. NE. E. ii. 17. f. 21. Meminit quorund. Carminum vaticin. Br. Twyn. Pr. "Beware of the "flesh: flee." *Homelias*, lib. i. *Super Psalterium, cum Canticis, Symbolo Athanasii, et oratione Dominica.* Mſ. olim in bibl. monast. Sion. An autem nostri Johannis fuerit, an alius, haud constat. Obiit vi Id. Octob. MCCCLXXXIX. aetatis lx. Post mortem in sanctorum catalogum relatus est. [Nota in pr. et fine Mſ. Digby. 186. testatur eum obiisse circa A. MCC.] vid. Mſ. bibl. Bodl. arch. B. 52. Bale vi. 62. Pitf. p. 520.

BRIDPORT [AEGIDIUS de] sive BRIDLESFORD, archidiaconus Bercheriensis MCCXL, decanus Wellensis MCCLV, et anno MCCLVI episcopus Sarisburiensis (consecratus 25 Martii MCCLVI juxta *Annal.* Burton. 5 idus Martii MCCLVII. juxta *Annal.* Winton.) in primo pontificatus sui anno edidit *Constitutiones synodales*. Princ. "Hae sunt consuetudines." Extant in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. 713. *De fundatione collegii de Vaux in civitate Sarum per hunc episcopum*, vide *Hist. et Ant. Oxon.* i. 91. Obiit Decemb. MCCLXII, et in ecclesia cathedr. Sarum, quae anno MCCLVIII consecrabatur, humatus jacet ab australi parte chori. Godwin. p. 400. Obiit MCCLXIII juxta *Chron. Sarum* Cotton. Obiit die 13 Dec. sepultus in capella S. Mariae Magdal. prope altare in australi parte chori. *Obituar.* Sarum.

BRIGGAMUS [NICOLAUS] natus, ut videtur, apud Cavershamum in agro Oxon. Oxoniae in aula Cervina in literis academicis egregie institutus Londinum se contulit, ubi juri municipali operam dedit sedulam. Anno MDLV ossa Gaufr. Chauceri in novum tumulum marmoreum transtulit, et in capella S. Blasii Westmonasterii splendidius collocavit, compositis et insculptis pro epitaphio versibus. Scripsit *De venationibus rerum memorabilium*, lib. i. Hunc vidit Baleus et saepissime citavit. *Rerum quotidianarum* lib. xii. *Poëmata varia*, lib. i. Obiit Westmonasterii mense Decembr. A. MDLIX. Bal. ix. 48. Pitf. p. 750. *Athen. Oxon.* i. 130.

BRIGHTEFERTUS [a], monachus Rameséganus, vel, ut quidam volunt, Thorneganus, secutus religiose suae aetatis studia, ad mathesin, acerrimorum ingeniorum excitatricem, animum applicavit: in quo eruditionis genere sic postea enituit, ut artem per se claram, depictis graphice organis, et additis commentariis tum doctissimis tum lucidissimis, clariorem redderet. Illustravit praeterea scholiis, non de trivio petitis, Bedae Girovicensis libellum *De natura rerum* [b]: in quo, dum tempora supputat, facile ostendit, quantum in expedita numerorum ratione valeret. Multa ibi *De circulo Paschali* [c], *De Abaco*, *De Asse* et ejus partibus [d]. Hunc ego aliquando a candido Talboto [e], homine mei loci atque ordinis, librum mutuo accepi; et acceptum, veluti avidus helluo, totum profecto devoravi. Ex *Lelando*.

[a] *Bridferthus*, Baleo et Pitseo. Abboni Floriacensi monacho doctissimo familiaris, Bal. discipulus, Whart. *A. S.* loco, ut infra. [b] Lib. i. "Duobus modis dicitur Deus." Pitf. [c] Vidi (ut memini) Saxonice Mſ. in 8vo. apud virum amicissimum Dm. Ashmole, Lond. anno MDCLIV. Ita Cl. Langbainius in nota in marg. Ant. Wood. Pitsei. Extant comm. in quaedam Bedae opera Sax. et Lat. huic Bridfertho adscripta, Mſ. Ashmol. 328. [d] Scripsit etiam commentaria *In Bedam de temporibus*, lib. i "Spiraculo "vitae humanum genus." Olim in bibl. Burien. uti Bostonus habet. Extant *Prooemium et comm. in Bedam de temporibus* "in quo comm. doctas excogitavit figuras," inquit Lelandus, penes Talbotum, loco, ut infra. *In Bedae libellum de loquela per gestum digitorum*, lib. i. *In eundem de ratione unciarum*, lib. i. Extant pleraque cum operibus Bedae, Basil. MDLXIII. *De principiis mathematicis*, lib. i. *De institutione monachorum*, lib. i. Pitf. 178. Extat *Vita S. Dunstani* (apud Mabillon. *Act. Bened. saec.* v. p 654. Et *Acta sanctor.* Antwerp. Maii tom. iv. p. 344) scripta per B. sacerdotem Saxonicum: hunc fuisse Bridferthum Mabillonius conjicit. Vide Wharton. *Angl. Sacr.* tom. ii. Pr. ix.

[e] In libro hujus Talboti etiam meminit Lelandus (*Coll.* iii. p. 113.) *Doctissimae figurae editae ab hoc Bridfertho de concordia mensium et elementorum.* In eodem Talboti libro apud Lel. *Collect.* iii. 113. *Calendarium, in quo festi dies per singulos menses carminibus notantur.* "Videtur (quamvis "pro certo affirmare non ausim) hoc calendarium a Brightferdo fuisse scriptum; ita enim illius *Comm. in librum* "*Bedae de natura rerum* adhaeret, sed sine autoris nomine. "Quisquis scripsit, non indocte scripsit." Haec Lelandus. In hoc *Calendario* sunt notae mensium juxta Senecam. Claruit A. D. DCCCCLXXX. Bal. ii. 35.

BRIGHTUS [TIMOTHEUS] in academia Cantabrigiensi medicinae studiis incubuit et lauream doctoralem reportavit, postquam in philosophicis aeque ac theologicis literis haud inutilem navasset operam. Cujus intuitu rector ecclesiae de Metheley in agro Eborac. A. MDXCI constitu-

tus fuit. Scripsit *Medicinae therapeuticae partem de discrasia corporis humani.* Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Animadversiones in G. A. Scribonii physicam.* Cantabr. MDLXXXIV. 8vo. *Treatise of melancholy.* Lond. MDLXXXVI. 8vo. *Hygieina, seu de sanitate tuenda....* Lond... 8vo. *De sanitate restituenda*, lib. i. Francof. MDLXXXIX. *An abridgment of Fox's acts and monuments of the church.* Lond. MDLXXXIX. 4to. Obiit A. MDCXV. Ms. A. Wood. C. 38. *Athen. Oxon.* i. 406. Pitf. *App.* p. 912.

BRIGHTWELL [RICHARDUS] scripsit *Revelationem antichristi in Daniel.* viii. 23. 24. 25. *cum antithesi inter Christum et papam.* Pr. pr. "Grace, mercy, and the peace of God passing." Marburgi in Hessia MDXXIX. 8vo. "*A boke of Luther* translated into English in the name of "Brightwell; but as I am inform'd, the boke was translated by Frith." Sir Tho. More's *Opp. Anglic.* p. 342.

BRIGIDA virgo Fochardae, ad tertium lapidem a Dundalkit, ut vult Messingham, in agro Louthiano nata, vixit plerumque Kildarae in coenobio a se constructo, cui abbatissa praefuit. Waraeus, p. 8. Vitam traxisse per multos annos dicitur in insula juxta Glastoniam Bekery dicta Joh. Glaston. Ms. *Monast. Anglic.* i. 2. Praeter quod Baleus, Cent. xiv. 11. hanc virginem foede conspurcasset; ei adjudicat *Revelationum* lib. i. (in priore editione lib. xii.) ex loco Giraldi lib. ii. *De mirab.* cap. xxxix. male intellecto. Giraldus enim loquitur tantum de libro *Concordantiae* iv *evangelistarum* variis figuris ornato, et ad usum Brigidae, angelo dictante, conscripto. Hunc Balei errorem sequuntur Stanihurstus p. 39. Eisengreinius et Possevinus in *Appar. Sacro, in Catal. test. verit.* Cum vero de *Revelationibus* hisce nec apud Cogitosum, nec apud aliquem e vetustis vel recentioribus vitae S. Brigidae auctoribus, extet, quod sciam, ulla mentio; non possum non autumare opus esse suppostitium, et rectius Brigidae Sueticae adscribendum. Waraeus. *S. Brigittae revelationes* impr. Nuremb. MDXXI. fol. *Vita* ejus per Cogitosum extat apud Canisium et Messingham. Messingham f. 192. sunt duo hymni de hac sancta. Princ. prioris. "Adest dies laetitiae." Princ. secundi. "Christo canamus gloriam." De translatione ejus, Messingh. 206. Decessit septuagenaria 1 Febr. quo die memoria ejus celebratur, anno Christi DXXI. aliis DXXIII. Waraeus. Vid. Dempster. ii. 144. In ecclesia S. Patricii in Duno sepulta. Messingh. 207.

BRIMLE [RICHARDUS] musicus: *The whole book of Psalms set to 4 parts by Ric. Brimle.* Will. Parsons, etc. Lond. MDLXIII.

BRINKELAEUS [GUALTERUS] frater minorita ordinis S. Francisci, S. theol. doctor Oxoniensis scripsit, *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. "Utrum per aliquam disciplinam." *Distinctiones scholasticas*, lib. i. "Ad sciendam primam originem." *Determinationes*, lib. i. "Sit "aliqua conclusio theologiae." *In varia opera Aristotelis accuratos commentarios.* Claruit anno MCCCX. Bal. xi. 9. Pitf. p. 395. Wadding. p. 148. seq.

BRINKELOW [HENRICUS] civis et mercator Londinensis, religionis reformationi favens, scripsit sub nomine Roderici Morsii *Querelam ad parliamentum Angliae*, lib. i. c. 25. "O mercy-"full Father, almyghty God." Genev. Allobrog.... 8vo... Savoy... 12mo. Genevae by Mighel Boys... 12mo. *The lamentation of a Christen against the citie of London*, lib. i. "Oh "Lorde God Father of mercy and God."... MDXLVIII. 12mo. *Expostulationem ad clerum*, lib. i. Obiit MDXLVI. Londini sepultus. Bal. par. post. 105.

BRINKNELL [THOMAS] collegii Lincoln. Oxon. alumnus, dein scholae grammaticae collegio D. Magdalenae vicinae archididascalus, anno MDVII. S. theologiae doctor evasit. A. MDX. 7 Jan. collatus ad praebendam de Marston S. Laurentii in ecclesia Lincoln. ita in *Reg.* Gul. Smyth. et eodem anno et die ad hospitium S. Johannis Banbury. A. MDXXI S. theologiae professor publicus ex institutione Card. Wolsaei factus. Scripsit *Tractatum contra doctrinam M. Lutheri.* Claruit anno MDXXI. *Athen. Oxon.* i. 14.

BRINTON [THOMAS] BRITO sive BRAMPTON, monachus Benedictinus Norwicensis, postquam studiis invigilavisset in academia Oxon. (ubi S. theol. baccalaureus, uti A. Wood. Ms. Glynn. decretorum doctor, uti Whart. *A. S.* i. 379.) et Cantabrig. Romam se contulit, ubi ob concionandi munus magnam sibi conciliavit famam, et poenitentiarius ecclesiae Romanae, ac tandem episcopus Roffensis designatus provisione papali A. MCCCLXXIII. Regi Richardo ii fuit a confessionibus. Scripsit *Sermones coram pontifice*, lib. i. "Gaudete in Domino." *Sermones alios solemnes*, lib. i. Obiit A. MCCCLXXXIX; et sepultus est in ecclesia de Seale in dioec. Roffensi. Weever, *Fun. Mon.* p. 325. Bal. xii. 12. Pitf. *App.* p. 913. Godw. p. 577.

BRISINGAMIUS[a] [HENRICUS] celeberrimi nominis Franciscanus, Isiacos, chorum eruditissimum, Isiacus et ipse coluit. Saeculum vero, in quod incidit, non erat infelix, nisi quid infinita elenchorum vis, aliquanto importunius, se in scholas ingessisset. Franciscani primas in sacrarum literarum interpretatione cathedras sibi dari poscebant: et erant certe dignissimi illa majestate. Praelegebat id temporis in schola Franciscana Thomas Dochingus, philosophus, suorum opinione, atque theologus accurate doctus. Sed arcus intensus aliquando remittendus. Sic et assiduus Dochingi in praelegendo labor quiete reficiendus. Adfuit Henricus, et vices ejus multa industria, diligentia quoque, et alacritate plane expeditissima supplevit. Isiaci non inerudito

[a] De hoc auctore omnia et Baleus et Pitseus mutuati sunt a Lelando. Scripsit *Summam de sacramentis.* Ms. in bibl. Bodl. inter cod. Laud. D. 56. 5. A. Wood, *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 73.

applau-

applaudebant doctori; tum praeterea et ejus merito assurgebant autoritati, quae una cum praelectione theologica, quam ille numero inter suos octavus exegit, in scholis insigniter aucta est Franciscanis [b]. Ex *Lelando*.

[b] Claruit ann. MCCLXXX. Bal. x. 77. Pitf. *App.* p. 862. ann. MCCLX. A. Wood.

BRISTOLIUS [RADULPHUS] ab urbe natali cognomen habens, in Hibernia enutritus, ubi primus ecclesiae S. Patricii thesaurarius. A. MCCXXIII consecratus est episcopus Darensis; et obiit A. MCCXXXII. Scripsit *Vitam Laurentii archiepiscopi Dubliniensis*. War. p. 120.

BRISTOLLIUS [RICHARDUS] Wigorniae natus, aedem Christi Oxon. liberalium artium excolendarum gratia adiit; ubi A. MDLIX artium baccalaureus, et post biennium magister admissus fuit. Postea inter socios D. Gulielmi Petre in collegio Exon. ab ipso fundatore nominatus est. A. MDLX Oxoniae pariter ac fidei, in qua educatus erat, valedicens Lovanium contendit, et mox opera card. Alani primus moderator et theologiae professor collegii Anglicani Duaci, et tandem a card. Alano accersitus Rhemensium scholarum praeses renunciatus est. Clanculum in Angliam A. MDLXXXI valetudinis recuperandae gratia trajecit, et proximo anno prope Londinum obiit. Scripsit *A brief treatise of divers plain and sure ways to find out the truth in this doubtfull and dangerous time of heresy, containing sundry motives unto the catholic faith: or considerations to move a man to believe the catholics, and not the heretics.* Pr. pr. "We that live now at this time." Antverp. MDLXXIV et MDXCIX. 12mo. Libro huic respondit doct. Will. Fulke Cantabrigiensis. *Reply to Will. Fulke in defence of Dr. Allen's scroul of articles and book of purgatory.* Pr. pr. "It may serve greatly to "thy edification." Lovan. MDLXXX. 4to. *Anti-haeretica motiva omnibus catholicae doctrinae orthodoxis cultoribus pernecessaria*, lib. ii. Atrebati. MDCVII. MDCVIII. 4to. Liber hic, qui maximam partem prioris intit. *A brief treatise of divers plain, etc.* continet, Latine versus fuit a Thoma Worthingtono tit. ut supra. *Demands (fifty one in number) to be proposed by catholics to the heretics.* Pr. "Understanding, gentle reader, that many are." Impress. in principio anni Antverp. MDLXXVI. 12mo. Praefat. contra Fulk. *A defence of the bull of p. Pius* V. *Annotations on the New Testament; translated into English at Rheimes. Veritates aureas S. R. ecclesiae autoritatibus veterum patrum*, etc. . . . MDCXVI. 4to. *Carminum diversorum*, lib. i. Latine. Habetur carmen ejus encomiasticum praefixum *Logicae* Sandersoni, Antverp. MDLXXXIX. 8vo. *Calvino-Turcismum hunc Bristollium* scripsisse dicit O. Walkerus in notis Mss. in catalogo bibl. Bodl. qui sub nomine Gul. Reginaldi prodiit Antv. MDXCVII. 8vo. *Athen. Oxon.* i. 211. seq. Fuller, *Ch. Hist.* ix. 142.

BRITANNUS [ROBERTUS] Cambrius, proprie BARTUNUS Scotus. Scripsit *Encomium agriculturae*, lib. i. Paris. MDXXXIX. fol. Pitf. *App.* p. 900. Scripsit etiam juxta Mf. Hatton. *Orationes duas de pace et philosophia. De parsimonia. De optimo statu reipubl. et deploratione Gul. Bellaii. Rationem scribendarum epistolarum.* Quaedam ex Plutarcho transtulit.

[a] BRITHUS [GUALTERUS] Maridunenses, chorum doctissimum propter ripas Isidis, coluit: unde et ipse merito eorum numero adscriptus est. Accrevit illius in immensum fama, parta illustri ab eruditione tersa existimatione. Mathesin arcta sibi devinxerat copula: quo connubio laetus, non modo numeros et rerum symmetriam; verum etiam ipsos astrorum motus sedulitate plane mirifica perscrutatus est. Hinc, posteritati gratus atque utilis esse percupiens, *Theoricam* [b] *omnium planetarum* exquisitissime edidit [c]. Ex *Lelando*.

[a] Gualterus Britho, Bal. Pitf. [b] Lib. i. "Omnia, "quae a prima rerum origine." Mf. olim in bibl. Tho. Allen. Mf. hujus princ. *De Algorismo Johannis de Sacrobosco* extat Mf. Bodl. Digb. 190. f. 190. b Mf. Bodl. NE. A. 2. 14. C. 3. 4. Mf. Ashmol. A. Wood, incipit. "Circulus eccentricus egressae cuspidis." Ita etiam Mf. bibl. Univers. colleg. C. 12. Mf. Bodl. NE. C. iii. 15. et Mf. NE. F. 9. 5. et F. 10. 11. [c] Hic Wiclevi sectator, et ejus opinionum tenax scripsit, praeter *Theoremata, De auferendis clero possessionibus*, lib. i. *Tractatum algorismalem*, lib. i. "Sequitur ad radicum extractionem." *De rebus mathematicis*, lib. i. Extabat olim (uti ex nota in pr. libri patet) Mf. Bodl. Digby. *Chirurgia Walteri Brit*, hujus forsan auctoris, sed nunc non habetur in illo codice, sed ejus loco extant *Medicamenta quaedam*, Anglice. Claruit A. D. MCCCXC. Bal. vi. 94. Pitf. p. 548.

BRITHWALDUS sive BERTHOWALDUS [a] monachus ipsis adolescentiae annis Glessoburgi vitam duxit solitariam; eamque inter suos, virtutis et scientiae penitioris titulo, cum laudem, tum existimationem sibi comparavit, ut tandem communi suffragio, mortuo Bregoredo, viro longe sanctissimo, cujus nomen alteri pyramidum Avaloniae in sacro coemeterio inscriptum est, abba quartus ab Worgresio Glessoburgensis designatus sit: id quod manifestissimum ex libro Gulielmi a Meildulphi-curia *De antiquitate Glessoburgensi*: in quo etiam Beorwaldi nomen adjunctum Bregoredo in pyramide affirmat. Unde veram nominis ejus tum orthographiam, tum etymon deprehendere licet; BEORWALDE Saxonicum, Latine URSINA SILVA. Dubitat Maildunensis quo factum consilio, ut, relicto Glessoburgo, monasterio non modo antiquissimo, verum etiam famosissimo, Cantium migraret. Ego vero hic conjecturam interponere meam non gravabor. Monachi id temporis eximiae literarum cognitioni rectius insudabant, quam fortunarum splendori. Erat eo saeculo Theodorus Cilix,

[a] Brithwaldus, Mf. Lelandi Trin. Bal. i. 99. Pitf. p. 128. "Non longe a Glastoniensi monasterio natus." Pitf. S. Britwaldus vel Bertwaldus (Voss. *De hist. Lat.* 752.) Bedae memoratur lib. v. cap. 9. "Filius fuit fratris Ethelredi regis "Merciorum." Autor *Antiq. coenobii Glaston.* A. Wood. Godwin. Mf.

Duro-

Durovernensis archiepiscopus, vir [b] in omni bonarum artium genere ad miraculum usque eruditus. Nec longe inferioris notae fuit Adrianus Afer, abba sani Augustiniani, Duroverni Cantiorum. Ad hos, tanquam ad bonarum literarum fontes ipsos, Saxonum turba ingenuorum confluebat ingenti juxta ac ardenti studio discendi. Crediderim hanc fuisse causam commigrationis Beorwaldi. Utcunque fuit, habuit ille quidem successus abunde laetos; nam abba Raculphi [b] castri, non procul a Thanato insula, constitutus est: quod acceptum monasterium mirifice auxit. Jam senii totus confectus morbo, Theodorus diem obiit; et Beorwaldus solus dignitati archiepiscopi [c] aptissimus visus est. De hac successione sic scribit Beda octavo libri quinti *Anglo-Saxonicae historiae* capitulo: "Successit Theodoro in archiepiscopatum Berchtwalde, qui erat abbas in monasterio, quod, juxta "ostium aquilonale fluminis GENGLADE positum, RACULF nominatur, vir [d] scientia Scriptura-"rum imbutus." Haec Beda. Quem quoniam ab eruditione collaudat, ego significandum puto scripsisse eum egregium plane libellum, *De origine et institutione Eoveshamensis monasterii*, in gratiam Egvini, episcopi Wicciorum [e]. Quantum vero sedi profuerit Durovernensi, Gervasii *De archiepiscopis Cant.* liber ostendit [f]. Ex *Lelando*.

[b] Quod tunc Geulade vocatum erat; juxta Birchington. [c] Electus fertur archiepiscopus Jul. 1. anno DCXCII. Godwin. 62. Primus Anglicus episcopus. Birchington. *Antiq. Glast.* Higdeni *Polychr.* Vid. infra in Theodato. [d] "Vir scientia Scripturarum imbutus, et ecclesia-"sticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instru-"ctus." *Chron.* S. Crucis Edinb. [e] Scripsit *Vitam et res gestas Egwini, episcopi Vigorniensis*, lib. i. [Lib. iv. pr. lib. "Immensas summo salvatori" juxta Mf. Cotton. Nero. E. 1.] Pr. "Temporibus regum Adelredi atque." Mf. bibl. Bodl. Digb. 112. Fr. Godwinus fragmentum illius vitae, quae a Brithwaldo composita ex Mss. edidit; subdit enim *Haec ille* —— At cum isthic mentio fiat ruinae ecclesiae Eveshamiensis factae temp. Edgari regis, qui anno DCCCCLIX regnum adeptus est, qui potuit S. Brithwaldus, an. DCCXXXI mortuus, id scripsisse? Bolland. *Act. Sanct.* 1. 707. Extat *Vita* illa in cod. valde vetusto bibl. Cotton. Nero, E. 1. Hanc *Vitam* Capgravius abbreviatam, nonnullibi etiam turpissimis fabulis vitiatam, in legenda sua nova f. 123. reposuit: Whart. *Angl. Sac.* vol. i. 470. *De origine Eveshamensis coenobii*, lib. i. [f] In synodo Londinensi, A. D. DCCXII. mortuorum imagines venerandas, et missas ante illas celebrandas Constantini Rom. pont. decreto praecepit, Bal. i. 99. Obiit A. D. DCCXXXI. Jan. 9. juxta Bedam, et in coenobio Augustiniano sepultus est. Archiepiscoporum nullus ad hunc usque diem sedem Cantuariensem tam diu tenuit: praefuit nempe sex menses ultra annos 38. (Godw. 63.) Annos 37. juxta Bed. lib. v. c. 4, Videsis epitaphium ejus a Beda conscriptum apud Leland. *Collect.* ii. p. 112.

[a] BRITONEM [GULIELMUM] ex fraterculorum genere, nostratem fuisse, tum ex nomine, tum alias conjecturam facio: at interim pronuncio certi nihil. Frequens erat ejus *Lexicon* [b] in academiis [c], Bibliae videlicet interpres, quantum ad obscura vulgo literatorum vocabula pertinebat [d]. Unde et famam eo tempore celebrem nactus est. Illud plane suo non caret sale, quod [e] Standicius, fani Asaphi episcopus, Erasmo incomparabili aemulus Britonis autoritatem objecerit [f]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Breton Bal. patria Camber, professione Franciscanus. [b] Sive *Vocabularium Bibliae*, lib. i. Pr. pr. "Difficiles studeo partes quas Biblia gestit." Pr. l. "A. "litera, sicut dicit Isidorus." Mf. coll. Corp. Christi Cantabr. N. 40. et in bibl. coll. Baliol. Oxon. xi. Mf. Langb. Mf. vidit Pitseus in bibl. Augustinianorum prior Montis sancti in Lotharingia. Opus prosa, prooemium vero et epilogum carmine Hexam. [c] Unde Johannes Peckam in ordin. collegii Merton Oxon. praecipit: "Praeterea libros Pa-"piae et Hugulionis cum summa Britonis vobis volumus "procurare." Mf. Langb. Baliol. p. 9. [d] Scripsit etiam secundum Baleum et Pitseum, *In prologos Bibliorum*, lib. i. "Ad evidentiam hujus epistolae." *In elenchos Aristotelis*, lib. ii. "De sophisticis autem elenchis." *Quaestiones elenchorum*, lib. ii. *Grammaticalia quaedam*, lib. i. *In Porphyrii isagogen*, lib. i. *In praedicamenta Aristotelis*, lib. iii. *In perihermenias*, lib. ii. *In sex principia*, lib. i. *In divisiones Boethii*, lib. i. *In dicta Alexandri Neckam*, lib. i. Praeter haec extabant olim in bibl. monaster. Sion. *Brito de significationibus terminorum secundum ord. alph. Brito de naturis rerum sive terminis naturalibus.* His addit Pitseus *Bibliothecam S. S. patrum*, lib. i. Mf Oxon. in bibl. Baliol. Idem est cum lexico, quod in coll. Baliol. Mf. C. 15. titulum gerit, *De scriptis SS. patrum*, Mf. Langb. *Idem opus abbreviatum*. Mf. Cantab. in coll. Corp. Chr. Q. x. 2. Gul. Britonis Aremorici, lib. xii. *Philippidos*, sive poëma heroicum de rebus Philippi, Francorum regis, ad Ludovicum ejus filium, post Pithaei et Duchesnii editiones, una cum copiosis Casparis Barthii annotationibus, lucem aspexere Cygneae MDCLVII. 4to. Vid. Fabricii *Bibl. Lat.* 230. [e] *Henricus* inserit Mf. Lel. Trin. [f] Obiit Gul. Brito apud Grimmesby anno MCCCLVI. Bal v. 89. Pits. p. 481. Vide Spelman. *Aspid.* p. 45. seq. Quidam Gul. Brito Armoricanus, poeta historicus, floruit temp. Ric. i. Mf. Harley. Bal. Ind. Alius Gul. Brito occurrit justiciarius regis circa MCCLVIII. *Monast. Angl.* i. 242. Quidam Gul. Brito, testis cartae Anselmi, abbatis Buriensis S. Edm. subscripsit post Radulphum sacristam. in *Regist.* Burien. Nowell. 41.

BRIXIUS monachus Scotus, prior coenobii de Lesmahago, et tandem episcopus Moraviae. Scripsit *Super sententias*, lib. iv. *Homilias*, lib. 1. Obiit anno MCCXXII. Dempster. ii. 183.

BROKE [ARTHURUS] transtulit ex Gallico in vernaculum *The agreement of sundry places of Scripture, seeming to jarre*, etc. Princ. pr. "Some men heretofore have attempted." Lond. MDLXIII. 8vo. Ex carmine sub finem libri, a Tho. Broke juniore confecto, liquet Arthurum nostrum ante annum MDLXIII naufragio periisse.

BROKE [ROBERTUS] filius Thomae apud Claverlejam in comit. Salop. natus (Baklin in com. Suff. juxta Fuller's *Worthies*, iii. 65.) Oxoniae literis academicis imbutus fuit; dein studiis juris municipalis in Medio Templo Londini sedulo invigilavit; ubi A. MDXLII electus erat praelector aestivalis; et MDL praelector quadragesimalis. A. MDLII factus est serviens ad legem, et anno sequente summus communium placitorum justitiarius et eques auratus. Fuit Londinensis civitatis recordator (uti habet Stow, 608.) et prolocutor inferioris parliamenti domus. Scripsit *An abridgment containing an abstract of the year-books 'till the time of qu. Mary*, Lond. MDLXXIII. fol. et MDLXXVI. MDLXXX. 4to. *Certain cases adjudged in the time of K. Henry* viii. *Edw.* vi. *and qu. Mary, from* 6

Henry

Henry viii *to the* 4 *of qu. Mary*. Pr. " Home recover per def." Lond. MDLXXVIII. MDCIV. MDCXXV. 8vo. . *Reading on the statute of limitations* 32 Henr. viii. c. 2. *A treatise proving by the kings laws that the bishop of Rome had never right to any supremacy in this relme.* London by Tho. Berthelet, MDXXXVIII. Which treatise was generally supposed to have been penn'd by justice Brook, uti vult Bancroft about *Prohibitions*. Mſ. *Regiſt.* Burien. Novel. Vide tamen annon Chriſt. de Sancto Germano potius auctor ejus fuerit. *Lecturas in cap.* XVIII *Magnae Cartae*. Pr. " Si home treſpaſſe or imagine." Mſ. Norwic. More 327. Fletewod, *Juſtice of the peace*, p. 90. citeth the *Travel* of Sir Rob. Brook, knight, chief juſtice, *upon the* xvii *chapter of Magna Charta.* Pr. " Nullus vicecomes, conſtabularius. Obiit A. MDLVIII. 5 Sept. et in eccleſia Claverly com. Salop. ſepultus eſt. Mſ. Aſhmol. 854. p. 230. *Athen. Oxon.* i. 109. Alius ROBERTUS BROKE fuit armiger, ſerviens ad legem et civitatis Londinenſis recordator, ſub cujus nomine extant, *Readings on Magna Charta*, cap. 16. Lond. MDCXLI. 4to. Hic 1 Febr. A. MDXCVII ſepultus eſt in eccleſia S. Margaretae Weſtmonaſt. Ita in *Regiſtr.* eccleſ.

BROKE [THOMAS] ſcripſit *Certain meditations and things to be had in remembrance, and well conſidered by every Chriſtian before he receive the ſacrament of the body and bloud of Chriſt*; *compiled by* T. Broke MDXLVIII. 17 Aug. Pr. " Firſt it is to be noted, that all." Lond. MDXLVIII. 12mo.

BROKUS [JACOBUS] patria Hantonienſis, natus menſe Maio A. MDXII, ſcholaris collegii Corporis Chriſti electus A. MDXXVIII, et poſt triennium ſocius. Deinde, poſtquam aliquot annos theologiae operam dediſſet, gradu doctorali in eadem facultate decoratus eſt A. MDXLVI. Proximo anno ad praefecturam collegii Baliolenſis evectus, et, regina Maria regni faſces tenente, A. MDLIV ad epiſcopatum Gloceſtrenſem. A. MDLV papae vel card. Poli delegatus exiſtens Cranmerum, Ridlaeum, et Latimerum igni damnavit. Scripſit Anglice *A ſermon very notable, fruictefull and godlie, made at Paules Croſs the* xii *daie of Novembre in the firſt yere of the gracious reigne of our ſovereignè ladie queene Marie*; *on Matth.* ix. 18. ſuper Angliae defectione a papa. Princ. " Domine, filia mea defuncta eſt, etc. These words of the." Lond. MDLIII. 12mo. et MDLIV. 8vo. Haec forſan concio eſt liber Broko aſcriptus per H. Latimerum in Fox. edit. i. 1366. Pitſeus procul dubio fallitur, dum Brokum hunc edidiſſe refert *Concionum ſolemnium* lib. i. quem extare Lond. MDLIV, et ſe vidiſſe dicit in biblioth. Benedictinorum Anglorum Delowariae. *Orationes, diſputationes*, etc. Oxonii 12 Martii A. MDLV, etc. in examinatione Tho. Cranmeri habitas. Extant in J. Foxii *Actis et monum. eccleſiae*. Obiit menſe Februarii A. MDLIX; et ſepultus jacet in eccleſia ſua cathedrali. *Athen. Oxon.* i. 133. Bal. par. poſt. p. iii. Pitſ. p. 753.

[a] BROMEARDUS [JOANNES] inter Dominicanos vir eximiae famae fuit: Iſidis Vadum, urbem eruditorum nutricem, excoluit [b]. Legum conſultiſſimus fuit, et in theologia feliciter verſatus. Scripſit duo volumina, quorum primum *Diſtinctionum* [c] titulo inſcribitur, alterum vero *Summae praedicantium* [d]. Geſnerus tertium addit, *Summam juris moralis* [e]. Neque eſt quod quiſquam calumnietur, quia libri nominibus hujuſmodi inſcripti. Sic ea tulit aetas, quae doctioreis quam eloquentioreis tulit [f]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Bromiardus, ſeu Bromyerde. [b] " Poſt-" quam aliquot annos Oxonii ſtuduiſſet, Cantabrigiam ſe " tranſtulit, ubi SS. theologiae doctor creatus eſt. Do-" ctrinas eccleſiae pontificiae Romanae contra Wicleviſtas " in ſynodo Londinenſi defendit." [c] *Diſtinctiones theologicae* CLV. (Mſ.) lib. i. Bale. Pitſ. " Ambulemus, " Rom. xiv. etc." Mſ. in Bodl. Sup. D. 1. Art. 123. ubi ad finem haec nota: " Finitur haec brevis compilatio " in feſto S. Valentini A. D. MCCCCIX." [d] Lib. ii. " Abſtinentia ſuum inimicum, i. e. carnem debilitat." Mſ. Oxon. in colleg. Oriel. x. " Praedicantium vita, ſecun-" dum B. Gregorium, abſtinentia." Bale. Pitſ. In Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 7 E. iv. vocatur *Summa praedicatorum, ordine alphabetico*. Eſt alphabetum locorum communium, quo capita doctrinae Chriſtianae ſecundum literas alphabeti explicantur. In Mſ. Cantab. coll. Petri 260. datur *Pars prima ſummae praedicantium*. Secundus liber incipit a litera *M*. In Mſ. Cantabr. coll. Petri 247. datur *Summae praedicantium pars ſecunda*. Pr. a litera M. Extat Norimberg. MCCCCLXXXV. fol. Venet. MDLXXXVI. fol. vol. ii. Antwerp. MDCXIV. fol. [e] Lib. i. Pr. pr. " Quod " in ſequente [tractatu. Mſ. Weſtmon.] opuſculo jura." Pr. l. " Abbas non poteſt in duobus monaſteriis." Mſ. bibl. reg Weſtmon. uti infra. Inter libros, quos in eccleſia S. Petri Weſtmon. olim viderat Lelandus, occurrit *Tractatus Johannis Bromiard applicans jura canonica et civilia ad materiem moralem. Coll.* iii. p. 48. In Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 10. C. x. et cod. aulae Pembr. Cantab. 122. titulus eſt, *Tractatus juris civilis et canonici ad moralem materiam applicati*. Ita etiam in Mſ. Lambeth. 58. et 23. ſed hic codex eſt imperf. deſinens in verbo " Amicitia." Tractatus eſt ordine alphabetico: ſcripſit etiam *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de ſanctis*, lib. i. *Sermones Dominicales et feſtivales*. Olim Mſ. in bibl. monaſt. Sion. *Regiſtri* lib. i. *Summam de B. Maria virgine*, lib. i. *Opus trivium*, lib. i. Extat . . . . 1500. fol. cura Sim. Bertherii. *Collationum* lib. i. *Exhortationum* lib. i. Mſ. in bibl. publ. Cantab. *De miſſarum celebratione* lib. i. " Magna utilitas quam bonus." Mſ. Oxon. in colleg. Merton. L. iv. 1. Juriſp. Eſt tantum pagina ex *Diſtinctionibus* hujus autoris deſcripta. *Perſuaſionum*, lib. i. *De legibus ordine alphabetico*, lib. i. Mſ. Oxon. in coll. Novo, 223. *Tractatum juris civilis et canonici ſecundum ſenſum moralem ordine alphabetico*, lib. i. Pr. pr. " Quod in tractatu ſe-" quenti jura." Pr. l. " Abbas non poteſt in duobus " mon." Mſ. Cantab in aula Pembr. 122. et Oxon. in coll. Novo 223. ad cujus finem, " Explicit tractatus " Johannis Bromyard, ord. fratrum praed. Cantabrig." Idem forſan cum priore . . . . . . *Dictionarium theologicum*, lib. i. " Quod in tractatu ſequenti." *Contra Wiclevitas*, lib. i. *Tabulas utriuſque juris*, lib. i. " Ab in-" fantia et teneris annis." Tabula ad finem tractatus in colleg. Novo, 223. incipit, " Ab infantia ſunt parvi " bene." [*Super oratione Dominica* . . . . *De proviſionibus eccleſiarum*. Olim Mſ. in bibl. monaſter. Syon.] *Quaeſtionem brevem ſuper virtute harmoniae ad expellendum daemones ab obſeſſis corporibus*. Mſ. in bibl. Merton. D. 8. 10. Theol. A. Wood, Mſ. Pitſ. [f] Claruit anno MCCCXC. Bal. viii. 4. Pitſ. p. 551.

BROMEFELDUS[a] [EADMUNDUS] fani Eadmundi monachus, tam insigniter eruditus fuit, ut facile crediderim nullum unquam in illo collegio fuisse eruditiorem. Si quaeras unde id sciam, non gravabor justam, humanissime lector, rationem tibi reddere. Nuper, cum Tinense monasterium, loci antiquitate illectus, inviserem, incidi in *Chronicon*, a quodam monacho Albanensis coenobii scriptum, cujus tamen nomen, quamvis a me diligentissime quaesitum, nusquam elucebat; statimque coepi, quae mea fuit aviditas, annalium seriem cita lectione percurrere. Inter percurrendum vero cum alia multa vulgo literatorum incognitissima, tum hoc etiam didici, nempe Bromefeldum Romae studuisse, et eo doctrinae pervenisse, ut apud Palatinos, Palatinus et ipse[b], in maximo honore esset, quod publice praelegeret. Insuper ipsum Romanum pontificem tanta illum gratia prosecutum fuisse, ut non prius in Angliam reversus sit, quam Tavensis episcopus ab eo designatus esset[c]. Tava autem antiqua et celebris urbs est Cambriae, a Tava flumine, in cujus ripis sita est, sic dicta. Quid ego hic tempus accusem, per cujus invidiam factum est, ut ne pagella quidem, quod sciam, librorum, quos scripsisse fertur, extet. Vixit regnantibus Eadveardo tertio et Richardo secundo[d]. Ex *Lelando*.

[a] "Edm. Bromfelde, Bedericensis, seu ad fanum Eadmundi in Sudovolgia monachus," etc. Ita legit Ms. Lel. Trin. [b] "SS. th. fuit doct. et procurator Romae totius "ordinis Benedictini in Anglia. Abbas coenobii sui a papa "renunciatus est an. MCCCLXXVIII. In Angliam vero re- "versus, a rege primo in turrem, dein in castrum Notingh. "compingitur, quia invaserat abbatiam auctoritate episcopi "Rom. contra decreta Angliae. Post decennium fere factus "est episcopus Landavensis, sc. 17 Dec. 13 Ric. ii. (non "iii. uti Godwinus) Fortasse ad aliam abbatiam a papa "provisus erat, nam appellatur in brevi regio *Abbas mona- "sterii Silvae majoris, ordinis S. Benedicti, Burdegalensis "dioecesis, et scholarum palatii apostolici in sacra theologia "magister*" Godw. p. 637, 638. quem consulat lector. Consulat etiam *Chronicon Pershor.* apud Leland. *Coll.* i. 296. "Edmundus Bromefelde, de Burgo Edmundi, fuit "electus in abbatem Burgi * ab episcopo Romano, sed rex "eum admittere noluit: postea electus fuit in abbatem "S. Crucis Burdegalis, quod munus quia sprevit, Winde- "sorae in carcere detentus fuit." *Contin. Polychron.* in bibl. Magd. Oxon. 69. Vide etiam Leland. *Coll.* ii. 335. "8 Junii MCCCLXXXV licentia regia data fuit Edmundo "Brumfeld, ut a carcere liberatus, ad monasterium suum "Silvae majoris transeat." Ms. Wharton. in bibl. Lambeth. L. p. 379. Vide Collect. ex Ms. registro Buriensi (Novell.) circa negotium hujus provisionis et renunciationis ejusdem. [c] A. D. MCCCLXXXIX. Ms. Lel. Trin.

[d] Vix biennio cum praefuisset, anno decessit MCCCXCI; et in ecclesia sua sepultus dicitur. Godwin. l. c.

* Nulla hujus mentio in H. Petrob. fuit ergo S. Edm. Burgi.

BROMFELD [NICOLAUS] canonicus de Dunmow scripsit *Chronicon de Dunmow*. Ex quo collegit plurima Fr. Thinn. Ms. Cotton. Cleopat. iii. 15.

BROMFIELD [MATTHAEUS] scriptor Cambro-Britannus. Claruit A. D. MD. Davis. A. MDL. Lhuyd.

BROMIERDUS [PHILIPPUS] frater Dominicanus, S. theol. professor, scripsit *Divisionum praedicabilium* lib. i. "Ut sacrae veritatis splendor." *Sermonum per annum* lib. i. Claruit A. MCCCCXC. Bal. xi. 87. Pits. p. 680.

BROMIUS [JOHANNES] frater Augustinianus, prior et S. theologiae praelector in monasterio Gorledunensi sive Gorlestonensi in agro Suffolc. bibliothecam insignem in amoeniore sui coenobii loco condidit, rarissimis illam offarciens libris. Casu enim semel (inquit Baleus) illuc in Lelandi gratiam divertens quosdam vidi libros et tractatus, quos vel ibi vel alibi extare in toto regno vix credidissem. De hoc Johanne Bromio Lelandus sequentia refert. "Praeter hunc (sc. Thomam) "fuit alter Bromius, cui Joannes praenomen erat, homo sectae Augustiniane, et primae theolo- "gorum classis; cujus sepulchrum Gorloduni, coenobio e regione ostiorum Garieni fluminis posito, "compareat inscriptum anno D. MCCCCXLIX. Nolo hic adfirmare hunc esse Joannem Bromiardum, "qui scripsit *Summam praedicantium*, et *Summam juris moralis*, quia a Trittemio pro Dominicano "censetur. Quanquam Leander Albertus, Dominicanorum illustrator, de Bromiardo ne verbum "quidem, si recte memini, unum." Scripsit *Quorundam chronicorum indices*, lib. i. "Accom- "modare, ne Judaei." *Tabulas quasdam in multos libros*, lib. i. *Sermones aliquot*, lib. i. Obiit A. MCCCCXLIX; et in coenobio suo sepultus. Bal. viii. 13. Pits. 640.

BROMIUS [THOMAS] Carmelita, per omnes literarum gradus Oxonii conscendebat, donec ad lauream theologici nominis perveniret. Tum quoque, ut honorem merito accepisse videretur, publice ibidem theologiam profitebatur; idque cum auditorum, ut illa credidit aetas, non parvo fructu. Postea, orbe studiorum suorum non infeliciter circinato, Londinum petiit, ubi Carmelitarum collegio praefuit: sed tam modeste, sapienter, recte, ut tandem praeses provincialis sui ordinis factus fuerit[a]. Ita enim honor individuus eruditionis comes esse debet; quam ille semper tam bene charam habuit, ut ex ea tantum non ausus sit aliquam sibi apud posteros laudem polliceri: id quod apparet per librum, quem *Lecturae theologiae* titulo inscripsit. Edidit etiam *Commentarios in epistolam Pauli ad Romanos*[b], ac sacrarum *Concionum*[c] librum unum. Floruit regnante Edovardo ter-

[a] Anno MCCCLXII in capitulo Cantabrigiensi praeses sui ordinis per Angliam electus; quam provinciam tenuit usque ad MCCCLXXIX, quando resignavit. Ms. Bal. Sloan.

[b] Lib. i. Pr. "Paulus, etc. Quamvis praesens clausula." Ms. Bal. Sloan. "Cum secundum leges commodius censea- "tur." [Bale. Pits.] [c] *De tempore*, lib. i. "Parit "tristitiam Joan. xvi. circa." Scripsit etiam *Lecturam theologiae*, lib. i. "Prior dedit illi ad Rom. ii." *Encomium S. Scripturae*, lib. i. "Doctorum fuerat consuetudo "semper." *In praefationem Hieronymi ad Romanos*, lib. i. "Romani sunt in partibus Italiae." *Quaestiones varias*, lib. i. Scripsit etiam MCCCLVIII *Lectiones pro inceptione sua Oxonii pro S. Scripturae laudabili commendatione*. Pr. "Prior dedit, etc. Ratio quam secundum Aug." Ms. Bale Sloan.

tio.

tio. Obiit Londini [d], et apud Carmelitas ſepultus eſt, ut nuper ex ejus epitaphio intellexi. Ex *Lelando*.

[d] Anno MCCCLXXX. Bal. vi. 61. Pitſ. p. 522. Alius fuit Tho. Bromis, LL. D. et epiſcopus Ciceſtrenſis electus MCCCCXXIX. A. Wood *Hiſt. et Antiq. Oxon.* tom. i. 211. Godw. p. 558. In *Regiſt.* epiſt. acad. Oxon. F. f. 15. extat epiſtola academiae Oxon. Martino papae in gratiam Thomae Bromis, LL. D. canonici Ciceſtr. in epiſcopum Ciceſtr. electi: in qua magnis laudibus effertur, ob probitatem, doctrinam——praecipue quia contra verſipelles Lollardos nobiliter dimicaverit—4 Feb. MCCCCXXIX.

BROMPTON [JOHANNES] monachus Ciſtercienſis, coenobii Jorvalenſis (quod alii Jornalenſe corrupte vocant) abbas. Extat ſub ejus nomine inter *Decem Script. Hiſt. Angl.* Lond. MDLII. fol. p. 725. *Chronicon ab A.* DLXXXVIII *ad annum* MCXCVIII. Conjecturam facit Cl. Seldenus, *praef. Decem Script.* xxxviii, Bromptonum non fuiſſe autorem hujus hiſtoriae, ſed eam ſolummodo in uſum monaſterii aliunde deſcribi curaſſe. Tyrellus ex ore doct. Gale haec de Bromptono habet pr. xvi. " Hiſtoria " ejus videtur eſſe continuatio Galfr. Monumetenſis, uti ex praefatione et col. 1153 patet: " quod videtur exſcriptor eſſe Hiſtoriae Benedicti abbatis (Mſ. Cotton.) quia quicquid in Bene- " dicto, illud in Bromptono deſideratur. Col. 967 memorat Ric. iii regis, quod ab autore re- " centiore additum erat." Conjicit etiam quendam Joh. Brompton, quem juſtitiarium invenit tempore Edw. i. eſſe hujus *Chronici* auctorem, quia ſumma cura leges Saxonicas inſerit. In Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. B. 2. Jo. Bromton (deſinit in principio regni regis Johannis) Pr. " Poſt- " quam contigit." Ad finem: " Liber mon. Jorevall. ex procuratione dom. Johannis Bromton " abbatis ejuſdem loci, ſi quis hunc librum alienaverit." etc. Claruit Bromptonus A. MCXCVIII. Pitſ. *App.* p. 870. Cav. *Hiſt. Lit.* p. 691. vide *praefationem* in *Decem Script. Hiſt. Angl.* quae eum tempore Edw. iii floruiſſe tradit.

BROOK [JOHANNES] de Aſhe juxta Sandwicum in comit. Cantii. Tranſtulit e Gallico in ſermonem Anglicum, *Petri Vireti diſputationes Chriſtianas.* Lond. MDLXXIX. 4to. *Johannis Garnieri confeſſionem fidei Chriſtianae.* Pr. pr. " Receive here, gentle reader." Edit. a Nicol. Malby, Lond. MDLXXXII. 12mo. Impreſſ. fuit A. MDLXXVIII, et dedic. ſummo theſaurario. Vid. Nic. Malby *Chriſtianam diſſertationem de quibuſdam religionis articulis, principi Condaeano dedicatam.* Lond. MDLXXVIII. 8vo. *Baculum Chriſtianae fidei.* Lond. MDLXXVII. 8vo. *Petri Vireti expoſitionem orationis Dominicae.* Lond. MDLXXXII. 4to. *Tranſlation of two wonderful popiſh monſters.*

BROWN [ANTONIUS] filius Weſtoni Brown, equitis Eſſexienſis; literis operam dedit in academia Oxon. Priuſquam vero curriculum philoſophicorum ſtudiorum emenſus eſſet, Londinum ſe contulit, et in Medio Templo juri municipali ſedulo incubuit. Anno i. Mariae electus eſt praelector in vacatione aeſtivali; et anno proximo factus ſerviens ad legem, et mox inter regis et reginae conſiliarios numeratus eſt. Dein, menſe Octob. MDLVIII, primarius in tribunali communis Banci juſtitiarius evaſit. Anno MDLXVI regina Elizabetha illum equitem auratum creavit. Reliquit *Arguments for Marie Queen of Scots her right of ſucceſſion to the crown of England.* Edit. Leodii MDLXXI. 8vo. ſub nomine Morgani Philips. *A diſcourſe upon certain points touching the inheritance of the crown.* Mſ. Huic reſpondit D. Nic. Bacon. *Alia* porro conſcripſit *contra Rob. Dudley com. Leyceſtr.* Obiit fidei pontificiae tenax 6 Maii MDLXVII, apud Southweld in comit. Eſſex. et ibidem in eccleſ. cancello ſepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 152. ſeq.

BROWN [ANTONIUS] dominus Mountague. De quo vide Dugdal. *Baronage* ii. 396. Hujus extat *Oratio in domo ſuperiori parliam. habita*, Jan. MDLXI. *Againſt the alteration of religion.* Princ. " The prince or commonwealth, that will make new." Strype *Elizab.* p. 259.

BROWN [STEPHANUS] patria Scotus, profeſſione Carmelita, theologus Aberdonenſis, e Scotia cum xii aliis in Angliam a rege Edwardo acceſſitus, et Oxoniam amandatus, ne ſuos apud Scotos conatus impediret. Poſt reditum in patriam, favore regis Edwardi epiſcopus Roffenſis conſecratus fuit. Scripſiſſe fertur *Conciones eruditas*, lib. i. *Lecturas in theologia*, lib. i. *Pſalterii expoſitionem*, lib. i. *Epiſtolas*, lib. i. Claruit A. MCCCXL. Bal. xiv. 54. Pitſ. p. 440. Dempſt. ii. 196.

BROWN [THOMAS] de hoſpitio Lincoln. generoſus: Tranſtulit in ſermonem Anglicum *A rich ſtorehouſe or treaſury for nobility and gentlemen, which in Latin is called* NOBILITAS LITERATA, *written by a famous and excellent man, John Sturmius.* Pr. ded. tranſl. Philippo com. Surriae. " I have, right vertuous and right honourable." Lond. MDLXX. 8vo.

BROWN [THOMAS] praebendarius Weſtmonaſter. olim archididaſcalus ſcholae ibidem. Extat *Carmen* ejus *Latinum praefixum Edw. Grantae Spicilegio Graecae linguae.* A. MDLXXVII. *Carmen praefixum Johannis Priſei Defenſioni hiſtoriae Britannicae.* Dicitur *Thomas Bruneus* in h. l. Extat Thomae Brown (an hujus aut alius neſcio!) *Hexaſtichon Latinum in obitum duorum Suffolc. fratrum* inter alia Cantabrigienſ. London. MDLII. 4to. Obiit A. MDLXXXV.

BROWN [THOMAS] patria Hibernus, ſacerdos ſecularis, capellanus Nicholai epiſcopi Leghlinenſis, ſcripſit *Vitam Nic. Maguirii epiſcopi Leghlinenſis.* Claruit A. MDXIII. War. p. 81.

BROWNSWERDUS [JOHANNES] S. BRUNSWERDUS, patria Ceſtrienſis, partim Oxoniae, et partim Cantabrigiae, ſtudiis academicis operam dedit. Relicta academia gymnaſiarcha evaſit ſcholae publicae apud Macclesfeldiam in agro Ceſtrienſi. Vid. Newton. *Epigrammata* p. 128. 131. Scripſit *Progymnaſmata aliquot poëmata*, Lond. MDXC. 4to. Fatis conceſſit 15 April.

April. MDLXXXIX; et in cancello ecclesiae parochialis de Macclesfield humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 239.

BRUERNE [RICHARDUS] Oxoniae in collegio Lincoln. educatus, baccalaureus S. theologiae factus A. MDXLVII; inter doctissimos sui seculi viros a Lelando *Cygn. Cant.* enumeratur, et Hebraei radius chori vocatur. Fuit Hebraeae linguae professor regius Oxoniae A. MDLVII, et canonicus aedis Christi ac Windesoriensis; socius collegii Etonensis, et anno tertio Elizab. electus praepositus; sed paulo post inde ejectus. Vide de ejus beneficiis curatis Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. v. Et Fox. i edit. p. 841. Obiit mense Aprilis A. MDLXV. *Fasti Oxon.* i. 72.

BRUNAEUS [THOMAS] apud Dunbarram in Scotia natus, theologiae in acad. Oxon. professor publicus. Scripsit *Lecturas theologicas*, lib. ii. *Encomium S. Scripturae*, lib. i. *Epist. ad Romanos*, lib. i. *Sermonum* lib. ii. *Quaestionum* lib. ii. Obiit MCCCLXXX. Ms. Hatton.

BRUNFELDUS [NICOLAUS] Historicus Anglus scripsit *Chronica de rebus Anglicis*, lib. i Pits. *App.* p. 889.

BRUNNE [ROBERTUS de] monachus ordinis S. Gilberti de Sempringham in coenobio Brunnensi juxta Depyng. Transtulit ex lingua Gallica in rhythmos Anglicanos *Roberti (Grosthead) Lincolniensis Manuel de pechés sive Manuale peccatorum.* (Hoc opus tractat de decem mandatis, vii peccatis etc.) Pr. pr. " Fader and Sone and Holy Gost." Ms. Bodl. NE. E. v. 7. *Cronica Angliae per Petrum de Langtoft.* Pr. " God gyve me grace wel to spede." Ms. Lambeth. 131. fol. citat. per Jo. Stow. *Hist.* p. 201. Ex Latino transfudisse in rhythmos Anglicanos dicitur *Bonaventuram card. de coena et passione Domini, et de poenis S. Mariae Virginis.* Pr. " Almighti " God in trynite." Ms. Bodl. Super D. i. Art. 44. Claruit A. MCCCIII.

BRUNUS [JACOBUS] (Dempst. 105.) Aberdoniensis ecclesiae decanus scripsit *Notas in utrumque Testamentum*, lib. i. Claruit A. MDXX. Dempster. ii. 192.

BRUNYARDUS [GULIELMUS] frater Dominicanus scripsit *Summam theologiae*, lib. i. *Distinctiones varias*, lib. i. *Determinationes*, lib. i. Claruit A. D. MCCCL. Bal. v. 77. Pits. 479.

BRUSIUS [GULIELMUS] (Dempst. 87.) natione Scotus, comes Antonii Spinulae oratoris Casgeri Crim Tartari ad regem Poloniae. Scripsit ex relatione Spinulae *De moribus Tartarorum*, lib. i. prodiit Francofurti . . . vide *Purchas. Pilgrim.* i. 4. c. 15. Scripsit juxta Hatton. *De bello adversus Turcas gerendo consilium.* Item *De Tartaris diarium.* Francof. MDXCVIII. fol. in Balduani *Biblioth. Histor.* p. 124. Claruit A. D. MCCCCLXXIX. Dempster. ii. 152 Quidam dom. Gul. Brusius, eques auratus, regis Henrici viii medicus, obiit Nov. 17. MDXLV; et in ecclesia Fulhamensi humatus est. Stow. p. 784.

BRUYNLHYS [BEDO] Cambro-Britannus scripsit *Carmina quaedam*, quae extant in museo Ed. Llwydi. Claruisse fertur A. D. MCCCCLX. Llwyd. Davis.

BRYANT [FRANCISCUS] vir tam Marte quam Mercurio insignis, ob res in militia praeclare gestas eques auratus a comite Surreiensi in Germania factus A. MDXXXII, et equitum cataphractorum in bellis Scoticis ductor, post praelium Mussleburgense baneretti honore insignitus erat. Legatus ab Henrico viii Romam pro electione card. Wolsaei ad papatum (Fox. 991.) et ad papam de divortio, et ad Galliae regem saepius missus. Regibus Henrico viii et Edwardo vi a cubiculis, Rymer. *Foed.* xiv. 380. A. D. MDXLVIII summus Hiberniae justitiarius renunciatus, Hollinsh. i. p. 61. Quo anno uxorem duxit comitissam Ormondiae, et eodem obiit, ac sepultus est Waterfordiae. Vide Hooker, *Continuat. historiae Hibern.* apud Hollinsh. ii. p. ii. p. 110. Scripsit Anglice *Cantica varia.* Quaedam extant inter poëmata Henr. Howard comitis Surry, Lond. MDLXV. *Epistolas plures de divortio regis Henrici et reginae Catherinae.* Transtulit in sermonem Anglicum *Antonii de Guevarra Dissertationem de vita aulica*, etc. ad Gul. marchionem Northampton. Pr. " It is not long agon." Lond. MDXLVIII. 8vo. *Athen. Oxon.* i. 73. seq.

BRYDYDH [JEVAN] Hir. poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

BRYDYDH [MEILIR] poëta Cambro-Britannicus. Claruisse dicitur A. MLXX. Lhuyd. A. MC. Davis.

BRYDYDH [PHILIPPUS] poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MCCL. Lhuyd. Davis.

BUCERUS [MARTINUS] natus Selestadii, Alsatiae oppido, A. MCCCCXCI. Primis literarum fundamentis in schola patria jactis, in ordinem fratrum Praedicatorum assumptus est, et dein ad academiam Heidelbergensem transmissus, ex quibusdam Erasmi et Lutheri scriptis religionem reformatam hausit. De rebus ejus gestis usque adventum ejus in Angliam consulat lector *Vitas Germanorum theologorum*, per Melch. Adamum; et ex eo Freherum in *Theat. virorum doctorum:* et Seckendorfii *Hist. Lutheranismi.* Et Fuller, *Hist. Cantabr.* 130. Cum libellus *Interim* dictus protestantibus obtruderetur, Cranmerus Bucerum et Fagium in Angliam invitavit. A. MDXLIX in Angliam venerunt, et praelectores theologiae in acad. Cantabrigiensi designati. Ibi per biennium Bucerus Novum Testamentum fideliter exposuit; sed morte sublatus 27 Febr. A. MDL. aetatis xli. in choro templi S. Mariae honorifice sepultus. Anno vero MDLVII haereseos damnatus est, et corpus ejus effossum et crematum fuit. Scripsit *Duas epistolas ad Stephanum Gardinerum de coelibatu sacerdotum et coenobitarum*, lib. i. Argent. MDXLVII. 4to. *Gratulationem ad ecclesiam Anglicanam* de

de religionis restitutione. Pr. " Ingentes agimus merito gratias ." . . MDXLIV. MDXLVIII. 4to. Basil. MDLXXVII. f. p. 171. *Versionem Psalmorum ex Hebraeo, et explanationes eorundem*, lib. v. ad Fr. Valesium Galliae Delphinum. Pr. pr. " Qui principibus lucubrationes." Pr. explan. " Fe- " licia illi viro, qui non fuit." Explanationes hae primo editae sub nomine Aretii Felini, Basil. MDXLVII. Extant Argentor. MDXXIX. 4to. et Paris. MDLIV. fol. *Locos communes ex Scripturis*, lib. i. Sed Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. x. est *Volumen locorum communium* e sacris patribus ut plurimum manu propria M. Buceri scriptum. Pr. " Unitas ecclesiae." Loci communes quidam sunt interspersi Enarrationibus in Evangelia et Psalmos, Basil. MDXXXVI. fol. *Enarrationes Evangeliorum (Comment. in Evangelia)* lib. iv. " Evangelium, *euangelia* Graecis." Impress. ante A. MDXXIX. et Basil. MDXXXVI. et Paris. MDLIII. *Enarrationes in Evangelium Matthaei*, lib. ii. Argentor. MDXXVII. 8vo. *Metaphrases in D. Paulum*, lib. xiv. *Dissidentium locorum decisiones*, lib. i. *In Paulum ad Romanos ad Cranmerum*, lib. i. " Si patrem nostrum coelestem." Argentor. MDXXXVI. f. Basil. MDLXII. fol. —*ad Ephesios*, lib. i. Pr. " In more ferme est." Impr. ante MDXXIX. Fox. 1019. et Basil. MDLXII. fol. Utrique erant praelectiones Cantabrig. habitae. *In librum Judicum.* Pr. " Visum est non inutile." Paris. MDLIV. fol. *In Sophoniam explanationes*, lib. i. " Majorem quam digne quisquam." Argent. MDXXVIII. 8vo. Paris. MDLIV. f. Impr. ante annum MDXXIX. Fox. 1019. *Apologiam pro coena Dominica*, lib. i. " Jam annos aliquot, Christiane." Basil. MDLXXVII. fol. p. 634. 670. *In Pauli locum*, An nescitis, etc. lib. i. *Annotationes in quaedam Lutheri*, lib. i. cum praefatione in quartum tomum *Postillae Lutheri*, Verheiden. *Ad Pomeranum*; *pro versione Psalterii*, lib. i. *De vera ecclesiarum in doctrina, ceremoniis, et disciplina, reconciliatione et compositione. Responsio ad calumnias Alb. Pighii contra confessionem et apologiam protestantium, et refutatio sugillationis Eccianae contra acta Ratisponensia.* Pr. pr. " Evulgavi statim a comitiis." . . . 4to. . . . MDXLIII. 8vo. *Acta colloquii Ratisponensis*; hoc est, Articuli de religione conciliati et non conciliati omnes, ut ab imperatore ordinibus imperii ad judicandum et deliberandum propositi sunt, lib. i. Pr. " Quae de religionis nostrae." Argentor. MDXLII. 4to. Anglice per Mil. Coverdale . . . MDXLII. 8vo. Ad finem est libellus M. Buceri *De abusibus ecclesiasticis emendandis.* Pr. " Jam regula apostoli." *Contra criminationem Roberti episcopi Abrincensis de eucharistia, gratia*, etc. Pr. Ad cardinalem Antonium de Prato. " Eximiam ingenii acrimoniam." Argent. MDXXXIV. 8vo. Basil. MDLXXVII. p. 613. *Scripta duo adversaria D. Bartholomaei Latomi LL. D. et M. Buceri de dispensatione sacramenti eucharistiae*; *invocatione divorum*; *coelibatu clericorum*; *ecclesiae et episcoporum communione, auctoritate et potestate*; *de criminationibus arrogantiae, schismatis et sacrilegii, quae sunt intentatae statibus, qui vocantur Protestantes.* Pr. " Miraberis haud dubie." Argentor. MDXLIV. 4to. *Disputata Ratisponae de justificationis doctrina, et de concilianda religione*, lib. i. Pr. ded. Marchioni Brandenb. " Quoties recordor." . . MDXLVIII. 4to. *Collocutorum responsa*, lib. i. *De concilianda religione*, lib. i. *De vera animarum cura*, lib. i. " Confitemur omnes nos." Bas. MDLXXVII. p. 260. *Catechismum minorem*, lib. i. A Sleidano in Lat. versum. Verheiden. *Contra bullam Pauli* iii. *atque postulata legati ejus*, lib. i. Verheiden. *Summam, sive epitomen Christianae doctrinae*, lib. i. " Quo Christi- " ani homines certo." Basil. MDLXXVII. fol. p. 173. *Ad libellum quendam famosum*, lib. i. *De missa veteris ecclesiae*, lib. i. *De regno Christi ad Edw.* vi. lib. ii. " Benevolentia et benignitas " Dei." Mſ. autogr. in bibl. reg. Westm. 8. B. vii. et Basil. MDLVII. MDLXXVII. fol. Bal. xiii. 48. *Defensionem Christianae religionis reformatae.* Basil. MDCXVIII. 4to. *Defensionem Christianae reformationis Hermanni archiepisc. Colon.* h. e. Martini Buceri. cap. 143. Pr. " Prima accusa- " tio adversariorum est, quod." Genev. MDCIII. f. Qui tractatus alias h. t. apparet. *Constans defensio ex S. Scriptura, et vere catholica doctrina, atque observatione universalis Christianae ecclesiae, deliberationis de reformatione, quam reverendissimus D. Hermannus arch. Colon. jam ante publicavit*; *cum firmissima confutatione eorum, quae ejus adversarii sub titulo Antitidogmatis, et sub nomine Capituli Colon. in lucem emiserunt.* Pr. " Nos Hermannus, divina favente." Hunc librum e German. in Lat. transtulit Mart. Braem. *De vera et falsa coenae Dominicae administratione*, lib. ii. Secunda sc. adversus Latomum responsio. Cui praemissa est praefatio M. Buceri ad patres, qui Deum in synodo Tridentina timent, de causis, quae pios homines ab ea synodo absterrent. Pr. " Audimus " vos admodum mirari." Neub. Danubii MDXLVI. 4to.— Martini Buceri scripta Anglicana fere omnia, iis etiam quae hactenus vel nondum vel sparsim vel peregrino saltem idiomate edita fuere, adjunctis a Conrado Huberto, Basil. MDLXXVII. fol. P. 1. *De regno Christi ad regem Edw.* vi. lib. ii. " Benevolentia et benignitas Dei." P. 171. *Gratulatio ad ecclesiam Anglicanam de religionis Christi restitutione*; *et ad duas Steph. Winton. Epistolas de coelibatu sacerdotum et coenobitarum responsio.* Pr. " Ingentes agimus merito." . . . MDXLVIII. 4to. Anglice per Tho. Hoby London. . . . 8vo. P. 173. *Brevis comprehensio religionis Christianae.* Pr. " Quo Christiani homines " certo." P. 184. *Oratio Cantabrigiae habita, cum gradus doctoratus ei delatus erat.* Pr. " Ae- " terne Deus, pater." P. 192. *De reformatione collegii canonici.* Pr. " Reformatio alicujus rei " est ejus." Et Mſ. C. C. C. Cantab. Miscell. F. p. 477. P. 214. *Lex municipalis senatus Argentinensis de conferendis sacerdotiis.* Pr. " Senatus cupiens pro." P. 220. *Ratio examinationis canonicae.* Pr. " Non examinatus non est promovendus." P. 238. *De ordinatione legitima ministrorum ecclesiae.* Pr. " Deus fecit, etc. Videndum igitur quam." P. 260. *De vera animarum cura, veroque officio pastoris eccles.* Pr. " Confitemur omnes nos credere." P. 356. *Formula brevis visitandi aegroti.* Pr. " In papatu quum aegrotis sacramentum." P. 377. *Ordinatio ecclesiae seu ministerii ecclesiastici in Anglia.* Pr. " Nihil unquam fuit humana." Haec est translatio Liturgiae

 Anglicanae.

Anglicanae. An vero per Bucerum an Alesium Scotum non constat. P. 456. *Brevis censura in dictam ordinationem ecclesiae Anglic. ad Cranmerum.* Pr. " Benevolentia et beneficentia." In Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. 17. quod est originale exemplar manu Buceri propria scriptum, Eliensi episcopo, non Cranmero, inscribitur. P. 540. *Explicatio in illud, Tolerantes vos invicem per charitatem,* etc. Ephes. iv. Pr. " In hac lectione, charissimi." P. 538. *Excmologesis sive confessio de S. eucharistia*; scripta A. MDL. Pr. " De sacra eucharistia, ut de omnibus." Anglice extat in Strype in *Vita Cranmer App.* p. 124. P. 546. *Epistola ad P. Martyrem cum censura de tribus propositionibus a Petro Martyre Oxonii ad disputandum propositis,* A. MDXLIX. Pr. " Maximopere " exhilaravit nos adventus." P. 553. *De vi et usu sacri ministerii explicatio.* Cantabr. A. MDL. " Propositum est exponere bona." In Mss. bibl. Caio-Gonvil. E. 128. ita: *Locus communis de privato ministerio, quod clericale vulgo appellatur, deque vi ministerii publici, et administrationis verbi et baptismatis, cum quibusdam quae de efficacia coenae Dominicae tractant.* Pr. " Hactenus summatim de ministerio." P. 611. *Propositiones novem de sacra eucharistia,* A. MDXXX. " Transubstantiationem negamus." P. 613. *Responsio [nis secunda pars] adversus axioma catholicum Roberti episcopi Abrincensis.* Pr. " Locum de sacra eucharistia." P. 634. *Axiomata apologetica de eucharistia contra Nic. Amsdorfium,* A. MDXXXV. " Jam annos aliquot, Christiane." P. 642. *Retractatio de coena Domini,* A. MDXXXVI. Pr. " Visum est totum hunc locum de sacra." P. 647. *Alia retractatio.* Pr. " Ne cui offendiculo sit haec mea praefatio." P. 648. *De concordia circa negotium eucharisticum inter Lutherum et superioris Germaniae theologos.* Witembergae A. MDXXXVI. Pr. " Primo, qua ratione D. Lutheri." Hic extat ex interpretatione Johannis Fabricii Dantiscani. P. 670. *Apologia de coena Domini ad Edv. Foxum.* Pr. " Perpendit reverenda paternitas." P. 681. *De re vestiaria in sacris ad Tho. Cranmerum.* Pr. " Literas R. P. T. cum accepissem heri." Lond. .... 12mo. *Epistola ejusdem argumenti dom. Joh. a Lasco.* Pr. " The more diligently I weigh." Lond.... 12mo. Vide Strype, *Parker.* 171. P. 683. *Epistolae ejus sex.* P. 697. *De sacra Domini coena, et duabus in Christo naturis concordia formulae concionatoribus Francofurtiae observandae,* MDXLII. Pr. " Cum inter eximios atque religiosos viros." P. 700. *Confessio de eucharistia,* Argentinae MDXLIV. Pr. " De omni mysterio Christi." P. 705. *De re vestiaria in sacris ad Joh. Hooperum.* Pr. " Gratiam et pacem a Domino." Angl. Lond. MDLXVIII. 12mo. P. 711. *Disputatio contra Sedgwicum in comitiis Cantabr. habita* vi *id. Aug.* MDL. Pr. " Subscripta disputata studiosis quibusdam." P. 789. *De usuris tractatus.* Pr. " Tractando locum illum D. Pauli." P. 797. *Controversia cum Johanne Young de bonis operibus hominum nondum justificatorum,* Cantabrigiae MDL. Pr. " Aeternus Dei filius, magister. Vide Strype in *Vita Grindall. App.* p. 1. P. 862. *Epistolae duae, quarum una Theobaldo Nigro, altera Alberto Hardenbergio.* P. 864. *Epistolae Johannis Checi, Nicolai Carri, et Petri Martyris de morte Buceri,* Lond. MDLI. 4to. P. 882. *Oratio funebris Gualt. Haddoni in laudem Buceri.* P. 892. *Concio M. Parkeri in funere M. Buceri.* P. 902. *Epigrammata, tum Graeca tum Latina, in mortem Buceri,* Lond. MDLI. 4to. P. 915. *Historia de accusatione, condemnatione, exhumatione, et combustione M. Buceri et P. Fagii,* MDLVI. Anglice per Arth. Golding. Lond. MDLXII. 8vo. Fox. p. 1956. P. 935. *Historia de restitutione Buceri et Fagii,* 1560. P. 936. *Oratio Ackworthi in restitutione Buceri et Fagii.* P. 940. *Concio D. Jac. Pilkingtoni in restitutione Buceri et Fagii.* P. 944. *Epistola acad. Cantabrig. ad M. Parkerum archiepiscopum de restitutione Buceri et Fagii.* P. 946. *Encomiastica varia, cum Graeca tum Latina, in laudem M. Buceri et P. Fagii restitutorum.* Haec omnia excusa sunt Argentinae MDLXI. 12mo. Scripsit etiam *Epistolam ad Gropperum.* Pr. " Quod tam sero respondeo." ex Mss. C. C. C. Cantabr. in Burnet, *Hist. reform.* tom. ii. *App.* p. 121. *De scandalis expositionem in vers.* 7. cap. xviii. S. Matthaei. Anglice Emden. MDLXVI. 8vo. *Dissertationem contra seditionem.* Pr. " Quae dici " possunt ad sedandos." Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. C. iii. 513. *Commentarium in Salomonis Ecclesiasten.* Hag. MDXXIX. 8vo. *De clavibus,* lib. i. " Petri nomen, huic Simoni." Ex Enarrat. in Matth. xvi. impr. ... MDLV. fol. *Epistolam Johanni a Lasco de re sacramentaria.* dat. Argent. 16 April. MDXLV. [Extat inter *Epistolas selectiores illustr. virorum,* Lugd. Batav. MDCXVII. 8vo.] *Epistolas* xxii *ad Joh. Schwebelium inter annos* MDXXVI *et* MDXL *de rebus Germanicae ecclesiae.* [Extant in *Centuria epist. theolog. ad Joh. Schwebelium,* Bipont. MDXCVII. 12mo.] *Consilium theologicum,* in cujusdam viri gratiam privatim conscriptum, quo ostenderet sacrarum literarum auctoritate, an et quatenus Christiani in ecclesiis pontificia tyrannide adhuc pressis degentes, illarum ritibus et peractionibus communicare possint; quis quoque uniuscujusque ritus sit fons verus usus atque abusus: autore sanctissimo et celeberrimo sacrarum literarum professore M. Bucero. Pr. " Christi membrum haberi nobis debet." Mss. Norwic. More, 573. fol. Mss. C.C.C. Cantab. Miscell. 16. A. MDXLI. *Formulam vivendi praescriptam familiae suae.* Pr. " Dominus noster Jesus Christus doceat." Mss. propria M. Buceri manu revisum, in bibl. C. C. C. Cantabr. Miscell. 10. *Epistolam quibusdam fidelibus Christianis Venetiae, Vincentiae,* etc. dat. 23 Dec. MDXLI. Mss. Sancroft, inter codd. Tanner. 304. p. 153. 229. *Contra imagines in templis Christianorum* .. Verheiden *De viris illustribus,* p. 76. seqq. *Epistolam ad acad. Marpurgensem de haeresibus et haereticis, et articulis conventus Marpurgensis.* Idem. *Confessionem quatuor civitatum Argentorati, Constantiae, Memmingae et Lindariae, Caesari in comitiis Augustanis oblatam.* Idem. *De baptismo infantium.* Idem. *De concilio et legitime judicandis controversiis religionis; et confutationem criminum sibi a Cochlaeo objectorum et eorum quae Gropperus scripsit ad Caesarem* ... MDXLV. 4to. Idem. Vide Seckendorff. iii. 51. *Praefationem longam in historiam de morte sanctissimi viri Johannis Diazii*

 Hispani;

Hispani; autore Senarclaeo: In qua de praesenti Germaniae statu multa lectu digna. Pr. ad illustr. Ottonem Henr. Palatin. Rheni. "Cum Deus postulat se agnosci." . . MDXLVI. 12mo. Idem. *Neminem debere sibi soli vivere.* Idem. *De disputatione inter Conradum Tegerium et ministros Argentinenses expositionem; et admonitionem ad ministros Helvetiae.* Idem. *Admonitionem ministrorum Argentinensium de cavendis articulis Jac. Cantii.* Idem. *Arbogastum, dialogum de coena Domini.* Idem. *Acta disputationis inter Argentinenses et Hoffmannum.* Idem. *Catechismum majorem.* Idem. *Praefationem in librum de officio magistratuum in causa religionis conversum ex Augustino ad Bonifacium.* Idem. *Colloquia de ecclesiae ministeriis et actionibus, deque magistratuum officio.* Idem. *Conciones tres in Evang.* "Venite ad me, omnes, qui laboratis." Idem. *Colloquia aliquot de pace religionis tractata Norimbergae et Francofurti.* Idem. *An Judaei ferendi sint inter Christianos.* Idem. *De bonis ecclesiae.* Idem. *Quid impedierit Hagonoaene colloquium de religione haberetur*, etc. Idem. *Defensionem primam eorum quae evangelii causa Bonnae geruntur.* Idem. *Defensionem secundam, etc. contra academiam Coloniensem.* Idem. *Confutationem novae fidei a Lovaniensibus articulis* XXXII *editae.* Idem. *Piam admonitionem ad Caesarem et imperii status Wormatiae congregatos; de concordia et reformatione in causa religionis, et refutationem contrarii scripti pontificii sc. Cochlaei.* Idem. . . . MDXLV. 4to. Seckendorff. iii. 557. *Contra restitutionem missae*, etc. Idem. *Explicationem psalmi* CXX *ad Bonnensem ecclesiam.* Idem. *Refutationem calumniarum, quibus monasteriensis spiritus et doctrina ministris ecclesiae Argentinensis tribuitur.* Idem. *Concionem habitam Bernae, una cum actis disput. Bernensis.* Idem. *Ad monasterienses de ministerio et sacramentis.* Idem. *De optima ratione habendorum conciliorum*, lib. i. Idem. *A quibus jure exigatur restitutio bonorum ecclesiasticorum.* Idem. *Epistolam apologeticam ad Christianismi syncerioris sectatores, per Frisiam orientalem*, etc. contra Erasmum Roterodamum. Idem. *Dissertationem de legitimo bonorum ecclesiae usu, habitam in conv. Smalcaldico.* MDXXXI. Seckend. iii. p. 12. *Christianam consultationem, quomodo initium concordiae in religione Christiana fieri possit.* Lips. MDXXXIX. praesente Georgio Wicelio, qui totam approbavit, habitam. A. MDXLV dedicatam Ferdinando regi Romanorum. Idem. p. 557. Transtulit M. Bucerus in Latinum sermonem, *Postillam majorem Lutheri. Pomerani commentaria in Psalmos. M. Lutheri comment. in duas epistolas Petri. Sturmii quaedam de eucharistia.* Opuscula ejus manuscripta in bibliotheca collegii Corporis Christi Cantabrig. Miscell. A. P. 1. *Epistola ad Elizabetham principissam.* dat. Lambeth. 6 cal. Sept. MDXLIX. P. 3. *Alia ad eandem*, dat. 13 cal. Nov. MDL. P. 5. *Aliae ad marchionem Dorcestrensem*, dat. 26 Dec. MDL. Pr. "Aeternam Dei et servatoris." P. 8. *Alia ad marchionem Northamptoniensem, ut Johannem a Lasco, P. Martyrem, et M. Bucerum ipsum adjuvaret in eorum petitione ad regem et concilium in gratiam Johannis Sleidani historiam reformationis scripturi.* P. 21. *Alia ad Jo. Haddonum, de vi conjugii contracti sine consensu parentum*, dat. Cantabrig. MDL. 23 Maii. P. 31. *Alia ad D. Jo. Checum de causa Blithi et collegii Jesu*, dat. Cantabr. 3 Dec. MDL. P. 41. *Alia de altaribus demoliendis.* Pr. "Scripturam quae jubeat plane." P. 45. *Alia ad Gropperum Coloniensem*, dat. Bonnae postrid. Circumcisionis MDXLIII. P. 57. *Alia ad Gropperum*, dat. Bonnae prid. cal. Febr. MDXLIII. P. 69. *Summa doctrinae quam profitetur M. Bucerus in epistola ad reverendiss. dom.* . . . . . dat. Augustae 8 April. MDXLVIII. P. 95. *Epistola ad Johannem episcopum Cyrenensem archiepiscopi Coloniensis vicarium gen. et ad caeteros praelatos*, etc. "Synodo Coloniae Agrippinae congregatos." dat. Bonnae 9 Febr. MDXLIII. P. 119. *Alia epistola ad* . . . dat. 17 Mart. MDXLVII. Pr. "Servator noster vita et" P. 127. *Alia ad D. Bullingerum*, dat. Argentorati 21 Jan. MDXLV. P. 133. *Alia ad Bibliandrum de Carolostadio.* Pr. "Gratia et pax, Bibliander doctissime." P. 303. *Alia ad Joh. Checum de controversia sua cum Joanne Jungo de bonis nondum justificatorum hominum operibus*, dat. Cantabr. 29 Aug. MDL. P. 315. *Ad Richardum Bonerum, an simplex verborum Domini in coenae celebratione recitatio sit necessaria*, 4 Sept. MDXLVIII. P. 391. *Postremum M. Buceri scriptum*, viz. *Responsum ejus ad D. Joh. a Lasco in expensione aphorismorum ejus de sacra eucharistia.* Pr. "Symbolis visibilibus."—Miscell. C. P. 1. *Disputatio inter M. Bucerum, Yongum, Sedgwicum et Pernum in has propositiones: 1. Canonici libri docent soli abunde renatos quae sint saluti omnia. 2. Nulla est in terris ecclesia, quae non erret tam in fide quam in moribus.* Pr. pr. M. Buceri. "Subscripta disputata studiosi quidam." Haec scripta manu Johan. Bradfordi. P. 69. *Judicium M. Buceri de dogmate M. Jungi circa bona opera nondum justificatorum.* Pr. "Indicavit mihi R. vir D. decanus D. Pauli." P. 83. *Disputatio quaedam inter M. Bucerum et Jungum de eodem argumento.* Pr. Bucerus. "Docui semper hominem nondum." P. 289. *Responsio M. Buceri ad D. Calvinum de formula concordiae Genevensium cum Tigurinis.* Pr. "Gratiam et consolationem tibi augeri." P. 513. *Cogitationes quaedam ad sedandos animos plebis, sc. Devon. et Cornub. tempore Edw.* vi. Pr. "Quae dici possunt ad."—Miscell. D. P. 17. *Annotationes M. Buceri in* viii *priora capita Mathaei.* Pr. "Tametsi Christus secundum carnem."—Miscell. F. P. 37. *Aphorismi* liv *M. Buceri de coena Dominica.* Pr. "De sacra eucharistia ut de omnibus." P. 53. *Contra dilationem baptismi.* Pr. "Johannes primus baptismi minister."—Miscell. 2. P. 3. *Epistola M. Buceri ad regem Edw.* vi. dat. Cantabr. 12 cal. Nov. MDL. Pr. "Amplissimae regiae majestati tuae." Idem forte cum dedic. in libros ejus duos *De regno aeterni filii Dei apud nos restituendo*: quas una cum hac epistola exhibet regi. P. 45. *Epistola M. Buceri ad Joh. Checum de iisdem libris*; est ejusdem datae. Pr. "Tandem, ut potui." P. 68. *Epistolae tres M. Buceri ad M. Parkerum, quarum ultima est novissimum scriptum omnium quod scripsit Bucerus paulo ante mortem suam, qua rogat M. Parkerum mutuo dare* X *coronatos.* P. 69. *Testamentum M. Buceri factum Argentorati* 23 Jan. MDXLVIII,

 cum

cum codicillo Cantabrigiae ſcripto 22 Febr. MDLI. P. 279. *Epiſtola M. Buceri ad Joannem Echtium Colonienſem medicum, qua declarat morbos ſuos.* Extant de obitu M. Buceri epiſtolae duae Lond. MDLI. 4to. Conſtituit Jo. Sturmius vitam M. Buceri conſcribere. Sturmii Epiſt. Aſchamo inter *Epiſtolas Aſchami.*

BUCHANANUS [GEORGIUS] natus kal. Febr. MDVI in Levinia ad Blanum amnem. In juventute Lutetiam Pariſiorum miſſus, ubi tyrocinia ſtudiorum abſolvit. Poſtea poëta et philologus inſignis inclaruit, et humaniores literas profeſſus eſt Lutetiae, Burdegalae, Liſbonae in Luſitania, et tandem in Italia: in quibus locis non abſque frequente vitae periculo vixit uſque ad annum MDLX, quo tempore in patriam rediit, et ibi reliquam vitae partem egit, atque obiit Edinburgi 28 Sept. MDLXXXII. Ob praeclaras animi dotes et eruditionem rex eum filio ſuo inſtituendo praefecerat; aſt Franciſcanorum amici eum inde abſtractum in exilium ejiciebant, et exulem per Angliam, Franciam, Hiſpaniam et Liguriam perſequebantur: poſt 24 annum exilii autem rediit in patriam. Carceri Inquiſitionis in Luſitania incluſus Pſalmorum Davidicorum complures vario carminum genere in numeros redegit: vide *praefat.* Cl. Oliphanti *in Epiſt.* et Hamiltonum *De confuſione Calv. haere.* p. 61. Male audit a Thinno *Script. Scot.* 463. *Hiſt. Scot.* p. 260. Qui plura de hoc viro patriae et ſeculi ornamento vult, adeat *Vitam* ab ipſo ſcriptam biennio ante mortem, operibus praefixam: et Dempſter. ii. 200. Blunt. p. 462. ac Baleum, p. ii. p. 206. Vide *Vitam et mortem regis Jacobi* v. et Chamaeleontem, qui citat *Commentarium in Vitam Buchanani* per dom. Rob. Sibbald. Foede hallucinatus eſt Baleus xiv. 71. qui eum flammis damnatum eſſe a pontificiis tradit. Scripſit *Speculum miſeriarum vitae humanae ex Pſal.* xc. Magdeb. MDCXIII. 8vo. *Ane admonition direct to the trew Lordis mantenaris of the kingis graces authoritie.* M. G. B. Pr. "It may ſeeme to your." London according to the Edinburg. (Striveling) Copy by John Day. MDLXXI. 12mo. *De jure regni apud Scotos dialogum,* lib. i. "Scripſeram ante annos complures." MDLXVII. (Heylin. *Hiſt. Preſb.* 194.) MDLXXX. 4to. et 8vo. Edinb. MDLXXXI. 8vo. praefix. hiſtoriae Edinburg. MDXCIII. fol. Anglice et Latine MDLXXX. licenſed by the biſhop of London. (*Regiſtr.* Station.) Francof. MDXCIV. 8vo. praefix. parti quintae *Atlantis novi* per Jo. Blaeu, Amſtel. MDCLIV. Francof. MDCXXIV. 8vo. De eo ita Epiſt. 42. "Commentarius noſter de regno ſcriptus temporibus turbulentis, ſed nunc "demum emiſſus 9 cal. Aug. MDLXXIX." Liber hic per actum parliamenti ſuppreſſus fuit MDLXXXIV. Heylin. *Hiſt. Preſb.* 232. Bancroft. *Danger Poſ.* *Poëmata,* Baſil. MDLXIV. MDXCIV. 8vo. Ex offic. Plantin. MDCIX. 8vo. [Inter ea duo carmina in obitum Juelli.] Quae in editione Amſtelod. MDCLXXVI. 24to. in hunc ordinem rediguntur. *Pſalmorum Davidis paraphraſis poëtica.* Pr. "Felix ille animi, quem non." Lond. MDCXL. 12mo. *Hymnus matutinus.* Pr. "Pro- "les parentis optimi." *Jephthes, ſive Votum, tragoedia.* Pr. "Abſurdam fortaſſe rem facere." *Baptiſtes, ſive Calumnia, tragoedia.* Pr. "Cum omnes mei libelli." Lond. MDLXXVIII. Francof. MDCXVIII. fol. *Franciſcanus.* Pr. "Unde novus rigor in vultu?" Ante A. MDLXIV, annos pene 30 regis Jacobi v. juſſu primum ſcripſit, cum ruri apud comitem Caſſiliſſae eſſet. Epiſt. *Fratres fraterrimi.* Pr. "O fama priſci laudibus faecli." *Elegiarum* lib. i. "Ite, leves nugae "ſterileſque, valete." Genev. MDCIX. 8vo. *Sylvarum* lib. i. "Vaſconidis regnator aquae, ge- "neroſe." *Hendecaſyllabωn* lib. i. "Cum primum mihi candidae Neaerae." *Iambωn* lib. i. "Fruſtra ſenectam, Haddone, provocas meam." *Epigrammatum* lib. iii. "Miriam mihi pro- "miſſam jubeo numerare." *Miſcellaneorum* lib. i. "Non parca fati conſcia, lubricae." *De Sphaera,* lib. v. "Quam variae mundi partes, quo femina." Herborn. MDLXXXVI. 12mo. *Euripidis Medea.* Pr. "Non dubito pleroſque futuros."——*Alceſtes.* Pr. "Alceſtin Euripidis ante "aliquot." Latino carmine donatae. Witteb. MDLXXXI. 8vo. *Rerum Scoticarum hiſtoriam,* lib. xx. "Cum poſt xxiv annorum." Edinburg. MDLXXXII. MDLXXXIII. f. MDXCIII. fol. Francof. MDLXXXIV. MDXCIV. MDCXXIV. 8vo... MDCXLIII. 8vo. Trajecti MDCLXVIII. 8vo. Anglice. Lond. MDCXC. fol. Annon haec *Hiſtoria* eadem cum libro *De origine gentium Britannicarum?* cujus ſpem injecerat ante triennium, inquit Rogerſius. MDLXXVI. *Epiſt.* 27. Th. Jacchaeus in ded. *Onomaſtico poëtico,* Edinburg. MDXCII. ita: "Georgium Buchananum rerum Scoticarum hiſtoriam "Sterlini in aedibus regiis ſcribentem interpellavi." *Axiomata,* lib. i. *Chamaeleontem; or the crafty ſtateſman deſcribed in the character of Mr. Maitland of Lethington, ſecretary of Scotland.* Pr. "There "is a beaſt, called Chamaeleon." Lond. MDCCX. 8vo. *De Maria Scotorum regina, totaque ejus contra regem conjuratione, foedo cum Bothwello adulterio, nefaria in maritum crudelitate, et rabie, horrendo inſuper et deterrimo ejuſdem parricidio, plena et tragica plane hiſtoria.* Pr. "Cum re- "rum domi judicatarum foris." .. 12mo. p. 31. *Actio contra Mariam reginam,* etc. "Haec cum "ex literis et teſtibus." Alio nomine: *Detectionem actorum Mariae reginae de morte Darleii reginae mariti,* etc. lib. i. primo Latine; dein in vulgarem linguam Scoticam ab ipſo tranſlatam. MDLXVII. 12mo. Extat Anglice, Lond. MDCLI. 12mo. Tranſtulit ex Anglico in Latinum *Thomae Linacri grammatices rudimenta,* lib. i. Pr. ded. comiti Caſſiliſſae. "Cum ſuperiore anno tibi curſim." Pr. "Quum tibi, illuſtriſſima Maria." Pariſ. MDXXXIII. 4to. Baſil. MDXLII. Geſner. E Graeco in Latinum tranſtulit *Quamplurima epigrammata,* Epiſt. x. *Iambos Simonidis ex Stobaeo.* Scripſit etiam *De rebus geſtis Hiſpanorum ad Dium in India,* lib. i. Edit. ſuppoſito nomine Jacobi Tenii primum in Hiſpania, dein Romae. Dempſterus. Hoc opus Didaco Tenio Luſitano reſtituit Nic. Antonius, *Bibl. Hiſpan.* i. 246. primo Colon. MDC. cum ſimili Damiani Goes opuſculo Romae MDCI, et cum aliis rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus, Francof. MDCIII. fol. Buchananus tantum epigram-

epigrammate hoc opus celebravit. Nic. Antonius. *Vitam ab ipso scriptam biennio ante mortem.* Pr. " G. Buchanan. in Levinia : " praefixam Poëmatibus, Amstelod. MDCLXXVI. 24to. Editio omnium operum Buchanani 2 vol. in folio prodiit cura doctissimi viri Thomae Rudimanni Edinburg. MDCCXV. Post eam prodiit alia 2 vol. in quarto. Amstelod. MDCCXXV, curante Petro Burmanno.

BUCKDEN [GUALTERUS] frater Dominicanus. Post lecturam ordinariam magister, ut Baleus, doctor, ut vult Pitseus, Oxoniensis factus est. Scripsit *Theologiae quaestiones*, lib. i. De aetate ejus non constat. Bal. xii. 53. ex Bostono Buriensi. Pits. *Append.* p. 846.

BUCKFELDE [ADAMUS] quem Lelandus BUCCENFELDUM vocat, nullo non genere Peripateticae prudentiae per suam aetatem inter eos qui Aristotelem amabant, enituit. In naturalium ac supernaturalium rerum explanatione illo autore maxime usus est, et ejus explicare dogmata frequenti suo auditorio in summis habebat deliciis. Scripsit iste, post varias in scholis artium lectiones, *Commentarios in metaphysicam*, lib. xii. (Ms. Oxonii in bibl. coll. Baliol. ut ait Pits. *Append.* 820.) Caetera ejus scripta, quae multa erant, non vidi, neque quo tempore, aut sub quo rege claruerit, novi. Haec Baleus x. 84. Scripsit etiam hic Adamus S. theol. doctor *In libros topicorum. In libros de coelo et mundo. In libros de generatione et corruptione. In libros meteororum.* Haec omnia Mss. habuit Lucas Waddingus, *Script. ordinis Minorum*, Romae MDCL. fol. p. 1.

BUCKINGHAM [THOMAS] in collegio Merton. Oxon. in studiis academicis egregie institutus, ejusdem socius factus MCCCXXIV, postea S. theol. doctor, et tandem cancellarius Exon. Scripsit *Comm. super magistrum sententiarum*, lib. iv. *Quaestiones theologicas*, lib. i. Ms. coll. Novi Oxon. 134. ubi sequentia: *Quaestiones* (88) *tractatae* per Thomam de Bukyngham *nuper eccles. Exon. cancellarium, ostendentes inter errores Pelagii... ronis, et Scoti catholicum medium invenire, ac praedestinationem, praeordinationem, praevolitionem aeternam, concursumque Dei stare cum libera voluntate et merito creaturae, et ideo ab effectu ostensio meriti liberae actionis sequens opusculum nominatur, et juxta modum Oxoniae actenus observatum in sua inceptione seu principio quaestionem materias, quas tractare disposuit, continentem proposuit sub hac forma.* Pr. " Utrum credere prophetiae de." Claruit tempore Edwardi iii. A. MCCCLVI. A. Wood. Ms. Merton. Pits. *App.* p. 913. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 87.

BUCKMASTER [GULIELMUS] S. theol. prof. collegii D. Petri Cantabrigiae socius: fuit praebendarius de Ewithington in ecclesia Herefordensi A. MDXXIX, quae praebenda vacabat per ejus mortem Oct. 1. MDXLV. A. MDXLI. 9 April. collatus fuit ad praebendam de Holborn in ecclesia S. Pauli Lond. quae vacabat per ejus mortem MDXLV. 14 Sept. *Regist.* Lond. Newcourt. i. 158. Extat in bibl. coll. Corp. Christ. Cantabrig. sub. 10. *A collection of speeches, letters*, etc. *during his being vicechancellor* MDXXIX, *with several other things relating to the history and customs of Cambridge.*

BUCKMASTER [THOMAS] clericus, artium magister et professor physices. Scripsit *A new Almanack and prognostication for the year* MDLXV, *wherein is express'd the chang and full of the moon with their quarters, the variety of the air, throughout the whole year, with times convenient for taking medicines*, etc. *made for the meridian of London*, by Tho. Buckmaster professor of physic... 24to. *Prognostica pro anno* MDLXIX hujus Thomae extant in *Ludo Astronomorum* per Nic. Allen, quem videsis. *Calendarium vere Christianum, sive Prognosticationem spiritualem pro* A. D. MDLXX. London... 8vo. Anglice. *Almanak pro anno* MDXCV.

BUCKNAM [ROBERTUS] ordinis S. Dominici, et Cantabrigiensis academiae cancellarius. Scripsit *De reconciliatione locorum S. Scripturae*, lib. i. Extat in bibl. coll. Anglorum Romae. Ms. Fulman. Quidam Dr.... Bucknam prior Dominicanorum Cantabrig. MDXXIX Latimeri adversarius. Apud Fox. MDCCXXXIV.

BUCKYNHAM [HENRICUS] frater ordinis Carmelitarum in conventu Jernemutae: Scripsit *Sermonum* lib. i. Ms. Bale Sloan. 4to. f. 121.

BUCLEUS [GULIELMUS] in civitate Litchfeldensi natus, collegii regii Cantabrig. alumnus et socius fuit. Tempore Edwardi vi a dom. Joh. Cheke ad collegium regium Cantabr. missus erat ad docendos ejus collegii juvenes arithmeticam et geometriam [ita Ric. Mulcaster, *Positions about training up children*, Lond. MDLXXXI. 4to. p. 243.] Et rex ipse Edwardus vi concessit Gulielmo Bucleo A. M. officium docendi adolescentulos regios vocatos Henchmen. 4 Jul. MDL. Rymer. *Foed.* xv. 42. Unde decursis scientiarum honorumque academicorum curriculis, amicorum non iniquis sane pollicitationibus in aulam evocatus est. Hic vero cum aliquantisper constitisset, tam charus Edwardo vi felicis memoriae regi, proceribusque miraculum illum naturae, propter admirabilem mathematicarum disciplinarum peritiam appellantibus esse coepit. Praef. *Arithmet.* per T. H. Scripsit *Arithmethicam memorativam*, sive *compendiariam arithmeticae tractationem versu.* Pr. " Tradit arithmetica numerorum cognitionem." Edidit quidam T. H. ad finem J. Setoni *Dialecticam.* Lond. MDLXXIV. 12mo. Cantabr. MDCXXXI. 12mo. Edita erat Lond. MDLXVII. 8vo. *Descriptionem et usum annuli horarii.* Pr. ded. ad Elizab. filiam regis. " Non " fine ratione veteres philosophi." Ms. bibl. reg. Westmon. 12. A. xxv. *Hexastichon in mortem M. Buceri.* Pr. " Lis est Germanus," etc. Extat inter *Scripta Anglicana Buceri*, Basil. MDLXXVII. f. pag. 911. *Sex disticha Latina in mortem duorum fratrum Suffolciensium.* Lond. MDLII. 4to. Obiit aliquot annis ante MDLXXIV. Praefat. *Arithmet.*

BUGAEUS [DAVID O] gente Hibernus, patria Kildarienfis in Laginia orientali ejus terrae regione natus. Fuit coenobii Kildarienfis Carmelita. Primum Oxonii, deinde Treviris in Germania operam dedit theologiae fcholafticae, in qua facultate multum inclaruit. Factus tandem ordinis fui in Hibernia praefes in patriam rediit, ubi in Atherdee et Dublinia capitula ordinis celebravit. Erat is philofophus, rhetor, theologus et utriufque legis in tota illa terra peritiffimus, atque ita totius Hibernicae nationis lucerna, fpeculum ac decus a multis appellatus. Sic Baleus ex Johannis Bloxhami Angli *Epiftolarum* opere. Scripfit *Sermones ad clerum*, lib. i. *Epiftolas* xxxii *ad diverfos*, lib. i. " A dilectionis foedere non recedit." *Propofitiones difputatas*, lib. i. *Lectiones Trevirenfes*, lib. i. *Regulas quafdam juris*, lib. i. Et *Contra Gerardum Bononienfem*, lib. i. Quibus addit Gul. Eyfengreinius *Catal. teftium veritatis. Commentarios in Biblia Sacra.* Claruit anno MCCCXX; et in coenobio fui ordinis Kildarienfi admodum fenex deceffit, et fepultus eft. War. p. 67. Bale. xiv. 92.

BULDE [THOMAS] facerdos profeffus in monafterio Sion, fcripfit *Sermones Dominicales fuper evangelia. Sermones de fanctis.* Omnes olim Mfs. in bibl. monaft. Sion.

BULL [HENRICUS] patria Warwicenfis, femi-commenfalis collegii Magd. Oxon. MDXXXV. et focius ejufdem A. MDXL electus: religioni reformatae addictiffimus folum vertit tempore reginae Mariae, regnante vero Elizabetha duobus pluribufque beneficiis ecclefiafticis donatus eft. Scripfit et collegit Anglice, *Chriftianas preces et pias meditationes*; inter quas multae funt Johannis Bradfordi. Pr. pr. " For as much as we are deftitute." Lond. MDLXX. 12mo. MDLXXXIV. MDXCII. MDCV. 8vo. vel 16mo. London. . . 24to. Primo liber hic impreffus effe videtur anno MDLXXII, quia calendarium in eo anno ibi incipit. *Lydlei preces cum additionibus.* Pr. " Before thou " prayeft, forgive." *Literas martyrum*, quae in bibl. coll. Emanuel. Cantabr. extant, collegit et publici juris fecit: Hoc enim Tho. Upchare fatetur, qui Henrico huic omnes Careleffii et aliorum literas tranfmifit. *Praefationem in Apologiam Johannis Hooperi.* Pr. " It hath alway bene the " practife:" quam edidit Lond. MDLXII. 12mo. Ex Latino fermone in vernaculum tranftulit *Lutheri commentarios in* xv *pfalmos graduum.* Pr. pr. " Ye have heard me before." Lond. MDLXXVII. 4to. Edit. a Jo. Foxio martyrologifta, qui epiftolam praefixit. Obiit Londini anno MDLXXV. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 185.

BULLEIN [GULIELMUS] in infula Elienfi natus Oxonii ftudiis philofophicis incubuit, et alibi creatus medicinae doctor ac clericus, aliquando cum magiftro Barret de Belhoufe in Effexia vixit; Scotiam vifitavit; et utplurimum in Suffolcia degit. Fuit auctor infignis, acuti judicii et verae pietatis laude clarus, qui contra tranfubftantiationem afferuit in *Fortalitio fuo*, lib. i. f. 31. In *Regimine falutis*, p. 95. commendat uvas Blaxhallenfes in Suffolcia, ubi faepe vixit cum confanguineis fuis, qui primatum oppidi Blaxhalli tenebant. A. MDL 9 Junii inftitutus fuit ad rectoriam de Blaxhall, quam refignabat ante 5 Novemb. MDLIV. Scripfit Anglice, *The government of health.* Pr. ded. Thomae Hilton militi, capitaneo caftelli de Tinmouth tempor. Phil. et Mariae. " Quintus Curtius, " the famous writer." Lond. MDLVIII. MDXCV. 8vo. *Dialogue both pleafant and pitiful, wherein is fhewed a godly regimen againft the plague, with confolations and comfort againft death.* Pr. ded. mag. Edwardo Barret. " Right worfhipfull Sir, If my chamber." Lond. MDLXIV. 8vo. MDLXXIII. 12mo. MDLXXVIII. 8vo. *Bulwark of defence againft all ficknefs, forenefs, and wounds, that do daily affault mankind*, etc. lib. iv. Pr. ded. dom. Henrico domino Hunfdon. " Mankind which " is call'd of the philofophers." Lond. MDLXII. MDLXXIX. fol. *Regimen againft the pleurify.* Pr. ded. dom. Roberto Wingfeld. " When by the arguments of moft true." Lond. MDLXII. 8vo. *Epiftolam piam Francifco Barlow.* Pr. " When the time of trouble draweth nere." Extat ad calcem *Dialogi contra peftem*, Lond. MDLXXII. 12mo. *Philippi More fpem falutis*, etc. notis auxit, epiftolaque Latina praefatoria ornavit. Lond. MDLXV. 12mo. *Carmen Anglicum* hujus Gulielmi praefixum tranflationi Anglicae Vegetii per Sadlerum. Obiit A. MDLXXXVII; et fepultus jacet in ecclefia S. Aegidii Cripplegate. Stow. p. 313. Mf. A. Wood. vol. iii.

BULLEIN [RICHARDUS] frater Gulielmi Bullein medicinae doctoris, theologus, attamen medicinae peritus, cujus praxin intuitu charitatis feliciter exercuit. Scripfit *De nephritide ejufque remediis*, lib. i. Hunc librum in epitomen reduxit, et impreffit frater ejus Gulielmus in *Fortalitii*, etc. parte fecunda; totum brevi typis mandare pollicitus. Obiit ante A. MDLXII.

BULLEN [GEORGIUS] filius domini Thomae; in academia Oxonienfi literis bonis imbutus. Comes Rochefordiae, et Annae reginae uxoris Henrici viii frater, legationibus plurimis functus, quinque portuum guardianus, et conftabularius Doverae; diverfi generis in Anglico fermone edidit *Rhythmos elegantiffimos*, lib. i. Decollatus erat ad turrim Londinenfem A. D. MDXXXVI 17 Maii, et in capella S. Petri ad vincula infra turrim humatus eft. Bale p. ii. p. 103. A. Wood. *Athen. Oxon.* vol. iii. Mf.

BULLINGHAM [JOHANNES] patria Gloceftrenfis, A. MDL menfe Julio focius probationarius collegii S. Mar. Magd. Oxon. fuit admiffus, antequam autem gradum magifterialem capeffferet, academiae valedixit. Religioni pontificiae tempore Edwardi vi et Mariae addictiffimus erat, qua de caufa tempore prioris exul Rothomagi in Gallia, tempore pofterioris Stephano Gardinero a facris fuit. Et in principio regni Elizabethae omnibus beneficiis privatus, mox reformatorum opiniones amplexus. Fox. p. 1935. A. MDLXV Aug. 31 collatus ad praebendam de Wenlocksburn in eccl. S. Pauli London. *Reg.* Grindall. A. MDLXVII archidiaconus Huntingdon. et praebendarius de Luda in ecclef. Lincoln. A. MDLXVIII doctor S. theologiae Oxon. renunciatus.

A.

A. MDLXX. Octob. 13. praebendarius Wigorniensis. Strype in *Vita Parker.* 316. A. MDLXXI Joh. Bullingham archid. Huntingd. et procurator cleri Wigorn. subscripsit articulis. A. MDLXXXI. Sept. 3. consecratus episcopus Glocestrensis, accepit episcopatum Bristoliensem in Commendam, quem usque ad A. MDLXXXIX tenuit una cum praebenda de Norton in ecclesia Hereford. Amissio autem episcopatus Bristoliensis compensata fuit per rectoriam de Kilmington vel Culmington dioec. Wellen. A. MDXCVI. Matth. Parkerus eum e catalogo concionatorum quadragesimalium expunxit, quia nec pronunciationem aulicam nec ingenium aulicum habebat. Strype in *Vita Parker.* p. 527. Transtulit in sermonem Anglicum, *Johannis Venaei orationem coram academia Paris. habitam* MDXXXVII *in defensione sacramenti altaris, cum praefatione ex libro Cuthb. Tonstalli ejusdem argumenti desumpta..* MDLIV. 8vo. *His English letter* dat. Bridgewater 26 Apr. MDLXII. Extat apud Fox. p. 1935. et 1 edit. 1540. Obiit 20 Maii MDXCVIII. Vide Newc. i. 222. *Athen. Oxon.* i. 717. seq.

BULLOCUS [GEORGIUS] admissus fuit socius collegii D. Johannis Cantabr. 29 Henr. viii. Ms. Baker, qui eum Etonae educatum fuisse conjicit. Anno MDL academiae Cantabrig. procurator fuit: ita in *Regist.* Parker. Anno MDLI fuit M. A. aetatis 30. Fox. 1 edit. 846. et tandem S. T. doctor Cantabrigiensis, et in eadem academia coll. S. Johannis evangelistae praeses MDLVII, ac S. theol. professor pro domina Margareta. Ms. Baker. Anno MDLIV Febr. 11. G. B. Sacr. Th. baccal. institutus in vicariam S. Sepulchri London. quae vacabat per ejus resignationem MDLVI. Newcourt. i. 534. Tempore Edwardi vi per biennium in abbatia Ninivensi delituit; patria bis ob haereses profugus. *Praefat. Concordant.* Fuit, ni fallor, hic Geo. Bullocus, qui per dominam reginam anno MDLIII mense Octob. ad rectoriam de Moungeham dioec. Cantuar. fuit praesentatus. Rymer. *Foeder.* xv. 350. Mortua Maria solum vertit, et in Galliam trajecit, ubi in abbatia Ninivensi ab abbate Johanne de Avene humanissime per octo annos exceptus; unde Antwerpiam profectus est, ubi in monasterio S. Michaelis theologiam praelegit. Anno MDLIX ecclesia de Munden magna dioec. Lincoln. vacavit per deprivationem Geo. Bullock S. T. prof. *Regist.* Parker. Fuit etiam praebendarius Dunelmensis. Strype, *Elizab.* 244. Scripsit ad Gregorium xiii papam *Oeconomiam methodicam concordantiarum S. Scripturae*, lib. i. "Beatissime pater, Cum abhinc." Extat Antwerp. MDLXVII. MDLXXII. fol. In monasterio S. Michaelis Antwerpiano mortuus et sepultus est circa A. D. MDLXXX. Pits. p. 773.

BULLOCUS [HENRICUS] patria Bercheriensis, ut Fullero (*Worthies*, p. 95.) videtur. S. theol. doctor Cantabrigiensis e collegio Reginae A. MDXX creatus, et procancellarius Cantabrig. MDXXV. Ms. Inett. Erasmo familiaris, et ab eo Bovillus dictus; quem card. Wolsaeus in patrocinium suum recepit. A. MDXXIII 29 April. admissus fuit ad ecclesiam S. Martini infra Ludgate, uti patet in *Regist.* Tonstall. episc. London. quae ecclesia vacabat 3 Jul. MDXXVI per mortem hujus Henrici. Scripsit *Contra Lutherum de captivitate Babylonica*, lib. i. *Orationes et epistolas*, lib. i. *Orationem habitam Cantabrigiae in frequentissimo coetu praesentibus Caesaris oratoribus, et nonnullis aliis episcopis ad cardin. Wolsaeum.* Pr. ded. Johanni Talero. "Etsi non ignorem, eruditissime Talere." Cantabr. MDXXI. 4to. In hac oratione Wolsaeum mirum in modum adulatur. *Luciani opusculum de siticulosis serpentibus*, lib. i. e Graeco in Latinum vertit. Obiit A. MDXXVI. Pits. p. 710. Bal. ix. 7.

BUNDVICA Bellatrix. Varia ei rerum Romanarum scriptores imposuerunt nomina. Tacito Boodicia, Boudicea, et Voadica dicitur; Dioni Βουδουίκα. Hanc per leaenam dolosam intelligi vult Gildas. De ea historici omnes Britanni silent praeter Ponticum Virunnium, qui in gestis ejus enarrandis valde errat. Illustrissima haec foemina, regio orta sanguine, Prasutagi regis Icenorum uxor, post mariti obitum a dominis Romanis verberibus saevissime affecta, in vindictam verberum sibiipsi a Romanis illatorum, et pudicitiae filiarum violatae Britannos ad defectionem sollicitavit, in qua, ipsa duce, colonias Camuloduni, Londini, et Verulamii expugnaverunt, et 70000 juxta Tacitum, 82000 juxta Dionem, Romanorum cives et socios vario suppliciorum genere trucidaverunt Britanni. Tandem a Paulino Suetonio victa, ne in manus Romanorum veniret, veneno vitam finiit, et magno cum honore a Britannis tumulata est anno urbis conditae DCCCXIV, circa annum Christi LXI vel LXII. Vita hujus heroinae ex Tacito aliisque Romanis autoribus, non ex Baleo et Pitseo contexenda est. Scripsit juxta Baleum i. 25. et Pitseum, p. 71. *Pro excutiendo Romanorum jugo epistolarum* lib. i. Obiisse fertur circa, A. D. LXX. Scripsit praeterea secundum Dempsterum ii. 199. *Conciones militares*, lib. i. Harum sub ejus nomine duae extant; una apud Tacitum, altera apud Dionem. *Querelam suorum temporum*, lib. i. *De obsidionibus urbium*, lib. i. *De exercitu pedestri ducendo*, lib. i. Aliam finxit Baodiceam Baleus l. c. quae post eversas Romanorum in Britannia colonias, exercitibus eorum deletis, et Paulino capto in Gallias trajecit, cuncta armorum strenuitate invadens et evertens. Inde festinabat Italiam armis petere, sed prope Alpes, bellorum molestiis superata aegrotavit ac periit, mulierum sane gloria. Claruit sub Arvirago Britannorum anno post natum Dei filium LXX. Tantus tunc terror (inquit Ponticus) Romam et Italiam invasit, quantus antea nunquam, neque in adventu Brenni, neque Hannibalis, aut alterius cujuscunque. Haec *Bale*, l. c.

BUNGEY [NICOLAUS] ab oppido natalitio apud Nordovolgios cognominatus, episcopo Londinensi a sacris fuit. Scripsit *Adunationes chronicorum*, lib. i. Claruit A. MCCCCXL. Bal. xi. 45. Pits. p. 628.

BUNGEY

BUNGEY [THOMAS] five BONGEIUS, apud Icenos [a] ortus propter ripas Avonae in emporiolo fui nominis, quod tunc Bigotianae ditionis erat, maturis ftuduit Francifcanus annis in Ifidis Vado, et ufque adeo ftrenue philofophiae ac theologiae incubuit, ut ab opere gloriam vel aeternam fibi comparaverit. Crediderim et Lutetiae, de more illuftrium Anglorum, eum aliquando fcholas frequentaffe publicas, cura quidem magna nec fucceffu minori. Cedebat occupatiffimus, fed doctiffimus Hevedlegus muneri interpretationis Sacrae Scripturae; non alia tamen ratione ulla, quam ut expeditum, et in eadem parte exercitatum commode fubftitueret. Erat ille quidem inter praelectores collegii Francifcani, tum propter Vadum Ifidis celeberrimi, a primo nonus. Loco vero fuo ftatuit Bongeium in primis doctum; cujus praeter caetera tanta in mathefi et tam recondita cognitio fuit, ut praeftans arte multa ingenioque longe acerrimo majora quam fimplex tenuiter literatorum turba vel recte expendere, vel intelligere facile potuerit, crederentur cacodaemonum facta confilio, et infami ftudio. Adducor ut credam, eum in ejufmodi naturalium rerum experientia ufum fuiffe, adprobato Baconis judicio, qui eam magiae partem libris accurate fcriptis pofteritati confecravit. De dignitate magiftratus, quo inter fuos functus eft, fatis conftat. Erat enim Francifcanorum, Angliam incolentium, ut confueto utar vocabulo, minifter [b]. Catalogus illuftrium Francifcanorum magnifice meminit libri a Bongeio in *Sententiarum* [c] lucem fcripti [d]. Ex *Lelando.*

[a] Seu Nordovolgas, addit Mf. Lel. Trin. [b] Magifter, legit Mf. Lel. Trin. [c] Lib. iv. "Fidem veftram clypeis munire." Scripfit etiam *De magia naturali*, lib. i. *Quaeftiones theologiae*, lib. i. [d] Tandem Oxoniae valedixit, et Cantabrigiam fe contulit, ubi brevi degit, et mox Northantoniam feceffit, et ibi in fui ordinis coenobio fepultus eft. *Hift. et Antiq. Oxon.* i. 73. Claruit anno MCCXC. Bal. iv. 61. Pitf. p. 373.

S. BUO, cui Bardus cognomen, vitam eremeticam in Argathelia vixit. Scripfiffe fertur *Laudes SS. trinitatis*, lib. i. *De cruce Domini*, lib. i. *Prophetias de regno Scotiae*, lib. i. Claruit anno DCCXCII. Corpus ejus Ornefci in infulis fepultum eft. Dempfter. ii. 167.

S. BUO alius, evangelium Chrifti Iflandis praedicabat. Scripfit *Homilias ad Iflandos*, lib. i. Claruit anno DCCCXC. Dempfter. ii. 168. De hoc Buio fequentia annotanda funt ex Forfaeo. "Adderem his Buium Iflandum, quem vita illius tum atheum tum canem ab inimicis appellatum "effe, gigantei roboris fuiffe, patriaque ob temerata ethnicorum facra, a quibus abhorruerit, "Haraldi Pulchricomi tempore profugiffe, ac deinde in Einaris de Cefpite Orcadum comitis "aula moram nexuiffe tradit—nifi Buii hujus vita pura puta fabula eft. Adeo ut rifum mere-"atur Thomas Dempfterus, qui cum in Arngrimi *Crymogaeo* libro ii Buium, idola abominatum, "fanum quoddam flammis abfumiffe legiffet, Iflandorum apoftolum, in *Menologio Scotico*, mira "quidvis fcribendi licentia, ex eo effinxit." Haec Thormodus Torfaeus in praefat. ad *Hiftor. rerum Orcadenf.*

BURGH [BENEDICTUS] artium magifter, collatus ad archidiaconatum Colceftriae 10 Febr. MCCCCLXV. (uti in *Regift.* Kempe epifc. Lond.) et ad praebendam de Ealdelond in ecclefia S. Pauli Lond. 23 Febr. MCCCCLXXI. (Ibid.) quam permutavit cum Will. Morlandi praebenda S. Stephani Weftmonaft. 18 Junii MCCCCLXXVI. Rex Edwardus iv per literas patent. 10 Edw. iv. 11 Aprilis dedit Benedicto Burgh capellano fuo praeb. de Walton. in cap. de Brignorth. Fuit rector ecclefiae de Sandon in Effex. MCCCCXL, dein anno MCCCCL rector de Hedingham Sibele. Newc. i. 90. ii. 517. Anno MCCCCXXXIII. 3 Julii literae teftimoniales academiae Oxon. figillatae fuerunt Benedict. Burgh. uti in *Regift.* F. f. 27. b. Obiit Julii 13. MCCCCLXXXIII. (Archidiaconatus Colceftrenfis vacabat per mortem hujus Bened. Burgh. 18 Julii MCCCCLXXXIII. *Reg.* Kemp. epifc. Lond.) vide *Obituarium* S. Stepha. Weftm. in Mf. Cotton. Fauftina B. viii. In ufum domini Bourgcherii filii comitis Effex. tranftulit in Anglicum carmen, *Catonis moralia carmina.* Impr. by Caxton MCCCCLXXXIII. fol.

BURGHARDUS [a], infignis continentiae monachus, pauperem diutiufcule vitam in fuo coenobio vixerat; cum ecce Fremundus [b], nobiliffimi Algari [c] nobilior filius, filentii et eremi appetens ad eum venit; rogans iterum atque iterum, ut fibi liceret, illo tanquam comite, aut potius duce, folitariae, quam jam decreverat, vitae perfrui. Vicit haec ftatim oratio tam clari juvenis Burghardum, qui, fuo mature relicto monafterio, Fremundum fecutus eft. Uterque igitur ad litus deveniens, navem confcendit, velaque ventis committit, donec, Chrifto nauclero, pervenerunt ad infulam defertam, nomine, ut obfcurus quidam autor tradit, Vagam; ubi per aliquot annos plane coeleftem vitam agebant. Non tamen illic tam ignotas latebras habuit Fremundus, quin a fuis toties quaefitus tandem inventus fit, et domum reductus: fed non fine infinitis precibus. Reverfus quoque eft una cum illo Burghardus comes individuus. At, pro dolor! paulo poft Fremundus a truculentiffimis Dacis, fi fama vera refert, occifus eft. Rogabis forfan, quid, extincto Fremundo, Burghardus fecerit? Mortui certe cineres non violis, non rofis fpargebat (ut olim mos erat Romanis in ornandis amicorum tumulis) quin potius jejuniorum et eleemofynarum balfamis ac pigmentis perpetuo fragrantibus defuncti manes fovebat. Addidit hoc etiam ad gloriam; nam de ejus vita [d] brevem quidem, fed admodum luculentum libellum edidit. Hic, hic fuit nofter Burghardus [e]

[a] Burchardus, patria Dorceftrenfis, Bal. Pitf. [b] Offae regis filius, Pitf. [c] Occidentalium Anglorum ducis, Bal. ii. 22. [d] Haec eft *S. Edmundi regis Vita*, juxta Stowi *Surv. Lond.* p. 28. et Nicolfon, *Hift. lib.* ii. 521. [e] Burchardum epifcopum diverfum a Dorceftrio fentit Baleus, et illum ante centum annos floruiffe tradit *Cent.* xiii. 57. et Pitfeus, p. 164. Vide Dempft. ii. 141.

(nifi

(niſi aliter eruditus lector ſentiat) qui Bonifacio Winfrido, Friſiorum apoſtolo, poſtea fideliſſime adhaeſit; a quo etiam factus epiſcopus [f] fuit, conſenſu Zachariae, Rom. pont. et Pipini, regis Francorum, A. D. DCCLI. Hertmannus Schedelius in *Chronicis* ſuis ſcribit, Burghardum una cum fratre ejus [g] Suduvio in Gallia ſtuduiſſe. Indidem tandem cum libris, quos ſcripſerat, et ſex monachis Habenberg [h] profectus eſt, ibique obiit anno epiſcopatus [i] quadrageſimo, A. D. DCCXCI [k]. Claruit [l] regnante Offa, Merciorum rege, in Anglia.

[f] Primum Herbipolenſis, poſtea Wirtzenburgenſis. Bal. [g] *Sigwio fratre* legit Mſ. Lel. Trin. [h] *Hohenburg profectus*, Mſ. ibidem. [i] In Hohenburgenſi arce ad Moenum ſita, et in Herbipolenſi eccleſia ſepelitur. Cum Sigwio fratre remanſerunt libri, quos ſcripſerat. Bal. Epiſcopatum reſignavit ante mortem, et habuit ad clerum et populum prolixam et elegantem orationem *De ſubſtituendo ſucceſſore*. [k] Obiit 2 Febr. Pitſ. 12 Febr. DCCXCI. Dempſt. l. c. [l] Claruit Burchardus Dorceſtrius A. D. DCCCLXX. *Vita* S. Burchardi Angli epiſcopi Herbipolenſis extat apud Caniſium, tom. iv. p. 646. p. ii.

BURGO [RICHARDUS de] cancellarius Cantabrigienſis. Extat *Catechiſmus collectus ex operibus Gulielmi Pariſienſis, opera magiſtri Ric. de Burgo*. Mſ. bibl. Bodl. Digby 103.

BURLAEUS [ADAMUS] dictus magiſter Adamus, philoſophus Anglus, ſcripſit *Quaeſtiones logicales*, lib. i. Mſ. Cantab. in archivis collegii Caii et Gonvilli Rhet. xix. Alia me latent. Adam de Burley nuper perſona de Chew, com. Som. 19 Edw. iii. Mſ. Ant. Wood, C. 91. Pitſ. *App.* 820.

[a] BURLAEUS [GUALTERUS] ſi quis e numero Scotiſtarum inter eruditos ponendus, magnum merito locum domi poſſidebit, qui foris, id eſt, Lutetiae Pariſiorum, diſputandi acumine ingenioſiſſimus plane judicatus eſt. Teſtis optimus in hac parte mihi eſſe poteſt Hermannus Schedellus, Noricobergenſis; nam et ille Burlaei argutis argumentis non ſine honorifica mentione aſſurgit. Studuit etiam Iſiaci in collegio Maridunenſi [b], ubi publico academiae ſuffragio, quemadmodum et Lutetiae, in ſupremam theologorum claſſem relatus eſt [c]. Scripſit numeroſos in opera Ariſtotelis commentarios: e quibus hi etiam nunc in bibliothecis cum Grantanis, tum Iſiacenſibus apparent: * *In ſex principia* [d] *et praedicamenta* [e]. * *In libros poſteriorum* [f]. * *In libros phyſicorum* [g]. * *In libr. de generatione et corruptione* [h]. *In lib. de coelo et mundo* [i]. * *In librum de ſomno et vigilia* [k]. *In lib. meteororum* [l]. * *De ſenſu et ſenſato* [m]. *In lib. de anima* [n]: *item de potentiis animae* [o]. *In lib. ethicorum* [p], *oeconomicorum* [q], *et politicorum* [r], ad Richardum, Dunolmenſem epiſcopum. *De ſubſtantia orbis* [s]. *De motu animalium* [t]. *De formis* [v]. *De ſenſibus* [w]. *De diviſione entis* [x]. *De toto et parte* [y]. *De finito et infinito* [z]. *De duobus principiis* [a]. *De tribus in toto*

[a] Gualt. Burleus ſive de Burle natus erat an. MCCLXXV. A. Wood. Mſ. Merton. Sacerdos ſaecularis. Bal. Doctor planus et perſpicuus dictus. Cave. Ob inſignem doctrinae famam invictiſſimo principi Edwardo iii praeceptor datus. Wharton. Joannis Duns Scoti doctrinam acerrime impugnavit. Wharton. *App.* ad Cave, p. 32. [b] Occurrit ibi ſocius ann. MCCCV. A. Wood. Mſ. Mert. [c] Propter ſapientiam, mores limatos, et doctrinam in fide et clientela fuit epiſcopi Ulmenſis in Suabia. Hollinſh. iii. 414.

* Opuſcula notata invenerat olim Leland. in bibl. Baliol. *Coll.* iii. p. 62. [d] Lib. i. Iſte liber intitulatur *Sex principia*. [e] Sive *Catalogus*, lib. iii. "Circa libros praedi- "camentorum eſt." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 12. F. xix. 1. Mſ. Cantab. in coll. S. Petri, xxxviii. 5. Oxonii in bibl. publ. Bodl. NE. E. 1. 9. [f] Lib. ii. "Secundum philoſophum in moralibus." Mſ. Cantab. in colleg. S. Petri. l. c. Et Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 12. B. xix. 10. et Caii Mſ. I. 49. Extat Venet. MDIV. MDXXXVII. MDLII. Oxon. MDXVII. 4to. Cave. Edit. Venet. MCCCCXCVII. f. incipit, "Omnis cognitio noſtra vel eſt ſenſitiva." *Comm. in primum poſteriorum* extat ibid. MDXIV. [g] Lib. viii. Pr. prol. "Per reverendum in Chriſto patrem." Pr. lib. "Ariſtoteles determinans de rebus naturalibus." Mſ. Oxon. Omn. Anim. xiii. fol. Mſ. Baliol. XCI. In Mſ. Mert. Q. 1. 16. fol. in pr. laceroſ. prol. incipit: "Ric. Culvelinenſis "ſedis epiſcopum:" ſed impr. nullum habet prologum ejus initii. Extat Venet. MCCCCXCI. fol. MCCCCXCIV. MDI. et MDLXXXIX. f. [h] Lib. ii. "De generatione autem "et corruptione in prohemio." Mſ. Oxon. in colleg. Omn. Anim. xiii. et Oriel. xii. Hoc tamen exciſum eſt per nebulonem. [i] Lib. iv. "In hoc libro qui dicitur de "coelo et mundo, ſunt quaedam." Mſ. Oxon. in colleg. Magd. 63. et colleg. Omnium Anim. xiii. et Oriel. xii. Hoc tamen exciſum eſt per plagiarium. [k] Lib. ii. "De ſomno et vigilia conſideranda ſunt." Mſ. Oxon. in colleg. Omn. Anim. xiii. "Intentio philoſophi in hoc "libro, qui intitulatur." Mſ. Oriel. xii. [l] Lib. iv. "Utrum aliqua ſpeculatio ſit in." Mſ. Oxon. in coll. Magd. 80. et Oriel. xii. Hoc tamen exciſum per plagiarium. [m] Lib. ii. "Scientia de anima in tres partes." Mſ. in colleg. Oriel. xii. Oxon. et Mſ. coll. Magdal. 146. [n] Lib. iii. "Bonorum honorabilium," etc. (Mſ. Langb.) "Sicut dicit Themiſtius in opere." Mſ. Oxon. Magdal. 146. et in collegiis Novo 242 et Baliol. K. 14. et Omn. Anim. xiii. et Oriel. xii. Cantabrigiae in bibl. publ. S. Petri et Pembroch. citante Pitſeo. [o] Lib. i. "Bono- "rum honorabilium notitiam, etc. ut dicit Ariſtoteles in "ſecundo de anima," Mſ. Bodl. Digb. 104. f. 205. *ut dicit philoſ.* Mſ. coll. Om. An. Oxon. Q. 7. 1. Et Oxon. coll. Magd. 47. et 146. et Cantab. in coll. Caii H. 1. et Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 12. B. xix. 5. Aliae ſunt ab hiſce libris de anima ejus *Concluſiones de differentia ſpiritus et animae*. Pr. "Bonorum honorabilium, etc. Anima, ut di- "citur." Mſ. in coll. Bal. Oxon. D. 18. [p] Lib. x. "Re- "verendo in Chriſto patri ac domino, etc. Etſi multorum "ſcriptorum in philoſophia." Mſ. Oxon. in collegiis Novo, 242. Oriel. 57. Magdal. 205. et Baliol. G. 13. Cantabrigiae Mſ. in collegiis S. Petri 41. 1. et Pembrochi. 72. Extat Venet. MD. f. et MDXXI. fol. [q] Lib. i.

[r] Lib. viii. Pr. pr. "Ut dicit philoſophus Ethic. v. re "famulari." Oxon. Mſ. Oriel. 57. Mſ Bal. G. 13. Pr. dd. cuidam epiſcopo (nam manus ſacrilega primam capitis literam excidit) "Quid pro tot et tantis beneficiis." In hac dedicatione ait opus inchoatum fuiſſe ad requiſitionem Richardi epiſcopi London. Mſ. coll. Novi 242. Pr. lib. "Subjectum libri politicorum eſt." Mſ. Cantabr. in bibl. publ. 90. et S. Petri 42. 2. Oxonii in collegio Magdal. 205. [s] Lib. i. "Prohemium hujus libri continet." Mſ. in colleg. Oriel. Oxon. xii. [t] Lib i. "De motu "autem eo, qui eſt." (Bale.) Pr. "Secundum philoſo- "phum 3. Phyſ. volentem." Mſ. Oxon. Oriel. xii. et Magdal. 80. [v] Lib. i. Extat Oxon. in colleg. Oriel. Mſ. xii. cui titulus, *De remiſſione, et intentione formarum*, exciſ. per plagiarium. Extat etiam Venet. MDXIX. f. Qu. tamen an idem? [w] *Interioribus*, lib. i. "Notandum quod "materia prima." In colleg. Oriel. Oxon. Mſ. xii. habetur lib. *De ſenſibus*, cui initium, "In homine ſunt quin- "que ſenſus." [x] Lib. i. "Attende circa diviſionem "entis per ſe in decem." Mſ. f. in colleg. Omn. Anim. Q. vii. 1. [y] Lib. ii. Ibid. [z] Lib. ii. Ib. [a] Lib. i. Ibid. Extat Oxon. MD. 4to. et ibid. MDXVIII. (A. Wood, Mſ. Pitſ.) tractatus *De materia et forma, et de relativis*.

universo per se agentibus [b]. *De qualitatibus* [c]. *De divisione potentiae in activam et passivam* [d]. *De definitione et modo definiendi* [e]. *De relativis* [f]. *De abstractis* [g]. *De memoria et reminiscentia* [h]. *De longitudine et brevitate vitae* [i]. *De fluxu et refluxu maris* [k]: cujus et titulo extat libellus Rogeri Baconis, mathematicorum sui saeculi principis. Praeter haec edidit librum de *Vita et moribus philosophorum* [l], atque adeo alia multa, quae vel tempus obscuravit, vel incuria blattis et tineis erodenda reliquit [m]. De tempore, quo vixit, hanc conjecturam capio. Dedicavit lucubrationes suas in *Ethica et politica* Aristotelis Richardo, Dunensi episcopo; hic si fuit Richardus, cognomento Angravilla, literatorum fautor plane maximus, ut certe fuisse arbitror, liquet Burlaeum in scholis claruisse, regnante Edovardo, ejus nominis a Gulielmo notho tertio [n]. Neque jam te aliud celabo: nempe alterum fuisse Burlaeum, praenomine Joannem [o]. Is erat Carmelita et theologus non indoctus, at aetate superior; ut qui floruerit circiter primos annos Edovardi Arvonii. Obiit autem Joannes Stenofordae, Lindensis provinciae emporio, et ibidem sepultus est. Ex *Lelando*.

[b] Lib. i. "Intelligendum est quod in universo." Mſ. Bodl. Digb. 77. Iterum *De tribus agentibus*, lib. i. "Sic-"ut fructus est ultimum quod." Ita incipit tract. qui inscribitur, *De principiis naturalibus*, in bibl. Baliol. Oxon. xciii. [c] Sive, *De relatione, qualitate, et quantitate*, lib. i. Bale. Pitſ. [d] Lib. i. "Sciendum quod secunda est potentia." Mſ. Bodl. Digb. 77. [e] Lib. i. [f] Oxon. MD. 4to. ibid. MDXVIII. A. Wood, Mſ. Pitſ. Vide supra [a]. [g] Lib. i. "Sed dubium est quid habe-"mus" Mſ. Bodl. Digb. 77. [h] Lib. ii. Mſ. in coll. Oriel. 12. sed in pr. et fine mutilus. Mſ. Oxon. Magdal. 80. et 146. [i] Lib. ii. "Intentio in hoc tractatu est." Mſ. Oxon. Magdal. 80. et 146. et coll. O. A. Q. vii. 1. Mſ. Oriel. xii. [k] — *Anglicani* (Pitſ.) Lib. i. "Visis effectibus, "quorum causa latet." Mſ. ibid. sed nunc per plagiarios excisus non apparet. Tract. hujus arg. et pr. Mſ. extat in bibl. coll. Mert. Q. 1. 8. fol. 171. et Mſ. Oriel. xii. Quaere tamen annon sit Rogeri Baconis? [l] Lib. i. Mſ. Ratisponae in bibl. Dominicanorum, et olim in Monaster. Syon. Extat . . . . . . MCCCCLXXII. 4to. Vide hujus libri censuram apud Vossium *Hist. Lat.* p. 515. seq. Hunc librum quidam Antonius a Sala, J. C. Monbellensis, Casali MDCIII. 4to. nomine suo publicavit, excisis quibusdam in fine libelli. Placcius ii. 550. ex Teisserii *Catalogo auctorum et bibliothecarum*, p. 113. seq. [m] Scripsit praeter haec secundum Bal. v. 42. et Pitſ. p. 435. *In magistrum sententiarum*, lib. iv. "Cupientes aliquid, etc. In hoc pro."
* *In isagogen Porphyrii*, lib. i. "Quia de dictis in logica "intendo." Mſ. Bodl. NE. E. i. 9. Et Mſ. bibl. reg. Westmon. 12. B. xix. 3. Extat Venet. MCCCCXCVII. ibid. MDIX f. * *De universalibus quoque*, lib. i. "Circa "universalia sunt dubitationes." *De natura syllogismorum*, lib. i. Extant *Regulae consequentiarum*. Mſ. penes Tho. Allen. *De puritate logicae*, lib. i. "Suppositis significatis "terminorum." *Abbreviationes in problemata Aristotelis alphabetice*, lib. i. cap. 38. "Felix qui poterit causas cog-"noscere." Mſ. bibl. reg. Westmon. 12. E. xvi. 8. Mſ. Oxon. in colleg. S. Mar. Magdal. 65. et Bodl. Digb. 77. 153. * *In perihermenias*, lib. ii. "Nomen libri Perihermenias, qui." Bal. Pitſ. "Iste liber, quem in praesens in-"tendimus." Mſ. in bibl. reg. Westmon. 12. F. xix. 2. Mſ. Oxon. coll. Magd. 146. Extat Venet. MDIX. fol. *In priora Aristotelis*, lib. ii. *Quaestiones in Arist. de mundo et coelo*, lib. iv. "Utrum philosophiam special." Mſ. coll. Magd. Oxon. 63. *Quaestiones ethicorum Aristotelis*, lib. x. "Prima quaestio istius libri primi." Citat eas Pitseus, quod extent Mſs. Oxon. in collegiis Novo et Baliol. xcv. Cantabr. in publica, S. Petri, et Pembrochii. Methodus autoris [horum librorum compositione] haec est: Quemque librum in plures tractatus dividit, tractatus in capitula: textum exponit, dubia movet, et solvit: cuique libro indicem quaestionum praeficit, et finito subjicit tabulam, 1. propos. communium: 2. conclusorum. 3. propos. magistralium. Mſ. Langb. Baliol. p. 109. *In elenchos et * topica*, lib. vi. Mſ. Cantabr. coll. Caii, juxta Pitseum. *In topica*, lib. viii. Pr. "Ut de dicendis in hoc opere." Mſ. bibl. Merton. Q. ii. 11. Art. *Quaestiones politicorum Aristotelis*, lib. viii. Pr. pr. "Ut dicit phil. Ethic. v." Pr. lib. "Subjectum libri politicorum est civitas." Mſ. in bibl. Baliol. xcv. Langb. "Prima quaestio quid est servus." Ita incipit secundum Bale et Pitſ. Hanc diatribam eodem modo tractat quo *Quaestiones ethicorum*. *De sensibilibus*, lib. i. "In homine quinque sunt sensus." Et Mſ. bibl. reg. Westmon. 12. B. xix. ii. *In logicam Scoti*, lib. i. *De mixtione elementorum*, lib. i. "Dubium apud multos esse "solet." *De ideis*, lib. i. "Augustinus in libello suo "de 83." *In Aristotelem de natura*, lib. iii. *De divisione scientiarum*, lib. i. "Cum secundum philosophum Arist. "et alios." Mſ. Bodl. Digb. 220. "Sicut dicit philoso-"phus in primo." Bale. Pitſ. *In metaphysicam ejusdem*, lib. xii. *Rationes terminorum*, lib. i. *De via modernorum*, lib. i. *In Aristotelem de moribus*, lib. v. *In artem Lullii cabalisticam*, lib. ii. His addidit Pitseus *Comment. in Arist. parva naturalia*, lib. i. Mſ. Oxon. in colleg. Omn. Anim. et Oriel. juxta Pitseum. *In Gilbertum Porretanum et artem veterem Aristotelis*, lib. i. Venet. MDIX. et MCCCCXCVII. f. vid. Wharton. *App.* ad Cave. *Quaestiones super libros meteororum*, lib. i. Mſ. Oxon. in coll. Novo. Baliol. 93. et Omn. Anim. Mſ. Q. vii. 1. et Magdal. 80. Cantab. in bibl. publica S. Petri et Pembrochi. ut vult Pitseus. Extant inter Mſs. A. Wood. in bibl. Ashmol. Oxon. Mſ. 76. 4to. *Compendium super libris*, etc. Mſ. Bodl. Digb. *Sententiae de libris metheororum secundum magistrum Burley*: Pr. "In "isto libro, qui liber metheor." Mſ. Bodl. Digb. 98. et in Mſ. Baliol. xciii. *Expositio G. Burley super* iv *libros meteororum Aristotelis*. Pr. "De primis ergo causis, etc." "In primo libro, qui liber" [n] Tempus quo claruit, patet ex eo, quod quandam expositionem [sc. in librum Perihermenias, uti constat ex Mſ. Lambeth. 143.] finiisse se scribit A. Ch. MCCCXXXVII, aetatis suae 62. Bale. Unus fuit e nunciis a domino rege Edw. iii papae destinatis pro canonizatione Thomae nuper comitis Lancastriae, ult. Feb. MCCCXXVII. Rymer. *Foeder.* vol. iv. 269. Obiit A. D. MCCCXXXVII. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. p. 87. aetatis 62. A. Wood. Mſ. Pitſ. Quidam Walterus de Burle occurrit praebendarius de Shaldeford in ecclesia Wellensi MCCCXXXII. vide *Regist.* Rad. Baldok, episcopi Lond. f. 84. Mr. Walterus de Burle 14 Aug. MCCCXLI fuit institutus ad rectoriam de Glemsford in dioecesi Norwic. ad praesentat. episcopi Eliensis, ex causa permutationis cum rectoria de Pighteslee, Lincoln. dioc. 2 Jun. MCCCXLII. Glemsford vacavit per ejus resignationem ratione permutationis cum Ashtede, Winton. dioc. Ita in *Regist.* Norwic. iii. Quidam dominus Gualterus de Burley 22 Jan. MCCCXLV per procuratorem suum petebat ab archiepiscopo Ebor. ut admitteretur in archidiaconum Richmondiae; cui resp. erat, quod dignitas illa provisione papali collata erat cardinali Carmagne. A. Wood. Mſ. Mert. ex *Regist.* Ebor. [o] De Joanne Burlaeo vide quod sequitur.

BURLAEUS [JOHANNES] Hujus nomen non celabo, inquit Lelandus [juxta *Epit.* ejus per Baleum Mſ. Trin. f. 83, ubi inter Gul. Whetley, et Ric. Middleton locum habet] Fuit nempe Stanfordiensis coenobii Carmelita, ad Isidis Vadum doctor theologus per suam aetatem non indoctus. Is olim fovebat Gul. Lidlingtoni partes adversus Gerardum Bononiensem, nominatissimum ejus aetatis doctorem Italum, sc. A. D. MCCCIII. floruitque circiter primos annos Edvardi Arvonii, vel ejus nominis a conquestu primi. Qui et scripsisse memoratur *in Porphyrium, Gilbertum, Aristotelem et Longobardum plus quam* xxxvii *libros*. Decessitque tandem Stanfordiae, Lincolniensis provinciae emporio, et ibi senex est sepultus A. D. MCCCXXXII, regnante Edwardo tertio. Bal. x. 71. ex Lelando. Pitſ. p. 428.

BURNELLUS

BURNELLUS [EDVARDUS] Britannus; in academia Roftochiana Graecarum literarum profeffor fcripfit in gratiam pubis Roftochianae *Epitomen dialectices, qua fumma hujus artis quafi in tabula fpectanda proponitur.* Pr. ded. Andreae Egerdae acad. rectori. "Non me fugit, vir hu-" maniffime." Roftoch. MDXLII. 12mo. *Carmen praefixum Gul. Alley Pauperum bibliothecae.* Lond. MDLXV.

BURNESTON [SIMEON] alias BORASTON S. theol. doctor Cantabrigienfis [Quaere tamen annon Oxonienfis fuerit; ad finem enim *Tractatus de unitate*, etc. haec extat Nota. "Scripta funt " haec A. D. MCCCXXXVII menfe Maii in domo fratrum Praedic. Oxon."] Praefes Dominicanorum per Angliam provincialis. Scripfit *Diftinctiones theologiae pro fermonibus faciendis*, lib. i. "Ab-" jicere fecundum autorem de natura." Mf. Oxon. in coll. Merton. N. viii. 6. Art. Et. bibl. Bodl. NE. E. 41. 2. B. 7. 6. Cantabr. in coll. S. Petri 82. Et Mf. aul. Pembroch. 102. et Mf. Caio-Gonvil. Mifcell. 6. *Alphabetum dictionum praedicabilium cum concordantia autoritatum quorundam doctorum*, lib. i. Mf. coll. Merton. P. i. 13. *Compilationem de ordine judiciario circa crimina corrigenda*, lib. i. cap. 8. quaeft. 26. "Corripiet me juftus." Mf. Oxon. in coll Lincoln. Theol. 17. Mf. bibl. publ. Cantabr. 140. 1. *De poftulandis fuffragiis*, lib. i. "Regnare videtur rex." Olim in bibl. Merton. nunc autem deeft. *Sermones in epiftolas et evangelia Dominicalia*, etc. "Volentibus " tranfire mare." Mf. Merton. P. i. 13. *Sermones fubtiles*, lib. i. *De unitate et ordine ecclefiafticae poteftatis*, lib. i. cap. xi. Pr. "Fiet unum ovile et unus paftor." Mf. in coll. Lincoln. Theol. 17. Mf. bibl. publ. Cantabr. 140. 10. Mf. in mufeo Petri le Neve. *De mutabilitate mundi*, lib. i. cap. vii. Pr. "Cum omnibus mobilibus." Mf. Oxon. in coll. Lincoln. Theol. 17. Mf. bibl. publ. Cantabr. 140. 7. et Mf. in mufeo Petr. le Neve. Claruit A. MCCCXXXVII. Bal. v. 41. Pitf. pag. 437.

BURNETTUS [DUNCANUS] patria Scotus, vir magni nominis apud Germanos ob medicinae peritiam, cujus facultatis doctor erat. Scripfit *Iatrochymicum*, lib. i. *De praeparatione et compofitione medicamentorum artificiofa*, lib. i. Prodierunt poft mortem auctoris anno MDXX. . . cura Jo. Danielis Mylii. Et Francof. MDCXVI. f. Dempfter. ii. 174.

BURTANT [ROBERTUS] Anglus an Scotus fuerit haud conftat. Edidit *Tragoediam Davidis Beton*, et *Examinationem Georgii Wifchart*: quibus praefixit *Epiftolam longam de* . . . . . . Pr. "Attendauntly confydering (moft benign") Lond. MDXLVI. 12mo. BB. Wood. *The precepts of Cato with annotations by Erafmus, tranfl. into Englifh*, by Robert Burrant. ded. dom. Thomae Carmarden. Lond. MDLX. 12mo. An auctor hic idem qui fupra, pro certo affirmare non aufim.

BURWASH [HENRICUS] five BURGHERST filius dom. Roberti B. militis et dom. Matildae uxoris fuae. Mf. A. Wood. Godw. ex ftatutis coll. Oriel. Oxoniae inter Orielenfes educatus. Praebendarius de Rikhall in ecclefia cathedr. Ebor. epifcopus Lincolnienfis A. MCCCXX evafit; dein Angliae thefaurarius, et mox cancellarius. Johannes papa xxii contulit epifcopatum Lincoln. Henrico canonico Ebor. annos tunc 29 nato 5 cal. Junii, anno pontific. 4to. uti in *Regift.* Reynolds. Sub nomine ejus extant *Statuta confiftorii epifcopatus Lincoln. edita* A. MCCCXXXIV. Extant tom. ii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 571. feqq. Obiit anno MCCCXL juxta Godw. MCCCXLII juxta *Hiftor. Roffen.* et MCCCXLIII juxta Walfingham, menfe Decembris Gandavi, et in ecclefiae Lincoln. parte orientali humatus jacet. Godwin. 353. feq.

BURWAY [BARTHOLOMAEUS] five BURWAS. Extat Gallice ejus *Epiftola ad D. Joh. Beauchamp de pugna Pictavienfi per Edwardum principem.* Princ. "Fait a remembre que le " prince." Mf. bibl. Bodl. NE. C. 4. 3.

BURY [JOHANNES] tranftulit e Graeco in Anglicum *Ifocratis paraenefin ad Demonicum.* Pr. ded. tranfl. domino Chefter avunculo fuo. "We read that the philofopher Democritus." Lond. MDLVII. 8vo.

BUSH [PAULUS] Inter Oxonienfis academiae alumnos numerari coepit circa A. MDXIII, poft fufceptum baccalaureatus in artibus gradum, fratrem eremitam, vulgo *Bonum hominem* induit, et literis operam dedit in coenobio Auguftinianorum fratrum, ubi tantos in medicina et theologia progreffus fecit, ut SS. theol. baccalaureus, fui ordinis provincialis, capellanus regius, et tandem primus Briftoliae epifcopus A. MDXLII renunciatus fuerit. Regina vero Maria regnum regente, exautoratus eft, quia uxoratus. Scripfit *An exhortation to Margaret Burges, wife to John Burges, clothier of Kingfwood in the county of Wilts*, Lond. tempore Edw. vi. . . . 8vo. *Dialogues between Chrift and the virgin Mary*, lib. i. *Notes on the pfalm beginning with, Miferere mei, Deus*, lib. i. *Carmina diverfa*, lib. i. *Treatife in praife of the crofs*, lib. i. *Treatife of falves and curing remedies*, lib. i. *A lyttel tretife in Englifh called The extirpation of ignorancy, and it treteth and fpeketh of the ignorance of the people, fhewyng them how they are bound to fear and love God, and to honour their prince. In verfe. Compyled by Sir Paul Bufh, prieft, and bon homme of Edyndon.* Pr. ded. to the Lady Mary daughter to king Henry viii. "Moft worthy renowned princefs." Lond. by Pinfon . . . 4to. *Anfwers to certain queries concerning the abufes of the mafs.* Extant vol. ii. *Hift. Reform.* Burnet. num. 25. Obiit 2 Octob. MDLVIII, et in boreali parte chori ecclefiae Briftolienfis humatus jacet. Bal. ix. 69. Godw. 596. *Athen. Oxon.* i. 109. feq.

BUTTONIUS [GULIELMUS] rectius SUTTON canonicus, procurator et tandem A. D. MCCLXVII abbas Ofneienfis evafit; et concilio Lugdunenfi MCCLXXIV interfuit. Scripfit *De fundatione et dotatione abbatiae Ofnienfis regiftrum*, lib. i. "Memorandum quod Robertus de Olleyo." Mf. in bibl. Gualteri Copi. Pitf. *App.* 851. Datur etiam in *Regiftro* thefaurarii aedis Chrifti Oxon.

Oxon. quod dom. Robertus Cotton decano et canonicis ad conficiendos *Annales Burtonenses* dedit. Obiit juxta *Chronicon* Tho. Wikes, A. MCCLXXXIV. 5 id. Februar. ubi haud bene eum Willielmum de Dinton appellat; quod et facit auctor *Historiae de Ambrosden.* p. 429. A. Wood, Ms. xxix. 217.

BUTTONIUS [JOHANNES] scripsit *Summam quandam.* Ms. Cantabr. in collegio Corp. Christi cit. Pitseo. De eo nihil aliud invenio. Pits. *App.* p. 871. Quidam Johannes de Button, frater Will. Button episcopi, primus praepositus Wellensis obiit circa A. MCCLXXV. *Regist.* Giffard.

BYNHAM [SIMEON] monachus S. Albani scripsit *Cronica.* In libro *De praerogativis ordinis monastici* Ms. Cotton. Claudius, E. iv, ultimum capitulum est *De monachis celebribus S. Albani.* —" Post Matthaeum (sc. Paris.) Will. Risangre, Henricus Blankfront, Symon Bynham et Ric. " Savage Cronica successive scripserunt."

BYSHOP [NICOLAUS] filius et haeres Bartholomaei Bishop tabernarii et burgensis Oxon. et Isabellae uxoris ejus, uti ex pag. 1. Ms. Norwic. More: Scripsit *De cronicis Angliae.* Pr. " Anno " ab urbe condita usque ad." Ms. compact. cum aliis Collectaneis in chartophylacio civitatis Oxon. Ms. Norwic. More. Autographum videtur, continens folia 330. in 8vo. Floruit A. MCCCCXXXII. A. Wood, Ms. xxix. 226.

BYTTON [GULIELMUS] sive BUTTON archidiaconus Wellensis, et rector ecclesiae de Sowy, episcopus Bathon. electus A. D. MCCXLVIII. Convocata cleri sui synodo speciali edidit *Constitutiones* in Bathoniensi dioecesi observandas, quas *Synodales* appellant. Obiit 3 April. MCCLXIV; et in ecclesia Wellensi sepultus est. Wharton. *A. S.* tom. i. 565.

C A B

CABOT [SEBASTIANUS] filius Joannis, natus Bristoliae ex parentibus Genoensibus (Hollingsh. iii. 785. Stow, 480.) et anno aetatis quarto Venetiam transvectus (Eden's *Voyag.* f. 255.) ac deinde in Britanniam rursus transportatus. Duo navigia sumptibus Henrici vii anno regni 13 instruxit, et scrutatus est oras septentrionales Americae, ut per occidentem aestivalem inveniretur via, etc. Sed glacie obstructus rediit, re infecta. Post Henrici mortem vocatus est ex Britannia ab Hispaniae rege. Tandem vero in Angliam rediit, et navarchus generalis creatus, annuo reditu 166 libr. 13 sol. et 4 den. donatus est ab Edw. vi. A. MDXLIX. Primus fuit qui variationem pyxidis nauticae observavit. Stow, p. 811. Sub ejus nomine extant Anglice: *Ordinationes, instructiones,* etc. *pro navigatione designata ad Cathaiam,* 9 Maii MDLIII. Pr. " First the " captaine generall." Apud Hakluit, vol. *Voyages,* p. 259. Extant *Navigatione nelle parte settentrionali: per Sebastiano Cabota,* Ven. MDLXXXIII. fol. p. 212. Edidit *Universalem orbis tabulam aeneis formis impressam.* Ortel. in pr. *Theatri.* Citatur Eden. *Voyages* fol. 324. Vid. Hakluit, p. 511. seq. Claruit A. MDLV senex in Anglia h. t. " Governor of the merchants adventurers for " the discovery of regions, etc. unknown." Eden's *Voyages,* Lond. MDLV. 4to.

CADDEL [JACOBUS] natione Hibernus. Scripsit *Diversa epigrammata.* Stainihurst. *Descr. Hibern.* p. 39.

CADOCUS [a], nobilis Gundelaei et Gladusae filius nobilior, relicta Ventolugia, ditione paterna, Morganiam vicinam, et Sabrino litori adjacentem petiit [b]. Ibi in loco amoeno, qui tribus passuum millibus a Ponte distat Vaïno [c], monasterium a fundamentis erexit; cui et postea Lancarovan nomen a re inditum est. Sonat enim Latine locum a cervis designatum: quos ille in operis initio familiareis habuit et servos. Gildas ex Hibernia rediens, Cadocinae admonitus tum eruditionis cum sanctitatis, ejus mature invisit monasterium: id quod fecere et alii multi doctrina clari, tanquam exemplo excitati. Successit Cadoco Ellenius, discipulus optimus praeceptori optimo, in novi gubernatione coenobii; et literariam causam, ibidem enascentem, ad ipsam cum maturitatem tum florem justa perduxit cultura. Loco a cervis destinato vel hodie sua fama integra manet. Nec cessat unquam Ventolugia, qua novum praeminet castellum, alumni sui Cadoci [d] splendorem laudesque eximias personare. Hinc Carodocus ille processit, cujus fidei Galfredus Monemutensis, in fine interpretationis *Britannicae historiae* recentiorum principum Cambriae res gestas accurate scribendas commendavit. Ex *Lelando.*

[a] Scripsit *De vita animae,* ad Gildam. Bal. Cent. i. 64. Pits. p. 100. *Ventolugius* cognominatur Baleo et Pitseo.
[b] Verba Lelandi (absque mentione vero) usurpat Baleus i. 64.
[c] A ponte Guaino distat. Bal.
[d] *Vita* ejus extat (imperf.) Ms. Ashmol. 794. In suo sepeliebatur monasterio Lancarvanensi. Bal. Pits. l. c. Claruit A. D. DLXX.

CADU-

CADUCANUS [a] BANNOCHORENSIS episcopus, rerum peritissimus theologicarum, relicta sacrarum infularum dignitate, socium Bernardinis, Durense monasterium incolentibus, se praebuit. Rarum hoc equidem exemplum, ut quis opimas fortunas macra commutet tenuitate. At, quae hominis erat pietas, coelestia terrenis merito praetulit. Sed neque studiorum ejus interea elanguit successus. Edidit enim *Homiliarum* [b] volumen, opus eruditum; ac praeterea librum, cui titulus *Speculum Christianorum* [c]. Obiit anno D. MCCXXV [d]. Ex *Lelando*.

[a] Caducanus vel Cadwgan, patria Scotus, ex illustri Galweiorum comitum stemmate ortus, filius Fergusii, in academia Oxon. educatus; abdicato episcopatu in Scotiam rediit, ubi monachus Cisterciensis in coenobio Tunglandiae a patre fundato, reliquam vitam egit. Sic Dempsterus (ex *Historia comitum Galweiorum* per Alanum Turonensem) qui acriter increpat Pitseum, qui cum in Buriensi (ita *Durense* legi vult Scotus) coenobio obiisse tradit. Caducanus, abbas Landefidensis, consecratus est episcopus Bannochorensis (ut testantur *Annales Cambrorum*) anno MCCXV. Anno deinde MCCXXXVI ab onere muneris episcopalis liberatus per Gregorium ix papam, coenobii Dorensis monachus factus est. Godw. p. 645. Professionem fecit archiepiscopo Cant. circa MCCXV. Ita refert Rotula profess. autographa apud H. Whartonum. *Annales* Wigorn. et Theokesb. tradunt, Martinum abbatem Albae Landae consecratum esse episcopum Bangor. ann. MCCXV. 16 Jun. Claruit A. MCCXXV.
[b] Lib. i. [c] Lib. i. "Dominus in evangelio: Qui "ex Deo." Hos duos eundem esse librum vult Godwinus. [d] Obiit apud Doram 3 id. Apr. MCCXLI. *Annal.* Theokesb. apud Wharton. Mſ. R. in bibl. Lamb. In monasterio Dorensi sepultus. Godw. Bal. iii. 85. Pitſ. 298. Dempsterus eum inter divos refert, et cultum esse dicit 20 Januar. *Hist. eccl.* iii. 305.

CAECUS [HENRICUS] a nativitate, (Dempst. 349.) rara tamen ingenii felicitate, Homerus alter, patriam linguam supra aetatem suam ditavit. Scripsit grande opus versu Scotico ex Latina *Historia Gul. Wallacii* per J. Blair, *De gestis Gulielmi Wallacii*, lib. x sive xii. Pr. "Our An-"tecessours, of whom we oft should read." . . . MDCCI. 12mo. Claruit tempore Jacobi iv regis Scotiae circa A. MCCCLXI. Dempster. viii. 662.

CAELESTINUS abbas viii monasterii Scotorum D. Jacobi majoris in suburbio Herbipolitano. Scripsit *In minores prophetas*, lib. i. Obiit anno MCCXXXIV. Dempster. iii. 312.

CAHINNECHUS, monachus Scotus, abbas monasterii, quod Latine "Campulus Bovis" dicitur, S. Columbae familiaris. Vide Adamnanum in *Vita S. Columbae*, lib. ii. c. 7. Scripsit *Regulam ad fratres*, lib. i. Claruit anno DLV. Dempster. iii. 232.

S. CAILTANUS, socius S. Columbae, et in ejus cella praepositus; postea abbas in Southerlandia; vide Adamnan. in *Vita S. Columbae*, lib. i. c. 10. Scripsit *Meditationes*, lib. i. Claruit anno DCVI. Colitur 13 Martii. Dempster. iii. 277.

CAISTRE [RICHARDUS] prope Norwicum natus. A. MCCCLXXXV Octob. 1 concessus fuit titulus Ricardo Caster Norwic. dioec. primam tonsuram habenti ad omnes sacros ordines. Ita *Reg.* Merton. priorat. bibl. E. 54. A. MCCCCII 22 Maii institutus fuit ad vicariam ecclesiae S. Stephani Norwic. A pietate exemplari BONUS cognominatus. Scripsit *Summam summarum de* x *praeceptis*, lib. i. *De octo beatitudinibus*, hom. i. *Inter magistrum et servum*, homil. i. *Inter filium et patrem*, hom. i. *Inter virum et uxorem*, hom. i. *Orationem.* Pr. "Jesu Lorde, that madest me." 24 vers. Anglic. Mſ. Merton. P. i. 1. ad calcem libri *Psalterium caritatis fraternae.* Pr. "Jesu, for them "I the beseeche." 24 vers. Ibid. *Ex divo Bernardo* homil. plures. Obiit Norwici 4 cal. April. anno MCCCCXX, et in ecclesia sua sepultus jacet. Bal. vii. 62. Pits. p. 600.

CAIUS [JOHANNES] sive KAY senior, ex Italia in patriam reversus, poëta laureatus a rege Edwardo iv renunciatus est. E Latino in vernaculum sermonem transtulit *Historiam obsidionis insulae Rhodensis*, lib. i. Pr. ded. transl. regi Edw. iv. "It is not out of your knowleche." Pr. lib. "Syth that I have applyed." Mſ. extat Cotton. Vitellius D. xii. 10. Impress. Lond. MDVI. Claruisse videtur circa annum MCCCCLXX tempore regis Edw. iv, cui versionem suam dedicavit. Notandum tamen, quod, quia insula Rhodensis non fuit expugnata a Turcis ante A. MDXXII, Johannes noster de priore obsidione loquatur. Quidam CAYUS, poëta Cantabrigiensis memoratur in operibus dom. Tho. More. p. 204. et in Parker's *Def. of the priest. marriage against Martin.* pag. 99.

CAIUS [JOHANNES] junior, filius Roberti, Londinensis dictus, in urbe Norwicensi natus Cantabrigiae in collegio Gonvilli studia philosophica felici marte excoluit. Ut accuratiorem rei medicae cognitionem obtineret, per Galliam, Belgium, et Germaniam in Italiam profectus est, [uti constat ex libro ejus *De pronunt. Graecae linguae*] ubi Joh. Bapt. Montano praeceptore usus est in medicina [*De libris propriis* fol. 4.] et sexennium commoratus medicinae doctor renunciatus fuit. In patriam reversus regis Edw. vi, reginarum Mariae et Elizabethae medicus fuit. Quia autem religioni pontificiae addictus erat, ideo circa A. MDLXVIII ex familia archiep. Cantuar. ejectus, quod insinuare videtur Epist. Parkhursti Rad. Gualtero. Mſ. Norwic. 125. f. 7. De Caio vide doct. Goodalli *praefat.* ad *Hist. Coll. Med.* In Ephemeridibus extraneis manu Johannis Caii sequentia annotata fuisse dicuntur: "Giovanne Caio fu nato et educato in Norvico--de parenti Ro-"berto Caio, et Aloicia Woda nell anno MDX mense Octobr. 6. Vene prima a Cantabria 12 Sept. "MDXXIX... Roberto Caio morse MDXXXII. sepelito in S. Etheldreda Norvic. Aloisia morse "MDXLVII 24 April. sepelita in S. Johanne alle porte. Giovanne Caio creato A. B. MDXXXII. "M. A. MDXXXV. electo principali dello Hosp. Tysthwyc 12 Nov. MDXXXIII. collega in coll. "Gonvil. MDXXXIII. 6 Dec. lection. publ. dialect. in Padoa MDXLI. doct. in med. in Padoa "MDXLI.. Parti de Cantabr. verso Italia MDXXXIX. Ritorno verso Inghilterra MDXLIV." Scripsit *De medendi methodo*, lib. ii. ex clar. Galeni Pergameni, et Jo. Bapt. Montani Veronensis, principum medicorum sententia. Pr. ded. Gulielmo Butto, regis Henr. viii medico. "Hactenus mihi

 "certum

"certum deliberatumque." Pr. lib. "Qui facultatem." Basil. MDXLIV. 12mo. Lov. MDLVI. 8vo. cui praefixa effigies autoris. *Annotationes in Galenum*, lib. vii. "Animus erat ut quae." *A boke or counseill against the disease commonly called the Sweat, or sweating sicknes, made by John Caius doctor in physic.* Pr. ded. Gul. com. Pembrock. "In the ferefull time of the Sweat." ... MDLII. 12mo. Duorum hic mentionem facit librorum, unius Latine, alterius Anglice scripti. *De ephemera Britannica* (Sudorem vocant) *ad Anglos*, lib. i. Pr. ded. Ant. Perenoto, episcopo Atrebatensi. "Sapienter scriptum est a Poseidippo." Lovan. MDLVI. 8vo. *De eadem ad exteros*, lib. i. *De thermis Bathoniensibus (Britannicis*, Holl.) lib. i. *De Galeni libris non extantibus*, lib. i. *De antiquitate Cantabrigiensis academiae*, lib. ii. "Gravis controversia orta est." Lond. MDLXVIII. 8vo. MDLXXIV. 4to. In bibl. Norwic. More. In hac editione habentur cartae Cantabrig. areae scholarum, et armorum collegiorum. Pr. "Cum medicinae studiis." *Historiam acad. Cantabrig. ab urbe condita*, lib. ii. Lond. MDLXXIV. 4to. *De canibus Britannicis ad Gesnerum*, lib. i. "Scrip- "simus ad te (Ch. Gesnere.") London. MDLXX. 8vo. et Hanov. MDCXIX. fol. Anglice per Abr. Fleming. Lond. MDLXXVI. 4to. *De rariorum animalium ac stirpium historia*, lib. i. ad Gesnerum. Pr. "Aristotelem virum omnium seculorum." Lond. MDLXX. 12mo. *De libris propriis ad Tho. Hatcherum*, lib. i. "Suadebat annis superioribus." Lond. MDLXX. 12mo. *De pronunciatione Graecae et Latinae linguae cum scriptione nova.* Pr. "Scriptum de nova Graecae et Lat." Ibid. et Lond. MDLXXIV. 4to. *Galeni anatomica, et De tuenda sanitate*, Graece multis locis emendavit. Extat primo apud Jo. Oporinum MDXLIX. *Galeni de musculorum motu* lib. ii, vetustate pene consumptos, ab interitu vindicavit, et annotationibus illustravit. *Galeni librum Graecum de comate*; *partem lib.* vii *de usu partium*; *Hippocratis librum Graecum de pharmacis* primus invenit, correxit, edidit, et in Latinum vertit. *Initium libelli Graeci Galeni*, quem *De substitutis medicamentis* inscripsit, reliquo libro prius a se in ordinem redacto, primus restituit. Haec omnia Galeni opera emendata et annotata Graece extant Basil. MDXLIV. 4to. Ad regem Henr. viii. Ea studiorum ratio certior. *Galeni librum Graecum de ptisana*, prius mutilum integritati restituit, et Latinum fecit. *Galeni libros de ordine suorum librorum* a mendis purgavit, quae deerant, reposuit, omnia congessit, in Latinum vertit. Pr. ded. [Galeni libri *De libris propriis*] Geo. Daio episc. Cicestr. "Petiere ex amicis quidam. Pr. lib. tr. "Illud quam- "obrem consulebas, optime." Pr. ded. [Gal. libri *De ordine librorum*] "Probe videris mihi "suasisse." Lovan. MDLVI. 8vo. *Galeni librum de ratione victus Hippocratis in morbis acutis.* Pr. "Accessio non vim motumque, sed." Lovan. MDLVI. 8vo. *Ejusdem de decretis Hippocratis et Platonis* lib. i. Pr. "Sed et illius quicquid pectoris." Ibid. *Ejusdem libros de septimestri partu, et de brevibus in Hippocrate*; *item de ossibus* Graecos castigavit, et Latinos fecit." *Ejusdem libros* τῶν ὑγιεινῶν: Item *Librum ad Thrasybulum*: Item *Librum de parva sphaera*: Item *Librum* περὶ χυμῶν castigavit, annotationibusque auxit. *Cornelium Celsum* valde corruptum emendavit, additis argumentis, annotationibus, librarum etiam et ponderum rationibus. Transtulit etiam *Galeni de differentiis febrium* lib. i. *Ejusdem de dignoscendis locis affectis* lib. i. *Dogmata denotationum ejusdem*, lib. i. *Nicephori Callisti libellum*, in quo explicat quemadmodum quis orando etiam confiteatur, ex Graeco transtulit. Ad Joannem Grome B. A. *Chrysosthomi de modo orandi Deum libellum* (sed *aulicum*) ex Graeco transtulit. *Erasmi paraphrasin in Judam ex Latino transtulit. Ejusdem de vera theologia libellum* in compendium traxit. Ded. Mag. Aug. Styward, aldermanno Norwic. Scripsit *Commentarios in opera Gul. Trammigami. Historiam Norvicensis civitatis. De antiquis Britanniae urbibus. Annales collegii medicorum Lond. ab* A. MDXX *ad* MDLXV. *Annales collegii Gonevilli Cantabr. ab ipsis primordiis ad* MDLXX. *Epistolam longam M. Parkero*, cum librum *De antiq. Cantabr.* primum mitteret. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. 815. et in *App.* ad Strype in *Vita Parker.* p. 89. *Epistolam Bartholomaeo Clerke.* Pr. "Cum "te saepenumero, optime Clerke." Praefat. ejusd. Clerke translat. Castalionis *De aulico.* Lond. MDLXXVII. 12mo. *Commentaria Roberti Talbot in Antonini itinerarium, multifariam aucta a Caio.* Ms. extant in bibl. Caii Cantabr. *Catal. praef.* Camdeno. *Hippocratis librum prognosticorum, Jo. Caio interprete...* 12mo. Alia *Jo. Caii opuscula*, aut saltem eorum titulos vide in *Opusculo de libris propriis ad Tho. Hatcherum.* Claruit anno MDLVIII. Bal. ix. 42. Pits. p. 755. seq. Obiit Cantabrigiae A. C. MDLXXIII, aetatis 63, et in collegii sui sacello humatus est. Holland. *Herool.* p. 182.

CAIUS [THOMAS] sive KEY, patria Lincolniensis, Oxoniam transmissus, post triennium sc. A. MDXXV collegii Omnium Animarum socius electus est. In familiam Joh. Longlandi episcopi Lincoln. cooptatus, registrariatum academiae dimisit circa A. MDXXX, uti patet ex *Reg.* epist. F. F. f. 119. Juxta alios A. MDXXXIV registrarius academiae unanimiter designatus est; propter negligentiam vero A. MDLII munere hoc exutus. A. MDLIX praebendarius de Stratton in ecclesia Sarum, et non multo post rector ecclesiae de Langford M. in eadem dioec. factus. (Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. v.) A. MDLXII collegii Universitatis Oxon. magister electus, et anno sequenti rector de Tredington in comit. Wigorn. Scripsit *Assertionem antiquitatis academiae Oxon.* Pr. "Collegium Universitatis quod." Lond. MDLXVIII. 8vo. ad finem Joh. Londinensis *De antiq. Cantuar.* MDLXXIV. 4to. Et Ms. C. C. C. Oxon. *Examen judicii Cantabrigiensis cujusdam, qui se Londinensem dicit, nuper de origine utriusque academiae lati.* Ms. olim penes Th. Allen ex aula Glocestr. et Milonem Windsor e C. C. C. Oxon. Transtulit e Latino in Anglicum, *Erasmi paraphrasin in Marcum*, lib. i. Pr. ded. transf. reg. Catharinae. "Amonge the innumerable benefites." Lond.

Lond. MDXLVIII. Ex Anglico in Latinum, *Sermones Joannis Longlandi episcopi Lincoln.* E Graeco in Latinum, *Aristotelem de mirabilibus mundi. Tragoedias quasdam Euripidis. Isocratis Nicoclem*, lib. i. "Non desunt qui perinde sunt." Obiit in hospitiis magistri collegii Univers. et sepultus in ecclesia S. Petri in oriente Oxon. 20 Maii MDLXXII. Bal. ix. 56. Pits. p. 738. *Athen. Oxon.* i. 173. seq.

S. CALANUS Culdeus Scotus. Scripsisse fertur *Homilias de sanctis*, lib. i. *Conciones ad populum*, lib. i. Claruit anno CCCLVIII. Colitur 28 Novembr. Dempster. iii. 270.

CALCASKIE [JOHANNES] transtulit in Anglicum sermonem, *Jo. Brentii tractatum de argumentis Veteris et Novi Testamenti* .... MDL. 8vo.

CALDER [JOHANNES] In Ms. Bodl. Laud. D. 79 habentur sequentes ejus libri, *De virtutibus moralibus et theologicis. De Veneta oeconomia. De praestantia Venetae politiae, et artibus in eadem excultis tam mechanicis quam liberalibus, et de virtutibus, quae maxime reipubl. Venetae debentur*, v libris. Claruit A. MCCCCLXXIII.

CALDER [ROBERTUS] Scotus (Dempst. 169) doctor Parisiensis et academiae ibidem rector. Scripsit *De causa scholarium ad regem Philippum*, lib. i. Claruit A. MCC. Dempst. iii. 293.

CALDWALL [RICHARDUS] patria Staffordiensis in collegio Aenei Nasi Oxon. educatus; et A. MDXLVI factus unus e senioribus ecclesiae Christi alumnis. In medicinae studiis felicem collocavit operam, et doctoratu in eadem facultate merito ornatus fuit. Postea socius, dein A. MDLXX praeses collegii medicorum Londini electus, in quo, ope Johannis domini Lumley, lectionem chirurgicam instituit. [Vide Ms. Bodl. NE. C. 3. 5.] Scripsit libros quamplurimos medicos et chirurgicos; quos Mss. reliquit, uti patet ex epistol. cujusdam E. Caldwall ad finem *Tabularum* Mori. Transtulit in sermonem vernaculum *Horatii Mori tabulas chirurgiae*. Pr. "When I "called to mind." Editas post mortem ejus per E. Caldwall. Lond. MDLXXXV. fol. Translatio quaedam harum *Tabularum* edita fuit. .... MDLXIX. fol. Obiit 20 Maii A. MDLXXXV, aetatis fere 80, et sepultus est in ecclesia S. Benedicti prope ripam. *Athen. Oxon.* i. 223. Hollinsh. vol. iii. p. 1349. 1369. Vide *Praefat.* doct. Goodall in *Hist. coll. medic.* Et Stow, Lond. p. 406.

CALENIUS [GUALTERUS] patria Britannus, archidiaconus Oxoniensis ob egregiam doctrinam magni nominis apud suae aetatis eruditos. Fuit archidiaconus Oxon. et justitiarius regis ante obitum Roberti, episcopi Lincoln. MCXXII. Occurrit archidiac. Oxon. 11 Hen. i. in Cartular. Abbendon. Ms. Cotton. Claudius, B. vi. f. 149. Et A. D. MCXXXVIII. *Monast. Anglic.* i. 526. Et A. D. MCXLVII in *Cronic. Ossen.* Ms. Cotton. Vitellius, E. xv. Galfr. Monumet. eum in oratoria arte, et in exoticis historiis eruditum appellat. Vid. Wood, *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 47. Quaere annon Walterus iste archidiaconus Oxon. fuit, cujus meminit Henr. Huntingd. in epistola sua *De Cont. mundi*; et quem consortem charissimum et fratrem appellat. Sed hoc praecipue, inquit Lelandus, memorabili facto, quod veterum librorum indagator sedulus ex Armorica *Britannicam historiam Brytannice* scriptam ad suos Britannos reduxerit, ac publicam esse voluerit. Bal. Vide *Inscriptionem* ad finem codicis Ms. in collegio Jesu Oxon. Lhuyd *Arch. Brit.* p. 265. Hanc historiam in Latinum sermonem vertit Galfredus Monumetensis, sed ei addidit Gualterus *Auctarium per* xl *annos*, lib. i. *Gesta sui temporis*, lib. i. *Epistolas familiares*, lib. i. Claruit circa A. D. MCXX. Quem aliqui tamen scribunt post triginta annos in episcopum Excestriensem, Bal. Pits. Oxoniensem Vossius, electum. Bal. ii. 65. Pits. 198. Vossius, 401.

CALFHILL [JACOBUS] patria Salopiensis, ad academiam Oxon. MDXLV transmissus, post triennium philosophicis studiis impensum aedis Christi alumnus ex novissima Henrici viii fundatione factus est, et A. MDLII gradu magisteriali ornatus. A. MDLX praebendam secundam ab ipsa ecclesiae institutione secundus obtinuit: et quinquennio post in sacra theologia incepit. A. MDLXII 16 Maii institutus fuit ad rectoriam S. Andreae de Wardrobe, Newcourt. i. 92. Et subdecanus ecclesiae Christi Oxon. factus, Strype *Elizab.* 226. Ejusdem anni 4 Octobr. admissus fuit ad officium poenitentiarii sive praebend. S. Pancratii in eccles. D. Pauli London. *Regist.* Grindall. A. MDLXV 4 Maii collatus fuit ad rectoriam et decanatum de Boking. in agro Essex. Newc. ii. 69. et 16 Julii sequentis archidiaconus Colcestrensis evasit. Fuit procurator cleri Londinensis et Oxon. capituli in synodo A. MDLXII. *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iv. p. 237. ubi ex male scripto codice Catfhill pro Calfhill legitur. Fox. edit. 1. 1005 eum Caufield vocat. Designatus etiam erat ad episcopatum Wigorniensem; sed ante consecrationem fatis concessit. Strypius in *Annal. reform.* p. 292. hunc Jacobum Calfhill Scotum et in collegio Etonensi in rudimentis liberalium artium enutritum, in collegio Regali Cantabrig. admissum fuisse dicit; ac deinde pro more plurimorum Cantabrig. scholarium ad novum Henrici viii collegium Oxon. abiisse. . Juxta ejusdem auctoris notulam in *Vita Grindallii*, p. 36. Jacobus Calfhill natus apud Edinburgum in Scotia anno aetatis xxx ordinatus fuit diaconus 14 Januar. A. MDLIX, et Junii 9. MDLX presbyter. Scripsit *Querelam Oxoniensis academiae ad Cantabrigiam in mortem filiorum ducis Suffolciae.* Lat carmine. Pr. "Quod nisi sollicitum subeat tibi saeva doloris." Lond. MDLII. 4to. inter alia epigrammata in eos. *Historiam de exhumatione Catherinae nuper uxoris Petri Martyris, ac restitutione ad sepulchrum:* ad Edm. Grindall. Latine. Pr. "Literis quas ad nos cum mandato." Lond. MDLXI. 4to. Argent. MDLXII. 8vo. *Concionem habitam* 1 id. Dec. MDLXII, *pro gradu baccalaurei in theologia*, in 1 Cor. iv. 1. "Sic nos existimetis." Ms. C. C. C. Oxon. Twyn. *Sapientiae Solomonis librum carmine reddidit*, cum praefatione prosaica ad reginam Elizabetham, dat. 15 cal. Maii MDLIX. Pr. "Nisi propter vestrum in communem." Autogr. Ms. bibl. reg. Westmon. 2. D. ii.

Answer

Anſwer to John Martial's treatiſe of the croſs, Lond. MDLXV. 4to. *Prognen*, tragoediam. *Epiſtolam Matth. Parkero*. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miſcell. i. 877. *Poëmata varia*. Carmen Lat. xi. diſtich. contra Carm. White, epiſcopi Lincoln. de nuptiis regis Philippi et Mariae. Fox. I edit. 1005. *Carmen Latinum* praefixum *Cooperi theſauro* MDLXXIII. *Carmen de exhumatione et reſtitutione Catharinae, uxoris P. Martyris*. Pr. " Qui volet officio noſtrae." Ad finem hiſtoriae. Argent. MDLXII. 12mo. *Tria carmina de S. Fridiſwida et Catharina martyre*. Pr. " Forte duae " recubant." Ibid. Obiit apud Bockingam menſe Auguſto A. MDLXX, et in cancello eccleſiae ibidem humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 163.

CALIFORD [GULIELMUS] ſive TALIFORD, Carmelita S. theol. doctor Cantabrigienſis. Scripſit *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de ſanctis*, lib. i. *Varias Sacrarum Scripturarum lecturas*, lib. i. Tempus, quo vixit, ignotum. Pitſ. *App.* p. 851.

CALYENUS epiſcopus et legatus Hibernicus. Ejus extant *Prophetiae Hibernice*. In quibus multa de familia O Donellorum continentur. Mſ. Cotton. Veſpaſian. E. ii.

CAMBRIUS [REUCHIDUS] epiſcopus e monaſterio Bannochorenſi. De ſcriptis ejus nihil memorant Baleus et Pitſeus. Claruit A. DCXL. Bal. x. 8. Pitſ. *App.* p. 894.

S. CAMINUS ſcripſiſſe fertur in *Pſalmos*. Habentur enim inter libros conventus Franciſcanorum de Dunagall ſchedae antiquiſſimae in *Pſalmum* cxix, quas ejus manu exaratas fert traditio. Obiit, ſecundum *Annales Iniſfallenſes*, Iniſceltrae, alias Iniſcaltrae, anno ſalutis DCLIII. Waraeus, p. 24.

CAMPEDENUS [HUGO] qui poſtquam magnam Chriſtiani orbis partem perluſtravit, linguarum Europaearum peritiſſimus evaſit. Tranſtulit e Gallico idiomate in Anglicos rhythmos *Hiſtoriam de Boccho Maurorum et Getuliae rege, ac de quodam Sydraco aſtronomo; in quo* 400 *quaeſtiones cum Sydraci reſponſis*, lib. i. Tit. Anglice ita: " *The hiſtory of king Boccus and Sydrack, how he confoundyd his learned men, and in the ſight of them drunk ſtrong venym in the name of the trinite, and dyd him no hurt. Alſo his divynyte that he learned of the booke of Noe. Alſo his prophesyes, that he had by revelation of the angel. Alſo his anſweres to the queſtionsof wyſdom both moral and natural, wyth moche wyſdom contayn'd in number* 365, *tranſlated by Hugo of Campeden out of French into Engliſh*. Pr. pr. " Johannis Twyne lectori. The profyt and commodite." Pr. lib. " Men " may fynde in olde bokys." Carmine. Printed at London by Thomas Godfray: at the coſte and charge of Dan. Robert Saltwoode, monk of saynt Auſtens at Canterbury. Cum privilegio regali. [A. MDX. Mſ. in margine.] Mſ. bibl. Bodl. Laud. G. 57. pergam. Tempus quo floruit me latet. Bal. xii. 34. Pitſ. *App.* p. 865.

CAMPIAN [EDMUNDUS] Londini die Converſionis S. Pauli anno MDXL in lucem editus, diſciplinis puerilibus in ſchola grammaticali hoſpitalis aedis Chriſti London. imbutus fuit, in qua coram regina Maria orationem habuit. Anno MDLIII aſſumptus eſt a fundatore D. Thoma White inter ſcholares collegii D. Joh. Baptiſtae Oxon. Et anno MDLXIV gradum magiſtri in artibus haud immerito aſſecutus. Sacris ordinibus paulo poſt ſecundum ritus eccleſiae Anglicanae initiatus erat a Rich. Cheiney, epiſcopo Gloceſtrenſi. Anno MDLXVI orationem et diſputationem ſolennem habuit coram regina Elizabetha in eccleſia S. Mariae Oxon. et eodem anno fundatorem, qui tum obiens in collegii S. Johannis Bapt. ſacello ſepultus eſt, pro roſtris laudavit. Anno MDLXVIII academiae procurator fuit; et anno ſequente in Hiberniam trajecit. Poſtea reformatae religionis pertaeſus ad pontificios deſcivit, et mox Duacum abiit, ubi in Anglorum collegio ſtudiis theologicis ſedulo incubuit, et ejuſdem facultatis brabeum baccalaureatus conſecutus eſt. Deinde in ſocietatem Jeſu Romae admiſſus erat anno MDLXXIII. Et non multo poſt a generali praepoſito ordinis in Germaniam, et mox Pragam in Bohemia miſſus, ubi in ſeminario Jeſuitarum inchoato philoſophiam et rhetoricam praelegit. Anno MDLXXX in patriam demandatus eſt, ubi in revocandis ad fidem pontificiam popularibus ſuis deprehenſus, turri Londinenſi includebatur. Scripſit *Nectar et ambroſia*. Tragoediam coram imperatore Viennae actam. *Rationes decem oblati certaminis in cauſa fidei redditae academicis Angliae*. Pr. " Anno praeterito cum ex." MDLXXXI. 12mo. Auguſtae Trevir. MDLXXXIII In *Concertatione eccleſiae catholicae*, Rupellae MDLXXXV. 8vo. Colon. MDXCIV. Antwerp. MDCXIII. 12mo. Et Anglice Lond. MDCLXXXVII. 4to. *Nine articles directed to the lords of the privy council*. Anno MDLXXXI. *Various conferences concerning religion, had with proteſtant divines in the Tower of London*, viz. 1 *Conference* Aug. 31. MDLXXXI with Dr. Nowel and W. Day. 2 *Conference* 18 Sept. with Dr. W. Fulk, and Dr. Rog. Goad. 3 *Conference* 23 Sept. with the ſame. 4 *Conference* 27 Sept. with Dr. Jo. Walker, and Will. Clark. Printed Lond. MDLXXXIII. 4to. *The hiſtory of Ireland in two books*. Ad Rob. comit, Leiceſt. " That my travaile into Ire-" land." Edidit ex Mſ. Cotton. Vitellius F. ix. Waraeus, Dubl. MDCXXXIII. fol. Majorem hujus Chronicae partem edidit R. Hollingſhedus in ſuis Hibern. Chronicis London. MDLXXXVII. fol. *Chronologiam univerſalem*. *Narrationem de divortio Henrici* viii *regis ab uxore Catherina*. Pr. " Nonum jam annum Henr. viii." Edidit ex Mſ. Henr. Holland R. Gibbonus. Extat ad finem *Hiſt. eccleſ.* Nic. Harpsfeldi Duaci MDCXII. fol. Et Antwerp. MDCXXXI. 12mo. Latine. *Orationes, epiſtolas, tractatus de imitatione rhetorica*. Ingolſt. MDCII. 8vo. Antwerp. MDCXXXI. 12mo. Sc. *Orationes ſelectae ſex*. Pr. primae. " Cum multis mihimet ipſe." Et *Epiſtolae octo*. Pr. primae. " Quo primum die pater a me tuus." Et *De imitatione*. Pr. " Rem aggredimur " non fatis." *Literas ad Ric. Cheneum, epiſcopum Gloceſtrenſem*. Pr. " Non me nunc et " olim." Extat in Caniſii *Antiq. Lect.* tom. i. p. 124. *Literas ad Everard. Mercurian generalem praepoſitum ordinis Jeſu, de rebus ſuis geſtis in Anglia*. Pr. " Poſtquam divina fretus mi-" ſericordia." Extant in *Concertatione eccl. cathol.* in Anglia. Par. i. p. 3. Anglice in Fuller,

Ch.

Ch. Histor. xvi. 114. *Epistolam ad reginae Angliae consiliarios.* Pr. "Quandoquidem, viri ornatissimi." In *Concertatione* p. 17. edit. Augustae Trevir. Alia etiam *Campiani opera* collegit et edidit Sylvester a Petra Sancta. Antwerp. MDCXXXI. 12mo. Pitseus p. 777. seq. etiam memorat Edm. Campiani *Orationem in exequiis Mariae Cordonae de Requesiva.* Cui adde *Orationem funebrem in exequiis solennibus illustrissimae Dudleae, conjugis comitis Leicestr.* Et alteram *Funebrem in exequiis Thomae Viti equitis*, in praef. Gibboni *Historiae Harpsfeldianae. Carmen decastichon* (praefixum Sanderfoni *logicae*) Antwerp. MDLXXXIX. 8vo. Proditionis damnatus Campianus, ad patibulum Tyburnense prope Londinum unco ducebatur, ibique suspendio propemodum enectus, membratim dissecabatur 1 Decemb. A. D. MDLXXXI. *Athen. Oxon.* i. 206. Stow. p. 695. A. D. MDLXXXII. 1 Sept. eum finivisse vitam dicit. *Vita* ejus Anglicis rhythmis scripta Mf. extat in rotulo papyraceo. bibl. Bodl. Laud. F. 2. Pr. "Why do I use my papir, ynck, and pen." *Vita et martyrium* ejus extat in *Concertatione eccl. cathol in Anglia*, Aug. Trevir. MDLXXXIII. 12mo. p. 153. Pauli Bombini *Vita et obitus Edm. Campiani*, Antwerp. MDCXVIII. 8vo. Mant. MDCXX. 8vo. Vide Laur. Humfr. *praefat. ad Jesuitismi* partem 2dam.

CAMPSENUS [JOHANNES] CANSCON alii vocant, natione Anglus, Carmelita. Scripsit *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de sanctis*, lib. i. Claruit circa A. D. MCCCXLI. Pitf. pag. 449.

CAMPUS BELLUS [JOHANNES] vulgo CAMMEL (Bal. par. post. 1214. Dempst. 159.) ex nobilissima comitum Argatheliae familia oriundus, non solum domi sub optimis magistris, sed etiam foris in academia Parisiensi ac Bononiensi educatus. In historiis patriae volvendis sedulam navavit operam; et tandem scripsit *Scotorum chronicon a gentis origine ad sua tempora*, lib. i. Hoc laudavit Hector Boëthius. Citatur a Davide Chambre in *praefat.* Claruit A. MCCLX. Dempst. iii. 269. Bal. xiv. 50.

CANCELLAR [JACOBUS] unus in capella reginae Mariae ministrantium. Scripsit Anglice *The path of obedience, right necessary for all the kings and queens subjects to read, learn, and use their due obediences to the higher powers.* Pr. ded. reg. Mariae. "Most gracious and dear soueraign; "As the children of Israel." Lond. J. Wayland. . . 8vo. *Tractatum de perniciosis vulgi Cantiani dogmatibus contra evangelii professores*, tempore Mariae reg. . . 8vo. *Gemmam perfectionis sive de vita activa et contemplativa.* . . MDLVIII. 8vo. Olim in bibl. J. Stowi. Strype *Grindall.* 44. *Meditations set forth after the alphabet of the queens name.* Pr. ded. reg. Elizabethae. "It is to be "considered." Ad finem translat. *Meditationis* Margaretae reginae Navarrae, translat. per reginam Elizabetham. Impr. London. . H. Denham. . . 24to. Quidam Jacobus Canceller tanquam procurator Hugonis Barret admissus ad magistratum Hospit. Pauper. Sacerdotum Cantuar. MDLIV. Somn. *Canterb.* p. 141.

CANDIDUS [a] literis et virtuti operam in Lindisfarna insula sede episcopali dedit, usus patrono et praeceptore Higebaldo episcopo, viro plane tum docto, tum verae religionis cultore summo. Hujus cura tandem factum est, ut Candidus in Galliam commigrans, se ad Flaccum Albinum, tanquam ad torrentem literarum eo saeculo profluentissimum, conferret: id quod tam modis omnibus ei feliciter successit, ut, longo post intervallo domum rediens, magnam merito ab eruditione, elimata quidem illa, sibi laudem inter suos peperit; et partam non modo conservaverit, verum etiam auxerit quoque diligentiae et candoris incredibili accessione. Senserat Albinus haec illustria in eo pullulantis virtutis incrementa, et desiderio absentis impendio tenebatur. Meminit idem ejus in patriam reditus in epistola ad Flavium Damoetam his verbis: "Damoeta Saxoniam, Homerus "Italiam, Candidus Britanniam recessit." Et in epistola ad Higebaldum, Lindisfarnensem episcopum, hac oratione videtur tacito quodam studio Candidum repetere discipulum: "quem si iterum "vobis placuerit ad nos redire, quicquid ad profectum ejusdem ecclesiae provenire credimus, ei "libenter impendemus: quaecunque enim a magistris ad utilitatem sanctarum ecclesiarum didici; "haec maxime nostrae gentis hominibus communicare delector." Hactenus Albinus. An reversus sit ad praeceptorem [b] nescio; hoc interim luculente mihi constat, quod Albinus commentarios quosdam Candido presbytero, et Nathanaeli, alias Naitano [c], diacono dedicaverit. Atque adeo credibile est, Nathanaelem Lindisfarnensem fuisse familiarem quidem aliquando Albino, et consuetudine conjunctissimum Candido; alioqui non copulasset Nathanaelem Candido: illud certe cujusdam familiaritatis indicium vel luculentum fuit. De libris, fructu videlicet utriusque, scriptis frigida et jejuna est, quae restat cognitio [d]. Pessime sit Danis [e] piratis, Lindisfarnensis bibliothecae depopulatoribus [f]. Ex *Lelando.*

[a] S. Candidus, natione Scotus, Dempstero iii. 273. Presbyter cognominatus, Bal. Pitf. [b] Post reditum in patriam ad Lindisfarnense monast. denuo concessit. Dempst.
[c] *Naiffaro*, Mf. Leland. Trin. [d] Dempsterus eum scripsisse refert, *Epistolas ad Alcuinum magistrum*, lib. i.
[e] *Danicis piratis*, Mf. Lel. Trin. [f] Nulla de hoc Candido memorant Baleus xiii. 59. et Pitseus, *App.* p. 828. seq. quae non habet Lelandus; nisi quod ex his ultimis Lelandi verbis Candidum fundasse insignem bibliothecam finxit Pitseus. Claruit A. D. DCCXC, colitur 16 Januar. Dempst. Candidum alium memorat Dempsterus iii. 329. qui Benedictinum monachum in Scotia induit, et S. Marianum secutus in Germaniam venit, substitiitque Ratisponae, coenobio noviter fundato. Scripsit *Homelias*, lib. i. Claruit anno MCLVIII. Dempster. l. c.

CANDISH [RICHARDUS] patria Suffolciensis: In linguam patriam transtulit *Euclidis geometriam*, lib. xv. Claruit A. D. MDLVI. Bal. par. post. p. 111.

CANON [JOHANNES] five CANONICUS, qui et MARBRES a quibusdam nominatur, ordinis S. Francisci frater, et Oxoniae S. theologiae doctor. Ab Oxonia Parisios se contulit, ubi Johannem Duns Scotum docentem audivit. Postea in patriam reversus theologiam Oxoniae usque ad obitum publice docuit. In collegio Lincoln. Oxon. extat Mf. cui praefiguntur xxxii ... pro aetatis ratione haud contemnendi in laudem Johannis hujus, autore (ni fallor) Richardo Rawlyns descriptore, qui etiam addidit tabulam, et titulos quaestionum, et carmen aliud ad finem. Opus finivit A. MCCCCLXXXII. Pr. Carminum:

" Parve liber, tenui quanquam fis veste togatus,
" Candida nec nigra cornua fronte geris;
" Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
" Hirsutus sparsis sed videare comis; etc.
. . . .
" Philosophus toto clarus in orbe fuit,
" Nomine Canonicus, sapiens vir, mysticus autor,
" Nomine vir dignus, alter Aristoteles.
. . . .
. . . .
" Mutescunt Thomas, Aegidius, atque Geraldus,
" Doctores alii conticuere sibi.
" Egregius tantum Franciscus, et hic Scotus audax
" Sunt tibi consortes, vel ratione pares."

Scripsit *Lecturas in magistrum sententiarum*, lib. iv. *In Aristotelis physica*, lib. viii. Pr. pr. " Venite ad me, omnes, qui laboratis." Mf. Oxon. in coll. Baliol. cxvii. et Cantabr. in collegio Petri. 31. 2. et Mf. in coll. Lincoln. Oxon. Arch. Bor. 31. Et [in 5 lib. *Physic.*] Mf. in coll. Novo Oxon. 235. " Quaeritur utrum substantia." Impress. in villa S. Albani 1481. (Mf. in marg. Balei) et Venet. MCCCCLXXXI. MCCCCXCII. MDV. fol. *Lecturas magistrales*, lib. i. *Quaestiones disputatas*; *sive quaestiones ordinarias*, lib. i. Haec omnia simul impressa fuere Venetiis MCCCCXCII, et Francisci Montis Feretri philosophiae apud Minoritas Venetos professoris cura. Ibid. MDXVI. *Quaestiones dialectices*, lib. i. Claruit A. MCCCXX. Bal. v. 3. Pitf. p. 406. A. MCCCXXIX. Wharton, *App.* ad Cav. p. 25.

CANONICUS [JOHANNES] sic dictus, quia professione canonicus regularis erat secundum normam S. Augustini. Scripsit *Vaticiniorum* lib. i. *Poëmatum* lib. i. Claruit A. MCCL. Pitf. p. 324.

CANTILUPO [GUALTERUS de] filius Gulielmi baronis de Cantilupo. In academia Oxoniensi, ut verisimile est, educatus. Rex Johannes dedit ecclesiam de Burton. dioec. Linc. dilecto clerico suo Gualtero de Cantilupo 2 Aug. 17 Joh. Idem habet literas de praesentatione ad ecclesiam de longa Hickenden dioec. Lich. et Cov. Et 18 Joh. regis literas de praesentatione ad ecclesias de Rammeham dioec. Sarum. de Preston dioec. Linc. de Herdwic. dioec. Lich. et Cov. Habuit et literas regis Henr. iii de praesentatione ad ecclesiam de Penred. 3 Nov. 7 Henr. iii. A. MCCXXXVI episcopus Wigorniae electus fuit. Praeful hic acerrimus ecclesiae et cleri Anglicani propugnator erat contra fastum, avaritiam, et tyrannidem Romanorum pontificum. Quanta animi constantia contra legatorum Othonis A. MCCXXXVII et Rustandi A. MCCLV postulata iniquissima peroravit, videre licet apud Matth. Paris. A. D. MCCXL coacta synodo dioecesana edidit *Constitutiones ecclesiasticas*. Pr. " Secundum exhortationem psalmistae." Ex Mf. Cotton. Claudius A. viii. et Whart. *A. S.* tom. i. 490. extant tom. i *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 665. seqq. Obiit 12 Febr. MCCLXVI apud Blockelew, et sepultus est in ecclesia cathedr. Wigorniae juxta magnum altare. Godw. p. 512. seq. Wharton. l. c.

CANTOLUPUS[a] [NICOLAUS] ex Cambria oriundus, genus commune habuit cum Thoma Cantolupo, sancto quidem illo Henoforthensis[b] ecclesiae pontifice; a cujus sanctitate adeo non degeneravit, ut, accepta[c] in ipsa juventute veste Carmelitica, non leve surgentis virtutis specimen ostenderit. Insuper doctis artibus, et praecipue sacrae theologiae, tanquam virtutem virtuti accumulans, diligentissimam operam adhibuit. Studebat etiam mirum in modum ornando suae sectae nomini. Scripsit autem non contemnendum opus *Super primum librum sententiarum*[d]. *De laude sui ordinis*[e]. Praeterea *Historiolam*[f] edidit; sed ego illam, ut ingenue fatear, non vidi. Florenti aetate Claudianae urbis Carmelitis praefuit[g]. Postremis vitae suae annis collegio, quod Avonae mediter-

[a] Nicolaus Cantilowe (Cantlow, alias Cantilupus. Lel. *Epit.* Mf.) ex illustri comitum Demetiae stemmate oriundus. Christophorus Cantelow, filius Milonis, filii Grumbaldi comitis Demetiae genuit Ludovicum, qui Joannem, qui Willelmum, qui Nicolaum Cantelow S. th. D. Bal. Mf. Sloan 4to 42. Cantabrigiae studiis operam dedit, ubi tandem S. theol. doctor evasit. Fuit archidiaconus Glovernae, A. Wood. Mf. xciv. 51. ita etiam dicitur in catalogo munimentorum acad Cantabrig. ad finem M. Parkeri *Antiq.* Mf. Twine ℞ 663. [b] Herefordensis, Lel. *Epit.* [c] Bristollis, Bal. Pitf. [d] Lib i. " Omnia " in sapientia fecisti, Domine." [e] Lib. i. " Fratres Car- " melitae honesta conversatione." [f] *Historiolam* [nigri codicis univ. Cantabr.] *Cantabrigiensem*, lib. i. " Anno a " mundi creatione 4321." Hanc Lelandus vocat *Pseudo-Historiam*. Scripsit etiam *Chronicorum epitomen*, lib. i. " Anno ante Christi incarnationem." *Historiarum appendices*, lib. i. " Papa Innocentius iii confirm." *Quadragesimales conciones*, lib. i. " Ecce nunc tempus acceptabile." [g] Non tantum Glocestriae et Northamtunae [Mediterraneae

mediterraneae Carmelitis ſacrum eſt, gubernator deſignatus fuit. Obiit ibidem 27 die Septembris, anno D. MCCCCXLI [h]. Ex *Lelando*.

nae ſeu Northamtonae Lel. *Epit.* Mſ.] ſed etiam Briſtolli et Cantabrigiae ſui ordinis prior erat. Bal. viii. 5. Pitſ. p. 635. [h] Epitaphium ejus :

Hic, frater Nicolae, ſubes de Cantilupo, qui
Doctor theologus et generoſus eras.
Relligione colens Chriſtum, pietate propinquos,
Dogmate confratres, hancque decore domum.
Vaſa Dei, lapides ſculpti, vitreaeque feneſtrae
Undique grande tuum teſtificantur opus.
Craſtina lux Teclae mundo te ſuſtulit anno
M. ſemel adde quater C. quater X. ſemel I. Mſ.

Bale Sloan. 4to. f. 45.

CANUTUS rex Anglorum; viri doctiſſimi Fulberti Carnotenſis amiciſſimus, et monaſterio ejus tunc temporis literatorum domicilio benefactor liberaliſſimus. Gulicl. Malmſbur. *De geſtis regum* lib. 2. Fulberti *Epiſt.* 97. Scripſiſſe fertur *Conſuetudines Angliae*, lib. iii. *Canuti inſtituta centum*, lib. i. In Baleo Mſ. Glyn. Scripta regis Canuti h. m. recenſentur: *Conſuetudines Angliae*, lib. i. "Leges, quas dicunt Edw. regem ex Canuti." *Canuti inſtituta* cxi. lib. i. "In-" primis eſt, ut Deum et." *Leges Dacorum*, lib. i. "Haec eſt inſtitutio, quam Canutus." *Ad Benignum abbatem de Taviſtock, vel potius ad ſuos archiepiſcopos, epiſt.* i. Pr. "Canutus rex totius "Angliae, Daniae, etc." In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. ſequentia de rege Canuto habentur. *Statuta ejus edita in concilio Wintonienſi*, A. D. MXXI. Pr. "Haec ſunt ſtatuta Canuti regis Anglorum." p. 297. *Epiſtola Canuti regis ad Anglorum archiepiſcopos, nobiles, etc. Roma miſſa.* Pr. "Cnuto rex totius Angliae et Danamarchiae." p. 297. ſeq. *Charta regis Canuti, qua omnes cauſas inſulae Glaſtoniae tam eccleſiaſticas quam ſaeculares, abbatis ſupponit judicio, caeteris excluſis poteſtatibus*, p. 298. ſeq. *Leges eccleſiaſticae Canuti regis Anglo-Saxonicae*, p. 299. ſeqq. Obiit A. D. MXXXVII, et Wintoniae ſepultus eſt. Bale ii. 45.

CANUTUS [a] [ROBERTUS] Crecoladae Iſiacae natus fuit; maturioribus vero educatus annis in Iſidis Vado, ſtrenue literis incumbebat, nec ſine fructu, literati titulos omneis ibidem merito oblatos adeptus eſt. Canonicis, qui eo tempore fanum D. Frediſuvidae celebrabant, ſe totum addixit: qua parte apud ſuos tantum promeruit ſolidae gratiae, ut praeſes univerſo choro ſupremus deſignatus ſit [b]. Tum ille, quo erat adfectu erga bonas artes, quotidie elaborabat famam, alioqui claram ſatis, monumentis literariis clariorem reddere. Et quoniam naturalium rerum cognitioni perſpicuae operam impenſe magnam adhibuiſſet, uſus cura non ſpernenda, Plinii philoſophi flores ſelegit, ſelectos in orbem coronarium eleganter diſpoſuit, ac tandem perfectum opus eruditis videndum commiſit [c]: ſed neque minori opera tractavit theologica. Extat illius liber *De connubio Jacob* [d], opus elaboratum diligentia, cura, denique ſtudio multo; ac dedicatum cuidam Laurentio [e] monacho. Vidi [f] etiam librum Roberti abbatis *De benedictionibus Jacob et Moſis* [g], ad Gutlandum monachum; qui an idem ſit cum Canuto, nondum percognitum habeo. Scripſit praeterea libros quatuor, quibus titulus *Speculum fidei* [h]; et *Homilias* [i] numero quadraginta, quas et Reginaldo Greſebiano [k] canonico dedicavit [l]. Colligo vixiſſe illum temporibus regum Richardi et Joannis [m]. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Canutus, Crikeladenſis dictus in Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 15. C. xiv. in villa Crecoladenſi apud Wiltonienſes natus. [b] Robertus prior. Pitſ. append. p. 903. Rector ſcholarum univ. Oxon. A. Wood. Guymundum in prioratu excepit anno 1141. Ibid. [c] Ad R. Henr. ii. lib. 9. Pr. pr. "Studioſis et praecipue clauſtralibus et "ſcholaſticis." Pr. dd. "Tibi, illuſtriſſime rex Anglorum." Mſ. olim antiq. in bibl. coll. Eton. Vide Mſ. Jameſ. viii. 4. Libros Plinii 37. in 9. coarctavit, et de ſuo notas in margine addidit. Adhuc tantum octo folia extant in principio hujus in cod. bibl. reg. Weſtmon. 15. C. xiv.

[d] Lib. i. Bale lib. iii. quorum primus cap. habet 23. ſecundus 36. tertius 37. Mſ. Langb. Pr. pr. "Domino "et amico vere venerabili." Pr. lib. "De Jacob quod "ſuprema pietas." Mſ. in bibl. coll. Baliol. Oxon. M. 19. Mſ. Cantab. in coll. Gonv. et Caii, aſſerente Pitſeo. Mſ. bibl. Bodl. Laud. J. 16. [e] *Abbati Weſtmon.* Bal. iii. 4. ſed forſan poſtea abbas evaſit. [f] Sc. apud Glaſton. abb. Lel. iii. 261. [g] Lib. i. [h] Lib. iv. "Audi, "Iſrael, Dominus Deus tuus." Olim in bibl. abbatiae Malmſbur. Lel. iii. 265. [i] Lib. i. "Sanctiſſimus pon-"tifex Gregorius" Mſ. in aula Pembroch. Cantab. 91. ita *Homiliae* xli *Roberti Kirchcladenſis*, prioris S. Frideſwidae *ſuper ultimam partem Ezechielis, ubi B. papa Gregorius finivit.* [Ita enim Nota in dorſo libri adſcripta planiſſimis verbis oſtendere videtur.] Olim in bibl. Rieval. extabant. Lel iii. p. 36. [k] Priori. Lel iii. 266. ubi meminit hujus libri in abbatia Cirenceſtr. [l] Scripſit praeterea *Epiſtolam de miraculo quodam D. Thomae Cant.* Pr. "Prae ceteris jam ferme 12." In libro miraculorum D. Thomae, lib. ii. 52. Mſ. Lambeth. 135. f. *Opus de matrimonio*, lib. i. "Conjugium, quod et matrimonium." Liber hujus pr. et argumenti Mſ. perantiq. extat Mſ. Norwic. More 73. ubi dicitur a quodam Mro. Gualterio eſſe compoſitus. *Comment. in Geneſim*, lib. i. *In Exodum*, lib. i. *In Leviticum*, lib. i. *In Numeros*, lib. i. *In Pſalterium*, lib. i. *In Cantica canticorum*, lib. i. "Vox ſponſi ad "eccleſiam ſponſam." *In Regum* lib. iv. *In Ezekielem*, lib. i. *In* xii *prophetas* lib. xii. *In evangelium Matthaei*, lib. i. *In epiſtolas Pauli*, lib. xiv. *In apocalypſim Joannis*, lib. i. "Revelatio, quae Graece dicitur." *Utriuſque Teſtamenti ſacramenta*, lib. i. Qu. annon hic liber potius aſcribendus eſt Rob. Folioth. *Sermones et epiſtolas*, lib. i. *Sententiarum theologicarum* lib. ii. "Quemadmodum in "aliis libris." [m] Claruit anno MCLXX. Bal. iii. 4. Pitſ. 234. ſeq. Nullam mentionem ejus poſt ann MCXLVIII invenit A. Wood. *Hiſt. Oxon.* i. 48. Robertus, prior S. Fridiſwidae occurrit tempore Alexandri iii papae A. D. MCLIX. W. Kennet *Ambroſd.* p. 116.

CAPELLANUS [JOHANNES] tranſtulit in rhythmos Anglicos *Boëthii de conſolatione philoſophiae*, lib. v. Pr. tr. "In ſuffiſaunce of cunning and wit." Pr. lib. "Alas I wretch that "whilome was in welth." Mſ. in eccl. cathed. Linc. i. 53. Mſ. Harl. xxxiv. A. 5. Nota ad finem Mſ. Linc. et Harl. dicit: "ſeems to be well done." Datur et Mſ. Sloane, ſed imperf. in princ. Floruit A. D. MCCCCX.

CAPPA, rarum apud ſcriptores in primitiva eccleſia Saxonum nomen; non tamen ita abolevit, ut ejus prorſus dignitas omnis interierit. Interim ſic comparatum eſt, ut res Cantianae et Tranſabrinae eccleſiae majorem tum cognitionem, tum lucem, quam aut Viſi-Saxonicae aut Mercianae, ſcriptorum diligentia, acceperint. Quare, ut Cappae famam et gloriam, depulſis tenebris, ſuo nitori utcunque reſtituam, lubet per Birinum, Viſi-Saxonum apoſtolum, ab Honorio, epiſcopo Romano, in Britanniam tranſmiſſum, feneſtram patefacere. Ille quidem Cunegilſum et Oſuualdum ejus hoſpitem, reges, illum Geviſſorum, hunc Berniciorum, ſacro perfundebat fonte, ac Chriſtiana rite informabat religione, donatus interea Hydropoli ſede epiſcopali. Deinde comparatis optimae notae preſbyteris, plebem eis fide imbuendam, juxta ac baptizandam ſolicite commiſit; inter quos et Cappa, vir cum eruditus tum pius, primas tenebat partes. Bene ſit Thomae Rodeburno, monacho Ventano apud Simenos, cultori antiquitatis plane maximo, cujus in eruenda veteris eccleſiae Viſi-Saxonicae cognitione incredibilis diligentia Cappam poſteritati de nomine non obſcurum reliquit; ut neque Paddam, Burgelinum, aut Cyddium, incomparabiles preſbyteros, et comites Cappae individuos. Annis paulo recentioribus venit Dicolus, homo Scottus, ſocioſque ſui ordinis quinque aut ſex ſecum deducens, miris religionem Chriſtianam modis promovit inter Viſi-Saxones, ſimul et Sudo-Saxones; atque monaſterium in Bosenham, propter litus aeſtuarioli, paucis paſſuum millibus a Ceicaſtro diſſiti, poſuit. Venit nec longo poſt tempore Wilfridus magnus a Tranſabrinis epiſcopus, ſed exul, comitatus Beorwino ad eaſdem gentes, et verbi divini felicia ibidem ſparſit ſemina: unde et ad Vectanos etiam inſulanos illos pervenit, plebem ſacris addocens concionibus: ſedeſque deinde epiſcopalis in ejus gratiam deſignata eſt, quo loco aeſtus Ceoleſegam, id eſt, marinorum vitulorum inſulam, circumfluit. Hactenus de prima Viſi-Saxonicae eccleſiae inſtitutione, in perpetuam divini Cappae memoriam, ac ejus ſalutiferae eruditionis laudem emeritiſſimam [a]. Ex *Lelando.*

[a] Claruit circa A. D. dclxx. Pitſ. p. 829. Bal. par. poſt. 28.

CAPGRAVIUS [JOANNES] ſive CAPOGREVUS [a] inter Auguſtinianos [b] πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, a me doctorum auribus commendabitur. Is vero vel ab ipſa pueritia libris, perinde ac concha ſuis ſcopulis, adhaeſit. Granta [c], foecunda eruditorum parens, quae illum, ut ego conjectura colligo, juvenem docuit, idem teſtabitur: nec deerit Hunfridus Claudianus, vir regii generis, cujus in hac parte clarum mehercule teſtimonium habebitur. Nam bonus princeps, quoties de animae cura cogitabat, frequentiſſime autem cogitabat, toties literatiſſimi Capogrevi prudentiſſimo conſilio utebatur. Porro adeſt univerſus Auguſtinianorum chorus, teſtis multo locupletiſſimus, qui illum excellenti eruditionis nomine, gubernatorem provincialem conſtituerunt. Sunt haec plane illuſtria ejus doctrinae teſtimonia; obſcura tamen, ſi cum pulcherrimis monimentis, quae ille orbi ſcripta reliquit, conferantur. Quare inſcriptiones ejus operum mox ſubjiciam: *Commentarii in Pentateuchon* [d], "Hunfrido, Duci Claudiano, dedicati." *In libros regum* [e], "ad Joannem Lovum, "Aſaphenſem epiſc." *In acta apoſtolorum* [f], "ad Gulielmum, epiſcopum Elienſem." *Symbolum fidei* [g], ad eundem. *In Pſalterium* [h]. *In ſententias Petri Longobardi* [i]. *Vita Divi Auguſtini* [k], "ad

[a] Johannes Capgravius, patria Cantianus. Mſ. Greſham 168 eum apud Linum in Norfolcia natum fuiſſe aſſerit. Ipſe in epiſt dedicatoria *Chronicorum* regi Edwardo iv ſeſe appellat "a pore frere of the Hermeters of St. Auſtin in "the convent of Lenn." [b] *Omnes digniſſimus viſus, a me* — Mſ. Lel Trin. [c] Sacrae theologiae doctor Oxonienſis. Bal. Pitſ. Whart. Cantabrigienſis: oppoſitionum enim ſuarum meminit in principio ante tractatum *De vita S Gilberti* — Mſ. Cotton. Vitellius D. xv. 4 Fuit ordinis Auguſtiniani per totam Angliam provincialis: Bal. Pitſ. Whart. Talis occurrit in carta quadam dat. 21 Apr. mcccclvi apud *Parochiales antiquitates*, Wh Kennet. p. 673. [d] Lib. v. "Arduum namque et ſupra vires "ei." *Commentarius in Geneſin* extat Mſ. in coll. Oriel Oxon. num. 32. Codex hic autoris autographus erat, cujus in initiali litera epiſtolae dedicatoriae habetur imago librum patrono ſedenti et galero induto humiliter offerentis. Ad finem notatur inceptum fuiſſe opus hoc in feſto tranſlationis S. Auguſtini menſe Octobr. mccccxxxvii, et finitum fuiſſe in feſto S. Matthaei apoſt. et evangel. A. D. mccccxxxviii. Pr epiſt. dedic. Glorioſiſſimo Chriſtianae fidei defenſori — Domino Humfrido — "Meditationes meas." Demum manu ducis Gloverniae haec adduntur. "Ceſt livre "eſt à moy Humfrey duc de Glouceſtre du don de frere "Johan Capgrave, quy le me fiſt preſenter à mon manoyr de "Penſherſt le jour .... de l'an ccccxxxviii." Hunc librum, uti etiam *Comment. J. Capgr. ſuper Exodum et Regum* libros academiae dedit dux Humfr. A. mccccxliii. *Regiſt.* F. f. 67. b [e] Lib. iv. "Quod in Regnorum libris" Fuit olim in duobus voluminibus in biblioth Auguſtin. Cantabr. Leland. *Collect.* iii. 12. [f] Lib. i. Pr pr. "Reminiſcor, ſancte antiſtes, quanto." Pr. lib. "Primum quidem "ſermonem." Mſ. Langb. in bibl. Bal. Oxon. 171. Hunc codicem dedit collegio Baliolenſi Gul. Graius, epiſcopus Elienſis, is nimirum, cui autor haec opera ſua inſcripſit, et videri poteſt hoc ipſum exemplum fuiſſe autoris autographum. Mſ. Langb. [g] Lib. iii. "Quoniam pſalmo- "graphus ait ſe." . [Symbola, non ſymbolum, quia expoſitio eſt ſuper xix ſymbola.] Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. 172. ex dono Gul. Graii Elienſis epiſcopi. Mſ. Johannis Capgrave ſuper ſymbola in bibl. Baliol. K. 23. Inſcriptio epiſtolae dedicatoriae ſic ſe habet: "Domino ſuo ſingulari, "ac ſuper caeteros magis ſibi propitio domino Willel- "mo epiſcopo Elienſi ſuus, ut olim orator ſedulus, qui- "dam Johannes inter doctores minimus, tituloque here- "mitarum S. Auguſtini inſignitus, de monumento pileato "vulgariter nominatus honores, preces, vota et quicquid "melius tam rudis zelator cogitare poſſit. Quoniam," etc. Continet *Expoſitiones* (1) In ſymbolum apoſtolorum (2) Symbolum Niceni concilii. (3) Symbolum fidei quod Anſelmus archiepiſcopus ſe praeſente fecit ſcribi ante corpus B. apoſtoli ad exemplar argenteae tabulae, quae a Nicea miſſa fuerat Romam. (4) Symbolum S. Athanaſii. Pr. pr. "Cum legeris per hanc fidem." Pr. l. "Credo in "Deum patrem,' etc. (5) Symbolum, cujus principium: "Quicunque vult ſalvus eſſe," cujus autor, ut multi affirmant, fuit S. Athanaſius. (6) Symbolum S. Chryſoſtomi. (7) Hieronymi. (8) Symbolum ex concilio Toletano undecimo. (9) Symbolum Carthaginenſis concilii iv. (10) Symbolum B. Auguſtini in ſecunda parte Sermonum. (11) Symbolum aliud B. Auguſtini in ſermone xxxix tertiae partis Sermonum. (12) Symbolum tertium B. Auguſtini. (13) Symbolum etiam aliud S. Auguſtino aſcriptum. (14) Symbolum Boetii. (15) Symbolum B. Maximi epiſcopi. (16) Symbolum Rabani Moguntinenſis. (17. 18) Symbolum cujuſdam anonymi. (19) Symbolum Hugonis de S. Victore. Mſ. Langb. [h] Lib. i. "Beatus vir qui non "abiit in conſilio. [i] Lib. iv. [k] *De ſequacibus ejuſdem.*

" ad Joannem Gauterofordum, abbatem fani Joannis, quod Avonae mediterraneae celebre eſt." *Vitae ſanctorum Anglorum*[l]. *De illuſtribus Henricis*, ad Henricum ſextum, Angliae regem. Sis, ipſe lector, ſi quando haec opera ad tuas manus pervenerint, Capogrevicae cenſor eruditionis. Ego interea loci, quod ſentio, libere dicam: hoc eſt, me nullum ex Auguſtinianis ſcriptoribus, quos noſtra produxit Britannia, hactenus legiſſe, quem merito per omnia cum illo conferam. Obiit Lini, populoſa Nordovolgiae civitate, duodecimo die Auguſti, anno D. MCCCCLXIV[m], et ibidem inter Auguſtinianos ſepultus fuit. Ex *Lelando*.

ejuſdem. Mſ. Lel. Trin. Meminit auctor noſter *Vitae S. Auguſtini* a ſe conſcriptae in vernaculo in principio ante tract. *Vitae S. Gilberti*. Mſ. Cotton. Vitellius. D. xv. 4. Nullum ſub hoc titulo librum habent Bal. et Pitſeus, ſed cognati argumenti, viz. *De ſequacibus D. Auguſtini*, lib. i. " Te- " ſtatur Graecorum ille eloquentiſſimus." *De illuſtribus viris ordinis S. Auguſtini*, lib. i. [l] Lib. i. " Sancti patres, " qui priſcis fuere." Extat Lond. MDXVI. fol. Praeter haec ſcripſit Capgravius, *In hiſtoriam Joſuae*, lib. i. *In Judices et Ruth*, lib. ii. *In Eccleſiaſten*, lib. i. *In Eſaiam prophetam*, lib. i. *In Danielem quoque*, lib. i. *In* xii *prophetas minores*, lib. xii. *Super* iv *evangelia*, lib. iv. *Super epiſtolas Pauli*, lib. xiv. " Domino ſuo honorabili Hunfrido." *In apocalypſin Joannis*, lib. i. " Venerabili domino ſuo in " Chriſto." *Manipulum doctrinae Chriſtianae*, lib. i. " Inter caetera otii mei ſecreta." *In epiſtolas canonicas*, lib. vii. *De nobilibus Henricis*, lib. iii. " Henrico Dei " gratia regi Angliae, etc. Omnipotens." Mſ. in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. V. 1. et Mſ. Cotton Tiberius, A. 8. Hunc commentarium in tres partes diviſum continent praedicti codices. Prima pars agit de Henricis imperatoribus, viz. i. ii. iii. iv. v. vi. Germaniae: Secunda de Henricis regibus Angliae, viz i. ii. iii. iv. v. vi. Tertia de aliis illuſtribus Henricis, viz. De Henrico Dacorum rege circa annum MCC; Henrico rege Franciae circa an MXXX; Henrico filio Ricardi regis Romanorum et imperatoris Alemanniae; Henrico comite Campaniae, poſtea rege Hieroſolymae; Henrico fratre Ludovici regis Franciae; Henrico duce Lancaſtriae; Henrico Bohun comite Herefordiae; Henrico de Bellomonte, circa annum MCCCXXXII; Henrico le Spenſer epiſcopo Norwicenſi (Hujus *Vitam* edidit ex Cod. Cotton. Wharton. *Angl. Sacr.* ii. p. 359. Pr. " Henricus igitur iſte de genere.") Henrico archidiacono Huntingdonienſi; Henrico archidiacono Gandavenſi; et Henrico de Urimaria, ordinis Eremit. S. Auguſtini cum picturis eorundem. Opus integrum epiſtola praemiſſa admodum prolixa Henrico vi Angliae regi dicatur. In ejuſdem *Vita* Johannes dicit ſe illo anno, quo natus eſt iſte (ſc. MCCCCXXII) quartum vel quintum ſacerdotii ſui annum egiſſe, et apud Londinum ſtudiis tunc incubuiſſe. Whart. in *praefat.* ad tom. ii. *Angl. Sacr.* p. xix. *Determinationes theologiae*, lib i. *Ordinarias diſputationes*, lib. i. *Ad poſitiones erroneas*, lib. i. *Orationes ad clerum*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Vitam Humfredi ducis Gloceſtriae*, lib. i. *Lecturas ſcholaſticas*, lib. i. *Chronicorum* lib. i. juxta Pitſeum in bibl. C. C. Chr. Cantabr. In Mſ. Norwic. More xl. ita. *Abbreviationes Chronicorum* ab orbe condito ad A. D. MCCCCXVII. (Anglice) lib. i. Pr. ded. regi Edw. iv. " It " is ſumwhat divulgid in this lond, that." Videtur eſſe autographum, et continet pag. 204. fol. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Vitam S. Gilberti autoris ordinis Sempringham*. Pr. ded. domino Nic. Reſby ordin. Sempr. magiſtro. " Now " withinns few dayes was notified." Mſ. Norwic. More xl. Mſ. Cotton. Vitell. D. xv. 4. *Vitam S. Catharinae*, lib. v. (Carm. Angl.) Pr. pr. " A Jhu Criſte crown of " maydens alle." Mſ. Greſham. 396. Citatur haec *Vita* a ſcriptore coaevo Oſb. Bokenam in *Vita* hujus ſanctae. In Mſ. Greſham 168. in *praefatione* quidam de S. Pancratio, qui apud Linnam mortuus eſt, dicit eum multa ſuſcepiſſe itinera, ut acta hujus ſanctae congereret. In eodem codice datur *Vita S. Criſtinae, S. Dorotheae, et Catonis*, Anglice; et nihil impedit, credo, quo minus Capgravio noſtro eam acceptam referamus. [m] A. MCCCCLXIV. Bal. Whart. A. MCCCCLXXXIV. Pitſ.

CARADOCUS[a] LANCAROVANENSIS Gallofridi Monovagani ſynchronius fuit; vir, ut ex ultimo capitulo *Hiſtoriae Britannicae* apparet, totus conſecratus ad res geſtas recentium regulorum Britanniae illuſtrandas. Recentiores enim regulos appello, qui poſt mortem Cadovalladri, deflo- reſcente juſta Britannici nominis gloria, Cambriam et Coriniam, montanas regiones, tanquam loca munita, et Saxonibus male pervia, poſſidebant, donec ſuperveniret Gulielmus Nortomannus, a cujus imperii tempore fecundo decreverunt. Fuit hic dicendi campus plane latiſſimus, et qui non modo Caradocianae, ſed etiam Caeſarianae aut Livianae eloquentiae par eſſet. Quid tamen in tam foecunda materia praeſtiterit, nil certi, quod referam, habeo; quia nihil ab illo, quod ſciam, ſcriptum vidi. Certiſſimum interim eſt hiſtoriam recentiorum principum, qui reliquiis Britannorum praefuerunt, paſſim adhuc volare, ſed Britannice ſcriptam, inter manus Cambrorum. Non auſim tamen adfirmare Caradocum hujus hiſtoriae autorem fuiſſe, cum mihi non conſtat, utrum Britannice an Latine ſcripſerit[b]. Ut demus autem Britannice ſcripſiſſe, non ſtatim ſequitur, Caradocum autorem operis fuiſſe, niſi antiqui codices, inſcripto nomine, fidem faciant: nam et alios multos de rebus Cambricis Britannice ſcripſiſſe non dubium eſt. Et ut ego id quod ſentio ingenue loquar, crediderim Caradocum Latina, non Cambrica lingua in ſcribenda hiſtoria uſum fuiſſe. Quomodocunque ſit, dabo operam, ut, ſi uſpiam extet, in lucem prodeat. Sic etenim futurum eſt, ut multa de rebus Britannicis ſcitu certe digniſſima, tanquam poſtliminio ad ſuam famam et gloriam redeant[c]. Ex *Lelando*.

[a] Kradog o Lancarvan ym Morgannug. Lhuyd.

[b] Hiſtoria Caradoci incipit a Cadwalladri morte et Idwallae, Venedotarum reguli, primordiis per CCCCLX annos uſque ad ſua tempora, cui titulum dedit, *Britannorum ſucceſſiones*, lib. i. Bal. Mſ. extat in bibl. coll. Corp. Chriſti Cantabr. aſſerente Pitſeo. Has tranſtulit in Angl. ſerm. D. Humphr. Llwyd, ediditque, et auxit primo D. Dav. Powel, Lond. MDLXXXIV. 4to. et tandem Guil. Wynne A. M. e coll. Jeſu Oxon. Lond. MDCXCVII. 8vo. Scripſit etiam *Commentarios in Merlinum*, lib. " Nondum autem " ad hunc locum hiſtoriae." *Vitam Gildae Albanii*, lib. i. " Navus fuit rex Pictorum nobilis." Hunc librum ſequenti diſticho concluſiſſe perhibetur:

> Hiſtoriae veteris Gyldas luculentus arator
> Haec retulit, parvo carmine plura notans. Pitſ. 215.

De ſitu orbis, lib. i.

[c] Claruit circa A. D. MCL. Bal. ii. 87. Hujus Caradoci vitam ſcripſiſſe proditur Sylv. Giraldus Cambrenſis. Pitſ. p. 215. Voſſ. *De Hiſt. Lat.* p. 416.

CARBO [ROGERUS] ſive COLLINGWOOD Cantabrigiae profeſſor artium quadrivialium. Scripſit ad Richardum (Fox) epiſc. Winton. cujus ſcholarem ſe inſcribit, *Arithmeticam experimentalem*, lib. iii. Lib. i. cap. 5. ii. 28. iii. 36. Pr. ep. " Quum nonnullos annos mihi." Mſ. C. C. C. Oxon. 102. autogr. ut videtur.

CARDINALIS [THOMAS] S. R. E. tit. S. Petri ad Vincula, frater ordinis S. Dominici, natione Anglus, S. theologiae doctor, regi Richardo ii a sacris confessionibus, scripsisse fertur *Super Aristotelis philosophiam universam*, libros plures. *Quodlibeta varia*, lib. i. Claruit A. MCCCLXXX. Pits. p. 525.

CAREW [ROBERTUS] sive CERVINUS, alias CARY, Isiacorum raras admiratus cum virtuteis, tum doctrinam egregiam illam, coepit et ipse Isiacus esse, ac philosophiae incredibili studio adhaerere. Tandem emeritus eruditi nomen, exhibuit rem titulo plane non inferiorem; *Quaestiones* videlicet in libros *Posteriorum Aristotelis* [a], anno a Christo MCCCXXV [b]. Ex *Lelando*.

[a] Lib. ii. " Testante Lincolniensi in primo *Poster.*" " mihi difficilia," etc. *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Super* Clim in bibl. Baliol. juxta Leland. *Coll.* iii. p. 62. Scripsit *varios S. Scripturae textus*, lib. i. [b] *Atque alia*, Ms. etiam *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. " Tria sunt Trin. addit. Pits. p. 417.

CARINAEUS [NICOLAUS] vel CHARINAEUS, minister verbi divini in congregatione Batavorum Londini. Edidit *Martini Micronii librum de sacris conventibus*, et varia addidit; inter quae, *A confutation of the doctrine of David George and H. N.* Pr. " David George, of whom " mention." Tria vel quatuor continet folia, quae Anglice impressa adjiciuntur calci Knewstubii libro adversus H. N. Lond. MDLXXIX. 4to. Obiit Londini sub initio mensis Septembr. anno MDLXIII.

CARLILUS [CHRISTOPHORUS] Anglus Cantabrigiensis. Fuit academiae Cantabr. procurator MDXLVIII. Ms. Inett. Collatus erat ad ecclesiam de Hackney 22 Aug. MDLXXI. *Regist.* Sandys. quae vacabat per ejus mortem ante 2 Augusti MDLXXXVIII. Newcourt. i. 619. Londini vixit MDLXXXII. Fuit literarum Hebraicarum peritissimus. Scripsit contra Ricardum Smith pontificium tempore Edwardi vi (vide Johnsoni praefat. contra H. Jacob.) *Quod Christus non descendit ad inferos.* Pr. " How much this mine enterprice will." Writt by Mr. Carlel of Horton in Kent, and delivered to the archbishop of Cant. 20 Aug. MDLXIII. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. miscell. C. iii. Has opiniones, sc. quod piorum animae immediate in coelum migrant, et quod Christus nec anima nec corpore ad inferos descendit, publice in comitiis Cantabrig. defendit; nunc autem a Smitho provocatus primo edidit argumenta, MDLXXXII. 8vo. *Concerning the immediate going to heaven of the souls of the faithful fathers before Christ, and concerning his descent into hell*, etc. Lond. MDLXXXII. 8vo. Hoc anno liber hic publica auctoritate interdicebatur. *Versionem* fecit novam *Psalmorum Anglice, notasque addidit doctissimas* in margine. Hoc opus finiit 24 Junii MDLXXIII. Pr. vers. " O the felicities of that man." Pr. not. " Ashrei, He is happy, becaufe " that he hath." Autogr. in bibl. Norwic. More. 206. *Vitam et mortem S. Petri apostoli, asserens S. Petrum nunquam Romae fuisse, nec Petrum nec papam caput esse ecclesiae.* Princ. ded. dom. Wentworth. " Whether Peter were at Rome." Lond. MDLXXXII. 4to. *Expositionem in 2 Thessalon.* ii. 3. Princ. ded. Henr. comiti Huntingdon. " Idolatry and blasphemy are to be cor- " rected." Lond. MDLXXXII. 4to. *Carmina Graeca et Latina in obitum Buceri* MDLI, inter scripta Angl. Buceri. Basil. MDLXXVII. fol. p. 903. *Carmina Latina in obitum Suffolciensium fratrum.* Lond. MDLII. 4to. *Carmen unum et alterum ante librum suum contra R. Smithum.* Lond. MDLXXXII. 12mo. *Carmina quatuor Latina praefixa paraphrasi Thomae Drantae in Ecclesiastem.* London. MDLXXII. 4to. *Carmina duo Latina ante Libros Balneorum per Joh. Jones.* Lond. MDLXXII. 4to. *Carmen Sapphicum in translationem Vegetii per Joh. Sadlerum.* Lond. MDLXXII. 4to. *Carmen Latinum praefixum Th. Chaloneri de republ. Anglorum.* Lond. MDLXXIX. 4to. *Carmina quatuor Latina in papam.* Ms. Bale in bibl. Cotton. Titus D. X. f. 77. *Hexasticon Latinum* pr. Stephani Batmanni Doom. MDLXXXI. *Fragmentum epistolae Latinae ejus ad Castalionem* 3 kal. Maii MDLXII, extat inter *Cl. vir. epistolas singulares* editas per P. Colomesium, Lond. MDCXCIV. 12mo.

CARLILUS [CHRISTOPHORUS] alius, patria Cornubiensis, in academia educatus, notitiam diversarum linguarum ac scientiam mathematicam acquisivit. Vide Howes *Contin. Stowe.* p. 805. Militiam summa cum laude fecit in Belgio, Gallia, Hibernia, America, et Russia. Primus fuit dux militum reginae in comitatu Ultoniensi in Hibernia anno MDXCI. Scripsit *Tractatum de expeditione ad citeriores Americae partes.* Anglice extat apud Hackluit. vol. iii. p. 182. Obiit 2 Novemb. anno MDXCIII. Vide H. Holland. *Heroolog.* p. 94. in A. Wood. Ms.

CARMELIANUS [PETRUS] Brixiensis dioeceseos auctoritate apostolica sufficienter dimissus ad titulum x librarum reditus annui patrimonii sui sibi pro termino vitae suae concessi ordinatur subdiaconus 18 Apr. MCCCCLXXXIX per Jacobum Darensem episcopum; et ordinatur diaconus 13 Jun. MCCCCLXXXIX. *Reg.* Kemp. episc. London. A. MCCCCXC. 10 Apr. rector ecclesiae S. Georgii Southwarc. ordinatur presbyter. *Regist.* Hill. episc. Lond. A. MDXI, et MDXV occurrit archidiaconus Glocestrensis. A. MDXIX occurrit praebendarius de Ealdelond in ecclesia S. Pauli. *Reg.* Fitzjames; quae praebenda vacabat per ejus resignationem 26 Novemb. MDXXVI. *Reg.* Tunstall. Fuit poëta laureatus, et scripsit *Carmen de vere.* Ad Edvardum clarissimum Angliae principem. Pr. ded. " Cogitanti mihi jamdudum, illustrissime." Ms. reg. Westmon. 12. A. xxix. Data est epistola dedic. ex aedibus Rotulorum 6 id. April. DCCCCLXXXII. In epistola dicit, quod post decimum peregrinationis annum in Britanniam appulit, sed regionis amoenitate captus non potest discedere. *De sponsalibus inter Carolum principem Castellae et Mariam filiam Henrici* vii *regis Angliae.* Pr. " An- " glia perpetuos tibi dat, rosa rubra, triumphos." Impress. . . 4to. pulchro charactere et in membrana. *Hexastichon* praefixum tractatui Mancini *De iv virtutibus cardinalibus* per Alex. Berkley. Lond. per Ric.

Ric. Pynson. . . 4to. In bibl. eccl. Elienfi extat liber M. Tullii Ciceronis *De oratore*, Venet. MCCCCLXXVIII. fol. cui praefixum *Carmen* Latinum, quo librum obtulit P. Carmelianus regi Edwardo iv; et *Notulae* hujus Carmeliani occurrunt per marginem totius libri. *Suasoriam laetitiae ad Angliam pro sublatis bellis civilibus et Arthuro principe nato epistolam.* Versib. hexam. et pentam. Pr. " Anglia post tantas clades tantasque ruinas." Mſ. 4to penes Cox Macro de Bury S. Edmund. Obiit 18 Augusti anno MDXXVII. Obituarium eccleſ. S. Stephani Weſtmon. Mſ. Cotton. Fauſtina B. viii.

CARNIGILLUS [THOMAS] ſcholae Aberdonenſis praefectus, ſcripſit *Poëmatum libros.* Tranſtulit in linguam Scoticam *Justi Lipſii de conſtantia libros.* Obiit A. MDCII. Dempſt. iii. 299.

CAROLUS SCOTUS patria, Davidi Scotiae regi a ſacris, in Hiberniam ad reliquias S. Patricii peregrinans, ibi miraculoſe electus eſt epiſcopus Corcagienſis, ubi ſedit xiii annos. Scripſit *Statuta ad ecclesiam suam*, lib. i. *Super ſanctorum miraculis*, lib. i. *Epiſtolas ad Bernardum et Malachiam*, lib. i. *Decreta theologica*, lib. i. Claruit anno MC. Dempſter. iii. 236.

CARPENTARIUS [ALEXANDER] ſeu FABRICIUS cognominatus ex eo, quod patrem fabrum lignarium habuit. Theologus dictus a Pitſeo; Gabriel Powel in prooemio libri *De antichriſto* refert (quam vere neſcio) hunc Alexandrum in collegio Baliolenſi Oxon. educatum fuiſſe. A. Wood. Studioſus Wicliffi ſectator, cujus veſtigia ingreſſus cultus divini corruptelis, earumque autoribus praeſulibus eccleſiaſticis infenſiſſimum ſe fecit. Wood. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 75. Scripſit *Deſtructorium vitiorum, conſtructoriumque virtutum* anno MCCCCXXIX, collecta a quodam fabri lignarii filio. Excuſ. MD. Lib. viii. " Omne peccatum, ut dicit B. Auguſt." Colon. MCCCCLXXX. MCCCCLXXXV. fol. Pariſ. MCCCCXCVII, MDXVI. fol. Venet. MDLXXXII. 4to. Claruit A. MCCCCXXIX, quo *Deſtructorium vitiorum* condere incepit; quod ante annum MCCCCLXXV non abſolvit (Wood) Iſti enim debetur opus illud, quod Venetiis MDLXXXII. 4to. Norimbergae MCCCCXCVI, et alibi ſaepius ſine autoris cognomine, Alexandro Anglo inſcriptum prodiit. Sic enim ad calcem codicis Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. R. 8. notatum legitur, " Auferens anguſtias tenebrarum cujuſdam fabri li-" gnarii filius haec notabilia ſupradicta ex SS. doctorum ſententiis et Sacrae Scripturae documen-" tis collegit, et ad honorem Dei ſcribere ad eccleſiae utilitatem decrevit," etc. Codex vero in fronte Alexandri noſtri nomen fert. Porro *Deſtructorium iſtud* habetur Mſs. ſub Alexandri noſtri nomine in bibl. S. Petri Cantab. Cod. 115. Cave.

CARPENTER [RICHARDUS] patria Anglus, profeſſione alchemiſta. Sub ejus nomine extant *The work of Richard Carpenter.* Pr. " Of Titan Magnaſia." In theatro chymico per El. Aſhmole. Lond. MDCLI. 4to. *The prologue of R. C. of the philoſophers ſtone.* Pr. " Of Spayne take the " clear light." Mſ. Sloan. Tantum extat principium; deeſt liber.

CARR [NICOLAUS] patria Novo-Caſtrenſis, primo in collegio Chriſti Cantabrigiae ſub auſpiciis Cuthberti Scott, poſtea epiſcopi Ceſtrenſis ſtudiis philoſophicis ſedulam dedit operam; dein in aulam Pembroch. a Nic. Ridlaeo magiſtro aſcitus, ac poſtea in collegium Regium electus. Anno MDXLIV ſupremis in philoſophia honoribus ornatus medicinae ſtudium excoluit, atque in ea facultate anno MDLVIII doctor admiſſus. Mſ. Inett. Jo. Checi ſucceſſor in Graecae linguae profeſſoratu regio academiae Cantabrig. fuit, quod munus poſt 15 annos depoſuit. Unus e primis S. Trinitatis collegii ſocius electus erat MDXLVI. Rymer. *Foed.* xv. 107. vid. finem epiſtolae Nicolai hujus ad Jo. Checum de Bucero. Et *praefat.* Ed. Godſalvi ad Euſebium et alios *eccleſ. hiſtoriae ſcriptores* Gr. ex tranſlatione Chriſtopherſoni. Hunc Nic. Sanderus p. 676. inter doctores in medicina in confeſſione Romana conſtantes numerat. Scripſit *De ſcriptorum Britannicorum paucitate et ſtudiorum impedimentis orationem.* Pr. " Etſi dolendum eſt, opt. aud. tam." A fratre Tho. Hatchero editam poſt mortem autoris Lond. MDLXXVI. 8vo. A. Wood. Mſ. Cat. iv. 44. *Epiſtolam de morte Buceri* (Noſter Carrus in iiſdem aedibus obiit, quibus ipſe Bucerus. Dodington. in *Vita Carri.*) *ad Johannem Checum.* Pr. " Magnum dolorem calendis." Lond. MDLI et MDCLXXXI. 4to. Extat inter *Scripta Angl.* Buceri. Baſil. MDLXXVII. f. pag. 867. et in *Hiſtoria de vita et obitu Buceri.* Argent. MDLXII. 12mo. *Duas epiſtolas Latinas doctori Chaddertono* MDLXVI. Mſ. Cajo-Gonvil. D. 37. p. 462. *Carmina Graeca in mortem Buceri.* Pr. " Τίς ὅτός ἐςι τύμϐος." Baſil. MDLXXVII. p. 902. *Carmen Graecum in obitum duorum Suffolcienſium Henr. et Caroli Brandon.* Extat inter alia Lond. MDLII. 4to. Tranſtulit ex Graeco in Latinum, *Euſebii Pamphili de vita Conſtantini M. librum quartum.* (Tres priores enim tranſtulit Chriſtopherſonus) Pr. " Tantis igitur et tam prae-" claris." Lovan. MDLXX. 8vo. Colon. MDLXX. fol. Et ex recenſione Suffridi Petri Colon. MDLXXXI. fol. Et ex recenſione Binii. Colon. MDCXII. fol. *Demoſthenis orationes ſeptem* ſc. *primam, ſecundam, et tertiam Olynthiacas,* et i. ii. iii. et iv. *Philippicas.* Pr. ded. tr. Gualt. Mildmajo. " Etſi jam aliquot anni ſunt, ex quo primum." Edidit Thom. Bingus, Lond. MDLXXI. 4to. Mſ. Norwic. More. 102. videtur eſſe autographon. Praefixa eſt *praefatio*, quae videtur fuiſſe *oratio* ipſius *inauguralis ad Cantabrigienſes.* Pr. " Cum jucunda mihi ſemper." *Platonem de legibus.* " Platonis convivium ſive De amore." *Fragmentum in Timaeum Platonis. Aeſchinis contra Cteſiphontem orationem. Liturgiam S. Jacobi.* Ita Barthol. Dodington in epiſtola *De vita et obitu Nic. Carri* edita ad calcem tranſlationis Demoſthenis *Orationum* Lond. MDLXXI. 4to. Cui etiam adjiciuntur carmina funebria variorum Cantabrigiae in mortem ejus. Poſt mortem in muſeo ejus inventa fuerunt ab ipſo conſcripta *Praefatio in Platonem de legibus. Praefatio in convivium Platonis. Praefationes in alios aliquot Platonis libros. Praefationes in aliquot Demoſthenis orationes. Praefatio ad Aeſchinem. Praefationes in Theocritum et Sophoclem. Annotationes in Platonem et Demoſthenem.*

De

De febribus, lib. i. *Orationum a se habitarum*, lib. i. *Epistolarum ad diversos*, lib. i. Obiit 3 Novemb. A. D. MDLXVIII. aetatis 45. et in ecclesia S. Michael. vel S. Aegidii Cantabr. humatus est. Dodington. l. c. Fuller. *Cantabr.* 141. ubi epitaphium.

CARRIUS [GULIELMUS] nobili in Scotia stirpe oriundus, diu peregrinatus; Roma tandem redux in Anglia substitit. Scripsit A. DCCCCXL *Historiam Carianam*, lib. i. Dempster. iii. 291.

CARTERUS [PETRUS] Cantabrigiensis, socius collegii D. Johannis, scripsit ad illustriss. Edv. comitem Darbiae *Annotationes in Joh. Setoni dialecticam*. Pr. ded. " In magno pudore, Hon. Vir." Lond. MDLXIII. 12mo. seorsum. Et cum Setono. Lond. MDLXX. et MDLXXVII. 12mo.

S. CARTHAGUS alias Mochutu, gente Hibernus, patria Kerriensis, et S. Carthagi senioris discipulus. Is coenobium Rathense in Fercallia erexit, ubi ipse abbas per annos 40 praefuit. Numerabantur ibidem uno tempore, sub ejus tutela 867 monachi. In extrema sua senectute, a Blatmaco rege Temoriae monasterio suo ejectus, Lismoram migravit, ubi sedem fixit episcopalem, et leprosis nosocomium sive hospitale construxit. Scripsit *Monachorum regulam*; quae etiamnum extat Hibernice perscripta. Vitam hanc reliquit pridie idus Maii, vel secundum Tiernacum quinto id. Maii, anno aerae nostrae Christianae DCXXXVII, aliis DCXXXVI. Ad quem annum in *Annalibus Ultoniensibus* legimus anno DCXXXVI. " Mocuda Rathan pausat." Et in *Annalibus coenobii Inisfallensis* ita, eodem anno " Quies Mochutae Lismoir. Ware. 20.

CASAEUS [JOHANNES] juxta Pitseum, CASUS sive CASE juxta A. Wood apud Woodstochiam in agro Oxon. in lucem editus, chorista primum collegii Novi, dein aedis Christi fuit. A. MDLXIV collegii S. Joh. Bapt. Oxon. scholaris electus, postea socius et artium magister factus. Collegio tamen valedixit, cum uxorem duxisset, et philosophiam generosis quamplurimis adolescentibus, licentia a superioribus prius impetrata, in domo sua privata in parochia D. M. Magdalenae Oxon. praelegit. Vir in philosophia versatissimus, et in medicinae praxi clarissimus fuit; cujus facultatis doctor evasit A. MDLXXXIX; et non multo post praebendarius de Aulton-septentrionali in ecclesia Sarisburiensi. Scripsit Latine, *Summam veterum interpretum in universam dialecticam Aristotelis*. Pr. ded. dom. Roberto Dudleio, comiti Leycest. " Decimus jam septimus annus." Lond. MDLXXXIV. 4to. Oxon. MDXCII. MDXCVIII. 4to. *Speculum moralium quaestionum in universam ethicam Aristotelis*. Pr. ded. Rob. Dudleio. " Anno praeterito, insignissime comes." Oxon. MDLXXXV. 4to. Francof. MDCXVI. 8vo. *Sphaeram civitatis sive de politia*. Pr. ded. Christophoro Hatton. " Mirabilem et fatalem hunc annum." Oxon. MDLXXXVIII. 4to. Francof. MDCXVI. 8vo. *Apologiam musices tum vocalis tum instrumentalis et mixtae*. Ad Christ. Hatton. Pr. " Annus climactericus " pene effluxit." Oxon. MDLXXXVIII. 8vo. *Thesaurum oeconomiae, seu commentarium in oeconomica Aristotelis*, etc. lib. ii. Pr. ded. Thomae Sackvil, dom. Buckhurst. " In occasu jam vitae meae." Oxon. MDXCVII. 4to. Hanov. MDXCVIII. 8vo. *Appendicem thesium oeconomicarum*, etc. " Quae- " situm est (studiose lector) a nonnullis." Ibid. *Reflexum speculi moralis, seu comment. in magna moralia Aristotelis*. Pr. ded. Richardo Phetiplacio, armigero. " Multum et saepe mecum cogi- " tans." Oxon. MDXCVI. 8vo. *Lapidem philosophicum, seu comment. in octo libros physicorum Aristotelis*. Oxon. MDXCIX. 4to. *Ancillam philosophiae, seu epitomen in* viii *libros physic. Aristotelis*. Pr. ded. Johanni Egertono. " Quandoquidem, ut placet philosophis." Oxon. MDXCIX. 4to. *Apologiam academiarum*, MS. *Rebellionis vindicias*, MS. *Epistolam Latinam ad Camdenum*. Epist. Camden. p. 49. Obiit 29 Jan. MDXCIX, et in capella collegii S. Joh. Bapt. Oxon. sepultus jacet. Epitaphium ejus videat lector *Hist. et Antiq. Oxon.* lib. 2. p. 312. Pits. p. 800. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 306. *Athen. Oxon.* i. 299. seq.

CASSIBELLANUS Helius, a patre Helio rege cognominatus, post mortem Luddi fratris rex Britannorum constitutus est. Scripsisse eum tradit Baleus i. 19. ad Julium Caesarem, *De servitute non ferenda*, epist. i. " Miranda est, Caesar, populi Romani cupid." Extat in Pontici Virun. lib. iv. Obiit anno ante Christum XLII. Bale. i. 14.

CASSIDAEUS [RODERICUS] patria Hibernus, archidiaconus Clocherensis, Hibernicarum historiarum callentissimus, scripsit *Partem regesti de rebus Clocherensibus*. *Annalium Ultoniensium partem poster*. Obiit grandaevus A. D. MDXLI. War. p. 83. *Ogyg.* p. 19. in dedic.

CASSIODORI [PETRUS filius] patria Anglus (Prynn Italum vocat) eques auratus scripsit *Epistolam ad ecclesiam Anglicanam de excutienda tyrannide Romani pontificis in Anglia*. Pr. " Com- " parabo te cui, vel cui assimilabo?" Extat in *Catalogo testium veritatis*, p. 365. et apud Goldast. *Monarch.* tom. i. p. 11. In Prynn iii. p. 914. seqq. In Joh. Baleo *De actis Rom. pont.* lib. vi. Claruit A. MCCL. Cave, p. 721.

CASTELLOFORDUS [a] [THOMAS] monachus coenobii Pontisfracti, impensius antiquae rerum Anglicarum studebat cognitioni. Cumque in eo felicissime pedem promovisset opere, huc animum intendebat totum, ut Pontisfracti, quod ego emporium olim ab Antonino Legiolium dictum crediderim, gloriam modis exornaret omnibus. Aggressus igitur opus praeclarum, historiam ab Ascheo [b] Saxone, nobili possessore loci, deduxit usque ad declinationem nominis Laceiorum, quo tempore haereditas ad comites pervenit Mediolanenses. Addidit et eadem cura res gestas sui coenobii [c]. Tantum ego ex illius libro didici, quantum vix sperare licuit: id quod ostendam in libro *De civili historia* [d]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Castelford, patria Eboracensis, et professione Benedictinus monachus. [b] *Askeo*, MS. Trin. [c] Scripsit *Historiam Pontisfracti*, lib. i. *Gesta sui coenobii*, lib. i. Pits. p. 410. [d] Claruit anno MCCCXX. Bal. iv. 100.

CASTRI-

CASTRICONENSIS [RICHARDUS] Anglus, frater Dominicanus, S. theologiae doctor. Scripsit *In apocalypsin S. Joannis secundum literam*, lib. i. *In eandem secundum sensum moralem*, lib. i. *In magistrum sententiarum*, lib. i. Claruit A. MCCLXX. Pits. 348.

[a] CASTRODUNUS [b] nomen a natali loco, apud Icenos famosissimo, accepit: id quod ejus saeculi [c] monachis fere omnibus vel familiare fuit. Juravit Ventae Icenorum [d] in Benedictinas sanctiones: quo loco templum Trinitati consecratum celeberrimum est. Theologiae noctes atque dies incubuit: atque hic quidem labor hunc fructum peperit, ut illustres *Commentarios* in aliquot divini *Pauli epistolas* [e] et *Apocalypsin* [f] autor scriberet. Ex *Lelando*.

[a] Castertonus, Bal. vi. 79. Pits. p. 537. [b] *Nordovicensis*, hoc addit Ms. Lel. Trin. [c] *Sectae*, Ms. Trin. [d] Seu Nordovici, Bal. [e] Lib. plures. [f] Lib. i. "Posuit castra in medio." Alia edidit plura, quae in bibliotheca ejus coenobii olim religiose servabantur. Bal. l. c. Claruit circa A. D. MCCCLXXXII. Pits. l. c.

S. CATALDUS [Scotus, in Scotiae montanis natus, in Knapdolia in coenobio S. Philanii educatus, aliquando episcopus Dumblanensis. Dempster. iii. 278.] in exitu seculi quinti [quarti] claruisse dicitur, patria Momoniensis, in bonis literis Lismorae educatus, factus postea episcopus Rachuensis; cum sedem suam per aliquot annos laudate rexisset, peregrinationem Hierosolymam usque suscepit: Deinde, ut ferunt, divinitus admonitus, in Italiam profectus est, ubi Tarentinus evasit episcopus. Genevae porro apud Lacum Lemanum, Cataldum ut urbis praesulem ac professorem adoratum asserit Ralph. Volaterranus. *Comm. Urban.* lib. iii. De Cataldo etiam vide Alexandrum ab Alex. *Genial. dier.* iii. 15. Sed de tempore quo vixerit, ut in re dubia, nihil definiam. *Prophetiae ejus* (de monumentis publicis et libris olim plumbeis laminis confectis vide Herman. Hugon. lib. *De prima scribendi origine* cap. 10.) *plumbeis laminis inscriptae inventio* a Morono ad annum refertur MCCCCXCII. Assignat etiam ei Dempsterus (qui Scotum Albanensem facit) praeter dictam *Prophetiam*, sive lib. *De visionibus suis*, *Homiliarum* lib. i. Et floruisse asserit anno CCCLXI. Memoria ejus celebratur 10 Maii. Vita ejus scripta fuit a Bartholomaeo Morono, Italo, et excusa anno MDCXIV. *Ogyg.* p. 29. Dav. Rothus secundo eum post Christum seculo floruisse vult. Messingham. *Florileg.* p. 138. Ware. p. 6. Dempster. iii. 278.

CATCHEPOLL [GUALTERUS] jurisconsultus optimae notae, et doctor juris civilis. Scripsit *Lecturas* xxxviii *super varios titulos juris Caesarei*. 1. *De constitutionibus*. Pr. "Quid est "constitutio?" 2. *De sponsalibus*, etc. Ult. *De appellationibus*. *Lecturas super Clementinas*. Pr. "Sequitur in prooemio ad praesentes." Ms. bibl. reg. Westmonast. 9. E. viii. Fallit Baleus, qui Gualterum hunc de jure municipali scripsisse dicit, de quo ne verbum quidem in hoc codice Ms. Opus hoc Baleus vidit in bibl. regis Edwardi vi. De aetate non constat. Bal. xii. 42. Pits. *App.* 846.

S. CATHANUS episcopus in Hibernia, munus abdicavit, et in insulam Butam Hebridum unam se contulit, ut vitam ageret eremiticam. Scripsit *Meditationes*, lib. i. *Confessiones secretas*, lib. i. *De suis apparitionibus*, lib. i. Claruit in Scotia anno CCCCLX. Colitur 17 Maii. Dempster. iii. 237.

CATTONUS [GUALTERUS] sive GATHONUS, sive CHATTODUNUS, frater Franciscanus coenobii Norwicensis. De eo Lelandus sic scribit: "Gualterus Chattodunus sectae Chor- "digerae initiatus philosophiam et sacras literas apprime coluit, quo nomine et famam non emo- "rituram sibi peperit. Monumenta ingenii non infelicia reliquit, *Commentarios* videlicet *in Senten- "tiarum libros*, et libellum *De paupertate evangelica*." Scripsit *Sententiarum commentarios* [Longobardi Ms. Trin.] lib. iv. *De paupertate evangelica*, lib. i. *Adversus astrologos*, lib. i. *Resolutiones quaestionum*, lib. i. Tandem papae poenitentiarius evasit, et Avinioni fatis concessit A. D. MCCCXLIII, uti habet Minoritarum registrum. *Addit.* J. Balei in Ms. Trin. Lelandi. Bal. v. 57. Pits. 450.

CATTONUS [GULIELMUS] frater Franciscanus et S. theol. doctor. Scripsit *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. *Quaestionum theologicarum*, lib. i. Claruit circa A. D. MDXXX. Pits. 708. Wadding. p. 151.

CAUBRAITH [ROBERTUS] Scotus natione, academiae Parisiensis alumnus, ibique regens in philosophia. Scripsit *Quadripartitum [opus] in oppositiones, conversiones hypotheticas et modales, omnem ferme difficultatem dialecticam enodans*, lib. iv. Dom. Jacobo Henrison. sereniss. Scotorum regis consuli, capitalium atque legum quaestori integerrimo. "Quandoquidem praeclara Stoicorum "sententia." Pr. pr. "Tres esse philosophiae partes." Paris. ex offic. Ascens. MDX. fol. Claruit Parisiis A. D. MDIX. Vid. Jo. Major. in ded. *Operum Logic.* Lugd. MDXVI. f.

CAVENDISH [GEORGIUS] servus domesticus cardinalis Wolsaei, et post ejus mortem regis Henrici viii. Scripsit *De vita, rebus gestis, et obitu Thomae Wolsaei cardinalis*. Pr. "Me seems "it were not wisdome." Ms. bibl. Bodl. Laud. i. 66. Et Ms. Arch. B. 44. Lond. MDCXLI. 4to. MDCLXVII. 8vo. Magna hujus libri pars impressa fuerat ante in Stowi *Chronico*. p. 497. etc. 542. etc.

CAVENDISH [RICHARDUS] scripsit Anglice *Imaginem gratiae et naturae*, Lond. MDLXXIV. 8vo.

CAWSTON [THOMAS] monachus Benedictinus ecclesiae Christi Cantuar. Scripsit *Historiam de monachis sui coenobii duplicem*. (1) Quo die singuli professi sunt ab A. MCCVII ad MCCCCLXXXVI. (2) Quo die singuli obierint ab A. MCCLXXXVI. Ad finem Historiae suae, manu paulum diversa,

sequuntur ista: "Dompnus Thomas Cawston, stationarius, erat vir valde devotus et religiosus, qui obiit quarto die Julii in nocte visitationis B. Mariae virginis, circa horam 11 et 12, qui multa officia gessit in ista ecclesia, viz. cancellarius, tertius prior thesaurarius, feretrarius, sacrista, coronarius, bis magister infirmariae. Bene et laudabiliter gubernabat se in temporalibus et spiritualibus. Obiit anno aetatis suae lxxvi, monachatus lvi, anno regni regis Henrici vii. 19. qui librum hunc fecit fieri, et collegit nomina monachorum vivorum et mortuorum istius ecclesiae Christi Cantuar. ab anno Johannis regis octavo ad annum 19 Henr. vii. regis. Professus MCCCCLIV die S. Vitalis." Whart. *A. S.* tom. i. praefat. p. xix.

CAWSTON [THOMAS] alius; artis musicae peritissimus. Extant sub ejus nomine *Several of the psalms set to music in four parts*, Lond. MDLXIII. fol. *Part of the morning and evening service with anthems*, Lond. MDLXV. fol.

CAXTON [GULIELMUS] natus in sylvestri regione Cantiae; in Flandria, Brabantia, Hollandia, Zelandia xxx annis cum domina Margareta, Burgundiae ducissa, regis Edwardi iv sorore vixit. Fuit unus legatorum regis Edwardi iv ad ducem Burgundiae A. MCCCCLXIV. Rymer *Foeder.* xi. 536. Artem typographicam primus omnium in Angliam detulit circa A. D. MCCCCLXXI, uti auctor est in suo *Chronico* Hollinshedus. Et in Mss. Rob. Gloveri Ms. Ashmol. 860. "William "Caxton, citizen and mercer of London, first practised printing in Antwerp, and brought the art "into England. His first book was translated by him in the city of Coleyne; and perhaps he "printed *The Recueille of the history of Troy* at the entreaty of Margaret dutchess of Burgundy, "sister to Edw. iv." Se ipsum vocat "Citizen of London and conjurer (al. conjury) of the same, and "of the fraternity of Mercers," ad finem Catonis per Bened. Burgh MCCCCLXXXIII. *Historiam Britanniae a gigantibus usque ad annum* MCCCCLXXXIII contexuit, seu potius finivit, quia antea incepta fuit a quodam didascalo ad fanum S. Albani. Huic operi titulum dedit et scripsit *Fructus temporum*, lib. vii. "Cum sit cunctis Christianae religionis." MCCCCLXXX, MCCCCXCVII, MCCCCXCVIII, MDII, MDXV, MDXX, MDXXVIII. fol. Extat Anglice Lond. MDXV. "In so moche that it is necessary to all." Vide Stapleton's *Conterblast.* f. 313. b. *A fabulous boke compiled by a nameless author*, but printed by Will. Caxton, and therefore called *Caxton's Chronicle.* Stow. 307. *Historiam Angliae et Hiberniae ex Polichronico descriptam.* Anglice. Pr. "In the noble land of Sirie." cap. 263 definit in coronat. Henrici vi. MCCCCLXXX. Et MDXV. [Descriptionem Britanniae et Hiberniae ex *Polychron.* (lib. i. c. 29) lib. i. In variis locis habentur. Et Anglice. "Hit is so, that "in many and diverse places." Ad finem *Chronici* a Caxtono Westmonast. impressi MCCCCLXXX. f.] *Appendices ad Trevisam* (cujus obsoletas phrases emendavit) sc. ab anno MCCCLVII ad A. MCCCCLX. lib. i. "Prosequens demum praescripti operis." Lond. MCCCCLXXXII. MDXXVII. fol. Ad finem Trevisae, *Imaginem mundi*, lib. i. "Quoniam cito evanescunt verba." *Vitam Edwardi confessoris*, lib. i. "Gloriosi ac Deo dilecti regis." *Historiam Arthuri regis*, lib. xxi. "Contigit in diebus "Uthri Pendr." *Directorium pro observatione festorum totius anni.* Westm. MCCCCLXXXIII, *English homilies on all the feasts of the year, printed at Westminster* by Caxton. fol. *M. Tullium de senectute, et amicitia, et Orationes duas de nobilitate*, Anglice edidit et correxit, non tamen vertit, Ded. ad regem Edw. iv. fol. MCCCCLXXXI. Vide *British Librarian* N°. 5. art. 42. Transtulit ex Gallico et Latino in Anglicum sermonem rogatu Henrici vii *Christianum Pisensem de re militari, extractum ex Vegetio*, etc. hoc titulo: *The boke of the faytes of armes and chyvalre, which sayd boke is departed into* iv *partyes*: i. *Boke*— i. ch. *Is the prologue in which Crystine excuseth her to have dar enterprise to speke of so hye matere*—Pr. "Bycause that hardynes is so moche." ii. *Partye devyseth after Vegece—after Frontyne the Stratagemes.* xxxviii ch. iii. *Partye of the rights of arms after the lawes.* ch. xxviii. iv. *Partye*. . . ch. xvii. "Thus endeth this boke which Christine of Pyse made, and "drew out of the boke named Vegetius *De re militari*, and out of *Tharbre of batails*—which boke "being in Frenche was dd. to me William Caxton by the most Cristen king Henry vii king of "Engl. and France in his palace of Westmestre 23 Jan. anno regni 4. willed me to translate the "same into our Englissh tong—which translation was finished the 8 of July in the said year, and "emprinted 14 of July next followyng." *Virgilii Aeneidas*, prosaice. Cap. lxv. MCCCCXC. in usum Arthuri principis Walliae. Pr. pr. "After dyverse werkes made." Pr. lib. "To the honour of "God Allmyghty." Printed 22 June MCCCCXC. fol. A Gawino Scoto, episcopo Dunkeldensi, in prologo in suam translationem Virgilii Scoticam, male audit Caxtonus ob Virgilium in Anglicanam ex Gallicana lingua putidissime ab illo transfusam: nec injuste. Wood. Ms. Pits. Ita etiam hoc opus vituperat Rob. Braham in praefat. ad Joh. Lidgate transl. Guid. de Col. *De bello Trojano*, Lond. MDLV. *Speculum mundi*, lib. iii. translat. rogatu et sumptibus Hugonis Brice. dedic. Gulielmo domino Hastings. Pr. pr. "Consyderyng that words ben peryshing." Westminst. MCCCCLXXX. *Militem turris. His advice to his daughters*, cap. cxliv. Pr. pr. "Alle vertuose "doctrine and techyng." Westminst. MCCCCLXXXIII. 4to. *Aesopi fabulas.* Ibidem. *Historiam excidii Trojani*, lib. iii. Sub finem secundae partis datur *epilogus*, in quo narrat, opus hoc inceptum esse Brugis, continuatum Gandavi, et finitum Coloniae A. D. MCCCCLXXI. Dantur duae aliae hujus libri editiones; una per Winkin de Worde A. MDIII. fol. absque Caxtoni *prologo*; et altera per Will. Copland MDLIII. fol. cum *prologo* Caxtoni. Pr. pr. "When I remembre. *Bonaventuram de vita Christi*, lib. i. typis tantum mandavit; sed nulla mentio tanquam suae translationis. Vid. Joh. Morton. *Historiam Lumbardicam*, lib. i. *Capgravi catalogum*, lib. i. *Obsidionem et expugnationem Jerusalem per Godefr. Bullen*, lib. i. cap. 212. impress. in abbatia Westmonast. MCCCCLXXXI. fol. *Le livre royal de vitiis et virtutibus.* Compositus hortatu Philippi regis Franciae anno MCCLXXIX,

et translatus per Will. Caxton rogatu mercatoris Londinensis MCCCCLXXXIV. fol. per Legross. Pr. pr. "When I remembre and take hede." *The doctrynal of sapyence translated out of French*, by W. Caxton at Westmynstre 8 May. MCCCCLXXXIX. *Th'auctoritiis and stories of ancient doctors, philosophers*, etc. *apply'd unto the moralite of the publique wele after the game of chess*, lib. iv. (i. 3. ii. 5. iii. 8. iv. 8.) Pr. ded. Geo. duci Clarentiae. "For as moch as I have understand." Pr. lib. "Amonge all the evyll conditions and signes." . . MCCCCLXXIV. fol. Duae hujus libri editiones paratae fuerunt per Caxtonum, uti apparet ex praefat. secundae editionis, in qua deest dedicatio duci Clarentiae, et ejus loco supponitur praefatio Will. Caxtoni. Pr. "The holy apostle and do-"ctour of the peple;" in qua eam ex Gallico versionem esse asserit. et librum hunc primitus scriptum fuisse a doctore theologiae in Gallia, ordinis S. Johannis Hierosolymitani. *Catonis praecepta* e Latino in Anglicum transtulit in abbatia Westmon. MCCCCLXXXIII. 4to. hoc titulo. *The gloss of Cato turn'd out of Latin into English by Will. Caxton, citizen and conjurye of London*. Pr. ded. eidem civitati. "Unto the noble, auncient, and renown'd." *Boëthium de consolatione philosophiae*. Ibidem. *Vitam S. Winnifridi*. fol. e Latino in Anglicum. *Ovidii Metamorphosin*, prosaice. MCCCCLXXXIII. fol. Anglice. *Historiam Reynardi vulpis*. Ex Teutonico in Anglicum. Pr. pr. "In thys hystorye "ben wreton the parable." Westm. Abbey 6 Jul. MCCCCLXXXI. fol. *Historiam Jasonis* e Gallico, in usum principis Edwardi. [Mem. Ipse et pater ejus diu ante annum MCCCCXCII mortui erant] Pr. pr. "For as moche as late." Antwerp. MCCCCXCII. fol. *Galfredi Chauceri opuscula collegit* et impressit. *Thomae Mallorii historiam romanticam de rege Arthuro* praefationibus duabus auxit. Pr. primae. "After that I had accomplissh'd." *The book of good manners e Gallico Fr. Jaques le Grant*, in Anglicum, rogatu Will. Prat mercatoris Londinensis, translat. et impress. per Gul. Caxton. MCCCCLXXXVI. fol. *Historia S. Albani Caxtoni impressaris nomine circumfertur*: vid. Caii *Antiq. Cantabr.* lib. i. C. 50. *The pilgrimage of the soul*, lib. v. Pr. "As I lay in a St. Laurens "night." fol. *The traytte abreged of the arte to lern well to dye: translated out of Frenche into English by Will. Caxton*. MCCCCXC. qui liber subjungitur Walt. Hiltonis *Scalae perfectionis* impressae per Winkin de Worde MCCCCLXXXIV. *The book of the ordre of chyvalry or knyghthode*, translated out of the Frenche and imprinted by William Caxton, 4to, without date. It is dedicated to Ric. iii. and therefore it may be placed in MCCCCLXXXIV. Vide *British Librarian*. N°. iv. art. 32. *Legendam auream* transtulit in sermonem Anglicum. De quo ipsius accipe verba: "For as much "as this said worke was great and overchargeable to me taccomplish, I fered me to have con-"temned it because of the long time of the translation, and also the imprinting of the same, "and in manner halfe desperate to have acomplished it, was in porpose to have left it, after I "had beion to translate it, if it had not ben at the request of the puyssant, noble and vertius erle, "mylord William erle of Arondell, which desiered me to prosed and contenew the said work, and "promised me to take a resonable quantity of them, when they ware acheved and acomplished: "and sent to me a worshipfull gentleman, a servant of his, named John Stanney, which solesed "me in mylordes name, that I should in no wyse leve it, but acomplishe it, promising that my "said lord should, during my life, geve and grant to me a yerely fee; that is to wete, a buck in "sumer, and a doo in winter, with which fee I hould me wel content. Thenne atte contempla-"cion and reverence of my sayd lord, I have endevered me to make an end and finish the said "translation, and also have emprynted it in the most best wise that I have, coude, or might; and "presente this said booke to his good and noble lordship, as chefe causer of the acheving of hit: "prayeng him to take it in gree of me Will. Caxton, his poure servant, and that it licke him to "remember my fee. And I shall pray unto Almighty God for his long life and welfayer; and "after this short and transitory life to come into everlasting joy in heven; the which he send to "hym and me, and unto all them that shall read and have this said booke, that for the love and "feyeth of whome all these holy santes hath sofered death and passion. *Amen*. With a table and the "last leafe marked with a flower de luse; the forst leater gould, the woden cutes rude. Finished at "Westmenster the 20th day of November MCCCCLXXXIII the first yere of the rayne of Richard "the thyrd; the largest booke he ever printed: the paper marked with a bull head and a cross." *Vitas patrum per S. Hieronymum* e Graeco in Latinum translatas; partibus v. e Gallico in Anglicum transtulit. Pr. pr. tr. Gall. "For as moche as daylye among." Westmon. per Winkin de Worde MCCCCXCV. fol. Hoc fuit ultimum opus Gul. Caxtoni, quod finivit Westmonasterii die mortis MCCCCXCI. Not. in Editione impress. in principio et fine. Praeter hos a Caxtono e Gallico et Latino versos libros, typis divulgavit etiam *The four last things*. MCCCCLXXVIII. *The life of Paris*. MCCCCLXXXV. *A treatise against pride*. MCCCCLXXXVI. *Gower*. MCCCCXCIII. *The hours of our blessed lady*, MCCCCXCVII. *Richardus Dunelmensis*. MCCCCXCIX. *The rule of St. Benet*. fol. *The life of our lady*. fol. *St. Austin raising* ii *dead persons*. 4to. *An exposition on the Lord's prayer*. *The spousage of a virgin*. 4to. *The siege of Rhodes*. fol. Claruit circa A. MCCCCLXXXIII. Bal. viii. 43. Pits. p. 670. Vossius. 636.

CAXTON [JOHANNES] frater Franciscanus, utriusque juris doctor, scripsit *Summam confessionum*, lib. i. Mf. in coll. Oriel. Oxon. Pits. *App*. p. 871.

CEDDA, vir immortali vel dignissimus memoria, natus est et puer educatus apud Transabrinos, a quibus et originem duxit. Illustria vero ejus facta accurate, sed sparsim, a diligentissimo Beda chartis, et praecipue historicis, commendata sunt. Nae ego rem haud ingratam aut inutilem facerem, si, quae sparsa sunt, et curiosum expetunt inquisitorem, in numerum colligerem, ac data

cura,

cura, expedita et suo ordine obvia redderem. Agnosco officium, quod et praestabo. Operam bonis literis et religioni sedulam admodum impendebat Lindisfarnae, ubi Nortabrinorum sedes erat pontificia. Patrono et praeceptore Aidano, Scotto pontifice, usus est: cujus et institutis et exemplis instructissimus, eo tandem pervenit, ut a suis ornamentum virtutis non modo diceretur, sed et crederetur quoque. Interea vir factus, matura quadam cum ingenii, tum experientiae dexteritate, felicitate, successu quoque ita multorum sibi conciliavit animos, ut et principibus gratior esset viris. Oswius, Transabrinorum rex, Wilfridum, adprobatissimae in literis notae hominem, in episcopum elegit Eboracensem. Antistes ille designatus, consecrationis munus ab Agilberto Gallo petiit, et accepit; tum praeterea longiuscule abfuit; unde et enata occasio, ut rex Alfridi filii sui consilio Ceddam in ejus institueret locum [a], aegerrime et paene impotenter Wilfrido hoc ferente. Quod fecerat princeps, vel rarissimum esse voluit; et Finnanus Scottus, episcopus Lindisfarnanus, infulas ei [b] sacras tradere non recusavit. Synodus forte celebrata est circa haec tempora, viz. anno D. DCLXIV, et regni Oswii XXII, in Phario sinu, monasterio Hildae, de observatione Paschali: in qua Wilfridus multa copiose, argute, cordate expressit, Cedda interpretis partes inter Anglos et Scottos agente. Coeperat jam fides Merciorum genti, regnante Peada, leviter innotescere. Hinc Oswii consilio nunquam satis laudato, cum Scotti aliquot provinciam praetentassent, Ceddam ad tam pium animavit opus. Injunctum ille munus tanto cum fructu administravit, ut coelitus eo demissum facile quidem omnes crederent. Sic ille vigilantis episcopi parteis integre praestabat, institutus a Theodoro Cantiano, rogante Wolpherio rege. Extat libellus de *Vita Vulfeati et Rufini martyrum*, filiorum Wolpherii, regis Merciorum; in quo multa apposite de Cedda, Canachinam, Sovaniae silvam, et Lichinum campum incolente, dicuntur. Venerunt in Merciam una cum Cedda Bettius et Adda, fratres Uttanii, abbatis Caprae-capitis: quid, quod et Wolpherius Ceddam fundo fertili donaverit apud Lindios, cui nomen BERNE, id est *Nemus?* Crediderim hunc esse locum BERDENIGE, quem olim a Danis funditus destructum, fulminantibus Angero et Ubbone, tyrannis immanissimis, et longo post temporis intervallo a Gisleberto Gandavo, Lindiorum comite, extinctis Romanis nobilibus, restauratum. Nec sic cessavit egregia pontificis erga religionem pietas. Oswius satagebat Christianarum rerum: unde et Ceddam non paucis illustribus comitatum sociis ad Sebertum, orientalium Anglorum regem, tanquam apostolum transmisit in opus evangelicum. Fundamenta interea loci, favore et beneficio principis Ethelwaldi, filii Oswaldi, regis Nortabrinorum, Lestingani monasterii apud Eboracensem gentem posuit. Crevit in justam monasterium amplitudinem; et monachos, doctum chorum, aluit, donec clades omnia Danica confunderet. Erat enim Ceddana propago ad bonas artes et exornandas et promovendas plane nata. Nam praeter hunc Ceddam et alter erat ejusdem nominis, quem ego ad differentiam Ceddam juniorem appello [c], vir bonus, idemque in rebus divinis clarus, si quis alius, facile orator; et meritis dignitatem recte exigentibus, abba Lestinganus, ac postremo episcopus. Cimbillus quoque et Chelmius, Ceddarum fratres, ejusdem loci et instituti homines, evangeliique assertores fortissimi fuerunt. Cedda senior pestem fugiens ictericiam, relictis Anglis orientalibus, ad Lestinganos rediit; ubi Charybdim devitans in Scyllam incidit, peste statim tactus et sublatus. Audita apud orientaleis Anglos morte Ceddae, triginta monachi ex ejus coenobio commigraverunt Lestingam, teste libello de vita Ceddae impresso, qui et omnes, excepto uno, ibidem pestifera clade extincti sunt: at libellus nomen non indicat monasterii: credibile est illud vel in Cnobheri burgo, vel in Dunovico fuisse. Sed incerta pro certis non refero: haec partim ex Beda, partim ex aliis desumpsi autoribus [d]. Ex *Lelando.*

[a] Cum moras in Gallia Wilfridus necteret non necessarias, neque brevi rediturus videretur, Ceddam coegit rex praedictus (Egfridus, non Oswius) "virum sanctum," inquit Beda, "modestum moribus, Scripturarum lectione "sufficienter instructum, et ea, quae agenda in Scripturis "didicerat, operibus solerter exequentem," solium archiepiscopale Wilfrido debitum usurpare. Quo reverso, postquam boni pastoris per triennium munere Cedda fuisset perfunctus, admonitus a Theodoro, Cantuariensi archiepiscopo haud bono jure alienam sedem a se occupatam, cessit redeunti Wilfrido, ac Lestingeagae monasticam vitam amplexus est, donec anno DCLXIX Wulpherus, Merciae rex, ecclesiae Lichfeldensi eum praefecit. Obiit Martii 2. DCLXXII. et in ecclesia sua Lichfeldensi sepultus est. Godw. i. 364. ii. 8.

[b] Cedda consecratus DCLXIV a Wina, Winton. episcopo. Beda l. iii. c. 28. et sedit annis 3. Idem lib. v. c. 20.

[c] Vid. Wharton. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 425. de distinctione inter hos duos Ceaddas. De Cedda juniore, episcopo Londinensi, vide *Acta sanct.* i. p. 373. Jan. vii. et Wharton. *De episcopis Londin.* p. 12. [d] Scripsit Cedda senior, *De legitimo Paschae celebrandi tempore*, lib. i. *In evangelia*, lib. i. *Homilias*, lib. i. Dempst. iii. 230.

CEDMON [a] ad provectam usque aetatem se honestum, juxta ac utilem servum exhibuit monachis, ac sacris Pharensis coenobii virginibus; unde merito illis carissimus erat. Contigit autem huic frequentiuscule interesse conviviis, in quibus cum videret citharam de more circumferri, et suas canendi vices instare, ipse amusus et inglorius dejecto vultu loco semper cessit. Quod cum aliquando fecisset moestus, noctu jumentorum stabula (nam cura illa tum ei in sortem ceciderat) petiit; et videns salva esse omnia, membra ad quietem composuit: quiescenti autem supervenit, qui haec diceret: "Cedmon, canta:" ille quasi per somnium respondet: "Non possum; atque "hac de causa modo e convivio me subduxi." At rursus ut cantaret jussus, rogat quid cantet. Tum jussit nescio quis bonus genius, ut principia rerum caneret: id quod tam docte etiam in somnis fecit, ut, cum domum reversus fuisset, et de eadem re vigilans caneret, monachi Pharenses,

[a] Cedmon *Simplex* cognominatur a Baleo i. 79. et Pitseo p. 110. De autore hoc vide Geo. Hickesii *Grammatica. Saxon.* et Bed. l. 4. c. 24.

alioqui

alioqui doctiſſimi, facile quidem omnes admirari, imitari vero nullo modo potuerunt: eoque haec virtus proceſſit, ut Anglo-Saxonum omnium in patria lingua (cum tamen ne horulam unquam unam literis dediſſet) judicatus ſit plane eloquentiſſimus. Poſtea, divino cantandi munere impendio laetatus, fit monachus inter Pharenſes maximae continentiae: cujus et laudes Beda his celebrat verbis 22. cap. quarti libri *Hiſtoriae Anglicanae:* "In hujus coenobio abbatiſſae fuit frater quidam divina gratia ſpecialiter inſignis, qui carmina religioni et pietati apta facere ſolebat; ita ut quicquid ex divinis literis per interpretes diſceret, hoc ipſe poſt puſillum verbis poëticis, maxima ſuavitate compoſitis, in ſua, id eſt, Anglorum lingua proferret: cujus carminibus multorum ſaepe animi ad contemptum ſaeculi et appetitum ſunt vitae coeleſtis accenſi. Et quidem et alii poſt illum in gente Anglorum poëmata religioſa facere tentabant; ſed nullus eum aequiparare potuit: namque ipſe non ab hominibus, neque per hominem inſtitutus, canendi artem didicit, ſed divinitus adjutus, gratis canendi donum accepit." Haec Beda. Lilius Gregorius Gyraldus tertio *De hiſtoria poëtarum* dialogo haec infert; quae et huic loco apte admodum conveniunt: "Illud tamen mihi mirandum magis videtur, quod eſt a Syneſio proditum, per ſomnum poſſe etiam aliquem poëtam fieri, idque per ſua tempora contigiſſe affirmat. Idem ait et Plutarchus de Socrate." Et ibidem: "Ut mittamus et quae de Meleſagora Eleuſinio, qui Athenis nullas artes edoctus, ut a Maximo Tyrio ſcribitur, a nymphis inſpiratus, et vates et ſapiens evaſit." Hactenus Lilius. Multa non ſine admirabili facundia Saxonicis rhythmis ſcripſit; de quibus ego pauca ex multis, quae Beda cap. eodem *Hiſtoriae* ſuae recitat, adponam. *De creatione mundi. De origine humani generis. De tota hiſtoria Geneſeos* [b]. *De incarnatione Domini. De paſſione. De reſurrectione. De aſcenſione. De adventu Spiritus ſancti. De doctrina apoſtolorum* [c]. Vixit circa tempora Ecfridi [d]. Ex *Lelando.*

[b] Extat Cedmonis *Paraphraſis poëtica Geneſeos* (in Geneſin et praecipuas S. Scripturae hiſtorias. Whart. Uſſer. *Dogm.* 349.) edita a Franciſco Junio 4to. Amſtel. MDCLV. ex Mſ. penes Uſſerium. [c] Praeter libros ſive carmina a Lelando recitata ſcripſit Cedmon, *De egreſſu Iſraelis ex Aegypto,* Cant. i. *De reditu in terram promiſſam,* Cant i. *In laudem primi conditoris,* Cant. i. *De futuro judicio,* Cant. i. *De terrore gehennae,* Cant. i. *De paradiſi deliciis,* Cant. i. Bal. Piſſ. l. c *De beneficiis et judiciis divinis,* Cant. i. Piſſ. pag. iii. [d] Claruit A. D. DCLXX.

S. CELLACH ſive COELLACHUS Scotus, monachus Huenſis, inde Angliam veniens apud Mercios evangelium Dei propagabat, et epiſcopus Lichfeldenſis ſecundus evaſit anno DCLVIII. Cum annum ſediſſet unum abdicato epiſcopatu ad Huenſes ſuos reverſus eſt. Scripſit *De paſchate celebrando,* lib. i. *De Petri praerogativa,* lib. i. *De concordia eccleſiaſtica,* lib. i. *Meditationes,* lib. i. Claruit circa annum DCLX. Colitur 14 Februar. Dempſter. iii. 72.

CELLANUS, natione Hibernus, exul in Francia, ad locum ubi D. Furſaeus in ſancto et integro pauſat corpore. Scripſit *Epiſtolas ad Aldhelmum:* Quarum una fere tota extat apud Malmſbur. in *Vita S. Aldhelmi.* Whart. *A. S.* vol. ii. 4.

CELLINGUS [a] [GULIELMUS] SELLINGUS, ſive TILLAEUS, dictus a Cellingo, pago duobus paſſuum millibus a Faveresſamo, celebri emporio, diſſito, monaſticae praeſcripta vitae ſedulo imitatus eſt, quo loco Duroverni Cantiorum fanum Servatori ſacrum, opus plane magnificentiſſimum, elucet. Hic ille non modo pietati ſtudebat, verum etiam melioreis excoluit artes: quo nomine et Iſidis Vadum [b], academiam literis florentem, petiit; unde et famae pretium non leve tulit. Reverſus deinde ad ſuos, merito pro virtutibus a cunctis collaudatur. Ecce ſubito illi prae oculis noctes atque dies obſervabatur Italia, poſt Graeciam, bonorum ingeniorum et parens et altrix. A praeſide igitur ſuo impetravit facultatem commigrandi ad Italos, et viatico donatus ſatis amplo, iter aggreſſus eſt. Pervenit Bononiam, utriuſque juris cultricem aſſiduam, quibus et ipſe delectatus ſtudiis feliciter pedem promovet. Jam gratus erat ſymmyſtis ſuis, et frequenter de cognitione legum, non ſine maturo diſputabat judicio. Politianus eo tempore vir cum eloquentiſſimus tum doctiſſimus, et magnum ſui ſaeculi ornamentum, Bononiae tum cauſam promovebat literariam; quem et Tillaeus, linguarum antiquae elegantiae addictiſſimus, arctiſſima ſibi conjunxit amicum familiaritate. Fervet opus. Graeciſſat ille quidem; et induſtriae et impenſis nullum certe locum relinquens, Graeca exemplaria multa conquiſivit. Nec minori ulla cura in corradendis Latinis, ſed antiquae notae, codicibus uſus eſt: quos nec longo poſt tempore, tanquam theſauros plane incomparabileis ſecum deduxit, Durovernum repetens. Sic foris, domique accrevit in immenſum Tillaei gloria. Hinc factum, ut publico ſuorum ſuffragio in praeſidem [c] eligeretur, magiſtratum non amplum modo, verum etiam ſplendidum. Henricus jam ſeptimus, ſublato tyranno, Britanniae imperabat; cognitaque Tillaei tum eruditione, tum fide, illum in rebus arduis vel Romam uſque ſpectatum ſatis oratorem miſit. Quo tempore Thomam Linacrum, optimae ſpei adoleſcentulum, tanquam miniſtrum, una ſecum deduxit; ac Bononiam in itinere forte reviſens, Politiano, veteri amico ſuo, illum commendatiſſimum reliquit erudiendum. Cauſa principis Romae feliciter acta et tranſacta, pretiumque tulit laboris orator domum rediens [d]. Poſtremo annis jam gravis ea, quae, ut fertur, meditatus fuerat, partimque chartis commiſerat, imperfecta moriens, pro dolor! reliquit. Annis abhinc paucis Legidunus [e] leguleius, iniqua et temeraria comitatus turba,

[a] Gul. de Sellyng. A. Wood. Whart. Nihil habet de Gul. Cellingo Baleus xi. 72. niſi quod a Lelando; nec Pitſcus *App.* p. 851. niſi quod ex Baleo hauſit. [b] Socius erat ineunte regis Edw. iv regno collegii Omn. Anim. Oxon. [c] Prior electus eſt 10 Sept. MCCCCLXXII. Vid. Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 145. Quidam Gul. Sellyng electus erat abbas S. Auguſt. Cantuar. A. D. MCCCCLXIII. Mſ. James (ex regiſtro) viii. 167.

[d] Legatus erat etiam ad regem Galliae, coram quo elegantiſſimam habuit orationem. [e] *Degidunus* Mſ. Lel. Trin.

turba, Durovernum hofpes venit; humaniffime a praefide fani Servatoris acceptus eft. Sed nocte intempefta, negligentia et temulentia ejus fervorum, aedes fubito igne correptae conflagraverunt. In quarum fupremo tabulatu thefaurus librorum Tillaei reconditus unaque exhauftus, maximo ftudioforum incommodo. Ferunt hac clade Ciceronis defideratiffimum *De republica* volumen in cineres redactum fuiffe. *Commentaria* Graeca Cyrilli in Prophetas, atque minutula alia e mediis fublata flammis, fed femiuftulata. Bona alio fortuna *Bafilii* [f] *in Efaiam magni commentarios*, et *Synefii opera*, una cum aliis Graecis codicibus, diftraxerat. Ex *Lelando*.

Trin. Rectius Legidunus fc. Ric. Leyton. [f] Sc. *magni in Efaiam*. Mf. Lel. Trin. Obiit Sellingus in die paffionis D. Thomae Cant. (29 Dec. Whart.) anno MCCCCXCIV, inque ecclefiae Cantuarienfis cathedralis martyrio fepultus eft. *Hift. et Ant. Oxon.* tom. ii. p. 177, ubi epitaphium ejus reperies. Nota in princ. Mf. Bodl. Laud. F. 120. fic fe habet: *Liber domini Willelmi Selling quondam abbatis monafterii S. Auguft. extra muros civitatis Cantuariae, qui obiit An. Dom.* ∞CCCCLXXX. *Et eft liber de librario dicti monafterii.* Beneficia ecclefiae Cantuar. praeftita debita commemorat laude Obituarium Cantuar. et ex eo Whartonus *A. S.* tom. i. 145. 146. ubi haec inveniuntur: "Obiit recolendae memoriae dom. Will. Selling, quondam prior hujus ecclefiae, S. theol. meritiffimus profeffor atque praeclariffimus. Vir fiquidem tam divinarum quam faecularium literarum peritia, Latina quoque et Graeca lingua apprime inftitutus —— Librariam fupra capellam prioris fituatam, perpulcra caelatura adornavit, quam etiam nonnullis libris inftaurari fecit, ad ufum maxime literarum ftudiis deditorum, quos miro ftudio et benevolentia nutrivit et fovit. Auftralem vero partem clauftri ad ufum ftudioforum confratrum vitreari fecit; ac ibidem novos textus, quos *Carolos* ex novo vocamus, perdecentes fecit."

CELSUS, aliis CAELESTINUS et *Cellacus* mac Aed mac Maelifa, archiepifcopus Armachanus defignatus, confecrationem obtinuit 2 Septemb. MCVI. Hunc Brianus Twynus *Antiq. Oxon. Acad. Apol.* lib. ii. fect. 280 virum undiquaque doctiffimum appellat, et ex Baleo Oxoniae ad tempus floruiffe afferit. Ware p. 53. Uxorem ac liberos habebat Celfus in ipfo etiam fuo archiepifcopatu, ut moris erat apud Hibernos ad hanc aetatem ufque. Haereditaria namque fucceffione pontificatum cum fpirituali, ut vocant, totius terrae primatu per XV generationes et 200 fere annos fine capitis tonfura gerebant. Octo eorum literatiffimi fuerunt. Celfus primus in Hiberniam doctrinam in clero conjugia damnantem primus introduxit. Bale xiv. 84. Scripfit *Teftamentum ad ecclefias*, lib. i. *Ad Malachiam poftea ejufdem fedis archiepifcopum epiftolas plures. Conftitutiones quafdam*, lib. i. Bale. Stanihurft. p. 39. Statuta intelligit fortaffe Baleus celeberrimae illius fynodi (*Annal. Ulton.*) in loco dicto Aengufii terrae coactae anno MCXI, vel MCXII, cui interfuiffe dicuntur epifcopi L praeter prefbyteros CCCXVIII. Ware. 54. *Summam theologiae.* Hanc Viennae in Auftria nuper extitiffe accepi. Ware. Obiit 6 April. MCXXIX, aetatis anno L, apud Ardpatrick (villa eft in agro Limericenfi) unde corpus Lifmoram delatum, ficut in teftamento fuo mandaverat, ibidem honorifice fepultum eft. Ware. 53. Obiit Celfus circa A. D. MCXXVIII, et in Armachana ecclefia cum uxore fepultus. Bale l. c.

CENFAELA aliis CENFAELAD fcripfit *Poëmata quaedam.* Meminit illius Tigernacus in *Annalibus* ad annum DXIII, DXXXIII, et DLXII. Is idem fuit, opinor, cum Cenfaela fapiente, quem e dicto Tigernaco mortem obiiffe intelligimus anno DCLXXVIII, vel DCLXXIX. Ad quem annum ita etiam Annales Ultonienfes. "Anno DCLXXVIII Cenfaela mac Aililla mac Baodan fapiens paufat." Ware. 29. De hoc Kenfoela filio Olilli vide *Ogygiam* p. 217. 218.

CEOLFRIDUS [a], monachus non minoris literaturae quam virtutis, mortuo Benedicto, cui vicarius erat, abbas coenobii S. Pauli in Girovico factus eft; ubi plurima excellentis induftriae monimenta, partim docendo et fcribendo, partim etiam aedificando, oftendens, non vulgarem apud fuos gratiam inibat. Accedit huc, quod, poft Benedictum, Bedam adolefcentem informaverit, non modo bonae vitae praeceptis, fed et eruditione quoque fingulari. His modis coepit ubique clarefcere, nec mediocri in pretio effe vel apud ipfos Britanniae regulos. Erat circa haec tempora magna controverfia inter Pictos et Anglos de obfervatione pafchali. Quare Naitanus, Pictorum regulus, oratores ad Ceolfridum mifit, cupiens ejus literis certior fieri, quid potiffimum fequendum. Cui ita nodum illum Gordium folidiffimis rationibus poftea diffolvit, ut Pictus ab illo canonicum pafcha fecutus fit. Sed de hac re Beda fufius 21 quinti libri *Hiftoriae* fuae cap. fcribit. Ego igitur in praefentia omitto; dicturus quo pacto fenex jam factus, poft viginti octo annos feliciffime in gubernatione Wirenfis et Girovicenfis coenobii (nam utriufque, ficut et Benedictus, abbas erat) completos, Hubertum fuis coenobiis, monachum non vulgariter doctum, abbatem praefecit: quod ubi feciffet, Romam aetate jam decrepitus peregre profectus eft. Illud certe, quoniam de Girovico mentionem et hic, et in Benedicti vita fecimus, ftudiofo antiquitatis lectori non incognitum volo; me nuper, cum fuiffem in Tinenfi monafterio, trajecto Tino flumine, Girovicum petiiffe, et inter caetera ibidem reperiffe faxum quadratum cum hac infcriptione: "Dedicatio bafilicae fancti Pauli "VIIII. cal. Maii, anno XV. Ecfridi regis; Ceolfridi abbatis ejufdemque M. ecclefiae, Deo autore, "conditoris, anno IV." Ex his verbis liquido apparet, Ceolfridum abbatem fuiffe in ipfis Girovicenfis monafterii initiis; quanquam Benedictus alias ejufdem conditor et abbas nominetur, utpote qui Ceolfridum fuo loco fubftituerit. At nunc, quid librorum fcripferit, lector requiret [b]. Certe in

[a] Geolfridus Bernicius a Pitfeo appellatur, p. 123.

[b] Scripfit *De fua peregrinatione*, lib. i. *Ad Naitanum regem de pafchate et tonfura*, lib. i. "Domino excellentiffi-" mo," etc. Extat apud Bedam, lib. v. c. 22. et *Concil. Gener.* tom. vi. p. 1423. *Teftamentum ad Huntbertum* (melius puto *ad Wicbertum*, Pitf.) lib. i. *Homelias folennes*, lib. i. *Epiftolas ad monachos*, lib. i. Et juxta Dempfterum (qui eum patria Scotum et abbatem Glaftonienfem facit) fcripfit *De baptizando fecundum ritum Romanum*, lib. i. Dempft. iii. 235. I.

c Prioris

in variis literarum generibus diligentissime versatus, multa scripsit, quae omnia violentia Dacorum extinxisset, nisi Beda, in ultimo *Historiae Anglicanae* libro, ejus *De observatione paschali et canonica tonsura* libellum ab interitu vindicasset. Floruit sub Ecfrido, rege Nortabriae potentissimo. Mortuus est apud Lingonas in Gallia 7 cal. Octobr. anno Dom. DCCVI, et sepultus, ut Beda testatur in libro de ejus *Vita*, tum etiam in libro de *Temporibus*. Nam impar erat itineri [c], quod Romam versus acceperat. Verba autem Bedae in libro de *Temporibus* haec sunt: "His temporibus multi Anglorum gentis nobiles et ignobiles, viri et foeminae, duces et privati, divini amoris instinctu Romam venire consueverunt: inter quos etiam reverendissimus abba meus Ceolfridus, annos natus septuaginta quatuor [d], cum esset presbyter annis XLVII, abba annis XXXV. Ubi Lingonas pervenit, ibi defunctus, atque in ecclesia beatorum Geminorum martyrum sepultus est." Et rursus in libro de *Vitis abbatum* monasteriorum Petri et Pauli: "Ceolfridus obiit 7 cal. Octobr. apud Lingonas anno D. DCCVI [e], et sepultus est in ecclesia beatorum Geminorum martyrum [f], Eleusippi et Melosippi, qui uno matris partu editi, eadem ecclesiae fide renati, una cum avia sua Leonilla, illam loco illi sui martyrii dignam reliquere memoriam." Ex *Lelando*.

[c] Prioris itineris mentionem faciunt Baleus i 93. et Pitseus, p. 123. unde plures secum libros detulit (sc. *Hieronymi opera* in Latinum sermonem versa, etc.) quibus bibliothecam, quam in utroque monasterio extruxit, ornavit; de quibus vide Bedam in *Vit. abb. Wirim.* [d] Octoginta quatuor, Bal. et Pitf. [e] Obiit Ceolfridus A. D. DCCXVI. juxta Bal. et A. DCCXXIV. Pitf. l. c.

[f] Ceolfridi reliquiae sive ossa Glastoniae quiescunt: uti ait *Monast. Angl.* i. 4. *Vitam* ejus scripsit S Wicbertus; uti vult Baleus et Pitseus; dubium autem est an narratio talis pro *Vita* haberi possit.

CEOLVULPHUM, Transabrinorum regem, a literis commendavit, idque accurate, Gul. Meildunensis, libro *De historia regum* primo, his verbis: "Conscendit igitur tremulum regni culmen Ceolvulphus, ab Ida septimus; et idoneus ad caetera, et cui non deerat literarum peritia, acri animo et alacri studio comparata. Vadatur [a] sermonis mei veritatem Beda, qui eo tempore, quo maxime scaturiebat literatis Britannia, huic potissimum *Anglorum historiam* elimandam obtulit: eligens nimirum in illo autoritatem bene dicta corroborandi propter imperium, et scientiam perperam dicta emendandi propter ingenium." Haec Meildunensis. Crevit, mortuo Beda, in hoc principe cum eruditio tum pietas; usque adeo, ut tandem, relicto terreno regno, coeleste, monachus factus, unice amplecteretur in Lindisfarna, insula celeberrima; ubi tum sedes episcopalis, quam ille, ut in *Chronicis Dunolmensibus* liquido apparet, latifundiis donavit, relicto regno Ecberto, [legendum videtur Eadberto,] patrui sui filio. Obiit [b] Lindisfarnae, ubi et sepultus est. Ex *Lelando*.

[a] *Fulciat sermonis*, etc. in Bal. x. 25. pro *Vadatur sermonis*.
[b] Obiit A. D. DCCXL. Pitf. *App.* p. 830. Vid. *Act. Sanct.* tom. i. p. 1081. 15 Jan. DCCXXXIX. Matth. Westm. 760. Florent. Wigorn. 764. *Rog.* Hovedenus.

CEPTONUS [GUALTERUS] ordinis S. Francisci theologiae doctor Anglus; quem Wadding. p. 149. eundem cum Cattono esse dicit. Scripsit *Commentarios super magistrum sententiarum*, lib. iv. Tempus quo vixit, me latet. Pitf. *App.* 846.

CERETUS [DANIEL] natione Britannus, ex agro Ceretico, ut videtur, vulgo Cardigainshire oriundus. Bale. Pitf. Johannes Ravisius Textor et Vossius eum ortu Brixianum esse contendunt; Ast ex suiipsius verbis manifestum est, eum Britannium fuisse, cum in carminibus suis dicit: "Et nos exigua contenti nocte Brytanni." Adolescentia peracta in Italiam migrabat, et Brixiae medicinam exercuisse verisimile est. Scripsit *Panegyricum de praecellentibus suae aetatis viris Brixiensibus*: In quo de historia Brixiensi bene meritus est, inquit Vossius; qui hunc et alia hujus viri doctissimi opera dicit superesse adhuc Ms. apud Octavium Rubeum J. C. patritium Brixiensem. *Carminum et epigrammatum* lib. plures. Ex his Jo. Ravisius Textor Nivernensis magnam suorum *Epitbetorum* partem se foenoratum esse testatur. Claruit circa A. D. MCCCCLXX. Vossius *De hist. Lat.* iii. p. 810. Bale xii. 26. Pitf. 832.

CERLEON [LUDOVICUS] patria Scotus, postea exul in Anglia; scripsisse fertur *Edwardi Angli tyrannidem*, lib. i. *Epistolarum D. Pauli explanationem*, lib. i. *Philosophiae compendium*, lib. i. Quae duo ultima opera Basileae prodierunt. Claruit A. MCCCLXIX. Dempst. iii. 309.

CEVALLERIUS [ANTONIUS RODOLPHUS] patria Gallus; in Anglia vixit tempore Edwardi vi, cujus regni anno sexto Aug. 7. per chartam regiam factus est indigena, et donatus proxima advocatione praebendae sive decanatus in ecclesia Cantuar. Missus esse videtur ab ecclesia de Caen in Angliam anno MDLXVIII ad implorandam reginae opem. Strype in *Vita Parker.* 366. Matthaeus archiepisc. Cantuar. et Edmundus episc. London. literis suis ad academiam datis 8 April. MDLXIX commendant magistrum Ant. Rod. Cevallerium (alias vocat. magist. Anthony) promittunt stipendium triginta librarum, cui poscunt ut academia addat viginti libras cum domo. Et ex aliis eorum literis constat eum linguam Hebraicam Cantabrigiae tempore Edw. vi professum esse. Mense Maio MDLXIX factus regius professor linguae Hebraicae in acad. Cantabr. Januar. 27. MDLXIX praebendarius septimae praebendae eccles. Cantuar. factus. Et anno MDLXX incorporatus fuit Cantabrigiae S. theol. professor. Scripsit *Rudimenta Hebraicae linguae*. Princ. praef. "Quam vere et sapienter physici." Annotationibus plurimis aucta et edita per filium Petrum Cevallerium [in suprema tabula nomen filii Samuelis, non Petri habetur] ejusdem linguae professorem Genevensis et Oxon. academiae, quae maxima humanitate eum ante VII annos excepit. Genev. MDXCI. 4to. Testamenti ejus, quod datum erat in Sarnia insula Octob. 8.

MDLXXII

MDLXXII epitomen vide in Strype in *Vita Parker.* 366. Obiit ante annum MDXC. Vide Strype, *Annals of Reformat.* p. 530.

CEVILO, ex Anglorum genere ortus (Dempsterus Scotum vocat) alicubi Levilo dictus, Willehadi Bremensis archiepiscopi, ut apparet, discipulus, quintus in Verdensi ecclesia pontifex. Quid scripserit nescit Baleus. Medicinae studiosus scripsit *Dubiorum in Hippocrate locorum explanationem,* lib. i. *Lectionem sacrorum,* lib. iv. Dempster. iii. 357. Claruit A. C. DCCCXXII. Bale xiii. 62. 148.

CHALLONER [THOMAS] filius Rogeri, patria Londinensis, utriusque academiae, praecipue vero Cantabrig. alumnus. In Germaniam profectus dom. Henr. Knevetti legati ad conventum Ratisponensem comes et secretarius (circa A. MDXL, Fox. 1786.) ubi sub imperatore Carolo v in profectione contra Algerium militavit. Deinde in patriam rediens in bello contra Scotos tam fortiter se gessit, ut post praelium Musselburgense (in qua expeditione secretarius erat Gul. Patten.) dignitate equestri donatus sit 28 Sept. MDXLVII. Postea A. 37 Henr. viii. (Mf. Ashmol. 861.) vel anno MDLI, aetatis xxx. (Fox. i. edit. 806.) clericorum consilii secretioris regii alter evasit. Et tandem in principio regni Elizabethae legationibus ad imper. Ferdinandum et ad Philippum Hispaniae regem feliciter functus est. Vide Gul. Malim epistolam domino Burghlaeo, praefixam hujus Thomae libro *De Republ. Anglorum instauranda.* Scripsit *Dictionarium parvum pro pueris,* lib. i. "Licet, viri venerabiles, tractatus iste." *De republica Anglorum instauranda,* lib. x. Carm. "Majus opus moveo, stipula quam pangat agresti." Lond. MDLXXIX. 4to. *De illustrium quorundam encomiis, cum epigrammatibus et epitaphiis nonnullis.* Pr. Quum tot sustineas "ex te pendentia vota." Impr. cum libris *De Republ.* quae edita fuere cura Gul. Malim, Paulini ludimagistri. *In laudem Henrici* viii *regis Angliae praestantissimi carmen panegyricum.* Pr. ded. Eliz. "Hectora Priamiden laudari voce paterna." Pr. lib. "Laudabunt alii foecundae pignora "Romae." Lond. MDLX. MDLXXIX. 4to. *Epitaphium in Margaretam Nevil:* extat inter *Epitaphia* a Tho. Wilson. edita. Lond. MDLII. 4to. *Expeditionem imperatoris ad Algerium* A. MDXLI. Vid. Hakluit. tom. i. *Voyag.* *Dialogum de strigibus et veneficiis.* Transtulit ex Latino in sermonem vernaculum, *The office of servants,* Lond. MDXLIII. 8vo. written by Gilb. Cognatus. Ded. to Sir Henry Knyvet. "According, Sir, as ye bad me." *The praise of folly by Erasmus.* Pr. pr. tr. "A follie it may be thought in me." Lond. MDXLIX. 8vo. Ab Hispanica legatione rediens obiit Londini nonis Octobr. MDLXV, et sepultus est in ecclesia cathedr. S. Pauli London. Bal. par. post. p. 108. *Athen. Oxon.* i. 149.

CHALMER [DAVID] sive CAMEMARIUS *(Chambre d'Ormont)* Aberdonensis, fuit senator collegii justitiae Edinburgensis. Mf. Hatton. Scripsit Gallice *Histoire abbregée de tous les roys de France, Angleterre et Escosse, mise en ordre par forme d'harmonie: contenant aussi un brief discours de l'ancienne alliaunce et mutuel succours entre la France et l'Escosse. Plus l'epitome de l'histoire Romaine des papes et empereurs selon la mesme methode.* Pr. ded. regi Henr. iii. Franciae. "Sire, "apres avoir longtems." dat. à Paris MDLXXIX. Est etiam alia dedicatio regi Carolo ix data à Blois MDLXXII. *La recherche des singularitez plus remarquables, concernant l'estat d'Escosse.* Pr. ded. Mariae reginae Scotiae. "Encores que plusieurs." Parif. MDLXXIX. 8vo. *Discours de la legitime succession des femmes aux possessions de leur parens; et du government des princesses aux empires et royaumes.* Pr. ded. Catherinae de Medicis. "Combien que le nombre." Parif. MDLXXIII. MDLXXIX. 8vo. edit. etiam a Sam. Jebb in vol. i. *De Vita et rebus gestis Mariae,* etc. Lond. MDCCXXV. fol. Claruit in Galliis anno MDLXXII. Dempst. iii. 351.

CHALURYS [JOHANNES] grammaticus, Bridportiae commorans (ita nota Mf. ad finem *Accent.*) scripsit *Flores accentus.* Pr. "Dicitur accentus, etc. hic datur definitio." Mf. in eccl. cath. Linc.

CHAMBERLEYN [BARTHOLOMAEUS] generoso ortus stemmate in agro Oxoniensi, admissus erat scholaris collegii S. Trinitatis Oxon. 7 Junii MDLXIII anno aetatis XVII. In socium probationarium ejusdem collegii electus anno MDLXVII. Postea sacris ordinibus initiatus, concionator evasit celeberrimus, et gradu doctoratus in sacra theologia ornatus est MDLXXIX. Scripsit ediditque *Conciones varias*; 1. *The passion of Christ, and benefits thereby on Hebr.* ix. 28. before the lords of the privy councill at St. James 25 April. MDLXXX. Princ. ded. domino Tho. Bromley. "This "sermon, right honorable." Lond. MDLXXXI. MDLXXXIV. 12mo, et MDCXIII. 8vo. Data est epistola ad dom. Tho. Bromley, cancellarium Angliae praef. concion. ab Holiwell in Huntingd. quod videtur esse beneficium ipsi a cancellario collatum. 2. *Concio ad academicos Oxonienses in comitiis anno* MDLXXVI. Lond. MDLXXXIV. 4to. 3. *A sermon at Pauls on Amos* iii. 6. Princ. dedic. dominae Elizabethae Paulet, collegii Trinitatis fundatrici, uxori dom. Tho. Pope. "Madam, "being appointed by mylord bishop." Lond. MDLXXXIX. 8vo. 4. *A sermon at Farrington in Berks, at the funeral of the countess of Warwick.* Princ. dedic. dominae Doroth. Umpton. "Whether ye eat or drink." Lond. MDXCI. 12mo. Claruit anno MDXCI. *Athen. Oxon.* i. 254.

CHAMBRE [GULIELMUS de] scripsit *Continuationem historiae Dunelmensis ecclesiae ab A. D.* MCCCXXXIII *ad A.* MDLIX. Pr. "Ricardus de Bury fuit sufficienter." Hanc ex codice in bibl. Bodl. Fairfax. vi. edidit Wharton. *A. S.* tom. i. p. 765. vid. praefat. p. L.

CHAPNEIS [JOHANNES] laicus prope Bristoliam in comit. Somerset. natus (praef. to the *Harvest*) Strype eum de Stratford on the Bow fuisse dicit. Scripsit Anglice, *De messe appropinquante,*

quante, ubi zizania in ignem conjicienda, etc. Lond. MDXLVIII. 8vo. Pr. " Wherefore here the " word of the Lord." Opiniones quasdam haereticas et impias in libro quodam nuper a se edito contentas abjuravit 27 April. MDXLVIII. Strype in *Vita Cranmer*. 178. Hic Champeneis forte fuit ille, qui propter Pelagianos quosdam errores apud Crucem Paulinam palinodiam cecinit, concionem tunc habente Mich. Coverdalo, in principio regni Elizabethae; scripsit librum, suppresso autoris et typographi nomine, *Contra dialogum Joh. Veroni de praedestinatione:* cui respondet Veronus in *Apologia* sua.

CHANNEY, [MAURITIUS] sive CHENYE, CHAWNCAEUS, sive CHAMNAEUS, filius Johannis de Ardely in comit. Hertford. in academia Oxoniensi literarum studiis enutritus, postea legi municipali in hospitio Grayensi operam dedit, dein monachus Carthusianus in domo annunciationis S. Mariae London. factus. Ab Henrico viii cum aliis sui ordinis fratribus carceri mancipabatur, quia suprematum regium non agnoscebat: inde evasit, et tandem Brugis in Flandria sedem fixit, ubi prior quorundam monachorum Anglorum sui ordinis electus. Maria regnante, in patriam rediit, et reginae confessor fuit: ipsa mortua, in Flandriam rediit. Scripsit *Historiam aliquot nostri seculi martyrum cum piam tum lectu jucundam, nunquam antehac typis excusam*; continentem 1. *Epitaphium Tho. Mori a seipso Latine conscriptum.* 2. *Martyrium Th. Mori.* Pr. " Tho. Morus " non ita pridem Canc." 3. *Martyrium Jo. Fisheri episcopi Roffensis.* Pr. " Reverendus P. Jo- " hannes episcopus Roffensis." 4. *Martyrium Reginaldi Brigitani.* Pr. A. D. MDXXXV die 15 mensis April. 5. *Passionem* xviii *Carthusianorum*, cap. 18. Pr. ded. " Johanni priori Carthus. Post- " quam omnipotenti Deo placuit." Mogunt. MDL. 4to. Quatuor ultimi tractatus sunt Mſ. Norwic. More 869. autograph. Ultimus recusus erat Colon. MDCVII, cum figuris aeneis. *De privato consilio* ep. i. Mſ. Angl. *Goostly friend in God, as touching thy inward occupation*, etc. In principio hujus epistolae est tractatus continens lxxv capita hoc titulo, *The divine cloud of unknowing.* Pr. " Goostly friend in God, I pray thee." In fine hujus Mſ. additur: *Liber domus salvatoris beatissimae virginis Mariae juxta London. ordinis Carthusiani per M. Chawncy, quem exaravit secundum Willelmum Exmeuse.* Edidit et notis epistolaque dedicatoria illustravit *Vitam Carthusianam Petri Sutoris*, Lovan. MDLXXII. 8vo. Obiit 12 Julii A. MDLXXXI, et sepultus est in capella domus Carthusian. Brugis. Bal. ix. 34. Pitſ. 775. *Athen. Oxon.* i. 159. Chancy's *Antiq. Hertford.* p. 58. Rymer. *Foed.* xiv. 492.

CHARDON [JOHANNES] sive CHARLDON Devoniensis, in collegium Exoniense Oxon. admissus fuit A. MDLXII. cujus socius perpetuus factus A. MDLXVI. et anni sequentis mense Aug. sacris ordinibus initiatus, ac tandem A. MDLXXXVI S. theologiae doctor renunciatus. In civitate Exoniae beneficio ecclesiastico fruebatur, donec A. MDXCVI mense Maio in ecclesia S. Patricii Dublin. in Hibernia episcopus Dunensis et Conorrensis consecratus fuisset. Extant sub ejus nomine *Conciones variae Anglicae.* (1) *in Luc.* xxi. 25. apud S. Petrum Exon. 6 Dec. MDLXXIX. Pr. ded. dom. Gauino Carew. " I had no sooner ended this sermon." Dated from Hevytree 2 Jan. MDLXXIX. Lond. MDLXXX. 8vo. (2) *in Joh.* ix. 1. 2. 3. apud S. Mariam Oxon. Pr. ded. Ambros. comiti Warwic. " The almighty God, right honourable." Oxon. MDLXXXVI. 8vo. (3) *in Joh.* ix. 4. 5. 6. 7. apud S. Mar. Oxon. Pr. " I have spoken heretofore out of this place." Lond. MDLXXXVII. 8vo. (4) *in Matth.* vi. 19, 20, 21. ad Crucem Paulinam. Lond. MDLXXXVI. 8vo. (5) *in* 1 *Thessal.* iv. a vers. 13. ad 18. in funere dom. Gauini Carew in cathedr. Exon. Oxon. MDLXXXVI. 8vo. (6) *in Esaiae* i. 1. 2. Lond. MDXCV. 8vo. Obiit, ut videtur, in Hibernia A. MDCI, et in ecclesia sua cathedrali sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 312. seq.

CHARKE [GULIELMUS] Puritanorum sectae et principiis deditissimus, verbi divini praeco tempore reginae Elizabethae, scripsit responsorium ad Jesuitae Campiani literas provocatorias hoc titulo: *An answer to a seditious pamphlet lately cast abroad by a Jesuit, with a discovery of that blasphemous sect*, Lond. MDLXXX, 17 Dec. 12mo. Huic libro respondit Robertus Parsons, sive rectius E. Campianus libro, h. t. *Brief censure upon the two books of Will. Charke and M. Hanmer written against* the Reasons and proffer. Lond. MDLXXXI. 8vo. Cui anonymus responsum tulit h. m. *A treatise against the defence of this censure given upon the books of W. Charke and M. Hanmer, per anonymum*, Cambr. MDLXXXVI. 8vo. Transtulit *A conference or dialogue discovering the sect of Jesuites.* Written in Latin by Christian Francken, A. MDLXXX. 12mo.

CHARLTON [JOHANNES] collegii Exon. socius, et dein scholae Wirksopensis (Nottingham) magister, transtulit ex Lat. in Anglicum *Cornelii Valerii philosophiam moralem.* Pr. ded. dom. Gervasio Clyfton. " If we shall consider which thing." Lond. MDLXXI. 12mo. Claruit Wirksopiae A. MDLXXI.

CHARTOPHYLAX [GILBERTUS] dictus, (vid. Dempster. p. 323.) Cathenesiae episcopus. Scripsit *Collectionem privilegiorum regni Scotiae*, lib. i. *Canones omnium Scotiae regni ecclesiarum*, lib. i. Claruit A. MCCLV. Dempster. vii. 604. Qu. Annon hic idem sit cum Gilberto Cathanensi.

CHARYTE [GUILIELMUS] scripsit *Novum rentale* (i. e. B. Mariae de Pratis Leycestr') *Omnes indenturae istius monasterii de diversis officiis, universis firmis, molendinis et tenementis traditis ad firmam certis per ann. Anno Dom.* MCCCCLXXVII. Mſ. Bodl. Laud. H. 72. *Registrum librorum omnium et jocalium in monasterio S. Mariae de Pratis prope Leycestriam.* Pr. " Contenta hujus *registri* sequent. prout sequuntur in ordine primo." Mſ. Bodl. Laud. I. 75. Moderna manu margini primae paginae apponitur: " Registrum hoc compositum fuit per Will. Charyte, qui vixit

 an.

" an. MCCCCLXXXII. Scriptus autem hic liber ad annum octavum regis Henrici septimi; ut patet fol. 139." Nota Mſ. addit: " In vivis erat A. MDII aetatis 81, et post ingreſſionem ad religionem 63.

CHAVALLERY [CAROLUS] tranſtulit e Graeco in Anglicum *J. Criſoſtomi homeliam in illud*, Nemo laeditur a ſeipſo. Lond. MDXLII. 8vo.

CHAUCERUS * [GALLOFRIDUS] nobili loco natus, et ſummae ſpei juvenis, Iſiacas ſcholas tam diligenter, quam qui maxime celebravit: id quod ut faceret, academiae vicinitas quodammodo invitavit. Nam quibuſdam argumentis adducor, ut credam, Iſiacam vel Berochenſen provinciam illius natale ſolum fuiſſe [a]. Hinc acutus dialecticus, hinc dulcis rhetor [b], hinc lepidus poëta, hinc gravis philoſophus, hinc ingenioſus mathematicus (qua parte et a Joanne Somaeo [c], et Nicolao, Carmelita Linenſi, viris in matheſi eruditis, quos in libro *De ſphaera* nominat, inſtructus fuit) hinc denique ſanctus theologus evaſit. Maxima equidem ſum locutus; at quiſquis ejus libros curioſa manu evolverit, me bonae fidei praeconem facile judicabit. Ingenue tamen fatebor, ſic eum Iſiaci [d] ſtuduiſſe, ut et alibi etiam longo ſtudiorum uſu multa ad ſcientiae cumulum adjecerit. Conſtat utique illum circa poſtremos Richardi ſecundi [e], cui non incognitus erat, annos in Gallia floruiſſe, magnamque ex aſſidua in literis exercitatione gloriam ſibi comparaſſe: tum praeterea eadem opera omnes veneres, lepores, delicias, ſales, ac poſtremo gratias linguae Gallicae tam alte coimbibiſſe, quam cuiquam vix credibile. Laus iſta Gallofridum in Angliam reverſum ſequebatur, tanquam comes ejus virtutis individua. Ejuſmodi igitur laetus ſucceſſibus forum Londinenſe, et collegia leguleiorum [f], qui ibidem patria jura interpretantur, frequentavit, ut et ante Galliam [g] cognitam forſitan fecerat. Illis temporibus inter forenſes clariſſimus erat Joannes Goverus, cujus vitam praeſcripſimus, homo venerandae aetatis, et qui mirum in modum Anglicae linguae politiei ſtudebat. Hic perſpecta indole, et examinata Gallofridi probitate, illum in familiarem ſibi accivit, illum ulnis amplexus eſt, illum etiam in honeſtis deliciis habuit, illum denique tanquam numen aliquod, modo non veneratus eſt. Ut ego taceam, ipſemet Goverus in libro, qui titulo *Amantis* [h] inſcribitur, abunde ſatis declarat, quanti ſuum Chaucerum fecerit; quem accuratiſſime prius laudatum, eximium vocat poëtam [i], et ſui operis quaſi Ariſtarchum facit. Ecce tibi, lector, pulcherrimum virtutis certamen. Nam, ut Goverus, homo parum ſibi tribuens, lucubrationes, quas conſummaverat, Gallofridi judicio modeſte ſubmiſit; ſic rurſus Chaucerus *Amores Troili* Goveri et Strodaei calculis ſubjecit. Sed quis hic Strodaeus fuerit, apud autorem nullum hactenus legi. At memini interim legiſſe me illuſtria de Strodaeo, Maridunenſis ſocietatis ad Iſidis Vadum alumno, in poëſi eruditiſſimo, qui et in catalogo Maridunenſium poſtremis Eadveardi tertii annis adſcribitur. Tantum apparet ex Gallofridi verſiculis philoſophiae ſtudioſum fuiſſe. Adde huc, quod quemadmodum Chaucerus admirator ſimul et ſectator Goveri, ita . . . . Schoganus, cujus ſepulchrum Viſimonaſterii extat, vir ad omnes facetias et ſales compoſitus, Chauceri admirator et imitator fuit. At rurſus, quanto diſcipulus Chaucerus major Govero praeceptore ſuo, tanto minor erat Schoganus Chaucero. Nunc vero orationis ſeries poſtulat, ut aperte doceamus quem ſcopum Gallofridus ſtudiis praefixerit ſuis. Profecto ejus ſcopus unicus fuit, ut linguam Anglicam numeris omnibus quam ornatiſſimam redderet: viderat enim Goverum in eodem negotio belle proceſſiſſe. Quare nullum non movendum ſibi lapidem putabat, quo ad ſupremam felicitatis metam perveniret. Et quoniam poëſim praeter caetera ſemper dilexit, amavit, coluit; viſum eſt ei vel commodiſſimum per illam ad ipſa eloquentiae culmina viam patefacere. Tale etenim eſt poëſis, ut tropos, elegantias, ornamenta, copiam, et quicquid venerum et leporum eſt, non modo admittat, verum, quod multo majus, ſuo quodam jure poſcat. Adde huc, quod Italos et Gallos, qui plurima ſuis linguis terſe, nitide, ac eleganter ſcripſerunt, in partem operis evocaverit. Tantum eſt inclytos habere duces, quos ſequaris. Petrarcha [k] circa haec tempora in Italia claruit, cujus opera lingua ibidem vernacula eo elegantiae perducta eſt, ut cum ipſa Latina de eloquentiae palma contenderit. Quidam etiam Alanus linguam Gallicam infinitis modis expoliebat. Uterque iſtorum (multos alios clariſſi-

* NB. Quae de vita Chauceri notavi excerpta ſunt ex *Vita* ejus per Thomam Speght operum edit. Lond. MDCII fol. praefixa.

[a] At fallitur Lelandus, conſtat enim ex *Teſtamento amoris* eum patria Londinenſem eſſe. Vid. Fuller, *Worth.* ii. 337. Et *Church Hiſt.* iv. 151.

[b] Hic Tullius junior dicebatur, tam erat arte dicendi peritus. Thomam Ocklevum ſcribam olim habuit. Bale Mſ. Glynn.

[c] Vel Sombo, et Nicolao Lynnenſi, Carmelitis Lynnenſibus viris, Mſ. Lel. Trin.

[d] Non ſolum Iſiaci, ſed etiam Cantabrigiae operam bonis literis dedit, uti ex verbis quibuſdam in *Curia amoris* patet. Vide Fuller, *Cant.* p. 521.

[e] " Galfridus noſter fuit, regnante Ed. iii. regis armiger, et hoſpitii regii valectus; " regnante vero Ricardo, contrarotulator * cuſtumariorum " et ſubſidiorum in portu civitatis London." Clauſ. 8 Ric. ii. M. 31. " Galfridus Ch. clericus operationum regis ad palatium Weſtm. maner. de Shene, Kenington, " Byflet, et Clapyeton ac Mutas juxta Charyng,—deputavit ſub ſe Hug. Swayn 14 Jul. 13 Ric. ii." " Rex aſſign. G. C. clericum operationum ad capellam S. Georgii Windſor, quae minatur ruinam, et in puncto ad " terram cadendi exiſtit, niſi citius emendata fuerit ſufficienter fieri faciend. etc." 14 Jul. Pat. 14 Ric. ii. p. 1.

[f] In Templo, uti vocant, Interiori.

[g] Chaucerus legationem ad r. Franciae feliciſſime obiit anno reg. Edw. iii. ultimo de maritagio inter Ric. princ. Walliae et Mariam, filiam r. Franciae. Regnante Richardo ii ob temporum iniquitatem in Belgio et Gallia plurimum vixit.

[h] *Confeſſio* addit Mſ. Lel. Trin.

[i] In *Confeſſ. amantis* lib. v. f. 190. b. edit. 1554. haec habet:

And grete well CHAUCER, when ye mete,
As my diſciple and my poete;
For in the floures of his youth
In ſundry wiſe, as he well couth,
Of ditees and of ſonges glade
The which he for my ſake made, etc. Vide.

[k] Quidam referunt noſtrum Chaucerum una cum Petrarcha interfuiſſe nuptiis Lionelli d. Clarentiae ac Violantae filiae ducis Mediolani.

* Conſtitutus fuit 8 Jun. 48 Edw. iii. Vide Rymer, *Foeder.* viii. 38.

mae notae homines, qui eadem fecerunt, omitto) calcar Chaucero, alioqui sua sponte satis currenti, addidit. Bonis igitur avibus incepto operi incubuit, nunc libellos Gallica lingua compte, ornate, diserte scriptos in patrium sermonem transferens; nunc Latinos versus Anglicis, sed docte, sed apte, sed canore exprimens; nunc multa e suo capite nata, et Latinorum felicitatem aequantia, victuris chartis commendans; nunc lectori ut prodesset nervis omnibus contendens, et vicissim ut eundem delectaret sedulo curans: nec antea finem fecit, quam linguam nostram ad eam puritatem, ad eam eloquentiam, ad eam denique brevitatem ac gratiam perduxerat, ut inter expolitas gentium linguas posset recte quidem connumerari. Itaque in libris meorum Epigrammatôn his versibus ejus gloriae assurgo:

Praedicat Aligerum merito Florentia Dantem,
Italia et numeros tota, Petrarche, tuos:
Anglia Chaucerum veneratur nostra poëtam,
Cui veneres debet patria lingua suas.

Et rursus.

Dum juga montis aper, frondes dum laeta volucris,
Squamiger et liquidas piscis amabit aquas;
Maeonides, Graecae linguae clarissimus autor,
Aonio primus carmine semper erit.
Sic quoque Virgilius Romanae gloria musae
Maxima, vel Phoebo judice, semper erit.
Nec minus et noster Galfridus summa Britannae
Chaucerus citharae gratia semper erit.
Illos quis nescit felicia saecla tulisse,
Hunc talem et tantum protulit hora rudis;
Tempora vidisset quod si florentia musis,
Aequasset celebres, vel superasset avos.

Neque hic pigebit in medium adducere Hendecasyllabos, ex eodem fonte petitos, quos aliquot abhinc annis, orante Thoma Bertholeto, typographo cum diligenti tum erudito, scripsi:

Cum novum brevis Atticus leporem
Invenisset, et undecunque Graecam
Linguam perpoliisset, insolenter
Barbaros reliquos vocare coepit.
Cujus vestigia impiger Quirinus
Ter-certo pede persequens, Latinum
Sermonem bene reddidit venustum,
Et cum Graeco alios rudes vocavit.
At quanto mihi rectius videtur
Fecisse officium suum disertus
Chaucerus, brevitate primus apta
Linguam qui patriam redegit illam
In formam, ut venere et lepore multo,
Multo sale, gratiaque multa
Luceret, velut Hesperus minora
Inter sidera; nec tamen superbe
Linguae barbariem exprobravit ulli.
Quare vos juvenes manu Britanni
Laeta spargite nunc rosas suave—
Spirantes, violasque molliores,
Et vestro date, candidi, poëtae
Formosam ex hedera [citi] coronam.

Sed jam satis nostrarum nugarum adposuimus. Alsus ille fortis homo erat, quam ut meae praeconio musae meritas laudes accipere queat. O quanto citius sub aequo judice a suis operibus justam consequetur laudem! Ideoque optarem quidem nostram linguam poëtis Latinis familiarem esse; tunc facile, inquam, facile in meam sententiam pedibus irent. At quoniam quod opto vix fieri potest, tantum exoratos volo, ut mihi Latinarum literarum amatori aliquid in hac parte fidei habeant: quo auspicio non gravabor ejus lucubrationum inscriptiones Latinitate donare; ut sic saltem leonem, quemadmodum in proverbio est, ex ipsis aestiment unguibus. Quanquam priusquam id, quod modo sum pollicitus, praestitero, non alienum meo erit instituto palam facere Gulielmum Caxodunum, hominem nec indiligentem, nec indoctum, et quem constat primum Londini artem exercuisse typographicam, Chauceri opera [1] quotquot vel pretio vel precibus comparare potuit,

[1] Chauceri opera extant Lond. MDXLII. MDLXI. MDXCVIII. MDCII. fol. Oxon. MDCCXXI fol. Thomas Occleve in *Consolatione sua servili* meminit imaginis magistri sui Chauceri depicti in margine libri Mſ. bibl. reg. Westmon. 17. D. vi. i. ubi effigies similis est Chauceri picturae in bibl. Bodl. Talis etiam apparet pictura ejus ad finem Mſ. Cotton. Otho A. 18. Vide quae Johannes Lidgate refert de operibus Chauceri in praefatione

potuit, in unum volumen collegiſſe. Vicit tamen Caxodunicam editionem Bertholetus noſter opera Gulielmi Thynni; qui multo labore, ſedulitate, ac cura uſus in perquirendis vetuſtis exemplaribus, multa primae adjecit editioni. Sed nec in hac parte caruit Brianus Tucca, mihi familiaritate conjunctiſſimus, et Anglicae linguae eloquentia mirificus, ſua gloria, edita in poſtremam impreſſionem praefatione elimata, luculenta, eleganti. Sequar igitur codicem paucis abhinc annis impreſſum, et promiſſum adpenam ſyllabon. *Fabulae Cantianae* xxiv,[m] quarum duae ſoluta [n] oratione ſcriptae; ſed Petri Aratoris fabula, quae communi doctorum conſenſu Chaucero, tanquam vero parenti attribuitur, in utraque editione, quia malos ſacerdotum mores vehementer increpavit, ſuppreſſa eſt. *De arte amandi*, alias *Romaunce of the Roſe* [o]. *Amores Troili et Chryſidis*, lib. v.[p] *Teſtamentum* [q] *Chryſidis, et ejuſdem lamentatio* [r]. *Amores heroidum* [s]. *De conſolatione philoſophiae* [t], ſoluta oratione. *Somnium Chauceri* [u]. *Chorus avium* [w]. *Flos humanitatis* [x]: qui libellulus a multis, tanquam notione *Verſioni Boccacii* praemiſſa.

[m] *Fabularum Cantianarum*, uti in edit. Londin. MDCII extant, ſyllabus. *Fabularum prologus*. Pr. "When that April with his "ſhours ſote." *Equitis fabula*. Pr. "Phylome as [olde "Mſ. Norw. More. xxv. addit] ſtories tellen us." f. 1. *Molendinarii fabula*. Pr. pr. "When that the knyghte "had thus hys tale ytold." Pr. fab. "Whylome there "was dwelling in Oxenford." f. ii. *Viccecomitis fabula*. Pr. pr. "When folk had laughed at this nice caas." Pr. f. "At Trompington, not far from Cambridge." Mſ. Bodl. Laud K. 50. f. 14. *Coci fabula*. Pr. pr. "The cook "of London, while the reve ſpake." Pr. f. "A prentiſe whilom dwelt in our citie †." *Leguleii fabula*. Part. iii. Pr. pr. "Our hoſt ſaw well how that the bright "ſun." Pr. f. "O hatefull harm condition of povert." f. 17. *Armigeri*; prologus. Pr. "Our hoſt on his ſtir-"rops ſtode anon." Fabula. Pr. "At Sarra in the land "of Tartary." Mſ. Seld. Arch 30. Prol. Pr. "By "Godis mercy." Mſ. Laud. K. 50. In Mſ. Norwic. More xxv. duae ejus partes reperiuntur. f. 22. *Mercatoris*. Verba ad armig. Pr. "In faith ſquier thou haſt thee "well yquit." Prologus. Pr. "Weeping and wailing, "care, and other ſorrow." Fabula. Pr. "Whylome "there was dwelling in Lombardie." In Mſ. Bodl. Laud. G. 69. inſeruntur 16 verſus, qui in edit. deſunt. Pr. "Oure hoſte gan to loke up anon." f. 26. *Uxoris Bathonienſis*. Prol. Pr. "Experience though none authoritie." Fab. Pr. "In the old daies of king Artour." f. 31. 35. Haec fabula cum illa *Molendinarii* extat ſeorſum cum comm. Anglico. Lond. MDCLXV. 8vo. *Fratris Mendicantis*. Prol. Pr. "This worthy limitour, this noble "frere." Fab. Pr. "Whylome there was dwelling in "my countre." f. 37. *Somners* (*Mandatarii*) Prol. Pr. "This Sompnere in his ſtirrops high ſtood." Fab. Pr. "Lordings there is in Yorkſhire, as I geſs." f. 38. b. *Clerici Oxonienſis*. Part. vi. [*Apparitoris*. Mſ. Norwic. More xxv.] Prol. Pr. "Sir Clerke of Oxenford our hoſt "ſaid." Fab. Pr. "There is on the weſt ſide of Italy." f. 41. b. Mſ. Bodl. Laud. K. 50. *Le envoye de Chaucer as les mariz de noſtre temps*. Pr. "Griſilde is dede and "eke hir patience." f. 47. *Frankleyns*. Prol. Pr. "Theſe "old gentle Britons in her days." Fab. Pr. "In Armo-"rike that called is Britaine." f. 47. b. In Mſ. Norwic. More. Fabula ita incipit: "Crye God mercy ſaid our "troſte yoo." *Sanctimonialis*. Prol. Pr. "The mini-"ſter and the norice to vices." Fab. Pr. "This maiden "bright Cecile, as her life ſaith." f. 52. *Canonici* (*Yeoman*) Prol. Pr. "When ended was the life of S. Cecile." Fab. Pr. "With this Chanon I dwelt ſeven yere." f. 54. Extat haec fabula in *Theatro Chimico Brit.* ab Aſhmol. edita Lond. MDCLI. 4to. *Medicinae doctoris*. Prol. Pr. "When this yeoman his tale ended had." Fab. Pr. "There "was, as telleth us Titus Livius." f. 58. b. Mſ. Bodl. Laud. K. 50. *Verba hoſpitis*. Pr. "Our hoſt gan ſwere as he were "wood." f. 59. b. *Pardoners*. Prol. Pr. "Lordings (quoth "he) in chirche when I preche." Fab Pr. "In Flanders "whelom there was a companie." f. 60. Mſ. Bodl. Laud. K. 50. *Nautae*. Prol. pr. "Now frendes ſaid our hoſt ſo dere." Fab. prol. "A merchant whilom dwelled at S. Deniſe." f. 63. In Mſ. Seld. arch. Bodl. xxx *Armigeri prologus* huic adſcribitur. *Verba hoſpitis*. Pr. "Well ſaid by corpus "Domini." f. 64. b. *Prioriſſae*. Prol. pr. "Lord our "Lord, thy name how marvellous." Fab. pr. "There "was in Aſie, in a great citie." f. 65. *Verba hoſpitis ad Chaucerum*. Pr. "When ſaid this miracle." f. 66. *Carmen de domino Thopa*. Pr. "Liſteneth Lordinges in good "entent." f. 66. *Verba hoſp.* Pr. "No more of this "for God's dignite." f. 67. Omnes fabulae ſupradictae Mſ. extant bibl. Bodl. Laud. G. 69. qui codex definit in hoc carmine. *De Melibaeo fabula* (proſa) Pr. "A yong "man, calte Melibeu." f. 67. b. *Monachi*. Prol. pr. "When ended was the tale of Melibee." f. 76. b. Fab. pr. "I will bewaile in manner of tragedie." f. 77. Mſ. Bodl. Laud. K. 50. *Preſbyteri monialium*. Prol. pr. "Ho "(ſaid the knighte) good Sir, no more of this." Fab. pr. "A poore widowe ſom dele ſtept in age." f. 81. *Promi* (*manciple*) Prol. pr. "Sir Nonnes prieſt, our hoſt ſaid anone." Fab. pr. "When Phebus dwelled here in earth adoun." f. 84. In Mſ. Norwic. More xxv. Fabulae hujus principium prologi ita. "Wote ye not where ſtandeth a litil town." *Aratoris*. (Part. iii.) Prol. pr. "The plowman plucked up "his plowe." Fab. pr. "A ſterne ſtriſe is ſtirred new." f. 85. b. Seorſum extat cum brevi expoſitione verborum. Lond. MDCVI. 4to. *Rectoris*. (Part. iii.) Prol. (verſu) Pr. "By "that the plowman (manciple Mſ. Norw. More) had his "tale ended." Fab. (proſa) pr. Jer. vi. State ſuper vias, etc. "Our ſwete Lord God." f. 92. In Cod. Mſ. Bodl. arch. Seld. 30. ad finem fabulae Rectoris habetur epilogus Poëtae proſa Anglice; quem in impreſſis adhuc videre non contigit. Pr. "Now preye to them alle that herken." Sed in fine imperfectus eſt. In Mſ. Norw. More xxv finis ita: "ſhall be ſaved. Amen." In Mſ. coll. Novi Oxon. 314 ita: "explicit tractatus Galfr. Chauceri *de* vii *peccatis mortalibus*, ut dicitur, pro *Fabula Rectoris*." In quo codice omnes hactenus enumeratae fabulae Cantianae continentur. Ita etiam omnes, except. *Aratoris* in Mſ. Norw. More, in quo codice eſt *Valedictio auctoris* nunquam forſan impreſſa. Scripſit etiam *Peregrinantis fabulam*. Pr. "In Lincolnſhire "faſt by a ſenne." Extat in prima editione operum Chauceri per Guil. Thynn, ſed mores cleri acrius perſtringit quam *Aratoris fabula*; in caeteris vero Chauceri editionibus deſideratur, et nunc forſan inter libros deperditos annumeranda eſt. Speght. Deſideratur in codice coll. Novi et Norwicenſi. Scriptae ſunt Fabulae Cantianae tempore Rich. ii. in fabula enim *Sanctimonialis* rebellionem Johannis Straw meminit.

[n] Sc. Fabula *De Melibaeo et rectoris*.

[o] Pr. "Many men ſain that in ſweveninges." In edit. Lond. MDCII. f. 109. Imperf. ex Gallica lingua (in qua primum ſcripta erat per Guil. de Lorris) per Chaucerum tranſlata.

[p] "The double ſorrow of Troilus to tellen." In edit. Lond MDCII. f. 143. Ex Latino tranſl. uti ex praefat. ad libr. ii. patet. Libri duo priores in Latinum carmen verſi a dom. Fr. Kinaſton equite. Oxon. MDCXXXV. 4to. Vid. Mſ. Bodl. Seld. ſup. 56. Et Arch. B. Seld. 24. Et Mſ. C. C. C. Cantabr. B. v.

[q] Pr. "A doly ſeaſon till "a carefull dite." Edit. Lond. MDCII. f. 182.

[r] Pr. "O ſoppe of ſorrow ſonken into care." Ibid. f. 184.

[s] Pr. "A thouſand times I have heard men tell." Ibid. f. 185. Mſ. Bodl. Seld. arch. B. 24. Et Mſ. Bodl. NE. c. iii. 10. Et Mſ. Bodl. Fairf. xvi.

[t] Boetii in Anglicum tranſlati. Pr. "Alas I weeping am conſtreyned." Lond. MDCII. f. 197. Et per Caxton. . fol.

[u] Pr. "I have great wonder by this light." Ibid. f. 227. Hic liber rectius inſcribitur *Liber duciſſae, ſive mors Blanchiae duc. Lancaſtr.* Ita in Mſ. Bodl. NE. c. iii. 10. et Mſ. Fairf. xvi.

[w] In die S. Valentini. Pr. "The lyfe ſo ſhorte, "the craft ſo long to lerne." Lond. MDCII. f. 233. Mſ. Bodl. Laud. K. 53. Et arch. Seld. B. 24. Et Fairf. xvi. Mſ. Bodl. NE. C. iii. 10. Mſ. Norw. More 60. Impreſſ. per Caxton. . . 4to. Prior pars eſt quaſi tranſlatio *Somnii Scipionis*.

[x] Pr. "In Feverier when the froſty moon." Lond. MDCII. f. 236. Aſcribitur etiam Johanni Lidgato.

† Tota fabula ſive de Gametyn extat Mſs. Bodl. Laud. G. 69. K. 50. Mſ. Aſhmol. 45. iv. Mſ. Norw. More. xxv. f. 16.

thus, rejicitur. *De pietate mortua, et ejus ſepultura*[y]. *Chorus heroidum*[z]. *De aſtrolabio ad Ludovicum filium ſuum*, proſa[a]. *Querela equitis cogn. Nigri*[b]. *Encomium mulierum*[c]. *De fama* lib. iii[d]. *Teſtamentum amoris*, lib. iii[e]. *Threni Magdalenae*[f]. *De remedio amoris*[g]. *Querelae Martis et Veneris*[h]. *Epiſtola Cupidinis*[i]. *Cantiones*[k]. Hactenus de nomenclatura ejus librorum, qui hodie paſſim leguntur. Praeter illos tamen, quos ego recenſui ipſemet in prologo, *Amoribus heroidum* praefixo, fatetur ſe ſcripſiſſe libellum *De morte Blanchae* ducis; tum etiam *Origenis de Magdalena* opuſculum tranſtuliſſe; quod ego (ſi modo Origenes tale quidquam ſcripſit) idem eſſe arbitror cum *Lamentatione Magdalenae*, de qua ſuperius in ſyllabo mentionem feci[l]. Forſitan hic aliquis finem dicendi a me expectaret; ſed ego pauca adhuc habeo, quae Chaucerum poſteritati magnifice commendabunt. Nam, quemadmodum Richardo Burdegalenſi, Anglorum regi, cognitus, et virtutum nomine charus fuit; ita etiam Henrico quarto, et ejus filio, qui de Gallis triumphavit, eiſdem titulis commendatiſſimus erat. Quid, quod et tota nobilitas Anglica illum, tanquam abſolutum torrentis eloquentiae exemplum, ſuſpexit? Acceſſit inſuper ad ejus gloriam, quod ſo-

[y] Pr. "Pitie that I have ſought ſo yore ago." Ibid. f. 238. Mſ. Bodl. NE. c. iii. 10. Fairf. xvi. Mſ. Harl. xxxiv. In codice impreſſo duae ſequentes Cantiones inſeruntur: *La belle dame ſans mercie*. Pr. "Half in a dreame, not "fully well awaked." Mſ. Bodl. Fairf. xvi. Mſ. Norw. More 60. *The complaint of Annelida upon falſe Arcite*. Pr. "So thirled with the point of remembrance." Mſ. Fairf. xvi. Norw. More 60. In Mſ. Bodl. NE. C. iii. 10. ita: *De Annelida et Arcite*. Pr. "O thou fierce god "of armes, Mars the rede." Impr. per Caxton. . . 4to.

[z] Pr. "In Septembre at the falling of the leſe." Lond. MDCII. f. 245. [a] [quinque partibus. Mſ. Norw. More ix.] Pr. "Little Lowis, my ſonne, I perceive (have perceived. "Mſ. Norw.) well." Lond. MDCII. f. 249. Mſ. Bodl. Muſ. 64. et 150. mutil. in princ. Mſ. Bodl. Digby 72. Mſ. Chauceri Sloan in bibl. Tho. Tanneri, b. 87. manu propria Chauceri exaratum fuiſſe dicitur. Ad finem Mſ. Norw. More ix. ita: "Explicit *Tractatus de concluſionibus aſtro-"labii* compilatus per Galfr. Chaucerum ad filium ſuum "Ludovicum, ſcolarem tunc temporis Oxoniae, ac ſub tu-"tela illius nobiliſſimi philoſophi mag. Nic. Strode." Extat Anglice Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. N. xxxii.

[b] Pr. "In Maie when Flora the freſh luſtie queene." Lond. MDCII. f. 258. Mſ. Bodl. Seld. arch. B. 24. Et Mſ. Fairf. xvi. [c] Pr. "Althô thee lyſte of women evil to "ſpeak." Lond. MDCII. f. 261. [d] "God tourne us "every dreame to good." Ibid. f. 262. Mſ. Bodl. NE. C. iii. 10. Et Fairf. xvi. Extat ſeorſum impreſſ. per Guil. Caxton. . . fol. [e] "Many men there been, that with eares." Lond. MDCII. f. 271. proſa. [f] Pr. "Plonged in the "wawe of mortal diſtreſs." Ibid. f. 302. [g] Pr. "Seing "the manifold inconvenience." Ibid. f. 305. [h] Pr. "Gladeth yee lovers in the morow graye." Ibid. f. 308. Mſ. Bodl. arch. Seld. B. 24. Et Fairf. xvi. [i] Pr. "Cupide unto whoſe commaundement." Lond. MDCII f. 310. Mſ. Bodl. arch. Seld. B. 24. Et Bodl. NE. c. iii. 10. Et Fairf. xvi. Et Mſ. Norw. More 60. Thomae Occlevo debetur. [k] In editione operum Chauceri Lond. MDCII. fol ad finem ſcriptorum ejus ſupra memoratorum habentur. *Cantiones* Chauceri ſequentes: *In commendation of our lady*. Pr. "A thouſand ſtories coud I mo rehers." f. 313. *Of the cukow and the nightingale*. Pr. "The god of love and "benedicite." Ibid. f. 316. Mſ. Bodl. arch. Seld. B. 24. Mſ. Bodl. NE. C. iii. 10. Mſ. Fairf. xvi. ubi liber *Cupidinis* intitulatur. Et Mſ. Norw. More 60. *Good counſail of Chaucer*. Pr. "Flie from the preaſe and dwelle." Lond. MDCII. fol. 316. Mſ. Bodl. arch. Seld. B. 24. Et Mſ. Fairf. xvi. Mſ. Hatton 94. Extat impreſſ. per Caxtonum. . 4to. Cantio haec a Chaucero in lecto defixo ſcripta eſſe dicitur. In Mſ. coll. Corp. Chr. Oxon. 203. Johanni Skogan attribuitur. *Of the village without payntinge*. Pr. "This "wretched worlds tranſmutation." Lond. MDCII. fol. 319. b. Mſ. Bodl. NE. c. iii. 10. et Mſ. Fairf. xvi. Extat impr. per Caxton. . . 4to. Eadem haec cantio in Mſ. Aſhmol. 59. vocatur, *The pleint againſt fortune*; ex Gallico Anglice reddita. *What is gentilneſs*. Pr. "The firſt ſtocke father "of gentilneſs." Lond. MDCII. fol. 321. *Againſt inconſtant women*. Pr. "Madame, for your new fangleneſs." Ibid. 321. b. Mſ. Bodl. Fairf. xvi. *In prayſe of women for their doubleres*. Pr. "This world is full of variance." Ibid. 321. b. Mſ. Bodl. Fairf. xvi. *The craft of lovers*. Pr. "Moral is a ſimilitude." Lond. MDCII. fol. 322. *The ten commandments of love*. Pr. "Certes ferre yet extendeth "yet my reaſon. Ibid. fol. 323. Mſ. Fairf. xvi. *The nine ladies woorthie*. Pr. "Profulgent in precioufneſs, O Sinope "queen." Lond. MDCII. fol. 323. b.—— Pr. "Alone "walking all deſolate." Ibid. 324.——Pr. "In ſeaſon of "Feverere when it was." Ibid. 324. b.——Pr. "O mer-"cifull and O merciable." Ibid. *How Mercurie with Pallas, Venus and Minerva appeared to Paris*. Pr. "Sonne of "Priamus." Ibid. f. 325.——Pr. "I have a ladie where "ſo ſhe bee." Ibid. —— Pr. "O moſſy quince hanging "by your ſtake." Ibid. 325. b. *A warning to beware of deceitful women*. Pr. "Looke well about yee." Ibid. ——Pr. "The long nights when every creature." Ibid. 326. a. *A ballade declaring, that womens chaſtity doth much excell all treaſure wordly*. Pr. "In womenhede as "auctours all." Ibid. *The court of love*. Pr. "With "timerous heart and trembling hand." Ibid. f. 327. *Chaucers dream*. Pr. "When Flora the queene of pleaſaunce." Ibid. f. 334. *The floure and the leafe*. Pr. When that "Phebus his chair of gold." f. 344. *Chaucer's* A. B. C. called *La priere de nôtre Dame*. Pr. "Allmightie and all "merciable." f. 347. Mſ. Bodl. NE. C. iii. 10. Et Fairf. xvi. *Jack Upland* (proſe) Pr. "I Jack Upland make my mone "to every." f. 348. Editioni praedictae praefixa ſunt haec duo carmina (brevia) ante prologum: *Eight goodly queſtions with their anſwers*. Pr. "Sometime in Greece that noble "region." *To the king, and the knight of the garter*. Pr. "To you wele of honour and worthineſs." In Mſ. Bodl. Digby 41. eſt reſponſio Johannis Walſingham ad Jack Upland; cujus in margine habetur manu diverſa, *Replicatio Johannis Upland ad Walſingham*, ſive *Daw Topias* per modum dialogi inter *Jack* et *Daw*. Pr. "An anſwer to this "tretis that a frere had forged: he calleth himſelf Daw "Topias agent me Jack Uplonde," etc. Chaucero etiam aſcribuntur, *Carmen*. Pr. "Richt as poverte cauſith ſobir-"neſs." —— Pr. "Deviſe prowes, and eke humilitee." *Oratio Chauceri*. Pr. "Moder of God and virgyne unde-"fouled." *Carmen* — Pr. "O hie emperice and queene "celeſtial." Haec quatuor carmina extant ſub Chauceri nomine in Mſ. Bodl. arch. Seld. B. 24. *L'envoy de Chaucer à Scogan*. Pr. "To broken been the ſtatutes," Mſ. Bodl. Fairf. xvi. *Ch. complaint to his purſe*. Pr. "To yow my "purſe, and to noon." Ibid. Mſ. Norw. More 60. In impreſſ. Occlevo aſcribitur. Extat impreſſ. per Caxton. . . 4to. *L'envoy de Chaucer*. Pr. "O conquerour of Brutes "Albion." Mſ. Fairf. xvi. In impreſſ. Occlevo aſcribitur. Extat impr. per Caxton. . . 4to. *L'envoy de Chaucer à Bukton*. Pr. "O maſter Bukton, when of Chriſt our king." Mſ. Fairf. xvi. *Poverte of Chaucer*. Pr. "What ſhul "theſe clothes thus manyfold." Ibid. *The croncycle of the* xcix *worſhipful ladies*. Pr. "Great rayſon, Cleopatre, is thy "kindneſs." Mſ. Aſhmol. 59. 11. *A Balade made by that worſhipful knight of Savoy St. Otes Graunſon tranſl. by Chaucer*. Pr. "There nys ſo hye comfort." Mſ. Aſhmol. 59. 11. *Balade royal*. Pr. "Sometymes this worlde was "ſo ſtedfaſt and ſtable." Mſ. Cotton. Otho. A. 18 Scripſit etiam juxta Baleum alia poemata, quae adhuc deliteſcunt; ſc. *De Vulcani veru*. *De leone et ejus dignitate*. *Comoedias et tragoedias*. *Facetias et jocos*. *Cronicon conqueſtus Anglici*, lib. i. "Ea aetate, ut veteres annales." *De caſtello dominarum*, lib. i. Tranſtulit *Dantem Italum*, lib. i. *Petrarchae quaedam*, lib. i. [l] Vide ſupra *Somnium Chauceri*.

rorem [m] habuerit, quae Gulielmo Polo (nisi me nomen fallit) Sudovolgiae duci, nupsit, ac magno in splendore Aquelmi vitam egit: ubi postea, fatis sic volentibus, diem quoque obiit, et, ut ego aliquando accepi, sepulta est. Inter haec Chaucerus ad canos devenit, sensitque ipsam senectutem morbum esse; qua ingravescente, dum is Londini causas suas curaret, mortuus est [n], et Visimonasterii in australi insula basilicae, D. Petro sacrae, sepultus. Ludovicum autem reliquit fortunarum suarum, quas utcunque amplas habebat, haeredem, et praecipue villae suae Vodestochae [o] regiae admodum vicinae. Aliquanto post tempore Gulielmus Caxodunus Chauceri monimentum hoc disticho inscribi fecit:

GALFRIDUS CHAUCER, vates, et fama poësis
Maternae, hac sacra sum tumulatus humo.

Hi duo versus [p] desumpti fuerunt ex quadam naenia, quam Stephanus Surigonus, Mediolanensis, poëta suo tempore clarus, rogante Gulielmo Caxtono, [q] scripsit. Quare juvat totam ipsam naeniam, quoniam tersa, canora, et rotunda est, in praesentia recitare. Sic enim Chaucerus, qui re vera maximus fuit, nobili testimonio externi scriptoris major videbitur:

Pierides Musae, si possunt numina fletus
 Fundere, divinas atque rigare genas,
GALFRIDI CHAUCER vatis crudelia fata
 Plangite; sit lacrymis abstinuisse nefas.
Vos coluit vivens, at vos celebrate sepultum:
 Reddatur merito gratia digna viro.
Grande decus nobis est docti musa Maronis,
 Qua didicit melius lingua Latina loqui:
Grande novumque decus CHAUCER famamque paravit,
 Heu quantum fuerat prisca Britanna rudis!
Reddidit insignem maternis versibus, ut jam
 Aurea splendescat, ferrea facta prius.
Hunc latuisse virum nil, si tot opuscula vertes,
 Dixeris, egregiis quae decorata modis
Socratis ingenium, vel fontes philosophiae,
 Quicquid et arcani dogmata sacra ferunt.
Et quascunque velis tenuit doctissimus artes
 Hic vates parvo conditus in tumulo.
Ah! laudis quantum, praeclara Britannia, perdis,
 Dum rapuit tantum mors odiosa virum:
Crudeles Parcae, crudelia fila sorores,
 Non tamen extincto corpore fama perit.
Vivet in aeternum, vivent dum scripta poëtae,
 Vivant aeterno tot monimenta die;
Siqua bonos tangit pietas, si carmine dignus,
 Carmina qui cecinit tot cumulata modis.
Haec sibi marmoreo scribantur verba sepulchro,
 Haec maneat laudis sarcina summa suae:
GALFRIDUS CHAUCER, vates, et fama poësis
 Maternae, hac sacra sum tumulatus humo.
Post obitum CAXTON voluit te vivere cura
 GUILHELMI, CHAUCER clare poëta, tui:
Nam tua non solum compressit opuscula formis,
 Has quoque sed laudes jussit hic esse tuas.

Habes nunc, humanissime lector, elegos in nivea tabella depictos, quos Surigonus Visimonasterii columnae, Chauceri sepulchro vicinae, adfixit. Tu saepe eosdem in nostri vatis gratiam legas. Sic tibi, quisquis eris, faveat suadela, leposque. Ex *Lelando*.

[m] Errat Lelandus; Guilielmi enim Poli com. Suffolc. conjux erat Alicia, neptis Chauceri, sc. unica filia Thomae Chauceri filii Galfredi. [n] Ubi non multis abhinc annis domus erat Chauceri nomine insignita. Praeter Wodestocham fuit Galfridus dominus de Ewelm et Dunnington Castro. Nullam fere mentionem Ludovici facit Speghtus, sed Thomae filii et haeredis Gallofridi Chauceri. [o] 25 Octob. A. D. MCCCC. Fox. aetatis circiter 72.

[p] Deleti fuerunt, cum tumulus Chauceri a Mro. Brickham ornatus esset, qui Tetrastichon inscripsit, quod videsis apud Fox, 840. [q] Hoc Surigonii carmen impressum est inter alia Chauceri Elogia in *Vita* ejus per Speghtum. Vide Thom. Gascoign in verbo *Praeceptum*. Item epilogum Caxtoni addit. Chauceri *Book of fame* impress. a Caxtono. Bale vii. 24. Pits. p. 572. seqq.

CHAUNCELLAR [RICHARDUS] astronomus egregius, et rei nauticae peritissimus. Hunc aluerat Henricus Sidneius, adolescens nobilis: Navarchus Edvardi Bonaventurae una cum D. Hugone Willoughbeio, ad investigandum fretum Euro-Aquilonarem navigavit, et primus viam per maria ad Moscovitas invenit A. MDLIII. Scripsit Anglice *Epistolam ad avunculum suum M. Christ. Frothingam de Moscovia*. Pr. "Forasmuch as it is meet and." Naufragio periit in mari Scotico

Scotico 7 Nov. MDLVI. (10 Nov. MDLVII. Stow. p. 629) Claruit A. MDLVI. Hakluit. Lond. MDXCIX. fol. vol. i. p. 237. 270. 271. 322. Bal. par. post. p. 110.

CHAUNDLERUS [JOANNES] [a] sive CANDELARIUS [b] ita a primis studiorum suorum annis doctis adsuevit artibus, ut Latinae etiam linguae puritatem non infeliciter imbiberit. Quae res magnam illi apud eruditorum vulgus gloriam comparavit. Rarum enim tunc temporis non erat vel numerum invenire doctorum, qui de rebus philosophicis et theologicis copiose, graviter, nervose in scholis disputarent; at qui materiam vernis eloquentiae floribus exornarent, dubio procul, rariusculi erant. Non tamen defuerunt Angli, qui circa illam aetatem cum Patavii, tum Romae, atque alibi etiam in Italia, utrique linguae strenuam quidem navabant operam; et praecipue sub Guarino Veronensi, magnae, ut tum ferebant tempora, facundiae viro. Certe, meo judicio, res erat majoris famae domi quam foris, peregrinam linguam didicisse. Sed nolo temerarius dici ab Italis definitor, qui omnes, praeter seipsos, barbaros paulo insolentius, quam verius, appellitant. Hoc interim mihi constat, quod Candelarius calamum suum et prosa et carmine aliqua, ut modeste loquar, cum felicitate exercuerit. Adolescens Ventae Simenorum, in collegio a Gulielmo Perotto, Vichamensi, instituto, grammaticae operam dedit: deinde et inter Isiacos [c] bonis artibus invigilavit in museo, quod Novum vocant, a Gulielmo quoque Perotto expensis erectum infinitis. Praefuit quoque tandem Novae societati, et commissarii, ut ego didici, vices inter Isiacos gessit. Usus est Thomae Becchenduni familiaritate. Is erat episcopus Fontanensis, alias Vuellensis, vir probe literatus, et literatorum omnium fautor plane maximus. Huic, quae scripsit, opuscula dedicavit. Extant archetypi ipsi in Fontanensi bibliotheca, serico villoso vestiti, auro et minio pulcherrime picti. Censentur vero his nominibus: *De statu humanae naturae* [d]. *Orationes de laudibus Fontanensis et Badunensis urbis. De rebus a Gulielmo Perotto*, alias *Vichamo* [e], *episcopo Ventano, gestis* libelli aliquot. *Epistolarum* libellus. Extat et ejus *Oratio*, qua respondet Cornelii Vitellii, praelectoris in Novo collegio Isidis Vadi, orationi primae. In Fontanensi ecclesia cancellarii officio fungebatur. Caetera tam de ejus morte, quam sepultura, mihi incognita. Colligo illum circa tempus civilis belli floruisse, quo Edovardiani cum Henricianis de imperii summa pertinacissime certabant [f]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes rectius Thomas. Vide Whart. *A. S.* praefat. tom. ii. p. xvii. [b] Joannes Chaundler, Bal. Pits. Ms. Lel. Trin. addit alias Candelarius. Thomas Chaundler (A. Wood. Whart.) in parochia S. Cuthberti apud Wellenses natus. [c] Socius collegii Novi electus fuit A. MCCCCXXXVII. collegii Wintoniensis custos A. MCCCCL. collegii Novi Oxon. custos A. MCCCCLIII. ecclesiae Wellensis cancellarius A. MCCCCLIV. S. theol. doctor A. MCCCCLV. academiae Oxon. cancellarius (non commissarius) ab A. MCCCCLVII ad A. MCCCCLXI. praebendarius de Comb in ecclesia Wellensi A. MCCCCLVII et de Whitchurch in eadem ecclesia A. MCCCCLXIII (A. Wood. Ms.) cancellarius Eboracensis ecclesiae et praebendarius de Pole in eadem ecclesia A. MCCCCLXVII. (A. Wood. Ms) A. MCCCCLXVII. 18 Decemb. permutatio facta inter Tho. Chaundler cancellar. ecclesiae Wellensis, et mag. Johannem Morer, rectorem ecclesiae Omn. Sanct. ad Foenum civit. London. *Regist.* Kemp, episc. London. A. MCCCCLXXI. 10 Aug. collatus ad praebendam de Cadington major in ecclesia S. Pauli Lond. Ibid. A. MCCCCLXXV. 27 Jan. collatus ad praebendam de Wildelond in eadem ecclesia. Ibid. Fuit rector de Hardwyke in comit. Bucking. item capellae regiae, nec non ecclesiae Herefordensis decanus. (A. Wood. Wharton) custos hospitalis S. Crucis juxta Winton. Inter alios titulos quos recensitos habes in principio Burlaei Ms. coll. Novi Oxon. 242. ex dono ejus, praeter quos supra memoravimus, dicitur quod fuerit prothonotarius apostolicus, regis et principis consiliarius. In Ms. Whart. L. p. 92. in bibl. Lambeth. Quidam Thomas de Chaundler S. th. D. adm. 2 Dec. MCCCCLXXXI factus prior S. Fidis juxta Norwicum, et postea abbas de Eynsham juxta Oxon. ubi complevit dies suos. [d] Apologeticus ad Tho. Bekington episcopum Wellen. Lel. *Collect.* iii. 264. Inter epistolas Mss. Thomae Bekynton in bibl. Lambeth. extant epistolae vi Thomae Chaundeler Wellensis cancellarii ad Bekintonum. [e] Ms. penes custodem collegii Novi Oxon. [Ms. 288.] In Ms. Cotton. Titus A. xxiv extant Thomae Chaundleri *Cronica brevis de ortu, vita, et gestis Willelmi Wickam*, lib. i. praemissa meditatione interna. Extat cura Henr. Whart. in *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 355. *Allocutiones duae:* Prima allocutio habet collocutiones vii. Historiae titulus est *Collocutiones* vii *de laudibus Willelmi de Wyckam, fundatoris ducentorum clericorum.* Thomae Beckingtono nuncupantur. Pr. ded. "Cum dudum, beatissime praesul." Collocutores sunt philosophi duo, *Panestius* [Whartonus l. c. unum collocutorum dicit *Panestium*, sed rectius in Ms. *Panescium*, qui dicitur OMNIA SCIENS, et *Ferrandus*, TARDIORIS ET DURIORIS INTELLECTUS: ita rubrica in principio primae allocutionis.] et *Ferrandus.* Collocutio prima est *De laudibus Thomae* (Beckington) *episcopi Wellensis* (extat *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 357. Pr. "Ferrandus. Peragratis montibus atque.") Sex reliquae agunt *De virtutibus Gulielmi Wickam.* Allocutio secunda; ubi *de vera laude et gloria demonstrabitur, quae fideles hic Christianos gloriosos magis efficiunt et laudabiles.* Ista dialogi formam non habet. Ms. Cotton. Titus A. xxiv. In codice coll. Novi Oxon. CCLXXXVIII. datur *Prologus in futuras collocutiones de laudibus nobilis antistitis Willelmi de Wykeham ducentorum fundatoris clericorum ad insignem dominum et literatissimum praesulem D. Tho. de Bekinton, B. W. pontificem.* Pr. "Cum dudum" etc. In Ms. Harl. xxxiv. A. 4. extat versio *Boëtii de consolatione philosophiae* Anglica, cujus margini textus Latinus manu Thomae Chaundleri cancellarii Oxon. et Wellensis apponitur. [f] Obiit juxta Wharton. l. c. A. MCCCCLXXXIX. Juxta Willisium Thomas Chaundler S. Th. prof. nuper cancellarius univers. Oxon. et ecclesiae Hereford. decanus obiit Nov. 2. MCCCCXC. et in ecclesia Hereford. humatus jacet. Bal. viii. 26. Pits. p. 651. seq. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. p. 132. 134. etc. Wharton. Praefat. ad *Angl. Sacr.* tom. ii. p. xvii. seqq.

CHEADSEY [GULIELMUS] patria Somersetensis, A. MDXXVIII collegii Corporis Christi Oxon. scholaris et post triennium socius probationarius, ac postea emenso philosophicorum studiorum curriculo laurea magisteriali redimitus sacros suscepit ordines, ac Edmundo Bonner, episcopo London. a sacris domesticis fuit. A. MDXLVIII. 8 Julii collatus erat ad praebendam de Twyford in ecclesia S. Pauli, (*Regist.* Bonner) quam resignavit, et A. MDLIV 29 April. collatus ad praebendam de Chesewik. Ibid. A. MDLVI. 10 Octob. archidiaconus Middlesexiae (*Regist.* Bonner) et eodem die rector ecclesiae Omnium Sanctorum Breadstreet, Lond. Newcourt i. 82. et paulo post canonicus S. Pauli London. evasit. Ineunte regno Mariae, canonicatu in ecclesia collegiata S. Georgii Windsor. donatus est; et A. MDLVII altero canonicatu in ecclesia cathedr. Christi Oxon. A. MDLVIII 15 Septemb. collegii Corporis Christi Oxon. praeses electus fuit, sed proximo anno a visitatoribus

visitatoribus auctoritate regia delegatis, ejectus. Fuit unus disputantium ex parte pontificiorum A. MDLIX, et in carcerem *Fleta* dictum Londini conjectus. Strype *Elizab.* 88. et 245. Vir inter sui saeculi doctissimos et religionis pontificiae tum verbis tum scriptis acerrimus propugnator. Scripsit *Concionem in Matth.* xxii. 15. Anglice ... MDXLVIII. 8vo. *Disputationem de eucharistiae sacramento in universitate Oxon. habitam contra D. Petrum Martyrem* 29 Maii et Junii 1. A. MDXLIX. Latine. Lond. MDXLIX. 4to. Extat etiam inter opera P. Martyris. *Disputationem contra J. Philpot de reali Christi praesentia in eucharistiae sacramento habitam* mense Octob. MDLIII. Anglice. *Disputationem contra archiepiscopum Cranmerum* Oxon. A. MDLIV. Anglice. *Communicationem cum Ridleio* A. MDLV. Anglice. *A declaration made by him at Paul's cross . . .* May MDLV. *by commandment of the bishop of London.* Fox. i. Edit. 1217. Vide Foxii *Commentarios de rebus ecclesiae.* Quum vero in reginae suprematum jurare nollet in carcerem Fletensem compingebatur; ubi A. MDLXXIV vixisse legimus. *Athen. Oxon.* i. 136. seq.

CHEBHAMIUS [THOMAS [a]] Severianae ecclesiae canonicus, idemque decanus vicarius [b]. Roberti Plimmoduni vestigia secutum fuisse conjicio : nam et ille malorum vulneratus impotentia, poenitentiae praesentissimum pharmacum excogitavit [c]; et chartis concreditum victuris commendavit [d]. Ex *Lelando.*

[a] Thomas Chabham (Bale) Cabhamus (Pitf.) Cobham (Godw.) Ex antiquo et nobili stemmate apud Cantianos ortus, in acad. Cantabr. (cujus tandem cancellarius evasit) educatus. Wharton. SS. theol. doctor Oxoniensis. Goodw.

[b] Sive subdecanus. Mf. Lel. Trin. et Mf. colleg. Univ. Bal. "Errant, ni fallor, viri hi doctiss. Nam Tho. Cobham, episcopus Wigorn. nunquam fuit subdecanus Sarum. Sed alius erat Tho. de Chabaam, subdec. Sarisber. qui occurrit inter testes cartae Alani Basset concedentis ecclesiam de Winterborn monachis S. Pancratii de Lewes." Ita legitur in cartis in baga de diversis dioecef. Alanus autem fecit hanc concessionem tempore R. Johannis, vel principio Henr. iii. Mf. Trin. ante Roberti ponit. istum. Hic Thomas de Cobham 15 cal. Maii MCCXCIX institutus ad ecclesiam de Boxele ad praesentationem prioris et eccles. Cant. extat in reg. eccles. Cant. in bibl. Norwic. More. Item 6 cal. Febr. MCCLXXXVII contulit dominus archiepiscopus ecclesiam de Holingburn suae dioec. vacantem per resign. magistri Gilb. de S. Leofordo, magistro Thomae de Cobham presbytero. *Regist.* Peckham. f. 36. Installatus fuit praebendarius de Wedmor secunda (eccl. Wellens.) 13 Dec. MCCXCIX. *Reg.* Wellen. canonicus Wellensis factus A. MCCXCIX. Archidiaconus Lewes A. MCCCI. Wharton. Factus est praeb. de Fenton in ecclesia Ebor. 8 id. Dec. A. MCCCXII. A. Wood. Mf. C. 44. Praecentor Ebor. 14 Jul. MCCCXII. Ibid. 68. Praebendarius Hereford (Newcourt, *Hist. Lond.* 148.) quam nuper habuit donatu Rogerus de Naslington. Pat. 10 Ed. ii. Decr. doctor, et canonicus S. Pauli Lond. 34 Ed. i. Vide Prinn. lib. iii. 1148. anno MCCCXIII. Wharton. A monachis Cantuariensibus rite cooptatus in archiepiscopum anno MCCCXIII, sed rex Ed. ii et papa omnibus modis consecrationem ejus restiterunt, unde episcopatum Wigorniensem anno MCCCXVII accipere coactus est. Godw. Vir fuit summae doctrinae, nec minoris pietatis, unde ab omnibus cognominatus erat *bonus clericus.* Pitf. Godw. Vir in utroque jure et in theologia eruditus. Chron. Anonym. apud Lel. *Coll.* i. 327.

[c] *Summa de poenitentiae casibus et ecclesiasticis officiis,* lib. vii. "Cum miserationes "domini sint." Mf. Oxon. in bibl. Oriel. xvii. et bibl. coll. Univ. H. 9. Cantabr. in archivis coll. Trinit. austr. class. 23. scr. infima 10.

[d] Scripsit etiam *Speculum ecclesiae,* lib. i. "Poenitentiam agite, appropinquabit." *De peccatis in genere,* lib. i. "Cum summa theologicae "facultatis." *De baptismo,* lib. i. "Ob divinam provi- "dentiam et curam." *Sermones,* lib. i. *Commentarios quosdam,* lib. i. Obiit 20 Aug. (27. Wharton. *A. S.*) MCCCXXVII, et sepultus est in ecclesia cath. Wigorn. Godw. p. 515. Bal. iv. 98. Pitf. p. 405. Whart. *Angl. Sacr.* i. 532. De munificentia ejus erga acad. Oxon. in bibliotheca erigenda, vide *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 48.

CHEBIUS [a], Solomonis Coriniae reguli filius, majori literarum, quam opum paternarum studio tenebatur. Non absurde illud certe ab eo factum. Opes facile a possessoribus excidunt. Literaria virtus, parta semel, non adimitur nisi cum vita : quanquam et ne sic quidem : gloria etenim per doctas comparata artes, etiam post funera vivit. Sed quoniam rariusculum est videre prophetam inter suos florentem, foris periculum ingenii facere omnino constituit. Galliam ergo petiit, et Pictonum invisit urbem, numero doctorum celeberrimam; cui tum praefuit Hilarius pontifex, theologorum decus plane eximium. Chebius hic anchoram altius figendam existimans, gratiam antistitis modis omnibus sibi comparare satagebat. Tandem, quod voluit maxime, impetravit; idque tanto cum successu, ut episcopus ab eo designaretur: Hac interim injuncta provincia, ut Venetos et Monadas, gentes Cambriae versus boream, patriae redditus, exemplis et sana informaret doctrina. Imperium patroni tanti lubens amplexus est, et Veneti redeuntem non contempsere. Deinde et in Monam trajecit insulam; ac in promontorio quod Hiberniam spectat, et sacrum vocatur, humilem principio posuit sedem. Regulus insulae ejus misertus tenuitatis, castrum, quod in ipsa situm erat extensione, dono liberalis dedit : unde et ibidem erectum monasteriolum, quod ab ejus postea nomine Castrum Chebii appellatum est. Hac aetate canonicos alit praebendarios, gratum in Hiberniam transfretantibus hospitium praebens [b]. Ex *Lelando.*

[a] Kebius Corinius. Bal. Pitf.

[b] Scripsisse fertur *ad Hilarium Pictaviensem epist. plures.* Claruit circa A. D. CCCLXXX. Bal. i. 37. Pitf. p. 84.

CHEDOLEGUS [GEORGIUS] honesto quidem loco natus, honestissimam vitae rationem inibat; quo tempore Isidis Vadum, academiam literarum bonarum et virtutis parentem, fama excellentem, petiit. Adfulsit venienti sidus quod illi rerum cum humanarum, tum divinarum, lumen conspicuum, quo veluti radiis quibusdam ejus animum illustrabat. Unde ille aethera praepeti conscendens penna, mysteria D. Joannis et Revelationes edoctus aperuit, et libro edito factum immortale constituit [a]. Ex *Lelando.*

[a] Praeter *Commentarios in Apocalypsin,* scripsisse tradunt Baleus et Pitsius *Annotationes quasdam,* lib. i. Claruit circa A. D. MCCCLXVI. Bal. vi. 21. Pitf. p. 500.

CHEFER [RICHARDUS] patria Norfolcienfis, frater eremita ordinis S. Auguftini in coenobio Norwicenfi; inde Cantabrigiam miffus, ubi aliquot annos in ftudiis bonarum literarum pofuit. Scripfit *Sermones elegantes*, lib. i. "Buccinate in neomenia tuba." *De nativitate Chrifti*, lib. i. "Parvulus natus eft nobis." *De quatuor noviffimis*, lib. i. "Fili, memorare noviffima tua." *Collationes plures*, lib. i. Claruit circa A. MCCCLIV. Bal. vii. 33. Pitf. p. 479.

CHEISNALL [RICHARDUS] hofpitii Grayenfis jurifconfultorum Londini praelector in vacatione aeftivali 7 Elizab. Extant *Lecturae ejus* xv *in ftatutum* 27 *Henr*. viii. cap. 16. Pr. "Ques fummons de fomener." Mf. Norwic. More. 777.

CHEKUS [JOHANNES] filius Petri, natus Cantabrigiae, atque in ftudiis academicis egregie inftitutus ibidem, collegii regii (D. Johannis Holland.) focius, academiae orator ac collegii regii praepofitus evafit. Canonicus erat primae fundationis aedis Chrifti Oxon. per Henricum viii. Regius Graecae linguae praelector in academia Cantabrigienfi, et A. MDLI. 2 Octob. eques auratus creatus. Fuit principis Edw. vi praeceptor; et fexto regni ejus anno unus camerariorum fcaccarii. Mf. Afhm. 835. De quo Laur. Humfr. *De interp*. p. 504. Vir Graece ac Latine peritiffimus, eques fplendidiffimus, omnique genere ornamentorum clariffimus. Foxius eum aftrologiae nimis addictum fuiffe ait. Temporibus Marianis in carcerem detrudebatur, dein reginae cum licentia in Germaniam, et mox in Italiam profectus, atque exinde in Germaniam rediens, linguae Graecae profeffor publicus Argentorati factus eft. Deinde poft biennium per Flandriam Bruxellas, regem Philippum falutandi caufa, adiit, a quo primo benigne fufceptus, fed mox in caftro Vilvordenfi inclufus, menfe Maio A. MDLVI ad turrim Londinenfem tranfvectus eft. (Mf. Afhm. 861.) Sequenti menfe Octobri coram Reginaldo cardinale Polo et aliis errores fuos recantavit et liberatus eft. Mf. Afhm. 861. et Dudith. in *Vita Poli*. Vide *Vitam Jo. Cheki* fcriptam per Ger. Langbain. praefixam libro Cheki Anglicano; cui titulus *Hurt of fedition*: Oxon. MDCXLI. 4to. Vid. Fuller, *Eccl. Hift*. lib. viii. 36. Scripfit *De pronunciatione Graecae potiffimum linguae difputationes cum Stephano Winton. epifcopo, feptem contrariis epiftolis comprehenfas*, lib. i. Pr. "Quantum ex primis literis." Lat. Bafil. MDLV. 8vo. *Hurt of fedition, how grievous it is to a commonwealth*, A. MDXLIX fcripta. "Among fo many and notable benefits." Lond. MDXLIX. 8vo. MDLXIX. MDLXXVI. 8vo. Oxon. MDCXLI. 4to. Rurfus impreff. tempore rebellionis in feptentrionalibus partibus cum Tho. Norton epiftola ad reginae fubditos. Lond. MDLXIX. Extat in Hollinfh. vol. iii. p. 1041. Lond. MDLXXXVII. fol. *In quofdam Pfalmos*, lib. ii. "Muneris mei hujufmodi ratio." *De fide juftificante*, lib. i. *De euchariftiae facramento*, lib. i. "Bene fane et ad falutem." *In pfalmum*, Domine, probafti, lib. i. "Cum duos libros Pfalmorum." *In obitum Antonii Denaei equitis aurati*, lib. i. "Cum claras hominum vitas." Lond. MDLI. MDCLI. 4to. ad finem *Epigrammatum diverforum in mortem M. Buceri*. *Super morte Buceri ad Petrum Martyrem*, lib. i. "Ita natura fert, ut quas doctrina." Extat inter Buceri fcripta Angl. Bafil. MDLXXVII. f. p. 864. Et p. 902. ibid. eft epitaphium in mortem Buceri. *Epiftola de obitu Martini Buceri*. Lond. MDCLXXXI. fol. p. 150. *De eodem ad Gualt. Haddonum*. Pr. "Aerumna et miferiae." Ibid. p. 899. Extant Argent. MDLXII. 12mo. London. MDLI. 4to. *In mortem duorum Suffolcienfium ducum Henrici et Caroli Brandoni epitaphium*. Extat inter alia ejufdem. Lond. MDLII. 4to. *In mortem Margaretae Nevillae reginae Catharinae a cubiculis hexafticon*. Ibid. *De nativitate principis Edwardi panegyricon*, lib. i. *An liceat nubere poft divortium*, lib. i. *Introductionem grammaticae*, lib. i. *De ludimagiftrorum officio*, lib. i. *De aqua luftrali, cineribus, et palmis ad epifcopum Winton*. lib. i. *Elegiam Anglicam, in qua r. Edw*. vi *aegrotatio et obitus defcripta fuit*. Lond. MDCX. *Praefationem ad Latinam editionem Cranmeri de euchariftia*. Emdae MDLVII. 8vo. Strype *Cranmer*. p. 68. *Carmen Graecum octaftichon* praefixum Setoni *Logicae*, Lond. MDLXXIV. *Epiftolam ad P. Martyrem et Gualt. Haddonum*. Lond. MDCLI. 4to. *Epiftolam Anglicanam in laudem tranflationis Balth. Caftilionis de aulico* per Tho. Hoby dat. 16 Julii MDLVII. ex domo fua in Woodftreet. Extat ad finem dictae tranflationis. Lond. MDLXI. 4to. *Epift*. v *ad M. Parkerum* MDLI. et MDLII. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Mifcell. i. et Mifcell. ii. 41. 79. et Mifcell. P. p. 609. E Graeco in Latinum tranftulit *Chryfoftomum de fato*, hom. iii. "Eadem ipfa dicere mihi." *De providentia Dei*, hom. iii. "Multis referta eft perturbatio." *Chryfoftomi homiliae duae* a Checo Latine factae ad Hen. viii. Gr. et Lat. Pr. ded. Henr. viii. "Quemadmodum cum auri magnum pondus." Lond. MDXLIII. 4to. Baleus duas has *homilias* ita diftinguit: *Contra obfervatores novilunii, hom*. i. "Quemadmodum chorus praefultorem." *De dormientibus in Chrifto, hom*. i. "Dies quatuor confumpfimus." Lond. MDLIII. 8vo. *Alia quoque Chryfoftomi*, lib. i. *Jofephi antiquitates*, lib. v. "Qui res geftas fibi defcribendas." *Leonem imper. de apparatu bellico*, lib. i. Pr. ded. Henr. viii. Cantabrig. 5 Nov. MDXLIV. "Cum omnia nunc bellis ardeant." Bafil. MDLIV. 12mo. *Afceticum, five fummam Chriftianae vitae Maximi Monachi*, lib. i. Pr. ded. Hen. viii. "Quemadmodum in conviviis quaedam." Mf. autogr. in bibl. reg. Weftmon. 16. C. ix. "Cum omnis ignoratio Dei atque." Hanc tranflationem Henr. viii dicatam laudat Laur. Humfredus in libro iii *De ratione interpretandi*. p. 504. et Rog. Afcham. in *Toxophilo*. *Plutarchum de fuperftitione ad Henr*. viii. *cum epiftola longa ejufdem argumenti*, lib. i. Pr. epift. "Magni eft ingenii, judiciique." Mf. in bibl. coll. Univerf. Oxon. J. 6. *Demofthenis Philippicas*, lib. iii. *Olynthiacas ejufdem*, lib. iii. *Adverfus Leptinem quoque*, lib. i. *Demofthenis et Aefchinis adverfas*, lib. i. *Sophoclem, ad literam*, lib. i. *Euripidem*, lib. i. *Ariftotelem de anima*, lib. i. *Correctiones quafdam fecit Herodoti, Thucydidis, Platonis, Demofthenis, Xenophontis et aliorum*. Tranftulit in linguam

guam vernaculam, *Evangelium secundum Matthaeum*, et *primum caput evangelii secund. Marcum.* Pr. " Thys is the booke of Jesu Christs stoke." Autographon extat in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabrig. Miscell. D. p. 145. Ex Anglico in Latinum sermonem vertit, *Cranmerum de coena Domini*, lib. i. Pr. ded. Edw. regi. " Pro cura Dominici gregis." Lond. MDLIII. Emd. MDLVII. 8vo. *Officium de communione*, lib. i. Librum hunc Strype in *Vita Cranmer.* p. 210. vocat *Liturgiam ecclesiae Anglicanae.* Hujus versionis meminit P. Martyr in epist. M. Bucero. 10 Jan. MDLI. *De veritate corporis et sanguinis Christi in eucharistia collectiones Johannis Checi*—cum professione sua de veritate corporis Christi in eucharistia epistolis duabus, e turri Londinensi 15 Jul. MDLVI. una Lat. ad card. Polum, altera Anglicana ad reginam. In quibus pristinam doctrinam et opiniones recantavit, et promptitudinem suam monstravit novam amplectendi methodum circa religionem. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabrig. Miscell. C. p. 321. Collegit in parliamento *Argumenta et rationes* ex utraque parte *super negotio eucharistiae.* *New statutes drawn up by M. Parker for Stoke Clare college.* Autogr. Ms. C. C. C. C. Miscell. O. Londini fatis concessit mense Septemb. A. MDLVII, et humatus jacet in ecclesia S. Albani Woodstreet. Bal. viii. 97. *Athen. Oxon.* i. 100. seqq. vid. H. Holland *Heroolog.* p. 53.

CHELLE [GULIELMUS] Anglus, musicae baccalaureus. Scripsit *Musicae practicae compendium.* Pr. Quilibet in arte practica." *De proportionibus musicis.* Pr. " Moses dixit reperto-" rem hujus artis." Claruit A. D. MDXXVI. Ms. Lambeth. 142. 4to.

CHELMESTONUS [JOHANNES] alias CLEMESTON, Ms. Bal. Sloan. 40. professione monachus, ordinis Carmelitani, patria Eboracensis; apud Oxoniam in domo sui ordinis literis operam dedit, et tandem S. theologiae doctor, atque etiam (si Pitseo fides) publicus professor inclaruit. Deinde Brugis et aliis locis a generali magistro Gerardo Bononiensi missus est, ut disputationes cum viris doctis haberet: circa haec tempora enim magnae lites ortae sunt inter Praemonstratenses et Carmelitas de palliorum suorum coloribus et formis. Lelandus in libro *De scriptoribus Britannicis* ita de auctore nostro : " Joannes Shelmesdunus Carmelita et theologus supremae inter Isiacos " classis, insignem a literis famam consecutus est. Leguntur ejus libri *Determinationum*" [*theologicarum ordinariarum*, addit Ms. Leland. Trin.] " *Quaestionum*, et *Quodlibetorum.* Floruit " circiter annum MCCCXX." [Ms. Lel. Trin. 1290] Haec ille. Scripsit *Quaestiones ordinarias*, lib. i. " Utrum sit aliquod sacramentum." *Determinationes theologicas*, lib. i. " Utrum per peccata " venialia Deus." *Quodlibeta quaedam*, lib. i. " Utrum Spiritus S. distingui." *Lecturas scholasticas*, lib. i. *Sermones et collationes*, lib. i. Horum quaedam diu servata fuere in bibliotheca Carmelitarum Nordovicensi. Claruit A. MCCXC juxta Bal. et Pits. A. MCCCX juxta Leland. (Ms. Lel. *epit.*) Bal. iv. 57. Pits. p. 372.

CHELVESTUN [GULIELMUS] philosophus celeberrimus : Scripsit *In physicam Aristotelis*, lib. i. *In parva naturalia ejusdem*, lib. i. *In metaphysicam*, lib. i. Quae omnia Ms. habentur Cantabrigiae in collegio D. Petri. Tempus, quo vixit, me latet. Pits. *App.* p. 852.

CHENTEGERNUS [a] in Britannia genitus, matre [b] commigrante, in Hibernia, ut fertur, natus est [c]. Hic adultae aetatis flore studiis eruditis, juxta ac piis, animum intendebat. Praeceptores avido suam lubenter operam Hiberno impendebant; et Servanus in primis, vir perinde sanctus ac doctus: quo praeceptore, et altore, alumnus virtutis summa conscendit fastigia; et deinde, ut causam unice promoveret evangelicam, Venetos, et Rossos illis vicinos, gentem patriam officii memor repetiit. Erant illi partim rudes, partim Pelagiana paulo ante contagione infecti; et deerant rectae exempla vitae, una cum sacris admonitoribus. Invidit tam sancta emolienti Morchenius, Venetorum regulus, tyrannus atque idem impius, consilio Catheni, hominis impuri. Ille vero intentissimus operi, Scotiam petiit, et Glescuensis fundamenta jecit monasterii; homo ad promovendam veram natus religionem. Lubet hic verba scriptoris ejus *Vitae* in medium afferre: " Pictorum patriam, quae modo Gallovidia dicitur, ab idololatria, et pravitate haeretica, doctrina " sua purgavit. Albaniam [d] partim convertit, ecclesias construxit, et monasteria multa fundavit. " Misit ex discipulis ad Orcades, Norvegiam, et Islandiam luce fidei imbuendas." Haec ille. Neque tamen ejus sedulitas rara quicquam Niniano clarissimo, qui in eo praecessit vigilantissimus munere, detrahit : quin addit potius. Collata fusius elucent lumina. Cargallus, Rossorum regulus, pietate imbutus, dedit petenti Chentegerno locum, condendo coenobio aptum, hinc Eilvio, hinc Cluta fluminibus [e] amoene inclusum. Crevit opus ad justam non modo magnitudinem, verum etiam ad magnificentiam quoque. Praeses interea frequentiuscule Romam petiit, et pontifex factus, Eilvianam ecclesiam in sedem constituit. Erant tunc temporis in monasterio Chentegerni [f] trecenti, qui operam colendis dabant agris; et totidem coenobii officinis inserviebant; trecenti quoque officiis vacabant divinis, et doctarum reconditae artium cognitioni. Felix illud saeculum, quod tam aureos protulit monachos. Senserat Rodericus princeps absentiam Chentegerni, Scotiam frequentantis, aliquid detrahere gloriae Eilviensis ecclesiae; et pontificem ad reditum hortabatur.

[a] Filius erat Eugenii Scotiae regis. Dempst.

[b] Thamete, Pictorum regis Lothi filia. Bal. i. 61.

[c] In Elgua, nunc S. Asaph. (comit. Flint.) natus. Pits. 98.

[d] Evangelium praedicabat ad flumen usque Fordense, et ad mare Scoticum, Columba Scoto, viro sanctissimo concomitatus, ubi Caledonios, Athalos, Horestos, ac vicinarum Albaniae regionum incolas, monendo, hortando, docendo, ad verae pietatis observationes fideliter instigavit. Bal.

[e] Circa A. D. DLX Kentigernus Glascuensis episcopus a popularibus suis expulsus, coenobium condidit inter fluvios Elwy et Elwyd. Godw. p. 652.

[f] Erant monachi 965 ex Tinmuthensi et Capgravio tradit Whartonus *De episc. Assav.* p. 302.

tabatur. Venit ille, et rebus compofitis omnibus, Afaphum, difcipulum fuum, virum cum humanioribus, tum divinis literis inftructiffimum, fucceflorem in epifcopatu fibi conftituit. Poftremo, fenio gravatus, Scottos et Glefcuenfem repetiit fedem; et fato ibidem conceffit [g], ac fepultus eft. Afaphus vero fpartam, quam nactus eft, ftudiofiffime excoluit. Pofteritas, memor patroni, nomen loco *Fanum Afaphi*, moriturum nunquam, impofuit. Ex *Lelando*.

[g] Tempora Kentigerni fic digeffit Ufferius *Antiq. Brit.* in Indice chronol. p. 529. A. DXL epifcopus Glafcuenfis confecratus erat. A. DXLIII e Scotia pulfus in Walliam feceffit. A. DLX Glafcuam rediit. An. DCI obiit. Capgravius tamen et Tinmouthenfis Kentigernum an. aet. CLXXXV. epifcopatus CLX. idibus Januarii obiiffe produnt. Whart. *De epifc. Affav.* p. 300. Bal. Pitf. Godw. locis citatis. Dempft. X. 753. Vid. *Acta Sanctorum*, tom. i. 815. *Vita S.* Kentigerni. Pr. pr. " Multas quidem perluftravi regiones " earundem." Mf. Cotton. Titus A. xix. In pr. " Quemadmodum Symeon monachus olim Dunelmenfis, de fancto " fuo Cuthberto hiftoriam contexuit, ita et ego qualem- " cunque clericus S. Kentigerni de materia in virtutum " ejus codicellis reperta, et viva voce fidelium mihi relata, " intimante venerando Glafguenfi epifcopo Herberto, " prout potui, devote compofui." Scripfiffe fertur, *Manuale fuorum minifteriorum*, lib. i. *Ad Rodericum regem*, ep. i. *Ad principem avarum*, ep. i. *In obitum S. Davidis epifcopi*, orat. 1. *De fidei obfervatione*, orat. 1. *De charitate mutua*, orat. 1. *De Chriftiana pace*, orat. 1. *De obedientia hominis*, orat. 1. " Viri fratres, quid admiramini." *De hofpitalitate tenenda*, orat. 1. *De Scripturarum lectione*, orat. 1. *De oratione continua*, orat. 1. Baleo at Pitfeo quamplurimos Kentigerni libros recenfentibus, parum eft adhibendum fidei; ejufmodi libros ab illo fcriptos neque ipfi viderunt unquam, nec ab aliis (fic enim non poffum non fufpicari) acceperunt. Whart. *De epifc. Affav.* p. 301. Vid. Bal. i. 61. Pitf. p. 98. feq.

CHENULPHUS [a], abba Petroburgenfis [aa], vir magni olim in literis nominis erat: quanquam non alio is mihi cognitus teftimonio, quam fide Hugonis Albi, qui *Res geftas Petroburgenfium* egregie perfcripfit. Quare mihi hoc quidem reftat officium, ne quod ille de tali tantoque viro publicum effe voluit, ego mihi foli confervem, pofteritati ingratus. Referam igitur ea, quae Hugo fcripfit: " Kenulphus abba, flos literalis difciplinae, et torrens eloquentiae; tum decus ac norma " divinarum rerum ac faecularium [b]." Hactenus Hugo. In pretio fuit [c] tempore Eadveardi Simplicis, regis Angliae [d]. Ex *Lelando*.

[a] Chenulphus, Kenulfus (quem nonnulli *Elfium* appellant, inquit Godwinus, forte Kenulfum hunc cum fucceffore fuo in abb. Petroburgenfi eundem effe exiftimans) ex abbate Burgenfi epifcopus Wintonienfis factus: Ita Malmefb. lib. ii. pontif. attamen Rudburnus ex Vigilantio epifcopum ejus nominis monachum effe ecclefiae Wintonienfis dicit. Whart. *A. S.* i. 226. [aa] Abbas Burg. evafit an. 992. *Hift. Petrob.* 11. [b] His addi licet, quae poftea de Kenulpho habet idem Hugo. apud Leland. *Coll.* i. p. 9. " Quanto " ftudio libros emendaverit, quam dulciter et libenter ad fe " venientes, vel fecum morientes erudierit, non eft noftrae " parvitatis explicare. Concurrunt quotidie, tam ex longinquis quam ex proximis finibus, epifcopi, clerici, et " monachi ad ejus magifterium, ad ejus, ut ad quondam " Salomonis, fapientiam audiendam." [c] Claruit A.D. ML. Bal. x. 37. Epifcopus factus A. MVI. *Hift. Petrob.* 250. Whart. *A. S.* an. MVIII. Godw. i. 266. [d] Simoniae labe infamis obiit, honore potitus vix fefquiannum, Godw. Whart. locis citatis. Biennium (Malmefb.) non plene tres annos, Rudburn.

CHERTESEY [ANDREAS] generofus Anglus, tranftulit ex Gallica in vernaculam linguam anno MDXX lectionibus 24. *Paffionem Domini noftri Jefu Chrifti, cum contemplationibus variis piis.* Princ. " To the laud of almyghty God." Partim profa, partim carmine. Impr. per Wynkin Worde MDXX. 4to. h. t. *Here foloweth paffyon of our Lord Jefu Cryft, tranflated oute of French into Englyfch by Andrewe Chertefey, gentylman, the yere of our Lord* MDXX.

The prologe of Rob. Copland.

The godly ufe of prudent wytted men
Cannot abfteyn theyr auncyent exercyfe.
Recorde of late how befily with his pen
The tranflator of the fayd treatyfe
Hath him indevered, in moft godly wyfe,
Bokes to tranflate, in volumes large and fayre,
From Frenche in profe of gooftly exemplayre.

As is *The flour of Goddes commaundements*,
A treatyfe alfo called *Lucydary*,
With two other of *The fevyn facraments*,
One of *Chriften men the ordinary*,
The feconde, *The craft to lyve well and to dye:*
With dyvers other, to mannes lyfe profytable
A vertuofe ufe and ryght commendable.

Florem mandatorum divinorum. Princ. praef. " In the beginning of thys lytel werk." Princ. lib. " God the Fader, the Sone, and the holy Ghoft." Lond. per Wynkin Worde MDXXI. fol. Tranflatoris nomen huic operi non adjicitur, fed fub finem armis gentilitiis fubfcribitur Chertefey.

CHESTER [ROBERTUS] five CASTRENSIS [a], rerum mathematicarum candidus amator, atque idem illuftrator, nomen decufque a ftudiis fuo fibi peperit faeculo, quae nec adhuc quidem elanguerunt. Extat enim ejus *De Aftrolabio* libellus, judicio fcriptus plane acerrimo. Conjectura tantum mea eft, hunc autorem circiter Rich. Burdegalenfis imperium in pretio ftetiffe. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Chefter. Bal. Ceftrius Pitf. Claruit A. MCCCXC. Bal. xi. 12. ex Lelando. Pitf. *Append.* p. 900. Vide *Catal. Mff.* Tho. Alleni. 4to. 25.

CHESTERFIELD [THOMAS] legum baccalaureus, canonicus reſidentiarius Litchfeldenſis et praebendarius de Tervyn. Mſ. Aſhmol. 1521. iii. 19. Hic vel alius ſui cognominis et dignitatis magnus fuit benefactor vicariis choralibus Lichfeld. eccleſiae, qui obligabunt ſe indentura (dat. A. D. MCCCCLI.) anniverſarium ejus celebrare. Et videtur tunc inter vivos fuiſſe, quia nulla fit mentio diei obitus ejus, et quia inibi memoratur dom. Gul. Heyword epiſcopus (qui obiit A. MCCCCXLVII) quaſi benefactor hujus Thomae. Mſ. Aſhmol. ibidem. Scripſit *Hiſtoriam Mercienſem, ſive de regibus Merciae, et epiſcopis Mercienſibus vulgo Litchfeldenſibus ad* A. MCCCXLVII. lib. i. "Interfecto Penda rege paganiſſimo." Whart. *A. S.* tom. i. p. 423. Claruit A. MCCCXLVII. Whart. *A. S.* tom. i. praefat. p. xxxvi.

CHESTRE [THOMAS] unus regis Arthuri equitum rotundae tabulae; ſcripſit rhythmis Anglicanis *De nobili milite Launfal dicto.* Pr. "Be dowty Artours dawes." Mſ. Cotton. Caligula. A. ii. ad finem ſequentia:

"Thomas Cheſtre made thys tale
"Of the noble Knight Syr Launfale.
"Good of chyvalrye," etc.

Claruiſſe videtur tempore Henrici vi, circa cujus tempus poëma ſcriptum.

CHETELLUS [GULIELMUS] forſitan corrupte pro Aſchetello, clericus fuit ſani Joannis, quod Fibrolegae ſacrum eſt. Hic locum ſuae educationis tacito devenerans pectore, multa de rebus in eo geſtis, tum praecipue de miraculis virtute D. Joannis archiepiſcopi [a] Ebor. editis animo pervolvebat: exoptans futurum aliquando, ut ſerie memorabilium pulchre inſtructus, vel clariſſimam Fibrolegae, et ejus patroni famam efficeret. Quid multis? tentavit opus plane honeſtum, adjutus tum lectione rerum, tum oculata experientia. Unde et edito tandem egregio plane libro [b], voto abunde ſatisfecit, exordium ab adventu Gulielmi Nortomanni [c] deſumens. Dedicavit autem monumentum hoc ingenii non moriturum Thomae, Fibroleganae eccleſiae praepoſito [d]. Ex *Lelando.*

[a] Archiepiſcopi olim Eboracenſis. Mſ. Lel. Trin.
[b] Ex Lelandi verbis unum tantum librum ſcripſiſſe Gulielmus videtur; tres autem finxerunt, Baleus v. 5. et Pitſeus, p. 411. ſc. *De rebus Beverlacenſis eccleſiae,* lib. i. *Vitam S. Johannis Beverlac.* lib. i. *De miraculis ejuſdem,* lib. i. Ex hoc (quem ſolum ex hiſce tribus Gulielmus ſcripſit) notam unam et alteram hauſit Lelandus, *Coll.* iii. p. 162.
[c] Hic Fulchardus Dorobernenſis deſinit, quem continuavit Gulielmus.
[d] Obiit circa ann. MCCCXX. Bal. Pitſ. l. c. Haud dubie autem floruit ante MCCCXX. nullus enim erat Thomas praepoſitus Beverlac. a Thoma Becket uſque ad Tho. Dalby.

CHETINGDON [RICHRDUS] Extat ſub ejus nomine in Mſ. Bodl. Digby 98. *Epiſtola ad epiſcopum Wigorn.* Pr. "Reverendiſſime pater et domine vener."

CHEYNEUS [JACOBUS] Dempſt. 193. e nobili familia Arnagia prope Aberdoniam oriundus, Pariſiis docuit in Barbarano. Et tandem doctoris et rectoris Duaci munus obiit: et Nervienſis (Hatton. et Hemorraeus volunt Tornacenſis) eccleſiae magnus poenitentiarius evaſit. Fuit canonicus S. Quintini juxta Hemorr. *De dec. et canon. eccleſiae S. Quintini,* p. 168. Scripſit *Orationes rhetorice,* iii. Duaci MDLXXVI. 8vo. *De geographia,* lib. ii. (non iv. ut Dempſt.) Ibid. *Analyſin et ſcholia in Ariſtot.* xiv *libros de prima et divina philoſophia* lib. Duaci MDLXXVIII. 8vo. *Analyſin in logicam, phyſicam et ethicam Ariſtotelis,* lib. iii. extare Pariſiis . . . dicit Dempſterus, qui etiam recenſet *Analyſin in Ariſtotelis metaphyſicam,* lib. i. *Scholas duas de perfecto philoſopho, et de praedictionibus aſtrologorum.* Duaci. MDLXXVII. 8vo. *De laudibus philoſophiae,* lib. i. *Epiſtolas,* lib. i. Obiit A. MDCII Tornaci in Nerviis. Dempſter. iii. 350.

CHEYSOLMUS [GULIELMUS] nobiliſſimo ſanguine baronum de Cromly ortus, epiſcopus Vaſionenſis in Avenionenſi comitatu inclaruit. Scripſit *Confutationem confeſſionis Scoticae,* lib. i. Avenio. MDCI. *Controverſias fidei,* lib. i. Dempſt. iii. 315.

CHICHLEY [HENRICUS] patre Thoma et matre Agnete in antiquo agri Northamtonienſis oppido, vulgo Heighamferrers dicto, natus, in ſchola patria puerilia ſtudia abſolvit. Et poſtquam manum ferulae ſubduxiſſet, ad muſas Oxonienſes avolavit, ac in collegio Novo liberalibus artibus animum ſedulo excoluit. Poſt abſoluta more academico philoſophiae ſtudia, juri civili et canonico tam egregiam impendit operam, ut publicis academiae ſuffragiis doctoris legum titulo et inſignibus donatus fuerit. In qua dignitate tuenda tam ſtrenuum ſe geſſit, ut ei celebrior indies accreverit fama. Anno MCCCXCII. 1 Martii Henr. Chechelye rector eccleſ. parochialis de Llanvarchell, Aſſaven. dioec. ordinatus ſubdiaconus per Joh. epiſcopum Derrenſem. Et legum doctor A. MCCCXCVI. 23 Septemb. rector eccleſiae S. Stephani Walbrook ordinatus preſbyter per Gul. epiſcopum Baſil. *Regiſt.* Braybrook. V. Newcourt. i. 539. Anno MCCCXCVII. 10 Sept. permutatio inter Rob. Buſh rectorem eccleſiae de Eſt-Henreth, Sarum dioec. et Henr. Chicelaye LL. doctorem, rectorem eccleſiae S. Stephani Walbroke. *Reg.* Braybrook. epiſc. Lond. f. 153. Anno MCCCC 1 Jul. Henr. Chicheley clericus praeſentatus per dom. Will. Ferrers ad eccleſiam de Bryngton in archidiaconatu Northampton. *Regiſt.* Beaufort, epiſc. Lincoln. Liter. pat. 2 Henr. iv inter ratif. Henr. Chychele perſona de Sherſton dioec. Sarum, et praebend. de Nantgwyty in eccleſia Aberguill. Pat. 3 Henr. iv papa providit Henrico Chichl. de dignitate in eccleſia Sarum. praebend. in eccleſia Shafton et in eccleſia Wilton. archidiaconus Sarum 4 Hen. iv. canonicus Lincoln. 7 Henr. iv. cancellarius Sarum 8 Henr. iv. Et Pat. 9 Henr. iv. p. 2. rex conſiderans quod Henricus cancellarius Sarum electus in epiſcopum Menevenſem ex mandato ſuo in ſervitio ſuo in curia Romana per

ſpatium

ſpatium unius anni et dimid. ſtetit, et ibidem certos graves cuſtus et expenſas occaſione praedicta multipliciter effudit, et quod adhuc in dicto ſervitio in dicta curia attendit . . 3 April. A rege unus ex legatis ad Gregorium xii, pontificem Rom. miſſus, ſive ut ei ſedem nuper adepto gratularetur, ſive ut eum cum Benedicto xiii, qui Avinioni agebat, conciliaret, ipſius pontificis manibus in civitate Senenſi 4 Non. Octobris anno MCCCCVIII epiſcopus Menevenſis conſecratus, et anno MCCCCXIV in archiepiſcopum Cantuarienſem poſtulatus, et a Johanne xxiii tranſlatus; ac tandem S. R. E. cardinalis tit. S. Euſebii renunciatus fuerit. Munificentiam ejus vere regiam collegium et xenodochium in urbe patria, collegium Omnium Animarum Oxonii, eccleſia Cantuarienſis, Croydonenſis et nonnulla alia loca amplis praediis locupletata, inſtaurataque pleno ore eloquuntur. Pitſius p. 637. eum inter ſcriptores ſuos annumeravit, ideo quod duo ejus decreta extent. Edita ſunt ab eo *Declaratio ejus, ne barbitonſores exerceant artem ſuam diebus Dominicis.* Extat vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 368. ſeq. *Conſtitutio ejus de clericis conjugatis.* Ibid. p. 369. ſeq. *Conſtitutio de feſtis S. Georgii, David, Ceddae, Weneſridae celebrandis.* Ibid. p. 376. *Conſtitutio ejus de approbatione teſtamentorum.* Ibid. p. 377. *Alia contra haereticos.* Ibid. p. 378. *Statutum ejus de feſto S. Beverlaci celebrando.* Ibid. p. 379. *Ordinatio ejus pro promotione graduatorum in acad. Oxon. et Cantabr.* Ibid. p. 381. ſeqq. et 401. *Sententia contra interficientes preſbyteros in coemeterio S. P. London.* Ibid. p. 388. *Mandatum ad orandum contra necromanticorum operationes.* Ibid. p. 392. ſeq. *Conſtitutio contra exceſſiva ſtipendia capellanorum.* Ibid. p. 402. *Ordinatio pro decenti regimine curiae Cantuar.* Ibid. p. 427. ſeq. *Epiſtola ad papam de canonizatione Oſmundi, Sarum epiſcopi.* Ibid. p. 432. *Epiſtolae et inſtrumenta inter eum et papam Martinum* v. Ibid. p. 471. ſeqq. *Appellatio ejus a papa ad concilium generale.* Ibid. p. 485. ſeq. *Conſtitutio ejus de abolitione ponderis le Auncel weight.* Ibid. p. 516. ſeq. *Conſtitutio ejus pro augmentatione exilium vicariarum.* Ibid. p. 535. *Commiſſio ejus pro proceſſionibus.* Ibid. p. 560. ſeq. 563. ſeq. Obiit 12 April. A. MCCCCXLIII. Et corpus ejus in eccleſia cathedrali Cantuar. mauſoleo, quod ad partem preſbyterii ſeptentrionalis ipſe jam exſtrui juſſerat, impoſitum eſt. Quod magnificum ejus monumentum hodie extat.

CHILLENDUNUS [THOMAS] alias CHISLESDENE, operam praecipue legibus, tum Caeſareis tum pontificiis, adhibuit. Succeſſus autem ejus ſtudiorum talis, tantuſque fuit, ut tandem primis utriuſque juris titulis donatus ſit. Deinde, qua neſcio pietate ductus, ad monachatum animum adjecit, ac fano Servatoris Duroverni ſe ſuaque tradidit; *Commentariiſque* leges * ſcriptis illuſtravit, quos et Gulielmus Varamus, Cantiorum archiepiſcopus, lectos a ſe aliquando teſtabatur; idque cum fructu. Tandem deſignatus coenobii praeſes, talia erexit ex quadratis ſaxis monumenta, qualia nullus ibi privatim quiſpiam unquam contulit: quo nomine et famam ſibi peperit immortalem. Ex *Lelando.*

* In bibl. coll. Omn. Anim. Oxon. Mſ. 38. datur *Repertorium Thomae Chyſilden* doctoris decretorum ſuper Clementinas. Pr. "Johannes epiſcopus," etc. Bal. xi. 57. ex Lelando. Pitſ. *App.* p. 914.

CHILLESTER [JACOBUS] Londinenſis. Tranſtulit in ſermonem Anglicum, *Chelidonii Tigurini de inſtitutione Chriſtiani principis,* lib. i. cap. xi. Pr. tranſ. ded. reg. Elizab. "The moſt "auncient philoſophers moſte." Tranſlatus erat ex Latino in Gallicum a Petro Bovaiſteau; et e Gallico in Anglicum a Jacobo Chilleſter. *Petri Bovaiſteau de pace et bello libellum.* Pr. "Peace is moſt "chiefly." *Ejuſdem de dignitate matrimonii.* Pr. "The obſervation of all the things." Simul extant Lond. MDLXXI. 4to.

CHILLINGWORTHUS [JOANNES] ſive CHILLENVORTHUS [a] inter Maridunenſes [b] politis artibus curam, operam, diligentiam incredibilem adhibuit. Illud vero commune habuit cum aliis multis ibidem educatis, genuinum videlicet matheſeos ſtudium: in quo ſuo ſaeculo palmam facile adeptus eſt, laudandus maxime, etiam ſi hac noſtra aurea viveret aetate. *Algoriſmus* [c], liber argute, ingenioſe, et ſignificanter ab eo compactus, extat. Vidi et *Tabulas aſtronomicas* [d] ab eodem editas. Hujus induſtriam imitati ſunt Cervinus, alias Hartaeus, Curio, Joannes Stacius, fama celeberrimus, denique et Blachaeus, Maridunenſes omnes, matheſeos admiratores, et amatores certe maximi omnes. Ex *Lelando.*

[a] Chillingworthus, Pitſ. Killingworth. Bal. Kyllingworth. Mſ. reg. Weſtm. 12. G. x. Patria Northumbrenſis A. Wood. Mſ. Merton. Juxta Mſ. Norwic. More 828. et Cod. Weſtmon. reg. ſocius collegii Merton. dicitur: ita ſemetipſum etiam appellat in teſtamento; de quo infra. Fuit principalis aulae S. Johannis A. MCCCCXL. A. Wood. Mſ. Merton. et academiae procurator A. MCCCCXLI.

[b] *Philoſophus, aſtronomus ac medicus, Oxonii politis artibus*—ita Mſ. Lel. Trin. [c] Lib. i. In Mſ. Norwic. More 820. lib. iii. Pr. "Oblivioni raro traduntur quae "certo." [d] Lib. i. "Multum conferre dinoſcitur "non ſolum." Bal. in bibl. Lumleiana. Pitſ. Vid. Mſ. bibl. Bodl. ſuper A. 1. Art. 94. In Mſ. Greſham 66. ita incip. "Canones tabularum Oxonienſium facilis compo-"ſitionis almanak, cap. 6. Pr. "Numerus dierum medius "motus." Mſ. reg. Weſtmon. 12. G. x. ita: *Canones mag. Johannis Kyllingworth ab ipſomet editi, tam de compoſitione quam de operatione, et compoſitione almanak.* Pr. "Reſtat de compoſitione tabularum." Scripſit etiam *De judiciis aſtronomicis,* lib. i. "Primo conſiderandum eſt "tempus." *De crepuſculis,* lib. i. "Radices motuum lo-"cumque intro." *De aſcenſionibus nubium,* lib. i. "Oſten-"dere quid ſit crepuſculum." Mſ. hujus principii occurrit in Bodl. Digby 215. *Arithmeticum opus,* lib. i. "Obli-"vioni raro traduntur." Idem quod ſupra *Algoriſmus* liber. Claruiſſe fertur circa A. MCCCLX. Bal. vi. 10. Pitſ. p. 490. Obiit Oxoniae juxta Mſ. Bodl. ſuper A. 1. Art. 94. f. 28. Anno MCCCCXLIV. Et juxta A. Wood. Mſ. Merton. obiit 17 Maii MCCCCXLV, et in exteriori capella collegii Merton. tumulatus eſt. Teſtamentum ejus datum 17 Maii, et probatum 23 Maii MCCCCXLV extat in *Regiſt.* acad. Oxon. A. a. a. f.

CHILMARCIUS[a] [JOANNES[b]] Maridunensis et ipse idemque mathematicus insigniter doctus, ac Brithi synchronius fuit. Scripsit egregium plane *De elementorum*[c] *accidentiis* libellum, quem et nostra non sine applausu legit aetas; autoremque tam elegantis operis justis candide extollat praeconiis[d]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Chilmark. Forsan ex oppido ejusdem nominis apud Wiltonienses (ubi forsan in lucem editus erat) cognomen habuit. [b] *Mertonensis collegii socius*; Mſ. Trin. [c] *Actione* (Bale Pitſ.) abstractum de 4ta parte Dumbletoni (Mſ. Bodl. Digb. 77.) lib. i. "Ponatur, quod B. aqua." Ita incipit tractatus Mſ. Bodl. Laud. D. 42. ejuſd. tituli; cujus compendium dicitur esse compositum secundum Jo. Chylmark. Mſ. Bodl. Digb. incipit, "Cum materia de "alteratione." [d] Scripsit etiam *De motu*, lib. i. "Ad "materiam motus insinuandam." [*Intellectui imprimendam.* Mſ. Bodl. sup. A. i. Art. 98. et in collegio Novo 289.] *De alteratione*, lib. i. "Porro materia alterationis." Mſ. Bodl. sup. A. i. Art. 98. et in colleg. Novo. 289. *De augmentatione*, lib. i. "Nota quod ad augmentationem." Mſ. Bodl. ibid. *De accidentiis planetarum*, lib. i. *Opuscula logica*, lib. i. Mſ. Oxon. in collegio Merton. N. iii. 9. Art. In cod. Mſ. Bodleiano supra laudato sunt ejusdem Johannis tractatus *De propositione*. Pr. "Pro materia propositionis "ne aequivocatio." *De quantitate, qualitate, etc. propositionis, et ejus speciebus*. Pr. "Modo ad materiam propositionis categoricae." *De successivis*. Pr. "Cum res successiva sit, res divisibiles." *De generatione*. Pr. "In "materia de generatione." *De prioritate*. Pr. "Dubitatur an aliqua prioritas." *De modis*. P. "Pro materia "de modis, et primo." De quatuor autem libris novissimis quaerat lector. Claruit anno MCCCXC. Bal. vi. 99. Pitſ. p. 547. Vide *Hiſt. et Ant. Oxon.* l. ii. p. 11. 87.

CHIRBURIUS [DAVID] Carmelita Anglus, vir, ut Lelandi verbis utar, in theologiae cognitione clarus. Titulo sanctitatis et eruditionis ad episcopatum Dromorensem in Hibernia promotus. Operum, quae scripsit, nomina non invenio. Condidit bibliothecam in conventu Carmelit. Oxoniae [Bale Mſ. Sloan. 4to. 135.] Ludloae tandem inter Carmelitas mortuus et sepultus est circa A. D. MCCCCXX. Pitſ. *Append.* p. 832.

CHIRMESTER [THOMAS] sive CERMISTRE, collegii Merton. Oxon. socius A. MCCC. (A. Wood. Mſ. Merton.) Scripsit inter alia *Quaestiones super Priscianum*. Mſs. olim extabant in bibl. Gonvill. Cantabr. Claruit tempore Edw. iii. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 87.

S. CHRISTIANA, filia Agathae, soror S. Margaretae sanctimonialis Scota. Scripsit *Epistolas ad patrem regno pulsum*, lib. i. Claruit anno MLXVII. Colitur 7 Septembr. Dempster. iii. 268.

CHRISTIANUS Abbas ii. monasterii Scotorum D. Jacobi juxta Herbipolin. Scripsit *Ad Embrichonem episcopum super fundando monasterio Scotis*, lib. i. Obiit anno MCLXXIX. Dempster. iii. 311.

CHRISTIANUS EPISCOPUS Candidae Casae concilio Londinensi a Ricardo archiepiscopo Cantuar. sub Henrico ii celebrato interfuit: Scripsit *Acta concilii Londinensis*, lib. i. *Provocationis ad apostolicam sedem rationes*, lib. i. Claruit anno MCLXXVII. Dempster. iii. 346. NB. Anno MCLIV Christianus in episcopum Galwaniae eodem die, quo et rex Angliae Henricus ab archiepiscopo Rotomagensi apud Bermundeseiam consecratus est. *Chronicon S. Crucis Edinburg.*

CHRISTOPHERSON [JOHANNES] patria Lancastrensis, Cantabrigiae sub Joh. Redmanno viro doctissimo in collegio S. Johannis evangelistae studiis academicis institutus; fuit unus primorum sociorum collegii S. Trinitatis Cantabr. fundati per Henr. viii. MDXLVI. (Rymer. *Foed.* xv. 107.) S. theol. doctoratu insignitus brevi post collegii hujus praeses cooptatus est, et mox MDLIV ecclesiae cathedr. Norwicensis decanus evasit. "Vir fuit comis et civiliter probus, Latine et Graece "non vulgariter doctus, nec Scripturarum ac doctorum ecclesiasticorum ignarus, citante Rob. "Watson in *Aetiologia*." Regnante Edwardo vi apud exteros (aliquando Venetiis) exul degit, in quo exilio sive peregrinatione se sumptibus collegii alitum fuisse ait (*praefat.* ad transl. Philonis) Maria vero rerum potita, episcopus Cicestrensis constitutus est: Rectoria enim de Swanton Morley dioec. Norwic. A. MDLVII. 29 Jan. vacabat per promotionem Johannis Christopherson ad episcopatum Cicestrensem. *Regiſt.* Norwic. xviii. 188. Post Wiati rebellionem optimus scriptor partim in defensione matrimonii Hispanici, partim religionis catholicae restaurationis. Transtulit e Graeco in Latinum *Philonis Judaei libros* iv. (1) *De mundi fabricatione*. (2) *De decem praeceptis*. (3) *De principe diligendo*. (4) *De officio judicis*. Pr. ded. coll. Trinit. Cantabr. "Est quidem consue"tudo eorum." Antwerp. MDLIII. 4to. Vide edit. Graeco-Lat. Philonis Lugd. MDLXI. 8vo. sed in praefat. ad Philonem Christopherson refert ad versionem aliorum quatuor citatorum a Petr. Fr. Zino. De eo Ed. Godsalvus in *praefat.* ad *Eccleſ. Hiſtor.* transl. ita: "Quatuor Philonis libros "eidem, sc. Johanni Redmanno, consecravit; totidem vero in lucem nondum editos convertit." Quatuor Philonis librorum a se translatorum et Antwerpiae impressorum meminit Christophersonus in epistola Rogero Aschamo data Lovan. 9 cal. Maii. MDLIII. extat haec inter epistolas Rog. Aschami edit. Lond. MDXCI. 12mo. Ad finem editionis Antwerpianae habentur cccc fere correctiones Graeci textus Philonis impr. Parisiis. *Eusebium Caesariensem*, lib. x. *ex optimis exemplaribus praesertim antiquo Mſ. in bibl. S. Marci Venetiis:* quod opus Edw. Godsalvus Anglus Antwerpiae typis mandari fecit. *Eusebii Pamphili histor. eccleſ. libros* x. *Ejusdem de vita Constantini M.* libros iii. (quartum enim transtulit Nic. Carrus.) *Constantini M. orationem ad sanctorum coetum. Eusebii orationem in laudem Constantini M. Socratis scholastici Constantinopolitani hiſt. eccl.* lib. vii. *Theodoreti histor. eccleſ.* lib. v. *Hermiae Sozomeni histor. eccleſ.* lib. vi. (tres enim posteriores libros Sozomeni transtulit Suffridus Petrus) *Evagrii scholastici Epiphanensis hiſt. eccl.* lib. vi. Pr. tr. "Fuit "hoc praeclare in more." Omnia haec cura Godsalvi prodierunt Lovan. MDLXX. 8vo. Colon. MDLXX.

MDLXX. fol. Et ex recensione Suff. Petri Colon. MDLXXXI. fol. Et Binii Colon. MDCXII. fol. *Plutarchum de futili loquacitate.* Scripsit *Tragoediam Jephthe ex* xi. *cap. Judicum*, primo Graece, deinde Latine. Pr. ded. Lat. regi Henr. viii. "Etsi mansuetiores musae in quibus." Pr. tragoed. "Non omnia omnibus fatore." *Exhortationem contra rebellionem ad reginam Mariam.* Anglice. Pr. pr. "Lyke as there be many and sondrye." Pr. lib. "Albeit (most dear and wel-"beloved countrymen) many." Lond. MDLIV. 8vo. Ad finem sunt duae preces, una pro regina, altera pro regno. Obiisse dicitur (juxta Pitseum) A. MDLVIII paulo ante obitum Mariae reginae. Sepultus fuit 28 Dec. MDLVIII in ecclesia Christi London. ceremoniis pontificiis solennibus, Strype *Elizab.* 31. Quaere tamen annon humatus est in collegio S. Trinit. Cantabr. legavit enim corpus sepeliendum ex parte australi summi altaris in capella dicti collegii. Hoc enim desiderium ejus fuisse constat ex Testamento ejus quod probatum erat 9 Febr. MDLXII. Vid. Camd. *Annal.* MDLIX. Non erat exauthoratus sub initium principatus Elizabethae reginae. Godwin. Bibliothecae collegii S. Trin. Cantabr. libros contulit non paucos Graecos, Latinos et Hebraeos. Godwin. p. 561. 562. Pitf. p. 754. seq.

S. CHRONIACUS, episcopus Scotus, scripsit, *De errore in pascha celebranda*, lib. i. *Epistolas ad Hilarium*, lib. i. *Concordiam in Britones tentatam*, lib. i. Claruit anno DCLXVI. Colitur 21 Maii. Dempster. iii. 252.

CHUB [GULIELMUS] institutus ad ecclesiam de Norton subtus Hamden in comit. Somerset. 17 Octob. MDLXXII. quam amisit A. MDLXXV; et institutus ad vicariam de Frome 1 Jul. MDLXXXI. *Regist.* B. Wellen. Extant sub ejus nomine *Two faithfull and godly sermons preached at Dorchester in Dorsetshire; the one touching the building of God's temple on* Ezra iv. 1. 2. 3. *The other, what the temple is, on* 1 Cor. vi. 19. 20. Lond. MDLXXXV. 8vo. *The travail of faithfull Christians, how to escape the dangers of this world; with private devotions.* Pr. ded. Joh. Thinn. "The "continual favor I have." dat. from Zetwood. [Froom, Setwood, and Dorchester MDLXXXVI. A. Wood. Mf. Cat. i.] Lond. MDLXXXV. 8vo. *Sermon of affictions, on Rom.* viii. 18. Lond. MDLXXXVII. 8vo. Obiit A. D. MDXCVII. *Regist.* B. Wellen.

CHUBBES [GULIELMUS] alias STUBS. Natus in villa de Whitby Ebor. dioec. primo collegii Pembroch. Cantabrig. socius; S. theol. doctor; et tandem a fundatore collegii Jesu ordinatus primus istius collegii praeses, A. MCCCCXCI. (Parkeri *Sceletos Cantabrig.*) Scripsit *Introductionem logices*, lib. i. "Bene fundatum exigit debitum." *Declarationem lib.* ii. *Johannis Scoti*, lib. i. "Quicquid natum est principium." Floruit A. D. MD (*Regist.* Alcock. 15. Henr. vii.) A. Wood. Mf. Cat. i. 224. Bal. ix. 2. Pitf. 686.

S. CHUNIALDUS, presbyter Scotus, S. Rudbertum in Germaniam comitatus est. Scripsit *Acta Rudberti magistri*, lib. i. Claruit anno DCXX. Colitur 24 Septembr. Dempster. iii. 265.

CHURCHE [DANIEL] seu Ecclesiensis jam totus ab hominum memoria periisset, nisi vetustum quoddam *Chronicon*, Londini repertum, tanti viri nomen ab interitu vindicasset. Ex eo certe comperi, quod per illam aetatem elegans esset poëta, in utroque scribendi genere, et prosa et carmine peritus, de domo ac familia nobilissimi Angl. regis Henrici ii. summi etiam ordinis eques esse videtur, ex eodem scripto et antiquo vir nobilitate clarus. Bale iii. 17. Regi Henrico ii. in cujus aula plus quam annis triginta vixit, sanguine propinquus. Pitf. 243. Scripsit versibus Latinis *Urbanum seu de morum comitate*, lib. i. *Carmina rhythmica*, lib. i. Claruit A. D. MCLXXX.

CHURCHSON [JOHANNES] scripsit *A treatise declaryng what and where the church is, that it is knowen, and whereby it is tryed and knowen.* Pr. pr. "Marvayle not gentle reader that I have "attempted." Lond. MDLVI. 8vo.

CHURCHYARD [THOMAS] Salopiensis, qui itinera et infortunia sua enarrat libro *The churchyards chipps* dicto num. 7. Tempore Henr. viii sub imperatore Germaniae contra Gallos in Flandria arma vibravit. Interfuit etiam obsidioni Turwinensi; et in Hibernia, tempore dom. Will. Fitzwilliams proregis, vixit. Obsidionem Ginesiae, cum tempore reginae Mariae a Gallis occuparetur, direxit. Et in Scotia obsidioni Lathi interfuit A. MDLX. Scripsit poëmata varia. *A mirrour for a man, wherein he shall see the miserable state of this world.* Pr. "O man, remembre "from hence thou shalt pass." (English verse) Lond. temp. Edw. vi. . . 4to. *Churchyard's chance, containing fancies, verses, epitaphs,* etc. Pr. ded. dom. Thomae Bromley cancell. Angliae. "As custome and continuance of tyme." Lond. MDLXXX. 4to. *Of the queen's entertainment in Norfolk and Suffolk, with a commendation of Sir Humphr. Gilbert.* dedic. to Will. Jarret attorney general. "Havinge a desire, right worshipfull." Lond. . . . . 4to. *The misery of Flanders, calamitie of France, misfortune of Portugal, unquietness of Ireland, troubles of Scotland, and blessed state of England.* To the queen. "Having a dutifull desyre." Lond. . . . . 4to. *A feast full of sad chear; being epitaphs on the earl of Worcester, Sir James Acroft, controller of the household, Sir Will. Winter, Sir Will. Holstock controller of the navy, Dr. Underhill bishop of Oxford,* etc. Lond. MDXCII. 4to. In cujus libri praefatione mentionem facit libri sui vocati *The challenge*; quem domino secretario Walley inscripsit. *A spark of friendship and warm good will; with a poem concerning the commodity of sundry sciences; especially concerning paper and a paper mill, lately set up neer Dartford by a high German, called Mr. Spilman, jeweller to the queen's majesty.* To Sir Walt. Raleigh. Pr. ep. "Enforced by affection that." Pr. lib. "Where friendship finds good grownd "to grow upon." Lond. MDLVIII. MDLXXXVIII. 4to. *Churchyard's chipps, the first part; containing*

taining the twelve feveral labors (quorum xi funt carmine) which are thefe, 1. *The fiege of Leeth*, A. MDLX. 2. *A farewell to the world.* 3. *A feigned fancy of the fpider and the gout.* 4. *A doleful difcourfe of a lady and a knight.* 5. *The road into Scotland by Sir Will. Drewry, knight*, 13 *Elizab.* MDLXX. 6. *Sir Sim. Burley's tragedy.* 7. *A tragical difcourfe of the unhappy man's life.* 8. *A difcourfe of virtue.* 9. *His dream written to Will. Herbert, efquire.* 10. *A tale of a friar and a fhoemaker's wife.* 11. *Siege of Edinburgh caftle*, 15 *Elizab.* 12. *The whole order of receiving of the queen's majefty into Briftol.* To Sir Chrift. Hatton. "The longe likynge and good wyll." Lond. MDLXXV. MDLXXVIII. 4to. Vide rationem hujus operis in praefatione tranflationis *Ovidii de triftibus*. *Defcription of the wofull wars in Flanders, fince the four laft years of Charles* v. To Sir Franc. Walfingham. "Some men, right honourable, fearch many." (profa) MDLXXVIII. 4to. *A little bondle of lively difcourfes called Churchyard's charge; prefented as a new year's gift to the earl of Surry.* Pr. "I know not my good." Lond. MDLXXX. 4to. *The paradife of dainty devifes.* Lond. MDLXXVIII. 4to. *A true report of a dangerous fervice attempted and brought to pafs by Englifhmen, Scotchmen and Walloon, for the taking of Macklin in Flanders.* To lord Norrice. "My good lord, the favour and noble." Lond. MDLXXX. 12mo. *His wonders of Wiltfhire, and the earthquake of Kent.* . . . . MDLXXX. 8vo. *Difcourfe of court and wars.* . . . MDXCVI. 4to. *The worthinefs of Wales; wherein are more than a thoufand things reherfed, fet out in profe and verfe, and enterlarded with many wonders*, etc. Lond. MDLXXXVII. 4to. *The wifhed reformation of wicked rebellion.* Pr. pr. "Moft worthy, vertuous, honourable and well difpofed." Lond. MDXCVIII. 4to. *A rebuke to rebellion.* To the queen. "Moft mighty, gracious, and redoubted." Mf. bibl. reg. Weftm. 17. B. vii. *The wonders of the air; the trembling of the earth; and the warnings before the judgment day.* To doctor Caefar. "When the light of my life." (profa) Lond. MDCII. 4to. Eft tranflatio ex Plinio. *Churchyard's choife; or a general rehearfal of the warres*, etc. (partim profa, partim carmine) To Sir Chriftoph. Hatton. "If the ground yeld not corn, the "tree." Lond. MDLXXVIII. 4to. *Carmen in Joh. Skeltoni opera.* Pr. "If floth and tract of "time." Praefat. Opp. Skelton. Lond. MDLXVIII. 8vo. *The myrrour for magiftrates.* In which is *The tragedy of Tho. Mowbray duke of Norfolk.* Lond. MDLIX. MDLXXXVII. et MDCX. *The ftory of Jane Shore, concubine to king Edw.* iv. Ibid. *The ftory of Thomas Wolfey.* Ibid. *The honour of the law.* Lond. MDXCVI. 4to. *Choice mirrour of honour*, Lond. MDXCVII. 4to. *Tragical difcourfe of the unhappy man's life. Verfes in the preface to Jones Baths ayd*, Lond. MDLXXII. 4to. *Epitaph on Sir Phil. Sidney.* To the lady Sidney. "Good madam as my boldnefs." Tranftulit in rhythmos Anglicos *Ovidii de triftibus tres libros priores.* To Sir Chrift. Hatton. "As I have great "defire to perform." Lond. MDLXXX. 4to. Claruit A. MDLXXXVI. Obiit MDCII, et fepultus eft in porticu ecclefiae S. Margaretae Weftmon. Fuller's *Worthies*, iii. 9. *Athen. Oxon.* i. 317. feqq.

CHUVILDA martyr et virgo Scota, poftquam per Gallias peregrinavit, in Germaniam abiit, ubi cujufdam monafterii priorifsa evafit. Scripfit *Meditationes fuper paffione Domini*, lib. i. Claruit anno DCCXXXIV. Dempfter. iii. 285.

CIBTACUS feu CIBTHACUS, unus ex xii illis comitibus S. Columbae, qui Scotos et Pictos in fide Chriftiana informabant, et tandem fedem fixerunt in Jona infula. Scripfit *De gentilium erroribus*, lib. i. *De gratia Dei*, lib. i. *De gubernatione Dei*, lib. i. *Epiftolas*, lib. i. Claruit anno DC. Dempfter. iii. 235.

CITOLINUS [ALEXANDER] natione Italus, in exilium religionis caufa pulfus in Angliam appulit MDLXV literis Johannis Sturmii multipliciter commendatus—dominae reginae Elizabethae, Cecilio, Cooko, Afchamo. Vid. Afchami *epift.* p. 414. feqq. Scripfit Italice, *Septem dierum fermones.* Claruit Londini MDLXXIII. Strype in *Vita Parker.* 394. feq.

CLANEVOWE [JOHANNES] miles. [Quidam hujus nominis occurrit baccalaurius regis in pat. 8. Rich. ii. p. 2. m. 4.] Scripfit Anglice, *De viis duabus, lata fc. et angufta, ad vitam aeternam.* Pr. "The gofpel telleth that in a tyme." Mf. bibl. Univerf. colleg. Oxon. N. 4.

CLAPHAM [DAVID] patria Eboracenfis. In academia Oxon. ad juris Caefarei peritiam acriter contendens in curia de Arcubus advocatus five procurator emicuit. Propter ingenium et eruditionem a dom. Wilh. Cecilio fecretario magni habebatur. Latine fcripfit fecundum Balaeum ix. 44. *De laude mulierum*, lib. i. *De vera nobilitate*, lib. i. Et alia quaedam. Tranftulit in patrium fermonem, *Erafmum de matrimonio*, lib. i. *Agrippam de mulieribus*, lib. i. Aliaque multa. Aliter recitat opera Davidis Ant. Wood. fc. Transfudit in linguam vernaculam. (1) *A treatife of nobility*; and (2) *The excellencye of woman-kinde.* Pr. "Almyghty God the maker and," autore utriufque Cornel. Agrippa. Lond. MDXLII. 8vo. (3) *The praife of matrimony*, autoribus Erafmo et Agrippa. Lond. . . . 8vo. Obiit Londini 14 Jul. MDLI, et fepulturam accepit in ecclefia S. Fidis fub ecclefia cathedr. S. Pauli London. *Epit. hift. Pauli* per Dugdal. p. 125. *Athen. Oxon.* i. 79.

CLAPOLUS [RICHARDUS] [a] Dominicanae religionis profeffor, longo ftudiorum ufu eo excellentiae, quantum ad facrarum literarum cognitionem pertinet, devenit, ut publicis doctiffimorum virorum fuffragiis lauream theologici nominis emeritus fit [b]. Erat tamen rerum fophifticarum,

[a] Ricardus Knapwell. Mf. Lel. Trin. Bal. Clapwell. Pitf.

[b] Studiis operam dedit in coenobio Praedicatorum Oxoniae, ubi facrae theologiae doctor tandem evafit. A. Wood.

quem-

quemadmodum omnes plerique omnes ejus aetatis, nimius aestimator. Excrevit hic adfectus, alioqui maximus, una cum lectione librorum Thomae Aquinatis, cujus partes defendendas sibi desumpserat. Scripsit autem contra *Corruptorium D. Thomae* [c] : *Commentarios* etiam *super sententias* [d] : Libellum insuper eddidit *De unitate formarum* [e], aliumque *De immediata visione divinae essentiae* [f]. De tempore, quo vixit, mihi non satis constat. Libenter tamen numerarem illum inter contemporaneos [g] Otofordi et Masseti praedicatorum [h]. Ex *Lelando*.

[c] In Mf. colleg. Mert. P. iv. 18. art. est *Corruptorium*, etc. cum *Responsionibus* anonymi. Pr. resp. " His igitur " cavillationibus et." [d] Lib. iv. [e] Lib. i. De hoc libro magnae subortae sunt lites anno MCCLXXXV inter Pechamum, archiepiscopum Cantuar. et auctorem, qui tandem anathemate alligatus est ab archiepiscopo ; inde appellatio facta est ad curiam Romanam. Vide *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 130. et *Cronic.* Thomae Wikes in ann. MCCLXXXVII. [f] Praeter libros a Lelando recensitos, scripsit *Additiones ad D. Bonaventuram*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. *Quaestiones theologicas*, lib. i. *Quaestiones quodlibeticas* 34: lib. i. Mf. Cantabr. in coll. S. Petri. In registro librorum coll. Petri facto A. MCCCCXVIII titulus est, xxxiv. *Quaestiones de quodlibeto fratris Richardi de Clapwell.* Mf. Wren. 53. *Concionum*, lib. i. [g] *Oxfordii et Maunsfeldii suorum compraedicatorum*, ita legit Mf. Trin. [h] Claruit anno MCCXC. Bal. iv. 63. Pitf. p. 377.

CLARATONUS, Anglicus homo; a variis literis et linguis suo seculo commendatus, in hoc scriptorum numero, vel doctorum virorum catalogo merito ponendus est. Ex quadam quippe Londinensis urbis bibliotheca didici, atque apud amicum legi, Claratonum istum in Galliis olim studuisse, et inter otia sua literaria in Gallicos rhythmos vertisse *Historiam antiquorum Brytonum Galfridi Monumetensis*. Bale xii. 48. Bulaeus, *Hist. Paris.* p. 543. eum in abbatia Floriacensi sub Abbone educatum fuisse dicit.

CLAREWELL [GULIELMUS] scripsit *De proprietatibus verborum*. Pr. " Si loqui pro- " prie forte desideras." Mf. bibl. Bodl. Laud. B. 33.

CLARK [MARIA] filia Willielmi Roper et Margaretae uxoris, filiae dom. Thomae More. Transtulit in sermonem vernaculum, et dedicavit reginae Mariae *Eusebii historiam ecclesiasticam*. Mf. in bibl. Cecil.

S. CLARUS, sive GUILLERMUS, patria Scotus, in Gallia eremiticam egit vitam, et ibi tandem martyrio coronatur. Scripsit *Divini officii formulas*, lib. i. Claruit anno circiter DC. Colitur 17 Julii. Memoria ejus conservatur in villa Neustriae ejus nominis, in publico ad Rotomagum itinere. Dempst. iii. 251.

CLAUDIA RUFINA [a], foemina incomparabilis, Romanorum confirmato in Britannia imperio, ita et eloquentiae et eruditionis ornamentis plane clarissimis enituit, ut inter minora selene lumina merito quidem videretur. Senserat has in virgine praelucere dotes Aulus Pudens, Romanus, vir senatorii ordinis, qui tunc in Britannia, in provinciam redacta, inter legionum duces fortitudinis titulo eminuit; et modis contendebat omnibus connubio speciosam sibi adjungere. Amor hinc ex consuetudine coaluit, et tandem data est Pudenti conjux Claudia. Ille vero, ut bonarum artium et facundiae torrentis cultus summus erat, ita et eodem titulo Valerio Martiali, poëtae elegantissimo, tum cognitissimus, tum familiarissimus; unde factum, ut Claudiam, musarum delicias meras, uno et altero [b] epigrammate, in mariti gratiam, aeternitati consecraret. Epithalamium hoc etiamnum extat quarto libro Epigrammatôn :

Claudia, [c] Rufe, meo nupsit peregrina Pudenti :
  Macte esto tedis, ô Hymenaee, tuis.
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
  Massica Thesëis tam bene vina favis.
Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi;
  Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.
Candida perpetuo resídet concordia lecto,
  Tamque pari semper sit Venus aequa jugo.
Diligat ipsa senem quondam ; sed et ipsa marito,
  Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus.

Martialis insuper, libro epigrammatôn undecimo, eandem accuratissime tum ab eloquentia et forma, tum foecunditate collaudat :

Claudia caeruleis cum sit Rufina Britannis
  Edita, cur Latiae pectora plebis habet?
Quale decus formae! Romanam credere matres
  Italides possunt, Atthides esse suam.

[a] Hanc eam fuisse Claudiam, cujus meminit D. Paulus, neutiquam suspicatur Lelandus. Certe huic opinioni minime refragari videtur Martialis aetas, quae tamen una ab adversariis in argumentum adducitur : provecta enim aetas Claudiae fuit, cum tres gnatos eam peperisse innuat Martialis. Videsis Cressey *Eccl. historiam*, l. i. c. 5. Stillingf. *Orig.* p. 44. Parker. *Antiq.* p. 2. Alfridi *Annal.* p. 34. Usser. *Primord.* 12. Dempst. iii. 302. [b] Scripta ea fuisse *Epigrammata* Trajani tempore, ait Stillingfletius, quod non est verisimile; longum enim inter haec duo epigrammata intervallum : prius est epithalamium, alterum gratulatorium de puerperio. [c] Hallucinatur egregie Parkerus, cum Pudentem Rufum appellari velit, minime advertens adscriptum esse Rufo epigramma, de Pudente vero scriptum. Eundem in Dempstero errorem arguit Usserius, in quem antea incidit Parkerus.

Dî bene, quod sancto peperit foecunda marito,
Quot sperat generos, quotque puella nurus.
Sic placeat superis, ut conjuge gaudeat uno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

Scripsit nostro saeculo Joannes Pinus, Tolosanus, egregium *De claris mulieribus* librum; in quo magnifice de nostra Rufina et loquitur et sentit, maxime de ejus facundia [a]. Haec sunt, quae de [b] Claudia, inter mulieres ave certe rarissima, cognitissima esse volui. Ex *Lelando.*

[a] Scripsit Fr. Monaecus *Ecclesiae Christianae veteris Britannicae incunabula regia: sive, De Claudia Rufina regia virgine, eademque A. Pudentis senatoris Romani sanctissimi sanctissima conjuge, sanctorumque parente, syntagma.* Tornaci MDCXIV. Oct. Ibi eam Caradaci asserit fuisse filiam.

[b] Scripsisse Claudiam, Graecarum Latinarumque literarum peritam, tradunt Baleus i. 26. et Pitsius. p. 72. *Epigrammata*, lib. i. *Elegium in obitum mariti*, lib. i. *Diversi generis carmina*, lib. i. Claruit A. Ch. LXXX. (Bal.) Obiit in Umbria A. D. CX. (Pits.)

CLAUDIUS [a] a multis celebratus scriptoribus, inter quos praenitet Lilius Gregorius Gyraldus, antiquitatis instaurator plane eximius; cujus verba ex dialogo quinto *De poëtarum historia*, quoniam vehementer Claudii (comitis Flacci Albini, alias Alcuini, ad Carolum Magnum in Galliam commigrantis) literas famamque promovent, desumpta hic subjiciam: "Claudius, cui nomen Demens "(nisi Clemens aliquis legendum putet) Parisiis manere jussus, ad juvenes bonis artibus instituen-"dos; et hic quidem Claudius Britannus, et Alcuini collega fuit." Gesnerus in *Catalogo scriptorum* affirmat, Claudium monachum discipulum Bedae [b], posteaque collegam Albini levitae fuisse; quo etiam et loco Scottum natione appellat. Quanquam ego interim Lilii judicium praefero, et Britannum Britanniae restituo. Scripsit autem *Commentarios in Matthaeum* [c]; quorum exemplar, annis abhinc paene duodecim, a me in palatinam Henrici octavi bibliothecam translatum est. Edidit praeterea *Commentarios in D. Pauli epistolas* [d], qui et nuper, praelo commissi, in lucem prodierunt non sine epistola nuncupatoria; quae et nomen partimque vitam illius non infeliciter exprimit. Conradus Gesnerus, Tigurinus meminit ejus *Commentariorum in Pentateuchum* [e] *et Ruth* [f]. Ex *Lelando.*

[a] Claudius Clemens. Bal. xiv. 33. De tribus Claudiis videsis Nic. Antonium *in Bibl. vet. Hispan.* lib. vi. cap. 5. Claudium, episcopum Taurinensem, Hispanum fuisse non Scotum, probat Mabillonius *Annal.* i. p. 45. ubi patet eum scripsisse anno DCCCXIV. *In Genesin*, lib. iii. Anno DCCCXXI. *In Exodum*, lib. iv. Anno DCCCXXIII. *In Leviticum*, lib. Pr. pr. Ad Theodomirum abbatem Gallum. "Cogis et "compellis, carissime frater." Hanc praef. et etiam finem operis edidit Mabillonius *Annal.* i. p. 30. Anno DCCCXV. *In Evang. Matthaei.* Ms. penes Mabillon. dd. Justo, Carosensi abbati. Fragmentum hujus praef. edidit Cl. Usserius inter *Epist. Hibern.* Ms. habetur in bibl. cath. eccl. Laudunensis. Mabillon. l. c. *In omnes Pauli epistolas.* Ex quibus sola explanatio in ep. ad Galatas Dructerano, abbati Sollemniacensi, dicata extat. Ms. in bibl. Floriac. (Mabillon.) Pr. dd. in ep. ad Ephesios Ludovico Pio. "Cum nostris "temporibus tepescentibus." Hanc edidit Mabillonius, *Annal.* i. p. 40. *Quaedam in cultum imaginum, piasque peregrinationes.* [b] Waraeus dicit, Claudium perperam a Trithemio et ejus sequacibus Bedae discipulum appellari: floruit enim anno DCCCXV, et sub eo tempore scripsit *Commentarium in Matthaeum*; ut ex praefatione ejusdem liquet. War. p. 41. Vide Usser. *Syllogen epist. Hibern.* p. 54. [c] Lib. iii. "Domino sancto et in Christo, etc. Ju-"sto abbati Claudius peccator anno DCCCXV. incarnatio-"nis, etc." "Postquam pius ac mitissimus." Pr. libri primi. "Post adventum Spiritus Sancti." Pr. libri secundi. "Johannes cum audisset in vinculis." Pr. libri tertii. "Cum appropinquasset Jesus." Ms. colleg. Corp. Chr. Cantabr. M. 5. Et Ms. in bibl. aulae Pembroch. 92. desinit in capite secundo. [d] Lib. xiv. Ms. Longobardicis literis Casini Dempster. ex Wion. [e] Lib. i.

[f] *Super enarrationes*, lib. i. Scripsit praeterea secundum Baleum, *In aliquot capita Judicum*, lib. i. *Super Psalterium*, lib. i. *Memoriale historiarum*, lib. i. *In Josue*, lib. i. Dempster. loco ut infra. *Homelias*, lib. i. *Summam quandam*, lib. i. *De evangelistarum concordia*, lib. i. Hi duo ultimi libri rectius fortasse Clementi Lanthoniensi tribuantur. War. l. c. *Comm. in Galatas* per Claud. Antissiod. extat MDXLII. 8vo. An sit idem cum Claudio episcopo Antissiod. uti faciunt Baleus et Dempsterus, consulas librum editum. Hunc Clementem primum (quod sciam) Claudium Clementem appellavit Baleus, et male tam cum Claudio, quam cum Clemente Antissiodorensi episcopo confudit. War. Vide praef. in *Biblioth. patrum*, vol. xvii. Paris. MDCLIV. Ita Waraeus Clementem a Claudio distinguit, et eum scripsisse asserit, *Grammatica quaedam collectanea.* *Vitam Caroli Magni.* War. ibid. Vide Dempst. iii. 303. seq.

CLAXTON [THOMAS] Dominicanus Anglus, S. theologiae doctor; sui ordinis provincialis synodo London. MCCCCXIII. Fox. 558. Scripsit *Super librum* i. *sententiarum*, lib. i. Ms. coll. Caio Gonvill. theol. 103. Pits. *App.* p. 914.

CLAYMOND [JOHANNES] apud Framptonam in agro Lincoln. natus, literis grammaticalibus in schola collegii B. Mariae Magdal. Oxon. imbutus fuit; cujus collegii primo semicommensalis, deinde A. MCCCCLXXXVIII socius perpetuus electus est. Paulo post sacris ordinibus initiatus erat [In *Regist.* Savage Lond. Joh. Claymond, Lincoln. dioec. vicarius perpetuus ecclesiae de Norton, Dunelm. dioec. ordinatus subdiaconus per Thomam episcopum Rathlavensem in ecclesia de Elsyngspittle MCCCCXCVIII.] et praeses ejusdem collegii cooptatus A. MDIV. Mox gradus in S. theologia suscepit, postea rector de West Monkton in comit. Somerset. Praebendarius de Whitchurch in ecclesia cathedr. Wellensi, magister hospitalis S. crucis juxta Winton. et vicarius ecclesiae collegiatae de Norton in dioec. Dunelm. evasit. Tandem a fundatore rogatus primus praeses collegii Corporis Christi Oxon. relicta praefectura collegii Magdalenensis, constitutus est, et rectoratu ecclesiae de Clyve com. Glocest. donatus. Scripsit *Notas et observationes in Plinii naturalem historiam* (lib. xxxvii. juxta Bal. et Pits.) Mss. extant in iv voluminibus in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. In Ms. Bry. Twyni C. C. C. Oxon. de 2 aut 3 foliis Commentarii in Plinium impressis. Hunc *Commentarium* saepissime citat Edw. Wotton *De differentiis animi.* Excudendum eum misit Jo.

Jo. Oporino typographo Basil. Joh. Caius, quem vide in libro *De libris propriis* f. 13. *In Auli Gellii noctes Atticas*, lib. xx. *In Plautum*, lib. i. *Epistolas ad Sim. Grinaeum*, lib. i. *Orationes Latinas* lib. i. *A treatise of repentance*, lib. i. "Hyt ys the proparty and condition." Mſ. in bibl. Ashmol. *De elegantiis linguae Latinae versu*, lib. i. Mſ. Bale Glynn. Obiit 19 Nov. MDXXXVII, et sepultus jacet in capella interiori collegii Corp. Chr. Oxon. Epicedium longum in obitum a quodam collegii C. C. Oxon. alumno extat Mſ. Twin. iv. Vide epitaphium ejus in *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 244. et donationes ejus collegiis Magdalen. Corporis Christi et Aenei Nasi. Encomium ejus apud Leland. *Encomia, Trophaea, etc. illust. virorum*, p. 43. Bal. viii. 61. Pits. p. 688. *Athen. Oxon.* i. 47. seq.

CLEMENS[a] LANTHONIENSIS sive LANHONDENENSIS canonicus sectae Augustinianae . . . . prior Lanhondeni[b] Claudiani (sic enim appello, quia Claudiae urbi adjacet; et aliud in Brechania, nobili Cambriae provincia, ejusdem nominis monasterium fuit, atque adeo nuper licet pusillum erat, a quo et hoc coenobium originem sumpsit) tam claram per studia pulcherrima famam undique consecutus est, ut id temporis tantum non literatorum princeps diceretur[c]. At quamvis ille tum magnum quiddam in scientiis, quas publicae scholae celebrant, praestare potuit; tamen si in nostrum hoc saeculum, quo ille erat ingenio, incidisset, multis, inquam, multis parasangis clarior fuisset: sibi certe, qualiscunque erat illa aetas, et studiis suis nunquam defuit. Quoque alacriori animo esset cum ad legendum, tum ad scribendum, ubi satietas eum cepit, locum commutabat, Lanhondenum Brechanianum petens, quod illi erat, ut est locus ab omni strepitu remotissimus, portus quietis. Hunc nactus, libenter calamum in manus sumpsit, id chartis committens, quod mox in publicam utilitatem depromeret. De hoc autem Clementis secessu mentionem facit Giraldus, Brechaniae olim archidiaconus, in *Cambriae itinerario*; ubi praeclare de ejus eruditione sentit. Ratio porro studiorum, quam sequebatur, haec fuit: Omnem operam, quamvis ille in humanioribus literis juvenis pedem bene promovisset, vir factus in legendis theologis, ut religiosum decuit, collocavit: unde et ipse tandem theologus insignis hos sui ingenii foetus nobis reliquit: *Concordiam evangelistarum*[d]. "Quaeris qua fretus autoritate." *Commentarios in quatuor evangelia*[e]. *De alis Cherubin*[f]. Lubet ad coronidem addere, quae refert Osbertus Claranus in libello *De translatione reliquiarum Divae Eadburgae*: "Venerabilis prior Lanhondenensis, Clemens nomine et opere, vir singularis religionis, et elimatae scientiae, praeclarus suo illuxit tempore inter illustreis viros Angliae." Praenituit, Henrico secundo Anglis imperante. Periit, ut scribit Giraldus Cambrensis in *Itinerario* suo, subita percussus paralysi; et sepultus Lanhondeni[g] Claudiani. Ex *Lelando*.

[a] Clemens Lanthoniensis. Mſ. Lel. Trin. [b] Clemens prior Lantoni testis cartae Davidis episcopi Menev. confirmantis ecclesias monachis Brechiniensibus datas per Rog. com. Heref. Mſ. Twyne, p. 267. Fuit canonicus, dein supprior, et tandem prior Lanthoniensis. Whart. *A. S.* ii. 322. [c] Elogium hujus Clem. vide *Monast. Angl.* ii. p. 66. [d] Lib. xii. "Hujus operis, fili charissime." Bal. Pits. Opus imperfectum, cui supremam manum longo post tempore imposuit Gul. Nottinghamus. Mſ. in bibl. reg. Westmon. 3. A. x. Et Mſ. Oxon. in coll. S. Trin. vi. Et coll. Univ. B. 4. Cantabr. in aula Pembroch. 43. Pits. Methodus auctoris haec est. Primo in *Serie collecta*, uti vocat, historiam evangelii ex quatuor evangelistis collectam in unam cogit; dein expositionem in modum catenae e patribus collectam ad singula *Seriei* capita accommodat, quam *Collectarium* appellat. Mſ. coll. Mert. P. iii. 7. Art. sine *Collectario*. Mſ. Langbain. Olim in bibl. Monast. Killingworth. apud Boston. Buriensem. Vide Mſs. Bodl. B. 6. 13. Mſ. E. 7. 2. Mſ. Super A. 1. Art. 58. Anglice. Extat etiam Anglice Mſ. bibl. reg. Westmon. 17. C. xxxiii. Et 17. D. viii. Item Mſ. Gresham. 254. [e] Lib. iv. "Quaeris a me, qua fretus autoritate." [f] *Et Seraphin*, lib. i. Pr. pr. "Ad explanationem hujus figurae." Mſ. Norwic. More 845. Pr. l. "Prima ala est laudis confessio" [*confessio* non *laudis*. Norw.] Mſ. Bodl. NE. E. V. 6. Mſ. Bodl. bibl. Muſ. 184. Mſ. Bodl. Laud. G. 40. H. 10. Mſ. Digb. 20. Mſ. Bodl. NE. F. iii. 27. imperf. in pr. Mſ. bibl. coll. Univ. Oxon. C. 16. Mſ. Norw. More. 76. 210. Praeter haec enumerant Baleus, iii. 2. et Pitseus, p. 232. seq. *In canonicam Jacobi*, lib. i. "Sicut in obscuris divinarum "script." *In canonicas Petri*, lib. ii. "Discipulis Salva- "toris invicti." *In canonicas Johannis*, lib. iii. "Ratio- "nem Verbi et quod Deus." *In canonicam Judae*, lib. "Judas apostolus, fratres, de corruptoribus." Mſ. codex, ipsa autoris aetate nequaquam inferior, in bibl. Lambeth. 239. inscribitur, *In sept. canon. epistolas*. Pr. dd. "Ec- "clesiae Lanth. canonicis. Fratres carissimi sicut in obscuris "divinarum." Whart. in *Auctario Usserii*, p. 406. *Sermones eruditos*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. *De orbibus astrologicis*, lib. i. *Glossam super Psalterium*. Pr. "Christus integer caput cum membris." Mſ. Tho. Bodl. NE. E. 5. 6. et Oxon. in coll. S. Trin. xxiv. *De arte fidei catholicae*, lib. i. Mſ. Oxon. in bibl. coll. Magdal. 192. *Expositionem in Acta apostolorum*. Pr. pr. "Si ad explorandam hujus operis." Mſ. bibl. reg. Westmon. 2. D. v. [g] Lanhondeni *seu Lanthoni ad Claudiam*. Mſ. Lel. Trin.

CLEMENS SCOTUS Dominicanus, ex Gallia commendante eum ipso S. Dominico Alexandro regi in Scotiam cum vii fratribus trajecit, et Bervici ordinis sui monasterium erexit sub nomine S. Trinitatis. Episcopus, ut aliqui male proculdubio referunt, Dubliniensis, quia inter episcopos illius sedis in Waraei catalogo non apparet; rectius Dumblanensis in Scotia. Vir doctus habebatur, quae tamen scripsit Baleus xiv. 49. non invenit. A Dempstero autem discimus opera haec Clementem habere auctorem. *Conciones*, lib. i. *Vita S. Dominici*, lib. i. *Ordinis sui in Scotiam ingressus*, lib. i. *De peregrinatione ad loca sancta*, lib. i. Dempster. iii. 308. Obiit anno MCCL. Bale xiv. 49.

CLEMENS SCOTUS alius a prioribus diversus, S. Marianum in Germaniam secutus est, ubi factus est Ratisponae monachus. Scripsit *Collectanea ex SS. patribus*, lib. i. *Flores Scripturarum*, lib. i. *Chronicon Hungariae*, lib. i. Claruit anno MCLVIII. Obiit Budae. Dempster. iii. 328.

CLEMENS PRESBYTER SCOTUS, alius, patria relicta in Galliam trajecit, inde Germaniam contendit, ubi lis inter eum et S. Bonifacium, archiepiscopum Moguntinum orta est. Materia litis

litis latet, nisi quod juxta Baleum esset oppositio ejus novis Romanae ecclesiae dogmatibus. Vide Usserii *Epist. Hibern.* p. 46. ubi haeresium et facinorum mentio. Scripsit *In Bonifacium*, lib. i. *De grammatica*, lib. i. *Epistolas ad populares Scotos*, lib. i. *De eucharistia*, lib. i. Haereseos damnatus est a Zacharia pontifice in synodo Romana anno DCCXLV; et obiisse putatur anno DCCL. Dempster. iii. 307. Bale xiv. 30.

CLEMENS PRESBYTER SCOTUS S. Dysibodi socius. Scripsit *Quaedam spiritualia*, lib. i. E Scotia in Germaniam migravit anno DCLXIV. Dempster. iii. 242.

CLEMENT [JOHANNES] sive CLEMENS in academia Oxon. humanioribus literis egregie imbutus, praeceptor erat domesticus liberorum Thomae Mori. Deinde circa annum MDXIX ad academiam Oxon. reversus, in collegio Corporis Christi studia philosophica prosequebatur, et publicus Graecae linguae praelector ex fundatione card. Wolsaei evasit. Successu temporis studio medicinae operam dedit, ac in numerum sociorum collegii medicorum Londin. cooptatus est. Regnante Edwardo vi solum vertit, et doctor medicinae in academia quadam extera creatus est. Sub Maria vero regina domum rediit, et in agro Essexiensi facultatis suae praxin exercuit. Elizabetha sceptrum capessente denuo ad regiones exteras trajecit. Scripsit *Epigrammatum et aliorum carminum* lib. i. E Graeco in Latinum transtulit *Epistolas Gregorii Nazianzeni*, lib. i. *Homelias Nicephori Callixti de sanctis Graecorum*, lib. i. *Epistolam Coelestini papae primi ad Cyrillum episcopum Alexandrinum*, lib. i. Fatis concessit Mechliniae in Brabantia 1 Jul. MDLXXII, et ibi sepultus jacet in ecclesia Rumboldi. Pitf. p. 767. seq. *Athen. Oxon.* i. 174.

CLEMENT [VINCENTIUS] in academia Oxon. studiis philosophicis enutritus, de cujus vita et laudabili conversatione literae testimoniales academiae Oxon. sigillo sigillatae sunt 3 Jul. MCCCCXXXIII. *Reg. Epist.* F. Fuit archidiaconus Wilton. in eccl. Sarum 27 Mart. MCCCCLVII. et archidiaconus Winton MCCCCLXII. et MCCCCLXIII. in *Reg.* Norwic. xi. 286. occurrit archidiaconus Norwicensis. Anno MCCCCXLVII S. Paginae doctor, consiliarius et praesidens in camera compotorum Rotomagi, unus ambassiatorum regis Angliae ad regem Franciae, Rymer. *Foed.* xi. 189. Et anno MCCCCLIV. 7 Nov. in regno Angliae collector apostolicus, constitutus procurator dom. regis Angliae in curia Romana. Ibid. p. 359. Et nuncius ad regem Arragoniae anno MCCCCLVI. Ibid. p. 378. Fuit cubicularius papae Eugenii iv. Thomas Gascoign in *Dictionario* suo in verbo EPISCOPUS p. 343. post recensionem conclusionum vii haereticarum ita: "Istas conclusiones, quae sunt plurium "malorum origines et occasiones, praedicavit praedictus Pecock, episcopus Assavensis, postea Cicestren-"sis, praedicto anno MCCCCXLVII. ad Crucem S. Pauli London. et tradidit eas scriptas in Anglico epi-"scopo Norwicensi suo fautori, et episcopo Cicestriae et mag. Vincentio Clement, doctori insolenti, "qui Oxoniae incepit in theologia, in ordine diaconatus existens, gradu suo obtento minis et "promissis contra eos, qui in magna congregatione-regentium et non-regentium in Oxonia gra-"tiam suam petitam ex sua conscientia negaverunt." Extat ejus *Oratio quam in conspectu papae habuit, antequam literas domini nostri regis* [*Henrici* vi] *praesentavit*. Pr. "Etsi prudentissimos "homines." Mf. una cum literis dicti domini regis contra concil. Basil. et responf. papae. *Regist.* Norwic. x. 104. Obiit anno MCCCCLXXIV.

CLERICUS [GULIELMUS] Joannis constabularii Cestriae capellanus, astrologus insignis, scripsit multa *De planetarum conjunctionibus, et particulatim* ad A. D. MCLXXXVI, quo tempore floruisse dicitur. Pitf. *App.* p. 852.

CLERICUS BEVERLACENSIS [GULIELMUS] scripsit ad Thomam praepositum *De miraculis Joannis archiepiscopi Ebor.* lib. i. Ex hoc excerpsit quaedam Johannes Lelandus in *Coll.* Mf. Cotton. Julius C. vi.

CLERCUS [JOHANNES] sive CLERK in academia Oxon. educatus, cardinali Wolsaeo a sacris domesticis, ejus in curia Romana procurator et regis ibidem orator erat. Legum doctor Bononiensis ad ecclesiam de Porteshede dioec. Wellen. praesentatus fuit per Ric. Nevil, militem, dominum Latimer 12 Sept. MDXIII. *Reg.* Hadr. Castell. episc. Wellen. Anno MDXVIII resignavit ecclesiam de Dichesyate dioec. Wellen. *Reg.* Woolsey. Anno MDXIX. 22 Octob. collatus est ad archidiaconat. Colcestr. per resignationem Ric. Pacaei. *Reg.* Fitz-James, Lond. Fuit rotulorum magister, et ecclesiae Windesoriensis decanus, et anno MDXXIII consecratus episcopus Bathoniensis. Legationes quamplurimas obiit in negotiis regis Henrici viii, et in reditu a duce Clivensi anno MDXL (Whart. *A. S.* vol. i. 577. A. MDXLI. 3 Jan.) obiit, et sepultus est in magna ecclesia Calesiae (A. Wood.) sive, ut alii volunt, in ecclesia S. Botolphi juxta Aldgate London. sive in monialium coenobio, quod *Minories* Lond. appellatur (Godw.) Weaver in *Funer. monum.* eum primo in coenobio Minoritarum, et deinde in S. Botolphi ecclesia sepultum esse dicit. Scripsit *Pro defensione matrimonii Henrici cum Catharina*, lib. i. Vid. dom. Tho. Mori *Op. Angl.* p. 1427. *Orationes et epistolas*, lib. i. *Orationem pro Henr.* viii *apud Leonem* x *pont. max. in exhibitione operis regii contra Lutherum in consistorio habitam.* Pr. "His proximis annis." Edita est una cum libro Lond. MDXXI. 4to. Anglice per T. W. Lond. MDCLXXXVII. 4to. Pitf. p. 725. Godw. p. 442. *Athen. Oxon.* i. 676. Newcourt, i. 90.

CLERCUS [JOHANNES] inter Oxonienses musas studia academica excoluit, genere clarus; postea in Italiam una cum Ricardo Pacaeo, amico conjunctissimo profectus, insignem linguarum Latinae, Gallicae, et Italicae notitiam domum attulit. Thomae ducis Norfolciae secretarius fuit. Scripsit *Opusculum plane divinum de mortuorum resurrectione, et extremo judicio, in quatuor linguis succincte conscriptum*, viz. Lat. Angl. Ital. Gall. Lond. MDXLV. et MDXLVII. 4to. Pr. pr. "Haec in "publicum

"publicum edidi peregrinis." Pr. lib. "Quamquam assiduus Deitatis." Et Lond. MDLXXIII. 4to. *Declarationem quorundam articulorum sc. praedestinacionis, liberi arbitrii, fidei, justificationis, bonorum operum, Christianae libertatis.* Angl. Pr. ded. Tho. duci Norfolc. Italice. "Perche la vera scientia." Lond. MDXLVI. 8vo. *Mortis meditationem*, lib. i. "En mortem corporalem, Christiane." *De Italica verborum declinatione*, lib. i. Pr. ded. Carolo Stourton nobili juveni: "Accipe Italicorum." ad finem tractatus *De resurrectione mortuorum*, 2 edit. MDXLVII. *De Gallica verborum declinatione*, lib. i. "Ut in lingua Latina." Ibidem. E Gallico in vernaculum sermonem vertit *Opus de nobilitate*, lib. i. "Nobilitas penes." *Lamant mal traicté de sa mise.* Pr. ded. tr. Henr. Howard, com. Surry. "Albeit this worke, right honourable Lord." Lond. MDXLIII. 12mo. Tandem in turri Londinensi incarceratus proprio cingulo seipsum strangulavit 10 Maii MDLII. Bal. part. post. 109. Pits. p. 747. *Athen. Oxon.* i. 85. seq.

CLERK [BARTHOLOMAEUS] filius Johannis Clerk de Wells comitatus Somersetensis (ita in pat. armorum Ms. Ashm. 844.) collegii regalis Cantabrigiae scholaris factus anno MDLIV. Postea istius academiae procurator anno MDLXV. (Vide Ms. Inett. et epistolam ejus de habitibus isto anno ad cancellarium academicum, Strype *Elizab.* 446. item Strype in *Vita Parker* 197. *App.* 43.) Parisiis eum studiis incubuisse, et Andegavi publicum academiae lectorem cum salario 500 coronatorum fuisse, historiae produnt. V. Strype in *Vita Parker* l. c. Rhetoricae apud Cantabrigienses professor fuit circa annum MDLXIII, uti patet ex Epist. dedic. Gabrielis Harvei *Rhetoris.* Vidit exinde Galliam, ibique est a celeberrimis quibusdam florentissimisque academiis exceptus perhonorifice. Postea legum doctor Cantabrigiae anno MDLXXII. (Ms. Inett. MDLXXIII) renunciatus decanus curiae de Arcubus: inclaruit anno MDLXXX. Ms. Ashmol. 844. (Maii 3. MDLXXIII. Strype in *Vita Parker* 385, 414) Unus commissariorum regiorum pro causis ecclesiasticis anno MDLXXXII. (Program. ante Oclandi *Praelia*) Apud Mitchamiam in comitatu Surriae, quasi in Tusculano suo, rusticabat MDLXXVII. cal. Septembr. *Epist. ad Gabr. Harveum.* Fuit archidiaconus Wellensis (anno MDXCIII. *Lib. praeced.* Searle. 19.) anno MDLXXX, uti Le Neve in *Fastis*: et sub patrocinio Thomae Sackville dom. Buckhurst lautis his muneribus multoque ad studia prosequenda otio fruebatur. Scripsit *Defensionem jurisdictionis et superioritatis almae curiae Cant. de Arcubus.* MDLXXVI. Ms. apographum in bibl. Tho. Tanner ex Mss. mag. Petit. *De curiali sive aulico Balthasaris Castilionis comitis*, lib. iv. transtulit ex Italico in Latinum sermonem. Ad Elizab. reginam. "Egit "mecum non ita pridem (illustrissima princeps) heros nobilissimus dominus Buckhurstius, ut "de aula regia tua, et, quod multo difficilius est, de tua majestate historiolam scriberem.—Quo- "circa si tuae majestati facultas nostra tantis inceptis non indigna videatur, et ego me illis "addicam laboribus, qui omnium sunt difficillimi, et tua amplitudo, utcunque res ceciderit, sui "semper simillima erit." Lond. MDLXXVII. 12mo. Secunda editio 12 cal. Octob. MDLXXI. 8vo. It. Lond. MDCIII. 12mo. MDCXII. 8vo. *Fidelis servi subdito infideli responsionem, una cum errorum et calumniarum quarundam examine, quae continentur in septimo libro De visibili ecclesiae monarchia a Nicholao Sandero conscripta.* Lond. MDLXXIII. 4to. Princ. "Cum in tuam ecclesiae "monarchiam." Hunc librum scriptum esse per doctorem Ailworth J. C. (forte Ackworth) vulgo creditur (Ms. not. B.) sed Gabr. Harveius in libro *Rhetor*, Barth. Clerk dedic. haec habet. "Nil dico de *Fideli subdito*, brevi illo quidem spacio, perquam, ut mihi videbatur, artificiose con- "scripto." *Epistola hujus B. Clerici Gabr. Harvaeo* praefixa est *Rhetori ejusdem Gabrielis.* Lond. MDLXXVII. 4to. *Epistola Latina hujus B. Clerici Gulielmo Malim* praefixa est Thomae Chaloneri *De republ. instauranda.* Lond. MDLXXIX. 4to. Inter vivos erat anno Domini MDXCIII. *Fasti Oxon.* i. 109. seq.

CLERK [FRANCISCUS] Oxoniensis academiae alumnus, et studio juris Caesarei sedulo insudans, ejus praxin exercuit per xl annos in curiis Arcuum, Admiralitatis, etc. A. MDXCIV academia Oxon. gradum baccalaureatus in jure civili in eum contulit. Scripsit *Praxin tam jus dicentibus, quam aliis omnibus qui in foro ecclesiastico versantur, apprime utilem. Titulis* 231. Extat cura Tho. Bladen, S. T. D. decani Ardfertensis. Dublin. MDCLXVI. 4to. Lond. MDCLXVII. 8vo. Idem hic liber prodiit h. t. *Praxis in curiis ecclesiasticis archiepiscopi Cantuar. ad adolescentes utriusque academiae juris civilis studiosos*, etc. Pr. "Cum de libello meo." Epistola data 20 Apr. MDXCVI. in qua dicit se xxxvi annos in curia de Arcubus stetisse procuratorem. Ms. bibl. Univ. Oxon. C. 2. *Praxin curiae Admiralitatis Angliae.* Pr. "Si cui competit actio in causa." Lond. MDLXXIX. 8vo. Dublin. MDCLXVI. 4to. Lond. MDCLXVII. 8vo. quam primam esse editionem, qui hunc librum typis mandavit E. S. (sc. Ed. Stephens ex agro Glocestr.) in praefatione asserit. Obiit circa A. D. MDXCVI. *Athen. Oxon.* i. 287. Quaere, annon hic Franciscus Clark attestatus sit actum confirmationis M. Parker, archiep. Cantuar. electi 9 Dec. MDLIX. Strype in *Vita Parker.* 57.

CLIFFORD [THOMAS] historicus Anglus: Scripsisse fertur *Quaedam de rebus Anglicis.* Citatur a Stow, *Hist.* p. 97. et floruisse dicitur ante tempora Gul. Fitz-Stephen. Stow, *London.* 69. ubi quaedam ex eo citantur. Pits. *App.* p. 914.

CLIPSTON [JOHANNES] in urbe Nottinghamia natus, et in coenobio Carmelitarum ibidem frater professus; S. theologiae doctor Cantabrigiensis fuit. In *Epit.* Leland. Ms. Trin. post Johannem Herneby ita: "Joannes Clypston Notynghamiensis coenobii Carmelita, et in Canta- "brigiensi academia sacrarum merito professor literarum, tam splendide se gessit, tamque ornate "orabat, ut ab omnibus commeruerit laudem. Ab editis enim libris facundia rara, et Latinae "linguae eloquentia, ejus aetatis hominibus parum consueta, immo pene incognita, hoc elici po-

" terit, etsi nullus alius testis accedat. Nam scripsit Christiane, pie, prudenter et docte." *Exempla Sacrae Scripturae* (ordine alphabetico opus grande. Mſ. Bal. Sloan) lib. i. " Primus pontifex Aaron." *Postillas in Joannem*, lib. i. " Iste liber est de aeterna Christi." *Expositorium Bibliorum*, lib. i. " Partibus expositis textus nova." *Quaestiones sententiarum*, lib. iv. " De doctrina nostra theologica." *Disceptiones scholasticas*, lib. i. " Utrum theologia sit scientia." *Sermones hyemales*, lib. i. " Athenis civitate Graecorum." *Sermones aestivales*, lib. i. " Non immerito fratres hodierno." *Sermones per adventum*, lib. i. " Quoniam per hoc tempus spiritual." *De sanctis per annum*, lib. i. " Qui vere et non falso confitetur." *De communi sanctorum*, lib. i. " Omni devotione et solicitudine." *In Scripturas Sacras comment. et lecturas plures*. Claruit A. MCCCLXXVIII (Mſ. Bal. Sloan. MCCCXIV.) et tandem in suo monasterio Notinghamiae obiit, et sepultus est. Bal. vi. 56. Pitſ. 519.

CLIVIUS [MARTINUS] sive de CLIVO monachus Benedictinus ecclesiae Christi Cantuariae: Scripsit *Homeliarum eruditarum* lib. i. " Nunc est dicendum primo." Bal. xii. 24. Pitſ. *App.* p. 887. *Martinus de Clyve* occurrit poenitentiarius eccleſ. Cantuar. MCCXCIV. *Regiſt.* prior. Cantuar. inter Mſs. Norwic. More. f. 62. a.

CLYFF [GULIELMUS de] Lit. pat. 15 Edw. ii. rex dedit clerico suo Will. de Clyff praebendam de Stoke juxta Newark in ecclesia Lincoln. Et praebendam de Empingham in eadem ecclesia ex dono regis habuit 2 Nov. 16 Edw. ii. Inter collectanea Gul. Botoneri. Mſ. Cotton Julius, F. vii. f. 16. *Nomina aliquorum sanctorum regni Angliae, Walliae, et Hiberniae productorum, et in quibuslibet canonizantur.* Extracta ex quodam labore magistri Will. Clyff, Lond. Apr. MCCCCLXXII.

CLYNNUS [JOHANNES] patria Laginiensis, frater ordinis S. Francisci in coenobio Kelkennienſi, primus guardianus coenobii Carrigensis, scripsit *Annales a nativitate Christi ad* A. D. MCCCXLIX. lib. i. " Secundum Orosium ab." *De regibus Anglorum ab Hengisto ad Edw.* iii. lib. i. " Saxones sapientius agentes." *De custodiis ordinis sui in Anglia et Hibernia, et catalogum sedium episcopalium Angliae, Scotiae, et Hiberniae*, lib. i. " Anglia habet custodias septem." Rich. Stainhurst. *De script. Hibernicis* ita ultimum hunc librum distinguit, *De custodiis provinciarum*, lib. i. *De Franciscanorum coenobiis, et eorum distinctionibus*, lib. i. Extant opera ejus in libro *Communitatis fratrum Minorum Kilkenniae. Annales* eos una cum aliis de rebus nostris Hibernicis transcribi curavit D. Franciscus Laeus, postea comes Marleburgensis, atque apographa cum viro honor. Henrico comite Bathoniae reliquit, ea lege, ut typis mandarentur. Obiisse creditur circa A. D. MCCCXLIX. Thin. eum A. MCCCL claruisse dicit. War. p. 69. Bal. xiv. 95.

COCBURNUS [ALEXANDER] nobili familia comitum Bothwelliorum ortus, philosophiam Lutetiae profitebatur. Scripsit *Academiae Parisiensis laudes*, lib. i. *De foedere inter Francos et Scotos*, lib. i. *De philosophia*, lib. i. Obiit anno MDIII. Dempſt. iii. 318.

COCBURNUS [ALEXANDER] junior Scotus, nobilissimo comitum Bothwelliorum stemmate oriundus, juvenis maximam Europae partem perlustravit. Scripsit *Itinerarium Galliae Sequanicae*, lib. i. Prodiit Parisiis. *Helvetiorum mores*, lib. i. Mſ. in bibl. Jacobi Bongarsii. *Elogias*, lib. i. Prodierunt Lugduni. Obiit anno Christi MDLXXII. aetatis XXV. Dempſt. iii. 319.

COCBURN [PATRICIUS] illustri stemmate in Scotia natus, Lutetiae educatus, ubi trium doctissimarum linguarum Graecae, Latinae, et Hebraicae peritissimus sui seculi evasit. Primus erat pastor ecclesiae Hadingtonensis post reformationem. Hatton. Scripsit *Orationem de utilitate et excellentia verbi Dei*, lib. i. Pariſ. MDLV. 8vo. *De vulgari S. Scripturae phrasi*, lib. ii. Pariſ. MDLII. 8vo. *De peccato in Spiritum Sanctum*, lib. i. Hujus meminit in prologo libri *De fide et justificatione.* Qu. tamen an alius a libro *De vulgari S. Scripturae phrasi. Epistolas et orationes*, lib. ii. Scripsit etiam, juxta Hatton. *De justificatione. In Symbolum*, et *Orationem Dominicam. Catechismum. In secundae partis catechismi, quae est de Symbolo, quod Apostolicum vocant, et fidei articulis, enarrationem de fide et justificatione praefatio.* Pr. pr. " Mirari forsan potes, lector candidissime." Lond. MDLXI. 4to. Claruit A. MDLXI Londini cal. Maiis. Praefat. ad opus *De fide et justificatione.* A. MDLII juxta Bal. xiv. 73. Dempſt. iii. 320.

COCHRANE [ALEXANDER] S. T. doctor, episcopi Brechinensis vicarius ad concilium Constantiense profectus est. Scripsit *Contra schismaticos*, lib. i. *Ad concilium Constantiense*, lib. i. *Pro vero papa*, lib. i. Claruit anno MCCCCXXXIX. Dempſt. iii. 353.

COCKISFORDUS[a] [GULIELMUS] sive COCCOFORDUS, Carmelita Linensis, Grantae Girviorum studuit, et theologici nominis dignitate insignis erat. *Enarrationem in Cantica* [b] scripsit, et *Longobardi sententias* [c]. Edidit et *Conciones* [d], ac praeterea *commentaria quaedam* [e]. Floruit anno D. DCCCLXXX. Obiit Lini. Ex *Lelando.*

[a] Gul Cockisfordius. Bal. Pitſ. SS. theol. doctor Cantabrigiensis. [b] *Moysi*, lib. i. " Cantemus Domino, glori- " se enim." [Lel. *Epit.* Bale. Pitſ.] " Reverendi domini, " verba ista fuerunt verba Moysis." Forsan in *Cantica canticorum*; ita enim Bal. Mſ Sloan. 4to. f. 204.
[c] *Super mag. sententiarum*, lib. iv. (Pitſ.) *Lecturam theologiae* [quam Cantabrigiae publice pronunciavit Mſ. Bale. Sloan. f. 71."] lib. iv. Bal. [d] *De tempore* xliv. lib. i. " Tota pulchra es, amica mea." Cant. 4to. " Reve- " rendi patres, etc." Mſ. Bale. Sloan. Item *Conciones de sanctis*, lib. i. [e] *Sive, postillas in sacram Scripturam*, lib. i. Bale. Pitſ.

COEMANNUS [GULIELMUS] natione Hibernus. Vide Colganum 29 Jan. p. 198. Scripsit Hibernice, *De regibus Hiberniae*, poëma chronologicum : saepissime a Rod. O Flaherty citat. in *Ogygia.* Claruit A. D. MLXXII. *Ogyg.* i. p. 6.

COEMGE-

COEMGENUS (vulgo S. *Keivinus*) patria Lageniensis, et Columbani aequalis, vixit plerumque Glendalochae, ubi coenobium condidit. Scripsit, ut Hanmerus (*Annal. Hibernic.*) tradit *De Britannorum origine*, lib. i. *De Hibero et Herimone*, lib. i. Decessit 3 non. Junii anno DCXVIII, aetatatis suae CXX. Nomen ejus sonare Latine *pulchrum genitum* e *Vitae* ejus scriptore intelligimus. Ware. p. 19.

COGGESHALE [RADULPHUS] primo canonicus Barnwellensis; dein monachus Cisterciensis, et tandem abbas de Coggeshale, ejusdem ordinis coenobio in agro Essex. quo munere functus est per xii annos. Scripsit *Additiones Radulpho Nigro* ab A. MCXIV ad MCCXXVIII. lib. i. "Anno "gratiae MCXIV. rex Henr." Ms. in collegio armorum Norf. ii. fol. 93. c. ita: A. D. MCCVII obiit dominus Thomas abbas de Coggeshale; cui successit D. Radulphus monachus ejusdem loci, qui hanc *Cronicam* a captione S. Crucis usque ad annum undecimum regis Henrici iii, filii Johannis, descripsit, ac quasdam visiones, quas a venerabilibus viris audivit, fideliter annotare ob multorum aedificationem curavit. Codex hic desinit A. MCCXXIV. *Chronicon terrae sanctae*, lib. i. "Quantis pressuris et calamitatibus." Ms. coll. armorum Norfolc. ii. In Ms. Cotton. Cleop. B. I. hujus principii liber intitulatur *Historia belli sacri*. *Super quibusdam visionibus*, lib. i. *Conciones*, lib. i. *Cronicon Rad. abbatis Coggesh. ab* A. MLXVI *ad temp. regis Johannis*. Ms. Cotton Vespas. D. x. 4. In eodem codice est *Radulphi Nigri Cronica*, quam immediate sequitur *Cron. cujusdam monachi de Coggesh. ab* A. MCXIV *ad* MCLV. A. D. MCCXVIII dominus Radulphus abbas sextus de Coggeshale, cum jam per annos xi et menses duos administrasset, circa festum S. Johannis baptistae contra voluntatem conventus sui, curae pastorali sponte sua renunciavit, frequenti aegritudine laborans. *Additiones* Rad. Nigro. Ms. Norfolc. ii. Claruit et, ut videtur, obiit A. MCCXXVIII. Bal. iii. 88. Pits. p. 301. Cave *Hist. lit.* ii. p. 428.

COGITOSUS nomen sibi peperit libro *De miraculis S. Brigidae*, virginis Scotae; cap. xiv. princ. "Cogitis me, fratres, ut sanctae." Quem edidit Canisius tom. v. P. ii. p. 624. *Antiq. lection*. Extat etiam in *Florilegio sanct. Hibern.* per Tho. Messingham f. 189. Paris. MDCXXIV. f. Nominat ipse se in fine operis his verbis: "Orate pro me Cogitoso, nepote culpabili." Unde quidam suspicantur, ipsius Brigidae nepotem fuisse. Quod si ita est, de aetate ejus non obscurum erit. Nam obiit Brigida temporibus Justini senioris anno DXXIII. Sed fortasse ob adolescentiam luxuriose transactam "culpabilem" se "nepotem" vocat; ut Horatius dixit "discinctum nepotem;" a qua notione apud Senecam et Tertullianum "nepotari" dicuntur, qui sua inutiliter profundunt. Quicquid est, valde antiquum esse scriptorem ex non uno loco cognoscitur. Vossius *Hist. Latin.* p. 699. Waraeus. (p. 2.) hunc inter scriptores Hibernicos enumerat, et in seculo sexto floruisse refert. Dempsterus, iii. 310. Patria eum Scotum esse vult; addens quod alia ejus opera in bibliotheca Bavarica conserventur.

COGLAEUS [GEORGIUS] gente Hibernus, in pertractando jure civili in academia Oxoniensi sedulam operam collocavit. Dein in patriam reversus, notarius publicus et curiae Midensis registrarius fuit. Scripsit *Catalogum episcoporum Midensium a Simone de Rupeforti Anglorum primo, qui sedem illam obtinuit, usque ad Hugonem Inge, cui coaevus fuit*. Ms. olim in bibl. D. Jac. Waraei. Claruit A. D. MDXVIII. War. p. 82. *Athen. Oxon.* vol. i. 11.

COGNATUS [JOHANNES] sive COUSIN ecclesiae Gallicae Londini pastor primarius anno MDLXVI. Scripsit *Epistolam Gallicam ad Edm. Grindall, episc. London.* MDLXVIII. Extat Strype in *Vita Grindall.* p. 134. Quidam Johannes Cognatus, an idem cum priori, an alius, incertum; scripsit *De prosperitate et exitio Salomonis*. Duaci MDXCIX. 8vo.

COCUS [JOHANNES] scholae Paulinae magister. Extat ejus *Carmen Latinum praefixum translat. Demosthenis orationis per Nic. Carr.* Lond. MDLXXI. 4to. *Ejusdem Carmen Lat. praefix. tr. Anglicae Demosthenis orationis per Tho. Wilson.* MDLXX. xvi *Disticha praefixa Tho. Wilsoni de usura*. *Carmen Graecum praef. Sophoclis Antigone per Tho. Watson*. *Carmen praefixum Alveari Johannis Bareti*. Lond. MDLXXX. f. *Aliud praefixum Gul. Alley Paup. Biblioth.* Lond. MDLXXI. f.

COKE [JOHANNES] secretarius Anglicorum mercatorum, *adventurers* dictorum, Bruxellis degentium; deinde clericus recognitionum in curia dom. regis Henrici viii. h. t. *Clerk of the kynges recognisance, provided for the recovery of debts*; or *vulgarly called the Clarke of the statutes of the staple of Westminster*. Extat in Thomae Gori *Catalogo authorum, qui de re Heraldica scripserunt*. Oxon. MDCLXVIII. 8vo. Scripsit Anglice *A controversy between the English and French heralds*. Pr. pr. "For to eschew idlenes norise of vyces." London. MDL. 12mo.

COKRAM [ROBERTUS] scripsit *Epitomen* (sive potius *Comment.*) *in Apotelesmata Ptolomaei*. Pr. "Duo principia, etc. Iste Sirus erat quidam." Ms. in bibl. Oriel. Oxonii extare dicitur.

COLASSAEUS [HIERONYMUS] Parisiensis, tempore Edw. vi in Anglia vixit, et anno MDLIII viduae comitissae Southamptoniae alumnus, uti se subscripsit in titulo *Contentionis*, etc. Scripsit *Acerbam admodum inter Christianum et atheum hominem contentionem: Num homini Christiano inter Turcas, atheosque homines degenti, Turcarum, atheorumque hominum prophanis sacris, magistratuum ac capitis metu, nec non procrastinandae vitae studio, illaesa conscientia interesse liceat*. Pr. ded. principissae Mariae. "Summa tua, ac prope divina." Ms. autogr. in bibl. reg. Westmon. 8. A. xvii. *De republica, nec non de primae humanae societatis institutione locos aliquot communes in*

gratiam

gratiam religiosissimi sanctissimi, patris dom. Thomae Cantuar. archiepiscopi, theologorum omnium hujus temporis facile principis anno MDXLVIII. Pr. ded. archiepiscopo. "Magna cum apud omneis es-" "set de diversis." Mſ. autogr. in bibl. reg. Westmon. 12. D. V. *Institutiones in linguam Gallicam: par moy Hieron. Colas*, Parif. au profit et future utilité de la republique Angloise, MDLI. per modum dialogi Gallici. Pr. "L'instructeur combien de choses." Mſ. in bibl. reg. Westmon. 16. E. xxvii.

[a] COLBIUS [THOMAS] prodiisse fertur e collegio, quod Nordovici Carmelitis sacrum est. At num Grantae, an Isidis in Vado disciplinarum circulum absolverit, mihi certe nondum satis constat. Illud vero in confesso est, donatum illum aliquando prima theologici tituli dignitate; tum praeterea tantae facundiae hominem in concionibus, Christianam religionem spectantibus, fuisse, ut plebi et nobilitati quod voluit saepe persuaserit. Quae res effecit, ut Richardus secundus, Anglorum rex, illum Lismorensis et Guaterofordensis ecclesiae episcopum designaret anno Dom. MCCCCVI[b]. Erat hic honor a candido principe collatus magnus; majorem tamen Colbius cepit, et posthac capiet ex doctis operibus, quae victuris chartis commendavit. Scripsit autem *In decalogum*, lib. i[c]. *In orationem Dominicam*. "Septies in die laudem dixi tibi." *In psalmum*, miserere mei, Deus[d]. "Legitur 2 libro regum." *De sinceritate ecclesiae*, lib. i. "Dux virginitatis[e]." *Quaestionum*, lib. i. *Sacrarum concionum*, lib. i.[f] De ejus obitu et sepultura nihil certi pronunciare possum[g]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Colby, SS. th. doctor. [b] DCCCC. Lel. *Epit*. Mſ. MCCCXCIX. Videtur exiguo admodum tempore sedisse. Ware. Vide *De praesul. Hibern*. p. 197. [c] Hic liber omissus est a Baleo et Pitsio, ut et liber *Quaestionum*.

[d] Lectiones vi. lib. i. "Charissimi, legitur, etc."

[e] "Dux fuisti in misericordia." [f] "In domo tua "oportet me." Scripsit etiam, *Praeceptorum divinae legis*, lib. i. *Super* i. *praeceptum divinum lectiones* viii. (Mſ. Bal. Sloan.) Pr. "Reverendi mei, mandata divina." Forte idem cum libro *In decalogum* supra memorato. *Lectiones Scripturae*, lib. i. *In Genesim annotationes*, lib. i. Tabulavit Genesim ad literam. Mſ. B. Sloan. *De sacris dogmatibus*, lib. i. Mſ. *Epit*. Lel. Add. Bal. Scripsit Oxoniis MCCCXCVIII. *Collectarium quoddam sacrorum dogmatum*, lib. i. Mſ. Bale, Sloan. *Notabilia quaedam*, lib. i. "No-" "ta Augustinum, libro De civ. Dei." Mſ. ibid. Tabulas quoque fecit *In dialogum Gregorii*. *In pastorale ejusdem*. *In homelias ejus*. *In Polychronicon* [*Policraticon*. Lel. *Epit*. Add. Bal.] *Carnotensis*. *In Augustinum de trinitate*. *In eundem de verbis apostoli*. *In quaestiones* lxxxIII *ejusdem*. Complevit haec A. D. MCCCCVI. Mſ. B. Sloan. *In Gul. Senghamum de fide et legibus*. [g] Claruit Bale: Obiit Pitſ. anno MCCCCVI. Bal. vii. 38. Pitſ. p. 582, 583. Ware. p. 128. Quidam Tho. Colby, bac. decr. vicarius de Ashwell com. Hertf. obiit 19 Sept. MCCCCLXXXIX. Weever. *Monum. Funer*. p. 547. Hen. Chancy. *Hertfordsh*. p. 38.

COLDINGHAMENSIS [GALFREDUS] monachus Dunelmensis, et postea sacrista de Coldingham in Scotia, quod monasterium cella erat abbatiae Dunelmensis. Scripsit *De statu ecclesiae Dunelmensis* ab A. D. MCXLIV ad MCCXIV. "Erat Wilhelmus Dunelm." Mſ. bibl. Bodl. Fairf. vi. f. 248. Hunc ex codice Cotton. Titus A. 2. edidit Wharton. in tom i. *Angliae Sacrae*. p. 718. nonnullis tamen quae ad ecclesiam Dunelmensem minus spectabant, et ab aliis historicis vulgatis uberius sunt tradita, pauca tamen, praetermissis. Hunc Galfredum etiam scripsisse suspicor, praenomen enim et tempus conveniunt, *Vitam S. Godrici ad Th. priorem Finchal*. Pr. "Petit a me" "immo compellit" (ex Reginald. Dunelm. et Germani prioris scriptis Mſ. bibl. Bodl. Fairfax. vi. f. 185.) *Vitam S. Bartholomaei monachi et Anachoritae Farnensis, ad Bertramum priorem Dunelm*. Pr. "Post transitum venerandi patris Bartholomaei." Ibid. f. 199. Claruit circa A. D. MCCXIV. Wharton Praefat. *Angl. Sacr*. tom. i. p. xlviii. Vide Cave ii. p. 427.

COLDINGHAM [HERBERTUS] Coldinghamiae prior (Dempst. i. 346.) exemptionem Scoticarum ecclesiarum ab Eboracensi impetravit. Scripsit *De pactis Eboraci initis*, lib. i. Claruit A. MCLXXV. Dempster. viii. 658.

COLDWELL [JOHANNES] Cantabrigiae in collegio S. Johannis philosophiae, medicinae et theologiae studia excoluit, et supremos in medicina honores ibidem assecutus est. Anno MDLXXXV 7 Januarii doctori Edmundo Freke in decanatu Roffensi, et anno MDXCI 26 Decembr. Johanni Peirsio in episcopatu Salisburiensi successit. In Mſ. Bodl. NE. C. iii. 5. pag. 156. seq. Extant ejus *Prescriptions*. Et *His letter unto John Hall, chirurgeon, for the curation of a woman, who had superabundant and unnatural flux of menstrua*. Pr. "Master Hall, after my harty commendations." Obiit Octobr. 14. A. D. MDXCVI, et in ecclesia sua cathedrali tumulo Roberti Wyvilli, olim ejusdem sedis episcopi, illatus fuit.

COLE [GULIELMUS] collegii Corporis Christi Oxon. alumnus; regnante Maria sodalitio et patria cessit, et Genevam se contulit; reversus in Angliam praeses collegii istius electus 19 Julii A. MDLXVIII, et A. MDLXXIII doctoratu in S. theologia ornatus. Anno MDLXXII Maii 31 institutus fuit ad praebendam ecclesiae Winton. quam resignavit MDLXXIX. A. MDXCVIII resignabat munus praesidis collegii Corp. Chr. et ecclesiae Lincoln. decanus factus est. Dum Genevae commoraretur cum Whitinghamo, Coverdalo, Goodmanno et aliis, operam navavit vertendis Bibliis Sacris in linguam vulgarem. Scripsit etiam *Epistolam ad J. Baleum*. Pr. "Egone tui oblitus," "eximie pater." Extat apud Bal. par post. p. 229. *Carmen Latinum* praefixum *Speculo moral. quaest*. per Joh. Casum. Oxon. MDLXXXV. 4to. Obiit circa festum S. Michaelis anno MDC Lincolniae, et in ecclesia cathedrali ibidem humatus jacet. *Hist. et Antiq. Oxon*. ii. 232. *Athen. Oxon*. i. 194. 339. *Fasti Oxon*. p. 102. 109.

COLE

COLE [HENRICUS] apud Godshill in insula Vecta natus, inque schola Wintoniensi primis literarum elementis imbutus, collegii Novi Oxon. socius admissus est A. MDXXIII. Dein studio juris Caesarei operam dedit, et in Italiam profectus est. Post reditum in patriam A. MDXL legum doctor et advocatus in curia de Arcubus, praebendarius Sarisburiensis et archidiaconus Eliensis factus. A. MDXL 5 Octob. Henr. Cole, juris doctor collatus ad praebendam de Holborn in ecclesia S. P. London. *Reg.* Bonner. quam resignavit 9 April. MDXLI, et collatus ad praebendam de Sneating in eadem ecclesia, ibidem: quam etiam resignavit, et Mart. 22. MDXLI collatus ad praebendam de Wenlokesburn. Ibid. A. MDXLII 25 Martii ordinatur diaconus ad titulum ecclesiae suae de Chelmsford. *Reg.* Bonner. ad quam per episcopum London. collatus erat (juxta Newcourt. ii. 129) 11 Sept. MDXL. A. MDXLII custos collegii Novi Oxon. electus, et A. MDXLV rectoratu ecclesiae de Newton-Longvill in comitatu Bucking. donatus est, strenuus religionis reformatorum patronus. Sed paulo post in religionis negotio fluctuans 5 Edw. vi praefecturam collegii Novi deposuit, et A. MDLII rectoratum ecclesiae. Tempore reginae Mariae A. MDLIV S. theol. doctor constitutus et praepositus collegii Etonensis, ac unus visitatorum regiorum Cantabrigiae; decanus ecclesiae S. P. London. A. MDLVI, et A. MDLVII. 1 Octob. (*Reg.* Pole) vicarius generalis in spiritualibus cardinali Polo, archiep. Cantuar. Et A. MDLVIII 10 Jul. ad rectoriam de Wrotham collatus. Scripsit *Tres epistolas ad J. Jewell, episcopum Sarisbur. Angl.* Pr. primae. "I trust I shall not "nede manie." Lond. MDLX. 8vo. Extant inter opera Juelli Angl. Lond. MDCXI. f. *Disputationem habitam in schola theol. Oxon. contra archiepiscopum Crannerum et Ridleium*, A. MDLIV. Vide Jo. Foxii *Act. et monument.* *Concionem funebrem quando Thomas Cranmer archiepiscopus combustus erat.* *Pro publicis precibus in lingua populo ignota argumenta quaedam, contra protestantium ministros in disputat. Westmonast.* MDLIX. Pr. "Whereas these men." In append. ad tom. ii. Burnet *Hist. reform.* p. 338. Regnum ineunte Elizabetha unus fuit ex partibus papistarum disputantium; et propter contemptum 500 marcis mulctabatur, Strype *Elizab.* 88. 90. 96. et omnibus dignitatibus ac beneficiis deprivatus in turrim Londinensem conjectus A. MDLX. 10 Maii, et 10 Junii sequentis ad Fletam; in quo carcere fatis concessit A. MDLXXIX. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 132. *Athen. Oxon.* i. 196. seq.

COLE [THOMAS] Lincolniensis tempore reginae Mariae exul Genevae, versioni Bibliorum Anglicorum adfuit, Strype *Elizab.* 292. Item in *Vita Parker.* 404. A. MDLIX 3 Jan. collatus fuit ad archidiaconatum Essexiae, et 20 Febr. sequentis, commissarius episcopi in partibus Essexiae et Colcestr. A. MDLX 7 Dec. collatus ad praebendam de Wilderland. *Reg.* Grindal. Eodem anno ad rectoriam ecclesiae de Alta Ongar institutus, Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. iv. 31. A. MDLXIV ad rectoriam de Stamford Rivers Essex. Newc. i. 73. ii. 453. Edidit Anglice *Concionem habitam coram regina apud Windsore* 1 Mart. MDLXIV in 1 Reg. x. 15. Pr. "Albeit my want of finenesse." Lond. MDLXIV. 8vo. *A godly and frutefull sermon made at Maydstone in the county of Kent, the fyrste sunday in Lent* MDLII *in the presence of the most reverend father in God, Thomas lord archbishop of Canterbury, etc. by M. Tho. Cole, scholemaister there, against the divers erroneous opinions of the Anabaptists and others* [*such sects wheresoever they be, as in Christen religion call themselves brothers and systers, and dyvyde themselves from other Christen people*] Pr. "Audite coeli, etc. who doth not marvayle." Lond. per Reg. Wolf. MDLIII. 8vo. *Epistolas duas* M. Parkero. Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 849. Obiit A. MDLXXI. A. Wood. Mss. Cat. i. 222.

COLEMANNUS monachus Wigorn. et Wolstani episcopi cancellarius, testis chartae dicti episcopi dat. die Pentecost. MLXXXIX. *Monast. Anglic.* i. 136. a.

COLEMANNUS [ROBERTUS][a] Isiacorum aliquando delicium dulce fuit: inter quos eloquentia, eruditione, ingenio, denique judicio vel rarissimo eluxit. Tantarum felicitatem dotum academici, quot Isidis adcolebant ripas, non modo diligebant, sed et adamabant quoque, ac affectu quodam gratissimo suspiciebant. Hinc factum, ut cancellarii [b] vices ei contribuerent. Auctus dignitate nova novum literis splendorem attulit. Illud non est silentio praetereundum, catalogum illustrium Franciscanorum accurate Colemannum laudare, ac peritissimum carminis pronunciare [c]. Ex *Lelando.*

[a] Robertus Colman frater Franciscanus in coenobio Norwicensi. [b] Anno MCCCCXIX. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 404. [c] Scripsit *Sermones et lecturas*, lib. ii. *Carmina* lib. i. Claruit A. MCCCCXXVIII. *Bal.* vii. 75. Pits. p. 612. In Add. Bal. Mss. Trin. ita: "Norvici claruit A. D. "MCCCCXXVIII, Waldeno teste, cum Gulielmus Whyte "damnatus esset ad ignes."

COLETUS [JOHANNES] filius D. Henrici Colet, equitis aurati, bis praetoris Londinensis, natus in parochia S. Antholini (ut videtur) London. A. MCCCCLXVI. Literis grammaticalibus Londini sive Westmonasteriae laudabiliter imbutus, circa A. MCCCCLXXXIII Oxonii in collegio B. Mariae Magdalenae sedem fixit. Post septennium emenso studiorum philosophicorum stadio laurea magisteriali redimitus academiae valedixit, et in Galliam contendit, ubi Parisiis studiis theologicis operam sedulo navavit; eorumque prosequendorum gratia in Italiam profectus est. Post reditum in patriam, Oxoniam repetiit, et ibi publice gratis omnes epistolas D. Pauli exposuit. Erasmo Oxoniae tunc temporis studiorum gratia commoranti valde familiaris. A. MCCCCXCIII praebendarius de Botevant in ecclesia Ebor. fuit. A. MCCCCXCVII 17 Dec. Joh. Colet A. M. Lond. dioec. praebend. de Godecestre ordinabatur diaconus. *Regist.* Savage London. Et festo annunciat. sequenti presbyter ordinatus est per Thomam episcopum Arhadensem in capella B. Mariae Magdal. infra ecclesiam Lincoln. *Reg.* Gul. Smith. Linc. A. MCCCCXC 2 Nov. per Henr. Colet, militem prae-

 sentatus

fentatus ad ecclesiam de Thirning comit. Buckingh. dioec. Lincoln. *Regist.* Joh. Russel. Lincoln. Fuit etiam rector ecclesiae de Denington in dioec. Norwic. quae vacabat per ejus mortem A. MDXIX 26 Sept. *Regist.* Norwic. xiv. 154. A. MDII praebendarius de Durnesford in ecclesia Sarum factus; quo tempore S. theologiae doctor renunciatus erat. A. MDIII 26 Jan. praebendam de Goodafter in ecclesia colleg. S. Martini M. London. resignavit. Et anno sequenti canonicus et decanus ecclesiae S. Pauli London. evasit. A. MDV, 5 Maii collatus est ad praebendam de Mora in ecclesia S. Pauli London. Et 21 Sept. ejusdem anni vicaria de Stebenhith vacabat per ejus resignationem. *Regist.* Baro. Lond. A. MDXII fundavit novam scholam ad partem orientalem coemeterii ecclesiae Paulinae London. pro gymnasiarcha, hypodidascalo, et capellano ad erudiendum 353 (153. Holl.) pauperum liberos. Primus archididascalus fuit grammaticorum coryphaeus Gul. Lilius. A. MDXVI fuit thesaurarius ecclesiae Cicestrensis. De eo Wharton. *London. Dec.* p. 234. seq. ita: " Frequentissimus in ecclesia sua et ecclesiis vicinis ad plebem habuit conciones, in quibus " puriorem e S. Scriptura haustam proposuit doctrinam, et invalescentes tunc nimium, praecipue " vero circa imaginum cultum superstitiones impugnavit, quo nomine a Bricoto et Standishio Mi- " noritis, haereseos apud Ric. Fitz James episcopum London. delatus est. Multa in usum suum " privatum scripsit a Baleo recensita; nil autem in lucem edidit, neque edi voluit, modeste nimis " de se atque scriptis suis sentiens." Joh. Longlandus in praefat. *Sermonum* eum concionatorem celeberrimum vocat, quem audire solebat rex Henr. vii. Vide Latimeri *Conciones* fol. 174. b. Vid. Encomium Polydori Vergilii ad finem libri xxvi a Whartono transcriptum. Vid. Erasm. *De constructione.* Scripsit *Orationes duas ad clerum in convocatione* A. MDXI, etc. Harum una impressa fuit Latine per Ric. Pynson. 4to. Pr. " Convenistis hodie, patres et viri." Anglice per Tho. Barthelet. *Comment. in ecclesiasticam Dionysii hierarchiam.* Ms. *Comment. in Proverbia Salomonis,* lib. i. *Comment. in evangelium S. Matthaei,* lib. i. *Comment. in epistolas D. Pauli,* lib. xiv. Ms. in bibl. C. C. C. Cantabrig. extare dicuntur; vide quae sequuntur. *Comment. in sex priora capita epistolae ad Romanos.* Pr. " In epistola, quam apostolus Paulus." Ms. C. C. C. Cantabr. 2—6. Ad finem nota manu Cuth. Tonstalli, " Supersunt multa ab eodem Joh. Colet scripta in D. " Paulum; sed puerorum ejus incuria perierunt." —— *In principium Geneseos.* Pr. " Miror " sane te, optime Radulphe." Ibid. *Comment. in 1 ad Corinth. epistolam.* Ms. coll. Emanuel. Cantabr. ciii. ——*In precationem Dominicam,* lib. i. —— *In symbolum fidei,* lib. i. *Breviloquium dictorum Christi,* lib. i. *De reformidatione Christi,* lib. i. *Conciones ordinarias,* lib. i. *Conciones extraordinarias,* lib. i. *Epistolas ad Erasmum,* lib. i. Tres extant inter *Epistolas* Erasmi, Lond. MDCXLII fol. *Epistolam Latinam Gul. Lilio* praefixam Erasmo *De* viii *partium orationis constructione,* Antwerp. MDXXXIII 12mo. *De moribus componendis,* lib. i. " The mayster shal reherse " these articles." *Grammatices rudimenta.* Pr. pr. Lat. Gul. Lilio: " Accipe, optime ac litera- " tissime Lili," dat. MDIX. Pr. pr. Angl. " Albeit many have written and have." Antwerp. MDXXXIV. 12mo. Lond. MDXXXIX. 8vo. Cum nostro vulgari *Accidenti* simillim. a card. Wolsaeo in schola Gippowicensi et per totam Angliam edoceri mandatur. *Epistolas ad Tailerum,* lib. i. " Johannes Coletus Thomae Tailero." *Preces quotidianas, sive sacrificium matutinum et vespertinum.* Pr. " O Lord my God and heavenly." Multoties Londini impress. in 12mo. et 16mo. Lond. MDCXLI. 12mo. *Admonitionem vitae Christianae.* Pr. " Remember first of all (vertuous.)" Angl. Lond. MDXXXIV. MDLXIII. MDLXXVII. 8vo. MDCXLI. 12mo. *Concionem de reformatione et conformatione, in Rom.* xii. 2. coram convocatione London. MDXI habitam, et Lond. MDCCXXIV. 8vo. Et Anglice Cantabr. MDCLXI. 8vo. cum notis et vita per Thomam Smith e collegio Christi. Pr. " Ye are this day come together." *Responsionem ad disputatiunculam Erasmi de taedio, pavore, tristitia Jesu, instante supplicio crucis.* Colon. MDXIX. 4to. *Excerptiones doctorum,* lib. i. *Ortolanum,* lib. i. *De institutione puerili,* lib. i. " Accipe optime et literatissime." *De constructione* viii *partium orationis.* Pr. ded. Gul. Lilio. " Haud aliter mihi videor." dat. MDXIII. Pr. l. " Omne " verbum antecedit." Lond. MDXXXI. 12mo. *Liber visitationis Joh. Colet, decani ecclesiae S. Pauli,* Lond. A. D. MDVI. Ms. extat MDLIX penes decanum ibidem. Dugdal. *Hist. Paul.* p. 286. *Vitam* ejus conscripserunt Erasmus, Franc. MDXXXVI. 4to. et Sam. Knight, Lond. . . . Obiit apud monasterium Carthusianum Sheernense 16 Sept. MDXIX, et in ecclesia S. Pauli humatus jacet. Vide epitaphium ejus apud *Historiam* ejusdem ecclesiae per Dugdal. p. 65. Bal. viii. 63. Pits. p. 691. 692. *Athen. Oxon.* i. 11. seqq. Henr. Holland. *Herool.* p. 145.

COLFE [ISAAC] sive COULT origine Callisius apud Cantuariam natus. In aula Lataportensi Oxon. post emensum studiorum philosophicorum stadium laurea magisteriali redimitus, et sacris ordinibus initiatus, beneficium ecclesiasticum in Cantia obtinuit; apud Liddam forsan. Scripsit *Sermon on the* 17 *Nov.* MDLXXXVII, *at Lidd in Kent on psalm* cxviii. 22—26. Pr. ded. Ballivo et juratis Lyddensibus. " Having preached this sermon." Lond. MDLXXXVIII. 8vo. *A comfortable treatise of the temptation of Christ.* Lond. MDXCII. 8vo. Claruit A. MDXCII. *Athen. Oxon.* i. 257.

COLIDEUS [AENGUSIUS] circa annum DCCC scripsit Psalterium dictum *Psaltair-naran,* in quo quaedam historica de rebus Hibernicis notantur, quae haud semel citat O Flaherty, *Ogyg.* i. 12. ii. 86. 185. S. Aengusius Celedè, i. e. Deicola scripsit *De sanctis Hiberniae,* lib. vi. Liber primus est *De sanctis homonymis,* et dividitur in duas partes. 2. Agit *De sanctis qui a parentibus appellationem sumpserunt,* continet tres partes. 3. Quem *Ordinum* vocant, constat tribus capitibus. 4. *De matribus sanctorum Hiberniae,* sive *de materna ipsorum genealogia.* 5. Est quasi *Litaniarum,* in

in quo longo ordine et determinato invocat sanctos praecipuorum Hiberniae locorum. 6. Quaedam *Miscellanea* continet. Aliqui existimant hunc fuisse S. Aengusium autorem *Martyrologii* de quo ante egimus, sed res haec mihi dubia est. Ut ut sit, vixit circa initium saeculi noni, meminit enim S. Moelruani, qui obiit A. D. DCCLXXXVII. et aliorum diversorum, qui circa idem tempus decesserunt; imo et S. Tigernaci de Doire-mhelle, qui obiit A. D. DCCCV, sed nullius videtur meminisse ex multis sanctis nostratibus, qui post illum annum vixerunt. Unde reliquit praedictae nostrae conjecturae de anno, quo floruit, locum." Haec Colgan. *Act. sanct. Hib.* tom. i. f. 5.

COLLAEUS [JOHANNES] sive COLLEY Doncastrensis collegii in Eboracensi comitatu Carmelita. Doctis a primis studiorum suorum annis ita adsuevit artibus, ut eruditus et facundus deinceps haberetur; ac, teste Lelando, Latine et docte admodum composuerit *De laudibus apostolorum*, lib. i. "Graecorum religio statuit." *De Christi passione*, lib. i. "Vox sanguinis fratris tui "Abel." *Epistolas ad diversos*, lib. i. "Reverendissimo in Christo patri." *Sermones aliquot*, lib. i. Claruit A. MCCCCXL. Bal. xii. 60. ex Lelando. Pitf. p. 629. Quidam Johannes Colley, rector ecclesiae S. Mariae Bredman Cantuar. obiit 22 Febr. A. D. MCCCC . . VIII et ibidem sepultus. Somner. *Ant. Cant.* p. 331.

COLMANNUS ANTISTES monachus Scotus sive Hibernus, post Finani mortem episcopus Lindisfarnensis. Post memorabile inter eum et Wilfridum archiepiscopum Eboracensem in conventu Pharensi de paschatis observatione, et verticis tonsura certamen, in quo Oswini regis sententia succubuit, hanc ignominiam aegerrime ferens, abdicato episcopatu, cum Anglis quibusdam nec non Hibernis, qui secum in Angliam profecti fuerant, in Hiberniam rediit; ubi in insula Vaccae Albae, Hibernice Inis-bof'in, aetatis ferme reliquum transegit. Coenobium etiam construxit in loco tunc Magio, nunc Maio, dicto. Constructionis monasterii causam reddit venerabilis Beda lib. iii. c. 25. quem consulat lector. In *Annalibus* Tigernaci navigatio Colmanni episcopi ad insulam eam cum reliquiis sanctorum (inter quas fuerunt ossa quaedam S. Aidani. Vide Bed. iii. 26.) ad annum refertur 667. Scripsit juxta Baleum xiv. 21. *Pro sociis quartadecimanis*, lib. i. Et, si fides Dempstero sit adhibenda, *De tonsura clericorum*. Et *Exhortationem ad Hebridianos*: Quae MS. in bibl. Christianissimi regis asservatur. Mortem obiit 7 Junii, quo die memoria ejus celebratur, A. D. DCLXXVI, et in ecclesia sua Inisbofinensi sepultus est. Colitur 13 Octob. Obiit juxta Dempster. iii. 239 anno DCLXX. Ware, p. 28. 29. vide *Ogyg.* p. 232.

COLMANNUS [a] cognomento SAPIENS, vir suo saeculo alicujus nominis, paucissimis tamen nostrae aetatis ne de nomine quidem cognitus; tantum abest, ut aliquid ejus librorum publicis terantur manibus. Ego tamen, cum aliquando, et animi et lectionis gratia, diverterem in bibliothecam Paulinam, reperi *Angliae descriptionem* ab hoc Colmanno fidelius, quam elegantius scriptam. Scripserat enim patria lingua, Saxonica quidem illa, qua id temporis Angli utebantur; unde facile est videre, quantum lingua nostri temporis ab illa degeneraverit; usque adeo, ut mihi cum difficultate quadam legenti negotium fecerit: sed num plura scripserit, certe adfirmare non audeo: Joannes tamen Hardingus, qui *Angliae historiam* lingua vernacula, tempore Henrici quinti, regis post hominum memoriam invictissimi, scripsit, saepiuscule mentionem facit *De chronicis* Colmanni, et de ejus *Catalogo*. Hinc non omnino vana conjectura est, alia edidisse praeter *Angliae descriptionem* [b]. Floruit autem tempore Joannis regis [c]. Ex *Lelando*.

[a] Colmannus ex Visi-saxonum gente, ut ex scriptis apparet, oriundus. Bal. iii. 43. [b] Praeter *Angliae descriptionem* habet Baleus, et ex eo Pitseus p. 266. et Vossius, *Hist. Lat.* p. 451. *Rerum gestarum chronicon*, lib. i. *Catalogus rerum Angliae*, lib. i. *Dialogus de bellis Danicis*, lib. i. [c] Quidam Colemannus, monachus (ut videtur) Wigorn. et per xv annos capellanus [cancellarius, apud Whart. *A. S.* tom. i. p. 475.] B. Wulstani, postmodum prior Westbiriae [vir nec scientia imperitus (ut ait Malmsbur. *Vit.* Wulstani praef.) nec sermone patrio infacetus] scripsit Anglice *Vitam S. Wulstani*; unde plura de rebus Wulstani gestis accepit Gul. Malmsbur. ut fatetur in epist. ad Fr. Wigorn. *Vitae* S. Wulstani praefixa. Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. 242. Obiit ann. MCXIII 4 non. Oct. *Annal.* Wigorn. et Florentius Wigorn.

COLMANNUS O SESNAN, vetus antiquarius Hibernus, scripsit Hibernice *Poëma de legibus Ultoniae a Conquovaro*, sc. A. C. XLVIII. *ad Emaniae excidium*, sc. anno CCCXXXII. *Ogyg.* [p. 14.] et p. 305.

S. COLMOCUS episcopus Scotus. Scripsit *Monita salutaria*, lib. i. *Ecclesiae Scoticae successionem*, lib. i. *Ad regem pro pace stabilienda*, lib. i. Obiit anno circiter MX. Colitur 4 Maii. Dempster. iii. 255.

S. COLMUS, episcopus Orcadum, Romae consecratus a papa Benedicto vii. Scripsit *De inaestimabili missae sacrificio*, lib. i. *Passionis Dominicae mysteria*, lib. i. *De conciliis generalibus*, lib. i. Claruit anno MX. Colitur 6 Junii. Dempster. iii. 267.

S. COLOMANNUS monachus Scotus, S. Kilianum comitatus est in Galliam et Germaniam. Scripsit *De voto peregrinationis*, lib. ii. *Pro fide ad gentes*, lib. i. Martyrio coronatus est apud Wirziburchz, castrum Ostro-Franciae anno DCXCVII. Colitur 8 Julii. Dempster. iii. 240.

S. COLOMANNUS alius, regio stemmate ortus, filius, ut videtur, Malcolmi i regis Scotiae, primum dictus Ethelredus. E patria pulsus in Germaniam contendit; ubi ab agricolis interfectus est 13 Octob. MXII seu, ut alii, DCCCCLVIII. Scripsit *De suo exilio*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. Dempst. iii. 241.

S. COLONATUS presbyter ex Scotorum genere monachus, peregrinationis S. Kiliani et martyrii collega. Multa scripsit, sed injuria temporis, aut studiosorum negligentia perierunt. Martyrium

rium passus est in Germania A. D. DCLXXXIX. Consule de eo Baleum xiv. 24. Dempster. iii. 244. Colitur die xvii Martii.

COLORIBUS [JOHANNES de] alienigena, professione Dominicanus, in academia Oxon. publicus theologiae praelector, cujus facultatis doctor creatus erat anno MDXVII. Inter alumnos aedis Christi ex fundatione card. Wolsaei cooptatus est anno MDXXV. Scripsit *Contra doctrinam M. Lutheri tractatum* A. MDXXI. Claruit anno MDXXV. *Athen. Oxon.* i. 21.

COLTONUS [a] [JOANNES] sive COLEDUNUS, vir probe admodum in literis exercitatus, incidit in illa tempora, quae diutino schismate catholicam ecclesiam tam miseris affligebant modis, ut etiam bonis viris incertissimum esset, quem post Christum in terris ducem sequerentur. Ambitio enim et sacra fames auri novos subinde pontifices Romanos excitavit, qui se veros Christi vicarios assererent. Ita ut aliquando duo vel tres simul de primatu contenderent, inter quos ille pro praecipuo habitus est, cujus factioni major principum numerus subscripsit. Ubi olim erat haec ambitiosa pontificum turba, sese in Petri cathedram ingerentium, cum imperatores in praesules urbis saevirent? Forsan apud antipodes. Sed hoc genus hominum, qui tantum fulmine valent, a me nullo carbone notandi sunt. Ad rem igitur. Senserat hanc ingentem schismatis calamitatem Coledunus, et putabat sui officii esse (nam ab Anglo paulo ante archiepiscopus Armacanus [b] designatus fuerat) ut morbo adhuc curabili manum admoveret. Quare calamum continuo arripuit, scripsitque luculentum *De causa juxta ac remedio schismatis* librum [c]. In qua parte boni episcopi munus executus est. Quanquam majore id quidem fecit pietate, quam fructu: nam diutiuscule post editum libellum discordia illa duravit. Ejus tamen diligentia multos excitavit Anglos, ut de eadem re docte, argute, graviter, copiose scriberent. Vixit regnantibus in Anglia Richardo secundo, et Henrico Bullenbroco [d], Joannis Gandavensis, ducis Mediolanensis, filio. Ex *Lelando*.

[a] "Johannes Colton Anglus, decretorum doctor, ecclesiae S. Patricii Dubliniensis decanus, quandoque Hiberniae cancellarius." War. "Oxoniae studuit anno MCCCLXXIX." A. Wood. *Hist. et Ant. Oxon.* i. p. 188. "Johannes de Colton, archidiaconus Dublin. admissus erat ad praebendam de Bugthorp in ecclesia Ebor. Aug. MCCCLXXVII." A. Wood. Mf. C. 32. "Joh. Colton de Tirington in Norfolc. sacellanus Willelmi Bateman, episc. Norw. ab Edmundo Gonevil primus aulae suae Cantabrigiae custos constituitur anno MCCCXLVIII. Rector postea de Tirington, et archiepiscopus Armach." Parkeri *Sceletos Cantabr.* [b] Consecratus erat anno MCCCLXXXII. War. [c] Duos faciunt libros Baleus et ejus sectatores, Pitsius et Waraeus. Olim in bibl. S. Petri Westmon. Lel. *Coll.* iii. p. 48. Superest adhuc etiam *Constitutionum provincialium* ab eo promulgatarum pars aliqua. War. [d] Ex hac vita migravit 5 cal. Maii, MCCCCIV, et Pontanae in ecclesia S. Petri sepultus est, cum (ut videtur) paulo ante obitum praesulatum abdicasset. War. p. 129. Baleus vii. 31. et Pitsius p. 587. omnia de Coltono ex Lelando mutuati sunt.

COLVILE [GEORGIUS] alias COLDEWELL in academia Oxon. studiis incubuit, et transtulit in sermonem Anglicum *Boëtium de consolatione philosophiae ad reginam Mariam*. Pr. "Whereas "many things." Lond. MDLVI 4to. Latine et Anglice. Et MDLXVI. 4to.

COLUMBA, Bedae COLUMBANUS, patria Hibernus, nobilibus ortus parentibus, patre Fedlimidio, matre Aethnea (Adamnan. l. i. c. 1.) sub anno DLX monasterium Dairmagh in comit. regis fundavit. Anno vero DLXV ut discrimen, quod capiti suo a Dermicio rege imminebat, declinaret, in Britanniam trajecit, et Pictis septentrionalibus verbum Dei praedicavit, et in Iona insula Hu, et Y-columb-kill dicta monasterium instituit, cui ipse abbas praefuit. Ware, p. 14. Cave, *Hist. liter.* p. 417. Scripsit Columba *Regulam monasticam:* Quae extat, et vulgo *Regula Columkill* dicitur. *Hymnum in laudem S. Kiarani abbatis Clon mac noisensis.* [*Vita* S. Kiarani Mf.] *Tres alios hymnos* [Lib. vet. Hymnor. conv. Dunnagalliae] Primus incipit *Altus prosator.* Secundus *In te, Christe.* Tertius *Noli, pater, indulgere.* Fertur etiam prophetasse de S. Carthagi expulsione e coenobio Raithensi al. Ralihiensi in Fercallia, et de aliis rebus. De prophetiis ejus multa habentur in *Vita* ejus per Adamnanum. *Hymni duo* de S. Columba extant in *Florilegio* Messinghami, p. 145. Pr. primi, "Columba penna." Pr. secundi. "Jesu redemptor." Mortem obiit 5 idus Junii, anno DXCVII annos natus 77, et in ecclesia sua Huensi sepultus est, ut ex Adamnano in fine 3 lib. *De vita S. Columbae*, et Beda iii. 4. constat. Juxta *chronicon Malmsburiense* apud Leland. *Collect.* i. 373. A. D. DXCIX obiit S. Columba presbyter, primus doctor in Transmontanis, qui a nonnullis dictus est Columkillus. Ware, l. c.

S. COLUMBANUS, qui cum S. Columba, de quo supra, a quibusdam (Dempstero) male confunditur, gente Hibernus, patria Lageniensis, Congalli Beanchorensis coenobii in orientali Hibernia [non Bannochorensis in Britannia, quod vult Baleus xiv. 12, et Dempsterus] abbatis discipulus, postquam in Britanniam trajiciens ibi aliquandiu commoratus esset, anno DLXXXIX in Burgundiam se contulit, ubi coenobium Luxoviense posuit et gubernavit. Ei postquam annos ferme viginti praefuisset, a Theodorico Austrasiorum rege, eo quod stupra ejus solito liberius reprehenderet, in exilium actus est. Peragrata igitur universa Gallia in Italiam se recepit; ubi ab Agilulpho Longobardorum rege locum opportunum nactus monasterium Bobiense prope Neapolim construxit, cujus regimine postquam annum unicum perfunctus esset, diem supremum obiit 9 calend. Decembr. anno DCXV. Scripta ejus sequuntur, *Regula monachalis*, cap. xiv. Pr. "Primum "omnium docemur Deum diligere." Monasteriis a se institutis praescripta, et in concilio Matisconensi anno DCXXVII approbata. [Vide *Concordiam regularem* Holstenii, Par. ii. Romae MDCLXI.] Prodiit ab Henr. Canisio primum edita *Antiq. lect.* tom. i. in *Append.* p. 3. Mox a Melchiore Goldasto cum notis. Insulis MDCIV. 4to. Et deinde a Th. Messinghamo in *Florilegio sanctorum Hiberniae.*

Hiberniae. Parif. MDCXXIV. fol. p. 403. Praefatione Columbani auctam dedit Car. Stengelius in *Corona lucida*, Auguftae Vindelic. MDCXXI. 8vo. Extat Mf. in bibl. S. Galli in Helvetia. Dempfter. iii. 245. *Poenitentiale, feu Regula coenobialis:* Quae habetur una cum opufculo praecedente in *Collectione regularum* Holftenii. Parif. MDCLXIII. Par. ii. p. 88. 98. *Poëmata et epiftolae aliquot:* Quae aut apud Canifium, *Antiq. lect.* tom. i. et v. aut apud Sirmondum, *Var. opufc.* Parif. MDCXIX, aut apud Meffingham. *Florileg.* aut denique apud Ufferium, *Epift. Hibern. fyllogen*, p. 7. (ubi quinque habentur, prima profa, reliquae carmine) extant. *Epiftolae ad Hunaldum Acroftichii ad Sethum, ad Fedolium a Melchiore Goldafto publicatae et notis illuftratae*, lib. i. Dempfter. iii. 245. *Epiftola de miferia vitae humanae.* Mf. in bibl. S. Galli in Helvetia. Ibid. *Quinque carmina et duas epiftolas notis illuftravit et edidit Melch. Haim. Goldaftus Paraeneticorum veterum* par. i. Infulae MDCIV. 4to. In Henr. Canifii *Ant. lect.* tom. i. *App.* p. 3. extant Columbani *Monoftichon carmen.* Pr. "Haec praecepta legat devotus et impleat." Hoc fub nomine Aldhelmi edidit Martinus Delrius. MDCI. Carmen hoc extat ad finem Prudentii *De virtutibus et vitiis.* Mf. Cotton. Cleop. C. viii. cum expofitionibus marginalibus Saxonicis. *Epiftolam ad Hunaldum contra avaritiam:* Carmine. Pr. "Sufcipe Hunalde libens et perlege." Sirmondus hanc *Epiftolam* inter *opera* B. Eugenii Toletani in lucem edidit MDCXIX, et praefixit verfus xvii, et in fine addidit iii verfus, quibus caruit Canifius. Ita etiam edidit tom. v. p. 777. Meffingham. Literae initiales verfus xvii priorum conficiunt Columbanus Hunaldo. Extat etiam inter *Poëtarum veterum ecclefiafticorum Chriftiana opera collecta et notis illuftrata* a Georgio Fabricio, Bafil. MDLXII. 4to. Vid. Fabricii *Bibl. Lat.* 217. *Sermones*, feu *Inftitutiones fpirituales* xvii; quarum ultima Faufto Regienfi debetur. *Homilias* quidem Columbani xiii in monafterio Bobienfi extitiffe memorat Meffinghamus in *Florileg.* non tamen eas edidit, uti male habet Waraeus p. 18. Ex iis enim quintam folummodo evulgavit. Pr. "O tu "vita quantos decepifti." Omnia S. Columbani opera in unum collegit Patricius Flemingus Hibernus Minorita, atque edi curavit Lovanii MDCLXVII. Exinde habentur in *Bibliotheca patrum* tom. xii. Scripfit praeterea S. Columbanus, adhuc adolefcens, *Librum Pfalmorum*, elimato fermone a Sigeberto de *Scriptor.* cap. 60. memoratum et laudatum. Alia adhuc Waraeus ex *Vita* illius a Jona difcipulo confcripta enumerat; fc. *Commentarium in Pfalterium. Librum contra Arrianos. Ad Bonifacium papam epiftolas duas. Apologiam modeftam Concilii Matifconenfis patribus oblatam*; quos binos libros in Gallia adhuc extare ab oculato tefte accepit Waraeus, quofque confcripfit, cum ob praepofteram pafchatis obfervationem in judicium vocatus effet. Morem enim pafchatis obfervandi quartodecimanum, quem in Britannia haufcrat, in exteris etiam regionibus conftanter retinuit Columbanus. Cave, *Hift. liter.* p. 428. 429. Scripfit etiam, fi Dempftero fides, *Collationes ad monachos*, lib. i. *De moribus eorum*, lib. i. verfu. *Adverfus regem adulterum*, lib. i. *Inftructionem de fide.* Mf. in bibl. S. Galli. Miracula ejus extant ex Mf. Thuani, Meffingham p. 239. Princ. "Quae Dominus nofter per merita." Verfus in feftivitate ejus extant ibidem p. 412.

S. COLUMBANUS abbas Scotus. Vide epiftolas epifcoporum Laurentii, Jufti et Melliti in Henr. Huntingdonio; et Adamnanum in *Vita S. Columbae*, lib. ii. c. 8, 9, 10. 18. Scripfit *Epiftolas ad ecclefias Britannicas*, lib. i. *Epiftolas ad confratres Scotos*, lib. i. Claruit anno DXCVII. Colitur 15 Octob. Dempfter. iii. 347.

S. COLUMBANUS epifcopus Scotus. [Cujufdam S. Columbani, epifcopi Lagenienfis meminit Adamnanus in *Vita S. Columbae*. iii. c. 8.] Scripfit *Epiftolas ad Hilarium archiprefbyterum, Joannem primicerium, Joannem diaconum, Joannem fervum Dei S. R. E. locum fervantes, et alios. De pafchate celebrando*, lib. i. Claruit anno DCLXVI. Dempfter. iii. 275.

COLUMBANUS, quem a nomine Scotum effe judicat Dempfterus. Fuit hymnographus. Scripfit, inter alia, *Oden ad Andream epifcopum de morte Caroli M.* Extat inter Rabani Mauri opera a R. P. Browero edita. Princ. "O Columbane ftringe tuas lacrymas, Preces effunde pro illo "ad Dominum." Claruit anno DCCCXIV. Dempfter. iii. 314.

S. COLUMBANUS, abbas Benedictinus, ab eis quos fupra defcripfimus, diverfus, in Scotia femper vixit et RECLUSUS cognominatus. Scripfit verfu *Pias Sententias*, lib. i. Aetas ejus latet. Colitur 13 Febr. Dempfter. iii. 281. De Columbano quodam vide *Praefat.* in bibl. patrum xvii. vol. Parif. MDCXLIV. f. Et Mabillonii *Analecta* tom. iv. p. 635. 637.

COLYNGHAM [THOMAS] patria Scotus, Parifiis educatus, ubi S. theol. doctor creatus: dein monachum Ciftercienfem induit. Scripfit *De eucharistia* librum. Mf. in bibl. S. Victoris. Excufum Lutetiae per. Jo. Cheyneum MDXCII. 4to. Claruit A. MCCCLXXXVII. Dempft. iii. 326.

S. COMANUS, gente Hibernus, epifcopus Roffenfis feu Rofcomanenfis in Conacia; compofuit *Regulam monafticam*, quae poftea in partibus Conaciae recepta fuit. Obiit anno DCCXLVI vel DCCXLVII. Ware, p. 36.

COMDEUS [GULIELMUS] O CORMAIC, fcripfit *Poëma Hibernicum. De praecipuis Hibernicis authoribus.* De tempore quo claruit *Ogyg.* p. 184.

S. COMINIUS, difcipulus S. Columbani, cum magiftro ex Scotia feu Hibernia egreffus, e Luxovio cum eodem a ficariis expulfus Turones, Aureliam, Nannetes, Parifios luftravit, cum eo Luxovium rediit, in Helvetios venit, in Italiam defcendit. Scripfit *Acta B. Columbani magiftri*, lib. i. Claruit anno DCLXVI. Colitur 16 Octob. Dempfter. iii. 276. Vide *Vitam S. Columb.* a Jona confcr. c. xii.

S. COMINUS unus e xii. S. Columbae discipulis, praepositus monasterii Deirensis. Scripsit *De vera pietate*, lib. i. *In apocalypsin*, lib. i. Claruit anno DCXLVI. Obiit Murthlaci. Colitur 16 Octobr. Dempster. iii. 250.

COMPUTISTA [ROGERUS] monachus apud fanum S. Edmundi Buriae; et ibi tandem prior. Scripsit *Expositiones vocabulorum totius Bibliae*, lib. i. "Cum animadverterem, Reginalde "(Walsingham) frater." Mf. Oxon. Bodl. NE. B. 7. 4. et Mf. Laud. C. 8. imperf. et in colleg. Magdal. 112. *Postillationes evangeliorum*, lib. i. *De excommunicatione majori*, lib. i. Mf. Oxon. Magdal. 112. *Constitutiones Cantuarienses*, lib. i. Haec omnia Oxoniae vidit Baleus in collegio S. Magdal. Ibid. Claruit A. MCCCLX. Bal. vi. 16. Pitf. p. 488.

S. COMUS abbas claustri regii in Maia insula canonicorum pater. Scripsit *Enchiridion precum*, lib. i. Colitur 9 Junii. Obiit anno DCCX. Dempster. iii. 247.

CONANGIUS O MALCONARIUS Hibernus. Scripsit Hibernico versu *De regibus Hiberniae ab* A. C. CCCCXXVIII. *ad annum* MXIV. *Ogyg.* p. 2.

CONCHIS [GULIELMUS de] non Couches, ut Baleus] alias SHELLEY, sive [ut Johanni Sarisb. placet] GRAMMATICUS DE CONCHIS, patria Normannus erat, in Anglia tamen literis incubuit, et postea professor factus Parisiis. Scripsit *Philosophiam primam*, lib. i. "Cum dudum "mota est quaestio." *Philosophiam secundam*, lib. i. "Quaeris quid secunda philosophia." *Universalem quoque philosophiam*, lib. i. "De philosophia tractantes, quid Baleus." Dantur Mss. de philosophia ejus in bibl. Bodl. Digby i. 104. Mf. Bodl. F. xi. 101. In Hyperoo Bodl. 157. et inter Mss. Hatton. in Hyper. Bodl. 31. Mf. Gresham 377. Mf. coll. Univers. Oxon. A. 6. et C. C. Chr. 95. *Philosophiam per modum dialogi inter Normannorum ducem et ipsum doctorem:* Non de philosophia tota, sed de substantia tantum: et deinceps tractat de corpore, elemento, coelo, homine, qui disputationem claudit. Mf. in Hyperoo Bodl. 75. Pr. ep. ded. "Quaeris, venerande "dux Norman." Pr. pr. "Hae sunt igitur causae, dux illustrissime. Pr. lib. "Quum officium "interrogandi michi." In Mf. coll. Cantab. 44. 4. *Summae magistri Gul. de Conchis super naturalibus quaestionibus et responsionibus*, Mf. Digby 105. in bibl. Bodl. *Opus historicum de operibus sex dierum.* Latine, impr. circa A. MCCCCLXXIII. fol. Genealogiis et sculpturis repletum: in coll. Baliol. Claruit circa A. D. MCXL. A. Wood. non tempore Rich. i. et Johannis, uti habet Baleus xiii. 30.

CONCUBRANUS, gente Hibernus. Scripsit *Vitam S. Moninnae*, alias *Modwennae* (Mf. Cotton. *Monennae*) *virginis*, lib. iii. Fuit inter Hibernicenses gentes virgo. Mf. Cotton. Cleopat. A. 2. *In ejusdem Moninnae laudem* hymnos duos. Pr. primi. "Deum deorum dominum, au"torem." Pr. secundi. "Audite, fratres, facta sine." Ibid. Cum duae fuerint Moninnae, una vulgo *Darerca* dicta, S. Patricii soror, quae obiit ad Kilsleve, al. Kilslevecuilin in com. Armachano 3 Julii anno aerae nostrae Christianae DXVIII, aliis DXVI: altera longe posterior, quae vixit circa annum DCXL. Harum vitas confundit Concubranus. Habetur autographum in bibl. Cotton. (unde apographum habuit Waraeus) sed in initio libri manu recentiori Galfrido Burtonensi monacho, qui de eodem argumento scripsit, falso adscribitur. Sed nota ad finem libri subnexa eum Concubrano vendicat: cujus tenor talis est: "Harum virtutum lectorem simul et auditorem per "Dominum testor, ut pro me valde misero Domini servo Conchubrano, peccati sarcina oppresso, "piis orationibus intercedant ad Dominum," etc. Utcunque autographum characteris antiquitate, autorem vixisse ante exitum seculi xii indicat. Ware, p. 57.

CONFERENUS [THOMAS] canonicus regularis ordinis S. Augustini in coenobio Maienfi. Scripsit *Epistolas ad Rudolphum fratrem*, lib. i. *Contra Bachonem*, lib. i. *De mathematicis*, lib. i. *Optica*, lib. i. Claruit A. MCCCXX. Dempst. iii. 292.

CONGALLUS vel COMGALLUS sive CONGELLUS, Faustus a Dempstero cognominatus (v. Messing. p. 183) De hujus viri natali solo contendunt autores; Baleus et Pitseus Britannum esse volunt, Dempsterus Scotum, et Waraeus, ut verisimillimum, Hibernum fuisse censet, in Dalnariada natum, sed Clonenachae educatum sub Fintano, deinde Clonmacnoisae sub Lugido episcopo, a quo sacris initiatus fuit. Vide Jocelini *Vitam S. Patricii*, cap. 98. Adamnanum in *Vita S. Columbae*, c. 18. lib. i. Circa A. D. DLV Beanchor sive Bangorae coenobium, hodie in agro Dunensi situm fundavit, in quo tria monachorum millia sub ejus cura vitam egerunt. Cambas Scotice dictum erat monasterium S. Congalli. Adamnanus. Scripsit *Instituta monastica:* Quae etiamnum extant. *Ad coenobiorum patres epistolas* plures, Bale i. 53. Fatis concessit in monasterio Banchorensi A. D. DC vel DCI. aetatis suae 85. Festum ejus agitur x Maii. Ware, p. 13. 14. Dempster. iii. 254.

S. CONGALLUS, episcopus Culdaeorum in Scotia. Scripsisse fertur *Conciones ad Scotos et Pictos*, lib. i. *Homiliarum opus*, lib. i. *Contra Arrianos*, lib. i. Claruit anno CCCCXLVI. Colitur xii Maii. Dempster. iii. 248.

S. CONGALLUS alius, abbas monasterii de Haliwode in Scotia. Scripsit *Trophaea crucesignatorum*, lib. i. versu. *Cantenam Bibliorum*, lib. i. Mf. Parisiis. Claruit anno MCXIII, xii die Maii. Dempster. iii. 266.

CONGANUS monachus Hibernicus, ordinis Cisterciensis, et postea abbas coenobii, ut Waraeo videtur, Suriensis. D. Bernardo maxime familiaris erat, qui ejus hortatu vitam Malachiae archiepiscopi Armachani contexuit. Vide S. Bernardi praefationem in *Vitam Malachiae* inter opera. Scripsisse eum tradunt Baleus, xiv. 86. et Waraeus, p. 56. *Gesta Malachiae archiepiscopi*, lib. i. *Ad*

Bernardum

Bernardum Clarevallensem epistolas plures. Et secundum Thad. Dowlingum, *Annal. Hibern.* Mss. *Gesta S. Bernardi*, lib. i. Claruit Conganus anno MCL. Waraeus, p. 56.

S. CONGANUS sive COGNANUS, abbas Dumfermelinensis, scripsisse fertur *In evangelium Joannis*, lib. i. *In epistolas Petri*, lib. i. *Homilias ex S. patribus*, lib. i. *Exhortationes ad fratres*, lib. i. Obiit anno DCCCLXXX, vel M. Dempst. iii. 253.

S. CONNANUS, episcopus Sodorensis, scripsisse fertur *Pia exempla ex SS. patribus selecta*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. *Homilias*, lib. i. Claruit anno DCLXIV. Colitur 24 Novemb. Dempst. iii. 256.

CONSTABLE [JOHANNES] filius Rogeri, patria Londinensis sub Gul. Lilio literis grammaticalibus imbutus, studiis academicis operam dedit in aula Byhamensi Oxon. Ibi gradu magisteriali A. MDXVII ornatus academiae valedixit. Scripsit *Querelam veritatis*, lib. i. "Destinavimus "tibi hunc nostrum." *Epigrammata*, lib. i. Lond. MDXX. 4to. Claruit A. MDXX. Bal. ix. 23. Pits. *App.* p. 871.

CONSTANTIIS [GUALTERUS de] sive CONSTANTIENSIS, genere Britannus, a Maddano Locrini secundi Britannorum regis filio, et ex Guendolena Corinei filia originem traxisse in historiis perhibetur. Bal. Abbas et conventus S. Edmundi prece et petitione regis Henrici ii dedit magistro Gualtero de Constanc. clerico regis ecclesiam de Wlpett. Lib. Nigr. Bur. f. 104. Fuit canonicus Lincoln. Rad. de Diceto. Et A. MCLXXIII Rothomagensis. Rad. de Diceto. col. 568. Regis sigillifer. MCLXXX. Ibid. col. 609. Cancellarius regis A. MCLXXV. *Regist.* dec. et cap. Wellen. Archidiaconus Oxoniensis, et postea episcopus Lincoln. A. MCLXXXIII consecratus, juxta *Annales Cestren.* apud Wharton. apud Cadomum 7 cal. Julii, apud Andegavum in ecclesia Laudi, juxta M. Westmonast. ac sequente anno Rothomagensis archiepiscopus factus. Regem Ricardum in magno itinere versus Palaestinam cum caeteris comitabatur. Sed auditis illis quae interim fiebant per Gulielmum Longeshampum episcopum Eliensem in Anglia tyrannizantem, e Sicilia jussu regis rediit, primus justitiariorum, ut vocant, et cancellarius ejus loco subrogatus. Vide *Decem scriptores* col. 1231. Successit Galfrido episcopo Lincoln. Walterus de Constantiis dictus, sed revera de Cornubia natus. Ita Joh. de Schalby in *Martyrologio eccles. Lincoln.* Edidit Gualterus ad Excestriensem episcopum *Super negotiis juris*, lib. i. Vide Epist. Petri Blesensis 83. *Epistolas ad diversos*, lib. i. "Gualterus archiepiscopus Rothomag." *Ad Radulphum de Diceto*, lib. i. "Noverit tua discretio quod." *Ad Hugonem Dunelmensem*, epist. i. "Super adventu regio rumor "est." Extat apud Hoveden. in Richardo i. *De peregrinatione Ricardi*, lib. i. Claruit A. D. MCXCIX, in quo Ricardum Anglorum regem ad fontem Ebraldi sepelivit, ac Joannem ejus fratrem Normanniae principatu insignivit. Bal. iii. 41. Pits. 263.

CONSTANTINUS [a] Augustus proximum ab Helena Augusta locum in hoc catalogo poscit; quem per me etiam habebit, hac tamen conditione, ne ejus vitam ab ovo repetam. Id enim laboriosum magis esset, quam fructiferum; praesertim cum Sextus Aurelius Victor et Eutropius, autotores clari nominis, de eadem re satis feliciter scripserint: immo, ut apertius loquar, cum Pomponius Laetus, ille, inquam, omnis antiquitatis et eloquentiae Romanae vel ad miraculum peritus, tantum in hac parte praestiterit, quantum mihi, homini splendidae orationis ornamentis destituto, ne sperare quidem unquam licuerit. Quare optimum factu sentio, ut aliena religiose sequar vestigia, idque cum judicio decerpam, quod ostendat, quod monstret, quod denique probet Constantinum Max. talem fuisse, qualem, si non inter celebres scriptores, quorum ego memoriae conservandae praecipue studeo, saltem inter [b] eruditos recte numerem. Itaque quod res postulat, agamus. Eutropius in *Historia Caesariana* scribit, sed paucis quidem verbis: "Constantinum in civilibus "artibus et studiis literariis deditum fuisse." At plenius, amplius, illustrius est Pomponii Laeti testimonium, cujus verba Latina et rotunda nos hic subjiciemus: "Cumque fuerit armorum stu-"diosissimus, eloquentiae expers non fuit, ac philosophiae; et in differendo satis accuratus." Jam certe opus non erit, post tanti viri suffragium, alios quaerere testes. Hic unus instar multorum est. Quid si nunc ego, mea fretus autoritate, dicerem, Constantinum non modo eruditum, verum etiam scriptorem [c] fuisse? An quisquam mihi in hac re obstreperet? Certe, quanquam nolim

[a] De Constantino apud Anglos nato, videsis Crakanthorpi *Defence of Constantine*, p. 217. Cl. Pagi in Baronium An. CCCVI. viii. Stillingfl. *Orig.* p. 90. *Paneg. Max. et Const. et Eumen. Paneg. ad Const.* apud Baron. *Annal.* A. D. CCCVI, n. 12. 16. Bozium *De sign. eccl.* l. xxiv. c. 5. Usser. *Primord.* c. 8. f. 176. Cressey *Eccl. hist.* l. ii. c. 3. Malmsbur. l. iv. *De reg.* Burton *Comment. in Anton.* 79, 80, 81. Camdeni *Epist. Justo Lipsio*, p. 64. Lips. *De magnitudine urbis Romae*, l. iv. c. 11. Bucholtzerus in *Chronologia* An. C. CCLXXII, Constantinus Magnus hoc anno in Britannia natus patre Constantino et Helena matre. Vide de Constantini patria satis longam dissertationem in Alfordi *Annalibus*, p. 253. tom. i. Anno MXXVI. Nicephorus Bithynum fuisse Constantinum contendit, l. vii. *Eccl. hist.* c. 17. Hoc Nicephori commentum impugnat Baronius; tuetur Lipsius: sed satis jam haec inter Camdenum et Lipsium ultro citroque datis literis inter Tomlum et Alfordum ventilata est controversia. [b] Vide Socrat. lib. i. c. 9. de cura Constantini in conservandis et colligendis libris. Vid. etiam Usser. *Prim.* c. 7. [c] Epistolas et orationes componebat plurimas, ex quibus extant hodie, *Oratio ad patres in synodo Nicaena*, apud Eusebium in *Vit. Const.* lib iii. c. 12. Aliam ab hac, et multo prolixiorem exhibet Gelasius Cyzic. *Hist. Concil. Nicaen.* l. ii. c. 7. quam tamen potius ex historici ingenio fictam, quam revera a Constantino habitam, merito quis suspicari possit. *Oratio ad sanctorum coetum.* De qua videsis Eusebium ubi supra cap. 32. Extat cum notis Henrici Valesii ad finem librorum *De vita Constantini*, quibus subjici solet. *Epistolae plures.* Scripsisse Constantinum epistolas pene innumerabiles, sibique in animo fuisse eas separato volumine colligere, autor est Eusebius, ibid. cap. 24. quod autem nunquam praestitit, aut collectio ista jamdudum

lim libenter temere quidquam afferere, tamen multa fimul concurrunt, quae conjecturam mihi faciunt, illum in tanta ingenii felicitate et facundiae copia, calamo aliquando ufum fuiffe. Sed veftrum, candidi lectores, de hac conjectura efto judicium: nam me plura dicere parantem turba illuftrium virorum alio vocat. Ex *Lelando*.

dum periit. Nos, ut damnum illud aliquo faltem modo refarciamus, epiftolarum, quae fuperftites funt, indicem, quibufque in locis difperfae habeantur, hic fubjiciemus. *Epiftola ad Melchiadem epifcopum Romanum* de fynodo Romae habenda in caufa Caeciliani. Extat apud Eufeb. *Hift. eccl.* lib. x. cap. 5. et *Concil.* tom. i. col. 1405. *Ad Elaphium, feu Aelianum, Africae vicarium in fynodo Arelatenfi*, quam primus extulit Petrus Pithaeus. Extat etiam *Concil.* tom. i. col. 1421. *Ad Chreftum, Syracufanorum epifcopum.* Apud Eufebium loco citato, et *Concil.* tom. i. ibid. *Ad epifcopos, qui fynodo Arelatenfi interfuerunt.* In *Append.* ad Optatum edit. Parif. et *Concil.* tom. i. col. 1420. *Ad Probianum Africae proconfulem, de Ingentio ad fe tranfmittendo.* Apud Auguftin. ep. 68. et *contra Crefcon.* lib. iii. et *Concil.* tom. i. col. 1439. *Ad Celfum, Africae vicarium, de fuo in Africam adventu ob fchifma Donatiftarum.* In appendice Optatiana, et *Concil.* tom. i. col. 1440. *Ad epifcopos Africae et plebem catholicam de fchifmate Donatiftarum.* In locis fupra dictis. *Ad Caecilianum, Carthaginis epifcopum de eleemofyna diftribuenda.* Apud Eufebium lib. x. c. 67. *Ad Anulinum de immunitate clericorum.* Ibid. *Ad Eunalium, Africae vicarium de fententia adverfus Donatiftas lata.* Habetur inter *Acta colloquii* Carthag. cap. 516. *Ad Nicomedienfes de pace ecclefiae a fe fummo ftudio procurata.* In appendice Optatiana. *Ad Athanaf. epift.* ii. altera *In gratiam Arii*, altera *De inimicorum fuorum infidiis.* Habentur apud Athanaf. *Apol.* ii. p. 604. 609. *Ad Joh. Meletianorum ducem, de unione cum Athanafio feliciter facta.* Ibid. p. 611. *Ad epifcopos fynodi Tyriae*, qua eos Conftantinopolin evocat. Ibid. p. 622. *Edicta* ii. *de pace ac libertate Chriftianis concedenda.* Apud Eufeb. l. x. cap. 5. *Epiftola ad Optatianum Porphyrium*, Panegyrici poematis conditorem. Extat inter Marci Velferi opera *Poematio* praemiffa. *Ad Zuzium Gallicum*, et caeteros in Africa epifcopos, miffa cum fcripto epifcoporum Numidarum. Ibid. *Ad provinciales de falfo cultu polytheifmi*, quae et epiftolae formam et legis vim habet. Extat apud Eufeb. *De Vit. Conftant.* l. ii. a c. 48. ad c. 60. *Ad Alexandrum et Arium.* Apud Eufeb. ibid. a c. 64. ad c. 73. Socrat. l. i. c. 7. Gelaf. lib. i. c. 4. *Ad Alexandrinos de rebus geftis in Nicaenam fynodo.* Apud Socrat. l. i. c. 9. Gelas. l. ii. c. 36. *Ad epifcopos et plebem de Ario et Arianis.* Dictis locis. *Ad ecclefias de fynodo Nicaena.* Apud Eufeb. ibid. l. iii. a cap. 17. ad 20. Socrat. et Eufeb. locis citatis. *Ad Nicomedienfes de Eufebio et Theognide.* Fragmentum habetur apud Theodoretum lib. i. c. 20. integra extat apud Gelaf. l. iii. c. 2. *Ad Arium et Arianos.* Apud Gelaf. l. iii. c. 1. *Ad Theodotum epifcopum* (ut opinor) Laodicenfem. Apud Gelaf. l. iii. c. 3. *Ad Eufebium Caefarienfem* iv. Prima de ecclefiarum aedificatione, apud Eufeb. de *Vit. Conftant.* l. ii. c. 46. Socrat. l. i. c. 9. Theodoret. l. i. c. 17. Secunda de fede Antiochena, apud Eufeb. ibid. l. iii. c. 61. Tertia de fermone in Pafchate habito, ibid. l. iv. c. 35. Quarta de conficiendis facris codd. ibid. l. iv. c. 36. Socrat. lib. i. c. 9. Theod. l. i. c. 16. *Ad Macarium epifcopum Hierofolymitanum* ii. Prima de martyrio fervatori Hierofolymis aedificando, apud Eufeb. ibid. l. iii. c. 30, 31, 32. Socrat. l. i. c. 9. Theod. l. i. c. 17. Secunda de Mamre, apud Eufeb. ib. l. iii. c. 52, 53. *Ad Arium de reditu fuo.* Apud Socrat. l. i. c. 25. *Ad Antiochenos de Eufebio.* Apud Eufeb. ib. l. iii. c. 60. *Ad fynodum Antiochenam de eodem.* Ibid. c. 62. *Epiftola*, feu *Edictum adverfus haereticos.* Ibid. c. 64, 65. *Ad fynodum Tyriam.* Ibid. lib. iv. c. 42. Socr. l. i. c. 34. Theod. l. i. c. 39. *Ad Saporem Perfarum regem pro Chriftianis.* Apud Theod. l. i. c. 25. *Ad Alexandrinos in gratiam Athanafii*, cujus folummodo fragmentum habetur apud Theod. l. i. c. 27. Integra habetur apud Athanaf. *Apol.* ii. His addi poffunt *edicta* quamplurima, rem ecclefiafticam fpectantia, quae in codice Theodofiano et alibi affervantur. (Cave, *Hift. lit.* p. 135. feqq.) Obiit Achyrone in Nicomediae fuburbano 11 cal. Junii, A. Ch. CCCXXXVII, aetatis fuae 66. Conftantinopoli in veftibulo bafilicae SS. apoftolorum, quam ipfe conftruxerat, fepultus. Ibid.

S. CONSTANTINUS iii. rex Scotorum, poftquam quinquennium regnavit, feculum reliquit, et in monafterio S. Andreae vitam religiofam affumpfit. Scripfit *Ad Athelftanum regem Angliae fuper pace cum Scotis*, lib. i. *Meditationes pias*, lib. i. Obiit anno DCCCCXLIII. Dempfter. iii. 246.

CONSTANTINUS Anglorum Guallorum rex, in Hiberniam pulfus, inde in Scotiam trajecit, et ibi monachalem habitum induit. Scripfit *Meditationes*, lib. i. *Ad fratres homilias*, lib. i. *De regno amiffo*, lib. i. *De hoftium fuorum crudelitate*, lib. i. *Pfalterium*, lib. i. Claruit anno DLXXVIII. Dempfter. iii. 258.

CONSTANTINUS [GEORGIUS] vir Graecae Latinaeque literarum peritus. Religionis gratia a Moro, Gardinero, etc. vexatus. Vide Fox. p. 1019. 1544. feqq. In turrim Londinenfem inclufus fuit 20 Novemb. 31 Henr. viii. Mf. Cotton. Titus B. 1. Et deinde cuftodiae dom. Thomae Mori traditus, ex qua Antverpiam aufugit. Vide *Opera* Tho. More, p. 902. 903. Poftea abfque venia regis ejufdem in Angliam rediit, abutens clementia regia in apportandis libris Tyndali, etc. Vide *Opera Angl.* Tho. Mori, p. 342. Edidit *Examinationem Gul. Thorp.* Ita Morus in praef. contra Tindal. *Oper. Angl.* p. 342. Tranftulit in linguam Anglicanam ultimam J. Wiclevi concionem *De hominis villicatione*, lib. i. *Epiftolas plures Latine* fcripfit. Videtur idem effe Georgius Conftantinus, regiftrarius et profecutor Ferrari Menevenfis epifcopi tempore Edwardi vi. Fox. 1. edit. 1084. etc. Fuit etiam officialis duorum archidiaconatuum in eadem dioecefi. Ibid. p. 1092. Et tempore reginae Mariae regiftrarius. Ibid. p. 1098. Claruit A. D. MDL in Germania fenex exul. Bal. ix. 89.

CONSTANTINUS [ROBERTUS] natione Scotus, ex Fifa oriundus. Hatton. Scripfit *Nomenclatorem infignium fcriptorum, quorum libri extant vel Mfs. vel impreffi: ex bibliothecis Angliae et Galliae.* Parif. MDLV. 8vo. *Theophrafti hiftoriam plantarum.* Extat cum notis ejus et aliorum Amft. MDCXLIV. fol. *Supplementum linguae Latinae* (fc. ad Calepini *Dictionarium*) five *Dictionarium abftruforum vocabulorum.* Pr. "A cura praeftantior, Suetonius in Tiber." Gen. Vignon. MDLXXIII. 4to. Recognovit *Lexicon Graecum cum additionibus et emendationibus Fr. Porti et aliorum, et notis Mfs. Ed. Bernardi.* Genevae MDXCII. fol. *Aur. Corn. Celfum de re medica*; *et annotationibus illuftravit.* Venet. MDLXVI. 8vo.

CONTON [GUALTERUS] Hibernus fcripfit Latine, *Epigrammata et epitaphia varia.* Stanihurft. apud Hollinfh. vol. ii. p. 39.

S. CONVALLANUS monachorum in infula Mona abbas. Scripfiffe fertur *De Pictorum Britannorumque regni excidio*, lib. i. *De Scotorum regum fucceffione*, lib. i. *De Anglorum gentis futura*

in

in Chriſtum pietate, lib. i. *Monita ad proceres*, lib. i. Claruit anno vel CCCXCVI, vel CCCCLXVIII. Dempſter. iii. 259.

S. CONVALLUS D. Kentigerni diſcipulus, primus archidiaconus (ut lepide nugatur Dempſterus) Glaſcoenſis. Scripſit *Kentigerni magiſtri vitam*, lib. i. *Contra ritus ethnicorum*, lib. i. *Ad clerum Scoticum ſuper eccleſiae ſtatutis*, lib. i. Claruit anno DCVI. Colitur 18 Maii. Dempſter. iii. 263.

CONWAY [a] [ROGERUS] ſive CONOVIUS Camber, ex Conovio antiquiſſima urbe litorali, quam vulgus CONWEY vocat, unde originem traxit, nomen ſortitus eſt. Hic, dum adhuc adoleſcens eſſet, adſumpto pallio Franciſcano, incepit ſollicita exercitatione viam ad doctas artes aperire. Qui labor uſque adeo illi vanus non erat, ut opinione citius per latiſſimos cum philoſophiae tum theologiae campos libero pede ſpatiatus ſit. Jamque eo devenerat, ut quas ipſe non longo ante tempore vias dubius praetentaverat, aliis, tanquam dux et ſignifer, ſumpta in manus lucida face, oſtenderet. Senſerant hanc in homine virtutem Iſiaci [b], et qua pergebat, per amoeniſſimos literarum campos ſecuti ſunt: praecipue tamen fraterculorum factiones, qui illum pro ſemideo habebant. Unde et poſtea, in publico Chordigerorum conventu, in praeſidem provincialem, magiſtratum apud illos multo maximum, electus eſt. Quod certe ſine magna ratione factum non fuit [c]; nam Richardus Armacanus circiter haec tempora ediderat famoſum volumen contra fratres Mendicantes, e quo numero Franciſcani ſtrenuiſſimi erant. Ad praeſidem igitur provincialem, tanquam ad ſacram anchoram, itum eſt. Ille vero, ut peſtem imminentem, id eſt, famem, procul a ſuorum cervicibus pelleret, ad armarium ſe ſtatim contulit, ingentem telorum vim proferens, quibus communem hoſtem opprimeret. Fuit pugna cruentiſſima, ut ex edito libro [d] apparet. Cui tamen victoria ceſſit, theologi certant, et adhuc ſub judice lis eſt [e]. Mortuus eſt Londini [f], et ſepultus in choro ſani Franciſci. Ex *Lelando*.

[a] Rogerus Conway ſeu Conovius, Mſ. Lel. Trin.
[b] Sacrae theol. doctor Oxon. et theol. in coenobio Minoritarum profeſſor. [c] "Anno MCCCLIX fr. Rogerus "Conwey, ordinis Minor. in Wallia oriundus, capitoſus et "aſtutus, in civitate London. praedicavit publice de mendicitate Chriſti. Contra opiniones hujuſmodi primo magiſter Ric. de Kylmetone, decanus eccl. S. Pauli London. "ſe oppoſuit praedicando, et deinde magiſter Ric. Fitz-"rauff, arch. Armachanus, in theol. mag." etc. Gul. Rede, epiſcopus Ciceſt. ut Jameſius ex eo, viii. 152.
[d] *De confeſſionibus per regulares audiendis* [*liber judicialiter datus dominis cardinalibus.* Ita Mſ. C. C. C. Cantab. T. 8.] *contra informationes Armachani*, cap. 8. lib. i. *Confeſſio et pulchritudo in conſpectu*, Mſ. bibl. Bodl. Sup. A. 1. art. 95. Cantabr. in bibl. publ. Mſ. 140. 5. et in coll. Corp. Chriſt. T. 8. Mſ. olim penes Edw. James canon. Aed. Chriſti Oxon. (A. Wood. Mſ. xciv.) nunc in C. C. C. Oxon. 182. Extat Pariſ. 1496. et 1511. et apud Goldaſtum, *Monarch.* tom. ii. p. 1392. [e] Scripſit etiam *Super extravagantis intellectione*, lib. i. "Veruntamen quia juſte Dominus." *Determinationes ſcholaſticas*, lib. i. *Quaeſtiones theologiae*, lib. i. *Quaeſtiones* iii *de Chriſti paupertate et dominio temporali* habentur Mſs. penes Waddingum. Wharton. *Lecturas et ſermones*, lib. ii. [f] Mſ. Cotton. Vitell. F. xii. Anno MCCCLX. Bal. vi. 7. Pitſ. p. 484. Cave *App.* Wharton. p. 45.

CONYNGTON [a] [RICHARDUS] ſive COVEDUNUS, Chordiger, Iſidis in Vado doctiſſimorum uſus eſt conſuetudine [b]. Taleis etenim illud genuit ſaeculum fratres, qualeis, ſi poſteritas vidiſſet, amaſſet, celebraſſet, ſuſpexiſſet. Sed rerum omnium eſt mutatio. Conſtat hujus tantam apud ſuos tum doctrinae tum continentiae titulo exiſtimationem fuiſſe, ut miniſtri praeficitur [c] muneri [d]. Edidit *Commentarios in Longobardum* [e], *Quodlibet*, et *De Chriſti dominio* [f] libellum. Denique et *Quadrageſimale Gregorii commentariis illuſtravit* [g]. Ex *Lelando*.

[a] Ricardus Conyngtonus, Mſ. Lel. Trin. Bale. Pitſ. A. Wood. [b] Sc. Johannis Walſinghamii, Gul. Exceſtrii, et aliorum. Bale. [c] Praeficeretur, Mſ. Trin.
[d] Praeſes ſui ordinis provincialis tandem evaſit.
[f] *Contra Occamum pro papa Joanne* xxiii. Mſ. Bale. Glynn. xxiv. Bale. impreſſ. lib. i. [g] Scripſit etiam *In pſalmos poenitentiales*, lib. i. "Saepius dum ſedebam ſolitarius." *Sermones ſolennes*, lib. i. Relicta tandem Oxonia, Cantabrigiam ſe contulit, ubi publice praelegit, et obiit an. MCCCXXX, in ſui ordinis coenobio ibidem humatus. Bal. v. 32. Pitſ. p. 424. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 75.

COOK [ANNA] filia domini Antonii natu ſecunda, nupſit dom. Nicolao Bacono, magni ſigilli cuſtodi. Hujus meminit inter doctiſſimas Angliae foeminas Joh. Coke in *Lite inter heraldos*, MDL. 12mo. Vide etiam Joh. Caium de libris propriis f. 12. *Epiſtola* i *hujus Annae ad M. Parkerum*, Mſ. extat in Mſ. coll. Corp. Chriſti Cantabr. Miſcell. i. p. 124. Ex Latino in Anglicum tranſtulit *Joh. Juelli apologiam pro eccleſia Anglicana*. Ita Whitaker in Dd. ante tranſt. Juelli contra Harding. Extat Lond. MDLXIV. 8vo. cum epiſtola M. Parkeri ei praefixa. Vide Strype in *Vita Parker*. p. 178.

COOK [ANTONIUS] eques auratus, unus ex Edwardi vi praeceptoribus. Fuit viſitator univerſitatis Cantabrigiae MDLIX. Strype in *Vita Parker*. 43. Miles, et unus cubiculariorum camerae regiae 4 Edw. vi. Mſ. Aſhmol. 8. Plura in utroque ſcribendi genere contexuit opuſcula, ſed eorum titulos ſcire non fuit Baleo datum. Ei attribuitur *Dialecticon etc. de veritate corporis Chriſti in euchariſtia*, Argent. MDLXXVII. Vide *Scaligerana*, p. 81. Placcium i. 107. Tranſtulit e Graeco in Lat. et ſtrenarum loco A. D. MDLX reginae miſit Gregorii Nazianzeni *Theophaniam, de natali Servatoris orationem*. Princ. dedic. reginae Elizab. Anglice. "Being unable for lack of." Autogr. Mſ. in bibl. regia Weſtmon. 5. E. xvii. *Hexaſtichon Latinum in verſionem Demoſth. oration. per N. Carrum*, Lond. MDLXXI. 4to. *Hexaſtichon in obitum Buceri*. Buceri, *Scripta Angl.* Baſ. MDLXXVII. fol. p. 903. *Aliud in Catherinam reginam Angliae*: Et *aliud in Margaretam Nevil, eidem reginae a cubiculis*, Lond. MDLII. 4to. Ei dedicavit Petrus Martyr epiſtolam ad Romanos

kal. Aug. MDLVIII. Claruit 6 kal. Febr. MDLXXVI, quando Rob. Maſſonius ei Petri Martyris *Locos communes* inſcripſit, Bale. Fuller's *Worthies*, i. 328. Anno MDLXXVI vitam clauſit Ant. Cocus, ſeptuagenarius, vir equeſtri dignitate, antiqua ſeveritate, etc. Vid. Camd. p. 27. ubi de doctiſſimis filiabus. Muro ſeptentrionali eccleſiae de Rumford in comit. Eſſex. juxta imagines Antonii Coke et uxoris ac familiae affixum eſt epitaphium hujus tenoris:

Dominus Antonius Cocus ordinis
Equeſtris miles ob ſingularem doc-
trinam, prudentiam et pietatem regis
Edwardi ſexti inſtitutor conſtitutus.
Uxorem habuit Annam filiam Guli-
elmi Fitzwilliams de Milton Militis
Vere piam et generoſam, cum qua diu
Feliciter vixit, et ſupervixit; at tandem
Quum ſuos tam natos quam natas
Bene collocaſſet, in Chriſto pie
Mortuus eſt anno aetatis LXX.

Ad orientalem plagam epitaphium aliud videtur, in quo ille xi die Junii MDLXXVI mortuus eſſe dicitur.

COOPER [THOMAS] patria Oxonienſis, in vico Murilegorum natus, in ſchola grammaticali collegii B. Mariae Magdalenae educatus, ejuſdem collegii choriſta, ſemicommenſalis et tandem ſocius A. MDXXXIX electus fuit: Poſtea ſcholae praedictae ludimagiſter et magiſter artium renunciatus. De eo in libro *Dialogue againſt the biſhops*, ita: "He was corrector to the printer in Fleetſtreet, that "printed Eliot's dictionary: Cooper tranſlated a piece of Rob. Stephanus his Theſaurus, and "joined it to the ſame with a few phraſes, and ſo bereved the famous knight of his labors." Dein medicinae operam dedit, in qua facultate primum ſuſcepit gradum, et praxin exercuit temporibus Marianis. Elizabetha ſceptrum capeſcente ſtudiis theologicis ſe totum dedit, et A. MDLXVI S. theologiae doctor renunciatus. Mox Oxonii inclaruit decanus aedis Chriſti; academiae per plures annos vice-cancellarius; A. MDLXIX decanus Gloceſtriae; A. MDLXX epiſcopus Lincolnienſis; et demum A. MDLXXXIV ad ſedem Wintonienſem tranſlatus fuit. Obiit 29 April. MDXCIV, et ſepultus eſt Wintoniae. Scripſit *The epitome of chronicles from the ſeventeenth year after Chriſt to* MDXL, *and thence afterwards to the year* MDLXV. [Liber hic eſt continuatio *Chronicorum* Thomae Lanqueti tertiam partem auctior.] Pr. ep. ad com. Bedford. "As al kynde of honeſt." MDLIX. Lond. MDLX. 4to. accuratior. MDLXV. MDLXIX. 4to. In praefatione ad edit. MDLX et MDLXV multum queritur de editione MDLIX public. per Crowley. *Theſaurum linguae Romanae et Britannicae*. Lond. MDLXV. MDLXXIII. MDLXXVIII. MDLXXXIV. fol. Licentiam ad imprimend. ſolum obtinuit per literas patent. 5 Elizab. Gul. Turner in libro *Of the natures and properties of wines*, multos hujus libri errores adnotat. *Dictionarium hiſtoricum et poëticum*. Imp. cum *Theſauro*. *A brief expoſition of ſuch chapters of the old Teſtament, as uſually are read in the church at common prayer, on the ſundays throughout the year*. Pr. pr. "I am not of that opinion, good Chriſtian." Lond. MDLXXIII. 4to. Liber hic adeo gratus fuit M. Parkero, ut theſaurario Angliae eum commendaret ad obtinendum mandatum regium, ut omnes regni parochiae eum pro eccleſia ſua coëmerent. Strype in *Vita Parker*. 465. *Sermon at Lincoln* MDLXV. *on Matth.* xvi. 26. 27. Pr. "Quid prodeſt, etc. The laſt day, dearly beloved." Lond. MDLXXV. 8vo. MDCXIX. 4to. *Twelve ſermons on Rom.* i. 16. *Matth.* vii. 15. 16. 1 *Cor.* x. 1. 3. 5. *Matth.* xiii. 3. 5. *John* viii. 46. Lond. MDLXXX. 4to. *An admonition to the people of England: wherein are anſwered not only the ſlanderous untruths, reproachfully uttered by Martin the libeller, but alſo many other crimes by ſome of his brood, objected generally againſt all biſhops*, etc. Pr. pr. "I am not ignorant, gentle reader." Lond. MDLXXXIX. 4to. Abſque autoris nomine. Latine etiam extat. *Tho. Cooper's homilies on the ſeven ſacraments* .... MDLVIII. *An anſwer in defence of the truth againſt the apology of private maſſe*. Pr. "It is wel "known to a great number." Lond. MDLXII. 12mo. De hoc libro vide praefat. Edw. Cradock in *Tractatum de providentia*. Lond. MDLXXII. 8vo. Et catalogum praefix. Gul. Fulconis libro adverſus Tho. Heſkyn. Placcium i. 516. *Oxonienſis academiae gratulationem de adventu ſereniſſimae reg. Elizabethae ad aedes comitis Leyceſtrenſis, cancellarii acad. coram eadem pronunciatam a T. Cooper*. Pr. "Mirum fortaſſe tibi videri," etc. Mſ. C. C. C. Oxon. Twin. iv. et Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 12. A. xlvii. *Librum ordinationum et decretorum pro coll. S. M. Magd. Oxon. factorum et inſtitutorum per* T. Cooperum epiſ. Winton. dat. 17 Octob. MDLXXXV. *Chriſtianam cum fratribus conſultationem, utrum pii verbi miniſtri praeſcriptam a magiſtratibus veſtium rationem ſuſcipere et liquido poſſint et inire debeant*. Pr. ded. M. Parkero, archiep. Cant. "Quod ſemel atque iterum poſtula-"ſti." Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. F. p. 135. *Auctarium bibliothecae Elioti*, lib. i. "Eliota "vir ſui ordinis." *Caſtigationes in eandem*, lib. i. "A puero of a child that." *Epiſtolam M. Parkero*. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. 839. Bal. ix. 73. *Athen. Oxon.* i. 265. ſeq. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. p. 196.

COPE [ANTONIUS] patre Willelmo, regis Henrici quaeſtore aerario, matre Joanna natus erat apud Bamburiam in agro Oxonienſi. Oxoniae apud Orielenſes in ſtudiis philoſophicis laudabiliter inſtitutus, eorum proſequendorum gratia Galliae, Germaniae, et Italiae academias inviſit. Edidit

I

Edidit *Godly meditations on* xx *select psalms* (viz. i. xii. xiii. xxiii. xxxii. xlix. li. lxxiii. lxxxiv. xc. cii. ciii. civ. cxvi. cxxi. cxxx. cxxxviii. cxxxix. cxlvi.) *necessary for them that desire to have the dark words of the prophet declared*, etc. Lond. MDXLVII. 8vo. *Historiam Annibalis et Scipionis*, capit. 72. Princ. dedic. Henr. viii. " That all humane actes ought." Lond. MDLXI. 12mo. ex Tito Livio aliisque. Item Lond. MDXC. 8vo. Creatus erat eques auratus tempore Edwardi sexti. Obiit A. D. MDLI, et humatus quiescit in cancello ecclesiae parochialis de Hanwell, juxta Banburiam praedictam. *Athen. Oxon.* i. 79. Bale xi. 74. Pits. 735. seq.

COPINGER [GULIELMUS] artium magister Oxoniensis, theologus pius: a Pitseo dicitur fuisse alumnus collegii Baliolensis Oxon. Scripsit *De vitiis et virtutibus*, lib. i. " Vani sunt omnes " homines." *Sacramentale quoddam*, lib. i. Mss. in bibl. Baliol. olim. Bal. xi. 48. Pits. *App.* 852. *Fasti Oxon.* i. 66.

COPLAND [GULIELMUS] typographus Londinensis edidit *A boke of the proprieties of herbes, called an Herball; whereunto is added the tyme, that herbes, flowrs, and seeds should be gathered, to be kept the whole yere, with the vertue of herbes, when they are stilled: also a general rule of all manner of herbs, drawn out of the auncient book of physick by W. C.* Pr. " Sedes should " be gathered." London by Will. Copland. . . 12mo.

COPLAND [ROBERTUS] scripsit carmine Anglicano *Testamentum Julianae de Brentford.* Pr. pr. " At Brentford in the west of London." Lond. by Will. Copland. . . 4to. *Carmen Anglicum* praefixit *Speculo ecclesiae* Anglice a se impr. . . 4to. et recuso per W. Word. Lond. MDXXI. *Carmen* pr. Andreae Chertesey *Translationi passionis Domini.* Lond. MDXXI. 4to. Transtulit ex Gallico in Anglicum. *The secrete of secretes of Aristotle, with the governayle of princes and every manner of estate; with rules of health for body and soule.* Pr. " God Almighty save our king." Lond. MDXXVIII. 4to. *The rutter of the sea with the havens, soundings*, etc. *Laws of Oleron*, etc. Pr. pr. tr. " Every science artificiall." Lond. by Will. Copland. . . 8vo. *Doctoris Johannis Quintini* librum *De modo recte vitam instituendi.* Pr. " For to begyn the manner of salutary." Paris. MDXXXI. 12mo. In the primer of Sarum Engl. et Latin. Rouen. MDLV. MDLVI. 8vo. *Phoenicem sive de arte memoriae.* Pr. pr. " Forasmuch as many in the tyme." Lond. by Will. Middilton. . . . 12mo. Transtulit in Anglicum opera varia chirurgica; sumptibus Henrici Dabbe. *Quaestionarium chirurgorum.* Pr. pr. tr. " Gentyl readers, in consyderation that every." *Leprosorum examinandi et medendi methodum. Guidonem de Callyac. de curatione apostematum. Ejusdem formularium de vulnerum curatione. Galeni therapeutices* lib. quartum. Simul impr. Lond. MDXLI. 4to. Claruit tempore Philippi et Mariae. A. Wood. *Athen. Oxon.* vol. iii. Ms.

COPUS [ALANUS] in urbe Londinensi natus, Oxonii in collegii D. Mariae Magdal. socium cooptatus est anno MDXLIX. A. MDLX absentiae licentia ab academia impetrata, propter religionem in regiones exteras fugam capessit. Romam deinde venit, ibique S. T. professor, aut saltem baccalaureus (licet in Oxoniensi academia per quinque annos studiis juris civilis se totum addixisset) et ecclesiae D. Petri in Vaticano canonicus factus est. Scripsit *Syntaxin historiae evangelicae*, lib. i. in qua res Domini nostri Jesu Christi, quo ordine gestae fuerant, ipsis quatuor evangelistarum verbis ita prolixe et distincte collocatis narrantur, ut quid singulorum proprium, quid duorum pluriumve, et quorum commune sit, sub aspectu lectoris statim cadat. Princ. dedic. " Scio aliam esse et " personae." Lovan. MDLXXII. 4to. Duaci MDCIII. *Carminum diversorum* lib. i. Extat carmen encomiasticum praefixum Sandersoni *Logicae*, quae primo prodiit anno MDLXXXIX. Hexasticum tum Lat. tum Anglicum Ms. praefixum impresso libello Guinneth *De vitis haereticorum* in bibl. Norwic. More. *Dialogos sex contra summi pontificis, monasticae vitae, sanctorum, sacrarum imaginum oppugnatores et pseudomartyres*, Antverp. MDLXVI. Lat. Hic liber, etsi sub nomine Alani Copi typis mandatus fuerit, autorem tamen revera habet Nicolaum Harpsfeld. Wood. *Athen.* et *Fast. Oxon.* in A. D. MDLXXX. Idem hoc ultimae literae in fine vi dialogi indicant, quae per literas A. H. L. N. H. E. V. E. A. C. exprimere volunt Autor Hujus Libri Nicolaus Harpsfield. Eum Vero Edidit Alanus Copus. Vide Reynold, *Conference with Harte.* p. 36. Fuller, *Church history* iv. 141. asserit *Ecclesiasticam historiam*, quae sub nomine Nic. Harpsfeld divulgata est, esse Alani Copi. Vide stricturas nonnullas in hoc Copi opus a Rich. Stanihurst in 2do capite *Descriptionis Hiberniae* editas. Hollinsh. ii. 14. Obiit Romae, et sepultus est in schola seu hospitali Anglicano circa A. D. MDLXXX. Wood. *Athenae*, et *Fasti Oxon.* in annum. Miraeus, *Script. sec.* xvi. p. 109. A. D. MDLXXVIII. Pits. p. 772.

COPUS [MICHAEL] natione Anglus, temporibus Marianis solum vertere coactus est, et apud Genevenses sedem fixit. Scripsit Gallice *Fidelem et familiarem expositionem in Ecclesiasten.* Genev. MDLVII, et MDLXIII. 4to. *Piam et doctam expositionem in Proverbia Salomonis:* translatam in sermonem Anglicum per Marcellinum Outredum. Lond. MDLXXX. 4to. Claruit circa A. MDLX. *Athen. Oxon.* i. 80.

CORBERIUS [PETRUS] sive REMALUTIUS ex loco obscuro in agro Reatino natus, frater Franciscanus, dein episcopus Corbanensis sive Corbariensis in Hungaria, et suffraganeus Stephani episcopi London. A Ludovico Bavaro imperatore sub nomine Nicolai v contra Johannem xxiii papa renunciatus est A. MCCCXXVIII. Scripsit *Glossulam super imitatione Christi*, lib. i. Post tres pontificatus annos in Angliam occulte venit, et Londini 19 Januar. MCCCXXXI apud Minoritas obiit; atque sepultus jacet in choro ecclesiae fratrum Minorum, London. in area australi. Bal. xiii. 39.

ex

ex M. Westmon. et Franciscanorum *Registro.* Vid. Whart. *De episc. Land.* p. 124. et Mſ. Cotton. Vitellius F. 12.

CORMACUS Arturi Unici regis Hiberniae filius, regnum iniit A. D. CCLIV. Magnificentia, munificentia, prudentia, ac eruditione, nec non rerum gestarum laude superiores omnes Hiberniae reges anteivit. Eruditionem libri ab eo editi [indicant,] culturam tria gymnasia Temoriae aperta, unum ad militarem disciplinam, alterum ad rem historicam, et tertium ad jurisprudentiam exercendam. Ita O Flaherty, *Ogyg.* p. 336. in quo plura videbis de schola hac Temorensi, et libris ex eo prodeuntibus. Scripsit *Praecepta regia, sive principis institutionem ad Carbreum filium.* Adhuc Mſ. extare dicitur *Ogyg.* 337. *Opusculum* multa ad ternarium numerum revocans. Mſ. Ibid. 337. Circa annum CCLXXIX regno abdicavit, et sceptrum Carbreo filio tradidit. Reliquam vitam egit apud Acoill et Teachclethigh, prope Temoriam, a forensi strepitu remotus. Tandem salmonis spina inter edendum gulae inhaerens vitalem spiritum obturavit. *Ogyg.* p. 340.

CORMACUS alius, unus e primis fundatoribus monasteriorum in Scotia. Scripsisse putatur *Regulam ad fratres,* lib. i. Claruit anno DC. Dempster. iii. 261. Vide Adamnan. in *Vita S. Columbae,* lib. i. c. 5. lib. ii. c. 17.

CORMACUS alius, episcopus Murthlacensis. Scripsit *Conciones pias,* lib. i. Claruit anno MXLI. Dempster. iii. 260.

CORMACUS Culinani filius, qui Finano Casseliensi regi, suorum perfidia interempto, successor declaratus est anno DCCCCI. War. p. 46. Casseliae ecclesiam erexit cathedralem, cujus ipse episcopi munus obivit. Morem eum apud Hibernos illo aevo viguisse, scriptores patrii luculenter ostendunt. De praeliis ejus cum Flano, rege Midiae, et de caede ejus variae opiniones apud War. 47. 48. Aug. 16 DCCCCVIII. al. DCCCCVII victus et occisus erat a Flano in loco dicto Moy-albe. Corpus ejus Casseliam delatum, ibidem tumulo conditum est. Scripsit *Historiam Psalter Casshell* vulgo dictam, quae etiamnum extat, et magno habetur in pretio. *Fragmenta quaedam genealogica* ex illa historia desumpta in vetusto codice Mſ. habuit Waraeus, ante annos plus quam CCC exarato, ut e characteris antiquitate liquet. Ware. p. 48. Ad calcem Mſ. ex Gyldae de excidio Britanniae glossis partim insertis, haec carmina annectuntur:

"Historiam Gildae, Cormac sic perlege scriptam
"Doctoris digitis, sensu, cultuque redactam,
"Haec tenues superat multos, carpitque superbos."

Ita *Epist.* Usserii ad Camden. p. 76. *De genealogia sanctorum Hiberniae,* lib. i. Colgan. *Act. sanct. Hibern.* tom. i. f. 5.

S. CORMANUS Scotus, petente rege Oswaldo, missus est in Northumbriam, ut barbaram illam gentem ad fidem Christianam converteret. Sed cum esset asperioris ingenii, attamen vir bonus, re infecta in patriam rediit; cujus loco missus est S. Aidanus. Scripsisse fertur *Documenta fidei ad Northanhumbros,* lib. i. *Conciones,* lib. i. *Commentarios in Scripturas,* lib. i. *Acta legationis,* lib. i. Claruit anno DCXXX. Colitur 12 Martii. Dempster. iii. 257.

CORNELIUS Historicus, gente Hibernus, seu, ut Dempsterus iii. 317. vult, Scotus. Scripsit *Multarum rerum chronicon,* lib. i. Quod cum honore memorat Hector Boëthius in praefatione sua ad *Historiam Scoticam.* Claruit circa annum MCCXXX. Stanihurst. p. 40. War. p. 59. Bale xiv. 88. Dempster. anno MCLXV claruisse dicit.

CORNELIUS HUGONIS patria Hibernus: fratrum reg. observ. vicarius provincialis: scripsit, seu ab anonymo scriptum castigavit, et edidit *Vitam S. Patricii Hibernorum apostoli.* Antwerp. MDXIV. Wadding. p. 95.

CORNHULL [PETRUS de] Guliel. Harrison. in *Descriptione Angliae,* cap. 12. citat hunc Petrum *De Fluvio Limenis.*

CORNISH [GULIELMUS] alias NYSHEWHETE, capellae regiae regis Henrici vii minister scripsit carm. Anglico *A Treatise between trowthe and enformacion,* lib. i. "The knowlege "of God passith." Mſ. in bibl. regia Westmon. 18. D. ii. 4. impr. inter Skeltoni opera. Lond. MDLXVIII. 8vo. Hoc carmen compositum erat ab auctore in carcere vulgo FLEET dicto 19 Henr. vii. *Old musical compositions by several masters among them by Will. Cornish.* Mſ. Ra. Thoresby in *Ducat. Leod.* p. 517. Claruit A. D. MD.

COROVANUS poëta Scotus vetustissimus; scripsisse perhibetur *Carmina varia,* lib. i. *Odas et cantica,* lib. i. Claruit circa A. MDC. Dempst. iii. 321.

B. CORRANUS male pro CORCRANUS. De eo ita Colgan: *De S. Gormgalie,* qui obiit A. D. MXVII, *Encomiis et reliquiis* extat penes me *B. Corrani,* qui eodem tempore floruit, elegans et piissimum *poëma*; ait Colgan. *Ac. Sa. Hib.* tom. i. f. 141. Dicatum est hoc opusculum fratribus monasterii de Ardoilen in Connacia. A. MXL Corcranus insignis ecclesiastes, anachoreta et archimagister occidentalis Europae in religione et scientia, Lismori obiit. Sic *Annales Hibernici* apud Colgan. ibid. f. 206.

CORRO [ANTONIUS de] sive CORRANUS, gente Hispanus, natus in urbe Seviliae, patre Antonio legum doctore, a teneris in dogmatibus pontificiis imbutus est. Decem annos in Gallia vixit, et postea doctrinarum ecclesiae reformatae cupidus, religioni et patriae valedixit et in Angliam venit circa A. D. MDLXX, ubi primum Hispanorum Londini, qui evangelii gratia patriam reliquere, pastor erat per biennium (In epist. dedicat. comiti Leicestrensi praefatione Anglicae editionis

Dialogi

Dialogi theologia in Romanos MDLXXV.— "Octo abhinc annis, cum primum in Angliam venissem") Anno sequente, favore Edwini Sandys, episcopi Londinensis, praelector S. theologiae in templo constitutus (ubi haud sapienter de praedestinatione et suspiciose de Arianismo loquebatur. Strype in *Vita Grindal.* p. 187.) quo officio functus est per tres annos. Anno MDLXXV Robertus comes Leycestr. cancellarius Oxon. eum Oxoniam misit cum literis commendatitiis, rogans academiam, ut Antonium hunc gradu doctoratus in theologia insigniret. Hoc, refragantibus tamen nonnullis, concessum erat, modo se ab haereseos suspicione, qua tunc laboravit, ante proxima comitia purgaret. (De dissensione inter eum et Hieronymum ecclesiae Italicae Londin. pastorem de dogmatibus quibusdam in *Tabula de operibus Dei*, etc. vid. Strype in *Vita Grindal.* 125. seq. 147. seq.) Postea studiosos aularum Glocestrensis, S. Mariae et Cervinae in studiis theologicis manuduxit; ac aedis Christi alumnus factus anno MDLXXIX, cujus collegii censor erat theologicus per aliquot annos. Praebendarius demum fuit de Harleston in ecclesia S. Pauli London. Scripsit *Epistolam pastoribus Antwerpianis*, quae Anglice conversa fuit per Galf. Fenton sub hoc titulo: *A godly admonition sent to the pastors of the Flemish church in Antwerp, exhorting them to concord with other ministers.* Lond. MDLXX. 8vo. In Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. 935. extat epistola hujus Antonii M. Parkero data Lond. 16 Jan. MDLXVIII, cum qua misit dom. archiepiscopo duos libellos Gallico sermone a se conscriptos in usum Antwerp. ecclesiae, in qua pastoris munere fungebatur. *Tabulam de operibus Dei, in qua de humani generis creatione ac restauratione*, Lond. MDLXXIV. 8vo. MDLXXXIV. 8vo. Princ. "Quum immensus ille Jehova:" quae postea sermone Gallico (Norwici ante A. C. MDLXVIII. Strype in *Vita Grindal.* p. 125.) Germanico et Anglico publici juris facta fuit (Strype in *Vita Parker.* p. 271.) propterea quod Antonius Pelagianismi accusatus erat. *Articulos fidei orthodoxae, etc. tabulis annexos* (non tamen in editione MDLXXXIV.) *Supplicationem ad regem Hispaniae*, etc. Latine et Gallice MDLXVII. 12mo. Hanc in linguam Anglicanam postea transtulit aliquis sub hoc titulo: *A supplication to the king of Spain, wherein is shewed the sum of religion, for the profession whereof the protestants do suffer persecution in the Low Countries*, Lond. MDLXXVII. 8vo. *Translationem, paraphrasin, et notas in concionem Solomonis de summo hominis bono*, quam Hebraei *Cohelet*, et Latini *Ecclesiasten* vocant. Lond. MDLXXIX. 12mo. Princ. epist. dedic. Thomae Bromleio, cancellario Angliae. "Quam variae semper fuerint." Item Lond. MDLXXXI. 8vo. Et cum *Analysi* Abrah. Scultet. Francof. MDCXVIII. 8vo. *Sermons upon Ecclesiastes*—abridged by Thomas Pitt. Oxon. MDLXXXV. *Grammaticam Hispanicam Anglice conversam per Joh. Thorium*, Lond. MDXC. 4to. partim Hispanice, partim Gallice. Princ. translationis. "I would think it superfluous." *Dialogum theologicum, in quo epistola S. Pauli apostoli ad Romanos explanatur* ad utriusque templi jurisperitos. Princ. "Integrum triennium est, viri generosi ac." Latine Lond. MDLXXIV. 8vo. Ad finem habentur *Articuli fidei orthodoxae*, quam Antonius Corranus Hispalensis S. theol. studiosus profitetur, semperque professus est. Princ. "Apostolus Petrus adhortatur." Anglice Lond. MDLXXV. 12mo. MDLXXIX. 8vo. In epist. dedic. Latina comiti Leicestr. Princ. "Solent hi, quibus plurimi." Extat etiam Francof. MDLXXXVII. 12mo. cum praefationibus et appendice articulorum mutilatis, et Christophoro Hattono inscriptus. *Apologiam in suiipsius defensionem contra ministros ecclesiae Gallicae*, Londin. Strype *Grindal.* 149. Fatis concessit Londini 30 Mart. MDXCI, anno aetatis 64, et humatus quiescit in ecclesia S. Andreae. *Athen. Oxon.* i. 251. Newc. i. 154.

CORVEIL [RICHARDUS] Scotus, decretorum doctor, archidiaconus Laudoniae; primus juris pontificii in academia Santandreana professor publicus. Scripsit *Paratitla decretalium. Reductionem locorum Gratiani Decreti*, lib. i. *De censuris*, lib. i. *De praescriptionibus in materia beneficiali*, lib. i. *De judice delegato*, lib. i. *In titulum de foro competenti*, lib. i. *Orationes*, lib. i. Claruit A. MCCCCXI. Dempst. iii. 346.

COSIN [RICHARDUS] apud Hartlepolam in episcopatu Dunelmensi in lucem editus, Skyptoniae in agro Ebor. in schola grammaticali literarum tyrocinia perdidicit; inde ad collegium S. Trinit. Cantabr. missus juri Caesareo et canonico strenuam navavit operam. A Whitgifto episcopo factus cancellarius primo Wigorniensis, dein decanus curiae de Arcubus; vicarius generalis, unus regiorum commissariorum ad causas ecclesiasticas; postea curiae cancellariae magister. Haec ex *Vita* ejus per Gul. Barlow Lond. MDXCVIII. 4to. Vide *Vitam* praefixam *Tabulis eccles.* edit. Oxon. MDCLXXXIV. Scripsisse fertur *An apology for sundry proceedings by jurisdiction ecclesiastical*, lib. iii. Pr. pr. "The indeavours of such disturbers." Lond. MDXCIII. 4to. *An answer to a libel intituled An abstract of certain acts of parliament*, Lond. MDLXXXIV. 4to. *Conspiracy for pretended reformation, viz. presbyterial discipline by Hacket, Coppinger, and Arthington; with the arraignment and execution of Hacket.* Pr. pr. "Divers have hitherto reported." Lond. MDXCII. 4to. *Ecclesiae Anglicanae politeiam in tabulas* xvi *digestam*. Pr. "In πολιτεία ecclesiastica Angliae." Lond. MDCIV. fol. Oxon. MDCXXXIV. 4to. et MDCLXXXIV. fol. cum praefatione Andreae Allam. Tabularum harum exemplar, prout ab autore compositae erant A. MDLXXXIX. ab impressis diversae, extat in bibl. Mss. Lambeth. 17. fol. *Tetrastichon Graecum in obitum Nic. Carri.* Extat inter *Carmina funebria* in obitum ejus condita a quibusdam Cantabrigiensibus, MDXCVIII. 4to. Sepultus est in ecclesia Lambethensi 1 Dec. A. MDXCVII. Ms. Ashmol. 860. f. 812. Fuller, *Worthies*, i. 296.

COSSEIUS [HENRICUS] sive COSTESAY frater ordinis S. Francisci, et academiae Oxon. in sui ordinis coenobio ibidem alumnus, S. theol. doctor. De eo ita *Lelandus* libro *De script. Britan.* "Costesegus incredibili quadam industria circulum philosophiae absolvit. Praestitit hoc idem cum

 "re

" re theologica, habuitque pius labor fuos fucceffus. Nam dum ille Davidis Pfalmos" [ufque ad Pfalmum *Nonne Deo*, Lel. *Collect.* iii. 49. ex bibl. Francifcanorum Londinen.] " ftudiofiffime evolveret, " multa fuper operis majeftate cogitans, fubiit ejus animum nova cura, fed utilis eademque fancta, " ut Davidis immortale opus a fancto profectum Spiritu, commentariis exquifitis illuftraret; id " quod et praeftitit, laboris famam non morituram, dignum mehercule praemium accipiens." A. MCCCCLII. 18 Jul. inftitutus ad rectoriam de Banham in comit. Norfolc. ad praefentationem abbatis et conventus S. Mariae Ebor. quae rectoria vacabat per ejus mortem 14 Sept. MCCCCLXXXIII. *Reg.* Norw. xi. 65. et xii. 102. Et A. MCCCCLXXII magifter five cuftos collegii de Rufhworth Norwic. dioec. qui magiftr. vacabat 18 Aug. MCCCCLXXXIII per mortem hujus Henrici. *Reg.* Norwic. xii. 101. Rector etiam ecclefiae paroch. de Bykerefton Norw. dioec. Ibidem. Quaere annon hic benefactor et cuftos collegii Caio-Gonvill. Cantabr. fuerit. Scripfit *Expofitiones in Pfalterium*, lib. i. " Aperiam in Pfalterio." *Lecturam in Apocalypfim*, lib. i. Pr. " Apocalypfis," etc. Pr. " Quod " vides fcribe." Dividitur enim ifte liber. Mf. bibl. Bodl. Laud. L. 61. et Mf. bibl. Bodl. NE. B. 3. 18. *Commentarios majores in eandem*, lib. i. " Ecce defcripfi eam tibi tripliciter." [idem principium *Commentarii* Rad. de Diceto *in Sapientiam*.] *Commentarios alios in eandem*, lib. i. Una expofit. Mf. in aula Pembroch. Cantabr. 175. 4. *Conciones et lecturas Scripturarum*, lib i. *De virtute Pfalmorum*, lib. i. " Nullus mortalium poteft verbis." Mf. Bal. Glynn. Obiit Babwelae prope Buriam in agro Suffolc. Bal. v. 38. Pitf. p. 432. Wadding. p. 163.

COSTEBIUS, Ifiaci gymnafii cultor, fiquis alius, plane magnus, primas ftudiorum partes philofophiae induftrius dedicavit: poftremas autem maturo quodam judicio divinis confecravit legibus. Fructufque ftudiorum talis tantufque fuit, ut maturitate quadam *Commentarios in Apocalypfin divi Joannis*, Aquilae incomparabilis, egregium plane foetum pepererit. Ex *Lelando*.

COTTISFORD [JOHANNES] Extat fub ejus nomine, *De excommunicationibus tractatus*. Pr. " Nunquid inferiores poffunt excomm." Mf. bibl. reg. Weftmon. Quidam Joh. Cottisford unus procuratorum academiae Oxon. 7 Hen. viii. et S. theol. prof. 13 Sept. MDXXXVIII collatus ad praebendam Omnium Sanctorum Hungate in eccl. Linc. *Regift.* Longland. Linc. Fuit rector collegii Lincoln. Oxon. Adminiftratio bonorum ejus nuper defuncti commiffa 14 Dec. MDXL. Ibid.

COTTISFORDUS [THOMAS] patria Wintonienfis in academia Oxon. ftudiis philofophicis inftructus, uti patet ex *Epift.* ejus ad Mercatorem Winton. Artium magifter fuit Cantabrigienfis. A. MDXLVII unus commiffariorum regiorum ad vifitandas dioecefes Sarum, Exon. Bath, Briftol et Colcheftr. Verum initio regni Mariae ob religionem fponte exulavit primo Hafniae in Dania, et A. MDLV Genevam contendit; et eodem anno 6 Decemb. obiit Francofurti. Scripfit Anglice. *Exhortationem ad communicantes*, lib. i. *Ad aegrotantes et morientes*, lib. i. *Meditationem mulieris praegnantis*, lib. i. *Dialogum inter patientem et medicum*, lib. i. *Adverfus contractus occultos*, lib. i. *Contra Anabaptiftas*, lib. i. *Ad eorum argumenta et rationes*, lib. i. *Ad fenatum Londinenfem pro pauperibus*, lib. i. *Piarum precationum pro fingulis feptimanae diebus*, lib. i. Lond. temp. Edw. vi. . . . 8vo. *Ad Mercatorem Wintonienfem de confeffione peccatorum epiftolam.* Pr. " The grace and " peace of God." *Epiftolam ad nobilem matronam de lapfu poft regenerationem contra Anabaptiftas*; *et de peccato in Spiritum Sanctum.* Pr. " Madame, wher as it pleafeth your." Hae duae epiftolae extant cum tranflatione Zuinglii, Genev. MDLV. 12mo. Uti etiam *Danielis oratio* cap. ix. in metrum Anglicum verfa. Pr. " O Lorde thou high and fearful God." In linguam patriam tranftulit *Confeffionem fidei per Zuinglium ad imperatorem et concilium Aufpergenfe.* Pr. tranfl. ad exules Anglos. " Dearly beloved, when with a lamentable." Zurik. MDXLVIII. 8vo. Genev. MDLV. 8vo. *Catechifmum Martini Micronii*, lib. i. *Johannem a Lafco de difciplina ecclefiae*, lib. i. *Differentiam Chrifti et Dei Mauzim*, lib. i. Bal. ix. 63.

COTTON [BARTHOLOMAEUS] monachus Norwicenfis. Scripfit *Hiftoriam Anglicanam* in tres libros divifam: 1. *De rebus Britonum.* 2. *De regibus Saxonum et Normannorum ufque ad annum* MCCXCVIII. 3. *De archiepifcopis et epifcopis Angliae.* (Sed, ut clar. Whartonus teftatur, " fi fedem Norwicenfem demas, nil habet ex Malmfburienfis *Hiftoria* de eodem argumento non " emendicatum, praeter nuda epifcoporum ab anno MCXXV ad MCCXCII nomina." Extat haec hiftoria Mf. in bibl. Cotton. Nero C. 5. et in bibl. Lambeth. ad annum MCCCCXLV producta. Ex parte fecunda codicis Cotton. clar. Whartonus exfcripfit omnia ecclefiam Norwicenfem fpectantia, factoque *Annalium Norwicenfium* titulo edidit in *Angliae Sacrae* tom. i. p. 397. et ex tertia parte integram Norwicenfium epifcoporum hiftoriam defumpfit, et publici juris fecit. Ibid. p. 403. Editio tamen Whartoni eft valde mutila. In archivis decani et capit. Norwicenfis extant *Annales ab origine mundi ufque ad* MCCXC breviffimi, una fc. pagina comprehenfi ufque ad Will. conqueftorem, deinde plenius; et, quoad res Norwicenfes, verbatim fimiles Bartholomaei de Cotton. *Annalibus Norwicenfibus*, editis a clar. Whartono (fufius tamen in Mf.) Princ. " Ab origine mundi " ufque ad annos gratiae." In margine folii primi manu recenti *Cronica* Cotton. Ea tamen non funt in tres libros divifa, nihilque fere continent Malmfburienfi hiftoriae fimile, fed plura hiftorica in editis fruftra quaerenda, et prelo Norwicenfi digna. In Mf. coll. Corp. Chrifti Cantabrig. Q. 10. *Incipiunt optimae compilationes de libro Britonis fecundum ordinem Alphabeti per Bartholomaeum de Cottune compilatae*, A. D. MCCXCI. Pr. " Incipiendum eft de A." Et nota. Claruit anno MCCXCVIII. Wharton. praef. T. i. *Angl. Sacr.* xxxiv. Cave ii. p. 442.

COTUM [ROGERUS de] in veteri Mf. in bibl. Thomae Allen -- inter variorum autorum opufcula fic reperio ; inquit Br. Twyne. A. 96. Incipit *Secundus tractatus canonum fratris Rogeri de Cotum.* Pr. " Cum volueris planetas aequare."

COVAN [ALEXANDER] Scotus, patria Hadyngtonenfis, in academia Lutet. Parif. literis operam dedit, et artium magifter evafit. Compofuit *Tabulam alphabeticam in comm. Johannis Major in libr. fententiarum.* Princ. A. " Tantum quantum homo et animal." Extat una cum dictis *Commentariis.* Parif. MDXIX. fol.

COUCHMAN [AEGIDIUS] fcripfit Anglice *Caution against greater plagues which will befall this kingdom of England.* Lond. MDLI. 8vo. A. Wood, Mf. Cat. iv.

COVENTRE [AEGIDIUS] S. T. baccalaureus, olim monachus Norwicenfis. Scripfit *De primatu Romani pontificis* ; *contra reginae fuprematum* MDLXXII. Claruit fub initium regni reginae Elizabethae. Strype in *Vita Parker.* p. 370.

COVERDALUS [MILO] patria Eboracenfis in Cantabrigienfi academia ftudia philofophica et theologica fedulo excoluit. Dein unus ex primis doctrinae reformatae praedicatoribus. Frater eremita Auguftinianus A. MDXCIV Norwici per Jo. Calcidonenfem epifcopum fuffrag. ordinatus prefbyter. [A. MDXLVII in ecclefia S. Pauli London. praedicabat, cum multi Anabaptiftae palinodiam canebant. Stow. *Hift.* p. 596. Et A. MDXLIX dominum Ruffel comitatus eft in expeditione contra rebelles Devon. Hooker ad Hollinfh. iii. 1023.] S. theol. doctor Tubingae in Germania creatus. A. MDLI. 20 Aug. confecrabatur epifcopus Exon. Poft biennium in carcerem detrufus aegre, Danorum regis opera, flammas evafit, et folum vertit (Fox. 1 edit. 1081) Poft obitum reginae Mariae e Germania in patriam rediit, fedem vero fuam repetere non curavit, quia Calviniftarum dogmatibus in Germania imbutus, ceremoniis et veftibus facris in ecclefia Anglicana infenfiffimus erat. A. MDLXIII per epifcopum Grindal ad epifcopatum Landavenfem commendabatur (Strype in *Vita Grindall.* p. 91.) Et hoc anno 3 Martii collatus fuit ad ecclefiam S. Magni ad pedem pontis Londin. quam refignabat A. MDLXVI. *Reg.* Grind. Newc. i. 396. A. MDLXIV. 15 April. Edmundum Grindall. epifc. Londinenfem ad gradum doctoratus virtute mandati procancellarii univerfitatis admifit, Strype in *Vita Grindall.* p. 95. Scripfit Anglice *Confutation of J. Standifh his treatife made againft the proteftation of Dr. Barnes anno* MDXL. Marp. MDXLVII. 8vo. Foxius hunc inter libros prohibitos recenfet, 1 edit. 573. *Calvinum de euchariftia cum conftitutionibus quibufdam ecclefiae Danicae* in fermonem Anglicanum tranftulit. *Longam epiftolam* lectori praefixit: Pr. " As the author of this little book." Pr. lib. " For as muche as the holi." Lond. . . . 12mo. Baleus tractatum hunc h. t. infignivit: *Ordinem rectum coenae Domini*, lib. i. *Defenfionem pauperis cujufdam Chriftiani, qui lege pontificia damnari debuit*, tranftulit in Anglic. Noribergae MDXLV. 8vo. *Novi Teftamenti concordantias*, lib. i. *Catechifmum Chriftianum*, lib. i. *De Chriftiano matrimonii ftatu*, lib. i. cap. xxv. "Whan our Lorde Jefus " Chrift." MDXLI. 8vo. . . . MDXLIII. 24to. et Lond. MDLII. 24to. Pr. pr. edit. Lond. MDLXXV 24to. " Among other grieveous fyns and." *Original of wedlock or matrimony* [a Baleo liber hic Bullingero attribuitur, et a Coverdalio verfus fuiffe in linguam Anglicam dicitur] Lond. MDLII. 8vo. *An exhortation to accuftomable fwearers*; *alfo what a right and lawful oath is.* Pr. pr. " In the " Lord's vineyard, dear friend." Lond. MDLXXV. 8vo. 2 edit. . . . MDXLIII. 24to. *A fhort inftruction to all eftates of men in the world.* Pr. " Be learned, ye kings, and underftand." Ad finem libri, *An exhortation to accuftomable fwearers. The manner of faying grace after the doctryne of the holy Scripture.* Pr. " The eyes of all loke." Ibidem. *Fruitfull leffons upon the paffion, burial, refurrection, afcenfion, and of the fending the Holy Ghoft* ; *gathered out of the four evangelifts, with a plain expofition of the fame.* Pr. pr. " Since our human imperfections." Marp. MDXL. . . . . MDXLVII. 8vo. Lond. MDXCIII. 4to. *Chriftian rule of the world for every one to pleafe God in his calling.* Printed with the Chriftian ftate of matrimony . . . MDXLI. 8vo. *An evident declaration out of the holy Scriptures, that the Chriftian faith hath endured fince the beginning of the world, and that through it all virtuous men pleafed God, and were faved*, cap. xi. Pr. pr. " Like as the almighty " eternal God." Pr. lib. " I fuppofe plainly that many fimple." Lond. MDXLVII. 8vo. et MDCXXIV. 4to. *Epiftolam tempore Mariae reg. Anglicam.* Pr. " It moch rejoyceth my poore heart." Mf. Eman. coll. Cantabr. inter epift. martyrum. *A faithful and true prognoftication upon the year* MDXXXVI, *tranflated out of high German.* Inter libros prohibitos memoratur a Foxio 1 edit. p. 573. *Confutationem concionis doct. Wefton apud crucem Paulinam* 20 Octob. MDLIII. Mf. olim penes Jo. Fox. p. 1466. Edidit *Certain moft godly letters of the proteftant martyrs here written in the tyme of their imprifonment.* Pr. pr. " The more nigh that mens wordes and workes." Lond. MDLXIV. 4to. Tranftulit in fermonem Anglicum *Biblia tota* ; cum praefatione ad Henr. viii. extant MDXXXV, et MDXXXVII. *Vetus Teftamentum hujus tranflationis.* Pr. epift. ad Edw. vi. " Caiaphas being by- " fhop that yeare." In fine hujus epiftolae ait fe tranflationem hanc ante annos 16 patri Henr. viii. dicaffe. Pr. pr. lectori. " Confydering how excellent." In praef. ait fe hanc tranflationem A. MDXXXIV inchoaffe rogatu doctorum amicorum. Pr. tranfl. " In the beginning," etc. Lond. MDL. MDLIII. 4to. Principium epiftolae dedicatoriae et praefationis hujus impreffionis idem eft cum epift. et praefat. principio editionis Southwark. MDXXXVII. fol. *Novum Teftamentum.* Pr. ded. dom. Cromwell. " I was never fo wyllinge to labour." Lond. MDXXXVIII. 8vo. Haec editio anni MDXXXVIII accurata eft ; in praefatione de erroribus in alia editione conqueritur. Impr. Lat. et Anglice Lond. MDXXXIX. 8vo. Tranflatio haec collata cum verfione Gul. Tindalli. Lond. MDL. 8vo. *Bullingerum de antiqua fide*, lib. i. " An old book called the old faith by Miles Coverdale." Fox. 1 edit. 573. Reprinted MDLXXX. *Eundem de matrimonio Chrifti*, lib. i. *Lutheri expofitionem*

in

in psalmum xxii vel xxiii. Pr. "The Lord is my shepherd." Pr. "In this psalme doth David," Southwark. MDXXXVII. 12mo. ex Germanico. *Osiandrum super Qui habitat*, lib. i. *Psalterium Joannis Campensis*, lib. i. *Psalms and songs drawn an is pictended out of the Holy Scripture* by Miles Coverdale. Inter *Libros prohibitos*, Fox. 1 edit. 573. *Apologiam adversus concilium Mantuae*, lib. i. *Erasmi paraphrases in Paulum ad Romanos, Corinthios et Galatas*, lib. iv. Lond. MDXLIX. fol. Secundum earum volumen, nomine translatoris et typographi dicavit regi Edwardo vi. Pr. "So "mercifully did almighty God." *Supplicationem plebis Austriacensis ad regem Ferdinandum in causa religionis cum regis responso* . . . 8vo. *Epitomen enchiridii Erasmi*, Ausborough. MDXLV. 8vo. *Prognosticationem in* A. MDXLIX, cap. 17. *et kalendarium spirituale*, Lond. MDXLIX. 8vo. *Gemmam pretiosam* (Calvini) *docentem omnes crucem amare et amplecti*, cap. 31. Pr. "I call that trou-"ble and affliction." Lond. MDLXIX. 16mo. *Mortis librum, quomodo in mortis periculo Christianus se gerere debet*, Lond. MDLXXIX. 16mo. ex Germanico. *M. Buceri et Phil. Melanchtonis acta disputationis in concilio Ravenspurgensi* . . . MDXLII. 8vo. Pr. ded. M. Buceti, "Whansoever any "councell or." *Spem fidelium, sc. de resurrectione tum Christi, tum corporum nostrorum*. . . MDLXXIX 16mo. . . 24to. ex Germ. Pr. pr. transl. "Every man must nedes confess." *Justificationem esse ex libera Dei misericordia, non ex bonis operibus*, MDLXXIX. 16mo. ex German. *Ordinem baptismi et coenae Dominicae in Dania et quibusdam Germaniae ecclesiis* . . . . 12mo. *Concionem in psalm.* xci. *de fuga a peste*, Lond. . . . 8vo. Southwark. MDXXXVII. 12mo. ex Germ. *An exposition upon Magnificat* ex Lat. tempore Henr. viii. Fox. 1 edit. 574. *The original and spring of all sects*; ex Germ. Ibidem. *The old God and the new*; ex Germ. Ibidem. Londini grandaevus aetatis 80, vel 81 obiit Jan. 20. MDLXXX. Fuller *Eccl. hist.* ix. 64. 65. A. MDLXV juxta Strype in *Vita Parker*. p. 149. attamen juxta pag. 241 ejusdem libri in vivis adhuc erat A. MDLXVII. Et in ecclesia S. Bartholomaei humatus jacet. Godwin. i. 476. Bal. ix. 61.

COULE [STEPHANUS de] Anglusne fuerit an alienigena haud certo constat. Fuit Jesuita, et A. MDXCI scripsit *Comment. in libros meteorologicorum Aristotelis*. Msf. Bodl. D. ii. 13.

COURTNEY [GULIELMUS] natus apud Exminstre, nobili ortus prosapia; patrem habens Hugonem ducem Devon. Oxoniae absoluto philosophicorum studiorum circulo, juris civilis et canonici studio operam dedit sedulam, ejusque facultatis tandem doctor renunciatus fuit. Postea sacris ordinibus initiatus, plurima beneficia ecclesiastica adeptus est. Sc. praebendas in ecclesiis Exon. Wellensi et Eboracensi, praeter rectoratus ecclesiarum haud tenues. A. MCCCLXIX Herefordensi episcopatui praeficiebatur, et post quinquennium Londinensi; inde A. MCCCLXXXI ad sedem Cantuariensem translatus est. Sub ejus nomine extant *Processus ejus contra haereticos factus* A. MCCCLXXXII. Pr. "Memorandum, quod tam inter magnates." Extat tom. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 157. seq. *Literae ejus episcopo Lincoln. directae contra mag. Joh. Wycliff.* Ibid. p. 168. seq. *Commissio ejus ad inquirendum de vita et miraculis Fr. Thomae Hale.* Ibid. p. 175. *Mandatum ejus ad celebrand. festivitatem B. Annae.* Ibid. p. 178. seq. *Monitio ejus ne quis praedicet articulos ab ecclesia damnatos.* Ibid. p. 183. *Literae ejus directae papae Urbano* vi. *pro defensione privilegiorum eccl. Cantuar. contra episcop. Exon. et alios.* Ibid. p. 188. seq. *Protestatio ejus in parliamento pro libertate ecclesiae.* Ibid. 193. 195. 196. 203. 204. 208. *Mandatum ejus ad denunciand. Lollardos excommunicatos; et aliud ad arrestandum eos.* Ibid. 210 *Ordinatio ejus de juramento ministrorum curiae Cantuar.* Ibid. 211. *Statutum ejus contra presbyteros stipendiarios.* Ibid. p. 213. seq. *Literae ejus contra Chopchurches.* Ibid. p. 215. seqq. *Decretum ejus contra male decimantes.* Ibid. pag. 219. seqq. Scripsit *Concionem Latinam habitam in concil. London.* super hoc themate "Super murum Jerusalem constitui custodes." *Epistolam ad Petrum Stokes Carmel. super condemnatione haeresium Wiclevi in synodo.* A. MCCCLXXXII. Pr. "Willelmus, etc. Ecclesiarum "praelati circa." Msf. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 63. b. *Aliam epistolam ad cancellarium Oxon. ut assisteret Petro Stokes.* Pr. "In Christo fili, miramur." Msf. Ibid. f. 67. *Aliam ad Petrum Stokes.* Pr. "In Christo fili carissime." Msf. Ibid. f. 68. In Msf. bibl. Baliol. sub ejus nomine extant, *Constitutiones de oblationibus et emolumentis*, etc. Pr. "Cum secundum legem." *De collatione officii aquae benedictae.* Pr. "A nostris majoribus." *De decimis a laicis solvendis.* Pr. "Sancta ecclesia constituit." Obiit non Cantuariae, ut Godwin. p. 172. seq. sed apud Madum pridie cal. Aug. MCCCXCVI, et in ecclesia ibidem, non Cantuar. ut Godwin. sepultus jacet. Wharton. *A. S.* vol. i. 121. It. *De episc. Lond.* p. 137. Item Msf. L. p. 28. in bibl. Lambeth.

COWTON [ROBERTUS] CONTON sive COTHON frater ordinis S. Francisci, Oxoniae in coenobio sui ordinis, literis operam dedit. Deinde Lutetiam Parisiorum adiit, ubi S. theologiae doctor Sorbonicus creatus est. DOCTOR AMOENUS dictus. In *Regist.* Dalderby episc. Lincoln. f. 13. ita de eo: "Frater ord. Minorum de conv. Oxon. praesentatus episcopo Linc. vii cal. Aug. "MCCC ad audiend. confessiones per archidiaconatum Oxon." Scripsit *Sermones ad crucem S. Pauli*, lib. i. "Quaecunque dixerint vobis." *Quaestiones sententiarum*, lib. iv. Pr. pr. "Sicut dicit "B. Augustinus" (Ambrosius Msf. Merton.) Pr. Q. "Quaero primo an theologia nostra per "Dei." Msf. in coll. Novo Oxon. 290. [In eo extant quaedam *Notabilia extracta ex libris Cowtoni in sententias.*] Msf. in coll. Balliol. N. 12, 13, 14. Msf. in coll. Merton. N. vii. 12, 13. Msf. bibl. Caio-Gonvil. Cantabr. L. 25. Msf. bibl. domus S. *Petri*. 73. 75. Msf. bibl. aulae Pembroch. 107. *Abbreviationes super easdem sententias*, lib. i. Msf. in bibl. Lincoln. Oxon. lib. theol. 12. Msf. in bibl. S. Mariae Magdal. 99. *Quodlibeta scholastica*, lib. i. "An inquisitor hujus scientiae." *Disceptationes magistrales*, lib. i. Hunc archiepiscopum tandem Armachanum fuisse, solus Baleus, nulla

nulla fultus autoritate affirmat. Claruit anno MCCCXL. Bal. v. 65. Pitf. p. 443. Wadding. p. 308.

COX [FRANCISCUS] ob artem magicam coram concilio regio examinatus. Scripfit *Contra horrendam nequitiam fcientiarum magicarum, fc. necromantiae, aftrologiae curiofe.* Pr. "Although "I lack fuch eloquence." Lond. MDLX. by J. Ald. 12mo. *De oleis, unguentis, emplaftris, etc. conficiendis*, lib. i. Lond. MDLXXV. 8vo.

COX [JOHANNES] Duo hujus nominis fuerunt academiae Oxon. alumni, unus collegii Aeneonafenfis, alter aedis Chrifti, quorum hic fuit A. MDLV, ille A. MDXLVI. Horum alter vel uterque tranftulit in fermonem Anglicum *An exhortation to the minifters of God's word in the church of Chrift.* Lond. MDLXXV. by Henr. Bullinger. *A treatife of the word of God written againft the traditions of men.* Lond. MDLXXXIII. 8vo. by Anth. Sadell. *Fafti Oxon.* i. 70.

COX [LEONARDUS] filius Laurentii, patria Monumetenfis, ftudiis academicis primum Cantabrigiae, dein Oxoniae inftructus. Poftquam academiae valedixiffet, ludum literarium aperuit apud Reading, A. MDXXX. (*Praef. ad* Palfgravii *Lexicon*) Mox in exteras trajecit regiones, et Galliam, Germaniam, Poloniam, et Hungariam peragravit. A. MDXL ludimagifter erat apud Caerleon. Fuit tempore Edw. vi unus concionatorum licentia praedicandi munitorum (*Praef. ad tranfl. paraphr. Erafmi.*) Forfan etiam ludimagifter fuit fcholae Coventrenfis fundatae a Joh. Hales. Scripfit *Contra juftificationem ab operibus*, lib. i. *Scholia in Gul. Lilii de octo partibus orationis librum. Epigrammata varia et epiftolas.* Duo ejus carmina, (1) *Ad linguae Gallicae ftudiofos:* (2) *Ad Galfr. Troy auctorem Gallicum*; praefiguntur *Lexico* Joh. Palfgrave, Lond. MDXXX. fol. *De rhetorica Anglice.* Hollinfh. iii. 978. Librum aliquem dedic. Hugoni abbati Readingenfi. Willis, *Hift. of mitred abbeys*, 187. Tranftulit e Graeco in Latinum. *Marcum heremitam de lege Spiritus*, lib. i. Ejufdem *de juftificatione operum.* Horum tranflationis meminit in praefat. ad tranfl. *Paraphrafis Erafmi.* E Latino in Anglicum fermonem *Paraphrafin Erafmi in Paulum ad Titum*, lib. i. Pr. ded. mag. Johanni Hales. "After that the kinges majeftye." Lond. . . . et MDXLIX. f. ubi fe alia induftriae monumenta brevi miffurum promittit. Claruit grandaevus A. MDXL. Bal. ix. 31. *Athen. Oxon.* i. 56. vel A. MDXLIX. Vid. Praefat. *Paraphr. ad Titum.*

COX [RICHARDUS] apud Whaddonam in agro Buckinghamenfi natus, juvenilia ftudia in fchola Etonenfi perdidicit, et inde ad collegium Regium Cantabrig. miffus, ubi gradum baccalaurei artium fufcepit. Poftea a cardinali Wolfaeo Oxoniam evocatus, inter fui collegii canonicos juniores nominatus. Deinde laurea in artibus magifteriali redimitus fcholae Eatonenfis archididafcalus, et fucceffu temporis S. theologiae doctor Cantabrigienfis; archidiaconus Elienfis (factus A. MDXL. 24 Novemb. Rymer. *Foeder.* xiv 705.) unus ex primis canonicis Elienfibus (Mf. bibl. Lambeth. Whart. L. p. 104.) Decanus primo Ofneienfis, poftea aedis Chrifti Oxon; unus e praeceptoribus regis Edwardi (Fox. i. edit. 884.) cancellarius Oxonienfis, canonicus Windeforienfis, regi a facris confiliis, eleemofynarius regius et decanus Weftmonafterienfis fuit renunciatus. Temporibus Marianis Francofurti in exilio egit. Cum autem Elizabetha rerum potiretur, in patriam reverfus, concionem habuit fub aufpiciis primi parliamenti reginae Elizabethae; et fuit unus difputantium ex parte proteftantium A. MDLIX, quo anno epifcopus Elienfis factus eft. Scripfit *Orationes duas habitas in difputatione doctoris Trefhami et Petri Martyris.* . . MDXLIX. 4to. et inter opera Petri Martyris. *Orationem in conclufione difputationis.* Strype, *Eliz. Append.* num. xliv. Haec eft una duarum primo memoratarum. *Catechifmum* Anglice, Lond. MDXCI. 8vo. *Locos quofdam communes, five collectiones ex S. patribus.* Pr. "Apoftolicas ecclefias apud unamquamque." Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. Y. *Carmina varia in perfidiam et crudelitatem, quam Carolus nonus Galliae rex in Chriftianos exercuit.* Pr. "Fama fuit, Mofcum furiis urgentibus armis." Mf. Ibid. *Epiftolas varias* Anglice. Mf. Ibid. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. al. xlii. [In Mf. collegii Caio-Gonvil. C. 7. plufquam xl epiftolae partim Latine, partim Anglice extant ad reginam et aulicos de terris epifcopatus fui.] *Orationes pro regina*, etc. Anglice. Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. Y. *Notas quafdam hiftoricas de rebus Anglicanis* principio regni reginae Elizabethae. Mf. Ibid. *Epigrammata, epitaphia*, etc. partim Anglice, partim Latine. Mf. Ibid. *Epiftle to the queen about the lights and crucifix in her chapel.* Strype *Eliz. App.* p. 50. feq. *Arguments to the queen againft exchanges of the bifhops lands.* Ibid. p. 99. *Preface to the fecond book of homilies.* Ibid. p. 307. *A fhort form of thankfgiving to God for ceafing the contagious ficknefs of the plague, commanded by the lord bifhop of Ely to be ufed in his cathedral and diocefe.* Strype *Parker. Append.* n. xxii. *Four epiftles to archbifhop Parker.* Strype in *Vita Parker.* p. 72. 108. 228. feq. 379. *Epift.* ii. *M. Parkero.* Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. i. 441. *One epiftle to the lord treafurer.* Strype in *Vita Parker.* [p. 452.] *Epiftolam ad Wolfgang. Weidnerum.* Strype *Eliz. App.* n. xxi. Et in libro ipfo. p. 88. *Epiftolam ad collegium D. Petri.* 15 Dec. MDLXV. Ibid. p. 444. feq. *Epiftola data* 4 Martii MDLX. G. Caffandro extat inter *Illuftrium virorum epiftolas felectiores, etc.* Lugd. Batav. MDCXVII. 8vo. edita iterum per P. Colomefium Lond. MDCXCIV. 12mo. *His refolutions concerning the facraments.* Burnet, *Hift. Reform.* vol. ii. *App.* n. xxv. *Refolutions of fome queftions relating to bifhops and priefts, and of other matters tending to the reformation of the church, began by king Henry* viii. Ibid. *Anfwers to certain queries concerning the abufes of the mafs.* Ibid. *Evangelia, Acta apoftolorum, et Epiftolam Pauli ad Romanos tranftulit* in fermonem vernaculum. *Pro conjugio facerdotum nonnulla* fcripfiffe dicitur: In eum enim faepiffime animadvertit Ric. Smithus *pro coelibatu facerdotum. A brief and lamentable confideration of the apparel now ufed by the clergy, fet out for the inftruction of the weak by a faith-*

 ful

ful servant of God; a Strypio in *Vita M. Parkeri* p. 220. vel Richardo Coxio vel Johanni Jewello adscribitur. Vide *App.* n. xlix. Obiit 22 Julii A. MDLXXXI, et in ecclesia sua cathedrali sepultus est. *Athen. Oxon.* i. 203. seq. Bal. ix. 90. Godw. p. 334. Fuller's *Church History* ix. 3.

CRABBE [GILBERTUS] (vid. Dempster. p. 184. Bal. p. ii. p. 220.) natione Scotus, patria relicta in Gallias trajecit, ubi Lutetiae Parisiorum operam bonis literis dedit sedulam, et artium magister evasit. Dein nobilium quorundam filios studiis grammaticalibus imbuit. Tandem S. theol. doctor apud Condomienses in Vasconia Carmelitas, et sui ordinis provincialis factus est. Scripsit *Terminorum moralium*, lib. i. " Quaero an quilibet actus." *Pro puritate Mariae*, lib. i. *Ad suos discipulos*, lib. i. Obiit Burdegalae quadragenarius A. MDXXII. Dempster. iii. 322. Bal. xiv. 60. Mackenz. ii. 600. Spotswood. ii. 68.

CRADOCK [EDVARDUS] patria Staffordiensis; aedis Christi Oxon. alumnus anno MDLII, aetatis 16 factus nullum laborem, nullas vigilias detrectavit, quo minus vel ad ipsa eruditionis fastigia conscenderet. Eo intuitu S. theol. doctoratum suscepit anno MDLXV, et post breve tempus S. theol. praelector fuit D. Margaretae Richmond. comitissae; praelecturam tamen hanc resignavit A. MDXCIV. A. MDLXII fuit membrum synodi Cantuariensis. Vid. Strype in *Vita Parker.* 316. A. MLXX. 5 April. institutus fuit in ecclesiam S. Mariae Aldermary, London. ad praesentationem dom. archiep. Cantuar. quam resignavit ante 8 Mart. MDXCIII. Newcourt. i. 436. A. MDLXX. 4 Augusti. admissus unus sex praedicatorum in ecclesia Cantuar. Strype in *Vita Parker* 316. Vir fuit eximiae eruditionis, et chemiae operam dedit haud inutilem. Scripsit, *Carmen in obitum Juelli episcopi Sarisb.* Extat ad finem *Vitae* per Humfredum. *Of God's providence or the ship of safety*, lib. iv. Pr. ded. comiti Leycest. " There were three causes." Lond. MDLXXII. 12mo. In hujus tractatus praefamine se alium librum Latine conscriptum prelo parasse dicit; titulum ejus autem non addit. *De lapide philosophico.* Carmen Anglic. ad reginam Elizabetham. Pr. " Of this our " stone." Mf. in bibl. Ashmol. 7608. *Alium tractatum de eodem lapide.* Carmen Latinum ad reg. Elizabetham. Pr. " Qualiacunque tibi." Mf. ibidem 7608. *Documentum et practica de lapide philos.* Latine. Pr. " Lapis philosophicus est duarum materiarum." Mf. ibidem 7606. Vide *Athen. Oxon.* vol. i. p. 276, 277. Et *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. Hollinsh. ii. 1874. edit. MDLXXVII.

CRANBURN [JOHANNES de] clericus erat Simonis Mepham archiepisc. Cantuar. et capella de Cortington in dioecesi Sarum ab ipso donatus A. MCCCXXXI. Collegit *Formulas professionum episcoporum suffraganeorum sedi metropol. Cantuar. factarum* ad an. MCCCLX, et nonnulla de episcopis sui temporis scitu digna intexuit. Claruit circa A. D. MCCCLX. Whart. *Praef.* vol. i. *Angl. Sacr.* 23.

CRANLEIGH [THOMAS [a]] sive DUBLINENSIS ecclesiae primas, non modo ingenio, verum etiam calamo, utpote bonis instructus artibus, plurimum invaluit. Constituerat eum Henricus, ut ego conjecturam facio, tertius [b] tanquam praesidem, qui nocentum colla jugo premeret. At Hiberni, non immemores pertinaciae ac fraudis, quibus, naturae quodam instinctu, semper assueverunt, iniquis primatem urgebant conditionibus. Id ille aegerrime ferens, consilio non inepto, opem ab Henrico, patrono, per epistolam argutam juxta ac elegantem, carminibus centum et sex inscriptam, petiit; quam et ego aculeatam non sine voluptate quadam legi, memoriaque retinui [c]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Cranley, Dublinienfis; ita Mf. Lel. Trin. " Thomas Cranleigh, Cranley, vel Crawleigh, natione An- " glus (patria Surreienfis, A. Wood. Mf. Mert.) Oxoniae " educatus, ibidem coll. Merton. S. S. theol. doctor, aca- " demiae cancellarius anno MCCCXC in custodem tertium " coll. Novi MCCCXCIII a fundatore ascitus." A. Wood. " Tandem archiepiscopus Dubliniensis renunciatus est anno " MCCCXCVIII, et ab Henr. iv Hiberniae cancellarius; " mox ab Henr. v ejusdem regni justitiarius, pauloque " ante obitum denuo cancellarius." Wood. Tho. de Cranlegh persona de Havant, dioec. Winton. occurrit 14 Ricard. ii. in literis patent. Et in liter. patent. 20 Ricard. ii. 10 Sept. magister Tho. Cranle praesentatus ad ecclesiam de Bishopsbourn, ratione temp. archiep. Cantuar. Item Tho. Cranele, S. th. pr. install. praebend. de Knaresburgh in ecclesia Ebor. ad collationem archiepiscopi 3 Jul. MCCCXCV. [b] *quartus*, Mf. Lel. Trin. Bale ex Lel. Pitf. sed rectius *quintus*, quia epistolam scripsit quando justitiarius erat. Wood. [c] In Angliam trajecit anno MCCCCXVII in exitu Aprilis, et 25 Maii Farringdonae diem obiit ultimum (Wood.) et sepultus jacet in capella coll. Novi Oxon. Epitaphium videsis in *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 152. Baleus et Pitseus eum Dubliniae obiisse et sepultum esse tradunt. Bal. xiii. 96. ex Lel. Pitf. p. 597. War. p. 129. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 132. 152.

CRANMERUS [GEORGIUS] filius natu maximus Thomae Cranmeri, filii Edmundi fratris Thomae archiepiscopi Cantuar. in agro Cantiano natus, scholaris electus est collegii Corporis Christi Oxon. 10 Januar. A. C. MDLXXVII, aetatis 13; ubi sub auspiciis et tutela Cl. Hookeri plurimum profecit. A. MDLXXXIII admissus erat socius probationarius collegii sui, et laurea magisteriali in artibus donatur. Deinde dom. Henrico Killegrew in legatione ad regem Galliae ab epistolis erat; et post ejus mortem dom. Edw. Sandys per Galliam, Italiam, et Germaniam comitatus est. In patriam rediens ab epistolis erat viro clar. Carolo Blunt, dom. Montjoio, proregi Hiberniae, usque ad mortem ejus, quae accidit in praelio Carlingfordensi 13 Nov. MDC. Scripsit *A letter to Mr. Rich. Hooker concerning the new church discipline*, Febr. MDXCVIII. Pr. " What posterity is like- " ly to judge." Lond. MDCXLI. MDCXII. 4to. Extat etiam in *Vita Hookeri* per If. Walton. Lond. MDCLXX. p. 123. *Notes on the sixth and seventh book of Mr. Hooker's eccles. polity*, Lond. MDCLXV. 12mo. p. 175. Pr. " It may suffice, I think." Mf. penes Tho. Norgrove coll. Corp. Chr. Oxon. Et alia plura. Vide *Annales Elizab.* per Camdenum. *Athen. Oxon.* tom. i. 305. seq. Alius fuit etiam GEORGIUS CRANMERUS in pago Wingham apud Cantianos natus, qui socius collegii Novi Oxonii

Oxonii factus A. MDLIX. Hic scripsit *A Latin letter to Rob. Horn, bishop of Winchester, desiring him to visit and reform the Wickham colleges, the papists being very high in both*, Mf. coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. A. p. 439. Vid. Strype in *Vita Parker*, p. 266.

CRANMERUS [THOMAS] filius Thomae, patria Nottinghamiensis, Arslactonae ex antiquo et generoso stemmate ortus. Cantabrigiam adiit A. MDIII, ubi collegii Jesu socius, magister artium, et dein praelector in collegio Buckingham. nunc Magdalenensi, et circa A. MDXXIII. S. theologiae doctor fuit renunciatus. Circa A. MDXXIX ad aulam vocatus est, et anno sequenti, ob raras animi ad summa tendentis virtutes, legatus cum comite Wiltoniae, etc. in Galliam, Italiam, et Germaniam missus: et postea solus hoc officio functus est in aulis imperatoris et multorum Germaniae principum ab A. MDXXXI ad MDXXXIII. Successu temporis inclaruit consiliarius et capellanus regius, archidiaconus Taunton. et poenitentiarius papae in Anglia generalis; et A. MDXXXIII. 30 Martii archiepiscopus Cantuariensis consecratus fuit. Mortem passus est Oxonii 21 Mart. MDLVI. Vid. Godw. 195—207. *Vita* ejus praefixa est libro ipsius: *Answer to Gardiner's cavillation*, MDLXXX. Vid. Strype in *Vita Cranmer*. Fox. 1 edit. 1470. seqq. Scripsit *A preface to the English translation of the Bible.* Strype in *Vita Cranmer. App.* p. 241. *A catechism of Christian doctrine.* MDXLVIII. by Gualter Lynn. Tempore Edw. vi. typis vulgavit in 8vo. *Instruction into the Christian religion.* Pr. epist. " It is not unknown unto the hole." Idem hic liber cum *Catechismo*, quia saepe mentionem facit verborum " Good children." *The ordinances or appointments of the reformed church.* Hic liber fuit *The book of Common Prayer* cum praefat. " There was never any " thing." *A book of ordaining ministers.* Idem cum *The form of ordination*, etc. A. MDL. *A book concerning the eucharist with Luther. Ecclesiastical laws in the time of king Edward.* Hic liber est *Reformatio legum*, etc. a 32 delegatis composita, inter quos Cranmerus erat primarius. *A defence of the catholic doctrine*, lib. v. Pr. pr. " Our Saviour Christ Jesus, according to the will." Lond. MDL. 4to. Emdae MDLVII. 8vo. Latine per Joh. Chekum, cui archiepiscopus Latinam praefationem addidit ded. regi Edw. vi. pro cura dominici gregis, Lond. MDLIII. Vide hac versione Hospinian. *Histor. sacram.* par. ii. p. 246. a. Transtulit hunc librum etiam Johannes Young, Cantabr. *The doctrine of the Lord's supper*, lib. i. *Against the error of transubstantiation*, lib. i. *How Christ is present in the Lord's supper*, lib. i. *Concerning eating the Lord's supper*, lib. i. *Concerning the offering up of Christ*, lib. i. Haec sunt argumenta quinque librorum *Defensionis catholicae doctrinae*, etc. *Responsionem ad sophisticam Gardineri cavillationem contra veram doctrinam de corpore et sanguine Christi in eucharistia*, lib. v. Anglice. Pr. " I thinke it good, gentle " reader." Lond. MDLI. 4to. MDLXXX. fol. Et Latine per Joh. Fox. Mf. penes Jo. Strype. Cui libro replicabat Steph. Gardiner sub nomine M. Ant. Constantii, cui etiam libro Cranmer respondere voluit, nisi mors praevenisset. Tres tamen libros responsorios contexuit, quorum duo priores Oxoniae perierunt. *A book of Christian homelies.* Est sc. prima pars homiliarum libri tempore Edw. vi. edit. *A book in answer to the calumnies of Richard Smith.* Pr. " I have now obtained." Lond. MDLI. 4to. MDLXXX. fol. *Confutations of unwritten verities*; *written against Rich. Smith's book* De veritatibus non scriptis; qui liber Latine scriptus, sed nunquam, ut mihi quidem videtur, in ea lingua impressus fuit. Pr. translationis. " Ye shal put nothyng to the word." Anglice per E. P. cum praefatione doctissima, Lond. MDLXXXII. 4to. *Twelve books of common places taken out of the doctors. Concerning the unlawfulness of marrying the brother's wife*, lib. ii. Hic liber primus esse videtur, quem jussu regis Henr. viii conscripsit. In Mf. Cotton. Vespas. B. 5. sunt articuli xii, ex quibus demonstratur divortium inter Henr. viii et reginam Catharinam necessario esse faciendum. Pr. " Affinitas." *Against the pope's supremacy*, lib. ii. Haec forte fuit declaratio episcoporum, A. MDXXXVI contra suprematum papae, et contra Poli *Ecclesiasticam unionem. Against the pope's purgatory*, lib. ii. *Concerning justification*, lib. ii. Hi duo ultimi libri videntur esse tractatus hujus argumenti ad finem libri *The institution of a Christian man. Pious prayers*, lib. i. forte orarium sive libellus precationum a rege et clero editus, A. MDXLV. *Against the sacrifice of mass*; *and against the adoration of the bread*, lib. i. Scriptus hic liber in carcere, et videtur esse pars prima *Responsi ad Gardinerum*, sub nomine *Constantii*. xii *Questions about alms, fasting, the mass*, etc. by archb. Cranmer. Mf. C. C. C. Cantabr. Misc. B. p. 231. *His declaration concerning the slanderous reports of his setting up mass again.* Ibid. p. 321. et Strype in *Vita Cranmer.* p. 305. Pr. " As the devil." *Disputationes Oxoniae*, April. 16. MDLIV. Fox. p. 1430. seqq. *Submissiones et recantationes ejus vi. cum oratione ad populum ante mortem.* Vis. et exam. per Edm. episc. London. Extant Angl. et Latine London. MDLVI. 4to. *Protestationem contra jurisdictionem episcopi Romani.* Extat in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 757. *Mandatum de festo S. Marci evangelistae celebrando.* Ibid. p. 826. Aliud *de non celebrandis festis diebus in concil. provinc. abrogatis.* Ibid. p 827. *Literam commissionalem Rich. episcopo Dovor.* Ibid. p. 828. seq. et Strype in *Vita Cranmer. App.* p. 41. *Injunctions given to the diocese of Hereford.* Ibid. p. 843. *Mandatum de nominibus beneficiatorum et beneficiorum.* Ibid. p. 857. *Statutum de numero procuratorum curiae Cant. confirmatum a T. C.* Ibid. p. 858. seq. *Constitutionem de moderato apparatu escarum.* Ibid. p. 862. *Mandatum pro orationibus pro cessatione pluviae.* Ibid. p. 868. *Epistolas varias.* 1. M. Bucero post mortem Fagii, Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. ii. p. 27. *Epistolae duae* ad M. Parkerum. Ibid. Miscell. i. 391. quarum una extat Strype in *Vita Parker.* p. 28. *Epistola Lat.* Jo Vadiano MDXXXVII, super controversia de coena Domini orta. Strype in *Vita Cranm. App.* n. xxv. etiam edit. per *Colomesium*, Lond. MDCXCIV. 12mo. *Epistolae* vi extant ad finem *Re-*

sponsionis

sponsionis ad Gardinerum, Lond. MDLXXX. fol. *Epistolae duae* ad reginam, et altera ad doct. Martin, et Story ex carcere Oxon. Pr. primae. "It may please your majesty" . . . MDLVI. 8vo. *Epistola* ad Edwardum principem, Fox. 1395. *Epistola* ad consilium sacrum e carcere Oxon. Fox. 1464. *Epistolae* xvii Anglicae et iii Latinae extant apud Strype in *Vita Cranmer.* in *Append.* et in libro ipso vi ejus *Epistolae. Protestationem contra juramentum papae praestitum*, Strype in *Vita Cranm. Append.* n. v. *Three discourses of faith, justification, and forgiveness of injuries, occasioned upon his review of the king's book, intitl.* The erudition of a Christian man. Strype *Cranm. App.* n. xxxi. *Other discourses*; *De consolatione Christianorum contra metum mortis:* Item, *Exhortation to take adversity and sickness patiently.* Ibid. n. xxxii. *Answers to the* xv *articles of the rebells*, Devon. A. MDXLIX. Ibid. n. xl. *Notes for an homily against the rebellion.* Ibid. n. xli. *Speech at the coronation of k. Edward*, Strype in *Vita Cranmer.* p. 144. *Articles in the visitation of the diocese of Canterbury* A. 2. Edw. vi. Pr. "First whether parsons, vicars." Extant in *Collect. canon.* Sparrow. Bal. viii. 90. H. Holland. *Herool.* p. 161.

CRANSTOUN [DAVID] gente Scotus, Lutetiae in collegio Montis acuto sub Joh. Majore tantos in politioris literaturae fecit progressus, ut ibi tandem humaniores literas summa cum laude sua professus sit. Fuit S. theologiae baccalaureus Parisiis anno MDXIX, et deinde doctor inter benefactores collegii Montis acuti recensetur. Extant Parisiis sub ejus nomine *Orationes*, lib. i. *Votum ad D. Kentigernum*, lib. i. *Epistolae*, lib. i. Scripsit etiam juxta Hatton, *Additiones in librum Martini de fortitudine*, Paris. MDXI. 8vo. Item, *Additiones in moralia magistri Jacobi Almayn.* Haec sparsim extant uncis inclusae in editione operum Jacobi Almain. Paris. MDXII. f. Contexuit *Tabulam in comm. Joh. Majoris in quartum sententiarum.* Pr. "Etsi diis parentibus." Paris. MDXIX. Claruit anno MDXII. Dempster. iii. 34. Mackenz. ii. 527. 600. Vide infra GAWIN DOUGLAS.

CRANSTOUN [GULIELMUS] Scotus: scripsit *Dialecticae compendium.* Paris. MDXLV. Ita Ms. Hatton.

CRATFIELD [GULIELMUS de] camerarius, deinde abbas S. Edmundi Buriensis MCCCLXXXIX. Scripsit *Registrum.* Ms. Cotton. Tiberius B. ix. 2. Obiit A. MCCCCXV. 18 Junii. *Regist.* ejus. Vacabat abbatia S. Edmundi per hujus Gul. Cratfield mortem 3 Hen. v. Rot. pat. in Ms. Wharton. L. in bibl. Lambeth. Vid. infra JOH. MIKILWOODE.

CREAGH [RICHARDUS] sive CREVAEUS patria Limericensis, Lovanii in studiis philosophicis aeque ac theologicis egregie institutus S. theol. baccalaureus evasit. Tandem in Hiberniam rediens in patria urbe ludum literarium aperuit. Post aliquot annos catholicas regiones et tandem Romam petiit, ubi a Pio v. papa archiepiscopus Armachanus consecratus est. Dum Romae esset a Gregorio xiii subsidium annuum impetravit Hibernis aliquot alendis in studiis, ut esset origo collegii pro natione instituendi, cujus prima fundamenta posita erant in Mussipontana universitate. Post appulsum in Hiberniam in carcerem delatus, postea in turri Londinensi compactus, unde elapsus Lovanium abiit A. MDLXV. Deinde tertia vice remeavit in Hiberniam, et in turri Londinensi conclusus obiit 14 Octob. MDLXXXV. Vide hac de re *Analecta de rebus catholicorum in Hibernia*, Colon. MDCXIX. 8vo. a pag. 1. ad. 48. Scripsit *De lingua Hibernica*, lib. i. *Collectanea quaedam ex hoc libro*, Ms. penes Jo. Madden. *De controversiis fidei*, lib. i. *Chronicon Hiberniae*, lib. i. *Vitas sanctorum Hiberniae*, lib. i. *Catechismum Hibernice* . . . MDLX. Scripsit juxta Stanihurstum, pag. 40. *Epistolas complures. Responsiones ad casus conscientiae. Typographiam Hiberniae.* Claruit circa A. MDLXXVI. War. p. 85. *Ogyg.* p. 2.

CRESSIUS [JOHANNES] ad Botolphi fanum in terra Lincolniensi Carmelita, Oxoniensis academiae cultor, idemque theologus fuit. Qui cum longiuscule scholas illas frequentasset completis ministeriis quae ad ejus spectabant functionem, in suam reversus patriam, sui gubernationi collegii, a suis commilitonibus electus praefuit. Tum denique ut specimen illustre aliquod ingenii atque eruditionis ostenderet, *Mariae Christoparae in coelum assumptae magnas edidit laudes*, lib. i. *Homelias per annum:* et alia plura composuit. Claruit A. MCCCCL, tandemque obiit, ad Botolphi fanum sepultus. Hucusque Lelandus. Bal. xii. 81. ex Lelando. Pits. p. 642.

CREW [THOMAS] Scripsit CABALA DEL CAVA. *The nosegay of moral philosophy, lately dispersed amongst many Italian authors, and now newly and succinctly drawn together into questions and answers, and translated into English.* Lond. MDLXXX. 12mo.

CREYTHIUS [ROBERTUS] sive KETHIUS (Dempst. p. 186.) frater Franciscanus. Scripsit *Harmoniam evangeliorum*, lib. i. Edit. in Belgio. Claruit anno MCCCXLVII. Sepultus est Ipris. Dempst. iii. 327.

CRICHTON [JACOBUS] sive Critonius (Dempst. 187.) nobili familia Clunia ortus, in patriis scholis literarum tyrocinia posuit, dein adolescens peregrinam secutus est militiam; mox, armis relictis, ad literas rediit, et in Italiam peregrinavit, ubi primum Genuae, postea Venetiis sedem fixit, et tandem ad Mantuam evocatus est, ut ducis filium primogenitum literis informaret. Vir erat magni judicii, vivacis ingenii, et stupendae memoriae. Claruit A. MDLXXXI, et postea a principe discipulo noctu occisus est. Scripsisse fertur *Odas ad Laurentiam Massam*, lib. i. *Laudes Patavinas*, lib. i. *Ignorationis laudationem*, lib. i. *De appulsu suo Venetias.* Carmen. Pr. "Dum "procul a patria Hadriaci prope littora ponti." Extat inter *Delicias poëtarum Scotorum.* Amstel. MDCXXXVII. 12mo. *Odas ad Manutium Aldum*, qui *Paradoxων commentarium* ei inscripsit, lib. i. Extat Oda i ad Aldum Manut. Pr. "Intermissa diu chelys." Inter *Delicias poët. Scot.* Amstel. MDCXXXVII. 12mo. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Praefationes solemnes in omnes scientias sacras et profanas*

profanas, lib. i. *Judicium de philoſophis*, lib. i. *Errores Ariſtotelis*, lib. i. *Refutationem mathematicorum*, lib. i. *Controverſiam oratoriam*, *Armis an literae praeſtent*, lib. i. Dempſter. iii. 342.

CRIDIODUNUS [FRIDERICUS] patria Devonius, cognomento et natione Anglicus, Wenefridi Bonifacii Moguntinenſis archiepiſcopi et magni Germanorum apoſtoli nepos atque diſcipulus fuit. Cum dictus Bonifacius, relicta ſua patria, Romam adiret, et a Gregorio ii Rom. pontifice autoritatem et apoſtolatum accepiſſet, Fridericus comes illi ſemper individuus ad mortem uſque aderat, ac ipſi fideliter adminiſtravit. Habetque Gul. Malmeſburienſis in opere ſuo *De pontif. Angl.* quod plura ſuo tempore ad eccleſiarum utilitatem ſcripſerit, quae tamen extare nullibi reperio. Claruit A. D. DCCLX. Bal. xiii. 55. ex Lelando. Pitſ. *Append.* p. 839. Hunc Fridericum Scotum eſſe et epiſcopum Trajecti refert Dempſter. vi. 516. et ſcripſiſſe *Prophetiam de regno Franciae*, lib. i. *Sermones ad clerum ſuum*, lib. i.

CRISPINUS [GILBERTUS [a]] ſive *Weſtmonaſterienſis* Benedictinae ſectae monachus ac abbas ſani Petri, monaſterii olim celeberrimi in occidentali Londini ſuburbio, longa pervenit diligentia et lectione veterum ſcriptorum vel ad ſcopum exquiſitae eruditionis: unde et ejus fama in pretio plane maximo. Studuit in Gallia, Romamque aliquando petiit. Erat ei cum Judaeo quodam Mogunciacenſi celebri et erudito lis magna *De lege divina:* quam et ille poſtea accurate ſcriptam Anſelmo [b] Italo, Cantiorum archiepiſcopo, per dialogum [c] conſecravit [d]. Sunt qui hunc putant Gallum fuiſſe [e]. Ex *Lelando*.

[a] Weſtmonaſterienſis à Baleo dictus, cujus coenobii primum procurator, deinde abbas erat. Bal. ii. 64. Doctor inſignis. Ibid. Filius Guilielmi Criſpini conſiliarii ducis Normanni, ex antiqua proſapia Normannica. Sporley loco ut infra. Gilbertus ſive Giſlebertus, cognomento Criſpinus, patria, ut videtur, Normannus, in Beccenſi coenobio una cum Anſelmo [Lanfranco] vitam egit monaſticam; a quo literis inſtitutus, tam in divina, quam ſeculari cognitione egregie doctus evaſit. [b] Burgundo. Mſ. Trin. Lel. [c] Quem inſcripſit, *De fide eccleſiae contra Judaeos*, ad Anſelmum, lib. i. "Venerabili patri ac domino." Mſ. in bibl. Lumleiana (Pitſ.) "Reverendo patri, etc. Paternitati "et prudentiae tuae." In bibl. Bodl. Mſ. Seld. ſup. i. apogr. rec. Hujus prologum edidit Joh. Piccardus, Colon. MDCXII. in notis ad libr. ii. epiſt. xvi Anſelmi, totum vero opus Gabriel Gerberon inter *Opera* S. Anſelmi, Pariſ. MDCLXXV. p. 512. Alius plane ab eo, qui inter Auguſtini opera haberi ſolet, hoc titulo, *Altercatio ſynagogae et eccleſiae* (Pr. "Eccleſia. Te ſynagoga, etc." Mſ. bibl. Bodl. Seld. praefat.) per modum dialogi inter Gamalielem et Paulum. Pr. "Cum tu, O Paule, primis fere." Colon. MDXL. fol. quocum non raro confunditur. [d] Scripſit etiam *Epiſtolas ad Anſelmum*, lib. i. "Anſelmo, Dei gra"tia Anglorum." Vid. in Gilleb. Hiberno ſive Urgallenſi. Quod vero habent Baleus et Pitſeus *De libro epiſtolarum*, id inde natum videtur, quod in cod. Mſ. epiſtolarum Anſelmi bibl. Cotton. habetur unica, eaque ſatis brevis *Gilleberti ad Anſelmum Cantuar. epiſtola*, cujus initium, "Anſelmo, Dei "gratia Anglorum;" quae tamen Gilleberti eſt epiſcopi Lunicenſis, cujus etiam eſt *Libellus de ſtatu eccleſiae*, quem iidem huic noſtro attribuunt. Cave, p. 634. *De caſu diaboli*, lib. i. "De angelo illo qui non per." In bibl. Minorum Oxon. juxta Boſton. Burien. *De anima*, lib. i. "Unde infanti contigerit." Ibid. *Super Eſaiam ad B. Anſelmum*, lib. i. *Super Hieremiam*, lib. i *In Cantica Salomonis*, lib. i. Mſ. in bibl. S. Petri Cantabr. 93. *Homelias* xlvii. lib. i. Annon hae eaedem ſunt cum *Homel.* xlviii. in *Cant. cantic.* quae rectius Gilberto Hoyland. adjudicantur? *Homeliae* xlvii *in Cant.* Pr. "Varii ſunt affectus"; in bibl. Wardonenſi huic Gilberto Weſtmon. aſcriptae apud Leland. *Coll.* iii. 10. *Ad cantorem Sagienſem*, lib. i. Bal. ii. 64. Pitſ. p. 196. Addidit Pitſeus, *In prologos S. Hieronymi ſuper Biblia*, lib. i. Mſ. in bibl. coll. S. Petri Cantab. 92. *De ſtatu eccleſiae*, lib. i. Mſ. Cant. in bibl. publ. 247. 12. Quaere annon rectius attribuatur Gillae, epiſcopo Limeric. Hibern. quem vide infra. *Contra peccata cogitationis, locutionis, et operis*, lib. i. Mſ. in bibl. Walteri Copi. Scripſit etiam *Vitam Herlevini abbatis Beccenſis*. Vide *App.* ad Lanfranci opera Pariſ. MDCXLVIII. p. 38. Ita citat. a Whart. in *Auctario Hiſt. dogmaticae* Uſſerii, p. 389. [e] Praefuit annos 32, et obiit 6 Decemb. MCXIV. Ric. Sporley de abbat. Weſtmon. Mſ. Cotton. Claud. A. viii. Obiit A. D. MCXVII. Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. et ſepultus ad pedes abbatis Vitalis. Vide epitaphium apud Cave, p. 634. Sunt qui iſtum epiſcopum Lunicenſem in Hibernia olim fuiſſe contendunt. Bal. *De iſto abbate* (verbis utar Richardi Sporley de abbatibus Weſtm. l. c.) *fit mentio in telligrapho Willielmi primiſenioris ſub his verbis fere circa finem:* "Ad ulti"mum in ſolempnitate Pentecoſtes habito conſilio meo in "eod. Weſtmon. celeberrimo coenobio ejuſd. S. Petri apo"ſtoli, dilecti fratres et filii noſtri monachi de ead. eccle"ſia cum ſuo ven. abbate Giſleberto." etc.—"Amore "ipſius eccleſiae abbatis libertates confirmat."

CRIXTEDUS [HENRICUS] monachus Benedictinus ſcripſit *In regulam S. Benedicti*, lib. i. Hoc opus tranſcribi curavit Joh. Wheathamſted abbas S. Albani. Mſ. Cotton. Otho. B. iv. Incertae aetatis ſcriptor. Bal. xii. 73. Pitſ. *Append.* 862.

CROCUS [RICHARDUS] ſive CURVUS, vulgo CROKE, patria Londinenſis, ſcholaris collegii Regii Cantabrig. admiſſus 4 Apr. MDVI. Mox Oxoniam abiit; inde in exteras regiones trajecit, ubi ſumptibus Gul. Warham archiepiſcopi Cantuar. per xii annos (ante A. MDXX.) in ſtudiis literarum inſtitutus, primo adiit academiam Pariſienſem, dein Lipſienſem, ubi Graecam linguam publice profeſſus eſt: quo munere etiam fungebatur in academia Lovanienſi. In patriam reverſus Cantabrigiam remeavit, ubi A. MDXXII orator publicus, et poſt Eraſmum Graecae Linguae profeſſor, ac S. theologiae profeſſor deſignabatur. Poſtea regis orator miſſus eſt Paduam et ad alias Italiae academias circa divortii negotium. Poſt reditum in patriam A. MDXXXII factus eſt canonicus aedis Chriſti primae fundationis. Sed A. MDXLV ſe ad collegium Exon. tranſtulit. Parochus erat eccleſiae de Buckby-Longa in agro Northampton. Scripſit *Orationem de Graecae linguae utilitate et laude*. Pr. ep. ded. Nicol epiſcopo Elienſi. "Etſi non mea ſolum omnia." Pr. lib. "Si apud "eos homines habenda." Pariſ. MDXX. 4to. *Orationem qua Cantabrigienſes eſt hortatus, ne Graecarum literarum deſertores eſſent*. Pr. "Si quiſquam omnium ſit." Ibid. *In Auſonium annotationes*, lib. i. "Cum veniſſet nuper in manus." Mſ. Bal. Glyn. *Introductiones in rudimenta Graeca, ad Guliel. archiep. Cant.* lib. i. "Exigua profecto res eſt." Colon. MDXX. 4to. *Elementa grammaticae Graecae*. *De verborum conſtructione*. *Epiſtolas varias de divortio* Henr. viii. Burnet, *Hiſt. Reform.* lib. ii. A. MDXXX. Tranſtulit e Graeco in Latinum *Theodori Gazae quartum*

librum

librum de constructione ad Elect. Mogunt. Pr. "Plutarchus ille Chaeroneus autor non." Lipsiae MDXVI. 4to. *Elysium Calentinum.* In epistola dedicatoria Gul. Warham praefixa Introductioni in *Rudimenta Graeca* meminit *Tabularum Graecae linguae a se in Germania editarum.* Et *Chrysostomi in Vetus Testamentum, Latinitate donati.* Obiit Londini A. MDLVIII. Pitf. p. 705. Bal. ix. 40. *Athen. Oxon.* i. 105. seq.

CROLEUS [ROBERTUS] sive CROWLAEUS patria Northamtonensis, ut Baleus, Glocestrensis, ut a Wood in *Athenis Oxon.* semi-commensalis collegii Magdal. Oxon. A. MDXXXIV. et A. MDXLII socius ejusdem electus fuit. Mox academiae valedicens Londinum se contulit, ubi artem typographicam exercuit. Regnum ineunte Maria solum vertit, et Francofurti sedem fixit. Eadem autem mox extincta, in Angliam rediit, ubi variis beneficiis ecclesiasticis donatus est. A. MDLIX. 24 Mart. collatus ad archidiaconatum Hereford. [cujus virtute subscripsit articulis 1562] quem resignabat A. MDLXVII. A. MDLX Julii 9. collatus ad praebendam de Prato Maj. in eccl. Hereford. quam resignabat A. MDLXVII. A. MDLXIII Sept. 1. collatus ad praeb. de Mora in eccl. S. Pauli *Regist.* Grindall episcopi London. Fuit rector ecclesiae S. Petri Paup. London. baccal. art. presbyter conjugatus, doctus praedicator. Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. iv. 77. Fuit vicarius S. Aegidii juxta Cripplegate apud Londinum, A. MDLXVI. Et A. MDLXXVI, 5 Maii collatus ad ecclesiam S. Laurentii in Judaismo Lond. Newc. i. 181. Vir erat ingenii satis felicis, concionandi facultate clarus, et reformatae religionis zelo flagrans. Scripsit *The supper of the Lord after the true meaning of John* vi. *and* 1 *Cor.* xi. etc. *with the confutation of the letter of Mr. Thomas More against John Frith*, Printed 5 Sept. MDXXXIII. 8vo. *Confutation of Nich. Shaxton bishop of Sarum, his recantation of* xiii *articles, at the burning of Mrs. Anne Askew.* Pr. pr. "Immediatlye after you had "caused." Lond. MDXLVI. 8vo. MDXLVIII. 12mo. *Explicationem petitoriam ad parliamentum adversus expilatores egenae plebeculae hujus regni.* Pr. "Inter tot tamque multiplicia et maxime." Anglice Lond . . . 16mo. et MDXLVIII. 8vo. Pr. "Amonge the manifolde and most weighty "matters." Postea Latine per Johannem Heron. . . . MDXLVIII. 12mo. *Confutation of Miles Hoggard's wicked ballad made in defence of transubstantiation of the sacrament.* Lond. MDXLVIII. 8vo. Pr. "After I had perused this fond." *The voice of the last trumpet blown by the seventh angel*, etc. *containing* xii *several lessons, sc. for beggers, servants, yeomen, lewd priests, scholars, learned men, physicians, lawyers, merchants, gentlemen, magistrates, women.* In verse. Lond. MDXLIX. 8vo. *Pleasure and pain, heaven and hell, rememember these four, and all shall be well.* Lond. MDL. MDLI. 8vo. in metre. *Way to wealth, wherein is plainly taught a most present remedy for sedition: against gentlemen's oppressing the poor, and clergymen's having pluralities.* Pr. pr. "Considering "that all men maye playnely. Lond. MDL. 8vo. xxxi *Epigrams, wherein are briefly touched so many abuses, that may and ought to be put away.* Pr. pr. "If bokes may be bolde." Lond. MDL. MDLIX. MDLXXXII. 8vo. *An apology of those English preachers and writers, which Cerberus the three headed dog of hell chargeth with false doctrine under the name of predestination.* Pr. "Being "openly defamed in writing." Lond. MDLXVI. 4to. *Of the signs and tokens of the latter day*, lib. i. Lond. MDLXVII. 8vo. *A setting open of the subtile sophistry of Thomas Watson, D. D. which he used in his two sermons preached before qu. Mary in Lent* MDLIII. *concerning the real presence in the sacrament.* Ded. prima Lat. academiarum nostrarum theologis "Equidem virum Christianae religionis "hostem." Pr. pr. secundae Thomae Watson "Two things chiefly moved me." *Sermon in the chappel of Guildhall in London, 29 Sept.* MDLXXIV *before the lord mayor, and the whole state of the city on Psal.* cxxxix. vers. 21—24. Pr. ded. ad D. Jac. Hawes. "Being by the lord mayor." Lond. MDLXXV. 8vo. *Answer to Tho. Pound his six reasons, wherein he sheweth, that the Scriptures must be judged by the church.* Pr. pr. Papae et omnibus pontificiis. "In September last I with." Lond. MDLXXXI. 4to. *Brief discourse concerning those four usual notes whereby Christ's catholic church is known*, Lond. MDLXXXI. 4to. *Replication to that lewd answer which frier John Francis* (of the Minimies order in Nigeon near Paris) *hath made to a letter that his mother caused to be sent to him out of England.* Pr. ep. Generosis Angliae pontificiis. "Wishing well to the common- "wealth." Lond. MDLXXXVI. 4to. *Deliberate answer to a papist, proving that papists are antichristian schismatics, and that religious protestants are indeed right catholics.* Pr. "Supposing that "all such papists." Lond. MDLXXXVII. MDLXXXVIII. 4to. *The school of vertue, and book of good nurture, teaching children and youths their duties.* Pr. "First in the morning when thou dost awake." In verse. Lond. MDLXXXVIII. 8vo. . . . 12mo. *Dialogue between Lent and Liberty; wherein is declared that Lent is a meer invention of man*, Lond. . . . 8vo. *Confutationem libri de haeresibus per Joh. de Albinis. First trie thy trust: Being a deliberate answer to the rash offer made by a catholique to a learned protestant.* Pr. "In the year of our Lord MDLXXXVI. there." Lond. MDLXXXVIII. 4to. *The visions of Pierce Plowman, with a preface and table of contents*, Lond. MDL. 4to. *Praefationem invectivae Richardi Rycei praefixam*, Lond. MDLXXIX. 8vo. *Wiclevi Prologum in Biblia* praefatione ornavit. Pr. pr. "After I had perused." Lond. MDL. 12mo. *Continuationem epitomes chronicorum Lanqueti ab Edw.* vi *ad reg. Elizabetham*, MDLIX. 4to. Transtulit in sermonem vernaculum, *Davidis Psalmos prosa et metro.* Et *Litaniam cum hymnis.* Simul Lond. MDXLIX. 4to. Obiit 18 Junii MDLXXXVIII, et in choro ecclesiae suae S. Aegidii sepultus est. Bal. ix. 80. *Athen. Oxon.* i. 235. seqq.

CROWCHE

CROWCHE[a] [ROBERTUS] five CRUCIUS, Chordigerae fectae fraterculus, celebris suo saeculo non modo eruditionis, sed et religionis quoque titulo. Nec caruit virtus ejus praemio plane honorifico. Fit[b] promagister in Anglia sui ordinis; quod semel injunctum ei munus tanta pertractavit cum dexteritate, ut laudem, quod raro accidit, sine ulla invidia magnam facile acquireret. Neque moriens famam sui nominis tenuem aut obscuram doctae reliquit posteritati. Scripsit enim aliquot libros, conspicuum animi erga sacras literas optime adfecti indicium: quorum unus *Commentarios in naturalem Aristotelis philosophiam*[c], alter *In sententias Longobardi*[d] continebat, teste *Illustrium Franciscanorum catalogo*[e]. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Crowche. "In coenobio sui ordinis Oxoniae "educatus, ubi praelector theologiae publicus 13ius, et "tandem SS. theol. doctor evasit." A. Wood.
[b] Fit iste magister, Mf. Lel. Trin. [c] Lib. viii.
[d] Lib. iv. Scripsit *In ethica Aristotelis*, lib. x. *Quaestiones*, lib. i. [e] Claruit anno MCCC. Bal. iv. 76. Pitf. p. 387. Mortuus est apud Aquae Pontanum, vulgo Bridgwater, in agro Somerf. et inter ejusdem familiae fratres ibidem sepultus. A. Wood, *Hist. et Ant. Oxon.* i. p. 74.

CRUMEUS [DAVID] Edinburgensis. Elucubravit in Begesburnio rusculo A. D. MDL in gratiam reverendiss. Thomae Cranmeri *Descriptionem regni regis Jesu Christi*; *sive septuagesimi secundi psalmi enarrationem*. Pr. ded. "Cum jam tandem a molestissimis." Mf. autogr. in coll. Corp. Chr. Cantab. Mf. 3—5.

CRUMP [HENRICUS] five CROMP, patria Hibernus, in aula magna universitatis Oxon. studiis academicis circa A. MCCCXC egregie instructus, deinde habitum monachalem in coenobio Baltinglassensi ordinis Cistert. assumpsit, et tandem Oxoniam remeavit, ubi S. theol. doctor creatus est. Inprimis contra Wicliffii dogmata acerbissime invehebatur; postea vero in concionibus et lecturis publicis Armachani de iv ordinibus fratrum Mendicantium, et Wicliffii de eucharistia sententias propalam defendebat. [Vide *Hist. et Antiq. Oxon.* tom. i. p. 186. 189. 191. 196] His de causis haereseos accusatus est a Gulielmo Andrew, Dominicano, episcopo Midensi; et has Novatorum opiniones retractare coactus est Stanfordiae in coenobio Carmelitarum, coram Gul. Courtnaeo archiep. Cantur. War. p. 73. Lit. Claus. 15 Ric. ii. m. 8. Breve regis universitati Oxon. ne permittant Henr. Crump, monachum Cistertiensem haereticum aliquos actus scholasticos exercere. Et 6 Rich. ii. 19 Jul. dat. Breve regis cancellario et procurat. academiae Oxon. ad restituendum fratrem H. C. monachum regentem in S. theol. ad actus scholasticos, viz. ne contra illum in causa contumaciae procedant, quia versatus fuit Londini et alibi in refutatione errorum Wiclefi. Mf. Br. Twyne. R. 259 et 442. Scripsit *Determinationes scholasticas*, lib. i. *Contra religiosos Mendicantes*, lib. i. *Responsiones ad objecta*, lib. i. *De fundatione omnium monasteriorum Angliae, a tempore Birini primi Dorcestrensis episcopi ad aetatem Roberti Grosthed Lincolniensis episcopi, qui obiit* MCCLIII. lib. i. Mf. Libello ejus usus est autor rhythmorum, qui *De vita S. Edithae* scripti sunt in bibl. Cotton. Ware. loco ut infra. Hic liber citatus est per Joh. Twyne in libro suo ii de rebus Albionicis. *Hist. et Ant. Oxon.* lib. ii. 61. Claruit circa A. D. MCCCLXXXII. (War.) MCCCXCII. (Bal. Wood, Stanihurst. p. 40.) Bal. xiv. 98. War. p. 73.

CUANA. In *Annalibus Ultoniensibus* saepe citatum invenio librum Cuanae al. Cuanachi usque ad A. D. DCXXVIII; sed non postea. Unde conjicio eum autorem *Chronici* fuisse, et sub hoc tempore floruisse. Si autor fuerit recentior, forte vel Cuana ille fuit, qui in jam dictis *Annalibus* Cuana nepos Bessani, scriba Treoit appellatur, et obiisse dicitur anno DCCXXXVIII. Vel Cuana ille sapiens et episcopus de Lugmai, qui in eisdem *Annalibus* obiisse dicitur Anno DCCCXXIV. Sed de hac re nihil definio. War. p. 19.

CUANUS O LEOCHAIN scientissimus Hiberniae antiquarius circa MXXIV. Vid. *Ogygiam*, p. 437.

CUCHUMNE *Hymnum* fecit in laudem B. Mariae virginis, cujus initium est "Cantemus in "omni die." Decessit anno DCCXLVI ad quem annum Cuchumnem sapientem quievisse notant *Annales Ultonienses*. Ware. p. 36.

CUFFE [HENRICUS] patria Somersetensis. In academia Oxon. in studiis philosophicis feliciter institutus fuit, ubi primum socius collegii S. Trinitatis, et A. MDLXXXVI socius collegii Merton; postea artium magister, publicus Graecae linguae pralector, academiae procurator, et tandem secretarius Roberti comitis Essexiae factus. Scripsit *Of the differences of the ages of man's life. De differentiis aetatum vitae humanae*; *de origine etiam, causis, progressu, et fine vitae humanae.* Angl. Lond. MDCVII. MDCXXXIII. MDCXL. 12mo. Pr. "The learned Heraclite no less learned." *Hexastichon Graecum* in Camdeni *Britanniam* praefat. In bibl. Cotton. Nero D. X. est liber *De rebus gestis in sancto concilio Nicaeno* ex Graeco in Latinum versus; et videtur esse Gelasii Cyriceni; quem ex bibliotheca Vaticana transcripsit Henr. Cuffius. Demum cum patrono suo comite Essexiensi tanquam laesae majestatis reus damnatus est, et poenas laqueo apud patibulum Tyburnense dedit 30 Martii MDCI. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 307. seq.

CULEIUS [BARTHOLOMAEUS] seu CONWAY, patria Britannus, natus apud Radcliff Culy in comit. Leicest. (ut ait Fuller ex *Itinerario* Burton.) in academia Oxon. literas humaniores tamdiu excoluit, donec ipse philosophus evaserit celeberrimus. Scripsit *De generatione et corruptione*, lib. ii. "Sicut scribit philosophus in principio." Fuller's *Worthies*, ii. 132. tempore Edwardi iii eum floruisse notat. Baleus xi. 20. et Pitf. *App.* 825. seq. tempus haud exprimunt. [Quidam

dam Bartholomaeus de Cowley occurrit socius collegii Merton. Oxon. circa annum MCCLXXXVI. Wood Mſ. Merton.]

CULIN [PATRICIUS] Hibernus, canonicus ordinis S. Auguſtini A. MDXVI episcopus Clochorenſis deſignatus ſcripſit *Catalogum episcoporum Clochorenſium. Regeſtum de rebus antiquis ſuae eccleſiae. Hymnum de S. Maccartino primo iſtius ſedis episcopo.* Pr. "Feſtum digne celebrantes. "Sanctum virum venerantes." Fatis conceſſit A. MDXXXIV, et in eccleſia Clochorenſi tumulatus eſt. War. p. 82.

CUMINUS [JOHANNES] ſive COMINUS (Dempſt. 192) natione Anglicus (inquit Giraldus Cambrenſis, lib. ii. *Expugn. Hibern.* c. 23.) Dempſterus Scotum eſſe tradit, ex nobiliſſima comitum Buchaniae familia ortum, et Banfiae natum. A clero Dublinenſi apud Eveſham opera R. Henrici ii archiepiſcopus Dublinenſis electus, et a P. Lucio iii Velitrae conſecratus eſt A. MCLXXXII. Anno ſequente cardinalis S. R. E. creatus. A. MCLXXXV in medio quadrageſimae concilium provinciale celebravit in eccleſia cathedrali S. Trinitatis Dubliniae, ubi primo die concionem habuit *De ſacramentis eccleſiae.* Scripſit *Epiſtolas ad pontifices*, lib. i. *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. Has vidit Dempſterus in bibl. Pauli Petavii ſenatoris Pariſienſis. Sede ſua pulſus eſt A. MCXCVII. Obiit 25 Octob. A. MCCXII, et Dublinii in eccleſia S. Trinitatis humatus eſt. War. p. 118. Dempſt. iii. 348.

CUMMENEUS, ſeu CUMMIANUS Albus dictus, patria Hibernus (Scotus) coenobii Huenſis abbas factus DCLVII. Scripſit juxta Waraeum, *De virtutibus S. Columbae*, lib. i. De hoc mentionem facit Adamnanus (*Vit. Columb.* lib. iii. c. 3.) Idem haud dubio eſt cum *Vita S. Columbae*, primi abbatis Hyenſis in Britannia, quam edidit Mabillonius *Saecul. Bened.* i. p. 361. Cave, p. 463. Ware. p. 27. Scripſit juxta Dempſterum *Sanctorum genealogias verſu*, lib. i. Scripſit juxta Mabillon. *Iter. German.* f. 17. 18. *Poenitentiale.* Extat Mſ. in bibl. S. Galli in Helvetia. Obiit anno DCXCII. colitur 4 April. Dempſter. iii. 323. Hic eſt Scoto-Hibernus, de quo audi Colganum ſic differentem. "S. Cumineus Connerenſis ſcripſit verſibus Hibernicis, opuſculum *De ſingularibus* "*praecipuorum ſanctorum Hibernice virtutibus*, in quo de ſingulis unam aliquam ſingularem virtu- "tem vel heroicum factum per modum ſpecialis elogii refert. Floruiſſe videtur circa annum "DCLVI." *Act. ſanct. Hibern.* tom. i. f. 5. et f. 74. Vocat hunc libellum *De elogiis praecipuorum ſanctorum Hiberniae.*

CUMMINUS ſeu CUMMIANUS alter, cognominatus FOTA, al. FADA, i. e. longus, filius Fiacnae regis Jarmuman, i. e. occidentalis Momoniae. Scripſit *Epiſtolam de controverſia paſchali ad Segenium abbatem Huenſem.* Pr. "Verba excuſationis meae in faciem." Extat in *Sylloge epiſt. Hibern.* Uſſerii. Dublin. MDCXXXII. 4to. Ex Mſ. Cotton. Vitellius, A. xii. *Librum de poenitentiarum menſura :* Qui habetur in *Bibliotheca patrum*, tom. xii. p. 41. Extat Mſ. in monaſterio S. Galli, in quo vocatur *Cummeanus.* Mabillon. *Vet. Analect.* fol. 17. *Hymnum*, qui incipit "Celebra Juda feſta Chriſti gaudia." Fatis conceſſit A. D. DCLXI vel DCLXII, aetatis ſuae ſecundum Tigernacum lxxii ; ſecundum alios lvii. War. p. 27. Cave, p. 455.

CUNDE [LAURENTIUS] antiquo et illuſtri ſtemmate oriundus, ab adoleſcentia bonis literis imbutus, quae raro apud magnates et generoſos laicos ſuae aetatis inventae ſunt. Aliquando ſummus Angliae admirallius erat. Scripſit ad regem Edwardum, *An praeſtat Caeſarem eſſe vel agricolam*, lib. i. *An melior eſſet miſericordia ſine juſtitia, vel juſtitia ſine miſericordia*, lib. i. Claruit A. MCCCL. Bal. vi. 3. Piſſ. p. 472.

CUNEBERTUS [a], qui et CHINEBERTUS, quartus Lindiſiorum, ut teſtatur Beda 13 cap. quarti libri *Hiſtoriae Anglicanae*, episcopus, non infeliciter eruditus fuit. Id quod ex multis argumentis manifeſtis apparet, tum ex hoc praecipue, quod cum Beda hiſtoriam Anglicanae eccleſiae aggreſſus fuiſſet, hunc in primis conſulendum putavit in rebus Lindenſium. Lindum enim antiquitus a Britannis doctis ea urbs dicebatur, quae a recentioribus poſtea Lindiſpharos et Lindocollinum dicta eſt ; unde et tota circumjacens regio Lindiſia appellata: cujus nominis veſtigia etiamnum in eadem provincia manent. Sed nunc, ut evidentiſſime eluceat, quanto uſui Bedae fuerit, operae pretium duxi ejus, ex *Hiſtoriae* prologo ad Ceolvulphum, Tranſabrinorum regem, verba in medium adferre: Haec igitur ſunt: "At vero in provincia LINDISIGE quae ſint geſta erga fidem Chriſti, "quaeve ſucceſſio ſacerdotalis extiterit, vel literis reverendiſſimi antiſtitis Cuneberti, vel aliorum "fidelium virorum viva voce didicimus." Haec ille : quibus tantum abeſt, ut ego non adſtipuler, ut, ſi nullo alio, quanquam et alia non deſunt, vel hoc uno tanti viri teſtimonio dignus eſſet, qui in numero noſtrorum ſcriptorum poneretur. Nunquam certe me poenitebit illum inter autores numerare, cui Beda, inter autores maximos non minimus, ingenue aliquam ſuae hiſtoriae partem refert acceptam [b]. Neque hic miraberis, candide lector, quod non recenſeam praeterea aliquid ab illo ſcriptum : nam et nunc, et alias ſaepe a me monendus es, Dacos, piratas diis et hominibus inviſos, per ducentos et quinquaginta fere annos ita totius Britanniae monaſteria ſpoliaſſe, confudiſſe, devaſtaſſe, ut inter caetera ingentia mala multis in locis, flammis omnia conſumentibus, ne pagellam quidem librorum, pro ſcelera ! non violatam reliquerint. Hinc eſt quod tam pauca extent, ſi de-

[a] Cimbertus, vel Cinbertus, Cumbertum nonnulli, Rinebartum etiam aliqui vocant. Piſſ. p. 127. Kimbertus Lindeſeius. Bal. ii. 6. Embertus. Godw. p. 337.

[b] Scripſit, uti haud aperte ex Bedae verbis colligunt Baleus et Piſſeus, l. c. *Comprovincialium facta*, Bal. l. c. Seu *Compendium annalium ſuae gentis*, lib. i. Piſſ. p. 127. ſeq. *Ad Bedam epiſtolarum*, lib i. Obiit A. D. DCCXXXIII. Godw. l. c.

mus

mus Bedae et Flacci Albini opera, a Saxonibus Britanniam incolentibus ſcripta. Cum interim conſtat Saxones id temporis, tota quaſi Europa a barbarie occupata (id quod etiam Philippus Melanchon in quadam oratione teſtatur) literis undecunque floruiſſe. Sed ſint haec ſatis in truculentos, immanes, barbaros Dacos dicta. Ex *Lelando*.

CUNINGAMUS[a] [JOANNES] Sudovolgus, alias KININGHAM dictus, Gippovici Carmeliticae ſectae initiatus fuit. Paucos tamen ibi vixerat annos, cum ingens ſtudiorum ardor, quo totus conflagrabat, illum alio deduceret, id eſt, ad Iſidis Vadum[b]. Poſtea, tanquam cupito potitus loco, pedem altius fixit, multumque olei ſimul et operae impendit, ut ad metam, quam ſibi propoſuerat, perveniret. Non haec ille quidem fruſtra: nam et gravis philoſophus, et ſanctus theologus evaſit; quo utroque nomine praeſes[c] tandem provincialis cum Hiberniae, tum Angliae, a primatibus Carmelitici ordinis conſtitutus fuit. Acceſſit etiam ad ejus famam, quod in teſtem auricularis confeſſionis non raro vocatus ſit a Joanne Gandavo[d], duce Mediolanenſi. Eſt autem Mediolanum antiqua Britanniae noſtrae civitas, a Lano fluvio praeterlabente ſic dicta, cujus et Ptolemaeus, Graecus ſcriptor, meminit. Quid, quod Cuninghamus, vel ipſo Thoma Valdeno teſte in *Faſciculo zizaniorum*, inter primos Vicoclivi impetum fregit? Sed nunc libri ab eo editi in numerum redigendi ſunt: reliquit enim in uſum poſteritatis, *Super ſententias*, lib. iv. "Mirabilis facta eſt "ſenten. tua." *Commentarios in Ezechielem.* "Iſte liber ſicut et alii." *In threnos Hieremiae.* "Refert Seneca in declamationibus." *In epiſtolam Jacobi*[e]. "Circa hanc epiſtolam[f]." *Sacrarum concionum* lib. ii[g]. *De angelis*, lib. i[h]. *De nativitate Chriſti.* "Veritas de terra orta eſt." *De ejus paſſione.* "Pace morieris." *De Spiritu Sancto.* "Spiritus Sanctus dabat." *Contra Vicoclivum*, lib. iii[i]. "Ut ait Caſſiodorus." *De eſſe intelligibili*[k]. Obiit Eboraci[l] poſtremis annis Richardi ſecundi. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Kiningham. Bale. Pitſ. Cuninghamus, Scotus, ex nobiliſſima comitum Glencarniae familia. Dempſt. x. 763. [b] Pariſiis ſtuduit, et Paderbornenſem epiſcopatum recuſavit. Idem. [c] Numero 21mus.

[d] Confeſſor et ſecretarius domini Joannis ducis Lanc. MCCCXCII. [e] Lib. ii. [f] "Epiſtolam, ſicut in aliis "libris." Mſ. Bal. Sloan. [g] Secundum Bale et Pitſ. *Sermones de tempore*, lib. i. "Dabo tibi coronam vitae:" et *Sermones de ſanctis*, lib. i. "Hoc eſt corpus meum."

[h] *De natura angelica*, lib. i. "Secundum quod ſuperius "tactum." [i] *Contra propoſitiones Wiclevi*, lib. i. "Ut "ait Caſſiodorus in libro." *Super* [*Determinatio contra*, Mſs. Bodl.] *ideas ejuſdem*, lib. i. "Reverendus M. Joannes "Wiclevus." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 163. f. 4. a. *Pro primo ſuo ingreſſu*, lib. i. "In iſto actu duo intendimus." Ibid. f. 1. b. In eodem cod. f. 11. et 19. b. habentur hujus Johannis, *Secunda determ. contra J. Wiclevum de ampliatione temporis.* Pr. "In materia ſaepe tacta de ampliatione." *Tertia determ. contra Wicl. de eſſe intelligibili creaturae.* Pr. "Habito frequenter multiplici tractatu." Quarto loco memorat Bal. Mſ. Sloan. *Ad autoritates ejuſdem*, ſc. Wicl. Pr. "Jam reſtat dicere ad autoritates, quas "pro iſtis tribus argumentis adductae ſunt." [k] Lib. i. "Habito frequenter multiplici." Scripſit praeter ſupra nominata *Scripturae Sacrae praeconia*, lib. i. "In medio "annorum notum facies." *De temporis ampliatione*, lib. i. "In materia ſaepe tacta de tempore." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 163. f. 11. b. *Commentarios metaphyſices*, lib. xii. *Ad quaedam loca allegata*, lib. i. "Jam reſtat dicere ad "autoritatem." *Quaeſtiones varias*, lib. i. *In Scripturas* comm. plures. [l] In ſui ordinis coenobio ſexto [*ſeptimo* Bal. Mſ. Sloan.] regiminis anno, Chriſti MCCCXCIX. 4 id. Maii. Bal. vi. 4. Pitſ. p. 564, 565.

CUNINGHAM [GULIELMUS de] medicinae doctor Londini in vico vulgo vocato Colmanſtreet degit, multum a Gul. Bulleio ob aſtronomiae et medicinae ſcientiam laudatus. Vixit etiam Norwici annis MDLVI—MDLIX; uti patet ex *Coſmographiae ſaeculo*, in quo pag. 9 dedit *Tabulam urbis Norvici*. Publice praelegebat in aula communi chirurgorum Londini A. MDLXIII. Scripſit *Speculum coſmographiae, ſive de principiis coſmographiae, geographiae, hydrographiae, ſive navigationis*, lib. v. *per modum dialogi, inter Philonicum et Spondaeum* Anglice, etc. London. MDLIX. fol. et 4to. Pr. ded. dom. Rob. Dudley. "Daedalus, that excellent geometrician." In Mſ. collegii Caio-Gonvilenſis Cantabr. Claſs. 93. E. 45. datur pars aliqua hujus *Speculi* ſub titulo *De longitudinibus et latitudinibus locorum aliiſque problematibus geographicis*. In dedicatione *Coſmographiae* recenſet opera ſequentia, quorum editionem parabat: *Apologiam*, lib. ii. *Quadrantem novum*, lib. ii. *Annulum aſtronomicum*, lib. ii. *Organographiam*, lib. iii. *Gazophylacium aſtronomicum*, lib. xvi. *Chronographiam*, lib. xii. *Commentaria in Hippocratem de aëre, aquis, et regionibus*, lib. iii. *Epiſtola Anglica* hujus G. C. praefixa eſt *Operibus chirurgicis Thomae Gale*. Lond. MDLXIII. MDLXXXVI. 4to. *Carmen Anglicum* praefixum *Antidotario* ejuſdem Th. Gale. Ibid. *Two letters between W. C. and John Hall chirurgeon* A. MDLXV *touching the cure of the pox*. Mſ. bibl. Bodl. NE. C. 3. 5. pag. 33, 34. b. Pr. "To my loving friend Mr. Hall." *A new almanac and prognoſtication calculated for the longitude of London for the year* MDLXVI. Lond. MDLXVI. 8vo. *Epiſtolam dictam invectivam in defenſione aſtrologorum*. Saepe haec citata eſt in *Invectiva* Gul. Fulke *contra aſtrologos*. Tho. Gale in *Inſtit. chirurgicis* edit. MDLXIII ait hunc Cuninghamum ſcripſiſſe *De definitione, cauſis, ſignis, ſymptomatibus et curatione chameleontiaſeos ſive morbi Gallici*, lib. i.

CURRAR [JOHANNES] ſive CURRERIUS, Scotus (Dempſt. clxii.) domo Banfienſis, ſed inſigni militari fortitudine regi Wilhelmo charus, cum recepiſſet Northumbriam rex, Currerio data provinciae adminiſtratio. Itaque ille regio nomine provinciam luſtravit, et ſcripſit *De ſeptuaginta et octo munitis caſtellis Northumbriae comitatus*, lib. i. *De poſſeſſoribus eorum continua ſerie*, lib. i. *De officio limitum praefecti*, lib. i. *Epiſtolas ad Willelmum regem*, lib. i. Claruit circa A. MCCLXX. Dempſt. iii. 274. Pitſ. *App.* p. 871.

CURSON [ROBERTUS] de CURSIM, vel de CURTUM natus apud Kedleſtonum in agro Derbienſi (Mſ. Aſhmol. 816.) in Oxon. academia abſoluto ſtudiorum philoſophicorum et theologi-

corum curriculo Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi S. theologiae doctor renunciatus, et Noviomensis ac postea Parisiensis canonicus factus, ut habet Bulaei *Hist. acad. Par.* iii. 81. Mox Romam abiit, ubi cardinalis tit. S. Stephani in Coelio monte creatus est. A. MCCXVIII sedis apostolicae legatus missus est in orientem, ubi captioni Damiatae interfuit. Post reditum ab Honorio iii in Angliam legationem obiit. Scripsit *Summam theologiae*, lib. i. "Videndum est primo quid." Ms. in coll. S. Petri Cantabr. citante Pitseo, etc. *Summae* pars una Ms. Gonvil. et Caii, 9, 10. Pr. "Tota coelestis philosophiae." *Lecturas solennes*, lib. i. *De salvatione Origenis*, lib. i. *De septem septenis*, lib. i. "De difficillimis scripturus tam excellenti... 1 septena sit de 7 modis eruditionis." Ms. C. C. C. Cantabr. N. 14. Olim in bibl. Petroburg. A. viii. *Distinctiones.* Olim in bibl. eccl. Christi Cant. Ms. Cotton. Galba E. iv. Claruit circa A. MCCXX. Bal. iii. 79. Pits. p. 292. Godw. ii. p. 166.

CURTHOP [JACOBUS] sive COURTHOP academiae Oxon. alumnus, collegii Corporis Christi socius electus A. MDXLIII. 13 Febr. collatus ad praebendam de Mylton minor. in ecclesia Lincoln. *Regist.* Joh. Longland. Anno MDXLVI canonicus sexti stalli in ecclesia cathedr. Chr. Oxon. nominatus in charta fundationis. Anno MDXLIX Oct. 24 admissus de Burgo St. Petri decanus. Scripsit *Orationem panegyricam ad regem Henr.* viii, *quem ob doctrinam et erga literatos favorem praecipue laudat.* Pr. "Si Pericles Atheniensis." Ms. autogr. coll. Corp. Chr. Oxon. 204. *Notes of Mr. Curtop's sermon at Paul's cross* xiii *Sunday after Trinity*, MDLIII. Pr. "And it chanceth as he went through Jerusalem." Ms. coll. Eman. Cantabr. 61. Obiit 19 Junii MDLVII, et in ecclesia cathedr. Oxon. sepultus.

CURTOYSE [RICHARDUS] patria Lincolniensis. Erat socius collegii S. Joh. Cantabrig. et anno MDLXIV ejusdem academiae procurator. (Ms. Inett.) Matthaeo Parkero archiep. Cantuar. et reginae Elizabethae a sacris, et S. theologiae doctor. (Ms. Inett.) A. MDLXX ad episcopatum Cicestrensem promotus fuit. Scripsit Anglice *De veritate naturalis corporis Christi.* Pr. "Nicephorus doth write that." Lond. MDLXXVII. 12mo. Ad finem translationis Hugonis cardinalis. *Conciones varias*, 1. *Conc. habitam Grenovici* 14 Mart. MDLXXIII *in Eccles.* xii. 1—ad 7. Pr. "Remember, etc. The preacher K. Solomon." Lond. MDLXXIII, MDLXXIV. edit. a Thoma Brown. Et MDLXXXVI. 12mo. 2. *Conc. habitam Richmondiae* 6 Mart. MDLXXV *in Judic.* i. *versus* 13 *priores.* Pr. "After the death, etc. Almighty God by the." London. MDLXXV. 12mo. 3. *In* 9 *versus priores Apocalyps.* xii *apud crucem Paulinam.* Pr. "There was a great, etc. By the consent of the most." Lond. MDLXXVI. MDLXXXIV. 12mo. 4. *In Acts* xx. 28—31 *Westmonasteriae coram regina.* Pr. "Take heed, etc. The H. Ghoste by St. Paul in this." London. MDLXXVI. MDLXXXIV. 12mo. 5. *In Rom.* i. 20. una cum *tractatu de veritate corporis Christi naturalis.* Pr. "Nicephorus doth write that Utiches." Lond. MDLXXVII. 12mo. Haec concio in Rom. i. 20. est translatio Hugonis cardinalis *De trium dierum operibus, etc.* in Rom. i. 20. Pr. "The invisible or not to be seen graces." A. Wood. Ms. Cat. iv. Responsio ad quendam librum nuper editum a D. Hardingo, et inscript. *Confutatio apologiae ecclesiae Anglicanae*, cui etiam et altera Responsio apponitur ad similem librum (ab eodem autore contextum et nominatum *Detectio quorundam turpissimorum errorum, etc.* Lovanii excusum A. D. MDLXVIII.) Et interserta priori Responsioni, prout occasio locusque requirebant, quemadmodum ex certis quibusdam indiciis margini affixis apparet. Autore Joh. Jewel. episc. Sarum, et post mortem ejus autoris Latino idiomate donata per Ric. Coortesium episc. Cicestr. Ms. in bibl. *Regist.* Westmon. 8. D. vii. *Brevis tractatio, An corpus Christi sit ubique*; praefigitur. Pr. ded. Elizab. reginae. "Liceat mihi simillibus majestatem." Ibid. *Epistolam M. Parkero.* Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 457. Obiit A. MDLXXXV. Rob. Blofeild *De viris illustribus ecclesiae Romanae reformatae.*

CUSACK [PATRICIUS] patria Hibernus, Oxoniae humaniores literas excoluit, et postea paedagogus Dublinensis evasit. Scripsit Latine *Diversa epigrammata.* Claruit circa A. MDLXVI, vel MDLXX. Stanihurst. cap. 7.

CUSENTINUS [HERBERTUS] sive HOSCAM, diversus ab Herberto de Bossam; archiepiscopus Cusentinus in Apulia Italiae A. MCLXXXV; natione Anglus. Hunc meminit Baleus xiii. 75. et Pitseus, *App.* p. 864. sed de scriptis ejus nihil tradiderunt.

CUTELL [RICHARDUS] Londinensis, musicae artis peritus scripsit *Compositiones musicas.* Ms. bibl. Bodl. sup. A. i. Art. 80.

CUTHBERTUS reguli cujusdam Hibernici filius, natus est secundum quosdam Kenanusiae, hodie Kells, comit. Midensis, secundum alios in loco dicto Kilmacudrick ad quartum a Dublinio lapidem. Primo monachus erat Mailrosensis, et mox ejusdem coenobii praepositus, Lindisfarnam deinde, et postea Farneniam insulam petiit, ubi eremiticam agebat vitam. Electus in episcopum Hagustaldensem (quam sedem cum Eatae Lindisfarnensi postea mutavit) illam dignitatem renuit, donec precibus Egfridi regis etc. evictus consecrationem acceperit Eboraci a Theodoro archiepiscopo Eboracensi (Waraeus) die Paschae DCLXXXIV. Duobus autem annis in episcopatu peractis, repetiit insulam Farnensem, ubi mortem obiit 20 Martii DCLXXXVI. War. p. 30, 31. Scripsisse dicitur *Ordinationes suae ecclesiae*, lib. i. "Prima regula est de Domino." *Praecepta vitae regularis*, lib. i. *Exhortationes ad fratres*, lib. i. Dempster. iii. 233. Bale i. 81. Vide *Vitam Cuthberti* per Ven. Bedam tum prosa tum carmine. Dempster. l. c. qui eum Scotum esse vult.

CUT-

CUTHEBERTUS monachus [a] Girovicensis coenobii, quod distat a Novo Castello quatuor passuum millibus, positum in ipsis quasi ripis Tini fluminis a Ptolemaeo celebrati, Bedae nunquam satis laudati comes, atque idem discipulus fuit; sed tam charus, ut quae praeceptor jam senex, doloribus et aegritudine tantum non oppressus, dictaret, currenti calamo impiger exciperet. Neque huic defuit unquam officio, quamdiu Beda dictare potuit; potuit autem ad extremam fere vitae horam. Postea autem, mortuo praeceptore, et per immortales libros aeternitati consecrato, coepit et ipse magna cum laude, nec minore fructu docere; quo factum est, ut a monachis Girovicensibus simul et Wirensibus summe coleretur. Recens namque adhuc erat memoria, et fama Bedae altius omnium animis inhaerebat: sed tanti viri utcunque levabat desiderium Cutheberti insignis in promovendis bonis literis diligentia. Illis enim temporibus doctae artes unicum erant monachorum solatium; nec aliud fuit religiosorum coenobium, quam apium hinc inde laborantium alvearium; usque adeo, ut tum merito Virgilianum hoc carmen de illis dici potuisset:

Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

Inter haec Cutheberto frequens in mentem Beda venit, et ejus virtus semper prae oculis obversabatur. Quare voluit aliquid memoria dignum praestare, quo virum tantum posteritati commendaret. Cumque cognitissimum haberet, qua modestia, qua charitate, qua patientia, quo denique spiritu vitam finiverit; id orbi per libellulum, quem Cuthvino monacho dedicavit, testatissimum voluit [b]. Gratissima quidem haec discipuli erga praeceptorem parentatio: quam cum nuper reperissem in palatina illustrissimi Henrici octavi, Anglorum regis, bibliotheca, avide semel legi, et majori voluptate relegi [c]; multum diuque mecum considerans, quantus et quam non ullo esset virtutis titulo Beda cum nostrae aetatis monachis conferendus. Denique, quanquam probabilis conjectura sit, Cuthebertum multa scripsisse [d]; ego, ne fucum lectori faciam, ingenue fateor, me nihil, praeter id quod commemoravi, vidisse. Sufficiet igitur ad summam addere, floruisse illum, regnante apud Transhumbranos Ceolvulpho rege. Ex *Lelando.*

[a] Cuthbertus, patria, ut videtur, Dunelmensis. Cave. Monachus ord. S. Bened. primum Londinensis deinde Girvicensis. Pits. [b] Scripsit *Librum de vita et obitu Bedae*, Cuthwino aequali suo dicatum, in quo Bedae mortem 8 cal. Junii die Mercurii, qui ascensionis diem proxime praecessit, contigisse refert. Habetur tomo viii. operum Bedae edit. Basil. *Vita Bedae* sine nomine auctoris, necnon *De obitu Bedae epistola*. Verum vitam illam ex Petro Equilino *Sanct. Catal.* lib. v. c. 55. acceptam esse apparet; epistolam autem istam de obitu Bedae (a Surio etiam relatam in tomo vii. die 10 Maii) Cuthberti esse (inquit Usserius *Biblioth. theol.* p. 128.) mihi persuadeo. Nam praeterquam quod in plurimis codd. Mss. ei disertim ascribatur, auctor sese Bedae morti interfuisse testatur; quaeque ex Cuthberti libro habet Florentius Wigorn. in *Chronico* suo ad an. DCCXXXIV, in hac epistola totidem verbis reperiantur. Ubi notandum est, quod in epistolá male habetur [7 idus Maii] ex Florentio, ac Matthaeo Florilego emendandum esse ac legendum [7 cal. Junii. Ita in Ms. hujus epist. Digb. 59. Ms. bibl. Bodl. et Lel. *Coll.* iii. p. 84. et Ms. aedis Christi] quod et temporum ratio exigit, et pluribus probat Cl. Usserius loco citato. Sub Cuthberti nomine hanc epistolam dedit Abrah. Whelocus in *Vita* Bedae *Historiae ejus eccl.* praemissa Cantab. MDCXLIV. Meminit Coronidis a Cuthberto adjectae *Historiae Bedae* Joannes Priseus, *Hist. Brit. Defens.* cap. 12. pag. 112. quam et penes se extitisse narrat. Cave, *Hist. lit.* pag. 487. *Vita S. Bedae* per Cuthb. Girov. Pr. pr. " Inter catholicos S. Scripturae expositores." Ms. Cotton. Nero. E. I. [c] Et inter *Collectanea* sua descripsit Lelandus, tom. iii. p. 84. [d] Praeter *Vitam* Bedae scripsisse fertur *Epistolas*.

CUTHEBERTUS, ex nobili genere Anglorum ortus, vir magnae celebritatis, apud Ethelbaldum, Merciorum regem, in tanta gratia fuit, ut nemo homo unquam facile majori. Hanc tamen sibi conciliavit cum rara quadam eruditione, tum etiam eximia morum virtute, quae illi postea ad maximae dignitatis munia gerenda latam fenestram aperuerunt. Nam primum, mortuo Valstodo, Henoforthensi [a] episcopo, communibus votis antistes eidem ecclesiae designatus est [b]. In qua provincia ita probe suas partes omnes complevit, ut amorem erga se populi, qui ante plane maximus fuit, majorem reddiderit. Ornamenta vero ecclesiae multa, quae moriens Valstodus imperfecta reliquit, ipse perfecit; inter quae vexillum crucis [c] erat, ut his testatur carminibus, quae ego non modo in quarto libro Gulielmi Meildunensis *De pontificibus Anglorum* offendi; verum cum nuper Meldunum inviserem, monasterium Severianae, sive, ut nunc appellant, Vilugianae provinciae, in vetustissimo libro sacrorum epigrammatôn reperi:

Haec veneranda crucis Christi vexilla sacratae
Coeperat antistes venerandus nomine Valstod
Argenti, atque auri fabricare monilibus amplis;
Sed quia cuncta cadunt mortalia tempore certo,
Ipse opere in medio moriens e carne recessit.
Ast ego praefati successor praesulis ipse,
Pontificis, tribuente Deo, qui munere fungor,
Quique gero certum CUTHBERT de luce vocamen,
Omissum implevi, quod coeperat ordine pulchro.

Sunt et ibidem, unde et haec desumpta, versus ejusdem de [d] tumulis illustrium virorum, qui sepulti sunt Henoforthi Magesetum; quos ego, brevitati studens, in praesentia omitto. Sed dum ita studuit ornandae

[a] Herefordensi. [b] Consecratus a Nothelmo archiepiscopo DCCXXXVI. Mailros. Godw. [c] Godwinus, p. 562. ait, Quod Wastoldus, seu Walstodus crucem magnam coepit fabricare, quam perfecit successor, et eidem haec carmina insculpsit. [d] *Sacrorum epigrammatôn librum edidit, in quo, praeter alia, versus sunt de tumulis.* Ita Ms. Lelandi Trin. Ex his verbis finxit Baleus, Cuthbertum librum scripsisse *De tumulis illustrium virorum*. Godwinus dicit, Cuthbertum

ornandae ecclesiae suae, obiit vir illustris Nothelmus, archiepiscopus Cantiorum; quem Beda in prologo *Historiae Anglicanae* presbyterum Londinensem fuisse scribit. Et cum jam aliquandiu de novo pontifice instituendo primates deliberassent, omnium suffragiis, et maxime Ethelbaldi regis, archiepiscopus electus [e] est, et statim consecratus. Post aliquot annos, crescentibus in Anglia sacerdotum vitiis, Zacharias, pontifex Romanus, episcopos errati simul et officii admonuit. Admonuit et Winfredus, cogn. Bonifacius, homo Anglus, sed episcopus Maguntinus. Quare synodum multorum episcoporum et abbatum, annuente tam sancto proposito Ethelbaldo rege, congregavit apud Clovesho, et decreta ad informationem purioris vitae instituit; quorum postea exemplum Bonifacio per Chinebertum, diaconum suum, transmisit. Quod autem ad libros ab illo scripto [f] pertineat, nihil amplius novi, quam *Synodalia decreta* sui temporis, et Carmina non contemnenda. Claruit sub Ethelbaldo, Merciorum rege; et cum pontificatum Cantiorum xvii [g] annos gubernasset, diem obiit extremum [h]: primusque fuit omnium archiepiscoporum post Augustinum, qui in ecclesia S. Servatoris (nam ante in Augustiniano coenobio tumulati sunt) sepultus [i] est. Ex *Lelando*.

bertum antecessoribus suis tumulum statuere magnificum, cui carmen subsequens incidi curavit:

Qui quondam extiterant famosi altique per orbem
Corpora, etc. Vid. p. 526.

[e] Ad Cantuar. archiepiscopatum translatus est A. D. DCCXL. Hoved. *Florileg.* A. DCCXLI. Flor. Wigorn.

[f] Scripsisse dicitur Cuthbertus *Decreta synodalia*. *De tumulis illustrium virorum*. *Epigrammata sacra et carmina*. *Epistolas ad S. Bonifacium et Zachariam papam*.

[g] Malmsb. Birchingt. Radulph. de Diceto, et. Osborn. xv annis. Baleus xxi.

[h] Obiit 7, vel 8 cal. Nov. A. D. DCCLVIII. Godw. *Chron. Sax.* etc. recte, A. DCCLX. Bal. ii. 14. Pits. p. 152. et Westm. A. DCCLXI. *Chron. Mailros.*

[i] De sepultura ejus vide Godw. p. 65.

CYCYL [GULIELMUS] sive CECIL xiv aetatis anno ad collegium S. Johan. Cantabrig. missus fuit; (Ms. Norwic. Mori 43.) anno aetatis xxvii, Christi MDLI principalis secretarius regis (Fox. i. edit. 805.) 1 Edw. vi. fuit judex tribunorum militum in expeditione Scotica, in cujus progressu multa fratri suo Gulielmo Patten judici valde utilia congessit adversaria, quae ab eo in Diario hujus belli publici fiebant juris. Fuit deinde libellorum supplicum magister apud protectorem regni. Vid. Gul. Patten *Diarium exped. Scot.* Lond. MDXLVIII. 12mo. in epilogo. Ab Hollinshedo 1. ed. MDLXXVII. fol. et a Fr. Thin. in Hollinsh. 2. edit. iii. MDLXXXIX. inter *Historicos nationis Anglicanae* numeratur. Scripsit *La complainte de l'ame pecheresse par Guillaume Cicile.* Carm. Gall. Pr. pr. "Celuy qui a çu du proffit beucoup." Pr. lib. "Considerant ma vie miserable." Ms. bibl. reg. Westmon. 16. E. xxviii. *Epistolae ejus autographae plus minus* CXL *ad filium suum D. Robertum inter annos* MDXCIII et MDXCVIII extant inter Mss. Norwic. Mori xliii. Aliae *ad dom. Franc. Walsingham plus minus* lx in dom. Dudl. Diggs, *Compleat ambassador.* Lond. MDCLV. fol. Item omnes *instructiones* et *literae*, reginae nomine conscriptae, huic Gul. Cecil attribuuntur. Aliae plus minus lxx *ad dom. Job. Norris, legatum Galliae* ab A. MDLXVI. 10 Febr. ad A. MDLXX. 26 Septemb. extant in *Cabala*, Lond. MDCLXIII. fol. Aliae ejus *epistolae* et *memoranda* passim apparent in Strype *Elizabeth.* p. 543. 562. Et Strype in *Vita Parker.* 292. *App.* xli. xlii. Alia *ad Edm. Freke* episc. Norwic. A. MDLXXXI. de Roberto Brown puritano. Fuller, *Eccl. hist.* xvi. 166. *Ad Anton. Brown* de eodem A. MDLXXXV. Ibid. Alia *ad Job. Parkhurst* episc. Norwic. Ms. Norwic. Mori 125. Duae *epistolae ad Job. Whitgift archiepisc.* in gratiam puritanorum Ms. Dugdal. 80. Forsan eaedem extant in Fuller, *Eccl. hist.* xvi. 154. 159. Aliae vii *M. Parkero.* Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 507. seq. et Miscell. E. p. 63. Aliae iv *de rebus Cantabrigiensibus.* M. C. C. C. Cantabr. Miscell. x. 409. seq. *Carmina* duo Lat. *in obitum Magaretae Nevillae, reginae Catharinae a cubiculis.* Extant inter *Carmina Suffolc. fratrum.* London. MDLII. 4to. Unum *Carmen* Lat. *in memoriam Tho. Challoneri equ. aur.* praefix. ejusdem libro *De restaur. republ.* *Praefationem* reginae Catharinae libro *Lamentation of a sinner*, Lond. MDXLVIII praemissam. Pr. "Will. Cecill having taken much profit by reading this tretise wisheth to every Christian by the reading the like profit. Most gentle reader: it matiers not." Lond. MDXLVIII. 12mo.

DAD

DADE [JOHANNES] ad rogatum dominae Annae quondam reginae Angliae scripsit Anglice *De arte heraldica.* Pr. "For th'enchefon and cause that." Autoris autographon scutis gentilitiis ornatum Ms. extat in bibl. Bodl. Laud. F. 92.

DAGANUS in coenobio Bannochorensi educatus, habitavit in loco ab ejus nomine *Achad-Dagain* dicto. Is idem fuit forte cum Dagano episcopo, de quo fit mentio in epistola Laurentii archiepiscopi Cantuar. ad episcopos Hibernicos, ut de acerrimo Hibernicorum rituum propugnatore. Scripsisse fertur *Ad Brytannorum ecclesias*, lib. i. Claruit anno DCX. Bal. xiv. 13. Dempster. iv. 382. Ware. p. 17. Bed. lib. ii. *Hist. eccl.* c. 4.

DALINGUS [GULIELMUS] dictus magister Gulielmus Philosophus. Scripsit *Quaestiones in peribermenias*, lib. i. Ms. in collegio Caii et Gonvill. Cantabr. Pits. *App.* p. 852.

DALLA-

DALLANUS [EUCHODIUS] i. e. Caecus, vir prosapiae illustris floruit in Hibernia sub annum Christi DLXXX. Natus est in Connaciae regione, quae Teallach Eathach nuncupatur, matrem habuit Forchellam nomine, a qua ipse Forgaill seu Forcellius appellatur. Patrem vero Collam Erci filium ex stirpe Collae cognomento Vassii Hiberniae regis. Postquam adolevit, optimis traditus est magistris in divinis et humanis literis instruendus, in quibus eos tandem progressus fecit, ut paucos in divinis, neminem suo tempore ex concivibus in humanis scientiis visus sit habuisse superiorem. Applicuit et animum ad antiquitates omnes, maxime patrias, addiscendas et eruendas, in quo studio ita singularis ejus enituit industria, ut inter plurimos, quibus tunc florebat regnum, facile primas obtinuerit. Scripsit patrio sermone, veterique stylo, diversa opuscula, quae saeculis posterioribus a multis, alioquin in veteri patrio idiomate et antiquitate versatis, haud facile penetrari possunt; et hinc a peritioribus antiquariis, fusis illustrantur commentariis, et tanquam rara nostrae priscae linguae et antiquitatis monumenta in scholis antiquariorum gentis nostrae praelegi et exponi consueverunt. Inter haec est unus rhythmus in magno pretio nunc et semper habitus, cui titulus, 1. *Ambra Choluim Chille*, i. e. *Laudes Columbae a Cellis.* Penes Colganum exemplar erat hujus operis egregie scriptum, sed seclusis fusis, quos habet annexos, commentariis, hodie paucis, iisque peritissimis, penetrabile. 2. *Rhythmus in mortem funebremque laudem S. Senani Iniscathensis episcopi.* Hic ob styli vetustatem, vetustamque venustatem, apud antiquitatis studiosos in magno semper pretio est, sed vix sine illustrationibus antiquariorum hodie capi potest. Colganus etiam habuit hoc opusculum. 3. *In laudem S. Conaldi cognomento Coel abbatis de Inis-coel in Tirconallia.* An hodie extat mihi incompertum est. Tandem contigit dum post colloquia spiritualia S. Dallanus ad cameram hospitum semel se conferret, quod ex propinquo portu irruentes piratae senem capite truncarent. Deinde S. Conallus corpus martyris recondi in ecclesia de Inis-coel fecit. Ejus natalis secundum hagiologos colitur 29 Januar. Haec descripsi ex Colgan. *Act. sanct. Hibern.* ad 29 Januar.

DALTON [GULIELMUS] medicus celeberrimus scripsit *Practicam medicinalem*, lib. i. "Contra sonitum aurium illatum." Hanc se vidisse refert Baleus in bibliopolarum Londinen. officinis. Bal. xii. 37. Vid. Pits. *App.* 853. *Chirurgiam practicam.* Ms. olim in monast. Sion.

DALTON [JOHANNES] legista scripsit *Super decretales.* Ms. olim in bibl. Sion. Quidam Joh. Dalton decanus collegii Mancestrensis factus cancellarius ecclesiae Lincoln. MCCCCIX. obiit MCCCCXI. Collect. Inett.

S. DAMIANUS presbyter Scotus scripsit *De reliquiarum S. Andreae in Britanniam advectione*, lib. i. Claruit anno CCCXXXII. Dempster. iv. 410.

S. DAMIANUS alius episcopus Scotus. Scripsit *In Cantica canticorum*, lib. i. *De ecclesia Scotica*, lib. i. Hoc opus Jacobus Tyrius fatetur se vidisse. Claruit anno DCLXIV. Colitur 1 Junii Dempst. iv. 384. Quaere annon hic idem sit cum Damiano, episcopo Roffensi, qui circa haec tempora floruit. Vide Wharton. *A. S.* vol. i. 330.

DAMIANUS [PETRUS] abbas Baldwinus [Buriensis] fecit basilicam grandem et pulcram, ubi duodecim clericos antea vagantes collocavit, et parochiam villae ibidem constituit, ubi inter archiclericos erat Petrus Damianus; cujus pulcherrimus liber, qui dicitur *Dominus vobiscum*, usque hodie extat. Ms. Macro coll. ex *Cronico* Jocelini Buckland. Vide Cave, vol. i. p. 610. etc.

DAMON [GULIELMUS] musicus capellae regiae edidit *All the tunes of David's psalms in* iv *parts*, Lond. MDLXXIX. 4to. Edidit post mortem Will. Swayne, Lond. MDXCI. 4to.

DAMPORTUS [GULIELMUS] monachus coenobii Pontfretensis et ordinis Benedict. fuisse creditur, cujus ante illum Robertus Gentilis erat. Nam conjectura est (Lelandus inquit) utrumque olim Benedictinum fuisse monachum Pontisfracti. Hoc enim emporium antiquitus erat, et, ut ego ex vetustissimo autore Antonino in *Itinerario* colligo, Legeolium quandoque nuncupatum. Haec ille. Damportus vero post multarum praedicationum labores, assumpto calamo scripsit *Homelias Damporti*, lib. i. Sic eas a suo cognomine intitulavit. Opus illud alteri adjunctum esse, tanquam ei non dissimile Lelandus affirmat. Bal. xii. 63. ex Lelando. Vide Leland. *Collect.* iii. p. 43. qui *Homelias* has in bibl. Pontefractensi extare dicit.

DANDO[a] [THOMAS] eximio probatae vitae et eruditionis nomine, sodalitio Carmelitarum, Cunetionem, alias Marloburgum, vetus Severianae, sive Vilugianae provinciae oppidum, incolentium, praefuit. Sed tantum abfuit, ut ex illa functione, quamvis honesta, memoriam aliquam sui apud posteros speraret, ut longe alia ratione sibi quaerendam putaret. Ad calamum igitur, inter immortalitatis assertores non minimus se contulit; ac *Historiam* sive *Vitam Ealfridi Magni*, alias *Aluredi*, [b] Visi-Saxonum regis, victuris chartis commendavit. Haec pauca habui de Dandone Marloburgensi, Henricianae aetatis scriptore, dicere. Ex *Lelando.*

[a] Dando, Bal. Daudo, Pits. [b] Lib. i. "Cum contemplarer florigeros." Ms. Lel. Trin. Claruit anno MCCCCXXXVI Marleburgi tandem sepultus. Ms. Lel. Trin. Bal. xi. 53. ex Lelando. Pits. p. 626.

DANDUS [GULIELMUS] quem aliqui Anglicum vocant, ordinis Servorum monachus erat. Scripsit *Sermones quadragesimales*, lib. i. *Sermones Dominicales per annum*, lib. i. Pits. *App.* pag. 853.

DANIEL [a] ARVONIUS eo in Cambria floruit tempore, quo Pelagianae causa haeresis secundo ventilata est. Quanta autem apud suos in existimatione, cum ob eximias artes, quas e fon-

[a] Arvonius a *Baleo* et *Pitseo* cognominantur. Scripsisse fertur *Contra Pelagianos*, lib. i. *Orationes synodales*, lib. i. Bal. i. 59. Pits. p. 98. Claruit A. Ch. DL. Bal. A. DLXIII. Pits. 97.

tibus ipſis pleno hauſerat ore, tum propter alias, quae in eo praenitebant et multae et magnae, virtutes; vel hinc colligere licet, quod univerſae Britannorum eccleſiae jam laboranti digniſſimus viſus ſit, qui, Dubricio adjunctus magno, communem apud Davidem, religionis ornamentum rariſſimum, cauſam orator dulcis ageret. Lites ubi et haeretica pravitas ſolidis convictae argumentis cecidere, ſua catholicae pax late adfulſit eccleſiae. Daniel ſacrae applaudens quieti, eruditorum collegium in Arvonia Venetorum gente inſtituit non procul a trajectu in Monam, cui nomen Portus. Locus vero a chori excellentia et magnitudine Banchor vaur, Britannico vocabulo apto, *eleganti* ſignificanti, appellatus eſt. Hujus nominis apud Britannos conſtat olim duas fuiſſe celeberrimas eccleſias: quarum quae prima, in Devae fluminis ripa, tyrannide Athelfridi, Nortabrinorum regis, concidit; ſecunda vero, de qua et nunc agitur, perſtat: ſunt et qui tertiam praedicent, Clutinae vallis incolam, non procul a fano Aſaphi. Daniel, jam videns pulchri operis incrementa pulcherrima, Romam petiit; epiſcopuſque rediens, Bannochoro novam intulit dignitatem, quam et adhuc integram conſervat. Obiit jam ſenex, et in ſua tumulatus eſt eccleſia. Ex *Lelando.*

DANIEL VENTANUS. Illum niſi inter eruditos collocarem, ingratum me plane literatorum chorus omnis vel merito appellaret. Ferunt enim eum Bladuni ſtuduiſſe, et a Meildulpho Scotto, ac ejus diſcipulis multa quidem didiciſſe. Erat illi frequens cum Aldhelmo conſuetudo; qui et idem, tanquam praeſes, gubernabat monaſterium. Fontes, Aldhelmi et Danielis nuncupatione ſacri, Meildulphi-curiae adhuc ſcaturiunt. Una dies honorem utrique parem detulit: nam ille epiſcoporum primus Ventae [a] Simenorum praefuit; hic Clarofonti, alias Shiroburnae. Chronica Fontanae eccleſiae adfirmant Danielem epiſcopum fuiſſe primum Congeri-curiae, et conjugium Inae regis ac Ethelvegae celebraſſe, ac ſedem Fontes tranſtuliſſe. Refert Maildunenſis in libro *De pontificibus Anglicis* ſecundo, Danielem epiſcopum Ventanum, depoſita paſtorali cura, jam ſenem Meildulphi petiiſſe curiam, ibidemque obiiſſe [b]. Ex *Lelando.*

[a] Daniel Ventanus. Bal. Voſſ. *Hiſt. Lat.* p. 278. Lib. Abbendon. in charta Inae regis de terris monaſt. Abendon. datis A. D. DCXCIX. Indict. xii.—" Ego Daniel epiſcopus " ſubſcripſi." A. Wood. Mſ. Godw. Epiſcopus Wintoniae conſecratus erat anno DCCIV, quo munere xl annos functus, epiſcopatu ultro abſceſſit, et Malmſburiam denuo adiit, ubi anno DCCXLV vel DCCXLVI animam efflavit, et ibi ſepultus. Bal. ii. 11. Pitſ. p. 144. Godw. p. 260. Epiſcopus Winton. conſecratus A. DCCIII, Romam adiit A. DCCXXI. Tatwinum archiepiſc. conſecravit A. DCCXXXI. Epiſcopatu ceſſit A. DCCXLIV. Et obiit DCCXLV juxta Whart. *A. S.* i. 195. [b] Scripſiſſe fertur, *Hiſtoriam ſuae provinciae*, lib. i. *Auſtralium Saxonum geſta*, lib. i. *De rebus inſulae Vectae*, lib. i. *Vitam Ceddae epiſcopi*, lib. i. *Super obitu S. Aldhelmi*, lib. i. *Ad virgines ſacras*, ep. i. *Pro Venefrido ad Gregorium*, ep. i. Bal. Pitſ. locis cit. *Catechesim pro inſtituendis infidelibus ad S. Bonifacium, apoſt. Germaniae*, lib. i. Extat apud Baronium, *Annal.* tom. ix. an. DCCXXIV. Pitſ. p. 144. ſeq.

DANIEL AP LHOSGURN MEU poëta Cambro-Britannicus. Scripſit ſermone vernaculo *Epicedium Gryfydii Conani filii.* Pr. " Hael Arthur modyr midh, angydh." Mſ. in bibl. Hengurt. membr. et in apographis Lhuydii. *Poëmata* etiam *alia.* Claruit ſecundum Daviſium A. D. MCCLXXX. Aſt Lhuydio videtur longe antiquior eſſe, quia Gryfydus ille obiit A. D. MCXXXVI. *Arch. Britan.* p. 255.

DANIEL [GUALTERUS] diaconus Ealredi, abbatis Rievallenſis, monachus fuit tam celebris vitae et eruditionis, ut optimum praeceptorem optimus diſcipulus non modo aequaverit, verum etiam aliquot nominibus vicerit. Pulcherrimum hoc mehercule vincendi genus eſt, cum de virtute contenditur. In hoc certamine Ealredi in literis virtutem uſque adeo multa, ſed ſancta, invidia proſecutus eſt, ut ſubinde eaſdem res ad calamum revocaret, de quibus ante praeceptor nec infeliciter ſcripſiſſet. Quantus autem nunc fuerit in philoſophia et theologia, quantaque cura, ut illa ferebant ſaecula, ſtylum aſſidue expoliverit, ipſa per ſe res multo manifeſtius clariuſque indicat, quam ut noſtrae orationis autoramento egeat ullo. Quare ad librorum nomina, qui hodie in bibliotheca Rievallenſi extant, me vertam: operae pretium facturus, ſi is palam in lucem prodeat, qui tot annis apud paucos, eoſque [a] obſcuros monachos, delituit. *Centum ſententiae* [b]. *Centum homiliae* [c]. " Adventus Domini [d]." *Epiſtolae*, juſtum volumen. " Mandaſti mihi." *De virginitate Mariae.* " Crebris me Gualterum," etc. *Expoſitio ſuper* Miſſus eſt angelus Gabriel. *De honeſta virginis formula* [e]. " In primis hujus." *De onere jumentorum auſtri* libri duo. " Animadvertens [f]." *De vera amicitia*, libri v. " Quaſi in bivio [g]." *De conceptione beatae Mariae contra Nicolaum monachum*, libri duo. " Contra Nicolai [h]." Ex *Lelando.*

[a] Paucos et obſcuros. Mſ. Lel. Trin. [b] Lib 1. [c] Lib. i. [d] " In carnem" [ſanctum tempus. Leland. *Coll.* iii. 35.] [e] *Virginitatis formula.* Pr. " In prima " hujus operis particula." Lel. ibidem. [f] *In Eſaiae* 30 *cap.* [g] " Jamdudum ſpaciatus." [h] " De S. Albano " quondam." His addunt Baleus et Pitſeus *In aliquot Scripturae loca*, lib. i. Obiiſſe fertur Rhievallae. Mſ. Lel. Trin. Claruit circa A. D. MCLXX. Sepultus eſt in coenobio Rhievallenſi. Bal. iii. 3. Pitſ. p. 234.

DANIEL [HENRICUS] natione Anglus, frater Dominicanus, philoſophiae naturalis et medicinae peritiſſimus. Hic omnes vires ac poteſtates elementorum, radicum, herbarum, florum, fructuum, ſeminum atque omnium eorum, quae parens natura producit, ſe ſcire jactitabat. Et Hippocratem ſecutus, medendi artem ad cauſarum cognitionem, ſignorum notitiam, rerum qualitates, et corporum diverſas habitudines, graduſque revocare ſtuduit. Scripſit ad Fr. Gualterum Tornour de Kettene (Gualter. de Keten. Mſ. Aſhmol.) *Librum Uricriſiarum* ſive *Manipulum florum de judiciis urinarum*, lib. iii. [Lib. i. cap. 16. ii. 81. iii. 32. Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 151. Et lib.

lib. i. cap. 4. ii. 14. iii. 18. Mſ. Muſ. 139. et Norwic. More; Mſ. 247. 576. in libro tertio xx capita extant.] " Amantiſſime ſocie, pluries." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 151. " Moſte beloved fellowe, " thou haſte." Pr. lib. " Uryn is as mykyl to ſeyne in Englyſch." *De judiciis urinarum*, lib. i. Primo Latine ſcriptum erat hoc opus, deinde ab autore in ſermonem vernaculum transfuſus et auctus A. MCCCLXXIX. Mſ. bibl. Bodl. Muſae 151. ubi prologus Latine extat, ſed liber Anglice auctior, ut videtur, codice Mſ. Bodl. Muſae. 139. Ita Mſ. Aſhmol. 1404. in cujus primo libro habentur capita 19. In praefatione Latina promiſit alium librum. *De ſtatu infirmorum et aegritudinum remediis.* Inter Mſs. Macro eſt Mſ. fol. pergam. inſcriptum *Aaron Danielis*, et continet 1. *De re herbaria.* Pr. " Aaron lingua draconis Wodebane, hoot and dry." 2. *De arboribus, frutticibus, gemmis, mineris, animalibus, etc.* Pr. " Abies, fir tree hoot and dry." Floruit A. MCCCLXXIX, et 2 Ric. ii. ita Carmen Lat. ad finem Mſ. Aſhmol. et Norwic. 576. Bal. vi. 58. Pitſ. p. 521.

DANIEL [JOHANNES] Tranſtulit in ſermonem vernaculum ex Hiſpanico *Johannis Pereſii Comfort againſt all kind of calamity*, Lond. MDLXXVI. 8vo. Quaere an ille fuerit rector de Hutton in Somerſet, qui obiit ante 9 Apr. MDLXXIX. *Reg.* Bath. Well.

DARCY [GULIELMUS] Eques auratus ſcripſit Anglice *The decaie of Ireland.* Stanihurſt apud Hollinſh. vol. ii. p. 40.

S. DARIA, vidua Scota, mater S. Urſulae ſcripſit *Exhortationes ad caſtitatem*, lib. i. Martyrio coronata eſt cum filia, et reliquis virginibus anno CCCCLIV. Colitur 21 Octob. Ab ejus reliquiis in Hiberniam aſportatis comitatus Kildaria nomen habet. Dempſter. iv. 385.

DASTINUS [JOHANNES] Alchemiſticae artis aetate ſua primus, et in Anglia magiſter unicus. Scripſit ſtylo allegorico et plane Roſicruciano. Edidit *Practicam artis alkimiae.* Pr. ded. card. S. Adriani Neapolit. " Cum dignum ſit dignis." Mſ. Bal. Sloan. *Roſarium artis alchimiae*, lib. i. *Viſionem ſuper arte alchimiſtica*, lib. i. " Cum natura ita effectus." Mſ. Sloan. (Anglice, Mſ. olim penes Joh. Dee. " When nature is the furyſt") et Mſ. coll. Corp. Chr. Oxon. 153. edit. in decade 2. *Harmoniae chymico-philoſophicae.* Pr. " Cum omnium natura conſiſtentium." Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. x. *Viſiones adhuc alias ſuper eadem re*, lib. i. per Joh. Rhenanum. p. 300. Franc. MDCXXV. 12mo. *Speculum philoſophorum de inveſtigatione magiſterii*, lib. i. " Trinitatem adorantes omnia ſuper." Lib. ii. *De compoſitione lapidis pretioſiſſimi.* Pr. ded. card. S. Adr. Neapol. " Deſiderii noſtri ſagacitati." Mſ. bibl. Bodl. NE. C. 2. 3. Sapientem aurinum, lib. i. *Librum mixtionum.* Pr. " Omnia in eo finem faciunt." Mſ. bibl. Bodl. NE. C. 2. 3. Librum *de compoſitione lapidis*, Mſ. olim penes Joh. Dee. Librum dictum *Donum Dei.* Ibid. *The work of John Daſtin; or Daſtin's dream.* Pr. " Not yet full ſleping, nor yet full waking." Carm. Angl. 46. ſection. quarum quaelibet viii verſibus conſtat. In *Theatro chimico*, Lond. MDCLI. 4to. *Epiſtolam Joh. Daſtyn.* Pr. " Hoc eſt ſecretum ſecretorum." Mſ. C. C. C. Cantab. Miſcell. x. Habentur Mſ. in bib. coll. Gonvil. et Caii Cantabr. Pitſ. De aetate hujus autoris non conſtat. Bal. x. 100. Pitſ. *App.* p. 871.

DAVENCH [HENRICUS de] ſcripſit carmine *Vitam S. Hugonis Lincolnienſis epiſcopi*, lib. i. *Certamen inter regem Johannem et barones*, lib. i. Horum tituli extant in matriculario librariae monaſt. Petriburgenſis M. V [*Hiſt. Petriburg.* p. 188.]

DAVID[a], Xantii et Nonitae filius[b], ab Elvio epiſcopo ſacris undis perfuſus, tot virtutibus etiam in ipſa pueritia claruit, ut omnes uno ore bona omnia de ejus rara, in tam tenera aetate, indole praedicarent: quanquam non haec laus tam pueritiae, quam adoleſcentiae propria fuit. Nam cum jam per annos paulo maturiores licebat in ſtudiis labores tolerare, continuo relicta Ceretica regione, patrio ſolo, quam vulgus CAERDIGANSHIRE modo vocant; relicta etiam antiqua Menevia, HENMENEW Britannice dicta, ubi aliquandiu vixerat, Vectam inſulam petiit. Ibi erat Paulinus, Germani Antiſſiodorenſis diſcipulus, vir magnae eruditionis, tum praeterea vitae continentiſſimae. Hunc in praeceptorem, hunc in morum et vitae ducem ſibi delegit. Paulinus autem videns honeſtum impetum adoleſcentis, vel ad ipſa virtutum culmina contendentis, omnem facile humanitatem et officium exhibere: immo, quod magis eſt, omnem diligentiam et laborem impendere, quo tandem ad ſuos cum literis, tum vitae exemplis inſtructiſſimus reverteretur. Ita dum inter diſcipulum et praeceptorem de virtute pulcherrime certatur, non parum temporis praeteriit. Quare ſubiit Davidis animum ardens quaedam cupido reviſendi cum patriam, tum parentes; hos ut reditu ſuo laetiores tandem faceret, illam ut evangelicae doctrinae praeceptis totam illuſtraret. Itaque Vectam inſulam et Paulinum praeceptorem, optime de ſe meritum, relinquens, in Cereticam ſuam reverſus eſt. Sed neque illic longum manſit, aut ullis voluptatem illecebris ſervivit: ſtudebat potius ſtrepitum rerum humanarum vitare, et ſolitudinem petere. Eſt in extrema Cambriae parte, qua terra in mare Hiberniam verſus longiuſcule procurrit, regiuncula PEBIDIACIA antiquo nomine dicta; tota olim, ut bene conſtat, nemoroſa, at nunc prorſus indiga propter coeli et maris inclementiam. Hujus regiunculae vallem nomine Roſinam, in ipſo litore ſitam, ubi Patricius ſedem aliquandiu habuerat, locum ſolitariae vitae, favente Boia tyranno, opportunum ſibi deligebat. Quid ego hic commemorem, quam parcam, quam duram, quam denique ſanctam vitam duxerit? Non ille timebat coenare olus omne modica patella. Fons parvus, ſed nitidis ſcaturiens undis, et qui vel hodie PISTEL DEWI, id eſt, FISTULA DAVIDIS, vocatur, potum miniſtrabat. Fuit haec poſtea illi abſtinentia magnae apud Cambros omnes gloriae; a quibus, quoniam perpetuo abſtemius erat, dictus eſt vulgo DEWI DEVEROR, id eſt, DAVID AQUATICUS. Nunc tecum expendas, candide lector, quae res virtus ſit, et quam non poſſit in obſcuro eſſe. Fama etenim per univerſam

[a] Vide *Acta ſanctorum* vi. 38. [b] Natione Scotus. Dempſtero.

Cambriam

Cambriam Davidis ſanctitatem praedicavit, laudavit, et ad ſidera tantum non extulit. Multi igitur, et ii quidem magnae nobilitatis viri, relictis rebus omnibus, vallem Roſinam petierunt, et Davidis abſtinentiam totis animis ſecuti ſunt: inter quos hi clariſſimi nominis; nempe Eliud, qui et poſtea Teliaus dictus; Aidanus, qui et Madocus, cui templum adhuc ſacrum ſtat Tovennae Mervinianae; et Iſmael, homo tam ſanctus, ut a Cambris divorum numero adſcriptus ſit: hinc et Hiſmaelis domus vulgo Hiſham Roſſis non incognita maritimis. Non caruit Davidis virtus, ut neque continentia ejus, ſociorum invidia: nam Boias ſubregulus habens duo caſtra, vicina admodum valli Roſinae, eremitas, perſuadente uxore, limis aſpiciebat oculis. Tanta illorum tamen patientia erat, ut tandem, ſi non amicum, ſaltem mitiorem habuerint tyrannum. Deinde rebus monaſterioli ſui non male compoſitis, Romam atque adeo Hieroſolymas, Teliao ac Paterno, magno quidem illo, comitibus * profectus eſt. Fuit haec illi peregrinatio labori maximo; ſed laborem talis poſtea fructus ſecutus eſt, qualis non modo ſibi, ſed et toti patriae ſuae longe utiliſſimus erat: hinc enim magnum quiddam cum ad prudentiae, tum ad virtutis cumulum adjecit. Tanta res eſt *Multorum hominum mores et urbes vidiſſe.* Confecto autem tam longo itinere, multa plane immortalitate digniſſima fecit. Nam in Britanniam ſuam una cum comitibus reverſus, Avallonios, Somarianae provinciae eremitas, inviſebat; templumque ibidem, ut teſtatur Gulielmus Meildunenſis libro *De antiquitate Gleſſoburgenſi*, citato opere poſuit [c]. Deinde etiam, ſi ſcriptores vera referunt, fundamenta duodecim coenobiorum, quae in juſtam aliquando excreverunt magnitudinem, jecit. Praecipue tamen Menevenſis monaſterii gloriae ſtudebat, id eſt, ut eremitae, homines ſui prorſus ordinis atque loci, caſtam, ſobriam, piam vitam ducerent. Dumque ſic elaboraret virtutem vel ad ipſa extollere faſtigia, ecce Dubricius, Iſcanus archiepiſcopus, vir magnae cum eruditionis, tum ſanctitatis, ſynodum multorum epiſcoporum et abbatum, recrudeſcente Pelagianae haereſeos malo, in Ceretica regione celebravit. Sed contagio tam late per mortalium corda ſerpſerat, ut de remedio plurimum dubitarent. Non tamen defuit bonus genius, qui in rebus adverſis conſilium de accerſendo Davide inſtillaret. Unanimes igitur ad vallem Roſinam oratores mittunt, Dubricium videlicet et Danielem, qui Davidis conſilium ſimul ac auxilium in re tam ardua peterent. Ille vero rogatus nec potuit, nec voluit reipublicae deeſſe. Itaque maturavit, ut patribus catholicis ſocium ſe in avertenda peſte Pelagiana adjungeret. Praevolavit ejus adventus fama: virique magnae celebritatis certatim evolabant, ut venienti occurrerent, et ſalutem de more darent. David tamen, qua erat modeſtia, illa non magni facere; quin potius ad locum deſtinatum perveniens, ea dicere, quae adverſariorum cauſam facile enervarent, convellerent, denique infringerent. Habebant certe antea ex catholicis multi optimam de eo opinionem; ſed illa dies ita omneis ingenti occupavit admiratione, ut dicentem non modo frequenti acclamatione comprobarent, verum etiam tanquam numen aliquod e coelo delapſum ſuſpicerent et venerarentur. In primis autem Dubricius ejus facundiam et eruditionem, cum quadam, ut ita dicam, divinitate conjunctam, admiratus eſt; enixiſſimeque rogavit, ut ſuas vices in archiepiſcopatu acciperet. At David ſuam cauſabatur tenuitatem, utpote tantae dignitati imparem; donec proceres uno conclamarent ore, ſolum illum eſſe, quem tanto dignum judicarent honore. Accepit itaque homo minime ambitioſus, ne unus omnibus obſtare videretur, oblatum munus; quo etiam tam recte poſtea uſus eſt, ut ne invidia quidem aliquid in illo reprehendere unquam potuerit. Locus vero, ubi haec acta ſunt, vocatur LANDEWI BREVI, id eſt, *Locus Davidis magientis*, vel, ut ſignificantius loquar, magno ore in Pelagianam haereſim intonantis; habetque hac noſtra memoria eccleſiam canonicis, quos vulgus praebendarios vocat, inſignem. Curato his mediis Pelagianae peſtis malo, David Iſcam, Cambriae metropolim, quae et alio nomine CAIR LEON AR WISKE appellatur, id eſt, civitas Legionum ſuper Iſcam fluvium, petiit. Dubricius vero, quem Germanus Antiſſiodorenſis in archiepiſcopum conſecravit, Bardeſegam inſulam, locum ſolitariae vitae profecto aptiſſimum, ſibi delegit. Haec inſula a Cambris nunc vocatur ENIS ENTHLE, ſed meo quidem, corrupte, judicio: nam Eniſlhin rectius ſonat, id eſt, inſula Lhiniae adjacens. Eſt enim Lhinia regiuncula litoralis Venetiae, id eſt, borealis Cambriae, et pars Arvoniae, quae vulgo CAIRNARVONSHIRE vocatur. Sed nos latius dicemus de Eniſlhin in libro *De inſulis Britannicis*. Hic locus poſtulat, ut pauca ſcribam de archiepiſcopali ſede ab Iſca Meneviam tranſlata. David, homo ſilentii et eremi appetens, abhorrebat a ſtrepitu et frequentia Iſcanorum, quae illi in virtutibus exercitatiſſimo impedimento erant. Quare Meneviam ſuam, locum ſtudiis aptiſſimum, novae dignitati conſecravit; ibique ſancta quiete ac continentia per non paucos annos gaviſus eſt; cum ecce cacodaemones aliquot ſepultos Pelagiani erroris cineres refocillarent. Mature igitur proceres eccleſiarum catholicos (inter quos et Chinedus Armoricanus a Morgantio fundo in uſus monaſterii donatus) in concilium vocat, et adverſarios evangelico fulmine vicit, diſſipavit, protrivit. De hac ſynodo Silveſter Giraldus in *Vita Davidis* ſic ſcribit: "Poſtea alia ſynodus de "eadem re congregata, cui nomen erat VICTORIA. Decreta hujus ſynodi David ſcripſit, et alia "plurima [d], quae vis piratarum, eccleſiam Menevenſem infeſtantium, igne deleverunt." Hactenus Giraldus. Denique, devictis adverſariis, et pace una cum religione per omnes Cambriae eccleſias pulcherrime florente, obiit Meneviae [e], exactis CXLVII, ut autores referunt, vitae ſuae annis, et ibidem

* *Peregre* addit Mſ. *Trin.*

[c] Vid. *Monaſt. Angl.* i. 1.

[d] Scripſit S. David *Decreta ſynodi Victorienſis*, lib. i. *Contra Pelagianos*, lib. i. *Regulam Coenobitarum*, lib. i. *Homilias evangelicas*, lib. i. *Ad Arthurum R. epiſtolas*, lib. i.

[e] Obiit anno DLXXXVII vel DCI. Dempſt. A. DXLVI. juxta Joh. Glaſton. in Roſina valle ſepultus, unde reliquiae Glaſtoniam delatae. Vid. *Monaſt. Angl.* i. 4. An. DXLII. Bever. Mſ. Trin. A. DCIV. *Polychr.* vi. 10. uti citat Baleus ipſe

dem sepultus est. Cambri episcopum suum in divorum numerum [f], et merito quidem, retulerunt. Successit Chinotus, praeses fani Paterni magni. Ex *Lelando*.

ipse in Ms. notis ad marginem libri Glynniani. Dempst. iv. 363.

[f] Per Calixtum ii papam. Bal. l. c. et Godw. Colitur 1 Martii.

DAVID Scotorum in D. Jacobi majoris Herbipoli coenobiarcha, et postquam ibi viii annos sedisset, ad Ratisponense translatus est monasterium Scotorum. Scripsisse fertur *In Hieremiam commentarios*, lib. i. "Qui dicuntur asservari Ratisponae." Claruit anno MCCCCLXXV. Dempster. iv. 409.

DAVID episcopus S. ANDREAE, interfuit concilio Lugdunensi sub Innocentio iv celebrato. Scripsit *De concilii Lugdunensis autoritate*, lib. i. Claruit anno MCCLXXXI. Dempster. iv. 412.

DAVID LANDAVENSIS [a] sive TAVENSIS, Lannotavanae ecclesiae a thesauris, ex Cambria oriundus, Britannicarum rerum cognitionem una cum lacte imbibebat. Ea enim est, et semper fuit natura Cambrorum, ut manifesto probro sibi esse ducant foris sapere, domi autem non sapere. Quare ab ipsa pueritia parentum suorum genealogias, tum etiam patrias antiquitates religiose discunt. Ausim hoc adfirmare, nullam esse gentem, quae tam expedite de situ locorum circumjacentium, de urbibus, de montibus, de lacubus, de fluminibus, et eorum cursu pronuntiet. Nunquam facile credidissem Cambros ita in suis rebus exercitatos fuisse, nisi praesens praesentes illos per totam late Cambriam audivissem. Unum illis ad summam deest felicitatem, praeceptores videlicet docti Graecae et Latinae linguae. Hos addas, omnia certe addideris. Nam sunt ingenio, supra quam cuiquam credibile est, acuto, et ad omne studiorum genus dubio procul apto. Jam vides naturam, et educationem non parum dedisse Davidi. Superest, ut intelligas illum multa sua ipsius diligentia accumulasse. Bardos (sic enim Cambri vates appellant suos) Bardus et ipse de sacrosancta Britanniae antiquitate consuluit. Famosi nominis loca, quotquot in Cambria sunt, aut fuerunt, adivit, simul et curiosissimis oculis perlustravit. Adde huc, quod ab indigenis ipsis omnia didicerit, quae ad antiquitatis cognitionem pertinere viderentur. Comparata in hunc modum diviti antiquitatis copia, restabat, ut enata herba tanti laboris expectatam messem produceret. Scripsit [b] igitur librum *Rerum Cambricarum*; in quo *Morganiam* praecipue illustravit suam; cujus princeps ecclesia est Lannoteva, episcopalis sedes. Joannes Rossus, in libro *De academiis Britannicis*, Davidis, syncronii sui, meminit. Habes jam, lector, quod ego de hoc scriptore cognitum habeo. Ex *Lelando*.

[a] David Morganius dictus Baleo Lannotavanae, Ms. Lel. Trin. [b] Scripsit secundum Baleum et Pitseum, *Antiquitates Cambriae*, lib. i. *Geographiam ejusdem*, lib. i. Claruit A. Chr. MCCCCLXXX. Bal. viii. 45. Pits. p. 669.

DAVID PRESBYTER SCOTUS. In Germaniam peregre ivit, et Wirciburgensis scholae archididascalus et Herbipolensis academiae doctor factus est. Mox etiam Henrico v imperatori a sacris domesticis, cui in itinere suo Italico adhaesit, et imperatoris mandato, expeditionis illius cursum, resque in illa gestas scriptis commisit. In Angliam reversus episcopus Bangorensis evasit A. D. MCXX. Godw. p. 643. consecratus 2 non. April. MCII. Florentius. Vid. Gul. Malmsbur. *De reg.* L. v. f. 93. b. 94. Scripsit, *Expeditionis* praedictae *seriem*, lib. iii. *Magistratuum insignia*, lib. i. *Apologiam ad Caesarem*, lib. i. *De regno Scotorum*, lib. i. Quaedam *theologica* ejus *scripta* extant in coll. Corp. Chr. Cantabr. afferente Dempstero. Meminit ejus Aventinus abbas Urspergensis. Fr. Thin. In vivis erat anno MCXXV. *Contin.* Florentii. Bal. xiv. 47. Dempster. iv. 362. 383.

DAVIDSON [GULIELMUS] Scotus (Dempst. 238.) literarum tyrocinia in patriis gymnasiis didicit, inde in Gallias trajecit, et Joannis Dempsteri collega, et philosophiae eodem tempore professor Parisiensis fuit. Edidit Lutetiae, *Philosophiae Aristotelicae synopsin*, lib. i. *Praefationes solennes*, lib. i. Claruit A. MDLIV. Dempster. iii. 431.

DAVIE [ADAMUS] mareschallus de Stratford atte Bowe; uti apparet pagina 28. b. col. 1. lin. 22. Ms. Bodl. Laud. I. 74. Scripsisse videtur carmine Anglicano veteri, *The vengeaunce of Goddes deth*. Codex Ms. mutilus in principio, pag. 22. b. titulum hujus tractatuli exhibet. *The legend of St. Alexius* translated out of Latin. Ms. a pag. 22. b. ad pag. 27. b. Pr. "Alle that "willen here in rhyme." *A complemental poem to the king, by way of* VISION. Pr. "To our "Lord Jesu Christ in hevene." Ms. a pag. 27. b. ad 28. b. *A poem on Alexander the great*. Pr. "Divers is this mydell erde." Finit:

"Thus ended Alisander the kyng;
"God us graunte his blissyng. Amen." Ms. a pag. 28. ad 65.

An account of Jerusalem, (prosa) Pr. "These arn the pylgrimage of the Holy Lond." Ms. a pag. 65. ad 66. *A poem on Scripture story*. Pr. "For thyrty pence they sold that child." Ms. a pag. 66. ad 72. b. *The battail of Jerusalem*.

Pr. "Listneth alle that beth alyve
"Both Christen men and wyve." Ms. a pag. 72. b. ad. finem.

Mutilus tamen apparet codex; cui olim duo tractatuli additi erant: *De xv signis ante diem judicii ex Jeremia*. Pr. "The first signe there agein." *Lamentatio animarum patrum in limbo*. Pr. "Off joye and blisse is my song." Auctor claruit tempore regis Edwardi ii.

DAVISON [JOHANNES] ſive DAVIDSON Mſ. Hatton Scotus, miniſter eccleſiae reformat. paſtor eccleſiae de Salpreſton ſcripſit, *Brevem inſtructionem Chriſtiani*. . . Rob. Walgrave 8vo. Hujus libri meminit comes Morton ante obitum MDLXXVII. (Thin. *Scot.* 437) *Reſponſionem abbati de Croſſragnel.* Edinb. MDLXIII. 4to. Claruit anno MDLXXVII. Thin. *Continuat. Hiſt. Scot.* 437.

DAVYDH O EYAS [HYU AB] poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MD. Lhuyd. Davis.

DAVYDH AB EDMUND poëta Cambro-Britannus. Cujus opuſcula extant Mſs. in Cambro-Britanniae bibliothecis. Claruit A. D. MCCCCL. Lluyd. Davis.

DAVYES [RICHARDUS] patria Cambrius in aula Novi hoſpitii apud Oxoniam ſtudia academica excoluit. Habuit vicariam de Burnham in comit. Buckingh. juxta Windſor. ad praeſentationem dom. regis MDL, qua privatus fuit tempore reg. Mariae propter conjugium, ſed reſtitutus princ. Elizabethae, reſignavit A. MDLXI. Regnante Maria, ſolum vertit; et poſt obitum ejus in Angliam rediit, ac rectoriam de Maids-Morton in comit. Buckingh. obtinuit, quam tenuit in commendam cum epiſcopatu Menevenſi. (Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. v.) Loco Thomae Goldwelli exauctorati A. MDLX epiſcopus Aſſavenſis factus eſt; inde anno ſequente ad ſedem Menevenſem tranſlatus, anno MDLXVI S. theol. doctor evaſit. Scripſit, *An epiſtle to all the Welſh, eſpecially within his dioceſe, wiſhing a renewing of the ancient catholic faith by the light of the goſpel of Chriſt.* Britannice. Pr. "Yn gymeint am bot i yn gwybot." Extat ad finem N. Teſtamenti Britannice. Lond. MDLXVII. 4to. Recuſ. cura Caroli Edwards. Oxon. MDCLXXI. 8vo. *Funeral ſermon*, preach'd 26 Novembr. MDLXXVI in the pariſh church of Caermarthen at the burial of Walt. earl of Eſſex on Revel. xiv. 13. Pr. "Dearly beloved in the Lord, this I find." Lond. MDLXXVII. 4to. *Epiſtolas tres M. Parkero*; Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. i. 489. 515. in quarum una meminit quid in verſione Bibliorum egerit. Et in M. Parkeri Bibliis ad finem ſecundi libri Samuelis ſunt literae R. M. ita ut *a fine Pentateuchi ad finem* hujus *libri Samuelis* operam ſuam impenderit in verſione Anglica Bibliorum. *Liturgiam cum Novo Teſtamento* Ricardus epiſc. Menevenſis (auxiliante Gul. Saleſburgo) Britannice interpretatus eſt. Ita Gul. Morgan in *Praefat.* ad *Biblia Britannica*, Lond. MDLXXXVIII. Obiit menſe Octobr. anno MDLXXXI, anno aetatis 80, et ſepultus eſt in eccleſia parochiali de Abergwilly apud Maridunenſes. *Athen. Oxon.* i. 202.

DAWS [JOHANNES] tranſtulit in ſermonem Anglicum, *Joh. Sleidani commentaria de ſtatu religionis et reipubl. Carolo* V *Caeſare* lib. xxvii. Pr. ded. tranſl. com. Bedford. "Amonges all "other wryters." Lond. MDLX. fol. *Henr. Bullingeri ſermones centum in Apocalypſin D. Joh. evangel.* Pr. ded. tr. dom. Wentworth. "If we waigh and conſider as well." Dat. Ipſwich. cal. Mart. MDLXI.. Lond. MDLXI. et MDLXXIII. 4to.

DEAN [GULIELMUS] eccleſiae Roffenſis notarius publicus ſcripſit *Hiſtoriam epiſcoporum et eccleſiae Roffenſis ab* A. D. MCCCXIV. *ad* A. MCCCLVIII. lib. i. "Anno MCCCXIV cedente fratre." Hanc fere integram evulgavit Wharton. *A. S.* tom. i. p. 356. ex codice Cotton. Fauſtina B. 5. qui in an. MCCCL definit. Claruit circa A. D. MCCCLVIII. Whart. lib. cit. *Praefat.* p. xxxiii.

DEDICUS [JOHANNES][a] in ſcholis aliquando floruit Iſiacis, et liberales artes jugi excoluit cura: philoſophiam inter caetera ſtudiorum genera plurimi fecit.[b] Edidit *In ethica Ariſtotelis quaeſtiones*,[c] quae illi ſaeculo ita placuerunt, ut tandem Iſiaci illas, publico, ut tum quidem videbatur, commodo, prelo tradiderint. Non ſatis mihi conſtat, quo tempore floruerit. Ex *Lelando*.

[a] *Johannes Dedecus*, Bal. *Dedecius*, Pitſ. [b] Quae ſequuntur aliter legit Baleus ex Lelando, ut prae ſe fert . . . "fecit. Et ita ipſi inter alios ejus generis autores Ariſtoteles placuit, ut in publica academia quoſdam ejus libros "commentariis illuſtraret. Manent adhuc in eorum bibliothecis exemplaria quaedam, quorum aliqua illi ſeculo "tam erant grata, ut tandem Iſiaci publico, ut tum quidem "videbatur commodo, ea prelo tradiderint, praeſertim "*Quaeſtiones in ethica* ejuſdem authoris, lib. x. Sed quo "tempore floruerit, non ſatis mihi conſtat." [c] Lib. x. "Philoſophia in duas partes diviſa—Utrum ad felicitatem "ſub ratione." Mſ. Bal. biblioth. Oxon. xciii. et cxvii. Item Mſ. fol. pergam. in bibl. coll. Omn. Anim. Oxon. 33. Hoc opus potius cum Baleo *Commentarius* dicendum quam *quaeſtiones*. Lelandus *Collect.* iii. p. 62. meminit Mſ. olim in bibl. Baliol. Dedicus *In libr. phyſicorum*. Annon potius *Ethicorum?* Bal. xii. 84. Pitſ. p. 872.

DEE [JOHANNES] Scripſit *Propaedeumata aphoriſtica de praeſtantioribus quibuſdam naturae virtutibus contin. aphoriſmos* CXX. Lond. MDLVI. 4to. MDLXVIII. Ad nuncupatoriae epiſtolae (ad Gerard. Mercatorem) finem adjicit titulos quorundam librorum a ſe ſcriptorum, quos prelo deſtinavit, viz. 1. Περὶ ἀκριβολογίας τῆς μαθηματικῆς. *Opus mathematice demonſtratum*, lib. xvi. 2. *De planetarum, inerrantium ſtellarum, nubiumque a centro terrae diſtantiis; et ſtellarum omnium veris inveniendis magnitudinibus*, lib. ii. Demonſtr. 3. *De ſpeculis comburentibus*, lib. v. Demonſtr. 4. *De perſpectiva illa, qua peritiſſimi, illuſtriſſimique utuntur pictores*, lib. ii. Demonſtr. 5. *De tertia et praecipua perſpectiva parte, quae de radiorum fractione tractat*, lib. iii. Demonſtr. 6. *De coeleſtis globi ampliſſimis commoditatibus*, lib. ii. 7. *Speculum unitatis, ſive apologia pro fratre Rogerio Bachone Anglo*, in qua docetur nihil illum per daemoniorum auxilia feciſſe, ſed philoſophum fuiſſe maximum, naturaliterque et modis homini Chriſtiano licitis maximas feciſſe res, quas indoctum ſolet vulgus in daemoniorum referre facinora, lib. i. 8. *De nova navigationum ratione*, lib. ii. 9. *De annuli aſtronomici multiplici uſu*, cap. 100. lib. i. 10. *De religione Chriſtiana*, lib. vi. Demonſtr. 11. Περὶ ἀναβιβασμῶν θεολογικῶν, lib. i. Aliorum adhuc (verba ſunt auctoris) tacebo nomina, qui tamen, etc. extant eo auctore. *Monas hieroglyphica* ad Maximilianum Dei gratia Romanorum, Bohemiae, et Hungariae

Hungariae regem ſapientiſſimum. Antverp. MDLXIV. 4to. Francof. MDXCI. 8vo. *A letter, containing a moſt brief diſcourſe apologetical, with a plain demonſtration, and fervent proteſtation for the lawful, ſincere, very faithful and Chriſtian courſe, of the philoſophical ſtudies and exerciſes of a certain ſtudious gentleman, an antient ſervant to her moſt excellent majeſty royal.* Lond. MDXCIX. 4to. *Parallaticae commentationis praxeoſque nucleum.* London. MDLXXIII. 4to. *A triple almanack and prognoſtication for the year* MDXCI. 4to. *Supplication to queen Mary, for the recovery of ancient writers and monuments.* Extat in *App.* ad Joannem Glaſton. edit. a Tho. Hearne p. 490. Oxon. MDCCXXVI. 8vo. *Excerpta* ex libro, cui titulus, *Famous and rich diſcoveries*, p. 552. Ibid. *Epiſtolam de ephemeridum fictoribus* praemiſit Johannis Feildi *Ephemeridi anni* MDLVII. Lond. MDLVI. 4to. *Praefationem* addidit H. Billingſleii Anglicae verſioni *Elementorum Euclidis.* Lond. MDLXX. 4to. Edidit Machometis Bagdedini librum *De ſuperficierum diviſionibus.* Piſauri MDLXX. 4to. A. Wood, Mſ. *Cat.* i. 3.

DEGYNELU BARDH OUEN AB URIEN poëta antiquus Cambrenſis. Lluyd, *Arch. Britan.*

DEIDONANUS [GILBERTUS] (Vid. Dempſter. p. 218.) Scotus, frater Carmelita, in ſui ordinis coenobio Pariſiis ſtudiis philoſophiae et theologiae operam dedit, et tandem doctor Sorbonicus evaſit. Scripſit, *Quaeſtiones quodlibetarias*, lib. i. *Lecturas varias*, lib. i. Claruit A. MCCCXIII. Fuit benefactor monaſterii Carmelitarum Lutetiae. Dempſterus, iv. 400.

DEIDONANUS [NICOLAUS] Scotus frater Dominicanus theologiam Coloniae profeſſus eſt. Scripſit, *Modum interpretandi Sacras Scripturas*, lib. i. *De conciliorum autoritate*, lib. i. Obiit Coloniae A. MCCCCLX. Dempſter. xiii. 957.

DEIO AB JEVAN DHY poëta Cambro-Britannus. Floruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

DEIRANUS [SAMUEL] Buchaniae monachus (Dempſt. 233.) vir mathematices peritiſſimus. Scripſit, *Canones aſtrologicos*, lib. i. *Principum quorundam horoſcopos*, lib. i. *Praedictiones veraces ſuper caſu religionis apud Scotos, et ejuſdem nova reſtauratione*, lib. i. *Theologicas collectiones pro aſtrologica ſcientia*, lib. i. Obiit anno MDXLVII. Dempſt. iv. 423.

DEIRUS[a] [JOHANNES][b] Tranſabrinos, gentem borealem, relinquens, Iſiacas ſcholas, ſtudio quodam ardentiſſimo diſcendi percitus, petiit; ac tandem theologus factus, *Illuſtrationes ſuper hiſtorias Sacrae Scripturae*[c] *concinnavit*[d]. Ex *Lelando.*

[b] *Joannes Deirus, Deuros,* ſive *Deverofe.* [b] "Deirus, ſeu (ut Frumentarius eum vocat) Deveros, ſeptentrionalium Angliae partium magiſter, ſcholas—percitus, juvenis petiit." Ita legit Mſ. Lel. Trin. [c] Lib. i. Scripſit etiam, *Diſtinctiones*, quas vocavit *Peram ſpiritualium*, lib. iv. "Cum in provincia Deirorum ad tempus olim poſt labores." *Determinationes Joh. Deveroſe, SS. th. pr. contra Lollardos, de adoratione imaginum*, lib. i. "Utrum imagines Chriſti et ſanctorum:" *De peregrinatione*, lib. i. "Utrum liceat fidelibus:" *De praedicatione verbi Dei*, lib. i. "Omnis plantatio, quae non:" et *De ſtipendiis annalium ſacerdotum*, lib. i. "Utrum ſacerdotes licite reciperent." Mſs. in bibl. Merton. Oxon. Lib. iv. 1. Jur. *Reſponſiones ad mendacia ſibi ab adverſariis impoſita*, lib. i. "Jam reſtat excludere." Mſ. ibid. *De jure patronatus*, lib. i. "Concludet ulterius." Mſ. ibid. *De proviſione clericorum*, lib. i. "Ulterius dicit adverſarius." Mſ. ibid. [d] Claruit circa A. D. MCCCLX. Bal. vi. 19. Pitſ. p. 486. Saepiſſime Deveroſe citat Gulielmum Woodfordum.

DELAMARE [GULIELMUS] Tritemio et Willoto LAMARENSIS dictus, ordinis S. Franciſci frater, S. theol. doctor Oxonienſis; multis D. Thomae dogmatibus infenſus, D. Bonaventurae ſectator: ſcripſit, *Super ſententias*, lib. iv. *Quodlibeta ſophiſtica*, lib. i. *Reprehenſorium D. Thomae*, lib. i. Colon. MDCXXIV. Contra hoc ſcripſit Aegidius Romanus. *Pro ſuo Bonaventura*, lib. i. *Additiones in eundem*, lib. i. *Lecturas ſcholaſticas*, lib. i. *De arte muſicali*, lib. i. Claruit anno MCCXC. (MCCC. Wadding. p. 154.) Bal. iv. 71. Pitſ. 379.

DELOENUS [GUALTERUS] Videtur hic Gualterus (uti colligi poteſt ex Epilogo *Expoſitionis in Geneſin*) eſſe unus praelectorum ſive miniſtrorum eccleſiae Germanicae Londini tempore regis Edwardi vi. (Vide *Diploma* ejus pro eccleſia peregrinorum inſtituenda ad finem *Formae*, etc. per Johannem a Laſco.) De quo dom. Thomas Morus in epiſtola contra Antimorum, ait: . . . "Brixii, Deloini, Budaei, Laſcaris, virorum literarum et virtutis gratia toti commendatorum orbi." Scripſit, *Libellum de timore Dei*; *De praeeminentia publica et civili*; *De certitudine religionis Chriſtianae.* Pr. ded. regi Henrico viii. "Quoniam in eadem incidimus tempora." dat. Lond. prid. cal. Jan. MDXXXVIII. Mſ. bibl. reg. Weſtmonaſt. 12. A. xxxii. *Arthrotheccam Chriſtianae religionis, ſeu de articulis Chriſtianae religionis expoſitionem*, lib. ii. Pr. ded. regi Henr. viii. "Pro ſtrena praeſentis anni." Mſ. bibl. reg. Weſtm. 8 B. ii. Ultimus horum eſt praecipue contra Pighium. *Judicium de coena Dominica celebranda ſub utraque ſpecie.* 2. *De miſſa privata.* 3. *De conjugio ſacerdotum.* 4. *De votis.* In uſum et ad mandatum Henr. viii regis. Pr. "Quam in negotio Dei nihil." Ibidem. *Libellum de tribus hierarchiis, eccleſiaſtica, politica, et oeconomica, contra ſuprematum papae per modum dialogi inter Nathan. et Euſebium.* Pr. ded. regi Henr. viii. "Iſocrates clariſſimus philoſophus et orator." Mſ. reg. Weſtmon. 12. B. xiii. *Expoſitionem in tria prima capitula Geneſeως.* Pr. ded. regi Edw. vi. "Hoc cum primis, sereniſſime rex, diſcrimen." Mſ. Ibid. 7. D. x. *De anni feriis, menſibus, et ſtatis Judaeorum jejuniis, una cum omnibus fere eorundem ceremoniis, quas religionis ergo mordicus tuentur.* Pr. ded. regi Henr. viii. "Quando his anni feriis officii et." MDXLI. Mſ. Ibid. 12. B. ii. Tranſtulit ex Germanica in Latinam linguam, et in epitomen redegit in uſum Henrici viii. *Hermanni Colonienſis archiepi-*

ſcopi

scopi meditationem de reformatione ecclesiae. Colon. Pr. ded. regi Henr. viii. " Quoniam reges " multa tum." Codex quem Gualterus (qui se saepissime Galterum scripsit) dedit regi A. MDXLV, habetur inter Mss. collegii Novi Oxon. 136. *Novum Testamentum Latinum*, ad antiquissima Graecorum exemplaria quam diligentissime castigatum, etc. quin et Scripturarum concordantiis una cum allusionibus quam accuratissime illustratum. Praeterea difficillima quaeque loca sunt passim aut explanata, aut certe eminus ostensa. Figurae quoque Veteris Testamenti cum spiritu ac veritate Novi pensiculantur. Estque praefixa praefatio, quae praeter alia sacrarum literarum scitu necessaria, argumenta quoque totius Novi Testamenti ex ordine continet. Per Galterum Deloenum regiae majestatis Anglicanae bibliofcopum. Lond. MDXL. 4to. Ad finem habetur *Pleonexegesis praefationis et aliorum passim locorum N. T.* per eundem. Pr. " Si quaeratur quaenam de Dei." Pr. *Praef.* longae ad Henr. viii. " Quoniam quidem tempus nunc postulat." In praefatione ad lectorem ait se etiam *Vetus Testamentum* transtulisse et illustrasse; cujus duo libri primi fere typis excusi fuerant: Sed hoc intermisso ad *Novum* se serio recepit, ut, epithalamii loco, regi ob nuptias cum Anna Clivensi dicaret. Vetus, autem vetustescente anno, expectare jubet lectorem.

DEMETRIUS GRAMMATICUS illustris, Britanniam insulasque propinquas perlustrandi et cognoscendi gratia missus ab imperatore [Plutarch. op. T. ii. p. 419. edit. Paris. MDCXXIV. f.] ex Britannia Romam profectus florentem, inde in Graeciam trajecit, et Delphos profectus, indeque domum rediit. In mathematicis doctissimum fuisse memorat Plutarchus libello *De oraculorum defectu*, ubi eum ἄνδρα τὸν ἅγιον appellat. Scripsisse fertur, *De lucerna Delphica contra Cleombrotum*, lib. i. *De miraculis Britanniae* libros plures. Harrison, *Descript. Britann.* p. 128. Claruit anno cx. Dempster. iv. 397.

DEMPSTERUS [GEORGIUS] Brechinensis, Ticini (Mackenz. Paduae) philosophiae professor scripsit *De rebus ad Novariam gestis, sive de expeditione Caroli* viii *in Aragonios, in qua tria clarissima censenda; Expugnatio Neapolis, Praelium Tarense, Obsidio Novariae.* Extat Venetiis MDXLI. Claruit circa A. MCCCCXCV. Dempster. iv. 427.

DEMPSTERUS [GULIELMUS] (Dempst. 236.) nobilissimo in Scotia stemmate, de quo fuse agit Tho. Dempsterus, ortus professor erat Parisiensis ad examinandam brevem Raimundi Lullii artem. Senatusconsulto Parisiensi delectus, edidit *Examen in brevem Raimundi Lullii artem*, lib. i. Vide opus illud Lullii editum Lugduni MDXIV. Claruit A. MCCCVIII. Dempster. iv. 426.

DEMPSTER [JOHANNES] sive THEMISTOR (Dempst. 226.) Scotus in Galliis educatus, ubi A. MDLII professor philosophiae Parisiensis, ter academiae rector, et A. MDLXIV protobibliothecarius S. Marci Venetiis constitutus. Scripsit, *Logicae elementa*, lib. i. *Collationem Platonicae et Aristotelicae philosophiae*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. Obiit Venetiis A. MDLXXI. Dempst. iv. 428.

DENISOTUS [NICOLAUS] natione Gallus, in Anglia degisse videtur. Scripsit *Librum Carminum ad reg. Edw.* vi. Pr. " Vade, liber, gratas Edwardi regis ad aures." Continet 1. *Acclamationem in funere Henrici* viii. *Anglice, etc. regis invictissimi.* 2. *Eglogam* Amaryllida *dictam super immaturam mortem dicti Henrici.* 3. *Epicedium regis Henrici* viii. 4. *Oceani Britannici plausus super ingressu Edw.* vi. 5. *Temesus, sive Edwardus* vi *salutatus.* Ms. ipsi regi datum extat in bibl. reg. Westmonast. 12. A. vii. Acclamatio prosa est: Caetera carmine.

DENSE [PHILIPPUS] in dioecesi Cantuar. natus, socius collegii Mertonensis electus A. MD artium magister post quadriennium admissus fuit. In *Registro* Merton. collegii dicitur esse medicus et astronomus cum primis doctus. Scripsit *Tabulas astronomicas:* Quae olim in bibl. coll. Merton. extabant. Peste correptus obiit Sept. 4. MDVII, et in choro capellae Mertonensis humatus jacet. A. Wood, *Athen. Oxon.* vol. iii. Ms.

DENSELL [JOHANNES] alias DENSHALL juris municipalis studiosus in hospitio Lincolniensi; ubi occurrit lector autumnalis 16 Henr. viii, et praelector quadragesimalis 21 Henr. viii, et A. 23 Henr. viii ad gradum servientis ad legem vocatus erat. Dugdal. *Orig. Juridic.* Extant Gallice *Lecturae ejus in statutum de finibus* 4 Henr. vii. Pr. " Ou fuit ordaine en temps." Ms. inter Mss. dom. Gul. Glynn. baronetti. Impr. Lond. MDCLXII. 4to.

DEORANUS [COLLUS] patria Lageniensis scripsit *Annales Hibernicos*, qui Mss. extant. Obiit anno Christi MCCCCVIII. War. p. 75.

DEPEDALE [RICHARDUS] Lynnensis oppidi maritimi, in Nordovicensi comitatu Carmelita et doctor, florebat, literarum (ut multi erant id temporis monachi) amator maximus, et qui bona tempora melioribus studiis impendebat. Est enim Lynna celebre Icenorum seu Volcarum Aquilonarium ad Isidis ripas emporium; in quo finitis studiis per multos annos optabiliter, et cum non vulgari nominis fama vixit. Accrevit illi laus magna editis interim *Concionibus* et *Lecturis publicis*. Et ut paucis absolvam, chartis ille utiliter commendavit *Sermones de (tempore.* Ms. Leland. *Epit.) vita Christiana*, lib. i. " Conversationem vestram habentes bonam." Ms. Bal. Sloan. " Conversationem vestram inter gentes habentes." Leland. *Epit.* Num plura adhuc scripserit, mihi non constat. Sed hoc satis constat, in pretio illum fuisse A. D. MCCCLXXX regnante Richardo ii. Sepultus est apud Lynnam. Ms. Bale Sloan. Bal. x. 97. ex Lelando. Pits. p. 536.

DERING [EDWARDUS] patria Cantianus, literis academicis Cantabrigiae institutus A. MDLXVIII collegii Christi socius, et eodem anno S. T. baccalaureus, ac in ecclesia S. Pauli London concionator constitutus A. MDLXIX rectoriam de Pluckley, dioec. Cantuar. obtinuit. Fuit academiae

miae Cantabrig. procurator A. MDLXVII. Inett. et ducis Norfolciae capellanus. Strype in *Vita Parker.* p. 380. Partibus non-conformistarum adhaesit, quamobrem A. MDLXXI et MDLXXIII nonnulla mala passus est. Munus concionandi in ecclesia S. Pauli ei inhibitum erat A. MDLXXIII. Scripsit ediditque Anglice, *A sparing restraint of many lavish untruths, which Dr. Harding dos challenge in the first article of my lord of Salisbury's reply.* Pr. ded. Tho. Wotton. "As often as "I do consider the:" Lond. MDLXVIII. 4to. *Conciones quasdam coram regina in psalm* lxxviii. 70, 71, 72. Pr. "He chose David, etc. The prophet declareth." 25 Febr. MDLXIX. Lond. MDLXIX. 12mo. It. Lond. MDLXXXIV. MDLXXXVI. 8vo. MDCXIII. 12mo. Et in turri London. in Joh. vi. 34. 21 Dec. MDLXIX. Pr. "Then they, etc. We have dearly beloved." Lond. MDLXXXIV. MDLXXXIX. xxvii *Lectures upon part of the epistle to the Hebrews.* [sc. in v. priora capita et partem vi.] Lond. MDLXXII. MDLXXIII. MDLXXVI. MDLXXXIII. MDCX. *Epistolas* xix, quas collegit Joh. Field, Lond. MDLXXXIII. MDCXV. 8vo. *Catechismum succinctum.* Pr. pr. "It shall not be ne-"cessary for me." Lond. MDLXXXVIII. 8vo. *Precationes privatis familiis destinatas.* Pr. "Al-"mighty God, and most merciful father." Lond. MDXC. 8vo. *Responsionem ad* xx *articulos de ecclesiae Anglicanae disciplina, ceremoniis, etc.* A. MDLXXIII. Pr. "Most humbly I beseech your "honors." Ms. bibl. Bodl. Seld. Supra 44. fol. 30. impress. extat in parte *Registri*, etc. p. 73. *Responsionem ad* iv *alios articulos*, 16 Dec. MDLXXIII. Pr. "As I promised to set down." Ibid. p. 81. *Carmina duo Graeca* ejus *in laudem horti Bartoli Sylvae*, in Ms. Norwic. More, 225. *Carmen Latinum in conversionem Palengenii per Barn.Gogaeum*; in quo Fulconis *Antiprognosticon* severe perstringit. *Letter to the chancellor of Cambridge upon the new statutes made for that university*, 18 Nov. MDLXX. Strype in *Vita Parker. Append.* n. 78. *Responsum ad Nic. Sanderi librum de visibili monarchia*, jussu archiepiscopi Parkeri conscripsit, sed nunquam fuit impressum. Strype in *Vita Parker.* 379. *Opera ejus Anglicana* cura Johannis Field collecta, recusa fuerunt circa A. MDXCV. 8vo. Obiit ad aedes Tobianas in comitatu Essexiae, 26 Jun. MDLXXVI. H. Holland *Heroolog.* p. 195. Fuller, *Ch. Hist.* xvi. 109.

DERLHYS [THOMAS] alias DERLHYSK. Poeta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

DERLINGTON [a] [JOHANNES] sive DUROLENDUNUS, Dominicanus, vir probatissimae vitae, et maximae in literis diligentiae, ita probe se gessit inter socios sui loci et ordinis, ut multis ad bene vivendum, pluribus vero ad discendum incitamento esset. Quae postea virtutes, fama duce, vel ad ipsius Henrici tertii, Anglorum regis, aures pervenerunt; a quo, jam ad senium vergente, vocatus fuit, non ut adulatoris partes praestaret, sed ut sanum, rectum, honestum consilium daret: et praecipue in illis rebus, quae religionem, quae fidem, quae denique sanctam animae curam spectarent. Tantumque abfuit, ut suum non faceret officium, ut omnibus numeris principis de se opinioni satisfecerit; usque adeo, ut Henricus, qui ejus erat erga hominem adfectus, illum etiam ad confessionem auricularem admitteret. Sed non diu supervixit Henricus; et Edwardus primus, ejus filius, in regno successit. Nusquam tamen Durolenduni splendor obscuratus, immo illustratus potius: nam id temporis quaestor [b] Romani pontificis in Anglia factus est. Nullo enim tempore defuerunt suae artes Romano corradendi pecuniam; sive Turca aliquid novarum rerum, sive nihil in Christianos molietur. Post haec laborem honesta statim praemia secuta sunt. Nam a pontifice Romano archiepiscopus Dubliniae [c], primae civitati Hiberniae, designatus est. Hactenus ex Triveti *De Edwardo primo historia*, quae scripsimus, desumpta sunt; quemadmodum et hoc quod sequitur: nempe Derlingtonum inter alios ingenii sui foetus *Concordantias*, quae vulgo magnae et alias Anglicanae [d] vocantur, edidisse [e]. Floruit, regnantibus Henrico tertio, et Edwardo ejus filio, victore longe fortunatissimo. Obiit quinto [f] cal. April. anno Dom. MCCLXXXIV, et regni Edwardi primi 12. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Derlingtonus (Bale. Pits. Wood) apud Darlington in agro Dunelm. natus. Fuller, *Worthies*. SS. theologiae doctor. Pits. Wood. Literatura pollebat excellenter et consilio. M. Paris.

[b] Sive collector decimarum factus est A. D. MCCLXXVI in Beveri *Continuatione*. Anno pontif. 3 Gregorii x. sc. MCCLXXI, vel MCCLXXII. Ita in *Regist.* Giffard. Ebor. Fr. Derlington, archiepiscopus Dublin. occurrit unus collectorum decimae in regno Angliae MCCLXXXII. in *Regist.* Peckham. f. 14. Collector fuit sub Joanne xxi. Nicolao iii. et Martino iv. papis.

[c] Consecratus est in coenobio Walthamensi die Dominico proxime post festum S. Bartholomaei, anno MCCLXXIX. Ware.

[d] Ita *Continuatio* Bever. *Chron.* Ms. f. 176. b.

[e] Praeter *Concordantias* scripsit, *Sermones ad utrumque statum*, lib. i. *Disceptationes scholasticas*, lib. i.

[f] Quarto, *Chron.* Tho. Wikes. Obiit morte repentina Londini, et in coenobio Praedicatorum ibidem sepultus jacet. War. p. 120. Vide Bal. iv. 56. Pits. p. 364. Fuller's *Worthies*, i. 297.

S. DESIGNATUS filius ducis Dalensis ex filia regis Scotiae, episcopus Trajectensis xiii. Scripsit *Ad ecclesiam suam*, lib. i. Sedere coepit anno DVIII, obiit anno DXI. Dempster. iv. 414.

DESTIGIUS [JOHANNES] sive DESTIGIO. De quo nihil aliud invenio, nisi quod in imitatione Alexandri Neckami, Gul. Breton, et Alani de Insulis: Scripsit *Super dictiones Bibliorum*, lib. i. Hoc opus vidit olim Baleus in officina Ric. Graftoni typographi (impress. Pits.) Bal. xii. 93. Pits. *App.* p. 873.

DEVERAL [STEPHANUS] Monachus Glastoniensis scripsit *Tractatum de ingratitudine.* Pr. "Volventi." Ms. penes Rog. Gale.

DEVEREUX [ROBERTUS] comes Essexiensis. Literis academicis in collegio S. Trinit. Cantabr. imbutus, emenso philosophicorum studiorum stadio artium magister creatus est; et A. MDLXXXVIII ad eundem gradum apud Oxonienses admissus. Scripsit, *Advice to Roger earl of Rutland*

land

land in his travels. Pr. " My lord, I hold it a principle in the course." Printed in a book entit. *Profitable instructions describing what special observations are to be taken by travellers in all nations.* Lond. MDCXXXIII. 8vo. *His apology against those which falsly and maliciously take him to be the only hinderer of the peace and quiet of his country.* To Sir Ant. Bacon. A. MDXCVIII. Pr. " He that " either thinks he hath." Mſ. Aſhmol. 7873. *Letters to qu. Elizabeth, lord Howard,* etc. Mſs. bibl. Bodl. Hyper. A. 9. Mſ. Aſhmol. 8376. Mſ. Wood 23. *Ten of his letters* in *Cabala,* Lond. MDCLXIII. fol. *Speech and prayer at the time of his execution.* Ad finem concionis doct. Will. Barlowi 1 Mar. MDC (Vid. Stowi *Chronic.* 713.) Lond. MDCI. 8vo. Et Mſ. Aſhmol. 8000. *The buzzing bees complaint. His last voyage to the haven of happiness. Divers poems,* Mſs. in bibl. Aſhmol. *Discourse concerning this point: Whether peace or war was to be treated with Spain. Cabala.* p. 374. *Fasti Oxon.* i. 136.

DEVEROSE [JOHANNES] magiſter theologiae in acad. Cantabr. ſcripſit *Libellum, ſive epiſtolam consolatoriam ad amicum quendam ſuper mortem liberorum in illud Jobi* i. 21. *Deus dedit et Deus abſtulit.* Mſ. Wharton. Y. p. 56. in bibl. Lambeth.

S. DEVINICUS, archidiaconus et episcopus Scotus, vel ſecundum alios monachus Scotus, et profeſſor theologiae Pariſienſis. Scripſit, *Epiſtolas duas ad Macharium,* lib. i. *De componendo regni ſtatu ad Achaium regem,* lib. i. Claruit anno DCCCLXXXVII. Colitur 13 Novemb. Dempſter. iv. 364.

DEWES [AEGIDIUS] DUWES, alias DE VADIS, patria Gallus; bibliothecarius regum Henrici vii et viii. Stow. Regi Henrico viii, uti etiam principi Arthuro et principi Mariae, reginis Franciae et Scotiae et marchioni Exceſtr. in lingua Gallica praeceptor. Stow. Decem librarum penſio per annum data ei cuſtodi librariae regiae per breve de privato ſigillo 13 Henr. viii. Mſ. in the Pell office. Scripſit rogatu quorundam Angliae magnatum *Rudimenta quaedam linguae Gallicae.* Scripſit, mandato regis Henrici viii, *An introductorie for to lerne to rede, to pronounce and to ſpeak French trewly, compiled for the ryghte hygh,* etc. *Lady Mary,* lib. ii. Princ. praef. " Grace of God that I love ſo moche." London. per Waley 4to. Gallice cum Anglic. interlineari. Praef. Palſgravi ad *leſclairciſſmont,* etc. Claruit ante annum MDXXX. Obiit MDXXXV, et in eccleſia S. Olavi Upwell humatus. Stow. *London.* p. 290.

DEYLUYN [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus ſcripſit *Kyvydh i Sir Richard Harbart o Gollruck,* etc. Mſ. in bibl. Hengurt. Claruiſſe dicitur circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

DHY O ARVON [GUYLYM] Poëta Cambro-Britannicus ſcripſit, *Odle'r miſoedh i Sir Gryff.* P. " Neyd kynnexneu mei." Extat in codice rubro Hergeſtiano in bibl. Hengurt. Claruiſſe fertur A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

DHY ROBIN DHY O VON [ROBERTUS] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

DHY'R BILUG [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus ſcripſit, *Kyvydh i dhiolɀam un Kox i Domoi Truſtan ab Houel o Vreɀeiniog.* Mſ. penes Ed. Lhuyd. Claruiſſe fertur circa A. D. MCCCCLXX. Davis.

DICETO [RADULPHUS de] ſive de DIZY. Poſt prima literarum tyrocinia in ſcholis et academiis patriis exacta, exteras regiones viſendi cupidus, magnam Europae partem peragravit. Deinde in patriam rediens primo archidiaconus Middleſexiae circa A. MCLX. Et circa A. MCLXIV rector de Aynho in comit. Northamton. (Wh. Kennet ex cartis penes Tho. Cartwright de eodem) quam rectoriam reſignabat A. MCXC. Rector etiam erat de Finchingfeld comit. Eſſex. tempore Huberti archiepiſcopi. Mſ. Cartul. Rading. f. 194. b. Dein A. MCLXXXIII decanus Londinenſis evaſit. Lelandus, *Collect.* iii. 45 ita de hoc Radulpho: " Fuit SS. theologiae doctor, at non ſatis " mihi conſtat num Anglus fuerit." Scripſit, *Abbreviationes Chronicorum ab initio mundi uſque ad* A. MCXCVIII. lib. i. " Chronica ſunt imagines hiſtoriarum." Mſ. Cotton. Claudius E. iii. Otho. D. vii. qui codex definit in MLXIII. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 13. E. vi. definit in A. MCXCIX vel MCC. Dantur *Abbreviationes chronicorum ab Adam uſque ad* A. D. MCXLVII. Item ejuſdem *Continuationes chronicorum Rob. abbatis S. Michaelis de Monte uſque ad* A. D. MCC. quae continuantur alia manu uſque ad A. D. MCCXV. Extat pars poſterior (prior a mundi initio ad tempora Gregorii M. quia vulgaria ſolum continet, omittitur) apud *Decem ſcriptores hiſt. Anglicanae Twiſdenianos.* Lond. MDCLII. col. 430. ſeqq. Vide Mſ. C. C. Chr. Cantabr. F. ii. *Imagines hiſtoriarum ab anno* MCXLVIII ad MCC. lib. i. " Inſula Brytanniae, cui quondam." Ibid. col. 510. In Mſ. Cotton. Otho D. vii. ita incipit: " Annos ab initio mundi." Et Mſ. C. C. Chr. Cantabr. N. 41. *Epiſtolarum* lib. i. Gualtero Dei gratia Rothomagenſi. Quaedam ejus epiſtolae Mſs. in bibl. Cotton. Fauſtina A. iii. Epiſtola ejus *De dignitate ſedis Lugdunenſis* Mſ. Cotton. Tib. A. ix. 5. *Chronicon de regibus Britonum a Bruto ad Cadwalladrum.* Pr. " Brutus primus de genere Britonum." Mſs. bibl. Norfolc. Cod. 220. Extat cura Galei Oxon. MDCLXXXIX. fol. p. 553. *Chronicon de regibus et heptarchis et monarchis Saxonum ab Hengiſto ad Aluredum*; ſive, ut Baleus habet, *De adventu Saxonum,* lib. i. " Tempore Vortigerni regis." Mſ. in Cod. Norfolc. 213. *Hiſtoriam de monarchis Angliae ab Aluredo ad Haraldum.* Mſs. Ibid. *Hiſtoriam de regibus Normannorum a Willelmo Conquæſtore ad coronationem Johannis,* lib. i. " Rollo Danus Popam filiam." Mſ. Ibid. *Origines Hybernorum et Scotorum,* lib. i. " Hybernia poſt Britanniam." Hic liber ſolummodo pars eſt prioris, in quo agit Radulphus obiter de Hibernia, uti ex initio patet. *Hiſtoriam de archiepiſcopatibus et epiſcopatibus Angliae ab Auguſtino ad* A. MCXCIX. Pr. " Inprimis ſciendum eſt." Mſ. in eodem Cod. Norfolc. 213. ex quo evulgavit *Hiſtoriam ſedis Cantuar.* Wharton. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 677. In bibl. C. C. C.

C. C. C. Cantabr. C. i. est liber Rad. de Diceto *De archiepiscopis Cant. ad Hubertum archiepisc. Cant.* Pr. pr. " Annos ab incarnatione Domini seriatim expressos." *Indiculum de successione archiepiscoporum Cantuar. et a quibus apostolicis pallia susceperunt.* Pr. " Gregorius Augustino." Extat *Angl. Sacr.* tom. i. p. 87. *De temporibus mundi*, lib. i. " In opusculo sequenti trium." Mſ. Cotton. Claudius E. iii. Quaedam his similia habentur collectanea in Mſ. Cotton Tiberius ix. 5. ubi invenitur *Epistola* huic Radulpho ascripta. *Chronicorum opus*, lib. i. " Annos ab initio mundi " seriatim." Mſ. Cotton. Claudius E. iii. *Continuationes Roberti de Monte*, lib. i. " Henricus " Galfredi Plantag." Mſ. reg. Westmon. 13. E. vi. *De praeclaris scriptoribus*, lib. i. " Trogus " Pompeius a tempore." *De synodis ecclesiae*, lib. i. " Synodorum alia universalis." *Super Ecclesiasticum*, lib. i. " Docebo vos per manum Dei." Mſ. olim A. MCCCCLVIII, et tempore Lelandi in bibl. ecclesiae S. Pauli. Dugd. *Hist. Pauli.* p. 277. 283. *In Sapientiam*, lib. i. " Ecce descripsi " eam tripliciter." Mſ. Ibid. *Sermonum* lib. i. *De mirabilibus Angliae*, lib. i. Pr. " Britan- " nia, sicut legitur." Mſ. Cotton. Claudius E. iii. Praeter commendationem Britanniae brevem per modum prologi, nihil habet a Ran. Cestrensi diversum. *Annales Stephani regis*, lib. i. Mſ. in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. C. i. Iidem cum *Historia de archiepiscopatibus, etc.* vide supra. *Historiam discordiae inter Henricum* ii *et Thomam Becket*, inscriptam viris religiosis commorantibus Senonis apud S. Columbam. Mſ. Cotton. Vespaſ. A. xxii. 3. Ejus manu et stylo nonnunquam usus est Henricus ii in negotio cum Thoma Cantuariensi, Bulaei *Hist. acad. Paris.* tom. ii. p. 769. Penes decanum et capitulum S. Pauli London adhuc habetur *Registrum* continens inquisitiones varias et cartas de terris ad ecclesiam S. Pauli spectantibus et B. notatum; in cujus capite est antiquissima manu *Liber Radulfi de Diceto decani Lundoniae.* Claruit A. MCCX. Bal. iii. 62. Pitſ. p. 282, 283. Cave, p. 691. ii. p. 398. Whart. *Angl. Sacr.* Praefat. tom. i. p. xiii. tom. ii. xxvii, xxviii, xxix. Whart. *De decan. Londin.* p. 203. seqq.

DICKENSONUS [FINLACUS] Scotus, Parisiensis academiae professor. Scripsit *Historiarum memorabilium synopsin*, lib. i. Basileae prodiit. Claruit anno MDIX. Dempster. iv. 413.

DICUIL, alias DICUL, Hibernum fuisse ex verbis ipsius colligit Waraeus, " Circum nostram, " inquit, insulam Hiberniam sunt insulae, sed aliae parvae, aliae minimae." Scripsit, *Librum de mensura provinciarum orbis terrae, secundum illorum autoritatem* (ut ipse loquitur) *quos S. Theodosius imperator ad provincias praedictas mensurandas miserat.* Mſ. extat. Vide Mſ. Cotton. Vespaſ. E. vi. 4. *De* x *quaestionibus artis grammaticae.* Videtur vixisse et scripsisse sub exitum seculi octavi, nisi eundem fuisse suspicemur cum Dicola Sapiente, quem anno DCCX. i. aerae nostrae DCCXI mortem obiisse docent *Annales Ultonienses.* War. p. 38.

DICULLUS alius, presbyter Scotus, S. Fursaeum in Galliam comitatus est, ubi ab eo illi monasterio praepositus factus est. Scripsit *Instructionem ad monachos*, lib. i. " Religiosa cura apud " ecclesiam Peronensem in Morinis asservatam." Claruit anno DCL. Dempster. iv. 361.

DICULLUS, de quo Beda, *Hist. eccles.* lib. iv. c. 13. ita. " Erat autem ibi monachus " quidam de natione Scottorum, vocabulo Dicul, habens monasteriolum permodicum in loco " qui vocatur BOSANHAMM, silvis et mari circumdatum, et in eo fratres quinque sive sex in humili " et paupere vita domino famulantes." Scripsisse fertur *Ad occidentales Saxones exhortationes*, lib. i. Claruit anno DCLXXXIX. Colitur 11 Febr. 1 Junii. Dempster. iv. 406.

DIGGES [LEONARDUS] filius Jacobi, natus, ut videtur, apud Digges Court in parochia de Berham in agro Cantiano, fuit academiae Oxon. alumnus; et vir ob scientiam mathematicam suo saeculo charus. Scripsit, *Tectonicon: briefly shewing the exact measuring and speedy reckoning of all manner of lands, squares, timber, stones, steeples*, etc. Lond. MDLVI. 4to. Pr. ep. " Although, gentle reader, many excellent." Lond. MDLXVI. 4to. Auctum cura filii sui Thomae. Lond. MDXCII. MDCXXV. MDCXXX. MDCXLVII 4to. *A geometrical practical treatise named* Pantometria, lib. iii. Hos perfecit filius ejus, addendo *A discourse geometrical of the five regular and Platonical bodies, containing sundry theoretical and practical propositions, arising by mutual conference of these solids, inscription, circumscription and transformation.* Lond. MDXCI. fol. *Prognostication everlasting of right good effect; or choice rules to judge the weather by the sun, moon, starrs*, etc. Lond. MDLV. MDLVI. MDLXIV. MDLXVII. 4to. Illustratum a filio Thoma. Pr. epist. ded. dom. Edw. Fines. " After my troubles, ryght honourable." Lond. MDXCII. 4to. Filius patri cognominis transtulit in metrum Anglicanum *Claudiani raptum Proserpinae*, Lond. MDCXXVIII. 4to. Claruit anno MDLXXIV. *Athen. Oxon.* i. 180. seq. Bal. par. post. p. 110. Pitſ. pag. 751.

DIGGES [THOMAS] filius Leonardi, patria Cantianus, academiae Oxon. alumnus. Rei militaris peritissimus erat; ideo A. MDLXXXIII operum regiorum curator circa molem Doverianam (Hollinsh. iii. 1541.) et A. MDLXXXVI summus armorum lustrator copiarum Anglicanarum apud Belgas militantium designatus. (Stow. 715.) Sub auspiciis patris sui Leonardi et Johannis Dee mathematicis studiis operam dedit sedulam. Scripsit, *Alas, sive Scalas mathematicas, quibus visibilium remotissima locorum theatra conscendi, et planetarum omnium itinera novis et inauditis methodis explorari; tum hujus portentosi syderis in mundi boreali plaga insolito frigore coruscantis, distantia et magnitudo immensa, situsque protinus tremendus indagari, Deique stupendum ostentum terricolis expositum cognosci, liquidissime possit.* Pr. ep. ded. dom. Burghlaeo. " Cogi- " tanti mihi jam diu illustrissime." London. MDLXXIII. 4to. *An arithmetical military treatise, containing so much of arithmetick, as is necessary towards military discipline*, lib. iii. To Robert earl of Leicester. " Right honourable, finding myself." Lond. MDLXXIX, et auctius MDXC. 4to. *Stratiaticon, a geometrical treatise, requisite for the perfection of soldiers.* Hunc incepit pater Leonar-

Leonardus; perfecit autem et edidit filius, Lond. MDLXXIX. 4to. Cum additionibus. London. MDXC. 4to. *A geometrical treatise named Pantometriam*; in three books containing *Longimetra, planimetra, et ſtereometra.* Pr. ded. dom. Nicol. Bacon. " Calling to memory, right honourable." Lond. MDXCI. fol. Anglice. *Perfect deſcription of the celeſtial orbs, according to the doctrine of the Pythagoreans.* Lond. MDXCII. 4to. *Humble motives for aſſociation to maintain the religion eſtabliſh'd.* Pr. " There be as ſeemeth unto me." Lond. MDCI. 8vo. In forma petitionis ad reginam; cum longa epiſtola ad archiepiſcopum et epiſcopos. *England's defence: A treatiſe concerning invaſion; Or a brief diſcourſe of what orders were beſt for the repulſing of forcign enemies, if at any time they ſhould invade us by ſea in Kent or elſewhere.* Script. MDXCIX. Impr. Londini MDCLXXXVI. fol. *Inſtructionem exercitus apud Belgas.* A. MDLXXXVI. Mſ. *Duo paradoxa de militari diſciplina.* Pr. " I confeſs ſparing of treaſure and." Edita a filio Dudleo. Lond. MDCIV. 4to. *Epiſtolam Latinam praefixam Nucleo parallaticae commentationis praxeoſque Johannis Dee.* Lond. MDLXXIII. 4to. Ad finem *Alarum mathematicarum. Prologum Angl. in laudem tranſlationis tractatuum politicorum Martini Cognet per Edw. Hobium.* Lond. MDLXXXVI. 4to. *Prognoſticon patris Leonardi* auxit, addendo quaedam *De ſyſtemate Copernicano.* Et dedicavit comiti Lincoln. admirallio Angliae: cui promiſit opus *De arte navigatoria*, in qua multa nova et Anglis adhuc incognita deſcribere propoſuit. Lond. MDXCII. 4to. Obiit 24 Aug. A. MDXCV, et in choro eccleſiae S. Mariae Aldermanbury London. humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 278. ſeq.

S. DIMAUS S. Sigenii diſcipulus, epiſcopus Scotus. Scripſiſſe fertur, *Epiſtolas ad Hilarium S. Romanae ſedis vicarium*, lib. i. *Epiſtolas ad Johannem primicerium*, lib. i. *Epiſtolas ad Johannem S. ſedis conſiliarium*, lib. i. Claruit anno DCLXIV. Colitur 16 Novemb. Dempſter. iv. 365.

DINHAM [GULIELMUS] tranſtulit *Injunctiones D. Crumwelli vicarii generalis Henrici* viii. *S. Auguſtini de vita clericorum. Octaſtichon Gul. Dynhami* praefixum *Propugnaculo* Edw. Powell. etc. Lond. MDXXIII. 4to. Claruit Liſtoniae in Devon. comitatu MDXXXVII. Vide Mſ. Cotton. Cleopatra E. iv. f. 51.

DINLEY [EDWARDUS] Carmelita apud Novocaſtrum ſuper Tinam, concionator, ut ea ferebant tempora, egregius: Nicolai Kentani ordinis provincialis in ſua viſitatione ſocius. Scripſit Latine *Sermones* xxiv. lib. i. " Leva in circuitu oculos tuos." Hos vidit Baleus apud Reynerum Wolphium, regium impreſſorem. Claruit A. D. MCCCCL. Bale xii. 70. Pitſ. 642.

DIONOTUS[a], Bannochorenſis coenobii monachus, ita vel ab ipſa pueritia continentiae et literis operam dabat, ut vir factus, digniſſimus judicatus ſit, qui tam famoſo juxta ac numeroſo[b] collegio praeeſſet. Abbas itaque conſtitutus, quotidie aliquid ad virtutis cumulum adjecit, quo magis ſuos ad ſimilia animaret. Hinc illi maxima apud Britannos accrevit exiſtimatio, cum viderent ejus vitam quam proxime ad evangelicam accedere inſtitutionem. Adde huc, quod et Auguſtinus ille non leviter ejus famam auxerit, qui a Gregorio, pontifice Romano, in Britanniam miſſus, et ab Ethelberto, Cantiorum rege, receptus, ſynodum in Claudiana provincia celebravit[c], hoc nomine ut Romano et ſibi Britannicae eccleſiae proceres audientes haberet. Ad hanc ſynodum rogati venerunt ſeptem (ut Beda ſecundo cap. ſecundi libri *Angl. Hiſt.* adfirmat) Britannorum epiſcopi. Venerunt et abbates, inter quos Dionotus facile primus fuit; id quod vel ex hoc apparet, quod Beda de illo ſolo nominatim mentionem fecerit. Atqui Bedae de tanto viro teſtimonium, veluti in tranſcurſu factum, mihi non ſatisfacit. Qualecunque tamen, illud apponendum interim: atque adeo haec ſunt ejus verba: " Quod cum eſſet ſtatu-" tum, venerunt ſeptem, ut perhibent, epiſcopi, et plures viri doctiſſimi, maxime de nobiliſſimo " eorum monaſterio, quod vocatur lingua Anglorum BENCORNABURG, cui eo tempore Di-" noth abbas praefuiſſe narratur." Haec Beda. Hoc, ne quis dubitet, monaſterium ſitum fuit in ipſis Devae fluminis ripis, aliquot paſſuum millibus ab Writeleſhamo, Fabrorum oppido. Tantum abeſt, ut Bannochorum Monae adjacentem intelligit. Magnificentiora et illuſtriora ſunt, quae in hanc partem a ſcriptoribus rerum Britannicarum traduntur. Adfirmant etenim illi, Dionotum in ſynodo Claudiana copioſe, graviter, docte de non admittenda Gregorii aut Auguſtini autoritate diſputaſſe: praeterea defendiſſe archiepiſcopi Menevenſis in rebus eccleſiaſticis poteſtatem: in ſumma concluſiſſe, non eſſe e re publica Britannorum, ut Romanorum faſtum vel Saxonum tyrannidem in communionem admitterent. Hic ego Gregorium, pium paſtorem, et de re Chriſtiana tam bene meritum, quam qui optime, nulla prorſus labe aſpergam. Debuerat tamen mediusfidius admonuiſſe Saxones, gentem perfidam, ut ſi ſincere Chriſtianiſmum vellent admittere, Britanniae imperium (quod contra ſacramentum militiae, per tyrannidem occupaverant) juſtis dominis et poſſeſſoribus quam primum reſtituerent. Nam, quae erat Dionoti eruditio, recte ſentiebat, non eſſe penes Romanum, ut gentem advenam fidei praetextu in alieno confirmaret imperio. Nam ſi id admitterent, non deeſſet fucus ad explodendos quoſcunque e ſuis regnis principes. Dicerem hic plura de Dionoto, ſi veterum autorum lectio plura ſuppeditaret. Cum autem amplius nihil ſuppeditet, quod vitam ejus illuſtret[d], de morte hoc accipies: nempe, non omnino diſſimile eſſe vero occubuiſſe illum, una cum bona parte monachorum ſuorum, non longe a civitate Legionum, alias Caſtria, tyrannide Ethelfridi, regis Northumbriae; quanquam temporum intervalla ſcrupulum noſtrae conjecturae injicere poſſunt[e]. Ex *Lelando.*

[a] Dionotum Avonium cognominant Baleus i. 70. et Pitſeus, p. 104. [b] Vid. Lelandi *Coll.* ex *Eulogio*, tom. i. 377. [c] Vide *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 16. ſeq. [d] Scripſiſſe fertur, ad Wicciorum ſynodum reſponſa, *Super conſervandis eorum ritibus*, lib. i. *Defenſorium ſedis Menevenſis*, lib. i. *Commentarios Scripturarum*, lib. i. *Diſputationes, orationes, et epiſtolas*, lib. i.
[e] Obiit A. Ch. DCIII. Bal. Pitſ. l. c.

DIRLETO-

I

DIRLETONUS [MICHAEL] Scotus Franciſcanus et primus praepoſitus illius loci. Scripſit, *Ad Walterum Haliburton fundatorem militem*, lib. i. *Lecturas in Pſalmos*, lib. i. *Logicalia*, lib. i. Claruit A. MCCCCXLIV. Dempſt. iv. 418.

DISIBODIUS al. DESIBODIUS, epiſcopus Hibernicus (Dempſterus Scotum fuiſſe vult) anno DCLXXV, vel DCLXXIV ſecundum Marianum Scotum, epiſcopatu abdicato cum aliis viris doctis Hiberniam deſerens in Germaniam profectus eſt, ubi in loco, qui ab ejus nomine (ſic Arnoldus Wion) Mons Diſibodi vocatur, monaſterium conſtruxit, in quo tandem morbis et extrema ſenectute (fuit enim octuagenario major) afflictus e vita migravit 8 Julii. De anno nihil comperi. Scripſit ſecundum Dempſterum, *Hiſt. eccl. Scot.* lib. iv. num. 373. qui opus ſe vidiſſe aſſerit, *De monachorum profectu in ſolitudine agentium*, lib. i. Vitam ejus ſcripſit Hildegardis monialis, quae primo educata fuit ſub Jutta abbatiſſa in monte S. Diſibodi. Habetur apud Surium ad 8 Julii. Epiſcopum fuiſſe Dublinienſem in Hibernia ſcribit Joh. Wilſonus in Anglico ſuo *Martyrologio*, Julio 7, neſcio quo autore. Certe in autoribus ab eo citatis hoc non habetur. Waraeus, p. 29. Dempſter. iv. 373.

DISSUS [a] [GUALTERUS] a Diſſo Sudovolgiae [b] oppido, ubi natus fuit, ſic dictus, adoleſcens magnae ſpei exempla monaſticae vitae ſuſpiciebat, coluit, venerabatur. Quare Nordovicum petiit, civitatem nobilem, ubi ſacris Carmelitarum ritibus initiatus, ita omnes religioſi viri partes implevit, ut ne curioſus quidem aliquid in illo recte potuiſſet deſiderare. Nam praeterquam quod eſſet maxima vitae puritate, ea diligentia, ſtudio, cura in literis uſus eſt, ut a ſui collegii ſymmyſtis unice diligeretur; et merito quidem, quando doctrinae talis eſt virtus, ut religionem ſuis quodammodo ornet coloribus. Sed ſint haec ſatis de ejus dicta adoleſcentia. Quae vero de ejus virili aetate ſequuntur, non uſque adeo mihi nota ſunt, cum hactenus non legerim quae loca, relicto Nordovico, ſtudendi gratia adiverit [c]. Conjectura tamen eſt ſtuduiſſe illum Grantae, Lutetiae, atque etiam Romae. Illud certe notiſſimum, quod evaſerit tandem in virum, ut tunc ferebant tempora, literatiſſimum: atque ea autoritate fuiſſe apud Bonifacium nonum [d], pontificem Romanum, ut nuntius et legatus ad ſex aut ſeptem regna [e] tranſmiſſus ſit; ut contra ſchiſmaticos, et quandam haereticorum ſectam, quos ab albis veſtibus, quibus induebantur, Platina *Albos* appellat, praedicaret, principeſque una cum gentibus ſuis dehortaretur evangelica autoritate, ne novis rebus ſtuderent. Quae omnia tam diligenter, tam ſtrenue, tam denique prudenter fecit, ut pontificis Romani res paulo quietiores reddiderit. Sed quod demum laboris pretium a Bonifacio receperit, non habeo cognitum: ut neque quo tempore in Angliam reverſus ſit. Ideoque reſtat, ne ignoretis quos libros poſteritati reliquit. Scripſit enim *Commentarios in aliquot pſalmos* [f]. *Contra Lolbardos* [g]. *De ſchiſmate* [h]. *Sermonum* lib. ii. [i]. Obiit in Anglia circiter quintum annum regni Henrici quarti [k], et Nordovici apud Carmelitas honorifice ſepultus eſt. Ex *Lelando*.

[a] Gualterus Diſſy, Diſh, ſeu Daſh. A. Wood. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. p. 400. [b] Nordovolgiae, rectius Bal. Pitſ. [c] "In academia Oxon. educatus, et inter ſocios "coll. Oriel. annumeratus anno MCCCLXXIII, et academiae "procurator evaſit anno MCCCLXXXII, eodem anno judex "ventilandis Wicleviani dogmatis capitibus conſtitutus." *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. p. 106. 400. "Poſtea Cantabrigiam "fortaſſe et exteras regiones inviſit, et tandem Carmelita "in coenobio Norwicenſi evaſit." S. theol. doctor Cantabr. fuit. Pitſ. Bale Mſ. Sloan. ex Faſciculo Tho. Walden. "Joanni Lancaſtriae duci, et Conſtantiae uxori ejus a ſacris confeſſionibus, expeditionem, quam idem dux fecit "in Hiſpaniam, ut regnum Caſtelliae et Legionis ſibi jure "uxorio debitum recuperaret, pro virili promovit." Bal. Pitſ. [d] Urbanum vi. Lel. *Coll.* ii. p. 327. [e] Sc. Angliam, Hiſpaniam, Granatam, Caſtellam, Portugalliam, Legionem, Aragoniam, Cathalauniam, Navarram, et partes Vaſconiae. Iidem. [f] Maxime ex SS. Auguſtino et Anſelmo [lecturas, quas Cantabrigiae et Norwici publice legit, Mſ. Bale Sloan.] lib i. "Accedere ad Deum contingit." [g] *Et Wicklevitas*, lib. i. [h] *Eccleſiae*, lib. i. "Heliconis rivulo modice diſperſus," etc. Extat in edit. operum Nic. de Clemangis facta per Joh. Lydium Lugd. Bat. an. MDCXIII. 4to. Vid. A. Wood, *Hiſt. et Antiq. Oxon.* L. ii. p. 106. [i] Sc. *Sermones de ſanctis*, lib. i. "Vidit Stephanus gloriam Dei." Et *Sermones de tempore*, lib. i. "Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere." Scripſit etiam *Lecturam theologiae in magiſtrum ſententiarum*, lib. iv. "Circa prologum quaero primum, utrum." *Quaeſtiones theologiae*, lib. i. *Determinationes varias*, lib. i. *Ad eccleſiarum praeſides*, lib. i. *Epiſtolas ad Urbanum et Bonifacium papas*, lib. i. [k] Obiit A. D. MCCCCIV. Bale. Pitſ. 24 Jan. Mſ. Bale Sloan. Bal. vii. 26. Pitſ. p. 579.

S. DOBAN Scotus, S. Bonifacii peregrinationis ſocius, et ab eodem in ſedem Trehetenſem ſuffectus. Scripſit, *Adverſus gentiles*, lib. ii. *Epiſtolarum* lib. i. Claruit anno DCCLI. Colitur 23 Decemb. Dempſter. iv. 402.

DOCKING [a] [THO.] ſive DOCHINGUS, alias, ut ego opinor, DOCHENDUNUS dictus, ex probatorum autorum lectione nondum ita liquide mihi eſt cognitus, ut ejus vitam tanquam per ſpeculum aperte poſſim poſteritati oſtendere. Quae mihi tamen de illo conſtant, cum ſtudioſis omnibus communia volo habere. Franciſcanam juvenis ſecutus eſt inſtitutionem, idque in Iſidis Vado, ubi longo temporis uſu tam multa feliciter didicit, ut, ceſſante Joanne Guallenſi, homine ſui ordinis impenſe literato, theologiam publice profiteretur [b]. Clarum mehercule fuit talem habuiſſe in lectione ducem; multo tamen clarius ſuum ita ſecutum fuiſſe ducem, ut ſi eum non ſuperaverit eruditione, ſaltem aequaverit. Si autem quiſquam ſit, qui velit hoc dictum exquiſitius trutinare meum, is, inquam, ad ejus libros recta ſe conferat, inventurus meam in hac parte fidem haud dubiam.

[a] Thomas Docking, patria Norfolcienſis, Minorita in coenobio Franciſcanorum Norwici. In cod. Mſ. regio Weſtmon. 3. B. xii. continente *Dekking ſuper Deuteronomion*, in margine primae paginae occurrit haec nota manu antiqua: "Liber magiſtri Thomae Gude [i. e. Bonus] "doctoris SS. theologiae Oxon. ordinis Minorum, vocati "Dochyng eo quod natus fuit in villa vocata Dochyng." [b] Vide Mſ. Linc. *Diction.* Tho. Gaſcoign. § 714. *et Hiſt.*

et

biam. Vivunt adhuc ejus *Commentarii in evangelium Lucae* [c] *et epiſtolas Pauli* [d]. [e] *In Deuteronomion* [f], *Eſaiam* [g], *et Jobum* [h]. Denique *Super ſententias* [i]. Id quod et *Catalogus illuſtrium Franciſcanorum* comprobat [k]. Amplius quod in praeſentia de Dochingo ſcribam, nihil eſt, praeterquam quod is numero ſeptimus inter ſuos fuerit, qui theologiam in ſcholis Franciſcanis Oxonii docuerunt [l]. At cur non ego hic, loco tam opportune oblato, nomina illuſtrium Chordigerorum, qui ante Dochingum in ſchola Franciſcana publice bonas artes praelegebant, memoriae commendo; ut nomina alias ſparſa, nunc vero collecta, ſerie quadam eniteant. Primus erat Adamus Mariſcus, e Badunenſi dioeceſi oriundus, qui maturioribus annis apud Vuicciorum urbem juravit in verba divi Franciſci. Qualis quantuſque hic fuerit, malo ſtudioſus lector a Nicolai Trivethi *Hiſtoria*, quam a me, haec tanquam in tranſcurſu ſcribente, quaerat. Succeſſit Rodulphus Coloburgus, cujus doctrinam Pariſii ſaepius admirati ſunt. Tertius fuit Euſtachius Normannovillanus, qui, ante acceptam Franciſcanae ſectae veſtem, liberales ſcientias coluerat, ac ſummum gradum inter pontificiae legis profeſſores conſcenderat: cui etiam acceſſit et archigrammatei inter Iſiacos dignitas. Thomas Eboracenſis proximus ab illo fuit. Quintus numerabitur Richardus Rufus, Cornubienſis, qui ſe Chordigerorum gregi ſocium Lutetiae addidit; ubi vel inter doctos primae notae locum obtinuerat. Supplevit Rufi abſentis partes Joannes Vualleius, vulgo Guallenſis dictus, quemadmodum et poſtea Vuallei munus pulcherrime executus eſt Thomas Dochingus, cujus vitam ſuperius pauciſſimis perſtrinxi. Nunc tu finem expectas, lector; ſed ne pigeat quae adjiciemus, quoniam pauca ſunt, perlegere. Dochingum in publica praelectione ſecutus eſt Henricus Briſingamus, et illum quidem Gulielmus Hevedlegus, quem Eadveardus Longus in Aſſyriam profecturus, concionatorem delegerat: utrumque autem Thomas Bongeius, quem poſtremus, ne longius te detineam, Johannes Peccamus. Sic undecim egregie literatos viros, Anglos certe omnes, Chordigeros omnes, luci reſtituimus. Ex *Lelando*.

et Ant. Oxon. i. 73. [c] *Comment.* lib. i. Pr. " Fluvius " egrediebatur de loco." In Mſ. Trin. Add. Bal. habentur *Quaeſtiones in Lucam*, lib. i. Pr. " Non miſit me baptizare, " ſed evangel." [d] Lib. xiv. Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. xxx. initio et fine truncatus: orditur enim a cap. iv. ad *Galatas*, et deſinit in 11mo ad *Hebraeos*. Mſs. Langb. *In epiſtolam Pauli ad Galatas.* Pr. " Epiſtolae Pauli ad " Galatas permittitur." Mſ. in bibl. coll. Magdal. Oxon. 154. aſt imperfect. [e] *Poſtillae* praefigit Mſ. Lincoln.

[f] Lib. i. " Legitur Exodi xvi. quod Dominus juſſit." Mſ. eccl. cathedr. Lincoln. E. 26. in bibl. Baliol. Oxon. xxviii. et in bibl. regia Weſtmon. 3. B. xii. [g] Lib. i. " Habemus firmiorem ſermonem proph." Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. xxix. ſed in cap. xxv deſinit. Mſ. Langb.

[h] *Comment.* lib. i. *Quaeſtiones*, lib. i. " Quaeritur " utrum ſtatus proſperitatis." [i] Lib. iv. [k] Scripſit etiam *In Apocalypſin S. Johannis*, lib. i. Mſ. in bibl. Bal. Oxon. Pitſ. De hoc codice ita Cl. Langbainius, Baliol. p. 189. " Lectura quaedam ſuper Apocalypſin (ita titulus " a tergo codicis) quam Jameſius Dockyngo diſerte tribuit " autori, quod ex nota praefixa libro liquere aſſerit. Ve- " rum nota iſta haec eſt: *Nunquid eſt Dokking ſuper Apocalypſim?* Atque adeo nihil inde concludi poteſt." Pr. " Penis ei datus eſt." *In praecepta decalogi*, lib. i. " Eſt " quaedam menſura fidei, quae." Ita incipit liber *De ſufficientia articulorum in ſymbolo*, etc. in Mſ. Bodl. NE. F. 4. 9. quem vide infra. *Lecturas Bibliorum*, lib. i. " Ter- " minato prooemio, incipit tract." *In poſteriora Ariſtotelis*, lib. ii. *Quaeſtiones ordinarias*, lib. i. " In Mſ. Bodl. NE. F. 4. 9 habentur ſequentia Thomae Dokking opuſcula, juxta Mſ. Langb. *De ſufficientia articulorum in ſymbolo contentorum, et quot ſunt ſymbola, et in quot partes dividitur* (cum aliis eo ſpectantibus.) Pr. " Eſt quaedam menſura fidei, " quia haec." *Expoſitio decem mandatorum.* Pr. " Si " vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Math. xix. Cha- " riſſimi fratres et ſorores." Extat Mſ. Bodl. Laud. F. 12. hujus principii et argumenti. *Expoſitio ſuper praeceptis decalogi ſecundum formam textus Deuteronomii* v. Pr. " Non " habebis deos alienos in conſpectu meo, hoc eſt, in cor- " de." In Mſ. olim in monaſter. Sion. fuerunt *Correctiones in S. Scripturam per Dokking, ord. Min.* *Tabula ſuper grammaticam Dokking* extat Mſ. in eccl. cath. Lincoln. F. 18.

[l] Claruit MCCLXX. Bal. iv. 39. Pitſ. p. 346.

DODFORDUS [ROBERTUS] monachus Rameſienſis, Hebraicae linguae peritus, librorum Hebraicorum in bibliotheca iſtius monaſterii poſt mortem Gregorii Huntingtoni cuſtos. Scripſit, *Poſtillarum in parabolas Salomonis*, lib. i. " Ipſe mittet quaſi imbres." *Concionum* lib. i. *Regiſtrum chartarum et finalium concord. abbatiae Rameſienſis tranſcriptarum* per Rob. de Dodford clericum. Mſ. Cotton. Veſpaſ. E. ii. 1. [Nihil praeter apographum chartarum, quas tranſcripſit uſque ad medium Henr. iii.] Claruit A. MCCLXX. Bal. iv. 41. Pitſ. 350.

DODINGTON [BARTHOLOMAEUS] Fuit collegii Trinitatis Cantabrig. ſocius. Academiae procurator anno MDLX (Mſ. Inett.) Nicolaum Carrum excepit in Graecae linguae regio profeſſorio munere Cantabrig. circa annum MDLXII. Scripſit, *Epiſtolam Latinam* perlongam *de vita et obitu D. Nicolai Carri ad D. Gualterum Mildmay.* Pr. " Quantum deſiderium tibi ſuo interitu." Lond. MDLXXI. 4to. ad finem orationum quarundam Demoſthenis a Carro Latine verſarum. *In obitum ejus carmen Graecum* 16. diſtich. inter carmina funebria quae *Epiſtolae* ſubnectuntur. *Tredecim diſticha Graeca* in tranſlationem *Juelli contra Harding* per Gul. Whitaker. *Carmen Graecum* hujus *Bartholomaei* in praefat. *Petri Baronii in Jonam*, Lond. MDXCIX. fol. *Carmen aliud* ejuſdem praefat. Edv. Grantae *Spicilegio*, Lond. MDLXXV. Obiit 22 Aug. A. D. MDXCV, ſepultus in abbatia Weſtmonaſt. Vide *Monumenta* per Camdenum.

DOLMAN [JOHANNES] In academiarum alterutra literis philoſophicis et philologicis imbutus, ad hoſpitium Interioris Templi London ſe contulit, ubi legibus municipalibus operam dedit, et horis ſubſecivis tranſtulit *M. T. Ciceronis quaeſtiones Tuſculanas.* Pr. ded. J. epiſc. Sariſb. " Right honourable, when as partly." Lond. MDLXI. 12mo. (Se nominat " Student and fellow of " the Inner Temple.")

DOMERHAM [ADAMUS de] non Domerſham, ut Whartonus edidit, cognomen, ut videtur, inde tulit quod in vico de Domerham [a] in agro Wiltonienſi in lucem editus fuerit; qui quidem

[a] Vicus hic coenobio Glaſtonienſi datus fuit ab Ethelfleda vidua regis Edmundi, quae ab hoc vico vocatur Æðelplaeð aet Domerhame, in *Chron. Saxon.* Mſ. bibl. Cotton. Tiberius, B. iv. ſub ann. DCCCCXLVI. Teſtamentum ejus habes apud notas in Wotton. *Conſpect. Theſaur. Hickes*, p. 13. ubi dicitur fuiſſe vidua Aethelſtani ducis, ſed non recte.

vicus

vicus ad coenobium Glastoniense pertinebat. Monachus erat Glastoniensis diu ante annum MCCLV, quo anno unus e monachis fuit, quibus capitulum Glastoniense potestatem concesserat abbatem eligendi per compromissum Rogero Ford jam ab episcopo Batho-Wellensi deposito. Fortiter se gessit Adamus eo tempore quo graves abbatibus cum episcopis Batho-Wellensibus inimicitiae intercesserunt. Qua de causa pro monasterio suo appellationem A. D. MCCLXXII interposuit. A. D. MCCLXXIV cellerarius suae ecclesiae evasit, quo anno commemoratur etiam tanquam prior Glastoniensis. Deinde A. D. MCCLXXVI ad sacristae dignitatem evectus fuit. Forsan et aliis defunctus est officiis. Non longe post A. D. MCCXC vixisse probabile est. Scripsit, 1. *Historiam de rebus gestis Glastoniensibus.* Hanc Oxonii MDCCXXVII. 8vo. duobus voluminibus edidit Tho. Hearnius, e cujus praefatione ea, quae superius memorantur, desumpsi. Opus hoc continet historiam abbatiae ab A. D. MCXXVI ad A. D. MCCXC. 2. *Historiam controversiae inter episcopos Bathonienses et monachos Glastonienses.* Hanc in publicam lucem evulgavit Henricus Whartonus in sua *Angl. Sacr.* tom. i. p. 578. Cuilibet vero inspicienti manifeste patet, quod haec *Historia* nihil aliud est quam *Breviarium historiae* supra nominatae, a pag. 352. incipiens, adeo ut inter scripta genuina Adami non mereatur numerari. Forsan Johannes Glastoniensis, ut Hearnius opinatur praefat. §. 4. hujus *breviarii* auctor fuit. Sed alicui potius alii ascribendum est. Nam Johannes *Historiam* Adami alio modo abbreviavit, ut videndum est ex *Histor. ejus de reb. Glaston.* p. 186. et seqq. Vide Cave, *Hist. liter.*

S. DOMITIUS unus e xii S. Columbae sociis scripsit, *Sermones ad fratres*, lib. i. *Sanctae vitae regulam*, lib. i. *Epistolas ad Columbam magistrum*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. Claruit anno DCVI. Colitur 21 April. Dempster. iv. 367.

DONAKAMENUS Cambrius a patria dictus, artium erat magister. Scripsit *De Britannia versus vaticinales*, lib. i. " Intrans cum sole canis taurusque leone." Ms. bibl. Bodl. NE. D. i. 22. f. 93. De aetate ejus non constat. Bale xii. 77. ex Roberto Recordo. Pits. *Append.* 832.

DONALDUS, Scotorum in coenobio D. Jacobi Herbipolitano abbas, scripsit *Exhortationem ad cives Herbipolenses contra episcopum suum rebellantes*, lib. i. Claruit anno MCCCCLXXXV. Dempster. iv. 408. Quidam Donaldus, abbas monasterii Scotorum Viennensis; academiae Viennensis rector septimus A. D. MCCCCLXXXIII. Ita Geo. Eder, *Catal. rectorum archi-gymnasii Viennen.* p. 4. " I herd " when I was a child the good Scottish freer father Donolde at Paul's Cross:" Sunt verba dom. Thomae More; *Works*, p. 140.

DONALDUS O FIHELY, gente Hibernus, ex antiqua familia in agro Corcagiensi oriundus academicis studiis incubuit in universitate Oxon. Scripsit *Annales Hiberniae usque ad sua tempora; Hibernice.* Hos Londini vidit Mss. Waraeus anno MDCXXVI penes Florentium Cartaeum. Claruit in exitu seculi XV. War. p. 78. *Athen. Oxon.* i. 5.

S. DONANUS abbas Scotus scripsit, *Monasticae vitae institutum*, lib. i. *De. S. Trinitatis mysteriis*, lib. i. *Regulam officii ecclesiastici*, lib. i. Claruit anno DCXL. Colitur 17 April. Dempster. iv. 377.

DONATUS natione Hibernus, patria relicta, una cum collega Andrea Galliam et Italiam peragravit, ac in Hetruria sive Tuscia ad tempus eremiticam duxit vitam, donec episcopus Fesulanus electus est, in quo munere propter egregias virtutes celebris evasit. Scripsit, ut refert Dempsterus, *Hist. Scot.* iv. n. 366. *De peregrinatione sua*, lib. i. *De officio suae ecclesiae*, lib. i. *Commentaria in Sacras Scripturas.* Claruit anno DCCCXL. Liber Ms. de vita ejus extare dicitur in bibl. Praedicatorum de urbe supra Minervam. Festum ejus agitur 22 Octobr. A quibusdam cum Donato grammatico male confunditur. Waraeus, p. 42.

S. DONATUS patria Scotus, S. Cathaldi episcopi Tarentini frater, et peregrinationis socius, primo Hiberniam peragravit, dein in Italiam se contulit, ubi primus episcopus Lupiensis evasit. Scripsit, *Ad Lupienses homilias*, lib. i. *Ordinationes ecclesiae suae*, lib. i. Claruit anno CCCLXIV. Colitur 4 et 7 Augusti. Dempster. iv. 388.

S. DONATUS diaconus, socius peregrinationis et martyrii S. Kiliani. Scripsit *De peregrinatione Kiliani magistri*, lib. i. Claruit anno CCCCLXXXIX. Dempster. iv. 371.

S. DONATUS in patria Scotia Benedictinam amplexus est regulam, unde cum S. Mariano in Germaniam trajecit, ubi novi Scotorum coenobii monachus fuit. Scripsit *Vitam Leopoldi marchionis Austriae*, lib. i. Claruit anno MCLVIII. Post mortem inter sanctos relatus est, et secundus Austriae patronus colitur. Dempster. iv. 422.

DONORTIUS episcopus Murthlacensis secundus, quae sedes postea Aberdoniam translata. Scripsit *Vitam S. Beani antecessoris sui*, lib. i. Claruit anno MXL. Dempster. iv. 370.

DORCADIUS [GILBERTUS] literis a pueritia probe instructus, bonarum artium studiis ita gradatim incubuit, ut Roberti Lincoln. episcopi gratia archidiaconus Buckinghamiae factus sit. *Versibus et prosa* pleraque Gilbertus composuit, ut refert Henr. Huntingdoniensis, ejus familiaris, in libro *De contemptu mundi.* Bal. x. 48. Pits. *App.* p. 843. Idem Henr. Huntingd. *De episcopis sui temporis* libro, ait: Aluredo enim parvo (primo archidiacono) successit in archidiaconatu Bucks. Gislebertus versibus et prosa et habitu curialissimus. Claruisse putatur circa A. D. MCLX. Pits. Forte MCX. vel MCXX. Ei enim successit Rogerus in archidiaconatu, qui eum etiam reliquit ante MCXXIX.

DORMAN [THOMAS] apud Berkhamstedam in agro Hertford. natus, ubi literis grammaticalibus a magistro Reve imbutus. A. MDXLVII in scholam Wintoniensem admissus, e qua ad collegium Novum Oxon. abiit. Collegio autem illi tempore regis Edw. vi. religionis gratia valedixit; regnum, ineunte Maria, socius collegii Omnium Animarum electus est, et A. MDLVIII legum bacca-

baccalaureus evasit. Regina Maria e vivis erepta solum vertit, et Antverpiam se contulit. Duaci S. theol. baccalaureus et tandem doctor renunciatus; ibi etiam Mathematicus Galenus professor erat, sub quo respondisse pro gradu baccal. in theol. testatur ipse in praefat. contra Nowelum. De eo Nowelus ait in praefatione, quod nunquam theologiae studiis incubuerit, donec ad terras transmarinas pervenit, et quod librum suum contra Jewelum ex Ms. sibi a doctore Smith moriente concredito excerpserit. Totum suum tractatum verbatim ex card. Hosii libro *De judicibus ecclesiasticis* et ex Hardingo furatus esse dicitur Nowelo. Scripsit, *A prouse of certeyne articles in religion denied by Mr. Jewel.* To doct. Thom. Harding. "It pricketh now fast, if my memory." Antw. MDLXIV. 4to. Circa finem horum articulorum sunt xii *Reasons why the author perseveres in his old catholic religion.* Pr. "Hetherto have yow hard." *A request to Mr. Jewel that he keep his promise made by solemn protestation in his late sermon at Paul's Cross.* 15 Jun. MDLXVII. Pr. "Your late sermon pronounced." Lond. MDLXVII. 8vo. Lovan. MDLXVII. 12mo. *A Disprouse of Mr. Alex. Nowell's reprouse.* Pr. pr. "If as in warre." Antw. MDLXV. 4to. Obiit Tornaci A. MDLXXVII. *Athen. Oxon.* i. 189. Pits. *App.* p. 914.

DORMER, gente Hibernus, patria Rossensis juri Caesareo operam dedit circa annum MDLX in academia Oxon. Scripsit carmine *The decay of Ross. Athen Oxon.* i. 166. ex Stanihurst. *Descript. Hibern.* c. 7.

DOROCHIUS [GULIELMUS] sive DOROCHEVEDUS [a] scholas percelebrans Isiacas, tandem meruit utriusque juris dici consultissimus. Unum hoc certe praeter caetera ejus tum famam, tum gloriam eximiam reddidit, quod librum exquisita scriptum cura, quem et *Summam auream* [b] appellavit, ediderit [c]. Ex *Lelando.*

[a] Anglus, seu potius Guilhelmus de Drokeda, addit Ms. Trin. Gul. Dorochius, sive de Drocheda dictus, Bale. Pits. e gente Hibernus, in oppido Drogheda natus, Ware.

[b] Lib. i. "Cum omne artificium per suum." Hic liber continet artem advocandi, respondendi, opponendi, intelligendi, discernendi, et distinguendi verum a falso. Ms. Lel. Trin. Bale. Pr. "Cum singulis diebus legendo." Ita Rubrica in Ms. Gonvil. et Caii hujus *Summae* F. 25. n. 916. 914. Scripsit etiam, *Tractatum de occultis*, lib. i. *De judiciorum ordine*, lib. i. A. Wood Ms. Pits 385. 486.

[c] Claruit circa A. D. MCCCLX. Bal vi. 9. Pits. p. 4 6. "Claruit Oxoniae ann. MCCXXXVIII, quo an. Petrus Camal "recitatus [ex rot. claus loquor] quod consulit alios in- "fringere in dominum legatum [Othonem apud Osney] "invenit plegium magistrum Gul. de Drogheda." A. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon.* in illo anno. Vide James. *Catal.* Mss. sub titulo *De jure civili.* Et Ware. p. 72.

DOUGLASS [GAWINUS] nobilissimo inter Scotos stemmate ortus; in academia Parisiensi studiis egregie imbutus, fuit praefectus ecclesiae S. Aegidii. Edinburg. et rector eccl. de Heriot; dein abbas de Abberbrothock. Postea episcopus Dunkeldensis, et tandem, ut Dempstero videtur, archiepiscopus Glascuensis (Mackenz. S. Andreanus) nominatus erat a regina, sed a papa repudiatus. Thin. *Continuat. Hist. Scot.* 455. *Commentariis* Joh. Majoris *in* i. *sentent.* Paris. MDXIX. fol. praefixus est *Dialogus* de materia theologo tractanda inter duos famatos viros magistr. Gawinum Douglasium eccles. S. Aegidii Edinburg praefectum, et magistrum Davidem Cranstonem S. th. baccal. Pr. D. "Salve, praefecte dignissime." A. MDXXIII Gawinus Douglas, episcopus Dunkeldensis, metu ducis Albanensis in Angliam fugit, ubi humanissime ab Henrico viii receptus, qui ei, pro suo erga literas favore, annuam pensionem dedit. Hollinsh. vol. iii. 872. Hollinsh. *Scott.* 307. De eo Baleus ex Polydoro Vergilio, qui Gawinum nostrum olim ex facie novit, ita: "Nu- "per Gavinus Douglas Dunkeldensis episcopus, homo Scotus, virque summa nobilitate et virtute, "nescio ob quam causam in Angliam profectus, ubi audivit dedisse me (Baleum) jampridem ad "historiam scribendam, nos convenit, amicitiamque fecimus. Postea summe rogavit, ut ne histo- "riam paulo ante a quodam suo Scoto divulgatam sequerer, in rebus Scoticis explicandis; polli- "citusque est se intra paucos dies missurum commentariolum de his neutiquam negligendum, id "quod et fecit; atque in eo erat origo ejus gentis pervetusta." Haec Baleus. Scripsit metris Scoticis *Palatium honoris*, lib. i. Lond. MDLIII. 4to. Edinburg. MDLXXIX. 4to. "When pale Aurora "with face lamentable." *Aureas narrationes*, lib. i. *Comoedias aliquot*, lib. i. *De rebus Scoticis*, lib. i. Transtulit in sermonem Scoticum rogatu Henrici domini Sinclare, A. D. MDXIII. *Aeneidas Virgilii Maronis*, lib. xiii. Lond. MDLIII. 4to. Edinb. MDCCX. fol. Pr. "Laude, honore, praising, "thankes infinite." *Ovidium de remedio amoris.* Extinctus est peste Londini A. MDXXI. (Mackenz. vol. ii. 1522. April.) et sepultus est in ecclesia hospit. de Savoy. Vide Stillingfl. praef. *Orig. Britan.* p. liv. Dempster. iv. 405. Bale xiv. 58. *Athen. Oxon.* tom. i. 658.

DOUGLASS [GULIELMUS] (Dempst. 218.) nobilissima et antiquissima familia oriundus, abbas Mailrosensis, Malcolmo regi a sacris scripsit, *De proelio ad Achnabert*, lib. i. *Pro Malcolmo rege*, lib. i. Claruit A. MVII et MXI. Dempster. iv. 401.

DOUNHAMUS theologus, in academia Cantabrig. S. theol. doctor, et ejusdem, ut videtur, vice-cancellarius. Scripsit, *Sermones aliquot*, lib. i. "Abjiciamus opera tenebrarum." *Distinctiones theologiae secundum literas alphabeti*, lib. i. Ms. Gonvil. et Caii. L. 42. Princ. deest. Vol. magnum, scriptum tempore Henrici vi. Haec scripta et alia Baleus dicit se vidisse in bibl. Gonviliana Cantabr. Bal. xii. 47. Pits. *App.* p. 832.

DOWDALLUS [GEORGIUS] patria Louthianus Georgii Cromeri praedecessoris sui officialis, in archiepiscopum Armachanum sacratus est Henrici viii mandato, ab Edw. Staplaeo, episcopo Midensi et aliis sub initium Decembr. MDXLIII. Regnante Edwardo vi ad tempus in partibus

tibus transmarinis vixit. Maria regnum adepta in patriam rediit Doudallus, et archiepiscopatum postliminio recepit. Anno deinde MDLVIII in Angliam trajecit, et ecclesiae suae negotia, ubi 15 Aug. MDLVIII Londini e vita migravit. Scripsit *Conciones quasdam*. E Latino in Anglicum reddidit *Vitam Johannis Curcaei, Ultoniae expugnatoris*. Quae MSS. extant. War. p. 84.

DRANTA [THOMAS] filius Thomae in coll. S. Johannis Cantabrig. theologiam ac philosophiam sedula manu tractavit, et S. theol. baccalaureus A. MDLXIX evasit. Mf. Inett. Hoc anno 27 Jun. admissus fuit ad praebendam de Firles in eccl. Cicestrensi, et 2 Julii seq. ad praeb. de Chamberlaynwood in eccl. S. Pauli. 9 Martii sequ. archidiaconus Lewensis installatus. Videtur fuisse archiepisco Eborac. a sacris domesticis. Scripsit, *In Salomonis regis Ecclesiasten, seu de vanitate mundi concionem sapientissimam paraphrasin poëticam*: versibus hexametris; ad dom. Tho. Henneag. "Ecce iterum, Hennagi, tibi stat sacrare labores." Lond. MDLXXII. 4to. *Poëmata varia et externa.* Paris. . . . 4to. *Carmina varia Latina.* Quorum sex extant in princ. et fine *Paraphraseos in Ecclesiasten. Epigrammata* 7 Lat. et 4. Angl. ad finem translat. Horat. *Satyr.* Lond. MDLXVI. 4to. *Carmen* Lat. praefixum Joh. Setoni *Logicae* cum annotat. P. Carteri, Lond. MDLXXIV. 12mo. *Carmen* Lat. et Angl. praefix. transl. Vegetii per Sadlerum. Duo *carmina* Lat. praefixa Nevilli Ketto. Thomae Drantae Angli, Advordingamii *Praeful.* Lat. Pr. ded. Edm. Grindall, archiep. Cant. "Illuxit ad extremum dies ille." Ejus *Carminum sylva*. Pr. reginae. "Grata oculis, celsa "imperiis." . . . 4to. *Sermons* (1.) Apud hospit. S. Mariae MDLXX. in Cant. vi. 1. 2. (2) Apud Windsor in Gen. ii. 35. MDLXIX. Pr. ded. Tho. Heneage. "These two sermons, right wor-"shipfull." Lond. . . . 12mo. Tres Anglice. Lond. . . . . MDLXXII. *De eleemosynis dandis* habit. feria ii Paschae MDLXXII. apud S. Maries Spittle in Ecclef. xi. 1. 2. 3. Pr. ded. dom. Franc. Knollys. "No man can well judge." *Paraphrasin in Jobum* inchoavit, cujus xvi primi habentur versus ad finem *Ecclesiastis*. Transtulit in rhythmos Anglicanos *A medicinable morall*, sive Horatii *Satyrarum* lib. ii. Pr. pr. "Gentle and Christian reader, miserie from" Pr. transl. "Right drad "Mecenas, what's the cause." Lond. MDLXVI. 4to. Paraphrasis potius quam versio est in nonnullis locis. *The lamentation of Jeremy in English verse.* Pr. arg. "Jerusalem is justly plagued." Pr. transl. "How fytts the citie desolate." Ad finem *Satyrarum* Horatii. Lond. MDLXVI. 4to. *Horace's art of poetry.* Pr. "A paynter, if he should adjoyne." *His book of epistles.* Pr. "O thou the "matter of the first." Haec duo opuscula simul cum tr. *Satyrarum* recusa . . . . 4to. et dedicata Thomae com. Ormond. Pr. "Now it is, right honourable lord." *David's Psalms, new version.* Meminit in *Sylva.* p. 56. *De Iliade Homeri a se incohoata*, et ad librum quintum tantum producta loquitur. Ibid. p. 75. *Nazianzeni epigrammata. Sylva.* p. 50. *Epitaphium in mortem Cuthberti Scot*, Lond. MDLXV.

DRAYTONE [JOHANNES de] monachus Anglus scripsit *Memoriale, sive homelias* 176 *in festa sanctorum totius anni.* Pr. pr. "Universum tempus praesentis vitae." Pr. lib. "Adven-"tus Domini per iv septimanas." Mf. Norwic. More. 592. Quaere tamen annon hic Johannes tantum transcripsit vel donavit hunc librum cuidam monasterio; nullus enim est titulus vel inscriptio ad finem; sed in ima parte primae paginae haec habentur: "Memoriale fratris Joh. de "Draytone monachi; cujus animae propitietur Deus. Amen." Johannis de Drayton *Tabula super Aegidium de regimine principum*, Mf. olim in Monast. Sion.

DRIBOCUS [JOHANNES] Juris consultus Anglus scripsit magnum volumen et eruditum *Ad quinque libros decretalium.* Mf. in quibusdam Germaniae bibliothecis. Pitf. *App.* p. 873.

DRIFELDUS theologus, patria Eboracensis scripsit, *De theologica disciplina*, lib. i. *Aridum campum* (ex allusione ad nomen) lib. i. Bal. xii. 51. Pitf. *App.* 833.

DRITONUS [JOHANNES] sive DE ARIDA VILLA; de SICCA VILLA, SECCHEVILLE (Mf. Merton.) Postquam domi studiis puerilibus sedulam navasset operam, Lutetiam contendit, ubi philosophus celeberrimus, S. theol. doctor, et summus gymnasii ibidem moderator inclaruit. Scripsit, *Contra seductores fratres*, lib. i. *De principiis naturae in primo gradu, sc. materia, forma et privatione*, lib. i. "Quia speculatio intellectus discernit." Mf. Oxon. coll. Merton. Q. ii. 8. (imperf. in princ.) *De relatione* quoque, lib. i. "Quaerunt de praedicamento relationis." Ibid. *De principiis theologicis*, lib. i. *Conclusiones scholasticas*, lib. i. Claruit A. MCCLX. Bal. iv. 26. Pitf. p. 340. A. MCCLXXIX mag. Joh. de Sicca Villa fuit rector Omnium Sanctorum Major. in Tamestreet London, et nuper resignaverat ecclesiam de Badlesmer Cant. dioec. *Regist.* Peckham f. 86. Inter informationes factas de eis, qui habuerunt beneficia in diversis dioec. in *Regist.* Winchelsey occurrit mag. Joh. de Sicca Villa, qui habuit in episcopatu Lincoln. ecclesiam de Bedeford: In episcopatu London. ecclef. Omnium Sanctorum ad Fenum: In episcopatu Eliensi ecclef. de Lichington: In episcopatu Menevensi ecclef. de Malores: In episcopatu Landav. ecclef. de Wandey. Dom. Joh. de Sicca Valle rector de Wrotham occurrit testis cartae A. D. MCCXCV datae. *Regist.* S. Neoti. Mf. Cott. Faustina A. 4.

S. DROSTANUS Scotus, regis Aidani avunculus; scripsit *De contemptu mundi*, lib. i. Claruit anno DCVI. Colitur 19 Novembr. Dempster. iv. 375.

DRUIDAE sive DRYIDAE, genus hominum tum antiquissimi nominis, tum disciplinae, apud Britannos indigenas [a] quidem illos, in maximo olim honore fuerunt: id quod liquide apud veteres autores

[a] Druidas in Britannia olim fuisse, veterum quidem auctorum fide et rerum olim gestarum memoria abunde constat. An vero hi a Graecis originem duxerint, an ullum unquam Britannorum fuerit cum Graecis commercium, in dubio

autores, Graecos et Latinos, apparet. Quare operae pretium erit, ab origine eorum instituta et ritus luci restituere numeroso fidelissimorum scriptorum testimonio. Et quanquam autores plerique omnes hanc tueantur opinionem, ut putent hanc sectam, in Gallia ortam, incrementa accepisse prima; ego tamen, judicio Julii Caesaris addictissimus, non verebor Druidarum primum chorum a Britannia, tanquam ab ovo, deducere. Ne autem nominis notatio, quod varie scriptum in antiquissimis codicibus reperio, tenebras cuiquam offundat; lubet significare, commune eruditorum suffragium appellationem sectae Graecam ἀπὸ τῆς δρυὸς, a quercubus, quod silvas inhabitarent Dryidae, et eisdem sacra facerent, dedisse. De quibus multi cum scribant multa, placet maxime selecta tantum in medium afferre, et Caesare, teste optimo, uti, cujus haec sunt sexto *Commentariorum* libro verba: "Illi rebus divinis intersunt: sacrificia publica et privata procurant: religiones interpretantur. "Ad hos magnus adolescentum numerus disciplinae causa concurrit, magnoque ii sunt apud eos "in honore: nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt; et si quod est "admissum facinus; si caedes facta; si de haereditate de finibus controversia est; iidem decernunt praemia, poenasque constituunt. Si quis autem privatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima: quibus est ita "interdictum, ii numero impiorum atque sceleratorum habentur: ab iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis "petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. Hic autem omnibus Druidibus "[praeest [b] unus] qui summam inter eos habet autoritatem. Hoc mortuo, si quis ex reliquis "praecellit dignitate, succedit; at si sunt pares, suffragio Druidum allegitur. Nonnunquam "etiam de principatu armis contendunt. —— Disciplina in Britannia reperta, atque inde in "Galliam translata esse existimatur. Et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, "plerumque illo, discendi causa, proficiscuntur. Druides a bello abesse consueverunt, neque "tributa cum reliquis pendunt; militiae vacationem, omniumque rerum immunitatem habent. "Tantis excitati praemiis, et sua sponte multi in disciplinam conveniunt, et a propinquis parentibusque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum addiscere dicuntur. Itaque nonnulli "annos vicenos in disciplina permanent, neque fas esse existimant ea literis [c] mandare, cum "in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis literis utantur. Id mihi duabus "de causis instituisse videntur; quod neque in vulgum disciplinam efferri velint; neque eos, "qui discunt, literis confisos, minus memoriae studere: quod fere plerisque accidit, ut praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt "persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios [d]: atque hoc maxime "ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto: multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum [e] immortali vi ac potestate "disputant, et juventuti tradunt." Haec Caesar et elegantissime, et significantissime. Marcus Tullius, eloquentiae princeps Romanae, haec libro primo *De divinatione* de Druidis scribit: "Eaque divinationum ratio ne in barbaris quidem regionibus neglecta est. Siquidem et in "Gallia Druidae sunt, e quibus ipse Divitiacum Heduum hospitem, laudatoremque cognovi; "qui et naturae rationem, quam physiologiam Graeci appellant, notam sibi esse profitebatur; "partim auguriis, partim conjectura, quae essent futura, dicebat." Hactenus Cicero. Druidarum Monam, Britanniae insulam, quae nunc dubio procul ANGLESEGE, incolentium, meminit Cornelius Tacitus xiv *Historiae* suae libro his verbis, ubi de adventu Paulini Suetonii in Monam loquitur: "Druidae circum preces diras, sublatis ad coelum manibus, fundentes, novitate "aspectus perculere militem, ut quasi haerentibus membris immobile corpus vulneribus praeberet." Strabo libro quarto *Geographiae* suae Caesarem, ut conjicio, secutus, Druidarum ritus perstringit; sed ejus singula in hac parte verba recitare omitto, quia apud Caesarem et fusiora

dubio adhuc est, et multa utrinque sunt scriptorum a se invicem discrepantium testimonia. Hanc ejusce controversiae discutiendae ansam, quam Lelandus obtulit, libenter arripio, et paucis quidem absolvam. Qualiscunque enim fuerit terrarum seu marium intercapedo, alienigenas nihilominus in utraque India natos congregare solet commoditatis spes et consortii lucrum. Ad insulas vero hasce a Marsilia, communi Graecorum emporio, huc appulisse mercatores Graecos, easque olim Cassiteridas indigitatas fuisse, nec certum quidem est, nec interim a vero absimile; at in Druidum nomine et philosophia, in linguarum et morum ac religionis conformitate Graecorum plane licet agnoscere et fateri vestigia. Unde enim Druidae nisi ἀπὸ τῆς δρυὸς? Et certe notatio haec, licet a Becano aliisque impugnata, quasi ipsorum ritibus haud conformis, extra dubium ponitur; sunt enim illi, qui Diodoro Σαρωνίδες appellantur; qui, ut ait Plinius, lib. xvi. c. 44. *Histor. natur.* "Nihil habent visco et arbore, quo gignatur, si modo sit "robur, sacratius; ut inde appellati quoque interpretatione "Graeca possint Druidae videri." Qui vero Druidas a *Dru* seu *Tru* Celtica seu Britannica voce appellari volunt, minime eos ignaros esse oportet, et ejus vocis etymologiam a Graecis fore repetendam. Quid enim an Britannicas hasce voces *a path, rain, a star, link, new, a deer, to call*, a Graecis πάτος, ῥανὶς, ἀστὴρ, λύχνος, νέος, θὴρ, καλῶ, quisquam sapiens derivatas olim fuisse inficiabitur? Quin et Druidas olim Graecis literis usos fuisse abunde testantur; et ipsa qualis qualis sit Druidarum religio, Pythagoraea plane est, et ab eodem fonte hausta, uti videre est apud Caesarem et Lucanum. [b] [ ] Desunt in Ms. supple ex Julio Caesare. [c] De CLXXX Druidum libris mentionem facit O Flaherti, *Ogyg.* p. 219. Vid. Stillingfl. *Orig. Britann.* pr. xl. xlv. et Mackenz. *Respons. episc. Assav.* p. iii. [d] De hac Druidum opinione circa animarum transmigrationem vid. *Ogyg.* p. 4. et Diodor. Sicul. lib. v. Hanc Pythagorae opinionem male Celtis a Caesare et Diodoro adscribi ex Mela et Lucano constat, quorum temporibus exactius jam Celtarum philosophia, theologiaque Romanis cognita fuit: Ita Mela lib. iii. cap. 2. "Unum ex iis quae praecipiunt "in vulgus effluxisset, viz. ut forent ad bella meliores, aeternas esse animas, vitamque alteram ad manes." Non ab alio ad aliam transire ait animam, quemadmodum Caesar, sed in aliam vitam; sic Lucanus. [d] In unius Dei cultu institutos fuisse ex Origene *In Ezech. homil.* 4. tradunt Camdenus in *Britannia*: et Godwinus. p. 23. Negant Julius Caesar; Usserius, *Prim. eccles. Britan.* p. 1, 2. ex Gilda. et Stillingfl. *Orig. Brit.* p. 57.

et

et luculentiora sunt. In descriptione autem caeremoniarum Plinius Caesare curiosior, qui ad hunc modum de Druidis capite ultimo xvi libri *Naturalis historiae* scribit: "Nihil habent "Druidae, ita enim appellant suos Magos, visco et arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, "sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde "appellati quoque interpretatione Graeca possit Druidae videri. Enimvero quicquid adnascatur "illis, e coelo missum putant, signumque esse electae a Deo arboris. Est autem id rarum "admodum inventu, et repertum magna religione petitur: et ante omnia sexta luna, quae "principia mensium annorumque his facit, et seculi post tricesimum annum, quia jam virium "abunde habeat, nec sit sui dividua. *Omnia-Sanantem* suo appellantes vocabulo; sacrificio "epulisque rite sub arbore praeparatis, duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua "tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce aurea demetit; "candido excipitur sago. Tum demum victimas immolant precantes, ut suum donum Deus "prosperum faciat his, quibus dederit. Foecunditatem eo poto dari cuicunque animali sterili "arbitrantur, contraque venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerum-"que religio est." Suetonius etiam in *Claudio* de Druidarum religione, qua cives Romani interdicti [f] erant, loquitur. Aristoteles in libro *De Magia* de eisdem scribit. Denique et Sotion in libro *Successionum* confirmet, Druidas divini humanique juris peritissimos fuisse; ac praeterea religioni deditos, et SEMNOTHEOS appellatos, id est, castos et venerabileis. Tale est Pomponii de Druidis judicium: "Aeternas, ait, Druidas apud eos animas asserere, vitamque alteram apud "manes." Jam satis constat Druidas olim in Britannia magno functos esse honore. Superest, ut et insinuem quoque casum, qui tantam e medio tulit superstitionem. Edicto cautum Romano, ne usus aut existimatio in provinciis religioni Druidarum ulla exhiberetur. Barbarae tamen gentes patrios ritus a Druidis ante tot secula datos et acceptos, mordicus retinuerunt; donec Christus, servator optimus maximus, discussis erroris et crassae ignorantiae tenebris, lumen universo, consolatore Spiritu, conspicuum orbi infuderat. Tunc LUCIUS ille magnus, Britannorum decus immortale, spreta Druidarum disciplina, evangelicam lubens doctrinam suis omnibus communem esse voluit. Elvanus et Medvinus, nobiles Britanni, oratores a Lucio ad Eleutherium Rom. missi, ac Fugatius una cum Damiano a Romano huc missus, religionem moriturram nunquam, Deo propitio hoc volente, solide constituerunt. Ex *Lelando.*

[f] De interdictione Druidarum vide Vossium *De idololatria* lib. i. c. 35. Vid. Sueton. in *Claudio.* Piccard. *De prisca Celtopaedia.* p. 69. Godwin. p. 22.

DRUMMOND [JONAS] Scotus transtulit in sermonem Anglicum *Arnoldi de Villa Nova senectutis defensionem, et juventutis renovationem.* Pr. "The conservation of youth." MS. penes dom. Hans Sloane. 145. ded. ad dom. Margaretam Douglass, neptin regis Henr. viii sororem Jacobi regis Scotiae.

DRURY [JOHANNES] grammaticus, ludimagister Belloclivi de Beccles in com. Suffolc. fuit clericus beneficiatus. Extant sub ejus nomine, *Regulae datae per mag. Johannem Drury super librum Facessiae.* Pr. "Magister sedet in schola." *Regulae datae* per eundem *super librum parvi doctrinalis.* Pr. "Quem dicunt scolares," etc. Quaeritur quomodo incipit. Plurima alia partim *versu Lat.* partim prosa, transcript. per.. Hardgrave de Beccles circa A. D. MCCCCXXXIV. penes Tho. Martin de Balgrave gen. sc. *De constructione nominum. De comparatione. De heteroclitis,* et *nominibus defectivis. Declinationes Graecorum. De aequivocis. Summa poenitentiae* versu Lat. *De modo confitendi. Manuale puerorum. Parvae Latinitates pro termino natalis Domini* MCCCCXXXIV. Versus differentiales.

DRYANDER [FRANC.] qui et Denzina dicitur. Transtulit in linguam Hispan. *Novum Testamentum.* Quidam Franc. Dryander, Germanus a Phil. Melancthone regi Edwardo vi et Cranmero commendatus anno MDXLVIII, qui eum Oxoniam misit, ubi studiis operam dedit usque ad princ. Mariae, quum Lutetiam abiit, et postea Antverpiam, (Strype in *Vita* Cranmer. 404.) unde Crispino Oxoniensi historiam de receptione Gardineri apud Lovanium misit. Sed *Epistola* ejus Latina hanc narratiunculam continens (quae extat in Fox. i. edit. 802.) data est 22 Sept. MDXLI.

DRYBURGENSIS [PATRICIUS] monachus ordinis Praemonstratensium; cujus tempore exercitus Anglorum Scotiam invadens monasterium ejus spoliavit: unde scripsit versu *De monasterii sui direptione ad regem et coenobiorum patres,* lib. i. Claruit A. MCCCXXX. Dempster. iv. pag. 417.

DUBDALEHE per triennium Armachae S. theologiae lector, deinde archiepiscopus Armachanus. *Annal. Ulton.* Obiit 1 Sept. MLXIV. al. MLXV. praesulatus sui anno 16. Ad quem annum ita *Annales Ultonienses.* "Anno MLXIV Dubdalehe Comorba (i. haeres, sive successor) Pa-"tricii in kal. Septembris in bona poenitentia mortuus est." Scripsit carmine *Rerum Hibernicarum annales a Christo nato ad annum* DCCCCLXXVIII. *Ogyg.* i. 41. Quos citatos comperit Waraeus in dictis *Annalibus* ad ann. DCCCCLXII et MXXI.

DUBRICIUS [a]. Ejus vitam scripsere Cambri aliquot, ejusque tum eruditionem, tum pietatem miris extollentes laudibus: quorum ego studio, diligentia, fide etiam fretus, talem, tantumque virum suis depingam coloribus; hac praecipue elaboraturus parte, ut, recisa orationis circuitione,

[a] De S. Germano et Dubricio videsis Stillingf. *Orig.* c. 4. *Monast. Angl.* vol. iii. p. 498.

compendio

compendio quodam, quae maxime memorabilia ſunt, eluceant. Natus eſt propter ripas Vagae fluminis, qui Ventaniam inferiorem a ſilva Denaea diſterminat; quo loco maturus annis fertur ſcholam bonarum artium et exploratae religionis, convolantibus eo Theliao, Sampſone, et Aidano [b], optimae notae juvenibus, aperuiſſe. Inviſit tunc temporis D. Germanus, atque adeo alii multi Galli inſignes doctrina, Britanniam, errores abacturi foedos, quos Pelagiani induxerant. Convocato in ſynodum clero Britannico, gratia, vincente veritate, priſtino loco, dignitati, ſplendori reddita eſt. Interfuit concilio Dubricius; cujus cum Germanus et doctrinam et pietatem penitius inſpexiſſet, in epiſcopum eum conſecravit; ac dedicato D. Petro fano inſigni ad Tavae fluminis alveum, praefecit. Non longo poſt temporis intervallo fit archiepiſcopus urbis Legionum ad Iſcam fluvium. Poſtremo tantae curam provinciae Davidi, viro doctrina et ſanctitate admirabili, contulit; ac amore ſolitudinis percitus, Liniam privatus inſulam, aliis Abredeſegam, boreali litori Venetorum adjacentem, petiit; ibique, ut ego ex *Annalibus* Tavanae eccleſiae didici, obiit [c]. Locus inde vero inclareſcere coepit, et fama ſanctitatis celeberrimus eſſe. Laudati fanum inſulae ſplendorem poſtea exauxit. Tempus, quo floruit, indicare non eſt neceſſe; cum aliunde et Germani et Davidis ſaeculum abunde hoc indicent. Illud certe dolendum maxime, periiſſe tot ingeniorum illius temporis monumenta chartis inſcripta [d]; hinc Scottis et Pictis, una cum peſte depopulatrice, rem literariam extenuantibus, et miſere confundentibus. Ex *Lelando*.

[b] Daniel etiam epiſcopus Bangorenſis, et S. Iltutus diſcipuli ejus fuere. Lelandi *Collect.* ex *Cronic.* Anon. tom. ii. p. 42.

[c] Obiit 18 cal. Dec. anno DXXII. Bal. i. 51. Pitſ. 94. ann. DCXII. Vid. *Monaſt. Angl.* iii. 192. Anno Domini DXII Dubricius migravit ad Dominum; et A. D. MCXX nonis Maii ab inſula ENTHLE ab Urbano, Landavenſi epiſcopo, tranſlatum fuit corpus S. Dubricii, et 4 cal. Junii in eccleſia Landavenſi honorifice reconditum. Ita *Cronicon* Anonym. apud Lelandi *Collect.* tom. ii. p. 43.

[d] Scripſit pro ſuae gentis republica contra Anglo-Saxones defendenda, *Declamationes*, lib. i. "Viri Chriſtiana profeſſione." *Contra Pelagianos*, lib. i. *In coronatione regis Arthuri orationem*.

DUBTACHUS Hibernus ethnicus, a B. Patricio ad fidem converſus. Fuit poëta regis Leogarii. Joc. de Furnes in *Vita S. Patric.* c. 44. Edidit *Poëmata ſacra.* "Baptizatus namque," inquit Jocelinus *Vit. Patric.* c. 44, "et in fide Chriſti confirmatus, carmina quae quondam ſtudio "floreſcente peregit in laudem falſorum deorum, jam in uſum meliorem, mentem mutans et "linguam, poëmata clariora compoſuit in laudem omnipotentis Dei et ſanctorum ejus praeconium." Floruit ineunte ſaeculo quinto. War. p. 2.

DUDLEIUS [EDMUNDUS] filius Johannis, patria Staffordienſis, nobili ortus ſtemmate, ad academiam Oxon. quamprimum per aetatem licuit, acceſſit, ſc. anno MCCCCLXXVIII. Deinde ad hoſpitium, Grayenſe dictum, contendebat, ibique juri municipali tam ſedulo inſudavit, ut unus judicum, quos PUISNE JUDGES vocant (Fuller, *Worthies*, iii. 43.) et regi Henrico vii a ſanctioribus conſiliis fuerit renunciatus anno regni ejus primo MCCCCLXXXVI, aetatis ſuae 24. Anno 19 regis Henr. vii prolocutor erat domus inferioris parliamenti. *Athen. Oxon.* i. 7. Stow 13 annis ante mortem ipſum ſubvicecomitem Londinenſem fuiſſe, et in hoc officio ſex annis continuaſſe dicit, p. 487. Et tandem praeſidem concilii regii evaſiſſe. Scripſit, dum in turri Londinenſi incarceratus erat, et Henrico viii nuncupavit, librum, cui titulus, *The tree of the common wealth*, Mſ. extat in bibl. Cotton. Propter nimis ſeveram mulctarum ob violationes legum poenalium exactionem, magnum ſibi conflavit odium, et plebem demulcendi gratia turri Londinenſi mancipatus erat, ac mox regnante Henr. viii decollatus A. MDX Auguſti 28. (Stow 17 Aug.) et in eccleſia fratrum Praedicatorum ſepultus, Bale xi. 84. Pitſ. p. 688. Pater erat Johannis Dudleii poſtea ducis Northumbriae.

DUDLEIUS [JOHANNES] dux Northumbriae. Extant ſub ejus nomine, *Concio ad populum*, Lat. Lond. MDLIX. 4to. *Epiſtola ad archiep. Cranmer*, *J. Hooper*, Fuller, *Hiſt. Ch.* vii. 403.

DUDLEY [JOANNA] ſive GRAY, Henrici marchionis Dorſetenſis, et ducis Suffolcenſis filia, et domini Guilfordii uxor; regis Henrici viii ex ſorore proneptis; xvii anno aetatis linguarum Latinae, Graecae, et Hebraicae callentiſſima. Vide Challoneri *Encomia*, p. 298. Scripſit Anglice, *Ad quendam veritatis deſertorem*, ſc. mag. Harding Jewelli adverſarium, epiſt. i. Pr. "So ought "as I call to mind." Fox. p. 1420. *Colloquium cum Feckenhamo Mon.* Pr. Feckenh. "What "thing is required." Pars extat Anglice apud Fox. p. 1419. *Ad ſororem Catherinam exhortationem* ad finem Novi Teſtamenti Graece. Pr. "I have here ſent you good ſiſter." Fox. p. 1422. Tria haec opuſcula cum oratione ſuper fatali pegmate impreſſa extant . . . MDLIV. 8vo. et Lond. MDCXV. 4to. *Precationes pias in carcere.* Pr. "O Lord, thou God and father of my life." apud Fox. p. 1422. *Querimoniam peccatricis.* *Quid Chriſtianum hominem deceat.* *Epiſtolam ad patrem*, apud Fox. p. 1420. *Diſtichon Latinum* unum et alterum. Idem, p. 1422. *Queen Jane to Sir John Bridges and Sir Nicolas Poyntz to raiſe forces againſt a riſing in Bucks*, Strype in *Vita Cranmer. App.* n. lxx. Decollata erat 12 Februar. A. MDLIV. Hiſtoria vitae et mortis ejus extat in libro h. t. *Hiſtoria della vita della Giovanni Graia di Mich. Florio* . . . MDCVII. 8vo. Bal. par. poſt. 109.

DUDLEY [ROBERTUS] Comes Leiceſtriae. Ejus extant *Epiſtolae ad Fr. Walſinghamum* xxiv. in D. Dudlei Diggs, *Compleat embaſſador*, Lond. MDCLV. fol.

DUFFELD [GUALTERUS de] Doctor Anglus. Scripſit *Quaeſtiones de logica*, lib. i. Mſ. Cantabr. in bibl. Caii et Gonvill. Pitſ. *Append.* 846. Pitſeus *App.* p. 847 hunc Gualterum eundem

dem esse censet cum Gualtero de Sufeld, episcopo Norwicensi, quem eleganter literatum esse testatur M. Paris. De hoc plura habebis, si consulas Godwin. p. 486.

DUFFLANUS Scotus ex Jona insularum Scoticarum una Romam peregrinatus est; et scripsit *De locis sanctis*, lib. i. Vide Ethelwerd. lib. iv. citante Dempstero. Claruit vel depositus est anno DCCCXCII. *Dempster*. iv. 380.

DUFFUS rex Scotorum lxxviii. Scripsisse fertur, *De bono regimine*, lib. i. *Edicta ad Thanos*, lib. i. Obiit DCCCCLXXII. Dempster. iv. 390.

DUGLASIUS [DAVID] nobili ortus stemmate, in Galliis educatus, scripsit, *De naturae mirabilibus*, lib. i. Lutetiae prodiit. *Defensionem C. Plinii*, lib. i. Ms. apud Petrum Petavium, senatorem regium. *Historiarum toto orbe synopsin*, lib. i. *Poëmata sacra*, lib. i. Claruit MDXXII. Dempster. iv. 419.

DUMBAR [JOHANNES] (Dempst. 226.) Gallovidianus, bonas literas, quibus Parisiis atque Tholosae imbutus erat, Rupellae professus est. Extant sub ejus nomine *Poëmata elegantissima*, lib. i. [Quaere annon fuit poëta Scoto-Britannus antiquior ejusdem cognominis, cujus meminit Dav. Lindsay.] *Epigrammatωn* lib. vi. Lond. MDCXVI. 8vo. *Orationes facundissimas*, lib. i. *Notas ad Florum epitomasten*, lib. i. Claruit A. MDXCI. Dempst. iv. 420.

DUMBELEIUS [JOHANNES] de Anglia. Sub ejus nomine extant, *Liber de arte alchymia*, quem composuit Johannes Dumbeley de Anglia super universis omnium philosophorum opinionibus ex mandato illustrissimi principis Cimonis archiepiscopi Trevirensis; qui quidem liber vocatur *Hortus amoris*, etc. Pr. "Reverendissime pater et illustrissime." *Practica vera alchymica per mag. Ortelanum Parisiis probata et experta sub* A. D. MCCCLVIII, *quam Johannes Dumbeley de Anglia excepit et compilavit de libris praefati magistri in quantum brevius potuit ex* mandato illustriss. Cim. archiepiscopi Trevirensis, A. D. MCCCLXXXVI. Pr. "Quatuor sunt species, quae "ad." *Via universalis mag. Johannis Dumbeleii post particularem*. Pr. "In Christi nomine "universorum ducis fiat." Haec omnia simul edita sunt in decade 2 *Harmoniae chymico-philosophicae* per Jo. Rhenanum M. D. Francof. MDCXXV. 12mo. Claruit A. MCCCLXXXVI. Cujusdam Dumbelegi Angli meminit Johannes Lelandus in Johanne Dumbleduno.

[a] DUMBLEDUNUS [JOANNES] inter Maridunenses [b] ad Vadum Isidis subtilius rationes, non dialecticas modo, verum et philosophicas excussit [c]. Hinc illi nomen, fama, laudes quoque accrevere: id quod cum intellexisset, prudenti usus consilio, *Naturalis* [d] *et moralis* [e] *philosophiae* libros ab *Aristotele* conscriptos *Commentariis*, ut tum quidem videbatur, doctis ac argutis elucidavit [f]. Erat et Dumbelegus quidam [g], vir non indoctus [*], cujus *Super Cantica* extant *commentarii*. Haec tantum in praesentia ob nominis vicinitatem [h]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Dumbleton, Ms. Lel. Trin. Bale. Pits. Joh. de Dombleton praesentatus est ad eccl. de Rotherfield pipard (archidiaconatus Oxon.) MCCCXXXII. 5 cal. Oct. quam resignavit MCCCXXXIV. *Reg*. Henr. Burgh. episcopi Linc. Johannes de Dumbleton, monachus Wigorn. factus est prior Malverniae Minor. 2 non. Nov. MCCXCIX. quem prioratum dimisit ad natale Domini MCCC. *Annales Wigorn.*

[b] Seu Mertonensis collegii alumnus. Ms. Lel. Trin.

[c] E collegio Merton. inter primos collegii Reginae socios electus erat an. MCCCXL. A Wood Ms. Mert.

[d] Lib. ix. "Incipiendum est a primis naturae." Ms. Oxon. in coll. Merton. Q. i. 2. Art. et Magdal. Ms. 32. et in bibl. coll. Caii Cantabr.

[e] Lib. x.

[f] Scripsit etiam *De logica intellectuali*, lib. ix. [capitula ix rectius] "De sophismatibus quae non re." Ms. in coll. Merton. Oxon. Q. iii. 8. Art. *Summam theologiae majorem*, lib. x. "Plurimo-"rum scribentium grati laboris." Hoc est pr. *Summae philosophiae*. Leland. *Coll.* iii. p. 44. *Summam theol. minorem*, lib. i. *Summam artium*, lib. i. Extabat olim *Summa logicae et philosoph. naturalis*, Ms. penes Th. Allen, lib. ix. Pr. lib. "Incipiendum est a primis, cum minimus." Ms. Merton. Q. 1. ii. Art. Primus liber tantum est de *Logicis*. Prol. et pars libri 8vi. imo et totus nonus deest in cod. coll. Mert. Q. i. 11. Art. sed in cod. Mert. Q. iii. 8. fere integer est, cum prologo. Pr. "Plurimorum scribentium grati laboris." In hoc prologo se Oxoniae studuisse dicit. In Ms. Oxon. Magdal. 191. datur *Dumbletoni summae*.

[g] *Qui et Dumbley*, addit Ms. Trin.

[*] *Ea ipsa aetate* Ms. Trin. addit.

[h] Claruit Johannes anno MCCCXLIX. A. Wood Ms. Mert. MCCCXX. Bal v. 14. Pits. p 414.

DUN [PATRICIUS] Medicinae doctor in patria Scotia educatus, dein Galliam et Germaniam peragravit, Rhotomagi philosophiam et Cenomanis politiores literas, et Basileae theologiam professus est; indeque in Italiam transiens, ibi religioni reformatae valedicens, pontificiam amplexus est. Scripsit, *De vera sacrarum literarum versione*, lib. i. *Recollectionem linguae sanctae*, lib. i. Obiit A. MDLXX. Dempst. iv. 396.

DUNBAR [GULIELMUS] Scripsit *A tabill of confession*. Pr. "To the, O mercifull Fa-"ther." Ms. Gresham 286.

DUNBARRUS [GAWINUS] filius dom. Alexandri Dunbar de Westfield, ex nobilissima comitum Merchiae familia oriundus, ex decano Moraviensi et archidiacono Santandreano factus senator, ex senatore episcopus Aberdonensis. Episcopus hic munificentissimus ecclesiam suam cathedralem, et palatium episcopale de novo construxit, et Aberdoniae xenodochium xii pauperum et pontem lapideum fundavit. Scripsit, *Contra haereticos Germanos*, lib. i. Librum *De ecclesia Abredonensi*; h. e. *De ordinatione chori, et de stationibus, sessionibus, et conversionibus ad matutinas, missam, et vesperas in eodem faciendis, tam in feriis quam in fastis per totum annum*. Ad finem haec notula: "Reverendus in Christo pater ac dominus D. Gawinus Dumbar, episcopus Abre-"donensis me fieri fecit Antwerpiae. A. D. MDXXVII." Ms. nuper penes doctorem Jamesor, Mackenz. tom. ii. 611. seq. Consecratus erat episcopus A. MDXVIII. mense Junio. Dempster. iii. 394. et p. 215. Obiit apud fanum S. Andreae MDXXXI. Mackenz. tom. ii. 612.

DUNBARRUS [GAVINUS] archiepiſcopus Glaſcuenſis, filius domini de Mochrum; de quo praeſtantiſſimo viro Leſlaeus *De rebus geſtis Scot.* lib. ix. 381. ita: "Cui, quod reconditae eruditionis, ſincerae vitae, conſiliique graviſſimi laudibus praeſtiterit, regis Jacobi v tenella aetas moribus doctrinaque informanda credebatur; quem intimis ſenſibus ita dilexit rex, ut ſui intimi conſilii ſocium regnique cancellarium poſtea illum cooptaverit." Factus eſt archiepiſcopus Glaſcuenſis A. MDXXII. Fr. Thin. Buchananus *Epigramma in laudem* hujus Gavini compoſuit. Epigr. cent. vi. p. 177.

DUNCAHT pontifex Hibernienſis ſcripſit, *Commentar. ſuper libros Marciani Capellae.* [Opus eruditum, inquit Lelandus, *Collect.* iii. p. 268.] Olim a Lelando viſus in bibliotheca monaſterii Wygorn.

DUNDAS [GEORGIUS] Vide Dempſter. p. 234. Graece, Latineque doctiſſimus habitus, equitum Hieroſolymitanorum infra regnum Scotiae praefectus, ſed prius Aberdoniae profeſſor. Scripſit *Hiſtoriam equitum Hieroſolymitanorum*, lib. ii. Claruit A. MDXX. Dempſter. iv. 425. Mackenz. ii. 376.

DUNS [a] [JOANNES] ſive DUNOSTENUS, vulgo DUNSTANE, contracte DUNS, mediocri apud Nordabrinos loco ortus eſt, nomenque a villa [b] natali de more illi ſaeculo conſuetiſſimo accepit. Contendunt ſcriptores multi verbis multis, at rationibus paucis aut nullis, hunc Scottum fuiſſe, inter quos et Trittemius [c]; cui ne poſteri hac parte fidem habeant, certa ex hac ediſcant inſcriptione [d], quae paſſim in codicibus bibliothecae Maridunenſis [e] in Iſidis Vado comparet: "Explicit lectura doctoris Subtilis in univerſitate Oxon. [f] ſuper libros *Sentent.* ſcilicet doctoris JOANNIS DUNS, nati in quadam villula de EMILDUN, vocata DUNSTANE, in comitatu Northumbriae, pertinente domui ſcholaſticorum de MERTON HAULE in Oxonia, et quondam dictae domus ſocii." Hactenus de nomine. Iſiacis in ſcholis ſtuduiſſe eum tum ex inſcriptione, tum aliorum conſtat autoritate. Sectae poſtea ſe adjunxit Franciſcanae [g]. Mirata eſt ea aetas acre, ſublime, divinum hominis ingenium, cujus non famam unquam ulla obliterabit poſteritas: ut ſileant ingrati, perſonabunt Cygni Iſiaci. Jam conſcenderat Dunoſtenus ſupremum in theologia gradum, edideratque *Commentaria* [h] *in Sententias*, quae a loco ſtudiorum Iſiaca appellabat. Deinde et Lutetiam Pariſiorum [i] petiit, ubi rurſus ſimilia edidit; quae et Pariſiaca [k] nominabat. Uſus eſt Alexandri Haleſi, olim praeceptoris ſui, familiaritate: Occhamumque Anglum diſcipulum habuit ſui ſimillimum [l]. Extant ejus praeterea *Quodlibeta. Quaeſtiones in metaphyſicam.* *De*

[a] *Joannes Scotus, Dyns, Dunſcot, Duns* vulgo dictus, Mſ. Lel. Trin. [b] Ex vico Duns octo mille paſſibus ab Anglia diſtante. Tho. Gaſcoigne in *Dictionario*, v. Peccatum, ait: "Iſte Mr. Johannes Duns, ut audivi, fuit "natus in villa Angliae in parte boreali, vocata Duns, "quae fuit ante guerras Angliae et Scotiae." [c] Et Jo. Major. Dempſter. et Phil. Labbe ex Waddingi aliorumque (ſc. Cavelli, Thadaei, Arthuri a monaſterio, Waraei) ſententia Hibernus fuit natione, utpote Duni in Ultonia natus. Vide Hollingſh. ii. 9. 4to. Fuller, *Church Hiſt.* iii. 97. Omnes qui de illo mentionem faciunt ſcriptores ante ſaeculum xvi eum Anglis annumerant, Whart. [d] Inſcriptio illa etiam habetur bis aut ter in Mſs. Bal. ad finem *Comm. Oxon.* necnon *Pariſ. ſcript.* an. MCCCCLXI. Mſ. Langb. Illa in codice Merton. ſcripta erat ann. MCCCCLV.

[e] Mertonenſis, Mſ. Lel. Trin. In Lelando paſſim *Maridunenſes* pro *Mertonenſes* uſurpatur; ſed improprie. Maridunum (ſecundum Camdenum in *Britannia*) eſt *Caermarthen*, et populi iſtius comitatus rectius dicerentur *Maridunenſes*. [f] Pariſiis vult Waraeus. [g] Whartonus illum inter Minoritas Novocaſtrenſes nomen dediſſe, antequam Oxoniam adiiſſet, tradit. [h] *Commentarios in ſentent. quos a loco ſtudiorum Oxonienſes appellabat*, addit Mſ. Lel. Trin. [i] Oxoniae valedixit, et Lutetiam contendit circa A. D. MCCCIV, et tandem in capitulo generali Toloſae an. MCCCVII creatus eſt regens ſcholarum theologicarum in acad. Pariſienſi. Quo primum tempore inauditum antea in eccleſia dogma de immaculata B. virginis conceptione propalare coepit, idque ſolenni habita diſputatione, 200 ordine prolatis argumentis, demonſtratum ivit. Wharton. [k] Pariſiana, Mſ. Lel. Trin. [l] Extant. JOANNIS DUNS Scoti, doctoris ſubtilis, ordinis Minorum, opera omnia collecta, et notis illuſtrata a P. P. Hibernis, collegii Romani D. Iſidori profeſſoribus, juſſu et auſpiciis F. R. F. Joannis Baptiſtae a Campanea, miniſtri generalis, xii tomis in fol. Lugdun. MDCXXXIX. Tom. i. *Vita Scoti* a Fr. Luca Waddingo conſcripta, p. 1. *Teſtimonia* clarorum virorum de Scoti operibus, p. 35. *Grammatica ſpeculativa*, ſive *de modis ſignificandi*, lib. i. cap. 54. Pr. "Quoniam quidem intelligere eſt ſcire." Venet. MCCCCXCIX. Pariſ. MDCV. Praef. Wadd. Venet. MDXII. f. Hoc quidam Alberto de Saxonia falſo aſcribunt. Wadding. *Quaeſtiones ſuper univerſalia*, lib. i. quaeſt. 36. "Quaeritur utrum logica ſit ſcientia." Ita incipit Mſ. Bodl. NE. E. 19. "Circa logicalia diligenter intendens." Mſ. in bibl. publ. Oxon. Muſ. 67. Extant Venet. MDXII. *Quaeſtiones in praedicamenta*, lib. i. qu. 44. "Utrum liber praedicamentorum ſit." Mſ. Oxon. in colleg. Novo 113. et Mſ. Merton. N. 5. 5. Art. Venet. MDXII. f. *Quaeſtiones in libros perihermenias*, lib. iii. I. habet capita 13. ii. 9. iii. 8. "Circa ſubjectum hujus libri notandum, "quod Boetius." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 67. (in duos libr.) Mert. P. iv. 11. Art. Venet. MDXII. f. *Quaeſtiones in libros elenchorum*, lib. i. qu. 56. "Utrum logica procedat ex communibus?" Mſ. Merton. P. iv. 11. Art. Elenchi ſeorſum impreſſi . . . . . . MCCCCXCIII . . . . Quatuor priores libri extant ſeorſum Venet. MDXII f. *Quaeſtiones in libros priorum*, lib. ii. (i. habet capita 37. ii. 8.) "Utrum de ſyllogiſmo ſimpliciter." Venet. MDIV. 4to. ibid. MDXII. f. *Quaeſtiones in libros poſteriorum*, lib. ii. (i. 47. ii. 13.) "Scire autem opinamur unumquodque." Duo poſter. libr. extant Venet. MDXCVII. fol. MDXII. f. Conſule librum cui titulus, *Quaeſtiones in logicam*, Venet. MDC. 8vo. Tom. ii. *Quaeſtiones in libros phyſicorum*, lib. viii. (i. 24. ii. 15. iii. 10. iv. 18. v. 7. vi. 10. vii. 7. viii. 9.) Pr. "An de rebus naturalibus ſit, etc. Arguitur "quod non." Venet. MDIV. 4to. et MDXCVII. Agr. Col. MDCXVIII. 4to. Has ſuppoſititias eſſe multa ſuadent Waddingum, cujus praef. videſis. *Quaeſtiones in libros de anima.* (Imperf. qu. 23.) Pr. "Utrum ſenſus tactus ſit "unus." Mſ. Bodl. Digb. 44. Mſ. Oxon. Oriel. 35. Super ſecundum et tertium de anima Mſ. Oxon. in bibl. Baliol. cxvii. Langb. et Mſ. Magdal. 80. et Mſ. C. C. C. 227. Mſ. Cantab. coll. Petri 44. 3. Tom. iii. *Quaeſtiones de rerum principio*, num. 26. "Utrum ſit dare unum pri"mum." *De primo principio*, lib. i. cap. 4. "Domine "Deus noſter, Moyſi ſervo." Mſ. in bibl. collegii Novi Oxon. 235. et Mſ. Mert. N. v. 10. vii. 10. Mſ. Cantabr. bibl. publ. 47. I. Extat Venet. MCCCCXCVII. fol. ibid. MCCCCXCIX. 4to. *Theoremata*, num. 23. "Intellectionem "intelligibile natura." Extant Venet. MCCCCXCVII. fol. *Collationes, ſive diſputationes*, num. xxxix. "Utrum tanta "ſit una prudentia." Mſ. principio mutil. Merton. N. v. 10. vii. 10. *De cognitione Dei*, qu. vi. "Utrum de Deo "poteſt haberi cognitio." Habetur imperf. in princ. et fine. Pr. "Quia ſumma nobis cognitio eſt," Mſ. Merton.

De cognitione Dei. Conciones. Commentarii in evangelia et Paulum. Obiit [m] et sepultus est, si vera refert Trittemius, Coloniae apud Franciscanos. Ex *Lelando.*

ton. N. vii. 10. *Quaestiones miscellaneas de formalitatibus,* num. 7. "Utrum omne intrinsecum Deo." Venet. MDXIV. fol. Paris. MDLXXXIV. 8vo. Ad finem hujus tomi tertii habetur, quod ad finem tomi secundi annecti debet. *Meteorologicorum* lib. iv. (i. [qu.] 26. ii. 9. iii. 9. iv. 4.) "Utrum de impressionibus." Ms. Bodl. Digb. 37. 54. Ms. in colleg. Oriel. 26. 35. Magdal. 21. Baliol. D. 18. et 97. et Ms. C. C. Chr. Oxon. 227. Sed in his Mss. est tantum super tres libros comment. Ms. Langb. Qu. An hi Scoto an Simoni Tunstede debentur. Vide Waddingi praef. Tom. iv. *Expositio in Arist. metaphysica,* lib. xii. "Gyrum coeli circuivi sola." Extat cum notis Maur. a Portu Venet. MDI. f. ibid. MDV. f. Paris. MDXX. f. Hanc Dempsterus falso Antonio Andreae ascribit. Vide Cavelli praef. *Quaestiones in Arist. metaphysica,* lib. xii. (i. 10. ii. 6. iii. 1. iv. 15. v. 14. vi. 4. vii. 20. viii. 4. ix. 15. x. 21. xi. desiderantur xii. 29.) Pr. "Omnes homines "natura scire desiderant." Extant Venet. MCCCCXCVII. f. MDI.—ibid. MCCCCXCIX. 4to. Ms. Oxon. in coll. Baliol. M. 9. et P. 3. et Ms. Oriel. 35. et Ms. Cantab. coll. Petri. 58. In sex sequentibus tomis continentur Scoti *Commentarii Oxonienses in libros sententiarum, Scriptum Oxoniense,* sive *Opus Anglicanum,* sive *Opus majus, Ordinatio,* sive *Ordinarium* vocati. Ms. Oxon. in coll. Novo. 113. 114. 115. Et Ms. Merton. N. v. 5. 6. 7. 8. et Baliol. 3 vol. praegrand, E. 20. P. 4. N. 17. Ms. in bibl. publ. Cantab 63. 64. 77. et in coll. S. Petri. 135. et in coll. Caio Gonv. L. 47. 45. F. 35. L. 51. K. 2. Venet. MCCCCLXXVII. MCCCCXC. f. MDV. MDXIV. 3 vol. fol. MDXII. MDXCVII. f. Antwerp. MDCXX. 2 vol. fol. Nurenberg. MCCCCLXXXI. 2 vol. f. Tom. v. pars. i. et ii. *Distinctiones* xlviii. (quarum prior pars vii habet) *et quaestiones in libr.* i. *sententiarum.* Pr. "Circa prologum hujus primi libri sent. quae-"runtur quinque." Venet. MCCCCLXXVII. f. ibid. MDVI. fol. et MDCXII. fol. Et edit. per Damian. Gyner. fr. ord. Minor. Valentiae MDCXVIII. fol. In Ms. coll. Merton. N. v. 11. habentur *Quaestiones Joannis Duns in* i. *sentent.* Pr. "Utrum homini pro statu isto sit necessarium." Tom. vi. pars i. et ii. *Distinctiones* xliv, *et quaestiones libri secundi sententiarum.* . . . . . MCCCCLXXIV. f. Venet. MDVI. f. Tom. vii. pars i. et ii. *Quaestiones libri tertii sententiarum.* Tom. viii, ix, x. *Quaestiones in lib.* iv *sententiarum.* Ms. Merton. N. v. 11. Impress. Norimberg. MCCCCLXXXI. Tom. xi. pars i. et ii. *Reportata Parisiensia,* sive *Lectura Parisiensis in sententias,* lib. iv. "Utrum Deus sub propria "ratione Deitatis." Vide Waddingi praefationem. Ms. Oxon. in bibl. Baliol. vol. ii. B. 4. Et Ms. Lincoln. arch. Austr. 38. (2) (solum in iv *Sent.*) In Ms. Merton. N. v. 4. habentur *Lecturae Paris.* in primum lib.—in secundum. ibid. N. v. 6. — in tertium. ibid. N. v. 7. et 8. Extant Paris. MDXIX. (Forsan. MDXVIII.) f. Venet. MDXCVII. f. Paris. MDC. 8vo. Tom. xii. *Quaestiones quodlibetales* xxi. Pr. "Cunctae res difficiles, ait Solomon." Ms. bibl. reg. Westmon. 8. G. viii. 2. Ms. Oxon. in colleg. Merton. N. v. 10. vii. 10. Ms. Oxon. in colleg. Novo, et Magdal. 163. et 99. et bibl. coll. Univers. G. 17. Cantabrigiae in bibl. publ. 47. 2. 4. et coll. Caii. H. ii. Extant Venet. MCCCCLXXXI. 4to. Norimb. a Thomâ Penket castigatae, MCCCCLXXXI. 2 vol. f. Paris. MDXIX. f. Annectuntur huic tomo *Conciliationes locorum quotlibet aliis Scoti locis repugnantium.*—— Nec non Gu. Bartholucii *Solutiones contradictionum* 243 *in doctrina Scoti.* Habentur ibidem. *Quodlibeta, collationes, et epitomata* ; quae consulat qui velit. Alia ejus opera lucem nondum aspexerunt. Cave. Scripsit autem praeterea, juxta Bal. et Pits. *De perfectione statuum,* lib. i. "Status praelatorum praesupponit." Ms. Merton. N. v. 10. Cantab. in bibl. coll. Corp. Chr. Misc. S. 77. *Sermones de tempore,* lib. i. "Erunt signa, etc. In hoc "evang." *Sermones de sanctis,* lib. i. *Lecturam in Genesim,* lib. i. *Comment. in Evangelia,* lib. iv. Extat *Comment. in Matthaeum,* huic Joanni ascript. Pr. "Praesens "prologus in tres partes." In Ms. Bodl. Laud. H. 49. *In epistolas Pauli,* lib. plures. Bal. Pits. Ms. Lel. Trin. Add. Bal. memorat. *Tetragrammata quaedam,* lib. i. "Doctor "subtilis, nomen subtilia donant, quem vestis vilis, pes nudus, "chorda coronant." Extat Ms. in bibl. Baliol. 179. James. *Scotulus,* sive *Compilationes extractae de opere Scoti super libros sententiarum, in quibus continetur medulla scientiae praedicti doctoris.* Pr. "Circa prologum lib. *sententiarum,* quaeri-"tur, utrum homini pro statu." In Ms. Bodl. Laud. H. 74. est Joannis Scoti. Ms. Oxon. coll. Oriel. 70. Et Magd. 16. *Comment. in Apocalypsin.* Pr. pr. deest. Pr. lib. "Liber "iste principaliter in tres." Ms. Bodl. Laud. H. 49. In Ms. Norwic. More 820. habetur *Opusculum doctoris subtilis super aliquos canones Arzachel.* Pr. "Quoniam cujus-"cunque, etc. De canonibus Arzachel tractaturus." Extabant olim in *Catal. bibliopol. Lond.* xxiii. p. 61. *Jo. Duns Scoti Sermones festivales.* 8vo. *Philos. natural.* Ib. xxxvi. p. 12. In Ms. Bodl. NE. E. i. 9. et in Hyper. A. 67. dantur *Scoti quaestiones super Porphyrium.* Ms. Hyper. Bodl. A. 67. *J. D. Scotus de interpretatione.* De operibus Scoti consulas Waddingi editionem Lugdun. MDCXXXIX. fol. xii. tom. Wharton. loco ut infra. Pits. etc. et Cavelli prologomena ad edit. Antw. MDCXX. fol. 2. vol. Plurima olim imprimenda curaverunt Angli Franciscani Patav. MCCCCLXXIV. Cave. [m] Anno MCCCVIII Scotus a Gondisalvo, Minoritarum generali, Coloniam se transferre jussus, Lutetia discessit, et ab universa civitate Coloniensi obviam procedenti solenni pompa receptus est. In conventu autem Franciscanorum brevi post apoplexia correptus, et festinato nimis, ut volunt, funere elatus, obiit eodem anno, die 8 Novemb. aetatis suae 43. seu, ut alii habent, 34. Epitaphia ejus vide in Pits. p. 393. War. p. 65. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 86. Blunt p. 294. Dempst. iv. 421. Autor fuit sectae Realium sive Scotistarum contra Thomistas et Nominales D. Thomae et Bonaventurae sectatores. Wharton. Vide Math. Veglensis *Orationem in laudem Scoti.* Paris. MDCXXX. Angeli de S. Francisco *Apologiam pro Scoto Anglo,* qua ostenditur eum fuisse Anglum, in defensione Pidei contra Colganum. Duaci, MDCLVI. 8vo. *Apologia apologiae pro Johanne Duns Scoto* (Hibern.) per Hug. Magnesium Hibernum ordinis Minorum. Paris. MDCXXIII. 8vo. Vide Jo. Colgani *tractatum de vita, patria, scriptis Joh. D. Scoti,* Antw. MDCLV. Et Lucae Waddingi *Vitam Joh. D. Scoti,* Montibus, MDCXLIV. 8vo. Consule Mich. Hoyeri, ordinis Erem. S. August. *Orationem encomiasticam de vita et sanctitate, etc. Johannis Scoti.* Duaci, MDCLVI. 12mo. *Animadversiones et scholia in apologiam* contra Bzovium de vita et morte Joh. Duns Scoti. Colon. MDCXXII. Oct. Vide plura etiam apud Bal. iv. 82. xiv. 53. Pits. p. 390. seqq. Whart. *App.* ad Cave. *Hist. lit.* p. 2, 3. Ware. p. 63. seqq. Blunt. p. 294. Dempst. *Hist. eccl. Scot.* iv. 421.

DUNSTABLE [JOHANNES] Extant *Latitudines et longitudines aliquot urbium secundum aliam antiquam scripturam de manu Johannis Dunstaple,* Ms. bibl. Bodl. Laud. B. 23. Joh. Dunstable astronomiae et musices magister obiit MCCCCLIII, et sepultus est in ecclesia S. Stephani Walbroke, Stow. p. 245. Epitaphium Joh. Dunstable, mathematici, musici, et astrologi insignis a Joh. Whethamsted factum habetur apud Weaver, *Funer. Monum.* p. 577. Vid. Fuller's *Worthies,* p. 116.

DUNSTABLE [ROBERTUS de] monachus S. Albani ; poëta haud contemnendus : Scripsit ad rogatum . . . Willelmi . . . qui vitam S. Albani prosa scripsit, et cujus mortem deflet ad finem libri primi, *Vitam S. Albani,* versibus elegiacis, lib. ii. quorum singulus continet versus 1360. Pr. pr. "Albani celebrem coelo terrisque triumphum, Ruminat inculto carmine Clio rudis." Pr. lib. "Pieridum ludis claustri laxare rigorem." Ms. bibl. Cotton. Julius, D. iii. 2. et Claudius, E. iv. *Versus de creatione hominis, de paradiso, aliisque sacris argumentis,* Ms. Cotton. Julius, D. iii. 3. In libro i. *Vitae* S. Albani est sermo S. Amphibali ad Albanum, in quo breviter tangit haec argumenta, et omnes fere historias Veteris et Novi Testamenti. Pr. "Angelicos coetus "mundo."

"mundo." In eodem Ms. Cotton. Julius, D. iii sunt eadem manu scripta sequentia *Carmen de motu peccandi*. Pr. pr. "Quasi corvus crocito, dum canunt olores." *Carmen de miseria hominis*. Pr. "Ad breve momentum genitrix." *Descriptio loci amoeni*, carmine. Pr. "Est nemus unde "loquar." *De mensibus anni*, carm. . . . *De virtutibus imitandis, et earum distinctionibus*, carm. Pr. pr. "Hic exempla satis, vobis scribam novitatis." *Vita B. Thomae Cant. archiep.* Pr. "Mens in parte cupit mea Thomae scribere vitam." *Epigrammata varia sacri argumenti.* (1) De cupiditate Adae. Pr. "Vicit Adam veterem gula." An haec omnia Robertum nostrum agnoscant autorem dubium est; quia in *Vita S. Albani* sunt rhythmi, in sequentibus autem omnes rhythmici sunt versus. Claruit A. MCL. Smith. p. 8. b. in *Catalogo* bibl. Cotton.

DUNSTANUS, cujus vitam [a] Osburnus, Durovernensis monachus, cura non exigua posteritati, edito libello [b], commendavit. Sed ejus ita evicit industriam omnem Gulielmus a Maildulphi-curia, duobus de eadem materia libellis in publicum emissis, ut longo illius post se cum industriam, tum eloquentiam intervallo reliquerit. Nos igitur, quoniam opus tam praeclarum apud paucissimos manu scriptum extat, carptim et veluti in transcursu, Meildunensem secuti, brevissime ejus vitam indicabimus. Dunstanus [c], nobilis Herstani et Chinedrithae filius, adolescentulus linguarum cognitioni operam dedit strenuam. Maturior vero annis factus, ab Aelphego Calvo, postea [d] Simenorum episcopo, ejus consanguineo, et aliquando monacho Glessoburgensi, sacris Ventae Simenorum initiatus est. Deinde Ethelmum [e] patruum suum, ex episcopo Fontano archiepiscopum Cantiorum factum, invisit: cujus opera cognitissimus Ethelstano tandem fuit. Non aeque hunc tulit successum tantum invidia; et, instillato in aures nobilium veneno, effecit subito, ut, averso principe, exularet aula. Tum ille Ventam rursus se contulit; ac ibi presbyter consecratus, consilio Ealphegi monasticam vitam Glessoburgi professus est. At tempus hoc vulnus persanavit; et ille, solida Eadmundi * beatus gratia, fit abba Glessoburgensis coenobii, quod insigniter et reparavit et auxit. Nec longo post tempore, mortuo Ethelgaro, episcopo Cridiodunensi, Eadredus rex eum illi honorem obtulit; sed oblatum modeste recusavit, Alfuoldo dignitatem adoptans. Mortuo Eadredo, Eadwinus rex monachomastix successit, quo regnante, Dunstanus, malitia Ealgivae pellicis, exulabat apud Earnulphum, Flandriae comitem. At postquam is diem obiisset, reversus est; et in synodo Bradefordensi, a morte Cenewaldi, Wicciorum episcopi, in antistitem [f] electus est. Sequentibus quoque annis fit episcopus [g] Londinensis; ac Odone a terris ad coelum translato, fit archiepiscopus, favente Eadgaro rege, Cantiorum [h]: quo tempore et Romam petiit, et feliciter ad suos, confecto itinere, reversus est. Omitto dicere de singulari gratia, qua illum Eadgarus, supra quam cuiquam credibile, prosecutus est: non tamen temere omissurus ea, quae Meildunensis libro primo de ejus eruditione, ad nostrum praesens maxime institutum pertinente, candide refert: "Horum ergo disciplinatu (Hibernos et Anglos Glessoburgum frequentantes intelligit) Sacram Scripturam medullitus ad extremam satietatem exhausit. Saecularium literarum quiddam negligendum, nonnihil etiam appetendum putavit [i]. Poëtarum siquidem scripta duntaxat, quae fabulas strepunt et artes, quae citra utilitatem animae armant eloquium, transeunter audivit. Arithmeticam porro cum geometria et astronomia, ac musica, quae appendent, gratanter addidicit, et diligenter excoluit: et quippe in illis et magna exercitatio scientiae, et veritatis integra castitas, et mirabilium Dei non vana consideratio. Harum scientiam Hibernienses pro magno pollicentur; caeterum ad formanda Latine verba, et ad integre loquendum minus idonei. Quapropter cum caeterarum, tum maxime musices dulcedine captus instrumenta ejus tum ipse exercere, tum ab aliis exerceri dulce habere: ipse citharam, si quando a literis vacaret, sumere; ipse dulci strepitu resonantia fila quatere." Et libro de ejus *Vita* secun-"do

[a] Extat apud Whart. *Angl. Sacr.* vol. ii. p. 88.

[b] Vide postea Osburni vitam. Adalardus et Saxonicus quidam sacerdos (quem Bridferthum fuisse conjicit Mabillonius) Dunstani vitam conscripserunt. De illo qui plura vellet, adeat *Acta sanctorum Antwerpensia* tom. iv. et Mabillonii *Acta Benedictinorum*, *saec.* v.

[c] In pago Somersettensi natus, Godw. M. Glaston. Joh. Glaston. Ms. Bever.

[d] Ventae Simenorum, legit Ms. Lel. Trin.

[e] Rectius Wlfelmum.

* Regis addit Ms. Trin.

[f] A. D. DCCCCLVIII. juxta *Annal. Wigorn.* Tho. Rudborn. (*Hist. major.*) ait Edgarum S. Dunstano contulisse praesulatum ecclesiae Wintoniensis (pro Wigorn.)

[g] Administrationem sedis Lond. vacantis ab Eadgaro rege accepit anno DCCCCLVIII. Whart. *Lond. episc.* 31. Non relinquens Wigorniensem ecclesiam, sed utrique praesidens, et utramque ecclesiam iste rexit. Ita Birchingtonus.

[h] Archiepiscopus factus anno DCCCCLX. Scripta, *Benedictionarium archiepiscopale* ad Alphiraldum (Bal. Add. Lel. Ms. Trin) lib. i. "Dunstanus misericordia Dei." *In regulam S. Benedicti*, tract. parv. Extat in Belgio in 8vo. Pits. p. 179. *Ordinationes cleri*, lib. i. *De occulta philosophia*, lib. i. In bibl. C. C. C. Oxon. 128. est Br. Twyni apograph. *Dunstani archiepiscopi de lapide philosophorum.* Extat in medio *Clavis aureae portae* Geo. Riploeii inter opera ejus p. 240. edita per Combachium Cassell. MDCXLIX. 12mo. Pr. "Maxime intelligendum est." *Leges decimarum*, lib. i. *Contra sacerdotes malos ad papam*, lib. i. *Solutiones dubiorum eucharistiae*, lib. i. *Epistolae ad diversos*, lib. i. *Epistolarum contra Edwinum*, lib. i. Pits. l. c. *Regula vitae monasticae*, lib. i. Bal. ii. 38. Pits. l. c. Suspicor librum hunc ultimum eundem esse eum *Concordia regularum*, quae sub ejus nomine extat in tertia parte Cl. Reyneri *De antiquitate ord. Benedict. in Anglia*, p. 77. Ms. bibl. Bodl. NE D. 2. 19. est codex antiquissimus, in cujus fronte habetur pictura Christi, et Dunstani ad pedes ejus provoluti. Pictura autem [ut antiqua nota indicat] et scriptura hujus paginae est de propria manu ipsius Dunstani. Rotulus ex ore Dunstani haec literis Saxonicis continet:

Dunstanum memet clemens rogo, Christe, tuere,
Tenarias me non sinas sorbisse procellas.

[i] Joh. Glastoniensis, cap. 161. haec habet de Dunstano, dum monachus esset Glaston. "Currebat per tabulam stylus, per paginam calamus; sumebat pencellum, ut pingeret, scalpellum, ut sculperet: nam in Glaston. ut nobis traditum, de opere ejus manuali, cruces, turribula, casulae, aliaque quoque vestimenta, quae adhuc ob ejus honorem condigno reservantur honore." De duabus campanis, quas propriis manibus B. Dunstanus fecisse perhibetur, *Monast. Angl.* i. 104. Carta Eadredi R. coenobio Raculfensi,

do sic loquitur: "Doctrinam multam, sicut ante dictum est, per Dei gratiam hauserat: quia in "eo cum strenuitate studii praecellebat vivacitas ingenii. Doctrinae porro res duae adminicula-"bantur: eloquentia elimata, sed illaborata; dictorumque executio prompta et integra."[k] Ex *Lelando*.

Raculfensi, quam Dunstanus propria manu scripsit, extat Ms. in bibl. Cott. Aug. ii. 52. et *Monast. Angl.* i. 86.

[k] Obiit Dunstanus 19 Maii, DCCCCLXXXVIII. Cave. p. 584. Et 14 cal. Jun. omnes apud Whart. *A. S.* 102. praeter ineptam et fabulosam illam (ita Wharton.) historiam translationis ejus in coenob. Glaston. quod inter *Acta Benedictinorum*, saec. v. p. 713. Cl. Mabillonius evulgavit, quae eum cal. Augusti obiisse refert. *Sermo de maxima laude S. Dunstani archiepiscopi.* Pr. "Beatissimus Dei "praesul;" extat in Ms. coll. C. C. Cantabr. A. 2.

DUNVALLO MOLMUTIUS, Clotenis reguli Coriniae filius, longa, juxta ac luculenta oratione a me illustrandus esset, nisi Galfridus Monumetensis primo *Historiae Brit.* libro ejus genus, facta, denique totam vitam posteritati cura, quanta potuit interpres, maxima commendavisset. Quare nullam mihi ex alieno labore gratiam comparabo; tantum hoc cum bona venia peto, ut mihi liceat ex multis unum aut alterum, sed nobile, virtutis exemplum seligere, quod pulchre instituto respondeat meo. Itaque Molmutium ab eruditione laudabo. Is etenim, praeterquam quod adolescens in literis profecerit, accepto patris regno, quod brevi per omnes Britanniae fines dilatavit, ita studiis indulsit, ut nullo alio magis nomine gloriam sibi comparaverit aeternam. Cujus rei vel hoc manifestissimum indicium esse potest, quod cum videret rempublicam sine bonis legibus salvam esse non posse, animum ad scribendum appulerit. Neque tamen hoc fecit, quod Britanni ante suum imperium sine ullis prorsus legibus vixissent; sed quia *alia tempora et alii mores alias sanctiones* desiderabant. O quanta in principe virtus, publicam utilitatem laboris sui unicum scopum facere! Quam ego nunc vellem, ut omnes reges ex hujusmodi Britanno exemplum caperent! Nobilitas vero, populusque Britannicus, audita honestissimi operis, quod prae manibus habebat, fama, magna quidem expectare. Quam expectationem adeo non fefellit princeps optimus, ut multis merito modis, edito sanctissimarum *Legum* pernecessario *volumine*, auxerit. Porro si quis, nunc quaeret, quis novi operis fructus fuerit, dicam. Ex optimis legibus optimi mores nati sunt: rursus, ex optimis moribus quies, pacis alumna, nata est: denique, ex quiete rerum omnium, quas sol videt, longe optima opulentia orta. Non potuit igitur tantarum autor commoditatum justa gloria carere. Justa autem gloria immortalitas erat, quae ne hac quidem nostra aetate, si quis penitius rem inspiciat, obscura est. Sed ut id manifestius fiat, ab ovo facti gloriam repetamus. Britanni acceptas leges, quod nunquam antea privato aliquo nomine fecerunt, *Molmutianas*, vocabulo a conditore sumpto, appellaverunt. Mansitque hujus appellationis gloria integra, quamdiu insulae imperium penes indigenas stetit; truncata vero per Saxonum victorias bona imperii parte, *Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.* Revera *Molmutianae leges*, quas Gildas, declinante insulae fortuna, Latinitate donavit, non modo apud Cambros, indigenarum reliquias, usque ad Nortomannorum in Britanniam adventum in pretio fuere, verum etiam longo post tempore; donec Eadveardus, cognomento Longus, totam late Cambriam victor possideret. At ne sic quidem Molmutianarum legum extinctus honos: nam et Saxones, et qui in regno secuti sunt Nortomanni, Molmutii operam non contempserunt. Inter Saxones exemplo esse possunt Ethelbertus magnus, Cantiorum rex, Ina et Alfridus, Visi-Saxonum reges, ac Eadveardus ejus appellationis inter Saxones tertius; qui cum leges in reipublicae usum sancirent, Molmutiana decreta, utpote antiquissima, simul et necessaria, per Latinum interpretem in consilium vocabant; demumque ea, quae in sui saeculi usus accommoda esse judicabant, una cum aliis novis Saxonibus religiose observanda praescripserunt. Praecipue tamen elucebat in hac parte diligentia Alfredi nunquam satis laudata, qui non contentus tantum multa ex Molmutio in suum de *Legibus* librum transferre, sapientissimi principis sanctiones omnes, ne per vim temporis aliquando deperirent, in linguam Saxonicam vertebat. Quantum vero ad Nortomannos pertinet, qui nec Britannicas, nec Saxonicas leges libenter admittebant; in rebus adversis tantum non coacti sunt veteres leges, id est, Saxonicas, cum Britannicis mixtas, in usum, pondus, et autoritatem, dempta aliquid de tyrannide, vel, ut mitius loquar, severitate suarum sanctionum, revocare. Quo pacto factum est, ut vel hodie pars aliqua Molmutianarum institutionum inter forenses, quamvis id quidem ignorent, legatur. Haec ego, ne Molmutii gloria per scriptorum incuriam aliquando marcesat. Quanquam aliud est, si vera sunt, quae ab autoribus referuntur, quod aeque, forsitan et magis, Dunvallonis gloriam aeternitati consecraret. Nam quatuor vias illas publicas, quae per totam Britanniam hinc illinc extensae, ad celebria loca, utpote oppida et civitates, ducebant, plaustris equitibusque partim ingesta arena, partim etiam stratis lapidibus commodissimas fecit. Fuit certe opus illud, si quod unquam in Britannia, regium, et undecunque magnificum. Ideoque locus ipse quodammodo poscit, ut aliquid de tantae rei magnificentia dicerem. Sed quoniam de his stratis frequens est apud nostrarum rerum scriptores mentio, malo in praesentia tacere, quam pauca loqui. Aderit tempus aliud, quando nostra in hac parte opera non desiderabitur. Interea aliquam lectori dabit lucem Ranulphus Higedenus, Castrensis, antiquarum rerum, ut illa ferebant saecula, non imperitus. Sint haec satis de Molmutio legifero: nam Martia regina legifera et ipsa instat, petitque non tam proximum locum, quam aequalem, licet foemina, cum viro honorem. Ex *Lelando*.

DURAEUS [JOHANNES] (Dempfter 236.) Scotus, Dunfermelingae natus, filius abbatis ibidem. Parifiis in collegio Claromontano, et Lovaniae educatus. Thin, *De fcript. Scot.* 463. Scripfit, *Confutationem refponfionis G. Whitakeri ad* x *rationes, quibus fretus Ed. Campianus certamen miniftris ecclefiae Anglicanae obtulit in caufa fidei*, lib. i. Pr. " Academiis Oxon. et Canta-" brig. Perlatus eft non ita pridem." Ingolftadii. . . Parif. MDLXXXII. 8vo. Praeter hanc *Confutationem* Hatton. Mf. alius meminit libri. *Pro Campiano adverfus Whitakerum*, Parif. MDLXXXI. 8vo. Meminit etiam L. Humfredus in *Jefuitifmi* parte 2. *Epiftolae ejus ad acad. de faevitia proteftantium.* (Quaere tamen annon fit praefixa *Confutationi*, etc.) Obiit in Germania anno MDLXXXVII. Dempfter. iv. 429. Quidam Joh. Durius Scoticanae ecclefiae reformatae paftor erat A. MDLXXVII. Fr. Thin. *Hift. Scot.* p. 429.

DURDENS [GUALTERUS] a Theobaldo archiepifcopo Cantuar. prior Cantuariae factus A. D. MCXLIII inde A. MCXLIX. epifcopus Coventrenfis factus. Huic et fucceffioribus epifcopis rex Stephanus dedit poteftatem cudendae monetae. Wharton. *A. S.* vol. i. 446. Qui obiit 7 Dec. MCLXI, et Coventriae tumulatus jacet. Whart. l. c. p. 137. 434. In *Monaftici Anglicani* vol. iii. p. 223. mentio fit cujufdam Walteri Duredent cantoris ecclefiae Lichfeld.

DURIDENTIS [GUALTERUS] theologus infignis. Scripfit Latine *In evangelium Lucae commentar.* lib. i. " Plures fuiffe qui evangelia." Hoc opus vidit Baleus apud Reynerum Wolphium. Tempus, quo claruit, ignotum. Bal. xii. 27. Pitf. *Append.* 847.

S. DUTHACUS, epifcopus Scotus, fcripfiffe fertur, *Meditationes folitarias*, lib. i. *De vanitate philofophorum*, lib. i. *De Dei nominibus ex S. Dionifio*, lib. i. Claruit anno MCCXLIX, feu, ut alii volunt, anno DCCCVII. Reliquiae ejus affervantur in Thana oppido Roffeae, ubi feftum ejus agitur 8 Martii. Dempfter. iv. 378.

DUTTODUNUS [HUGO [a]] five DUTTON a Leandro Alberto, Bononienfi, libro quarto *De illuftribus viris Praedicatorii ordinis*, Richardo [b] Clapoelo focius focio adjungitur his verbis: " Hugo de Ductona, Anglicus, theologiae doctor, vir literatura praeditus; qui aliquando magna " cum laude Angliae rexerat provinciam." [c] Ex *Lelando.*

[a] Hugo Duttonus, vel potius Ditton, ita Mf. Lel. Trin. Hugo de Ditton five Dutton in comit. Cantabrigienfi natus. Bale. Pitf. Oxoniae educatus, et ibidem in fcholis fui ordinis praelector publicus. A. Wood, *Hift. et Antiq. Oxon.* i. 65.

[b] Knapwello (quem Clapoelum cognominant) ita Mf. Lel. Trin.

[c] Scripfit, *Scholaftica certamina*, lib. i. *Lecturas theologiae*, lib. i. *Conciones capitulares*, lib. i. Bale. Pitf. *Sermones de fanctis*, lib. i. Pitf. Claruit anno MCCCXL. Bal. v. 54. Pitf. p. 446. " Vixerat ifte anno " a Servatoris nativitate MCCCXL, ut claret ex epiftolis " ad fanum S. Albani." Addit. Bal. Mf. Trin.

S. DWINA five DIUMA, Scotus, ab Ofwio Merciorum rege factus epifcopus Lichfeldiae primus anno DCLVI a S. Finano ordinatus. Scripfit *Laudes Ofwii regis*, lib. i. *Monitorium ad gentiles*, lib. i. Obiit Feppingae anno DCLVIII. Colitur 22 Febr. Dempfter. iv. 381. Godw. i. p. 363. Whart. *A. S.* vol. i. 424.

DYER [JACOBUS] filius Ricardi, apud Wymaultonum in agro Somerfetenfi in lucem editus; in academia Oxon. educatus inter commenfales aulae Lateportenfis; hinc ad Medium Templum fe contulit, ubi unus fervientium dom. reginae ad legem 19 Octob. MDLIII. Rymer. *Foeder.* xv. 351. et per varios honoris gradus ad dignitatem equitis aurati, et capitalis Placitorum Communium juftitiarii afcendit, ineunte regno Elizabethae. Juris municipalis fcientiffimus fcripfit, *Reports; or a collection of cafes with divers refolutions and judgments given upon folemn arguments, etc. and the reafons and caufes of the faid refolutions and judgments in the reigns of K. Henry* viii. *Edward* vi. *Philipp and Mary, and queen Elizabeth.* Pr. " En dette fur obligation." Lond. MDCI. MDCXXI. etc. fol. *Table al livres des reportes de J. Dyer par* T. A. Lond. MDC. 8vo. *Novel cafes.* Lond. MDCI. fol. *Un abridgement des reports de Mounfieur J. Dyer.* Lond. MDCII. 8vo. *A reading upon the ftatute of* 32 Henr. viii. cap. 1. *of Wills :* and upon the 34 et 35 Henr. viii. c. 5. *for the explanation of the ftatute*, Lond. MDCXLVIII. 4to. *Epiftolam* Anglice *ad M. Parkerum.* Mf. Mifcell. coll. Corp. Chr. Cantabr. i. 341. *His reports abridged in Englifh by Sir Tho. Ireland.* Lond. MDCLI. 8vo. Obiit fenex apud Stowton in com. Huntingdon. 24 Martii A. MDLXXXI, et fepultus in ecclefia parochiali ibidem. *Athen. Oxon.* i. 210. feq.

[a] DYMMOCHUS [ROGERUS] [b] vir exacti judicii non modo in rebus, quae philofophos fpectant, verum etiam in ipfis theologiae myfteriis, quae ad fidem pertinent, multos annos in Ifidis Vado non fine gloria exegit; e quibus ille fuit maxime celebris, quo publico academiae fuffragio pugil invictiffimus defignatus eft, qui Wicoclivi fectatores, in deos inftar gigantum tela exercentes, debellaret. Erant adverfarii omni armorum genere inftructiffimi: tum praeterea ad dandos ictus tam expediti, et ad vitandos rurfus tam cauti, ut cuivis viro, quantumvis forti et in proeliis non leviter exercitato, juftum timorem incuterent. Tantum abfuit tamen, ut degeneri animo pugnam detrectaret, ut poftea ter maximis ufus viribus, claram de inimicis victoriam reportaverit. Id vero qui fciam, fi me nunc roges, candide lector, non pigebit, quoniam memoria dignum eft, referre. Cum aliquot abhinc annis effem Gleffoburgi Somurotrigum, Fontanetum divertebam, ut aliquid penitioris antiquitatis eruerem. Intravi igitur bibliothecam, quae ab epi-

[a] Rogerus Dymmock (Bale) Dimoccus Pitf.

[b] *Dominicanus* addit Mf. Lel. Trin. ordinis S. Dominici frater. Bale. Pitf. S. theol. profeffor, Mf. Cotton. Otho. C. xvi.

fcopis

I

scopis et canonicis ejusdem urbis non parvo librorum numero olim magnificentissime perornata fuit, ubi immensos venerandae antiquitatis thesauros inveni: nempe Eucherii librum *De interpretationibus nominum Hebraicorum*; Proterium Alexandrinum *De quaestione Paschali*, librum *Hermeneuticon* incerto autore, Rabanum *De naturis rerum*, Isidori etiam librum non indoctum eodem titulo, ut alios multos brevitatis studio omittam. Sed et ibidem recentioris memoriae autores celebres quidem reperi; inter quos enituit Dymmochus, qui edito libro pugnae, quam contra Wicoclivum prospere gessit, modum et rationes [c] omnes Richardo secundo, Anglorum monarchae, declaravit. Haec sola habui, quae scriberem de victoria Dymmochi [d]: quare nunc stylus alio vertendus. Ex *Lelando*.

[c] Rogerus Dymmock, ordinis praedictionis *Adversus haereses et errores Lollardorum, Ricardo Anglorum rege*. Ms. olim inter libros Auct. Cecilii. *Rationes contra* xii *errores Wiclevi et Lollardorum* infixos patule in ostio aulae regalis Westmonast. parliamento regio plenissime tunc collecto lib. xii. Pr. ep. " Gloriosissimo et metuendissimo. Excellentissime domine, cum secundum Lincoln." Pr. pr. " Progenies viperarum quis" . . . . Ms. olim Cantabr. in bibl publ. et Ms. Cotton. Otho. C. xvi. [d] Scripsit etiam *Ordinarias quaestiones*, lib. i. Claruit anno MCCCXC. Bal. vii. 9. Pits. p. 546.

DYNANT [GILBERTUS] Frater ordinis Carmelitarum. Oxoniensis S. theol. magister. Scripsit *Tabulam in . . . Parisiensem super universo corporali*. Pr. " Adhaerere quod." Ms. Bal. Sloan. 4to. f. 208.

DYVI [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MCCCCXC. Lhuyd. Davis.

E A D

EADFRIDUS sive EGFIRTH, monachus in coenobio Lindisfarnensi sub S. Cuthberto educatus, et circa A. DCXCVIII episcopus Lindisfarnensis loco Eadberti subrogatus est. Transtulit ex lingua Latina in Anglo-Saxonicam *Plures Bibliorum libros*. His fidem facit *Epistola* S. Aldhelmi ad eum a clar. Whartono (Usser. *Hist. dogm. auct.* 351.) edita, qua illum multis obsecrat, ut divina eloquia in communem omnium usum vernacula lingua explicaret. Hujus *Saxonica Evangelistarum* editio, jam in manibus Rob. Bowyer Angli habetur, Usser. *Hist. dogm.* p. 105. Ast Whartonus in Usserii *Auctar.* ait, quod haec *Evangeliorum* versio non Eadfrido, sed Aldredo debetur. Turgotus lib. ii. c. 12. refert eum, dum monachus erat Lindisfarnensis, in usum S. Cuthberti scripsisse pulcherrimum *Evangeliorum codicem*, quem postea auro gemmisque ornavit successor ejus Ethelwoldus; Bilfridus anachoreta depinxit; et Aldredus presbyter versione interlineari Saxonica auxit. Extat hodiernum idem ipse codex in bibl. Cotton asservatus, Whart. *A. S.* vol. i. 695. 696. Obiit anno DCCXXI. Wharton. l. c.

EADMERUS [a] monasticam vitam ab ipsis adolescentiae annis Doroverni Cantiorum in coenobio Servatoris professus, magnum castae religionis et non contemnendae doctrinae posteris exemplum reliquit. Nos igitur quo clarius virtus hominis eluceat, vitam ejus paucis perstringemus. Primum orbi innotuit per Anshelmum, qui ex abbate Beccensi a Gulielmo Rufo archiepiscopus Cantiorum, persuadente Hugone comite Castrensi, factus est. Hic Cantium civitatem nobilem veniens, et monachorum cum ingenia, tum virtutes judicio quodam perpendens, solum ex tanto numero Eadmerum delegit sibi comitem; futurum putans, ut suis rebus et ornamento et usui esset. Quae opinio adeo pontificem non fefellit, ut Eadmerus, orta gravissima contentione inter patronum suum et Gulielmum Rufum, ne latum quidem unguem ab illo recesserit, quantumcunque adversa fortuna presso. Neque hoc officii in Anglia tantum erga episcopum exhibuit, exulem secutus est Romam usque semel atque iterum: ubi cum correctorem vitae suae ab Urbano, praesule Romano, dari sibi postularet, statim provincia Eadmero data, quem archiepiscopus lubenter admisit, et illum magis magisque indies colere coepit, adeo ut fere nihil sine ejus consilio faceret. Quid, quod nec officia, quae vivo praestitit, mortuo patrono cessaverunt? mortui enim funus impendio curavit, corpusque balsamo Assyrio unxit, ut testis est Gulielmus Meildunensis in libro *De pontificibus Anglorum*. Successit Rodulphus, Roffensis episcopus, olim Sagiensis monasterii abbas, in locum archiepiscopi: qui postea Romam petens, Anshelmi judicium non male secutus,

[a] De Eadmero vide Seldeni praefationem *Historiae* ejus praemissam: Gul. Malmesbur. f. 63. b. 70. *De gest. pontif.* lib. i. et *De gestis regum*, l. 4. *Acta sanctor.* in 21 Apr. sub Anselmo. Erat (ut ait Malmsb. l. 4. *regum*) historicus sinceritate veritatis laudandus. Abunde ex Parisiensi constat, Eadmerum nostrum nunquam fuisse S. Albani abbatem, quod et Seldenus notavit; sed cur hujusce anachronismi reum perageret Lelandum, in causa est, quod Lelandum nunquam viderit. Sed Baleus in errorem hunc incidit. Fateor. Sed is Lelandum plerumque exscripsit. Non inficior. Hausit ab eo omnia praeter errores, quos jure potuit appellare suos. Tu vero mecum Seldenum, uti eximium hujus gentis decus mirari pergas; sed ne te interim induci sinas, ut Lelandi cum eo incuses incuriam, cum sic satis eum absolverit pagina.

Eadmerum

Eadmerum comitem aptiſſimum accepit; non modo propter rerum Romanarum experientiam, verum etiam linguae cognitionem. Jamque poſt aliquantulum temporis domum [b] regreſſus, hiſtoriam [c] ſcripſit rerum, quibus fere interfuit; exordium ſumens ab Eadgaro rege, et ita pauciſſimis verbis regum facta perſtringens, pervenit ad tempora Gulielmi Magni, quo Lanfranci, Cantiorum archiepiſcopi, res geſtas attingeret, et rectiſſimus aditus eſſet ad Anſelmi egregia facinora declaranda: in quibus exornandis, Deum immortalem! quantum ille olei et operae impendit, uſque adeo, ut ejus laudibus aliquot hiſtoriae ſuae libros impleverit. Rurſus his temporum, quibus Cantii epiſcopum deſiderabant, calamitates annexuit: nec ſilentio praetermiſit, quibus animis, gaudio, congratulatione Rodulphum archiepiſcopum deſignatum plebs et nobilitas acceperit. At nunc inter haec quiddam mihi in mentem venit, nempe Trittemium de Emondo, monacho Cantiano, Anſhelmi diſcipulo, mentionem facere: quem aſſerit de eiſdem rebus, quas Eadmerus tractat, ſcripſiſſe. A cujus in hac parte autoritate ego ita multum diſſentio, ut audacter adfirmare auſim, illum in nomine hallucinatum fuiſſe. Quare, relicto Emondo, ſive Edmundo Trittemiano, lectori ſignificabo, Eadmerum *Hiſtoriam* ſuam ſex libris conſummaſſe, quos ego in Hagmonenſi coenobio, quod uno aut eo amplius milliario a Salopia, nobili emporio, diſtat, inveni. Praeterea aliud, quod ſciam, nihil ab eo ſcriptum [d] hactenus aut vidi aut legi. Joannes tamen Severianus, alias Sareſbirienſis, in prologo ſuo, quem praefixit *Vitae Anſhelmi*, meminit duorum librorum, quod Eadmerus *De vita Anſhelmi* ſcripſit. Sed veriſimile eſt duos illos libros partem eſſe ſex librorum, quorum, ſupra mentionem feci. De ejus morte [e] nihil certe habeo, quod referam. Ex *Lelando.*

[b] Ad epiſcopat. Santandreanum in Scotia A. MCXX electus, ad Cantuariam rediit A. MCXXI. Whart. *A. S.* vol. ii. 12.

[c] De iis quae Ingulphi *Hiſtoriam* ſequuntur temporibus, ſolus poene eſt, quem requiras et conſulas, oculatus nempe teſtis, Eadmerus: ſermonis ſane nitori non infeliciter ſtuduit, ſed ita ut multo minus fidem in eo deſideres et judicium. Ab Anſelmi partibus ſtetit, ideoque regi Willelmo parum eſt infenſus; ſed utcunque ea res ſe habet, dignus certe eſt, quem terant indies ſacerdotes, legant laici. Publica fere verbatim exprimit munimenta; rebus, quas memoriae tradidit, ipſe idoneus teſtis interfuit; res in bello geſtas parce attingit, et percurrit ſtrictim; controverſias vero, quae inter reges et pontifices acriter tum fuerunt agitatae, eas nempe quae inveſtituras et jura regalia concernunt, nemo uſpiam diſertius aperuit aut recenſuit. Commentarios duos a Willelmo primo uſque ad obitum Radulphi archiepiſcopi pertexuit, eo interim animo, ut non tam temporum annales, quam litis ipſius inter Anſelmum et Gulielmum intentatae hiſtoriam deſignarit.

[d] Scripſit Eadmerus *Hiſtoriam novorum in Anglia*, lib. vi. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. G. 11. Extat Londini MDCXXIII cum notis doctiſſimis et *Spicilegio* J. Seldeni, fol. exinde recuſa eſt ad calcem Anſelmi operum Pariſ. MDCLXXV. *Opuſcula. Ex Anſelmi libris collectanea.* Reliqua Eadmeri opera extant in cod. coll. Corp. Chr. Cant. valde antiquo et elegantiſſime ſcripto [Mſ. 9—1] 4to. iſthoc ordine diſpoſita: *Verſus de S. Dunſtano.* Pr. "Salve, ſancta dies, celebri digniſſima "laude." *Ymnus de S. Edwardo rege et martyre.* Pr. "Ave, dies praefulgida." *Epiſtola Nicolai* (prioris Wigorn.) *ad Edmerum, utrum Eboracenſis eccleſia primatum ſuper Scotos habeat. Epiſtola alterius ad Edmerum de matre S. Edwardi. Quale ſit quod Glaſtonienſes dicant corpus S. Dunſtani ſe habere.* Hujus etiam ſecundum apographum habetur in bibl. Lambeth. Extat in Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 222. Princ. "Glorioſo conventui monachorum." *Vita S. Wilfridi, archiepiſcopi Eboracenſis.* Pr. "Britannia, "quam Angli victis." Mſ. in bibl. Cotton. Calig. A. viii. Extat apud Mabillon. *Saec. Bened.* iii. par. i. p. 196. *Vita S. Odonis, archiepiſcopi Cant.* Hanc Oſberni ſub nomine edidit Mabillonius, *Saec. Bened.* v. p. 283. Extat etiam Londini, MDCXCI. et in Cl. Whartoni *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 78. Pr. "Venerabilis Chriſti confeſſor." Mſ. in bibl. Cotton. Otho. A. xii. et in coll. Corp. Chr. Cantab. Mſ. 15—1. *Vita S. Dunſtani, archiepiſcopi Cant.* Pr. "Quia "Deum in ſanctis ſuis." Extat apud Wharton. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 211. apud Surium et alibi. *Liber de miraculis S. Dunſtani.* Pr. "Nonnulla, quae de vita B. Dunſtani." Extat cum priore in compendium redactus apud Surium ad diem 19 Maii. *Scriptum de ordinatione B. Gregorii.* Pr. "Ad gloriam B. patris Gregorii." *Vita et miracula S. Oſwaldi, archiepiſcopi Ebor.* [p. 214.] Pr. "Secundum "propoſitum gratia Dei." Mſ. bibl. Bodl. NE. F. vii. 2. Edidit Wharton. in *Angl. Sacr.* ii. 191. Extat etiam Londini MDCXCI. *Vita S. Bregwini, archiepiſcopi Cant.* [p. 281.] Princ. "Exordium propoſiti mei atque procur- "ſum." Habetur in Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 184. *Vita S. Anſelmi, archiepiſcopi Cantuar.* lib. ii. [p. 299.] Pr. pr. "Quoniam multas et anteceſſorum." Mſ. Cotton. Tib. D. iii. et in coll. C. C. Cantabr. D. xi. Extat in omnibus fere Anſelmi operum editionibus, et apud Surium die 21 Febr. Ubivis autem duo poſteriora capitula deſiderantur, quae ſupplentur in Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 181. *Liber de miraculis S. Anſelmi.* [pag. 379.] Pr. pr. "Quum vitam venerandi patris." Mſ. Cotton. Tib. D. iii. Eundem habet Mſ. bibl. Lambeth. 159. et 410. *De conceptione S. Mariae* [p. 395.] Pr. "Principium quo ſalus "mundi." Diſerte Eadmero tribuitur. *Vita Petri, primi abbatis coenobii S. Auguſtini Cant.* Pr. "Inter innumeras "ſuae deitatis." *Sententia de memoria ſanctorum, quos veneraris.* Pr. "Ex memoria ſanctorum, quae." *De commovendo ſuper ſe manum S. Petri apoſtoli. De reliquiis S. Audoeni et aliorum ſanctorum in eccleſia Chriſti Cant.* Pr. "Quoniam multas terrarum." *De Gabriele archangelo,* [p. 451.] Pr. "Quia me de nonnullis." Haec omnia in cod. Mſ. 15—1. Cantab. C. C. C. et in Whart. *Angl. Sacr.* Pr. ii. 13, 14. In eodem cod. poſt ſcriptum Gregorii, p. 190. *Conſideratio Edmeri peccatoris et pauperis Dei de excellentia glorioſiſſimae virginis matris Dei.* Pr. "Super emi- "nentem omni quod poſt." Ibidem p. 261. *Scriptum quoddam de beatitudine perennis vitae,* quod ex ore Anſelmi excepit Eadmerus, literis mandavit, et Gulielmo miſit. Pr. ep. "Eadm. Gulielmo. Recordatur, ut aeſtimo." Pr. lib. "Multi homines quibus nonnunquam." *De quatuor virtutibus, quae fuerunt in B. Maria virgine. De ſimilitudinibus S. Anſelmi.* Haec duo, Anſelmo olim adjudicata, Eadmero vindicavit, et ſub illius nomine edidit Gabr. Gerberonius ad calcem operum Anſelmi, Pariſ. MDCLXXV. ſol. *Epiſtolas* Eadmeri plures habet codex vetuſtus Cotton Otho. A. 12. Scripſit etiam ſecundum Bal. ii. 68. et Pitſ. p. 199. *De libertate eccleſiaſtica,* lib. i. *Inſtituta Chriſtianae vitae,* lib. i. *De geſtis ſui temporis,* lib. i. *Querelam ſuper mortem Anſelmi,* carmine elegiaco, lib. i. Bal. Pitſ. l. c. *Hiſtoriarum collectanea,* lib. i. *De rebus geſtis S. Anſelmi et S. Aelphegi* verſu, lib. i. Extat in bibl. Lambeth. et apud Whart. et Pitſ. l. c. Vid. Dempſt. v. 484. Cave *Hiſt. lit.* ii. p. 383. Qu. *De vita Aldhelmi* ab Eadmero contexta, cujus meminit doctiſſ. Nicolſon ex Mabillonii praef. ad *Acta Benedictin. ſaec.* iv.

[e] Obiit Eadmerus idibus Januariis, circa A. D. MCXXIV. Whart. *Angl. Sacr.* xii.

EADVEARDUM [a] Ealfridi primogenitum praeteriiſſem, niſi me Gulielmi a Meildulphi-curia imperium alio properantem revocaſſet, qui capitulo decimo quarto libri ſecundi *Hiſtoriae* regum eum vel literatiſſimum, Aſſerii judicium ſecutus, appellat. Per me alioqui prius intellexeram hunc ex praeſcripto patris ſtrenuam dediſſe operam literis, et patris erga ſe diligentiam imitatum fuiſſe,

[a] Edwardus ſenior Pitſeo vocatur.

dum

dum suum [b] Ethelstanum in Latina erudiendum curaret lingua. Scio praeterea historiographos aliquot, inter quos Radulphus Higedensis Castrensis, et Rossus Verovicanus, attribuisse huic gloriam Grantanae academiae violenter a Danis concussae, et postea reparatae [c]. Ex *Lelando*.

[b] Suum nothum Ethelstanum, Ms. Trin. Bal. ex Lel. [c] Mortem obiit A. DCCCCXXIV. Wintoniae sepultus. Bal. x. 31. Pits. *App.* p. 835. seq.

EAILLANUS sive FAILLANUS Scotus, monachus S. Galli, scripsit, *Hymnos sacros*, lib. i. *Lecturas varias ad fratres*, lib. i. *Vitas sanctorum*, lib. i. Obiit anno DCCCCXCI. Dempster. v. 475.

EALFRIDUS [a], potentissimi Osuuii, Northumbrorum regis, ex concubina (ut autor est Beda 24 capitulo libri *De vita D. Cutheberti*) filius, quamprimum per annos maturos licuit, ad Scottos, qui tum religione juxta ac literis praepollebant, erudiendus missus est. Decreverat enim pater ejus, ut aliquando episcopus esset, modo in virum eruditum evaderet; sed mors cita Osuuii propositum interrupit. Et Ecfridus germanus filius patri in regno succedens, magis bello ac dilatandis imperii sui finibus, quam literis aut fratri promovendo studebat. Quare Ealfridus, mediocri contentus fortuna, totus virtuti et doctrinae incumbebat. Sed quam difficile est fatorum avertere legem! namque Ecberti instabat caedes; et Ealfridus, aliud agens, a superis regno destinatus fuit. Circiter haec tempora gravis orta est dissentio inter Ecfridum et Pictos. Picti tamen, potentia et virtute inferiores, bellum modis omnibus detrectabant. Ecfridus autem per omnes limites, dissuadente Cutheberto et Ecberto, viris plane optimis, fulminabat; nec aliud spirabat quam martium illud, "Bella, horrida bella." Picti igitur de pace desperantes, ad arma confugiunt, se suaque omnia fortunae committentes. Addidit hic novus Pictorum animus calcar Northumbrano, satis alioqui sua sponte currenti. Procurrit itaque vi maxima in Pictos, quem illi, insidiosa fuga in loca devia et arcta una cum bona parte exercitus deductum, misere occidunt. Atque haec quidem finis fuit Ecfridi; cum quo gloria rerum Nortabrinarum usque adeo diminuta est, ut multis postea annis vix pristinum statum recuperaverit. Perculit insolita clades reliquias Ecfridianorum militum, qui statim, necessitati consulentes, Ealfridum a literis ad arma evocabant. Illi focos laresque commendare; illi regnum et rempublicam committere; quod postea tam bene rexit non parvo tempore, quam brevi, id est, momento unius temerariae pugnae, male perdidit Ecfridus. Sed dixerit nunc aliquis, praeter nostrum institutum esse, ut vitas regum, *majori dignas tuba*, scribamus. Certe non est: atque adeo utinam mihi liceret vel justum volumen hujusmodi doctorum principum nominibus implere. Objiciet alius, nihil librorum titulo Ealfridi extare; ideoque in albo scriptorum non esse ponendum. Profecto constat extare nihil ab illo scriptum; num tamen olim aliquid librorum ediderit, non perinde certum est. Utcunque autem sit, Beda, 24. cap. quarti libri *Historiae ecclesiasticae*, Alfridum in Sacris Scripturis doctissimum fuisse adfirmat. Et rursus 12. cap. quinti libri eundem appellat virum undecunque doctissimum, quemadmodum Terentianus, in suo quoque Senario, M. Varronem. Insuper ex Bedae *Historia* liquet, Ealfridum literatos in summo habuisse pretio; et Adamnanum Scottum, abbatem Hiuensis monasterii, qui ei librum de locis sanctis Solymorum dedicavit, liberalitate plane regia remuneratum fuisse. Quid, quod et Aldelmus, Clarofontanus episcopus, librum eidem dedicaverit? Lubet hic, ad circulum gloriae Ealfridi, Gul. Meildunensis de eo testimonium, plane honorificum, in medium producere: is enim libro *De regibus Angl.* primo haec refert: "Is quia nothus, factione optimatum, quamvis senior, regno indignus aestimatus, in Hiberniam [Scotiam intelligit] seu vi, seu indignatione secesserat. Ibi et ab odio germani tutus, et magno otio literis imbutus, omni philosophia composuerat animum. Quocirca imperii habenis habiliorem aestimantes, qui quondam expulerant, ultro expetiverunt." Et ibidem: "nec unquam, praeter in persecutione [b] Magni Wilfridi, quod livor edax digne carperet, commisit." Denique completis in regno quatuor fere lustris, diem obiit Drifeldae in provincia Eboracensi, ut autor est Henricus Huntendunensis quarto *Historiae* suae libro, anno a Christo nato DCCV: unde conjectura est, Ealfridum ibidem sepultum: nam Drifeldenses etiam nunc monstrant sepulchrum cujusdam Transabrini regis. Ex *Lelando*.

[a] Nulla hujus doctissimi regis apud Baleum aut Pitseum occurrit mentio. [b] *Perscriptione.* Ms. Trin.

EALFRIDUS [a] monachus olim, ut [b] colligo, Glessoburgensis, familiarissimus Dunstano, ejusdem loci abbati: a quo in gubernatorem Meildulphi-curiae consecratus est, ut docet Meildunensis libro de ejus *Vita* secundo: ubi a literis et religione sic egregie laudatur: "Tum vero Dunstanus ibidem Ealfridum, cui multum religionis, plurimum vero literarum inesse cognoverat, abbatem constituit. Nec multo post in Cridiodunensem episcopum, qui nunc Exoniensis, virum singularis utrobique industriae, hic in construendis aedificiis, ibi in refraenandis clericis." Hunc ego esse crediderim, de quo Meildunensis ad hunc modum in *Vita D. Aldhelmi*, episcopi Clarofontani, loquitur: "Literis itaque ad plenum instructus, Latinae quoque linguae non negligebat carmina; adeo ut, teste libro Ealfridi, de quo superius dixi, nulla unquam aetate par ei quisquam fuerit,

[a] Pitseo p. 179. Alfredus Malmsberiensis. Baleo ii. 39. Alphredus monachus dicitur. Vide supra in Alfredo Malmsbur.
[b] "Ego colligo." Ms. Trin.

" poësin Anglice posse facere, tantum componere, eadem apposite posse vel canere, vel dicere. " Denique commemorat Ealfridus carmen triviale, quod adhuc vulgo cantitatur, Aldhelmum fe-" cisse." Hactenus Meildunensis. Idem quoque ejusdem Ealfridi in opere *De pontificibus Anglicis* mentionem facit. Illud interim excutiendum, num idem sit Ealfridus, quem in libro *De antiquitate Glessoburgensi* abbatem ejusdem loci facit. Ex *Lelando*.

EALFWEARDUS [a], quantum ego judico, plane intercidisset prorsus, nisi Gulielmi Meildunensis cura ejus mentionem fecisset in prologo *Historiae regum*. Quanquam et mentio adeo mihi non applaudit, ut splenem potius quam laudem exprimere videatur. Utcunque sit, hinc liquet Ealfweardum studiosum fuisse reconditae antiquitatis, et tantum in ejus promovisse cognitione, ut tandem historiam de rebus Saxonicis in Britannia gestis ante Nortomannorum imperium in lucem emiserit [b]. Ex *Lelando*.

[a] Elfwardus, Ethelwardus, Patricius a Pitseo, cognominatus, ex eo quod ipse in principio *Epistolae ad Mahtildam* consobrinam se inscripsit Patricius, consul, Fabius, quaestor Ethelwerdus. A Baleo illustris dictus, quia a regio stemmate oriundus; nam Ethelredum, regis Ethelwolphi filium quartum, dicit in *Hist.* sua fuisse suum atavum. Habuit R. Alfredus filium Ethelweardum, virum literatissimum et philosophum in univ. Oxonfordensi, qui sepultus est in novo monasterio Winton. Ex *Chronico* Tho. Rudburn. Bria. Twyne R 16. [b] Scripsit ad Mahtildam consobrinam, *Historiam brevem ab origine mundi ad regis Edgari obitum*, lib. iv. Edidit Cl. Savilius, Lond. MDXCVI. fol. 472. Claruit A. D. MXC. Bal. Pitf. A. MCCCCLXXX. Cave, Mf. Ant. Wood. Pitf. Cave *Hist. lit.* p. 587. Bal. ii. 58. Pitf. 190.

EALMERUS *, prior monasterii Christocolarum, quod est in Cantiorum metropoli, tanta diligentia usus est, in versandis veterum autorum libris, quantum nostri temporis monachi, melius pasti quam docti, libenter non impendunt. At non defuit tam sancto labori sua messis: nam eo processit, ut per literas Cantianis monachis tantum non immortalis sit. Crediderim hunc esse Aedmerum [a] individuum Anshelmi archiep. comitem; est enim facilis a D in L lapsus, nisi me aliud Aedmeri doceret de Anshelmo historia: in qua, ne per umbram quidem mentionem facit, se monachis unquam praefuisse; sed potius Anshelmo et Rodolpho archiepiscopis in itineribus suis Romam versus assiduam dedisse operam. Quare, etsi tempora conveniant, nomen tamen non mutabo; contentus, ut in exemplaribus antiquis inveni, fideliter tradere. Sed nunc ad monimenta, quibus se posteritati commendavit: Scripsit enim, *Homiliarum* librum i. " Quoniam dies [b]." *De exercitiis spiritualis vitae*, lib. v. " Redemptor noster." *Epistolarum* librum i [c]. Crediderim carmen elegiacum, cui titulus *Querela Angliae de morte Anshelmi*, quod ego fini libri *Epistolarum Anshelmi* adjunctum reperi, vel ab Ealmero, vel ab Eadmero fuisse scriptum. Vixit circa tempora Gulielmi Rufi et Henrici primi. Diem [d] obiit Duroverni, exactis in magistratu octodecim annis, Ex *Lelando*.

* Baleo, *Elmerus*: Pitseo, *Ailmerus*.

[a] Eadmerum historicum (praecentorem) ab Elmero priore diversum Baleus recte statuisse videtur; sunt tamen inter ea, quae Elmero idem autor inscribit, nonnulla quae Eadmero potius deberi censeo, Whart. *A. S.* ii. 12. vid. Leland.

[b] " Dominici adju." . . . Lel. *Collect.* iii. 5. In Bal. et Pitf. " Supernae patriae ferventissimo." [c] " Tertius " credo jam annus est." Et in Lel. *Coll.* iii. 5. " Copiosius " aliqua scribere." Haec tria Aelmeri opera olim vidit Lelandus in bibl. abbatiae S. Augustini Cant. Scripsit etiam Aelmerus secundum Bal. ii. 72. et Pitf. p. 201. *De bono vitae claustralis*, lib. i. " Domino merito honorabili." *Recordationes beneficiorum Dei*, lib. i. " Evigila, anima mea, " evigila." *Contra hujus mundi miserias*, lib. i. " Vene-" rabili archidiacono Tunstano." *De inquisitione Dei*, lib. i. " Suo domino atque carissimo Nicolao." *De absentia vultus Dei*, lib. i. " Non sufficit, Domine." In matriculo librorum in eccl. Christi Cant. Mf. Cotton. Galba, E. iv. f. 139. extant *Sermones Aelmeri prioris super regulam B. Benedicti*. [d] Obiit A. D. MCXXX Cantuariae. Prior Cantuariae substitutus est loco Gosfridi anno MCXXVIII, et fatis concessit 5 idus Maii anno MCXXXVII. Whart. *A. S.* tom. i. 137.

EALREDUS [a], monachus et abbas RHEVESBIENSIS [b] monasterii in provincia Lindiorum, educatus fuit, nescio certe quo casu in Scotia una cum Henrico [c], Davidis Scottorum principis filio, usque ad ipsos adolescentiae annos: quo tempore ad suos in Angliam reversus, divertebat ad Rhevesbienses [d], monachos Cistertiensis ordinis [e]: ubi coelestis [f] vitae ardore totus inflammatus, novae religionis jugo sponte collum subdebat [g]; in qua talis tantusque evasit, ut brevi socios ejusdem professionis omnes omnibus vitae ornamentis superaret. Accessit ad haec literarum cognitio, quam una cum Henrico, Davidis Scotti filio, imbiberat. Quae res tanto illi postea ad omne genus doctrinae incitamento fuit, ut nullum scientiae genus intactum relinqueret [h]. Jamque abbas [i] solo virtutis nomine factus, tanquam clarissimum suae religionis sidus inter minora lumina emicuit, monachos exemplo docens, literis purioribus informans: quo factum est, ut regni nobilibus, non minus quam suis, charus esset, et abbas secundus Rievallensis [k] designaretur. Atque ne suos tandem absens desereret, egregia apud illos eruditionis monimenta reliquit; in quibus scribendis praecipue usus est opera Gualteri Danielis diaconi, ejusdem collegii monachi, de quo supra plura dicuntur:

[a] *Ethelredus*, *Aluredus*, *Adilredus*, etc. dictus. Annon idem cum *Baldredo* Bisset. Vide supra. Cum Ethelredo abbate Wardonensi, ex ordinis, nominis, et saeculorum vicinitate confunditur. In praefat. Seld. ante x *Scriptores*, xxvii. seq. [b] Rievallensis, Mf. Lel. Trin.

[c] " Cum quo ego pene ab ipsis incunabulis vixi," etc. Alred. Rieval. in Gulielmo i. [d] Rievallenses, Mf. Leland. Trin. [e] Vide Stillingfleet, *Praef. Orig. Brit.* iv. Holstenii *Concordiam regularem*, part. iii. Romae MDCLXI. [f] Solitariae, Mf. Lel. Trin. [g] In Scotia oblatum sibi episcopatum recusavit, Bal. ii. 99.

[h] Spelman. in *Conc.* p. 129. vocat eum scriptorem gravissimum. [i] " Abbas Rievallensis solo," Mf. Lel. Trin.

[k] Hallucinatur Cl. Cave in his: " In monasterio Rie-" vallensi, vulgo Revesby dicto, in agro Lincolniensi."

interim

interim connumeraturi libros [l]; quos scripsit; *Homiliarum* [m] justum volumen ad Gilbertum, episcopum Londinensem. " Petis a me." *De spirituali amicitia* [n]. " Cum adhuc puer essem." *De speculo charitatis* [o]. " Vere sanctorum." *Epistolarum* [p] liber i. " In quieto litore." *De miraculis Hagustaldensis eccl.* [q]. " Praesentis diei." *Vita S. Niniani episcopi* [r]. " Multis virorum." *Vita S. Edwardi Confess.* lib. ii [s]. " Multis veterum studio, etc." *De amicitia* [t] libri iii. " Ecce " ego et tu." *Dial. inter hominem et rationem.* " [u] Quare tristis es." *De institutione Inclusarum* [w] *ad sororem suam.* *De vita Davidis* [x], *Scottorum regis*, lib. ii. ad Henricum ii regem Angliae; quorum posterior perstringit vitas Anglicorum regum [y] ab Edelwulpho, Alfredi Magni patre, usque ad Henricum ii filium Matildis Augustae. *De virtute Gualteri Espec, Scottos profligantis*; alias, *de Standardico bello* [z]. *De lectione evangelica* ad Ivonem. *De duodecimo anno aetatis Christi* [a], quem libellum ab amico quodam rogatus scripsit. *Super Lucam* etiam, si vera sunt, quae Trittemius refert. *De oneribus Isaac* [b]. " Audiens te, pater beatissime." *De natura animae*, lib. ii [c]. Fuit in maximo pretio, regnantibus Stephano et Henrico secundo regibus:

[l] Mire lapsus est Seldenus, ubi ait, " Adjecit Lelandus li- " brorum Ailredi recensionem, quae et Baleana et Pitseana " amplior est." Tu, si scriptores invicem contuleris, agnosces errorem; cujus te monitum velim. [m] Vide in Combefis, *Bibl. patrum concion.* Paris. MDCLXII. fol. " Fili " charissime." [n] Lib. iii. " Ecce ego et tu." Ms. in bibl. Luml. i. 82. 43. 160. apud Boston. Buriens. Vide Ms. bibl. Bodl. Digb. 190. Ms. Bodl. A. iv. 14. A. v. 4.

[o] Hortatu Gervasii Parchorensis abbatis. Lib. iii. Pr. pr. " Vere sanctorum vera et discreta." Pr. lib. " Extendisti, " Domine, sicut pellem." Olim Ms. in bibl. Luml. Extat Duaci MDCXXXI. 4to. inter alia hujus auctoris opera cura Rich. Gibboni. Scripsit etiam *Compendium speculi charitatis*, cap. 567. " Nihil dignius, quam ut creatura " sua." Imp. Duaci MDCXXXI. 4to. Hujus videtur meminisse in prologo ad *Speculum.* Extat ad finem Ms. Langb. A. Wood. Apographum, cui titulus, *Ealredi Rhiev. de vinculo perfectionis.* Pr. " Extendisti, Domine, sicut coe- " lum." Vid. Ms. Bodl. Digb. 218.

[p] Epistolas 300. in bibl. Glamorgan. apud Boston. Bur.

[q] Pr. " Diei venerandae festivitas." Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 15. [r] Pr. " Multi virorum sapientium qui." Ms. Bodl. Laud. F. 15. ex Angl. in Lat. ab Ealredo transl. Ms. Cotton. Tiber. D. iii 46. [s] Cap. 32. Ms. coll. Corp. Christi Cantab. A. ii. Et Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 15. Ms. Digb. 59. Ms. Bodl. F. vii. 2. Londini apud x *Scriptores* col. 369. 1151. *Vita S. Edvardi* apud Capgravium, Surium, et Bollandum (*Act. Sanct.* tom. i. 293.) sub Ealredi nomine, incipit, " Gloriosi ac " Deo dilecti R. Edv." Addit Baleus *Vitam S. Edwardi*, et opus *De miraculis ejus*, et *Vitam* ejusdem, carmine.

[t] *Vera.* Lib. i. " Cum adhuc puer essem." Lib. iii. Pr. l. " Ecce ego et tu es spero." Ms. bibl. Bodl. Digb. 190. Duaci MDCXXXI. 4to. Qu. inter Augustini supposita scripta. Vid. tom. vi. *Append.* opp. Augustini edit. Paris.

[u] Librum hujus principii inscripsit Bostonus *Soliloquia*, et olim extitisse ait in bibl. Buriensi et Glamorgan.

[w] Pr. " Jam pluribus annis exigis," apud Boston. Bur. num. 82. 43. 124. Ms. olim. in bibl. Tho. Allen. Ms. Bodl. Digb. 218. Extat Anglice (sed contractius Latino) Ms. Bodl. NE. E. 6. 3. Pr. " Vestis quippe nuptialis " ex." Ita Ms. Bodl. NE. A. 3. 16. Ms. in bibl. Bodl. Hatton. 23. *Meditatio Elredi abbatis ad sororem suam.* Pr. " Ut ille dulcis amor Jesu." In libro permagno bibl. Bodl. Ms. dicto *Salus animae*, sive *Soul-heale*, primum locum obtinet haec *Informatio Alredi ad sororem*, transl. in Angl. per Tho. N. *Regula ad inclusas* Augustino perperam ascripta, inter opera ejus haberi solet; sub Aelredi vero nomine habetur in *Collectione regularum* Holsteniana, par. iii. p. 19. Paris. MDCLXIII. 4to. [x] Ms. in bibl. Bodl. Laud. F. 15. Ms. coll. Univ. Oxon. C. 15. Ms. Cotton. Jul. A. 13. Pr. " Gloriosus et pius rex David." Ms. Bodl. Laud. Rot. supra F. 15. Ms. bibl. Bur. apud Boston. Bur. Pr. pr. " Illustrissimo, etc. Adeo secundum natu- " ram virtus." Extat inter x *Scriptores.* 347. et appellatur *Genealogia regum Anglorum.* Praeter *Vitam* Davidis Dempsterus eum scripsisse tradit *Planctum mortis Davidis regis*, lib. i. Vide James Mss. in bibl. Bodl. 22. p. 113.

[y] *De regibus Anglorum*, lib. i. " Quoniam de optimis " moribus." Hoc est pr. secundae partis *Hist. Davidis* apud x *Scriptores* 350. Pr. l. " Religiosus." Ms. in bibl. Lumlei et Copi. Pitseus. [z] Pr. " Anno Dominic. " MCXXVIII. R. Stephano." Ex Ms. C. C. Christi Cant. F. v. 10. edidit Twisdenus inter x *Scriptores.* Lond. MDCLII. fol. col. 337. Distinguit male hoc opus in duo Vossius, *Hist. Lat.* l. ii. c. 51. Incidit istud bellum Standardicum seu apud Standardum in anno Domini MCXXXIII.

[a] *Super evangelium* cum esset Jesus annorum xii. lib. iii. " Petis a me." In bibl. Bur. et Jorevall. apud Boston. Bur. Extat Duaci MDCXXXI. 4to. [b] Vel *Isaiae* (Pits. recte) *undecim.* Lib. i. Ms. Oxon. in bibliotheca publica Ms. Laud. C. 124. Ms. Bodl. NE. A. iv. 14. et A. v. 3. et privatis Lumlaei et Copi. *De* xii [xi] *oneribus Isaiae sermones* 31 *in adventu*, ad Gilb. episc. Londin. Pr. pr. " Audiens te, pater." Ms. Bodl. NE. A. iv. 14 Ms. Laud. G. 52. Extant Duaci MDCXXXI. 4to. Inter S. Bernardi opera latere solent. [c] Lib. iii. Ms. bibl. Bodl. Mus. 52. Per modum dialogi inter Ailredum et Johannem. Pr. " Ailredus. Quae hujus, mi Johannes, " tam inop." In bibl. Glamorgan. apud Boston. Bur. *Dialogus de anima* Ms. olim penes Tho. Allen. Ms. bibl. Bodl. Mus. 52. Praeter scripta Ealredi, quae a Lelando et annotatore recensentur, apud Baleum et Pitseum haec habentur: *De miraculis D. Edvardi*, lib. i. cap. 11. " Rebus humanis exemptus." Ms. Bodl. Laud. F. 15. Ms. in Rubra valle, Pits. et apud Boston. Bur. num. 92. 82. 11. Est secundus liber *Vitae S. Edvardi.* *Chronicon ab Adam ad Henricum* i. lib. i. *Sententiarum flores*, lib. i. " Cum multos divinae autoritatis." Vid. Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 15. *Vita Edvardi carmine elegiaco*, lib. i. " Cum tibi, Laurenti, cogar parere." Conscripta fuit ad Laurentium abbatem Westmonast. Ms. extat in bibl. Gonvil. et Caii Cantab. 4to. n. 1116. *In evangelium accensae lucernae*, lib. i. In bibl. Buriensi et Buckfastrensi apud Boston. Buriens. *De praelatorum moribus*, lib. i. " B. Paulus apo- " stolus disci." Ms. ejusdem pr. et argumenti inter sermones Lincolniensis, Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 72. cui rectius videtur adscribi. *De ministrorum officiis*, lib. i. " In libro Numerorum scriptum est." *De abusionibus claustri*, lib. i. " Duodecim sunt abusiones claustri." *Centum sermones synodales*, lib. i. apud Boston. Buriens. num. 193. 105. 160. 114. *De adventu Domini*, lib. i. *De diversis virtutibus, et militia Christiana*, lib. i. " Sa- " gitta Jonathae nunquam abiit." Ibid num. 82. 166. 157. in *Catalogo* Boston. Burien. *Super onus Babylonis*, in 13 cap. Isaiae *homeliae* 31 (*Sermones* 32. in bibl. Bodl. Ms. Laud. E. 52.) lib. i. " Tempus est, fratres charissimi," apud Boston. Buriens. num. 163. 105. 127. 126. 114. *Sermones de tempore et sanctis*, lib. i. Hi duo ultimi libri cum aliis opusculis Ealredi (sc. *Speculo charitatis*, tract. *De Jesu Duodecenni De spirit. amicitia*) editi sunt a Richardo Gibbono, Jesuita, Duaci MDCXXXI. exinde in *Bibl. Cisterc.* tom. v. p. 16. et in *Bibl. patrum*, tom. xxiii. p. i. In Ms. Lambeth. 497. sunt 32 Ealredi Rhieval. sermones, qui in editis non reperiuntur, nisi inter xxv novos evulgatos in *Biblioth. Cisterciens.* tom. v. p. 162. Whart. in *Auctar. hist. dog.* Usser. p. 403. In Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 15. sunt v sermones, qui putantur esse hujus Ealredi. *Super Canticis canticorum*, lib. i. In bibl. Woburn. apud Boston. Buriens. *Contra quasdam episcoporum literas*, lib. i. *De virginitate Mariae*, lib. i. Ibid. *De dotibus animae*, lib. i. Bal. ii. 99. *De fundatione monasteriorum S. Mariae Ebor. et de Fontibus*, lib. i. Ms. in bibl. coll. Corp. Chr. Cant. F. v. 13. *De revelationibus Isaiae prophetae*, lib. i. *De diversis virtutibus*, lib. i. *Oratio pastoralis*, lib. i. *De tribus hominibus*, lib. i. Pits. p. 229. seqq. His addidit Dempsterus, v. 457. *Sagittam Jonathae*, lib. i. Extat inter x *Script.* col. 415. Opus Ailredi. *De quodam miraculo mirabili*, seu —— *De quadam sanctimoniali de Wattun*, lib. i. Pr. " Miracula Domini et manifesta." Ms. C. C. C. Canta-

gibus[d]: claruitque post obitum miraculis, et in sanctorum[e] catalogum relatus. Sepulchrum ... vidi in ecclesia Rhievallensis coenobii, auro et argento exornatum. Cum haec scripsissem, ... mihi suspicio, et quidem vehemens, Ealredum in Scotia fuisse natum[f], ac deinde in Ang... pervenisse. At interim nihil temere adfirmo, veritate nondum excussa[g]. Ex *Lelando*.

C. Cantabrig. F. v. 12. Edidit etiam Surius, tom. iii. Ailredi *Vitam S. Margaritae, reginae Scotiae*. Tractatus ejus *De Dominica infra octavas Epiphaniae*, inter Joh. Bernardi opera latere solet. Cave, 673. Quaedam opuscula Ealredi Rievallensis cum scriptis Edilredi abbatis Wardensis saepissime confunduntur, Pits. p. 231. Extabat olim in bibl. Sion. Ms. *Alredus abbas, de x honoribus S. Joh. Baptistae*. Vid. Ms. in bibl. Bodl. Langb. viii. num. 8221. Ad finem Mss. Langb. A. Wood. 3. extat apographum, cui titulus: *Ealredi Rhievallensis de vinculo perfectionis*. Pr. "Extendisti, Domine, super coelum." Ms. bibl. Bodl. Digby 218. In Ms. Langb. iv. p. 4. apparet haec nota: "Exemplar hujus Ms. amico meo Jacobo Merton "Horstio Coloniensi theologo misi una cum Bernardo ... "ipsum edendum A. D. MDCXLI. uti et *D vit... sarum*." [d] Obiit pridie idus Januarii, A... MCLXVI. sc. 13 Hen. ii. *Cron.* de Kirkstall. Ms. Co... Domit. A. 12. anno MCXVI. Dempst. aetatis 57. ... grave. Vid. *Acta Sanct.* tom. i. 748. [e] Vide *V.* ejus inter Capgravii *Sanctos*. In quibusdam kalenda... die 12 Januarii ejus festum agitur. Selden. *Praef.* ad x *Scriptores*. [f] Inter Scotos Ailredum recenset Dempsterus in *Menologio suo Scotico*, uti SS. Malcolmo et Margaritae regibus charissimum. [g] Qu. de Nicolao Rhievallensi, poeta monacho, cujus carmina citat Seldenus in *Praef.* p. xxviii *Decem scriptoribus* praemissa.

EANBALDUS[a] Eboracum, urbem Brigantum olim dominam, celebravit, amavit, coluit[b]; inque ea teneros literarum studiosissimus exegit annos, patronis usus candidissimis Ecberto et Alberto, alias Coena, archiepiscopis; praeceptore vero Albino, viro ad unguem plane erudito: quorum sanis consiliis et institutis eo pervenit tandem, doctrina et pietate ducibus, ut et ipse infulas metropolis Eboraci acciperet. Rem literariam ab Ecberto episcopo reparatam, non modo conservavit, verum etiam auxit. Eboracenses ejusdem ingenuitati serio applaudebant. Albinus quoque in epistola quadam gratulatur Eanbaldo, non tam fortunae dignitatem, quam thesauros veterum librorum, ut ex his liquet: "Et praeesse thesauris sapientiae, in quibus me magister "meus dilectus Ecbertus archiepiscopus haeredem reliquit." Haec Albinus. Eanbaldus vero moriturus, lampadem studiorum suorum, igne scintillantem conspicuo, viro sui nominis[c] egregie docto conservandam tradidit. Ex *Lelando*.

[a] "Eanbaldus senior, patria Northumbranus, in ipsa, ut "videtur, urbe Eboraco natus." Pits. [b] Claruit. A. D. DCCCX. Bal. p. p. 32. A. DCCXCVI. Pits. p. 833. in *App.* [c] Pitseus, p. 164. Eanbaldum juniorem seniori in archiepiscopatu successisse ait, qui scripsit *Decretorum synodalium* lib. i. Claruit junior A. D. DCCC.

EARLE [THOMAS] filius Nicholai civis Londinensis natus A. MDXXVIII. Londini in schola S. Anthonii educatus, tempore reginae Mariae in artem pictori traditus erat (Strype *Elizab.* 178.) sacris diaconatus ordinibus autem initiatus fuit A. MDLIX, presbyteratus MDLXI. A. MDLXIV. 7 Aug. ad ecclesiam S. Mildredae *Breadstreet* institutus. Newc. i. 499. Primum formis ac ceremoniis ecclesiae subscribere recusavit, postea autem iis manum dedit. Scripsit *Notas contra papistas ex Tindalo, Barnes, etc. et praecipue quasdam spectantes ad historiam ecclesiae Anglicanae ab* A. D. MDLXIV. ad MDC. Imperf. in pr. Ms. autogr. inter Mss. Norwic. More. 206. Transtulit in sermonem Anglicum *Nicodemi evangelium*. Pr. pr. tr. "Because this fable of that Roman." Ms. Norwic. More 206. Claruit A. MDC. Obiit A. MDCIV. Newc. i. 499.

EATA in *Historia* Bedae totus elucet: unde et nos pauca, sed apposita, de ejus seligemus vita. Principio occurrit de educatione et institutione hominis testimonium Bedae plane honestum, in cap. 24. tertii libri *Anglicanae historiae*: "Eata unus ex duodecim Aidani episcopi discipulis, "quos primo episcopatus sui tempore de natione Anglorum in Christo erudiendos accepit." Haec Beda. Studuit postea propter ripas Tuesis fluvii inter Mailrossenses, quibus et tandem praefuit. Orta vero de Paschali observatione controversia, Colmannus Scottus, abbas Lindisfarnanus, suos repetiit: in cujus locum Eata subrogatus est. Scriptor *Vitae Wilfridi*[a] *Magni* refert Theodorum, Cantiorum archiepiscopum, consecrasse Eatam in Lindisfarnanum episcopum, et Hagustaldensem: quo integro honore tribus annis functus est. Deinde sola cathedra Lindisfarnensi contentus, eam retinuit dignitatem, donec, permutatione facta, ipse Hagustaldunum reciperet, Cuthebertus vero Lindisfarnam.[b] Ex *Lelando*.

[a] "Vuifridi." Ms. Lel. Trin.
[b] Dempstero lib. v. 444. scripsisse fertur, *Regulam ad monachos*, lib. i. *Homilias*, lib. i. Obiit anno DCLXXXIV. Godw.

EBERHARDUS episcopus Ratisbonensis, in Scotia natus erat, scripsit *Ad Bavaros fidei rudimenta*, lib. i. Claruit anno DCLXXV. Dempster. v. 452.

EBORALL [THOMAS] ecclesiae S. Pauli London canonicus, S. theologiae doctor Oxoniensis. Concionator, ut ea ferebant tempora, egregius. Scripsit *Sermones in visitatione cleri Londinensis*, lib. i. "Visita nos in salutari tuo." Ms. olim in bibl. eccl. S. Pauli extabat. Claruit tempore Henrici vi. Bal. xii. 64. Pits. *App.* p. 915.

ECBERTUS, vir regii generis, frater videlicet Eadberti, regis Nortabrinorum, a primis pueritiae suae annis eloquentiae et bonis artibus se totum consecravit. Qui labor adeo illi non fuit inutilis, ut inde eximium gloriae nomen sibi facile comparaverit. Ecclesiae Eboracensis honos a Paulini archiepiscopi tempore usque ad Wilfridi junioris, ejusdem urbis episcopi, mortem vix integre

enituit, sublata pallii dignitate. Tumque agebatur de substituendo novo pontifice, qui veterem sacrae sedi splendorem cumulate restitueret. Ecbertus suffragio publico insulis dignissimus judicatus est: ille equidem non longo post tempore industria, cura, studio pallium a Romano repetiit, et obtinuit. Defloruerat inter Eboracenses, bellorum tumultu, pristina illa erga bonas literas cum diligentia, tum alacritas. Hanc ille ita omnem abstersit prorsus labem, ut facundiae, cognitioni, et eruditis artibus suam formam, decus, atque adeo lumen integre referret. Quo tempore comparata sumptibus plane maximis copiosa juxta ac diviti antiquorum librorum multitudine, Eboraci elegantissimam in gratiam posteritatis bibliothecam, homo promovendis studiis plane natus, instituit. Utque tantis suus custos pervigil thesauris non deesset, Flaccum Albinum, alumnum suum, eloquentia, eruditione, judicio denique valentem, operi praefecit novo. Hujus bibliothecae meminit Albinus in *Epistola* ad Carolum Magnum,[a] et rursus in *Epistola* ad Eanbaldum, archiepiscopum Eboracensem. Sed neque satis erat Ecberto bibliothecam ita exornasse; quin etiam ipse libros eleganter, accurate, docte scripsit: inter quos ille, qui *De ecclesiasticis* inscriptus est *constitutionibus*[b], adhuc extat, testis plane optimus ejus tum insignis doctrinae, tum pietatis rarissimae. Hunc librum Hucarus, fani Germani in Corinia levita, studiose in compendium redegit. Scripsit praeterea librum, cui titulus[c] *Poenitentiale*[d]. Uterque in bibliotheca extat Severiana[e]. Ex *Lelando*.

[a] Verba haec sunt ad Car. Mag. "Date mihi eruditionis libellos, quales in patria mea Anglia per industriam magistri mei Egberti habui. Et remittam vobis aliquos ex pueris nostris, ut excipiant inde necessaria, et revehant in Franciam flores Brytanniae. Et non sit tantum in Eboraco ortus conclusus, sed etiam in Turonia emissiones Paradisi, etc." Bal. ii. 15. Stetit vero haec bibliotheca usque ad regis Stephani aetatem, qua tempestate, cum magna Eboracensis urbis parte, fortuito incendio conflagravit. Pitf. p. 154.

[b] *Dialogum de ecclesiastica institutione*. Pr. "Prima fronte praesentis paginae." Ex bibl. Cottoniana, Mf. Vitell. A. xii. Primus in lucem protulit, et una cum Bedae quibusdam opusculis edidit, notisque illustravit Cl. Waraeus Dublin. MDCLXIV. 8vo. Exinde translatum in *Concil. general.* tom. vi. p. 1604. Tandem ab H. Whartono edit. Lond. MDCXCIII. 4to. [c] *Excerpta* [*tio*] *ex* [*de*, Mf. C. C. C. Cantabr.] *S. patrum* [*catholicorum*, Mf. Cantabr.] *vel, poenitentiale ad remedium animarum Egberti* [*Domini Ecbberti*, Mf. Cant.] *archiepiscop. Ebor. civ.* Pr. "Institutio illa quae fiebat." Mf. bibl. Bodl. Barlov. 29. Ita Mf. C. C. C. Cantabr. Egberti *Poenitentiale* in plurimis academiae tum Cantabrigiensis, tum Oxoniensis bibliothecis Mf. hodie servatur. Ex Mf. colleg. Corporis Christi Cantabrig. editum est in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 113. seqq. Ex libro secundo *Canones* xxxv habentur in *Concil. gener.* tom. vi. p. 1601. Edit. Labb. Parif. MDCLXXII. Ampliorem *Poenitentialis* portionem edidit Morinus in appendice ad libr. *De poenitentia*, p. 11. Et ista, et Gregorii iii excerpta plurima habent communia cum Bedae libello, seu *Canonibus de remediis peccatorum*. Caeterum notari velim, hos Bedae *Canones* in editione Ant. Augustini *Poenetentiali Romano* subjuncta, Egberti archiepiscopi nomen prae se ferre. Cave, *Hist. lit.* p. 486.

[d] Aliaque plura. Mf. Lelandi Trin. [e] Scripsit etiam Egbertus, *Excerpta de canonibus sanctorum patrum* cxliv. Extant in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 101. seqq. et Labb. *Concil.* tom. vi. p. 1586. *Homilias et lectiones. Ad erudiendos discipulos*, lib. i. *Ad pastores suae provinciae*, lib. i. *Ad Zachariam papam pro pallio epistolam. Ad fratrem suum Egbertum regem, epistolas plures. Ad Alcuinum diaconum, discipulum suum, epistolas.* Scripsit etiam juxta Dempsterum, v. 445. *De ritibus catholicorum*, lib. i. *De Paschali observantia*, lib. i. *Conciones varias*, lib. i. Obiit A. Ch. DCCLXVII. Cave. l. c. Colitur 24 April. Dempst. v. 445.

ECBERTUS[a] alter, vir in bonis literis versatus, ac episcopus Lindisfarnensis, ad quem scripsit, nisi titulus fallit (nam mihi Ecbertus recentior Beda videtur) epistolam plane aculeatum[b]; in qua multa de officio episcopi, nec pauciora de Scriptura Sacra in linguam Saxonicam vertenda[c], et quibus ea rationibus a plebe legenda. Denique ibidem inculcat, ut episcopus reges admoneat, pseudomonachos, et importunos monasteriorum constructores, si specie otii potius quam virtutis id fiat, castigandos. Ex *Lelando*.

[a] Egbertus, Lindisfarnensis episcopus, aliis Edferthus et Egfridus, Godw. p. 96. ii. [b] Rescripsit Bedae *Gratificationis responsa*. [c] Ex sermone Latino in Anglo-Saxonicam linguam vertit *Plures Bibliorum libros*, ut habet Guil. Butler in suo libello contra translationem vulgarem, Bal. ii. 4. Scripsit etiam *De translatione S. Cuthberti*. carmen elegiacum. Princ. "Quis Domini." Pitf. p. 127. Obiit A. DCCXXI. Godw. 730. Bal. Pitf. locis citat.

ECHBINUS Britannus natione, vir multiplici eruditione clarus, et, Antonino teste, scriptor egregius. Ipsi librorum tituli non inveniuntur. Claruit A. D. CLX. Pitf. *Append.* p. 834.

ECKLESTON [THOMAS][a] sive FRANCISCANUS[b], Isiacarum cultor scholarum ingenuus, magnis ad literarum penetralia contendebat passibus; quo tandem et pervenit, ducibus experientia et prudentia. Tenebatur quodam ardore plane mirifico cognoscendi originem, incrementa, successus Franciscanae societatis; et praecipue ejus, quae in Britannia sedes posuit. Consultis igitur sui ordinis proceribus, omnia, quae ad historiam jam conceptam pertinebant, edidicit. Hoc tandem confirmatus praesidio, operi se accinxit, ac desumpto exordio ab adventu Agnelli Pisani, Franciscani, in Britanniam, perduxit historiam[c] diligentia summa, cura solicita, denique fide optima usque ad[d] tempora Gulielmi Snotingamii, universi coetus Franciscani primatis; librumque absolutum Simoni Eschebio, Franciscano, erudito amico, dedicavit. Exemplar vero vel adhuc extat Grantae Girviorum, in bibliotheca reginae[e]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Eckleſtonus, Balc. Pitf. [b] (Hunc puto Eckleſtonum vocari) Mf. Lel. Trin. [c] *De adventu Minorum in Angliam, et eorum gestis*, lib. i. Dividitur in xiv collocutiones, A. Wood. Pr. "In dulcedine Domini et Salvatoris." Extat Mf. in bibl. ecclesiae cathedr. Ebor. Datur Mf. etiam in bibl Cotton. Nero. A. ix. imperfectum exemplar, cujus viii priores collocutiones desiderantur; sed quae adhuc supersunt, auctiores sunt codice Eboracensi. A. Wood, Mf. xciv. [d] Ultimos annos Gulielmi, Mf. Lel. Trin. [e] Scripsit etiam *De impugnatione ordinis Francisc. per Dominicanos*, lib. i. A. D. MCCLXIX. circa quadragef. Claruit circa A. D. MCCCXL. Bal. v. 58. Pitf. p. 442.

ECLINUS [RAPHAEL] Scotus, scripsit Tiguri *De syllabarum quantitate*, lib. i. Claruit A. MDLXXXV. Dempst. v. 488.

[a] EDAEUS [JOANNES] [b] Chordiger, et quidem illustris fama, eruditione, religione. Florentis aetatis annos in scholis exegit Isiacis: quo tempore, teste *Catalogo* eruditorum Franciscanorum, scripsit in *Logicos* [c] et *Philosophicos* [d] *Aristotelis* libros non sine cura *Commentarios.* Idem praestitit in Longobardum et *Apocalypsin* [e]. Tandem gubernationi collegii Franciscanorum, quod Henoforthi Maisevetum sacrum erat, adscriptus est; ubi vitam finivit et sepultus est [f]. Ex *Lelando.*

[a] " Joannes Edaeus genere Wallus, patria Herefordensis, " et in civitate Hereford. Franciscanus." [b] Joannes Hereford. alibi dictus, Ms. Lel. Trin. [c] Lib. i. [d] *Physica*, lib. viii. [e] Scripsit etiam, *Commentarios in Longobardum*, lib. i. *Lexicon originalium*, lib. i. *Fasciculum virtutum et vitiorum*, lib. i. *Lecturam in Apocalypsin*, lib. i. *Conciones varias*, lib. i. *Opuscula theologica*, lib. i. Ms. in bibl. Bodl. Oxon. Pits. [f] A. D. DCCCCVI. Bal. vii. 28. Pits. p. 580.

EDBERTUS eleemosynarius inter illustres Angliae scriptores a Pitseo *App.* 833. enumeratus, qui tamen scriptorum ejus titulum nullum invenire potuit. " Vir fuit scientia Scripturarum divi- " narum," ut ait Beda, iv. 29. " Simul et praeceptorum coelestium observantia, et eleemosyna- " rum operatione insignis." Post Cuthberti cessionem episcopus factus erat Lindisfarnensis. Obiit Maii 6. A. D. DCXCVIII. Godw. ii. 96.

S. EDBURGA cujusdam reguli apud Anglos ex conjuge Gangitha, quae Bugga cognominabatur, filia, quae et ex prosapia regum Cantiae originem duxit. Haec cum matre Gangitha scripsit ad S. Winfridum, seu Bonifacium primum archiepiscopum Moguntinum *De calamitatibus, quas passae sunt a rege, epistolam.* . Pits. *Append.* 833.

EDEN [JOHANNES] Cosmographus et alchemista scripsit, *De navigationibus Portugallensium*, lib. i. Angl. . . . MDLXXVII. 4to. Transtulit A. MDLIII ex Munstero *Tractatum de India quas nova*, Hackl. v.1,g. 498. Claruit A MDLVI. Bal. par. post. p. 110.

EDEN [RICHARDUS] Cantabrigiensis academiae alumnus a dom. Thoma Smith in philosophiae et liberalium artium studiis enutritus, primus fuit qui cosmographiam, itineraria, etc. Anglice publici juris fecit. Edidit, *Volumen navigationum.* Pr. ded. reg. Philippo et Mariae. " Cum in primo vestro ingressu." Lond. MDLV. 4to. In quo continentur ejus translationes *Petri Martyris Ab Angleria de novo orbe decades* iii. Pr. " The divine providence." *Ejusdem de insulis nuper inventis*, lib. i. " I have partli declared before." Lond. MDCXII. 4to. Hujus meminit Laur. Humfr. *De interpret.* p. 520, *Bulla Alexandri P. qua concessit Castellae regibus regiones et insulas novi orbis in oceano occidentali repertas*, dat. 4 non. Maii MCCCCXCIII. Pr. " Alexander bishop" etc. *Gonzali Ferdinandi Oviedi Indicae historiae generalis summarium.* Pr. pr. tr. " Although among." *Declaratio navigationis circa globum terraqueum per Ferdin. Magellanum ex libris Antonii Pigafetti et Maximiliani Transilvani.* Pr. " Although Sebastian Munster " in his." In hoc etiam libro continentur hujus Ricardi post praefationem longam (praecipue in defensionem matrimonii reginae cum rege Philippo) Pr. " The most famous oratour." *Of the prices of pretious stones.* Pr. " Forasmuch as in dyvers places." *Of the pole antartike out of Americus Vesp. et And. de Corsali. Of Moscovy and Cathay out of Butrigarius and Seb. Cabot.* Pr. " It is doubtless a marvellous." *Of other notable thinges touching the Indies out of Fr. Lopez.* Pr. " To speke of things that." *A description of two voyages made out of Engl. into Guinea*, MDLIII. Pr. " That these voyages to Guinea." *Franc. Lopez de Gomara de contentione in Hispanos et Portugallos circa divisionem Indiarum, etc.* Pr. " The emperours majesty was." *Zigleri de regionibus septentrionalibus, sc. Gronlandia, etc.* Pr. " We wyll intreate of." *Pauli Jovii de legatione Basilii magni principis Muscoviae, in quo Muscovitarum religio, mores, etc. describuntur.* Pr. " I intend fyrst briefely to describe." *Sigismundi Liberi de Moscovia.* Pr. " From whense Russia had the name." *Literarum missivarum, quas Edw.* vi *rex misit ad principes septentrionalem et orientalem mundi partem inhabitantes, per D. Hug. Willoughby anno* 7 *regni. Libri primi pyrotechniae, sive de generatione metallorum per Vannuccium Biringuczium*, capita 3. Pr. pr. tr. " To this book of the Indies and navigations." Antea transtulit 22 capita, quam translationem amisit. Omnes hi tractatus (paululum diverso licet ordine) rursus impressi sunt cura Rich. Willes, Lond. MDLXXVII. 4to. qui Richardi nostri addidit versionem *Ludovici Vertomanni navigations to the regions of Arabia, Egypt, Persia, Syria, Ethiopia, and East-India*, A. D. MDIII. Pr. pr. " There have bene many before me." Translatio haec facta fuit A. MDLXXVI. Richardus Eden, juxta verba Rich. Willes in dedicatione, mortuus erat ante 4 Julii MDLXXVII. Transtulit etiam Rich. Eden *Seb. Munsteri cosmographiam*, uti ipse meminit f. 216 voluminis *Navigationum. Martini Cortesii artem navigationis*, ex Hispanico. Pr. ded. tr. dom. Will. Garard. " Whatsoever he was, right honourable." Lond. MDLXI. MDLXXIX. MDLXXXIX. 4to. *Jo. Taisneri opus de motibus continuis*, Lond. . . . 4to. Extat Angl. apud Hakluit Lond. MDLXXXIX. f. pag. 84. et MDXCIX. Vol. ii. p. ii. p. 9. sub nomine Rich. Eden. *Brevis Africae descriptio.* Pr. lib. " In Africa the lesse are." Pr. pr. " I was desired by certain." Obiit, uti supra fit mentio, A. MDLXXVII.

EDERNUS [CHRYSOSTOMUS] sive *Edeyn Davod Ayr.* Scripsit *Tractatum de prosodia Britannica.* Claruit A. D. MCCLXXX. Lhuyd. Davis.

EDGARUS REX. Scripsisse fertur, *Chartam de Oswaldeslaw*, hoc est, *de ejiciendis clericis uxoratis et introducendis monachis*. Pr. "Altitonantis Dei largiflua clementia." Extat in *Concil. M. Britan. et Hib.* vol. i. p. 239. seq. *Leges monachis Hydensibus ab Edgaro rege datas*, cap. 1. "Edgar. rex hoc privilegium." Ibid. p. 240. seqq. *Chartam qua nullos unquam fuisse perhibet in Wintoniensi coenobio monachos ante hos, quos ipse jam introduxit e monasterio Abingtoniensi.* Ibid. p. 244. *Leges ecclesiasticas* Anglo-Saxonice. Pr. "Hoc est institutum." Ibid. p. 245. *Orationem pro monachatu propagando*. Pr. "Quoniam magnificavit misericordiam." Ibid. p. 246. In Mſ. bibl. Bodl. Laud. I. 71. habetur *Oratio Edgari de reformandis clericorum moribus*, quae etiam extat in Aelredo *De regibus* inter *Decem scriptores*. Qu. an eadem. *Epistolarum* lib. i. Mortem obiit A. D. DCCCCLXXV, et in coenobio Glaston. humatus jacet. Bal. ii. 34. Pitſ. p. 176.

EDGECOMB [RICHARDUS] patria Cornubiensis, eques auratus, contrarotulator hospitii regii et legatus ad Annam ducissam Britanniae 4 Henr. vii. (Mſ. Dodesworth 120. f. 6.) Ab Henrico vii in Hiberniam missus est A. MCCCCLXXXVIII ad juramentum fidelitatis recipiendum a proceribus et honorariis administris. *De muneris illius successu* libellum perscripsit, qui Mſ. extat. War. p. 133.

EDGEWORTH [ROGERUS] apud Castrum Holtense in finibus Walliae natus, inter Oxonienses numerari coepit circa A. MDIII; postea socius collegii Oriel. electus est: dein artium magister, et tandem S. theologiae doctor evasit. Donatus praebendis in ecclesia Sarisberiensi de Slape, Wellensi et Bristoliensi 4 Jun. MDXLII, cancellariatu Wellensi 30 April. MDLIV; et vicaria ecclesiae S. Cuthberti Wellensis 3 Octob. MDXLIII. Temporibus Marianis religionis protestantium professoribus infensissimum se praestitit. Scripsit, *Sermons fruitfull, godly and learned.* Pr. pr. "It is honourable and worthy praise." 1. *A declaration of the* vii *gifts of the Holy Ghost.* Conciones vi apud crucem in coemet. Radcliff. Bristol. 2. *A homily of the articles of the Christian faith.* 3. *Homily of ceremonies and of mans laws.* 4. *A perfect exposition of St. Peter's first epistle in* xx *treatises or sermons*: in ecclesia cath. Bristol. Lond. MDLVII. 4to. In praefatione aliud volumen se editurum promisit. *Resolutions concerning the sacraments.* Vid. Burnet, *Hist. Reform.* vol. i. *App.* p. 189. seqq. *Resolutions of some questions relating to bishops and priests.* Ibid. Obiit A. MDLX, et in ecclesia cathedrali Wellensi ante ostium chori humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 133. seq.

EDGUARDUS [DAVID] Anglus, primum Oxoniae, deinde Cantabrigiae literis incubuit. Scripsit, *De indiciis et praecognitionibus*, lib. i. Pr. ded. Henrico duci Richmondiae. "Si quicquam est, illustrissime." London MDXXXII. 8vo. *Introductionem ad anatomicen.* Princ. ded. Henrico comit. Surreiensi. "Quoties mihi in memoriam." Lond. MDXXXII. 8vo. In hac *introductione* perfectum anatomiae opus edere promittit. Claruit Cantabrigiae A. D. MDXXXII. Mſ. Sloan.

EDILBERTUS sive ETHELBERTUS ii. rex Cantiae, scripsisse perhibetur *Ad S. Bonifacium apostolum Germaniae et primum archiepiscopum Moguntinum epistolam* i. "Domino beatissimo et pontificiali infula merito decorato." Obiit A. D. DCCXXVI. Pitſ. *Append.* 834.

EDILTRUDIS regina Northumbriae, postea monialis de Coldingham, scripsisse fertur *Ad maritum regem*, lib. i. Claruit anno DCLXXXIII. Colitur 18. 23 Junii. Dempster. v. 474.

EDILWALDUS sive ETHELWOLDUS, minister S. Cuthberti, dein abbas Mailrosensis, et tandem episcopus Lindisfarnensis. Scripsit, *De actis S. Cuthberti*, lib. i. *De successione abbatum in Mailros*, lib. i. Obiit anno DCCXXXVIII. Godw. ii. 97. Dempster. v. 469.

EDITHA,[a] Godvini Cantiani comitis filia, liberalissime parentum cura educata est; et literis, cum interim barbaries totum pene occuparet orbem, bonis consecrata: id quod me dubium plane detineret, nisi fidem Gervasii Durovernensis in *Historia* autoritas mihi faceret; cujus et haec verba sunt: "Editha, filia Godvini, nupsit Eadveardo regi; quam cum videres, si literas omnium artium liberalium, quibus imbuta fuit[b], stuperes; modestiam sane animi, et speciem desiderares." Haec ille ad Edithae immortalitatem[c]. Ex *Lelando*.

[a] Haec illa est, quae cum rege simul de nuptiis habendis et castitate servanda pactum iniit. Ita enim de ea Ealredus in *Vita Edwardi*: Sit illa conjux mente, non carne; ille maritus mente, non opere. Astipulatur ei Malmesburiensis, cui si fidem habeas, Editha haec moriens jurejurando affantibus de perpetua integritate ultro satisfecit. Eruditionem ejus non vulgarem agnoscit et collaudat Ingulfus:
Sicut spina rosam, genuit Godwinus Editham.

[b] Imbuta fuit, respiceres, stupesceres. Mſ. Lel. Trin.

[c] Obiit Editha nonis Aprilis, A. Ch. MLXXV. Bal. x. 38.

EDRICUS WIGORNIENSIS. Vide Mſ. in bibl. Bodl. Junii 99. Edricus factus abbas S. Petri Glocestr. MXXII. Mſ. Whart. R. 214. in bibl. Lambeth.

EDRYCUS [GEORGIUS] vulgo ETHRYG sive ETHERIDGE apud Tame in agro Oxoniensi natus: scholaris collegii C. C. Oxon. factus mense Novemb. MDXXXIV. Discipulus erat ibidem Johannis Shepreve: deinde A. MDXXXIX socius, et exacto triennio artium magister; ac post biennium medicinae baccalaureus. Juxta libros aedis Christi Oxon. Graecae linguae praelector regius fuit Martii 25. MDXLVII usque ad 1 Octob. MDL. Postea in iisdem libris rursus apparet nomen ejus mense Novemb. MDLIV usque ad 21 April. MDLIX. Munere hoc privatus erat, Elizabetha regnante, ex eo quod Romanae religionis studiosissimus erat. [Vide in historia degradationis N. Ridlei apud Fox. i. edit. pag. 1374.] Postea medicinae praxin Oxoniae et in partibus adjacentibus feliciter exercuit, et intra privatam familiam plurimos adolescentes pontificiae religioni addictos

dictos discipulos habuit, inter quos erat Gul. Giffard, postea archiepiscopus Rhemensis. Scripsit Ἐγκώμιον τῶν πράξεων καὶ τῶν στρατηγημάτων τοῦ Ἑνρίκου ὀγδόου βασιλέως. Pr. ded. reginae Elizabethae. "Ἀμφοτέρων ἕνεκα, ὦ." Carmen hexam. et pentam. Mſ. reginae Elizabethae, cum Oxonii hospes erat, praesentatum A. MDLXVI. Extat in bibl. reg. Westmon. 16. C. x. *Hypomnemata quaedam in aliquot libros Pauli Aeginetae; seu observationes medicamentorum, quae hac aetate in usu sunt, pro juvenum studiis ad praxin medicam collecta.* Pr. ded. Gualtero Mildmajo. "In omni disciplina-"rum genere, honoratissime vir." Lond. MDLXXXVIII. 8vo. *Diversa carmina. De re musica* libros plures. *Psalmos Davidis in quoddam breve genus carminis Hebraici* vertit. *Justinum Martyrem e Graeco in Latinum* transtulit. *Martyrium S. Demetrii Latine* reddidit. Pr. ded. Thomas Robertsono, archidiacono Leicestr. "Videri possum fortasse, vir doctissime." Mſ. Cantabr. Caio-Gonvil. E. 4. Johannis Sheprevi *Hippolytum* edidit, praefationemque praefixit. Oxon. MDLXXXIV. 12mo. Obiit Oxoniae circa A. D. MDLXXXVIII. *Athen. Oxon.* tom. i. 61. 237. Pitſ. p. 784. 785.

EDUARD AP RHYS MAELOR poëta Cambro-Britannicus. Opuscula ejus quaedam extant apud Llhuydium. Claruisse fertur circa A. D. MCCCCXL. Lhluyd. Davis.

EDVARDUS CANTUARIENSIS monachus scripsit *De vita et morte S. Thomae Cantuar.* lib. i. Eum in compendium redegit Surius 29 Dec. tom. vi. Vid. Vossium, p. 424. Cave, *Hist. lit.* ii. p. 394. Patria fuit Cantuariensis, S. Thomae Cant. individuus comes, et mortis oculatus testis. Surius eum obiisse refert anno MCLXXIV. 29 Dec. Pitſ. p. 239.

EDVARDUS HISTORICUS anglus scripsit *Ad historias Radulphi Nigri additionem*; et eas usque ad A. D MCCII. deduxit. Quo etiam anno putatur obiisse. Pitſ. *Append.* p. 835.

EDUARDUS HUENSIS, prior ordinis S. Benedicti, concilio Constantiensi interfuit. Scripsit *De concilii bono*, lib. i. Obiit anno MCCCCXLI. Dempster. viii. 696.

EDWARDS [RICHARDUS] patria Somersetensis, collegii Corporis Christi Oxon. scholaris, et postea aedis Christi alumnus, artium magister A. MDXLVII creatus est. Deinde ad hospitium Lincolniense London. abiit, et factus est reginae Elizabetha a musicis sacris, sive magister musicae in capella regia. Fuit musicus et comicus insignis. Scripta ejus sunt, *Damon et Pithias* comoedia. *Palaemon et Arcyte*, comoedia. De hac vide Stow. p. 660. *Poëmata varia Angl. et Lat.* Quaedam Angl. extant in libro, cui titulus *The paradise of dainty devises*. Lond. MDLXXVIII. 4to. et MDLXXXV. 4to. In Mſ. Cotton. Titus A. xxiv. sunt quaedam Angl. poëmata tempore Mariae et Elizabethae scripta et notata R. E. Quaere an hujus Richardi. *To some court ladies.* Pr. "Howarde is not hawghte." Pr. "Truth with the touchstone trieth." Pr. "When women "first dame Nature wrought." Pr. "O Lord, that rul'st both land and sea." Obiit A. MDLXVI. Vid. G. Turbervili *Poëmata*; ubi carm. ii. in ejus obitum. *Athen. Oxon.* i. 151. seq.

EDWARDSTON [THOMAS] eremita Augustinianus in coenobio Clarensi apud Suffolcienses; Oxonii inter sui ordinis fratres, sacris literis operam dedit sedulam; et S. theologiae tandem doctor, et sui coenobii prior evasit. Postea beneficio Lionelli ducis Clarentiae, cui a sacris confessionibus erat, ad archiepiscopatum quendam (in Hibernia male suspicatur Pitseus) evectus est. Scripsit, *Sermones solemnes*, lib. i. *Determinationes theologiae*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. Obiit 20 Maii MCCCXCVI, et in monasterio Clarensi sepultus est. Bal. vii. 7. Pitſ. p. 561. War. p. 126. Fuller's *Worthies* iii. 59.

EDWARDUS REX, CONFESSOR cognominatus, qui Baleo SIMPLEX dicitur. Scripsisse fertur, *Leges ecclesiasticas*. Pr. "Post acquisitionem Angliae Willielmus." In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 310. seq. *Chartas ecclesiae S. Petri Westmonaster. confectas.* Pr. "In nomine "sanctae et individuae." Ibid. p. 316. seq. *Epistolam ad Nicolaum papam* ii. Pr. "Summo uni-"versalis ecclesiae patri." Ibid. p. 319. *De perfectione vitae, vel speculum sacerdotis*, lib. i. "San-"ctus Edwardus rex vel confessor in extremitate." Bale Mſ. Glynn. *Speculum sacerdotum secundum visionem et exhortationem S. Edwardi regis et confessoris.* Mſ. olim penes Jac. Waraeum equitem. Obiit A. MLXVI. Bal. ii. 52. Pitſ. p. 187.

EDWARDUS i. rex. Scripta ejus in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. sunt sequentia: *Breve ejus ad Rob. de Kylwarby archiep. Cantuar. pro pace universitatis Oxon.* Pr. "Paci et tran-"quillitati scholarium providere." *Concil.* vol. ii. p. 25. *Brevia regia duo ad Joh. Peckham archiep. Cantuar. pro convocando clero ad parliamentum apud Northampton.* Pr. "Quia Lewelli-"nus filius Griffini." Pr. "Cum mittimus ad vos." Ibid. p. 91. seq. *Breve aliud ad Joh. Romanum archiep. Ebor. de clero convocando apud parliamentum Eboraci habendum:* pro subsidio ad bellum contra Wallenses. Ibid. p. 92. seq. *Literae ejus cardinali. . . directae de translatione sedis episcopalis Assavensis ad Rodelan.* Pr. "Licet preces nostras pro omnibus." Ibid. p. 100. seq. *Literae ejus de orationibus pro ipso faciendis.* Pr. Cum inter magnificum principem." Ibid. p. 197. *Breve ejus de protectione cleri.* Pr. "Cum praelati et totus clerus." Ibid. p. 200. Aliud *pro convocatione apud Westmonasterium.* Pr. "Qualiter rex Franciae." Ibid. p. 201. Aliud *archiepiscopo Cantuar. directum de parliamento tenendo apud Westmonasterium, cum clausula* PRAEMUNIENTES. Pr. "Sicut lex justissima provida circumspectione." Ibid. p. 215. *Prohibitio regis, ne praelati aliquid ordinent in praejudicium regis.* Pr. "Edward, par la grace de Dieu." Ibid. pag. 224. Alia de eadem materia, Hugoni le dispenser. Pr. "Sachez que nous avons done poir." Ibid. p. 225. *Mandatum ejus de temporalibus episcopo Wigorn. restituendis.* Pr. "Cum dominus "Bonifacius summus pontifex." Ibid. p. 266. *Literae ejus papae de discordia inter Cantuar. et Ebor. archiepiscopos super bajulatione crucis.* Pr. "Multiplicata longo decursu temporis." Ibid. p. 277.

p. 277. Aliae *papae pro canonizatione Thomae de Cantelupo.* Pr. " Pium et justum esse censetur." Ibid. p. 283. Aliae *papae contra archiepiscopum Cantuar.* Pr. " Accedens ad praesentiam nostram." Ibid. p. 284. Obiit A. D. MCCCVII.

EDWARDUS ii rex. Scripta ejus in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. sunt sequentia : *Epistola papae pro episcopo Exoniensi super appellatione ad curiam Romanam.* Pr. " Habet de vestra affluentia bonitatis." In *Concil.* vol. ii. p. 290. *Literae papae directae pro restitutione et remissione Rob. Winchelsey archiepisc. Cantuar.* Pr. " Pium humanitatis opus exequimur." Ibid. p. 290. seq. *Literae ejus pro archiepiscopo Armachano super bajulatione crucis.* Pr. " Supplicavit nobis venerabilis pater." Ibid. p. 301. Aliae *de episcopo Lichfeldensi ad respondendum pro temporalibus.* Pr. " Cum nuper tibi praeceperimus." Ibid. Aliae *de bonis episcopo Lichfeldensi reddendis.* Pr. " Quia manerium Walteri." Ibid. p. 301. seq. Aliae *ad papam missae de episcopis Sancti Andreae et Lichfeldensi extra custodiam missis; de horrendis sceleribus episcopi Glasguensis, et de bonis Templariorum.* Pr. " Solita benignitate recepimus." Ibid. p. 302. *Breve regium Waltero episcopo Wigorn. de non veniendo ad parliamentum.* Pr. " Licet nuper volentes vobiscum." Ibid. p. 408. *Inhibitio regis, ne fiat collecta in concilio, ipso inconsulto.* Pr. " Intelleximus a nonnullis." Ibid. p. 420. seq. *Breve regis pro quatuor denariis de marca in concilio provinciali concessis, et in provincia Cant. levatis seu levandis.* Pr. " Cum nuper praelatis provinciae Cantuar." Ibid. p. 426. *Literae regis priori et conventui Norwicen. pro subsidio mutuo dando.* Pr. " Cum pro resistentia Roberto de Brus." Ibid. p. 429. *Breve regium et summonitio Walteri Raynold, archiep. Cantuar. ad synodum provincialem Cantuar.* A. MCCCXIV. Pr. " Crescente malitia Roberti de Brus." Ibid. p. 442. *Literae regis cardinali Romanae ecclesiae, ut provideat celeriter Romanae ecclesiae viduatae.* Pr. " Expletis redemptionis humanae sacramentis." Ibid. p. 450. Aliae *pro decima levanda.* Pr. " Edward par la grace de Dieu." Ibid. p. 454. Aliae *de convocatione cleri facienda pro subsidio regis pro guerra facienda.* A. MCCCXV. Pr. " Pro firmo credimus et tenemus." Ibid. pag. 456. Aliae *deprecatoriae archiepiscopo Cantuar. ad monendum, ut habentes bladorum copiam ea vendant propter indigentiam populi.* Pr. " Regnum nostrum, quod sicut a multis." Ibid. p. 457. seq. *Breve regium, ne aliquis capiat bona personarum ecclesiasticarum, nec de eisdem disponat.* Pr. " Sciatis, quod cum celebris memoriae." Ibid. p. 459. seq. *Mandatum regium ad convocationem cleri provinciae Cant. habendam in quindena Paschae.* A. MCCCXIX. Pr. " Cum nos per rebellionem." Ibid. p. 494. seq. *Charta regis justitiariis et aliis ministris directa pro moderanda prohibitione regia.* Pr. " Rex justitiariis suis salutem." Ibid. p. 497. *Praeceptum regis archiepiscopo Cantuar. ne quicquam statutum sit in concilio provinc. in praejudicium dicti regis vel regni.* Pr. " Rex venerabilibus in Christo patribus." Ibid. p. 509. *Litera regis episcopo Exon. missa in causa Hugonum le Despenser.* Pr. " Cum Hugo le Despenser." Ibid. p. 509. seq. *Regis literae priori Norwicen. pro auxilio praestando contra Scotos.* Pr. " Quia Scoti inimici et rebelles nostri." Ibid. p. 511. *Regis literae archiepiscopo Eborum de auxilio honorabili et competenti regi praestando pro guerra Scotiae.* Pr. " Super ingredientibus Scotis." Ibid. p. 514. *Literae regis archiepiscopo Cantuar. de subsidio a clero provinciarum Cantuar. et Eborum procurando.* Pr. " Quanta mala strages hominum." Ibid. p. 516. seq. *Breve regis Waltero Raynold, archiepiscopo Cantuar. pro provisione armorum.* Pr. " Cum in tractatu nuper." Ibid. p. 521. seq. *Literae ejus ad papam de amovendo archiepiscopum Dublinensem a regno et dominio regis propter redditionem castri et villae de Regula, et alia crimina ei objecta.* Pr. " Inviti cogimur sanctitati vestrae." Ibid. p. 524. seq. Extat in collegio armorum Norfol. 48. Ms. *Lamentatio gloriosi regis Edwardi de Karnarvan, quam edidit tempore suae incarcerationis.* Lat. carmine. Pr. " Dampnum michi contigit tempore brumali." Obiit A. MCCCXXVII.

EDWARDUS iii rex. Scripta ejus sunt sequentia : *Litera missa domino papae pro electo et electione ecclesiae Cantuar. archiepiscopi.* Pr. " Praeteritorum memoria viscera." In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. p. 539. seq. *Literae ejus directae singulis cardinalibus pro electo et electione expedienda,* Pr. " Venerabili in Christo patri." Ibid. p. 540. *Literae regis iterato missae papae pro celeri expeditione electionis et electi Cantuar. archiepiscopi.* Pr. " Quam sit onusta dispendii." Ibid. p. 541. seq. Aliae *iterato missae diversis cardinalibus pro celeri expeditione electionis et electi Cantuar.* Pr. " Zelus nos movet decorus." Ibid. p. 542. *Litera regis tertio missa domino papae pro negotio electionis et electi Cantuar.* Pr. " Quia intentiori desiderio." Ibid. *Breve regium custodi spiritualitatis archiepisc. Cant. de parliamento apud Northampton.* A. MCCCXXVIII. Pr. " Cum in parliamento nostro nuper." Ibid. p. 545. Aliud *pro clero totius prov. Cantuar. praemuniendo, quod sint in parliamento apud Ebor.* Pr. " Cum post parliamentum nostrum apud Northampton." Ibid. p. 545. seq. *Literae ejus archiepiscopo Cantuar. et aliis episcopis de negotio concilii apud Lambeth conventuris.* Pr. " Rex venerabilibus patribus S. eadem gratia. Ibid. p. 558. seq. *Breve regium archiepiscopo Cantuar. directum de convocatione cleri facienda,* A. MCCCXXXIII. Pr. " De vestrae sinceritatis et benevolentiae." Ibid. p. 562. *Aliud priori Cantuar. ecclesiae de parliamento apud Northampton.* A. MCCCXXXIII. Pr. " Qualiter bonae memoriae Simoni." Ibid. p. 563. *Litera patens directa domino papae super assensu suo quem praebuit postulationi super electione Joh. Stratford archiep. Cantuar.* Pr. " Vacante nuper Cantuar. ecclesia." Ibid. p. 567. *Litera clausa directa eidem deprecatoria et commendatoria dictorum postulationis et postulati.* Pr. " Inter caetera cordis nostri." Ibid. p. 567. seq. Alia *Litera missa per ipsum regem pro pallio habendo.* Pr. " Sanctissimo in Christo patri." Ibid. p. 568. *Litera directa*

per dominum regem cardinali vicecancellario pro postulato. Pr. "Ven. in Christo patri." Ibid. *Breve regium Richardo, priori ecclesiae Cantuar. de parliamento apud Ebor.* A. MCCCXXXIII. Pr. "Cum super diversis negotiis et arduis." Ibid. p. 570. Aliud *episcopo Wigorn. de pensione solvenda clerico regis, ratione novae creationis.* Pr. "Cum vos ratione novae creationis." Ibid. p. 571. *Litera regis episcopo Exon. ad inquirendum de beneficiis, quae alienigenae occupant in dioec. Exon.* Pr. "Edward par la grace de Dieu." Ibid. p. 574. *Breve regium archiepiscopo Cantuar. de convocando clero ad parliamentum et convocationem,* A. MCCCXXXIV. Pr. "Quam plenae periculis." Ibid. p. 575. seq. *Breve regis ad orandum pro rege et statu Anglicano.* Pr. "Adhuc in terris constitutae sunt." Ibid. p. 576. *Breve regium archiepiscopo Cant. pro parliamento et convocatione Westmonast.* A. MCCCXXXV. Pr. "Cum super diversis et arduis negotiis." Ibid. p. 581. Aliud *pro convocatione cleri prov. Cant. apud Leicestriam,* A. MCCCXXXVI. Pr. "Cum juxta frequentes tractatus." Ibid. p. 582. Aliud *archiepiscopo Ebor. directum pro synodo cleri prov. Ebor.* A. MCCCXXXVI. Pr. "Regnum et sacerdotium velut ab uno." Ibid. p. 583. seq. *Literae regis papae missae pro archiepiscopo Cantuar. contra appellationes ad curiam Romanam.* Pr. "Etsi votivus noster incalescat affectus." Ibid. p. 584. Aliae *ad cardinales super praerogativa Cantuar. ecclesiae et contra appellationes.* Pr. "Quotiens emergunt negotia. Ibid. p. 585. *Charta regis pro fundatione et ordinatione collegii Dunelmensis in universitate Oxon.* Pr. "Sciatis quod cum placitum." Ibid. p. 613. seq. *Breve regium archiepiscopis, etc. deputatos regios concilii assignans.* Pr. "Edwardus, etc. universis et singulis." Ibid. p. 622. Aliud *archiepiscopo Ebor. de convocatione habenda,* A. MCCCXXXVII. Pr. "Justum est et consonum rationi." Ibid. p. 623. *Literae regis ad archiepiscopos Cant. et Ebor. de orando pro rege, et excusando versus populum impositionibus necessario praegravatum.* Pr. "Utriusque Testamenti salutaribus exemplis." Ibid. p. 624. *Breve regium archiepiscopo Cantuar. de convocatione,* A. MCCCXXXVIII. Pr. "Cum nuper assumpto passagio nostro." Ibid. p. 625. *Literae regis archiepiscopo Dubliniensi pro archiepiscopo Armacen. de cruce bajulanda.* Pr. "Cum nuper per breve nostrum." Ibid. p. 628. *Breve regium de convocatione cleri provinciae Cantuar. Londini celebranda,* A. MCCCXXXIX. Pr. "Cum quaedam alia et urgentia negotia." Ibid. p. 653. *Literae regis de episcopo Ossoriensi super haeretica pravitate per archiepiscopum Dubliniensem indebite exagitato.* Pr. "Cum nuper ad significationem. Ibid. p. 652. *Breve regium episcopo Wigorn. directum de convocatione dioecesana habenda.* Pr. "Quia jam pro certo didicimus." Ibid. p. 654. seq. *Charta regia de diversis libertatibus ecclesiasticis per dom. regem concessis.* Pr. "Edward par la grace de Dieu." Ibid. p 655. *Literae ejus contra archiepiscopum Cantuar.* Pr. "Veteribus probatur historiis." Ibid. p. 661. seqq. Extant etiam in *Histor.* Birchington. apud Whart. *Angl. Sacr.* vol. I. p. 23. *Literae ejus ad papam Benedictum* xii *contra archiep. Cantuar.* Pr. "Etsi tanquam devoti filii catholici." In *Concil.* vol. ii. p. 671. seq. *Literae secundae dom. regis Edwardi* iii *contra Joh. Stratford, archiepisc. Cantuar.* Pr. "Cicatrix cordium superbia." Ibid. p. 674. seq. et apud Wharton l. c. p. 36. *Literae regis Radulpho episc. Bath. et Well. declarantes statutum in nupero parliamento factum esse nullum, et prohibentes ne quid in concilio provinc. in regiae dignitatis praejudicium proponatur.* Pr. "Cum pridem in parliamento nostro." In *Concil.* vol. ii. p. 681. *Breve regium episcopo Exon. ad deprecandum pro rege in Franciam ad bellum transituro.* Pr. "Terribilis in judiciis." Ibid. p. 695. *Breve regium episcopo Wigorn. contra recipientes bullas, processus, etc. sine mandato regio in hac parte speciali.* Pr. "Cum de communi assensu." Ibid. p. 726. *Prohibitio regia pro priore et conventu Dovorr.* Pr. "Cum bonae memoriae." Ibid. p. 740. *Regis retractatio prohibitionis Dovorrensis.* Pr. "Cum vos, ut accepimus." Ibid. p. 740. b. *Breve regium archiepiscopo Cantuar. ad exorandum pro rege et exercitu suo.* Pr. "Licet cum cunctis Christi fidelibus." In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 2. *Litera regis pro scholaribus Oxon.* Pr. "Pensantes qualiter per clericorum." Ibid. p. 33. *Breve regium ad deprecandum pro rege.* Pr. "Recogitantes in amaritudine." Ibid. p. 34 *Litera regis episcopo Exon. de captione regis Franciae.* Pr. "Justus et mirabilis." Ibid. p. 36. *Breve regium de exorando pro rege.* Pr. "Post conceptum pridem pacis." Ibid. p. 42. *Literae ad archiepisc. Dublinensem de cruce bajulanda.* Pr. "Inter caetera cordis nostri." Ibid. p. 64. *Breve regium archiepiscopo Cant. pro pensione clerico suo solvenda.* Pr. "Cum vero ratione." Ibid. p. 65. *Litera regia pro jure archiepiscopi, sede vacante in quolibet episcopatu suae provinciae.* Pr. "Ad nos relatum est." Ibid. p. 81. *Commissio regia ad petendam certam collectam nomine mutui ad usum domini regis.* Pr. "Edward par la grace de Dieu." Ibid. p. 87. seq. *Breve regium, sive commissio pro arrajatione clericorum ad arma.* Pr. "Quia pro certo jam noviter." Ibid. p. 91. seq. *Breve regium episcopo Exon. de orando pro domino rege et statu regni.* Pr. "Quantis occasione recuperandi. Ibid. p. 92. seq. *Regis breve archiep. Cant. de orando pro rege et pro felici expeditione Johannis regis Castellae contra Gallos.* Pr. "Quia de divina potentia." Ibid. p. 93. seq. *Breve regium episcopis pro magistro, baccalariis, et scholaribus juris canonici et civilis Oxoniae, pro pacificando.* Pr. "Nuper audivimus de quibusdam." Ibid. p. 107. Aliud *archiep. Cant. contra bullas papae, et alia scripta praejudicialia illata in regnum.* Pr. "Quia datum est nobis intelligi." Ibid. p. 107. seq. Aliud *de eisdem.* Pr. "Reverent pere en Dieu." Ibid. p. 108. Aliud *pro archiep. Eborum de supervidendo collegium vocatum la Queneball in Oxonia.* Pr. "Cum in statutis et ordinationibus" Ibid. p. 108. seq. *Gratia regis facta in anno Jubilaeo de non conferendis beneficiis ecclesiasticis vacantibus ante* 15 *diem Febr.* Pr. "Etsi cuncti, qui Christiana." Ibid. p. 114. *Breve regium super*

custodia

custodia episcopatus Menevensis tempore vacationum. Pr. " Sciatis quod nos ad grata." Ibid. p. 115. Baleus et Pitseus scripta ejus hoc recensent modo: *Leges populares*, lib. i. *Ad Simonem Cantuar.* epist. i. " Sedens in throno gloriae qui." *Ad papam et cardinales*, epist. i. " Amabilium " in Domino patrum." *Ad cardinales schismaticos*, epist. i. " Edwardus Angliae rex et dom. " Hyberniae." *Contra Nicolaum Heathum* epist. i. " Ne fallax et sinistra relatio " *De Scotorum subjectione*, epist. i. " Sanctissimo in Christo patri." *Ad Benedictum* xii. epist. i. " Reverenter ac devote recepimus." *Ad Londinensem episcopum contra Cantuar.* epist. i. " Auditis " itaque literis archiepiscopi." *Ad Ludovicum Caesarem* epist. i. " Serenissimo principi domino." *Ad Clementem* vi. epist. i. " Sanctissimo in Christo patri." *Commissio nunciorum*, epist. i. " Universis praesentes literas." *Contra Philippum Francorum regem* epist. i. " Rex omnibus ad " quos praesentes." *Ad eund. Philippum* epist. i. " Philippo de Valesio literas." *Immunitates magnae chartae*, lib. i. *Privilegia Westmonasteriensia*, lib. i. *Ad praelatos et episcopos* epistolae plures. Bal. vi. 57. Pitf. p. 517. *Libelli, epistolae, etc. de jure ejus ad regnum Franciae.* Mss. extant in opere Thomae Beckington in bibl. Ashmol. Oxon. 1114. Obiit A. D. MCCCLXXVII.

EDWARDUS iv rex. Extat *Sermo ejus in hora mortis habitus.* Pr. " My welbeloved and " no less betrusted." In Hollinsh. vol. iii. p. 708.

EDWARDUS vi rex scripsit *Instructions* dom. Ant. St. Leger de eucharistia. Pr. " In " eucharist then." Metro Anglico. Fox. p. 2139. *De successione notae quaedam*, Strype in *Vita Cranmer*, *Append.* n. lxviii. *Summam colloquii cujusdam cum dom. Admirallio*, manu propria. Extat in Mss. Ashmol. MDCCXX. *Epistolam Latinam Catherinae Parrae* dat. 30 Maii Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. ii. 19. *Quinque epistolas Anglicas* Barnabae Fitz Patrick. Fuller's *Worthies*, ii. 179. *Duas epist. Angl.* " To the princess Mary about the mass in her house." Fox. 1 edit. 878. 887. *Epistolam* i. *Latinam regi Henrico* viii. Fuller, *Ch. History*, vii. 423. 424. *Epistolam* i. Lat. *reginae Catherinae Parrae* dat. 10 Jan. Ibid. *Epistolam* i. Lat. *comiti Hartfordiae.* Ibid. *His arguments against supremacy*, Lond. MDCLXXXII. 12mo. Sub ejus nomine, *A message to the rebells of Cornwall and Devon.* Pr. " Although knowlege hath been given." Extat in Hollinsh. iii. 1003. Fox. 1 edit. p. 886. *Epistolas duas ad Th. Cranmer.* Fox. 1 edit. p. 1395. Vide *Catalogum* operum ejus in Strype, *Vita Cranmer.* p. 298. Scripsit secundum Baleum, *Comoediam de meretrice Babylonica*, lib. i. " Quid deplorandum magis est mortali." *Collectiones ex auditis concionibus*, lib. i. *Commentaria de rebus gestis, illo regnante*, lib. i. " The " year of our Lord MDXXXVII." Ex Ms. Cotton. Nero. C. x. edidit Burnet, *Hist. Reform.* tom. ii. *Append.* p. 1. seqq. *Contra idololatriam*, Gallice, lib. i. " Le fervent zele, que je." Ms. in coll. Trinit. Cantabr. manu propria. Praefationem edidit Burnet, *Hist. Ref.* tom. ii. *App.* p. 63. *De reformatione abusuum tam secularium quam ecclesiasticorum*, lib. i. " The ecclesiastical consisteth." Ex Ms. Cotton. Nero. C. x. Burnet, *Hist. Ref.* tom. ii. p. 64. *Append.* Bale, viii. 82. *De emporio libero* (Free Mart) *in Anglia* Anglice. Pr. " Because your vent of clothes." Ibid. p. 72. *A method for the proceedings in the council*, written with K. Edward's hand. Ibid. p. 77. seqq. *His letter to the archbishop of York concerning the visitation then intended.* Ex Ms. Cotton. Titus. B. 2. Burnet, *Hist. Reform.* tom. ii. *Append.* p. 94.

EDYS [GULIELMUS] monachus Burtoniensis et celerarius ibidem A. D. MDXVII. Vide inscript. in bibl. Oxon. Oriel. N. vi. 3. et 7. Art. Scripsit *Vitam S. Modwennae.* Ms. Cotton. Cleopat. A. ii. Haec vita est Concubrani. Sed in prima pagina occurrit nota manu multo recentiori quam liber ipse: " Ex conjunctione dompni Wyllelmy Edys, monasterii B. Mariae S. Mod" wenae virginis de Burton super Trent monachi, dum esset studens Oxoniae A. D. MDXVII." Per conjunctionem ligaturam libri intelligit.

S. EGBERTUS, patria Scotus, abbas Fuldensis. Scripsit, *Lecturas in Sacras Scripturas*, lib. i. *Epistolas ad Leonem* ix *papam*, lib. i. *Super actis Bonifacii*, lib. i. Obiit 15 cal. Decembr. anno MXLVIII. Dempster. v. 448.

EGBERTUS, sive ECBERTUS [a], nobilissimo apud Anglos loco natus, monasticae vitae sanctissimus imitator fuit. Non illum opes, non genus detinuerunt, quo minus ad Scottos Hiberniensis, solitariae vitae causa, proficisceretur, una cum Ethelhuno, viro etiam natalibus claro. Quo cum pervenisset, Rithmelsigensis coenobii monachis se adjunxit. Hujus commigrationis sic meminit Beda in libro *De temporibus:* " Ecbertus, vir sanctus de gente Anglorum, et sacerdotium " monachica vita, etiam pro coelesti patria peregrinus, exornans, plurimas Scotticae gentis pro" vincias ad canonicam Paschalis temporis observantiam, a qua aberraverunt, pia praedicatione " convertit anno D. DCCXVI." Haec Beda. Ingens paulo post et famosa pestis, quae totam late Britanniam miserrime adflixit, ad ipsos pervenit Scottos, et Rithmelsigenses monachos pene omnes acerbo fato extinxit. Ab hac calamitate Ecbertus non immunis fuit; ita tamen tactus, ut convaluerit: et ibidem multa rarissimae virtutis exempla postea ediderit. Inter haec fuit illi non parva cum Ceadda Anglo, qui id temporis in Scotia studuit, consuetudo; minor tamen quam ipse cupiebat. Nam Ceadda Anglos suos revisens, et Lestingensis monasterii curam gerens, a Theodoro, Cantiorum archiepiscopo, petente Wolpherio rege, Merciorum episcopus factus est. Sic apud Anglos crevit Ceaddae autoritas. Nec minus crevit Ecberti fama non modo apud Scottos, verum etiam apud Anglos; usque adeo, ut interminatus sit Ecfrido, Northumbrorum principi, ne Scottos aut Pictos, tum quietos, bello lacesseret: id quod rex, alioqui utcunque bonus, vitae cum dispendio neglexit. Interfecto Ecfrido ad Nectam lacum, coepit majora, instigante

currentem

currentem aliquo bono genio, secum cogitare. Erant eo tempore in Germania multae gentes populosissimae idolorum [b] culturae servientes; quas ille nimio quodam (si modo in tam sancta re nimius esse quispiam potest) ardore ad Christianam fidem convertere cupiebat. Quare paratis rebus omnibus, quae tam piae expeditioni necessariae visae sunt, navem, quanquam suorum quorundam somniis deterritus, alacer conscendit. Vix navis e conspectu telluris progressa fuit, cum ecce, saeva tempestate orta, navis undecunque violentissimis fluctibus exagitata, tantum non praesentem mortem Ecberto, et suis comitibus minabatur. Hic ille, ut erat matura prudentia, optimum esse sentiens iratis elementis cedere, proram vertit, cupitoque litore, sed aegre, potitur. Tantum tamen abfuit ut, quod proposuerat, omnino omitteret, ut monasterium suum reversus, continuo Withebertum, unum ex sociis suis, genere Anglum, virum literis instructissimum, ad Frisios transmiserit; qui postea hominibus durae cervicis, toto biennio, evangelium Christi O. M. praedicavit. Interea quid fecit Ecbertus? Quid fecit? Huensis insulae monachos, totius Scottiae famosissimos, petiit; qui tum, inveterato quodam errore, Paschale tempus, et coronae tonsuram, praeter canonicum morem, observabant. Tantum certe hic valuit, ut cum solidae Scripturae argumentis, tum etiam suae vitae quadam, ut ita dicam, divinitate, Huenses omnes ad rectum canonem deduxerit. Haec ego ex 16 et 26 cap. tertii libri, item ex 3 et 24. quarti libri, ex 9 et 22 cap. quinti libri *Historiae Anglicanae* Bedae. Denique ex his omnibus Bedae capitulis apparet, illum excellenti eruditione fuisse praeditum: non tamen hactenus certo collegi ab illo, praeter librum *De observatione Paschali*, editum [c]. Floruit utpote grandaevus sub quatuor aut quinque Northumbriae principibus. Obiit [d], exacto vitae suae xc anno, et in coenobio Huensi tumulatus est circiter annum a Christo nato DCCXXVIII. Ex *Lelando*.

[a] Egbertus monachus. Bal. i. 98. Pits. 125. In Southsaxia natus. [b] Vide quam turpiter hanc Lelandi sententiam conspurcavit effraenatus Balei calamus.
[c] Scripsit praeterea, si fides sit penes Baleum et Pitseum, *De ritibus catholicorum*, lib. i. Hunc etiam Ecberto episcopo adjudicat Pitseus. *Conciones varias*, lib. i. Obiit 8 cal. Maii ipso Paschatis die anno Christi DCCXXIX, aetatis 90. War. p. 108. ex Beda.

EGBERTUS patria Scotus, frater ordinis Carmelit. in Gallia educatus, postquam totum orientem lustrasset, linguasque orientales probe didicisset, rediit in Scotiam, et Albini Brechinensis episcopi suffraganeus fuit; cujus precibus Carmelitae monasterium Brechini acceperunt. Scripsit, *Alcorani versionem*, lib. i. *Contra Alcoranum*, lib. i. Rediit in patriam anno MCCLXII. Dempster. v. 467.

EGELRICUS dictus junior, ordinis S. Benedicti monachus in coenobio Croilandensi. Erat abbatis Turketuli cognatus, et sub eo monasterii procurator, ut verbis Ingulphi loquar, "Vir scholasticus et omnium literarum scientia profundissima imbutus." Turketulo abbate et successore ejus Egelrico seniore mortuis, hic electus est abbas circa A. D. DCCCCLXXV, quamvis, ut scribit Ingulphus, "vir magis libris et literis sacris deditus, quam in temporalium provisione doctus." Et infra, "Dedit iste abbas EGELRICUS communi bibliothecae claustralium monachorum magna volumina, diversorum doctorum originalia numero quadraginta; minora vero volumina de diversis tractatibus et historiis quae numerum centenarium excedebant." Scripta tamen hujus hominis hactenus nulla invenio. Obiit nonis Martii A. D. DCCCCXCII, et in capitulo juxta alterum Egelricum sepultus est. Pits. in *App.* p. 836.

EGLINE [GALFREDUS] astrologus insignis, qui ex astrorum observationibus futura praedicere prae se tulit, eoque nomine edidit, *Prophetias quasdam.* lib. i. "Asinus coronatus turbabit regnum." Ms. Bodl. Digby. 186. Has in museo Rob. Recordi olim vidit Baleus. *Prophetia ejus de Ricardo* ii. Ms. bibl. Bodl. NE. D. i. 22. f. 88. In cartulario abbatiae S. Edmundi penes mag. Nowel f. 129. Prophetia edita a quodam Giffardo Eglyne apud Mews in Francia. Pr. "Asinus, etc." A. D. MCCCLXXXIV prophetia Galfridi Eglyn (cujus originale habet in custodia sua sacrista abbatiae de Mews antiqua manu scriptum, de Ricardo ii.—Br. Twyn. R. 277.

EGMUNDUS [GULIELMUS] sive EGMONDE; quem Fullerus, p. 220. *Worthys*, appellat EGREMONT, et patria Cumbrium dicit. Frater eremita ordinis S. Augustini in coenobio Stanfordensi [Hinc a Lelando Stanfordius cognominatur: ita Baleus. Sed nullus istius cognominis auctor apud Lelandum inveniri potest.] Studiis bonarum artium postea in academiis sedulo incubuit, et tandem S. theol. doctor evasit. In lit. pat. 26 Nov. 2 Rich. ii. Will. de Egremund praesentatur per regem ad ecclesiam de Wirkington jurisdict. Richmond. Romam adiens a papa Pissinensis episcopus, et Henrici Belfortii Lincolniensis episcopi suffraganeus ordinatus est. Scripsit, *Replicationes scholasticas*, lib. i. *Sermonum ad populum* lib. i. Claruit circa A. D. MCCCXC. Bal. vii. 12. Pits. 553.

EGUAD [GUILLIAM] poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

EGWINUS [a], qui et Eugenius, ex nobili genere regulorum Merciae, tantum olei et operae in studiis, quae ingenuum virum decent, collocavit, quantum nostro nemo facile saeculo claris natalibus ortus. Sed, quae illa erant tempora, quo quisque erat illustriori stemmate natus, hoc animo ad omne genus virtutis, maximeque ad literas pronior erat: id quod bene in EGWINO apparuit, qui non alio nomine in episcopum ab Wicciis electus est [b]. Successit itaque Ostophoro bono pastori

[a] Egwinus, quibusdam Edwinus dictus juxta *Acta Sanct.* [b] Consecratus dicitur Egwinus anno DCXCIII. Godw. p. 502. et *Annal. Wigorn.* A. DCXCII. *Monast. Angl.* i. 150.

bonus,

bonus, docto doctus, strenue per totam paroeciam suam evangelicum semen spargens, donec ab Ethelredo, Merciorum rege, in exilium detruderetur [c]. Quo tempore Romam recta profectus est. At postea domum reversus, eundem Ethelredum fautorem, quam qui maxime, habuit. Porro, mortuo Ethelredo, usus est Chenredo rege usque adeo amico, ut dono ab eo acceperit locum cum spatiosis agris adjacentibus, HETHEHOLME antiquitus, nunc autem EOVESHAM dictum, in usum tamen condendi monasterii, cujus statim nobilia fundamenta jecit [d]. Deinde Chenredo Romam [e], una cum Offa, orientalium Anglorum rege, peregre proficiscenti, comitem se adjunxit. Postremo, acceptis multis a Constantino, pontifice Romano, privilegiis, coenobium, quod inceperat, feliciter absolvebat [f]. Et ne operi tam magnifico sua aliquando deesset immortalitas, libellum *De* ejus *origine et institutione* scripsit [g]: ut posteritati appareret, ex quam tenuibus veteris ecclesiolae Britannorum reliquiis tanta adcrevisset moles [h]. Caetera, quae plurima et optima fecit, Joannes Rossus in libro *De episcopis Wiccensibus* plenissime narrat [i]. Wilfridus, vir pius juxta ac eruditus, atque adeo ejus discipulus, in episcopatu successit. Ex *Lelando*.

[c] Male hoc referre Capgravium asserit Whartonus. Id enim solummodo tradit Brithwoldus, illum inique apud regem accusatum, Romam ab illo missum fuisse, et a papa accitum, ut se purgaret; quod primo colloquio effecit, et honorifice a papa remissus est. Whart. *A. S.* vol. i. 470.
[d] Anno DCCII. *Hist. Evesham.* [e] Anno DCCVIII.
[f] Primus abbas erat Evesthamiensis monasterii. *Monast. Angl.* i. 150. [g] Scripsit, *De suis apparitionibus*, lib. i. "Ego Egwinus Wicciorum humilis." *De primordiis sui coenobii. De vita S. Aldhelmi*, lib. i. *De vitis variorum sanctorum*, lib. i. [h] Mortem obiit 30 Dec. DCCXIV. Godw. A. DCCXVI. Bal. i. 91. Pitf. p. 21. Et 30 Dec. sc. 3 cal. Jan. A. D. DCCXVII. juxta *Monast. Angl.* i. 150. Ita *Vita*; attamen Bollandus ex *Martyrologiis* 3 idus Jan. diem mortis esse facit. Vid. *Acta sanct.* tom. i. 707. [3 non. Jan. Epitaph.] Recte 30 Dec. DCCXVII. Whart. *A. S.* vol. i. 470. [i] *Vitam* ejus scripsit S. Brithwaldus (non, ut Pitseo placet, Bercivaldus) archiepiscopus Cant. Epitaphium ejus vide apud Godwinum, p. 502.

EITONUS [JOHANNES] canonicus de Repindon, Oxoniensis academiae alumnus. Ad rogatum cujusdam vicarii valentis, ex sanctorum sententiis, juribus naturalibus, Mosaicis et evangelicis et sacris canonibus, scripsit *De usura*, lib. i. cap. 8. "Appropinquante termino mundi "hujus." Ms. in coll. Merton. Oxon. O. i. 6. Art. N. V. 2. Nervose satis, pro aetatis et materiae ratione contra foeneratores determinat. Composuit hunc tractatum A. MCCCLXXXVII, quando fuit Oxon. regens in S. theologia; ita est in dicto Ms. collegii Merton. Pitf. *App.* p. 874.

EITONUS [a] [STEPHANUS] sive AQUAEDUNUS dictus, canonicus Warotrensis coenobii, quod non procul distat a Crago, Eboracensis provinciae castello, dulce otium studiis literariis miscuit, sed tam utilibus, atque adeo fere necessariis, ut laudem a posteritate meritus sit: Scripsit enim bona fide [b] res gestas tempore Edovardi Arvonii, Anglorum regis; [c] cujus tempore res Scotorum auctae, nostrae, quid enim [d] manifesta negem? insigniter diminutae [e]. Ex *Lelando*.

[a] Stephanus Eiton vel Edon. [b] *Sed* (addit Lelandus, *Coll.* iii. p. 42.) *indocto et barbaro stylo.* [c] Sc. *Acta Edwardi* ii. lib. i. "Post mortem toti mundo deflen-"dam." Olim in bibl. monast. de Fontibus. Lel. ibid. [d] *Ni manifesta*, Ms. Lel. Trin. [e] Floruit anno MCCCXX. (Ms. Lel. Trin.) et tandem in suo monasterio fatis concessit. Bal. v. 9. Pitf. p. 410.

ELANDUS, Dialecticus cognominatus ab argutiis suis logicis, in quibus peritissimus habeatur. In academia Oxoniensi educatus fuit, et scripsit *Conclusiones dialecticas*, lib. i. "Omnia quae "sunt in mundo." Hunc librum aliquando Londini ferunt typis mandatum. Pitf. *App.* p. 837. In vicecustodis collegii Mertonensis Oxon. *Computo* A. D. MCCCLXVII. 41 Edw. iii mentio fit trium librorum in quarto, continentium *Sophismata Hamptoni et Elandi*, cum aliis sophismatibus annexis in manibus Thomae Dollyng, socii. Nullum tamen nomen baptismale additur Hamptono et Elando, id quod auctores illos communiter cognitos fuisse monstrat. Tempus quo claruit, ignoratur. Bal. xii. 38.

ELBODUS [a] apud Britannicos scriptores frequentiuscule in memoria: at quae de eo referuntur, leviter et quasi per transennam ostensa, potius quam aperta, mihi quidem esse videntur. Saxones etiam et Scotti, in primitiva florentes ecclesia, mentionem quoque Elbodi eruditi fecerunt, sed raram, brevem, ac jejunam: destituor ergo justo in hac parte praesidio. Ne tamen hic nihil fecisse videar, hac usus excusatione, quae novi, qualiacunque ea sint, communia facere minime gravabor. Elbodus, literarum titulo bonarum insignis, magnam merito apud Cambros inivit gratiam; et initam solide, qua erat prudentia, retinuit. Ab errore Ariano, qui late grassatus est, Britannia liberata, alter aeque pestifer Pelagio increvit incentore: et tertius, nescio quo autore, de celebratione Paschali enatus est: cui et se totum opportunissime, tum Britannos, tum Scottos perstringens, opposuit vel longo tempore. Nec ante causae reliquit acrem defensionem suae, quam fusos virtute verbi hostes evangelici dare manus coëgisset. Eruditus quidam rerum Cambricarum scriptor solida cum gloria Paschalis observantiae dignitatem restitutam Elbodo, tanquam testis honorificus, attribuit. Haec dum chartis illiniret victuris, affulsit novo labori, et victoriae praemium vel amplissimum: nam a congregatione episcopus Venetorum [b] unanimi fit suffragio; quam ille susceptam semel provinciam tam pie tractavit, ut beneficium idem ecclesiae ministris dedisse potius, quam dignitatem accepisse visus sit [c]. Nennium et Samuelem, viros eruditos, habuit familiarissimos: de quibus et nos suis dicemus locis. Ex *Lelando*.

[a] Scripsisse fertur Elbodus, *De ratione Paschae*, lib. i. *Historiam sui temporis*, lib. i. [b] Archiepiscopus Venetorum, Bal. i. 72. Nulla hujus episcopi mentio extat in Godwino. Pitf. 105. [c] Claruit circa A. D. DCX. Bal. i. 72.

ELDADUS seu HELDANUS, natione Britannus et episcopus Claudiocestrensis. Bello inter Britones et Saxones ingruente, in defensione suae gentis scripsit contra Saxones *Orationes invectivas*, lib. i. Claruisse fertur A. D. ccccxc. Pitf. 90. M. Westmonast. in ann. 489.

ELDER [JOHANNES] clerke, *a Redshank*; ita in titulo *Descriptionis Scotiae*. Scripsit, *A copy of a letter sent into Scotland of the arrival, and landing, and marriage, of the most noble prince, Philip prince of Spain to the most excellent princess Mary qu. of England, solemnisated in the city of Winchester*. To. . Rob. Stuard, bishop of Cathenes. Pr. " Although I have ben minded." Lond. MDLV. 8vo. *A proposal to king Henry* viii *for uniting Scotland with England*. Pr. " Al- " beit that fere for lack of." Mf. in bibl. reg. Westmon. 18. A. xxxviii. *Fasti Oxon*. i. 90.

ELDMAIR [JOHANNES] (Dem. 266) natione Scotus, in academia Parisiensi educatus, a qua accitus, ut divinas et humanas literas in collegio Servatoris, quod fundavit Jacobus Kennethus S. Andreae episcopus, doceret. Scripsit, *In libros sententiarum*, lib. iv. *Theologiam Platonicam*, lib. i. *Philosophiam antiquam*, lib. i. Claruit circa A. MDI. Dempst. v. 495.

ELERIUS [a] olim fuit, atque adeo nunc est in suo apud Cambros pretio. Crediderim studuisse illum primum ad ripas Eilvii fluminis, ubi fanum divo sacrum Asapho: posteaque strepitus et frequentiae vitandae causa, tanquam ad eremum abiisse. Illud apertissimum, erexisse illum monasterium circa vallem Clutinam, in quo numerus erat et virorum et foeminarum insignis: inter quos Guenvreda, nobilissima virgo, alumna Bennoi, quae gladium impotentis Caradoci obscissa pertulit cervice [b]. Ex *Lelando*.

[a] Elerius fuit abbas Witheriaci, et sepultus est ibi in basilica sui nominis, S. Elerius dicta; ut testatur Rob. abbas Salop. in *Vita S. Wenefridae*. Mf. A. Wood. Pitf.

[b] *Vita S. Wenefridae* per Elerium hunc, vel, ut alii, per Rob. Salop. scripta esse dicitur. Mf. Cotton. Claudius, A. v. 6. Vide Pitf. p. 109. Bal. x. 10. Vossium, *De hist. Lat*. p. 267.

ELEUTHERIUS [a] quartus Visi-Saxonum episcopus; cujus vita a Gulielmo Meildunensi partim in opere *De pontificibus*, partim in *Historia regum* cum eleganter, tum fideliter describitur. Quare, quae ad literas non pertinent, omitto; contentus tantum ostendere, Maildulphum Scotum, virum eximie doctum, fundamenta musei et monasterii sui nominis solo Eleutherii beneficio jecisse: cujus facti ne aliquando moreretur gloria, scripsit Eleutherius ipse *Epistolam* non indoctam de ejusdem origine. Fertur praeterea et alia scripsisse, sed tempus edax rerum ea nobis abstulit [b]. Ex *Lelando*.

[a] Eleutherius Dorcestrius a Baleo cognominatur. Eleutherius, Agilberti, quondam episcopi Dorcest. nepos, vir demirandae sanctitatis et doctrinae: uti ait Rudburn apud Whart. *A. S.* vol. i. 192. Synodo Herefordensi ann. DCLXXIII interfuit, juxta Bed. iv. 5. et Whart. l. c.

[b] Obiit Eleutherius anno DCLXXVIII. Bal. i. 84. anno DCLXXIV. Rudb. rectius anno DCLXXVI. Wharton. l. c. ex *Chronico Saxon*. Florentio Wigorn. Malmsbur. et in ecclesia Dorcestrensi sepultus; sed ab Hedda ad Wintoniensem translatus, Rudburn. l. c.

ELGIN [ROBERTUS] (Dempst. p. 254.) cognomen ab oppido natali in Scotia habens, Parisiis educatus, ubi S. theologiae doctor Sorbonicus, dein sub Clemente v. referendarius factus. Scripsit, *De corporibus planis*, lib. i. *Disputationes de coelo*, lib. i. Claruit A. MCCCX. Obiit Ambianis. Dempst. v. 468.

ELIAS ABBAS monasterii Scotorum in suburbio Herbipolitano septimus. Scripsit, *Chronicon monasterii Scotorum*, lib. i. Obiit anno MCCXXIII. Dempster. v. 467.

ELIDIR SAIS, Heliodorus Anglicus; poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCXC. Lhuyd. Davis.

S. ELIFIUS filius regis Scotiae Fincormarci, aut Crathlinthi, in Gallias peregrinavit, ubi Tullenses ad fidem Christianam convertit, et tandem in urbe Lotharingiae grandi, martyrium passus est. Scripsit *Exhortationem ad martyres*, lib. i. Claruit anno CCCL. Colitur 16 Octob. Dempster. v. 453.

S. ELIGIUS, Gallis ELOY, Italis S. ALO, patria Scotus, abbas Solemniaci, et tandem episcopus Noviomagensis in Picardia. Scripsit, *Ad Antwerpianos*, lib. i. *Contra ritus Suevorum*, lib. i. *De idolis destruendis*, lib. i. *De sanctis honorandis*, lib. i. Claruit anno DCLVII. Colitur 1 Decemb. sub ejus tutela Fabri Ferrarii. Dempster. v. 450. De S. Eligio ita Fr. Combefis, *Praefat.* in *Bibliothec. patrum concionator*. Fuit patria Lemovix ex vico Cataliaco. Scripsit *Homilias* xvi. Pr. primae. " Ad aures vestrae charitatis." Extant in *Bibl. patrum*. Ex quibus insertae sunt in *Bibl. patr. concionator*. Parif. MDCLXII. fol. tres; sc. in capite jejunii, sabbatho post Dom. 2. quadragef. de prodigo, et feria v. in coena Domini. *Sermo ad plebem*, tom. ix. opp. Augustini illi vindicatur per Jac. Sirmondum, tom. i. *Concil. Galliae* ex Audoëno *Vitae S. Eligii* autore lib. ii. cap. 16. Ita Petr. Combef. in autorum recensione *Praef. biblioth. patrum concionator*.

ELINIUS [a] [JOANNES] Carmelita, doctis per literas feliciores illas innotuit; et claram usque adeo sibi inter suos famam suavitate morum peperit, ut tandem sui nominis et ordinis collegio

[a] Joannes Elinius [Nordovolgianus Carmelita, Mf. Lel. Trin.] sive Helinius patria Nordovolgius, et in coenobio sui ordinis Lynnae educatus. Aliquandiu studiis Cantabrigiae operam dedit, et ibi tandem S. theol. doctor. factus est, Pitf.

Londini

Londini praefuerit. Debet ei posteritas, quod *D. Joannis Revelationes* [b] *commentariis* non contemnendis illustraverit. Ex *Lelando*.

[b] *Revelationes*, lib. i. "Secundum Isidorum xviii "Etymol." Mf. *Epitom.* Lel. ait de ipso: Hic olim Cantabrigiens. magister ornatissimum opus aureis imaginibus decoratum edidit in *Apocalypsin*. Et Baleus dicit: Hos *Commentarios* pulchre iconibus historicis et aureis imaginibus decoravit. Scripsit etiam, *Ad vulgus conciones*; lib. i. "Redde quod debes Matth. viii." *Quodlibetas quaestiones*, lib. i. "Utrum castitatem vovens graviter." *Lecturas Scripturarum*, lib i. Londini obiit, et sepultus est A. D. MCCCLXXIX. Bal. vi. 32. Pitf. p. 519. seq.

ELIOT [THOMAS] filius Richardi equitis aurati et judicis regii, patria Suffolciensis, in aula S. Mariae virginis Oxon. et in collegio Jesu Cantabr. educatus. Academiae valedicens peregrinationem ad exteros instituit, et demum eruditione multiplici instructus in patriam rediit. In maximo apud Henricum viii favore vixit, qui eum dignitate equestri ornavit, et ad diversos principes legatum misit. Promptissimo mentis acumine a natura praeditus, philosophiae et medicinae cognitioni linguarum Graecae et Latinae, rei deinque grammaticae, poëticaeque peritiam adjecit. Scripsit, *The castle of health*, lib. iv. "Galen the moste excellent physition." Lond. MDXLI. 4to. MDLXI. MDLXXII. MDLXXVI. MDLXXX. MDLXXXVII. 8vo. MDXCV. 4to. Prima hujus libri editio, ni fallor, ita: *Sir Tho. Elyot of the conservation of health*, lib. iv. To lord Cromwell. "He giveth "twise." Lond. tempore Henr. viii. . . . 8vo. *The governor*, lib. iii. to K. Henr. viii. "I late "consydering moste." Lond. MDXXXIV. MDXLIV. MDXLVI. MDXLVII. MDLVII. MDLXV. MDLXXX. 8vo. Hic liber prima tantum pars est tractatus *De republica.* Vid. lib. i. cap. 2. 3. *Of the education of children*; *out of Plutarch*, lib. i. To his sister Margery Puttenham. "As in this tempo- "ral life." Lond. . . 4to. *Banquet of sapience*, lib. i. To the king. "After long fasting." Lond. . . . 8vo. MDXLV. MDLXIV. MDLXV. 12mo. *De rebus memorabilibus Angliae*, lib. i. Vide Rog. Aschami *Toxophilum*. p. 28. *A defence or apology for good women*. Per modum dialogi inter Caninium, Candidum, et Zenobiam, lib. i. Pr. "Suche is the condition of Venus derlings." Lond. MDXLV. 12mo. *Bibliothecam Eliotae dictionariam*, lib. i. ep. ad Henr. viii. "The ho- "nourable philosopher Plutarchus." Pr. pr. "Jacta est alea, prodit." Pr. lib. "A signifieth "*of* or *from*." Lond. MDXXXVIII. fol. in bibl. reg. Westmon. est ipsissimus liber, quem autor dono dedit domino Cromwellio; cujus primae paginae inseritur epistola Mf. autogr. Pr. "Fateor "equidem, vir clarissime." Lond. MDXLI. MDXLII. MDXLV. fol. Auxit et emendavit Thomas Cooper. Lond. MDXLVIII. *Of the knowledge, which makith a man wise. A disputation Platonic*, 5 Dialog. Pr. "God unto whom all menis hertis." Lond. MDXXXIII. MDXXXIV. 12mo. *Preservative against death.* Pr. ded. dom. Edw. North, cancellario curiae Augment. "The lytell "book, which I sent to you." Lond. MDXLV. 12mo. Transtulit e Graeco in Anglicum *The image of governance, compiled of the acts and sentences by the emperor Alexander Severus.* Pr. pr. "As I late was searching." Lond. MDXLI. 4to. MDXLIX. MDLVI. MDXCIV. 8vo. Eliotus nonnullis auctor, non interpres, hujus libelli dicitur. Vid. Bal. *Diction. hist. et crit.* E Latino in Anglicum, *St. Cyprian's sermon of the mortality of man.* To lady Susan Kingston. "The circum- "spect person which is." Lond. MDXXXIV. MDXXXIX. 8vo. *The rule of a Christian life, written by Picus earl of Mirandula.* Pr. "Firste if to man or woman." Ibid. *Doctrinale principum ex Isocrate*, lib. i. Quaere annon sit versio *Orationis Isocratis ad Nicoclem.* Lond. per Berthlet. . . . 12mo. *Pasquilli dialogum.* Est de officiis servi. Praefat. ad *Imaginem gubernationis.* "Pasquill the "playne." *A dialogue between Pasquill, Harpocrates and Gnatho, against flattery.* Pr. pr. "Sens "plainnes in speaking is of." Lond. MDXXXIII. MDXL. 12mo. Obiit et sepultus est Carltonae in agro Cantabrig. 25 Martii. MDXLVI. Bal. viii. 77. Pitf. p 734. *Athen. Oxon.* i. 67.

ELIPHAT [ROBERTUS] natione Anglus, professione Franciscanus, vel, ut alii, Augustinianus; Oxoniae primum, dein Parisiis philosophiae et theologiae operam dedit, et tandem S. theologiae doctor evasit. Hunc archiepiscopum fuisse Armachanum tradit Pitseus; at negat Waraeus. Scripsit, *Quaestiones sententiarum*, lib. vi. "Quaeritur utrum commensuratio." Extant Parisiis apud Augustinianos. Wadding. *Conclusiones ordinarias*, lib. i. *Lecturas theologicas*, lib. i. Claruit A. MCCCXL. Bal. v. 50. Pitf. p. 443. War. p. 123.

ELIZABETHA REGINA Angliae, altera serenissimi Henrici viii Anglorum regis filia ex uxore Anna Bullenia, a bonis praeceptoribus optime instituta, ac multis linguis ornata, Latina videlicet, Graeca, Gallica et Italica. E Graeco sermone transtulit in Latinum, *Isocratis orationem ad Nicoclem de regno*, lib. i. "Qui soliti sunt, O Nicocles." *Tertiam orationem ejusdem Isocratis*, lib. i. "Sunt quidam, qui graviter affecti." In Anglicum idioma e Gallico vertit *Meditationes Margaretae reginae Navarrae, de animae suae erga Christum amore*, lib. i. Pr. "If thou "thoroughly read." A. MDXLVIII per Joh. Bale, et recus. ante ann. MDXCV. et Lond. per Hen. Denham. . . 24to. Convertit ex Anglico in Latinum, Gallicum, et Italicum, *Praecationes seu meditationes*, quibus mens commovetur ad omnes perturbationes hujus vitae patienter ferendas, ad vanam prosperitatem hujus mundi contemnendam, et ad aeternam felicitatem assidue expetendam, ex quibusdam piis scriptoribus per nobilissimam et pientissimam Catharinam Angliae reginam collectas. Pr. ded. Elizabethae regi Henrico viii. "Quemadmodum immortalis animus." Dat. Hartfordiae 30 Dec. MDXLV. Mf. in bibl. reg. Westmonast. 7. D. X. *Carmina ejus Anglicana* extant in *Arte poëseos Angl.* edita per. . Puttenham, pensionarium regium. (Hypercritice.) *Epistolae et orationes ejus* extant Lond. MDCXL. 8vo. Scripsit, *Epistolas* xv, quae extant in Dud. Diggs, *Compl.*

Compl. Embassador. Lond. MDCLV. fol. *Epistolas ad dominam Norreys*; *ad com. Essex. ad dom. Amiciam Pawlet* Mſ. in bibl. Univ. coll. Oxon. Vide *Cabalam.* Lond. MDCLXIII. f. *Epistolam ad dom. protectorem Angliae.* Autogr. Mſ. Aſhmol. MDCCXX. Habuit *Orationes* iii; unam ad Cantabrig. academiam, duas ad Oxon. Mſ. C. C. C. Oxon. Twin. iv. *Orationem in primo parliamento Angl.* Hollinſh. vol. iii. 1181. *Orationem Latinam* Cantabrigiae. MDLXIV. Idem p. 1206. et Mſ. bibl. reg. Weſtm. 12. A. lxix. *Orationem ad finem parl.* MDLXXXV. Hollinſh. iii. 1396. *Duas orationes Angl. ad parliamentum* MDLXXXVI. Hollinſh. iii. 1582. 1585. *Her ſpeech to her laſt parl.* Lond. MDCXXIX. MDCXXX. 4to. Extat *Proteſtatio regis Gallorum* cum *reginae Angliae reſponſ.* Lond. MDLX. 4to. *Expoſitio cauſarum, quibus Angliae regina commovebatur, ut quaſdam ſubditorum cohortes armis inſtrueret reſpectu propriae defenſionis et Chriſtianiſſimi regis Caroli* ix. Lond. MDLXII. 4to. *Q. Elizabeth's declaration of cauſes moving her to defend the Low Countries.* Lond. MDLXXXV. 4to. *Her declaration of the trouble of her realm by prieſts and Jeſuits.* Lond. MDXCI. 4to. Inter libros bibl. Norwicenſis eſt *Liber precum* Lond. MDLXI. 24to. foliis deauratis ſerico coopertus, olim, ut creditur, reginae Elizabethae; in cujus principio eſt: "A prayer to be ſaid in tyme of extream "ſickneſs;" et videtur eſſe hujus reginae autographum. *Precationes privatae regiae E. R.* Pr. "Paratum cor meum, Deus." Ad finem ſententiae de regno, "Juſtitia, miſericordia, etc." Lond. MDLXIII. 4to. Vide Henr. Savilii *Epiſt.* nuncupatoriam ad reginam ante tranſlationem Taciti. Vide Fox. 2091. de Elizabetha principiſſa tempore reginae Mariae.

ELLIS [ROBERTUS] natione Scotus, vicarius epiſcopi Cathenenſis, Romam iter faciens Toloſae diu commoratus eſt, ubi archidiaconus S. Petri factus, a partibus Girardi epiſcopi Albienſis contra Arianos fideliter ſtetit. Scripſit, *Contra Oliverium Arrianum*, lib. i. *Pro authoritate utriuſque Teſtamenti*, lib. i. *Ad Gilbertum Lugdunenſem epiſcopum*, lib. i. Claruit A. MCLXVI. Dempſter. v. 483.

ELMER [JOHANNES] ſive AYLMER, ex antiqua et generoſa familia oriundus apud Aylmer Hall in agro Norfolcienſi natus; in academia Cantabrigienſi educatus fuit Henrico duci Suffolc. a ſacris, et dominae Janae, poſtea reginae, filiae ejus praeceptor. A. MDXLI 17 Sept. admiſſus fuit ad eccleſiam de Rodney-Stoke (Dioec. Well.) ſub exitu anni MDXLII reſignavit eccleſiam de Stokeſyffard (A. Wood. Mſ. C. 114. b.) pro vicaria de Wellington, ad quem inſtitutus erat 27 Mart. MDXLIII. *Reg.* Wells. Fuit archidiaconus de Stow, ad quam dignitatem inſtallatus erat 15 Jun. MDLIII, et deprivatus ea A. MDLIV. A. Wood. Mſ. C. 161. Omnes fere Germaniae et Italiae academias adivit, et in academia Jenenſi a duce Saxoniae publicus Hebraeae linguae profeſſor factus fuiſſet, niſi, moriente Maria, in Angliam rediiſſet. Tho. Cooper in *Admonit. contra Mart. Marprelate.* Poſtquam tempora Mariana in exilio tranſegiſſet, fuit unus diſputantium e parte proteſtantium A. MDLIX. Strype *Eliz.* 89. Archidiaconus Lincoln. factus A. MDLXII. Et A. MDLXXII prolocutor in praeclara illa ſynodo Londin. (*Concil. M. Brit. et Hib.* tom. iv. pag. 261.) A. MDLXXIII doctor S. theol. Oxonienſis renunciatus, et Mart. 24 MDLXXVI epiſcopus Londinenſis conſecratus eſt. Scripſit librum, cui titulus *The harbourough for faithful ſubjects.* Epiſt. ded. Fr. com. Bedford, et dom. Rob. Dudley. "The moſt noble and excellent philoſopher." Printed at Straſburgh tempore reg. Mariae MDLIX. 4to. *Conciones quaſdam* edidit, quia quaedam de dom. Tho. Moro habentur apud Hollinſh. iii. p. 939. ex *Concione* quadam ejus habita apud Crucem Paulinam 18 Octob. MDLXXXIV. Diſputavit cum pontificiis *Contra realem Chriſti praeſentiam* in ſynodo London. 13 Octob. MDLIII. Argumentorum capita extant Fox. 1411. etc. *Bernardi de Loquez librum de eccleſia* Anglice redditum praefatione ornavit. *Dial. contra epiſcopos. Vitam S. Richardi epiſc. Ciceſtr. abbreviavit.* Mſ. Trinit. Cantabr. 262. Pr. "Sicut "dicit Caſſiodorus in principio." *Epiſtolam M. Parkero de vetuſtis* Mſs. inter Mſs. C. C. C. Cantabr. Miſcell. i. 897. Vid. Strype in *Vita Parker.* 257. *Vitam* ejus conſcripſit Joh. Strype, quem vide. Obiit 13 Jun. MDXCIV, aetatis 73 Fulhamiae, et ſepultus eſt in eccl. Paulina ante capellam S. Thomae. Godw. 252. Bloſeld *De viris illuſtribus eccl. Anglic. reform.* Mſ. inter libros A. Wood.

ELMHAM [THOMAS] hiſtoricus Anglus tempore Henr. v fuit prior de Lenton (Thin.) de Lentonia (Whart. *A. S.* vol. ii. p. 322.) Temporalia prioratus de Lenton reſtituta Thomae de Elmham 11 Junii 2 Henr. v. Lenton vacabat per reſignationem hujus Thomae 5 Henr. vi. Rot. Pat. Mſ. Whart. L. 677. 682. in bibl. Lamb. Scripſit, *Chronica rerum Anglicanarum uſque ad Henr.* v. Mſ. Cotton. Claudius E. 4. *Hiſtoriam de vita et geſtis regis Henrici* v carmine elegiaco. Mſ. Bodl. F. 9. 22. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 13. A. xvi. Mſ. Cotton. Julius E. iv. 3. Whart. *A. S.* vol. ii. p. 322. *Hiſtoriam ejuſdem regis Henrici* v proſa. Pr. pr. "Lucerna poſita "ſub modio." Mſ. Cotton. Julius E. iv. 2. Ad finem eſt allocutio ſcriptoris ad paginam, ut quaerat glorioſum doctorem mag. Joh. Somerſet. ſuum correctorem. Pitſ. *App.* p. 915.

S. ELOQUIUS patria Scotus, in Galliis evangelium Chriſti ſedulo praedicabat. Scripſit *Exhortationes ad gentiles*, lib. i. *Homilias*, lib. i. Claruit anno DCLI. Colitur 3 Decemb. Dempſt. v. 458.

ELPHINSTON [GULIELMUS] Scotus illuſtri ortus familia, Glaſcuae A. MCCCCXXXI lucem primum vidit. Anno aetatis 25 in academia patria artium magiſter evaſit; dein ſacris initiatus eccleſiae S. Michaelis in Glaſcua rector inſtituebatur. A. aetatis 29 Pariſios adiit, ubi juris prudentiam publice docuit. In patriam reverſus officialis fuit epiſcopi Glaſcuenſis, dein A. MCCCCLXXXII epiſcopus Roſſenſis, et eodem anno Aberdonenſis renunciatus. Poſtea archiepiſcopus S. Andreae, et

et regi a secretioribus consiliis, ac legatus ad regem Galliae. Dempsterus et Baleus eum summum Scotiae cancellarium et privati regis sigilli custodem constituunt. Fundavit academiam Aberdonensem, et collegium Regium ibidem construxit et dotavit. Patriarum antiquitatum indagator fuit diligentissimus: quem valde laudat Bostonus Buriensis in magno *Scriptorum catalogo*, dicente Gesnero. Scripsit, *Scotorum chronicon*, lib. i. Mſ. in bibl. Bodl. Fairfax. 8. *Conciliorum statuta*, lib. i. *Vitas sanctorum Scoticorum*. Obiit Edinburgi A. D. MDXIV, aetatis 83, testante Mackenz. vol. ii. 1. Juxta Dempsterum v. 498 obiit A. MCCCLXXX. Juxta Baleum xiv. 57 claruit A. MCCCCLXXX. Vide Mſ. Hatton. *Script. Scot.* Stillingil. *Praefat. Orig. Brit.* p. 51. Bal. par. post. 217. Dempster v. 268.

ELSTON [LEONARDUS] paedagogus Morstediensis in comit. Norfolc. Liber, quem composuit, apprehensus fuit Mſ. A. MDLXVI, et ipse A. sequenti in carcerem Westmonasteriensem compactus. Strype, *Parker*. 248. Libri titulus a Parkhursto episc. Norwicensi in epist. ad M. Parkerum ita: *A fond work against the state of true religion now used.* Vid. Strype, *Parker*. loco cit.

ELVANUS [a] et MEDVINUS, viri in primis memorabiles, toti interiissent, nisi felix casus illos ab indigna oblivione commodum asseruisset. Quare operae pretium duxi, si testatissimum facerem, quid mihi in hac parte acciderit. Annis abhinc tribus, aut eo amplius, auctioni veterum librorum interfui, rogatus a quodam familiari amico, qui me hujusmodi supellectilem magni facere certo sciebat. Hic ego non carbones, sed thesauros inveni; nempe *Oresten*, tragoediam antiquissimi sed autoris hactenus mihi incerti nominis, non Iambicis senariis, verum, quod admiraberis, hexametris heroicis accuratissime scriptam; conjectura tantum est, opus a Pomponio secundo poëta [b] conscriptum. Praeterea Sulpitii Severi, theologi clarissimi, aliquot opuscula inveni. Sed inter caetera, dum forulos omneis diligenter excuterem, incidit mihi in manus Galfredus Monumetensis, qui historiam Britannicam interpretatus est; cui etiam adjunctus erat libellus *De rebus Britannicis*, sine ulla tamen autoris mentione; in quo, praeter alia, haec nunquam prorsus a me antea audita, nedum lecta, offendi: [c] "Anno Domini CLVI Lucius, Britannorum rex, ad Eleu-"therium P. R. legatos misit, scil. Elvanum et Medvinum, ut juxta ejus admonitiones Chri-"stianus fieret; qui eosdem legatos baptizavit, et, catholica fide suscepta, ordinavit Elvanum "in episcopum, Medvinum autem in doctorem." Haec ego ad verbum ex veteri *Historia*, quae mihi non modo venerandam antiquitatem, sed et veritatem prae se ferre videntur. Nam multi autores, inter quos et Ptolemaeus Lucensis, qui vitas Romanorum pontificum scripsit, adfirmant Lucium, Britannorum regem, literas de fide Christiana accipienda ad Eleutherium misisse. Nec dubium id quidem est, quin et graveis, juxta ac eruditos viros una cum epistolis tam magni momenti miserit. Immo quid si Elvanus et Medvinus, ante acceptam legationis provinciam, a Christianis, qui circiter tempora apostolorum ex Gallia in Britanniam commigrabant, ut refert Meildunensis autore Freculpho, fidei mysteria didicerint. Certe, ut constat ex libris *De antiquitate Glessoburgensis monasterii* scriptis, duodecim eremitas, homines Christianos, duce quodam [d] Josepho, sed non illo, nisi ego plurimum fallor, Arimathiano, e Gallia in Britanniam anno a Christo nato LXIII venisse, ut evangelium praedicarent, sedemque in Avalonia, loco Somarianae provinciae paludoso, posuisse: ita verisimile non est, aut Lucium, aut oratores suos prorsus ignaros fuisse Christianae religionis. Quis enim inter cordatos principes id peteret, quod quale esset, omnino nesciret? Forsitan hic aliquis Fugatium et Damianum mihi objiciet, quos multi autores ab Eleutherio R. P. in Britanniam missos adfirmant. Ut demus hos ab Eleutherio ad Britannos transmissos, nihil obstat, quin et illi Romae Lucii causam egerint, tanquam a fide leviter praegustata. Non interim omnino vana conjectura esset, si dicerem Lucii oratores, ante acceptam Christi religionem, ARCHIFLAMINES, vel FLAMINES inter Britannos fuisse. Nam non modo Ptolemaeus Lucensis, inter externos historiographos clarus, verum etiam nostri scriptores adfirmant, principes mystarum, qui ritus et caeremonias in templis deorum Britannicorum curabant, ARCHIFLAMINES, aliosque paulo inferioris notae mystas FLAMINES vocatos fuisse. Jam de eruditis Lucii ad Eleutherium oratoribus, quae volui, omnia dixi. Vos, mea maxima cura, antiquarii, favete linguis et animis ejus industriae, qui haec in vestram gratiam e tenebris in lucem protulit. Sic plura et meliora per totum hunc late interseret librum. Ex *Lelando*.

[a] Elvanus a Baleo (i. 27.) Avalonius cognom. De Elvano et Medvino vid. *Acta sanctorum* Jan. 1. tom. i. 10. Scripsisse fertur (si diis placet) Elvanus *Librum de origine ecclesiae Britannorum*: Medvinus *Acta per legatos*. Dempsterus refert (v. 490.) Elvanum primum esse, qui res Scoticas illustravit, et scripsisse veteri lingua Scotica, i. e. Hibernica, *Historiam Scotiae*, lib. i. *Descriptionem Scotiae*, lib. i. [b] Olim scriptam Mſ. Lel. Trin. [c] Audiamus Bedam, *Hist.* l. i. c. 4. "Anno ab incarnatione Domini CLVI Marcus Antoninus Verus, decimus quartus ab Augusto, regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit: quorum temporibus cum Eleutherius vir sanctus pontificatui Romanae ecclesiae praeesset, misit ad eum Lucius Britanniarum rex epistolam, obsecrans, ut per ejus mandatum Christianus efficeretur; et mox effectum piae postulationis consecutus est, susceptamque fidem Britanni usque in tempora Diocletiani principis inviolatam integramque quieta in pace servabant." [d] Educatos fuisse Elvanum et Medvinum in schola S. Josephi Pitseus et Harpesfeldius testantur, licet apud veteres passim autores de ea re altum sit silentium. Sunt qui apud Cantabrigiam eruditos volunt. Harpsfeld. vi *Saec.* c. 3. Videsis Usser. *Prim.* c. 4. 5. et 6. Galf. Monum. l. ii. c. 1. Claruerunt A. D. CLXX.

ELVEDENUS [a] [GUALTERIUS] Grantae Girviorum inter Gundovillanos sapientiae divinae rudimenta addiscebat; quibus, tanquam ad coronidem, rerum astronomicarum eximiam cognitionem adjecit. Extat ejus *Calendarium*, cum tribus cyclis decemnonalibus, et argute, et significanter compactum. Ex *Lelando.*

[a] Gualterus de Elveden 9 Jan. A. MCCCXLVII resignavit ecclesiam de Iklingham S. Jacobi, et institutus fuit in ecclesiam de Elveden ad praesentationem abbatis de Bury, A. MCCCXLIX collatus ad archidiaconatum Sudburiae. *Reg.* episc. Norwic. iv. 106. Et A. MCCCLIV praecentor ecclesiae Hereford. Willielmi episcopi Norwicensis vicarius in spiritualibus generalis, Ibid. p. 153. b. quam praecentoriam cum rectoria de Shropham Norfol. permutavit A. MCCCLVIII *Reg.* episc. Norwic. V. 28. De hoc Gualtero Baleus tantum Lelandum transcripsit, verum codex Balei (quo usus sum) hanc habet notam (manu, ut videtur, Cl. Briani Twyne scriptam) in margine appositam *Calendarium ejus vidi factum* A. D. MCCCXXVII [forsan rectius MCCCLXXXVII] et XX *annos ante fundationem collegii Gundevill.* Quaere tamen an hic Gualterus Elveden sit idem cum Gualtero Elvesden, quem Ms. vidit Br. Twynus penes Tho. Allen: et in Ms. Bodl. Digby 176. tituli sunt in principio, sed non extant in libro. *De dominio mensium ab A. Ch.* MCCCXXXII *usque ad* MCCCLVII.—*Annorum ab A. Chr.* MCCCXXXII *usque ad* MCCCLXXXVI. Nicolaus de Lynna in *Calendario* suo (Ms. Bodl. Laud. G. 37.) quod Johanni de Gandavo duci Lancastriae dicavit, et quod ut longit. et latit. Oxon. fecit, illud suum incipere dicit terminato *Calendario* reverendi magistri Gualt. Elvedeni, anno viz. Christi MCCCLXXXVII. unde de tempore quo vixit conjectari licet. A. Wood. Ms. Pitf. Bal. xi. 28. Pitf. *App.* p. 847. Contexuit *Indicem, sive tabulam copiosissimam in Speculum judiciale Durandi.* Pr. "Abbas, nota "quod legatur." Ms. coll. Caio-Gonvil. Cantabr. K. 45. n. 906.

ELVIDEN [EDMUNDUS] Scripsit, *Historiam Pisistrati et Cataneae.* Pr. ded. Ed. comiti Oxon carmine Anglico. "It was not without wise forecast." Anglice. Lond. by H. Binneman. 12mo. *The closet of counsels, versu.* Lond. MDLXXIII. 12mo.

ELVODUGUS PROBUS natione Britannus, in coenobio Bannochorensi educatus, ubi tandem praeses factus, et ibidem Nennii praeceptor erat. Scripsit, *Historiam Britonum*, lib. i. Ex qua plura annotavit Nennius. Claruit A. D. DXC. Bale. i. 67. Pitf. p. 103.

EMLYN [St. PHILIP] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

ENCOURT [GULIELMUS] sive DENCOURT frater Dominicanus; primo Cantabrigiae, deinde Oxoniae studuit, et hic gradu doctorali in S. theologia honestatus est. Scripsit, *Lecturam in Ecclesiasten*, lib. i. "Vanitati creatura subjecta est." Ms. Oxon. in bibl. Baliol. L. i. *Sermonum ad populum* lib. i. Claruit A. MCCCXL. Bal. v. 53. Pitf. p. 445.

ENGLISH [a] [GULIELMUS] sive GRISAUNT, sive ANGLICUS Gesnero, scriptorum collectori diligentissimo, vitam et famam debet. Philosophiam et medicinam profitebatur: tandemque librum *De urina non visa* [b] edidit, qui et nescio quid magiae sapiebat [c]. Ex *Lelando.*

[a] Gulielmus English, quem Anglicum exteri cognominant, Gesnero, etc. (Ms. Lel. Trin.) "Gul. Grisaunt "dictus, apud Oxonienses in coll. Merton. educatus, et "totis viribus ad artem medicam sese accinxit; postea ad "exteros trajecit, Galliam peragravit, et Monti Pessulano "aliquandiu commoratus, ad Marsiliam pedem fixit, ubi "reliquam vitae partem egit." [b] Lib. i. "De cor- "pore quidem humano." Bal. Pitf. Ms. Cotton. Vitell. C. iii. 5. p. 158. "Ne ignorantiae, vel potius invidiae:" Ita incipit Ms. in bibl. aulae Magdal. Oxon. iv. Vide *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 106. ubi A. Wood. eum confundit cum quodam Gul. Anglico theologo (Bal. x. 87.) e collegio Oriel. [c] Scripsit etiam, *Speculum astrologiae*, lib. i. "Quoniam astrolog. speculo." *De quadratura circuli*, lib. i. "Aristoteles in eo qui de categor." *De motu capitis*, lib. i. "Motum accessionis et recessionis." *De magnitudine solis*, lib. i. "Dico quod sol apparet." *De qualitatibus astrorum*, lib. i. "Cum humana corpora sunt." *De significationibus eorundem*, lib. i. *De judicio patientis*, lib. i. *De causa ignorantiae*, lib. i. "Claruit A. Ch. MCCCL, filiumque "reliquit Gulielmum, qui canonicorum regularium Massi- "liae abbas erat, et tandem pontifex Romanus sub Ur- "bani v nomine." Bal. v. 96. Pitf. p. 475. Claruit A. D. MCCIX. Jo. Twine Ms. C. C. C. Oxon.

S. ENGLATIUS, episcopus Scotus. Scripsisse fertur, *Lecturas sacras*, lib. i. *Scripturae scrutinium*, lib. i. *Epistolas varias*, lib. i. Claruit anno MX. Colitur 26 Sept. 3 Novem. Dempster. v. 454.

ENNION AP GUALCHMAI: Poëta antiquus Cambro-Britannicus. Opuscula ejus in bibliotheca Hengurstiana. Claruit A. D. MCCXL. Lhuyd. Davis.

ENNION AP GUGAN: Poëta antiquus Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCL. Lhuyd. Davis.

ENNION AP MADOG AB RAHAUD: Poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCL. Lhuyd. Davis.

ENNION UAN: Poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCXL. Lhuyd. Davis.

ENNIANUS OFFEIRIAD sive presbyter, natione Cambro-Britannus. Scripsit, *Grammaticam linguae suae vernaculae.* Claruit circa A. D. MCCLXXX. Lhuyd *Arch. Brit.* 250. Davis.

ENNION OR FAN. Claruit circa A. D. MCCCLXXX. Davis.

EINION Y MARCH. Claruit circa A. D. MCCCLXXX. Davis.

EOGLODIUS, S. Columbae discipulus. Scripsit, *Columbae magistri vitam*, lib. i. *Epistolam ad Hibernos*, lib. i. Claruit A. DCVI. Dempster. v. 491.

EPPYNT [DAVYDH] Poëta apud Breconienses in Wallia, A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

ERARDUS vir antiquitatum Hibernicarum peritia, aliisque scientiis cum laude conspicuus, a secretis regi Malachiae circa A. D. MXCVI, cujus diversa adhuc extant opuscula. Colgan. *Act. Sanct. Hib.* tom. i. f. 28. Nonnullis idem qui Eberhardus ex Dempstero supra dicitur.

ERCOMBERTUS, Grammaticus sive grammaticaster a Baleo et Pitseo cognominatus, ordinis S. Benedicti Monachus Glastoniensis, et in eodem coenobio archididascalus: Qui, ut melius pueros

pueros ejus curae commissos informaret, scripsit, *De octo partibus orationis*, lib. i. *Regulas grammaticales*, lib. i. De aetate ejus non constat. Bal. xii. 6. ex Glastoniae *Registro*. Pitf. p. 837.

EREMITA BRITANNUS anonymus, qui historiae et astronomiae operam dedit, et de rebus gestis Britonum magnas congessit collectiones. De S. Josepho Arimathensi scripsit librum ignoto sermone, cui titulus *Sanctum Graal* (i. e. Gradale. vide Usser. *Primord.* p. 17.) lib. i. Hujus operis fragmenta quaedam vidit Baleus. Pitseus p. 122. scripsisse eum praeterea asserit, *De rege Arthuro et rebus gestis ejus*, lib. i. *De mensa rotunda et strenuis equitibus*, lib. i. Claruisse fertur circa A. D. DCCXX. Bal. x. 21. Pitf. p. 122.

EREMITA quidam SCOTUS (fides sit penes Dempsterum) imaginem virginis Lauretanae humeris suis in Scotiam, divina revelatione admonitus, deportavit, et Musilburgi quarto ab Edinburgo lapide deposuit A. MDXXXI. Scripsit *Revelationes suas*, lib. i. Dempster. v. 481.

S. ERENAEUS, D. Columbae familiaris. Scripsit, *Acta S. Columbae*, lib. i. Claruit A. DLXXXVII. Colitur die 15 Februar. Dempster. v. 493. Vide *Vitam Columbae* per Adamnan. l. i. c. 3.

ERGHOM [JOHANNES] patria Eboracensis, et in urbis patriae coenobio Augustinianorum Eremitarum frater professus; aliquot annos Oxonii posuit in studiis logicae, philosophiae naturalis et theologiae, cujus tandem doctor evasit. Scripsit, *Compilationes vaticiniorum ad Herefordiae comitem*, lib. i. "Ego Augustinensium minimus." *In vaticinia Joannis Bridlingtoni*, lib. iii. "Illustrissimo Domino et." Titulum hujus libri in Mf. bibl. Bodl. Digby. 89. coaevo, ita lego: "*Expositio super versus prophetiales Johannis Bridlington* ad Humfredum com. Hereford. lib. iii. Pr. "Venerabili, etc. Cum vestrum, Domine, intellectum." *Calculationes astrologiae*, lib. i. *Sermones vulgares*, lib. i. *In carmina Johannis Canonici*, lib. i. Claruit Eboraci MCCCCXC, ubi tandem obiit, et in coenobio sui ordinis humatus jacet. Bal. viii. 50. Pitf. p. 680.

ERGHUM [RADULPHUS] Oxoniensis, legum doctor, consecratus est episcopus Sarum Brugis in Flandria Dec. 9. MCCCLXXV; inde ad sedem Bath-Wellensem 14 Sept. DCCCLXXXVIII translatus. Godw. 403. Extant *Repetitiones ejus in Rubricam.* "Cum illusio;" et *De testibus*, Mf. olim in bibl. reg. Westmon. Obiit 10 Apr. MCCCCI. Godw. 431.

ERIGENA [JOHANNES] et SCOTUS dictus, quem alii Anglum apud Ergene in confiniis Walliae natum, alii (Dempst.) Scotum ex oppido Aire oriundum, alii Hiberniam (War.) Eri seu Erin olim dictam, natalem habuisse contendunt, Cave. Bal. xiv. 32. hunc Scotum cum J. Mailrocensi, academiae Ticinensis fundatore, confundit. Brytannus natione in urbe Menevia ex Patricio genitore natus, longam peregrinationem Athenas usque suscepit, annosque quamplures literis Graecis, Chaldaicis, et Arabicis insudavit, Bal. Pitf. Juvenis in Galliam ad Carolum Calvum profectus est, qui illum magno favore recepit, War. Eum antea Cantabrigiensem, et perperam Bedae discipulum fuisse contendit Jo. Caius *De Antiq. Cantabr.* i. p. 211. Ita et Nic. de Cantilupo in *Hist. Cantabr.* Mf. "Sub quo" (sc. Beda Cantabrigiae) "profecit in fama et nomine Johannes Scoticus, genere Wallicus, excellentissimus ingenio, in philosophia clarus, in omni morum honestate gloriosus, qui ad instantiam regis Franciae *Hierarchiam* Dionysii Areopagitae in Latinum e Graeco de verbo in verbum transtulit. Composuit etiam librum *De naturae divisione* propter prolixitatem multarum quaestionum solvendam bonum et utilem." Post Caroli Calvi Maecenatis optimi mortem in Angliam venit, et si Baleo et Pitseo fides, monachus evasit in urbe Menevensi. A. DCCCLXXIX ab Alfredo rege Oxoniensis academiae restauratore publicus ibidem geometriae et astronomiae professor factus est. Post triennium vel circiter, discordia inter Grimbaldum et socios et veteres academicos orta, Oxoniae valedixit, et ad monasterium Malmsburiense se contulit, ubi scholam aperuit. Tandem anno DCCCLXXXIII (aliis DCCCLXXXIV, vel DCCCLXXXVI.) a pueris graphiis perforatus interiit iv id. Novembr. et corpus ejus primum in ecclesia S. Laurentii ibidem, deinde ad sinistram partem altaris majoris ecclesiae tumulatum. Post mortem inter sanctos relatus, donec Baronius eum expunxit ex martyrologio, propterea quod quaedam scripta sua novis ecclesiae Romanae dogmatibus parum consona fuere. Scripsit, *De divisione naturae*, lib. v. "Saepe mihi cogitanti diligentiusque." Mf. in bibl. Thuanaea. Vetustissimum hujus exemplar Mf. extat in bibl. Hereford. et ex illo descriptum (ut opinor) alterum penes R. Armachanum, A. Wood. Mf. Pitf. Mf. in bibl. S. Germani. Impress. Oxon. cum *Annot.* Tho. Gale, MDCLXXXI. fol. Vide censuram Hovedeni, Westmonast. et Malmsbur. de hoc libro apud Cave et Blunt. *De praedestinatione Dei contra Gotteschalcum*, lib. i. cap. 19. "Fari non possum quantas." Edit. a Gilb. Mauguin *Vindic. praedestinationis et gratiae*, tom. i. p. 103. De hoc libro vide Marlot, *Hist. Rem.* tom. i. p. 414. et Bulaeum, *Hist. Paris.* tom. i. p. 180. 182. *Excerpta de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi.* Haec inter Macrobii scripta feruntur; ex fusioribus Macrobii scriptis a Joanne nostro deflorata esse censent Usserius, *Epist. Hib.* p. 135. et Pitseus. Cave. *De corpore et sanguine Domini*, lib. i. Hunc Caroli Calvi jussu conscripsit, Ratramni sententiae undique consonum, atque eo nomine in synodo Vercellensi ML damnatum. Cave. Aliqui putant hoc opus intercidisse; alii adhuc extare volunt sub nomine Ratramni vel Bertrami. Praeter alios hac de re consuli potest Petrus de Marca apud Lucam Dacherium, *Spicileg.* tom. ii. et Joh. Mabillon, in *Praefat.* ad 2 partem *Seculi iv act. Benedict. Praefat.* in edit. Oxon. Consulat lector Placcium ii. 122. etc. *De immaculatis mysteriis*, lib. i. *De fide contra barbaros*, lib. i. *Pro instituenda juventute, sive de disciplina scholarium* (Boëtio vulgo ascript.) lib. i. *In theologiam mysticam*, lib. i. *Paraphrasticos tomos, sive comm. in Dionysium Areopagitam*, lib. i. *Dogmata philosophorum*, lib. i.

Carmina

Carmina et epistolas. Extant Carmina in calce epistolae ad librum *De praedestinatione*; alia habentur praemissa ad *Areopagitica* a Scoto conversa; sunt quoque nonnulla in *Glossario* Labbei, quod Cangius in lucem dedit. Reperiuntur denique aliquot Scoti ad Carolum *Carmina* in codice Mſ. C. C. C. Cantabr. quae tamen eadem forte sunt cum iis quae Usserius jamdudum publicavit (*Praef.* in edit. Oxon.) quod est Carmen in *Areopagit.* Pr. "Hanc libam." *Epist. Hibern.* p. 57. *Homelias* quoque *plures. Super canones Azachielis*, lib. i. Rectius Joh. Mailrosensi tribuendum, War. *De visione Dei.* Pr. "Omnis sensus corporei." *Praef.* in edit. Oxon. *In Martianam Capellam comment.* Ibid. Transtulit in Latinum, *S. Maximi scholia in difficiles locos S. Gregorii Nazianzeni.* Pr. pr. Scoti. "Hoc opus Maximi monachi." Pr. transl. "Laudantur quidem et "fortassis juste." Extat Oxon. MDCLXXXI. fol. *Opera S. Dionysii Areopagitae quatuor*, viz. *De coelesti hierarchia.* Pr. "Omne datum optimum et omne donum." *De ecclesiastica hierarchia.* Pr. "Quia quidem secundum nos hierarchia." *De divinis nominibus.* Pr. ep. "Memor hospitii "et meae sponsionis." Pr. lib. "Primum quae sermonis intentio." *De mystica theologia.* Pr. ep. "In te mysticam theologiam." Pr. lib. "Trinitas superstantialis et:" versione ad Carolum Calvum imper. dedicata. Horum Dionysii operum translatio una cum prologis ad Carolum regem Mſ. extat bibl. Bodl. Muſ. 148. Extat Mſ. Oxon. coll. S. Joh. Bapt. A. xi. 2. 3. et Mſ. Hyper. Bodl. 148. p. 4. etc. Hanc versionem nimia Graeci sermonis affectatione vitiatam, adeoque Latinis haud satis esse intelligibilem dudum observavit Florilegus. Prodierunt ex his aliqua in editione operum S. Dionysii Colon. MDXXXVI. Omnia vero, teste Labbaeo in *Bibl. coll. Soc. Jesu Bituricensis* Mſs. habentur. Sunt etiam (ut not. marg. Bal. habet) in bibl. C. C. C. Oxon. Libris de divinis nominibus et de mystica theologia praefiguntur *Epistolae* cujusdam Joh. Saraceni ad Odonem abbatem S. Dionysii (Pr. "Memor, etc." Mſ. eccl. Lincoln. H. 25.) quem Joh. Saracenum eundem cum Scoto esse haud dubito, tum quia Scotus in *Epist.* ad Carolum translationis horum librorum meminit; quod idem rubrica indicat; tum quia ille Joh. Saracenus in dictis epistolis dicit se eandem methodum translationis, quam in libro *De eccles. hierarch.* observasse. Vide Mſ. in Hyper. Bodl. 148. p. 81. 127. [Ambo transtulerunt haec Dionysii opera. Vid. Usser.] Praefationem versionis istius duplicem ad Carolum Calvum metricam, alteram breviorem ("Hanc libam sacro Graecorum:" ita pr. carm. ab Usserio edit. "Lumine sidereo Dionisius auxit "Athenas") alteram prosaicam prolixiorem ("Valde quidem admiranda dignisque virtutum") edidit Usserius in *Epist. Hib. Sylloge*, p. 57. Cave. *Prologus* etiam alius in translat. *Coelestis hierarchiae*, Mſ. bibl. Bodl. Laud. I. 59. Pr. "Liber iste inscribitur De coelesti." Juxta Mſ. Bale. Glyn. Dionysii *De coelesti hierarchia* lib. i. incipit. "Cunctis fidelibus necesse." *De eccles. hierarchia* ita: "Quia quidem etc." *De divinis nominibus* ita: "Nunc autem O beate post theol." *De mystica theologia* ita: "Trinitas superessentialis!" Joh. Scotus in *Epist.* ad Carolum testatur se etiam x *Epistolas Dionysii* transtulisse. Transtulit etiam haec Dionysii opera ex Lat. in Gallicum Jo. Trevisa in *Praefat.* de utilitate translationis. Tradit Baleus eum transtulisse e Graeco in tres linguas sc. Chaldaicam, Arabicam, et Latinam, *Aristotelis moralia de secretis secretorum, sive de recto regimine principum.* Sed hujus Scoti non est opus. *Praefat.* in edit. Oxon. Scripsit etiam secundum Dempsterum, *De praescientia divina*, lib. i. *De vera humani arbitrii libertate*, lib. i. *De humanis officiis*, lib. i. *In evangelium Matthaei*, lib. iii. *Deflorationem Macrobii*, lib. i. A quibusdam etiam attribuuntur ei, *Disputatio quaedam cum Theodoro Studita. Versio moralium Aristotelis. Comm. in Aristotelis praedicamenta.* De his vid. *Praefat.* in edit. Oxon. Vide Saussay *De Galliae scriptoribus mysticis.* Parif. MDCXXXIX. 4to. p. 1062, etc. de hoc Johanne. Rog. Hoveden, *Annales.* Bulaeum, *Hist. Paris. Acad.* tom. i. 183. 184. 212. 507. 519. 611. 612. Fuller, *Ch. Hist.* ii. 118. 119. Testimonia de *Erigena* praefixa sunt libris *De divisione naturae*, edit. Oxon. Vide Malmsbur. *Vitam Aldhelmi* in vol. ii. Whart. *Angl. Sacr.* 283. Bal. ii. 24. Pitſ. p. 168. War. p. 43. seq. Cave p. 548. seq. Blunt. p. 245. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 15. Dempster. p. 42. i. 64. ix. 704.

ERLULPHUS Verdensis, natione Anglus (Dempsterus Scotum vocat) Heligandum in episcopatu Verdensi excepit. Trucidabatur in loco, qui dicitur Eppeksthorp a Normannis et Danis Saxoniam vastantibus circa A. D. DCCCLXXVI. Bal. xiii. 66. Scripsit, *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Homilias de sanctis*, lib. i. Colitur 22 Januar. Dempster. v. 447.

S. ERNANUS, S. Columbae discipulus, presbyter et praepositus monasterii in Himba insula. Scripsit, *Exhortationes ad fratres in Himba insula*, lib. i. *In regulam S. P. Columbae*, lib. i. Claruit anno DCVI. Dempster. v. 464. Vide Adamnan. in *Vita S. Columbae*, lib. i. c. 16.

ERNULPHUS, Concionator a Baleo ii. 70. cognominatus. Sed turpissime hallucinatus est Baleus (In eundem errorem incidit Bostonus Buriensis) qui opera quaedam Arnulphi Lexoviensis episcopi et Arnoldi Bonaevallensis abbatis Ernulpho Roffensi episcopo inscripsit, eumque permiscuit cum Arnulpho presbytero, quem Romanorum clericorum insidiis Honorii ii papae tempore Platina *Vita Honorii* ii refert fuisse sublatum, dum in Romanae curiae vitia acrius inveheretur. Reipsa enim Arnulphus ille concionator toto coelo diversus erat a Roffensi nostro, qui ante inceptum Honorii pontificatum obiit. Wharton. *Praefat. Angl. Sacr.* tom. i. xxxi. Vide Cave *Hist. liter.* ii. pag. 380.

ERNULPHUS Roffensis, natione Gallus erat, Lanfranci discipulus, coenobii S. Luciani Belvacensis monachus, ubi vitam diu egit; sed cum nonnulla monachorum facinora insolentiae plena doleret, quae nec emendare posset ille, nec pati vellet, de monasterio relinquendo consilium iniit.

A Lan-

A Lanfranco etiam Cantuariensi, cui discipulus olim fuerat, admonitus, ut ad se veniret, inquit Gul. Malmsbur. (*De gestis pontif. Angl.* lib. ii. in fine) quia ibi animam suam salvare non posset, in Angliam transmeavit. Hic factus primum monachus, deinde sub Anselmo prior Cantuariae, ac tandem A. MCVII abbas Petriburgensis: demum Radulpho Cantuariam translato A. MCXV (*Hist. Petrib.* in *Angl. Sacr.* 1114.) 26 Decemb. Roffensis episcopus constitutus est. Obiit mense (15 *Hist. Pet.*) Martio A. MCXXIV aetatis 84. Extant, *Tomellus, sive epistola de incestis* (incertis Wh.) *conjugiis* ad Walkelinum episcopum Winton. [*De incestuosis nuptiis*, lib. i. Gunton. *Hist. Petriburg.* 21.] Extat impressa in Dacher. *Spicileg.* tom. iii. fol. 464. *Epistola solutiones quasdam continens ad varias Lamberti abbatis Bertiniani quaestiones, praecipue de corpore et sanguine Domini.* Pr. " Faciem vestram in carne nunquam vidi." Ms. bibl. Bodl. NE. E. 5. 5. Apud Dacherium, *Spicileg.* tom. ii. p. 420. 431. tom. iii. fol. 470. et Aegid. Bulaeum in *Hist. acad. Paris.* tom. i. p. 432. Cave, p. 642. 643. At maxime inclaruit Ernulphus libro, quem compilavit *De ecclesiae Roffensis fundatione, dotatione, chartis, placitis, aliisque rebus ad eam spectantibus.* Hic codex in archivo ecclesiae Roffensis asservatus plurimis gentis nostrae antiquariis *Textus Roffensis* titulo innotuit. In fronte libri hanc inscriptionem manus antiquissima apposuit: *Textus de ecclesia Roffensi per Ernulfum episcopum.* Continet autem plura monumenta tam Latine quam Saxonice scripta, viz. Leges Ethelberti, Alfredi, Guthruni Edwardi, Edmundi, et Ethelredi, regum Saxonice: Exorcismum ordalii, leges Canuti regis, constitutiones Wilhelmi i. regis, excerpta ex decretis pontificum, institutiones Henrici i. regis anno MCI latas, successionem pontificum et imperatorum Romanorum, pontificum Jerosolymitanorum et quatuor sedium patriarchalium, nomina archiepiscoporum et episcoporum Angliae a S. Augustino per singulas sedes distributa, Latine: Judicia civitatis Londoniae, genealogiam Edwardi regis ab Adamo, Saxonice: Privilegia, chartas, ordinationes, etc. ecclesiae Roffensis Latine et Saxonice. Wharton. *Praef.* l. c. Magnam hujus codicis venerandae antiquitatis partem ediderunt antiquitatum Britannicarum studiosi, et non uno in loco. Totus *Textus Roffensis* editus est ab Hearnio, Oxon. MDCCXX. 8vo. Edidit maximam ejus partem Wilkinsius in *Legibus Anglo-Saxonicis.* Extant in tom. i. *Angliae Sacrae* Latine, *Nomina episcoporum Roffensium*, p. 329. Pr. " Justus obiit, 4 idus Novemb." *Donationes ecclesiae Roffensi factae*, p. 333. 340. Pr. " Anno ab incarn. Domini DC." *De placito apud Pinendenam et aliis rebus ecclesiae Roffensis*, p. 334. Pr. " Tempore magni regis Willelmi." Quidam erat Arnulfus, B. Fulberti discipulus, monachus, et tandem cantor Carnotensis, qui scripsit contra Berengarium. Num idem sit cum Roffensi quaestio est. Bulaeus, *Hist. Paris.* tom. i. p. 431.

ERNULPHUS sive ERNALDUS abbas Mailrosensis scripsit *Epistolas ad Clementem papam*, lib. i. Claruit anno MCLXXXVIII. Dempster v. 486.

ERVEUS, Scotus, Carmelita, Lutetiae Parisiorum studiis invigilavit. Scripsit *De conciliis oecumenicis*, lib. i. Prodiit Lutetiae. Claruit anno MCCC. Dempster. v. 494.

ESSEBURNUS [a] [HENRICUS] sive ISCAEBURNUS, Dominicanus, philosophiae ac theologiae monumenta eo loco solicitis collustravit oculis, quo Isidis Vadum eruditorum fovet, amat, celebrat numerum. Tam honestum expediti animi institutum adeo non caruit suo successu, ut autori splendorem insolitum attulerit; qui, ne arctius domi includeretur, Devam usque radios extendit. Ibi tanquam in urbe celeberrima eluxit Hesperus inter minora lumina: talia collegio, cui praefuit, exempla eruditionis conferens, qualia vel academia ipsa pro suis facile agnosceret; quo nomine et ejus auditorium frequentissimum. Inter caetera, quae dexteritate sane multa scripsit, vidi ego ejus in *Parabolas Solomonis commentarios* [b]; tum etiam *Ecclesiasten* [c]. [d] Conjectura tantum mea est, vixisse illum regnante Eadveardo Longo [e]. Ex *Lelando.*

[a] Henr. Esseburnus, Ms. Lel. Trin. Bal. Pits.
[b] Lib. i. " Sicut dicit ecclesiasticus." [c] Lib. i. " Sa- " lomon nos invitans ad divinae." Ambo olim extabant in bibl. Regin. Cantab. uti asserunt Lelandi *Coll.* iii. p. 15. Scripsit praeterea, secundum Bal. et Pits. *Lecturas Bibliorum*, lib. i. *Processus in theologia*, lib. i. *Sermonum* lib. i.
[d] " Fuit enim longe eruditior, quam illa ferebant tem- " pora, et dignus plane, qui vel hoc nostro seculo lega- " tur." Inserit Ms. Lel. Trin. [e] Claruit anno MCCLXXX. Bal. iv. 53. Pits. p. 360.

ESSEBY [GULIELMUS] sive ETON. De eo Pitseus p. 854 haec habet. " Guilhelmus Eto- " nus sacerdos Anglus, vir pietati et bonarum artium studiis mire deditus. Postquam in patria " progressus fecisset non contemnendos, ut majorem consequeretur perfectionem, in Galliam se " contulit, ubi, exemplo Richardi Kinstorp, ordinem S. Francisci non ante annos multos inchoatum " intravit, et cum quibusdam suis in Angliam reversus, primum Londini concionari, deinde Oxonii " tum concionari tum etiam in scholis docere, teste Lelando, incepit. Nec mihi dubium est quin " in tam eminente doctrinae gradu constitutus, aliquid ad posteritatis fructum et utilitatem scri- " ptum reliquerit, quamvis quid illud fuerit, hactenus ignoro." H. I. Antonius Woodus, *Hist. et antiq. Oxon.* p. 67. In Ms. Cantab. bibl. publ. 128. 7. extant *Sermones prioris de Essebea.* An Guilielmi hujus, an alius sint, haud certo constat. Claruit anno MCCXXVII.

ESTEIUS [GEORGIUS] sive ESTEY, quondam socius collegii Caio-Gonvill. Cantabr. Postea verbi divini praedicator in ecclesia B. Mariae in Buria S. Edmundi. Scripsit, *An exposition on psalm.* li. Pr. " The book of Psalms is most excellent." *An exposition on the ten commandments.* Pr. " All man's happiness is in the." *An exposition on the Lord's supper.* Pr. 1 Cor. xi. 23. etc. " As the whole epistle." *The doctrine of faith: or an exposition on the creed.* Pr. " Hetherto have we heard." *Exposition on the first part of the* cix *psalm.* Pr. " The cxix " psalm

"psalm is most heavenly." *The history of the gospel.* Pr. "We will expound by the help of "God." *Exposition on* 1 *Peter* i. 13. Pr. "Among the sundry duties in this." Omnia simul impressa post mortem auctoris. Lond. MDCIII. 4to. Obiit A. D. MDCI, aetatis 36 August. 2.

ESTON [ADAMUS] ESTONE, seu ESTETON, humilibus in Anglia natus parentibus, adolescens S. Benedicti regulam amplexus, habitum illius ordinis suscepit Norwici, ubi bonum literarum fundamentum jecit, et humaniores literas una cum rudimentis linguae Graecae didicit. Inde missus Oxonium mathematicas scientias, omnemque philosophiam accurate imbibit. Ad studia theologica demum se accinxit, simulque linguam Hebraeam addiscere incepit; et tantos in utraque disciplina fecit progressus, ut paucos eo tempore pares illi viderit Europa, superiorem puto neminem [a]. Quamdiu apud Oxonienses moratus est non liquet, magistri sive doctoris in theologia titulo insignitus est [b]. Nugantur qui eum regia benevolentia ad episcopatum Herefordensem, et Londinensem, evectum fuisse scribunt [c]. Romae vitae suae maximam partem egisse videtur. Occurrit unus testium processus contra Johannem Wickliff tunc custodem coll. Cantuar. Oxon. in curia Romana 27 Maii MCCCLXX agitati [d]. Postea vero 11 cal. Octob. MCCCLXXX [e] Urbanus vi (non ut Pitseus memoria lapsus scribit Gregorius xi) creavit eum presbyterum cardinalem tituli S. Ceciliae, et papali sua provisione 4 Mart. (vel secundum le Neve 7 Mart.) MCCCLXXXI—II in decanatum Eboracensis ecclesiae promovit [f]. Huc usque fortuna Adamo arrisit, vultum vero non longe post mutavit. Nam papa Urbanus praedictus A. D. MCCCLXXXIV eum et quinque alios cardinales carceri Nocerae tradidit, eos insimulans conspirationis contra vitam suam cum Carolo de Duras rege Neopolitano. Praeterea tormentis horribilibus cruciati sunt omnes, et Genuae appulsi omnes praeter Adamum morte puniebantur. Adamus vero intercessione regis Richardi ii et monachorum, qui pro eo scripserant, vivus evasit [g]. Cardinalatus vero dignitate privatus, et a decanatu Eboracensi papali autoritate amotus, e carcere dimissus, sed non liberatus, privatam atque pauperem duxit vitam usque ad Bonifacium ix, qui in statum pristinum ipsum tandem reposuit [h]. Obiit Romae 15 Sept. MCCCXCVII, et ibi sepultus [i], licet quidam errore ducti eum fatis cessisse A. D. MCCCLXXVIII notant [k]. Multa scripsit Latine, Graece, et Hebraice, inter quae *Alphabetum Judaeorum Hebraice*, lib. i. *Postillam Hebraicam*, lib. i. Ex duobus istis libris Imbonatus [l] unum facit, quem vocat *Postillam Hebraicam in alphabetum Judaeorum*, et forte rectius, judicante celeb. Wolfio [m]. *Psalterium Hebraicum*, lib. i. *Expositionem Levitici*, lib. i. *Hebraica Saraceni*, lib. i. *Hebraica Jarchi Salomonis*, lib. i. Fertur totum Vetus Testamentum ab Hebraeo in Latinum illis diebus transtulisse. Bale. vii. 15. Haec versio olim fuit penes Rob. Wakefeld, linguarum orientalium peritissimum, quam suffuratum ab eo esse Ric. Colder, Carthus. monachum ait *De cod. Hebr. incorrupt.* p. 60. ubi quaedam ex praefatione Estoni citat. Psalterium tamen in linguam Latinam ex Hebraeo ab Adamo hoc translatum fuisse negat Wakefeld. *Epistolae duae Adae cardinalis Anglici de canonizatione S. Brigidae* extant in eccles. cathedr. Lincoln. Et in eodem codice extat *Defensorium illustris dominae S. Brigidae, quod fecit ven. pater D. Adam card. Anglicus articulis* xlii. Pr. "Respondebo exprobrantibus nomen meum." *De communicatione idiomatum*, lib. i. "Reor primum cum doctoribus sanctis." *De sua calamitate*, lib. i. "Dulcissime domine, "expectans ex." *De potestate ecclesiae*, lib. i. *De electione pontificis*, lib. i. *Defensorium ecclesiae*, lib. i. (Hoc opus, vocat. *Defensorium ecclesiasticae potestatis*, transcribi fecit Joh. Whethamstede; uti testatur Mf. Cotton. Otho. B. iv.) *Perfectionem vitae spiritualis*, lib. i. *Modum conferendi beneficia*, lib. i. *Formam procedendi contra haereticos*, lib. i. *Opus vitae contra haereticos*, lib. i. *Dialogum regis et episcopi*, lib. i. *De diversitate translationum*, lib. i. *De veritate catholica Graece*, lib. i. *Meteora Aristotelis ex Graeco*, lib. i. Bale. Mf. Glynn. Pitf. p. 549. Bale. vii. 516. seq.

[a] Pitf. 548. [b] Leland. *Collect.* i. 252. [c] Pitf. 548. 549. [d] Mf. Br. Twyne A. 308. [e] Leland. ubi sup. [f] *Regist. Ebor. eccl.* [g] *L'Enfant* ubi supr. 41—46. [h] Bale. *Le vite de Pontefici*, p. 438. Edit. Venet. MDCLXIII. *L'Enfant hist. du concile de Pise.* i. 44. [i] Panvinius 264. [k] Addit. *Polych.* [l] *Biblioth. Latino-Hebr.* 1. [m] *Bibl. Hebr.* iii. 70.

ESTWODE [JOHANNES] sive OSTROVODUS [a], a Trittemio ESTUVIDE, sed corrupte, dictus, insignis philosophus fuit; tum praeterea in mathesi tam exacte eruditus, ut nemo homo facile illis temporibus supra: inter caetera tamen primas studiorum partes astronomiae dedit. Habet enim illa scientia nescio quid latentis virtutis, quod mentem ad sublimium rerum cognitionem anhelantem rapiat, et in aethera ferat. Qui mentis ardor, ad secreta naturae mysteria honesto impetu contendentis, non modo tolerandus est, verum etiam, meo quidem judicio, laudandus. Neque unquam certe adduci possum, ut credam Joannem Picum, Mirandulanum, virum cum doctissimum, tum sapientissimum, eo animo fuisse, ut astrologiam radicitus e medio tollendam censeret; quin potius illos omnibus modis explodendos, qui tantae scientiae, ut ita dicam, divinitate abuterentur. Cujus generis sunt specularii necromantici, et chiromantici, qui vanissimis vanitatibus maria et montes dant simul et auferunt. E quorum numero non fuit hic noster Joannes, qui tam religiose intra terminos suos semper se continuit, ut ne latum quidem culmum unquam praescriptos astronomiae limites sit praetergressus; id quod liquido apparet ex libro, quem *De astrologia*, ut vocant,

[a] Hunc Joannem Estwode eundem faciunt cum Joanne Aeschenduno supra memorato, Baleus vi. 13. et Pitseus, pag. 493.

judiciali

judiciali multo labore, sed quadam dexteritate conjuncto, scripsit. Hoc opus ab aliquibus *Summa Anglicana* appellatur. Gesnerus in *Catalogo scriptorum* affirmat Joannem Eschendenum fuisse autorem *Summae Anglicanae*. Claruit autem sub Edovardo ejus appellationis tertio. Ex *Lelando*.

S. ETHBINUS in Britannia natus, et Nectensis in Hibernia abbas. Scripsit, *Acta Sansonis magistri*, lib. i. *Meditationes et preces*, lib. i. Obiit et depositus est A. DCX. Colitur 19 Septemb. vel 19 Octobr. Dempster. v. 477.

ETELBERTUS rex Cantiae quintus, primus Christianus, scripsisse fertur, *Leges*, sive *Decreta judiciorum*, lib. i. Anglo-Saxonice. " Pr. Haec sunt judicia." In Wilkinsii *Legg. Anglo-Saxonicis*, p. 1. seqq. et in vol. i. *Concil. M. Brit. et Hibern.* p. 29. *Ad Gregorium, Augustinum*, etc. *epistolarum* lib. i. Obiit A. D. DCXVI. Febr. 24. Bale. i, 73. Pits. p. 105.

ETHELREDUS Wardonensis, ordinis Cisterciensis in coenobio Wardonensi, agro Bedford. monachus, et postea ejusdem loci abbas. Concionator per ista tempora celeberrimus habebatur. Hunc saepius laudat Th. Waldenus in illis sermonibus, quos habuit coram Henrico v Anglorum rege. Scripsit Ethelredus (quaedam tamen ex scriptis ejus nonnunquam confunduntur cum scriptis Ailredi abbatis Rhievallensis. Pits.) *De vinculo perfectionis*, lib. i. " Extendisti, domine, sicut " coelum." *In Lucam homelias*, lib. i. " Cum in exordio narrationis." *Conciones notabiles*, lib. i. " Tempus est, fratres charissimi." *De tribus hominibus*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Bale. Pits. *Expositiones in quaedam S. Scripturae loca*, lib. i. Pits. Tandem in suo coenobio obiit et sepultus est circa A. D. MCCXX. Bale. iii. 80. Pits. 294.

ETHELSTANUS Anglorum monarcha, cujus vitam et egregia facta scripsere [a] quidem multi; inter quos praecipui sunt Florentius Vuiccensius, Gulielmus Meildunensis, Rogerus Hovedenus, et Henricus Venantodunensis. Nemo tamen ex his ita fuse et eleganter rem tractavit, ac Gul. Meildunensis. Illum igitur sequar, at non hoc nomine, ut quaecunque is de tam invicto principe ediderit, tanquam ab ovo, repetam; sed in memoriam ut redigam, quod unus ex multis Ethelstanum a literis laudaverit. Poterat certe Gulielmus praeter alios historiographos in hac parte judex optimus esse; ut qui inter monachos Meildunenses vixerit, quibus sepulturae suae curam moriens commendavit; et quibus, ut credibile est, librariam supellectilem multam reliquerit. At demus hunc regem Gulielmum, quantum ad eruditionem pertineat, nunquam habuisse laudatorem; non desunt tamen justae conjecturae, quae facile persuadeant, eum fuisse doctarum artium amatorem [b]. Principio Alfridum Magnum avum habuit, tam amantem literarum, quam qui unquam fuit maxime: tum etiam erat ejus avunculus Ethelwardus, non infimus Isiacarum scholarum cultor; quorum ille forsitan diligentiam sedulo imitatus est. Sed sint hae nudae conjecturae; quod sequitur, mihi percognitum est. Paucis abhinc annis fui in Badunensi bibliotheca [c], ubi reperi aliquot non indoctos libros, venerandae vetustatis thesauros, ab ipso Ethelstano, ut ex inscriptionibus apparuit, monachis dono datos. Ex illis unum, captus cum antiquitate tum majestate operis (erat enim *De synodis pontificiis*) in palatinam bibliothecam illustrissimi regis Henrici octavi transtuli, at prius hoc hexastico [d] inscriptum:

> Ethelstanus erat nostrae pars maxima curae,
> Cujus nota mihi bibliotheca fuit.
> Illo sublato, sexcentos amplius annos
> Pulvere delitui squallidus atque situ:
> Donec me pietas magni revocavit ad auras
> Henrici, digno restituitque loco.

Jam utcunque liquet Ethelstanum bonorum librorum fuisse amatorem; eundemque, ut ego inde colligo, rem literariam coluisse. Subserviunt et nostrae opinioni cujusdam non inerudíti laudatoris Ethelstani versiculi:

> Extimuit rigidos, ferula crepitante, magistros:
> Et potans avidis doctrinae mella medullis
> Decurrit teneros, sed non pueriliter, annos.

[a] Quae de vita et gestis regis Ethelstani fuse tradunt nostri historici, ad hunc locum non pertinent. Hic enim tantum annotabimus quaedam de doctrina ejus, et erga literatos amore. [b] Scripturas divinas, teste Malmesburio verti fecit (A. D. DCCCCXXX ait Johannes Fox. p. 10. suae *Hist.* Ms. Bal. Glyn.) in Anglo-Saxonicum idioma, ex purissimis Hebraeorum fontibus, per quosdam Hebraeos ad Christianismum (ut credere par est) in suo regno conversos. Bal. ii. 27. Ubi autem hoc testatur Malmsb. quaerat lector. Non invenitur, ait Usser. *Hist. dogm.* p. 125. Scripsit etiam ipse non pauca, quae pleraque tum Anglice, tum Latine, usque hodie Ms. dicuntur inveniri Cantabr. in collegio Corp. Chr. Cantabr. unde D. W. ea descripsit. Inter ejus lucubrationes hos sequentes titulos invenio: *De correctione legum antiquarum*, lib. i. *Novarum legum* lib. i. " Ego Aethelstanus consilio." Ms. Bal. Glyn. Has leges ita enumerat: *Leges* 45 num. lib. i. " Ego Aethelstanus, " etc. Legem de episcopis quoque." Pr.; " Episcopo " jure pertinet omnem," etc. *Leges* 22. Pr. " Hoc est " judicium qualiter hundred. *Leges adhuc* 19. Pr. " Hoc " consultum est quod." Vid. *Leges Anglo-Saxon.* D. Wilkinsii, p. 54. seqq. *Ad suos subditos*, lib. i. " Aethelstanus rex notifico vobis." *De constitutionibus ad clerum*, lib. i. *De rebus astrologicis*, lib. i. Et alia plura, Pits. p. 173. Vide J. Bromton. *Chron.* inter *Decem Scriptores*, et *Leges Anglo-Saxon.* D. W. [c] Badunensi, seu Meildunensi (Malmesbur.) bibliotheca. Ms. Lel. Trin.

[d] Hexastichon hoc etiam praefixit Lelandus cuidam antiquae *Harmoniae* iv *evangeliorum* nunc in biblioth. regia Westmon. 1. A. xviii. olim ab hoc rege monasterio S. August. Cant. datae; uti patet ex hac epigraphe manu vetusta: *Hunc codicem* EDELSTAN *rex devota mente Dorobernensi tribuit ecclesiae B. Augustino dicatae. Et quisquis hoc legerit, Omnipotenti pro eo, proque suis fundat preces.*

At

At quae Gulielmus adfert, longe, inquam, certiora sunt. Scribit enim Ethelstanum usum fuisse calamo; atque adeo se vidisse librum ab eo scriptum, quamvis in illo Latinae linguae puritatem desideret. Ergone expungerem ex eruditorum albo tanti principis nomen, parva imperfecti styli macula aspersum? Non certe; cum magnis viris vel tentavisse, ut Latine scriberent, non leve sit. Mihi equidem mirum videtur, quo pacto aliquid lingua peregrina exarare potuerit; praesertim, cum esset tot Danicarum irruptionum procellis impetitus. Sed regem mediocriter doctum his modis illustravisse nunc satis sit [e]. Ex *Lelando.*

[e] Hujus *Vitam* Johannes Lydgate, monachus Buriensis, scripsit. Bal. ii. 27.

ETHELSTANUS doctor, gente Anglus, unus ex doctoribus, quos apud se honorifice habebat Alfredus Magnus, quorum consilium in omne re literaria adhibebat, quorum censuris, ut scribit Malmsburiensis, omnia sua scripta humiliter subjiciebat. Scripta hujus Ethelstani in Danicis bellis perierunt. Claruit circa A. D. DCCCCXX, sub Edwardo seniore. Pits. *Append.* p. 838. Quaere an hic Ethelstanus idem cum Aethelstano sive Athelstano primo Cornubiensium episcopo, consecrato a Pleimundo archiepisco A. D. DCCCCIV. *Hist. vet. Abendon.* in Ms. Cotton. Vitellius D. viii Diceto 909. Edelstanus episcopus obiit nonis Octobris. *Obit. Eliense* in Ms. Cotton. Claudius A. viii. Helmamensis iste fuit. Athelstanus episcopus Cornubiensis subscripsit chartae Dunstani archiepiscopi datae coenobio Croiland. DCCCCLXVI. Ingulfus, edit. Oxon. p. 45. Exulante Ethelsio episcopo, Edelredus rex dedit abbatiam Eveshamensem Athelstano episcopo. *Hist. Evesham.*

ETHELVEARDUS [a] Ealfrido patri non in regno, sed studiorum ardore successit; quo equidem calculo apud rerum gestarum scriptores perinde illustris est ac frater suus Eadveardus; qui toties Danos aperto marte profligavit, et civitates non paucas bellorum fulmine deformatas pristino nitori magnifice restituit. Quare partis nostrae erit commodum in praesentia explicare, quid Anglicae historiae scriptores de illo memoriae tradiderunt. Gulielmus Meildunensis capite, si recte memini, quarto decimo secundi libri *De regibus Anglorum,* hominem vel inter eruditissimos ponere non dubitavit; cujus autoritatem et alii multi secuti, eundem inter literatorum proceres numeraverunt. Unus Rossus Verovicensis in libello suo *De academiis Britannicis,* praeter caeteros recentiores, mihi plane videtur, cum ejus famae, tum doctrinae assurgere. Forsitan et hoc lubentius fecit, ut Isiacarum scholarum axaugeret nomenque decusque: ubi Ethelveardum, regii generis adolescentem, in bonis artibus mirifice profecisse [b] quodammodo gloriatur. Illud certe satis admirari non possum, autorem *Chronicorum fani Neoti,* qui Alfredi historiam quam diligentissime perscripsit, nullam Ethelwardi mentionem, ne per umbram quidem fecisse. Sed nae ego homo suavis sum, qui pro scriptoribus eruditos infarciam. Da veniam, quaeso, lector, culpae, nec certe frequenti nec magnae. Hoc ego enim ago, ut non modo nostrae insulae scriptores, verum etiam eruditos, quorum Britannia ingentem numerum tulit, posteritati commendatissimos relinquam. Nec interim incredibile est aliquid ab illo, quamvis ad nostras non pervenerit manus, olim fuisse scriptum [c], ut orbi studiorum suorum vel clarum specimen ostenderet. Utcunque sit, hoc tantum mihi nunc superest, ut cum Gulielmo Meildunensi manifestum faciam, Ethelwardum seniorem sepultum fuisse quarto ante obitum Eadveardi regis anno [d], una cum patre suo, Ventae in novo monasterio, quod postea destructum, originem, jubente Henrico primo, Hidensi coenobio dedit. Meminit Gulielmus a Maildulphi-curia alterius Ethelwardi [e], filii Eadveardi regis, his verbis cap. 17 secundi libri *Histor. regum Angliae:* "Secundus filius Eadveardi fuit Ethelweardus ex Ealfreda, filia Ethelmi "comitis, literis apprime institutus, multumque Ealfridum avum vultu et moribus praeferens; sed "cito post genitorem morte [f] subtractus." Marianus Scottus scribit hunc diem obiisse supremam in Isidis Vado, ibidemque sepultum fuisse. Ex *Lelando.*

[a] Ethelwardus princeps Alphredo patri, Ms. Lel. Trin.
[b] Non infimus Isiacarum scholarum, cultor (supra in Ethelstano.) Vir literatissimus ac philosophus in univ. Oxon. Rudb. apud Whart. *A. S.* i. 207.
[c] Scripsit Ethelwardus senior *Chronicorum* lib. i. Pits. p. 173. Scripsit librum unum *De gestis Anglo-Saxonum.* Pr. "Disertissimae "et verae Christi ancillae." Fuit ex stirpe R. Adulphi prognatus in Mercia, ut ex ipso autographo patet, quem D. Tho. Allen se vidisse dicit A. D. MDLXXXVIII vetustissimis characteribus descriptum; et claruit sub Edgaro rege, A. Wood. Ms. Pits.
[d] Obit MCCCCXX. Pits. p. 173.
[e] Scripsisse fertur *Historiarum* lib. i.
[f] Obiit A. D. MCCCCXXV. Pits. l. c.

ETHELWOLDUS [a], qui et ATULPHUS dictus, hic a me piissimus discipulus [b] a praeceptore proximus inter illustreis viros, et merito quidem ponendus est. Concesserat jam fatis nobilissimus Ecbertus, relicto tantum unico filio, eoque sacris initiato. Consensus publicus Ethelwolphum in regem petiit. Leo pontifex Rom. factum confirmavit. Sic Ethelwolphus ex subdiacono rex factus. Paulo post Helmstenus, episcopus Ventanus diem obiit. Rex praeceptoris memor, dignitatem Suithuno adjudicavit. O factum bene! Gulielmus Meildunensis successui sic applaudit: "Est enim Platonis vetus et laudata sententia, *Tunc fore beatam rempublicam, si vel philosophi* "*regnarent, vel reges philosopharentur.* Veritas dicti prodiit in effectum per istum Atulphum,

[a] Ethelwolphus, Ms. Lel. Trin. Bale. Ethelulfus, Pits. Ethelwolphus monachus et diaconus, Bal. Scripsisse putatur, *Leges vectigales,* lib. i. *Epistolam haereditariam,* seu, *Testamentum bonorum distributorum,* lib. i. Obiit A. D. DCCCLVII. Bal. ii. 20. Pits. 165.

"cum

"cum, patre defuncto, quia alter legitimus haeres non extaret, ex gradu subdiaconi Wintoniensis "in regem translatus est, concedente Leone, illius nominis tertio, pontif. Rom." Haec ille. Jam in imperio confirmatus, et liberis auctus, Ealfridum quartogenitum, adolescentem ad bonas fortunas omnes et literas natum restaurandas, Romam misit: quo et ipse postea comite profectus est [b]. Ex *Lelando*.

[b] Discipulus praeceptori proximus, Mſ. Lel. Trin.

ETHELWINUS [a], literarum cultor assiduus sacrarum, temere silentio praetereundus non est; quandoquidem ipse Beda, non iniquus aut testis aut judex, ejus famam ab ingrata [b] his verbis olim asseruerit oblivione, cap. 10. libri tertii *Anglicae historiae:* "Ethelhilda, soror sanctorum virorum Ethelwini et Aldewini, quorum prior episcopus in LINDISIGE provincia; secundus erat "abbas in monasterio, quod vocatur BARDENIG; a quo non longe et illa monasterium habebat." Hactenus Beda. Erant hi quidem tres illustres in magna apud Ostritham, Merciorum reginam, gratia bonarum literarum nomine [c]. Ex *Lelando*.

[a] Ethelwinus Lindissius a Baleo cognominatus, Cent. X. 19. [b] Ab integra, Mſ. Leland. Trin. [c] Claruisse putatur, A. D. DCCX. Bal. l. c.

ETHELWOLDUS [a], gallinae filius albae, a teneris unguiculis ad literarum cognitionem flagranti quodam studio se totum convertebat. Cumque maturior jam aetas eum quasi virum fecisset, coepit cogitare de quieto quodam vivendi genere. Monachatus tunc temporis pietas cogitanti perplacuit: unde et Glessoburgum, antiquissimum simul et celeberrimum monasterium, Dunstano sedulam impensurus operam, petiit; id quod manifeste ex his verbis liquet, quae comparent primo libro Gul. Meildunensis *De vita divi Dunstani:* "Confluxerunt eruditi, gratia Dunstani, Glasconiam." Et paulo inferius haec quoque refert: "Unum pro exemplo Ethelwaldum advoco, quia de pluribus dicere in immensum esset pergere. Is nec iners, nec imprudens, "nec praeterea tenuis patrimonii clericus, cum multa in monasterio ejus voluntati occurrerent, "quae illum obviis manibus exciperent, solum omnium mortalium Dunstanum suae vitae consiliarium elegit, illius commilitium, illius contubernium desiderans, ei convivere, ei commori "exaestuans. Venit igitur Glasconiam, et ibi grammaticam, metricamque artem edoctus, postremo etiam monachus factus." Haec Meildunensis. Abbandunum, nobile olim Cissae Visi-Saxonum monumentum, Danorum violentia concussum, Eadredi regis pietate multa insigniter reparatum est, designato Ethelwaldo praeside. Unde, regnante Eadgaro philomonacho, rursum idem novis, sed amplissimis fortunis coenobium in gratiam Ethelwoldi exauctum: quo tempore Brighthunus, episcopus Ventae Simenorum, relictis terris, coelum petiit, succedente in eadem dignitate Ethelwaldo, suo principi commendatissimo. Quid tum ille? Monasteria bellica clade collapsa restituere, praesertim apud Girvios. Hinc Petri Burgus, Thornega, Anguillaria reparata monasteria. Ramesegae etiam, exorato Ailwino, Ostroanglorum comite nobiliss. fundamenta ingentia jacta sunt. Hinc monasteria Ventae Simenorum et alibi, ejectis, nescio quo jure, canonicis, constituta sunt. Postremo illud eximiae plane laudis erat, quod literatos, literatus et ipse, maximi fecerit. Inter quos et Alfricus grammaticus, Wolfstanus praecentor, et Ethelgarus ex monacho Abbandunensi, *Novi monasterii*, quod Ventae Simenorum enituit, fundatore Alfredo Magno, abbas, clari fuerunt. Ipse vero in mathesi non leviter eruditus, opus elimatum et rotundum de *Planetis, regionibus, et climatibus mundi*, tanquam victurum ingenii monumentum, posteritati reliquit [b]. Multa de hoc antistite tum a Gul. Meildunensi, tum a Richardo Eligensi et Hugone Albo scripta sunt [c]. Ex *Lelando*.

[a] Ethelwoldus Wentanus dictus, in occidentalis Angliae plagis natus, Bal. Pitſ. [b] Scripsit secundum Pitseum, p. 178. * *De sua in presbyteros potestate, ad Joannem papam* xiv. lib. i. *Contra presbyteros fornicarios et eorum concubinas*, lib. i. * *De abbatibus Lindisfarnensibus*, lib. i. Mſ. Cantab. in bibl. publ. * *De regibus, regnis, et episcopatibus totius Angliae*, lib. i. Mſ. ibid. * *De tempore regum Britannorum*, lib. i. Mſ. ibid. *De suis visionibus*, lib. i. Hic liber a Baleo et Pitseo Ethelwoldo adjudicatus, Ethelwolphum monachum (non Wintoniensem, ut Pitseus) de quo infra, habet auctorem. *De planetis et mundi climatibus*, lib. i. Extat Mſ. Digb. 83. f. 24. in bibl. Bodl. si non integra, saltem non spernenda pars epistolae ejus ad Gerbertum papam, in qua de proportione diametri ad circumferentiam, seu de quadratura circuli. Gerbertus autem, sive Sylvester ii. papa renunciatus est non ante MXCIX, adeoque hactenus saltem vitam suam produxerit Ethelwoldus. Ita notat Cl. Langbainius in marg. A. Wood. Pitſ. in Mſ. Consecratus vero noster erat episcopus Winton. anno DCCCCLXIII. et fatis concessit I Aug. DCCCCLXXXIV. Godw. p. 265. Whart. *A. S.* vol. i. p. 123. Rex Edgarus etiam dedit S. Ethelwoldo manerium de Suthburn, eo pacto, ut ipse transferret regulam S. Benedicti de Latino in Anglicum; quod idem episcopus S. Etheldredae obtulit, Whart. *Angl. Sacr.* i. 604. [c] De S. Ethelwoldo ex libro *Abbendon.* vide *Monasticon Angl.* i. 103. ubi de duabus campanis, quas propriis manibus fecisse dicitur. Habetur etiam ibi, p. 105. *Oratio ejus pro coenobio Abbendunensi.* Pr. "Deus aeterne, ante cujus conspectum."

* Libri astericismis notati, a Baleo omittuntur.

ETHELWOLPHUS [a], qui et LUPUS dictus, monasticae sectae cultor magnus erat, idemque bonarum ardentissimus amator literarum. Fanum Petri ad orientale Berniciorum litus tum excreverat pietate nobilissimi Eanmundi ducis, tyrannidem Osredi, filii Ealfridi, Nortabrinorum

[a] Ethelwolphus Bernicius, qui et Lupus. Bal. ii. 12.

regis, fugientis: quo loco ab Eanmundo ſucceſſere praeſides, Eorpwinus, Aldwinus, ejus frater germanus, Sigbaldus, et ejus frater germanus Sigwinus: poſtremo vero Wolfſigus, cui familiater Ethelwolphus puer adhaeſit, ſex annis ante acceptam monaſterii gubernationem. Ipſemet fatetur ſe Eadfridum, poſtea epiſcopum Lindisfarnenſem, primum habuiſſe praeceptorem; poſtea autem audivit et Iglacum praelegentem, cujus vitam etiam ſcripſimus. Interdum, depoſita divinae philoſophiae ſeveritate, ſolitus eſt muſarum fontes petere, et carminibus indulgere [b]. Extat ejus libellus non inelegans ad Ecgbertum [c] epiſcopum verſibus heroicis conſcriptus, quo graphice depingit Eanmundum [d], et fanum Petri ab eo inſtauratum: cui operi et ſomnium [e] ſuum ſcriptor non indoctus affixit [f]. Ex *Lelando*.

[b] Scripſit verſu, *De origine ſui coenobii*, lib. i. "Summe "pater placidi." Mſ. Bodl. B. 19. 7. Th. *De illuſtribus monachis*, lib i. Hic videtur eſſe liber, qui ſub Edilnulphi nomine recenſetur in *Matriculario* libr. Mon. Petriburg. K . . . . Mſ. in bibl. Bodl. B. 19. 7. (*Inſtrum. Hiſtor. Angl.*) Vid. Mſ. bibl. Bodl. B. 4. 10. *Super ſuo ſomnio*, lib. i. "Tempus erat noctis." [c] *Athelwolphi Lindisfarnenſis carmina ad Egbertum preſbyterum*, Mſ. Cott. Tiber. D. iv. 51. Annon idem carmen de abbatibus et viris piis abbatiae Lindisfarnenſis, quod extat in Mabillon. *Saec. Bened.* iv. p. ii. p. 302. Se etiam de aliis Angliae ſanctis ceciniſſe diſerte innuit, Cave. ii. p. 268.

[d] Eanmundum ducem, ac primum ſui coenobii praeſidem, et fanum, Mſ. Lel. Trin. [e] *De ſuis viſionibus*, lib. i. quem Baleus et Pitſeus Ethelwoldo Wentano adjudicant, idem fortaſſe eſt. [f] Claruit A. D. DCCL. Bal. ii. 12. Pitſ. p. 145. A. 820. Cave. ii. p. 268.

S. ETHERNANUS diſcipulus ac nepos D. Columbae, monaſterii Divini Ruris, ut vocant, praepoſitus. Scripſit *Geſta Columbae avunculi*, lib. i. Claruit anno DCVI. Colitur 24 Januar. Dempſter. v. 459.

ETHODIUS i. rex Scotorum, muſicae deditus: Scripſiſſe fertur, *Ad Pictorum regem epiſtolas* plures. *Venationum ſtatuta aliquot*: [Quorum magna pars adhuc ſervatur Buchan.] Obiit A. D. CXCVI. Dempſter. v. 492. Bal. xiv. 5. Thin. *Appendix* ad *Hiſt. Scotic.* apud Hollinſh. p. 458. Buchan. lib. iv.

EVANS [LUDOVICUS] patria Monumetenſis fuit academiae Oxon. alumnus. Ob religionem pontificiam zelo flagrans, in regiones tranſmarinas fugere coactus eſt, et Antverpiae ſedem fixit. Tranſtulit e Latina in linguam vernaculam, auxitque *Tabulas* Gul. epiſcopi Rurimundenſis *contra haereticos*; quibus titulum dedit *The betraying of the beaſtlineſs of the heretics.* Pr. pr. tranſ. magiſtro Grindall. "Of that mynde I alwayes have." Antw. MDLXV. 12mo. Poſtea vero Ludovicus noſter in Angliam rediens carceri mancipatus eſt, ubi reconciliatus erat eccleſiae Anglicanae reformatae, et 21 Sept. A. MDLXV admiſſus ad praebendam de Comb. vii. in eccleſ. Wellenſi. *Reg.* Berkley. Scripſit *The caſtle of Chriſtianity, detecting the long erring eſtate as well of the Romiſh church, as of the biſhops of Rome.* Pr. ded. reg. Eliz. "The inclination of man-"kind, moſt gracious." Lond. MDLXVIII. 8vo. *The hatefull hypocriſy and rebellion of Romiſh prelates*, Lond. MDLXX. 12mo. Pr. pr. "What kind of phyſician." *A view of certain rebellions and their ends.* Pr. "In the year of our Lord God MLXXXVIII." *Four paradoxes* (1) *A biſhop and a miniſter is all one.* (2) *A biſhop, etc.* Quaere tamen an ipſe eorum ſit autor. *A ſhort treatiſe of the miſtery of the euchariſt.* Pr. pr. "Sythence the impreſſion of my laſt." Lond. MDLXIX. 8vo. *A brief anſwer to a ſhort trifling treatiſe of late ſet forth in the Britaine tongue, written by one Clinnock at Rome, and printed at Millain, and lately ſpread ſecretly abroad in Wales.* Pr. ded. comit. Leyc. "A Romiſh tretiſe, right honourable." Lond. MDLXXI. 12mo. *Johannis Withali dictionarium Latino-Anglicum*, auxit phraſibus, etc. quod edidit Abr. Flemyng, Lond. MDXCIV. 4to. *The abridgment of logique*. . . 8vo. auctore L. Evans; an hic noſter an alius ejuſdem nominis librum hunc conſcripſerit, incertum. Claruit A. MDLXXIII. *Athen. Oxon.* i. 178. ſeq.

EVATUS [THOMAS] natione Scotus, patria Santandreanus, academiae Pariſienſis alumnus. Scripſit, *Profeſſiones ſolemnes*, lib. i. *Poëmata vario verſuum genere*, lib. i. Claruit Pariſiis A. MDLI. Dempſter. v. 499.

EVAUX [MARBODUS] patria Cambro-Britannus (Scotum vult Dempſter. Andegavenſem Bulaeus, qui Lutetiae educatus, ubi rhetoricam profeſſus; deinde in patriam reverſus ſcholas aperuit Andegavi, ubi archidiaconus. Bulaeus) circa A. MXX metu Danorum in Galliam trajecit, ubi monachus factus eſt in coenobio S. Albini Andegaviae, et mox (A. MXCVI. Bulaeus) epiſcopus Redonenſis apud Britannos Armoricanos. De Marbodo vide Fabricii *Bibl. Latin.* Lond. MDCCIII. Opera Marbodi epiſcopi Redonenſis cura Antonii Beugendre preſb. monaſt. congreg. S. Mauri Pariſ. MDCCVIII. fol. Scripſit partim carmine, partim proſa, *Encomium Hildeberti* metro Lat. Pr. "Dum tua ſcripta legens oculos." *Carmen de tribus inimicis hominibus ſc. foemina, cenſu, honore.* Pr. "Plurima cum ſoleant ſacros." Extant ambo impreſſa in *Supplem. Patrum* per Hommey. Pariſ. MDCLXXXVI. 8vo. *In Cantica canticorum*, lib. i. triplici ſenſu, Dempſter. *Paſſionem Thebaeorum*, lib. i. Carmine. Mſ. hujus argumenti eſt bibl. Bodl. 4to. G. 48. Theol. Pr. "Cum "cohibere parat Gallos." *Lapidarium, ſive de gemmarum virtutibus*, lib. i. cap. 61. Pr. "An-"nulus ut gemmam." Mſ. in C. C. C. Cantabr. Mſ. al—40. et Oxon. in colleg. Baliol. D. 16. Extat cum comment. Pictorii Villingenſis. Pariſ. MDXXXI. In Mſ. bibl. Bodl. Laud. C. 2. eſt libellus de nominibus et naturis et locis lapidum. Pr. "Evax rex Arabum;" quem manus recentior Marbodo tribuit; et ait impreſſum eſſe Baſil. MDLV cum ſcholiis Georgii Victorii ſub nomine *Dactulothecae* Marbodi. Vid. Ad. Nidzard. *Sententias multas* carmine, lib. i. *De paſſione S. Laurentii*, carm. lib. i. Mſ. hujus argum. bibl. Bodl. 4to. G. 48. theol. Pr. "A Decio tentus, "gladio-

" gladioque." *Versus de laude castitatis, et de dissuasione mundanae cupiditatis.* Pr. " Ut flos " in pratis, sic gratia virginitatis." Mſ. Cotton. Vitellius. A. xii. 21. ubi etiam carmen unum et alterum ad quendam Walterum de vii primis diebus, de decem plagis Aegypti. *De vita S. Magnoboldi episcopi Andegavensis*, Gallice, lib. i. In Latinum transtulit *Paschalis Robinus.* Claruit A. ML. Bal. ii. 50. A. MCXIII. Bulaeus i. 622. A. MLXVII. Bale Mſ. Glyn. ex Trittemio in Hirsav. Chronico. Obiit circa A. D. ML, et sepultus est in coenobio S. Albini apud Andegavenses. Pitſ. p. 185. seq. Vid. Bulaeum. i. 622. seq.

S. EUCHINUS episcopus Scotus, scripsit, *Conciones pias*, lib. i. *Statuta ecclesiastica*, lib. i. Claruit anno DXXXIV. Colitur 28 Aug. Dempster. v. 461.

EVERARDUS, Scotus, in canonicatu Kirkham socius, primusque abbas monasterii de Holme Cultram in Cumbria. Scripsit, *Vitam S. Adamnani*, lib. i. *Vitam S. Cumenei Albi*, lib. i. *Vitam S. Waltheni*, lib. i. Claruit A. MCXLV. Dempster. v. 479.

EVERISDEN [JOHANNES] monachus ordinis S. Benedicti in coenobio S. Edmundi, et ibi cellerarius (A. MCCXCVI. Mſ. Macro coll. Dugd. ex Albo *Regist.* Burien. f. 67. 28 Edw. ii. *Chron.* Mſ. in coll. Arm. 30 Edw. ii. Pryn. iii. 920. et James vii. p. 72.) poëta, jurisperitus, historicus insignis. Scripsit, *Seriem temporum ab initio mundi ad* A. C. MCCCXXXVI. (MCCCXXV. Mſ. *Norf.*) lib. i. " Fructuosum arbitror seriem temporum." Hujus *Cronica* Mſ. olim penes comitem Arundell, ex quibus collectanea quaedam hausit Jamesius (iv. 58.) nunc in collegio Armorum ex dono ducis Norfolciae. (XXX) *De regibus et episcopis Angliae*, lib. i. " Regna pristina Angliae." *Concordantias divinae historiae*, lib. i. " Barbarismus corruptus." *Legum medullam* carmine, lib. i. " Disce quid humanum jus." *Concordiam decretorum*, libr i. " Tractaturus Gratianus de jure." Claruit anno MCCCXXXVI, et in suo coenobio tandem obiit. Whart. *Praef.* tom. i. *Angl. Sacr.* p. 13. Aetatem ejus certiorem Baleo dare prae se fert ex placitis parliamentariis, in quibus legitur abbatem S. Edmundi ad parliamentum Carleolense A. MCCCVII citatum misisse procuratorem suum Johannem de Eversden commonachum suum. Bal. v. 40. Pitſ. p. 435.

EUGENIUS tertius ABBAS Scotorum in monasterio Herbipolitano, scripsit, *Exhortationes ad peregrinos Scotos*, lib. i. *Ad Coelestinum* iii *pontificem maximum epistolas*, lib. i. Obiit A. MCXCVIII. Dempster. v. 465.

EUGENIUS episcopus ARDMORENSIS in Hibernia, scripsit, *Vitam S. Cuthberti*; ut ex libello Mſ. de ortu ejusdem Cuthberti *De historiis Hibernensium* excerpto in bibl. Cotton. liquet. Claruit sub finem seculi xii. Waraeus, p. 57.

S. EVINUS scripsit librum *De vita S. Patricii*, quo se adjutum fatetur Jocelinus *Vit. S. Patricii.* c. 186. Forte idem fuit cum Eyvino, de quo in *Vita S. Molvae* ita legimus: " Tunc fuit S. Eyvenus in monasterio suo de Ross-mac-Treom non longe a Berva" (Barrow.) Si idem fuerit, tunc claruit sub initium hujus seculi. Ecclesiam illius memoriae dicatam apud Novum Pontem de Ross a Gul. Mareschallo comite Pembrochiae, priori et conventui Hosp. S. Johannis evangelistae juxta Kilkenniam concessam docet loci *Regestum.* War. 17. *Actus S. Patricii* in unum codicem compilavit, quem partim Latino sermone, partim Hibernico composuit. Joc. de Furnes c. 186.

S. EUNOCUS, discipulus S. Columbani, scripsisse fertur *Gesta Columbani magistri*, lib. i. Claruit anno DCVI. Dempster. v. 463. Vid. Jonae *Vitam S. Columbani*, c. 12.

EUSEBIUS monachus, Scotus, scripsit, *Translationem S. Andreae*, lib. i. *In Sacras Scripturas*, lib. i. Claruit anno CCCLXIX. Dempster. v. 471.

S. EUSTACHIUS sive EUSTASIUS, patria Scotus, S. Columbanum in Galliam comitatus est, ibique abbas Luxoviensis evasit. Scripsisse fertur *Columbani iter, dum in exilium proficisceretur*, lib. i. Claruit anno DCXXIV. Colitur 29 Martii et 12 Octob. Dempster v. 462. *Vita* ejus per S. Jonam extat apud Surium, Mabillon. etc.

EUSTACHIUS NORMANNOVILLANUS, Franciscanae illustrator sectae[a], inter Isiacos non exiguam sibi ab eruditione egregia laudem peperit: quam ut numeris perpetuo integram omnibus sibi conservaret, quiescentis ab assidua lectione Coleburgi vices reparavit. Unde fama illi plane immortalis parta, teste Thoma Franciscano his verbis fidelissimo: " Eustachius de Normanville, prius magister artium, et doctor decretorum, ac cancellarius Oxoniensis[b]. Ex *Lelando.*

[a] Tertius praelector erat sui ordinis in academia Oxon. Cantabrigiae etiam aliquando legerat. Wood. *Hist. et Ant. Oxon.* p. 68. 72.

[b] Claruit juxta Pitſ. in *Append.* p. 838. et juxta Add. Bal. Mſ. Trin. A. MCCLXXX.

EUSTATHIUS abbas Abirbrothensis, paucis asseclis, comitante Wardo, episcopo Brechinensi totam Scotiam pedes lustravit, verbum Domini seminans. Scripsit, *Vitam Davidis regis*, lib. i. *Vitam Willelmi regis*, lib. i. *Homiliarum* lib. i. *In evangelium Lucae*, lib. i. Claruit anno MCCXVI. Dempster. v. 470.

EUTYCHIUS Irlandus, patria Scotus, in municipali Pictonum curia senator. Scripsit *In leges libros plures.* Obiit anno MDCI. Dempster. ix. 719.

EXCETER [JOHANNES] sive EXONIENSIS monachus S. Swithini Winton. Scripsit *Historiam et antiquitates sui coenobii.* Autograph. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. H. In multis transcripsit, saepe epitomizavit Rudburni *Historias*, et quaedam habet ab eis diversa. Mſ. Whart. L. p. 97. in bibl. Lambeth. Claruit A. MDXXXI.

EXMEUSE [GULIELMUS] five EX MEWE in collegio Chrifti Cantabrig. educatus, dein Carthufianus in coenobio Londinenfi, cujus vicarius et tandem procurator evafit. Scripfit Anglice *The clowde of knowyng* [pro *unknowyng*.] lib. i. " Gooftly friende in God, I pray." Additur in Mf. *The clowde of contemplation*; qui tamen idem eft tractatulus. A. Wood librum hunc Mauritio Chawncaeo adjudicat. Vide fupra. Mf. extat Oxon. coll. Univ. A. 14. Cum fuprematum regium in divinis non agnofceret, vitam laqueo finiit A. MDXXXV 19 Junii. *Athen. Oxon.* i. 201. feq. Rymer. *Foed.* xiv. 492.

F A B

FABIANUS [ROBERTUS] Londini natus, ejufdem civitatis civis et mercator dives, et tandem vicecomitum alter et aldermannus A. D. MCCCCXCIV. Stow. p. 89. Prae laicis fui temporis doctiffimus habebatur, linguarum Latinae, et Gallicae, peritus, et in hiftoriis patriis verfatiffimus, ac poëta haud infelicis ingenii. Scripfit, *Chronicle, or concordance of hiftories* [*a Bruto ad finem regni Henrici* ii. lib. vii.] Eft tantum primum volumen, et continet cap. 246. Pr. pr. " When I advertyfe in my remembrance." Lond. MDXLII. fol. Volumen fecundum continet hiftoriam Angliae a Richardo i ad A. D. MCCCCLXXXV. Pr. " Now for as moche as we be-" comen." Ambo extant Londini MDXVI. fol. Haec eft prima editio, et loco tituli habet arma Angliae, et Franciae, cum animantibus fcuta fuftinentibus et duobus angelis. Ambo volumina cum continuatione ufque ad finem regni reginae Mariae, et correctionibus Johannis Kyngfton extant Londin. MDLIX. fol. et Roberti Recordi *Muf. Brit. Hift.* Editio Londin. MDXXXIII. fol. per Gul. Raftall plurimum differt a prima editione; eandem tamen conficere voluit cum priori; omifit in ea *The feven joys of the bleffed virgin in Englifh rime*; quos *Verfus* auctor fini cujuflibet feptem librorum addidit: *Verfus* ad S. virginem fub A. MCCCXXV, et *Verfus* de Badly Lollardo fub A. MCCCCIX pofuit. *Henrici* vii *tempora*, lib. i. " Hoc anno Dom. MCCCCLXXXV." In principio vol. ii. eft pagina unica de rebus tempore Henr. vii. *Regum catalogum brevem*, lib. i. " Albion et cur " haec infula." *Annales Londinenfium*, lib. i. *De praetoribus ejufdem urbis*, lib. i. In fecundo volumine *Annalium* methodum fequitur; et in principio cujuflibet anni praetores et vicecomites civitatis London. memorat; et in principio fecundi voluminis habentur nomina regionum (fc. wardarum) et domuum religiofarum in eadem civitate. *Chronicorum* ejus exemplaria nonnulla cardinalis Wolfeius in fuo furore comburi fecit, quod cleri proventus pingues plus fatis detexerit. Obiit 28 Febr. A. MDXII, et Londini in ecclefia Omnium Sanctorum fepultus eft. Stow. eum A. MDXI in ecclefia S. Michaelis Cornhill fepultum fuiffe dicit, p. 214. ubi et epitaphium extare, Bal. viii. 62. Pitf. p. 690.

FAELIX natione Burgundus. Quocum exilii tempore familiaritatem contraxerat Sigebertus orientalium Saxonum rex, et in patriam reverfus fecum adduxit Faelicem, eumque fui principatus praefulem conftituit. Qui dein fuos deficientes ad Chriftianam fidem reduxit, ac A. C. DCXXX fedem fixit Dunwici. Hic fcholas literarum opportunis locis conftituit. Bartholomaeus, Wharton. *A. S.* vol. i. 403. Sedit annos xvii, et Martii 8. DCXLVII vitam cum morte commutavit. Sepultus eft primo apud Dommuc, dein ad Sohamam tranflatus in coenobio ibidem per Danos poftea deftructo; offa vero ejus multo poft quaefita et reperta Ramefeiam funt tranflata, Wharton. l. c. Godw. p. 479. Scripfiffe putatur *Ad Honorium archiepifcopum Cantuarienfem epift.* plures. Bal. xiii. 5. De *Libro evangeliorum* hujus Felicis olim penes monachos Eyenfes, nunc in bibl. coll. Corp. Chr. Cantab. videfis Lelandi *Collect.* iii. 24.

FAGIUS [PAULUS] natus A. MDIV in oppido Palatino Rhein-Zabern dicto, in academia Heidelbergenfi educatus, poftea Argentinae et Ifnae paedagogus: dein theologiae operam dans Ifnae et mox Argentorati paftor erat. A concionandi munere ob *Interim* interdictus, una cum Martino Bucero a Cranmero honorifice invitatus in Angliam trajecit. Cantabrigiae Vetus Teftamentum explicuit, Hebraicae linguae peritia omnes fui feculi longe fuperans. Scripfit, *Ifagogen in linguam Hebraicam*, lib. i. Conftantiae MDXLIII. 4to. *Praecipuarum tranflationum Veteris Teftamenti collationem*, Lond. MDCLX. *De perfecta Chriftianorum fide*, lib. i. *Rationem legendi Hebraeo-Germanica*, lib. i. *Praefationem in Lexicon Chaldaicum*, lib. i. Tranftulit ex Hebraeo in Latinum, et commentario illuftravit *Ben-Syrae fententias morales*. Pr. ded. Gafp. Heidelino. " Quandoquidem in hoc maxime laboro." Ifnae MDXLII. 4to. *Tobiae librum*. Pr. ded. Gafp. Heidelino. " Placuit et Tobiam ex Hebraeo." Ibid. פרקי אבות librum, *Capitula feu apophthegmata patrum. Hebr. Lat.* Pr. pr. " Ut olim Graeci, et Latini, fuos habuere." Ifnae MDXLI. 4to. *Thargum*, hoc eft, *Paraphrafin Onkeli Chaldaicam in Sacra Biblia ex Chaldaeo in Latinum fideliffime vertit*; *additis in fingula fere capita fuccinctis annotationibus*. Pentateuchus. Tomus primus ad Fredericum Palatinum Rheni. Pr. " Cum fere mos ifte." Argentorati MDXLVI. fol.

Liber אמנה *Pro fide Christiana a Judaeo quodam converso scriptum*, Hebr. Latin. Isnae MDXLII. 4to. *Sententias elegantiores*, lib. i. *Heliae Levitae Thesbites*. *Praefationem in Lexicon suum Chaldaicum*, lib. i. *Precationes Hebraicas*, lib. i. *Dictiones quasdam Hebraicas*. *In* iv *capita Geneseos*. Isnae, MDXLII. 4to. *Comment-Kimchi in Psalmos*, lib. i. Ex Hebraeo in Germanicum *Quatuor priora Genesews capita*, Hebraice, cum versione Germanica characteribus Hebraeo-Germanicis, lib. i. cum scholiis, Constantiae MDXLIII. 4to. *Vitam* P. Fagii ministri Argentinensis ecclesiae conscripserunt, Argent. MDLXII. 12mo. quamdiu. Obiit 13 Novembr. MDL, in ecclesia S. Michaëlis Cantabrigiae sepultus. Bal. xiii. 49. Freheri *Theatrum*, p. 154. Melch. Adami in *Vit. theolog. German*. p. 105.

S. FAILBEUS, abbas in Trioit, propheta. Vide *Acta S. Columbae* per Adamnanum, lib. i. c. 3. Quaere annon prior vel abbas Hyensis, praedecessor Adamnani qui obiit circa A. C. DCLXXIX. Scripsit, *De futuro Scotiae statu*, lib. i. *Acta S. Columbae*, lib. i. Claruit anno DCXL. Colitur 25 Januar. Dempster. vi. 503.

FAIRFAX [ROBERTUS] rei musicae peritissimus, et ejusdem facultatis doctor Cantabrigiensis, apud Bayford in agro Hertford. vitam degit. Composuit *Cantus quosdam*, Mss. in museo Thoresbiano, p. 517. Claruit A. MDXI. Obiit apud fanum S. Albani, et ibidem sepultus, *Fasti Oxon*. i. 18.

FALKENHAMUS[a] [NICOLAUS] sive FALCONIUS, Chordiger, et philosophus et theologus in primis eruditus fuit; usque adeo, ut eo nomine promagister Franciscanorum totius Angliae designatus sit. Ille vero, dignitate simul ac auctoritate hujusmodi auctus, omneis animi cogitationes huc intendebat, ut suis exemplar se virtutis exhiberet, ac quieti catholicae ecclesiae jam dissolutae, aliquo salutifero opem ferret pharmaco. Contendentibus igitur vi summa ambitiosis aliquot de primatu Romano, edidit luculentum nec minus utilem *De unitate ecclesiae* [b] libellum; schismatis tunc late grassantis remedium plane praesentissimum [c]. Ex *Lelando*.

[a] Nicolaus Fachinham, vel Falkenham, patria Nordovolgus, doctor Oxoniensis, Bale. Pitf. [b] Lib. i. "Cum secundum apostolum 1 Cor. xii." Scripsit etiam, *De schismatibus ecclesiae*, lib. i. "Cum ex lege naturae "pariter et." Mf. quondam in bibl. Exon. A. Wood. Mf. xciv. 82. quem vide. *Determinatio fratris Nic. de Fakenham, S. th. D. ordin. fratrum Minorum in Anglia ministri facta Oxon. 5 Nov.* MCCCXCV. *de schismate inter Bonifacium P. et Benedictum antipapam*. Pr. "Cum" etc. Mf. in bibl. Rob. Burscough. Devon. 40. 7. *De suffragiis viatorum*, lib. i. "Secundum seriem Scripturae." *De fraternitate Christiana*, lib. i. "Cives multos decipitis "vestro." *De valore missae*, lib. i. "Pertractata quae-"stione de oratione." *De oratione*, lib. i.

[c] Obiit Colcestriae anno MCCCCVII, (Bal. vii. 29. Pitf. p. 583.) inter suos sepultus. Cui successit "Joannes "Zouche, postea episcopus Landavensis." Mf. Trin. Add. Bal. Alius erat a Nic. Falcon. Gallo, qui transtulit *Historiam orientis* dictatam per fr. Haydonem, consanguineum regis Armeniae, de Gallico in Latinum in civitate Putanea, mens. Aug. MCCCVII. Quae *Historia* in libros iv. divisa extat Mf. Norwic. More, fuit olim inter Mss. Caroli Theyere, 231.

FANE [ELIZABETHA Domina] Scripsit Anglice, *Psalmos* xxi *piae meditationis*. *Proverbia* cii. Simul extant . . . MDL. 8vo.

FARANNUS O BURECHANUS, episcopus Hibernus, qui, una cum fratribus Boëthgalo judice et Maltulio poëta, in unum opus e veterum scriptis leges patrias conflarunt *Judicia coelestia* inscriptum. Claruere circa A. D. DCCXL. *Ogyg*. p. 218.

FARITIUS gente Italus, patria Thuscus, in Aratia civitate natus, in Angliam, ut videtur, cum Lanfranco archiepiscopo venit. A. Wood. ex *Registris* Abendon. Mf. 61. ait: "Alii patria "Normannum esse dicunt et medicinae studiosum." Primo monachus Malmsburiensis, Whart. *A. S*. vol. ii. 1. Factus deinde abbas Abbendoniae ab Henrico i. A. MC. Whart. l. c. Scripsit, *Aldhelmi episcopi vitam*, lib. i. Haec saepissime citatur a Gul. Malmsbur. in *Vita Aldhelmi*. Vid. Leland. *Collect*. i. 376. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Bal. xiii. 18. Controversiam habuit cum Theobaldo Stampensi *De salvatione infantum baptismo carentium*, quam negat Faritius. Bulaeus, *Hist. acad. Paris*. tom. i. p. 493. In Mariani Scoti Mf. *Chronico* Lambeth 279. olim ad coenobium Abendonense spectante ita de Faritio. "Hic itaque genere Italicus, saeculari prudentia "cautissimus, literarum scientia optime eruditus, medicinae peritia adeo exercitatus, ut ejus "solius antidotum confectionibus rex ipse crederet saepe medendum. Erat et Romanae ec-"clesiae notus, cum et in ea tum multis in aliis ecclesiis per Ausonias oras diu degerit. Quare "tantae opinionis personam, archiepiscopo Anselmo ab hac vita migrato, parasset rex substituere, "nisi norma ejus aequitatis inflexibilis quibusdam majoris ordinis ecclesiasticis suspectae ipsorum "factione id tum perturbaretur in anno MC" — reclamantibus episcopis, quia alienigena fuit. Malmsbur. f. 130. Claruit circa A. D. MCX. Obiit A. MCXVII, ut *Chron. Osneiense* apud A. Wood. Mf. 67. A. MCXVII. 7 cal. Martii. Whart. *A. S*. vol. ii. 1.

FARNYLAW [THOMAS] sive FARNLOW, corrupte FARINGDON. Circa A. MCCCXXXIX collegii Merton. socius, dein S. theologiae professor, A. MCCCLXIX cancellarius Ebor. et A. MCCCLXXV praebendarius de Bolton in ecclesia Ebor. constitutus. Scripsit *Kalendarium*; quod inter alios libros collegio Merton. Oxon. moriens legavit. Obiit A. D. MCCCLXXIX. A. Wood. Mf. Merton.

FASTIDIUS [a], Britanniarum episcopus, jam totus periisset, nisi Gennadius, scriptor diligentissimus, tanti viri nomen a morte asseruisset. Quare operae pretium videtur, si ejus vitam vel ab

[a] Priscus a Baleo, i. 41. Pitseo, p. 86. et Cave. p. 310. dictus.

ipso Genadii *Catalogo*, in quo brevitati quidem ille studebat, desumpsero. Sic ergo scribit: "Fastidius Britanniarum [b] episcopus, scripsit ad Fatalem quendam *De* [c] *vita Christiana* [d] librum "unum; *De viduitate servanda*, et *sana Deo digna doctrina*." [e] Haec ille paucissimis perstringit; quibus nos nihil prorsus adjicere possumus, usque adeo crassissimis tenebris Britannicorum scriptorum omnis antiquitas obducta est. Tantum memini Honorium Augustodunensem, in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* [f], Fastidium veluti in transcursu nominasse, secutus forsitan Gennadii autoritatem. Ex *Lelando*.

[b] Hunc archiepiscopum Londinensem fuisse colligunt Bal. et Pits. ideo quod Britanniarum episcopus quasi Britanniae metropolitanus a Gennadio dicatur; sed Gennadii codices Mss. Lambeth. Britannorum episcopum legunt. Whart. *De episc. Lond.* 7. [c] Aliter *De fide*.

[d] Hic liber vulgo inter opera S. Augustini impressus est, tom. ix. p. 888. Fastidii autem nomine apposito edidit ex Mss. Lucas Holstenius Romae MDCLXIII. (Cave.)

[e] Scripsisse etiam fertur *Admonitiones pias*. Recte vero notavit Usserius, *Primord.* p. 317. nihil Fastidii in antiquioribus monumentis inveniri, quam quod nobis ex Gennadio est productum. Sed Dempsterus pro more suo *Chronicon* Scotorum ei ascribit. *Hist. Scot.* l. vi. n. 536. Hunc Pelagianum fuisse quidam arbitrantur; sed parum recte. Vide Noris. in *Hist. Pelag.* l. i. c. 19. Stillingfleet, *Orig. sacr.* p. 196. [f] Hunc Fastidium Gennadius medium reponit inter Cyrillum Alexandrinum et Theodorum Ancyranum episcopos, quorum uterque in concilio Ephesino anno CCCCXXXI clarus habebatur, Whart. *De episc. Lond.* 7. Claruit secundum Bal. et Pits. et Trithem. sub Honorio et Theodosio, A. D. CCCCXX, et secundum Dempst. anno CCCCXL.

FAVENT [THOMAS] clericus scripsit *Historiam de modo et forma mirabilis parliamenti apud Westmonast.* A. D. MCCCLXXXVI. 10 Rich. ii. Ms. Bodl. Arch. A. CLXIX. Sepultus est in capella S. Francisci infra ecclesiam fratrum Minorum London. ad sinistram domini Roberti Tresilian, militis. Ric. James ex Ms. Cotton. xi. 120.

FAUNT [LAURENTIUS ARTHURUS] filius Gulielmi Faunt de Foston in comit. Leicestr. armigeri, A. MDLIV natus, ad coll. Merton. Oxon. anno aetatis 14 abiit in liberalium artium studiis instituendus. A. D. MDLXX in regiones transmarinas discessit, et admissus est in coll. Jesuitarum apud Lovanium, ubi baccalaureus artium renunciabatur. Lutetiam Parisiorum deinde perrexit, et postea ad monachium Bavariensem academiam, ubi a Willelmo duce inter scholares suos adscitus gradu magisteriali honoratus fuit. Ad altiora studia successu temporis tendens, theologiamque excolere in animo habens collegium Anglorum Jesuitarum Romae adiit, et laudabiles in ea facultate fecit progressus: Qua de causa mox S. theologiae praelector in eodem collegio, et tandem favore papae Gregorii iv (cui praecipue charus erat) praeses factus est collegii Jesuitarum apud Posnam a rege Poloniae fundati. Scripsit, *Doctrinam catholicam de sanctorum invocatione et veneratione*, etc. Posnan. MDLXXXIV. 8vo. *Coenae Lutheranorum et Calvinianorum oppugnationem*, part. ii. Posnan. MDLXXXVI. 4to. Cui adjungitur *Catholicae eucharistiae defensio*. *Apologiam libri sui de invocatione et veneratione sanctorum contra falsas Dan. Fossani criminationes*, Col. Agripp. MDLXXXIX. 8vo. *Tractatum de controversiis in ordinem ecclesiasticum et secularem in Polonia* MDXCII. 4to. Obiit 28 Febr. MDXC—XCI Vilnae, quae est primaria Lithuaniae urbs. *Athen. Oxon.* i. 247. Vide *Bibliotb. scriptor. societ. Jesu*.

S. FAUSTUS Scotus, alius a Congello (de quo supra) episcopus Regiensis in Gallia, et abbas Lirinensis electus CCCCXXXIII. [Britannum et Semipelagianorum principem fuisse constat ex H. Norris, *Hist. Pelag.* ii. 11. et *Append.* ad *Dissertationem historicam de synodo quinta*, cap. 3.] Scripsit, *Admonitionem*, lib. i. "Modo, fratres karissimi, cum divina lectio." Extat tom. v. *Lect. antiq.* Henr. Canisii. p. ii. p. 421. *Epistolas*, lib. i. Extat una ad Ruricium. Ibid. Aliae in *Bibl. patrum* tom. iii et iv. [*Epistolae* ejus (1) Felici. (2) Graeco Diac. extant in *Bibl. patrum* tom. iii. fol. 407. 409. (3) Lucido. Ibid. tom. iv. p. 876. (4. 5. 6. 7. 8.) Ruricio, Canis. tom. v. P. ii. p. 433. seq. (9) Ad Anonymum contra Arrianos. Ibid. p. 444. (10) Paulino, *Bibl. patrum.* iii. p. 403.] *Sermonem ad monachos*, lib. i. Paris. MDLXXXIX. et Col. Agr. MDCXVIII. *Exhortationem ad bonam vitam*, lib. i. *Professionem fidei ad Leontium*, lib. i. *Homiliam de Maximo*, lib. i. *De gratia et libero arbitrio*, lib. ii. p. 1484. inter *Monumenta orthodoxographa* J. J. Grynaei Basil. MDLXIX. *Fidei ratio et aliquot locorum inter se collatio*: Extat p. 700. J. Heroldi *Haereseolog.* Basil. MDLVI. *De creaturis, quod illis nihil corporei insit, libellus*. Cui respondet Claudianus, p. 1526. inter *Monum. Orthodox.* J. J. Grynaei Basil. MDLVI. *Sermones* iv ad monachos, p. 66. Sermo i incipit: "Ad hunc locum, carissimi, non ad quietem, non ad securitatem." Sermo ii incipit: "Instruit "nos atque hortatur sermo divinus, qualiter nos accingere debeamus." Sermo iii incipit: "Quod "supplente et quodammodo cum caritate jubente Deo." Sermo iv incipit: "Si quando ope-"rarius et ruris cultor agrum." Impressi sunt in codice *Regularum*, quas S. Patres moachis et virginibus sanctimonialibus servandas praescripsere a Luca Holstenio edito Romae A. MDCLXI. Claruit anno CCCXC. Colitur 17 Januar. Dempster. vi. 504.

FECKENHAM [JOHANNES de] aliis HOWMAN in casa parentibus obscuris juxta Forestam de Feckenham in comit. Wigorn. natus (Stapleton's *Counterblast.* f. 37.) inter monachos Benedictinos apud Evesham admissus, ad aulam Glocestrensem Oxon. anno aetatis 18 translatus erat, ut literis academicis imbueretur. Post aliquot annos Eveshamiam reversus, et post dissolutionem abbatiae istius A. MDXXXV Oxoniam rediit. Postea Johanni Bell episcopo Wigorn. dein Edmundo Bonnero Londinensi episcopo a sacris domesticis fuit usque ad A. D. MDXLIX. Tempore regis Edwardi vi carceribus variis mancipatus, disputationes frequentes cum protestantibus episcopis et ministris habuit (Stapleton. l. c.) Maria rerum summa potita, A. MDLIV. 20 Jun. admissus ad ecclesiam de Fyncheley, *Reg.* Bonner. 24 Septemb. sequ. ad ecclesiam de Grenesford. Ibid. Fuit etiam praebendarius de Kentish Town in ecclesia S. Pauli Lond. et decanus ecclesiae illius, et postea abbas

abbas Westmonasteriensis. Sub Elizabetha regina in vincula denuo conjectus est, et tandem in castro Wisbicensi comit. Cantabrig. fatis concessit A. MDLXXXV. Vid. Strype *Elizab.* 146. 458. 461. Item in *Vita Grindal.* p. 79. Scripsit, *Dialogum cum domina Jana Dudley* 4 *dies ante obitum de fide sua*, etc. Angl. Lond. MDLIV. MDCXXV. 8vo. *Orationem habitam in superiori comitiorum parliament. domo* A. MDLIII. *Two homelies on the first, second, and third articles of the Creed*, Lond. (olim in bibl. Joh. Stowi. Strype's *Grindal.* 44 *Append.*) *Orationem funebrem in exequiis ducissae Parmae, Caroli v filiae, et Belgiae gubernatricis. Sermon at the exequy of Joan queen of Spain, etc. on Deut.* xxxii. 28. 29. Lond. MDLV. 8vo. *The declaration of such scruples and staies of conscience touching the oath of supremacy, delivered by writing to Dr. Horne, bishop of Winchester*, Lond. 4to. Hornius responsum tulit A. MDLVI, et Tho. Stapleton proximo post anno refutavit. *Objections or assertions made against Mr. John Goughe's sermon preach'd in the tower of London* 15 Jan. MDLXX. Cui libro Gacghius non diu post respondit. *Caveat emptor*, tractatum h. t. *Commentarios in psalmos Davidis*, lib. i. Vidit eos Ric. Stanihurstius in manibus auctoris. *De eucharistia contra Hooperum*, lib. i. *Sermonem funebrem in exequiis reginae Mariae.* Pr. " Laudavi mortuos, etc. Theis be the words." Mſ. Cott. Vespaf. D. xviii. 4. *Oration in the parliament house* A. MDLIX *against the alteration of religion.* Pr. " Honourable " and my very good lord, Having two sundry kinds of religion." Mſ. Cotton. Vespaf. D. xviii. 3. Mſ. Gonv. et Caii. n. 1183. Edidit Strype *Elizab.* in *App.* p. 24. *A letter to Cecil*, 14 Mart. MDLXIV. Extat in Strype, 459. *Confession in the castle of Wisbich.* MDLXXX. Ibid. in *Append.* 59. *Conference with Nic. Ridley in the tower of London*, . . Fox. p. 1426. Pits. p. 785. seq. *Athen. Oxon.* i. 221. seqq. Fuller, *Eccl. hist.* xvi. Cent. p. 178. seq.

FEDIC [ROGERUS de] (Dempster. p. 287) Scotus, scripsit *Super causa Dunkeldensis episcopi ad papam*, lib. i. Claruit A. MCLXXXII. Dempster. vi. 539. 540.

FEIDLIMIUS REACHTMAR sive LEGIFER dictus, rex Hiberniae. Tulit *Leges quamplurimas.* Obiit circa A. D. CLXXIII. Vide *Ogygiam*, p. 307.

FEIDLEMIDUS Crimhami filius, rex Momomiae. Claruit A. DCCCXL. Quaedam scripsisse dicitur, sed et opera et tituli perierunt. Hunc autor *Annalium Ultoniensium* ad A. DCCCXLVI, vel DCCCXLVII, quo obiit, " optimum Scotorum scribam praeterea et Anachoritam appellat." Waraeus, p. 42. seq.

FEILD [JOHANNES] patria Londinensis, in academia Oxon. educatus, et ibi (ut videtur) gradu baccalaurei in artibus A. MDXIX ornatus fuit. Post in patraim urbem reversus, astronomus evasit per ea secula peritissimus. Scripsit, *Ephemerin anni* MDLVII *currentis juxta Copernici et Reinholdi canones supputatam.* Pr. pr. Charissime lector quoniam magis." Cui praefixa est *Epistola* Johannis Dee. *Ephemeridas trium annorum*, sc. MDLVIII. MDLIX. et MDLX. etc. *ex Erasmi Reinholdi tabulis accuratissime ad meridianum civitatis Londinensis supputatas.* Pr. " Eclipsis lunae die 2 Aprilis." Lond. MDLVIII. 4to. *Canonem ascensionum obliquarum cujusvis stellae non excedentis octo gradus latitudinis confectum.* Ibid. *Tabulam stellarum fixarum insigniorum, qua et ortus, occasus, ac utriusque coeli meditationes earum ad oculum patebunt*, etc. Ibid. Claruit A. D. MDLVIII, *Athen. Oxon.* i. 125. seq. Quidam JOH. FEILD, chirurgus Londinen. est unus interlocutorum in *Institut. chirurgiae*, per Tho. Gale, MDLXIII.

FEILD [JOHANNES] sive FIELD academiae Oxoniensis alumnus, fuit vicarius ecclesiae S. Aegidii de Cripplegate London, et pastor eccles. de Wandsworth juxta London. Heylin, *Hist. of presbyt.* 43. 273. Lector eccles. in Londin. Ibid. 272. Strype in *Vita Parker.* 413. Scripsit, *Prayers and meditations for the use of private families, and sundry other persons acccrding to their divers states and occasions.* Lond. MDLXXXI. MDLXXXV. MDCI. etc. 12mo. *Caveat for Persons, Howlet, and the rest of the dark brood.* Pr. ded. comit. Leicestr. " Having of late ac- " cording to my." Lond. MDLXXXI. 8vo. *Exposition of the symbole of the apostles.* Lond. MDLXXXI. 8vo. *Godly exhortation by occasion of a late judgment of God shewed at Paris Garden* 13 Januar. MDLXXXIII, *upon divers persons, whereof some were killed, and many hurt at a bearbaiting*, etc. Pr. ded. to the mayor of London. " You will perhaps marvell." Lond. MDLXXXIII, MDLXXXVIII. 8vo. *Epistolam ad honorabilem Dominam et confessionem fidei cum Thoma Wilcocks* scripsit. Pr. " We have here, right honourable." Transtulit in sermonem vernaculum, *A treatise of Christian rightcousness*; Gallice script. per Joh. de l'Espine. Pr. ded. transl. dominae Elizab. Terwhyt. " Right worshipfull and my very good." Lond. MDLXXVII. 8vo. Translatio d'Espini data est e paupere domo sua in vico vulgo vocat. Grubstreet, 2 Nov. MDLXXVII. *A notable treatise of the church, in which are handled all the principal questions that have been moved in our time concerning that matter.* Gallice script. per Phil. de Mornay. Pr. ded. com. Leycestr. " Being willing, right honourable." Lond. MDLXXX. 12mo. *Johannis Calvini* xiii *conciones de libera Dei electione in Jacob, et de reprobatione in Esau.* Pr. ep. transf. ad comitem Bedford. " Because I cannot (my very good." Lond. MDLXXIX. 4to. *Ejusdem* iv *conciones* (quarum prima contra idololatriam in psal. xvi. 3.) *cum brevi in psalm.* lxxxvii *expositione.* Pr. epist. ad comitem Huntingd. " It may be, right honourable." Lond. MDLXXIX. 4to. Quatuor hae *Conciones* cum *Expositione in psal.* lxxxvii. a plurimis devotis viris Anglice versae impressae fuerunt per Roulandum Hall. Lond. MDLXI. 12mo. *Theodori Bezae quaestionum et responsionum de sacramentis* par. secundam. Pr. ded. Katerinae ducissae Suffol. " I cannot conceal, vertuous and gra- " cious lady." Lond. MDLXXX. 8vo. *Gaspar. Oleviani comment. in symbolum apostolorum*, Lond. MDLXXXII. 8vo. *Joh. Calvini preces post praelectiones in Hoseam*, Lond. MDLXXXIII. 16mo. *P. Pilessoni*

Pilessoni Christianas meditationes in psalmos vi, xxv et xxxii. Lond... 16mo. *Th. Bezae de triplic. episcopatu.* Ita Heylin, *Hist. of presbyt.* 43. Fatis concessit mense Februar. A. MDLXXXVII, et in ecclesia S. Aegidii praedicta sepultus jacet, *Athen. Oxon.* i. 233. seq.

FELDE [JOHANNES] civis Londinensis, jurisperitus. Scripsit, *Ad articulos a Moro, Roffensi, Rastello et aliis sibi impositos responsiones eruditas*, lib. i. "Interrogationes nono post ejus." *De servo hominis arbitrio*, lib. i. "In explicandis sacris utriusque Testamenti." *Contra quosdam pseudomonachos*, lib. i. "Ut ad inutile certamen non desit." *Epistolas ad Frithum et alios*, lib. i. *Patriarum legum collectiones*, lib. i. Obiit Londini mense August. A. MDXLVI. Bal. par. post. p. 104.

FELIX, ut ego conjecturam facio, apud Girvios, gentem fennicolam, et natus est, et aliquandiu in literis educatus: at aetate maturior Anglos orientaleis petiit; a quibus tum eruditionis, tum pietatis nomine humanissime acceptus est. Imperium vero Ostroanglorum eo tempore penes Ealfwaldum fuit. Is, percognita hominis prudentia, eum inter familiareis accitum sibi constituit. Divus Guthelacus Penwaldi, ab YCLE maximo originem ducentis, et Thettae filius, relicto Rhepanduno coenobio in Terentinis ripis sito, Girviorum insulam Crulandam vel desertissimam petiit: in qua Beccelino, alias Berthemo, reguli Sovaniae filio comite individuo usus, monasterium instituit. Studebat Felix tanti viri jam mortui laudes accurata posteritati consecrare diligentia. Erat ei cum Vilfrido abbate, et Cyssa presbytero consuetudo, quibus et Guthelacus cognitissimus. Apud hos autem sic egit, ut mores hominis, cujus vitam jam scribere [a] constituerat, edisceret. Nec mora, operi se accinxit, cui et colophonem addidit. Postremo libello absoluto, cogitabat, cui potissimum ingenii monumentum sui dedicaret. Cogitanti vero occurrit Ealfwaldus Girviorum princeps, quo Mecaenate, et patrono plane candidissimo semper usus fuerat. Monachum fuisse Felicem arbitror, quos fere solos eo tempore in Britannia doctos fuisse constat. Aurea eloquentiae torrentis vena eo non profluebat saeculo: attamen inter synchronos suos scriptor et prosa et carmine elegantulus dictus [b] est. Hoc illi ad laudis cumulum recte accedit, quod Girviorum paludes accurate celebraverit: unde et antiquitas, magnificentia, denique gloria Crulandiae, Pegelandiae, quae a Pega, Guthelaci sorore, nomen accepit, Anguillariae insulae, ac Grantae fluminis, et urbis linguarum cognitione florentis, ab interitu conservatae sunt. Ex *Lelando*.

[a] Scripsit, *Vitam S. Guthlaci Anachoretae Croilandensis*, lib. i. Pr. dd. Aelfwaldo, regi Orientalium Anglorum. Cap. 53. "Jussionibus tuis obtemperans." Ms. Cott. Nero E. 1. 44. Ms. habetur in bibl. coll. Corp. Chr. Cantab. literis Saxonicis G. 2. et W. 3. lit. Saxon. ante conquestum Normannicum scriptum. In eadem etiam bibliotheca dicuntur haberi alia hujus autoris opera Ms. characteribus Saxonicis descripta, Pits. Nihil autem praeter *Vitam* illic habetur. Edidit Surius 11 April. et Mabillon. *Saec. Benedict.* iii. par. i. p. 263. Cave. p. 479. *Miracula ejusdem Guthlaci*, lib. i. "Quodam tempore jucundae re-" "cord." *De translatione ejusdem*, lib. i. "Erigite, cha-" "rissimi, aures, omnes." *Epitomen vitae Guthlaci*, lib. i. "Vitam Guthlaci confessoris." Haec *Epitome* videtur esse illa ipsa, quam apud Surium habemus ad 11 Apr. Siquidem in Ms. etiam adnotatum erat, esse *Vitam abbreviatam, sed veram*. *Gesta abbatum Crulandiae*, lib. i.

[b] Claruit circa A. D. DCCXXX. Bal. i. 100. Pits. p. 126.

FELIX [JOHANNES] monachus Westmonasteriensis coenobii circa medium regni regis Henrici octavi. Scripsit *Vitam Johannis Estney abbatis Westmonaster.* ab A. D. MCCCCLXXIV ad MCCCCXCVIII. Inc. "Subnecto igitur praedicto Thoma abbate." Desinit: "qui se ipsum ex "adverso in murum posuit pro domo Israel." Ms. Cott. Claudius A. viii. pag. 64. b. et 65. a.

FELMINGHAM [JOHANNES] philosophus Anglus. Scripsit, *Quaestiones in elenchos Aristotelis*, lib. i. Ms. Cantabrig. in coll. Caii et Gonvilli. *In alios Aristotelis libros* plures, Ms. Ibid. De aetate non constat. Pits. *App.* p. 874.

FELTONUS [a] [JOANNES] sive VICARIUS [b] fani Magdalenae in Vado Isidis, philosophiae et theologiae plane studiosissimus erat. Scopus autem ad quem oculos et animum intentus dirigebat, non alius erat, quam ut Isiacam plebem frequenti concione a vitiorum sordibus ad virtutis munditiem recta perduceret [c]. Hoc etiam ad cumulum candidus idemque pius adjecit; videlicet *Homilias* [d], quibus ad pietatem perpetuo colendam Isiacos, eruditos quidem illos, Isiacus et ipse modis omnibus incitaret. Postremo collectione facta, easdem, posteritati recte consulens, in volumen redegit; quod et publicum fecit [e]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Felton.

[b] "Seu homeliarius, alias "concionator," Ms. Lel Trin.

[c] Juxta Baleum, vii. 93. tanta in veneratione, dum viveret, ob sanctitatem a populo habitus est, ut post mortem ad tumbam ipsius frequenter accurrerent, spe, vana licet, allecti, reliquias ejus miracula perpetraturas esse.

[d] *Dominicales per totum annum*, collectas ex Januensi, Parisiensi, Lugdunensi, Odone, etc. quorum nomina in margine habentur. Pr. pr. "Penuria studentium in materia." Pr. Om. primae. "Dicite, filiae Syon, ecce." Ms. in bibl. Bodl. NE. C. 47. Ms. Bodl. Laud. D. 69. et I. 79. Ms. bibl. coll. Univers. E. iii. Ita se habet prologus horum sermonum: "Penuria studentium in materia morali, paupertasque "juvenum, qui copia privantur librorum, ac importuna "sociorum meorum instantia, non temeritatis audacia, "induxerunt me, ut de singulis evangeliis Dominicalibus, "quae per anni circulum leguntur, aliquam facerem com-"pilationem sermonum: hinc est, quod de micis, quae "cadebant de mensis dominorum meorum, Januensis, "Parisiensis, Lugdunensis, Odonis, et caeterorum, quo-"rum nomina communiter scribuntur in margine libri, "unum opusculum compilavi, ut sit ad laudem Dei, et "gloriosae virginis Mariae et S. Mariae Magdalenae, om-"niumque sanctorum, et ad legentium utilitatem, et mihi "ad meritum. Amen."

[e] Scripsit, *Alphabetum theologicum ex opusculis Rob. Grost. collectum*, lib. i. "Accidia "adversatur hominum." *Sermones Dominicales* lvi. (58. Ms. Harl.) lib. i. "Penuria studentium in materia, Ms. Harl. xxxiii. A. 4. *Sermones Dominicales ex Odone, Paris. et aliis* lib. i. "Penuria studentium." Ms. in coll. Oriel. Oxon. X. et in coll. Novo 305. et in coll. Corp. Chr. Cantab. Ms. 2—7. Item *Sermones alios*, lib. i. Ms. in coll. Jesu Oxon. xv. et Ms. coll. S. Joh. classe 3. E. 36. *Lecturas Sacrae Scripturae*, lib. i. *Pera peregrini*, Ms. extabat olim, uti habet Ms. Langb. iv. 420. Extat Ms. Oxon. coll. S. Joh. classe 3. F. 37. Sermonum opus complevit A. MCCCCXXXI, uti patet ex nota in margine exemplaris eorundem in bibl. Stillingfl. A. MCCCCXX libros quosdam collegio Baliolensi Oxon. dono dedit. Asserit hoc nota praefixa Augustino super Genesin Ms. in bibl. Baliol. vii. Ms. Langbain. Claruit A. MCCCCXL. Bal. vii. 93. Pits. p. 634.

FEN

FEN [JOHANNES] Anglus, theologiae operam dedit in academia Lovanensi. Transtulit in sermonem vernaculum *Hieronymi Osorii contra Gualterum Haddon*, lib. i. (alias lib. iii.) Pr. pr. tr. "I was moved gentle reader." Lovan. MDLXVIII. 12mo. Claruit Lovanii A. MDLXVIII.

FENNER [DUDLEY] Anglus, Cantianus, doctissimus, generosa familia natus, verbi divini minister haud ignobilis: [Ita Ashton in *Vita Whitakeri*.] Fuit catharus, et ecclesiae Anglicanae ceremoniis infensus. In academia Cantabrigiensi studiis invigilavit. Scripsit, *A brief treatise upon the first table of the law, etc.* Pr. "All being lost in Adam by." Middleburgi . . . 12mo. Hic liber, primitiae hujus autoris, scriptus ante 20 aetatis annum, uti habetur in *Praefat. typographi*. *Of lawfull and unlawfull recreations.* Pr. "For recreation no better." Middleburg. MDLXXXVII. 12mo. *An answer to the confutation of John Nichols his recantation, concerning purgatory, images, etc.* Pr. ded. Roberto comiti Leicestr. "Altho' there be little cause." Lond. MDLXXXIII. 4to. *Sacram theologiam ad methodi leges descriptam.* Lat. pr. "Lucas inter scriptores." Lond. MDLXXXV. 8vo. Genev. MDCIV. 12mo. *S. theologiam, sive veritatem quae est juxta pietatem.* Lat. . . . MDLXXXIX. 8vo. MDCIV. . . 24to. *Catechismum Anglice*, Lond. MDXCII. 8vo. *Commentaria in Canticum canticorum metro Anglico.* Pr. "If I consider how much I am." Middleb. MDLXXXVII. 8vo. *Artem dialecticae et rhetoricae.* Anglice. Pr. "Although these treatises followynge." Lond. MDLXXXIV. *Opuscula Anglice* vi. 1. *Ordo regiminis domestici.* "The order of an household." 2. *Interpretatio orationis Dominicae.* "Our Saviour Christ being both." 3. *Interpretatio epistolae ad Philemonem.* "The entrance of this epistle." 4. *Tabula principiorum religionis.* Pr. "All being lost in Adam." 5. *Doctrina sacramentorum.* "The place out of which." 6. *De recreationibus.* "For recreation no better." London. . . . 12mo. Edinb. MDXCII. 8vo. Scripsit *Defensionem piorum quorundam pastorum contra calumnias doctoris Bridges.* Pr. "But now we cannot clear." In *Registri* parte, p. 387. *The counterpoison written in answer to the objection and reproaches, wherewith the answerer to the abstract would disgrace the holy discipline of Christ.* Pr. "It is said of Salomon." in parte *Registri* p. 412. In eadem parte *Registri* p. 506. est. *A defence of the reasons of the counterpoyson for the maintenance of the eldership against doctor Copequot's sermon at Paul's upon Psal.* lxxxiv. Pr. "I must gentle and christian reader." Wrote A. D. MDLXXXIV. Qu. An hujus Dudleii. Obiit Middleburgi in Zelandia, ubi mercatoribus Anglis a sacris erat, anno MDLXXXIX, cum nondum aetatis annum xxxmum attigisset. Ita in *Praef.* ad opuscula. *Athen. Oxon.* i. 216. Anno MDLXXXVII mortuus esse dicitur, in *Registro.* p. 387.

FENTON [EDVARDUS] Transtulit ex Gallico in patrium sermonem *Mirabilia secreta naturae ex variis autoribus collecta*, cap. xli. Pr. ded. dom. Lumley. "The most ancient and famous." Lond. MDLXIX. 4to. Vide Stow. et Ms. Ashmol. 816. Fuller's *Worthies*, ii. 318. Nauta hujus nominis obiit MDCIII; sed hic videtur diversus ab illo.

FENTON [GALFRIDUS] Transtulit in linguam vernaculam, *An epistle, or godly admonition sent to the pastors of the Flemish church in Antwerp, exhorting them to concord with other ministers, written by Antony de Carro*, Lond. MDLXX. 8vo. *Guicciardini historiam de bellis Italicis*, lib. xx. Ad reginam Elizab. 7 Januar. MDLXXVIII e cubiculo sua juxta turrim Londinensem. Pr. epist. "It is not without reason." Pr. lib. "Having in hand to write." Lond. MDXCIX. fol. *Acta disputationum Parisiis inter duos doctores Sorbonicos, et duos verbi divini ministros*, Lond. MDLXXI. 4to. *Epistolas aureas ex operibus dom. Antonii de Guevarra et aliis autoribus*, ad Annam comitissam Oxon. 4 Febr. MDLXXV, e cubiculo suo in aedibus Dominicanis. Pr. ep. "Since the first creation of men." Lond. MDLXXVII. 4to. Obiit A. MDCVIII. War. 137.

FERENHAMUS [a] [NICOLAUS] Isidis Vadum florentis adolescens aetatis coluit; et bonae indolis, ac ingenii praeter communem sortem acuti, signa exhibuit illustria. Jamque vir maturus factus, et undecunque in philosophia instructissimus, animum ad rei herbariae cognitionem nova quadam, sed vehementi, applicuit cura. Hippocratem, Dioscoridem, Galenum, medicorum clarissima lumina, hac ratione familiariter coluit. Inglorium tum putabat esse domi, totos desidere dies, nec florenteis alibi quoque artes disquirere. Lutetia Parisiorum eo tempore inprimis cognitione literarum enituit; cujus videndi ardore quodam accensus incredibili, eo se mature contulit; ac, philosophiae fundamentis feliciter jactis, medicinae studium suscepit: quod et inchoatum semel, in Italiam profectus, Bononiae absolvit. Hinc secum reputans longe utilius ac dignius esse animae, quam corpori laboranti praesentem ferre opem, divinam sanctus legem incredibili perdidicit diligentia. Otho legatus Romanus ad Britannos, de rebus magnis acturus, venit; ususque Ferenhami familiaritate, quem Henricus tertius, rex Angliae, aulae jam medicum suae constituerat, sic cum rege egit, ut Ferenhamus, refutato [b] episcopatu Castrensi, paulo post Dunholmensem sedem, virtutis

[a] De hoc Nicolao consulat lector Godwinum, ii. 120. seqq. Matth. Paris. in ann. MCCXXIX. MCCXLI. MCCXLIV. MCCXLVIII. Anno MCCXIX. 10 Hugonis de Wells, episcopi Lincoln. magister Nic. de Fernham instituitur ad ecclesiam de Audenham in archidiac. Huntington. ad praesentat. abbatis et convent. Westmon. dispensante cum eo domino G. quondam legato, ut cum ecclesia memorata aliud beneficium prius obtentum, cui animarum cura est annexa, habeat et possideat simul. Ita in *Registro* Lincoln. Anno MCCXXII praesentatur a rege ad ecclesiam de Clenden, in archid. Hunt. uti extat in *Rotul.* Hugonis Wells, episcopi Lincoln. Anno MCCXXIX exorto Parisiis dissidio inter clerum et civitatem, recesserunt famosi Anglici Alanus de Beccles, Nicolaus de Fernham, et Joannes Blundus: Ita in Tho. Rudb. *Hist. Minor.* apud Leland. *Coll.* i. 608. Magister Nic. de Farenham habet literas domini regis de praesentatione ad ecclesiam de Essenden, cum capella de Beiford; 13 Mart. 6 Hen. iii. Ex rot. in Turri. Nic. de Farnham fuit persona ecclesiae de Burton 22 Hen. iii. In liter. pat. 22 Hen. iii. [b] Male Baleus relicto:

virtutis amplum praemium[c], acceperit[d]. Hactenus [e] Matthaeum Parisium, egregium Ferenhami laudatorem, sum secutus. Ex *Lelando*.

relicto: eum enim episcopatum nunquam adiit, sed electioni suae per monachos factae renunciavit. Interim cum episcopatus Cestrensis ante Henrici octavi tempora (viz. anno regni sui XXXIII) minime erectus fuerit, monendus es, lector, episcopos Litchfieldenses, Cestriae olim, semel saltem, sedem suam habuisse; ideoque Cestrenses olim nuncupatos esse. Anno enim MLXXV Petrus episcopus Litchfeldensis Cestriae cathedram habuit; Robertus vero de Limsey, ejus successor, eam Coventriae haberi maluit. Videsis Ran. Hygdeni *Polychron.* l. i. c. 52. et Whart. *Angl. Sacr.* i. 439. [c] Reginae medicus electus episc. Dunelm. Jan. MCCXL. Wharton. *A. S.* tom. i. Episcopatu ultro abscessit anno MCCXLIX [ante 17 Jan. 33 Hen. iii. uti in *Rotul.*] et privatus studiis ac operibus pietatis se totum dedens usque ad Febr. MCCLVII vixit, Godw. 122. [d] Scripsit, inquit Baleus, *Practicas medicinae*, lib. i. *De viribus herbarum*, lib i. [e] Hactenus uterque Matthaeus Paris. et Westmonast. Ms. Lel. Trin. Bal. iv. 3. Pits. p. 312.

FERGUSIUS ii Scotorum rex scripsisse putatur *Epistolas ad Scotos dispersos*, lib. i. Claruit A. C. CCCLXXIX. Dempst. vi. 532.

FERGUSTUS, quem Baleus PERGUSTUM vocat, episcopus Pictorum interfuit concilio Romae habito anno DCCIV. Scripsit *Commentarium in evangelium S. Matthaei*, lib. i. Ms. olim Parisiis penes Jac. Sirmondum. Claruit A. DCCXXIII. Dempster. vi. 533. Bal. xiv. 29.

FERIBRIGIUS [RICHARDUS] sophista Oxoniensis edidit *Consequentiarum regulas*, lib. i. "Consequentiarum quaedam est bona." Has Alex. Sermoneta, Mathaeus Campanus et Gaitanus de Tiemis Itali commentariis illustrabant, et prelo dabant Venet. MDXI. 4to. Claruit A. MCCCLX. Bal. xi. 21. Pits. p. 489.

FERNE [DUNCANUS] patria Scotus, Parisiis educatus, ibique tandem philosophiae professor et doctor Sorbonicus, scholas Scoticae nationis primus reparavit. Scripsit, *Ad regem de academia*, lib. i. *In epistolas D. Pauli omnes*, lib. i. Ms. in biblioth. S. Victoris Parisiis. Claruit anno MCCCCIX. Dempster. vi. 528. Mackenz. ii. 530.

FERNE [JOHANNES] scripsit *The blazon of gentrie, and nobility, in two parts.* Lond. MDLXXXVI. 4to.

FERRANUS Culdeus Scotus scripsit *Sermones pios*, lib. i. Claruit anno DCCLVIII. Dempster. vi. 534.

FERRERS [EDVARDUS] patria Warwicensis, in academia Oxoniensi educatus, ubi poëseos gratia magni habebatur; de quo vide Edw. Philips *Theatrum poëtarum*. Lond. MDCLXXV. p. 211. Scripsit *Tragoedias* et *comoedias* varias. Obiit, ut videtur, A. MDLXIV, et sepultus jacet in ecclesia de Badesley-Clinton in comit. Warwic. *Athen. Oxon.* i. 146.

FERRERS [GEORGIUS] Hertfordensis, apud S. Albanum, ut videtur, natus; fuit academiae Oxoniensis alumnus, et postea ad hospitium jurisconsultorum Lincolniense se contulit, ubi juri municipali operam dedit. Totam historiam reginae Mariae, uti sub nomine Ric. Grafton apparet, composuisse dicitur. Stow. *Chron.* p. 632. De quo, ille libro citato p. 608. ait "Geo. "Ferrers gentl. of Lincolns-Inn, being lord of the disputes all the 12 days of Christmas anno "MDLIII (Hollinsh. p. 1067. 1552) at Greenwich; who so pleasantly and wisely behaved him- "self, that the king had great delight in his pastimes." Fuit senator pro urbe Plymutha, et A. MDXLII 33 Henr. viii tempore Parliamenti in vincula conjectus. Hollinsh. Cromwello carus erat, ut ait Lelandus. Scripsit *A myrrour for magistrates*, Lond. by Will. Baldwin. MDLIX. MDLXXXVII. MDCX. In hoc libro sequentes sunt tractatus: (1) *The fall of Robert Tresilian, chief justice of England, and other his fellowes.* (2) *The tragedy of Thomas of Woodstock duke of Glocester.* (3) *The tragedy of K. Richard* ii. (4) *The story of dame Elianor Cobham dutchess of Glocester.* (5) *The story of Humphrey Plantagenet, duke of Glocester.* (6) *The tragedy of Edmund duke of Somerset.* Transtulit e Gallico in Latinum et Anglicum sermonem *Magnam Chartam*, lib. i. "Hic habes, candide lector, leges." Et: "Here hast thou, gentyl reader the lawes. Lond. by Elizab. widdow to Rob. Redman. . . 12mo. tempore Henr. viii. Et alias *Leges* temp. Henr. iii. et Edw. i. in Anglicum sermonem vertit. Fatis concessit apud Flamsted in agro Hertfordensi A. D. MDLXXIX maximis laudibus a Joh. Lelando in *Encomiis trophaeis*. p. 99. cumulatus. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 193. In Gul. Patten *Diaris expedit. Scot.* Lond. MDXLVIII de quodam Georgio Ferrers ita. "Geo. Ferrers a gentleman of my lord protectors, and one of the commissioners of "the carriage of this army." Ex *Lelando* ubi supra hunc esse eundem Ferrers ducimus.

FERRIS [RICHARDUS] Scripsit *The dangerous adventure of R. Ferris and others, who undertook to row from Tower-warfe to Bristol in a small wherry-boate.* Lond. MDXC. 4to.

FETHERSTON [RICHARDUS] S. theologiae doctor, unus ex advocatis reginae Catharinae contra divortium, 17 Henr. viii. Paedagogus in aula reginae Mariae. (Ms. Bal. Glyn.) Scripsit *Contra divortium Henrici et Catherinae*, lib. i. Capitali supplicio affectus est Londini 30 Jul. A. MDXL. Pits. p. 729. Stow. p. 581.

FETHUO abbas Scotus, S. Columbae discipulus, scripsit *Epistolas ad patres in Jona*, lib. i. Claruit A. DCVI. Dempster. vi. 535.

FEYLDE [THOMAS] scripsit carmine Anglicano *The treatise of the lover and a jaye.* Pr. pr. "Thoughe laureate poetes in old antiquite." Lond. by Wink. Word. . . 4to.

FIACRIUS Eugenii iv regis filius, nobilibus in Hibernia parentibus oriundus, qui vitae solitariae desiderio patriam deserens a Pharone Meldensium episcopo in Gallia, nemus quoddam Brodolium dictum obtinuit, ubi eremiticam egit vitam. Scripsit secundum Dempsterum *Hist. eccl. Scot.* lib.

lib. vi. n. 511. *Ad Syram sororem de monasticae vitae laude.* lib. i. Ms. Meldis. *Meditationes*, lib. i. De eo vide plura apud Surium ad 30 diem Augusti. Waraeus. p. 24. seq. Claruit saeculo vii. A. DCXXXII. Dempster. Vide Capgravium, et ex eo Messingham *Florileg.* p. 390. ubi *Sequentia de Fiacrio.* Pr. " Lucernae novae specula."

FIBERIUS [JOHANNES] CASTORIUS sive BEVER dictus, monachus Benedictinus Westmonasteriensis a Lelando laudatus. Vid. Cave ii. p. 442. Scripsit, *Chronicon a Bruto* (Ina Lel.) *ad* A. C. MCCCVI. (MCCXVI. Ms. Cotton. in quo nomen Jo. Castorii manu recenti apponitur) lib. i. " Aeneas cum Ascanio filio." Ms. Cott. Vitell. E. xvii. 4. Ms. Harl. Excerpta ex hoc *Chron.* Ms. Cott. Claudius C. iv. 8. Citatur ex bibl. Dewesiana *Monast. Angl.* i. 177. *De rebus Westmonast.* lib. i. Claruit A. D. MCCCVI. In Ms. Trin. f. 66. mentio sit feretri marmorei stupendae sculpturae circa A. gratiae MCCCXX super corpus Birini apud Dorcestr. constructi. Hoc Ms. coll. Trin Oxon. olim peculium viri doctissimi Dav. Poweli S. theol. pr. (qui *Cronicon* hoc Johanni Fiberio inscripsit) divisum est in iv libros: Primus est de regibus, qui Britanniam tanquam regnum unum olim gubernarunt. Pr. " Aeneas, etc." et est e Galfrido Monumetensi ad verbum fere excerptus. Secundus, Qualiter Saxones Britanniam in Angliam mutatam tanquam vii regna vii reges tenuerunt. Tertius, Qualiter divisum regnum unius imperio regis sit unitum, sc. ab Edwardo seniore ad conquest. Quartus, A conquestu ad coronationem Edw. i. ubi desinit. Juxta Ms. notam Poweli, *Historia* Beveri, et quae sequuntur, sc. ad temp. Rich. iii. alium habent autorem. Notandum quod ad finem cujuslibet libri est Catalogus pontificum et imperatorum Romanorum. Sed pace doct. Poweli, hoc non videtur esse opus Joh. Fiberii, quia quae ex eo excerpsit Lelandus, *Coll.* tom. i. p. 343 cum hoc Ms. non omnino conveniunt. Praeterea, cum rerum Westmonast. non meminit, suspicor monachum Westmon. non esse autorem. Fiberius ab Ina incipit in Lelandi *Collect.* Bale. iv. 80. Pits. p. 390.

FICARDUS Cirencestrensis, seu de Cirencestria, historicus Anglus. Scripsit *Speculum historiale.* Pits. *Append.* p. 838.

FICH [THOMAS] patria Hibernus, in academia Oxon. educatus: in patriam rediens canonicus regularis et subprior ecclesiae cathedralis S. Trinitatis Dublin. evasit. Scripsit, *Librum album de rebus ecclesiae suae. Necrologium, sive librum obituum ejusdem ecclesiae.* Ms. in bibl. coll. Trinit. juxta Dublin. Obiit 16 cal. Febr. MDXVII, et in ecclesia S. Trinit. Dublin. humatus jacet. War. p. 81. *Athen. Oxon.* i. 11.

S. FIDE [BENEDICTUS de] Carmelita ejusdem (sc. Norwici) inclytae urbis et coenobii, mihi (inquit Lelandus) dum haec scripsissem *Catalogo* inserendum se obtulit. Fuit ille quidem vir tum doctus tum insigniter prudens, et ad res gerendas dexterrimus. Quibus virtutibus Romae multis praeclaris viris innotuit, ac praesertim cuidam Henrico Minutulo, archiepiscopo Neapolitano et S. Anastasii ac tandem Tusculanensi cardinali, cujus opera, dum et ipse esset legatus Bononiae, et in exarchatu Ravennensi, legationis etiam munere in rebus ad ecclesiam Romanam spectantibus, sub Bonifacio nono, et in schismate functus est. Claruit Benedictus, qui et nonnulla scripsit opuscula anno post Christum natum MCCCCX, regnante in Anglia Henrico iv, et Neapoli obiisse fertur. Bale. xiii. 92. ex Lelando.

FIECHUS alias FIACHA Dubtachi poëtae discipulus (Vide Jocelin. *Vitae S. Patric.* c. 115. seqq.) abbas coenobii cujusdam Forrach dicti (Joc. Ibid.) a S. Patricio Scleptensis ecclesiae, hodie Sletty in agro Reginensi episcopus consecratus est. Majorem et potentiorem partem Laginiensium ad fidem Christianam convertit, et tandem apud sedem suam episcopalem obiit, et sepultus est. Scripsit Hibernice *Hymnum in laudem S. Patricii* xxxiv distichis comprehensum. *Lib. Vet. Hymnorum.* Claruit saeculo v. War. p. 2. 3. Vide Colgan, *Trias Thaumaturg.* p. 6. et 10. de quodam scholiaste antiquo in hujus Fiechi carmen, qui ante mille annos floruit. *Ogyg.* iii. 243. 347. 397.

FILLS [ROBERTUS] sive FYLL Genevae temporae reginae Mariae vixit, et Theodoro Bezae notus erat. Ex Gallico in Anglicum transtulit *The laws of Geneva, ecclesiastical and civil.* Pr. ep. ded. transl. dom. Rob. Dudleio. " Your good zeale, right honourable lord." Lond. MDLXII. 12mo. *Meditationes verae et perfectae consolationis tabulis* ii. Pr. ded. tr. dom. Rob. Dudleio. " In reading over divers books in the time of the late persecution." Lond. princ. *Elizab.* . . . 8vo. *Theod. Bezae epitomen fidei Christianae*, vii. cap. ad comit. Huntingd. Pr. " Having " redde over this work." In *Epist.* dedicatoria deplorat vitia quaedam inter ecclesiasticos sui temporis. Lond. MDLXXII. MDLXXXIX. 8vo. Edidit *Preces et meditationes in omnes Davidis Psalmos*: sive *Anatomiam animae.* Lond. MDLXVIII. MDXCV. 12mo.

S. FINANUS, alias FINIANUS Clonardensis, episcopus, philosophus et theologus insignis. Is nobili ortus prosapia apud S. Davidem Menevensem in Wallia aliquamdiu commoratus est, eique ob egregias animi dotes valde charus fuit. In patriam reversus sedem suam episcopalem Clonardae in Midia prope Boinum fl. collocavit; ubi porro gymnasium instituit, quod illius cura et laboribus multos progenuit viros sanctitate et doctrina celebres. Scripsit *Praelectiones quasdam.* Et *alia.* Decessit 12 Decemb. anno salutis DLII, et in ecclesia sua sepultus est. War. p. 10. Vid. *Ogyg.* pag. 232.

FINANUS LINDISFARNENSIS, gente Hibernus, sive Scotus, monachus Huensis coenobii, et ibidem Nennii Brytanni, et abbatis Segenii discipulus: Aidanum in episcopatu Lindisfarnensi excepit, et obiit A. DCLXI. Scripsit, *Pro veteri Paschatis ritu*, lib. i. *Monita salutaria ad Ferguhardum*

gubardum regem, lib. i. De disputatione ejus circa Paschae observationem si plura scire vellet lector, adeat Bedam, lib. iii. c. 25. Noster Finanus propugnator erat rituum Scotorum irrefragabilis. Colitur 16 Februarii. Dempster. vi. 506. Bal. xiv. 19. War. p. 24.

FINDANUS patria Laginiensis, monachus in abbatia Rinaugiae. Floruit circa A. D. DCCC. Ejus *Vitae* pars extat inter *Aleman. rerum scriptores* edit. per Goldastum. Francof. MDCVI. tom. ii. 318.

S. FINDOCHA virgo Scota scripsit *De vita contemplativa*, lib. i. Claruit A. DXXVI. Colitur 13 Octorb. Dempster. vi. 508.

FINGLAS [PATRICIUS] jurisconsultus celebris, ab Henrico viii factus est primarius fisci regii in Hibernia baro, deinde MDXXXIV primarius communium Placitorum justitiarius. Scripsit *De causis calamitatum Hiberniae et de remediis*. War. p. 83.

S. FINIANUS Scotus, abbas Culdeus. Scripsit *De vita S. Eusebii*, lib. i. Claruit A. CCCCII. Colitur 22 Febr. Dempster vi. 521.

FININGHAM [ROBERTUS] patria Norfolciensis, ordinis S. Francisci frater in coenobio Norwicensi; juris canonici studiosissimus. Scripsit *De excommunicationibus*, lib. i. " Quoniam sub " poena excommunicationis." Inter Mss. Norwic. More. 67. habentur particulae quaedam *De excommunicationibus et casibus reservatis*. Pr. pr. " Quoniam sub poena, etc." Dividuntur ab autore in prologo in xii. *In prima particula* ponuntur sententiae majoris excommunicationis latae in *Corpore decretalium*. Pr. " Excommunicationem incurrit qui se gerit." *Secunda particula* sententiae latae in *Corpore decretorum*. Pr. " Excommunicationem incurrunt qui afferenda." *Tertia particula* sententiae latae in vi libro *Decretalium*; et in *Extravagantibus*. Pr. " Excommunicationem " incurrunt qui cardinalem." *Quarta particula* sententiae latae in *Constitutionibus Clementinis*. Pr. " Excommunicationem incurrunt qui afferere vel defendere." *Quinta particula de casibus papae reservatis*. Pr. " Primus casus est de falsariis." In caeteris, etc. est principium secundae sectionis. *Sexta particula de casibus reservatis ordinariis locorum*. Pr. " In primis quod non " est." *Septima particula de sententiis latis in conciliis Angliae* cum articulis *Magnae chartae*. Pr. " In statutis concilii Oxon. *Octava particula de sententiis latis per privilegia fratrum Minorum*. " Pri- " mo excomm. omnes qui apostatas." *Nona particula*. Casus in quibus sententia lata ab *homine non tenet*. Pr. " Primus casus est, si feratur."—Hic definit codex: sed prologus tres alias particulas memorat, sc. *Decimam de suspensione lata a jure*. *Undecimam*, *Casus de irregularitate*. *Duodecimam de minori excommunicatione*. Haec Ms. Norwic. Baleus et Pitseus opera Fininghami ita dividunt: *de casibus decretorum*, lib. i. " Excommunicationem incurrit qui." *De casibus decretalium*, lib. i. " Qui cardinalem percutit." *De extravagantibus* quoque, lib. i. *De casibus papae reservatis*, lib. i. " In caeteris autem casibus." *Casus conciliorum Angliae*, lib. i. " In statutis concilii " Oxon." *De ordine Minorum*, lib. i. " Primo de approbatione paupert." *De status eorum dignitate*, lib. i. Claruit A. MCCCCLX. Bal. viii. 24. Pits. p. 652. Wadding. p. 308.

FINNUS filius Cuballi, summus Hibernicae militiae praefectus, *Jurisprudentia* etiam, super qua *Scripta ejus* hactenus extant *carminibus* patriis, et, ut quidam ferunt, *prophetiis* celeberrimus. *Ogyg.* P. iii. p. 217. 338. Claruit sub Cormaco rege circa A. D. CCLXX.

S. FINTANUS MAC FULCAIN, i. e. S. MUNNU, quem vide infra.

S. FINTENUS, patria Hibernus (Vide *Vitam S. Columbae* per Adamnan. lib. i. c. 2.) socius S. Columbae [id quod merito dubitari posset, quia ad Jonam venit post mortem Columbae. Vide Adamn. l. c.] Scripsit, *Epistolas ad Baithenum abbatem*, lib. i. *Acta Columbae*, lib. i. Claruit anno DLXXXII. Dempster. vi. 507.

S. FIRMINUS, patria Scotus, a S. Honesto educatus, ad Honoratum episcopum Tholosanum missus, evangelium Christi in Aquitania et Andegavia praedicabat, et tandem Ambiani in Morinis primus episcopus evasit. Scripsisse fertur, *Homelias ad populum*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *De incarnato verbo*, lib. i. Claruit anno MCCXCVIII. Colitur 6 Januar. Dempster. vi. 522.

FISH [SIMEON] patria Cantianus, academiae Oxon. alumnus, in hospitio Grayensi Londini studio juris municipalis operam dedit sedulam. Circa A. MDXX (Fox. 1525.) solum vertit metu cardinalis Wolsaei, et in Germaniam se contulit; unde A. MDXXVIII reversus in patriam, omnes dereliquit haereses, et A. MDXXXI Londini peste extinctus, in ecclesia S. Dunstani ad occid. sepultus jacet. Scripsit ad regem Henr. viii. A. MDXXIV. *The supplication of beggars*, lib. i. " Most lamentably complaineth their wofull misery." Impr. . . . et MDXLVI. Lond. 2 edit. Extat apud Fox. p. 1014. seqq. Ex Germanico in Anglicum sermonem transtulit, *The summ of the Scriptures*. Impr. circa A. MDXXX. *The boke of merchants rightly necessary to all folkes, newly made by the lord Pantapole*. Fox. 1 edit. p. 574. *The spiritual nosegay*. Ibid. Bal. par. post. p. 102. *Athen. Oxon.* i. 26. More's *Works*, 881. Fox. 1013.

FISHBURN [THOMAS] patria Dunelmensis, A. MCCCCIX. 21 Dec. ordinatus est subdiaconus, 15 Febr. sequ. diaconus, et 8 Martii seq. presbyter. *Reg.* Clyfford. Lond. Scripsit *Remedia contra scrupulositatem conscientiae*, lib. i. cap. 7. Pr. " Dubia in vestra epistola." Ms. Bodl. Digby. 115. In capite 5 refutat quandam opinionem Lollardorum, hinc de tempore, quo vixerit autor, conjecturam ferre possumus. Inter *Epistolas* Johannis Whethamsted abbatis S. Albani Ms. Cotton. Claudius, D. i. est p. 62. *Epistola* ejusdem Johannis ad dominum Tho. Fishburn confesso-

rem

rem de Sion, circa casum quendam conscientiae de scandalizatione propter opera intentionis rectae, etc. p. 67. Ad eundem Thomam de controversia cum episcopo Lincoln.

FISHERUS [JOHANNES] (Joh. Piscarius a Lelando vocatus in *Antiph.* Ms. p. 201.) Beverlaci in agro Ebor. natus A. MCCCCLIII, literis grammaticalibus in collegio Beverlacensi imbuendus tradebatur. Academiae Cantabrigiensis in aula S. Michaelis A. MCCCCLXXXIV alumnus; ibidem S. theol. doctor MDI (Ms. Inett.) et procancellarius academiae A. MDI, MDII, et collegii Reginensis praeses fuit. Fuit etiam Margaretae comitissae Richmondiae a sacris confessionibus, cujus hortatu eadem clarissima foemina fundavit coll. S. Joh. evangelistae et Christi in dicta academ. Ab Henrico vii episcopus Roffensis designatus est A. MDIV. Sed cum de primatu regio in ecclesiasticis juramentum suscipere recusaret; et conjugium regis cum Anna Bolonia nullo modo vellet approbare, ad mortem damnatus est A. MDXXXV. Quod ut Romae nuntiatum est, a papa Paulo iii 21 Maii cardinalis creatus est titulo S. Vitalis; sed antequam pileum acceperat, securi percussus est super colle juxta Turrim Londinensem Junii 20. MDXXXV. Godw. ii. 178. (Junii 22. Bal. Pits. Whart. *A. S.*) et in coemeterio eccles. Omn. Sanct. de Berking Lond. sepultus. Vide Whart. *A. S.* vol. i. 382. juxtaque methodum ibidem vita ejus conscribenda. Vide *Vitam* ejus per Rich. Hall e collegio Christi Cantabr. Ms. quam Fuller, *Eccl. hist.* v. 202. seq. suam fere fecit. Vide *Vitam* ejus per Tho. Baily, Lond. MDCLV. 12mo. Scripsit, *Assertionem septem sacramentorum contra Lutherum*, lib. i. Pr. lib. "Quemadmodum animal omne." Pr. prol. "Motus quidem "fidelitate ac pietate." Hoc opus tribuitur R. Henrico viii. Wirceb. MDXCVII. f. p. 7. *Epistolam responsoriam epistolae Lutheri*, lib. i. "Quas tu, Luthere, literas." *Assertionum regis Angliae de fide catholica adversus Lutheri Babylonicam captivitatem defensio.* Pr. ded. episc. Eliensi. "Praeterierunt." Paris. MDLXII. 24to. Hic liber, ni fallor, continet duos tractatus quos Bal. et Pits. diviserunt sc. *Contra captivitatem Babylonicam Lutheri*, lib. i. "Praeterierunt jam anni "duo." *Assertionis Lutheranae confutationem per* xli *articulos*, lib. i. Pr. pr. primae. "Nolim "existimes, lector, me." Pr. pr. secundae. "Quando jam tandem cum ex." Paris. MDXLV. Antwerp. MDXXIII. MDXXXV. 8vo. Colon. MDLIX. 12mo. MDLXIV. 8vo. *De veritate corporis et sanguinis Christi in eucharistia contra Oecolampadium*, lib. v. ad Ric. episc. Winton. "Circumspicienti "mihi cui." Extat Coloniae, A. MDXXVII. 4to. *Sacerdotii defensionem contra Lutherum congressus tres.* Pr. lib. "Complures libros, qui jam pridem." Pr. pr. "Londinensi episcopo salutem "plurimam. Integerrime praesul." Colon. MDXXV. 12mo. *Contra Velenum, S. Petrum fuisse Romae*, lib. i. "Post aliquot menses." Titulus editionis Antverpianae ita: "Convulsio calum-"niarum Ulr. Veleni Minhov. quibus Petrum nunquam Romae fuisse cavillatur." Antverp. MDXXII. 4to. Ex hoc libro citat Joh. Leland (in *Antiph.* p. 201.) severum hujus piissimi episcopi judicium de Romanorum moribus (sc. ecclesiae tunc procerum) Huic libro respondit Sim. Hessus. *Concionem Londini Anglice*; quando publice combusti sunt libri Lutheri. *Against the pernicious doctrines of Luther*, on John. xv. 26. In octav. Ascensionis. Pr. "Full often when "the day is clere." Jussu card. Wolsey, Lond. by Wink. Word . . . 4to. Hanc Latinam fecit Ric. Pacaeus Cantabrig. MDXXI. 4to. Recus. Lond. MDLIV. 8vo. *De fructu orationis*, lib. i. *Expositionem orationis Dominicae*, lib. i. *Pro damnatione Lutheri*, lib. i. Etsi Pitseus tres ultimo memoratos libros Fishero ascribat, attamen inter ejus opera in Herbipolitana editione non inveniuntur. Primus horum forsan est pars tractatus *De necessitate et fructibus orandi*, in quo est capitulum h. t. *De tribus orationis fructibus. De unica Magdalena*, lib. iii. Libellum quendam autore Jac. Fabro, Paris. MDXIX. 4to. *Eversionem munitionis quam Jodocus Clichtovaeus erigere moliebatur adversus unicam Magdalenam*, lib. i. *Roffensis episcopi vindicias S. M. Magdalenae contra Jod. Clichtovaeum et Jac. Fabrum Stapulensem.* Pr. pr. "Devotis unicae Magda-"lenae cultoribus) Vereor, ne fluctuare nonnullos." Lovan. . . . . 4to. *Exposition of the* vii *penitential psalms*, lib. i. Concionibus vii ad mandatum Margar. comit. Richmondiae. Pr. pr. "When I advert in my remembrance the fructfull and noble." Lond. W. Word. MDVIII. 4to. MDLV. 8vo. *Spiritualem consolationem, sive concionem de passione Domini ad sororem Elizabetham.* Anglice. Pr. "Sister Eliz. There is nothing doth more." . . . . 12mo. *Concionem de justitia Pharisaeorum et Christianorum*, Anglice. Pr. "Nisi abundaverit justitia vestra." *Methodum perveniendi ad summam perfectionem religionis, ex carcere ad sororem*, lib. i. "Cupio quidem, "soror." Hos quatuor ultimos libros vertit in Latinum Joh. Fennius. *De charitate Christiana*, ep. i. "Quod tam amice nos." *De necessitate et fructibus orandi*, lib. i. "Cum spectet ad om-"nes." Anglice reddit. per L. M. Lond. MDLXXVII. 12mo. [Bishop Fisher of *Prayer* translated into English, Lond. MDLX. 8vo.] *Psalmos et precationes*, lib. i. "O dominator domine Deus." Lugd. MDLXXII. 12mo. MDXCVIII. 24to. Opera omnia excusa sunt Herbipoli MDXCVII. fol. Scripsit praeterea, *De purgatorio*, lib. i. *Defensorium matrimonii regis cum Catherina*, lib. i. "Constat inclitissimum regem Henricum vii." Ms. Norwic. More 431. Saepissime citatur a Nic. Harpsfeld in *Hist. divortii.* Ms. coll. Novi Oxon. 311. *De fiducia et misericordia Dei*, lib. i. "Nihil magis cum in omni vita." Liber hic falso tribuitur Fishero, Pits. et Bellarm. In *Indice Romano* prohibetur, Bellarm. de *Scriptoribus.* Extat Colon. MDLVI. 8vo. *A sermon on psal.* cxvi. *at the funeral of king Henry* vii. Pr. "Dilexi, etc. For as much as this honourable." Lond. MDIX. 4to. *A mornynge remembraunce of the noble prynces Margarete countesse of Rychemonde, on John* xi. 21 ad 28. Pr. "Dixit Martha, etc. This holy Gospel." In *Append.* ad tom. i. Burnet, *Hist. Reform.* p. 189. seqq. extant auctoris nostri *Respons. ad quasdam quaestiones de sacramentis.*

Pr. "What a sacrament, etc. I think that where." Extant etiam ejus *Epistolae duae ad Cromwellum* Anglice. Strype in *Vita Cranm. App.* p. 13. Fuller, *Eccl. hist.* v. 190. Pitseus legit in *Vita* quadam ejus Ms. combustos fuisse ab haereticis tot ejus Mss. libros, quot robustus equus justo onere portare posset. Bal. viii. 68. Pits. p. 715. seq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 33.

FISHLAKE [THOMAS] frater ordinis Carmelit. et in S. theologia magister, transtulit ex Anglico in Latinum *Librum secundum Walteri Hylton*, can. Thurgarton *De homine Dei imagine.* Pr. "Quoniam multum desideras, ac etiam petis." Ms. Bodl. NE. F. 2. 17.

FITHILLUS, supremus in Hibernia sub Cormaco rege judex circa A. D. CCLXX. Scripsit quaedam *De legibus Hibernicis*, quae adhuc in jurisperitorum scriniis conspicienda sunt, *Ogyg.* p. iii. 227. 337.

FIZACRIUS [a] [RICHARDUS] Dominicanus, Iscanae, sive Exoniensis dioecesis alumnus, Isiaci operam literis strenuam navabat [b], nullo non genere eruditionis animum exercens; qui labor tam felix illi faustusque fuit, ut inter doctos doctissimus haberetur. Praeter caeteros Aristotelem mirum in modum coluit; illum legebat, suspiciebat, in sinu gerebat. Inde ad theologos se transferens, uberrimum utrinque fructum accepit: nam et insignis philosophus et theologus fuit, quibus nominibus tam charus erat Rogero [c] Bacono, viro undecunque doctissimo, ut comes illi individuus adhaereret. Hinc facile crediderim Fizacrium una cum Bacono Lutetiae Parisiorum studuisse, et ibidem ex eruditissimo eruditiorem factum. Porro neque hoc tacendum, quod scriptores nostrates, quoties illius aetatis sit mentio, Fizacrium semper Bacono adjungunt, tanquam Bithum Bacchio [d], id est, nobile par Anglorum, sive amicitiam spectes, sive literas. Quid quod ut in vita socii conjunctissimi fuere, ita ne morte quidem dividi potuerunt? Nam ut turtur, ereptam sociam lugens, commoritur; ita extincto Bacono, nec potuit, nec voluit superesse Fizacrius. O raram, et omnibus saeculis praedicandam amicitiam [dd]! Sed quo me rapuit oratio? Finem laudandi, et ornandi munus nostrum faciam, si prius indicavero, quibus se libris posteritati commendavit. Scripsit enim *Super quatuor libros sententiarum* [e]. "O altitudo." *Super Psalterium* [f]. *Super Solomonis parabolas* [g]. "Multiplici ratione." [h] Vixit regnante Henrico tertio, Anglorum rege [i]. Obiit anno D. MCCXLVIII [k], et sepultus est [l] Isidis ad Vadum in ecclesia Praedicatorum; quibus omnium virtutum clarissimas imagines reliquit. Ex *Lelando.*

[a] Ricardus Fishaker, Exoniensis a Sixto Senensi dictus. Duos Ricardos Fizacrios habet Pitseus; quorum primus idem est cum hoc nostro; secundus omnino diversus, nisi quod in anno MCCCXXX claruisse fertur. Cum igitur nomine, cognomine, patria, professione, libris inter se conveniunt, unum solummodo Ric. Fizacrium esse haud dubitarem asserere. [b] Primum in collegio magnae aulae univ. studiis operam dedit, postea vero cucullum induens, ad coenobium Dominicanorum migravit (*Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 61.) ubi primus sui ordinis SS. theol. doctor Oxoniensis evasit, Pits. [c] Roberto, Ms. Lel. Trin. *Epit.*

[d] "Ac Theseum Pirithoo, quos nec mors dividere potuerat: nam extincto Bacono," Ms. Lel. Trin. [dd] Videsis egregium Fitzacrii et Baconi elogium apud Matth. Paris. ad annum MCCXLVIII. [e] In quatuor voluminibus olim in museolo Roberti Sutton, abbatis Burgi S. Petri, *Hist. Peterb.* p. 36. Item apud Boston. Buriensem, num. 74. 83. 65. Et Ms. Oxon. in coll. Baliol. lviii. et Oriel. xxxi. et xliii ac Licoln. citante Pitseo. Item Cantabr. in coll. Caii Ms. G. 25. In principio codicis Orielensis haec notula: "Fishacre super primum [secundum] tertium et quartum *Sententiarum*. Qui fuit primus, qui scripsit super *Sententias* de ordine suo in Anglia," (ita etiam *Hist. Oxon.* i. 65.) "et jacet Oxoniae inter fratres Praedicatores." Ms. Langb. [f] Sc. *Primum nocturnum Psalterii*, lib. i. "Iste liber docet, quid maxime." Ms. Oxon. in coll. Novo: uti habet Pitseus.

[g] Lib. i. "Multiplici ratione audiendum."

[h] Severius multum de Fitzacrio scribit Baleus; homo futilis, acer, et illiteratus; subjungit vero etiam haec ejus opera: *Quaestiones varias*, lib. i. *Quodlibeta*, lib. i. *Postillas morales*, lib. i. *Commentarios Bibliae*, lib. i. *De poenitentia*, lib. i. "Quia, ut habet sanctus Augustinus." Extat apud Boston. Buriens. n. 74. *Sententia ejus de indulgentiis*, ex dictis suis super lib. iv. *Sentent.* dist. 45. lib. i. "Hic de indulgentiis aliquid dicamus." Ms. Cantabr. in coll. Corp. Christi P. 21. Super *Deus illuminatio*, Ms. olim in bibl. monasterii Rievallensis, Lel. iii. p. 36. Quod in egloga sua Jamesius *De sacramentis* (apud Baliolenses) memorat, nuspiam occurrit; et fuerat, ut par est credere, nihil aliud quam pars illa quarti libri, ubi de sacramentis agitur, Ms. Langb. Baliol. p. 41. [i] Vide Cartular. Reading. Ms. fol. 99. b. ubi fr. Ric. de Fissacre, ordinis Praedicatorum, occurrit unus executorum testamenti Herberti filii Petri, A. D. MCCXLVIII. [k] *Cron. Cestr.* Ms. Cotton. Otho. B. iii. [l] De ejus sepulchro, *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 61. Vide Bal. iv. 6. Pits. p. 317. 426. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 64. 65. ii. 61.

☞ FIZALANUS [a] [BARTREMIUS] Lindi, urbe celeberrima, in Carmeliticae professionis ritus juravit. Cumque per annos maturos licuit, Isidis Vadum [b] studendi gratia profectus est, tanta certe animi ad scientiarum mysteria contendentis alacritate, ut brevi non leve ex literis nomen sibi pepererit. Habuit autem cum eruditionis suae, tum reliquarum virtutum Mecaenatem, si recte memini, Gulielmum Quaplodum, Carmelitam, episcopum Direnseme [c], cujus familiaritate assidue utebatur. Scripsit *Super sententias* libros quatuor [d]. Insuper *Quaestionum theologicarum* librum unum [e]. Floruit regnante Henrico quinto. Diem vitae clausit supremum Lindi, ubi et sepulchro conditus est. Ex *Lelando.*

[a] Bertramus filius Alani, illustri in Anglia prosapia natus (forte Fitzallanorum de Bedal in com. Ebor. Dugd. 53.) patria Lincolniensis, Pits. [b] Ubi doctorali gradu insignitus erat, Pits. magistrali, Bal. [c] Darensem seu Kildarensem in Hibernia, Bal. Pits. rectius autem Derensem in Ultonia, War. 127. 70. Ep. Hib. [d] Aliter in Lel. *Epit.* Ms. in Baleo et Pits. sc. *Super quarto libro sententiarum*, lib. i. [e] "Utrum quolibet Sacrae Scripturae." Bal. Pits. Scripsit etiam, *Concionum ad populum* lib. i. Bal. Pits. *Excerpta quaedam ex aliis auctoribus*, lib. i. Ms. Oxon. in bibl. Baliol. Pits. Insignem bibliothecam erexit Lincolniae, Bal. et Pits. ubi obiit 17 Maii (17 Martii Pits. Et addit. Bal. *Epit.* Lel. Ms.) A. MCCCCXXIV. Bal. vii. 64. Pits. p. 610. seq.

FITZ HERBERT [ANTONIUS] (cujus originem David Powel in *Historia Cambrica* ex illustri familia Herbertorum, Pembrochiae comitum, deducere conatur; at verisimilius Camdenus in comit. Glocestr. ex equestri Fitzherbertorum antiqua prosapia ortum existimat. Pits.) filius Radulphi de Norbury in comitatu Derbiensi in academia Oxon. et postea in aliquo hospitiorum legum municipalium studiis enutritus fuit. Creatus erat serviens ad legem 18 Nov. A. D. MDX, et eques auratus A. D. MDXVI, et A. D. MDXXII unus e justitiariis Communis Banci, quo officio summa fide fungebatur. Vide Fuller's *Worthies*, i. 356. et Camd. in *agro Derbien.* Edidit *A grand abridgment of the common law, contained in the year books, and other books of law, readings and records*, lib. iii. 1 edit. Gallice. Princ. "Nota que le properte des bens." Lond. MDXVI. MDLXV. fol. Cui indicem addidit Guil. Rastal. *Magnam Cartam cum diversis aliis statutis.* Lond. MDXIX 12mo. *Office and authority of justices of peace. L'Office et auctoryte des justyces de peas compyle et extrayte hors des anciens livres si bien del commen ley come des statutes.*—Princ. "For so muche as the com-"mon welthe of every countre." Lond. MDXXXVIII. 12mo. partim Gallice, partim Anglice absque auctoris nomine. Item Lond. MDXLVII. MDLXIII. 4to. Extat Gallice, Lond. MDLXXXIV. 4to. Tractatus hic primum Gallice compositus erat, et deinde in Anglicum translatus, Lond. MDXLI. 12mo. MDLI. 12mo. Auctus erat a Rich. Crompton et impress. Lond. MDLXXXIII. 4to. et MDCVI. cui etiam adjungi solet libellus h. t. *Office of sheriffs, bailiffs, escheators, constables, coroners*, etc. Lond. MDXXXVIII. 4to. Extat in libro Ric. Crompton *De officio eirenarch.* Lond. MDCXVII. 4to. Gallice, Lond. . . . Hunc contexuit 21 Henr. viii. *Of the diversity of courts.* Liber hujus tituli anonym. e Gallico in Anglicum translatus per W. H. hospit. Gray. extat ad finem Andr. Horn. Lond. MDCXLVI. 12mo. *Natura brevium novel.* Lond. 26 Henr. viii. 8vo. postea multoties editus est hic liber tum Gallice tum Anglice, cum tabulis et additionibus per Will. Rastal. Lond. MDXCVIII. 8vo. Princ. *Praefat.* "En chescun art et science il." Lond. MDCXXXV. 8vo. et MDCLII. Anglice Lond. MDCLXXVII. 8vo. *Of surveying lands*, primo impr. Lond. MDXXXIX. 12mo. Item Lond. MDLXVII. 12mo. cap. 41. Princ. "Salomon Sap. i. Omnis sapientia, etc." Liber hic pro fundamento habuit vetus statutum "Extenta manerii," et est commentarius ejus, xvii sc. prima capita hujus libri. Lond. per Tho. Marsh. 12mo. *The book of husbandry, very profitable and necessary for all persons.* Edit. sub initium regni reginae Elizabethae, et alii Fitzherberto attribuitur a quibusdam; quia in edit. MDXXXIV. 8vo. per Tho. Bartlet dicitur hic liber scriptus esse per magistrum Fitzherbert xl annos agricolam. Ast patet ex praefatione libri *De mensuratione*, etc. eundem fuisse auctorem hujus ac libri *De agricultura*, uti etiam verisimile est ex prologo typogr. ad lectorem praefixo libro *De mensuratione*, ubi dicitur, eum etiam scripsisse *Officium eirenarchae.*" Antonius noster cardinali Wolseio maxime infensus diem obiit ultimum A. D. MDXXXVIII, inque ecclesia Norburiensi sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 50. Bale. ix. 20. Pits. 1530.

FITZJAMES [RICHARDUS] Somersetensis, in academia Oxon. educatus, A. MCCCCLXV socius collegii Mertonensis electus. Sub initio mensis Martii A. MCCCCLXXIV praebendarius de Taunton in ecclesia Wellensi, et A. MCCCCLXXXII. 12 Martii custos collegii Mertonensis constitutus; fuit vicarius ecclesiae de Mynhead; et rector ecclesiae de Aller in agro Somersetensi: A. MCCCCXCV June 2. eleemosynarius regius, et A. MCCCCXCVI episcopus Roffensis, et A. MDIII Cicestrensis, et A. MDVI Londinensis renunciatus. Edidit *Statuta* xxiv *de consistorio episcopali ejusque legibus, consuetudinibus et officialibus*, Ms. in bibl. colleg. Trinit. Cantabrig. Austr. Ser. Media. 2. *Sermonem die lunae in ebdom. Paschae in illud:* Ipse Jesus appropinquans ibat cum illis. Pr. "Thyse "words ben conteyned." Westmestre per Wink. Word. 4to. *Orationem ad B. Mariam compositam*, per Ric. Fitz James episc. London. Pr. "Euge dicta sanctis." Ms. Norwic. More 145. *The fruit of redemption overseen by Richard unworthi bishop of London*, by Wink. Word. MDXVII. 4to. Obiit 15 Januar. MDXXII. *Athen. Oxon.* i. 660. seq. Pits. 908. Whart. *De episcop. Lond.*

FITZRAUF [RICHARDUS [a]] sive FILORADULPHUS [b] Isiaci liberalibus artibus operam dedit, in quibus, ut erat diligentia certe inexhausta, tantum profecit, quantum illa facile admirabantur tempora. Nam praeterquam quod exactus dialecticus et philosophus esset, in theologia etiam tam feliciter versatus fuerat, ut tota academia ad ejus praelectiones, tanquam apes ad alvearia, convolaret. Coepit circiter illa tempora fraterculorum Mendicantium numerus, una cum insigni quadam arrogantia, in immensum crescere; omnes enim tunc ex aequo Mendicantes

[a] Hujus Ricardi nulla fit mentio apud Pitseum; de Ric. autem Chilingtono, p. 490. citat Chillingtoni librum inscript. *Pro Armachano contra fratres*; qui Armachanus fuit hicce auctor noster, ejus sedis archiepiscopus. Pitseus etiam p. 484. scribens de Rogero Conway hunc nostrum memorat auctorem sub nomine Ricardi Radulphii Hiberni.

[b] Ricardus Fitzrauf, sive fil. Radulphi, (Ms. Lel. Trin.) sive Ricardus Radulphus, sive Armachanus, a plerisque Hibernus, patria Dundalkensis, ab aliis Anglus dicitur. "Collegii Baliolensis Oxon. alumnus, et frequens "Johannis Baconthorpii in coenobio Carmelitarum prae-"legentis auditor. Postquam gradum magistri in artibus "susceperat, ad collegium magnae aulae Univ. migravit, "ubi inter magistros Gul. Dunelmensis pensionarios nu-"meratur. Tandem SS. theologiae doctor, et circa ann. "MCCCXXXIII acad. Oxon. commissarius (non cancella-"rius CCCXCV, archidiaconus Cestrensis, ad decanatum "ecclesiae Litchfeldensis a papa provisus A. MCCCXXXVII. "(Whart. *A. S.* tom. i. 465.) et demum archiepiscopus "Armachanus in Hibernia a Clemente vi papa provisio-"nis beneficio designatus est A. MCCCXLVII." Whart. *A. S.* tom. i. 443. Episcopus Lincoln. contulit cancellariatum eccles. cathed. Lincoln. Ricardo Radulpho SS. T. prof. 6 Jul. MCCCXXXIV; ita in *Regist.* Henr. Burghers. episcopi. Occurrit Ric. fil. Rauf. decanus S. Ceddae Lichf. 14 Ed. iii. in lit. pat.

erant,

erant, cum quibus pessime illi conveniebat, quod in publicis lectionibus in ejusmodi novas factiones, et sectas non usque adeo necessarias salsiuscule luderet. Quam tamen, quia recte corrigere non poterant, injuriam ad tempus tacite devorabant. Ille interim, nomine eruditionis et aliarum virtutum, vel apud ipsum Eadveardum tertium, qui tum Anglis dominabatur, in magno pretio fuit: a quo etiam non longo post tempore archiepiscopus Armacanus in Hibernia designabatur [c]. Id aegre tulerunt Mendicantes, qui occasionem laedendi sedulo quaerebant; atque adeo, si fieri posset, e medio tollendi hominem: timebant enim fratres, ne fame, si ejus autoritas locum haberet, perirent. O ventres! O gulam! O perniciem macelli! Tandem, quo casu nescio, ita hoc ulcus recruduit; ut Armacanus non modo aperte sugillaverit Mendicantes in concionibus suis, verum, quod majus erat, editis libris sectas illas tantum non explodendas adfirmaverit: et illi vicissim Armacanum apud Clementem sextum, pontificem Romanum, et Innocentium ejus successorem, haereseos accusaverint; a quo postea Avenionem vocatus erat, ubi causam dixit [d]. Nolo hic plura de hac tragoedia loqui, ne me fraterculi putent in illius verba jurasse; habeo enim quod lectori paulo forsan plausibilius erit. Quid illud obsecro? Certe ut ostendam, quam ille ingenii sui foeturam posteris reliquit. Scripsit autem *Contra fratres Mendicantes* justum volumen; id est, 16 libellos [e]. *De paupertate Christi ad Innocentium* vi. [f] *Sermones* lxxxix. [g] "Cum "jejunas." *De quaestionibus Armenorum* [h]. *De potestate spirituali* [i]. *Illustrationes evangeliorum* [k]. *Quaestiones de audienda confessione contra Archidiaconum armachanum* [l]. *De passione Dominica* [m]. Sunt

[c] A. D. MCCCLIX subsidium collectum per episcopatum Lincoln. pro Ricardo filio Radulphi, archiepiscopo Armach. pro negotiis cleri Angl. in curia Romana existentis. *Regist. Memorand.* Gynewell, episcopi Lincoln. f. 144. [d] Oratio ejus coram papa et cardinalibus Avenione (die 8vo. Novembr. Mss. C. C. C. Oxon. 182.) anno MCCCLVII habita, sub titulo *Defensionis curatorum adversus fratres Mendicantes*, prodiit Paris. MCCCCXCVI. MDXI. MDCXXV. 8vo. MDCXXXIII. et cum Rogerii de Conway defensione Mendicantium adversus Armachanum apud Goldastum *Monarch.* tom. ii. p. 1392. Ms. extat in C. C. C. Oxon. 182. et in codice Tenisoniano infra laudato. Extat cura Ed. Brown in *Fasciculo*, etc. tom. ii. p. 466. Pr. "Nolite judicare, "etc. Pater sanctissime in principio." Anglice conversus a Johanne Trevisa habetur Ms. penes Tho. Tenisonum, archiep. Cant. uti asserunt Whart. et Usserius. [e] "Quia "cum septem libellos de paupertate." [f] Lib. vii. "Sanctissimo in Christo patri Innocentio, etc. Dudum feli-"cis recordationis." Ms. bibl. Bodl. NE. A. 6. 5. Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. K. 119 et Ms. L. xvi. Mert. O. 17. Art. In margine primae paginae Ms. C. C. C. Cantabr. L. 16. sunt effigies quatuor fratrum, in quorum humeris depinguntur daemones illos amplectentes et leviter imo mento eos percutientes. In hoc codice etiam (qui Adae Estonii, monachi Norvicensis, olim fuit) additur liber octavus *De mendicitate fratrum, et eorum privilegiis*, cap. 45. Pr. "Quia cum vii libellos de pauperie Salvatoris "composui, de mendicitate tractare non erat necessarium "mihi visum; quoniam tamen in vii libro de abusu pri-"vilegiorum a fratribus pertractavi, non ad plenum repu-"gnantiam inter observantiam privilegiorum fratribus con-"cessorum, et mendicitatis spontaneae tunc adverti, etc." Pr. lib. "Johannes. Dic primo nunquid Dominus noster "Jesus." Per modum dialogi inter Johannem et Ricardum. *Propositio coram papa et cardinalibus super materia mendicitatis et privilegiatorum contra fratres Mendicantes quoscunque Avinionae*, 8 Nov. MCCCLVII. Pr. "Nolite "judicare super faciem," extat Ms. in Bodl. NE. A. V. 8. B. 3. 14. et in Ms. colleg. Novi Oxon. 90. serm. lvii. *Responsio ad objectiones contra materiam de Mendicitate et paupertate* (quod Christus nunquam spontanee mendicavit.) Pr. "Quia in propositione nuper facta." Ms. Bodl. NE. A. 5. 8. B. 3. 14. Alius libellus contra fratres, Pr. "Co-"ram vobis reverendissimis, Ms. Bodl. NE. B. 3. 4.

[g] *Sermones quadragesimales*, lib. i. "Tu autem cum je-"junas unge caput." Ms. Bale. Glynn. *Sermones de dominio Christi*. Vide Ms. Bodl. *Sermones ad crucem Pauli*, lib. i. "Dirigite viam Domini, Joannis." Ita incipit sermo habitus in aula episcopi London. inter sermones hujus Ms. Bodl. NE. A. 6. 5. et Ms. sup. M. 4. art. 138. *Sermones* iv *ad crucem Pauli an.* MCCCLVI. *habiti* extant Paris. MDXI. fol. Primus quarta Dom. Adv. Pr. "Parate viam "Domini Johannis. Secundus secunda post Epiph. Tertius .... Pr. —— "Et lapide." Quartus tertia Dom. Quadrag. *Sermones coram pontifice*, lib. i. "Nolite judicare "secundum faciem." Ms. Bodl. NE. A. 5. 8. et Ms. sup. M. 4. Art. 138. *Sermones ad clerum*, lib. i. "Dominus "ad judicium venit." *Sermones de tempore*, lib. i. "Ve-"nit Joannes Baptista praedicans." *Sermones de sanctis*, lib. i. "Contemnit timorem, nec cadit gladio." *Sermones de laudibus Mariae Avenioni*, lib. i. "B. Maria fuit illu-"strata virtutibus." Extant Paris. MDXI. "Sermonum "liber Ms. extitit olim penes cl. Waraeum, (postea vero "penes Thomam Tenisonum archiep. Cantuar.) quos ha-"buit Armachanus partim Litchfeldiae, Londini, et alibi "in Anglia; partim Pontanae, Dundalkae, Trimmae, "et in aliis suae provinciae locis in Hibernia; et partim "Avenioni in Gallia." War. Volumen Ms. *Sermonum* etiam extat in coll. Novo Oxon. 90. Item Ms. Bodl. NE. A. 5. 8. et Ms. Oxon. coll. S. Joh. class. 3. A. 11. "Ser-"mones isti licet omnes hic Latine habeantur, tamen plu-"res eorum in vulgari habitos fuisse, partim apud Litch-"feld, partim apud S. Pauli et alias coram populo in "London. alios in Hibernia. Omnium fere tempus et lo-"cus, quibus habiti sunt, in principio cujusque signantur, "unde liquet aliquos Avinionae coram papa, etc. habitos "an. MCCCXXXV, et deinceps; alios apud Litchfeld. ann. "MCCCXLV, et postea; alios apud Lond. et Droghedah "an. MCCCL, et deinceps. Quorundam hic summulae "tantum breviores exhibentur, alii fuse et ad plenum," ut loquitur Cl. Langb. Ms. supra citato. In Ms. colleg. Novi. Oxon. 90. —— hic sermonum numerus recitatur. Serm. i. 1 Dom. Adv. MCCCXLV. in eccl. Linch. Pr. "Dominus ad judicium veniet." ii. 1 Dom. Advent. MCCCXLVII in eccl. Litchf. Pr. "Ecce rex tuus." iii. 1 Dom. Adv. MCCCLII apud Drogheda. Pr. In .... "Dominum Jesum Christum." iv. 1 Dom. Adv. MCCCLIV. apud Achloy. Pr. "Rex tuus venit." v. ..... In capella domini vicecanc. Pr. "Veni Domine Jesu." vi. 1 Dom. Adv. in eccl. Linch. Pr. "Ave Maria." vii. 2 Dom. Adv. MCCCXXXV in cap. domini vicecanc. Pr. "Venit judicare." viii. 3 Dom. .... Pr. "Gaude-"te in Domino semper." ix. 4 Dom. Adventus. .... Pr. "Dirigite viam Domini." x. Die Epiph. ..... Pr. "Videntes stellam gavisi." xi. Dom. secunda Epiph. contra Mendicantes. Pr. "Quodcunque vobis dixit, etc." xii. Die Cinerum. .... Pr. "Simile est regnum, etc. "Et in evang. hodierno." Caetera non rubricantur in Ms. coll. Nov. "Expliciunt sermones Domini Armachani "tam de tempore (num. lvii.) quam de sanctis, quasi per "totum annum, cum aliis materiis propositis coram papa "contra fratres Mendicantes in causa ecclesiae." Ita nota ad finem Ms. coll. Novi. [h] (Dialogi modo inter Joannem et Ricardum) lib. xix. Whart. ut infra. War. 29. Bale. Pr. "Reverendis in Christo patribus, etc. Et "relatione vestrae sanctae." Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. P. xxi. 5. Et Ms. in bibl. Lincoln. lib. primus 17. cap. Ms. in coll. Novo. 90. Extat impr. Paris. MDXI. fol. et A. MDCXII. Vide *Praef.* [i] Lib. i. [k] Lib. iv.

[l] Lib. i. [m] Lib. i. Scripsit etiam, *Contra extravagantem Johannis* xxiii cui titulus *Vas electionis*, lib. i. "Ideo patitur declaratio constitutionis." Ms. ad finem codicis *Sermonum* penes Thomam Tenisonum archiep. Cantuar. *Determinationes ad eundem*, lib. i. "Sed quia ista "constitutio non. *Propositiones ad papam*, lib. i. "Unus-"quisque, in quo vocatus est, frater." Ms. Bodl. NE. B. 3. 12.

Sunt qui putant hunc filium Radulphi fuiffe in Hibernia natum. Raphael Volaterranus tertio *De geographia* libro, ubi de Britannia agitur, illuftrem cum doctrinae, tum librorum Armacani mentionem facit. Claruit fub Eadveardo tertio. Obiit fenex admodum Avenioni, ubi et fepultus fuit anno D. MCCCLIX;[n] pofteaque in numerum divorum relatus eft, ut fcribit Joannes Roffus, Verovicenfis, in libro *De academiis Britannicis*. Poftea ejus offa in Hibernia delata funt, et apud Dunodalchum[o], ubi natus fuit, fepulchro traduntur. Ex *Lelando*.

3. 12. et A. 5. 8. et Mf. Oxon. coll. Magd. 38. Extant in codice Tenifoniano faepe dicto (1) *Propofitio* ex parte R. Angliae in confiftorio pro gratia Jubilaei Anglis obtinenda A. MCCCXLIV, (MCCCXLIX. Mf. Langb.) menfe Augufto. Pr. "Domine, falva nos, perimus." (2) *Propofitio* ex parte praelatorum et omnium curatorum totius ecclefiae coram papa in confiftorio an. MCCCL die 5 Julii, adverfus ordines Mendicantes. Pr. "Unufquifque, etc." Hae duae Mfs. extant in bibl. Bodl. NE. A. 5. 8. *Contra fratrum appellationem*, lib. i. "Nemo vos feducat inani-" bus verbis." Mf. Oxon. Bodl. NE. B. 3. 12. et A. 5. 8. Idem forfan cum *Refponfione* ad fratrum objectiones in Mf. Tenifon. vel cum *Propofitione* fecunda ibid. vel cum *Oratione defenforia* anno MDXXXVII. habita, de qua fupra. *De ftatu univerfalis ecclefiae*, lib. i. *Lecturam fententiarum*, lib. iv. "Fluminis impetus laetificat civitatem." Mf. Oxon. in bibl. Oriel. xv. et olim in bibl. monaft. Sion. Hoc opufculum laudat et ufum oftendit Sacrae Scripturae, et quadripartiti operis Lombardi. *Quaeftiones earundem*, lib. i. "Circa primam diftinctionem quaeritur." In eodem cod. Oriel. habentur Quaeftiones (hujus, ut videtur) 29 in *Sententias*. Pr. "Utrum poffibile fit viatori." *Contra validos mendicantes*, lib. i. "Chriftus fuit pauper, "quia Adae filius." *Lecturam theologiae*, lib. i. *De peccato ignorantiae*, lib. i. *De vafritiis Judaeorum*, lib. i. *Propofitionum fuarum* lib. i. *Epiftolas ad diverfos*, lib. i. *Dialogos varios*, lib i. *Dialogum de rebus ad S. Scripturam pertinentibus*. Mf. in bibl. Lincoln. Oxon. Auftr. 75. *Vitam S. Manchini abbatis*. Ware. *Laudes Mariae apud Carmelitas Avenionenfes*, lib. i. Mf. Add. Bal. Trin. *Allegationes in caufa Dei adverfus fratres*. *Replicationem contra opufculum fratris Rog. de Conwey*. Duo haec Mfs. in fol. extabant in auctione Cecil. librorum Lond. . . . "Novum Teftamen-" tum Hibernice converfum ab Armachano in quodam "ecclefiae fuae muro paulo ante mortem occultatum, ac "tandem anno MDXXX repertum effe memorat Baleus xiv. "97. qui verfionem iftam ab ipfomet Armachano con-" fectam effe non male conjicit. Integrum enim Biblio-" rum codicem ab eodem Hibernice converfum in Hiber-" nia faeculo poftremo fuperfuiffe fidem facit J. Foxius "(*Martyrolog*. i. p. 381.) plurimaque hujufmodi Bibliorum "fragmenta in Hibernia paffim extare prodit digniffimus "Armachani fucceffor Cl. Ufferius in *Hiftoria fua dogmati-* "*ca*." Wharton. p. 41. [n] Obiit XVI cal. Decembr. MCCCLX. Ware. Wharton. Bale. [o] Ubi tempore Eliz. fepulchrum ejus extabat. *Epift*. Camd. p. 80. De Armachano vide Bal. v. 94. xiv. 97. War. p. 69. feqq. Wharton. *Append. ad* Uffer. *Dogm*. p. 40, 41. et *Hift. et Antiq. Univ. Oxon*. i. 181. ii. 61. 74.

FITZ-SIMONS [LEONARDUS] Dublini in Hibernia natus, fcholaris collegii S. Trinitatis Oxon. admiffus fuit A. MDLVIII, et fequenti anno focius ejufdem collegii, et A. MDLXIII magifter artium evafit. Rich. Stanihurft. in *Defcript. Hiberniae*, cap. 7 eum profundum clericum appellat, qui utrafque linguas, theologiam et mathematicam admodum calluit et coluit. Scriptorum ejus tituli latent. Claruit A. MDLXXX. *Athen. Oxon*. i. 199. *Fafti Oxon*. i. 92.

FITZ SIMONS [MICHAEL] patria Hibernus, ludimagifter Dublinenfis. Scripfit, *Orationem in adventum comitis Effexiae Dublinium*. *Epitaphion in mortem Jacobi Stanihurfti*. *Diverfa epigrammata*. Stanihurft. *De fcript. Hib*.

FITZ-SIMONS [THOMAS] Hibernus, theologus fcripfit *De ecclefia*, lib. i. Claruit ante A. MDLXXXV. Ric. Stanihurft. *De fcript. Hibern*. p. 41.

FITZ-STEPHEN [GULIELMUS][a] five STEPHANIDES[b], Londini natus, originem a Nortomannica deduxit nobilitate; et teneros in fcholis, bonorum autorum lectioni folide addictus, annos feliciter exegit. Nec tantum contentus intra patriae fepta fe continere, ad Gallos evolavit, nidum non incommodum; reportans tandem ad fuos thefauros, et quidem magnos, prudentiae cum humanae tum divinae. Hinc factum, ut innotuerit eruditionis nomine Thomae Becketo[c], archiepifcopo Cantiorum, cui tandem et familiariffimus. Interfecto Thoma, non expectato militum nobilium impetu, voluit eleganti aliquo patronum bene de fe meritum monumento illuftrare. Scripfit igitur accurata oratione ejus *Vitam*[d]; et opus abfolutum eruditis publicum fecit: at interim hac luculenta acceffione, ut quoniam patronus, Londinenfis civis, ipfe quoque Londinenfis cliens, urbem natalem[e], Britannorum dominam, graphice fuis coloribus depictam, veluti ornamentum undecunque fplendidum, illuftre, confpicuum, fronti operis fuperadderet:

Sic natale folum tacita dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non finit effe fui.

Crediderim hunc effe Stephanum Cantuarienfem, de quo Ranulphus Higedenus, qui *Polychronicon* fcripfit, haec aut fimilia 25 cap. feptimi libri refert[f]: "Cujus mores et actus (Henricum fecundum, Anglorum regem fignificat) "Stephanus Cantuarienfis luculenter defcripfit: ac ne "praefens hiftoria careat infignibus tanti ducis, libellum Stephani ftatui deflorare." Haec Higedenus. Quod autem Cantuarienfem vocet, cum interim conftet Londinenfem fuiffe, hinc certe factum crediderim, quod Cantiorum et urbem et epifcopum celebraverit. Monachum vero Can-

[a] Gul. Fitz-Stephen diaconus in capella Thomae Becket, et ejus convictor. Leland. *Coll*. ii. 383. [b] *Alias* Cantuarienfis, Mf. Lel. Trin. [c] Quem in exiliis comitatur, Bale Pitf. [d] Pr. "Igitur B. Thomas natus eft "ex legitimo matrimonio." Mf. Cotton. Julius, A. 13. a manu autem recentiori afcribitur Johanni Carnotenfi. Quaedam excerpta ex hac *Vita* Mf. per R. James, x. 70. Scripfit fecundum Bal. et Pitf. *De vita et paffione Thomae*, lib. i. "Cum apud omnium fidelium mentes." *De vifionibus poft mortem*, lib. i. "Poftquam igitur beatiffimus." *De miraculis ejufdem*, lib. i. "Quoniam ergo perfecutio-" nis." Extant fub nomine Gul. Cantuar. in *Quadrilogo* Parif. MCCCCXCV. 4to. [e] Stephanides fcripfit *Hiftoriam et antiquitates urbis Londinenfis*, omiff. in Bal. et Pitf. Vide Stow's *Survey of Lond*. Lond. MDCXXXIII. f. p. 703. Baleus et Pitfeus memorant *Actus Henrici* ii. lib. i. Vid. Ran. Higden. in *Polychr*. lib. vii. cap. 25. *Epiftolarum ad diverfos* lib. i. Pitf. [f] Errat hic Lelandus, nam Higdenus de *Vita* Ric. i. a Stephano Langton archiepifcopo Cantuar. exarata loquitur. Vide locum.

tuarienſem fuiſſe eum pronuncio, veteris codicis inſcriptione commode admonitus, qui et talis: "Gulielmus Cantuarienſis monachus." [g] Fuerunt praeter Stephanidem, et alii duo, Londinenſis urbis alumni, viri in literis praeſtantiſſimi, familiares quoque Becketo: quorum unus Henricus [h], alter Philippus Calna dicebatur. Ex *Lelando.*

[g] Claruit Stephanides A. MCXC. Bal. iii. 37. Pitſ. p. 256. [h] Herveius, Mſ. Lel. Trin. pro Henricus.

FLAMESBORG [RICHARDUS de] canonicus et poenitentiarius S. Victoris Pariſ. Scripſit ad Ricardum decanum Saliſburienſem *Poenitentiale*, lib. v. Pr. pr. "Res grandis, immo per-"maxima. Pr. lib. "Penitens: Suſcipe me, Domine." Per modum dialogi inter poenitentem et ſacerdotem. Mſ. Norwic. More, 781. Mſ. C. C. C. Cantabr. K. 17.

FLAMINES, eruditum et nobile genus hominum, antiquitus in Britannia claruiſſe, cum aliorum, tum praecipue teſtimonio Ptolemaei Lucenſis in confeſſo eſt. Praefuere autem illis tres, ut idem affirmat, quos ab excellentia Protoflamines appellabant. Flamines vero ſacerdotes erant, nec incogniti quidem vel ipſis Romanis. Varro, vir undecunque doctiſſimus, interpretationem nominis in libro *De lingua Latina* hanc refert: "Flamines, quod in Latio capite velato ſemp-"erant, ac caput cinctum filo habebant, Flamines dicti. Horum ſinguli cognomina habent a "eo deo, cui ſacra faciunt; ſed partim ſunt aperta, partim obſcura. Aperta, ut Martialis, "Vulcanalis; obſcura, ut Dialis, Furinalis." Servius de Flaminibus talia edidit: "Flamines "in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga deſuper habens lanae aliquid; quod cum "per aeſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus capitibus "incedere nefas fuerat; unde a filo, quo utebantur, Flamines dicti ſunt, quaſi *Filamines*. Verum "feſtis diebus, filo depoſito, pilea neceſſe erat accipere; quae ſecundum alios ad oſtendendam "ſacerdotii eminentiam ſunt reperta; ſicut columnae mortuis nobilibus ſuperponuntur, ad oſten-"dendum eorum columen." Cicero primo *De legibus*: "Diviſque aliis alii ſacerdotes; omni-"bus pontifices, ſingulis Flamines." Quin ad Ptolemaeum revertor. Ille in *Eleutherio Romano* adfirmat viginti quinque Flamines fuiſſe in Britannia, inter quos et tres Archiflamines, quorum in loco decreto Eleutherii tres archiepiſcopi conſtituti ſunt. Atque hic quidem Flaminum in Britannia finis. Ex *Lelando.*

FLANNUS a monaſterio; celeberrimus ſuo tempore Hiberniae antiquarius et poëta, ſcripſit, carmine Hibernico, *Synchroniſmum regum Hiberniae cum exteris.* Saepiſſime citatur ab O Flaherty in *Ogygia*, qui p. 92. ait eum obiiſſe 7 kal. Decemb. A. MLVI.

FLATTISBURIUS [PHILIPPUS] Hibernus ſcripſit, ad rogatum Geraldi comitis Kildariae D. deputati, Latine *Diverſas chronicas Hiberniae ad* A. MDXVII. Quibus cum *Annalibus Hiberniae* a Camdeno collatis conſtat Flatiſburium eos fere verbatim exſcripſiſſe, additis paucis. Haec *Chronica* tranſtulit, et ſuis *Hiberniae chronicis* inſeruit Hollinſhedus, vol. ii. p. 59. etc. Floruit apud Johnſtoun juxta le Naas A. MDXVII. War. p. 81. Stanihurſt.

FLEETWOOD [GULIELMUS] ex antiqua et generoſa familia apud Penwortham in comitatu Lancaſtrenſi oriundus, in collegio Aenei Naſi vel in aula Lateportenſi Oxon. educatus, ad Medium Templum London. ſe contulit, ubi diligentia indefeſſa celebris evaſit juriſperitus. A. MDLIX unus viſitatorum regiorum fuit dioeceſium Oxon. Lincoln. Petroburg. Coven. et Lichen. per commiſſionem dat. 22 Julii ejuſdem anni. Strype's *Elizab.* p. 168. Anno 5 et 6 Elizabethae praelector juris pro aeſtivali vocatione electus erat. Et A. 11 Elizabethae duplex praelector pro vacatione quadrageſimali aſſignatus. Dein anteceſſor curiae civitatis London. et A. MDLXXX factus eſt ſerviens ad legem. Scripſit *Elenchum annalium regum Edwardi* v. *Richardi* iii. *Henrici* vii et viii. ad D. Th. Bromley C. Pr. "Eraſmus, illuſtriſſime Domine." Gallice. Lond. MDLXXIX. MDCXVII. 12mo. *The office of a juſtice of peace, cum regulis de expoſitione ſtatutorum*, Anglice. Pr. "Plutarch the moſt noble." Script. A. 7 Elizab. Impr. Lond. MDCLVIII. 8vo. In *Praefatione* hujus libri meminit alterius tractatus, in quo egerat *De pace eccleſiae*, quem dederat reverendo admodum patri . . . *Obſervationes in Lamberti Archaion*, etc. *De Poultrey-Compter London.* Mſ. fol. quondam in muſeo Rich. Smith, ſecondarii. *Tabulam in acta judicata ſive reportos Edm. Plowden.* Pr. "Abatement lou le poſſeſſion en ley." Praefixa eſt editioni *Reportorum*, Lond. MDXCIX. fol. *Carmen Latinum in laudem Tho. Chaloneri de republ. Angl.* praefixum edit. Lond. MDLXXIX. 4to. *An oration made in the Guildhall before the mayor, etc. concerning the late attemptes of the queen's majeſties evil, ſeditious ſubjects*, 15 Octob. MDLXXI. Pr. "Among the auncient "records." London. by John Day. . . . 12mo. Obiit Londini, et humatus jacet apud Miſſenden Magn. in comitatu Bucking. A. MDXCIII—IV. *Athen. Oxon.* i. 219.

FLEMING [JOHANNES] poëta antiquus Anglus. Scripſit Anglice *Poëmata varia.* Mſ. extant in bibl. coll. SS. Trin. Dublin. 304.

FLEMING [RICHARDUS] Croftonae in agro Ebor. illuſtri ortus ſtemmate, Oxonii educatus fuit, ubi tandem publice praelegit in ſcholis Exonienſis collegii, et S. theologiae doctor renunciabatur. A. MCCCCVI. 23 Aug. praebendarius de S. Newbold in eccleſia Ebor. admiſſus, et praebendarius de Langtoft 21 Aug. MCCCCXV. A. Wood. Mſ. C. 33. Poſtea conſtitutus eſt rector Boſtonae in agro Lincoln. dein rector Lincolnienſis A. MCCCCXX. Poſt quadriennium concilio Senenſi interfuit, ubi cauſae pontificiae contra Wicleviſtas ita ſtrenuum ſe geſſit aſſertorem, ut a papa ad archiepiſcopatum Eboracenſem evectus fuerit; ſed renuentibus tum rege tum decano et capitulo Ebora-

Eboracensi, apud Lincolniam remansit. A. MCCCCXXVII collegium Lincolniense Oxonii fundare coepit. Scripsit, *Super Angliae etymologia*, lib. i. "Hispani contemptibiliter nos ab." *Orationes in concilio Senensi*, lib. i. Claruit A. D. MCCCCXXX. Obiit in castro suo de Sleford Jan. 25. A. MCCCCXXX, et in ecclesia cathedr. Lincoln. humatus jacet. Bal. vii. 90. Pits. p. 615. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. p. 159. Godw. p. 357.

FLEMINGUS [a] [ROBERTUS] vel nepos ex fratre, vel consanguineus Richardi Flemingi (qui ex cancellario Isiacae academiae factus est beneficio regis archiepiscopus Eboracensis [b], ac non longo post tempore ex enata controversia ad Lindianam translatus sedem) juvenis in Isidis Vado [c] studuit, quo loco Richardus, ejus patronus, atque idem bonarum artium amator magnus, paulo ante collegium, cognomento Lindocollinum, propter fanum Mildredae sacrum, instituerat. Haec ejus ad amoeniores literas expedita alacritas eo tandem processit, ut luculento eruditionis titulo celebris esset, et ecclesiae Lindocollinae decanus [d] institueretur. Deinde Italiam petiit aviditate cognoscendi puritatem utriusque linguae, ac Baptistae Guarini, oratoris et poëtae, ut illa tulerunt tempora, diserti, praelectionibus tum Latinis, tum Graecis Ferrariae interfuit. Ibidem autem hos Anglos studiorum candidissimos, doctissimosque comites, Gulielmum Graium, Joannem Phraeam, Joannem Gundorpium, et Joannem Tipetotum, Brangonianum comitem incomparabilem quidem illum, habuit. Meminit Flemingi Ludovicus Carbo, Ferrariensis, in *Funebri oratione*, quam in mortem Guarini Ferrariae habuit. Crevit gloria Roberti Flemingi, ut his aperte etiam verbis ex *Funebri oratione* Carbonis desumptis constat: "Robertus Fleminge, decanus "Lincolniensis ecclesiae, qui ob singularem in studiis humanitatis praestantiam, atque exercitatio-"nem incly ti Anglorum regis procurator [e] Romae factus est." Haec Carbo. Contigit haec autem transmigratio a Ferraria Romam, ut ego conjecturam facio, imperio Eadveardi quarti, regis Angliae, gliscente tunc seditione civili. In pretio fuit, Sixto pontifice Romano urbi praesidenti, à quo et pronotarius factus. Et quoniam poëtices studium mirifice coluit, Tiburti tanquam in secessu duos libellos, carmine heroico scriptos, *Lucubrationum Tiburtinarum* [f] nomine, edidit; quod opusculum et Sixto, pontifici Romano, tanquam ejus virtutum encomiastes, dedicavit. Hi versus, ex primo libro selecti, et Sixto applaudentes, mihi quidem videntur esse plane elegantissimi:

> Sane quisquis in hunc oculos defixerit acreis,
> In vultu facieque viri coeleste videbit
> Elucere aliquid, majestatemque verendam.

Literatissimos viros eo tempore Romae florentes familiares habuit; praecipue autem Baptistam Platinam, bibliothecarium Rom. coluit, quem et hoc egregie versiculo laudavit:

> Platina magna suae lux et decus ille Cremonae.

Vidi Isidis in Vado *Dictionarium Graeco-Latinum* ab eo collectum. [g] Comparaverat sibi libros in Italia multos pulcherrime pictos, quos et testamento reliquit bibliothecae collegii Lindocollensis. Obiit Lindi, ubi in sacello cum Richardo Flemingo sepultus est. Ex *Lelando*.

[a] Flemmynge, Bal. patria Scotus, Hatton. [b] Nullus hujus nominis archiepiscopus habetur in Ms. Wharton. R. bibl. Lambeth. Richardus episcopus Lincoln. translatus ad Ebor. bulla Martini, cum temporalia obtinere non posset, ad Lincoln iterum est translatus ab eodem 13 cal. Aug. anno pontif. 8. *Regist.* Chichl. Cantuar. Et in rot. 12. 2 Henr. vi. Temporalia archiepiscopatus Ebor. vacantis per mortem Henrici Bowet restituta Richardo nuper episcopo Lincoln. quem papa ad ecclesiam illam transtulit 24 Maii, 2 Henr. vi. [c] Primum in collegio Magnae Aulae Universitatis studuit, inde ad collegium Lincoln. se transtulit A. Wood. [d] Hanc dignitatem adeptus est, postquam ex Italia rediit. [e] Rex Henricus vi constituit capellanum suum Rob. Flemyng S. th. B. ecclesiae Lincoln. decanum procuratorem suum in curia Romana 18 Mart. MCCCCLV. Rymer. *Foeder.* xi. 364. [f] Lib. ii. "Priore libro Sixti papae prosapiam, vitam, res gestas, "ac virtutes celebrat: posteriore calumnias illi affictas diluit, "et illustre parentelae ejus elogium ponit." Extat Romae MCCCCLXXVII. 8vo. [g] Scripsit etiam, *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Carmina diversa generis*. lib. i. Claruit A. MCCCCLXXVII. Whart. *App.* p. 155. A. MCCCCLXX. Bal. viii. 21. Pits. p. 659.

FLEMING [SAMUEL et ABRAHAMUS] fratres gemini, patria Londinenses, de quibus ita Fr. Thin. apud Hollinsh. vol. ii. p. 1590. Quorum prior historiolam quandam *De regimine Mariae* nuper Anglorum principis, eamque elegantem Latino idiomate (nunquam tamen excusam) contexuit; posterior in hisce *Chronicis* detergendis atque dilatandis una cum uberrimorum indicum accessione, plurimum desudavit. Claruere A. MDLXXXVI. ABRAHAMUS scripsit Anglice, *A memorial of the charitable almes-deedes of Will. Lambe.* Pr. "Give me leave, good Christians." Lond. MDLXXX. 8vo. *Praelium inter vitia et virtutes*, Lond. MDLXXXII. 12mo. *Diamantem devotionis in* vi *partibus*, Lond. MDLXXXVI. 12mo. *Manuale precum Christianarum ex Calvino, Luthero, etc.* Lond. MDLXXXI. 16. *Indicem omnium dictionum, quarum interpretationem domestico idiomate tradit Nomenclator Hadriani Junii*; Anglice versus per Jo. Higgins. Pr. "A Galicu-"lis." Lond. MDLXXXV. 8vo. *Fabulam Hermetis.* Pr. "No more, most valiant." Ad finem transl. Synesii, Lond. MDLXXIX. 12mo. *Carmen decasyllabum in M. Frobisheri expedit.* MDLXXVII. praefixum *Hist.* Dionysii Settle. *Carmen Angl.* Pr. "Gul. Whetstoni rock of regard." *Aliud praefixit epigrammatibus Timothei Kendal*, Lond. MDLXXVII. 12mo. *Aliud praef. Alveari Joh. Bareti*, Lond. MDLXXX. f. Magnam operam navavit in edendis, corrigendis, et augendis *Chronicis* Angliae per Hollinshedum, quum secundo typis mandarentur. Lond. MDLXXXV. fol. quae in-

dicibus

dicibus locupletissimis ornavit. Castigavit novam editionem *Dictionarioli Latini et Anglici Johannis Veroni*, Lond. . . . . 4to. SAMUEL scripsit Latinum *Carmen in laudem Ed. Grantae spicilegii Graecae linguae*; praefixum eidem libro, Lond. MDLXXV. 4to. ABRAHAM transtulit in Anglicum, *Hieronymi Ferrariensis meditationem in* li et xxxi *psalmos*, Lond. MDLXXXVIII. 16mo. *Nic. Hemmingii comm. in Ephesios*, Lond. MDLXXXI. 4to. *Joh. Caium de canibus Britannicis*. Pr. ded. Lat. doctori Perne. "Scripsit non multis abhinc annis." Lond. MDLXXVI. 4to. *Frid. Nawsii, episcopi Viennensis de cometis*, Lond. MDLXXVII. 8vo. *Ejusdem generalem doctrinam de terrae motibus*, Lond. MDLXXX. 8vo. ad dom. Gul. Cordell. "Two years, right worshipfull." Cui addidit translator *Historiam terrae motuum, etc. in Anglia a tempore Gul. conquestoris ad ultimum terrae motum*, 6 Apr. MDLXXX. cum prece. *Synesium in laudem calvitiei*. Pr. pr. tr. "It might be demed." Lond. MDLXXIX. 12mo. *Aeliani historiam*, lib. xiv. Pr. ded. tr. doctori Goodman dec. Westmon. "Cum animo meo diu multumque." Lond. MDLXXVI. 4to. *Virgilii Bucolica*. Pr. ded. Petro Osborne armigero. "Taking a view, right worshipfull." Annotationes adjecit, Lond. MDLXXV. 4to. *Virgilii Bucolica et Georgica*, cum notis. Pr. ded Johanni archiep. Cant. "My very good lord, your benevolence." Lond. MDLXXXIX. 4to. *Certaine selected epistles of Cicero into English*, Lond. MDLXXVI. 4to. *Hadr. Junius's Nomenclator in English, with additions by Higins and Fleming*, Lond. MDLXXXV. 8vo. *A panoplie of epistles from Tully, Isocrates, Pliny, etc. Englished by Abr. Fleming*, Lond. MDLXXVI. 4to.

FLETCHER [ROBERTUS] in agro Warwicensi natus, in collegio Merton. Oxoniae educatus. Ex prosa Anglicana in carmen Anglic. transtulit, *Canticum Salomonis*; notisque illustravit, Lond. MDLXXXVI. 12mo. *Introductionem ad amorem Dei*, Lond. MDLXXXI. 8vo. *Fasti Oxon*. i. 101.

FLETE [GULIELMUS] quem aliqui Anglicum cognominant, frater eremita Augustinianus. Cum audivisset ex Italia novam ibi in quibusdam ordinis sui coenobiis fieri reformationem, illuc statim accessit, et ibi reliquam vitae partem transegit. Scripsit, *Ad provincialem sui ordinis in Anglia*, epist. i. "Obsecro in Domino Jesu." *Ad doctores provinciae*, epist. i. "Cum timore Dei "ac reverentia." *Ad fratres in communi* epist. i. "Ait apostolus, spectaculum." *Praedictiones ad Anglos de calamitatibus Angliae advenientibus*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *De remediis contra temptationes*, lib. i. "Quis, sicut ait apostolus, sine fide. Mf. Norwic. More 782. Claruit A. D. MCCCLXXX. Bal. vi. 41. Pitf. p. 522.

FLETE [JOHANNES] A. MCCCCXXI monachus ordinis S. Benedicti Westmonasteriensis coenobii factus, per varios annuorum officiorum a fratribus gestorum gradus, et sacristae inprimis munere A. MCCCCXLVIII clarus ad prioratum, plaudente monasterio, ascendit, quem A. MCCCCLXIII vel sequenti cum vita deposuit; Thomas Millyng enim, successor ipsius in *Catalogo* priorum A. MCCCCLXIV apparet. Huic Johanni Flete et Guilielmo Walsh, priori commissa fuit administratio omnium bonorum temporalium et spiritualium abbatiae Westmonast. durante amotione Edmundi abbatis in visitatione dicti monasterii MCCCCXLIV. *Regist*. Bur. Novell. 114. Conscripsit *Historiam* monasterii, quam Baleus *insigne Chronicon* appellat, quae de fundatione et dedicatione, de juribus et privilegiis, de reliquiis et indulgentiis eidem concessis, nec non de abbatibus tractat, quorum vitam ad annum usque MCCCCXLIII protrahere constituerat, uti ipse in prooemio asserit; definit autem liber Mf. in *Vita* abbatis Litlingtoni A. MCCCLXXXVI. Tituli prooemii et capituli primi, prouti in Mf. Westmonast. 63 exhibentur, sunt sequentes: *Incipit prohemium libri breviter compilati de fundatione et dedicatione ecclesiae Westm. prout in cronicis et scriptis autenticis invenitur*. Pr. pr. "Quoniam utile est et honestum ac rationi consonum, "quod viri ecclesiastici." *De fundatione et dedicatione ecclesiae Westmonasterii, ut habetur in quodam libro vetustissimo cronicarum veteri Anglorum sive Saxonum lingua conscripto*. Capitulum primum. *A primitivo Christianae fidei inter Britones habitae, et a diebus Lucii regis*. Duo hujus codicis dantur apographa in Anglia; unum in bibl. Lambethana, . . . alterum in bibl. C. C. C. Cantabrig. Q. V. Pars tamen hujus historiae, quae in *Vita* abbatis Gervasii de Blois, A. MCLX mortui, definit, reperitur in bibliotheca collegii Trinitatis apud Dublinenses in Hibernia. Scripsit etiam, uti Baleus et Pitseus, ex Nicolao Brigamo in suis rerum memorabilium venationibus adnotarunt, *Homelias aliquot*. Claruit A. MCCCCXL. Mf. Worfl. p. 20. Bal. xi. 6. Pitf. *Append*. p. 875.

FLORARIUS [BARTHOLOMAEUS] vir eruditus, philosophus et theologus egregius, ordinibus fratrum Mendicantium infestus. Scripsit, *Florarium* (a quo cognomen habuit) lib. i. "Gra- "tias ago gratiae largitori." *De abstinentia* quoque, lib. i. "Est statutum prandendi tempus." Vixisse creditur circa A. D. MCCCCXX. Bale xi. 42. Pitf. 605.

FLORENTIUS natione Scotus, illustri ortus stemmate, in Germaniam religionis Christianae promovendae gratia profectus est, ibique fundator erat monasterii Haselechiae in Alsatia, postea vero Argentinensis episcopus evasit A. DCLXIII. Aliqua scripta reliquisse putatur, quorum tituli adhuc non cognoscuntur. Scripsit *Ordinationem suae ecclesiae*, lib. i. Quae Mf. extat eleganti manu apud Petrum Petavium senatorem Parisiensem. Dempster. vi. 510. Obiit A. D. DCLXXV Bal. xiv. 22.

FLORENTIUS VOLUSENUS natione Scotus, Jacobo Sadoleto, episcopo Carpentoractensi, et S. R. E. cardinali charus. Scripsit, *Philosophiae Aristotelicae synopsin*, lib. iv. *De consolatione*, lib. ii. *De animi tranquillitate dialogum, carmine*. Pr. "Quid vos, O superi boni;" cum aliis duobus carminibus inter *Delitias poëtarum Scotorum*. Amstel. MDCXXXVII. 12mo. Lugd. MDXLIII. fol.

fol. Basil. MDLI cum aliis piis poëtis. Scripsit juxta Thin. *De script. Scotis*, p. 459, qui eum cum Florentio Scoto confundit, *Theologiae commendationem piam*, Lugd. MDXXXIX. *Aphorismos vitae beatae*. Claruit A. MDXXXVI. Obiit Viennae in Delphinatu. Dempster. xix. 1099

FLORENTIUS[a] WICCENSIS sive WIGORNIENSIS coenobii monachus, ita a teneris annis educatus fuit, ut solas fere literas ingenui ornamentum animi esse duxerit. Quae opinio tam altas in ejus pectore radices egit, ut nulla dies, immo ne horula quidem, quantum per alias occupationes ad vitam necessarias licuit, praeteriret, quin aliquam duceret lineam; quae postea suis ornata coloribus, splendorem juxta ac artem avidis intuentium oculis ostenderet. Et quo magis mireris hominis in hac parte industriam, rara quadam dexteritate conjunctam, nullis exoticorum pigmentorum usus est lenociniis: tantum contentus in niveis tabellis figuras rerum ad infinitum varias carbone ducere. Hic tu forsan subrides, lector, et fidem in dubium vocas meam: at ego sancte tibi per Parrhasium, atque adeo per ipsum dejero Apellem, me serio loqui. Habet tamen mea oratio suum mysterium: nam pro carbone, arundine atramento illita; pro niveis vero tabulis, cartis usus est: in quibus, praeter alia multa, belle nostrae gentis *Historiam*[b] depinxit, ac veluti appendicem derelictorum a tempore Mariani Scotti, ad suos deduxit annos[c]. Emoriar, nisi illa malim, quaererum est gratia et varietas, oculos et animum semel pascere, quam omnes Xeuxidis *Cupidines* sexcenties contemplari. Neque haec scribo, meo nimium confidens judicio. Nam Gualterus[d] Conventuensis, Anglus, in suis *Annalibus*, vultus tantum non spirantes in Florentii *Tabulis* approbat, laudat, extollit. Ranulphus etiam Higedunus Castrensis, in *Historia Britannica*, symmetriam, quam exactissime semper observavit, lubenter praedicat. Quid quod varios adfectus, quos idem pro re mirifice expressit, celebraverit Joannes Rossus Verovicensis in libro, quem *De episcopis Wiccensibus* scripsit? Praeter haec possem et ipse parergon addere, nisi brevitati studerem. Quare sufficiat lectori cognoscere, Florentium in pretio fuisse, regnante Henrico primo; et diem obiisse nonis Jul. anno D. MCXVIII[e]. Ex *Lelando*.

[a] *Florentius Bravonius*. Bal. Wigorniensis. Pits. p. 197.
[b] Scripsit *Chronicon ad an.* MCXVIII *ab orbe condito*, lib. i. "Britannia insula habet in longitudine." B. "Adam "cxxx annorum genuit Seth." Edit. MDXCII.
[c] Monachus Wigorniensis continuavit ad MCXLI. Annos addidit plus minus L. Pits. Primus in lucem edidit Gul. Howardus, postea comes Northamtoniensis, vitioso codice usus. Lond. MDXCII. Exinde cum Matthaeo Westmonasteriensi prodiit Francof. MDCI. Scripsit etiam *De regali regum Anglorum prosapia*, sive, *De genealogiis regum*. Prodiit in Lond. edit. ad calcem. Cave. p. 650. Item secundum Baleum ii. 66. et Pitseum p. 197. *De rebus sui coenobii*, lib. i. *Appendices ad Marianum Scotum*, lib. i. Hic sine dubio idem est cum *Chronico*. Inter autorum nomina, ex quibus extraxit suum *Policronicon*, Ranulphus Higden. habet. Et Florentius Wigorniensis, quem in annorum supputatione, una cum Mariano Scoto, potissime sum secutus. In Ms. C. C. C. Oxon. 157. est Marianus Scotus, cum *Continuatione* Florentii (Praefixae *Genealegiae regum et episcoporum series*) liber olim erat eccl. Wigorniensis, et etiam continuatur Florentius ad—desinit enim codex abrupte in an. MCXLII—MCLXIII in an. MCXVIII—MCXL haec sunt: "Non. Jul. obiit dominus Florentius Wigornensis "monachus: hujus subtili scientia et studiosi laboris indu-"stria praeeminet cunctis haec Chronicarum *Chronica*." In Ms. C. C. C. Oxon. p. 275. An. DCCXXXIV—DCCLVI. "Hic [sc. Beda] suae gentis quamplurima gesta huc usque "luculento descripsit sermone, unumque temporalis vitae "modumque terminavit historiae. Nos vero, Deo aspi-"rante, ab ejus vitae felici exitu, prout Anglicarum *Chro-"nicarum* reperimus textu, fideliumque virorum credibili "relatu, vel quae nos ipsi indubitata audivimus, vel quae-"dam, quae oculis aspeximus, a modo fideliter notata "fidelium successorum relinquenda dignum duximus me-"moriae."
[d] Gulielmus Coventriensis. Ms. Lel. Trin.
[e] Ita etiam *Annales* Wigorn. apud Whart. *Angl. Sacr.* tom. i.

FLORIDUS [RUFINUS] natione Britannus; tutor Arcadii filii Theodosii imperatoris. Hic ille Rufinus erat, quem Claudianus poëta duobus libris insectatus est acerbissime. Poëta insignis fuit. Scripsit, *Contra Claudianum epigrammata* 28. lib. i. *Ad Theodosium imperat.* lib. i. *De oris maritimis*, lib. i. Claruit A. CCCCXIV. Bal. i. 42.

FLUELLENE [DAVID] thesaurarius ecclesiae Landavensis citatur apud Ross. *Hist. reg. Angl.* pag. 45.

FLY [NICOLAUS de] historicus Anglus, episcopus Dunelmensis A. MCCI. Pits. *App.* pag. 889. Haud dubio idem est cum Nicolao Fernham, qui claruit A. MCCXLI.

FOENO [AEGIDIUS de] quem Lelandus noster Anglum esse pronunciat, rerum naturalium indagator insignis ac philosophus, academias illas, quae Oxonii et Lutetiae nobilissimae sunt juxta ac antiquissimae, labore excolebat vel rarissimo. Unde factum, ut et ipse philosophis ac theologis se socium illic adjungeret. Quae sors studii tam fauste ei illuxit, ut inter eos non infimum acciperet locum. Multa ille scripsit, vir suo seculo undecunque doctissimus; praesertim *Contra flagellatores*, lib. i. "In quodam sermone ad populum." *De vegetabilibus et plantis*, lib. i. Et alia. Opus adversus *Flagellatores* Oxonii est in collegio Reginae. Bale. x. 48. Ms. in coll. Baliol. Pits. p. 468.

FOGGE [EZECHIAS] academiae Oxoniensis alumnus, in qua gradu baccalaureatus in artibus ornatus erat, A. D. MDLXXI. In linguam vernaculam transtulit librum, cui titulus *Comfort for the sick; in two parts*, Lond. MDLXXIV. 12mo. *Athen. Oxon.* i. 732. edit. prior.

FOGUS [JOANNES] (Dempst. 288.) Scotus monachus ordinis Cistertiensis SS. theol. doctor, Paulo Crau Bohemo in Scotia dogmata Wicleviana spargenti pro virili obstitit, et postea abbas Mailrosensis evasit. Scripsit, *Pauli Crau examen*, lib. i. *De erroribus Wiclefitarum atque Hussitarum*, lib. i. *De confessione auriculari*, lib. i. Claruit A. MCCCCL. Dempst. vi. 542.

S. FOILLANUS Scotus, S. Livini socius scripsit *Acta Livini magistri*, lib. i. Claruit A. DCXXXIII. Colitur 31 Octob. Dempster. vi. 538.

FOILLANUS alius, natus in Angusia, Scotorum coloniae peregrinorum coenobiarcha. Scripsit, *In Apocalypsin*, lib. i. *Fundationis chartas et privilegia*, lib. i. *Epistolas ad Scotos peregrinos in Germania agentes*, lib. i. Claruit A. MLXI. Dempster. vi. 536.

FOILLANUS gente Hibernus (Dempster. Scotum vocat) monachus, in Gallia operam in religione Christiana propaganda navavit, ubi dono cujusdam Gertrudis virginis, Fessense monasterium fundavit, et in eadem regione martyrizatus, A. D. DCLIV. Inter scriptores eum recenset Baleus xiv. 80. ast quia de scriptis ejus nihil inveniri potest, omisit Waraeus. Fuit Fursaei frater Germanus. Bal. Fursaeus in Galliam trajiciens Faillano fratri coenobii Cnoberburgensis reliquit curam. War. p. 25. Scripsit *Regulam monachorum*, lib. i. Dempster. vi. 514.

FOLBERIUS [GEORGIUS] Anglus, disciplinis et literis juvenilibus apprime instructus domi, in Galliam trajecit, qua peragrata studiis theologicis sedulo insudavit in academia Montepessulana, in qua gradu doctorali ornatus erat. Postea divini verbi praedicationi se strenuo dedidit, et concionator non vulgaris evasit. Juxta Turnerum in *Praef.* libri *De avibus*, etc. fuit ducis Richmondiae praeceptor, vir insigniter doctus, et mirus recte instituendae juventutis artifex. Geo. Folberie fuit A. MDXXIV. S. T. baccal. Ms. Inett. Et dicitur custos collegii Pembroch. Cantabrig. mortuus esse A. MDXL. Vid. Parkeri *Scel. Cantabrig.* Scripsit *Epigrammata quaedam*, lib. i. "Parvae velut cerae tepefacta." *Diversi generis carmina*, lib. i. *Elegantes conciones*, lib. i. Claruit A. D. MDXXX. Bal. ix. 27. Pits. p. 707.

FOLCHARDUS[a], monachus coenobii sani Servatoris, quod est Duroverni Cantiorum, studiosissime doctas artes coluit. Unde tanto majorem sibi comparavit gloriam, quanto fuerunt tempora, in quibus floruit, rudiora, et a musis magis aliena. Incidit enim in eam aetatem, quae totam late Angliam Dacicorum piratarum crebris irruptionibus usque adeo afflixit, ut aris et focis conservandis potius, quam literarum incremento studerent. Tantum abfuit tamen, ut temporis infelicitati cederet, ut alacrioris animi novo quodam, sed plane spectabili, ardore vel ad ipsa scientiarum fastigia contenderet. Non haec prompta ad virtutum diligentia patrono caruit: nam Alredus, Eboracensium archiepiscopus, hominem tam singulari amore prosecutus est, ut erga illum omnibus candidi Mecaenatis officiis usus sit. Folchardus patronum rursus ita observabat, diligebat, suspiciebat, ut diceres vitem in ulmi venisse amplexus. Tenebatur autem archiepiscopus miro desiderio illustrandi nomen et inclyta facta D. Joannis Beverolacensis. Quare inter caetera multa, quae in tanti praesulis gloriam fieri sedulo quidem curabat, a cliente impetravit, quod alias pro imperio recte exigere potuisset; nempe ut liturgia primum in usus concentorum conscripta, ac deinde, edito luculento libello de *Vita D. Joannis*, virtutes, miracula etiam viri undecunque eximii evolarent publice per ora virorum[b]. Hactenus de Folchardo, qui claruit[c] sub Eadoveardo Simplici et Haraldo, Angliae regibus. Ex *Lelando*.

[a] Folchardum hunc eundem esse censet Cave, *Hist. lit.* ii. 343. cum Folchardo coenobii Sithivensis apud Atrebates monacho, dein gratia domini Gulielmi conquest. regis abbate Torneiae. Diu in Anglia versatus, donec, ortis illum inter et episcopum Lincolniensem simultatibus, ad monasterium suum Sithivense recessit. Ibidem. Scripsisse fertur, *Vitam et miracula S. Bertini, abbatis Sithiv.* lib. ii. ad Bavonem abbatem. Ex Mss. Vedastino et Bertiniano edidit Mabillon. *Saec. Bened.* iii. p. i. p. 104. *Vitam S. Oswaldi episcopi.* Vide Orderic. Vitalem, *Hist. eccl.* lib. ii. ad an. MCXVIII. Nic. Harpsfeld. *Hist. eccl.* i. 88. meminit Fulchardi cujusdam Thornensis monachi, qui scripsit *Vitas S. Adulphi et S. Botulphi.* [b] Scripsit, *De vita S. Joannis Beverlac.* lib. i. Pr. dd. Aldredo Ebor. "In "praecepto servitutis tuae, mi reverentissime pater." Pr. l. "Aeterna compatientis Dei miseratio." Ms. Cotton. Faustina, B. iv. 8. Extat apud Mabillon. *Saecul. Bened.* iii. p. i. p. 433. *De miraculis ejusdem*, lib. i. "Ex mul-"to tempore quaedam B. Johannis." Ms. Cott. Faust. Ibidem. [c] Claruit A. D. MLXVI. Bal. ii. 53. Pits. p. 188.

FOLIOTH [GILBERTUS] ex nobili prosapia ejusdem cognominis ortus, primo archidiaconus Middlesex. dein monachus Cluniacensis; (Wharton. *Lond. episc.*) canonicus regularis ordinis S. Augustini, abbas A. MCXXXIX, ut habet Westmonasteriensis, Wintoniae, ut Wharton. *A. S.* vol. i. et *De London. episcopis*, Glocestriae, ut Baleus et Pitseus, Leicestriae. Episcopus Herefordiae renunciatus est A. MCXLIX, consecratus a Theobaldo archiepiscopo apud S. Audomarum non. Sept. MCXLVIII juxta *Rotul.* professionum; et Londinum translatus est A. MCLXI juxta Godw. p. 235. seq. A. MCLXIII juxta Wharton. *London. episc.* A. MCLXIV. 9 cal. April. juxta *Annales Suthwerk.* Primus erat episcoporum Angliae, qui post confirmatam ubique fidem, et receptas disciplinae leges ab uno episcopatu ad alterum canonice translatus est, Whart. *London. episc.* 60. In omnibus litibus inter Henricum ii et Thomam Becket Cantuar. archiepiscopum regiis partibus adhaesit; qua de causa historici nostri parum favent memoriae ejus. Vocatur vir sui seculi doctissimus. Et inter Th. Becket. *Epist.* lib. iii. 5. ita Will. abbas Rames. "Venera-"bilis pater noster Gilbertus Londinensis episcopus, vir meritis et nomine conspicuus—qui sae-"culari literatura et lege divina ad unguem institutus, singulis fere tam religionis quam eccles. ordinis "et dignitatis gradus attigisse et conscendisse dignoscitur." Et Rich. James, Mss. lib. n. 14. p. 86. *Collect.* ex Walt. Mapes *De nugis curialium:* "Gilb. Foliot nunc Lundinensis episcopus, vir "trium peritissimus linguarum, Latinae, Gallicae, Anglicae, et lucidissime disertus in singulis, in hoc "senio suo, quo luminis fere defectum incurrit, tamen paucos modicos et luculentos fecit "tractatus, quasi poenitentiam praedictorum vacationis agens, etc." Scripsit secundum Baleum iii. 215. et Pitseum, p. 252. *Pro causa Henrici regis*, lib. i. "Vestram paternitatem meminisse." *Super executione mandati*, lib. i. "Mandatum vestrum, pater in Christo." *In Cantica canticorum*, lib. vi. (cap. viii.) Pr. praef. Roberto episc. Hereford. "Ne tuae, Domine, jussionis." Pr. lib. "Quae est ista tam inclytae formae." 2 E. vii. 2. Vide Gilbert. Crispin. sive Westmonaster. supra.

Primus edidit ex bibl. regia 4to. *Patr. Junius*, London. MDCXXXVIII. fol. *Opus epiſtolarum*, lib. i. "A te longe poſiti, tuas non de." *Invectivas in archiepiſcopum*, lib. i. *De ſuperba elatione ejuſdem*, lib. i. *Epiſtola ejus ad Alexandrum papam de reſponſo regis ſuper negotio Cantuar. archiepiſcopi.* Pr. "Mandatum veſtrum." Extat vol. i. *Concil. M. Brit. et Hiber.* p. 444. ſeq. *Epiſtolae* vii extant inter vulgatas Tho. Becketi epiſtolas. Scripſit etiam, ſecundum Voſſium, p. 425. *Hiſt. Lat. Vitas quorundam ſanctorum Angliae.* In indice bibliothecae Cantuar. Lelandi, *Collect.* iii. 189. occurrit *Tractatus Gilberti epiſcopi London. ſuper iſtud: Sunt duae olivae.* Qu. An hujus Folioti an Gilberti Univerſalis? Pitſeus mentionem facit *Epiſtolae* a S. Bernardo ad hunc Gilbertum miſſae. Sed fallitur: Haec enim epiſtola ſcripta fuit Gilberto epiſcopo London. vocato UNIVERSALI. Obiit 18 Febr. MCLXXXVII. Godwin. l. c. Wharton. *De Lond. epiſc.* 60. ſeqq.

FOLIOTUS[a] [ROBERTUS] vir inprimis memorabilis, de bonis olim optime eſt meritus artibus; quibus non ſolum in Britannia, verum etiam et in Gallia jugem exhibuit operam. Deinde Melundinenſis[b], a loco ejus ſtudiorum, ut credibile, in Gallia, dictus eſt. Crediderim Robertum ſanguine conjunctum Gilberto Folioto, qui ex abbate Claudiano factus eſt Maiſevetum epiſcopus; cujus et aliquando *Commentarios* et lucidos in *Cantica* vidi. Conſtat contractam eſſe amicitiam in Gallia inter eum et Thomam Becketum, quem aliquamdiu diſcipulum habuit, poſtea et[c] patronum, cui inſerviebat. Inter haec fit archidiaconus Iſiacenſis: deinde et, procurante Becketo, Cant. archiepiſcopo, fit epiſcopus Henoforthenſis[d], ac tandem Londinenſis[e]. Extat ejus opus *De ſacramentis Veteris Teſtamenti*[f], plane undecunque luculentiſſimum[g], quod ego quoque vidi Curiae Sudovolcarum in diviti bibliotheca ſani Eadmundi[h]. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Foliot, archidiaconus Oxon. dicitur in A. Wood. Mſ. C. 246. archilevita Oxon. vocatur a Rog. Crouland in *Vita S. Thom.* rector medietatis eccl. de Rowleſham, *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 388. [b] Sive Meldunenſis. Perperam Foliotum cum Roberto Melunenſi, ejus in ſede Herefordenſi immediato praedeceſſore, confundit. [c] *Et* deeſt in Mſ. Lel. Trin. [d] Epiſcopus Herefordenſis, Mſ. Lel. Trin. Rob. Foliot epiſcopus Heref. electus A. D. MCLXXIII, conſecratus 2 non. Oct. MCLXXIV. *Annal. Winton. Waverley.* [e] Rurſus hallucinatus eſt Lelandus: Gilbertus enim Foliot epiſcopus Londinenſis erat, Robertus vero a ſede Herefordenſi nunquam tranſlatus erat. [f] *Antiquae et novae legis*, lib. i. Mſ. in bibl. Luml. [g] Scripſit etiam, *Excerpta ex Chronicis Mariani Scoti*, lib. i. Mſ. in bibl. Walteri Copi. *Concionum* lib. i. [h] Claruit anno MCLXX. Bal. iii. 8. Pitſ. p. 237. Obiit 9 Maii MCLXXXVI. (*Annal. Theokeſb.*) et in eccl. cath. Herefordenſi tumulatus jacet, Godw. p. 533.

FOLLA [GUIDO de] S. theol. doctor Anglus. Scripſit, *Contra haereſes et haereticos*, lib. i. Mſ. Oxon. in bibl. publ. et in collegio S. Mar. Magdal. *De vitiis epiſtolarum*, cui titulus *Ala Anglicana*, lib. i. "Quia ſcire malum non eſt." Mſ. Oxon. in collegio Novo 255. [In Mſ. eſt Anglica, vel potius Angelica: in margine enim eſt figura Angeli, alam unam expanſam habens, alteram manu gerens.] Haec eſt ala prima, ſecunda de regulis dictaminis, quae, uti mihi videtur, et prima compoſita fuit ab Italo quodam dicto Guidone, eccleſiae S. Michaelis Fori Medii capellano. Pitſeus aſſerit eum tandum fuiſſe Elienſem epiſcopum, ſed in Godwino et in *Anglia Sacra* Whartoni non poteſt inveniri. Ita etiam eclogarius; ſed potius dici debet epiſcopus Elnenſis in inſula Majorca. A. Wood. Mſ. Pitſ. De aetate non conſtat. Pitſ. *App.* p. 850.

FOLSAMUS[a] [JOANNES] Nordovicenſis conventus, qui multos illuſtres viros noſtrae dedit Britanniae, Carmelita fuit; Granta vero, foecundiſſima liberalium ſcientiarum parens, illum erudivit: tantumque abeſt, ut alumni poeniteat, ut me talis tantique viri praeconem ſubornet, ne quod illa aliquando dedit, dedit autem quanta potuit maxima, nempe famam et theologici tituli decus, oblivione premeretur. Curabo igitur in gratiam parentis meae, tam omnibus numeris diſertae, ut Folſami nomen volitet doctorum per ora virorum. Cumque id quidem nullo modo rectius fieri poſſit, quam ſi in medium adferam libros ab illo olim editos, juvat hic indicem adponere. Scripſit etenim, *In metaphyſicam Ariſtotelis*, lib. i.[b]. *De modo concionandi*, lib. i. "Sciendum quod a themate."[c] *De naturis rerum*[d] lib. i. "Triplex eſt eſſe rerum." *De matrimonio*[e]. *Quaeſtionum theologicarum* lib. i.[f] *Flores Chryſoſtomi*[g]. *Sacrarum concionum* lib. i.[h] Scripſit forſitan et alia[i], quae Nordovici latent: nam illic poſtremis vitae ſuae annis, non ſine honore, utpote praeſes[k] provincialis, egit; obiitque anno Domini[l] MCCCXLVIII. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Folſham in Northwallia natus, Pitſ.
[b] Lib. xii. Lel. *Epit.* Mſ. *Iſagogen metaphyſices*, lib. i. "Omnes homines natura ſcire." [c] *Praedicatio inchoanda eſt, et thema ſumendum eſt de textu Bibliae, et non aliunde*, Mſ. Bale. Sloan. [d] *Moralitates rerum.* Bale Pitſ. [e] *Quaeſtiones notabiles* lxxxviii (Mſ. Ibid.) lib. i. "An matrimonium ſit de jure naturae." [f] "In praeſenti "quaeſtione quaeram." [g] Lib. i. "Quod pſalmus quin-"quageſimus." [h] *Collationes per annum*, lib. i. "Immenſi "vinculo debiti conſtrictus." Bale. Pitſ. *Collationes multas Dominicales*, preſertim xiv quae tamen creduntur eſſe magiſtri fratris Umfridi Neckton. Pr. "Omne debitum, etc. Immenſi." Mſ. Bale. Sloan. [i] Scripſit etiam *Indices ſuper Anſelmum*, (Bale. Pitſ.) *Tabulas in omnia opera Anſelmi* (Mſ. Bale. Sloan.) lib. i. "Abſentia boni nihil "aliud eſt." *In quoſdam Salomonis libros commentarios.*
[k] Decimus quintus. [l] Obiit anno praefecturae ſexto, April. 18. Bal. v. 59. Pitſ. 459. et Norvici in conventu Carmelit. quieſcit, Mſ. Sloan. Bal. magiſter Johannes Folſham junior floruit MCCCLVI. Bal. Mſ. *Collect.* Sloan. 4to. in pr.

FOLSHAM [RICHARDUS] monachus Benedictinus Norwicenſis coenobii, Thomae Arundelo archiepiſcopo Cantuarienſi familiaris. Scripſit, *Epiſtolas natalitias*, lib. i. "Agamemnon "Atridis filius, etc." *Epiſtolas* xxviii *ad papam*, lib. i. "Beatiſſime pater, filiali." Claruit A. MCCCCX. Bal. x. 40. Pitſ. p. 590.

FOLVILE [GULIELMUS] Minorita, patria Lincolniensis [Fullerus Folvilum Leicestrensem dicit, natum apud Ashby] et S. theol. doctor Cantabrigiensis. Cantabrigienses statutum edidere, ne fratres Minores infra academiae limites pueros ante annum aetatis 18 in suum ordinem reciperent. Hoc aegre tulerunt Franciscani quasi contra privilegia sua factum. Igitur Gul. Folvile contra dictum statutum scripsit, *Pro pueris induendis*, lib. i. " Haec est sententia fratrum Mino" rum." *Litera contorta Gul. Folwyll grammatici:* fuit olim Ms. in monast. Sion. Obiit A. MCCCLXXXIV, et humatus jacet Stamfordiae. Bal. vi. 72. Pits. 541. Wadding. p. 152.

S. FORANNANUS Scotorum episcopus, seu, ut alii nugantur, archiepiscopus, postea in Galliam trajecit, et primus abbas electus est Vallis Decorae. Scripsit, *Sermones in passionem*, lib. i. *Pro monasterio suo*, lib. i. Claruit A. DCCCLXXXII. vel DCCCCLXXXII. Colitur 30 April. Dempster. vi. 523.

FORBASSUS [ELIAS] patria Scotus studiis in Germania, Gallia, et Italia opera dedit, et Pisis gradu doctorali ornatus est. In Scotiam rediens a Gul. Turnebulo archiepiscopo ascitus est in primum philosophiae praelectorem in academia Glascoënsi. Quo munere post decennium ultro cessit, et cucullum S. Francisci induit. Scripsit, *Lecturas philosophicas*, lib. i. *Orationes academicas*, lib. i. *Super Aristotelem*, lib. i. Docebat Glascoae A. MCCCCLV. Dempster. vi. 530. Mackenz. ii. 530.

FORBASSUS [THOMAS] patria Scotus, in academiis Hispanicis studiis operam dedit. Scripsit *De antiquis Hispaniae habitatoribus*. Prodiit Lugduni. . . Claruit A. MDII. Dempster. vi. 544.

FORDON [JOHANNES] Scotus (Dempster. 288.) ab oppido natalitio cognomen habens: Longe diversus a Joh. de Forda sive Fordham, (de quo vid. Leland. infra in JOHANNE FORDENSI) attamen eundem fecerunt Pitseus et Vossius. Scripsit, *Historiam Scotiae ab origine gentis ad* annum MCCCLX. lib. v. " Ex variis quippe veterum scripturis." Edidit T. Galaeus Oxon. MDCXCI. f. p. 563. tantum ad tempora Gul. Conquestoris. Edw. Stillingfleetus in *Praefat. Orig. Britan.* alio forsan codice, saltem aliter diviso usus est, citationes etenim haud conveniunt, p. 10. 12. 14. 16. conveniunt, p. 15. 19. Codex, quem in sua bibl. habuit, fuit a Magno Makulloth recensitus et continuatus. *Scotichronicon genuinum, cum ejusdem supplemento et continuatione*, edidit Tho. Hearne v vol. 8vo. Oxon. MDCCXXII.

FORESTUS [JOHANNES] sive FORREST frater ordinis S. Francisci in coenobio apud Grenovicum; literis dedit operam in academia Oxon. ubi juxta Pitseum S. theol. doctor evasit. Reginae Catharinae a sacris confessionibus et sui ordinis in Anglia praeses provincialis xli fuit. Religioni pontificiae addictissimus in reginae divortium, suprematum regium in ecclesiasticis, etc. infensissimum se habuit. Hanc ob causam carcere compactus erat, et tandem flammis poenas dedit Londini 22 Maii A. MDXXXVIII. aetatis 6o. Scripsit, *De autoritate ecclesiae et pontificis maximi*. Pr. " Nemo sumat sibi honorem." *Epistolarum ad diversos*, lib. i. " Inprimis." *Ad reginam Catharinam*, epist. i. Angl. *Ad Elizab. Hammon*, epist. i. Angl. *Ad Thomam Abell*, epist. i. Angl. Pits. p. 726. *Athen. Oxon.* i. p. 48. seqq.

FORMAN [ANDREAS] primum episcopus Murraviensis, dein abbas Dunfermeling et Abirbroth. et tandem archiepiscopus S. Andraeae in patria Scotia, dein archiepiscopus Bituricensis in Gallia. Scripsit, *Contra Lutherum*, lib. i. *De Stoica philosophia*, lib. i. *Collectanea decretalium*, lib. i. Obiit anno MDXXI. Dempster. vi. 541. Sepultus apud Dunfermling. Mackenz. ii. 601. Obiit anno MDXXII. Thin. *Contin. Hist. Scot.* p. 455.

FORREST [GULIELMUS] academiae Oxoniensis alumnus; cui ecclesia cathedralis Christi Oxon. pensionem sex librarum dedit A. MDLV, uti patet in Ms. Le Neve. Fuit reginae Mariae a sacris. Scripsit, *Vitam Catharinae reginae uxoris Henrici* viii. Anglice, sub hoc titulo: *A true and most notable history of a right noble and famous lady, produced in Spayn, entituled, The second Grefield, practised not long out of this time*, Autogr. Carmen penes A. Wood. Pr. " As nature " hath no inclination." *Orationem consolatoriam ad reginam Mariam*, Ms. Ibidem. " Among " such in word profound." *The tragedious troubles of the most chast and innocent Joseph, son to the holy patriarch Jacob*, cap. 37. ded. duci Norfolc. Pr. ep. " Of thre ons we read, singular " alone." Pr. praef. " Of wysedome hydde and treasur." Pr. lib. " In Canaan, that country " opulent." Ms. foliis deauratis in bibl. Univers. Coll. Oxon. G. 7. Ms. in 2 vol. fol. quondam in bibl. D. Joh. Theyeri de Coopershill juxta Glocester, nunc in bibl. regia Westmon. 18. C. xiii. *Poëmata varii argumenti* Angl. Ms. fol. penes Rob. comitem Ailesburiensem. *Meditationes et preces Christianas*, Angl. prosa et carmine. Ms. Ibidem. *The Pater Noster paraphrased in English verse*. Pr. " Our Father, which in heaven dost sit." Fox. i. edit. 1139. *The Te Deum—lauding God specially for queen Mary*. Pr. " O God, thy name we magnify." Ibidem. *De haereticis et eorum qualitatibus*." Anglice. Ms. fol. penes com. Ailesbur. *De fide, operibus, et justificatione*. Anglice. Ibidem. *Speculum charitatis in* vii *psalmos poenitentiales*. Ibidem. *Consolationem contra tentationes*. Ibidem. *De poenitentia*. Ibidem. *Contra desperationem respectu ultimi judicii*. Ibidem. *Speculum Christianitatis*. Ibidem. *De disputationibus cum haereticis non habendis*. Ibidem. *Defensionem articulorum ecclesiae Romanae*. Ibidem. *Psalmos Davidis* L *in metrum Anglicanum transtulit*, A. D. MDLI (iis a Sternholdo versis addendos.) Pr. ded. Ed. duci Somerset. " Of tymes " the wrapping and the." Autogr. in bibl. regia Westmonast. 17. A. xxi. *A notable warke called* " The pleasant poesie of princelie practise," *composed of late by the simple and unlearned Sir Will. Forrest, priest, much part collected out of a booke entituled*, The governance of noblemen, *which booke*

booke the wyse philosopher Aristotle wrote to his disciple Alexander the Great. Pr. ded. regi Edw. vi. "The noble of nobles, Alexander the Great." Tituli hujus libri in *Praefatione* xxxvii enarrantur: liber autem tantum 24 capita continet, Mf. bibl. reg. Westmon. 17. D. iii. Claruit A. MDLVIII. *Athen. Oxon.* i. 124.

FORSTERUS [RICHARDUS] Londinensis, artium et medicinae doctor, Oxoniensis forte, quia librum inscripsit cancellario Oxon. primus praelector chirurgiae designatus in collegio medico, Stow. *Lond.* 65. Scripsit, *Ephemerides meteorographicas ad* A. D. MDLXXV. Pr. ded. Rob. com. Leicestr. "Comitas illa tua, ac nobilitatis." Lond. MDLXXV. 8vo. In epistola dedic. dicit has primitias esse, sed prae manibus habuit *Opusculum de insolitis apparentiis astronomice et astrologice tractatis*; imitatione facta ad Ptolemaei magnam et quadripartitam constructionem.

FORTESCUE [THOMAS] Transtulit in sermonem vernaculum: *The forest or collection of histories out of French*, lib. iv. Pr. ep. ded. Joh. Fortescue armig. Garderobae custodi. "Passing "hence into some parts beyond the sea." Lond. MDLXXI. MDLXXVI. 4to. Liber hic in Hispanica scriptus lingua a Petro de Messia, ex qua in Italicam, ex ea in Gallicam a Claudio Grugete cive Parisiensi, et ex hac in Anglicam translatus est a Thoma nostro.

FORTESKEW [JOHANNES] alias FOSKEW ex antiqua familia hujus cognominis apud Wimston juxta Modbury in agro Devon. oriundus (Camden. col. 38.) filius Henrici capitalis justitiarii Hiberniae, in collegio Exon. Oxoniae educatus, fuit serviens ad legem 8 Henr. vi. capitalis justitiarius ad Placita de Banco domini regis 20 Henr. vi. 23 Henr. vi. Rymer, *Foeder.* xi. 93. 26 Henr. vi. Dodsw. 76. f. 23. et tandem totius Angliae cancellarius. In exilium in Galliae ducatum Barrensem pulsus fuit ob fidem erga Henr. vi. Et A. MCCCCLXXI in pugna Tewksburiensi captus patriae proditor publice declaratus, Rymer, *Foeder.* xi. 710. ast regio favore salvus dimissus est; et dein ad villam Ebrighton in agro Glocestr. se contulit, ubi reliquam vitam egit, et in ecclesia ibidem sepultus jacet. A. Wood. Mf. N. 96. Fortesc. ed. *Praef.* eum in ecclesia Camdeni humatum esse ait. Scripsit librum, cui titulus, *Praenobilis militis cognomento Fortescu*, qui temporibus Henrici vi floruit *De politica administratione et legibus civilibus florentissimi regni Angliae commentarius.* Pr. "Saeviente dudum in regno Angliae." Cap. 54. Lond. per Ed. Whitchurch, temp. Henr. viii. 12mo. Lat. et Angl. per Rob. Mulcaster, Lond. MDLXVII. 12mo. *De laudibus legum Angliae*, Latine, lib. i. cum notis Seldeni Lond. MDCXVI. MDCLX. 8vo. et MDCLXXII. 12mo. Lat. et Angl. Et cum notis Edw. Waterhouse, Lond. MDCLXIII. fol. et Lat. Mf. bibl. Bodl. Digby 198. et Mf. Norwic. More 423. Et Anglice per Rob. Mulcaster . . . 8vo. *De politica administratione*, lib. i. *De vigore legis naturalis*, lib. i. *De natura legis naturae.* Mf. in bibl. Bodl. et Worsl. *Declarationem super titulum regis Edw.* iv *ad regnum Angliae contra scripta quaedam in Scotia edita*; per modum dialogi. Pr. "A lernyd man in the lawe of thys land." Mf. Digby bibl. Bodl. 198. *A prayer book*; *which favour'd much of the times we live in.* Risdon. Devon. ii. 244. *A dialogue between understanding and faith*, Mf. Cotton. Vitellius, E. x. 25. In Mf. bibl. Bodl. I. 47. Laud. extat *A treatise of Sir John Fortescue* (ut videtur) *the heads whereof are these*: 1. *The difference between dominium regale, and dominium regale et politicum.* Pr. "There bith two kindes of kingdomes." 2. *Ordinaunce for the king's ordinary charges.* 3. *His extraordinary charges.* 4. *The perilles that may come to the king by overmighty subjects.* 5. *How that the crown is best to be endowed.* 6. *What of the king's livelyhood given away, may be best taken again.* 7. *Why it needeth that there be a resumption, and a grant of good made to the king.* 8. *How the king's counsel may be chosen and established.* 9. *How the Romanes prospered, whiles they had a great counsel.* 10. *Advertisement how corrodies and pensions may be best given.* 11. *How grete good will grow of the firme endowing of the crowne.* In hoc capite definit ex abrupto. In Mf. bibl. Bodl. Digby 145. et 198. Coll. 474. in hunc modum tractatus hic dividitur. i. Idem cum Laud. Cod. i. ii. *Why one kyng reyneth regaliter tantum, and another reyneth politice et regaliter.* iii. *The fruits of jus regale, and the fruits of jus politicum et regale.* iv. *How the revenue of France is made great.* v. *The harmes that come of a king's poverty.* vi. Idem cum Laud. Cod. 2. vii. Idem cum 3. viii. *If the kinges livelyhood suffice not, his subjects ought to make it good.* ix. Idem cum 4. x. Idem cum 5. xi. Idem cum 6. xii. *What harme would come to England, if the commons were pore.* xiii. *Only lack of heart and cowardise keepeth the Frenchmen from rising.* xiv. Idem cum 7. xv. Idem cum 8. xvi. Idem cum 9. xvii. *Advertisement for the giving the king's offices.* xviii. Idem cum 10. xix. Idem cum 11. xx. *Advertisment for making patents of gyfte.* Ad finem hujus codicis Mf. Digby, ita: "Explicit liber compilatus et "factus per Johannem Fortescu milit. quondam capital. justic. Angliae, et est hic scriptus manu "propria mei Adriani Fortescu milit. MDXXXII." Hunc codicem edidit, *Praefatione notis*que illustravit Johannes Fortescue Aland de Inter. Templo armig. R. S. S. Lond. MDCCXIV. 8vo. h. t. *The difference between an absolute and limited monarchy, with a preface and remarks*, etc. In codice Laudiano I. 47. ejusdem fortasse auctoris extat Anglice *A list of the commodities of England, as rivers, havens (with their description) ground, sheep, cloth, tin, lead, gold, silver, etc. Then wherein the honor of this land consists, and what commodities our merchants bring out of several other countries. Ejusdem opusculum de natura legis naturae, et de ejus censura in successione regnorum supremorum*, lib. ii. Mf. bibl. Bodl. Laud. F. 83. In hoc codice prima pars, sc. *De lege naturae* extat; posterior autem (in qua hanc quaestionem discutere proposuit "Rex superiorem in "temporalibus non agnoscens, filiam habet et fratrem; filia filium peperit; rex moritur orbatus "filiis;

" filiis; quaeritur an ad filiam, filiaeve filium, seu ad regis fratrem descendit regnum?") desideratur. Ambo tractatus extant pulchre scripti in Mf. Lambeth.

FORTHERIUS[a], vir in primis literatus, ac proceribus Visi-Saxonum, virtutum titulis, tum cognitissimus tum gratissimus, eo existimationis, famae, gloriae pervenit, ut mortuo Aldelmo Clarofontano, ejus saeculi ornamento incomparabili, episcopus designaretur; hoc calculo, ut eruditas artes ab Aldelmo feliciter ad Durotriges, Vilugianos, et Atrebates revocatas in pretio conservaret: id quod et integre praestitit. Unius Bedae de Fortherio illustre hoc testimonium multorum instar erit. Ille autem sic libro quinto *Angl. hist.* loquitur: " Quo defuncto" (Aldelmum intelligens) " pontificatum pro eo suscepit Forther, qui usque hodie [superest] vir et ipse in Scri-" pturis sanctis multum eruditus[b]." Ex *Lelando.*

[a] Fortherius Durotrigus a Baleo, Cent x. 20. et Pitseo *App.* p 839. cognominatus. Fordherus, Godw. p 383. locis citatis. Anno DCCXXXVIII occidentalium Saxonum reginam Romam proficiscentem comitatus est. Godw.
[b] Scripta ejus ignorantur. Claruit A. DCCXX. Bal. Pitf.

FOTHADUS Scotus ab Alphero Merciorum principe ad synodum Calnensem missus, ubi sacerdotes conjugatos strenue defendit, et Dunstanum superavit, sed in eversione domus, dolo Dunstani interemptus. Scripsit *Pro conjugio sacro adversus Dunstanum,* lib. i. Claruit A. DCCCCLXXXI. Dempster. vi. 545.

FOULERUS [JOHANNES] sive FOWLER, patria Bristoliensis, tyrocinium in ludo literario Wintoniensi posuit, atque inde in sodalitium collegii Novi Oxon. cooptatus, biennium de more probaticum absolvit, et inter socios perpetuos numerari coepit, A. MDLV. Opima rectoria Wonstonae in dioec. Wintoniensi potiebatur, quam ut retineret, anno Elizab. primo fidem de renuncianda pontificia potestate jurejurando dedit. Postea vero perjurii et perduellionis reus ad Lovanienses profugiens deprivatus est. (G. Ackworth contra Sanderum, p. 33. 34.) Anno MDLIX sodalitio valedixit, et anno sequente artium inceptor ad exteros trajecit, et artem typographicam primum Antwerpiae, dein Lovaniae exercuit. Theologus haud contemnendus erat; rem poëticam juxta ac rhetoricam probe calluit; linguarum quoque Graecae, et Latinae, haud modice peritus. Scripsit *Loca communia theologica,* lib. i. ex Thomae Aquinatis *Summa,* quam in *Compendium* redegit, et librum h. t. insignivit. *Additiones in chronica Genebrandi,* lib. i. Lat. *Epigrammata et carmina,* lib. i. Angl. *Psalterium pontificium.* Quod refutavit mag. Thomas Sampson aedis Christi decanus. *Confessionis formam ad ducissam Feriae* Angl. E Latino in Anglicanam linguam transfudit, *Epistolam Osorii ad Elizabetham reginam. Orationem Petri Frarini Antverpiani illicitos contra protestantium motus, reformandae religionis praetextu editos habitam,* Antwerp. MDLXVI. 12mo. Pr. transl. " Among many other laudable customs." Pr. lib. " Two principal things in every." Huic respondit Gul. Fulke Cantabrigiensis. *Thomae Mori epistolam adversus Pomeranum edidit;* cui praefixit *Epistolam dedicatoriam* Philippo Hispan. regi. . . . MDLXVIII. 12mo. Ejusdem *Comfort against tribulation, cum duabus praefationibus,* Antwerp. MDLXXIII. 12mo. Obiit Namurci 13 Febr. MDLXXIX, et in coemeterio S. Johannis evangelistae humatus est. Pitf. p. 771. *Athen. Oxon.* i. 191. seq.

FOULUS [BARTHOLOMAEUS] ultimus (nuper) prior S. Mariae Overie Londini, habuit pensionem centum librarum, et claruit A. MDLV. Mf. Le Neve. Scripsit *De ponte Londini,* lib. i. Pitf. *App.* p. 839. Bartholomaeus Lynsted electus prior Southwerk. MDXIII mense Febr. Wharton. Mf. L. p. 232. in bibl. Lambeth.

FOXUS [EDVARDUS] patria Glocestrensis, apud Duresley natus, et 27 Martii MDXII ex schola Etonensi collegii Regii Cantabr. alumnus factus. Deinde S. theol. doctor et ejusdem collegii praepositus electus 27 Decemb. MDXXVIII, installatus archidiaconus Leycestrensis 27 Dec. MDXXXI. A. Wood. Mf. C. 162. Et archidiaconus etiam Dorsetensis fuit, *Regist.* Fox. episc. Heref. Deinde regius constitutus eleemosynarius multis in Germaniam, Galliam, Italiam, etc. legationibus functus est, et tandem ad episcopatum Herefordensem provectus anno MDXXXV, consecratus 26 Septemb. *Registr.* Post reditum ex legatione Germanica palam suadebat, ut *Augustana Confessio* admitteretur, utque rex protestantium Germanorum patrocinium susciperet, et eos annua pensione juvaret. Seckend. *Hist. Luther.* iii. 225. Fuit vir egregie doctus et reformationis fautor. Ei Bucerus dedicavit *Commentaria* sua *in evangelia.* Scripsit *De vera differentia regiae potestatis et ecclesiasticae, ac quae sit ipsa veritas et virtus utriusque.* Pr. " Non est ut multis te verbis onerem." Lond. MDXXXIV. 4to. MDXXXVIII. 8vo. et 12mo. A. Wood. Mf. Cat. i. 199. De autore tamen hujus libri quaestio est. E. Foxio adscribit Hollinsh. iii. 1169. Convocationi adscribit Rob. Horn. contra Feckenham. f. 86. Cranmero adscribit Placcius i. 108. ex literis Cave. Hunc librum in vernaculam linguam transtulit vir nobilis Henricus dom. Stafford tempore Edw. vi. *Annotationes in B. Mantuanum,* lib. i. *Orationes et epistolas,* lib. i. Londini fatis concessit 8 Maii MDXXXVIII. Bale. ix. 25. Godw. p. 544. Pitf. 704.

FOX [JOHANNES] apud S. Botolphi Fanum vulgo Boston in agro Lincoln. in lucem editus (H. Holland. eum patria Lancastrensem male vocat.) In schola patria sumptibus Ricardi Melton vitrici sui educatus erat (*Praef.* ad tr. Urbani Regii) Oxonium missus A. MDXVII in collegio Aeneinasensi academicorum studiorum prima jecit fundamenta, ibidemque sub magistro Harwarden literis initiatus, inde socius collegii Magdalen. electus est, et A. MDXLIII artium magister renunciatus. Sub rege vero Henrico viii sodalitio, metu expulsionis, quia sacris in sacello collegii celebratis interesse noluit,

noluit, cessit. Hinc ad aedes D. Thomae Lucy in comit. Warwic. se contulit. Mox moram faciens apud dominam ducissam Suffolciae A. MDL. 24 Junii ordinatur diaconus per Nic. episcopum Londinensem, *Reg.* Ridley, et A. MDLIX. Januar. 25. ordinabatur presbyter, Strype in *Vita Grindall*, p. 37. Deinde liberos instituit ducis Norfolciae apud Rygate in comit. Surriae, et doctrinas reformatorum ibidem praedicavit. Sed metu Stephani Gardineri in Germaniam fugere coactus est; rege autem Henrico mortuo in patriam et ad collegium rediit, ibidemque et apud Rygate permansit, donec Maria sceptri fasces arripuerit, quo facto iterum in Germaniam trajecit. Durante hoc et priore exilio, Basileae resedit in domo Operini typographi, cujus preli corrector erat. Strype in *Vita Cranmer*, p. 358. Post reginae Mariae obitum iterum reversus in Angliam, A. MDLX cum uxore et familia Norwicum venit, ubi in aedibus episcopi Parkhurst vixit (Strype's *Elizab.* p. 201.) et multum laboravit, ut praebendam in ecclesia illa obtineret. Ibid. p. 367. Obtinuit tamen praebendam de Shipton in ecclesia Sarisburiensi, et vicariam S. Aegidii juxta portam Cripplegate London: cui vicariae cessit, quia canonibus ecclesiae Anglicanae subscribere noluit; quam post eum habuit Rob. Crowley A. MDLXVI. A. MDLXXII. 2 Sept. collatus est per rev. P. Pilkingtonum ad praebendam in ecclesia Dunelm. quam anno sequente resignabat, Strype's *Elizab.* 237. Vid. *Epistol.* dedicat. Ric. Day, praefixam translationi *Christi triumphantis.* Quanquam auctor noster ecclesiae Anglicanae regimen et disciplinam haud approbavit, reformatae tamen religionis flagrantissimo zelo, et adversus pontificios non minori odio semper exarsit. Vid. *Epist.* ejus Fuller, *Eccl. hist.* Cent. xvi. 106. et Ibid. p. 76. Scripta ejus edita Latine. *De Christo triumphante* comoedia. Lond. MDLI. Basil. MDLVI. Pr. ded. " Si in nuncupandis operibus spectari " illud." Pr. pr. com. " Salutem vobis, fructumque ex laboribus." Et in Anglicum sermonem versa per Ric. Day, filium Johannis Day, typographi, Lond. MDLXXIX. MDCVII. 8vo. Et Lat. MDCLXXII. 8vo. editore T. C. e collegio Sidn. Cantabr. *De Christo triumphante appendicula.* Pr. " Quoties mecum tacita mentis pertractatione." ad finem Lat. edit. Olivae Evangel. Lond. MDLXXVIII. 12mo. *De Christo triumphante panegyricon* prosa, ad finem comoediae edit. Basil. MDLVI. Ad cujus etiam editionis finem est carmen Sapphicum hujus Joh. Fox. *De vinea* ad Laur. Humfredum Latine. *De censura, seu excommunicatione ecclesiastica, rectoque ejus usu interpellatio ad archiepiscopum Cantuar. reliquosque hujus ordinis episcopos, pastores ac ministros ecclesiae Anglicanae*, Lond. MDLI. 8vo. Pr. pr. " Solebat hactenus excommunicationis fulmen." *Commentarii rerum in ecclesia gestarum, maximarumque per totam Europam persecutionum a Wyclevi temporibus ad hanc usque aetatem descript.* Argentorat. MDLIV. 8vo. Lib. i. cui addidit duos alios libros Basil. MDLIX. fol. et MDLXIII. fol. Pr. epist. ad ducem Norfolc. " Si in nuncupandis." Pr. pr. " Quum infinita adeo librorum." Pr. l. " Etsi ante Wiclevi tempora." In Ms. Bale. Glyn. dicitur scripsisse *Persecutiones ecclesiae*, lib. v. " Qui gentium ac locorum varias." Forsan liber idem. *Articuli, seu aphorismi aliquot Johannis Wiclevi sparsim ex variis illius opusculis excerpti per adversarios papicolas ac concilio Constantiensi exhibiti. Collectanea quaedam ex Reginaldi Pecocki episcopi Cicestrensis opusculis exustis conservata, et ex antiquo psegmate conscripta. Opistographia ad Oxonienses.* Haec tria ultima cum commentariis prodierunt. *Locorum communium logicalium tituli et ordines* 150 *ad seriem praedicamentorum decem descripti.* Pr. " Si brutis mutisque ani- " mantibus." Basil. MDLVII. In edit. Londin. h. t. *Pandectae locorum communium*, praecipua rerum capita et titulos ordine alphabetico complectentes; in quas ceu proprias sedes et apothecas excipere licebit, quicquid studioso lectori—dignum memoria videbitur, per Joh. Fox. Pr. pr. " Inter omnes qui hactenus." Lond. MDLXXXV. fol. Est tantum longa *Praefatio* de utilitate, etc. locorum communium; dein locorum tituli in summa paginarum purarum impr. et tantum index. Folia fere habet 757 chartae purae. *Syllogisticon, hoc est, argumenta seu probationes et resolutiones in utramque partem hinc inde e theologorum libris desumptae in nudas syllogismorum formas de re et materia sacramenti eucharistici.* Pr. pr. Jo. Harding. coll. Aenei nasi Oxon. praefecto. " Quod " publice et universim." Lond. MDLXIII. 8vo. Cui praefigitur longa *Epistola* hortatoria ad pontificios. Pr. " Quum tot tantasque contentionum." *Germaniae ad Angliam restituta evangelii luce gratulatio.* Pr. " Facit divinae erga te clementiae magnitudo." Basil. MDLIX. 12mo. (Strype *Elizab.* p. 107. eam nomine exilum Anglorum a J. F. factum dicit.) *Ad Christum Anglorum exulantium* εὐχαριστικόν. Pr. " Postulat privata officia." Ibid. p. 109. *De Christo crucifixo: concio in die Parasceves in* 2 *Corinth.* v. 20, 21. Pr. pr. " De singulari et incomparabili." Pr. lib. " Postulat hic locus, hic dies." Lond. MDLXXI. 4to. Anglice Lond. MDLXX. 4to. Pr. pr. " To " preach Christ Jesus crucified." Pr. conc. " In this parcell of Scripture." MDLXXXV. MDCIX. 8vo. Pr. pr. " Amongst all the benefits." *De oliva evangelica: concio in Judaei baptismo habita Londini* 1 *April. cum narratione capitis* xi *D. Pauli ad Romanos.* Pr. ded. dom. Fr. Walsingham. " Accipies igitur quando ita libuit." Lond. MDLXXVIII. 8vo. Jac. Bell in linguam Anglicanam transtulit. *De Christo gratis justificante contra Osorianam justitiam caeterosque ejusdem inhaerentis justitiae patronos, Hosium, Andrad. Canis. Vegam, Tiletanum, Lorichium, contra universam denique turbam Tridentinam et Jesuiticam amica et modesta defensio.* Pr. pr. " De Christo gratis justifi- " cante hanc." Lond. MDLXXXIII. 8vo. Anglice. Lond. MDCXCVIII. *Disputatio contra Jesuitas, et eorum argumenta, quibus inhaerentem justitiam ex Aristotele confirmant.* Rupell. MDLXXXV. 8vo. *Eicasmi, seu meditationes in Apocalypsin S. Johannis* edit. per filium Sam. Fox. ad Joh. Whitgift archiep. Cantuar. Pr. " Exantlatis tot tantisque nostra causa." Lond. MDLXXXVII. fol. Genev. MDXCVI. 8vo. *Papa confutatus, vel sanctae et apostolicae ecclesiae in papae confutationem actiones*

duae

duae. Pr. " Quod sine ascripto autoris nomine." Lond. MDLXXX. 4to. a Jacobo Bell Anglice redditus. *Epistola satis prolixa Tho. duci Norfolciae, ad finem gratulationis Germaniae.* Pr. " Quoniam in Germanica hac." Basil. MDLIX. 12mo. Alia *reginae Elizabethae contra combustionem haereticorum Germ.* Extat in Fuller, *Eccl. hist.* xvi. Cent. p. 104. 106. Alia *cuidam episcopo contra Puritanos—de expulsione filii.* Ibid. Aliae duae *M. Parkero,* Mſ. coll. C. C. Cantabr. Miscell. i. 537. Alia *reginae Elizabethae ex occasione orationis ejus ad universitatem Cantabrig. in qua propositum suum indicat de conscribenda historia illius,* Strype's *Elizab.* 405. Alia *Petro Martyri,* Strype in *Vita Grindal.* 15. Alia *commissariis regiis,* Strype in *Vita Parker. Append.* n. L. *Carmina varia,* Lat. unum, 7 distich. *De nuptiis Phil. et Mariae.* 1 edit. *Act. et Monum.* p. 1005. Aliud Lat. *ectast. de Jacobo Halisio.* Ibid. p. 1157. Scripta ejus Anglicana. *Grammaticae artis tabulae,* Lond. MDLII. " Consiliariorum regiorum nominibus subscriptae." *Gesta et monumenta ecclesiae, sive ejusdem universalis historia.* Prima editio fuit uno volumine Lond. MDLXII. fol. cui praefigitur longa *Epistola* Mſ. ad Laur. Humfredum, praesidem collegii Magdalen. etc. Latina, qua librum bibliothecae ejusdem collegii dono dedit. Alia Lond. per Joh. Day, MDLXIII Martii 30. fol. Alia Lond. MDLXX. 2 vol. fol. Quarta MDLXXXIII. Quinta MDXCVI. 2 vol. fol. Alia MDCX. f. 2 vol. Lond. MDCXXXII. MDCXLI. fol. et MDCLXXXIV. 3 vol. fol. cum figuris aeneis. Qui liber, ut in opere tam diffuso fieri necesse est, erroribus minime vacat. A. Wood. *Abbreviata* Anglice per Tim. Bright, M. D. Lond. MDLXXXIX. 4to. Vide Silvestri de Petra Sancta e societate Jesu *Notas in epist.* Petri Molinei ad Balzacum, p. 37. Antw. MDCXXXIV. ubi multa contra haec *Acta,* etc. *Notae quaedam de electione, Theodori Bezae de praedestinatione tractatui additae.* Pr. " As touching the doctrine of election." Anglice a Joh. Stockwood redditae. Lond. MDLXXVI. MDLXXXI. 8vo. *Exhortatio epidemica pestilentia grassante ad populum legenda,* Lond. . . . 8vo. *His new year's gift touching the deliverance of certain Christians from the Turkish gallies,* Lond. MDLXXIX. 8vo. *Christian prayers from antient writers,* Lond. MDCVIII. 4to. Vide *Collectanea* ejusdem tituli Lond. MDLXXVIII. 4to. collect. per R. Day, ut mihi videtur ex subscriptione prooemii R. D. in quo f. 25. b. est precatio pro ecclesia et ordinibus ejusdem. Scripsit praeterea secundum Baleum Latine, *De ecclesia et ejus pastoribus,* lib. i. " Cum non alia res " sit." *De lapsis in ecclesiam recipiendis per poenitentiam resipiscentibus consultatio cum pastoribus, in qua ostenditur discrimen inter legem et evangelium, et inter magistratum politicum et ecclesiasticum,* lib. i. Pr. " Cum duplex sit regimen in." Lond. MDXLIX. 12mo. *Expostulationem Christi cum homine,* lib. i. *Adversus deliri theologi calumnias,* lib. i. " Adeo nunc rediit." *Persecutiones ecclesiae a Luthero,* lib. i. *Supplicatio ad Angliae proceres, ordines et status, totamque gentis nobilitatem pro afflictis fratribus,* lib. i. " Nihil equidem addubito." Impr. Basil. MDLVII. 12mo. In Strype in *Vita Cranmer.* lxxvi. lxxxv dantur *Epistolae duae ad parliamentum* (tempore Mariae) *contra persecutionem.* In manibus habuit A. MDLIX, *Problemata theologica,* lib. i. *De regno Dei,* lib. i. *Synodum theologorum,* lib. i. *Ideam Christiani hominis,* lib. i. *De optimo statu ecclesiae,* lib. i. *Veram rationem eligendi episcopos,* lib. i. *De non plectendis adulteris consultationem.* Pr. ded. Tho. Pictono generoso. " Ut semper ab omni contentionis." Lond. MDXLVIII. 12mo. Transtulit ex Anglico sermone in Latinum, *Edm. Grindalli concionem funebrem in obitum augustae memoriae Ferdinandi Caesaris recens defuncti in ecclesia cathedr. S. Pauli Lond.* habitam 3 Octob. MDLXIV. *Cranmeri librum secundum de eucharistia contra Gardinerum.* Quaere annon editio Cranmeri *De eucharistia* Embdae MDLVII. 12mo. sit haec *versio*; et an Joh. Fox sit autor *Praefationis.* Pr. " Quemadmodum muliercula illa." *Gul. Thorpi conflictationem,* lib. i. *In J. Filpoti examinationes,* lib. i. sub hoc titulo: *Mira et elegans cumprimis historia, vel tragoedia potius, de tota ratione examinationis et condemnationis J. Philpotti, archi. Wincest. nuper in Anglia exusti, ab autore primum lingua sua congesta, nunc in Latinum versa interprete* J. F. A. Basil. . . Vid. Strype in *Vita Cranmer.* p. 359. *Concionem dom. Gul. Fulsii de duobus Abrahae filiis ex Galat.* iv. Pr. " Postquam de legis abrogatione." Ad finem libri *De Christo gratis justificante,* Lond. MDLXXXIII. 12mo. Ex Latino in Anglicum transfudit, *Lutheri concionem de angelis in Matth.* xviii. Pr. pr. tr. Henr. Knocke. " I could wyshe either all men." Dat. at Stepney, Lond. . . . 12mo. *Johannis Oecolampadii concionem adolescentibus et ancillis habitam.* Pr. ded. tr. magistro Segrave. " Sythen the tyme I fyrst perceived." Lond. . . . by Humfr. Powel. 12mo. *Urbani Regii de spe et fide contra desperationem.* Pr. pr. tr. secundae editionis. " There came to my hands of late " certain." Lond. MDLXXIX. 8vo. 1 edit. ante annos 30. *An instruction of Christen fayth how to be bold upon the promyse of God, and not to doubt of our salvation.* Pr. ded. tr. J. Fox to his rev. good friend Ric. Melton. " In so much all the effect." Pr. lib. " Truly it is a devilish error " to teach." Lond. temp. Edw. vi. . . . 12mo. Edidit, *Quatuor evangelistas lingua veteri Saxonica cum Anglicana versione apposita,* Lond. MDLXXI. 4to. Pr. ep. editoris reginae Elizab. " A- " mong other great and manifold." *Reformationem legum ecclesiasticarum Angl. edidit, praefatione*que docta ornavit. Pr. pr. " Quum nihil sit, quod vel." Lond. MDLXXI. et MDCXL. 4to. *Gul. Haddoni apologeticam adversus Hieronymi Osorii invectivam perfecit, et dedicavit Sebast. regi Portugalliae.* " Si vel privati commodi causa," Lond. MDLXXVII. et MDLXXXI. 4to. *Jac. Pilkingtoni expositionem in Nehemiam edidit, praefatione*que illustravit. Pr. pr. " As it is greatly to be " rejoyc'd." Lond. MDLXXXV. 4to. *Praefatiunculam* praefixit *M. Lutheri concionibus in Angl.* translatis per Gul. Gace. Lond. MDLXXXI. 4to. *Praefatione ornavit M. Lutheri conciones in psalmos graduum* tr. in Angl. per H. Bull. Pr. " Albeit the reading of the Scripture." Lond.

MDLXXVII.

MDLXXVII. 4to. Obiit tandem septuagenarius 18 April. A. MDLXXXVII in ecclesia praedicta S. Aegidii tumulatus. Epitaphium ejus videsis *Hist. et Ant. Oxon.* tom. ii. 195. et Stow. *Lond.* p. 313. Bal. ix. 92. *Hist. et Ant. Oxon.* tom. ii. 195. *Athen. Oxon* i. 230. seqq. H. Holland. p. 202.

FOX [RICHARDUS] apud Ropesley prope Grantam in agro Lincoln. natus, in rudimentis grammaticae apud Bostonum in eodem agro, in studiis philosophicis primum in collegio B. Mariae Magdal. Oxon. dein Cantabrigiae institutus, ac aulae Pembrochianae Cantabrig. praeses factus fuit. Postea legum doctor, existens consiliarius regis Henr. vii, episcopus Exon. custos privati sigilli, episcopus Bath. Wellensis. A. MCCCCXCIV episcopus Dunelmensis, cancellarius universitatis Cantabrigiensis, et A. MD episcopus Wintoniensis constitutus erat. Fuit fundator collegii C. C. Oxon. et A. MDXXVIII mortuus ad plagam meridionalem summi altaris ecclesiae cathedr. Winton. sepultus est. Transtulit in sermonem Anglicum, in usum sanctimonialium suae dioeceseos, *Regulam S. Benedicti.* Pr. pr. tr. " Forasmoche as every person." Pr. reg. " Heare and mark well, my " children." Impr. a Ric. Pynson. Lond. MDXVI. fol. An hic aut alius episc. Winton. ediderit [*Processionale ad usum Sarum* per reverendissimum in Christo patrem dom. episcopum Winton castigatum et noviter impressum. . . MDXXVIII. 8vo. Rothomagi MDVIII. 8vo.] haud certe constat. *Athen. Oxon.* i. 665.

FRAMMIGAMUS [GULIELMUS] patria Norwicensis, inque schola ibidem literis grammaticalibus imbutus. Erat is (inquit Caius *De libris propriis*, f. 2.) homo tenacissimae memoriae, foecundi ingenii, infinitae lectionis, indefatigati laboris atque diligentiae, in aula Pembrochiana Cantabr. per adolescentiam educatus, per juventutem in collegium Reginale collega ascitus, professione philosophus, gradu artium magister, blandae semper eloquentiae juvenis, nihil non sciens, quod ad liberales scientias pertinebat (maxime musicam, et rhetoricam, in quibus erat insignis) nihil quod ad poëtas, historicos, atque etiam theologos (in utraque lingua, Graeca et Latina doctus) faciebat. Scripsit, *De continentia*, lib. ii. prosa. *De consolatione ad Aemilianum caecum*, lib. i. (versus hexam. et pentam.) *D. Laurentii martyrium*, (heroico carmine.) *Εκπύρωσις, sive incendium Sodomorum*, (versu heroico.) *Idololatram*, (carm. choriambico.) *Ἀρετήν, sive in laudem virtutis*, carm. *Epigrammatum* lib. ii. Omnes moriens commendavit amico suo Joanni Caio, qui in eos scholia sive comment. scripsit, quae una cum libris ipsius jamdudum periere. Dubium tamen annon impressi sint, uti Caio retulit Edm. Roffensis episcopus A. MDLXX. Vid. *Praefat.* Caii ad librum Anglicum *De sudore*, f. 6. seqq. Obiit Norwici 29 Sept. MDXXXVII. aetatis 25. Vid. Joh. Caium *De libris propriis*. f. 2. 3.

FRAMPTON [JOHANNES] mercator Londinensis, in Hispania diu vixit, unde reversus circa A. D. MDLXXVI. Transtulit ex Hispanico in Anglicum Doctoris *Monardi Sevilliani de virtutibus herbarum, olearum, plantarum, lapidum, etc. ex America transmissarum*, lib. iii. Pr. ded. tr. mag. Edwardo Dier. " Retournyng, right worshipfull, home into England." Lond. MDLXXVII et MDLXXX. 4to. Hanc versionem laudat Tho. Lupton in mille memorabilibus, p. 264. Sub finem secundae hujus libri editionis datur versio trium aliorum tractatuum hujus Monardi facta per J. F. 1. *Of the Bezoar stone.* 2. *Of the vertues of iron and steel.* 3. *Of snow and cold liquors.* Pr. ded. tr. Edw. Dier. " Finding heretofore, right worshipfull." *Magistri Petri de Medina artem navigationis*, Lond. MDXCV. 4to. *Descriptionem portuum et sinuum Americanorum*, Lond. MDLXXVIII. 4to. *Bern. de Escalenta tractatum de conquestu Indiarum Orientalium.* Pr. ded. tr. Edw. Dier. " There was brought me not long." Dated at London. 1 Octob. MDLXXIX. Lond. MDLXXIX. 4to. In hac dedicatione dicit se ante annum vertisse Paulum Venetum, et dedicasse Edwardo Dier.

FRARIN [PETRUS] E Latino Anglice reddidit *An oration against the unlawful insurrections of the protestants of our time, under pretence of reforming religion : out of Latin*, Antverp. by J. Fouler MDLXVI. 8vo.

FRAUNCE [ABRAHAMUS] Scripsit, *The lamentations of Amyntas for the death of Phillis, in English hexameters*, Lond. MDLXXXVII. 4to. *The countess of Pembroke's Ivy-Church and Emanuel : both in English hexameters*, Lond. MDXCI. 8vo.

FRAUNCEYS [DAVID] cancellarius Menevensis composuit librum continentem *Extenta terrarum et redituum episcopi Menevensis.* Ex quo quaedam collegit Ric. Jamesius, Mf. bibl. Bodl. viii 339. Claruit A. MCCCXXVI.

FRAZER [GULIELMUS] Dempst. 294. episcopus S. Andreae consecratus in curia Romana 14 kal. Jun. MCCLXXX. Regni cancellarius fuit. Scripsit, *De jure successionis regni Scotiae*, lib. i. *Concordantias in evangelia*, lib. i. Claruit A. MCCLXXXVI. Dempster. vi. 537. Obiit in Francia apud Artuyl 13 kal. Sept. MCCXCVII, Parisiisque sepultus est in ecclesia fratrum Praedicatorum. Fordun Mf. Stillingfl. lib. vi. c. 43.

FREELOVE [ROBERTUS] propola Londinensis scripsit Anglice A. MDXXV. *Artem illuminandi libros*, Mf. in bibl. scholae Coventr. 14. Transtulit in sermonem Anglicum A. MDL. *Rogeri Bacon radicem mundi.* Pr. " The bodies of all things." Mf. Bodl. Digby. 133.

FRERUS [JOHANNES] Cantabrigiensis med. doctor. MDLV. Mf. Inett. Gormancestriensis MDLXVII, in transl. Hippocratis et in *Carm.* praef. Alley *Bibl.* Transtulit in versus Latinos *Aphorismos Hippocratis.* Pr. ded. Gul. Cecilio canc. Cantabrig. " Pumice non satis aequatum cui dono " libellum." Lond. MDLXVII. 8vo. Scripsit Carmina Latina, 1. Praefixum *translationi Demosthenis orationum per Nic. Car.* Lond. MDLXXI. 4to. 2. *Carmina alia in obitum Nic. Carri.* Ibid.

 3. Prae-

3. Praefixum *Gul. Alley biblioth. pauperum*, Lond. MDLXXI. fol. 4. *Hexastich. praefixum G. Haddoni lucubr.* Lond. MDLXVII. 4to. Doctor Joh. Frierus pater M. D. in carcere mortuus. D. Joh. Frierus filius exulat Patavii. Nic. Sanderus *De visib. monarchia*, p. 676.

FRESBURN [RODULPHUS [a]] sive FRESCOBURNUS solitudinis amator certe maximus, Carmelum [b]. . . montem prope Ptolemaïdem voti causa petiit; ibique inter eremitas, carnis illecebras castigans, duriter et parce, una cum aliis Anglis, quos loci sanctitas [c] eodem pellexerat, vixit. Circiter haec tempora Anglorum exercitus dira bella contra Saracenos, Christiani nominis hostes, gerebant. Unde data fuit occasio bene opportuna Joanni Vescio et Graio, non infimis Anglici exercitus capitaneis, invisendi montem Carmelum. Quo cum pervenissent, ac suae gentis homines praeter spem omnem reperissent, praesidem loci enixissime rogabant, ut liceret illos abducere; tandemque exorabant, sed non alio nomine, quam ut fundamenta tam clarae religionis etiam in Anglia jacerent. Hujus rei meminit Baptista Mantuanus:

> Anglicus in Syrias veniens exercitus olim,
> Achonem, Tyrii positam prope litora ponti,
> Quae prius occurrit, subitis oppresserat armis.

Et rursus ibidem:

> Ista duces tanta intuiti miracula, secum
> In patriam duxere viros, quibus arma negabant,
> In laribus sedem Assyriis, et templa domosque
> Construxere novas.

Relicto igitur Carmelo, Fresoburnus cum suis capitaneis ad patrios usque lares secutus est. Illi vero sancti promissi non immemores, de locis eremitis designandis statim cogitabant. Vescius forte Alaunovici, oppidi Nortabrinae ditionis erat; a quo non longe distabat Holmense nemus, locus solitudini aptissimus, tum praeterea situ Carmelo non omnino dissimilis. Hic templum, hic aedes convictui eremitarum necessarias posuit. Venerat una cum Rodulpho Ivo quidam ex Britannia Armoricana oriundus. Hunc Graius una cum eremitis aliquot, sed Anglici nominis, in Cantia fovebat; et condito, quanta potuit maxima celeritate, ad Alauni Vadum coenobio donavit. Fuit haec origo Carmelitici in Britannia nostra ordinis anno D. MCCXL [d]. At quid postea fecit Rodulphus? Certe virtuti strenue incumbebat, aliosque multos suo exemplo ad eandem incitabat. Scripsit [e] etiam non contemnenda, ut fama est, opuscula; quae per temporis sive negligentiae injuriam jam perierunt. De obitu ejus recte computare non possum [f]. Certo tamen scio, quod sub Henrico tertio floruerit, quodque in Holmensi coenobio sepultus sit. Plura, quae cum autoritate de Frescoburno referam, non habeo. Adpingam tamen aliquid, quod a praesenti non alienum erit instituto. Transfretaverat in Britanniam, dum haec agerentur, Rodulphus Alemannus *, vir magnae cum continentiae tum eruditionis; et praeterea gubernator summus totius Carmeliticae sectae [g]. Is, ante cognita per literas Holmensium celebritate, Alaunovicum †, ut scribit [h] Trissa Nemetensis, Carmelita, petiit: ubi, deposito magistratus sui onere, inter eremitas vixit [i], obiit [k], ac sepultus est. Simon Stochus, eremita vitae plane castissimae, hoc etiam tempore floruit, praefuitque universo Carmelitarum gregi. Quare conjectura est, Rodulphum Alemannum cessisse Simoni, cujus vitam nos ** proximo adponemus loco. Ex *Lelando*.

[a] Radulphus Fresburn, patria Northumbrensis.
[b] Syriae Palestinae inserit Lel. *Epit.* Ms.
[c] Eo. Lel. Ibid.
[d] De antiquitate hujus ordinis e Carmelitis multi, uti homines otiosi solent, fuse disputarunt. Quae habet *Registrum* S. Albani Ms. de eorum origine, non piget hoc in loco repetere: "A. C. MXLV Albertus patriarcha fecit regulam fratribus, qui stragulati, radiati, vel birrati vocabantur; et ex post A. C. MCCLXXIX Martinus papa, ad instantiam dictorum fratrum, et nomen eorum mutavit et habitum, convertens vestes stragulatas in capas abbas, dans iis novum nomen, vocans eos viz. CARMELITAS. Et haec ita tarde gesta sunt, ut plures adhuc supersint, qui viderint eos et birratis uti vestibus, et birratos fratres ab omnibus appellatos." Extant vero Trithemii, Miraei, et Joannis de Carthagine tractatus *De ortu, progressu ac viris illustribus ordinis B. V. Mariae de Monte Carmelo*, Colon. MDCXLV. Scripsit etiam Johannes Baptista de Lezana Matricensis *Annales Carmelitarum*, satis quidem fusos; sed non hujus est loci auctorum, qui de hac re egerunt, vel nomina recensere: id interim observandum erit, Carmelitas qui sui ordinis viros illustres laudent, operum mole et numero nullis cedere, fide vero quamplurimis, elegantia demum pene omnibus.
[e] Scripsit Frescoburnus, disciplinae magis severitate quam scriptis celebris, *Pia monita*, lib. i. *Epistolas quasdam*, lib. i. "Quoniam sedulis ac frequentibus."
[f] Obiit in coenobio Holmensi A. MCCLXXIV. Bal. iv. 1. Pitf. p. 354.
* Alcmannus.
[g] Generalis sui ordinis magister octavus.
† Alauni Vadum. Ms. Lel. Trin.
[h] Joannes inserit Lel. *Epit.* Ms.
[i] Quatuor annos, et in ista solitudine scripsit *Ad diversarum nationum fratres* epist. plures.
[k] Obiit MCCLXXII. Ms. Bal. Sloan. 175. A. MCCLXXVII. Bal. xiii. 35.
** Sententiam mutavit.

S. FRIDEGANDIS, natione Scotus, socius peregrinationum S. Fursaei. Scripsit *Homilias de sanctis*, lib. i. Claruit anno DC, aut DCL. Colitur 17 Julii. Sepultus est in coenobio ad Sainbram duobus a Namurco milliaribus. Dempster. vi. 515.

FRIDEGODUS [a], monachus sani Servatoris Durovernі Cantiorum, literas bonas, et musas canoras quidem illas merito multum colebat. Contigit, ut Danicus Odo, Cantiorum archiepiscopus, comitem se praeberet Eadmundo seniori, Angl. regi, in expeditione, quam acerrimam habuit in Transabrinos, vel, ut cum vulgo loquar, Transhumbranos; atque devicta gente a principe.

[a] Fridegodus diaconus, Baleo et Pitseo. Magister S. Oswaldi, archiepiscopi Ebor. juxta Whart. *A. S.* tom. ii. 193. Qui in divinis ac saecularibus disciplinis quosque sui temporis sapientes praecellere putabatur. Ibid. Vir, teste Gul. Malmsburiensi,

cipe cervicosa, transferret secum a Ripoduno Durovernum reliquias Wilfridi [b], episcopi olim Eboracensis longe clarissimi. Cupiebat ille quidem tanti viri sacrosanctos cineres vel illustrissimos facere, et antistitis vitam orbi testatissimam reddere. Quaerenti quis tanti operis laudem ferret, succurrit Fridegodus, unus instar multorum : ille vero a patrono rogatus suo, praestitit, quod potuit, et quod illa etiam aetas impendio laudavit ; ac *Vitam Wilfridi* [c] carminibus heroicis scriptam eidem consecravit. Gulielmus a Meildulphicuria, libro primo *De episcopis Anglicanis*, hujus Fridegodi [d] meminit. Scripsere ante Fridegodi tempora Beda Girovicensis, Heddius cognomento Stephanus, Accae episcopi Hagustaldensis familiaris, et Odo, Cantiorum archiepiscopus, *D. Wilfridi vitam.* Idem fecit postea Petrus Blesensis, archidiaconus Badunensis, homo Gallus ; ac opusculum Gallofrido Plantagenistae, Ebor. archiepiscopo, dedicavit. Ex *Lelando.*

sburiensi, Graece Latineque doctus, Pitf. [b] Translatio S. Wilfridi fuit A. D. DCCCCLVI. Bal. Pits. [c] Pr. " Inscius egregios aegris conatibus actus." Ms. Cott. Claud. A. I. 1. Ex hoc Ms. edidit Mabillon. *Saec. Bened.* v pag. 283. iii. P. i. p. 169. cui Suppl. addidit *Saec.* iv. P. i. p. 722. Cave ii. 317. Praeter *Vitam S. Wilfridi* scripsisse fertur Fridegodus, *Vitam S. Audoëni monachi*, lib. i. *De [muliere*, Bal. Ms. Trin.] *peccatrice in evangelio*, lib. i. " Dum " pietate multimoda Deus." *De Hierusalem supra*, lib. i. " Cives caelestis patriae, regi." *De visione beatorum [bonorum*, Bal. Ms. Lel. Trin.] lib. i. *Contemplationes varias*, lib. i. [d] Claruit circa A. D. DCCCCLX. Bal. ii. 32. Pits. p. 174. seq.

FRIDÈLINUS (Dempstero WINFREDUS, Baleo VIATOR dictus) regis Hibernici filius, peragravit Galliam, et Germaniam, ut populares ab idolorum cultu ad Christianam religionem converteret, multa fundavit coenobia, et in eo quod Seckingae al. Secanae (insula est in Rheno fl. sita) fundaverat, decessit et sepultus est. Scripsisse putatur, *Pias quasdam exhortationes ad virgines sacras*, lib. i. *Praecepta ad monachos*, lib. i. *Ad Augustanos*, lib. i. *Acta D. Hilarii*, lib. i. Claruit A.D. CCCCXCV. Bal. xiv. 10. War. p. 6. Dempster. vi. 514. Vide Bruschii *Chronologiam monasteriorum Germanicorum*, et Anonymum a Melch. Goldasto inter *Rerum Alemannicarum scriptores* editum A. MDCVI.

FRIDERICUS SCOTUS dictus in Germania vixit. Scripsit, *De occultis rerum causis*, lib. i. *De Germaniae antiquitate dissertationem*, lib. i. Claruit A. MDI. Dempster vi. 546.

FRIGIDIANUS Volaterrano *Comment. Urban.* lib. ii. PHRIDIANUS, Ultoniae regis in Hiberniae filius, adolescens admodum Romam venit ; postremo Lucam in Italia, ubi praesul factus, coenobium excitavit, quod post obitum ejus nomini dicatum fuit. *Librum de canonibus*, qui sub ejus nomine extat, ei autori male tribui ex ejus officio apud Aug. Ficin. in *Elucidario Christianae religionis*, part. iv lect. iv liquet. Nam ibi secum detulisse dicitur sacra decreta, quae pro munere Pelagius papa ei donaverat, quae adhuc (ita verba offic.) dicuntur *Canones B. Frigidiani.* Claruit A. DLXX. War. p. 11. 12.

FRISINGFELDUS grammaticus, patria Sudovolgus ; literarum humaniorum peritissimus, operam in instituendis magnatum filiis feliciter impendit. Scripsit, *Practicam grammatices*, lib. i. " Commoda provenire pueris." *Verbarium*, lib. i. " Cum sit necessarium ante omnia." Temporis, in quo claruit, nulla mentio. Bal. xi. 8. Pits. *Append.* p. 840. JOHANNES de FRISINGFELDE occurrit prior Eliensis A. MCCCX, resignabat 16 Febr. MCCCXX. Whart. *A. S.* vol. i. 684. Mag. RICH. de FRESINGFELD institutus ad ecclesiam de Haneberg. ad praesentationem abbatis et conventus Rading. quinto pontif. Roberti Grostest. *Rot.* archid. Oxon.

FRITH [JOHANNES] filius Richardi apud Sevenoake, vel Westram in com. Cantiae in lucem editus, exacto puerilium studiorum cursu Cantabrigiam missus fuit, et in collegio Regali ibidem, usque dum baccalaureus artium evasit, educatus, postea vero Oxonium cum Cantabrigiensibus aliis, alliciente card. Wolseii collegium jam auspicati munificentia, profectus. Canonicorum juniorum alter factus, annoque MDXXV artium baccalaureus Oxon. academiae incorporatus est. Mox familiaritatem iniens cum Gul. Tyndalo, doctrinis Lutheranis aperte favit, et religionis gratia ad exteros trajecit. Post biennium vero in patriam rediit, sed brevi captus Londini a D. Tho. Moro in turrim Londinensem compingitur, ubi librum contra purgatorium et alium vocatum *Mirrour against the relygyouse* scripsisse dicitur (Sir Tho. More's *Works*, p. 887.) et tandem in flammis vitam finivit, 4 Julii MDXXXIII. Scripsit Anglice, *Expugnationem purgatorii*, lib. iii. Pr. pr. " I am sure there are many." . . . 12mo. *Answer to Joh. Rastall's dialogues of purgatory. Answer to Sir Tho. More's dialogues concerning heresies. Answer to J. Fisher, bishop of Rochester. The subsidy or bulwark to his first book against Jo. Rastall.* Pr. " Br. Rastall, I thanke you that " it had " . . . 12mo. *His judgment upon Will. Tracy of Todington in Glocestershire his testament*, A. MDXXXI. Pr. " There is nothing in this." . . . MDXXXV. 12mo. *Letter unto the faithfull followers of Christ's gospel.* E turri Londinensi MDXXXII. *A mirror or glass to know thyself.* E turri MDXXXII. . . . Lond. MDCXXVII. 12mo. *Mirror or looking-glass, wherein you may behold the sacrament of baptism*, A. MDXXXIII. Pr. " Consydering the manifold and." Lond. by John Day . . . 12mo. *An antithesis between Christ and the pope. Of the sacrament of the body and blood of Christ, in answer to Sir Tho. More's letter, etc.* Pr. " Grace and increace of knowlege." Munster. MDXXXIII. Lond. MDXLVIII. 12mo. *Articles wherefore he died—written in Newgate prison*, 23 Junii MDXXXIII. Pr. " I doubt not, deare brethren." Lond. MDXLVIII. 12mo. Epistola hujus argumenti et principii extat apud Fox. p. 1034. Opera haec omnia excusa sunt Londini MDLXXIII. fol. Transtulit, *Revelationem antichristi*, lib. i. " In testes assumendi non sunt." Hujus tractatus et antithesis annexae meminit Joh. Harrison in *Detectione hominis peccantis*, f. 47.

Lutheri

Lutheri libros tranſtulit, qui ſub nomine *Brightwell* editi ſunt. Vid. More's *Works*, p. 342. Et Fryth's *Works*, p. 97. *A mirror or glaſs for them that be ſick and in pain*, tr. out of Dutch into Engliſh, temp. Henr. viii. by J. Fryth. Fox. 1 edit. 574. *Patricii Hamiltoni locos communes in Anglicum tranſtulit*, notiſque illuſtravit. Pr. pr. " Bleſſed be the God and Father." Extant in *Martyrologio* J. Foxii, p. 975. Bal. viii. 71. *Athen. Oxon.* i. 33. ſeq. Fox. p. 1031. 2126.

FRITHWALDUS ſive FRETOWOLD, Scotus, epiſcopus Candidae Caſae. Scripſit, *Ad Unnuſt Pictorum regem*, lib. i. *Laudes virginis Deiparae*, lib. i. Claruit A. DCCLXIV. Dempſter. vi. 524. In *Annalibus Petriburgen.* Saxon. Mſ. Cotton. Tiberius, B. iv. dicitur, quod Frithwaldus conſecratus ſit 18 cal. Sept. praefuerit annis 29, et obierit DCCLXII nonis Maii.

FRODOARDUS monachus S. Albani. Scripſit *Chronica ab Octaviano imperatore ad* A. C. DCCCCLXVI. Mſ. Cotton. Otho. B. iii. 3.

FROSSARDUS [JOHANNES] Valentinianis ad Scaldim in Hannonia A. MCCCLIII natus, fuit theſaurarius et canonicus Chimayenſis in dioeceſi Leodienſi in Hannonia. A. MCCCLXV in Angliam venit, et in aula regis Edw. iii et reginae Philippae, comitis Hannonienſis filiae (quam dominam ſuam appellat) educatus, hiſtoriam ſuam viceſimo aetatis anno conſcribere inchoavit. Poſt obitum Edwardi iii Richardo ii praeſentatus, nobili ab eo munere donatus fuit. Scripſit Gallice *Chronicon ſui temporis ab anno* MCCCXXVI *ad* A. MCCCC. lib. iv. (i. cap. 330. ii. 179. iii. 142. iv. 120.) " A fin que les honorables empriſes." Lutet. MDV. fol. Lion MDLIII. 2 vol. fol. cum annotationibus Dion. Savage, Pariſ. MDLXXIV. 2 vol. fol. Chronicon hoc Jo. Bourchier in Anglicum ſermonem (Lond. MDXXV. f.) et Joh. Sleidanus in Latinum compendium verterunt (Heidelb. MDLXXXVII. fol. et Caſſellis MDCXXXVIII. 8vo. et Amſt. MDCLVI. 8vo.) Hoc compendium Anglice reddidit Per. Golding, Lond. MDCVIII. 4to. Extat in Mſ. bibl. Bodl. Laud. K. 77. *Chronicon de rebus Anglicis et Gallicis* ab A. MCCCXXVIII ad MCCCLXXX. Gallice ἀκέφαλον. Item ejuſdem *Chronicon Normanniae ad tempora Gul. baſtardi*, Gallice. Pr. " Cy vous lairay a " parler de." Auctoris codicem Mſ. optimae notae, et locis plurimis ab edito differentem vidit Voſſius apud Georgium Ratallerium Dubletium. Habuit etiam Voſſius ipſe hiſtorici hujus tranſlationem Belgicam ſatis antiquam et hactenus ineditam. *Laudes Philippae reginae*, lib. ii. Claruit hic optimae notae ſcriptor circa A. D. MCCCC. Bal. xiii. 40. Voſſ. *De hiſt. Lat.* 543. *Bibl. Belg. Scriptores.*

FROWYK [THOMAS] filius Thomae natus apud Eling in comit. Middleſexiae; fuit ſerviens ad legem 14 Henr. vii. *Formul. Anglic.* p. 213. 18 Henr. vii factus capitalis juſticiarius placitorum communium. Extant Gallice *Praelectiones ejus autumnales* 10 Henr. vii. Pr. " Om- " nis rex habet cuſtodiam." Mſ. Norwic. More 321. 322. Obiit 17 Octobr. MDVI, apud Finchley in comit. Middleſ. humatus. Fuller's *Worthies*, ii. 183.

FRUTERER [JOHANNES] Profeſſus in coenobio Sionenſi tranſtulit in Anglicum *Speculum paſſionis Chriſti*, Lond. MDXXXIV. fol.

FULBECK [GULIELMUS] filius Thomae quondam praetoris urbis Lincolniae, natus in eadem urbe in parochia S. Benedicti A. MDLX. Ad aulam S. Albani Oxon. literis academicis imbuendus acceſſit A. MDLXXVII, collegii Corporis Chriſti ſcholaris factus A. MDLXXIX, et poſt biennium artium baccalaureus. Dein ad aulam Gloceſtrenſem abiit, et A. MDLXXXIV gradu magiſteriali decoratus erat. Poſtea Londinum ſe contulit, atque in hoſpitio juriſconſultorum Grayenſi juri municipali operam dedit. Scripſit ſermone patrio, *Ethicam Chriſtianam*, Lond. MDLXXXVII. 8vo. *Collectionem turbarum, bellorum, etc. Romanorum, et Italorum, per* CXX *annos ante tempora Auguſti Caeſaris*, Lond. MDC. 8vo. MDCI. 4to. *A parallele or conference of the civill law, the canon law, and the common law of this realme of England.* Pr. Epiſt. ad archiep. Cant. " Right reve- " rend, right honourable and," Lond. MDCI et MDCII. MDCXVIII. 4to. *The Pandectes of the law of nations: or diſcourſes of the matters in law, wherein the nations of the world do conſent.* Pr. pr. " Curteous reader, When Sulpitius returning." Lond. MDCII. 4to. *A direction or preparative to the ſtudy of the law*, Angl. Pr. pr. Latine. " Si Theophraſtum, ut ipſum." dat. MDXCIX; printed Lond. MDC. 8vo. MDCXX. 12mo. *Obſervations on Littleton's analyſis of the chapter of fee ſimple.* Ibidem. *Tres libros ex hiſtoria Romana, cui tituli* Clotho, Lacheſis, Atropos. Pr. " Fourteen years are now." Claruit A. MDCII. *Athen. Oxon.* i. p. 317.

FULCARDUS S. Bertini Sithienſis monachus in Angliam a Gul. conqueſtore evocatus, abbas Thorneienſis factus eſt (poſt XVI annos tamen praefecturae abbatiae ceſſit circa A. MLXXXIV. *Monaſt. Anglic.* i. 243.) grammaticae artis et muſicae peritiſſimus, unde pretioſa peritiae ſuae monumenta reliquit futuris generationibus; nam plures dictatus memoria dignos edidit, et S. Oſwaldi Wigornenſis epiſcopi, aliorumque ſanctorum, quorum propago in Albione proceſſit, delectabiles ad canendum hiſtorias ſuaviter compoſuit. Order. Vitalis.

FULDEBERTUS ſive FULBERTUS, primus abbas monaſterii Perſhorenſis in agro Wigorn. factus A. DCCCCLXXXIV. Whart. *A. S.* vol. i. 472. Anno DCCCCLXXXVIII. S. Oſwaldus ſuis precibus reſuſcitavit Fulbertum. Ibidem. Ex Radulpho Dicetenſi conſtat illum ſcripſiſſe, *Homeliarum* lib. i. *Epiſtolarum* lib. i. Extat Oxonii in bibl. publ. et Mſ. Cantabr. in aula Pembroch. Pitſ. *De quadam conſuetudine hoſtiae, quam accepit ſacerdos quando ordinaretur ab epiſcopo*, Mſ. Ibidem. Sed in his duobus Mſs. autor vocatur Fulbertus, qui forſan fuit ille epiſcopus Carnotenſis. Pitſ. p. 177. Bal. x. 35.

FUL-

FULGENIUS, vel FULGENTIUS, regio Britannorum sanguine ortus (Dempsterus Scotum vocat) et ipse invitis Romanis Britanniae rex. Pits. Scripsisse putatur, *De Romanorum injuriis*, orat. i. *Pro vindicanda libertate*, orat. i. *Ad Donaldum regem*, epist. i. *Ad regem Pictorum* epist. i. *Ad suos Britannos*, epistolas plures. Lethaliter vulneratus in obsidione Eboraci mortem obiit A. C. CCXII. Bal. i. 30. Pits. p. 80. Dempster. vi. 547.

FULK [GULIELMUS] sive FULCO, patria Londinensis sive Middlesexiensis, collegii S. Johannis Cantabrig. scholaris admissus A. MDLV, et socius MDLXIV. Collegium reliquit A. MDLXIX, et Londinum ad hospitium jurisperitorum Cliffordense abiit. Inde ad academiam reversus S. thelogiae studiis incubuit, et tandem magister collegii Pembrochiani Cantabr. et S. theol. professor publicus dom. Margaretae evasit. Longiore filo vitam ejus deducit Matthaeus Wren episcopus Eliensis, quam ex Ms. cui titulus, *De custodibus Pembrochianis*, favoreque clar. Bakeri Cantabrigiensis hic addere placet. Londini ille natus, dum ibi puer magnae indolis ad scholam itaret, in certamen literarum incidit cum Edmundo Campiano, qui calamum argenteum, victoriae praemium a ludimagistris propositum, reportavit non sine profusis Fulki lacrymis, animi indignationem vindictamque spirantibus. Academiae jam maturus ad collegium Joannis per parentem, virum satis locupletem mittitur, unde vel ante, ut quidam referunt, vel statim post gradum baccalaureatus in artibus per ipsum denuo avellitur, inque forense hospitium Cliffordi, legum municipalium addiscendarum causa compingitur. Illic moratus ad sexennium, vel plus eo juris, quidem illius scientiam non omnino desprevit, sed artium tamen liberalium atque inprimis mathematicarum, cultorem tam fidelem se exhibuit, ut et communi hominum famae profectus suos probaret, atque in specimen scientiae, librum cui Ὀυρανομαχίαν nomen fecit, publice ederet. Ad academiam tandem reversus, (visendi tantum an commorandi animo haud scio) gradum magistri in artibus haud magno negotio obtinet, et jus socii in collegio Joannis. Sed hanc legum desertionem parens ei tam graviter succensuit, ut et sumptus vitae necessarios haud amplius feratur suppeditasse. Ille interea, cum artium, quas deperibat, theologiae quoque studia commiscet, atque eo intuitu orientales linguas, non sine sua gloria, praesertim in publica exoticarum linguarum per id aetatis inopia, non mediocriter excolit. Post gradum baccalaureatus in S. theol. susceptum, obortis nescio quibus in collegio litibus, eo tandem res recidunt, ut Fulkus puritanismi causa, quo eum ad tempus ex familiaritate sua Cartwrightus infecerat, plane expelleretur. Convasatis itaque rebus, musas ille suas, (colonia auditorum ipsius tutelae commissorum simul facta) e collegio in oppidanas aedes, quae nunc sunt diversorium sub falconis insigni, deducit, ibique praelectiones, disputationes, aliaque exercitia academica, solenniter instituit. Jam comes Leicestrensis, qui inter caeteras reipubl. versandae strophas, id agebat sedulo, ut meliores notae theologos omnes, quam disparis cunque aut opinionis aut factionis in clientelae suae secreta pertraheret, Fulkum inter primos coepit suum facere; itaque ad ecclesiam Warleiae in Essexia, dein et Didingtoniae in Suffolcia eum non longo spatio promovet; ad doctoratum autem derepente hac arte evehit. Legatum in Gallias comitem, si recte teneo, Lincoln. Fulkus secuturus, Leicestrensis literas perfert ad academiam, quibus facile exorantur, ut jam mox transfretaturo, honoraria admissio stet pro completis forma et gradu. Redeuntem e Galliis, non diu est, cum ad custodiam nostri collegii commendat ejusdem Leicestrensis apud nos autoritas. Tyndallo, qui comiti etiam a sacris, et Nevillo, cum inter se convenire de hoc nequirent, alias charissimi, praeteritis, admittiturque 10 Maii A. MDLXXVIII. Cum vero satis angustis uteretur, pro ipsius et dignitate et necessitate, qui uxorem cum familia jam tum alebat, vivendi conditionibus, statim post ingressum ejus consultum est de stipendio, quod praeparatum prius fuit, aliquantulum augendo: adeoque solvuntur quotannis ex illo tempore ex nova concessione praeposito v librae, conceduntur que in ipsius usum terrarum aliquot dimissiones. A. MDLXXIX ipso autore aedificium illud extruitur, quod eodem loco situm cum sit, etiamnum appellamus *Hospitium universitatis*, huicque operi ipse custos viginti libras confert; reliquum onus collegio imponitur. Sed, quod est dolendum, id quod honesto lucro apposuisse poteramus, custos in onus revera commutat, obligatque collegium collegio Reginali, ut sex scholares ex hospitii hujus reditu alat, qui vix tribus quidem commode sufficiat. Delectabatur ille quidem studentium multitudine, illudque in causa fuit, quod et sociorum numerum quoque (commodo non minus honesto, quam certe necessario, minus curato) vehementer multiplicabat, viginti sex ab eo electis, undecim annorum spatiolo. A. MDLXXXI academiae procancellarius factus est, vir pius atque eruditus in historiis et linguis, ut accepi, praecipue versatus, accerrimus papomastix, quique assiduam navabat cum in concionibus tum in scriptis operam. Hucusque Ms. collegii Pembroch. quod coincidit cum *Vita Gul. Fulki* in bibl. coll. Caii et Gonvill. Cantabr. A. MDLXXI. 10 Aug. admissus fuit ad ecclesiam de Warley Magn. London. dioec. *Regist.* Sandys: quae vacabat per ejus mortem ante 13 Sept. MDLXXXIX. Newcourt ii. 641. Et A. MDLXXIII. mens. Mart. ad rectoriam ecclesiae de Denington in Suffolcia institutus; ubi sepultus 28 Aug. MDLXXXIX. Epitaphium ejus extat in cancello ecclesiae. Scripsit *Antiprognosticon contra inutiles astrologorum praedictiones Nostredami, Cuninghami, Lovi, Hilli, Vaghami, et reliquorum omnium.* Epist. ded. ad episcopum London. data est ex hospitio Clifford. Pr. "Nondum decem menses abierunt." A. Wood. Ms. Cat. i. 199. Lond. MDLX. Et Anglice per G. Painter, Lond. MDLX. 12mo. In hac editione additur *Tractatus Anglicus* ejusdem materiae *contra astrologos.* Pr. "Consydering with myself." Hoc *Antiprognosticon* opus, et ejus laudatores, sc. Painterum, Lucam, etc. severe perstringit Ed. Dering, in carmine praefixo primae editioni *Conversionis Palingenii* per Barnab. Gogaeum. *Ouranoma-*

chium, seu astrologorum ludum, Lat ad Gul. Cecil. Baronem Burghley. Pr. " Inter caetera praeclara." Lond. MDLXXI. *Praelectiones in Apocalypsin*, Lat. Pr. ded. Roberto comiti Leycestr. " Quartus jam agitur annus." Lond. MDLXXIII. 4to. Et Anglice per Geo. Gifford. Lond. eodem anno. *An answere to a popish apology.* Ad dom. Margaretam Strange. Pr. " Your honourable " and godly."—MDLXXIII. 8vo. *Two treatises against the papists*, Lond. MDLXXVII. 8vo. 1. *An answere of the true Christian to the proud challenge of a counterfeit catholick.* Pr. " This short " treatise, gentle reader, hath." Pr. lib. " I graunt that our Saviour Christ." 2. *A confutation of the popish doctrine touching purgatory and prayers for the dead; against Will. Allen.* Pr. lib. " Wh. this occasion of our writing." Pr. pr. " The great braggs that were made." *Responsionem ad S. Hosii epistolam de expresso Dei verbo*, Lat. Pr. " Cum ex academia ad aulam." Lond. MDLXXVIII. 8vo. *Responsionem ad Stapletoni cavillationes in sua principiorum doctrinalium demonstratione*, Lat. Pr. " Thomas iste Stapletonus evangelii." Lond. MDLXXIX. 8vo. *Heskins parliament repealed.* " This burgess for the city." Lond. MDLXXIX. 8vo. *Confutation of N. Sanders his treatise of worshipping images.* Ibid. Pr. " A doctorlike interpretation." *Refutation of John Rastell's confutation.* Ibid. Pr. " To give the reader a taste." *Conferentiam cum pontificiis in castro Wisbicensi*, 4 Octob. MDLXXX. . . . . 8vo. *A retentive to stay good Christians in the true faith and religion against the motives of Ric. Bristow, and the rock of the popish church, commended by Dr. Sanders.* Pr. "Among such English papists that." Lond. MDLXXX. 8vo. *Confutation of Allen's treatise in defence of the power of the popish priesthood to remitt sins.* Pr. " If the rest of your " arguments were as good." Lond. MDLXXXVI. 8vo. *Stapletonii fortalitium expugnatum; cum refutatione replicationis J. Martialis ad J. Calfhillum contra librum ejus de cruce.* Pr. " Thomas " Stapleton student in divinity translated." Lond. MDLXXX. 12mo. *Meteorologiam*, Anglice. Lond. MDLXIII. MDLXXX. 8vo. MDCXXXIV. 12mo. Pr. " For as much as we intend in this." *Confutation of Hewlet's reasons why papists refuse to come to church.* Pr. " The papists by long " experience. Lond. MDLXXXI. 4to. *Comment upon the Rhemish testament*, Lond. MDLXXX. MDCI. MDCXVII. MDCXXXIII. fol. *Rejoynder to Bristow's replie in defence of Allen's scroll of articles and booke of purgatorie*, Lond. MDLXXXI. 8vo. *Confutation of N. Sanders conc. the supper of the Lord, and the apology of the church of England.* Ibidem. *Defence of the translation of the Scriptures into English against Gr. Marten.* Ad reginam Elizabetham. Pr. ep. " Among the inestimable " benefits." Lond. MDLXXXIII. 8vo. MDCXVII. fol. *Confutation of popish cavils against the writings of W. Fulke.* Ibid. " I were too much to blame." *Two conferences with Edm. Campion in the Tower*, 23 et 27 Sept. MDLXXXI. Angl. edit. a Joh. Field, Lond. MDLXXXIII. 4to. *De successione ecclesiastica, et latente ab antichristi tyrannide ecclesia contra Tho. Stapletonum.* Pr. " Pari " commoditate qua tibi accidisse." Lond. MDLXXXIV. 12mo. *Contra Petrum Farinum pro protestantibus Galliae apologiam*, Ang. Lond. (Cantab.) MDLXXXVI. 8vo. Pr. " It is pitie, that the pre- " sident." *A defence of the censure given upon the books of W. Chark and Mer. Hanmer, by an unknown popish traitor in maintenance of Mr. Campion's challenge.* Pr. " Against this popish and " traiterous." Cantabr. MDLXXXVI. 8vo. *A treatise shewing the natural causes of all kinds of meteors*, Lond. MDCXXXIV. 8vo. Scripsit etiam Anglice *Conciones* varias, *In* 2 *Sam.* xxiv. 1 habit. 26 Febr. MDLXXX. " The place of Scripture, most honourable." Lond. MDLXXX. 8vo. *De fide in Matth.* xv. 21. etc. Lond. MDLXXXVI. 8vo. *Apud curiam Hamptonensem in Revelat.* xiv. 8. MDLXX. 12 Nov. Pr. ded. comit. Warw. " Whereas it pleased your honour." Lond. MDLXXIX. *Apud turrim in Joh.* xvii. 17. MDLXXX. 12 Martii coram quibusd. pontificiis obstinatis. Pr. " The place of Scripture." Lond. MDLXXXI. 8vo. *Apud S. Elphegum Cripplegate in Galat.* iv. 21—31. MDLXXVII. 17 Martii. Pr. ded. magistro Rob. Butler. " Your good wyl toward " me." Lond. MDLXXVII. 8vo. *De fide in afflictionibus apud S. Botulphum Aldersgate*, 15 Febr. MDLXXIII. *in Matth.* xv. 21—28. Pr. " And Jesus, etc. This part of Scripture." Lond. MDLXXIII. MDLXXIV. MDLXXVIII. 12mo. MDLXXXVI. 8vo. *De duobus Abrahae filiis, sive de Christo gratis justificante ex Galat.* iv. Ex Anglico in Latinum translat. per J. Fox; et annexo suo libello de Christo gratis justificante, Lond. MDLXXXIII. 12mo. Fullerus, *Hist. eccl.* xvi. 168. obiter tangit titulum tractatuum hujus Gul. Fulke adversus Brownistas. Quaere an libros supra memoratos intelligat? Obiit 28 Aug. MDLXXXIX. *Fasti Oxon.* i. 96.

FULLER [ROBERTUS] ultimus abbas de Waltham. Scripsit *Historiam, sive cartularium sui coenobii.* MS. olim penes comitem Carliol. Obiit ante 35 Henr. viii. Fuller, *Hist. Waltham.* p. 7. 14.

FULWELL [ULPIANUS] patria Somersetensis, aulae S. Mariae Oxon. alumnus. ULP. FULWELL A. MDLXX ad praesent. dominae reginae institutus est ad rectoriam de Naunton in comit. Glocestr. Atkyns *Glocest.* p. 565. Scripsit, *The eighth liberal science, called Ars adulandi.* . . . . MDLXXIX. 4to. *A pleasant interlude entit.* LIKE WILL TO LIKE, QUOTH THE DEVIL TO THE COLLIER. Lond. MDLXXXIX. 4to. *The flower of fame; being a description in English verse, of the noble acts and vertues and fortunate reign of K. Henry* viii. Pr. pr. " The wyse and sage philosopher." Sub finem est *An account of Ann Bullein and Kath. Parr, and the winning of Hadington.* 2 Edw. vi. Lond. . . . 4to. Citat. in Hollinsh. vol. iii. p. 992. Meminit se meditari *A treatise of the lives of K. Henries wyves.* Claruit MDLXXXVII. *Athen. Oxon.* i. 135.

FULWOOD [GULIELMUS] transtulit in sermonem vernaculum *Gulielmi Grataroli castellum memoriae.* Pr. ded. dom. Rob. Dudleio. " Syth noble Maximilian kyng." Lond. MDLXIII. 12mo. MDLXXIII. 8vo. Scripsit, *The enemie of idlenesse, teaching the manner and style how to endy-*

tean

tean and write all sorts of epistles and letters, lib. iv. *seth forth in English by Will. Fulwood, merchant.* Pr. ded. to the master, wardens, and company of Merchant Taylors, London. Partly verse, partly prose. Lond. MDLXXI. 12mo. " Think not Apelles painted piece. Pr. lib. " The ancient poet " Lucanus." Claruit A. MDLXII. A. Wood. Mf. *Cat.* i. . . 1598.

FUNDALUS. In bibl. Bodl. Mf. NE. B. 3. 16. [Nobilis Hibernus.] Scripsisse dicitur *De raptu animae suae.* Continet visionem ejus de inferno, etc. Forsan rectius *Tundalus*, q. v. infra.

FURMENTERIE [GULIELMUS de la] Anglus [ita nota in fine] frater Minorum. Scripsit *Collectiones varias ex patribus* Pharetram *dictas*, lib. iv. " A conversionis meae primordiis." Mf. bibl. reg. Westmonast. 8. C. xvi. In praefatione haec de nominis ratione habet. " Opus- " culum illud *Pharetram* appellavi, quia sicut in pharetra jacula reponuntur, quibus hostis hostem " —vulnerat—Sic et hic variae autoritates fide dignorum, quae si manu operationis tenemus, " hostem antiquum dejiciemus." . . .

FURNESIENSIS [RICHARDUS] monachus. Scripsit, *Carmina historica de fundatione Furnesiensis coenobii.* Pr. " Anno milleno, centeno, bis duodeno." *Tabulam bullarum papalium et cartarum regiarum ad monasterium de Furnes spectantium.* Claruit circa A. D. MCCCCXII. *Monast. Anglic.* vol. i. p. 705.

FURSAEUS patria Hibernus vel Scotus, A. DCXXXVII patria relicta in Angliam venit, ubi favore regis Sigeberti in loco dicto Cnobersburg (hodie Burg-Castle in Suffolcia) coenobium condidit. Mox Galliam petiit, ibique monasterium Latiniacum, Gallice *Laigny* in dioec. Paris. ad Sequanam fluvium fundavit. Fatis concessit Peronae in Picardia Jan. 16 (quo die festum ejus agitur) A. DCXLVIII, vel, ut alii tradunt, DCLIII. De visione ejus consulas Bedam, *Hist. eccl.* iii. c. 19. et Joh. Capgrav. in *Vita.* Scripsit secundum Dempsterum, *Hist. Scot.* vi. 517. *De vita monastica*, lib. i. Hymnos duos in ejus laudem conscriptos edidit Arnoldus Wion. in *Ligno* suo *vitae.* War. p. 25. Bal. xiv. 79.

G A C

GACE [GULIELMUS] scripsit Anglice, ex Joh. Rivii libro *De stultitia mortalium, Ducem pietatis*, etc. ad Gilb. episc. Bath et Wellen. Pr. ded. tr. " You are not ignorant, as I think." Transtulit in sermonem Anglicum, *Nic. Hemmingii comment. in epist. S. Jacobi.* Lond. MDLXXVII. *Selectas quasdam M. Lutheri conciones.* Lond. MDLXXVIII. 4to. *Martini Lutheri sermones* xxxiv. Pr. ded. tr. dom. Thomae Heneage. " Consydering, right worshipfull, that " saying of David." London. MDLXXXI. 4to.

GAGER [GULIELMUS] scripsit *Meleager, tragoediam.* Oxon. MDXCII. 8vo. *Letter in defence of the plays and the students that acted it.* Extat Mf. Oxon. coll. Univ. J. 18. Cui Johannes Raynolds respondit libro h. t. *Overthrow of stage-playes against Dr. Gager.* . . . MDXCIX. 4to. et Oxon. MDCXXIX. 4to. *Pyramis quinto* Nov. MDCV *sacra*; *poëma heroicum scriptum* A. MDCVIII. Mf. reg. Westmon. 12. A. lix. Contra auctorem nostrum scripsit Guil. Heale libro, cui titulus, *Apologie for women against Dr. Gager, who held it lawful for husbands to beat their wives.* Oxon. MDCIX. 4to.

S. GAILBALDUS sive GOWIBALDUS Scotus in monasterio Mailrosensi educatus, dein S. Bonifacii discipulus et socius; et tandem primus episcopus Ratisponensis. Scripsit, *De constitutione suae ecclesiae*, lib. i. *Epistolas ad Bonifacium magistrum*, lib. i. *Homilias*, lib. i. Floruit anno DCCLXXX. Dempster. vii. 564.

GAIUS a Danis in insulam Maiam fugiens ibi martyrium passus est anno DCCCLXXIV. Scripsit *Conciones*, lib. i. Quae in Maia coenobio usque ad reformationem extare dicuntur. Dempster. vii. pag. 566.

GALDUS sive CORBREDUS ii rex Scotiae xxi. [Sunt qui hunc Galgacum a Tacito appellari existimant, Buchanan.] Scripsisse fertur, *Conciones militares*, lib. i. *Epistolas ad alios Britannos*, lib. i. Claruit A. C. LXXXIV. Dempster. vii. 592. Buchanan. lib. iv.

GALE [THOMAS] chirurgus Londinensis, sui temporis celeberrimus, sub Rich. Ferris primario reg. Elizabethae chirurgo educatus. Chirurgus erat in exercitu regis Henr. viii apud Muttrel MDXLIV, et regis Philippi apud S. Quintin. MDLVII. Scripsit, *Institutionem chirurgici per modum dialogi inter Jo. Yates, Tho. Gale, Joh. Field chirurgicos.* Pr. ded. dom. Rob. Dudlaeo. " If " that be true, right honourable." Dated MDLXIII. *Enchiridion chirurgiae*, lib. iv. Pr. pr. " When as I had for your sake." Dat. MDLXIII. *De vulneribus a pulvere pyrio factis, contra Joh. de Vigo, Brunswick, Alf. Petrum*, capit. viii. Pr. pr. " I am not ignorant, friendlie reader." Dat. MDLXXXVI. [Haec *Praefatio* secundae editioni addita est.] Pr. lib. " Before I do any thing in- " treate."

"treate." *Antidotarium*, lib. ii. "When I had finished my *Institutions.*" Dated. MDLXIII. Quatuor hi libri simul impressi Lond. MDLXIII. 8vo. Et Lond. MDLXXXVI. 4to. *Methodum compendiosam de curatione tumorum contra naturam. De variis ulcerum generibus, eorumque curatione. Comm. in Guidonem de Cauliaco.* Horum trium meminit Gul. Cunningham. in *Epist.* Praef. *Institutioni chirurg. Herbarium continens varia nomina, icones, virtutes, proprietates, etc. plantarum ac herbarum, etc. a chirurgis usitatarum.* Hoc promisit in fine *Enchiridii chirurgici. Brevem declarationem de arte medicinali et officio chirurgi. Epitomen tertii libri Galeni de naturalibus facultatibus.* Hi duo libri impressi sunt cum translatione *Galeni methodi medendi.* Of the art of medicine. "The office of a chirurgeon." 2 edit. Lond. MDLXXXVI. 4to. Claruit Londini senectute confectus A. MDLXXXVI.

GALEON [GULIELMUS] patria Norfolcensis; frater eremita Augustinianus in coenobio Linensi. Oxonii literis academicis operam dedit, et ibi S. theol. professor factus erat. Postea sui ordinis provincialis in Anglia constitutus est. Scripsit, *Conciones per annum*, lib. ii. *Lecturam theologiae*, lib. i. *Disputationes varias*, lib. i. Nonnullaque alia, quae vivus adhuc contulit bibliothecae spectabili collegii sui. Bal. Obiit Lynnae A. MDVII, et in suo coenobio sepultus jacet. Josephus Pamphilus, episcopus Segniensis in *Chronico ordinis fratrum eremit.* edit. Romae MDLXXXI. 4to. fol. 92. b. male contra omnium auctorum fidem, eum A. MD aetatis 90 obiisse dicit. Bal. viii. 60. Pits. 687. *Athen. Oxon.* i. 6.

GALFREDUS S. Albani monasterii abbas; patria Cenomannensis, in academia Parisiensi educatus, inde ab abbate S. Albani Ricardo in Angliam vocatus, scholas aperuit apud Dunstabliam, ubi composuit, et per discipulos repraesentavit, *Ludum sive miracula S. Katherinae.* Postea monachus S. Albani, et ejusdem loci abbas A. MCXIX electus, abbatiamque rexit ad A. D. MCXLVI, quo obiit. Bulaei *Hist. acad. Paris.* tom. ii. 225. Vide M. Paris. in *Vitis abbatum.*

GALFRIDUS BURGODUNENSIS [a] abbas monasterii ad Terenti ripam, mirifice contendebat suam Spartam modis magnificam omnibus facere. Sed animum huc praecipue intenderat, ut Modvennae Hibernicae, foeminae incomparabilis, olim etiam Andraesegae insulae in alveo Terenti fluminis incolae, *Vitam et facta* memorabilia posteris commendaret [b]. Excussa itaque antiquitate penitiori illa Rhepodunensis, Andresegani, Fiburgensis, Trichengamensis, et Castrensis monasterii, quod voluit maxime, effecit [c]. Ceciderant loca illa celeberrima Sovaniae, praeter Castrum, quod Devaniae est, quo tempore Danica tempestas Merciorum misere premebat reges. Nec Andresegae revixit gloria pristina, donec aeterni pietas Vuolfrici Spotti manum novo et monasterii et oppidi Burgodunensis operi commode admovisset. Deus hoc voluit ipse. Nam et fundamenta feliciter ab Vuolfrico jacta superesse permissa sunt, reliquis hinc inde funditus nostro tempore concidentibus. Hanc insignem ob pietatem debet quidem nunc plurimum Burgodunum: debent etiam, atque adeo perpetuum debebunt Terenticolae Henrico octavo, regum facile primo. Ex *Lelando.*

[a] Burtonensis, Ms. Trin. Bal. x. 62. et Pits. in *Append.* p. 840. Voss. *Hist. Lat.* 784. monachus primo Wintoniensis. Coenobii hordarius, et ann. MCXI prior factus est, et inde ann. MCXIV ad abbatiam Burtonensem translatus. Wharton. *A. S.* tom. i. 324. [b] Pr. "Diu desideraveram." Ms. olim in bibl. abbatiae Revesb. Lel. *Coll.* iii. 29. Dictavit vitam et miracula S. Modwennae, pro qua misit in Hiberniam, ut habetur in prohemio ejusdem. *Monast. Angl.* i. 272. *Vita Modwennae virginis Hibernicae, per Gulielmum Edys, Burtonensem monachum*, Ms. Cotton. Cleop. A. ii. Ms. hoc manu recent. attribuitur Galf. Burton. sed revera est Concubranii. Vide Gul. Edys. Baleus, x. 62. ut posteris commendaret, transcripsit Lelandum.

[c] Claruit A. D. MCCXVI. Bal. Pits. l. c. Obiit ann. MCLI. *Annal. Burton.* die Lunae, 4 non. August. *Monast. Angl.* i. 272. Ast 2 August. Whart. *A.* S. tom. i. 324.

GALFREDUS COVENTRIENSIS monasterii prior electus 16 cal. Augusti MCCXVI, et A. MCCXXIII episcopus Litchfeld. et Cov. electus, sed papa electionem cassavit. Scripsit *Chronicon* a Dugdal. in *Antiq. Warwic.* p. 105. citatum. Obiit A. MCCXXXVI. Whart. *A. S.* vol. i. 464.

GALFREDUS DUNFERMELINENSIS abbas, prius monachus et prior ecclesiae Cant. Whart. *A. S.* vol. i. 797. Scripsit *Pro exemptione ecclesiae Scoticae*, lib. i. Claruit A. MCLXXV. Dempster vi. 611. In *Chronico* S. Crucis Edinburg. apud Whart. *A. S.* tom. i. p. 161. Anno MCLIV obiit Gaufridus primus abbas de Dunfermelin; et nepos ejus Gaufridus in loco ejus successit. Et in *Obituario* Cantuariensi apud Wharton. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 797. 2 idus Octobris, sive 5 idus Junii Galfredus hic obiisse dicitur.

GALFREDUS sive GODEFRIDUS de FONTIBUS frater ordinis Minorum S. Francisci, doctor venerandus appellatus, custos erat coenobii sui ordinis Lutetiae Parisiorum. Scripsit, *In magistrum sententiarum*, lib. iv. *Quodlibeta multa*, libros plures. Ms. est in bibl. Baliol. Oxon. continens 14 *Quodlibeta* Godfr. de Fontibus, quorum unumquodque continet quaestiones plures. Pr. "Quaerebantur quaedam circa Deum." Ms. Langb. Idem Ms. in bibl. Merton. Oxon. O. iii. 10. Art. In Ms. Merton. O. iii. 15. sunt *Quodlibeta Godfridi de Fontibus*, [addit manus nupera male] episcopi. Pr. "Quaeritur primo de scientia sacrae theologiae." Valerius Andreas in *Bibl. Belgica*, p. 292. Lovan. MDCXLIII. 4to. meminit cujusdam Godefridi de Fontibus sive Condatensis, Hannovii, episcopi Cameracensis xlviii, qui scripsit *Quodlibeta. Expositionem regulae Minorum*, lib. i. *De infantia S. Edmundi*, lib. i. Ms. Cantabr. in bibl. publ. Ms. bibl. Bodl. NE. F. x. 6. Hunc librum citat monachus quidam Buriensis in *Vita S. Edmundi.* Tempus quo vixit non constat. Pits. *Append.* p. 841. Wadding. p. 143. V. Camden edit. Gibson. p. 380.

GALFRIDUS

GALFRIDUS GRAMMATICUS (annon potius STARKEY) in orientalibus Angliae plagis ortus [quod ipſe in *Praefatione* ad *Medullam grammat.* agnoſcit: "Comitatus tamen orientalium" (Northfolchiae Mſ. d'Ewes) "Anglorum modum loquendi, quem ſolum ab infantia didici, et ſolotenus plenius cognovi."] Frater ordinis S. Dominici praedicator. Pitſ. 679. Grammatices ſtudio operam dedit; ſed propter barbaritatem ei notam inuſſit infamem. Baleus viii. 56. Scripſit, *In doctrinale Alexandri*, lib. iii. *In Joannis Garlandi ſynonyma*, lib. i. "Cum omnis diviſio libri "ſit penes." London. MDIX. 4to. *In aequivoca ejuſdem*, lib. i. "In ſuperiori libro tractavi de." Lond. MDVIII. 4to. *Expoſitiones hymnorum*, lib. i. "Iſte liber dicitur liber hymnorum." Mſ. in eccl. cath. Lincoln. *Hortum vocabulorum, alphabetico ordine fere omnia, quae in Catholico, Breviloquio, Cornucopia, Gemma vocabulorum atque Medulla grammaticae ponuntur, cum vernaculae linguae Anglicanae expoſitione, continentem*, lib. i. "Ut enim multas." *Medullam grammatices; ſive Promptuarium parvulorum ſive clericorum*, lib. i. [Ita incipit Dictionarium Anglo-Latinum intitulat. *Promptuarium parvulorum*, collectum per fratrem praedicatorem recluſum Lenn. epiſc. A. D. MCCCCXL. Mſ. in bibl. D. Sim. d'Ewes bar. 4to.] "Cernentibus ſolicite clericorum." Lond. MCCCCXCIX. fol. Mſ. eccl. Lincoln. H. . . Quod ſequuntur *Nominale*, *Verbale* in cujus margine ſcribitur Galfridus Starkey; quaere annon hoc ſit cognomen Grammatici. In principio exemplaris *Medullae grammatices* per Pynſon. MCCCCXCIX datur ſequens notula antiqua Mſ. "Nomen com- "pilatoris iſtius libri eſt frater Ricardus Frances, inter quatuor parietes pro Chriſti incluſus." Vid. Thomae Hearne *Gloſſar. Petri Langtoft.* p. 625. *Praeceptiones pueriles*, lib. i. Praedicta opuſcula omnia Baleus dicit ſe vidiſſe Pariſiis. . . et Londini. . . impreſſa. Scripſit etiam *In poëtria nova*, lib. i. Mſ. Oxon. in bibl. Baliol. Pitſ. Hujus operis alius autor eſt, videlicet Galfridus Vineſauf. Ita nota Mſ. Langb. in A. Wood. Mſ. Claruit A. D. MCCCCXC. Bale et Pitſ. locis citatis.

GALLOFRIDUS [a] MONUMETENSIS, dictus ARTURIUS [b], Monovagae, quae celebris et antiqua urbs eſt Cambriae, poſita quidem inter duos fluvios, Monam et Vagam, unde et nomen ſumpſit, natus erat. Num tamen ibidem in bonis literis ad maturam uſque aetatem informatus fuerit, certo adfirmare non poſſum: ut neque utrum monachus [c] fuerit; quanquam utrumque aliquam veri ſpeciem prae ſe fert. Nam Monae Benedictinorum coenobium nuper erat, ſed cujus antiquitatis mihi incertum: et illis temporibus ſoli fere monachi, cum alibi, tum praecipue in noſtra Britannia, docti erant. Cauſa autem haec fuit. Nondum Iſidis Vadum, non Granta, florentes nunc academiae, alte capita extulerant: emerſerant tamen; ſed ita, ut Danica * barbarie, vi, furore aliquoties deprimerentur. Quare quae celebria erant monaſteria, erant etiam et gymnaſia, perinde atque olim ante diminutum Saxonum imperium: monachique non ventrem lautis epulis, ſed animum pulcherrimis ſtudiis perpaſcebant. Quid multis in confirmanda conjectura moror? Illud liquido conſtat, Gallofridum, quantum tempora patiebantur, nec carmine, nec ſoluta oratione indoctum fuiſſe: id quod ne ipſi quidem Itali, qui, tum non uſque adeo pure et exacte Latine, vivebant, mihi pernegarent: quanquam non haec res mihi curae eſt, ut autorem ab eloquentia laudem. Aliud eſt longe nobilius, illuſtrius, magnificentius, quod me ſedulo hortatur monetque, immo jubet potius cogitque, ut illum, idque accurata oratione, extollam. Solus etenim eſt, qui diligentia ſua, nunquam ſatis laudata, bonam partem Britannicae antiquitatis ab interitu plane vindicavit [d]: rumpantur ut ilia Codris, aliter et ſcribentibus et ſentientibus. Non tamen ſum uſque adeo malus rerum aeſtimator, ut putem Gallofridum tanta et tam integra fide in ſcribenda hiſtoria fuiſſe, ut nunquam a vero latum culmum erraverit: cum manifeſte liqueat incerta pro certis, vana pro veris ab illo eſſe aliquoties ſcripta [e]. Et quis, obſecro te, candide lector, inter hiſto-

* Dacica Mſ. Lel. Trin.

[a] Videſis Voſſ. *Hiſt. Lat.* 419. Sheringham c. 1. *De orig. Anglorum.* Cave. 674. Blunt. 273. Craig. p. 114. etc. Winn's *Preface* to Caradoc's *Hiſtory.* [b] Gallofridus Monumetenſis, dictus Arturius, a patre fortaſſis Arthuro, ſecundum morem gentis, fortaſſe etiam ab Arthuro rege, de quo multa ſcripſit. Godw. [c] Monachus Benedictinus. Id. p. 654. Fuit Monumetenſis eccleſiae archidiaconus, et poſtea A. D. MCLI. (MCLII. Whart. *De eccl. Aſſav.* p. 306.) epiſcopus Aſſavenſis (Cave.) Sed nunquam, uti Centuriatores Magdeburgenſes, autoritate Pontici Virunnii niſi, errarint, cardinalis, et per plures annos gubernator generalis apud Robertum regem ipſius. Godw. Voſſ. l. c. Turbatis Walliae rebus, ut ſibi melius aliunde proſpiceret (ſi modo idem ſit Godefridus ille epiſcopus Aſſaphenſis, de quo loquitur Rog. Hovedenus *Annal.* par. poſt. fol. 311. quod plane veriſimillimum videtur) in Angliam ſeceſſit, ab Henrico rege benigne ſuſceptus, qui monaſterium Abbendon. abbate tunc viduum, ei in cuſtodiam tradidit. Anno MCLXXV habita Londini ſynodo eccleſiae Aſſaphenſis, clerici ab archiepiſcopo Cantuarienſi petierunt, ut vel Godefridus eccleſiae ſuae redderetur, vel alius in ejus locum ſubrogaretur. Dilemmate illo conſtrictus Galfridus epiſcopatum ſponte reſignavit, ſperans ſe coenobii ſui regimen retenturum, ſed utrumque perdidit. Cave. Galfridum Monumetenſem a Godefrido illo diverſum, et an. MCLIV obiiſſe, tradit Wharton. *Aſſav.* p. 306. [d] Audias alibi Lelandi de Galfrido judicium, *Coll.* ii. p. 21. "Mihi "quidem videtur Galfredus hunc librum hiſtorice potius "ſcripſiſſe *De vita Merlinis Silveſtris*, quam ejus prophe- "tias Latinitate donaſſe. Rurſus quanquam liber *Hiſtoriae* "fidem plerumque ſequitur, ſubinde tamen Cambrorum "more vaniſſimas nugas interſerit Galfredus, ſecutus for- "ſan exemplar ejuſmodi vanitatibus aſperſum."

[e] Totus proceſſus de Bruto illo eſt poëticus potius quam "hiſtoricus." Haec ex ſcriptis Johannis Whethamſted, abbatis S. Albani, citat Joh. Norden in *Spec. Brit.* p. 3. "Galfr. Monumet. invidulus genti et gentis regibus An- "glorum eſſet." Vid. Jo. Walingford. *Chron.* edit. Gal. 539. Galfridi Monumetenſis, quem et Arturium compellant, diverſa plane erat fortuna: eum tuetur Johannes Price, eques auratus; laudant Lelandus, Pitſeus, et Baleus; excuſat Voſſius: acriter interim inſectantur Giraldus, Gulielmus Neubrigenſis, Joannes de Whethamſted, Baronius, Poſſevinus, et Polydorus Virgilius. Certe eas, quas narrat, ſive fabulas, ſive hiſtoricas, Gallofridus, aliunde hauſtas eſſe conſtat, ideoque hiſtoriae fides in univerſum minime in dubium vocanda eſt, hiſtorici vero credulitas fortaſſe cenſura non caret. Sane hanc de Bruto hiſtoriam ſtrictim recenſet Henricus Venantodunenſis, quam in Beda, inquit,

historicos in eodem luto non haesit? Gallofridus tamen in primis veniam meretur, qui ingenue fatetur, se tantum interpretis usum fuisse officio; id est, historiam Britannicam, Britannice scriptam, Latinitate donavisse *. Summopere delectabatur lectione antiquarum rerum, maximeque Britannicarum. Delectabatur etiam doctorum consuetudine: unde intervenit illi familiaritas cum Gualtero, archidiacono Isiacorum, homine ejusdem prorsus instituti et animi: nam tam diligenter vetereis bibliothecas invisebat, avidus quam qui maxime eruendi docta veterum autorum in lucem monimenta. Quod cum aliquandiu strenue fecisset, et casu inter Armoricanos diversaretur, incidit in historiam Britanniae, Britannice scriptam. Tum vero, tanquam ingentem nactus thesaurum, impendio gaudebat; pauloque post in Angliam transferetans, librum Gallofrido, viro citra controversiam in Britannica lingua exercitatissimo, transferendum tradidit. Atque hic fuit Gualterus, ne quis ignoret, qui de rebus nostris proprio marte privatam a Britannica, ut autor est Ranulphus Castrensis, *Historiam* scripsit. Gallofridus vero, antiquo exemplari, supra quam cuiquam credibile est, delectatus, *Historiam Britannicam* Latinitate donavit, inque octo libros [f] divisit; quos Roberto, duci Claudiano, postea dedicavit, Transtulit etiam in Latinam linguam *Prophetias Merlini Ambrosii* [g]; quas addita praefatione, Alexandro, episcopo Lindensi, commendavit: quanquam in multis exemplaribus libellus ille historiae Britannicae, a Gallofrido translatae, tanquam quartus inseritur: quo modo si sumas, Britannica historia novem libros continet. Praeterea *Vitam Merlini Caledonii*, ad Robertum episcopum, non contemnendo edidit carmine [h]; quod ego nuper avide legebam, cum essem Glessoburgi Somurotrigum. Pollicebatur etiam 2 cap. octavi libri *Historiae Britannicae*, translaturum se, ex lingua Britannica in Latinam, librum *De exilio ecclesiasticorum virorum Britanniae:* quod num fecerit, nondum satis cognitum habeo. Aliud tamen, idque memoria non indignum, cognitum habeo ex *Annalibus* Joannis, abbatis Burgensis; nempe Gallofridum designatum fuisse episcopum Elviensem anno D. MCL. Est enim Elvium sedes episcopalis in citeriori parte Cambriae, ab Elvio fluvio praeterlabente sic dictum; Britanniceque vocatur Llan-Elwi, id est, locus vel ecclesia super Elvium fluvium posita: sed recentiores nomen loco indidere fanum Asaphi. Sed jam finis esto nostrae de Gallofrido orationis; qui in pretio fuit, regnante in Anglia Henrico primo [i]. Ex *Lelando*.

inquit, non inventam in aliis autoribus reperi. At Henricum Galfrido seniorem fuisse, plusquam vero simile est: Henrici enim historia in anno ultimo Stephani explicit, viz. in anno MCXLVIII neque eum postea diu superfuisse suspicio est; at Gallofridus episcopus designatus est A. MCL, imo, uti ex *Chronico* Londinensi constat, priorum Henrici primi temporum historiam contexuit A. D. MCLXX, ideoque temporis ordinem, uti saepe usu venit, parum accurate observavit Lelandus. Commentitiam itaque hanc Bruti historiam nec a Gallofrido, nec a Gualtero Calenio, qui suppar Galfr. fuit, confictam fuisse, plana res est. Britannos quidem Trojanorum reliquias et Bruti nepotes a Bardis olim Britannicis appellatos fuisse, extra dubium est; et pervulgata haec fuit in eorum cantilenis fabula; imo et si ab aliis gentibus non derivata, certe etiam apud alias recepta: non enim solus Humibaldus futilis scriptor, sed et Sigebertus Gemblacensis, qui ante Gallofridi aetatem obiit, viz. ann. MCXIII Bruti et Trojanorum per Europam iter satis accurate scripsit; utcunque eum a deliriis istis nuper repurgandum censuerit Albertus Miraeus. Sane si Giraldum Cambrensem audiamus, mos erat apud Cambros cantores principum in libris eorum antiquis et authenticis a Roderico Magno ad Aeneam, ab Aenea usque ad Adum generationem linealiter producere. Qui vero anilibus fabulis pondus addiderit, qui tralatitias egregie nugas exornarit, inter primos erat Gallofridus, quem postea Ponticus Virumnius, homo inter Italos non ineruditus, in epitomen redegit. Qui vero ex Taliessini Gurguntii et Gildae Cambrii testimoniis in subsidium vocatis Gallofrido fidem astruunt, uti nuper Sheringhamus et olim Priceus, id videant oportet, ne in medium historiarum praestigias pro historiis adducant. Hanc Gallofridi historiam ea, qua solet, modestia convellit Camdenus, *Brit.* p. 4. Porro ait, nullum ante nostrum auctorem hujus de Bruto fabulae mentionem fecisse: id vero falsum est. Illud non omittendum, hanc de Bruto historiam autoritate parliamenti olim fuisse communitam. Vid. Mat. Westm. A. MCCCI. *Epistolas* Edv. i. et procerum ad papam.

[f] *Historiae* prima et simplex versio libros tantum quatuor comprehendens, nunquam typis mandata, sed Cantab. in coll. Corp. Chr. [D. vii. P. x. Miscell. xxi.] dicitur haberi. Idem etiam opus forsan secundum quaedam mutatum typis mandatum est libris octo, et operis prooemium incipit, "Cum mecum multa de multis." Pr. operis, "Britannia insularum optima." Ms. episc. Mori Norwic. 91. et Ms. 908. Ms. Gresham. 10. Ms. Oxon. coll. Nov. 299. sine distinc. librorum. Dicitur etiam haberi Ms. Cantab. in bibl. publ. Secundum ampliorem editionem imprimunt nonnulli sub hoc titulo (nam idem esse opus existimo) *Chronicon vel Historiam Britonum*, lib. xii. "Descriptio quantit." Pits. p. 217, seq. Editio Ascensiana Paris. MDXVII. 4to. novem continet libros, ejusdem principia eadem cum *Historia* octo libros complente a Pitseo memorata. Extat etiam inter *Scriptores Britanniae minores*, Heidelberg. MDLXXXVII. fol. lib. xii. Et Anglice interprete A. Thompson, cum praefatione satis longa, Lond. MDCCXVIII. 8vo.

[g] Lib. i. (multis de suo additis) "Coëgit me Alexander "Lincoln." Bale. ii. 86. Ms. Norwic. More, 131. Prodiit cum explanationibus Alani de Insulis, Francof. MDCIII. 4to. Cave. *Epistola ad Alex. Lincoln. praesulem, super prophetiis Merlini*, Ms. extat in bibl. Cotton. Cleop. C. x. 2.

[h] Ultra saeculi genium limato. Pr. "Vatidici vatis." Ms. Cotton. Titus, A. xix. "Fatidici vatis rabiem "musamque jocosam." Ms. in bibl. Cotton. Vesp. E. iv. Scripsit etiam secundum Bal. ii. 86. et Pitseum, l. c. *De corpore et sanguine Domini*, lib. i. "Galfridus peccator in praesenti." Ms. Cant. in coll. Corp. Chr. juxta Pitseum. *In fragmentum Gildae*, lib. i. "Gildas, vir grandis auto- "ritatis." *Ad Gualterum Oxon.* lib. i. *De rebus gestis R. Arthuri*, lib. i. *Carmina diversi generis*, lib. i. Ms. Bale. Glyn. *De processu R. Arthuri*, lib. i. In quo narratur quod in Suthwallia, urbe Legionum, fuerunt astrologi et philosophi in omni arte eruditi, etc. Ms. Bale. Glyn. *Tempora Henrici secundi*, lib. i. Add. Bal. in Ms. Trin.

[i] De certo tempore mortis non constat, Cave. l. c.

* Hic loci in Ms. Bodleiano sequitur longa, et bene erudita disceptatio adversus Polydorum Virgilium (quem Codrum appellat) de Arturio rege; sed propria autoris manu ideo ὀβελοῖς confossa, quod singularem ea de re tractatum perscripserat.

GALFREDUS O HOGAIN Minorita coenobii Nenaghlensis in agro Tipperariensi. Scripsit *Annales sui temporis ab* A. D. MCCCXXXVI. ad. MCCCLXX. Qui Mss. extant. War. p. 73. Wadding. p. 143.

GALFREDUS LANDAVENSIS aliis STEPHANUS, ſeu ESNI praenominatus, Urbani Landavenſis epiſcopi frater, et ejuſdem eccleſiae decanus. Scripſit, *S. Teliavi vitam*, lib. i. " Sanctus iſte, fratres chariſſimi." Hanc ex cod. Cotton. Veſpaſ. A. 14. deſcripſit Wharton. *A. S.* tom. ii. p. 662. *Regiſtrum ſive hiſtoriam eccleſiae Landavenſis*; quod in honorem Teliavi epiſcopi *Teilo* vocatur, lib. i. anno ab incarn. Dom. CLVI. Quaedam ex codice eodem Cotton. et codice coll. Corp. Chr. Cantabr. dedit Wharton. *A. S.* tom. ii. p. 667. Alia etiam hujuſce *Regeſtri* excerpta habentur *Monaſt. Anglic.* tom. iii. p. 188. Vid. Lhuyd *Arch. Brit.* 259. Floruit A. D. MCXX. Whart. *A. S.* tom. ii. pr. xxvii. Cave. ii. p. 383.

GALFREDUS de NOTTINGHAM forſan monachus de Pontefracto. Scripſit *In laudem venerabilis Thurſtini archiep. Ebor. verſus.* Pr. " Thurſtini mortem mereo, plus moereo ſortem." Mſ. Cotton. Titus, A. xix. 13.

GALFREDUS ROMAEVALLIS, monachus Ciſtercienſis. Scripſit *Sermonum ſuorum opus*, lib. i. " Si filius Dei es, mitte te." Hoc Londini olim vidit Baleus in officina Reyneri Wolphii, tunc regii typographi. Quo tempore floruit, non conſtat. Bal. xii. 39. Pitſ. *App.* 842. Galfredus de Romeval, monachus et praecentor eccl. Chriſti Cantuar. MCCXC. *Regiſt.* eccl. Chriſti Norwic. Mſ. Fuit clericus archiepiſcopi MCCXCIV. *Regiſt.* Winchelſ. f. 160.

GALGACUS dux Britannorum contra Romanos: Scripſiſſe fertur *Epiſtolarum et orationum* lib. i. Oratio i extat in Tacito. Claruit A. D. LXXX. Pitſ. p. 72. Vid. Tacitum in *Vita Agricolae.* Et Mackenz. contra Stillingf. p. 44.

S. GALLANUS unus e xii diſcipulis S. Columbae, abbas monaſterii in Jona inſula: Scripſiſſe fertur, *Acta magiſtri Columbae*, lib. i. *Exhortationem ad monachos*, lib. i. Obiit A. DCXXIII. Colitur 11 Septemb. Dempſter. vii. 556. Vide eundem, p. 298.

GALLUS gente Hibernus (War. Wallafr. Strabo.) Scotus Albanenſis (Dempſter.) a S. Columbano educatus una cum eo in Britanniam, et deinde in Galliam trajecit, et in coenobio Luxovienſi monachus erat. Illius ſuaſu Sigebertus rex Auſtraſiae monaſterium condidit in Helvetia, vulgo St. Gall appellatum, et inter majora ſive Germaniae ſive Italiae hodie annumeratur. Epiſcopus Conſtantienſis electus eſt, ſed Joannem diſcipulum praefici curavit. Scripſit, *Orationem habitam in conſecratione Joannis epiſcopi Conſtantienſis.* Pr. " Sempiternus et inaeſtimabilis Deus." Extat apud Caniſ. *Antiq. Lect.* tom. v. p. 896. deinde in *Bibliothecas patrum* relata eſt: Et inde apud Meſſingham, *Florileg.* p. 415. *De forma gubernandi eccleſiam*, lib. i. Mſ. in bibl. Monaſt. S. Galli in Helvetia. *Epiſtolam ad Deſiderium Cadurcenſem epiſcopum.* Pr. " Dum talis nuncius." apud Uſſer. *Epiſt. Hibern. ſylloge*, p. 23. *Epiſtolas alias* apud Caniſium, l. c. p. 526. *Monita ſalutaria ad Wulmarum* (*Willimarum* potius) *preſbyterum. Pſalterium.* Quaere S. Galli opera a Caſpare Barthio cum commentariis ſuis edita, Francof. MDCXXIII. 8vo. Obiit 16 Octob. (in feſto S. Mich. Dempſterus) A. DCXXXV ſeu DCXL. aetatis 95. Arbonae, et in Caſtro Burgvirio ſepultus eſt, Bale. Vide *Praefat.* in *Bibl. patrum*, tom. xvii. Pariſ. MDCLIV. *Vitam* ejus deſcripſit Wallafridus Strabo, abbas Augienſis, quae apud Surium extat ad 16 Octobr. et inter *Alemannicarum rerum ſcriptores* edit. per Melch. Goldaſtum. Francof. MDCVI. f. Et in *Florilegio Hib.* per Meſſingham. p. 257. Eandem metrice ſcripſit Notkerus, cujus partem aliquam edidit Caniſius, tom. v. *Lect. antiq.* War. p. 19. 20. Bale. xiv. 14. Cave. p. 452. ſeq. Scripſit etiam, juxta Dempſterum. vii. 557. *Conciones*, lib. i. *Super evangelium*: " Ecce nos relinquimus omnia," etc. lib. i.

GANDAVUS [a] [SIMON] Londini [b] natus, at a Gandavo [c] urbe nobiliſſima oriundus, unde et paternum genus; liberalium artium, liberalis et ipſe, cultor magnus fuit: nec tamen ita ſtudebat linguarum puritati, ut nervos, vim, ac robur naturae, et reconditae ſapientiae poſtponeret; contentus interim doctior, quam eloquentior haberi. Aetas autem ubi maturior, jam eum nullis non virtutum titulis florentem [d] perſenſerat, in medium duce virtute comite fortuna produxit, et principi ita commendavit, ut paulo poſt, mortuo Nicolao Longoſpathario, epiſcopo Severiano, orto ex clariſſima comitum Severianorum ſtirpe, eidem eccleſiae antiſtes praeficeretur circa annum Dom. MCCXCVII [e]. Ad otium igitur placidum honeſtis conjunctum negotiis ſe commodum tranſtulit; in quo multa per frequenteis conciones docendo, et libellos ſcribendo, exempla virtutis immortalia prius exhibuit. Edidit inter caetera libros ſeptem *De vita ſolitaria* [f] ad virgines Terentinas, Duriae [g] cultrices [h]. *Paralipomena* Gervaſii Durovernenſis *Hiſtoriae* adjuncta, et *Chronica* Severianae eccleſiae honorificam faciunt de Simone mentionem [i]. Ex *Lelando.*

[a] Simon Gandavenſis, ſive de Gaunt. [b] Hiſt. Roff. [c] Flandrorum, inſerit Mſ. Lel. Trin. [d] Sim. de Gandavo, archid. Oxon. MCCLXXXIV. (*Reg.* Peckham) cui archiepiſcopus Winchelſey contulit praebendam vacantem in eccleſia Sarum, 5 cal. Maii MCCXCV. *Regiſt.* Winchelſee, f. 169. Item archid. Oxon. electus in cancell. acad. admiſſus eſt per epiſcopum Lincoln. 3 cal. Jan. MCCXCI. *Regiſt.* Oliveri Sutton. epiſcopi, cui officio ceſſit MCCXCIII. Ibidem. [e] Conſecratus Cant. 13 cal. Nov. MCCXCVII. *Reg.* eccl. Cant. [f] Sive, *Regula anachoritarum*, lib. vii. [lib. viii. Mſ. Cotton.] Pr. " Recti diligunt te. Cant. 1. Verba ſunt." Mſ. Oxon. in coll. Magdal. 67. Vide etiam Mſ. Cotton. Nero, A. xiv. et Mſ. Vitell. E. vii. 6. [g] Seu Dorſetiae, Mſ. Lel. Trin. [h] Scripſit etiam, *Ad ſuos ſacerdotes*, lib. i. *Statuta eccleſiaſtica*, quibus eccleſia Sariſburienſis hodie magna ex parte regitur. Godw. *Meditationem de ſtatu praelati*, lib. i. Mſ. in bibl. Luml. Extant Mſ. in coll. Baliol. 199. (James) f. 217. b. Simonis epiſcopi Sareſb. *Literae ad Bonifacium pontificem Romanum*, in quibus fuſe queritur de dignitatibus et praebendis eccleſiae Sarum in extraneos collatis, unde cura eccleſiae negligitur, poſſeſſiones et libertates in judiciis auferuntur, ſcandalium oritur, etc. Unde remedium implorat. Pr. " Excellentiſſimo, etc. Licet " veſtrae benignitati magnificae." Dat. Rameſberiae 4 cal. Apr. MCCCII. [i] Claruit anno MCCXCVIII. Bal. iv. 73. Pitſ. p. 384. Obiit circa ann. MCCCXIV. Godw. p. 402. Ann. MCCCXIV. [4 non. Apr. *Chronic. Sarum*, Mſ. Cott. Cleop. B. iv. 2. A. MCCCXV. 31 Maii. *Annal. Lond.* Mſ. Cott. Cleop. A. vi. 2.] die 2 Apr. juxta *Obituarium Sarum.*

S. GANFREDUS (vide Dempster. p. 310.) Scotus primum Altissiodori Petri Abelardi discipulus fuit, dein ad S. Bernardum fugit, cujus regulam amplexus est, et ei ab epistolis erat. Scripsit *Praefationem in lib.* iii. *de vita S. Bernardi*, lib. i. Extat apud Surium, tom. iv. p. 252. *Contra Petrum Abelardum*, lib. i. *In Apocalypsin Joannis*, lib. i. *Epistolarum ad diversos* lib. i. Quarum aliquae Mss. extant in Paracletensi in Tricassinis coenobio, et apud Paulum Petavium senatorem Parisiensem. Claruit A. MCLX. Dempster. vii. 577.

GARBRAND [JOHANNES] alias HERKS, filius Garbrandi Herks Belgae, bibliopolae Oxoniensis in parochia S. Mariae natus; in schola Wickhamica Winton. literis imbutus; inde ad collegium Novum Oxon. transmissus, socius evasit perpetuus A. MDLXII: quo anno procurator fuit cleri dioec. Sarisbur. in synodo. A. MDLXV favore Jewelli episcopi factus erat praebendarius de Yatesbury in ecclesia Sarum, et minoris partis altaris in eadem ecclesia. A. MDLXVII collegio valedixit; et A. MDLXVIII donatus est praebenda de Chute et Chisenbury in dicta ecclesia, et rectoratu de Crowley septentrionali comit. Bucking. Habuit etiam praebendam de Taunton, quam resignabat A. MDLXXVIII. *Regist.* Wells. A. MDLXXXII gradu doctorali in S. theologia insignitus est. Joh. Jewellus testamento huic Johanni legavit omnia Mss. sua (*all his papers, writings, and notes of all his travels in God's vineyard, and other devises of learning.*) Ita *Praef.* ad Wilsoni librum *De usura:* Cui libro praefixit hujus Johannis Garbrandi *Carmen* decasticum Latine. *Perfecit, correxit, et edidit* quaedam Joh. Jewelli opera Anglicana, viz. *A view of a seditious bull sent into England from Pius* v *pope of Rome*, A. MDLXIX. *A short treatise of the Holy Scriptures*, Lond. MDLXXXII. 8vo. *An exposition on the two epistles to the Thessalonians*, Lond. . . . . 8vo. *Certain sermons preach'd at Paul's Cross*, Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Treatise of the sacraments, gathered out of certain sermons preach'd at Salisbury*, Lond. MDLXXXIII. 8vo. Extat *Epistola* hujus Johannis praefixa *Sermonibus* Jewelli Lond. MDLXXXIII. Obiit et sepultus est in ecclesia de Crowley A. MDLXXXIX. *Athen. Oxon.* i. 241.

GARDINER [GERMANUS] Stephani Gardiner episcopi Winton. affinis, in familia ejus tanquam domesticus enutritus. *Epist.* fol. 13. Henr. Stalbridge. Scripsit *A letter of a young gentylman named mayster German Gardiner—wherein men may see the demeanor and heresy of John Frith late burned; and also the disputations and reasoning upon the same, between the same Mr. German and him.* Pr. "Albeit I doute not ye do from time: dated from Ashare." Aug. 1. Lond. MDXXXIV. by Will. Rastall. 8vo. Suprematum regium agnoscere nolens patibulo Tyburnensi suspensus fuit 7 Mart. MDXLIII—IV. Stow. 586. Henr. Stalbridge in *Epist. contra episcopos.*

GARDINERUS [STEPHANUS] obscuris parentibus apud Buriam S. Edmundi in comit. Suffolc. natus, in academia Cantabrig. studia philosophica et juridica excoluit, et A. MDXXI (Mss. Inett.) legum doctor atque aulae S. Trinitatis praeses fuit renunciatus, et vulgari nomine doctoris Stephens, antequam infulatus mysta esset, appellatus. Archidiaconatum Norfolk. 1 Mart. MDXXIX susceptum resignabat ante 2 April. MDXXXI. *Regist.* Norw. xiv. Secretarius fuit regius ad curiam Romanam legatus; archidiac. Leicestr. A. MDXXXI installatus, A. Wood. Mss. Godw. Cardinali Wolsaeo ab epistolis erat tempore tractatus Mori, rege Galliae existente captivo, Fox. 1 edit. p. 828. A. MDXXXIV episcopus Wintoniensis consecratur; sed A. MDXLVIII in turrim Londinensem conjectus, post biennium episcopatu privabatur. Maria autem sceptrum capessente dignitati priori restitutus, summus Angliae, uti etiam academiae Cantabrigiensis, cancellarius evasit. Scripsit, *De vera obedientia* lib. i. "Dum ipse praesentem ecclesiae statum." Lond. MDXXXIV. MDXXXV. 4to. Et Hamburgi cum *Praefat.* Bonneri: Pr. "Existimanti mihi et cogitatione "mecum." MDXXXVI. 4to. Impress. in monarchia S. Romani imperii edita per Melch. Goldastum, tom. i. p. 716. Francof. MDCXXI. fol. Anglice, per M. Wood. Roan. MDLIII. 8vo. Romae MDLIII. 8vo. et 24to. *Palinodiam dicti libri*, lib. i. *Confutationem cavillationum quibus eucharistiae sacramentum ab impiis Capharnaitis impeti solet*, lib. i. Pr. pr. "Si quaeras unde tam "numerosa." Pr. lib. "Credimus Christum Deum ex Deo esse." Paris. MDLII. 4to. sub nomine M. Ant. Constantii theologi Lovaniensis, Lovan. MDLIV. 8vo. *Epistolam ad M. Bucerum qua cessantem hactenus et cunctantem ac frustatoria responsionis pollicitatione orbis de se judicia callide sustinentem urget ad respondendum de impudentissima ejusdem pseudologia justissimae conquestioni ante annum editae.* Pr. pr. "Miseram nostrorum temporum conditionem agnoscant." Pr. ep. "Post diutinam." Lovan. MDXLVI. 4to. *Contra convitia Martini Buceri*, lib. i. "Post diu-"tinam expectationem." Lovan. MDLIV. *Conquestionem ad M. Bucerum de impudenti ejusdem pseudologia*, lib. i. "Tertius jam annus agitur." Lovan. MDXLIV. MDLIV. 4to. *Wintoniensis epistolam ad M. Bucerum*, qua defendit hanc assertionem contra ipsum et Alesium, *Contemptum humanae legis justa autoritate latae gravius et severius vindicandum, quam divinae legis qualemcunque transgressionem.* Pr. "Nimis invidiosum foret committere." Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. A. 255. *Exetasin testimoniorum, quae M. Bucerus minus genuine e patribus produxit de dono coelibatus*, lib. i. Pr. pr. "Quod a me factum iri Bucerus." Dat. A. D. MDXLVIII. Pr, lib. "Nae, "tu Bucere, luctatores." Lovan. MDLIV. 4to. *A declaration of those articles G. Joy hath gone about to confute*, lib. i. Pr. pr. "God give the (gentle reader) judgement." Lond. MDXLVI. 4to. et 8vo. *An explanation and assertion of the true catholick faith, touching the most blessed sacrament of the aulter; with a confutation of a book written against the same.* Pr. "Forasmuch as amonge "mine allegations." . . . MDLI. 12mo. Rothomagi . . . 8vo. Extat una cum *Responsione* Cranmeri, Lond. MDLXXX. fol. Cranmerus enim librum scripserat defensorium contra concionem

S. Gar-

S. Gardineri; et haec explanatio et assertio fidei catholicae, etc. est responsio ad Cranmerum; cui replicat Cranmerus. *Detection of the devil's sophistrie robbing the people of the true bylaef in the sacrament of the aulter.* Pr. pr. "Consyder (gentle reader) how ful." Lond. MDXLVI. 8vo. *Annotationes in dialogum Johannis Oecolampadii cum suo Nathanaele de mysterio eucharistico disceptantis.* Pr. "Quod me de Oecolampadii *Dialogo* consulis." Mſ. Lambeth. 140. fol. *Contra vulpem Turneri*, lib. i. *Contra articulos Joannis Hoperi*, lib. i. "Det tibi, Deus candide." *In carcere pro eucharistia contra Harleum episcopum Hereford.* Lovan. MDLIV. *In carcere pro eucharistia contra Petrum Martyrem vel Cranmerum sub M. Antonii Constantii nomine*, lib. i. *The necessary doctrine and erudition of a Christian man, publish'd under king Henry* viiith's *name. Apologiam ad Cantuariensem*, lib. i. *Ad Thomam Smithum.* In bibl. reg. Westmon. sunt tres libri doct. Thomae Smith *De recta pronunciatione Graecae linguae*; ad quorum finem est acris *Responsio Gardineri data* Sept. 18. cujus Pr. "Inter gravissimas occupationes Smithe," *De pronunciatione linguae Graecae ad Johannem Checum epist.* iii. "Quod pro suo jure." Basil. MDLV. 12mo. *Pro secundis Henrici nuptiis*, lib. i. *Examinationem superbi venatoris*, lib. i. Fox. Meminit hujus appendix ad *Epist.* H. Stalbridge. Extat in replicatione *Epitome* concionis ejus coram Edw. vi. MDL. Fox. 1788. *Concionem coram rege Edw.* vi. 29 Jun. MDXLVIII. Pr. "Cum venisset Jesus in partes Caesareae, etc. Amongst them." Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. viii. 15. *Collocutionem inter Stephanum Gardiner cancellarium et doctorem . . Hales judicem in aula Westmonast.* 6 Octob. MDLIII. . . . in partibus transmar. . 8vo. *Concerning the article of justification*, Fox. 1 edit. 1382. *Two letters to the councell from the tower*, Stow. p. 600. *Epistolas* v *responsa ad articulos (tempore Edw.* vi.) hujus Gardineri, Fox. p. 1339. ad 1360. *Epistolas* ii *ad Cranmer. et ducem Somerset.* Cranm. *Memor.* per Strype *App.* num. xxxv. xxxvi. *Two penitent letters to the archbishop.* Ibid. p. 69. 70. *Epistolam* i. *ad Bonnerum.* Hollinsh. iii. 1128. *Angry letter to the university of Cambridge.* Pr. "Dabitis hoc mihi pro aequanimitate." Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. ii. 29. *Several letters and orders relating to the university of Cambridge of Steph. Gardiner, while he was chancellor*, Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. P. et Misell. viii. *Letter to Dr. Parker, vicechancellor of Cambridge*, 12 May MDXLV. Strype in *Vita Parker.* p. 19, 20. Transtulit in versus elegiacos, dum in turri Londinensi latebat, *Diversa capita Ecclesiastae, Sapientiae, Jobi, et varia collectanea ex poëtis*, Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. viii. Obiit Westmonasterii (vel apud Albam Aulam) A. MDLV. 12 Novembr. et in ecclesia Winton. sepultus est. Vide Stow. 627. Bal. viii. 88. Pitſ. p. 748. Godw. p. 298. 299. *Fasti Oxon.* i. 50. Fox. 1785. etc.

GARDINER [THOMAS] monachus Westmonasteriensis. Scripsit Anglice *Epitomen historiae Anglicanae a Bruto ad 7 Henr.* viii; *cui titulus:* The flowers of England. Pr. "In the beginning of the war." Mſ. Cotton. Otho. C. vi. Claruit tempore Henrici viii. Fr. Thin. ad fin. Hollinsh. iii. 1590.

GARISDALE [JOHANNES] sophista Oxoniensis, ut videtur, scripsit *De terminis naturalibus*, lib. i. "Natura est principium motus." Mſ. coll. Novi Oxon. 289.

GARLANDIUS [JOHANNES] patria Anglus fuit grammaticus et poëta insignis. Danis Angliam vastantibus ad academias quasdam transmarinas se contulit, et alicubi ludum literarium aperuit. Parisiis studuit A. MCCIV (uti patet ad finem *Carminis* ad Fulconem episcopum London. *De officiis ecclesiae.* Mſ. Cotton. Claudius A. viii.) Ex libri sexti *De triumphis ecclesiae* principio patet, autorem (studiis Parisiis et Andegavi ob bella dispersis) circa A. D. MCCXXIX Tholosam recessisse, ubi per triennium lector fuisse; ibique de computo Paschali docuisse; ibique *epithalamium B. Virginis* composuisse, quod comiti Bituricensi dedicavit; ibique contra haereticos scripsisse; tandem Parisios rediisse dicitur, ubi fuit A. MCCXLV, uti ipse memorat in 8vo libro. Baleus, *Cent.* ii. 48. de eo ait; "quod assidua post honestam educationem diligentia et industria, quam studiis his impendebat, ad unum omnes, qui cum illo una discebant, facile vicit. Qui labor adeo non fuit inutilis, ut inde eximium gloriae nomen sibi statim comparaverit. Nam dexteritate et facundia ejus delectati quidam nobiles, propositis conditionibus honestis illum retinuerunt, ut Latinae linguae elementis et poësi pubem excoleret. Unde brevi ad eum magnus scholasticorum confluxit numerus, quos publicis lectionibus ad honesta studia incitavit." *Rogerus Baconus* in *Operis majoris* quarta parte, ita de Gerlando: "Gerlandus famosus, quem omnes computistae sequuntur et astronomi in tractando ea quae ad computum pertinent, etc." Alibi vero in *Opere* suo *Minore* cap. vii, ubi de vocabulis quibusdam critice disputat, meminit cujusdam Johannis Gerlandi, quasi contemporanei sui, quaerens enim an sit legendum *Oricalcum* an *Auricalcum* sic ait; "Et ideo magister Johannes de Gerlandia vituperavit omnes, sicut ego ex ore ejus audivi," etc. Sed Baconus hoc scripsit circa A. D. MCCLXVII, ut ex ipsius liquet operibus, quam aetatem Garlandius noster vix attigisse dicendus. Vide tamen, annon duo illius nominis autores extiterint. A. Wood. Mſ. Pitſ. Scripsisse fertur, *De mysteriis rerum quae sunt in ecclesia, ad Fulconem episc. London*, lib. i. "Anglia quo fulget, quo gaudet praesule claro." Mſ. bibl. Bodl. NE. D. 3. 18. Mſ. bibl. Gonvill. et Caii Cantabr. Et Mſ. Cotton. Claudius A. viii. Quaere, annon legendum *De ministeriis. Commentarium in idem opus*, lib. i. "Commentarius iste liber." Mſ. bibl. Gonv. et Caii Cantab. *De miraculis D. Mariae virginis*, lib. i. "Fecit Deus miras mirum." Mſ. bibl. reg. Westmon. 8. C. iv. 3. *Epithalamium B. Mariae carm. hexam. et pentam.* lib. x. Pr. pr. "Aula triumphalis virtutum florida virgo." Scriptum, ut manus nupera notat, a Joh. Garlandio. Ex fine patet autorem Parisiis studuisse tempore Thomae de Chabham, et Guil.

 Altissio-

Altiffiodorenfis et Joh. Sarifb. [In textu Thomae tantum eft, qui interlineatus manu antiqua *De Chabebam* habet: Sed quaere, annon potius intelligendum D. Thomas, quia Tho. de Chabham floruit circa A. MCCCXX.] Mf. Cotton. Claudius A. x. Sequitur in eodem Mf. *De triumphis ecclefiae*, lib. viii. Pr. pr. "Gaudia fuccumbunt lacrimis." Pr. l. "Quis furor, O miferi mortales." Carm. hexam. et pentam. Script. a quodam Johanne, qui tempore Richardi i. Johannis et Henrici iii in Gallia claruit. Plurima habet hiftorica de Anglia. Praecipua quae habentur in primo libro, funt *Elegia cupiditatis et de labore et dolore in bellis, etc.* Libro ii. *De bellis regis Franciae et Angliae contra Saracenos: exhortatio de cruce fufcipienda: de caufis belli in Philippum et Ricard. reges.* Lib. iii. *De peregrinatione regum Philippi et Ricardi ultra mare et de geftis eorum: De interdicto Angliae et difcordia baronum: De adventu Ludovici in Angliam, ejufque fuga, etc.* Lib. iv. *De bellis ecclefiae contra Albigenfes.* Lib. v et vi. de iifdem. Septimus eft liber *Elegiarum.* Lib. viii. varii generis. *Compendium grammaticae*, lib. i. Carmine. "Grammaticam trivialis apex. Mf. bibl. Gonvil. et Caii Cantabr. *Morale fcholarium*, lib. i. Ibid. Edidit Parifiis Bulaeus, i. 404. *Dictionarium de dictionibus obfcuris cum commentario*, lib. i. "Dictionarius ad res explicandas." Mf. bibl. Gonv. et Caii Cantabr. Pr. Comm. "Sacerdos ad altare acceffurus." *Dictionarius alter hujus Johannis profa.* Pr. "Dictio-"narius dicitur libellus." Mf. Ibid. *Accentarium, five de accentibus*, lib. i. "Ecclefiae facrae "normam modulans." Mf. Ibid. *Unum omnium*, lib. i. "Commoda neglectis dum quaerunt." *Satyricum opus*, lib. i. "Scribo novam tandem fatyram." *Synonymorum opus*, lib. i. "Ad mare ne "videar latices." Lond. per R. Pynfon MCCCCXCVI et MDII. 4to. Et cum *Expof. Galfridi Anglici*, Lond. MDIX. 4to. *Aequivocorum opus*, lib. i. "Auguftus ti. to. Caefar vel." Lond. MDIII. 4to. Cum expofitione, Lond. MDVIII. 4to. *Computum et tabulam principalem et Contra-tabulam*, lib. i. Mf. bibl. Bodl. Laud. K. 61. f. 14. Hujus libri *De computo* meminit Rogerus Infans five Yonge in fuo *Computo*, lib. v. c. 6. ubi conftat Garlandum floruiffe A. D. MLXXX. Scripfit etiam TABULAS, quarum idem Rog. Infans meminit ibidem. In Mf. bibl. Bodl. Digby 190. f. 81. extant tres *Tabulae* breves, quarum (1) h. t. *Tabula principalis Joh. Garlandi* (2) *Contra-tabula de feftis mobilibus.* (3) *Tabula terminorum Pafchalium. Ortolanum*, lib. i. *Cornutum, five difticha hexametra moralia* cum interpretatione. Hageneae. MCCCCLXXXIX. *Auream gemmam*, lib. i. *De poenitentia*, lib. i. *Compendium alchymiae, cum dictionario ejufdem artis, et de metallorum tinctura, etc.* Bafil. MDLX. 8vo. A. Wood. Mf. *Cat.* vi. 67. In Mf. Merton. bibl. Q. iii. 1. plurima de Joh. de Garlandia recitantur. Claruit, tefte Boftono Burienfi, A. MXL. Sed male haec aetas cum auctoris noftri hiftoria et fcriptis concordat. Potius alium Johannem Garlandum recitare voluit Boftonus. Bal. ii. 48. Pitf. p. 184. feq.

GASCOIGN [GEORGIUS] ex generofa et antiqua familia apud Effexienfes oriundus; ftudiis academicis tum Oxoniae tum Cantabrigiae operam dedit, et dein ad hofpitium Grayenfe juris peritorum Londini fe contulit. Mox exteras regiones vifendi cupidus in Belgium trajecit, et militiae nomen dedit; poftea Lutetiam Parifiorum profectus eft, et inde in patriam rediit, atque apud Walthamftow degit, ubi et mortuus eft. Vir inter poëtas fui feculi praeftantiffimus. Scripfit varia poëmata Anglice, *The grief of joy: being certain elegies wherein the doubtfull delights of man's life are difplayed.* Pr. ded. reginae Elizab. "The life of man, moft gracious." Mf. autogr. in bibl. reg. Weftmon. 18. A. lxi. *Flowers* 100 *ex Euripide, Ovidio, Petrarcha, etc. The delectable hiftory of fundry adventures paffed by Dan. Barthelmew of Bath.* Pr. "To tell a tale without autorite." *The reporter.* Pr. "Thefe vanting verfes with a many mo." *The fruits of war. Hearbes*: tam Marti quam Mercurio. In this divifion are conteyn'd: The comedy call'd *Suppofes.* f. 1. The tragedy calld'd *Jocafta.* f. 73. *The fruit of reconciliation.* f. 129. *The force of true friendfhip.* 131. *The force of love in ftrangers.* 132. *The praife of brown beuty.* 134. *The partrydge and the merlyn.* 135. *The vertue of ver.* 136. *The complaint of a dame in abfence.* 138. *The praife of a countefs.* 139. *The affection of a lover.* f. 140. *The complaint of a dame fufpected.* 141. *A riddle.* 143. *The fhield of love.* 144. *The glofs upon* "Dominus iis opus habet." 145. *Gafcoinges counfel to Dive.* 148. *Gafc. counfel to Wythipel.* 151. *Gafc. Woodmanfhip.* 156. *Gafc. Gardenings.* 160. *Gafc. journey to Holland.* 163. *Weeds. The devifes. The fteel glafs.* Satyra. Lond. MDLXXVI. 4to. ad dom. Gray de Wilton. "Right honourable, noble, and my fingular." Cui praefigitur autoris effigies. *The complaint of Philomene*, Lond. MDLXXVI. 4to. ad dom. Gray. "Right "noble, when I had determin'd" *Difcourfe of the adventures of Mr. John Freeman*, partim profaice. *Glafs of government* Tragi-comedy. MDLXXV. 4to. partim profaice. *Princelie pleafures at Kenilworth caftle*, partim carmine, partim profa, de receptione reg. Elizabethae apud caftrum Kenilworth per comitem Leyceftriae. 9. 10. 11, etc. Julii. A. D. MDLXXV. *Certain inftructions concerning the making of Englifh rime.* Profaice. Ex lingua Italica in vernaculam vertit *The fuppofes.* Comoedia Ariofti. Pr. "I fuppofe you are affembled." *The pleafant fable of Ferdinando Jeronimi et Leonora de Valefco per Bartellum. Tragoediam Euripidis dictam* Jocafta, *opera Fr. Kinwelmerfh ex hofpit. Grayenfi* A. MDLXVI e Graeca in vernaculam tranftulit linguam. Pr. "O faithful fervant of mine ancient fire." Omnia praedicta poëmata et verfiones in duobus voluminibus in 4to. extant Londini; quorum primum editum erat A. MDLXXVII; alterum MDLXXXVII. Praefixit *Carmen* libro, cui titulus: "The noble art of venery or hunting." London. MDCXI. 4to. qui additus eft libro Georgii Turberville, "The book of falconry or hawking." Vide *Athen. Oxon.* i. p. 276. Vita an noftri an alius Georgii Gafcoignii defcripta eft per Geo. Whetftone, h. t. *A remembrance of the well employd life, and godly end of Geo. Gafcoign Efq; who deceafed*

traſed at Stamford in Lincolnſhire, 7 Octob. MDLXXVII *reported by Geo. Whetſtone.* Inter libros T. Tanner. Aſſaphenſis epiſcopi. Obiit apud Walthamſtow comitat. Eſſex. A. MDLXXVIII menſe Octob. vel Novemb. *Athen. Oxon.* i. p. 189. ſeq.

GASCOIGN [JOHANNES] Oxonienſis academiae alumnus, in qua juri canonico ſedulo operam navans decretorum doctor evaſit. Unus e xii doctoribus fuit, qui cum Gul. Bertono cancellario Wiclevi dogmata damnarunt A. MCCCLXXXI. Pitſeus eum ſcripſiſſe finxit; *Contra Wiclevum*, lib. i. *Vitam S. Hieronymi*, lib. i. Quae ab omnibus Thomae Gaſcoign adjudicatur. Extat *Lectura mag. Joh. Gaſcoign decret. doctoris de officio et poteſtate delegati*, Mſ. in bibl. reg. Weſtm. Claruit A. MCCCLXXXII. Pitſ. p. 540. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 185. 189.

GASCOIGNE [THOMAS] ſive VASCO [a] Hunfletae inter Brigantes nobili loco natus, amore quodam conflagravit vehementiſſimo videndi, ac cognoſcendi muſas Iſiacas, bonarum cultrices artium. Nec mora, eaſdem inviſit; tandemque ex longa familiareis habuit conſuetudine. Alia aetas alia poſcebat ſtudia. A muſis venuſtis quidem illis ad ſeveram philoſophiam, et ſacroſanctam theologiam ſe contulit; ac laudem in utraque una cum laurea ſibi peperit. Inter divinae Scripturae interpretes, Hieronymum Stridonenſem, virum ad miraculum cum eloquentem, tum doctum, mirifice coluit. Utque adfectus magnitudinem ſui apertiſſimam faceret, diligentia, induſtria, cura multa Hieronymi *Vitam* [b], edito libello, poſteritati conſecravit. Collegerat praeterea exemplaria Latina, theſaurum ingentem, quorum partem non contemnendam Lindianae apud Iſiacos bibliothecae dono liberalis dedit [c]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Vaſconius, vulgo Gaſcoigne, filius Ricardi et (Annae, uti Thoreſby in *Ducat. Leod.* p. 177. ubi gradus affinitatis) Beatricis natus anno MCCCCIII. [Ita ipſe notavit in Mſ. coll. Oriel.] Anno aetatis 18 Oxoniam miſſus eſt, et anno MCCCCXXVII (ut in *Diction.* p. 352. ℘ 708] preſbyter in eccleſia de Thame (*Dict.* voce *praedicare*) ordinatus. Collegii Oriel. commenſalis erat, et A. MCCCCXXXIV S. theol. doctor; poſtea bis aut ter academiae Oxon. cancellarius. 7 Febr. A. MCCCCXLVIII admiſſus praebendarius de Combe-decima in eccleſia Wellenſi. A. Wood Mſ. 97. C. Auctor noſter in verbo *Promotio*—Nunquam habui mihi oblatam praebendam xii marcarum in aliqua eccleſia Angliae. Praebendam tamen Combe-decimae in eccleſia Wellenſi quaſi octo marcarum dedit mihi bonae memoriae epiſcopus Thomas Bekyngfield—Johannes Kemp. archiepiſcopus Ebor. et cardinalis dedit mihi in manu mea collationem ſub ſigillo, ad cancellariatum eccleſiae Ebor. vacantem per mortem doctoris Kexby—quam nunquam recepi—una cauſa fuit, quia proventus cancellar. ſtent in decimis 2 eccleſiarum parochialium. In calce codicis Mſ. Bodl. NE. A. 5. 1. habetur haec nota manu doctoris Gaſcoigne. "Anno Dominicae incarnationis MCCCCXLV Ego mag. Tho. Gaſcoigne Eboracenſis dioec. fui electus per quatuor doctores S. theologiae Londoniis in rectorem eccleſiae S. Petri de Cornhull: et poſt electionem habitam major civitatis Londonienſis, aldermanni, et cives miſerunt mihi praeſentationem ad eandem eccleſiam, et ego, tunc infirmus, acceptavi praeſentationem, ſperans me convaleſcere cito, et ibidem perſonaliter reſidere, et onera paſtoris pro poſſe implere vel reſignare. Et quia indies infirmitas continuavit, ita quod illuc de Oxonia properare non potui; ideo ego mag. Thomas Gaſcoigne doctor SS. theol. et cancellarius Oxon. reſignavi eccleſiam illam eodem anno in die S. Mathiae apoſtoli ſimpliciter. Sanctus enim Edmundus archiepiſcopus Cantuar. nunquam tenuit eccleſiam in manu ſua, niſi quamdiu perſonaliter ibi in cura reſedit; ut patet per magiſtrum Albertum Lenoſenſem epiſcopum in *Vita S. Edmundi*. Heu, heu, heu, quia abſentia boni paſtoris plura mala facit et cauſat, ſicut abſentia nautae in navi." Et in *Dictionario* in voce *Peccatum* ita: "Ego T. G. poſtquam rexi Oxoniae in theol. xii annis, et poſtquam reſignavi ſponte rectoriam meam de Dighton, quam unicam habui, doctori Thomae Eborall, ea intentione ut ipſe aptior me ad circumeundum et praedicandum in dioec. Ebor. noſtra maneret." In *Regiſtro* F. Epiſt. 105. ſunt literae teſtimoniales acad. Oxon. huic magiſtro T. G. conceſſae ſub forma communi datae ultimo Octobr. MCCCCXXXV. Et in eodem *Regiſt.* ep. iii. ſunt ſpeciales literae teſt. ejuſdem academiae datae in domo congreg. 28 April. MCCCCXXXVI doctorem hunc catholicum mirifice laudantes, praecipue quia in magno feſto diei Paſchalis, et feria tertia ſequente tanta de ſacramenti altaris myſteriis, tanta de S. Scripturae praerogativis et excellentiis ac domini noſtri regis praerogativis egregie et catholice ex ſanctorum teſtimoniis, ac meris rationibus declaravit, regalemque titulum defendit, et contradicentes convincit; unde merito, dictante conſcientia, integram ſui famam omnibus patefacere decrevimus.

[b] Lib. i. Anno Dominicae incarnationis CCCXXXIII. Olim in bibl. canonicorum de Oſeney. Lel. *Coll.* iii. p. 56. Scripſit etiam, *Dictionarium theologicum* [*ſive veritates collectas ex S. Scriptura et aliorum ſanctorum ſcriptis in modum tabulae alphabet.* Pr. "Abſolutio. Tibi dabo claves, etc." Mſ. Langb. A. Wood. iii. p. 61.] lib. iii. "Fames in prima magna mortalitate." (Unus tantum liber eſſe videtur in duo diviſus volumina, quorum primus deſinit in J. Mſ. extat in coll. Lincoln. Oxon. in 2: magnis voluminibus in fol. quorum primum habet pag. 680. alterum pag. 693. In Mſ. Langb. A. Wood. iii. p. 61. haec extat Langbainii de hoc opere nota: "In hoc opere multa libere dicta reperire eſt contra corruptos eccleſiae mores: et hiſtoria quam plurima inter texta praeſertim de factis et dictis memorabilibus regum et epiſcoporum Angliae, haud alibi temere reperienda." *Septem flumina Babyloniae*, lib. i. "Super Babylonis flumina ſedens." *Veritates ex Scripturis*, lib. i. *Ordinarias lectiones*, lib. i. *Sermones evangeliorum*, lib. i. Tranſtulit de Latino in Anglicum, in uſum monialium de Syon juxta London, *Vitam S. Brigittae*, uti ipſemet fatetur in *Dictionar. theol.* P. ii. p. 85. in bibl. coll. Lincoln. Oxon. In Mſ. Bodl. Digby 172. Mſs. extant *Vitae dominae Katerinae filiae B. Brigittae de regno Sueciae primae abbatiſſae in mon. Waſten in eodem regno, et Petri Olavi confeſſoris S. Brigittae*: in quarum marginibus permultae dom. Thomae Gaſcoigne manu notulae inſeruntur. *Annotata quaedam de S. Brigitta et miraculis ejus* manu propria Thomae Gaſcoigne extant Mſ. Cotton. Otho A. xiv. 6. Scripſit etiam, *Relationem de decollatione Ricardi Scroop, archiepiſcopi Ebor.* 8 Jun. MCCCCV. Mſ. Bodl. NE. A. iii. 6. *Querimoniam de vitioſa electione Johannis Stafford, archiep. Cant.* Pr. "Heu, heu, heu, Domine Deus." Ibid. *Notam de nobilibus occiſis apud S. Albanum* 22 Maii MCCCCLV. Ibid. *Notas in Pſalterium*, Ibid. *Epiſtolam cuidam S. theol. doctori, de rebus geſtis in concilio Florentino*, Mſ. in bibl. coll. Trinit. Cantabr. 301. *Tractatum de indulgentiis ex compilatione doctoris Gaſquoyn doctoris univ. Oxon.* qui obiit A. D. CXLV. . . et jacet, ſeu ſepelitur in collegio Novo i. e. coll. Winton. Pr. "Indulgentia eſt poenae debita." Mſ. in bibl. reg. Weſtmon.

[c] Non ſolum Lindianae, ſed Baliolenſi et Orielenſi bibliothecis munificum ſe praeſtitit. Claruit A. D. MCCCCLVII annos 54 aetatis habens, Add. Bal. Mſ. Trin. Obiit 13 Martii juxta comput. Angl. MCCCCLVII, et in capella coll. Novi Oxon. humatus eſt. Vide epitaphium ejus in *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 154. Teſtamentum hujus Thomae 12 Martii MCCCCLVII, et probatum 22 ejuſdem menſis extat in *Regiſtro* curiae cancell. Oxon. A a a. f. 166. in quo ait ſe haeredem man. de Hunflet in comit. Ebor.—"Lego omnes meos libros ſcriptos in papyro et omnes quaternos meos ſcriptos in papyro praedilectis patribus et viris religioſis Lond. dioec. in monaſt. Syon. juxta villam de Braynford—et volo et opto quod ſcriptum meum proprium—qui vocatur liber ſeu *Scriptum de veritatibus ex SS. ſcripturis collectis, et ex ſcriptis ſanctorum et doctorum*, ſcribatur in vitulinis vel in pergameno, expenſis ejuſdem monaſt. et habeat monaſterium utrumque opus." Extant duo volumina horum collectan. in *Catalogo* Mſs. coll. C. C. C. O. xvi. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 82. 106. Bal. viii. 22. Pitſ. p. 651.

GASSER

GASSER [ACHILLES] scripsit Anglice *Prognosticationem pro anno* MDXLVI. Princ. "This "yeer (as well for that.") Lond. MDXLVI. 12mo.

GATISDENUS [a] [JOANNES] quem Matthaeus Sylvaticus in *Lexico* Joannem Anglicum appellat, philosophiae strenuissime incubuit in eo collegio, quod Isiaci a Mariduno nomen accepit. Cujus cum plenius cognitionem penitiorem illam imbibisset, se totum ad artem contulit medicam: in qua usque adeo postea effloruit, ut lumen sui saeculi facile crederetur. Scripsit opus luculentum juxta ac eruditum de re medica, cui et illustris ab excellentia titulus inditus est, videlicet *Rosa medica* [b]; quod et in quinque divisum libros. Tres autem primi morbos tractant communeis, sequentes vero pertinent ad morbos particulares. Symphorianus Campegius, alias Champerius, archiatrus Lotharingi, Gatesdeni meminit [c]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Gatesdene sive Gadesdenus. Pits. Collegii Merton. socius. Ms. Mert. P. iv. 13. Doctor medicinae, et ad integrum septennium publicus medicinae professor. Pits.

[b] Lib. v. "Galenus in primo de regimine sanitatis." Ms. Bodl. NE. C. i. 3. et F. ix. 10. Ms. Bodl. Mus. 153. Ms. C. C. C. Cantabr. N. 16. Extat Venet. MDXVI. fol. Duo primi libri editi cura Phil. Schorsii M. D. Aug. Vind. MDXCV. 4to. 2 vol. Hujus libri titulus apud Baleum est, *Rosa Anglicana*, lib. v. "Galenus," etc. Aliter Pitseus, sc. *De particularibus morbis Rosa Anglica*, lib. v. "Galenus." etc. Ms. Oxon. in collegio Merton. P. iv. 13. Art. In Ms. Oxon. coll. Omn. Animar. 48. liber ille vocatur *Rosa Anglicana in medicina*, lib. i. Pr. "Coegerat me:" In quo agitur de morbis particularibus, de chirurgia, et pharmacia. Extat etiam in bibl. C.C. Chr. 69. Extat Paris. MCCCCXCII. 4to. Papiae MCCCCXCII. A. Wood. Ms. Mert. Venet. MDII. f, et MDXVI. Scripsit praeterea, *Quaestiones super universalia Scoti*, Venet. MDXII. fol. *De regimine acutorum*, lib. i. "De cibis et potibus praeparandis infin." *De simplicibus medicinis*, lib. i. "Aurum temperatius est "omni metallo." *De * digerentibus et † evacuantibus*, lib. i. "Quoniam quidam de melioribus amicis." Ms. colleg. Merton. P. iv. 13. Art. *De instrumentis suae artis*, lib. i. "Dicitur exemplum quaevis confectio." *Quid pro quo*, lib. i. "Pro Arist. rot. ruta domestica." *De phlebotomia*, lib. i. "Praepositum praesentis negotii." *Practicen medicinae*, lib i. *Pro dietariis*, lib. i. *De medicinis comfortantibus et alterantibus*. Pr. "Medicinae "calefacientes capi." *De oleis*, lib. i. "Oleis ut .... "quae causa." *De aquis*, lib. i. "Aquae ..... vari- "antur secundum." Tres postremi tractat. habentur Ms. in cod. Merton, P. iv. 13. Art.

[c] Claruit Gatesdenus anno MCCCXX. Bal. v. 7. Pits. p. 414. Magister Joh. de Gatesden, rector ecclesiae B. Nich. Abyngdon (Sarum dioec.) permutavit cum Thoma le Boteler, rectore eccl. de Cheping-Norton (Lincoln. dioec.) 4 non. Mart. MCCCXX. Ita in *Reg.* Henr. Burgh. Lincoln. episcopi.

* Al. *Digestivis*. † Al. *Laxativis*.

GAYSTEK [JOHANNES de] monachus ordinis S. Benedicti in monasterio S. Mariae Ebor. Transtulit in vernaculam linguam ex mandato Jo. Thoresby archiepisc. Ebor. *Articulos symboli, x mandata, quaedam de sacramentis, et aliis theologiae practicae capitulis.* Pr. "Thurgh grace growand in God Almyghti." Ms. in bibl. Edw. Stillingfleet.

GAYTRIGE [JOHANNES] monachus (vocatur DON JOHN GAYTRIGE.) Edidit *Concionem whilke teches how schrift es to be made.* Pr. "As a great doctor schewes." Ms. in eccl. cathed. Lincoln.

GEESUS [JOHANNES] Carmelita, theologus scholasticus, in academia Oxon. educatus, Lismorensis et Waterfordensis episcopus, a Baleo Cent. xiii. 93. et Pitseo *App.* p. 875. inter scriptores Anglicanos recensetur, sed de ejus scriptis nulla habetur mentio.

GELASIUS DIACONUS, (Vide Dempster. p. 323.) Scotus scripsit *Homiliam de nativitate Christi*, lib. i. Claruit anno CCCLXIX. Dempster. vii. 603.

GELASIUS al. GILLISA MAC FIRBISSY Historicus et non infimi subsellii poëta: Scripsit *Chronicon sui temporis*. *Poëmata quaedam.* Mortem obiit A. D. MCCCI. War. p. 63.

GENTILIS [ROBERTUS] theologus, idemque concionator vehemens: quo calculo repressit luxuriantia alioqui hominum vitia, et virtutes mentibus auditorum altius infixit. Comparuit nuper codex *Homiliarum* hoc autore in bibliotheca monasterii Pontisfracti. Hoc enim antiquitus emporium, ut ego ex autore Antonino in *Itinerario* colligo, Legeolium dictum. Huic operi adjunctum et alterum non dissimile, cui titulus *Homiliae Dameporti* [a], hominis, ut videtur, ejusdem loci et ordinis, cujus et Gentilis. Conjectura est utrumque monachum Pontisfracti fuisse. Ex *Lelando*.

[a] De [Gulielmo Lel. *Coll.* iii. 43.] Damporto vide supra.

GERARD [PHILIPPUS] Edw. vi. a cubiculis scripsit Anglice, *Invectivam in eos qui prohibent Bibliam Anglicanam.* Ad reg. Edw. vi. Pr. pr. "The abundaunte grace of the." Lond. MDXLVII. 8vo. . . . per Rich. Grafton. 12mo. *In Bibliomastiges*, lib. i. *An exhortation to king Edw.* vi. *for the reformation of rents of lands in England*, Ms. bibl. reg. Westm. 17. B. xl. Claruit A. MDXLVIII. Bal. par. post. p. 106.

GERARDUS Scotus (Vid. Dempster. p. 321.) coenobiarcha ix Scotorum in suburbio Herbipolitano. Scripsit *Collectionem canonum*, lib. i. Obiit A. MCCXLII. Dempster. vii. 598.

S. GEREBERNUS. (Vid. Dempster. p. 311.) Presbyter Scotus, S. Asaphi discipulus, et S. Philani socius primo Walliam, deinde in Hiberniam abiit, ubi Dympnam regis filiam ad fidem Christianam convertit. Scripsit, *Ad Dympnam institutionem*, lib. i. *Pro vero Dei cultu*, lib. i. Martyrium passus est apud Ghecl juxta Antwerpiam A. DCC. Colitur 15 Maii. Dempster. vii. 579. Vide *Vitam S. Dymphnae* in Messingham. p. 344.

GERIMUS monachus ordinis S. Benedicti Glastoniae, theologus a Baleo, Benedictinus a Pitseo cognominatus. Incertae aetatis scriptor. Scripsit *De lege divina*, lib. i. Bal. xii. 3. Pits. *App.* p. 843.

S. GER-

S. GERMANO [CHRISTOPHORUS de] aliis SEYNJARMIN, filius D. Henrici de S. Germano eq. aurat. natus, ut videtur, apud Shilton juxta Coventriam in agro Warwicensi. Patria Cornubiensis [Pitf. p. 727.] Grammaticalibus disciplinis imbutus Oxoniam missus fuit, ubi aliquot annos in studiis academicis egregie posuit; inde autem Londinum ad Templum, quod vocant, Interius se contulit, ibique non tantum legibus Angliae municipalibus evolvendis sedulo invigilavit, verum et in jure tum pontificio tum Caesareo exercitatissimus emicuit. Legum humanarum pariter ac divinarum, philosophiae et philologiae peritissimus evaserat, et ob beneficentiam, probitatem, vitaeque sanctimoniam in pretio habitus. In bibliotheca ornanda multum temporis et pecuniae impendebat, et praeter hanc, nullam possessionem haeredibus reliquit. Eorum, quae publica luce donavit vir magnus, de numero fuerunt, *Dialogus de fundamentis legum Angliae et de conscientia*, Lond. MDXXVIII. MDXCVIII. MDCIV. MDCXIII. 8vo. Hujus libri magis notus est titulus *Doctor and student; being a dialogue between a doctor of divinitie and a student in the common laws of England.* Prologus deest in prima editione Anglica. Princ. praef. "Praesens dialogus ostendit quae" Pr. lib. "Quidam doctor theologiae multae." Cum hoc libro editionis MDXXVIII frequenter compingitur tractatus dictus *Principia sive maxima legum Angliae, a Gallico illo, ut fertur, sermone collecta, et sic in Latinum translata, non solum generosis studentibus. verum etiam terrarum dominis et possessoribus maxime necessaria.* London. impr. a Ric. Lant. 24 Dec. 38 Henr. viii. MDXLVI. 8vo. Hic liber eodem charactere quo *Dialogus* impressus est, sed utrum nostrum Christophorum agnoscat autorem, incertum est. Hoc autem manifestum, quod editio Anglicana *Dialogi* Lond. MDCIV continet duos dialogorum libros, quorum primus continet 32 capitula, Lond. per Rob. Wyer. 12mo. (Latina tamen MDXXVIII. MDXCVIII et MDCIV tantum recenset 24 capitula et unum librum) et secundus 55 capitula, Southw. MDXXXI 12mo. Notandum tamen, quod praeter numerum capitulorum in Latina hujus libri editione, multa hic inveniantur, quae in Anglica frustra quaeres: De quo vide praefationem secundi libri Anglicae editionis. Hos duos libros memorant Baleus et Pitseus, sc. *Dialogum de legibus Anglicanis*, lib. i. *Dialogum de fundatione earundem*, lib. i. Scripsit etiam juxta Baleum et Pitseum, partim Latine, partim Anglice, *De cleri potestate ex jure*, lib. i. "Quamvis hujus libri propositum." *Quod clerus non conderet leges*, lib. i. *Discrimen cleri et populi*, lib. i. *A tretise conc. the division between the spiritualitie and the laitie*, xvi chapt. Pr. "Who may remem-" "ber the state." Lond. per Th. Bertlet. 8vo. Huic libro responsum dedit Tho. More eques in *Apologia* sua. *Dialogum de utraque potestate*, lib. i. *Quid sit ecclesia*, lib. i. *De ejusdem sacramentis*, lib. i. *Apologiam ad* (Bal. *adversus*) *Thomam Morum*, lib. i. *Apologiam ad epistolam quandam*, lib. i. *Concilia Romanorum pontificum*, lib. i. *Doctrinam S. Bernardi, et S. Brigittae*, lib. i. *Dialogum inter Salem et Bizantium*, lib. i. "Liber iste, quem nuper edidit." Hic liber responsi loco fuit Thomae Mori *Debellationi Solymorum et Bizantii*, quae prodiit MDXXXIII. *Additionem Salis et Bizantii*, lib. i. *De statutis provincialibus*, lib. i. *In Mahometem et ejus sectam*, lib. i. Obiit Londini octogenarius 28 Septemb. MDXL (non MDXXXIX, ut Bale et Pitf.) et in ecclesia S. Elphegi juxta Crepilgate humatus jacet juxta Th. Lupseti tumulum. *Athen. Oxon.* i. 54. Bal. viii. 660. seq. Pitf. 727.

GERMANUS Dunelmensis monachus; ejusdem coenobii prior electus A. MCLXXXIII. Scripsit *Vitam S. Godrici heremitae de Finchale*. Hujus non solum meminit, sed maximam partem excerpsit Galfridus Coldingham in *Vita S. Godrici* Mf. bibl. Bodl. Fairfax, vi. f. 185. Obiit A. MCLXXXVIII. Mf. Fairfax vi. vel ut Whartono *A. S.* vol. i. placet A. MCLXXXVI.

S. GERNADIUS (Vid. Dempster. p. 301.) episcopus Scotus in Moravia (Scotiae) evangelium Christi propagabat; sed Brechinensem rexit ecclesiam. Scripsit, *Enarrationes Sacrae Scripturae*, lib. i. *Conciones pias*, lib. i. Claruit A. DCCCXVIII. Dempster. vii. 559.

GERNADIUS alter, licet synchronos vid. Dempster. p. 308. episcopus Moraviensis fuit, et scripsisse fertur, *De utroque Testamento*, lib. i. *De tempore legis et gratiae*, lib. i. *De laudibus Deiparae Mariae*, lib. i. Claruit A. DCCCXII. Colitur 8 Novembr. Dempster. vii. 572.

GERVAIS [JOHANNES] de Exonia, cancellarius Eboracensis, in curia Romana A. D. MCCLXI consecratus episcopus Wintoniensis, et die natalis Christi ejusdem anni in cathedrali Winton. installatus fuit. Edidit *Constitutiones synodales* xiv. Pr. "In vinea Dom. Sabaoth licet indignis." Mf. Gresham 438. Ast male Johanni huic attribui testatur *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. ii. p. 293. seq. ubi Henrico Woodloke episcopo Winton. A. MCCCVIII ex Mf. Cotton. adscribuntur. Obiit in curia Romana 20 Jan. MCCLXVIII, et apud Viterbium sepultus jacet. Vide Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 311. 799. Godw. p. 279.

GERVASIUS ANGLICUS scripsit *De arte dictandi*. Mf. olim in bibl. monast. Sion.

GERVASIUS ab urbe CAIRCEI Britannice dicta, Saxonice autem CISSANCESTER, in qua natus fuit, nomen CICESTRENSIS accepit. Hic flagrantissimo eloquentiae et doctae cognitionis ardore correptus, scholas ejus saeculi celebratissimas excoluit, et maxime Lutetiam Parisiorum. Fuit apud Becketum, Cantii archepiscopum, in pretio, nomine bonarum literarum, plane maximo, atque * ejus frequentiuscule adhaerebat lateri. Sublato domino et patrono, multa expedito usus calamo chartis tum eleganter, tum ingeniose commendavit [a]. Cum autem annis abhinc decem thesauros

* Atque adeo, Mf. Lel. Trin.

[a] In principio *Comment. in Malachiam*, Mf. bibl. reg. Westmon. 3. B. x. 1. est *Carmen hexametrum in laudem hujus gloriosi martyris.* Pr. "Proxima confectum senio me fata vocabunt."

 biblio-

bibliothecarum provinciae Claudianae curiose excuterem, casu felici incidi in *Commentarios* hujus Gervasii *in Malachiam*[b]; opus tersum, luculentum, eruditum, ubi illustria multa de ordine sacerdotali[c]. Reperi et ibidem librum *Homeliarum*. Vidi et alibi, si recte memini, *Commentarios* ejusdem *in psalmos Davidis* prophetae. Ad quas autem conscenderit fortunas, non hercule pronunciare possum. Colligo tamen eum in Cicestrensi basilica dignitate fuisse insignitum aliqua. Illud manifeste constat Matthaeum[d], Cicestrensis ecclesiae decanum, virum a literis commendatissimum, et Jordanum[e] Molaeburnum, ejusdem ecclesiae archilevitam apprime eruditum, clientes fuisse, una cum Gervasio, Thomae Becketi, nobilis patroni; de quibus monachus ille Eoveshamensis, qui vitam Thomae scripsit, honorificam facit mentionem[f]. Ut pertinacia Thomas sua nimia cecidit, majestatem principis minuens; ita stat, stabitque perpetuum hoc uno nunquam satis laudatus calculo, quod talem eruditorum sibi non parvo tempore numerum retinuerit, qualem ab eo tempore episcoporum Britannicorum nullus sibi comparavit; sed neque futurorum quisquam, quantum ego existimare possum, comparabit[g]. Ex *Lelando*.

[b] *De ordinis sacerdotalis instructione*, lib. i. lib. xiii. Mſ. Westmon. l. c. "Conditor itaque noster." Pr. dd. Universis Angliae sacerdotibus. "A quamplurimis sacrae "multitudinis." Mſ. in bibl. Lumleiana nunc in bibl. regia Westmon. 3. B. x. 1. Apographum in bibl. eccles. Westmon. [c] Lib. i. Pitſ. Omitt. a Baleo.

[d] Inter eruditos Thomae Cant. amicos Mathaeus, natione Anglus, sicut natione et cognomine Cicestrensis; juvenis ingenio acer, probus, et industrius, qui cum jam commode profecisset in literis, curiarum et curarum nexibus a literis retractus est. Postmodum Cicestrensis decanus factus. Haec extant in *Vitam S. Thomae*.

[e] Jordanus, vel, ut alii nominant, Hordonus, cognomento de Meleburne, natione Anglus, tunc Cicestrensis archilevita, ejusd. ecclesiae postea decanus, vir, pro aetate et tempore, quo literis operam dederat, non mediocrem scientiam assecutus. Ibidem. [f] Ab Eoveshamensi monacho Helia laudatus. Mſ. Lel. Trin. [g] Claruit Gervasius circa A. D. MCLX. Bal ii. 96. Pitſ. p. 224. Gervasius, archidiaconus Cicestr. misit procuratorem suum ad parliamentum Carleol. MCCCVII. Rot. parl. 35 Edward. i.

GERVASIUS[a], DUROVERNENSIS monachus, fanum Servatoris eruditione insignis multa illustravit. Studuit, supra quam cuiquam credibile, antiquarum rerum cognitioni: quo nomine ingentem historiographorum numerum collegit; praecipue vero eorum, qui res Britannicas et Saxonicas accurate tractabant. Unde et ipse tandem, in arenam descendens, periculum ingenii fecit, edito volumine plane egregio: in quo tum Britannorum ab origine historiam[b], tum Saxonum et Nortomannorum fortia facta usque ad imperium Joannis, regis Angliae, deduxit diligentia quadam inexhausta. Deinde, industria non minori, *Vitas archiepiscoporum Cantianorum*[c] perscripsit. Praeterea ad cumulum addidit librum *De regiunculis Britanniae primae deque sedibus pontificiis* in ea constitutis; ac denique *De monasteriis* in eadem a nobilitate constructis[d]. Hactenus[e] de Gervasiana ingenii foetura[f]. Ex *Lelando*.

[a] Gervasium hunc cum Gervasio de Melkeleya male confundit Vossius, *Hist. Lat.* p. 452. [b] *Chronicon rerum in Anglia gestarum ab anno* MCXXII *ad* A. D. MCXC X. Pr. ingr. ad prol. "Tria sunt, carissime frater." Pr. pr. "Sanctorum vero orthodoxorum." Pr. l. "Anno igitur "gratiae secundum Dionysium." Extat inter *Decem Script. hist. Angl.* Lond. MDCLII. p. 1334. ex Mſ. Cantab in bibl. publ. 249. Item in C. C. C. et coll. Trin. claſſ. dext. Ser. Supr. 19. Cave. p. 700. In coll. Trin. Cant. 19. extat cum *Contin. ad Ric.* ii. per Joh. de Londino. Vide prologum, etc. Historiae apud Leland *Coll.* i. 305.

[c] *Ab Augustino usque ad Hubertum inclusive.* Pr. "Quia nomina regum Britanniae vel." Extat inter *Decem Script. hist. Angl.* p. 1629. Mſ. C. C. C. Cantab. Q. ii.

[d] *Mappam mundi*, sive *Descriptionem Angliae*. Pr. pr. "Anglicanae insulae situs et temperies." Mſ. C. C. Cantabr. Q. ii. Excerpta quaedam ex hoc (ut videtur) libello extant in Mſ. Cotton. Jul. C. vi. 11. [e] Praeter alios libros a Lelando memoratos sub Gervasii nomine extant, *Tractatus de combustione et reparatione Cantuariensis ecclesiae.* Pr. "Anno Gr. Verbi Dei MCLXXIV juxta." Extat inter *Decem Scriptores*, p. MCCLXXXIX. *Imagines de discordiis inter monachos Cantuar. et Baldwinum archiepiscopum.* Pr. "Nuncii sumus, venerande." Ibid. p. 1303. *Opusculum quoddam*, Mſ. in bibl. publ. Cant. Pitſ. *De archiepiscopis et episcopis mundi.* Pr. "Quoniam otiositas, quae "specialis inimica." [f] Claruit circa A. D. MCC. Bal. iii. 48. Pitſ. p. 268.

GERVASIUS de MELKELEYA. Hunc eundem cum Gervasio Dorobernensi facit Vossius, *Hist. Lat.* p 452. An vero in hoc non hallucinatus est, perpendant eruditi. Oxoniensis academiae alumnus fuit. Laudatur a Matth. Parisio. Scripsit *De saltu lacteo*, lib. i. "Ne meas videar ma- "gnificare fimbrias." Mſ. Oxon. in bibl. Baliol. *Epigrammata quaedam*, lib. i. *De versibus edendis*, lib. i. *Epitaphia illustrium virorum*, lib. i. Inter quae unum extat, quod pro Guil. Mareschallo fecit in ecclesia Templi London. viz.

Sum quem Saturnum sibi sensit Hibernia, Solem
Anglia, Mercurium Normannia, Gallia Martem.

Claruit A. D. MCCXVII. Bal. iii. 77. Pitſ. 293.

GERVASIUS[a] PARCHENSIS monachus fani Mariae, quod Eboraci Brigantum celeberrimum nuper eluxit, non infimus, ex duodenis illis unus erat, qui arctioris vitae studio Fontes, locum ad Schellam fluviolum, petierunt, ac Cistertiensium religioni se totos consecraverunt. Quales autem quantique fuerint, tum praeterea qua eruditione insigniti, malo studiosus lector a Trustino Eboracensi, et Hugone Kirchostallensi, rerum Fontanarum scriptoribus, et[b] luculentis, quam a me edifcat. Illud interim commode significabo, hunc tandem Parchensis coenobii ab Alexandro, si recte memini, episcopo Lindisino, constructi, et propter Ludam oppidum siti, primum

[a] Gervasius de Parco a Baleo x. 53. et Pitseo, p. 216. cognominatus. [b] *Et* deest in Mſ. Lel. Trin.

abbatem

abbatem designatum fuisse: ac postea Ealredo, abbati Rievallensi, familiarem fuisse; usque adeo, ut ei munus injunxerit edendi librum, cui titulus *Speculum charitatis*. Extat Gervasii prologus elegans libro praefixus[c] eleganti. Alia scripsisse fertur[d], sed quae ego hactenus non vidi[e]. Ex *Lelando*.

[c] In pr. hujus Alredi operis *Praef.* epistola sive prologus cujusdam abbatis mandantis Alredum hunc librum conficere. Pr. ep. "Est quidem sanctorum." Extat Duaci MDCXXXI. 4to. [d] Pitseus praeter *Prologum* scripsisse refert, *Ad Ealredum abbatem et alios epistolarum* lib. i. In Mf. Bodl. Fairfax 17. 8. datur *Lamentatio Gervasii de Parco*. [e] Claruisse putatur A. D. MCL. Bal. Pitf. locis citatis.

GERVASIUS[a] TILLEBIRIUS, quantum ego colligere possum, Anglus erat, nomenque a Tillaecuria[b], oppidulo Ostro-Saxonum in ipso litore aestuarii Tamesini sito, accepit. Historiarum cognitioni invigilabat: unde tandem quae recte didicerat, homo candidus, edito libello[c], consecravit maxime Othoni quarto, imperatori, domino suo incomparabili[d]. Qua autem apud eum autoritate et gratia fuerit, hinc apparet, quod Arelatensis ditionis marescallus designatus sit. Causam vero transmigrationis Gervasii a Britannia in Germaniam hanc equidem fuisse crediderim: Otho maternum genus a nobili heroina Anglica deduxit: hinc forsitan justam serviendi nactus occasionem peregre profectus est. Liber editus[f] *De antiquitate Lugdunensium* praeclaram plane facit de Tilberio mentionem. Ex *Lelando*.

[a] Henrici ii. nepos, ab eo tandem ditionis Arelatensis in Gallia mareschallus factus. Ita Cave. p. 705, sed haud dubio errat Cl. vir, a Vossio, *Hist. Lat.* p. 451. errorem hauriens. [b] Tilleberia, Mf. Lel. Trin. [c] Cui titulus *De otiis imperialibus*, lib. iii. "Duo sunt, imperator "auguste, quibus." Mf. in bibl. coll. Corp. Chr. Cantab. P. 10. Vide Cave. ii. p. 426. Nescio, inquit doctissimus ille vir, an idem sit opus cum *Commentario de imperatorum Romanorum, Gothorum, Lumbardorum, Britonum, Francorum, Anglorumque regnis*, edito a Cl. Madero anno MDCLXXIII teste Christoph. Sandio. Not. ad Vossii *Hist. Lat.* p. 147. Quae de regibus Francorum et Anglorum refert Gervasius hoc in libro, edidit Du Chesne, tom. iii. p. 363. [d] Scripsit etiam secundum Baleum, iii. 58. et Pitseum p. 274. *Illustrationes Galfredi*, lib. iv. "Descriptio quan-"titatis et mult." *Historiam terrae sanctae*, lib i. "Post-"quam divinae propitiationis." *De mundi descriptione ad imp. Ottonem*, lib. i. Mf. in bibl. Cotton. Vesp. E. 1. N. 1. "Idem opinor cum libro *De mirabilibus mundi*, qui in bibl. C. C. C. Cantabr. cod. 237. n. 1. reperitur." Cave. Bal. autem et Pitf. diversos faciunt. Du Chesne librum *De mirabilibus mundi* eundem esse cum libris *De otiis imp.* arbitratur. *Facetiarum ad Henricum juniorem* lib. i. *De origine Burgundionum*, lib. i. *Tricolumnium Angliae*, lib. iii. Idem fortasse cum *Dialogo* (qui ei adjudicatur) *inter magist. et discip. de Scaccarii juribus, et consuetudinibus, et officiariis*, qui extat Mf. inter archiva Scaccarii, et in bibl. Gonvil. et Caii Cantabr. Class. A. 30. Vocatur *Liber niger Scaccarii*, et absolvitur libris duobus dd. ad Henri ii. R. Pr. "Ordinatis a Deo potestatibus." In Mf. Bodl. Laud. B. 169. et Mf. Norwic. More 164. 419. In hoc libro, cap. 11. est locus ille, quem de *Tricolumnio* citat Baleus in *App.* ad Gervas. p. 250. quem vide. Huic *Dialogo* lectiones variantes notasque adjecit Thomas Madox. Lond. MDCCXI. fol. *Dialogorum* lib. i. [f] A Symphoriano Champerio.

GETHIN [JEVAN] AB JEVAN AB LHEISON poëta Cambro-Britannicus. Scripsit *Kyvydb ir Neidir ai brathodh yn i droed* etc. Mf. in bibl. Cambro-Brit. Claruisse fertur A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

GHEAST [EDMUNDUS] natus apud Afferton (Strype legit Asserton) in comitatu Eboracensi. Primo in schola Eboracensi, dein in collegio Regio Cantabrig. educatus, ubi socius erat, et tandem gradu in theologia doctorali ornatus. Tempore reginae Mariae privatam in Anglia ducebat vitam. Regnum ineunte Elizabetha, archidiaconus Cantuariensis factus, consecrationi M. Parkeri archiepiscopi Cantuar. A. D. MDLIX. Dec. 17. tanquam capellanus ejus interfuit; disputationes doctas pro protestantium partibus tempore Elizabethae habuit; ac anno MDLIX episcopus Roffensis et eleemosynarius regius evasit, archidiaconatuque Cantuar. eodem tempore potitus est, uti patet ex Strype in *Vita Parker.* p. 129. Vide Somner. *Antiquit.* p. 322. Tempore reginae Elizabethae apud Roffam praedicabat pro reali praesentia. Dorman contra Nowel. fol. 52. b. Vide ibidem p. 103. Anno Domini MDLXXI Sarisburiam translatus est. Scripsit *A learned discourse against private mass*. Pr. ded. dom. Joh. Cheke. "Notwithstanding, right worshipful, I have "attempted." Pr. l. "Prive masse after the doctrine." Lond. MDXLVIII. 12mo. *Contra missam*, lib. i. *De Christi praesentia in coena*, lib. i. *De libero hominis arbitrio*, lib. i. *Letters to Sir William Cecyl, the queen's secretary, concerning the service book, newly prepared for the parl. to be confirmed; and certain ceremonies and usages of the church.* Pr. "That you might well under-"stand." In *Append.* ad Strype *Elizab.* p. 36. *Sermon about repentance before queen Elizabeth.* MDLX. Pr. "Agite poenitentiam, etc. Repent, saith Christ." Mf. in coll. C. C. C. Cantabrig. Miscell. D. 277. *Epistolam M. Parkero de translatione partis cujusdam Bibliorum.* Ibid. Miscell. i. 463. *Notas et animadversiones in Psalmos.* Strype in *Vita Parker.* p. 208. *An answer to the reasons, that the apparel of the priests ought not to be worn: by the which answer it will appear, that the apparel of priests may be worn.* Pr. "Let all the apparel of priests." Impr. in *Append.* Strype *Parker*, n. xxxi. Hujus optimi episcopi beneficentiae magnam librorum partem debet bibliotheca ecclesiae cathedralis Sarisb. Cum sedisset annos vii, fatis concessit A. D. MDLXXVIII. 28 Febr. aetatis 63, et in choro ecclesiae suae cathedralis humatus jacet. Godw. p. 410. Bale. p. ii. 107. Strype *Eliz.* 57.

GIBBONUS [JOHANNES] patria Somersetensis (Wellensis natus A. MDXLIV. *Bibl. Patrum Soc. Jesu*) in collegio Lincoln. Oxon. educatus; religionis pontificiae gratia solum vertit, et a Gregorio xiii papa factus est canonicus ecclesiae Bonnensis; Romae in collegio Germanico philosophiae et theologiae operam dedit, ubi A. MDLXXVI doctor creatus. Sed A. MDLXXVIII

societatem

societatem Jesu ingressus est Treviris, ubi collegii rector factus. Scripsit, *Confutationem disputationis Georgii Schon professoris Heidelbergensis, asserentis papam esse antichristum*, lib. i. *Disputationum de sanctis*, lib. i. *De accipienda eucharistia sub una tantum specie*, lib. i. Extat Treviris, MDLXXXIV. *Concertationem ecclesiae catholicae* magna ex parte composuit. Tandem in Himelrodensi monasterio, quo animi causa infirmior se contulerat, e vivis excessit 3 Decemb. MDLXXXIX. Pits. p. 788. *Bibl. scriptorum soc. Jesu* a Ribadineira et Sotwello, Romae MDCLXXVI. fol.

GIBELLANUS [MAURITIUS] legum doctor, et canonicus ecclesiae Tuamensis, philosophus praeterea et poëta insignis. Scripsit *Poëmata quaedam, et alia.* Obiit A. MCCCXXVII. War. p. 66.

S. GIBIRINUS sive GIBRIANUS (Vid. Dempster. p. 301.) patria Scotus (Hibernum vult *Ogyg.* p. 28. inde in Galliam trajecit, ubi episcopus Rhemensis evasit. [In Marloti tamen *Hist. metropol. Rhemensis*, lib. ii. cap. xv. et tom. ii. p. 344, etc. non occurrit episcopus hujus nominis.] Scripsisse fertur *Epistolam de peregrinationis bono*, lib. i. Claruit A. DIX vel DXXII. Dempster. vii. 560. Obiit 8 Idus Maii. Marlot. l. c.

GIBSON [JOHANNES] Scotus canonicus Glascuensis. Scripsit *Epitomen libri Paslatensis.* Ms. Hatton.

GIBSON [THOMAS] apud Morpeth in agro Northumbrensi natus, Oxoniae, ut videtur, in literarum studiis enutritus. Fuit medicus insignis, nec minor historicus. Scripsit *A breve cronicle of the bishops of Romes blessynge, and of his prelates beneficial and charitable rewards from the tyme of king Heralde to this daye.* (in English rhyme) Pr. "Who lyst to loke about." Lond. by John Day. . . . 12mo. *The sum of the acts and decrees made by divers bishops of Rome.* Pr. "In "this lyttle treatise here following." translated out of Latin and imprinted by Tho. Gibson. . . . 12mo. *A treatise behoovefull as well to preserve the people from pestilence, as to help and recover them, that be infected with the same, made by a bishop and Dr. of physic in Denmark, which medicines have been proved in many places in London.* Printed by Tho. Gibson MDXXXVI, 4to. *An herbal. Treatise against unskilful alchimists. Treatise of curing common diseases. Of the ceremonies used by popes. De utroque homine*, lib. i. *The various states that Britany hath been in*, part. v. Hunc librum incepit, an autem perfecerit incertum. Claruit A. MDLX. Et juxta Bale Ms. Glynn. obiit Londini A. D. MDLXII. Bal. ix. 54. *Athen. Oxon.* i. 141.

GIBSON [THOMAS] in collegio Reginali et Mertonensi apud Oxonienses educatus, A. MDLXXX artium magister creatus. Scripsit *A fruitful sermon preached at Okeham in Rutlandshire, on* 1 *Corinth.* ix. 19. 2 Nov. MDLXXXIII. Lond. MDLXXXIV. 8vo.

GIBSON [THOMAS] scripsit *The blessing of a good king; in eight sermons*, Lond. MDCXIV. 8vo. *Fasti Oxon.* i. 120. A. Wood. Ms. Cat. i.

GIGLIS [JOHANNES de] sive de LILIIS, patria Luccensis, juris utriusque doctor, subdiaconus apostolicus, et collector papalis in Anglia. Per patent. liter. 17 Edw. iv. p. 2. licentia concessa ei, quod de caetero sit indigena, 12 Dec. A. MCCCCLXXVIII factus canonicus Wellensis. Newc. i. 61. A. MCCCCLXXIX institutus ad rectoriam S. Mich. Crooked Lane. Ibid. Quam permutavit cum Lavenham. Ibid. A. MCCCCLXXXII. 22 Jun. collatus ad praebendam de Hoxton in ecclesia S. Pauli. Eodem die collatus ad archidiaconatum London, quem resignabant A. MCCCCXC. *Regist.* Kemp. A. MCCCCLXXXVI. 22 Nov. institutus ad rectoriam de Lavenham in Suffolc. quam resignavit ante penult. Augusti MCCCCXCVII. *Reg.* Norw. xii. 127. 199. A. MCCCCLXXXVIII fuit camerae apostolicae debitorum in Anglia collector. *Reg.* Morton. A. MCCCCXC collatus ad praebendam de Mora in eccl. S. Pauli Lond. quae vacabat per ejus resignationem MCCCCXCVI. A. MCCCCXC. 13 Nov. collatus ad praebendam de Fordington in eccl. Sarum. *Reg.* Sarum. A. MCCCCXCV. 25 Mart. institutus in eccl. de Swafham Norfolc. ad praesentationem dom. regis; quae eccl. vacabat ante 13 Jan. MCCCCXCVII. *Reg.* Norw. xii. 190. 201. Postea episcopus Wigorn. factus (Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 538. Godw.) et temporalia episcopatus illius post mortem Roberti ultimi episcopi restituta sunt Johanni Giglis fideli clerico et consiliario regio et in curia Romana procuratori 5 Dec. 13 Henr. vii. Scripsit, *De canonizatione sanctorum*, lib. ii. (i. 17. ii. 11.) Pr. ded. Joh. Morton epis. Eli. "Multa sunt, re-"verende in Christo pater ac domine." Ms. Gresham 366. *Quaestiones de observantia quadragesimali*, ded. Joh. episcopo Linc. Pr. pr. "Quod jamdiu promiseram." Ms. in bibl. dom. Simondi D'Ewes. *Epithalamium de nuptiis dom. Henrici regis Angliae, etc. ejus nominis septimi, et dom. Elizabethae uxoris ejus*, A. D. MCCCCLXXXVI. carm. heroico. Pr. ded. Ricardo dom. regis secretario. "Coepi jam dudum scribere." Pr. epithal. "Qui nova temptatis nunc." Ms. Ibid. *Epigrammata varia.* Ms. ad finem *Epithalamii.* Obiit 25 Aug. MCCCCXCVIII, et sepultus Romae in collegio Anglorum.

GILBERTUS [FRANCISCUS] scripsit *Sermones quosdam. Hist. et Ant. Oxon.* i. 179.

GILBERTUS [HUMFREDUS] Anglus, equestris ordinis; vir mathematicarum scientiarum peritissimus, navigationis valde expertus; cujus *Chartae totius mundi*, et aliae *particularium regionum* dicuntur adhuc in magno pretio haberi, et Londini in domo regia, quae vulgo Alba Aula dicitur, servari. Hic Henrici vii regis jussu et expensis varias navigationes ad investigandas terras novas suscepit. Scripsit, *Itineraria multa*, lib. i. *De navigatione ad terram Cataiam*, lib. i. "A disco-"very for a new passage to Cataia." Lond. MDLXXVI. 4to. Citatur ab Hollinsh. iii. 785. Stow. p. 481. *Et chartas exquisitas multas.* Claruit A. D. MD. Pits. *App.* 866. Hooker, *Continuat. Hist. Hibern.* p. 132. profert Humfredum Gilbertum patria Devoniensem, apud Greenway natum, qui in schola Etonensi literis grammaticalibus, in Oxonia philosophicis imbutus, dein ad hospitium

tium

tium leguleorum Londiniae fe contulit; unde ad aulam regiam promotus, tandem in Hiberniam fe contulit, ubi multa infignia facinora fub D. Henrico Sidneio prorege commifit; a quo eques auratus, et Monfteriae praefes factus. Poft haec in Angliam rediit, et cofmographiae ac rei nauticae ftudio deditus, licentiam obtinuit novas regiones inveftigandi, fed primo conamine infeliciter demerfus erat. Vide etiam Howes edit. Stow. p. 812. Fuller's *Worthies* i. 261.

GILBERTUS [THOMAS] fcripfit *Summam fermonum*, quae dicitur *Summa abftinentiae*. Mf. Bodl. Sup. D. i. Art. 8. Quidam Tho. Gilbert, decretorum doctor 24 Jul. MCCCCLXXXVII inftallat. in praebend. de Hengftrigg. *Reg.* Well. Et A. MCCCCXCIV refident. Wellen. Ibid. Anno MCCCCXCVIII prid. cal. Jul. collat. ad liberam capellam de Alberton. dioec. Well. Ibid. Vicarius de Wellington dioec. Bathon. 9 Jun. MCCCCXCIX, et 12 Octobr MD rector de Ch. Malford. dioec. Sarum. A. Wood. Mf. C. 106. rector de Lymplefham. Obiit A. D. MDIII. Ibid. 107.

GILBERTUS CATHANENSIS epifcopus, qui fubjectioni Scoticarum ecclefiarum archiepifcopo Eboracenfi pro virili obftitit. Scripfit, *Exhortationes ad ecclefiam fuam*, lib. i. *De libertate Scotiae*, lib. i. Claruit A. MCCXLIX, vel MCLXXVIII. Dempft. vii. 562.

[a] GILBERTUS monachus CISTERTIENSIS ordinis fuiffe a Trittemio adfirmatur, non mediocriter in literis profectus, ac tandem abbas factus. Porro meminit ejus operis in *Cantica Canticorum* [b]. In fumma colligit hominem anno D. MCC floruiffe. Breviter haec ille quidem; at tam obfcure, ut illuftri opus fit facula, quae tenebras difcutiat. Sed nae ego parum verecundus fum, qui Trittemii obfcuritatem in re, quam ipfe illuftrare non poffum, notem. Ne tamen omnino temere notaviffe videar, non feneftram, fed rimulam, qua radiolus illuceat, aperire volo. Fuit hic Gilbertus Anglus, ut ego nuper ex epiftola *Oraculo* Cyrilli *, Carmelitae, praefixa didici; quae licet nullius prae fe ferebat nomen, habebat tamen nefcio quid, quod Joachimum, Florenfis coenobii abbatem, fapiebat. Cujufcunque erat, pro me loquatur ipfa: "Frater Gilbertus Anglicus, "magnus ille theologus, Ciftertienfis monachus, qui et ipfe hunc libellum fatis curiofa expofuit." An non jam aliquantulum lucis promiffi attulimus, cum et Anglum fuiffe conftat, et interpretem *Vaticiniorum* Cyrilli? Anglicus, ne hic ignarus fis, lector, Gilberti cognomen non fuit. Solenne olim erat exteris Anglici cognomentum minus quidem proprium, at plaufibile fatis, noftris procul a patria ftudentibus indere. Hinc Gilbertus Anglicus dictus. Fuit et alter Gilbertus Anglicus, profeffione medicus, fed memoriae recentioris; cujus *Practicen* et *Compendium medicinae* multi ad quaeftum properantes diligentiffime legebant. Tertius quoque accedit Gilbertus, Vifimonafter. abba, qui *Homil.* 47 *fuper Cantica* fcripfit, et *Difputationem de anima*. Quaeret a me forfitan curiofus aliquis verum Gilberti monachi cognomen. Certe ita ufus invaluit, ut nobis tam monachi quam medici propria nomina prorfus abftulerit. Jam quod fcribit Trittemius Gilbertum abbatem fuiffe, nec probare nec improbare contendo; in utramque tamen partem quod dicam aliquid habeo. Ex verbis epiftolae, cujus fupra mentionem feci, nihil elucet, unde recte colligere poffum Gilbertum abbatem fuiffe. Nihilominus, cum nuper effem Bellolandae, monafterio Eboracenfis agri, Ciftertienfibus confecrato, incidi in *Theologicas conciones* cujufdam Gilberti, abbatis, fi vera fuit infcriptio,

[a] Baleus duos facit Gilbertos, ordinis Ciftercienfis, quorum unus de Hoylandia, alter theologus nuncupatur; hic ann. LXXX altero pofterior: hos etiam duos recenfet Pitfeus, pofteriorem Magnum cognominans. Cum tamen res geftae, fcripta, etc. confundi videntur, fi conjecturis indulgere liceat, nihil impedit, quin per hos duos unus tantum, fc. Gilb. de Hoylandia, intelligatur. Gilbertus itaque difcipulus Bernardi Clarevallenfis erat, et ab eo monachus Ciftercienfis factus; et poftea abbas erat Swinfheadae ejufd. ord. in ea parte com. Lincoln. quae Hollandia dicitur. Abbas Gilbertus de Hoyle occurrit in *Monaft. Angl.* i. 753. [b] Sc. 48. Pitf. 46. Bal. 47. Bofton. Bur. omeliae in 3 capita Canticorum, incipientes ab eo loco cap. 3. (ubi D. Bernardus finem fecit) "In lectulo meo "quaefivi," ufque ad illum locum capitis quinti "Dilec-"tus meus candidus." Pr. "Varii funt amantium affe-"ctus." Extant Argent. MCCCCXCVII. Antw. MDLXXVI. f. et apud Bofton. Bur. num. 82. 14. 43. 20. 39. 139. et cum operibus D. Bernardi edit. Parif. MDCII. Pitfeus etiam dicit Mf. extare in bibl. S. Petri Cantab. p. 196. Hoc opus a Baleo afcribitur Gilberto Weftmonafter. Homeliae etiam 47 hujus argumenti et principii a Lelando in bibl. Wardon. inventae, eidem attribuuntur, *Coll.* iii. 10. Vide Cave. ii. p. 393. Praeter *Opus in Cantica*, Gilb. de Hoylandia fcripfit fecundum Baleum ex Boft. Bur. iii. 51. et Pitf. p. 246. *Vitam D. Bernardi*, lib. i. *Super epiftolas Pauli*, lib. xiv. In bibl. Waverl. et Nov. Monaft. juxta Bofton. In bibl. coll. Univ. Oxon. E. 10. extat *Commentum magiftri Gilberti in omnes epift. Pauli*. Pr. pr. "Sic-"ut prophetae poft legem." *Super pfalterium*, lib. i. apud Bofton. Bur. num. 163. 160. 127. 124. *In evang. S. Matthaei*, lib. i. Pr. pr. "Lufifti utiliter ubertim-"que." Pr. op. "In illo tempore dixit Jefus." In bibl. Nov. Monaft. apud Bofton. Bur. Mf. Bodl. NE. A. 2. 15. eft tantum homilia in die S. Stephani. *In Apocalypfin Joannis*, lib. i. In bibl. Nov. Monaft. apud Bofton. Bur. *Sententias theologicas*, lib. i. In bibl. Southwerc. Ibid. *De ftatu animae*, lib. i. In bibl. Brinkborn. *De cafu diaboli*, lib. i. In Nov. Monaft. Ibid. Hi duo afcribuntur Gilb. Weftmonaft. quem vide. *Homelias plures*, lib. i. Quidem hujus Gilb. fermones (ut videntur) extant in cod. Bodl. NE. A. 2. 15. inter fermones Petri Comeftoris et Hugonis S. Victor. mixtas. Libris fupra memoratis addidit Pitfeus *Epiftolarum* lib. i. "Tam vero, quam "veteri uteris, mi Ricarde." Mf. in bibl. publ. Oxon. Bodl. NE. A. 2. 10. Opera Gilberti Magni five Theologi ita annumerantur a Baleo iv. 47. et Pitfeo, p. 361. *Pro Chriftiano contra Gentiles*, lib. i. carmine elegiaco. *De natura rerum* (profa) lib. i. *Hiftoriam quandam* (juxta Sciopum, Mf. Trin. add. Bal.) lib. i. *Comment. in Pfalterium*, lib. i. "Chriftus eft integer, caput cum membris." Mf. ejufd. principii et tituli in Bodl. NE. A. 3. 7. *In oraculum Cyrilli*, lib. i. "Cum ad monafterium Cluniacenfe." *Diftinctiones theologicas* (alphabetice) lib. i. "Duplex eft ab-"ftinentia, deteftabilis," etc. Mf. Bodl. NE. A. ii. 12. et A. iii. 3. Liber ejufdem principii et argumenti, cui titulus, *Abftinentia* (ordine alphabetico) Mf. in bibl. Lincoln. Oxon. A. Auft. 61 et Mf. Norwic. More, 129. *Conciones eruditas*, lib. i. "Rom. 15. Quaecunque fcripta funt, ad." *Quid fit monachus?* lib. i. *Dictorum collectanea*, lib. i. *Epiftolarum ad diverfos* lib. i. *Commentarios Scripturarum*, lib. i. plures—in Mf. Leland. Trin. in add. Bal. Addunt Baleus et Pitfeus de Gilberto Theologo, quod poftquam aliquot annos in ftudio bonarum artium apud Oxoniam et Cantabrigiam pofuiffet, Parifiam adiit, et tandem Tolofam, ubi fatis conceffit A.D. MCCLXXX, et ibi fepultus eft. *Graeci raddit

inscriptio, Hoylandiae[c]: sed quae sit ista Hoylandia, nondum percognitum habeo. Scio Batavorum patriam vulgo appellari Hoylandiam, sive Holandiam; quo etiam nomine vocatur et apud nos regiuncula, quae Velandae et Lindae magnorum fluminum ripis inferioribus complectitur: num tamen apud Batavos sive apud Lindios nostros coenobium sit Hoylandia dictum, mihi plane incertum est. Denique, ut paucis concludam, non mirum est, quod Anglis Gilberti vita obscura sit: nam, ut ego mihi persuasi, studuit, longum vixit, forsan et Cistertii, ac tandem procul a patria obiit. Trittemius ejus vitam designat anno D. MCC. Joannes Baleus, Carmelita, correxit numerum, ac annos octaginta super addidit; at qua autoritate mihi plane incertum. Ex *Lelando*.

addit Mf. Trin. [c] Gilbertus de Hoylandia, abbas de Swinsete, Bernardi Clarevallensis discipulus olim familiaris erat. Hoylandia regiuncula est, quae Velandi—Mf. Leland. Trin.

GILBERTUS MAILROSENSIS monachus, et postea abbas Insulae Sacrae. (Vid. Dempster. p. 329.) Scripsit *In tria Canticorum capita sermones* viii. lib. i. Claruit anno MCC. Dempster. vii. 617.

GILBERTUS UNIVERSALIS ob varietatem doctrinae appellatus: De quo Henr. Huntingd. *De episcopis, etc.* sui temporis apud Whart. *A. S.* vol. ii. p. 698. ita: " Quid memorem Gislebertum cognomine Universalem, episcopum Lundoniensem? Non fuit ad usque Romam par ei scientia. Artibus erat eruditissimus; theoria singularis et unicus: fama igitur celebris et splendidus." Hervei, episcopi Eliensis, consanguineus, canonicus ecclesiae Lugdunensis. A. MCXXVIII consecratus erat episcopus Londinensis. Scripsit, *Expositiones in Vetus Testamentum. In Threnos Jeremiae. In Psalterium. Super Cantica.* Pr. " Osculetur." in bibl. Westmon. juxta Boston. Burien. Obiit trans Alpes versus Romam profectus A. D. MCXXXIV. 10 Aug. juxta Whart. *De episc. Lond.* p. 51. seqq. et Cave, *Hist. lit.* ii. 384. et Godwin. p. 234. Obiit A. MCXXXVIII juxta *Continuat.* Fl. Wigorn. A. Wood. Mf. Glyn. A. MCXXXIX juxta Leland. *Coll.* i. 489.

GILBERTUS gente Hibernus, URGALLENSIS cognominatus, forte quod in Ergallia sive Uriele natus fuerit. Ergallia autem antiquitus complexa est totam illam regionem quae nunc divisa est in comitatus Louthianum et Monaghanensem, forte etiam Armachanam. Ordinis Carmelitarum frater erat, et in academia Oxoniensi educatus. Scripsit, *Summam quarundam legum*, lib. i. *De rebus theologicis*, lib. i. Claruit circa A. D. MCCCXXX. Bal. xiv. 93. ex J. Bloxami *Epistolis*.

GILBERTUS WESTMONASTERIENSIS. Vide CRISPINUS.

GILBY [ANTONIUS] patria Lincolniensis, et Cantabrigiensis academiae in Christi collegio olim alumnus, ex trium principalium linguarum notitia celebre apud Britannos obtinuit nomen. Plura ille in patrio sermone composuit, praecipue ad Gardinerum Wintoniensem, *An answer to the devillish detection of Stephen Gardiner, bishop of Winchester, etc. compiled by A. G.* Lib. i. Princ. praef. " Dearly beloved, bought wyth the same bloude." MDXLVII. 12mo. printed at London by him that lived at the St. John evangelist, for that devise is on the last leaf. Angl. Lond. MDLI. MDXCI. 8vo. *Adversus diaboli sophisticen lib.* i. *contra Gardineri librum de missa*, MDXLVII. 8vo. Hujus meminit Rob. Crowleus in pr. *Confutat. artic.* Nic. Shaxton. Lond. MDXLVIII. 12mo. *A comment upon Micha*, lib. i. " We do nede no newe prophets." Lond. MDLI. 8vo. bibl. Bodl. Wood. 776. *Commentarios in Malachiam*, lib. i. " Scripsit nuper rude commentarium." Angl. Lond. . . . 8vo. Hujus meminit in pr. libri *De electione et reprobatione. De electione et reprobatione*, lib. i. " Whereas three years ago, dearly beloved." Angl. Genev. MDLVI. 16 ad finem Angl. edit. Th. Bezae. *A brief treatise of predestination*, Lond. MDLXXVI. 12mo. MDLXXXI. 12mo. *De libero arbitrio*, lib. i. *His admonition to England and Scotland to call them to repentance.* Genev. by Joh. Crispin. MDLVIII. cited by Stapleton in his *Counterblast.* f. 23. Strype *Elizab.* 123. *Bezae paraphrasin in psalmos* transtulit in linguam Anglicam. Princ. dedic. comitissae Huntingdon. " Right honorable, my singular good lady. I can write." Lond. MDXC. 12mo. in bibl. Norwic. More. It. eccl. Linc. Antonius noster *Transferendis Bibliis Genevensibus* manum admovit, Strype, *Eliz.* 222. Regnante Elizabetha in Angliam rediit, et Genevensi disciplinae addictior in purganda ecclesia Anglicana a papismi reliquiis magnopere insudavit, et puritanus factus ceremoniis, etc. infensissimus. Scripsit Anglice *Epistolam piam patribus et fratribus suis reverendis mag. Coverdale, mag. Turner, mag. Whittingham, mag. Sampson, doct. Humphrey, mag. Leaver, mag. Crowley, et aliis, ut papismi herbas noxias eradicent.* Princ. " Because we are created for God's glory." A. D. MDLXX. Impr. in collectione hujus argumenti libellorum, qui PARS REGESTRI, etc. intitulatur. 4to. Epistola haec praefationis loco praefixa est libro *A pleasant dialogue*, etc. Lond. MDLXXXI. *Centum papismi capita, quae Anglicanam reformationem deformant.* " First the popish names and offices." in praedicta *Parte Registri*—f. 59. Addita sunt ea fini dialogi. *A pleasant dialogue between a souldier of Barwick, and an English chaplain; wherein are largely handled and laid open such reasons as are brought in for maintenance of popish traditions*, cited by Bancroft dangerous positions, p. 50. Lond. MDLXVI. MDLXXXI. 12mo. *A prayer for the faithful.* Princ. " O Lord, and most merciful." Sub finem *Dialogi.* Bale. ix. 75.

GILDAS ALBANIUS, e regia prosapia oriundus, filius Kau regis Scotiae (Joh. Glaston.) S. Patricii discipulus in Hibernia ad tempus evangelizavit, et academiam Armachanam rexit. Dein in Britanniam rediit, et in monasterio Lancarvanensi scholam instituit; postea ad insulam Echni secessit, sed ea paulo post piratarum Orcadiensium metu relicta Glastoniam petiit, et prope eam ad ripam Axi fluvii ecclesiam condidit S. Trinitatis nomini dicatam, ubi reliquum vitae solitarie transegit.

transegit. In juventute Gallias petiit, ubi per 7 annorum spatium studuit; hisque expletis cum magna copia diversorum voluminum applicuit in majorem Britanniam. Scripsit, *Commentarios evangeliorum*, lib. iv. In coenobio Lancarvanensi *Librum* iv *Evangelistarum* sua manu exaratum reliquisse traditur, unde effinxit, opinor, Baleus scripsisse eum dictos *Commentarios*. Waraeus. *De primis habitatoribus insulae*, lib. i. *Versus vaticiniorum*, lib. i. "O rabiem Brytonum, quos copia." *De Sexto cognoscendo*, lib. i. "Ter tria lustra tenent, quum." Mf. bibl. Bodl. Digby 186. *Super eodem Sexto*, lib. i. "Cambria Carnevan Anglis." Ibidem. *Regum Brytannorum historiam*, lib. i. *De victoria Aurelii Ambrosii*, lib. i. *Acta Germani et Lupi*, lib. i. Aliqua ejus opera Mf. habentur in bibl. publ. Cantabrig. Pits. p. 93. Obiit A. D. DXII. 4 cal. Febr. et corpus Glastoniae humatum est. Joh. Glaston. Bal. i. 50.

GILDAS ALDANUS Candidae Casae episcopus. (Vide Dempster. 321.) Scripsit *De ecclesiae Scoticae privilegiis*, lib. i. Claruit A. MCX. Dempster. vii. 599.

GILDAS CAMBRIUS. Inter nobilium liberos et obsides Brytannos, quos Romae sub Augusto Caesare nutritos narrat Galfridus Monumetensis, hunc fuisse puerum nobilem, non levis est mihi conjectura; ac Titum Livium illic audivisse, Bal. i. 24. Mira de hujus poësi, elegantia, etc. praedicant Baleus et Pitseus; et eum posteris reliquisse referunt, *Annales suae gentis*, lib. i. *Historiam Arviragi contra Juvenalem*, lib. i. *Cambreidos carmen*, libros plures. Vid. *Assert.* Arthuri, f. 32. b. *Epithalamion Gennissae*, lib. i. *Lites Luddi et Nennii*, lib. i. *Poëmata diversi generis*, lib. i. *De Perdice prophetante*, lib. i. *Epigrammatum* lib. i. E britannico in Latinum transtulit, *Prophetiam Perdicis*, lib. i. *Legum Molmutianarum*, lib. i. Ita Rudborn. in Whart. *A. S.* vol. i. 260. *Statuta Dunwallonis*, lib. i. *Leges Martianas*. Rudb. in Wharton. l. c. E Graeco in Latinum vertit, *Petitionem Bruti ad Dianam*; *et responsionem Dianae*. Extat apud Pitseum, p. 70. *Cambreiden* cum aliis quibusdam Gildae opusculis Blasius Biragus Italus A. D MCCCCLX ex Hibernicis insulis in Italiam transportavit, Bale. Pits. Claruit circa A. D. LX. Bal. et Pits. locis citatis. Stillingfleet, *Orig. Britan.* p. 209. et Nicols. *Hist.* libr. 32. unum reipsa tantum, non plures fuisse Gildas scriptores asserunt. Vide *Acta sanctorum*. Ast Usser. *Hist. eccl.* p. 237. contrariam fovet opinionem. Ut quod res est dicam; duos fuisse Gildas necessario statuendum est, quia auctor de *Computo* nequaquam tempore Gildae, qui de, Britanniae excidio scripsit, vivere potuit. Lelandus, *Comm. in Cign. Cant.* in voce Brit. poëtam et historicum duos fuisse asserit Gildas.

GILDAS QUARTUS dictus, ex eo quod tres illo vetustiores fuere, origine Hibernus, ortu Cambrius erat. Monachus fuit coenobii Bannochorensis. Historiam contexere incepit A. D. DCCCXXIX, quam, teste Lelando splendidis mendaciis, anilibus fabulis, ac prodigiosa barbarie confudit. Liquet, inquit, eum studuisse in finibus Scotorum Hibernienfium; de quorum rebus gestis pauca sed antiqua commemorat Baleus ex Lelando. Scripsit secundum Bal. ii. 21. Pits. 166. et Waraeum 109. *Breviarium Gildae*, lib. i. "A principio mundi usque ad diluvium." Nescio an hic liber vel proximus idem sit cum praedicta *Historia*, vel cum *Historia*, quae vulgo Gildae ascribitur, sed Nennius autor est. Extat tom. i. *Hist. Oxon.* per Galeum. Historia haec in Mf. antiq. Norwic. dicitur a Gilda Sapiente composita esse. De *Historia* Gildae, vide Usserii *Epistolam ad Camdenum*, p. 77. inter *Epist. Camden. Historia Britonum ad tempora B. Augustini* per Gildam versu heroico. Extat in Mf. Cotton. Julius, D. xi. 1. *Gesta Britonum a quodam Gilda* edita, incipiunt "Britannia insula a quodam Bruto." Mf. Gale. Glynn. *De mirabilibus Brytanniae*, lib. i. "Primum miraculum est stagnum." *De primis habitatoribus*, lib. i. *De rege Arthuro:* metro eleganti, lib. i. "Primus ab Italia post patris fata relegat." Mf. imperfectum habuit mag. Allen. A. Wood. Mf. P. *De sepulchro ejus incognito*, lib. i. *De esse periculoso*, lib. i. *De milite leonis*, lib. i. *De milite quadrigae*, lib. i. *De Percevallo et Lancelotto*, lib. i. *De Galguano et aliis*, lib. i. *De computo dialogum inter mag. et discipulum*, lib. i. 99 capit. constantem. "Cap. 1. de numerorum potentia." Mf. Cotton. Vitellius A. xii. antiq. Pr. pr. Rabano Mauro. "Legimus scriptum in Proverbiis." Pr. lib. "D. Quia te, venerande pater, saepe audivi." Praefationem ad Rabanum Maurum edidit Cl. Usserius in *Epist. Hibern. sylloge*, p. 55. In eodem codice Cottoniano Vitellius est etiam Gildae liber *De natura rerum*, cap. 48. "i. De diebus." Pr. pr. "Dum te praestantem ingenio." Quaere, annon sit potius Isidori? Claruit A. D. DCCCLX. Bal. Pits. 820. War. l. c. Dempster. vii. 601.

GILDAS, cognomento SAPIENS[a], ex Cambria oriundus, eo anno[b], ut ipsemet testatur, natus fuit, quo Aurelius Ambrosius, rex Britanniae, de Saxonibus gloriosissime in Monte Badonico triumphavit. Est autem Badonicus Mons, quamvis aliter somniet Polydorus, ea civitas, quam Britanni Cair Badune; nostra vero aetas lingua vernacula BATH appellat. Sed de hac re alias latius dicemus: nunc Gildae vita, quae prae manibus versatur, perscribenda est: in quo negotio mihi per tenebras etiam crassissimas eluctandum. Primum liberaliter, et in bonis artibus educatum vel in ipsa adolescentia fuisse, cum ex aliis multis, tum ex hoc praecipue argumento colligi potest; quod non prius maturam, hoc est, virilem aetatem attigerit, quam nomen aliquod decusque per literas inter

[a] Vide *Acta sanctorum* tom. ii. p. 952. de Gildis, etc. prolixam dissertationem. Nicholson, *Hist. libr.* i. p. 81. seq.

[b] Gildas Badonicus dictus, natus anno DXX ob praelium Badonicum claro (inde ei nomen.) Ilтuti, Morganensis discipulus, monachus Bannochorensis. Cave, p. 424.

Cambros

Cambros suos sibi pepererit. Quo tamen loco studuerit, non satis constat [c]. At cum in confesso sit, barbariem per totam late Britanniam, a Pictis, Scottis, et Saxonibus misere depopulatam, circiter illa tempora invaluisse, solosque monachos literarum qualescunque reliquias in suis coenobiis ab interitu servasse; verisimile est, quod in aliquo Cambriae monasterio eruditis studiis operam dederit. At quoniam eo tempore Bannochorense coenobium, prae ceteris, quae in Britannia erant, tanquam sol inter minora lumina, elucebat; facile crediderim locum fuisse studiorum Gildae. Auget mihi hanc conjecturam, quod ipsemet fateatur, se monachum fuisse; quanquam non ita suo adhaesit monasterio, ut nusquam pedem alio, studendi gratia, moverit; nam in Gallia doctis artibus incubuisse fertur, ac Romam, voti, nescio, an literarum causa, petiisse; deinde, addita studiis colophone, in patriam rediisse; sed cum tam copiosa juxta ac eleganti librorum supellectile, ut magnum toti Britanniae non modo thesaurum, verum etiam ad virtutes ornamentum intulisse videretur. Non tamen ille, meo quidem judicio, tantum patriae per mutos magistros, quantumvis multas et eruditos, profuit; quam viva sua voce, et probatissimis continentiae exemplis [d]: late enim praedicabat evangelium, idque tam pio, tam sincero, tam denique sancto ferventis animi spiritu, ut nemo homo unquam facile sanctiori. Eratque labor ille tanto fructuosior, et magis necessarius, quanto religio in Britannia assidua barbarorum incursione facta imbecillior. Accessit etiam ad praedicationem pondus longe maximum, cum populus recte videret, doctoris sui vitam ad amussim cum evangelicis quadrare praeceptis. Quare ut quisque inter Cambros ardentiori ferebatur ad virtutem studio, ita solebat Gildam, consilii causa, perquirere. Ipse etiam non raro viros, fama continentis vitae celebres, adire, et de animi immortalitate plurima audire simul ac dicere. Cadocum [e] tamen inter alios summe dilexit, observavit, coluit. Erat autem Cadocus vir probatissimae vitae, locum in Morgania ab omni strepitu remotissimum incolens; quem Cambri, quod ipse in condendo coenobio suo ac faciundo opere cervis pro jumentis usus sit, LANCAROVAN, id est, locum a cervis designatum, postea appellavere. Jam clarus erat Gildas titulo cum scientiae, tum virtutis; omnibusque, qua erat morum integritate, mirifice placebat: at sibi uni non placuit. Cogitavit igitur de arctiori vivendi genere; et invento tandem loco studiis suis bene commodo, monasterium, in quo longum vixerat, sive illud Bannochorense, seu quodcunque aliud fuit, reliquit [f]. Sunt qui putent, quibus et ego fere totus consentio, illum mare Sabrinaicum petiisse; unamque ex insulis, quas ibi aestuantis aquae * impetus fecit, incoluisse. Sunt duae parvae insulae in ea parte Sabrinaici maris, qua proximus est a Somaria in Morganiam trajectus: vulgus usitato vocabulo HOLMES vocat. HOLME vero lingua Saxonica montem significat: unde, quia insulae istae in mediis fluctibus instar monticulorum apparent, nomen sumpserunt. Sed qui paulo curiosiores ex natura nominis differentiam sumpsere, unam vero STEPEHOLME, alteram FLATHOLME vocant. STEPE Latine sonat id quod *praeruptum*: FLATE autem *planum* significat. Quare ego nova nova nomina, sed Latina et ejusdem prorsus significationis, donec vetera, Britannica quidem illa, succurrant imponam. STEPEHOLME *Praeruptaria* certe a me vocabitur, FLATHOLME *Planaria*. Multa hic mihi conjecturam non vanam faciunt, Gildam ex istis insulis unam silentio suo primum destinavisse; deinde etiam in sedem accepisse. Sed quam non sunt humana consilia ullo tempore certa, firma, stabilia! nam quo loco altissimum sibi promiserat silentium, et quietem multo securissimam, evenit, ut strepitum et turbas non raro sentiret. Piratae mali causa fuerunt; qui facinorum conscii, ad parvas Sabrinaici aestus insulas, tanquam ad loca minime populosa, atque ob id praedae et latibulis opportuna, proras vertebant. Tulit ille aliquandiu improborum furta, rapinas, sacrilegia. Sed cum depredationibus nec modum nec finem ullum adesse videret, coactus ipsa necessitate, de mutanda sede cogitavit. Inter cogitandum autem Somaria illi prae oculis obversabatur; in qua coenobium fuit eremitarum, nomine Avallon, quod ego *Pomarium* interpretor: de cujus cum antiquitate, tum religione multa quidem et saepe ante audiverat. Nacta igitur opportune navicula, vela fecit, brevique optato litore potitus est. Nec mora, itineri se accinxit, et prospere, quo voluit, pervenit, id est, Avalloniam. Quem locum recentiores GLESSONEYBURY vocaverunt, ego autem Latina compositione *Glessoburgum*. Hujus loci antiquitates, si diligens lector quaesiverit, cum in Patricio, tum praecipue in Arturio Monemutensi, mea opera illustratis, bene multas, nec scitu quidem indignas, inveniet. Nunc mihi dicendum, quam magni ad Avalloniam Gildae eremitae, eremitae et ipsi adventum fecerint. Certatim hospitem amplectebantur, adventui ejus congratulabantur, denique nullam non humanitatem exhibebant: atque haec quidem omnia promptius, alacrius impensius faciebant, quod multa de Gildae continentia et literis per famam ante audivissent. Tam non possunt esse virtus et eruditio in obscuro. Ille rursus gratias, quantas potuit, maximas agere, et cum modestia, quam ultro obtulerunt, humanitatem accipere. Quid longa hic oratione opus est? usque adeo bene illi cum nova sede conveniebat, ut nihil supra. Miraris forsitan, [g] lector,

[c] In schola B. Iltuti, cum Samsone archiepiscopo, et Paulo Oxismorum episcopo, educatus, dein ad Iren † academiam migravit. Vita in *Bibl. Floriac.* Cave.

[d] Gildas, vir diebus suis literatissimus, et moribus excellenter pollens, magni regis Arthuri capellanus. Jo. Ross. Warwic. in *Hist. regum.*

[e] Cadocum invisit post reditum ex Hibernia.

[f] Hujus vitae posterior pars confunditur cum vita Gildae Albanii.

* Aliquando addit Ms. Trin.

[g] Scripsisse fertur Gildas *De immortalitate animae*, lib. i. *De excidio Britanniae*, lib. i. "In hac epistola quicquid." *In sui temporis clerum*, lib. i. "Britannia habet sacerdotes. *De gestis Britonum historia*, lib. i."

† Iren olim academia in Britannia majore. Br. Twyne, §. 146. interp. de Oxonia.

quod

quod nullam hactenus de libris a Gilda scriptis[g], mentionem fecerim: certe in hunc usque locum de industria distuli. Quare jam ipsa res postulat, ut aliquid accurate scribam; quanquam quo minus id faciam, aliquantum obstant externi scriptores; de quibus, si veteres illos numerem, quorum monumenta publicis nostra aetate manibus teruntur, pauci, quod ego sciam, Gildae luculentam aliquam mentionem fecerunt. At stultus interim plane ego, qui in hac parte foris quaeram, quod domi habeam: nostris itaque innitar autoribus. Principio Gildae historiographi mentio est apud Bedam, 22 cap. primi libri *Ecclesiasticae historiae.* Flaccus etiam Albinus in secundo *Epistolarum* libro ad Ethelhardum, Cantiorum archiepiscopum, scribens, Gildae et ejus *Historiae*, tanquam in transcursu meminit. Porro inter paulo recentioris memoriae autores Galfridus Monemutensis, Gulielmus Maildunensis, et Silvester Giraldus Gildae testimonio non semel usi sunt. Nihilominus ab Anglis doctis, quos nostra aetas protulit, dubitatum est, num illa *Historiola*[h] instar duarum epistolarum, quae nuper Polydori opera prodiit, Gildae utpote vero parenti adscriberetur. In qua parte ego certe, modo id quidem citra invidiam fiat, meum interponam judicium. Non equidem negabo, aliqua posse in medium adferri, quae suadeant, Gildam illius *Historiolae* autorem non fuisse; sed quae contrarium adfirment, tam multa et quodammodo manifesta sunt, ut mihi, homini minime credulo, tantum non persuaserint, Gildae opus esse, sed mutilum. Nec interim tamen sum nescius, extare quandam malae fidei titulo Gildae *Historiolam*; cujus ego anno superiori exemplar Isidis ad Vadum in Maridunensi bibliotheca vidi. Ut autem aperte fatear Gildam verum fuisse parentem *Historiolae*, quae Polydori cura typis commendata est; restat adhuc aliquid, in quo sententiam nec possum nec volo celare meam: hoc est, Gildam pium fuisse monachum juxta ac eruditum theologum; sed adeo non cognovisse penitiorem Britannicarum rerum antiquitatem, ut paucula quaedam, eaque concisa, obscura, et confusa, veluti de cortice in suum libellum abraserit. Possem hic plura de Gildae *Historiola* dicere; sed Polydori ferula, ut manum de tabula subtraham, facit. At si extaret liber, quem Gallofridus primo cap. secundi libri *Britannicae historiae* adfirmat Gildam de victoria Aurelii Ambrosii scripsisse; aut si rursus leges Molmutianae[i], quas idem 18 cap. primi libri *Historiae Britannicae* asserit Gildam Latinitate donavisse, usquam comparerent; forsitan meliuscule de illo, quantum ad antiquitatis pertinet cognitionem, sentirem. Age, age, ad haec connivebo, ac aliquid de haeresi demam mea. Illud certe non est tacendum, quod Giraldus scribit, librum evangeliorum Gildae in magno apud Cambros pretio fuisse: unde ego colligo, *Evangelia commentariis* ab eo olim illustrata esse. Quid, quod exemplar *Historiae* Rogeri Hoveduni, quod est Ventae Simenorum in bibliotheca Petrina, haec verba, ubi de Lindisfarna insula agitur, in margine minutis literis, a quodam docto scripta habet? "Lindis-" farnensis insula vocata fuit secundum Gildam tempore Britonum Medcaut:" ex quibus verbis liquido apparet aliquid librorum Gildae, quod hac nostra non comparet aetate, inter Ventanos monachos olim delituisse. Adde huc, quod et Ponticus Virunnius, qui incidens in *Britannicae historiae* exemplar, ejusdem compendium edidit, interseruerit novo operi versus aliquot ex libro *Cambreidos* Gildae; et pronunciaverit, versiculos, qui apud Gallofridum Monemutensem de Bruti ad Dianam precibus extant, fuisse a Gilda scriptos; ac postremo *Perdicinam prophetiam* carmine Latino ab eo donatam[k]. Sed neque Lilii Giraldi in *Dialogo de poëtarum historia* quinto in hac parte testimonium [praetereundum.] Ita enim scribit: "Gildam etiam * "memini me legere Britannicum poëtam his, ut puto, longe antiquiorem; cujus tum mihi ele-" giacum carmen mira facilitate conscriptum visum, nec ideo aspernabile: quem postea etiam "citatum reperi in perveteri historia Britannica." Praeterea de Gildae libris hactenus nihil[l]. Quaesivi

[h] De *Historia* Gildae vide Jo. Prisaei et Cl. Usserii judicia apud Cave, *Hist. liter.* p. 425. Post xlii a Polydori editione annos, incidit Jo Josselinus in duos veteres Gildae codices, quorum alter literarum notis valde peregrinis, et ab usu nostro jamdiu alienis (quippe amplius DC hinc annis scriptis) ad bibl. August. Cantuariae olim pertinuit; alter quidem multo recentior, et scriptura non aeque diligenti (qui tamen minimum ab illo altero discrepabat) fuit olim Glastoniensis coenobii. Hos ut contulit cum Gilda a Polydoro edito, repperit plane multa; quae deerant in impresso Gilda, tum eorum, quae sunt autoris propria, tum maxime sacrorum testimoniorum, quae ab ipso etiam autore ad correctionem suae gentis hic adducuntur. Quasdam etiam sententiarum particulas de suo inseruisse Polydorum comperit, et sacra Scripturarum testimonia, quae retinuit, non omnia iisdem verbis, quibus reperit, reposuisse, sed ex his quaedam loca esse desumpta e vulgata Scripturarum versione, cum Gildam vetustiore editione usum esse appareat. Itaque Josselinus autoritate veterum exemplarium adjutus Gildam mendis sublatis ita castigatum exhibuit anno MDLXVIII, ut non solum verba, sed et integras plane sententias, atque adeo integra folia suis locis restituerit. Ipse quidem Polydorus in praefatione suae editionis agnoscit se nonnulla resecuisse, addidisse autem nihil. Hactenus Cl. Usserius. Cave, p. 425. Gildae nostrae ascribunt H. Huntingd. Baleus, Pitseus, Priseus, ac codices Ms. nonnulli *Historiam de gestis Britonum*, quam Nennii esse deprehensum est. Ibid. p. 426. Vid. Stillingfl. *Orig. Brit.* p. 7. de Gilda. Gul. Neubrig. Prooem. Gul. Malmesb. in libro *De antiq. Glaston.* p. 296. Cave, ii. 190.

[i] Leges Mulmutii et Martiae Gildas historicus de Britannica lingua transtulit in Latinam. Ita J. Castor. in *Chronico* Ms.

[k] Vossius *Hist. lat.* lib. ii. c. 21. *Querolum* sive *Aulularia*m Plauti Gildae nostro tribuit. Vide Fuller's *Worthies* iii. 27. et Barthii *Adversar.* lib. xliv. cap. 13. et lib. iv. cap. 17. ubi haec habet: "Hujus generis (nempe "styli medii inter versum et prosam) est Querulus, drama "ad Aulularium Plauti, compositum a Gilda, ut volunt, Sa-"piente." * Vide ad finem not. sub signo °.

[l] Extant a Gilda Badonico scripta, *Epistola de excidio Britanniae* Ms. Norw. More. 289. imp. in pr. et *Castigatio ordinis ecclesiastici* inter *Orthodoxogr.* Basil. MDLXIX. p. 830. et p. 487. Item in *Biblioth. patrum*, tom. viii. p. 707, 715. et inter *Scriptores Britanniae minores.* Heidelb. MDLXXXVII. fol. Seorsum vero ediderunt (Fuller's *Appeal*, p. 50.) Polydorus Vergilius hortatu Cuthb. Tonstalli, Lond. MDXXV. 8vo. Et Basil. MDXLI. 8vo. Et Jo. Josselinus, Matthaeo archiepiscopo Cant. ab epistolis, Lond. MDLXVII. 12mo. Paris. MDLXXVI. Basil. MDLXVIII. 12mo. Accuratissimam vero hujus episto-

lae

Quaeſivi tamen diligentia, quanta potui, maxima; et ſpes fere certa erat, ſi non Ventae, ſaltem Gleſſoburgi aliquid invenirem: at evenit, ut ne pagellam quidem offenderim. Rurſus longe lateque per Cambriam angulos et forulos multos curioſiſſima manu excuſſi: ſed ne hic quidem apparuit aliquid. Quare finem dicendi faciam, ſi prius pauca de morte et ſepultura Gildae adjecero. Scribit etenim Gulielmus Meildunenſis in libro *De antiquitate Gleſſoburgenſi*, Gildam inter eremitas Avallonienſes obiiſſe [m], et in veteri eccleſiola juxta ſacrum coemeterium ſita, quae, regnante Henrico ſecundo, una cum anguſtiſſima baſilica, Inae regis opere incomparabili, conflagravit, ſepultum, non ſine monumenti inſcriptione, fuiſſe [n]: quanquam [o] et fieri potuit, ut alterius cujuſdam Gildae titulum praetulerit. Ex *Lelando*.

lae editionem ex optimae notae Mſ. ante editis longe ſinceriore habemus cura Cl. Galei inter *Hiſtoriae Angl. Script.* xv. Oxon. MDCXCI. fol. p. 3. Extat Pariſ. MDLXXVI. Hanc epiſtolam emendatius editurus erat D. Barkham, *Inſtrum. Hiſt. Angl.* Mſ. In Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. M. 169. ſunt *Geſta Britonum* a Gilda Sapiente compoſita. Pr. "A "principio mundi uſque ad diluvium anno MMCCXLII." Et Mſ. ibid. 19—12. Liber hiſtoricus Gildae Sapienti male attribuitur; ſcriptus enim eſt anno quinto Edmundi regis. In Mſ. Bodl. NE. C. iv. 3. ſunt *Verſus Gildae de Sexto rege Hiberniae.* Et D. i. 22. in bibl. cathedr. Dunelm. Mſ. G. 248. extant Gildae Sapientis *Geſta Britonum.* p. 236. fol. Et cod. ſequ. *Gildae vitae cum genealogiis ab initio.* Et in Mſ. Norwic. More 91. et 289. dantur *Gildae Geſta Britonum.* Scripſit adhuc Gildas *Epiſtolas*, quarum fragmenta plurima in vetuſto Canonum libro Mſ. bibl. Cotton. exhibentur. Cave, p. 426.

[m] Obiit ſecundum Uſſerium, *Primord.* p. 477. 905. A. 570. Cave. Ab Amiracho Hiberniae rege accerſitus, in Hiberniam venit; ſed cum exiguo tempore evangelium ibi praedicaſſet, Amiracho rege interempto, A. DLXVIII vel DLXIX in patriam rediit, ubi anno inſequenti (juxta *Annal. Ulton.*) e vita migravit. War. p. 107. [n] *Vita et miracula S. Gildae Sapientis* ex vetuſtiſſimis membranis Floriacenſibus edidit Jo. de Boſco in ſua *Bibliotheca Floriacenſi*, part. i. Lugd. MDCV. 8vo. (imperfecte deſinere videtur in capite 29.) Pr. "B. Gildas Arecluta fertiliſſima regione." Vita Gildae Sapientis in 29 capitibus extat Mſ. C. C. C. Cantabr. F. v. 20. et Miſcell. M. 43. [o] Verba haec *quanquam — praetulerit*, in Mſ. Trin. ſupra ſub ſigno * poſt Gildam etiam inſeruntur.

GILLA, GILLE ſive GILLEBERTUS, genere an gente Oſtmannus. Epiſcopus LuniceNſis, Lumnicenſis ſive Limericenſis, non Lincolnienſis, ut apud Pitſ. *App.* p. 844. et Jameſ. *Eglog.* p. 95. Claruit A. MCX, quo ſynodum in Hibernia celebravit, in qua limites epiſcopatuum Hibernicorum definivit. Primus per totam Hiberniam legatus apoſtolicus factus eſt: cui muneri annis jam gravis, morbis gravatus A. MCXXXIX renunciavit, et paulo poſt obiit. Cave. p. 640. Scripſit *De ſtatu eccleſiae*, lib. i. "Imago generalis eccleſiae ſupra." (Pitſ. pro *ſtatu* legit *uſu*) Mſ. in coll. Corp. Chr. Cantabr. ſub. D. 13. et aliud olim penes D. Aug. Lindſel. Dec. Litchf. Prodiit cura cl. Uſſerii una cum duabus *Epiſtolis*; altera ad epiſcopos et preſbyteros Hiberniae, altera ad S. Anſelmum Cantuar. archiepiſc. in *Epiſtolarum Hibernic. ſylloge*, p. 77. Ultima harum etiam extat inter Anſelmi *Epiſt.* in edit. Piccardi, et Gerberon. Mſ. Cantabrigienſe, de quo ſupra, ita: "Incipit prologus libelli Gillae epiſcopi Lumnicenſis de uſu eccleſiaſtico. Epiſcopis, "preſbyteris totius Hiberniae infimus praeſulum Gille Lumnicenſis in Chriſto ſalutem. Rogatu "necnon et praecepto multorum ex vobis, kariſſimi fratres, canonicalem conſuetudinem in dicendis "horis, et peragendo totius eccleſiaſtici ordinis officio ſcribere conatus ſum—ut diverſi et ſchiſmatici illi ordines, quibus Hibernia pene tota deluſa eſt, uni catholico et Romano cedant officio." Obiit circa A. D. MCXL. Ware. p. 53.

GILPIN [BERNARDUS] antiqua et generoſa familia apud Kentmeire in agro Weſtmorland. oriundus, admiſſus erat pauper puer ſerviens collegii Reginalis Oxon. anno MDXXXIII. aetatis 17, et poſtea, cum egregias ingenii dotes laudabiliter excoluit, artium magiſter, ac ejuſdem collegii ſocius conſtituebatur. Linguarum ille Graecae et Hebraicae, philoſophiae et theologiae peritia clarus habebatur: ac ſucceſſu temporis primus ſcholae grammaticalis apud eccleſiam Chriſti archididaſcalus electus fuit. Poſtea ſe ad exteras regiones, impenſis matris avunculi D. Cuthb. Tonſtal. epiſcopi Dunelmenſis, contulit, et literis in academia Pariſienſi operam dedit. Poſt aliquot ibidem collocatos annos in patriam reverſus, favore praenominati epiſcopi rector eccleſiae de Eſington cum archidiaconatu Dunelm. annex. factus eſt circa A. D. MDLVI. Dein autem, reſignato archidiaconatu et rectoria de Eſington, contentus fuit ſola rectoria eccleſiae de Houghton in the Spring. Hic exiſtimationem ſui haud modicam concitavit; unde non tantum parochiani, ſed magna vicinorum frequentia praedicanti ſemper aderant, adeo ut propter eloquentiam, "Apoſtolus ſeptentrionalis," et propter frequentes eleemoſynas "Pauperum pater" appellari ſoleret. Maxime ſtrenuus eccleſiae Anglicanae adverſus pontificios propugnator erat. Epiſcopatum Carleolenſem ipſi circa annum MDLX oblatum acceptare recuſavit. Multa ſcripſit, edidit vero tantum, *A ſermon before the king and court at Greenwich, on the firſt Sunday after Epiphany, on Luke* ii. 41—48. Pr. "For ſo "much as the whole." Lond. MDLXXXI. 8vo. MDCXXX. 4to. MDCXXXVI. 12mo. *Concionem coram Edwardo* vi. *de ſacrilegio.* Carleton *Vita Gilpini.* *Tres epiſtolas* Anglice. Ibid. Et Strype *Elizab.* 80. Scholam grammaticalem fundavit apud Houghton; et teſtamento legavit ſtipendium quibuſdam anguſtioris fortunae ſcholaribus collegii Reginalis Oxon. in ſubſidium ſtudiorum. Obiit 4 Martii MDLXXXII anno aetatis 66, et in eccleſia de Houghton ſepultus jacet. Vitam ejus edidit unus ex alumnis Georgius Carleton, poſtea epiſcopus Ciceſtrenſis; quem conſule. Lond. MDCXXVIII. 4to. MDCXXXVI. 12mo. MDCLXXXI. 8vo. *Faſti Oxon.* i. 74. Fuller's *Worthies* iii. 139. Ejuſd. *Church hiſtory* xvi. 61. 191.

GILPIN [GEORGIUS] frater Bernardi Gilpin, A. MDLVII in Hollandiam publica propter negotia miſſus erat. Stow, *Chron.* p. 629. Fuit mercatoribus Anglis Antverpiae tempore reginae Mariae ab epiſtolis. Hollingſhed. iii. 1149. Reginae negotia tractabat apud Status Hollandicos.

Carlton's

Carlton's *Life of Bern. Gilpin.* Tranſtulit, ex Teutonico in Anglicum, *The beehive of the Romiſh church, per Phil. Marnix* ſub fictitio nomine *Iſaaci Ribboteni.* Edit. per Joh. Stell. MDLXXIX. 12mo. (ubi Georgius Gilpin ſenior vocatur) Lond. MDLXXX. MDCXXXVI. 12mo.

GIRALDUS [a] CAMBRENSIS [SILVESTER] ex nobiliſſima familia ortus, in provincia Penbrochiana natus fuit, non procul a Tinbio celeberrimo jam mercatorum emporio; qui eo felicitatis, neſcio tamen ſub quibus praeceptoribus [b], in omni fere literarum genere tandem evaſit, ut cum ipſis doctorum virorum principibus, quae illa erant tempora, merito conferri poſſet. Nec deerat in tanta et tam varia rerum cognitione torrens dicendi copia; ſed ſibi aliquando inaequalis, quod vitium non hominis ſed potius aetatis erat. Quis enim illo ſaeculo talem facile ſperare potuiſſet facundiam, qualem cito nactus eſt Giraldus? Hac jam bonarum literarum gloria celebris factus, coepit in aliquo * eſſe [pretio] vel apud ipſum Henricum regem ejuſque filios; uſque adeo, ut, cum rex Joannem filium ſuum in Hiberniam mitteret [c], Giraldus dignus eſt viſus, qui ei a ſecretis eſſet: in quo munere obeundo tam egregie ſe geſſit, ut Joanni merito gratiſſimus [d] eſſet. Sed nec hoc tacendum omnem fere antiquitatem Hiberniae in obſcuro eſſe et altiſſima oblivione, niſi ille in tempore manum calamo adhibuiſſet [e]. Domum tandem regreſſus maximo cum ornamento, tum uſui fuit Balduino [f], archiepiſcopo Cantiorum, qui edicto Henrici ſecundi, Anglorum regis, milites cruciferos ad bellum in Saracenos ſuſcipiendum animavit. Nec erat interim hominis tam clara virtus ſine fortuna comite [g], maximeque in ſua Cambria; quae res ut illi magnam gloriam peperit, ita nec minimam voluptatem. Sunt enim, qui putent Giraldum archidiaconum Tavenſem fuiſſe. Hoc liquido conſtat Brachaniae illum et Meneviae fuiſſe archidiaconum [h], tandemque a canonicis ejus eccleſiae rite in epiſcopum Menevenſem electum [i]: cujus poſtea rei gratia Romam petiit, ubi, competitore quodam ſtrenue per pecuniam agente (ſunt enim omnia venalia Romae) cauſa et dignitate [k] cecidit. Sed nunc ad libros ab illo ſcriptos, quorum catalogum ipſe diligentiſſime ſcripſit. Ejus itaque verba hic apponam: "Occurrit hic igitur in primis tempore "tenerior *Chronographia* noſtra et mundi *Coſmographia* [l], annis adoleſcentiae verſibus hexametris "pentametriſque compoſita, plus philoſophicum quam theologicum nonnullis in locis dogma "ſecuta. Item *Topographia Hibernica* [m], liber ſcilicet de ſitu terrae illius, et mirabilibus ejuſdem "multis exaratus, Oxoniae per tres dies continuos [n] publice recitatus. Item liber *De expugnatione* "*Hi-*

[a] Giraldus Barrius, vulgo Cambrenſis, patre Gul. de Barry, matre Angareth, filia Neſtae nobilis filiae Reſi principis Southwalliae (War. p. 112.) Mauritio prognatus, Giraldo de Windſor, qui arcem condidit Pembrochianam, et Neſtae (ſororis Griffini, auſtralis Walliae principis) filio. Godw. p. 607. Natus erat A. D. MCXLVI. Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 374. Sylveſter nomen contumeliae ei ab aemulis datum. Idem ii. pr. xx. [b] Silveſter Giraldus juvenis 20 annorum ſtuduit Lutetiae Pariſiorum. iii *Diſtinct. De Inſt. Princ.* Leland *Coll.* ii. p. 19. An. MCLXXII Sylv. Gyrald. ab academia Pariſienſi, ubi per plures annos bonis literis operam dederat, in Angliam reverſus eſt. *Angl. Sacr.* ii. 374. Vide Uſſerii *Syllogen epiſt. Hibern.* p. 117. a. 154. Whart. *Praef.* 18. p. 373. Cave. ii. p. 400. *Vitam* Sylv. Giraldi Mſ. ad finem lib. iv. *Diſtinctionum.* Vide *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 28. * Aliquo loco eſſe vel Mſ. Trin. [c] A. D. MCLXXXV. [d] Ita ut Joannes epiſcopatus Fernenſem (Wexfordenſem, Cave.) et Lechlinenſem ei obtulit; ſed eos recuſavit. Ware. Whart. l. c. [e] Anno MCLXXXVI media Quadrageſima in concilio Dublinienſi peroravit, et poſt Paſcha in Walliam rediit. Ibid. [f] A. D. MCLXXXVIII illum in Wallia itinerantem comitatus eſt; non autem comitatus in peregrinatione ad terram ſanctam, ut tradiderunt Pitſeus, p. 279. et doctiſſ. Caveus, p. 697. [g] Anno MCLXXV a Ric. archiepiſcopo Cant. legatus in Gallia conſtitutus, brevi poſt archidiaconatum Brechinienſem obtinuit. Anno MCLXXVI menſe circiter Maio, epiſcopus Menevenſis electus eſt (Qu. annon error eſt pro patruo Davide. Vide Godw.) et ſub exitum ejuſdem anni Pariſios repetiit. Anno MCLXXIX juris canonici profeſſor publicus in academia Pariſienſi electus, provinciam recuſavit. Anno circiter MCLXXX in patriam reverſus adminiſtrator epiſcopatus Menevenſis a Petro epiſcopo conſtitutus. Anno circiter MCLXXXIV ab Henrico rege in curiam accitus, una cum rege in Normanniam tranſiit. Anno MCLXXXIX ex Gallia legatus eſt a Ricardo rege ad tutandas Walliae partes. Eodem anno Willelmo epiſcopo Elienſi, ſummo Angliae juſtitiario, coadjutor datus eſt. Anno circiter MCXC epiſcopatum Bangorenſem ſibi oblatum recuſavit. Anno circiter MCXCI epiſcopatum Landavenſem ſibi oblatum recuſavit. Anno MCXCII aula relicta, Lincolniam ſtudia theologici gratia ſe contulit, ibique per ſeptennium moratus eſt. Ex *Chron. rerum a Giraldo geſtarum* a ſcriptis ſuis expiſcata per Cl. Whart. *Angl. Sacr.* ii. 374. Canonicus erat eccl. cath. Herefordenſis (Whart. *Praef.* ii. 23.) et rector eccleſiae de Cheſterton com. Oxon. Whart. in *Angl. Sacr.* ii. p. 571. et Whiti Kennet Ambroſden. p. 157. [h] Non inutile erit monuiſſe illum fuiſſe archidiaconum Brechinienſem in eccleſia Menevenſi, non Brechiniae ac Meneviae (ut Leland et Bal.) nec primo Brecnoccenſem, poſtea Menevenſem (quod vult Pitſeus.) Unicum enim Brechiniae archidiaconatum Giraldus obtinuit, quamvis ab eccleſia cathedrali Menevenſis archidiaconatus in pontificum, regum et ſui ipſius literis ſaepius appellatus fuerit. Wharton. ibid. xx. De eo Lelandus praeſcriptis Brachaniae finibus, Giraldus aperte declarat ſe archidiaconum Brachaniae fuiſſe. Hinc facile crediderim tam propenſum fuiſſe in provinciae illius deſcriptione et laudibus; quod ſi in caeteris Cambriae provinciis pari induſtria et cura uſus fuiſſet, magnum et immortale quoddam praeſtitiſſet. Leland. *Coll.* ii. 89. de *Itinerario* Cambriae. [i] Anno MCXCIX per capitulum Menevenſe 29 Junii in epiſcopum electus eſt. Anno MCC adminiſtrator epiſcopatus Menevenſis, tam in temporalibus quam ſpiritualibus, pendente lite ab Innocentio iii papa conſtitutus. Wharton. l. c.

[k] Anno MCCIII 15 Apr. ſententia definitiva ab Innocentio papa lata, Galfridus eligitur in epiſcopum, Giraldus autem archidiaconatum Willelmo nepoti reſignavit. Whart. l. c. [l] Lib. i. Bal. Pitſ. iv. Girald. Leland. ii. 108. Scripta anno aetatis vigeſimo. Leland. ibid. 109. In cod. Cotton. Tiber. B. 13. poſt quaedam Giraldi opera ſubnectitur liber *De deſcriptione mundi, etc.* quem manus recentior orae codicis appoſita Giraldo inſcripſit; ſed proſa ſcribitur et legationem ad Tartaros anno MCCLIII memorat. Whart. l. c. [m] Ad Henr. ii. lib. 3. (non 4 ut Bal. Pitſ.) ſcripta anno aetatis 30. Leland. ii. 109. Pr. ded. "Placuit excellentiae veſtrae." Pr. ep. ad lect. "Lectio "certa prodeſt, varia delectat." Mſ. Bodl. Laud. F. 25. Pr. lib. "Conſideranti mihi quam brevis et fluxa." Mſ. Tho. Bodl. NE. D. 3. 2. Mſ. More Norw. 92. imperf. in princ. Mſ. C. C. C. Cant. I. 9. auctior quam in pleriſque exemplaribus. In bibl. eccl. Weſtmon. extat *Girardus Cambrenſis de mirabilibus Hiberniae*, lib. iii. Pr. praef. "Conſideranti," etc. Pr. lib. "Illuſtri regi Anglorum "Henrico ſecundo Girardus ſuus. Placuit excellentiae "veſtrae." Ad finem: "Explicit *Topologia Hiberniae* "per Girardum." Extat inter *Scriptores hiſt. Angl.* editos Francof. MDCII. fol. p. 692. Quaedam de miraculis Hiberniae ex *Topogr.* ſeorſum edidit Th. Meſſingham, *Florileg.* p. 423. [n] Primo die pauperes omnes oppidi totius ad hoc convocatos hoſpitio ſuſcepit et exhibuit. In craſtino vero omnes doctores diverſarum facultatum, et diſcipulos

" *Hiberniae* [o], et hac ultima insulae illius per Anglos subactione. Insuper *De legendis sanctorum :*
" Vita scilicet S. Davidis [p], Menevensis archiepiscopi : Vita S. Caradoci [q], nobilis loci ejusdem
" confessoris : Vita S. Ethelberti [r], martyris egregii Herefordensis : Vita S. Remigii [s], Lincol-
" niensis episcopi primi : Vita S. Hugonis [t], quinti post Remigium loci ejusdem antistitis. Liber
" *De promotionibus et persecutionibus Gaufredi*, Eboracensis archiepiscopi [v]. *Symbolum electorum* [w]
" ad varia complenda diversorum desideria. Liber *Invectionum* [x], Romae in Giraldum acriter
" inchoatus, et ibidem ipso, papa monente, in pleno consistorio ad injurias respondente, et objecta
" crimina non incompetenter evacuante, pariter et refundente, nec non et utilia postmodum quae-
" dam adjiciente, consummatus. *Speculum* [y] *duorum commonitorium et consolatorium*, et quod sola
" peperit indignatio, cum *Epistolis* paucis ad injurias illatas respondentibus et remordentibus,
" quasi querulum carmen emissum. De cleri circa sacramenta majora magisque necessaria in-
" structione, cui *Gemma ecclesiastica* [z] titulus nomen dedit. *Itinerarium* Giraldi, et laboriosa Balduini,
" Cantuar. archiepiscopi, *Legatio*, devotaque per Walliam in crucis obsequium *Praedicatio* [a].
" *Cambriae Topographia* [b], et tam terrae, quam morum gentis illius brevis et compendiosa descriptio ;
" cujus in fine satis succinctus et dilucidus librorum nostrorum catalogus est appositus. Porro
" circiter id ipsum temporis, quo Cambriae descriptionem stylo perstrinximus, *Mappam* [c] ejusdem

scipulos famae majoris et notitiae. Tertio die reliquos scholares, cum militibus, oppidanis et burgensibus multis. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. p. 56. [o] Sive *Historia vaticinalis de expugnata ab Anglis Hibernia*, lib. 2. " Quoniam " de insulae Hiberniae situ." Script. anno aetat. 30. Leland. ii. 109. Hujus duplex editio extat a Giraldo ipso facta : Prima (quae in bibl. Lambeth. Mss. 248. habetur) Richardo Pictaviensium comiti (postea Angl. regi) dicata est, et tres libros continet. Secunda, ad Joh. regem nuncupata, duobus libris absolvitur, et extat inter *Scriptores hist. Angl.* Francof. MDCII. f. p. 755. Duo priores libri primae editionis idem fere sunt cum secunda, in hac tamen auctiores, Whart. l. c. Scripsit quidem prologum in lib. iii. *Vaticinalis historiae*, sed librum ipsum, ut videtur, nunquam perfecit. Baleus porro *Vaticinalem historiam* diversam facit ab ea, quam *De expugnatione Hiberniae* scripsit Giraldus ; sed perperam, ut ex initio jam dicti prologi liquet, ubi *Historiam* eam *Vaticinale nomen* sortiri asserit, quod ei Merlini vaticinia, tam Caledonii quam Ambrosii, locis competentibus, prout res exigebat, inseruerit. Atque hinc etiam (ut suspicor) Baleus effinxit Giraldum scripsisse (praeter libros *De expugnatione Hiberniae*) *super Merlino Caledonio*, lib. i. et *Super Ambrosio Merlino*, lib. i. Asserit praeterea Giraldum scripsisse *Illustrationes Merlinorum*, lib. ii. quorum initium est, *Quoniam in prioribus libris Merlini* ; sed male : nam verba ea desumpta sunt ex initio prologi in libr. iii. *Vaticinalis historiae expugnationis Hibernicae*, War. p. 116. Memorat Pitseus *Vaticinalem historiam* versu, lib. i. " Hactenus historia pleno per." [p] Lib. ii. (i. in Ms. Cott. Vitellius, E. 7. cap. xiv.) " Vitam S. Da- " vid archiepiscopi, quem vulgares." Hanc ex Ricemarchi *Historia* contexuit Giraldus. Whart. praef. Ex cod. Cotton. Vitell. E. 7. primum evulgavit Cl. Wharton. *Angl. Sacr.* tom. ii. P. p. 628. Ms. in bibl. publ. Cant. Pits.

[q] Lib. i. [r] Lib. i. cap. 23. Pr. pr. " Si quis " vero deliciarum." Extat Ms. in bibl. Cotton. Vitell. l. c.

[s] Lib. i. Sive *De vitis S. Remigii et episcoporum Lincolniensium illi succedentium* (usque ad Hugonem) *et aliorum sex Angliae episcoporum sui temporis*, lib. iii. " Reverendo " patri et domino Stephano : volumen hoc bipartitum." Hos ex cod. C. C. C. Cantabr. N. 29. edidit, exceptis quibusdam miraculis, Cl. Whart. *Angl. Sacr.* ii. p. 408.

[t] Lib. i. Scripta anno aetat. 60. [v] Lib. ii. " Va- " rias rerum humanarum vices." Edidit ex cod. Cantabr. C. C. C. G. i. Cl. Wharton. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 375.

[w] Seu *Epistolae variae a semetipso collectae*. Anno aet. 50. scriptae. Leland. *Coll* ii. 109. " In his sunt plures in- " vectivae adversus Wibertum, abbatem de Bethlesdene " ord. Cist. *Epistola* prolixa ad Petrum Menevensem epi- " scopum, de officio episcopi ; altera ad Adamum, abba- " tem Evesthamensem, de laude amicitiae ; ad Ricardum, " Angliae regem, de literarum et virtutis studio (in qua " regi vitia sua mira libertate pariter ac gravitate increpat) " sermo in synodo Menevensi in illud, *Labia sacerdotis* " *custodiunt scientiam*," etc. (Hic sermo est Ms. Bodl. NE. E. 6. 11. In eodem codice est epistola ejus ad Gualt. Mapes, in qua eum a studio literarum gentilium ad sacra pertrahere pluribus satagit. Pr. " Familiare est sapienti.") " Constitutiones de modo regiminis et visitationis, aliisque " ecclesiasticis negotiis, datae officialibus et clericis sibi " subjectis ; tractatus de S. Scripturae praestantia et digni- " tate ad Walterum Mapes, archidiac. Oxon. amicum " conjunctissimum. Mitto alia." Sic Whartonus, qui ipsum Ms. in bibl. Cotton. Tiber. B. 13. vidit et perlegit.

[x] Anno aetatis 50 scriptus. Leland. ibid. Hunc Baleus, etc. in tres dissecuit ; sc. *Invectiones triennales*, lib. i. *Ad invectiones Huberti*, lib. i. *Ad aemulorum objecta*, lib. i.

[y] Anno aetatis 50 scriptum. Leland. ibid. Ex hoc (ni fallor) effinxit Baleus et ejus sequaces, *Speculum commonitorium*, lib. i. *Speculum consolatorium*, lib. i. *Remordentes epistolas*, lib. i. *Querulum carmen*, lib. i.

[z] Scripta anno aetatis sexagesimo. Leland. ibid. In duas partes dividitur, quarum prima agit de sacramentis magis necessariis ; secunda de clericali honestate et continentia. Princ. " Agmen in castris aeterni regis." Bal. Ms. Bodl. NE. A. 4. 5. *Liber de divinis officiis*. Pr. pr. " Agmen," etc. Dividitur in 4 partes ; in quarum prima agitur de missa, et ecclesia, ejusque ministris. Secunda, De reliquis horis. Tertia, De solennitatibus totius anni. Quarta, De concordia officiorum, Ms. Ita Ms. C. C. C. Cantabr. N. 8. ubi Amalario tribuitur a manu recentiori, et *Gemma ecclesiae* inscribitur. Ita etiam liber *De divinis officiis* quae *Gemma animae* inscribitur (Ms. Cotton. Tiber. C. 3.) additis tantum ad finem quibusdam *De officio Romano*, Bedae ascribitur. " Opus valde prolixum, quod integrum quasi the- " ologiae et disciplinae ecclesiasticae corpus complectitur. " Extat Ms. in bibl. archiepiscopali Lambeth." Whart. pr. ii. 23. " Fortasse eadem est cum *Gemma animae*, quam " sine nomine autoris edidit Joh. Cochlaeus Mogunt. " MDXLIX. Certe idem est utriusque libri initium." War. p. 118. [a] Lib. ii. Pr. pr. primae dedic Stephano, arch. Cantuar. " Sicut variis rerum motibus." Ms Cotton. Domit. A. 1. Pr. pr. secundae " Quoniam ea quae in " Britannia." Ms. Lambeth. 263. *Itinerarium Cambriae*, et *Itinerarium Baldwini* unum idemque opus est, licet Baleus tanquam diversa enumeraverit ; et non continet 3 vel 4 libros (ut ille ait) sed duos. Extat cum notis Dav. Powel. Lond. MDLXXXV oct. et inter *Scriptores Hist. Angl.* Francof. MDCIII. p. 818. Extat *Epitome hujus Itinerarii* versu Ms. in bibl. Luml. Pits. Scripsit hoc auctor anno aetatis 40. Leland [b] Lib. ii. (iv. Bal. iii. 59.) Ms. vero Bale. Glyn. ii. Pr. " Ille ego qui quondam Hiber- " nicam." Primum librum, qui *De laudabilibus Walliae* inscribitur, evulgavit Dav. Powelus, Lond. MDLXXXV. 8vo. et exinde typographi Francofurtenses, p. 880. Secundum, qui *De illaudabilibus Walliae* titulum habet, primus in lucem evulgavit Cl. Whartonus, *Angl. Sacr.* tom ii. p. 447. Ex hoc posteriori opere finxerunt Bal. et Pits. *De illaudabilibus Cambriae*, lib. iii. Duplex hujus operis editio a Giraldo facta est. Prima extat in bibl. Westmonast et Hugoni, Lincolniensi episcopo, dicatur. Secunda, quae multoties auctior est, Stephano, Cant. archiepiscopo, nuncupatur, et est in bibl. Cotton. Domitian. A. 1. Codex Cottonianus habet ad finem Giraldi *Retractationes*, et *Catalogum breviorem librorum suorum* ; Westmonasteriensis ejusdem *Epistolam ad Willelmum, episcopum Hereford. de topographia sua Hibernica*. Istam Usserius edidit in *Hibern. epist. syllog.* p. 114. illa extat in *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 445. *Topographia* scripta est anno aetatis 40. Leland. l. c. [c] Extat ea in principio codicis Westmonast. minio depicta.

" expressam,

2

" expreſſam, quatenus et natale ſolum non tantum literis, ſed etiam protractionibus quibuſdam, " et quaſi picturis variis, non incompetentibus aut indecentibus noſtra foret ad unguem opera de" claratum, brevi in loculo arctoque folio loca quam plurima complectentes, eademque tum " dilucide ſatis, et diſtincte diſponentes non abſque ſtudioſo labore propalavimus. Liber *De* " *fidei fructu fideique defectu* [d], labor ſcilicet diligenti lectori non inutilis. Liber *De principis in-* " *ſtructione* [e], labor quoque ſua laude non indignus. Liber *De geſtis* [f] *Giraldi laborioſis Mene-* " *venſis eccleſiae* [g], de cujus dignitate multa complectitur, quanquam ad praeterita minime mede" lam, magnam tamen ad futura cautelam praeſtans." Meminit praeterea in *Topographia* [h] *Hibernica* libelli *Floſculorum philoſophicorum* [i], quem carmine ſcripſit. Promiſit [k] etiam ibidem totius Britanniae topographiam [l], quam ego prae aliis libris omnibus, quos edidit, ſi modo edidit, ſemper videre optavi, atque etiam jam opto [m]. Vixit ultra ſeptuageſimum annum [n]: ſepultus in Menevenſi eccleſia, quae vulgo vocatur ſanum S. Davidis. Ex *Lelando*.

[d] Lib. i. [e] Lib. iii. " In apibus rex unus erat." Scriptus anno aetat. xl. Leland. ibidem. Extat Mſ. in bibl. Cotton. Julius, B. 13. Collectanea quaedam in hoc opere extracta in Lelandi *Coll.* ii. p. 13. Hujus operis argumentum et methodum videre liceat apud Whart. lib. cit. Praef. ii. xxiv. [f] *De rebus a ſe geſtis*, lib. iii. Hos pariter ac *Dialogos* ſequentes a ſe ſcriptos fuiſſe Giraldus in utriuſque operis praefatione diſſimulat. Ipſum tamen autorem eſſe ex innumeris utriuſque locis conſtat: quinimo id in *Catalogis operum ſuorum*, in *Retractationibus* et *Dialogorum* calce, ipſe diſertim fatetur. *Hiſtoriam de geſtis Giraldi* integram codex Cottonianus Tiber. B. 13. (quem ſolum ſupereſſe arbitror) ante medium mutilatus, nobis invidit. Jacturam tamen optime reſarciet *Dialogorum* ſequentium pars poſterior, quae eandem *Hiſtoriam* ſatis ubertim narrat, iiſdemque fere verbis conſtitiſſe videtur. Whart. Praef. ii. xxii. Extat impr. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 457. Pr. " Inclitorum geſta virorum."

[g] *De jure et ſtatu Menevenſis eccleſiae diſtinctiones ſeu dialogi inter quaerentem et ſolventem* vii. (vi. Cave. male.) Princ. prol. " Reverendo patri ac domino Stephano, Cant. epi" ſcopo." Pr. operis: " Quoniam liberalem te pluri" mum." Mſ. C. C. C. Cantabr. I. 9. Baleus, Pitſeus, Wareus, et Caveus, *Dialogum inter quaer. et ſolv.* diverſum faciunt a *Dialogo de jure Meneven.* ſed perperam. Duplicem hujus operis editionem Giraldus adornavit. Secunda multo brevior, tribus intermediis dialogis et epilogo omiſſis (ita Mſ. C. C. C. Cantab.) extat Mſ. in bibl. Cotton. Vitell. E. 5. Prima prodit in *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 514. ex cod. Cotton. Domitian. A. 5. qui codex Giraldi autographus eſſe videtur. Whart. ibidem. Extat Mſ. in bibl. coll Corp. Chr. Cant. I. 9. 3. 4.

[h] Abbreviator quidam antiquus Giraldi hujus *Topogr. Hib.* (Mſ. Norwic. More 74. f. 194. b.) in margine appoſuit hanc notam: " Nota, quod Giraldus item ſcripſit " unum alium librum, quem intitulavit *De philoſophicis* " *floſculis*; in quo de multis naturalibus tractat, et ma" xime de fluxu et refluxu maris, et qualiter luna movet " humores et aquas." [i] Lib. i. [k] Libro *De illaudabilibus Walliae.*

[l] Lib. iv. Bal. Mſ. Cantab. coll. Petri 232. Mſ. in bibl. publ. Cantab. et coll. Corp. Chr. Cantab. Pitſ. *Cambriae topogr.* lib. ii. " Ille ego qui quondam, etc." loco hujus ponitur in Mſ. Bale Glynn. [m] Scripſit etiam *Ad Steph. Langton. Cant. archiepiſcopum, de abdicatione archiepiſcopatus non faciendo*, epiſt. i. " Poſtquam apud Gildefordiam." Ex cod. Lambeth. 589. evulgavit Whartonus *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 435. *Retractationes*, lib. i. " Tractatum re" tractationum et catalogum." Ex cod. Cotton. Domit. A. 1. editus *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 455. *Carmen de miſeria conditionis humanae*. Princ. " Unde ſuperbit homo, cujus " conceptio culpa." Extat Mſ. in bibl. Lambeth. Hexaſtichon hujus pr. et arg. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 104. f. 278. Et Mſ. Digb. 53. f. 10. *Carminum et epigrammatum*, lib. i. Pr. epigr. " In natale ſacro, ſacra ſolem." Bal. Princ. carm. " Florida fructifera Simonis." Bal. Ita incipit *Reſponſio* Giraldi ad carmen Sym. de Fraxino. Mſ. C. C. C. Cantab. I. 9. ubi alia quaedam carmina ſunt. Quaere, an hujus Giraldi? Extat Mſ. in bibl. Lambeth. et auctior in bibl. Cotton Vitell. E. 5. Quorum bina impreſſa in Whart. *Angl. Sacr.* ii. p. 434. alterum ibid. p. 444. Lelandus, *Coll.* ii. p. 103. memorat varia epigrammata et epiſtolas Giraldi, carmine ſcriptas, ad finem libri *Speculum eccleſiaſticum* dicti. *Speculum eccleſiae*, ſive *De monaſticis ordinibus et eccleſiaſticis religionibus variis diſtinctionum* libri iv. In bibl. Cotton. Tiberius, B. 13. Pr. " Sicut hominum naturam, quibus." Pr. dd. Steph. Langton. archiepiſcopo Cant. " Quoniam " ad Cantuarienſem S. Trin." Giraldus monachos capitali odio ſemper proſecutus eſt, et in omnibus ſuis ſcriptis monachorum hypocriſim, fraudes, et inſcitiam acriter inſectari geſtit: iſtud vero opus triennali labore contexuit, ut aeternam monachis infamiam induceret, atque odio ſuo plene indulgeret. Initium illi facit epiſtola prolixa ad Stephanum, Cant. archiepiſcopum, *De literaturae defectu*. Tres diſtinctiones priores monachorum nequitiis duntaxat narrandis et inſectandis abſumuntur. Quarta alienum argumentum tractat, ſc. de ſtatu, inſtitutione, honore, etc. ſedis Romanae aliarumque ſedium patriarchalium, et de munere paſtorali et epiſcopali. *Prologi librorum a ſemetipſo ſcriptorum*, lib. i. In unum volumen opera ſua congeſta, et (ſi Pitſeo fides) ad Gualt. Mapes nuncupata, uſque hodie extant in bibl. coll. S. Trinitatis Cantabr. Whart. *Praef.* ii. 23. 25. Scripſit etiam ſecundum Baleum iii. 59. et Pitſ. p. 279. ſeqq. *Diſtinctiones Giraldi*, lib. i. " Nunc ad ea, quae contra naturae curſum." Sed idem plane eſt cum libro ſecundo *Topographiae Hiberniae*. War. *Relationem dormientium*, lib. i. " Septem " dormientes in civitate Epheſi." Mſ. Bal. Glyn. " Regna" bat Decius imperator." Bal. *In opera quaedam Senecae*, lib. i. " Lucius Annaeus Seneca Cordub." *Mirabilia terrae ſanctae*, lib. i. *De planctu lacrymabili*, lib. i. " Quo" niam ad Cantuarienſem, ſancte." *Vitam Henrici* ii. lib. iii. Mſ. Cantab. in bibl. publ. " Giraldus Cambrenſis in " verbis parumper parcus, in ſententia tamen plurimum li" beralis, praeter *Itinerarium Walliae*, et *Topographiam*, " quam edidit de diverſis orbis partibus, et praecipue de re" gione Hiberniae, ulterius de ſubjugatione illius patriae " per militiam et potentiam Henrici ii regis fertur hiſtoriam " quandam, quamquam brevem, multum tamen ſcematicam " praeſcripſiſſe." Ita Johannes Whethampſted in *Granario*, Mſ. Cotton. Nero. c. vi. *Acta regis Johannis*, lib. i. " Johannes filius junior Henrici." *Epithalamion*, lib. i. " Ut lux poſt tenebras." *De Ciſtertienſium nequitiis*, lib. i. Qu. an ſit diverſum a *Speculo eccleſiae*, vel a *Symbolo electorum*: in quo habentur invectiva in abbatem de Bittleſden, ord. Ciſtertienſis. *Epiſtolas et dictamina*, lib. i. " Remiſimus vo" bis librum noſtri." Qu. annon extent in libro, *Symbolum electorum* dicto. *De avibus et earum naturis*, lib. i. *Rhetoricas orationes*, lib. i. *Deſcriptiones magnorum virorum*, lib. i. Inveniuntur in *Hiſtoria* ſua *expugnationis Hiberniae*, viz. Rich. Strongbow, comitis Penbrochiae, Roberti Stephanidis, Mauritii Giraldidis, et aliorum heroum. Sed non eſt de his, etc. diſtinctus liber. War. *De honeſtate clericali*, lib i. *De Mahumeto et ejus nequitiis*, lib. i. *De Guidone Warwicenſi*, lib. i. *Praerogativarum computum*, lib. i. *De mundi mirabilibus*, lib. i. His addidit Pitſeus, *Expoſitiones in varios Sacrae Scripturae textus*, lib. plur. *De vita S. Patricii*, lib. i. Mſ. in bibl. publ. Cant. extare refert Pitſeus, ſed ejus non eſt, ſed ſolum compactus in uno volumine cum operibus quibuſdam Giraldi Cambrenſis. Idem accidit in bibl. Cotton. Vitell. E. 7. Eodem modo falſo Giraldo attribuuntur — *De purgatorio S. Patricii*, lib. i. et *De Mona inſula*, lib. i. Mſ. ibid. Reliqua opera ſunt, *De ſede Menevenſi et Landavenſi*, lib. i. Mſ. in bibl. publ. Cantab. citante Pitſeo, et in coll. Corp. Chriſti Cantabr. J. 9. 4. *Introitus ad recitationem*. lib. i. Mſ. in bibl. publ. Cantab. *Chronicon Anglorum*, lib. i. *De regibus Viſi-Saxonum*, lib. i. Hi duo male Giraldo tribuuntur, et error hauſtus eſt e prima Balei editione, ſed in ſecunda non inveniuntur War. *Pro reddenda talione*, lib. i. . . . *Illuſtrationes Merlinorum*, lib. ii. J. Bal. in Add. Lel. Mſ. Trin. Ex operibus Giraldi fragmenta quaedam vidit Pitſeus Lovanii Mſ. in bibl. Joannis Fenni, preſbyteri Angli. [n] Claruit ſeptuage-

narius A. D. MCCX. Bal. Pitſ. Anno XIV Hugonis Wells, epiſcopi Lincoln. (ſc. MCCXXIII) vacavit eccleſia de Ceſtreton in com. Oxon. per mortem magiſtri G. de Barri proximi rectoris ejuſd. eccl. Haec in *Rotul.* anni quarti decimi Hugonis epiſcopi Lincoln.

GIRARDUS CORNUBIEN. Hunc autorem *De geſtis Britonum* lib. i. cap. 8. citat Rudbourn. in Whart. *A. S.* vol. i. p. 181. et lib. iii. c. 8. p. 186. *De geſtis regum Weſt Saxonum,* lib. iii. c. 6. Ibid. p. 189. Thinnus eum a Giraldo Cambrenſi diſtinguit. Quaere, annon ſit unus et idem. *Hiſtoriam Guidonis de Warwyke* ab hoc ſcriptam edidit Hearnius in *Append.* ad *Annal. Dunſtapl.* num. xi. Extracta eſt haec hiſtoria e capitulo xi Giraldi *De geſtis regum Weſt Saxonum.*

S. GISIBARIUS Preſbyter Scotus ſocius et diſcipulus S. Rudberti. Vide Dempſter. p. 308. Scripſit *Ad Boiarios homelias,* lib. i. Claruit A. DCXXX. Dempſter. vii. 574.

GISLA et RICHTRUDA Anglicae moniales, genere nobiles, Caroli regis Franciae filiae (Bulaeus, *Hiſt. acad. Par.* tom. i. p. 105.) literis Latinis ſub Alcuino in academia Pariſienſi educatae. Ad Alcuinum in Galliis degentem ſcripſerunt *Epiſtolas conſolatorias,* lib. i. "Poſtquam, "venerande magiſter." Harum quaſdam Londini olim vidit Baleus. Earum una Pr. "Poſt-"quam," etc. inter opera Alcuini. p. 374. Pariſ. MDCXVII. f. Extat etiam ante *Comm.* Alcuini in *Joh. evangelium,* Argentor. MDXXVII. 12mo. Has quas Cantuarienſes (potius Pariſiacenſes) eſſe putat Baleus, claruiſſe refert circa A. D. DCCLXX. Bal. ii. 18. Pitſ. 154.

S. GLACIANUS epiſcopus Scotus. Vide Dempſter. p. 302. Scripſit, *Hiſtoriam Scotiae,* lib. i. *Foedus inter reges Scotiae et Franciae,* lib. i. *De epiſcopi officio,* lib. i. Claruit A. DCCCXXX. Dempſter. vii. 561.

GLACTON [ROGERUS] patria Huntingdonenſis, frater eremita ordinis S. Auguſtini in oppido Huntingdonenſi, S. theologiae doctor Cantabrigienſis, et tandem ſui ordinis per totam Angliam praeſes provincialis. A Roberto Sariſburienſi epiſcopo frequentes epiſtolas accepit. Scripſit, *Epiſtolarum* lib. i. *Sermones per annum,* lib. i. *Lecturas et ſermones,* lib. i. Claruit A. MCCCXL, et Huntingdoniae tandem ſepultus eſt. Bal. v. 45. Pitſ. p. 441.

[a] GLANNOVILLANUS [BARTOLEMAEUS] ex nobiliſſimo, ut ego colligo, genere comitum Sudovolcarum ejuſdem appellationi originem duxit. Adoleſcens profeſſionem excolebat Franſciſcanam. Maturior annis factus, Iſidis Vadum, Lutetiam, atque adeo, ſi vera conjectura, Romam ipſam celebravit. Primas ſtudiorum partes prudens philoſophiae impendebat juxta ac theologiae: illa, ut naturalium rerum cauſas ſubtilius excuteret; hac ut mentem tanquam divino quodam illuſtraret radio. Ariſtoteles, Plato, et Plinius illi familiarium fuerunt loco; quorum fultus autoritate, librum *De rerum proprietate* [b] concinnavit, et edidit: quem illa aſſidua terebat aetas manu, unde et ejus in juſtam excrevit fama magnitudinem. Carolus quintus rex Galliae, delectatus hujus operis utilitate, juſſit Joannem Corbiconem, Auguſtinianum, opus tam eruditum in linguam transferre Gallicam: id quod eleganter ille praeſtitit. Vidi hunc codicem in bibliotheca, quae ad Iſidis Vadum ab Hunfredo, duce Claudiano, viro plane incomparabili poſita eſt [c]. Erat et Glanovillanus alter, at aetate ſuperior, Gilbertus dictus, vir feliciter eruditus, primo Thomae Becheto, Cantiorum archiepiſcopo, familiaris, ac poſtea epiſcopus Roffenſis. Ex *Lelando.*

[a] Bartholomaeus Glanvil, non Grannviſius, ut male vocat Henr. Willotus. Pitſ. Cognomento Anglicus. Voſſ. *Hiſtor. Latin.* iii. pag. 533. Extat Anglice. London. MDXXXV. 4to. Eundem librum Stephanus Batman Anglice reddidit, et commentario illuſtravit. Lond. MDLXXXII. fol. Extat Belgice; Harlemi. MCCCCLXXXV. fol

[b] Opus *De proprietatibus rerum* in libros xix diſtribuitur, quorum primus de Deo; ſecundus de angelis bonis ac malis; tertius de anima rationali; quartus de ſubſtantia corporea; reliqui de caeteris rebus creatis agunt. Prodiit Argentinae MCCCCLXXXVIII. MCCCCLXXXIX. MCCCCXCI. f. MDV. 4to. Norimberg. MCCCCXCII. MDXIX. f. et ſub titulo *Allegoriarum ac Tropologiarum in utrumque Teſtamentum,* Pariſ. MDLXXIV. Libris hiſce xix accedere ſolet vigeſimus *De rerum accidentibus,* viz. *de numeris, menſuris, ponderibus, et ſonis*; et in editione Pariſienſi liber eſt *De proprietatibus apum:* Sed Langb. A. Wood. Mſ. ait, Hoc opus eſt Thomae Cantipratenſis, dd. Humberto, gen. fratrum Praedic. Mſ. extat in bibl. Bodl. Digby 12. et Mſ. Bodl. NE. B. 2. 14. 7. et Mſ. ſuper O. 1. Art. 14. et Mſ. Aſhmol. 7534. et 7540. Item in bibl. coll. Novi Oxon. 275. Et Mſ. Oxon. Baliol. G. 19. et Mſ. Merton. N. 6. 2. Art. et Mſ. C. C. C. Oxon. 249. et Mſ. coll. Magd. 137. et 197. Porro quidam opus *De rerum proprietatibus* dicto Thomae Cantipratenſi, alii Alberto M.. alii Gulielmo Brabantino, alii Thomae Teutonico attribuunt. Placcius ii. 21. 107. 108. In Cat. Mſ. Seld. ſupr. 75. bibl. Bodl. eſt liber ejuſd. tit. et xix libr. huic. Barthol. aſcriptus, ſed alium habet auctorem; primum enim caput eſt de partibus humani corporis. Secundus de anima, etc. Hujus Barth. autem *Sermonum liber* prodiit Argentinae MCCCCXCI. Praeter haec memorant Baleus (vi. 15.) et Pitſeus, p. 494. *Chronicon de ſanctis,* lib. i. *De mundo et coeleſtibus,* lib. i. *Poſtillas Scripturarum,* lib. i. . . . . Bal. Pitſ. Has autem Mſ. extare ſuſpicatur Cl. Wharton. (*App.*) in bibl. regis Weſtmonaſt. ſub nomine Joannis Glanvilli ſuper Matthaeum et Marcum. *Contra Laurentium Vallam,* lib. i. Mſ. Oxon. in bibl. Baliol. K. 7. ubi etiam habetur Mſ. Apologia Vallae ad Bartholomaeum, Pitſ. "Forte confundit Pitſeus Bartholomaeum Glanvile, An-"glum, et Bartholomaeum Facium, Ligurem; nam Bar-"tholomaeus Facius orationem invectivam compoſuit ad-"verſus Vallam, et Valla ei quatuor recriminationum "libris reſpondit. Quicquid eſt, multum metuo, ne Pitſeus "erret: nam Valla annis circa L claruit poſt Bartholo-"maeum Glanvile." Voſſ. *Hiſt. Lat.* l. c. [Laurentius Valla natus MCCCCXV, obiit MCCCCLXV.] *Practicam,* lib. i. Mſ. Oxon. in bibl. Bodl. et Baliol. D. 16. Pitſ. Extat *Tractatus de urinis a magiſtro Bartholomaeo, ord. S. Franciſci* (Pr. "This boke that we have now.") compoſitus vel tranſlatus in linguam Anglicam juſſu regis Ric. ii. Mſ. Norwic. More 217.

[c] Claruit Bartholomaeus circa ann. MCCCLX.

GLANVIL [GILBERTUS] in Northumbria natus; utriuſque juris peritus fuit: primum archidiaconus Lexovienſis, et A. MCLXXXV epiſcopus Roffenſis electus; poſtea regis juſtitiarius et cancellarius.

cancellarius. Obiit Junii 24 MCCXIV. Whart. *A. S.* vol. i. 346. Vide *Hist. Petriburg.* p. 186. Extant *Sermones* quidam Gilberti episcopi Roffensis.

GLANVILE [RANULPHUS] vir illustris, juris regni Angliae et antiquarum ejus consuetudinum peritissimus sui temporis sub Henrico ii. Ms. Bale Glyn. Post mortem Rogeri abbatis Abbendon tempore Henrici ii Ranulphus de Glanvil justitiariam potestatem sub rege in toto regno tenebat; ita Ric. James viii. 92. ex *Reg.* Abindon. Baleus et Pitseus male eum Cestriae comitem, et Anglicorum militum ad terram sanctam missorum A. MCCXVIII ducem faciunt, ac A. MCCXXX claruisse dicunt. Hic enim dubio procul diversus fuit ab auctore nostro, qui scripsit *De legibus Angliae*, lib. i. auspiciis Gul. Stamford equitis. Lond. MDLVII. 12mo. Dantur et aliae editiones Lond. MDCIV. MDCLXXIII. 8vo. In Ms. bibl. Bodl. NE. F. 2. 11. tempore Henr. iii. scripto liber hic titulo sequenti literis rubeis ornatus apparet, "Tractatus *De legibus et consuetudinibus regni Angliae* tempore R. Henrici ii compositus, justitiae gubernacula tenente illustri viro Ranulfo de Glanvil, juris regni et antiquarum consuetudinum eo tempore peritissimo. Et illas solas leges continet, quas placitatur in curia regis ad Scaccarium et coram justitiariis ubicunque fuerint. Lib. xiv. Pr. pr. "Regiam potestatem non solum armis contra." Pr. lib. "Placitorum aliud criminale, "aliud civile." Item Ms. Norwic. More. 290. 407. 773. Hic liber concordat in pluribus cum libro legum Scotiae tit. *Regia Majestas.* Obiit Ranulphus de Glanvile A. MCXC. *Annal. Wigorn.*

GLASIER [HUGO] primo frater mendicans ordinis. . . S. theol. baccalaureus, archiep. Cranmeri commissarius Calisiae circa A. MDXLI. A. MDXLII praebendarius ecclesiae Christi Cantuar. In concione quadragesimali 1 Edw. vi. apud crucem Paulinam asseruit: quadragesimam observari ex instituto solum humano. Strype in *Vita Cranmer.* 88. Stow. p. 594. A. MDXXXVIII. 12 Nov. institutus ad rectoriam de Hanworth in comit. Middlesex. ad praesentationem dom. regis, quam permutavit cum rectoria de Harlington in eodem comitatu A. MDXLVI, quae vacabat per ejus mortem ante 17 Jan. MDLVIII. Newcourt. i. 632. Et A. MDLIII Octob. praesentatus per dom. reginam ad rectoriam de Deal Cantuar. dioec. Rymer. *Foed.* xv. 350, quam tenuit A. MDLVII ex patronatu archiepiscopi Cantuar. Et A. MDLVIII. 27 Jul. mag. Glasier sacellanus cardinalis sepultus est apud Lambeth. *Church register collect.* Hare. Edidit Anglice *Concionem apud crucem Paulinam habitam* 25 Aug. MDLV. *in Lucae* xviii. 10. . . MDLV. 8vo. Olim in biblioth. Johannis Stow. Strype in *Vita Grindal*, *App.* 45.

S. GLODIANUS Scotus in insula Maia a Gadano Danorum rege martyrio coronatus anno DCCCLXXIV. Vide Dempster. 305. Scripsit *Pictorum chronicon*, lib. i. Dempster. vii. 567.

GLOSTYNEVIL [JOHANNES de] abbas Abbendoniae (post A. XIX Henr. iii.) A. MCCXLI factus, Ms. Whart. K. 188. in bibl. Lambeth. cujus abbatiae benefactor erat munificentissimus. Paralyticus resignavit, et intra 15 dies obiit A. MCCLVI. Paris. (Obiit nonis Junii MCCLVI. Wallingford. Wharton.) Scripsit *Librum de cartis, terris etc. ad abbatiam spectantibus*; quem *Librum album* vocavit. Ms. A. Wood. p. 69. 72.

GLOVER [ROBERTUS] natus apud Ashfordiam in comit. Cantiae; artis heraldicae studiosissimus ac peritissimus in fecialium collegio, Camden. in *Bercher.* Primo Port Cullis pursuivant; dein Somersetensis titulo insignitus erat A. D. MDLXXI. De eo Fr. Thin. in *Catal. hist. Angl.* ad finem Hollinsh. vol. iii. 1590. ita. "Robert Glover, by office named Somerset, now (MDLXXXVI.) "living, a most rare antiquary, and worthily deserving to be stiled scientissimus antiquitatum." Scripsit, *Presidents of baronies by writt descending with the lands to the heirs males, and not to the heirs females.* lib. i. Pr. "William lord Paget of Bewdesert." Ms. Apogr. Ashmol. 802. *Anglorum regum genealogias*, lib. i. "Anglorum regum genealogiae nondum." *Praefat.* autogr. Ms. Ashmol. 862. p. 231. (Liber deest) *De nobilium Anglorum stirpibus librum* [Ms. Ashmol. 799. 804. 831. 834. *Nobilium*, etc. *insignia et genealogiae*] Gloverus lingua Latina inchoaverat, quem, Camdeno judice, misere corruptum interpolatumque suo nomine sub titulo *Catalogi honoris*, Lond. MDCX. f. Anglice edidit affinis ejus Thomas Mills Cantuariensis. Smith *Vita Camd.* p. xxviii. Ita etiam censuit Cl. Dugdal. Ms. not. Barlov. *Catalogum thesaurariorum et cancellariorum Angliae:* Quem edidit Joh. Philpot. Lond. MDCXXXVI. 4to. Ita Barlov. not. Ms. ex ore Gul. Dugdal. *Epistolam ad mag. Tho. Twine* (dat. 5 Febr. MDLXV) Latine autogr. in bibl. C. C. C. Oxon. Twin. vol. ii. *Posthuma scripta* Gloveri a Clar. Camdeno (dum *Britanniam* moliebatur) perlecta sunt; hinc est quod Brookus eum plagii accusat. Sed vide *Camdeni Vindicias contra Brookum* in Gibsoni *Vita Camdeni.* Inter collectanea historiae Edwardi dom. de Cherbury vol. xiv. quod est Ms. coll. Jesu Oxon. 88. extat *De origine, antiquitate, et differentiis armorum sive insigniorum*; *per Rob. Glover, Somerset.* Idem Ms. Ashmol. 837. 3. et Ms. Cantabr. coll. Caii. Herald. class. B. 59. Et Ms. Petri Leneve. 43. Et Ms. Henr. St. Georgii 26. *Notes from Glover Somerset herald visitation of Yorkshire* A. MDLXXXIV. Ms. Dodesw, Bodl. vol. v. from pag. 125 ad finem. Et Ms. Cantab. coll. Caii. Herald. Class. B. 64. *Collectanea Ms. ex Miscellaneis.* Ibid. vol. 68. f. 9. *Annotations taken out of a visitation made by R. G. Herald*, MDLXVI. 1 Sept. Ibid. vol. 88. f. 9. *Visitation in the county of Stafford*, by R. G. *Somerset Herald.* MDLXXXIII. f. 9. Ibid. vol. 96. f. 9. *Collectanea ex registro prioratus de Blida* per R. G. Ibid. vol. 108. fol. 45. *Pedigree by Boseville made by R. G.* Ibid. vol. 133. f. 29. *De sepultura et exequiis funebribus nobil. equitis Joh. Rantzavii, chirogr.* R. G. Ms. Ashmol. 825. 2. *De gradibus consanguinitatis et affinitatis.* Chirogr. Ms. Ibid. 825. 3. *A treatise of descents of several baronies of England*, by R. G. Ms. Ibid. 825. 5. *Arms and pedigrees of the North*, by R. G. Ms. Ibid. 834. 3. *Illustrissimi ordinis S. Georgii liber primus, qui et* Niger appel-

appellatur. In quo, 1 *Ordinis institutio.* 2 *Patroni.* 3 *Statuta.* 4 *Annales.* 5 *Appendices. Ejusdem ordinis liber secundus, qui et* Caeruleus *appellatur.* Chirogr. R. G. Mſ. Ibid. 809. *Nomina tenentium de rege Will. conquestore per singulos regni comitatus, quemadmodum habentur in libro vocato* Domesday, *in Scacc. remanent. script.* A. MLXXXVI. Mſ. Ibid. 844. 1. *Transcripta quaedam ex registro de Lewes, ex rubro libro per* R. G. Mſ. Ibid. 844. 2. *The pedigree of Rob. Fitzpayne earl of Meshebodevale in the time of Edw.* ii. Chirogr. R. G. Mſ. Ibid. 844. 3. *Analecta quaedam ex abbatiarum libris,* etc. per R. G. Ibid. 844. 6. *Comites Northumbriae antiquiores* per R. G. Mſ. Ibid. 845. pag. 142. *Praefatio ejus ad genealogiam regum Angliae.* Mſ. Ibid. 862. p. 399. *Nomina eorum qui fuerunt cum rege Henrico v ad praelium de Agincourt anno regni sui tertio.* Chirogr. R. G. Mſ. Ibid. 525. 4. *De fundatione coenobiorum in Anglia.* Chirogr. R. G. Mſ. Ibid. 839. p. 44. 58. *Book of crests and devises, by sutes, trickt by* R. G. Mſ. le Neve. 9. *Insignia imperatorum, principum, et magnatum Germaniae.* Ibid. 12. *Collection of abstracts of several liedger books, records and charters.* Ibid. 16. *Scotiae nobilitas; being genealogies of Scotch nobility.* A. D. MDCII. Ibid. 38. *Summonitiones ad parliamenta ab A.* 49 Henr. iii. ad 22 Edw. iv. *inclusive; cum exemplaribus diplomatis regis Stephani Mancrii de Sutton dat. ecclesiae S. Swithini Winton. cui maxima pars magnatum, Angliae testes adhibentur. Recognitiones magnatum anno primo Henr.* ii. *Nomina illorum magnatum quorum consilio charta regis Johannis apud Runnigemede facta fuit. Nomina magnatum sub quorum testimonio editur charta libertatum Angliae et forestae* 9 *Henr.* iii. *Nomina illorum magnatum tempore Henr.* iii *in bello baronum cum rege et contra eum; et magnatum summonitorum ad exercitum Walliae* 44 *Henr.* iii *manu propria Roberti Glover Somerset.* Ibid. 39. *De nobilitate civili* MDLXXXII. Mſ. Coll. Arm. London. 18. *His miscellaneous collections out of evidences of diverse families, abby books, patents, etc.* Ibid. 58. *The title of Henry Vernon of Stokesay in the county of Salop esquire, to the name and style of lord Powys, in the right of Anne his grandmother, cousin and eldest coheir of Edward, the last lord Powys; written in queen Elizabeth's time, by* GLOVER, *in his own hand, as I have been told.* Mſ. Johannis Verney. 2. fol. Obiit Londini 14 (10 Stow.) April. MDLXXXVIII, aetatis 45, et in ecclesia S. Aegidii juxta Cripplegate humatus est. Smith. *Vita Camdeni.* Vid. Stow *Survey,* p. 314. ubi epitaph. Fuller's *Worthies,* ii. 83. A. MDLXXXIII male, obiisse dicit.

GLOVER [THOMAS] transtulit ex Gallico in Anglicum *The book of holy philosophy.* To lord Lumley. Pr. "We find, right honourable, in all ages." Mſ. bibl. reg. Westmon. 17. B. xvi.

S. GOBBANUS presbyter Scotus. Vide Dempster. 305. Scripsit *Acta Fursaei magistri,* lib. i. *Epistolam ad eundem,* lib. i. Extare Peronae dicitur. Claruit A. DCL. Dempster. vii. 565.

GOCH [DAVYDT] BRYDYDH. Poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCCXC. Lhuyd. Davis.

[a] GODARDUS [JOANNES] sectae professor Bernardinae, idemque amator candidus bonarum artium, famam ab ingenii foetura claram meritus est. Matheseos etenim sublimiorem illam avido exhauserat ore cognitionem: ea vero quoniam sine arithmeticae ratione non constat, et hanc quoque perdidicit. Testis est et quidem illustris libellus, quem *De triplici computandi modo* scripsit [b], ac R. abbati Coggesfaulici monasterii dedicavit [c]. Erant praeterea duo Godardi, praenomine Gulielmi, Franciscanae sectae professores, et theologi non ineruditi. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Godardus, monachus Cisterciensis in coenobio (ut videtur) Coggeshalensi, Pitſ. [b] Pr. "Memini me "ad suadelas." Leland. *Coll.* iii. 270. [c] Scripsit etiam *De rebus mathematicis,* lib. i. Claruit A. D. MCCL. Bal. iv. 11. Pitſ. p. 324.

GODEFRIDUS (Cameracensis dictus in Mſ. Bale. Glynn) in urbe Cameraco natus, Whart. *A. S.* tom. i. p. 324. Monachus S. Swithini Wintoniae et ejusdem coenobii tandem (A. D. MLXXXII. Whart. *A. S.*) prior, nunquam abbas, uti Pitseus asserit. Et mirum est Pitseum, qui tantam de rebus Britannicis scientiam prae se ferebat, ignorare S. Swithini coenobium prioratum esse cathedralem, cujus praeses semper prior dictus. In hunc errorem non tam acerbe perstringerem, nisi sciolus ille Gul. Malmsburiensi vitio verterit, quod priorem semper nunquam abbatem vocaret. Vide magnum hujus Godfridi elogium in Malmsbur. *De regibus* lib. 5. Serloni abbati Glocestrensi conjunctissimus fuit noster Godfridus, qui carmen in obitum ejus composuit, quod extat in Malmsbur. loco citato, et ex eo Pitseus transtulit in *Vitam Godfridi.* Hic Godfridus nunquam fuit abbas Burtonensis, Mſ. A. Wood. Pitſ. Scripsit, *Proverbia et epigrammata satyrica,* lib. i. Mſ. Cotton. Vitellius, A. xii. Mſ. bibl. Bodl. Digby 65. et 112. Pr. "Undique susce"ptum qui miscuit." Hoc est principium lib. i. epigrammatum; in quo continentur *Disticha* 100. *Tetrasticha* fere totidem. *Hexasticha* 101 (20) *Octasticha* 13. quae in quatuor distinctos libros male dividunt Baleus et Pitseus: quibus addenda ex epigrammatibus *Decasticha* quatuor. Pr. "Aemule, vae soli, quia." Et *Polysticha* tria, praeter miscellanea alia quamplurima incerti numeri. In Mſ. bibl. Bodl. Digby 112. praeter alia epigrammata habentur ejus *Carmina historica* (luce digna) de rege Canuto, regina Emma, Edvardo rege, Editha regina, Gulielmo rege, Matilde regina, archiepiscopo Lanfranco, Walcherio episcopo Dunelm. Ricardo regis Willielmi filio, Athelrico caeco monacho, Wulnotho comite, Symeone abbate, Wulstano episcopo Wigorn. Roberto episcopo Hereford. Walchelino episcopo, Thoma archiepiscopo, abbate Serlone, Willelmo abbate Fiscam. Pr. "Antiquo Cnuth natus est de sanguine regum." *Nummi descriptionem* carmine, lib. i. Pr. pr. "Nummum descripsi, nummo quoque congrua dixi." Pr. carm. "Nummus honor fidus." Mſ. Bodl. Digby. 65. f. 29. b. Intentio autoris in hoc tractatu est describere

defcribere divitias, et temporales honores divitum, nomine Nummi, nunc laudando nunc vituperando. In vol. ii. *Collect.* Twini *Carmen de nummo*, Hildeberto epifcopo Cenomanenfi autori afcripto. Verfus incipiunt cum variis nummi cafibus. 1. Nominat. 2. Genit. 3. Dativ. *De primatum Angliae laudibus*, lib. i. Vid. Gul. Malmfbur. *Pontif.* lib. ii. p. 246. Rudburn. p. 256. in Whart. *A. S.* tom. i. hunc librum citat. *De diverfis hominum moribus*, lib. i. *Epiftolas elegantes*, lib. i. *Epithalamium B. virginis Mariae.* Pr. " Per orbis ambitum et per." Extat hoc in Mf. Bodl. Digby 65. abfque Godefridi nomine. Apogr. prologi extat in *Collect.* Br. Twyni vol. ii. *Epitaphium Petri Abaelardi.* Pr. " Occubuit Petrus, fuccumbit." Twyn. Ibid. 106. 1142. Obiit A. D. MCVII. Die quo obiit, turris magnae ecclefiae S. Swithini cecidit. Epitaphium ejus extat in Mf. bibl. Bodl. NE. E. i. 7.

Vas virtutis et in vitium non flexile robur,
  Panis egenorum, debilium baculus.
Juftitiae cenfura, fagax fervator honefti,
  Magnus philofophus ac monachile decus.
Heu! tandem mortis Godefridus jura fubivit,
  Hic fua gleba jacet, fpiritus aftra tenet.
Wintoniae monachos prior utpote femper amandus
  Rebus ditavit, moribus excoluit.
Sol erat in Geminis, et erat Cancrum fubiturus
  Poft fex inde dies, cum Godefridus obit.

GODELBERTUS prefbyter a Lilio Giraldo poëta Britannicus dictus. Dempfterus Scotum vocat et S. Sedulii difcipulum. Vid. Dempft. p. 325. Edidit carmine hexametro opus per fchemata et tropos Scripturarum elegantiffime cum hiftoriis currens ab initio mundi ad Chrifti nativitatem; cui titulus *Allegoriarum Scripturae* lib. iv. *Homilias* etiam fcripfit et *Epiftolas*, lib. i. Claruit circa A. D. CCCCXCVIII. Bal. i. 49. Pitf. 92. Dempfter. vii. 608.

GODFRIDUS Hiftoricus Anglus. Monachus et procurator abbatiae Elienfis, factus eft a Gul. rege abbas Malmefburienfis A. D. MLXXXI. Lelandi *Collect.* ex *Hiftoria Elienfi*, tom. i. p. 860. Vide Wharton, *A. S.* vol. i. p. 610. feq. Scripfit *Hiftoriarum libros* aliquot, ex quibus multa collegit Baptifta Fulgofus. *Hiftoria Godfridi de Malmfburia ab adventu Saxonum ad tempora* regis Henrici i. Pr. " Finito igitur Britonum tempore." Mf. Cotton. Vefpaf. D. iv. 3. Haec *Hiftoria* nihil aliud eft quam pars *Annalium* Aluredi Beverlacenfis incipiens a lib. vi, et inde continuata ufque ad finem. Exemplar eft male fcriptum. Seldenus unicus eft, qui hujus autoris meminit. Vid. *Notas in Fortefcut.* et *Tit. honor.* Nomen in Mf. Cotton. fcribitur GODFRIDUS DE MALVESBERY, et, ut puto, eft tantum nomen poffefforis, non autoris. Pitf. *App.* 844.

GODFRIE [THOMAS] armiger, monitor primorum fructuum et decimarum. Tranftulit ex Belgico in Anglicum *Gafp. Huberini's rich ftorehoufe for the fick, full of Chriftian counfel and meditations in ficknefs. Whereunto is added, Comfort for poor prifoners condemn'd to die, with an exhortation to repentance.* Pr. " Sirach in his writing the 7th chapter." Edit. poft mortem tranflatoris. Lond. MDLXXVIII. 12mo. Obiit ante A. MDLXXVIII. Praefat. filiae Mrs. French.

GODHAMUS [ADAM] five WODEHAMUS, five ODOHAMUS, Francifcanus, philofophiae et theologiae profeffor celebris, inter Ifiacos famam ex libris editis illuftrem fibi comparavit. Extat ejus *Commentarii in Cantica*, opus, ut tum quidem videbatur, non fine laude in lucem emiffum. Illuftravit *Petri Longobardi fententias*, ac librum *Determinationum* edidit [b]. Ex *Lelando.*

[a] Variae funt eruditorum fententiae de hoc Adamo. Wodehamus a Baleo vocatur. Pitfeus memorat Adamum Goddam, A. D. MCCCXX. et Adamum Wodeham, A. D. MCCCLVIII. Wareus Adamum Godham eundem effe cenfet cum Adamo Hibernico Johannis Majoris: e contra Whartonus hunc Adamum Godham five Wodeham a natione faepe ἁπλῶς Anglicum dictum exiftimat. " Quid de " Adamo noftro fentio, libere proferam. Mihi videtur " *Adamus Godham*, *Odohamus*, five rectius *Wodehamus*, " unus idemque effe, qui ab oppido Wodehamo comitatus " Hamptonienfis (a quo, ut videtur, ortum duxit) cogno- " minatus eft." Pitf. Cl. Whartonus *App.* ad Cave. p. 28. vult eum effe patria Norwicenfem, ex eo quod maximam vitae partem Norwici degit. " Fuit ordinis S. Francifci, " five Minoritarum focius, et Gulielmi Ockami apud Oxo- " nienfes auditor; tandem SS. theologiae doctor in illa " academia emerfit." Bal. Pitf. Maximam vitae partem, ut fcribit Joh. Major, Londini, Norvici et Oxonii tranfegit, et tandem obiit, et fepulturam accepit Babwellae prope Buriam A. Ch. MCCCLVIII. Pitf. [b] Baleus fcripta Adami Wodehami hoc recenfet ordine: *Sententiae Oxonienfis concilii*, lib. i. " Sententiae feptem ponuntur " quaeftione." *De foro poenitentiario fratrum*, feu (ut Leland fupra) *De poteftate fraterculorum in foro poenitentiae*, lib. i. " Abfolutio criminis five peccati." *Commentarius fuper Cantica*, lib. i. *Poftillae in Ecclefiafticum*, lib. i. *Contra Ricardum Wetherfete*, lib. i. *Super textum fententiarum*, lib. iv. " Ita eft lex Adam, Domine." Extat Parif. ann. MDXII fol. apud Joannem Grapium. Pitf. *Determinationes undecim*, lib. i. " Utrum officium propheti- " cum fit fal." Caetera adhuc inedita delitefcunt. Wharton. *App.* Cave. p. 28. Tefte Willoto, fervantur aliqua ejus opera in bibl. patrum focietatis Jefu Lovanii. Quaedam etiam vidit in biblioth. Francifcanorum Nancaei. Pitfeus.

GODOFRIDUS [a] CORNUBIENSIS, Carmeliticae profeffor fectae, Ifiacas fcholas excoluit [b]; ubi et Ariftotelis fontes deguftavit. Edidit [c] autem ille *Commentarios in phyfica Ariftotelis* [d]. Ba-

[a] Godfridus, theologiae doctor Oxonienfis et Parifienfis. Bal. Pitf. [b] Pofteaque Parifium, ubi et Ariftotelis et Longobardi fontes, Mf. Lel. Trin. [c] Inter alia *Commentarios —— Ariftotelis*, lib. viii. Joannes Baleus ——— MCCCX. Mf. ibid. [d] Scripfit, *Super fententias*, lib. iv. *Quodlibeta decem*, lib. i. *In metaphyfica Ariftotelis*, lib. xii. *In phyfica ejufdem*, lib. viii. *In pofteriora quoque*, lib. ii. *In fex principia Gilberti Porretani*, lib. i. *Super praedicamenta*, lib. i. *Contra Gerardum Bononienfem*, lib. i.

leus in *Collectaneis* florem ejus aetatis fuisse colligit, cum numerus annorum a Christo passo ad MCCCXL excrevisset [e]. Ex *Lelando.*

[e] Floruit A. D. MCCCX. Bal. v. 6. A. MCCCXX. Pitf. p. 413.

GODRICUS alias GERVASIUS, patria (Northumbranus, Bal.) Norfolcensis, patria Ailwardo, matre Radwenna generatus est in villa, dicta Walpole. Pitf. ex M. Parif. Propter vitae sanctitatem et frequentes ad Romam et Terram sanctam peregrinationes magni habebatur apud sui temporis populares. Tandem eremiticam agens vitam apud Finchale prope Dunelmiam per annos sexaginta in hermitagio ibidem mortem obiit 12 cal. Junii MCLXXI. [MCL. Bal. MCX. Dempster. 21 Maii MCLXX. Whart. *A. S.* vol. i. 722.] quo die memoria ejus celebratur a pontificiis. Qui plura de hoc sancto volunt, consulant *Legendas*, *Martyrologia*, etc. Harpsfield. p. 407. Quod ad rem literariam attinet, solummodo hoc in loco observandum, viz. quod scripserit, *Vitam et visionem Orni*, lib. i. "Simeoni monacho, venerabili servo." *Meditationes in Psalterium*, lib. i. *Hymnos de sanctis*, lib. i. *Paraphrasin in Job*, lib. i. *Flores Scripturarum*, lib. i. Vitam ejus scripsit Nicolaus monachus Dunelmensis. Bal. x. 55. Pitf. 240. Dempster. vii. 571.

GODSALVUS [EDVARDUS] collegii S. Trinitatis Cantab. socius inter primos nominatus per regem Henricum viii fundatorem MDXLVI. (Rymer, *Foeder.* xv. 107.) S. theol. baccalaureus factus A. MDLIV. (Mf. Inett.) et deinde ecclesiae Cicestrensis canonicus. Tempore reginae Elizabethae solum vertit, et Antverpiam profectus est, ubi in monasterio S. Michaelis theologiam praelegit. In eadem urbe typis mandavit *Eusebii Caesariensis* lib. x. interprete patrono suo Joh. Christophorsono. Lovanii MDLXX. 8vo. Primae editioni Colon. MDLXXXI. f. et MDCXII Eusebii, Sozomeni, etc. per Joh. Christophorsonum praefixae sunt duae *Epistolae* hujus Edvardi; prima collegio S. Trinit Cantabr. dat. Cicestr. MDLIX. Pr. "Ea est humanae improbitatis." Secunda lectori dat. Antwerp. MDLXVIII. Scripsit *Elucidationes quorundam textuum Sacrae Scripturae.* Claruit. A. D. MDL. Pitf. p. 737.

GODVINUS, Severianae praecentor ecclesiae, non modo eruditione, sed et vitae quoque simplicitate, castitate, integritate clarus erat. Theologiae primas studiorum partes judicio quodam plane sano impendebat. Meditabatur etiam, idque frequentiuscule, coelum pia conscendens cogitatione. Sed neque hoc sibi solum praestitit; cupiebat maxime divinarum perpetuo amore rerum omnium delinire animos. Extat ejus liber cura conscriptus multa, nec impari felicitate, *Meditationum* [a] inscriptione renidens; dedicatus quidem Ranildae anachoretae, foeminae incomparabili [b]. De tempore, quo claruit, nihil adfero; at conjectura interim fretus mea, substituo Henrici tertii regnum [c]. Ex *Lelando.*

[a] Lib. i. "Haec sunt prima documenta legis." Olim in bibl. abbatiae Abbendoniensis. Leland. *Coll.* iii. p. 56.

[b] Scripsit etiam Godvinus, *De tribus habitaculis*, lib. i. "Tria sunt omnipotentis Dei manu." Mf. hujus princ. in Bodl. bibl. NE. D. 6. 2. *Sermones non vulgares*, lib. i.

[c] Claruit A. D. MCCLXXII. Bal. iv. 20. Pitf. 354.

GODWIN [THOMAS] apud Okingham in comit. Bercher. natus, literis grammaticalibus in schola ibidem imbutus, Oxoniam missus fuit, ubi A. MDXLIV collegii S. Mar. Magdal. socius electus. Scholae Brackleiensis deinde in agro Northampton. archididascalus erat; tempore autem reginae Mariae medicinae operam dedit, et baccalaureus in illa facultate creatus fuit. A. MDLV, regnum capescente Elizabetha, presbyter et Nicholao Bullingham episcopo Lincoln. a sacris domesticis factus. Articulis in synodo MDLXII tanquam procurator cleri Lincoln. subscripsit (Strype *Elizab.* 290.) A. MDLXV decanus aedis Christi Oxon. et S. theol. doctor, et anno sequente decanus Cantuar. Et A. D. MDLXXXIV nominatus episcopus Bath. et Wellensis. Extat *Concio ejus coram regia majestate apud Greenwich*, 27 Mart. MDLXVI. Pr. pr. "Lest that should be received, "which the left hand." Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. F. p. 165. Obiit Okinghamiae 19 Nov. MDXC, ibique humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 709. seq.

GOLDESTENUS [a] [JOHANNES] sive CHRYSOLITHUS, Carmelita, in numero nostrorum scriptorum ponendus est. Is etenim scholas Isiacas non parvo celebravit tempore, ut Aristotelicam, sed praecipue Christianam philosophiam altius imbiberet: tanti vero laboris et studii hic fuit successus. Aristotelicum acumen, quemadmodum illa judicavit aetas, ita exacte consecutus est, ut pauci exactius. Porro Christi optimi maximi disciplinam non male didicit, cum ad ejus regulam quam proxime vitae suae mores formaret. In summa, solidae eruditioni potius quam picturatae eloquentiae studebat; ita tamen, ut sui saeculi facundia non caruerit. In qua parte optimi testes ejus libri, vel me prorsus reticente, esse possunt. Scripsit enim, *Determinationum* [b] lib. i. *Quaestionum ordinariarum* [c] lib. i. *In evangelium Matthaei duplices* [d] *commentarios.* "Cum primum prae-"dicasset." *In canonicam Joannis epist. comment.* "Semen ipsius in eo." *Comment. morales*

[a] Joannes Goldeston, patria Eboracensis, primum Parisiis (ubi doctor creatus erat. Pitf.) postea Oxoniae literis operam dedit. Bale. Pitf.

[b] *Theologicarum*, lib. i. "Utrum haec sit vera, homo factus est Deus."

[c] "Utrum idea in divinis pertineat [principalius ad "scientiam practicam vel speculativam." Mf. Bale Sloan.]

[d] Sc. *In evangelium S. Matthaei*, lib. i. "Matheus "cum primo praedicasset evangelium, primo scripsit evang. "Hebraice." Nec non *Moralitates in Matthaeum*, lib. i. "Sciendum, quod triplex est merces praedicatoris."

in

in Psalterium. " Christus est super omnia." *Disputationum in sententias* [e] lib. i. *Comment. morales in evangelium Joannis.* " Hic est Joannes [f]." *Quodlibeta* [g]. *Sacras conciones numero quinquaginta* [h]. Floruit, regnante Eadveardo Arvonio, A. D. MCCCXX [i] diem obiit, imperante Eadveardo. Ex *Lelando.*

[e] " Utrum Deus sua ratione formali numero cognoscat " omnia distincte." Ms. Bale Sloan. [f] " Joannes " interpretatur gratia." Ms. ibid. [g] *Varia*, lib. ii. " Quaeritur utrum Christus sit simpli." [h] *Conciones de tempore*, lib. i. Scripsit praeterea, secundum Baleum et Pitseum, *In magistrum sententiarum*, lib. iv. " An " viatori manenti in via possit communicari cognitio ab- " stractiva." Ms. Bal. Sloan. *Divisiones sermonum*, [*sermocinales*, Ms.] lib. i. " Ter oravit Christus propter praete- " rita, praesentia, et futura." Ms. ibid. *Collectanea quaedam*, [*notabilia*, Ms. B. Sl.] lib. i. " Quid homo sit se- " cundum formam, nisi quaedam arbor eversa." *Sermones de sanctis*, lib. i. " Similis factus est leoni in." *Orationes ad clerum*, lib. i. Ad finem Ric. Walingfordi *De Albione et rectangulo canonum.* Ms. Harley. xxxiv. B. 20. habetur *Tabula pro rectangulo* per . . . . Goldston. Qu. an hujus Joannis. [i] Claruisse fertur circa A. D. MCCCXX. Bal. v. 10. Pitf. p. 407.

GOLDING [ARTHURUS] Londinensis, generosus: Vixit cum secretario regio Cecillio Londini in aedibus ejus apud le Strand anno MDLXIII. (Vide dedic. tract. Leonardi Aretini.) Et in parochia Omnium sanctorum ad murum MDLXXVII. Vid. *Epist.* praef. Senecae. Scripsit Anglice, *De terrae motu* anno MDLXXX. Lond. *Carmen* praefix. Johannis Bareti Alveari. Lond. MDLXXX. f. Anglice reddidit, *Ovidii Metamorphoseωn*, lib. xv. rhythmis Anglic. Ad comit. Leyceстr. Princ. ep. " At length my chariot wheele about the mark." Epistola data est Berwici 20 April. MDLXVII. It. Lond. MDLXXXVII. 4to. Et MDCIII. 4to. Libri quatuor primi prodiere Lond. MDLXV. 4to. *Theod. Bezae quaestiones et responsa, sive epitomen Christianae religionis*, par. 1. Lond. MDLXXVII. 8vo. *Caesaris commentarios*, Lond. MDLXV. 12mo. Princ. dedic. tract. domino Gul. Cecil. " Albeit, right honourable, that the difficultness." Dated from Pauls Belchamp. MDLXV 12 Oct. His praefigitur notitia antiquae Galliae, et alia ad geographiam spectantia. Ibid. *Phil. Mornaii de veritate Christianae religionis contra atheos librum.* Hujus versionem inceperat D. Phil. Sidneius, finivit vero Goldingus, et edidit, London. MDLXXXVII. 4to. Princ. ep. ad comitem Leicestr. " Many causes do fully perswade." Postea correxit Thomas Wilcocks A. MDCIV. *Senecam de beneficiis, ad D. Christ. Hatton.* Pr. " Under hope of your honourable." London. MDLXXVIII. 4to. bibl. Bodl. Wood. *Cat.* iii. *Joh. Calvini conciones in Job.* Princ. ded. Roberto comiti Essex. " All men can skill to complain." Lond. MDLXXIV. fol. A. Wood. Ms. *Cat.* ii. 14. Item Lond. MDLXXX fol. *Johannis Calvini conciones in Deuteronomium.* London. MDLXXXIII. fol. *Joh. Calvini militiam Christianam contra carnem, mundum, et diabolum.* MDLXXVI. 4to. A. Wood. Ms. *Cat.* iii. 9. *Vitam Casparis Colignaei admiralis Franciae.* Pr. " In the borders of Bresse not " far from." Lond. MDLXXVI. 8vo. A. Wood. *Cat.* iii. 31. *De combustione libri Buceri et Phagii.* Princ. " It causeles any yet to doubt." Lond. MDLXII. 8vo. A. Wood. Ms. *Cat.* iii. *Chytraei postillas in epistolas Dominicas et festorum.* Lond. MDLXXVII. 4to. Princ. ded. dom. Gualt. Mildmaio. " Forasmuch as since the coming." Dated from Pauls Belchamp. March. 10. MDLXX. *N. Hemmingii postillas in evangelia Dominica et festivalia.* Lond. MDLXIX. 4to. Princ. ded. dom. Gualt. Mildmaio. " It is and alwaies hath been the custom." *Marlorati expositionem in Apocalypsin.* Lond. MDLXXIV. 8vo. *D. Jacobi Hurault, domini de Vicul, etc. dissertationes politicas, morales et bellicas* (e Gallico) ad Gul. dominum Cobham. Princ. " Forasmuch as being unknown." Lond. MDXCV. 4to. *Theod. Bezae Christianas quaestiones et responsa.* London. MDLXXII. 12mo. Ad Henr. comitem Huntingd. " My very good lord. It is dayly and in." It. Lond. MDXXVIII. 12mo. *Joh. Calvini commentarios in Psalmos.* Princ. ded. tract. comiti Oxford. " It may perad- " venture be thought." Lond. MDLXXI. 4to. *Ejusdem conciones in Ephesios.* Lond. MDLXXVII. 4to. *Ejusdem conciones in Galatas.* Lond. MDLXXIV. 4to. *De scandalis tractatum Joh. Calvini.* MDLXVII. 8vo. *Leonardum Aretinum de bello Italico contra Gothos*, lib. iv. Princ. dedic. tract. dom. Gul. Cecil. " Like as vines to the entent the better." Lond. MDLXIII. 12mo. Huic versioni Arthurus praefixit longam praefationem " De causis irruptionis Gothorum in Italiam." *Henrici Bullingeri confutationem bullae papalis contra Elizab. reginam.* Princ. ded. tract. comiti Leicestr. " What mischief hath of late years." Lond. MDLXXII. 4to. *Pomponium Melam, et Julii Solini Polyhistor.* London. MDXC. 4to. *Julii Solini Polyhistora.* Princ. " Forasmuch as several " persons." Lond. MDLXXXVII. 4to. *Athen. Oxon.* i. 228. 472.

S. GOLGUS S. Columbae discipulus. Vide Dempst. cccxi. Putatur alicubi apud Pictos monasterium rexisse. Scripsit *Miracula Columbae magistri*, lib. i. Claruit anno DCVI. Dempst. vii. 578.

GOLIARDUS Anglus. Inter Ms. in bibl. Bodl. James 32. extant *Carmina cujusdam Goliardi Anglici, ex Mss. doctoris Lapworth transcripta.* fol.

GOLIAS POETA. Vide infra in GUALTERO MAPES. In Ms. bibl. Bodl. James i. p. 320 haec habentur.—" Multa hujusmodi rhythmica sub aliorum nominibus circumferuntur, prae- " cipue Gualteri Mapes cui attribuitur APOCALYPSIS GOLIAE. Verum hujus satyrae non auctor " erat Gualtherus metonymice, sed verus Golias, cujus opera in unum volumen collecta videre " mihi contigit, et in eis Mapi multa non vere attributa, propter quae Golias a Giraldo Cam- " brensi male audit. Gualtherus et ipse et sua omnia cognita probe erant Giraldo, cum quo " magna ei intercessit familiaritas et studiorum similitudo; notus erat et eidem ille Golias, " qui erat quodammodo Rablesius sui temporis, quorum utrumque in praesenti ego nec laudo

" nec vitupero. Giraldus, Gualterus Mapes et ille Golias erant contemporanei; et de Golia " Giraldus in hunc modum. Item *Parasitus quidam Golias, etc.* Alterius compositionis—hoc " initium est, Roma caput mundi, etc." *Goliae dialogus inter aquam et vinum.* Pr. " Cum tene- " rent omnia . . . tumultum." Mf. Cotton. Titus A. 20. *Magister Golyas de quodam abbate.* Pr. " Circa horam diei secundam vel." Mf. bibl. Bodl. Digby. 53. in quo luxuriam monachorum acerrime perstringit.

S. GOLVENAEUS Scotus. (Vide Dempster. p. 316.) patria relicta eremiticam vitam egit in Aremorica, et tandem episcopus Leonensis designatus est A. DC. Scripsit, *Rituale ecclesiae*, lib. i. *Laudes multorum sanctorum*, lib. i. Colitur 23 Junii. Dempster. vii. 588.

GOLYDHAN VARDH poëta regis Cadwaladri. Floruisse dicitur A. D. DCLX. Lhuyd.

GONELLUS [GULIELMUS] Fuit post Joannem Clementem liberis Thomae Mori praeceptor domesticus, et postea Cantabrigiae publicus professor; Erasmo familiaris. Scripsit *Ad Erasmum Roterodamensen epistolarum librum.* Claruit A. D. MDXX. Pitf. *Append.* 854. Fuller's *Cant.* 99.

GOOD [GULIELMUS] Glastoniae in agro Somersetensi natus, et ibi in literis grammaticalibus institutus, primum scholaris collegii Corporis Christi Oxon. MDXLV, postea socius, artium magister et rhetorices praelector in eodem collegio renunciatus fuit. Regnum Maria ineunte, beneficium adeptus est de Middle Chinnok in agro natalitio, et parvam praebendam de Comb octava in ecclesia Wellensi, praeter archididascalatum scholae in eadem urbe. Sed Maria extincta patriae et beneficiis valedixit, ut pontificiam profiteretur religionem, et Turnacum se recepit, ubi in societatem Jesuitarum admissus est A. MDLXII, aetatis 35. Dein post multas peregrinationes, pontificiae religionis et suae societatis causa, in Hiberniam, Sueciam, et Polonias susceptas Romam adiit; ubi confessor collegii Anglicani ibidem constitutus A. MDLXXIX. Scripsit, *Ecclesiae Anglicanae trophaea*, Romae MDLXXXIV. fol. *Acta sanctorum Britannicorum.* Mf. Romae in collegio Anglicano. Obiit Neapoli 5 Jul. MDLXXXVI, et sepultus jacet in collegio Jesuitarum. *Athen. Oxon.* i. 225.

GOODAKER [HUGO] archiepiscopus Armachanus, qui multa, teste Baleo, scripta reliquit, sed ne nomina quidem eorum unquam ad manus posterorum pervenerunt. Obiit non sine suspicione veneni A. MDLIII Dublinii. Bal. par. post. p. 109. Strype in *Vita Cranmer.* p. 278.

GOODMAN [CHRISTOPHORUS] in urbe Cestria, ut est verisimile, natus, collegium Aenei Nasi Oxon. A. D. MDXXXVI, aetatis circiter XVII ingressus, et A. MDXLIV artium magister creatus est. Ast nunquam fuit socius collegii hujus; ut refert Baleus, p. p. 113. Post triennium cooptatus est inter seniores alumnos Aedis Christi Oxon. ab Henrico VIII fundatae. Anno MDLI sacrae theologiae baccalaureus renunciabatur, quo tempore praelector S. theologiae in academia erat; an vero regius, an D. Margaretae, dubium est. Temporibus Marianis in partes transmarinas se proripuit, et Francofurtam profectus adjunxit se reliquis Anglis, patria ob religionem protestantium extorribus, verum dissensione inter ipsos de regiminis ecclesiastici forma coorta Goodmannus Genevam transiit. Maria regina fatis concedente, in Angliam propediem remeavit, et ecclesiasticum beneficium in urbe vel comitatu Cestriae adeptus est; ad disciplinam Calvinianorum plus aequo semper declinans. Anno MDLX ecclesiastes fuit S. Andreanus in Scotia; et Capellanus dom. Henrici Sidney Hiberniae proregis. Strype, *Eliz.* 128. Anno MDLXI coram commissariis ecclesiasticis Londini sistebatur, ut de doctrina sua responderet. Strype in *Vita Parker.* 326. Scripsit duos libros, quibus tituli, *How superiour powers ought to be obeyed of their subjects, and wherein they may lawfully, by God's Word, be disobey'd and resisted.* Genev. MDLVIII. 12mo. Pr. " As " there is nothing to be compar'd, chapt. xv." Cui praefigitur prooemium W. Whitinghami. Hujus libri recantationem vide in Strype *Elizab.* p. 126. *The first blast of the trumpet against the monstrous regimant of women*—MDLVIII. 8vo. quo nefarie conspurcat Mariam reginam. [Annon hic liber potius Johanni Knoxio adscribendus.] Vide Fox. I. edit. 1459. Hi duo libri damnati fuerunt decreto universitatis Oxon. 21 Jul. MDCLXXXIII. Operam etiam dedit Goodmannus *Bibliorum translationi* Genevensi postmodum dictae. *Antiq. et Hist. Oxon.* P. ii. p. 180. Claruit Cestriae. Vide Usserii *Epistol.* Fatis concessit MDCII, et in ecclesia S. Werburgae Cestriae sepultus. *Athen. Oxon.* i. 314. seq.

GOODWIN [CHRISTOPHORUS] Scripsit carmine Anglico: *The maydens dreme.* Pr. pr. " Behold, you yonge ladyes of high parentage." Lond. MDXLII. 4to. *The chance of the dolorous lover.* Pr. pr. " Upon a certain time, as it befell." Lond. MDXX. 4to.

GOODWYCK [JOHANNES] sive GODWICUS, patria Norfolciensis, frater Augustinianus in coenobio Lynnensi: Mox Cantabrigiam, dein Oxoniam missus, ubi SS. theologiae doctor, et publicus praelector evasit. Tandem praeses provincialis sui ordinis per totam Angliam et Hiberniam constitutus est. Scripsit, *Lecturas in Genesin*, lib. i. *Commentarios in Danielem*, lib. i. *De hebdomadibus Danielis*, lib. i. *In quaedam S. Pauli dicta*, lib. i. *Quaestiones disputatas*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Lecturas in psalmos*, lib. i. *Conciones solennes coram rege, regnique proceribus*, lib. i. *Manipulum chronicorum Angliae.* Claruit circa A. D. MCCCLX, et tandem in suo coenobio sc. Lynnensi sepultus est. Bal. v. 91. Pitf. p. 485.

GOOGH [BARNABAS] sive GOOGE, in collegio Christi Cantabrigiae educatus fuit, quod ipse testatur in praefatione primae editionis *Versionis Conradi Heresbachii de terra arabili*: " For my " safety in the university, I crave the aid and appeal to the defence of the famous Christ college in

" Cam-

"Cambridge (whereof I was ons an unprofitable member) and the ancient mother of learned men, "the New College in Oxford." Deinde in hoſpitio juriſconſultorum, Staples Inn vocato, vixit. Tranſtulit in Anglicum ſermonem, *Conradi Hereſbachii de terra arabili et agricultura, de cultura hortorum, de cultura pomoeriorum et pecorum, de avibus domeſticis, etc.* lib. iv. Epiſt. ded. ad Gul. Fitz-Williams equitem data eſt apud Kingſton 1 Febr. MDLXXVII. "If ſuch as have painfully." Lond. MDLXXVII. 4to. MDLXXVIII. 4to. MDCXIV. 4to. *Thomae Naogorgii carmen de regno antichriſti.* Lond. MDLXX. 4to. Pr. dedic. primae editionis dom. Gul. Cecil militi. "Evidently it "appeareth, right honorable Sir." dat. apud Staple Inn. *Ejuſdem de ſpirituali agricultura,* lib. iii. ad finem libri praecedentis. Pr. ded. reginae Elizabethae. "I would not have taken "upon me." *Marci Palingenii Stellati zodiacum vitae,* lib. xii. Pr. ded. dom. Burghley. "This "rude tranſlation, right honorable." Lond. MDLXXXVIII. 4to. Prima hujus libri editio (forte) Lond. MDLXV continet tantum ſex libros: in ea dedicatio, praefatio tabulae, carmen encomiaſticum dantur, quae in ſecunda editione deſiderantur. Vide A. Wood. Mſ. Cat. ii. Quaere, an hic fuerit Goge ille, cognatus ſatellitis regii honorarii Cecilii anno MDLXIII, de cujus matrimonio cum Darrellii filia controverſia agebatur coram archiepiſc. Parkero. Strype in *Vita Parker.* 144.

GORDON [NICOLAUS] monachus Praemonſtratenſis in coenobio Soulſet; dein abbas Tunglandiae et vicarius epiſcopi Dunkeldenſis evaſit. Scripſit, *Synodalia decreta,* lib. i. *Collectionem conſtitutionum,* lib. i. Claruit A. MCCCCXXXIV. Dempſt. vii. 593.

GORDONIUS [BERNARDUS] Scotus, medicinae doctor, et clariſſimus Montiſpeſſulanus profeſſor. Scripſit, *Medicinae lilium de omnium prope morborum curatione,* lib. vii. "Interro- "gatus a quodam Socrates." Mſ. Sloan. Lugd. MDLXXIV. 8vo. [Item Venet. MDXXI. fol. Lugd. MDLIX. 8vo.] Inchoavit *Lilium medicinae,* A. MCCCV in claro ſtudio Montiſpeſſulani. *De phlebotomia.* Princ. "Homo eſt princeps." Mſ. Sloan. Ibid. *De vitae humanae conſervatione,* lib. iii. Mſ. Sloan. Pr. "Secundum intentionem Ariſtotelis." Ibid. Et Mſ. Merton. Oxon. N. iv. 8. *De floribus diaetarum.* Mſ. Sloan. Ibid. *De febribus,* p. 208. Venet. MDLXXVI. fol. Diverſus eſt a primo libro *Medicinae lilii,* qui eſt *De febribus.* Pr. "Febris eſt calor innaturalis." cap. 31. Pr. "Dilexi ſcientiam veritatis." Mſ. Sloan. *Antidotarium,* lib. i. *Vulnerum curationem,* lib. i. *Raras in chirurgia obſervationes,* lib. i. *Praxin medicinalem,* lib. v. *Modus practizandi ſecundum magiſtr. Bernardum de Gordonio.* Mſ. Sloan. Pr. "En, fili chariſſime, tuis adquieſcens." *Tractatus de graduatione ordinatus a mag. Bern. de Gordonio in almo ſtudio Montiſpeſſulani,* A. D. MCCCIII. Pr. "Do- "ctrinam de gradibus." Mſ. in coll. Merton. Oxon. P. ii. 8. Art. *De x ingeniis curandi morbos.* Pr. "Ingenia curationis morborum." Ibid. Mſ. Merton. Et Venet. MDXXI. fol. *De regimine acutorum.* Pr. "Regimen acutorum morborum." Ibid. Mſ. Merton. Et Venet. MDXXI. fol. *De criſi et criticis diebus.* Pr. "Senectus tua oblivionis." Mſ. Sloan. et Mſ. Merton. *Tractatus de prognoſticis,* lib. v. Venet. MDXXI. fol. "Senectus." *De urinis,* lib. i. "Quia bona corporis." Mſ. Sloan. *De pulſibus,* lib. i. "Pulſus eſt nuncius." Ibid. Claruit circa annum MXCII. Dempſter. vii. 616.

GORLECH [DAVYDH] alias LHUYD, poëta Cambro-Britannus. Floruit A. D. MD. Lhuyd. Davis.

GORRANUS [a] [NICOLAUS] ſive GORHAMIUS, Gallus fuit, ut ſcriptores aliquot contendunt: qui error hinc natus eſt, quod ille olim in pretio ſane incredibili Lutetiae Pariſiorum fuerit; quo poſtea quam migraverit, ad ſuos, quantum ego intelligo, rediit nunquam. Ego tamen conterraneum meum ſuae reſtituam audacter patriae, atque ejus breviter perſtringam vitam, adjutus inſcriptione libelli cujuſdam ab eodem editi, qui mihi excutienti bibliothecae pulverem Dominicanae ad Iſidis Vadum opportune ſe obtulit. Studuit igitur Iſidis [b] in Vado eo collegio, quod a Mariduno, epiſcopo Roffenſi, fundatore nomen accepit: quo etiam loco philoſophiae lauream, praemium naturae cauſas contemplantium aſſuetum, promeruit. Percitus inde Dominicanorum religione ſocium ſe eis adjunxit. Illi quidem, tanquam lumini coelitus demiſſo, venienti applaudere. Paucis abhinc annis Lutetiam [c] non rediturus petiit; ubi tot egregia ingenii acerrimi monumenta ſcriptis libris commendavit, quot aetas noſtra facile [in] eo admiratur; uſque adeo, ut extent ejus *Commentarii* ſuper bonam partem *utriuſque Inſtrumenti* [d]. Scripſit praeterea *Concionum* [e] et *Diſtinctionum* [f] libros, ac *Diſtinctiones thematum a primo Geneſis uſque ad finem Jobi*; ſuper *Prophetas et libros Maccabaeorum,* et *a principio Proverbiorum ad finem Baruchi*; praeterea ſuper *Pſalterium*;

[a] Nicolaus Gorham cognominatus erat ab oppido natali in agro Hertfordenſi. Bale. Pitſ. Vocatur etiam de Gorra.

[b] Ubi magiſter artium evaſit e collegio Merton.

[c] Ubi factus erat doctor Sorbonicus, regi Galliarum a ſecretis, et ordinis S. Dominici, ſive Praedicatorum provincialis in Gallia. Ibid. [d] Mſ. Lel. Trin. ita legit. "A primo Geneſis uſque ad finem Jobi lib. xxi. atque a "principio Proverbiorum uſque ad Baruch, lib. viii. Su- "per Prophetas lib. xii. Super Machabaeos lib. ii. Prae- "terea ſuper Pſalterium lib. i. Denique in Matthaeum, "Marcum, et Lucam lib. iii. qui paſſim a doctis legun- "tur." In bibl. Bodl. Mſ. Laud. C. 116. extat *Comment.* ejus *in Pentateuchum.* Et in Mſ. coll. Merton. Oxon. O. 6. 6. Art. dantur *Poſtillae Nic. Gorrani ſuper Pentateuchum, Joſ. Judic. Ruth,* iv *libros Regum, primum et ſecundum Paralipomen. primum et ſecundum Eſdrae, ſive Nehemiae, Tobiam, Judith, Eſther, Job.* Et Mſ. ibid. O. 6. 9. Art. extat Gorrani *Comm. in Proverbia.* imperf. Item *In Danielem, in Ezekielem, in* xii *Prophetas, in Maccabaeos.*

[e] *Sermonum Dominicalium* liber. Mſ. bibl. reg Weſtmon. 9. B. iv. 1. et Mſ. Oxon. coll. Linc. Auſtr. 57.

[f] *Diſtinctiones theologicae.* Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 9. B. iv. 2. [Vocantur etiam *Themata.*] Extant Mſ. Bodl. Laud. Rot. ſuper F. 37. et Mſ. Bodl. Laud. NE. A. 2. 9. et F. ii. 19. et Mſ. Super D. 1. Art. 70. Et Mſ. Hatton. 33. et Mſ. Oxon. coll. Merton. O. 4. 3. Art. et Cantab. Mſ. coll. Caii L. 55. Et Mſ. coll. Petri. 70. Et Mſ. coll. Pembro. 84. Et Mſ. cath. Hereford. 128. Et Mſ.

Pſalterium [g]: denique, [h] inter quos et hi paſſim leguntur, videlicet *In Matthaeum*, *Marcum*, et *Lucam* [i]. Ex *Lelando*.

coll. Eton. 63. [g] *Poſtillae in Pſalt.* Pr. " Beatus " vir; ſecundum Gloſſam prohemialem." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 2. C. 5. Et Mſ. Bodl. NE. C. 7. 12. et Mſ. Oxon. coll. Merton. O. 6. 7. O. 6. 8. Art. Et Mſ. coll. Pembro. Cantabr. 41. et Mſ. bibl. cathedr. Dunelm. G. 250. et 252. fol. [h] *Inter——videlicet* deſunt in Mſ. Lel. Trin. [i] His addit Mſ. Lel. Trin. " Haec de " Gorhamo veluti per compendium dicta in praeſentia " ſufficiant." Extant opera ejus ſequentia tam impreſſa quam Mſs. *In quatuor evangelia.* Colon. MDXXXVII. MDXXXVIII. fol. Antwerp. MDCXVII. 2 vol. et MDCXX. 1 vol. fol. In Mſ. Cotton. coll. Merton. O. 6. 10. datur *Expoſitio in Matthaeum* [imperf.] et *Lucam*. In Mſ. coll. Novi 53. ſuper *Lucam*. In Mſ. C. C. C. Cantabr. M. 1. ſuper *Matthaeum et Marcum*. Et in coll. Pembr. Cantab. Mſ. 44. ſuper *Lucam*. Et Mſ. bibl. coll. Eton. 62. in *Lucam*; uti et Mſ. cathed. Dunel. G. 251. *In omnes epiſtolas Pauli.* Colon. MCCCCLXXVIII. fol. Hagen. MDII. fol. Antwerp. MDCXVII. fol. Et Mſ. Bodl. NE. D. 7. 6 *Comm. in epiſt. ad Galatas.* In *omnes Epp* datur in Mſ. Oxon. coll. Merton. O. 6. ii. Art. et Mſ. coll. Novi 61. Et Mſ. Cantabr. Emanuel. 6. et Mſ. coll. Caii K. 54. mutil. in fine. Et Mſ. coll. Pembroch. 40. *In acta apoſtolorum, et ſingulas apoſtolorum Jacobi, Petri, Johannis, et Judae canonicas epiſtolas et Apocalypſin commentarii.* Antverp. MDCXX. fol. et Mſ. C. C. C. Cantabr. M. 1. Et in Mſ. Oxon. coll. Merton. O. 6. 12. Art. In Mſ. coll. Novi 61. *Super* vii *catholicas epiſtolas* tantum. Et in Mſ. Bodl. NE. D. 7. 7. in *Apocalypſin* tantum. *Omnium anni ſermonum fundamentum aureum.* Pariſ. ex bibl. Gul. Paddei equitis A. MDIX. Antverp. MDCXX. fol. Claruit A. MCCCC. Bal. vii. 22. Pitſ. p. 569. Cave. *Append.* Whart. p 72. Alii illum ad annum MCCCL, alii ad ann. MCCXCVI referunt. Cave. Pariſiis obiit. Bale. Pitſ. l. c.

GOSCELINUS ſive JOCELINUS epiſcopus Glaſcuenſis circa A. D. MCXC. Dempſterus eum tradit ſcripſiſſe *De tranſlatione Auguſtini Anglorum apoſtoli*, lib. i. ut memorat Malmeſburienſis lib. iv. cap. 1. niſi alius ſit. Rectius tamen Bertiniano adſcribendus eſt hic liber. Ex Hovedeno pag. 450. hunc Goſcelinum 16 cal. April. obiiſſe dicit Dempſterus A. MCXCIX. Dempſt. vii. 326.

GOSENHYLL [EDVARDUS] ſcripſit carmine Anglicano, *The prayre of all women, called* Mulierum paean. Pr. " What tyme the crabbe his courſe has paſt." London tempore Henr. viii. vel Edw. vi. by John King, 4to.

GOSFRIDUS, rectius GAUFRIDUS, patria Anglus, Conrado in prioratu Cantuar. circa A. D. MCXXII ſucceſſit, inde petente Davide Scotorum rege abbas Dunfermelinenſis electus eſt A. D. MCXXVIII. Wharton. *A. S.* vol. i. 137. Dempſter. p. 322. Occurrit ejus mentio in *Textu Roffenſi*, f. 180. Scripſit *Hiſtoriam apoſtolicam*, lib. i. Claruit anno MCXXVIII. Dempſter. vii. 602. Gaufridus primus abbas de Dumfermelin obiit A. MCLIV. *Chron. S. Crucis* Edinburg. in Whart. *A. S.* vol. i. p. 796. ſeq. Ubi ex obituario Cantuar. 5 idus Junii: et ex Mſ. Cotton. Nero C. 9. 2 idus Octobr. obiiſſe dicitur.

GOTSELINUS, ſive GOCELINUS, Bertinianus, gente Gallus, et patria Morinenſis, monachus ad S. Bertini coenobium apud Audomaropolin in Arteſia. Hunc a ſuo monaſterio ſecum adduxit in Angliam Hermannus epiſcopus Sarum (non Anſelmus, uti Baleus et Voſſius) A. MLVIII, ut teſtatur Guil. Malmſburienſis in lib. iv. *De geſtis regum* in fine: in quo loco haec etiam habet de Jocelino; " Inſignis," inquit, " literarum et cantuum peritia, multos epiſcopatus et abbatias " perluſtrans tempore, praeclarae ſcientiae multis locis monumenta dedit; in laudibus ſanctorum " Angliae nulli poſt Bedam ſecundus; muſicae porro palmam poſt Oſbernum adeptus. Denique " innumeras ſanctorum vitas ſtylo extulit, veterum vel hoſtilitate amiſſas, vel informiter editas " comptius renovavit." Se monachum fuiſſe S. Auguſtini Cantuar. Gotcelinus in utraque praefatione ad *Vitam S. Auguſtini* teſtatur. An vero fuit unquam monachus Rameſiae, ut aſſerit Baleus, incertum; neutiquam potuit ibi degere ſub Hereberto abbate, qui regimini illius abbatiae ceſſit MCXCI. Scripſit, *Hiſtoriam minorem de vita S. Auguſtini*, lib. i. cap. 42. " Omnibus piis " eccleſiarum." Extat Mſ. in codice perantiquo et pereleganti Cottoniano Veſpaſian. B. xx. Ex codice Lambethano edidit clar. Wharton. *A. S.* tom. ii. p. 51. Antea etiam prodierat cura Dacherii in *Appendice* ad Lanfranci opera Pariſ. MDCXLVIII. p. 57. ſed autoris nomine et integro 36 capitulo deſtituta. *Hiſtoriam minorem de miraculis S. Auguſtini*, lib. i. cap. 23. " Ab exercitu " Danorum." Mſ. Cotton. l. c. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. H. 10. Mſ. in bibl. Lambeth. Haec et *Hiſtoria vitae* continet 63 capitula. Miracula incipiunt cap. 4. *Hiſtoriam majorem de vita S. Auguſtini*, lib. ii. (Mſ. C. C. C. Cantabr. lib. i. c. 52.) " Decreveram hanc hiſtoriam." Mſ. Cotton. l. c. Edidit Cl. Mabillonius in *Act. Bened.* Saec. i. 499. *Hiſtoriam majorem de miraculis S. Auguſtini*, lib. i. cap. 30. " Cum duarum adhuc." Mſ. Cotton. l. c. Mſ. C. C. C. Cantabr. H. 10. impreſſ. in Mabillon. l. c. p. 535. *Sermonem in feſtivitate S. Auguſtini.* Pr. " Praeclara diei praeſentis." Mſ. Cotton. et Cantabr. *De tranſlatione S. Auguſtini* (6 Sept. MXCI.) ad S. Anſelmum, lib. ii. (lib. i. cap. 55. ii. 42.) " In arce ſapientiae ad menſam coeleſtis." Mſ. Cotton. et Cantabr. locis citatis. Hos ſeculo ſexto in lucem proferre ſpondet Mabillon. In ſaepe citato Mſ. Cottoniano hic libellus tantum Gocelini nomen in Mſ. habet antique ſcriptum. Dempſterus hunc librum Goſcelino epiſcopo Glaſcuenſi attribuit. *Vitam S. Letardi*, lib. i. Mſ. ibidem. *Vitam S. Mildredae*, lib. i. cap. 28. Pr. " Divinus interpres Hieronymus." Mſ. ibid. *Tranſlationem S. Mildredae et inſtitutionem monaſterii ejuſdem*, cap. 32. " Tranſlationem expoſituri glo- " rioſo." Mſ. ibid. *Vitas archiepiſcoporum Cantuar. S. Laurentii*, lib. i. " Dominis chariſſimis " et paternae." *Juſti.* Pr. " Ordinatus vir Dei Auguſtinus." *Honorii.* Pr. " Beato archie- " piſcopo Juſto ad coeleſtia." *Deuſdedit.* Pr. " Egregius Domini pontifex Honorius." *Theodori.* Pr. " Anno ab incarnatione Domini DCLXIV." Mſ. Ibid. In his quicquid hiſtoriarum eſt, ex Beda totidem fere verbis deſumptum eſt; ampliatis duntaxat magnifice Bedae ſententiis et mi-

raculis

raculis multis in singularum fine appositis. Wharton. *De adventu B. Adriani abbatis in Angliam et de virtutibus ejus.* Pr. "Ven. abbas Adrianus natione." *Vitam Ariani abbatis S. Augustini. Historiam de translatione ejusdem.* Pr. "Dispensante Deo eruditionem plebis." *Libellum contra inanes S. Mildredae usurpatores.* Pr. "Scribimus non studio quemquam laedendi." Hactenus Cottonianus codex; in quo *Vita* Letardi, et S. Laurentii non occurrunt; posterioris loco habetur relatio Ven. Bedae de S. Laurentio. Pr. "Assumpto ad coelestia." Dein statim sequitur *Libellus de adventu B. Melliti in Britanniam, ejusque virtutibus.* Pr. "Praecellentissimus Anglorum "apostolus." Scripsit etiam secundum Baleum. *Vitam S. Swithuni episcopi*, lib. i. lect. ix. "Glorioso rege Anglorum Egberto." Mf. bibl. Bodl. Digby 112. (multo auctior impressa.) Extat ipsa vel epitome apud Surium, T. iv. Julii 2. Vossius, *Hist. Lat.* p. 398. *Vitam S. Grimbaldi*, lib. i. "Urbs marinorum quondam ampla." *Vitam S. Erkenwaldi*, lib. i. "Post passionem et "resurrectionem." Mf. ejusdem argum. et pr. Cotton. Claudius A. v. *De origine S. Ivonis*, lib. i. "In civitate Frianeos qua." In Mf. bibl. Bodl. NE. F. 7. 2. sunt *Vita et miracula Yvonis. Vitam S. Ivonis*, lib. i. "Doctor apostolicus et veri solis." Mf. ibid. In Mf. Cotton. Tiberius D. iii. 10. Gocelinus autem tantum praefationem addidit: Vita enim ab Andrea Ramesiensi abbate scripta; ita enim habet Gocelinus in praefat. "Aeternum munus sacrat hic Fr. Gocelinus. Quae de "vita B. Yvonis referuntur a Ven. abbate Andrea celebrata noscuntur." *De translatione ejusdem*, lib. i. "Postquam sanctissimum corpus." *Vitam S. Eadgithae*, lib. i. Collectanea ex hac extant Leland. *Collect.* T. ii. 156. *Vitam D. Milburgae*, lib. i. Leland. ibidem. *Vitam D. Witheburgae*, lib. i. Collectanea quaedam ex hac extant Lelandi *Collect.* T. ii. 154. [*Vita S. Withburgae* sororis *S. Etheldredae.* Pr. "Orientale orientalium Anglorum." Mf. coll. Corp. Chr. Cantab. J. xiii. Quaere, annon huic Gocelino attribuenda.] In *Collect.* Lelandi, T. ii. p. 152. sunt quaedam "ex *Vita Sexburgae* filiae reginae Annae, cujus esse autor videtur Gotcelinus." Et. p. 154. Ex *Vita S. Wulfhildae*, quam Gocelinus monachus S. Bertini scripsit. Et p. eadem. Gocelinus scripsit *De translatione Ethelburgae*, sororis S. Erkenwaldi, *Wulfhildae* et *Hildelithae.* Et paulo post: Ex *Vita S. Werburgae*, autore, ut arbitror, Gotcelino. Et. p. 155. Ex *Vita S. Hermenildae* a Gotcelino, ut conjectura ducor. Ex *Registro* Eliensi—in quo extat liber *De miraculis S. Etheldredae* (continens 54 capita)—in cujus capite x.— "Tempore Simeonis abbatis intererat inter monachos quidam Gocelinus nomine, disertissimus undique per Angliam, vitas, miracula et gesta sanctorum sanctarumque in historia in prosis dicando mutavit." Hic scripsit *Prosam S. Etheldredae*, cujus initium est "Christo regi sit gloria." Wharton. Mf. L. p. 333. in bibl. Lambeth. Transtulit e Saxonica in Anglicanam linguam *Catalogum sanctorum in Anglia sepultorum.* Extat in Leland. *Collect.* vol. iii. p. 80. seqq. Vide *Grammat. Saxon.* G. Hickesii. Scripsit etiam *Cronicam.* Vid. *Decem scriptores* col. 1783. Claruit A. D. MCX. Bal. De anno mortis non constat, diem habemus apud Whartonum ex obituario Cantuar. viz. idibus Maii. Wharton. *Praef.* ad tom. ii. *Angl. Sacr.* p. vi. vii. viii. Bal. xiii. 17. Vossius, p. 398. Vide Cave. ii. p. 351.

GOUGH [HUGO] transtulit in Anglicum sermonem *The offspring of the house of Ottoman*, Lond. by Tho. Marsh. MDLIII. 8vo. *Bartholomaeum Georgievitz sive Georgianum de ritu et caeremoniis Turcarum domi militiaeque.* London. . . . 12mo.

GOURMELINUS [STEPHANUS] natione Anglus, patria Cornubiensis, Parisiis educatus, ubi medicinae doctor evasit. Scripsit, *Vitam et martyrium S. Albani*, lib. i. *Historiarum Britannicarum* libros plures. *Memorias Britannicas*, lib. i. *Synopsin chirurgiae*, lib. vi. Paris. MDLXVI. 8vo. Claruit A. MDLXXXIV. Pits. p. 784.

GOWERUS[a] [JOANNES] sive GOVERUS, vir equestris ordinis, ex Stitenhamo, villa Eboracensis provinciae, ut ego accepi, originem ducens; ita in doctis studiis florentes adolescentiae suae annos exegit, ut inter nobiles Anglos, literatos quidem illos, suae aetatis facile antesignanus fuerit. Coluit forum et patrias leges, lucri causa; praeter caetera tamen humaniores literas: multumque in poësi sudavit. Hoc ejus testantur carmina, quae multa Latine scripsit, studiosius quam felicius P. Ovidium imitatus. Nec mirum illud videri debet, praesertim in semibarbaro saeculo; cum vix hac nostra tam florenti aetate inveniatur, qui redundantem illam Nasonis in carmine felicitatem belle exprimat. Quanquam Eobanus Hessus in hac parte tam se industrium, quam qui maxime, nostro tempore exhibuit: sed primam ante ejus tempora palmam tulit Jovianus Pontanus, mel merum et musarum deliciae. Conniveamus igitur ad hanc Goveri qualemcunque infelicitatem, et ostendamus illum omnium fuisse primum patriae linguae expolitorem: nam ante ejus aetatem Anglica lingua inculta, et fere tota rudis jacebat. Nec erat qui opus aliquod, vernaculo idiomate, eleganti lectore dignum scriberet. Itaque operae pretium esse duxit, diligentem adhibere culturam, ut sic, extirpatis tandem rudibus herbis, pro carduo et paliuro, mollis viola et purpureus surgeret narcissus *. Patrio multa scripsit sermone, non solum rhythmis, verum etiam soluta oratione, quae vel hoc nostro florentissimo tempore a doctis studiose leguntur. Inter majuscula ejus opera primum est *Speculum meditan-*

[a] Joannes Gower, in Wallia natus, ut refert titulus in edit. *Confessio amantis*, Lond. MDXXXII. fol. Descriptio Goweri est apud Gul. Bulleyn. in *Dialogo contra pestem*, p. 18. Mf. Trin.

* "Quid multis moror? patrio multa." etc.

tis,

tis [b], proximum *Vox clamantis* [c], tertium *Confessio amantis* [d]. Non videbuntur delicato forsan lectori haec nomina libris per elegantiam imposita: est tamen nescio quid in nominibus mysterii, et quaedam, ut ita dicam, conspiratio, utpote unius ab altero pendentis. Sed haec nemini nisi legenti liquido apparebunt [e]. Floruit Goverus, regnante in Anglia Richardo secundo [f], cui libros suos dedicavit; et cui *De laude pacis* cantionem, plenissimam consilii et virtutis, etiam caecus obtulit [g]. Vixit ad justam usque senectutem, ut ex ejus versibus, quos subscribam apparet:

Dum potui, scripsi; sed nunc quia curva senectus
Turbavit sensus, scripta relinquo scholis.

De tempore ejus obitus non possum recte computare [h]. Hoc interim constat, quod honorifice sepultus sit Londini apud canonicos Marianos [i] in ipsa Tamesis ripa, ubi etiam et ejus uxor sepulchro, sed humiliori conditur. Habet ibidem statuam duplici insignem nota, nempe aureo torque, et hederacea corona rosis interserta: illud militis, hoc poëtae ornamentum. Quod autem sepulchrum apud Marianos sibi posuerit, hoc in causa fuisse arbitror: conflagravit bona pars suburbii, quod ponti Londinensi adjacet, anno D. MCCXII, regnante rege Joanne. Ex quo casu Marianorum coenobium igne correptum est, et foede deturpatum, nec pristino decori restauratum fuit ante primos annos Richardi secundi. Tunc Goverus misertus tantae calamitatis, partim per amicos suos, quos multos et potenteis habuit, partim [k] propriis impensis ba-

[b] Gallice, lib. x. In codic. Mſ. Bodleian. NE. F. 8. 9. et Mſ. Bodl. Fairfax. 3. extat tractatus hujus Johannis Gallice, cujus est titulus, *Un traittie selonc les auctours pour ensampler les amants marietz au fin qils la foy de lour seints esponsailles pourront per fine loyalte guarder et al honeur de Dieu salvement tener.* Pr. "Le creature de "tout creature." In eodem cod. Bodleiano sunt etiam quaedam de libris ab hoc auctore conscriptis, forte a se ipso notata. Vide Mſ. Langb. v. 574. [c] Latine, lib. vii. "Scripturae veteris capiunt exempla." Mſ. Bodl. Laud. F. 24. Libros v habet et Mſ. Bodl. Digb. vii. 138. Oxon. in coll. Omn. Anim. et in bibl. Lumleiana. Mſ. Oxon. in coll. Omn. Animarum 26 pulchre exaratus, in primo folio epistolam carmine Latino habet hac epigraphe ornatam: "Hanc epistolam subscriptam corde de- "voto misit senex et caecus Johannes Gower reverendis- "simo in Christo patri ac domino suo praecipuo D. "Thomae Arundell, Cantuar. archiepiscopo, etc." Pr. "Successor Thomae Thomas, humilem tibi do me."

[d] Per modum dialogi inter * Genium et amantem confessorem, Anglice lib. viii. "Eorum qui ante nos "scripserunt. Off them that writen us tofore." Mſ. bibl. Bodl. NE. F. 8. 9. Item Arch. Seld. B. 27. Item Mſ. Bodl. Laud. C. 112. Item arch. Bodl. A. 92. Item Fairfax. 3. Item Mſ. Norwic. More. 467. imperf. in fine. Et Oxon. in bibl. colleg. Novi. 266. Et Mſ. Oxon. C. C. C. 67. Et Cantabr. Mſ. coll. Sidney. K. iv. 1. Extat Lond. MDXXXII. f. 2. edit. Et MDXLIV. f. et MDLIV. fol. Westminst. per Gul. Caxton. MCCCCXCIII. fol. "Joh. "Gouer *De confessione amantis*——*Of temporal and ec- "clesiastical state of*—— MDXLIV. fol." Praefatio editionis Lond. MDXXXII notat 70 versus in praefatione prioris editionis diversos ab omnibus Mſs. Ita est in Mſ. Seld. In praefatione Mſ. penes Jo. Bryan, rectorem ecclesiae de Billingford comit. Derby. (imperf. in fine) sunt 70 versus ab editis diversi. Compositus fuit hic liber 16 Ric. ii. ad mandatum regis. Omnia exemplis e Chronicis petitis illustrat. Mſ. Langb. In Mſ. Bodl. Hatton. 94. extat *Confessio amantis* per Gower, Pr. "Lord, on all syn- "full:" sed continet sex tantum folia. [e] Scripsit etiam *De compunctione cordis*, Latine, lib. i. *Chronicon Ricardi secundi*, lib. iii. "Opus humanum est inquirere." Hoc est principium notarum marginalium ad *Chron. tripartitum*, quae distincti libri titulum non merentur. *Chronicon tripartitum Richardi* ii. lib. iii. Pr. pr. "Ista tripartita "sequitur, quae mente perita." Pr. l. "Tolle caput "mundi C. ter et sex." Mſ. in coll. Omn. Animarum Oxon. carmine Lat. cum notis marginalibus Mſ. Cotton. Otho. D. 1. Hoc *Chronicon* vulgo habitum esse partem operis, quod inscribitur *Vox clamantis*, attestatur Hollinsh. iii. 876. † *De rege Henrico iv.* lib. i. "Rex coeli "Deus, et Dominus, qui tempora solus." Mſ. in cod. Omn. Anim. *Ad eundem*, lib. i. "O recolende, bone, "pie rex Henrice patrone." Ibid. et Mſ. Cotton. Otho. D. 1. *De peste vitiorum*, lib. i. "Non excusatur, qui "verum non fateatur." 12 versibus comp. Mſ. in cod. Omn. Anim. et bibl. Bodl. Mſ. NE. F. 8. 9. et Mſ. Fairfax. 3. *Scrutinium lucis*, lib. i. "Heu quia per crebras "humus est vitiata tenebras." Mſ. cod. Omn. Anim. et bibl. Bodl. Laud. F. 24. *De conjugii dignitate*, lib. i. "Qualiter creator omnium rerum Deus." Mſ. in cod. Omn. Anim. Gallice, excepto epilogo et (forsan) prooemio. Codex noster hic uno folio caret, unde horum duorum librorum primus in fine mutilus est, alter in principio. *De regimine principum*, lib. i. "O Deus immense, "sub quo dominatur." Mſ. ibid. *Epigrammata quaedam*, lib. i. "Alta petens aquila volat alitque." *De amoris varietate*, lib. i. "Est amor in glosa, pax bellica "lis pretiosa." Mſ. ibid. et bibl. Bodl. NE. F. 8. 9. et Laud. F. 24. et Fairfax. 3. Impressus ad fin. *Confessionis amantis*, Westm. MCCCCXCIII. fol. *Carmina diversa*, lib. i. Ad cujus finem sunt carmina cujusdam Phil. de Joh. Gowero in posterioribus editionibus omissa. In Mſ. Cantab. coll. Trin. class. sinistr. scr. infim. xvii Gower's *Poems, English; with some French and English verses. Carmen de pacis commendatione in laudem Henr.* iv. "Nobi- "lis ac digne, rex Henrice." Angl. "O noble, worthy "K. Henry the fearth." Extat Anglice inter opera Chauceri edit. Lond. MDCII. f. 314. Praeter haec in coll. Omn. Anim. habentur carmina *De remediis contra vitia sui temporis*, sc. 20 Ric. ii. Mſ. Fairf. supra citat. *Contra daemonis astutiam in causa Lollardiae.* Pr. "Quod- "patet limen instanti tempore crimen." Mſ. bibl. Bodl. NE. F. 8. 9. Et Laud. F. 24. Et Fairfax 3. *Contra mentis saevitiam in causa superbiae.* Pr. "Deficit in ver- "bo sensus." Mſ. ibid. *Contra carnis lasciviam in causa concupiscentiae.* Pr. "O sexus fragilis ex quo." Mſ. ibid. *Contra mundi fallaciam in causa perjurii et avaritiae.* Pr. "Sunt duo cognati." Mſ. Bodl. Laud. F. 24. et Fairfax. 3. *A balade morale of gode counseyle.* Pr. "Passe forthe, thou pilgryme, and bridel wele thy beeste." Mſ. bibl. Ashmol. 59. *De lapide philosophorum.* Pr. "And "also with great diligence." *Theatr. Chimic. Brit.* per Ashmol. Lond. MDCLI. 4to. [f] Claruit anno MCCCCII.

[g] Hunc librum autem Henrico iv nuncupatum esse tradunt Bale et Pitſ. [h] Obiit anno MCCCCII. Pitſ. Circa 2 Hen. iv. Thin. [i] De Overes, Mſ. Trin. Sepultus fuit in capella S. Johannis ad septentrionale latus ecclesiae dictae, in qua fundavit cantariam. Obitus etiam ejus celebratus est in eodem monasterio in die Veneris prox. post festum B. Gregorii papae. Tabula in eadem capella suspensa denotat 1500 dies indulgentiarum concessas esse orantibus pro anima hujus Johannis. Berthlet in *Praef.* ad edit. *Conf. amantis*, Lond. MDLIV. Lel. *Coll.* iii. 48. Vide epitaphium a seipso scriptum Latine, in Mſ. Cotton. Julius. F. vii. Vide etiam Stow. *Chron.* p. 326. [k] Partim etiam suis impensis Mſ. Trin. Bal. vii. 23. Pitſ. p. 575, 576.

* Inter amantem et confessorem, cui nomen Genius. † Ad Henricum iv. [Add. Bal.]

silicam

silicam una cum ornamentis reparandam curavit. Ipsi hodie Mariani agnoscunt Goveri erga se liberalitatem, quamvis non ita magnam, ac ego praedico. Haec meo judicio causa fuit, quod suas Marianis reliquias commendaverit. Sed de Goveto plura in Chaucero dicemus. Ex *Lelando*.

GOWGH [JOHANNES] civis et typographus Londinensis in Lombardorum vico. Diploma ei a rege Henrico viii concessum erat, quo imprimendi potestatem dedit quoscunque libros vel scripturus vel translaturus esset. Edidit, praefationeque longa ac stylo Anglico moderno ornavit, *Ostium S. Scripturae*, (J. Wiclevo, ut videtur, autore.) Pr. pr. Gowghi. " For as moch, most " loving and gentle." Lond. . . . 12mo. *Rules to be exercised and put in practice by all Christ's soldiers, living in the camp of this world*, Lond. MDLXI. 8vo. Liber hic alias hunc titulum habuit; *Certain holsomes godly and necessary rules*. Pr. " The holy man Job. as apereth in vii chapter." Cum longa praefatione signata ad finem J. G. sub initio reginae Elizabethae. *His answer to Mr. Feckenham's objection against his sermon lately preached in the Tower*, 15 Jan. MDLXX. An autem noster Johannes vel alius hujus libri autor fuerit, dubium est. Fuit quidam Johannes Gough rector S. Petri Cornhill London, 6 Dec. MDLX. Mss. bibl. C. C. C. Cantabr. Miscell. iv. 26. ast rectoria haec vacabat per ejus privationem A. MDLXVII. Newcourt. I. 526.

GRAFTON [RICHARDUS] Chronographus Anglus, typographus Londinensis, protestantium partibus addictus tempore reginae Mariae in carcerem conjectus fuit; ad paupertatem redactus tempore reginae Elizabethae, in vivis fuit A. MDLXX. Strype in *Vita Parker*. p. 235. Scripsit Anglice, *Abridgement of the chronicles of England*, ad Rob. Dudlaeum. Pr. " Beside many profitable." Lond. MDLXII. MDLXIV. MDLXX. 8vo. *A chronicle at large and history of England ab orbe condito ad 1 annum Elizabethae reginae*, ad D. Gul. Cecil. Pr. " Doubtless, your honor and " others may." Lond. MDLXIX. fol. *Epistolam ad dom. Crumwellum de editione Bibliorum*. MDXXXVII. Strype in *Vita Cranmer*. *App*. n. 20. *Epistolam dedicatoriam et praefationem cronico Hardingi*, carm. Anglic. Pr. epist. ad Tho. ducem Norfolc. " Lord Thomas of Norfolke duke " most gracious." London. MDXLIII. 4to. *Continuationem cronici Hardingi ab Edw.* iv *ad Henr.* viii prosa Angl. Pr. pr. " Forasmuche, moste benynge reader." Impr. ad finem *Cronici Hardingi*. Lond. MDXLIII. 4to. Collegit, *Tabulas et regulas varias*. Pr. " First, a rule to " know . . ii aut iii editio auctior et continuata, Lond. MDCXI. 8vo. *Calender*. Lond. MDXCVI. MDCVIII. 12mo. Et *With highwayes*. Pr. pr. " The order of this small book." London. MDLXXI. 12mo. Forisfecit officium impressoris regii omnium statutorum, actuum, proclamationum, etc. per impressionem cujusdam proclamationis continentis in se quandam Janam uxorem Guildeford Dudley esse reginam Angliae. Rymer. *Foeder*. xv. 356.

GRAIUS [a] [GULIELMUS] clarissima natus est familia, quae antiquitus Codenorum, nobile castrum Duroventanae provinciae, incoluit, unde et Eadveardus Graius recentioribus temporibus, Ferrarii ditione et Grobio Castello auctus, originem duxit, moriensque uxorem, foeminam incomparabilem, regio Eadveardi quarti toro faecundam reliquit: atque hinc prima illius viri illustris gloria, de quo nunc agimus eluxit. Studiis optimis addictus adolescens philosophiae juxta ac theologiae incubuit apud Isiacos, qua Baliolani disertus in pretio chorus enituit. Jamque [b] fortunarum splendore conspicuus, animum ad commigrationem in Italiam, eloquentia linguae utriusque eximia ac bonis florentissimam artibus, totum convertit. Alpes igitur transgressus, Ferrariam alacer devenit, et Guarino, viro tum facundo, tum insigniter docto, et praelectori publico, discipulum diligentissimum praeceptori diligentissimo se adjunxit: ubi etiam et magnam merito laudem ex linguis elimatis, et varia rerum cognitione feliciter sibi comparavit. Postremo et Romam, doctorum parentem ingenuam illam, petiit; ubi et functione plane undecunque honorifica (designatus enim tum fuerat procurator Henrici sexti, Anglorum regis) usus est. Nicolaus quintus, ingeniosorum fautor tam magnus, quam qui maxime, delectatus non modo eruditione hominis recondita, verum etiam humanitate, benevolentia, candore, translato Thoma Bouchierio, viro nobili, ab Anguillariana sede ad Cantianam, eum praefecit sedi tum vacuae anno D. MCCCCXLIII [c]. Multa hic quidem scripsisse fertur et ante, et post acceptas Romae infulas. Ludovicus Carbo, orator Ferrariensis, in *Funebri oratione*, qua Guarini eximias laudes depraedicat, haec de Graio, consuetudine ei conjunctissimo, refert: " Ex Britannia usque ad Guarinum audiendum profecti sunt, neque ullis " impensis pepercerunt, neque tanta pericula maris formidarunt, ut cygnea divini hominis voce " fruerentur, cujus nomen in orbe notius quam cujusdam magni regis. Quot homines, natura " barbaros, a loquendi barbarie liberavit, eosque in patriam lingua et arte Latinos factos remisit? " cujus rei testis est Anglicus ille Eliensis episcopus GULIELMUS GRAY, ex inclyta et serenissima " regum Angliae stirpe progenitus." Hactenus Carbo. Veterum autem scriptorum exemplaribus ita detinebatur totus, ut, conductis librariis, et quidem multis, partim in Anglia, partim in Italia, videlicet Florentiae et Venetiis, inter quos et Antonius Marius [d] pingendo primus fuit, ingentem

[a] Gulielmus filius natu maximus Thomae Grey cum torto pede, de Berwic et Catherinae uxoris ejus filiae Johannis Moubray D. Norfolciae. A. Wood. Mss. Godw. Quaere tamen, an non haec de Gul. Gray Lincoln. episcopo dicta sunto. Alibi enim in Mss. eodem. p. 328. Gulielmus Gray dicitur esse filius natu secundus Ricardi domini Grey de Codnor. Quidam Gul. Gray S. theol. magister occurrit archidiaconus Northampton anno MCCCCXLVIII. A. Wood Mss. C. 400. [b] Fama fortunarumque, Mss. Lel Trin. [c] Anno MCCCCLIV. Godw. et Whart. *A. S.* vol. i. 672. [d] In bibl. coll. Baliol. Oxon. n. lxxviii extant Mss. quoddam ex dono Gulielmi Gray, cui ad finem subnectitur haec notula.— " Antonius Marii filius Florentinus civis " transcripsi Florentiae ab originalibus exemplaribus 2

 " id.

gentem bonorum ex assidua scriptione librorum vim longo temporis defluxu sibi comparaverit, aut patriae potius: memor enim collegii, in quo propter Isidis Vadum in literis juvenis instructus fuerat, eo in bibliothecam [e] omnes thesauros suos traduxit, gratum antiquitatis monumentum, futurumque posteritati gratius. Exactis in episcopatu viginti quatuor annis, Sept. 11 diebus 2 obiit Dunami 4 Aug. [f] sepultus est Anguillariae in orientali ecclesiae cathedralis parte. Ex *Lelando*.

" id. Junii MCCCCXLVIII, quo tempore nostra respublica " iniquiter et injuste ab immanissimo rege Arragonum " vexabatur. Valeas, mi suavissime Ghuilelme, feliciter." Ms. Langb. Bal. p. 81. Antonius Marius filius librarius praeter alios multa exemplaria pro Gul. Graio scripsit, Lel. *Collect.* iii. 61. [e] Gul. Gray episcopus Elyensis multos libros bibliothecae collegii Petri Cantabr. dono dedit. Ibid. p. 21. Et ibid. p. 61. plurimos libros dedit bibliothecae Baliol. collegii. [f] A. D. MCCCCLXXVIII.

GRAIUS [JOHANNES] clericus regis, archidiaconus primo Cliveland. dein Glocestrensis (Oxoniensis, *Annal. Winton.*) praebendarius de Bauges sive Bridgenorth. Cart. 2. Joh. m. 29. Vir juris municipalis peritissimus, et summus totius Angliae justitiarius; episcopus Norwicensis consecratus 24 Sept. A. MCC, et ad archiepiscopatum Cantuariae nominatus a rege Johanne, et a majore monachorum parte electus: Electio vero a papa cassata fuit; A. MCCXI Hiberniae prorex sive summus justitiarius constitutus est. Postulabatur in episcopum Dunelm. (Whart. *A. S.* vol. i. p. 731.) A. MCCXIV legatus a rege missus ad papam, et in reditu a Roma prope Pictaviam diem clausit extremum 18 Octob. MCCXIV. Whart. Hoveden. (Bal. MCCXVI. Pits. MCCXVII.) Corpus ejus in Angliam deportatum in ecclesia sua cathedrali tradebatur sepulturae. Whart. *A. S.* vol. i. p. 410. Scripsisse fertur *Historiarum opus*, sive secundum Pitseum et Possevinum *Scala cronicon*. Vid. THOMAS GRAIUS. Fuit illi negotium cum ea calumniatorum turba, qui Gulielmo Parvo adhaerentes Arthurum Britannorum regem nunquam extitisse contenderant, propterea quod ipsum Gildas et Beda silentio praeterivissent. Bal. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Bal. iii. 73. Pits. p. 288. Godw. p. 484. War. p. 484.

GRAY [JOHANNES] patria Scotus, frater Franciscanus, patria relicta in Belgium trajecit, ubi Bruxellis in coenobio sui ordinis martyrium passus est ad altare majus ab haereticis Geuziis A. MDLXIX. Scripsit, *Theologica quaedam*, lib. i. *Epistolas post excessum a patria*, lib. i. Dempst. vii. 607.

GRAY [JOHANNES] Hadintoniensis, Parisiensis theologus et Franciscanus. Scripsit, *De figuris Biblicorum*, lib. i. *Super sacramentis*, lib. i. *Carmina varia*, lib. i. Quaere tamen an hic non sit idem cum priori. Claruit A. MDIII. Dempst. vii. 625.

GRAIUS [THOMAS] Scripsit Gallice *Chronicon*; cui titulus *Scala mundi*. Citatur in Jewel. *Apolog.* Part. i. p. ii. ita Fuller, *Ch. hist.* ii. 63. In Catal. Ms. Lamb. n. 22. fol. *Scala mundi* Thomae (vel Johannis) Graii, vel, ut alii, Thomae Rudburn. Hunc autorem esse *Scalae chronici* asserit Londinensis in *Antiq. Cant.* lib. i. p. 38. Vide supra in JOHANNE GRAIO. Vide Voss. p. 725.

GRANDFELDE [GALFREDUS] patria Northamptonensis, Pits. Frater ordinis eremitarum S. Augustini in coenobio Northamptonensi. Literis operam dedit Cantabrigiae, in qua academia S. theol. doctor renunciatus est. Postea Romam petiit, ubi cardinali et episcopo Tusculano a sacris domesticis fuit, cujus intercessione episcopus a papa Benedicto xii consecratus est. Dein in patriam rediit. Scripsit, *Sermones Dominicales*, lib. i. *Lecturas theologiae*, lib. i. *Determinationes*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Obiit circa A. D. MCCCXL, et Northamptonae in suo coenobio humatus jacet. Bal. v. 51. Pits. p. 444.

GRANDISONUS [JOHANNES] sive GRAUNTSON filius Petri, filius Gulielmi (Ms. *Collect.* Rob. Glover. Ms. Ashmol. 804.) nobili ortus stemmate apud Ashperton. dioec. Hereford. natus, ab ipso pubertatis aevo in bonis educatus literis magnum sui seculi sive religionem sive quis eruditionem spectet, decus fuisse dicitur. Fuit regi Edwardo ii a sacris; archidiaconus Nottinghamensis; praebendarius de Haydore in eccl. Lincoln. installatus 4 id. Octob. MCCCX. A. Wood. Ms. C. 77. Praebendarius de Walton in eccl. Lincoln. provisus a papa 6 id. Dec. MCCCXVII *Regist.* Joh. Dalderby. Occurrit canonicus Wellensis A. MCCCXXIV. *Regist.* Drokensf. Praebendarius Ebor. Fuit nuncius papae A. D. MCCCXXVI. Rymer. *Foedcr.* iv. 239. Et A. MCCCXXVII. 12 Aug. provisus a papa episcopus Exoniensis, consecratus 18 Octob. seq. et sedit annis XL. De ejus munificentia in structura ecclesiae cathedr. Exon. et aedium episcopalium apud Tainton, in fundatione collegii Ottereiensis, etc. non est hic narrandi locus. Consulat lector Godwin. p. 468. seq. Scripsit, *De vitis sanctorum*, lib. i. *Concionum* lib. i. *De vita et miraculis S. Thomae Cantuar.* Ms. bibl. Bodl. NE. C. 5. 3. et Ms. C. C. C. Cantabr. A. iv. et H. iv. et G. xiv. p. 62. ubi sequentia. Prologus vitae B. Thomae martyris a Johanne de Grandissono Exon. collectae. Pr. " Archimartyris nec non archipraesulis Anglorum Thomae vitales vitae finisque flores et " fructus." Dividitur hoc opusculum in iv partes. i. habet 13 cap. ii. 8. iii. 10. iv. 6. *Martyrologium Exoniense*; cui praemittitur *Consuetudinarium ecclesiae Exon*, Incipit. " Exoniensis ecclesia " sicut caeterae cathedrales ecclesiae." Ms. Cantabr. ibid. p. 68. *Ordinale officiorum B. Mariae virginis dicendorum in capella ejusdem virginis Exon. per totum annum*, juxta dispositionem R. P. dom. Johannis Dei gratia episcopi Exon. A. MCCCVI. *Libros pontificales*; *majorem et minorem.* Ita in *Testamento* ejus legitur. In vol. ii. *Concil. M. Brit. et Hib.* extant nonnulla hujus auctoris scripta: *Epistola privata missa archiepiscopo Cantuar. de convocatione.* p. 549. seq. *Epistola missa episcopo*

episcopo London et aliis ad excusandum absentiam ejus a concilio provinciali. p. 351. *Inhibitio ejus, ne decanus Exon. literas dom. archiep. Cantuar. super visitatione in ecclesia Exon. exercenda sibi directas publicare praesumat.* p. 559. *Literae ejus regi Edwardo de beneficiis quae alienigenae occupant in dioecesi Exon.* p. 574. seq. *Articuli excommunicationis publicati ab ipso coram comite Devon. et justitiariis regis contra violatores ecclesiasticae libertatis.* p. 669. seq. *Mandatum ejus contra violatores ecclesiasticae libertatis.* p. 672. seq. *Processus ejus contra prosequentes personas ecclesiasticas.* p. 710. *Mandatum ejus pro precibus pro rege faciendis.* vol. ii. p. 37. 44. In Ms. bibl. Lambeth. 203. fol. S. Augustini *Confessionum* lib. xiii. in fine datur haec nota: " Hucusque ego Joh. de Grandissono correxi, et non ultra secundum librum Hugonis de S. Victore ab eo, ut dicebatur, correctum, dum studerem Parisiis A. D. MCCCXIV. . ." In principio etiam. . . " Damus ecclesiae nostrae Exon. quia multum laboravimus in corrigendo Parisiis." In *Testamento* dato 8 Sept. MCCCLXVIII, consecrationis suae XLI inhibet, ne libri sui ecclesiastici venditioni exponantur: sed omnes libri de capella ecclesiis collegiatis de Ottery primo, postea Creditonae et liberae capellae de Boseham distribuantur: libri vero theologici modici pretii pauperibus scholaribus aulae de Stapelden. Ms. Twin. ♀. 105. Obiit 15 Julii MCCCLXIX. aetat. 78, et in capella in occidentali ecclesiae parte humatus jacet. Bale vi. 39. Pits. pag. 503. Godw. pag. 468. seqq.

GRANT [DONATUS] Bethleemita, sive eremita ordinis S. Hieronymi ad fanum S. Germani in Scotia, et provincialis ordinis in Scotia. Scripsit, *De Wiclevitarum perfidia*, lib. i. *Contra Begardos*, lib. i. Claruit anno MCCCLIV. Dempster. vii. 594.

GRANT [EDVARDUS] in literis grammaticalibus in schola Westmonasteriensi laudabiliter institutus, aliquot annos in studiis academicis vel in aede Christi, vel in aula Lateportensi posuit, et succedentibus annis ac meritis supremos in philosophia atque theologia gradus, plaudente Oxoniensi et Cantabrigiensi academia, suscepit. Anno MDLXXII, nondum XXX annos natus linguarum Graecae et Latinae peritissimus scholae Westmonast. gymnasiarcha electus, et A. MDLXXVII installatus est canonicus ecclesiae S. Petri Westmonast. A. MDLXXXIV, 12 Dec. institutus fuit ad praesentationem decani et cap. Westmon. in vicariam de South-Bemflete Essex. quam resignavit ante 18 Mart. MDLXXXV. Newcourt. ii. 48. Anni sequentis 20 die Novemb. institutus est in rectoriam de Bintre et Folsham in comit. Norfolc. A. MDLXXXIX S. T. doctor fuit Cantabrigiae. Ms. Inett. Et A. MDXCI. 3 Nov. institutus est in ecclesiam de Barnet ad praesentationem dom. reginae, quae vacabat per ejus mortem ante 26 Octob. MDCI. Newcourt. i. 806. A. MDXCVIII. 22 April. institutus erat in rectoriam de Toppesfield in Essex. quae vacabat per ejus mortem ante 21 Octob. MDCI. Newcourt. ii. 609. Scripsit *Graecae linguae spicilegium in usum scholae Westmonaster. in modum dialogi.* Lond. MDLXXV. Pr. epist. ad dom. Burghlaeum. " Cum in meam et meorum utilitatem." *Epistolas Aschami* collegit et edidit. Qu. Annon idem sub nomine Ter. Mauri edidit ejusdem *Apologiam. Orationem de vita et obitu Rogeri Aschami, ac dictionis elegantia, cum adhortatione ad adolescentulos.* Lond. MDLXXVII. 8vo. *Carmen in obitum Juelli.* Carmen in Latin. translatum Juelli per Whitakerum ad finem istius libri. *Carmen Latinum* praefixum Joh. Prisei *Defensionis Britan. Historiae.* Aliud praefixum Camdeni *Britanniae.* Aliud praefixum *Alveari* Johannis Bareti. London. MDLXXX. fol. *Carmen* Anglicum praef. Tr. Humfr. Lhuyd. *Commentar. Britanniae per Th. Twyne.* Lond. MDLXXIII. 12mo. *Corollarium* (Carmine) *in symbolum gentilitium com. Leicestr.* Pr. " Parrhasii an haec est arctos." In pr. secundi libri *Gratulat. Waldensium* per Gabr. Harvaeum. Lond. MDLXXVIII. 4to. Scholae Westmonasteriensi ultro valedixit A. MDXCI—II. quem excepit Gul. Camdenus. Mortem obiit A. MDCI, et humatus jacet in ecclesia collegiata S. Petri Westmonast. *Athen. Oxon.* i. 310. seq. Tho. Smithus in *Vita Camdeni.* p. xviii. ait Grantum obiisse A. MDXCII. Vide *Monumenta eccles. Westmon.*

GRANTHAN [HENRICUS] multos nobilium ac generosorum Angliae liberos linguam Italicam docuit. Transtulit ex Latino in vernaculum *Scipionis Lentuli Neapolitani grammaticam linguae Italicae.* Pr. ded. dominabus Mariae et Franciae Berkely, filiabus dom. Berkely. " I do weigh amongst your other." Dat. 4 Dec. MDLXXIV. Lond. MDLXXV. MDLXXXVII. 12mo. xiii *Questiones translated out of Boccace's Philocopo from Italien into English*, by. H. G. Pr. ded. Gul. Rice, armigero. " In how much the thankfull." Dated 6 Mart. MDLXVI. London. MDLXXI. MDLXXXVII. 12mo.

GRANTHAM [THOMAS] vicarius in capella regia infra palatium Westmonasteriense. Scripsit *Compendiosum tractatum de historiis inchoandis, de rubricis* (responsis) *ferialibus et missis dominicalibus cantandis, et de duabus commemorationibus tantum singulis septimanis faciendis per totum annum secundum usum Sarum.* Pr. " Aspiciens ubi fuerint duae commemorat." Ms. Bodl. Seld. Sup. 43. Est liber in modum Picae ordinem, missam et alia officia divina celebrandi dirigens.

GRASDALUS [RICHARDUS] S. theologiae doctor Oxoniensis scripsit, partim prosa, partim versu, *De aetatibus mundi*, lib. i. " In principio creavit Deus caelum." *De regnis et civitatibus*, lib. i. " Ante ortum Christi per MMCCCXX." *De dilatatione fidei*, lib. i. " Licet per apostolos et alios." *De praeliis famosis*, lib. i. " Circa A. D. CCCXXX passus est." *Carmina quoque diversa*, lib. i. Historias suas ad A. MCCCXC perduxit. Claruit senex A. MCCCCXX. Bal. vii. 71. Pits. p. 603.

GRAVET [GULIELMUS] S. theol. baccalaureus. A. MDLXVI 8 Octob. institutus fuit ad vicariam S. Sepulchri extra Newgate, Londini. Et A. MDLXVII. 8 Julii ad praebendam de Wyllesdon in ecclesia S. Pauli. *Regist.* Bonner. A. MDLXIX. 3 Dec. ad rectoriam de Laver P. in Essex. Edidit *Concionem in Johan.* xvi. 33. in ecclesia cathedr. D. Pauli habitam 25 Jun. MDLXXXVII. *De Sacra Scriptura ejusque usu.* Pr. pr. " That, gentle reader, which at the earnest request." London. MDLXXXVII. 8vo. Extat *A short Catechism for the use of some in S. Pulcres parish.* MDLXXV. 12mo. Quaere, annon hujus Graveti sit? Obiit ante 5 Mart. MDXCVIII. *Regist.* Bancroft. episc. Lond.

GRAUNT [THOMAS] in academia Oxon. in studiis philosophicis ac theologicis enutritus, baccalaureatus in his gradum consecutus est. A. MCCCCL. 30 Dec. institutus ad rectoriam eccles. S. Margaretae Lothbury London. Newc. i. 100. A. MCCCCLIV. 5 Jul. collatus ad praecentoriam eccles. D. Pauli. *Reg.* Kempe. A. MCCCCLVII. 28. Octob. collatus ad praebendam de Totenhale in dicta ecclesia; quam A. MCCCCLXXIII permutavit cum praeb. de Mora. Ibid. Composuit *Tabulam super compendium morale Rog. Walden.* Pr. " Abstinentia Octaviani in suis." Ms. Bodl. Fairfax. iv. *Tabulam notabilem super sermones Holcoti.* Ms. olim in monast. Sion. In libro *Epistol. academ. Oxon.* F. epist. 255, 265 sunt ad hunc Thomam Graunt. Obiit A. D. MCCCCLXXIV.

GRAUNVYSE [BARTHOLOMAEUS] Anglus, frater ordinis Minorum, S. theol. D. Barthol. Glanvile coaetaneus. Scripsit *Decora Franciscanae religionis adversus dedecora exprobrantium sibi hostium*, lib. i. Argentinae per Pet. Benev. MCCCLVIII. Wadding. p. 50.

GRAYE [GULIELMUS] ducis Somersetensis famulus, vir eloquens, et ingenii mordacis. Scripsit adversus Thomam Smyth et alios pontificios, *Diversi generis rhythmos*, lib. i. *Contra regnum filii perditi.* Vide de hac controversia Ms. Cotton. Titus B. i. f. 195. Obiit A. MDLI. Bal. edit. Ipsw. 255. b. Et edit. secund. par. post. 109.

GRAYSTANES [ROBERTUS] monachus Dunelmensis, dein subprior, et A. MCCCXXXIII episcopus rite electus et consecratus, sed dignitate sua frui non erat permissus. Scripsit *Historiam de statu ecclesiae Dunelmensis ab anno* MCCXIII *ad annum* MCCCXXXVI. cap. 35. A. D. MCCXIII. Morganus frater. Edidit Wharton. *A. S.* tom. i. p. 732. futilibus quibusdam omissis. Extat et Ms. Bodl. Fairfax. vi. *Super sententias*, lib. iv. Olim Ms. in bibl. Carmel. Oxon. ubi viderat Lelandus, *Collect.* iii. p. 57. Obiit circa A. MCCCXXXVI. Whart. *A. S. Praef.* tom. i. p. xlix.

. . GREEN [. . .] Oxoniensis. Scripsit *De quantitate.* Pr. " Nihil totum quantum est." Ms. bibl. Bodl. Super A. i. Art. 98. f. 199.

GREEN [ROBERTUS] Cantabrigiensis et Oxoniensis academiae artium magister; poëta comicus etsi in trivialibus saepius ingenium exercuerit, Scripsit, *Euphues his censure to Philautas.* Lond. MDLXXXVII. 4to. *A quip for an upstart courtier: or, a dispute between velvet breeches and cloth breeches.* Pr. Thomae Burnaby armigero. " Sir, after I had ended this." Lond. MDXCII. MDCXX. 4to. *His mourning garment given him by repentance at the funerals of love.* Ad Geo. com. Cumbriae. Pr. " While wantonness, right honourable." Printed in the city of Callipolis, Lond. MDXC. MDCXVI. 4to. *Groats worth of wit bought with a million of repentance.* Pr. " A witte that runs this." Lond. MDCXVI. 4to. *Thieves falling out, true men come by their goods: or the bellman wanted a clapper.* . . 4to. *Philomela, the lady Fitz Walter's nightingale.* Pr. ded. dom. Fitzwalter. " Right beautifull and." Lond. MDCXV. 4to. *His nusquam sera est: or, a treatise deciphering those particular vanities that hinder youthfull gentlemen from attaining to their intended perfections.* Pr. ded. Thomae Burnaby esq; " Such, right worshipfull, as coveted." Lond. MDCVII. 4to. *The history of frier Bacon and frier Bunguy. Green's ghost haunting conny catchers.* Lond. MDCXXVI. 4to. *Planetomachia; or, the first part of the general opposition of the seven planets.* Lond. MDLXXXV. 4to. *Mamillia; the second part of the triumph of Pallas, wherein with perpetual fame the constancy of gentlewomen is canonized, etc.* Pr. ded. Rob. Lee et Rog. Porlington. " The philosopher Hermes." Lond. MDXCIII. 4to. translat. ex Italico. *The royal Exchange contayning sundry aphorisms.* ded. mayor Lond. " When the golden." Lond. MDXC. 4to. *The Spanish masquerade, describing the pride, etc. of that nation.* Pr. ded. Hugoni Offley vice-comiti London. " Such pictures, right." London. MDLXXXIX. 4to. *The tritameron of love.* Pr. ded. com. Arundel. " The emperor Domitian, right honourable." London. MDLXXXIV. 4to. *Ciceronis amorem, wherein is discours'd the prime of Cicero's worth.* Pr. ded. dom. Strange. " The " Tripos, right honourable, ingraven." Lond. MDCXXXIX. 4to. *News both from heaven and hell; prohibited at first for writing of books, and banished at the last for displaying of coney catchers.* Lond. MDXCIII. 4to. *His translation of the funeral sermon of P. Gregory* xiii. Lond. MDLXXXV. *Green's funerals in* xiv *Sonnets*, by R. B. Gent. Lond. MDXCIV. 4to. Sonnet x est catalogus operum ejus, quorum nonnullorum supra fit mentio. Reliqua sunt: *Camilla. The card of fancy. Menophen. Metamorphosis. Orpharien. King of Denmark. Censure. Disputation.* Obiit Londini A. MDXCII. *Fasti Oxon.* i. 136. seq.

GREENAWAY [THOMAS] patria Hantoniensis, collegii Corporis Christi Oxon. socius, artium magister A. MDXLIV, postea S. theologiae baccalaureus, et rector de Heyford Purcels in agro Oxon. et tandem sui collegii praeses constituitur, quo munere (tanta fuit viri hujus pii modestia) A. MDLXVIII sponte cessit, ac apud rectoriam suam obiit mense August. A. MDLXXI, et in ecclesia ibidem humatus est. Scripsit *Vitam Ricardi Fox, collegii Corporis Christ Oxon. fundatoris*

breviter

breviter descriptam A. MDLXVI. Pr. "Ricardus Fox, familia satis." Vide Mſ. in bibl. C. C. C. Oxon. in nono volumine Mſs. Fulmanni notat. F. D. n. 309. fol. 26. b. *Fasti Oxon.* i. 69.

GREENE [BARTHOLOMAEUS] quem eundem fuiſſe cum Barthlet Greene a Foxio memorato, affirmare vellem, Londini in parochia Baſſinghall natus, Oxoniae in ſtudiis academicis inſtitutus fuit, ubi praelectionibus Petri Martyris ad dogmata reformatorum converſus erat. Inde ad Templum Juriſconſultorum Londini ſe contulit, juris municipalis operam daturus. Scripſit, *Epiſtolas varias*, quarum quinque extant in Foxio, p. 1851. *Epiſtolam de autoritate eccleſiae.* Princ. "I have often heard one argument." Mſ. inter *Epiſtolas* bibl. Eman. Cantabr. *Poëmata quaedam.* Fox. i. edit. 1465. *Notas ex doctoribus, etc.* Ibid. 1466. *An admonition to all gentlemen professing the goſpel (by life ſlandering the ſame) to repentance and amendment of life* (tempore Edw. vi.) 8vo. Tempore reginae Mariae turri Londinenſi, etc. incarceratus a Bonnero tandem haereſeωs damnatus, vivus in Smithfield concrematus fuit 27 Jan. MDLVI. aetatis 25 Fox. p. 1851.

GREENFIELD [GULIELMUS] Gualteri Giffard, archiepiſcopi Eboracen. conſanguineus academiae Oxon. alumnus, legum doctor, praebendarius de Southwell et Rippon. canonicus Ebor. decanus Ciceſtrenſis et Angliae ſub Edwardo i cancellarius, archiepiſcopus Ebor. A. MCCCIII. 2 non. Decemb. electus, et A. MCCCV 3 cal. Febr. conſecratus. Vir magna prudentia, eloquentia, et doctrina praeditus; annos ferme decem eccleſiam Eboracenſem ſumma cum laude rexit. Concilio Viennenſi A. D. MCCCXI interfuit; ſynodos provinciales et dioeceſanas ſaepiſſime convocavit, ediditque ad clerum et populum ſibi commiſſum, *Conſtitutiones in concilio Ripponenſi* A. D. MCCCVI. Extant tom. ii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 285. ſeqq. *Conſtitutiones apud Lanum* A. MCCCXI. Ibidem. p. 409. ſeqq. *Mandatum contra adorationem imaginis B. Virginis in eccleſia de Foſton.* Ibid. p. 423. ſeq. In Mſ. Wharton L. p. 293. in bibl. Lambeth. extat *Epiſtola* Roberti Winchelſey, archiepiſcopi Cantuar. cancellario et magiſtris univerſ. Oxon. quod non potuit diſpenſare cum reſidentia Gul. Greenfield, decani Ciceſtrenſis, data A. conſecrationis vi. In eccleſia Beverlacenſi anniverſarium ejus celebratur nonis Decembris. *Regiſt.* Beverlac. bibl. Univ. coll. Oxon. Obiit A. D. MCCCXV (8 id. Dec. Stubbs) in feſto S. Nicolai (*Regiſtr.* Ebor.) Cawodiae, et in eccleſia Ebor. cathedrali humatus eſt. Libros monaſterio S. Albani legavit. Godwin. ii. p. 52. Stubbs, p. 1730.

GREENHAM [RICHARDUS] in aula Pembrochiana Cantabrig. ſtudiis philoſophicis et theologicis imbutus; fuit rector eccleſiae de Dry Drayton in dioec. Elienſi, et praedicator in eccleſia Chriſti London. Scripſit quamplurima opera theologica, quae poſt mortem collegit et edidit Henricus Hollandus. Opera impreſſa ſunt Londini MDXCIX. MDCI. Et in quarta editione MDCV. fol. ſequentia continentur. PART. i. p. 1. *Grave counſels and godly obſervations, ſerving generally to direct all men in the wayes of true godlineſs, but principally applied to comfort and inſtruct all afflicted conſciences.* Pr. "Affections. He uſed this trial." p. 45. *Conciones* x. (1) *Of quenching the Spirit, on* 1 *Theſſ.* v. 19. (2) *Of murmuring, on Exod.* xvi. 2. (3) *Of zeal, on Revel.* iii. 19. (4) *Of good name, Prov.* xxii. 1. (5) *Of humilitie, Prov.* xviii. 12. (6) *Of the education of children, Prov.* xvii. 21. 7 *Of repentance and true ſorrow for ſinn, Act.* ii. 37, 38. (8. 9. 10.) *On Matth.* xiii. 44. P. 117. *Meditations on Prov.* iv. 13—23. Pr. "The matter which "is contained." P. 130. *Meditations on Prov.* xiv. 5, 6, 7, 8. Pr. "The righteous man know- "ing." P. 147. *Of an afflicted conſcience, on Prov.* xviii. 14. "This ſcripture is only." P. 174. *Of ſignes of election.* Pr. "A cleering of judgment, conceiving." P. 174. *A treatiſe of a contract before mariage.* Pr. "That none of us might doubt." P. 180. *Of the Sabbath.* Pr. "It "is written, Exod. xx. 8." P. 223. *Notes of election and a ſincere heart.* Pr. "Likewiſe theſe "be true notes." P. 225. *Directions for reading and underſtanding the holy Scriptures.* Pr. "Thoſe things which God hath." P. 223. *A ſhort form of catechiſing.* Pr. "Whereas all "men deſire to be." P. 254. *Three conſolatory letters to afflicted friends.* PART. ii. P. 277. *Godly inſtructions for the due examination and direction of all men to the attaining and retaining of faith and a good conſcience.* Alphabetically. Cap. lxxv. Pr. "Worldly wiſe men call admoni- "tion." PART. iii. P. 489. *Of the reſurrection on pſal.* xvi. 10. *Phil.* iii. 20. 21. Pr. "Are "we perſwaded with the prophet." P. 490. *Of examination before and after the Lord's Supper, on* 1 *Cor.* xi. 28. Pr. "Theſe words are ordinarie." P. 505. *Of God's feare.* Pr. "The "ſtile of Moſes." P. 511. *Of hypocriſy.* Pr. "There are two things required." P. 515. *An hundred grave counſells or divine aphoriſms.* Pr. "If you deſire to hear the word." P. 522. *Of anger.* Pr. "Moſes in the xiith of Numbers." P. 525. *Of bleſſedneſs.* Pr. "He may be "ſaid to have taſted true." P. 529. *Of faſting.* Pr. "Some faſts are generall." P. 534. *Meditations on the* cxix *pſalm.* (imperf.) PART. iv. p. 725. *Grave counſells and divine directions for the attaining and retaining faith and a good conſcience,* (num. 151.) "Even as a man ſwimming." P. 745. *Conciones* vii. (1) *On Epheſ.* vi. 10, 11, 12. (2) *On pſalm.* xvi. (3) *On Geneſ.* xlii. 9. 12. 14. 15. 21. (4) *On Hebr.* xiii. 17. (5) *On Prov.* xxviii. 13. (6. 7) *On Galat.* vi. 14, 15. P. 816. *Godly obſervations,* cap. 24. Pr. "Conſcience is a ſenſible feeling." P. 839. *Of the ſending of the Holy Ghoſt, on Act.* ii. 14, 15. etc. Pr. "In the former part of." P. 859. *Of prayer on Joel* ii. 32. Pr. "By calling on the name of the Lord." P. 864. *Comfortable directions for troubled minds.* Pr. "Firſt you muſt beſeech." P. 870. 874. *Three letters.* Praeter haec extat in *Regiſt.* Elienſi, p. 86. *Reſponſum R. G. epiſcopo Elienſi ab eo ſubſcriptionem et uſum veſtium in ſacris exigenti.* Pr. "I have hanged long betw. hope and fear." Obiit ante

30 Apr. MDXCIX. *Opera* p. 50. Fuller, *Ch. Hist.* ix. 219. 220. eum peste periisse dicit Londini A. MDXCII.

GREENWOOD [JOHANNES] praedicator Brownistarum. Scripsit, *A brief refutation of Mr. Geo. Giffard his supposed consimilitude between the Donatists and us, wherein is shewed, how his arguments have been, and may be by the papists more justly retorted against himself and present state of their church.* Pr. " Mr. Giffard, a man inexpert" . . . MDXCI . . . MDCVI. 4to. Huic tractatui praeponitur in exemplari Lambethano hic sequens: " A plain refutation of Mr. Giffard's book, " intituled, A short treatise against the Donatists in England: Wherein is discovered the forgery, " confusion, and false worship, and antichristian disorder of these parish assemblies, call'd the " church of England. Here is also is prefix'd the summe of the causes of our separation, and of " our purposes in practice. With a brief refutation," etc. ut supra, by H. Barrow, and John Greenwood, . . . MDXCI. 4to. Pr. ded. to Sir Will. Cecil. " Hitherto, right honourable, have our " malignant." *A brief summe of the two conferences between him and archdeacon Hutchinson on the 9th and 13th days of the 3d month.* Pr. " Mr. Hutchinson said he came by vertu" . . . 4to. Ashmol. 1203. *An answer to Mr. Giffard's pretended defence of read prayers, and devised liturgies, etc. in the first part of his treatise against the Donatists in England, by J. Greenwood* (prisoner in the Fleet,) Pr. " My first writing being about that." Lond. MDXC. 4to. *A collection of certain letters and conferences lately pass'd between certain preachers (Sperin, Egerton, Cooper) and the two prisoners in the Fleet, viz. Barrow and Greenwood.* Pr. " Considering the reformist preachers." MDXC. 4to. Examinatus pro seditiosis, quos scripsit, libellis in carcerem detrusus fuit, et post sexennium ibi exactum cum Henrico Barrow in patibulo Tyburnensi suspensus, 6 (vel post 20) April. MDXCIII. *Defence of the Brownists.* Stow. p. 705.

GREGORIUS de BRIDLINGTON (Vid. Dempster. 101.) coenobii ibidem canonicus regularis ordinis S. Augustini, et tandem praecentor. Natus apud Bridlington, monachus Cisterciensis in coenobio Glenluce, et postea Carmelita. Scripsit, *Super Cantica canticorum*, lib. i. *Super varios S. Scripturae textus*, libros plures. (Libros 30 Dempsterus.) *Lecturas publicas*, lib. i. *Sermonum* lib. i. *De arte musices*, lib. iii. " Debitum existimavi meum esse." Haec ex Baleo iv. 60. et Pitseo *App.* p. 844. qui tamen temporis, quo claruit, nullam faciunt mentionem. Gregorius prior de Bridlingtona occurrit MCLXXV, et tempore Rog. archiepiscopi. Ex *Cartul.* de Rievall. in Mſ. Cotton. Julius, D. i. Claruit A. MCCXVII, juxta Dempster. ii. 179.

GREGORIUS BRITANNUS Dominicanus frater. Scripsit *Orationes*, lib. i. Extant Venetiis MDXVI. MDXL. *Sermones funebres, nuptiales, etc.* lib. i. Aetas hujus autoris non liquet. Pitſ. *App.* 844.

GREGORIUS ELIENSIS, abbatiae monachus. Scripsit carmine Latino haxametr. *De vita et gestis B. Adeldredae virginis*, lib. ii. Pr. " Qui Jovis ardores rapti Ganimedis amores." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. I. 13.

[a] GREGORIUS VENANTODUNENSIS inter Ramesegnos monachos, monachus et ipse ac abba vicarius [b], linguarum cognitioni assidue incubuit. At linguam praecipue excoluit Hebraicam, sacrarum literarum enarratricem. Tantum in ipsis tam clari studii principiis defuit incepto operi justus librorum numerus. Sors fortunae hanc remoram procul excussit omnem. Gulielmus Nortomannus, Anglorum rex, ejus appellationis primus, Judaeis permisit, ut a Rothomago commigrarent in Angliam. Unde brevi haec gens per urbes, atque adeo oppida celebriora omnia regni, sparsa est, positis de more synagogis, in quibus accurate Rabbinorum suorum dogmata perlegebant. Excrevit infinite quantum Judaeorum in Britannia numerus, atque una avaritia et amor foenoris impurus. Angli eorum sordes aliquanto sustinebant tempore; tandem imperio Richardi ad manus perventum est, et Judaei insigniter multati. Postea, regnante Eadveardo Longo, fortunae Judaeorum fisco adjudicatae regio, et eisdem [c] exilium poena proposita. Tum synagogis profanatis Venantoduni, et Stenofordae supellex omnis sub hasta venum exposita, una cum librorum thesauris. Ubi autem Gregorius hanc auctionem factam esse intellexerat, vicinus atque idem nummatus festinanter accurrit, ac, dato pretio, aurea pro aereis facile comparavit, et laetissimus domum rediit. Quid tum ille? Nocturna versabat manu, versabat diurna Hebraea exemplaria, donec penitiorem linguae cognitionem ex ipsis exhausisset fontibus. Reliquit autem suis symmystis multa egregie calamo annotata, quae docta cum voluptate legeret posteritas. Librorum Hebraicorum ab eo diligentissime collectorum catalogus bibliothecae Ramesegnanae [d] luculentam juxta ac

[a] Gregorius Huntingdon, Mſ. Lel. Trin. Bal. Pitſ.

[b] Seu prior (Mſ. Lel. Trin.) per XXXVIII annos. Pitſ. Bal.

[c] *Exilio in poenam proposito*, Mſ. Trin.

[d] Vide Mſ. in bibl. Lamb. Wharton. L. p. 661. Folia duo pergam. in quibus contineri videtur pars catalogi bibliothecae monasterii Ramesiensis. Libri prioris Gregorii de Ramesey: *Prima pars bibliothecae Hebraicae*, cum aliis vii libris in uno vol. *Notulae super bibliothecam. Praedicamenta Augustini* cum expositionibus Hebraicorum, et ars loquendi in lingua Hebraica, in uno vol. *Ars loquendi* [in] *lingua Graeca*, cum aliis xviii libris de grammatica in uno vol. *Psalterium Graecum.* Item *Psalt. Graecum. Psalterium Hebraicum. Donatus glossatus*, cum aliis vii libris de gramm. in I vol. *Graecismus, doctrinale, poetria, lapidar. visio Joachimi* in I vol. *Priscianus constructus*, cum notulis et aliis duobus de grammatica, in uno vol. *Ordo historiarum cum tabula Joachim*, et tribus aliis in I vol. *Decreta versificata* cum aliis viii et summulis et falliciis in I vol. *Casus decretalium. Vetus logica*, cum notulis, in I vol. *Nova logica. Liber Timei, et breves sententiae super libros naturales*, liber *de coelo et mundo*, liber *metaphysicorum*, liber *physicorum* in I vol. *Naturalis* philos-

ac honorificam mentionem facit. Sed et idem catalogus accurate recenſet Hebraicos theſauros divina volumina a Roberto Dodefordo, monacho Rameſegano, religioſe comparatos. Quare, cum et ipſe in ſacra mirifice profecerit lingua, digniſſimus plane eſt, qui doctorum numero accedat [e]. Ex *Lelando*.

philoſophia, et ſomnium Scipionis, et de *ſenſu et ſenſato*, cum aliis ix libris. *Regula S. Benedicti*, cum aliis iv libris, in I vol. [e] Scripſit ſecundum Baleum et Pitſeum, *Artem intelligendi Graeca*, lib. i. " Quoniam in ante ex-" poſitis libris." *Grammaticae ſummam*, lib. i. " Ars " quam fingo in mea lectoriala." *Explanationes Graecorum nominum*, lib. i. " Nemicerius epiſcopus ad Caltidi-" um." *Attentarium quoddam*, lib. i. " In ſanctae crucis " virtute." *Epiſtolas curiales*, lib. i. " Galfridus filius " Simonis appel." *Expoſitionem Donati*, lib. i. " Iſte " titulus varius invenitur." *Notulas in Priſcianum*, lib. i. " Dicit Iſaac in libro definit." *Imaginem mundi*, lib. ii. " Ad inſtructionem multorum quibus." Lib. i. continet 16 cap. ii. 17. Mſ. in bibl. Aſhmol. A. Wood. Item Mſ. Bodl. NE. D. 3. 3. Mſ. Bodl. Muſ. 48. Mſ. coll. Univ. C. 16. (imp. in fine) Inter Mſs. Macro. eſt libellus hujus Pr. " Ad inſtructionem multorum, quibus deeſt copia li-" brorum, hic libellus nomenque *Imago mundi* ei indatur, " eo quod deſcriptio totius orbis in eo, quaſi in ſpeculo, " conſpiciatur, in quo in noſtrae amicitiae pignus poſteris " relinquatur; nihil autem in eo pono, quod majorum " commendat traditio."—Pr. " Mundus dicitur, quaſi " undique motus." *Rudimenta grammatices*, lib. i. " Ag-" greſſus ego novem regulas." *Sententias per verſus*, lib. i. " Aut videat quiſquis divinum." *Regulas verſificandi*, lib. i. " Litera eſt minima pars vocis." Et alia. Claruit A. D. MCCLV. Bal. iv. 22. Pitſ. p. 333.

GREGORIUS de WINTONIA ſeu CAIRGWENT, in qua urbe natus, monachus erat Benedictinus in coenobio S. Petri Gloceſtriae, ubi per LX annos vixit. Scripſit *Annales ſui coenobii ab* A. D. DCLXXXI *ad* MCCXC. lib. i. " Anno incarnat. Dominicae DCLXXXI regni." Ex hoc libro multa excerpſit Laur. Noel. quae Mſ. extant Cotton. Veſpaſ. A. v. 2. Claruit A. MCCXC. Bal. iv. 59. Pitſ. 376. A. MCCLXXIX eccleſiae de Tettebiri et Blackele (Wigorn. dioec.) vacabant per mortem mag. Gregorii de Kerewent, in curia Romana. *Regiſt.* Peckham. f. 48. Mag. Gregorius de Karewent decanus de arcubus Lond. oſtenſurus, quare tenuit placitum contra prohibitionem regis 6 Edw. i. Pryn. *Coll.* vol. iii. 1219. Gregorius quidam ſcripſit carmine, et epiſcopo cuidam Wintonienſi dedicavit *Vitam S. Hugonis epiſcopi Lincoln.* Pr. pr. " Win-" tonienſis apex, flos cleri, gloria regni." Pr. lib. " Arma virumque cano, quo judice." Mſ. Bodl. Laud. H. ii. *Vita* Hugonis carmine Lat. hujus pr. extat in bibl. reg. Weſtmonaſt. 13. A. iv. 2.

GREGORIUS [GULIELMUS] (Dempſter. 324. Bal. par. poſt. 221.) patria Scotus, Pariſiis educatus in collegio Montis acuti, poſtea Carmelita Albienſis; doctor Sorbonicus; prior ſui ordinis Meldunae, Albiae, et tandem Toloſae; regi Franciſco a ſacris confeſſionibus. Scripſit, *De duplici poteſtate*, lib. i. " Quia praeditus es utraque poteſtate." *Elucidationes ſententiarum*, lib. iv. " An ſolus Deus ſit fruitionis." *Quaeſtiones veſperiales*, lib. i. " Utrum Sacra " Scriptura divinitus." *Collectiones Sorbonicas*, lib. i. *In politica Ariſtotelis*, lib. viii. " Rex " eminenter continere." *De animae potentia duplici*, lib. i. " In homine ſunt tres potentiae." *De aeterno Chriſti regno*, lib. i. " Quia materia de regno Chriſti." *Summam theologiae ſacrae*, lib. i. *De triplici principatu*, lib. i. " Quis principatus melior ſit." *De Scripturae ſenſibus variis*, lib. i. " Sacrae Scripturae potior. *Auctarium vocabularii theologici*, lib. i. " Abbas, " vocabulum eſt." *De diſciplina juniorum*, lib. i. *De ſacra ſynaxi*, lib. i. *In Pſalterium commentarios*, lib. i. *Sermones in epiſtolas*, lib. i. *Sermones in evangelia*, lib. i. *In quodam capitulo Minorum*, lib. i. Claruit anno MDXXVII; et Toloſae demum obiit. Bal. xiv. 62. Dempſt. vii. 605.

GREGORY [JOHANNES] frater Auguſtinenſis de Newport. Scripſit Anglice *Concionem in illud*, *Per proprium ſanguinem introivit.* Pr. " Blode kyndely maketh a tree." Mſ. bibl. univerſ. Colleg. Oxon. N. 4.

GRENAEUS [GULIELMUS] ſeu VIRETUS, frater Carmelita; S. theol. baccalaureus Cantabrigienſis. Scripſit *Hagiologum Carmeliticum*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXX. Bal. xi. 65. Ex quodam *Regiſtro*. Pitſ. 662.

GRESSOP [THOMAS] collegii Omnium Animarum Oxon. ſocius, laurea in artibus magiſteriali A. MDLX redimitus fuit. Hujus meminit Tho. Dorman in *Praefat.* contra Nowellum. " Aſke him, by what means he that was but bachilar of arte in the ſame coll. that " I was of, when I was bachilar of law, ſtart up ſo ſone a preacher at Powles Croſſe, " and a public reader of Englyſhe divinite in Oxford." E Graeco in Anglicum ſermonem tranſtulit *Nili archiepiſcopi Theſſalonicenſis de primatu papae*. London. MDLX. 8vo. *Faſti Oxon.* i. 90.

GRIFFIN [JOHANNES] patria Cambro-Britannus, profeſſione monachus Ciſtercienſis in coenobio de Hayles, non in comit. Wigorn. (Bal. Pitſ. Wood.) ſed in comit. Gloceſtrenſi. Aliquot annos Oxonii in ſui ordinis coenobio poſuit, literis ſedulo operam navans. Poſt diſſolutionem coenobiorum, reformatam amplexus religionem, et ſacris ordinibus initiatus, concionator apud Hantonienſes inclaruit vigilantiſſimus. Pitſeus eum ad pontificios reverſum eſſe dicit. Scripſit Latine, *Conciones aeſtivales*, lib. i. " Modicum et jam non videbitis me." *Conciones hyemales*, lib. i. " Cum appropinquaſſet Jeſus Hieroſol." Claruit A. MDL. Bal. par. poſt. p. 108. Pitſ. p. 739. *Athen. Oxon.* i. 78.

GRIFFINUS CAMBRIUS frater Dominicanus, S. theol. doctor, philoſophus inſignis. Scripſit, *Super ſententias*, lib. iv. *Quaeſtiones diſputatas*, lib. i. Incertae aetatis ſcriptor. Bal. xi. 15. Pitſ. *App.* 845.

GRIMAEUS [EDMUNDUS] vir in literis optimis non infeliciter versatus, individuus Thomae Becketi Cantiani [comes] atque idem crucifer erat: in caede patroni vulnus et ipse brachio accepit. Deinde quieti studens, *Vitam Thomae Becketi* [a] Cantiani scripsit, ac edidit; quem et ego aliquando librum vidi, et legi apud Sulmonem, virum antiquitatis cognitionem edoctum [b]. Ex *Lelando*.

[a] Pr. "Professores artium saeculi proprios." Ms. Gresham. 27. imperf. in fine. Ms. in bibl. Arundel. unde in suis *Coll. St.* quaedam hausit Jamesius, Ms. bibl. Bodl. vii. p. 8. Vide infra STEPH. LANGTON. [b] Claruit Eadmundus A. Christi MCLXXX. Bal. iii. 14. Edmundum hunc in indice Pitsei sub anno MCLXXXI invenias, in libro vero sub isto anno nulla ejus facta est mentio.

GRIMCASTRIUS [RICHARDUS] historicus Anglus. Pits. *App.* p. 896.

GRIMOALDUS [NICOLAUS] sive GRIMALD patria Huntingdonensis, primo collegii Christi Cantabr. alumnus, dein Oxoniam se contulit A. MDXLII, ubi socius collegii Merton. electus erat; dein ad aedem Christi A. MDXLVII translatus, ubi academicis rhetoricam publice praelegit in peramplo istius collegii refectorio. Scripsit, *Archipropheta, sive Johannes Baptista tragoediam.* Pr. ded. Ricardo Coxo. dat. ex aede Christi A. MDXLVII. "Postquam hoc a me "poëma." Colon. MDXLVIII. 8vo. *Orationem ad pontifices*, Londini in aede Paulina 17 id. Apr. A. MDLIII in synodo. Pr. "Da, Deus opt. max. tua dicta." Lond. MDLXXXIII. 8vo. *In Georgica Virgilii paraphrasin*, lib. iv. Oxonii in aede Christi habita 2 Edw. vi. "Quae de agri-"cultura." Lond. MDXCI. 8vo. *Super restitutionem Edv. Seimerii ducis Somerset. carmen congratulatorium*, lib. i. "Qui comples humilem caelesti." *In eglogam primam Virgilii*, lib. i. *Ad amicum Joannem Baleum*, lib. i. "Labores tuos, optime atque. *Famae comoediam*, lib. i. "Il-"lustrissimo atque optimo principi." *Vocem populi contra ministros, etc. non residentes*, lib. i. Angl. Lond. MDXLIX. 8vo. *Christum nascentem*, lib. i. *Christum redivivum*, lib. i. *Proto-martyrem*, lib. i. *Athanasium seu infamiam*, lib. i. *De controversis Scripturae locis*, lib. i. *Epistolarum familiarium* lib. i. *Carminum et epigrammatum* lib. ii. Vide *Poëmata H. Howard com. Surr.* Lond. MDLVII. 12mo. ubi multa hujus Nicolai carmina Anglicana extant. *Quatuor* ejus *carmina* praefixa sunt Gul. Turneri *Antidotario contra Anabaptistas. Declamationum et orationum* lib. i. *In partitiones Tullii*, lib. i. *In eundem* (an *De republica ?*) *ad Octavium*, lib. i. *In quasdam ejus epistolas*, lib. i. *In Andriam Terentianam*, lib. i. *In epistolas Horatii*, lib. i. *In officia Ciceronis*, lib. i. *Explicationes Psalmorum*, lib. i. *Conciones aliquot*, lib. ii. *Troilum ex Chaucero comoediam*, lib. i. *Rhetoricam in usum Britannorum*, lib. i. *Cantiones rhythmicas*, lib. i. *Contra decimatores*, lib. i. "Insignia verba quo-"rundam veterum." Ms. Bale Glynn. E Graeco transtulit, *Xenophontem de disciplina Cyri*, lib. viii. *Hesiodum Ascraeum*, lib. ii. E Latino in Anglicum transtulit, *Ciceronis officia*, lib. iii. ad Tho. episc. Eliensem. "Having recourse of late, right reverend." Lond. MDLVIII. MDLXXIV. MDXCVI. 12mo. *Chiliades Erasmi*, lib. i. Emendavit, *Matthaei Vindocinensis Tobiam. Josephi Devonii sex libros de bello Trojano.* Hic Nicolaus fuit procul dubio Grimboldus ille, episcopo Ridleo a sacris, quem e carcere liberavit, ut in Anglicum sermonem transferret *Laurentium Vallam contra Constantini donationem.* Et *Aeneam Sylvium de gestis Basileensis concilii.* Claruit A. MDLXXIII. Bal. viii. 99. *Athen. Oxon.* i. 178. Fox. i. edit. 1047. Strype in *Vita Grindal.* 8. Strype in *Vita Cranmer* 343.

GRINDALL [EDMUNDUS] filius Gulielmi, patria Cumbrius, in oppido coenobio S. Beghs (Beccae) virginis claro natus A. D. MDXIX. Primo in collegio Magdalenensi, dein in collegio Christi, tandem in aula Pembrochiana Cantabrigiae literis academicis institutus, ubi A. MDXXXVIII socius, et A. MDXLVIII academiae procurator, postea collegii Pembroch. praeses electus, et Ridleio episcopo Londinensi a sacris domesticis et praebenda S. Pauli donatus fuit. Regnum, ineunte Maria, solum vertit, et primo Argentorati, dein Francofurti sedem fixit: illa vero extincta in patriam rediit. A. MDXLIX fuit concionator dominae Margaretae apud Cantabrigienses. A. MDLI 12 Martii pensio annua xl librarum Edmundo Grindall S. T. baccalaureo, capellano regio data est, durante beneplacito. Ms. Cotton. Julius, B. 9. A. MDLI 24 Augusti E. G. sacr. th. baccalaureus collatus est ad praecent. S. Pauli. *Reg.* Rydley, vac. per ejus resignationem MDLIV April 24. Bonner. A. MDLII mense Julio praebendarius Westmonasteriensis factus. A. MDLIX unus disputantium ex partibus protestantium fuit. Et eodem anno ab Elizabetha regina ad episcopatum Londinensem, A. MDLXX ad archiepiscopatum Eboracensem, et A. MDLXXV ad Cantuariensem evectus est. Scripsit Anglice, *Concionem habitam apud Crucem Paulinam ad exequias Ferdinandi imperatoris Octob.* 3. MDLXIV. in Matth. XXIV. 44. Pr. "Emonge many evyll and naught." Lond. MDLXIV. 4to. *A dialogue between custom and truth.* Extat in secunda et seqq. edit. Foxii. Strype in *Vita Grindall.* 313. *Disputationem Cantabr.* 24 Junii MDXLIX *cum doctore Glynn.* Fox. p. 1383. *Epistolam apologeticam ad reginam, in defensione prophetiae et jurisdictionis eccles.* Pr. "With most humble remembrance." Extat apud Th. Fuller, *Hist. eccl.* ix. p. 123. *Epistolam* i. *M. Parkero* 9 Dec. MDLXXIII. Strype in *Vita Parker*, 455. *Epistolas* iv. *M. Parkero*, Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. i. 431. *Epistolas* XXX plus minus in Strype in *Vita Grindall.* l. c. *Articles agreed upon in convocation*, A. MDLXXV. In vol. 4. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 284. seq. *Mandatum archiepiscopi Cantuar. ad publicandum articulos in convocatione* A. MDLXXV *stabilitos.* Ibid. p. 285. *Articles to be enquired of in his metropolitical visitation*, p. 286. *Orders for reformation*

mation of abuses about the learned exercises and conferences among the ministers of the church, p. 287. *Episcoporum epistola ad reginam Elizabetham pro restauratione archiep. Cantuar. Edmundi Grindall.* p. 293. *Synodi libellus supplex reginae porrectus, de eadem materia*, p. 295. *A form of penance laid before the synod by the archbishop of Canterbury, with his directions for it*, p. 298. Sub finem Malachiae prophetae in Bibliis episcopalibus (the bishop's bible) dantur literae E. L. forsan legendae Edmundus Londinensis, qui translator *Minorum prophetarum fuit*. Benefacta ejus videre licet apud Rob. Bloseild *De viris illustribus ecclesiae Anglicanae reformatae*, inter Mss. Wood. et H. Holland. p. 199. Vid. Stow. *Chronic.* p. 697. Vitam ejus descripsit Johannes Strype, M. A. London. MDCCX. fol. Anglice. Eodem anno prodierunt in 8vo. *Memorials concerning his suspension and disgrace, with his letter to Q. Elizabeth in vindication of prophesying.* Obiit apud Croidon. 6 Julii MDLXXXIII aetatis LXIV. Epitaphium ejus describitur ex Godwin. inter Mss. Ant. Wood. C. ii.

GROCYNUS [GULIELMUS] Bristolliae in lucem editus, tyrocinio grammaticali Wintoniae defunctus, in collegium Novum Oxon. de more cooptatus, perpetuusque ejusdem socius electus fuit A. MCCCCLXVII. Favore custodis et sociorum rectoria de Newton Longvillorum in comitatu Buckingham. donabatur A. MCCCCLXXIX. A collegii S. Mariae Magdalenae sociis in initio regni regis Ricardi iii sacrae theologiae praelector electus est; in quo collegio coram rege paulo post Oxoniam perveniente theologicas habuit disputationes, per quas regis favorem et dona meruit. A. MCCCCLXXXV 7 Octob. admissus ad praebendam de Searle in ecclesia Lincoln. [*Regist.* dec. et cap. Lincoln. et *Reg.* Gul. Smith episc. Linc.] Ast sodalitio illi sub initium A. MCCCCLXXXVIII valedicens Grocinus, penitiorem linguarum Graecae et Latinae cognitionem expetens in Italiam concessit, ubi optimis usus praeceptoribus Demetrio Calchocondyla et Politiano, idiomatis utriusque peritissimus evasit. In patriam deinde reversus Oxoniam accessit, ubi Graecas literas publice docuit, et foris apud exteros acquisitam eruditionem suis domi liberaliter communicavit. Maximam temporis a reditu ex Italia positi partem apud Oxonienses transegit, ubi suggenarius seu commensalis linguam Graecam, ac pronunciationem ejus emendatiorem (eam enim primus omnium in Angliam invexerat) in quotidiana togatorum frequentia explicavit. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon.* Fuit theologiae praelector in ecclesia S. Pauli London, ubi exposuit S. Dionysii *Eccl. hierarchiam*, Fox. 839. A. MCCCCXCIII. rectoriam ecclesiae de Depden in dioec. London. resignavit. *Regist.* Hill. episc. London. A. MDIV rectoriam de Newton * Longuillorum resignavit. *Regist.* Gul. Smith episc. Linc. Et 17 April. MDVI factus magister collegii O. A. apud Madum in comitatu Cantiae. *Reg.* Warham archiep. Cant. A. MDXIII. 13 Apr. ecclesia de Sheperton dioec. London. vacabat per ejus resignationem. *Reg.* Fitz James episc. London. Et MDXVII. 12 Jun. vacaria S. Laurentii in veteri Judaismo vacabat per ejus resignationem. Ibidem. In studiis philosophicis, neglecto Platone, unice coluit Aristotelem: cujus opera omnia, adhibitis in partem laboris Gul. Latimero, et Thomis Linacro et Moro, e Graeco in Latinum accurate vertere aggressus est. Sed res non successit ex voto. Nam animum ad theologiam convertit, et omne deinceps prophanarum rerum studium deseruit. Pits. Scripsit, *Grammaticam quandam*, lib. i. *Notulas in Terentium*, lib. i. *Contra hostiolum Wiclevi*, lib. i. "Non est videre majorem abominationem." *Vulgaria puerorum*, lib. i. *Isagogicum quoddam*, lib. i. *Epistolas ad Erasmum et alios*, lib. i. *Epigrammata*, lib. i. Bal. Pits. *Epistolam ad Aldum Manutium* praefixam *Proclo de sphaera, translata per Tho. Linacrum.* Venet. MCCCCXCIV. f. Obiit apud Madum A. MDXXII, aetatis 80; et humatus jacet in presbyterio ecclesiae collegii Omnium Animarum ibidem. *Athen. Oxon.* i. 15. Bal. ix. 5. Pits. 694. *Hist. antiq. Oxon.* ii. 134. Fuller's *Worthies*, iii. 36.

GROSSUS [JOHANNES] In Mss. bibl. Bodl. Laud. G. 9. extat *Fratris Johannis Grossi de ordine fratrum gloriosae virginis de Carmelo viridarium de ortu religionis Carmeliticae et floribus ejusdem*, fol. 115.

GROSTHEAD [ROBERTUS] sive CAPITO [a], patria lingua GROUTEHEVED, Gallice GROSTEST dictus, ab externis vero autoribus RUPERTUS LINCOLNIENSIS, natus fuit [b] atque adeo teneris annis educatus in Sudovolgia, Nordovicensis paroeciae [c] provincia, ut testis minime malus est Nicolaus Trivetus, Anglus, in sua *Historia*. Cumque jam adolescentiae annos attigisset, tam felici indole erat, tam naturali facundia, tam denique acri pro aetate judicio, ut Bellositum, sive Oxoniam [d], academiam illo tempore literis florentissimam, a proquinquis missus sit: ubi tanta dexteritate in studiis usus est, ut post annos non adeo multos in acutissimum dialecticum, et summum philosophum evaserit. Cui rei Joachimus Vadianus, illustris autor, in sua *Catechesi* perbelle subscribit his verbis: "Rupertus autem Lincolniensis summi ingenii et eruditionis minime pro-"tritae philosophus." Possum hic quoque et Trittemii in eadem re calculum adjicere: sed sit in

[a] Hujus nomen varie exprimitur apud auctores, tam Anglicanos quam exteros. Vocatur enim Lincolniensis, Rob. Lincolniensis, Rob. Grossum caput, Rob. Capito, Rob. Grossa testa, Rupertus Lincoln. Rob. Groshedus, Grossetesle, Grostest, Grostet, Grosthead, Grouthead, Grostede, Greathead, Grosteved, Greatheved, Groschede, Grokede, R. episcopus Lancastrensis, Rob. Lincolniensis, archiepiscopus Parisiensis, magister de Lunochia. A. Wood. *Hist. et antiq. Oxon.* i. 81. [b] Apud Stradbrook in agro Suffolc. M. Westmonast. in ann. MCCLIII. Godw. Cave. Apud Stow in agro Lincoln Ric. Bard. in *Vita* ejus Ms. A. Wood. Juxta Thoresbeium Robertus Copley, vulgo Grosthead, episcopus Linc. fuit filius Radulphi Copley, famuli regis, ex matre Maria, filia et haerede Ricardi Walsingham de Sudovolgia equitis aurati, natus. Thoresby *Ducat. Leod.* pag. 9. Eum fuisse pauperem origine, dicit Tho. Gascoign. *Diction.* in voce PECCATUM. pag. 728. [c] Dioecesis addit Ms. Lel. Trin. [d] Claruit ibi A. D. MCCXXXIV. Wh. Kennet *Ambrosd.* p. 217.

4 T praesentia

praeſentia unus Vadianus multorum inſtar. Jam nova, honeſta tamen cupido Roberti animum ſubivit, ut linguarum cognitioni paulo ſubtilius ſtuderet; ut Galliam inviſeret, communi quadam conſuetudine Anglorum fere omnium, qui illis temporibus paulo eruditiores erant. Petiit igitur Lutetiam Pariſiorum felici plane ſidere, ut poſtea manifeſtiſſime apparuit. Nam praeterquam quod ibidem in Graeca lingua, quam antea guſtaverat, multum profecerit; et linguam Gallicam dubio procul exactiſſime didicerit, ut liquido apparet ex ejus libro, cui titulus *Le Chaſteau d'Amours*; theologos fere omnes exactiſſime evolvebat; unde et ipſe talis theologus factus, qualem vel docta antiquitas ſurgentis Chriſtianae eccleſiae pro ſuo agnoviſſet. At quanta nunc cum laude et gloria ad Anglos ſuos reverſus ſit [e] dicendum. Primus illi honor ſaltem ſplendidus apud ſuos Anglos fuit; cum pro virtutibus multo maximis electus eſſet archidiaconus Ligerienſis [f]. Mihi certe veriſimile eſt hanc illi dignitatem ab Hugone [g], Lindocolliniae eccleſiae epiſcopo, collatam fuiſſe. Utcunque ſit, non refert. Hoc ſane conſtat illum fuiſſe admodum familiarem Simoni Montofortio, comiti Ligeriano, homini omnibus virtutibus ornatiſſimo; in hoc tamen improbando, quod cum Henrico tertio, domino ſuo, civile bellum geſſerit. A quo num honore aliquo auctus fuerit, non habeo cognitum. Illud mihi cognitiſſimum, quod, mortuo Hugone, Lindiano pontifice, Robertus, annuente et merito quidem Henrico tertio, epiſcopus electus et conſecratus fuit [h]. Quam ille provinciam ita probe, ſincere, et religioſe gubernavit, ut ne momus certe digne quidpiam in homine reprehendere potuerit. Exactis vero aliquot in epiſcopatu annis, ad Synebaldum, pontificem Romanum, Innocentium quartum vocatum, quo neſcio caſu, profectus eſt. Fuit per id tempus Synebaldus, niſi male colligo, Lugduni, ferventibus in Italia bellis, et venientem ad ſe cum literarum tum virtutis nomine honorifice accepit. Hic noſter Robertus coepit Romano et ſuis chariſſimus eſſe, donec, quemadmodum fortem epiſcopum decuit, in familiaribus colloquiis, et publicis concionibus faſtum tyrannidemque ejus obiter, modeſte tamen, caſtigaret [i]. Manſit nihilominus Synebaldi erga Lincolnienſem gratia utcunque integra. Ille domum reverſus, de nocente Innocente eandem, quam Lugduni, cantabat cantilenam, et ulcus acre ſubinde per literas refricavit: id quod tam aegre tulit Romanus, ſi vera refert Joannes, Edmundoburgenſis coenobii abbas, in ſuis *Annalibus*, ut, mortuo Lincolnienſi, cogitaverit de exhumando ejus cadavere; ſed morte praeventum fuiſſe juſto Dei judicio, ne cum larvis pugnaret. Omitto Synebaldum, dicturus id, quod noſtri propoſiti ordo poſcit, nempe ut librorum, quos Robertus ſcripſit, elenchum apponamus [k]: COMMENTARII *in praedicamenta Ariſtotelis*. *In libros poſteriorum* [l]. *In libros phyſicorum* [m]. *In libros de coelo et mundo* [n]. *In librum de generatione et corruptione* [o]. *In libros meteororum* [p]. QUAESTIONES *ſuper libros ethicorum* [q]. *De potentiis animae* [r]. "Multi circa ani- "mam erraverunt." *De iride* [s]. *De cometis* [t]. *De coloribus* [v]. *De natura intellectus* [x]. *De computo eccleſiaſtico* [y]. "Computus eſt ſcientia numer." *De formis ad Adamum Mariſcum* [z]. *Calendarium* [a]. *De ſphaera* [b]. "Intentio noſtra in hoc tractatu." *Theorica de planetarum latitudine.*

[e] Poſt e Gallia reditum ad Oxoniam rurſus ſe contulit, ubi publice in ſchola Franciſcanorum legebat, et SS. theol. doctor evaſit. A. Wood. [f] Archidiaconus fuit Ceſtrenſis, tunc temporis in dioec. Litchfeldenſi. Juxta Whartonum, *A. S.* i. 457. archidiaconus Leiceſtrenſis; juxta Gaſcoign *Dict.* in verbo PECCATUM. Annon rector eccleſiae S. Margaretae Leyceſtriae? uti ex *Rot.* arch. Leyc. anno primo colligere licet. R. archid. Leiceſtr. fratri Agnello miniſtro fratrum Minorum et conventui Oxon. Mſ. *Epiſt.* Groſt. n. 23. A. MCCXX. Robertus de Groſſa teſta archidiac. Wilteſire. fuiſſe legitur in regiſtris eccl. Sarum.

[g] Hugo, epiſcopus Lincoln. contulit eccleſiam de Albodeſlegh (archidiaconatus Nottingham.) magiſtro Roberto de Groſſeteſte diacono, pontif. xvi. Dodſworth. vol. 107. f. 46. ex *Reg.* Lincoln. et *Rotul.* Hug. Wells.

[h] Electus MCCXXXV 6 cal. Apr. (juxta *Annales Lewenſes* in Mſ. Cotton. Conſecratus MCCXXXV. 3. non. Junii M. Pariſ. die S. Mich. *Annal. Lanetcoſt.* 15 cal. Jul. *Annales Winton.* Wikes Radingae juxta *Ann. Theokeſb.* in *Reg.* eccl. Chriſti Cantuar. Lic. eligendi conceſſa eſt 19 Feb. 19 Hen. iii. rex conſenſit electioni, et literae diriguntur ad archiepiſcopum 5 Apr. et tradidit temporalia eidem 16 April. 19 Hen. iii. uti patet ex Rotul. inthronizatus eſt circa feſtum Purific. juxta *Annales Theokeſb.* [i] De controverſia ſua cum papa, ejuſque cauſis et exitu, vide *Faſciculum rerum expet.* tom. ii. p. 400. etc A. Wood. Mſ. Pitſ. 9. [k] De operibus hujus epiſcopi Lincoln. vide Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. 346. a lin. 16. Cave, *Hiſt. liter.* ii. 429. [l] Lib. ii. "Intentio Ariſtotelis in hoc "primo." Mſ. Oxon. Bodl. Digb. 101. et Mſ. 207. in bibl. coll. Baliol. K. 5. Mſ. bibl. coll. Merton. Q i. 12. ii. 11. A. 8. 5. "Quoniam autem, ut dicit Ariſtoteles, "tunc opinamur unumquodque." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 130. Extant impreſſa Venetiis MCCCCXCVII. MDIV. MDXIV. MDXXXVII. MDLII. In edit. MCCCCXCVII, et MDLII auctor in titulo inſulſe vocatur archiepiſcopus Pariſienſis. A. Wood. Mſ. [m] Lib. viii. "Cum ſcire et intelligere adqui- "rantur." Mſ. Bodl. Digb. 220. Oxon. in coll. Merton. Q ii. 11. Art. Cantabr. in coll. S. Petri. Mſ. 43. et 33. Extant Venet. MDIV. MDVI. [n] Lib. ii. "Iſte eſt "liber Ariſtotelis intitulatus." Ita incipiunt lib. hujus argumenti ſimul comp. cum Lincoln. in libr. *Phyſic.* Muſ. 130. in bibl. Bodl. [o] Lib. ii. "Iſte eſt liber gene- "rationis." [p] Lib. iv. "In iſto libro, qui liber." Hujus principii eſt liber ejuſdem argumenti per Burley.

[q] Lib. x. "Primum capitulum de eo quod eſt."

[r] Lib. i. *De potentia.* lib. i. "Omne quod ens eſt, "aut ens." *De potentia et actu*, lib. i. "Omne, etc." Mſ. Bodl. Digb, 98. 190. *De potentia animae*, lib. i. "Ut "dicit philoſophus 1. de anim." Mſ. Digb. 172. *De anima humana*, lib. i. "Multi circa, etc." Mſ. Bodl. Digb. 104. [s] *Et ſpeculo* (Mſ. Cotton. Otho. D. x.) lib. i. "Et perſpectivae diligenter ſpecul." In Mſ. Digb. 98. 190. 104. Pr. eſt: "Et perſpectivae et phi- "loſophiae eſt ſpecul." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. V.

[t] Lib. i. Fragm. Mſ. coll. Merton. Q. 3. 8. *Art.*

[v] Lib. i. "Color eſt lux incorporata." Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 98. 221. 104. fragm. [x] Lib. i. Inter opuſcula impreſſa Ven. MDXIV. f. *De intelligentiis.* Pr. "Voluiſti inſuper a me ſcire." Mſ. Cotton. Otho. D. x. olim in bibl. Th. Allen. [y] Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 221. imperf. in pr. inter opuſc. Ven. MDXIV. f. *De arte computi*, lib. i. cap. 12. "Computus eſt ſcientia numerationis." Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 17. 191. 291. 28. 228. in bibl. coll. Univerſ. Oxon. C. 12. ακέφαλος. *De computo eccleſiaſtico*, lib. i. "Qui "bene praeſunt preſbyteri." Mſ. in coll. C. C. Cantabr. K. xviii [z] Lib. i. "Quod Deus eſt forma prima "omnium." Pr. "Rogavit me dulciſſima dilectio tua," Mſ. Cotton. Otho. D. x. *De forma prima unica omnium*, lib. i. "Rogavit amicus, ut de forma." Inter opuſc. Ven. MDXIV. f. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. V. 25. Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 221. imperf. in pr. [a] Sive *De computo eccleſiaſtico.* Pr. "Computus eſt ſcientia, etc." Mſ. bibl. Bodl. Laud. K. 61. 19. [b] *Coeleſti*, lib. i. Mſ.

dine[c]. *Praxis geometriae*[d]. *De civilitate morum, carmine*[e] . . . "Stans puer ad mensam Domini." *De utilitate artium*[f]. *De lingua*[g]. *De oculo morali*[h]. *De doctrina cordis*[i]. "Praeparate corda vestra." *De resurrectione*[k]. . . . . *De veritatibus*[l]. *De veneno, id est, septem peccatis*[m]. "Ratio potissima veneni." *Summa philosophiae*[n]. *De potestate*[o] *pastorali*. *Hexameron*[p]. *De confessione*[q]. *De libero arbitrio*[r]. *De poenitentia*[s]. *De cessatione legalium*[t]. "Fuerunt plurimi." *De pollutione nocturna*. *Commentarii in libros Dionysii de*[u] *Hierarchia*, lib. iv.[w] "Non invenio in exemplari Gr." *Annotationes in librum Damasceni de orthodoxa fide*[x], male e Graeco interpretatum. *Commentarii in quatuor evangelia*[y]. *De gratia*[z]. *De templo Dei*[a]. In

Ms. bibl. Bodl. NE. F. xi. 98. p. 147. 191: It. Ms. Digb. sup. A. 1. Art. 98. Ms. Bodl. Laud. K. 61. abbreviatus. *Compendium sphaerae mundi.* Venet. MDVIII. MDXVIII. f. Hujus libri titulo perperam addit Pits. *et in alia opuscula Joannis de Sacrobosco:* nam Lincolniensis noster obierat diu ante scriptum opus Johannis de Sacrobosco. In Ms. Bodl. Digb. 98. est tractatus *De sphaera* (Pr. "Cum de "compositione machinae mundanae.") Lincolniensi ascriptus. In Ms. Digb. 97 extat *Lincolniensis in theoricam sphaerae.* Pr. "Investigantibus astronomiae rationes."

[c] Lib. i. "Circulus excentricus lunae egress." Ms. Oxon. Bodl. NE. F. 10. 11. It. in bibl. collegii Univers. B. 11. [d] Lib. i. In Ms. Ashmol. A. Wood. Cod. 76. 30. est *Practica geometriae.* Pr. "Sciendum est de "mensuris communibus." Quaer. an sit Roberti Grosteste.

[e] Lib. i. Pr. "Stans." Ms. Cox Macro sub nomine hujus Roberti. [f] Lib. i. "In rebus humanis triplici "de causa." A. Wood. Ms. Pits. Inter opusc. impressa Venet. MDXIV. f. [g] *Humana*, lib. iii. Pr. l. i. "Lingua congruit in duo opera." Oxonii Ms. Oriel. 20. Item Bodl. NE. E. Item in coll. Merton. O. viii. 2. Item in coll. Novo Ms. 119. Lincoln. Ms. Austr. 37. et 76. et Magdal. Ms. 94. Item Cantabr. Ms. Trin. coll. class. supr. S. 20. in biblioth. publica, Ms. 57. 2. et Pembrochiana. Ms. 116. i. 22.—— Ms. Mertonense habet lib. vi. Pr. pr. "Dominus in coelo paravit sedem:" et dividitur in sex partes; quarum prima habet cap. 8. secunda 28. tertia 22. quarta 10. quinta 78. sexta 15. A. Wood. Ms. Item Ms. Gresham. 47. In Ms. bibl. colleg. Univ. G. 10. sunt *Extracta ex Lincoln. de lingua et corde.* Pr. "Adulatio est "Deo detest." In Ms. collegii Novi 119. *Linc. de lingua et corde secundum ord. alphabeti.* [h] *Speculum de oculo morali*, lib. i. chap. 15. "Si diligenter voluerimus intelligere." Mss. in bibl. Bodlei. Laud. D. 16. Item Ms. NE. B. 3. 1. imperf. Item Ms. Sup. M. 4. Art. 14. Ms. in coll. Merton. P. 1. 13. Art. Et N. vii. 2. et Lambeth Ms. 137. et 483. et 523. Ms. Bodl. Digb. 77. Ms. Norwic. More. 230. Oxon. in coll. Magdal. Ms. 27. et 202. Oriel. Ms. 20. Cantabr. Ms. in coll Petri 21. 2. Et in aula Pembroch. Ms. 123. 2. et in privata bibl. Lumleii. In bibl. reg. Westmon. 6. E. V. 10. Et 12. D. 7. 3. Et 12. E. 20. 5. In Ms. colleg. Lincoln. arch. Aust. 38. Pr. habet: "Si volumus in lege Domini meditari." In Ms. Mertonensi inscribitur, *Tractatus moralis de curationibus oculi moralis.* [i] Lib. i. Pr. "Praeparate." Ms. Oxon. in coll. Novo. 119. Cantabr. Ms. bibl. publ. 57. 3. Hunc tractatum edidit Fr. Aloysius Neap. MDCVII. 8vo. et Fr. Gerardo Leodiensi falso ascribit. A. Wood. Ms.

[k] *Christi*, lib. i. Extat in Ms. Cotton. Otho. D. x. Rob. Grost. *De fide futurae resurrectionis.* Pr. "Dominus ac redemptor noster." [l] "Ego sum via, veritas, et vita." Inter opusc. Venet. MDXIV. f. Ms. Cotton. Otho. D. x. *De veritate Christi.* Ms. Oxon coll. Exon. Ms. 43. in bibl. reg. Westmon. 6. E. V. 27.

[m] Lib. i. cap. 34. Pr. l. "Ratio, etc" Pr. pr. "Omnibus hominibus, qui recte." Ms. Bodl. Laud. F. 12. Ms. Digby. 163. Ms. Bodl. NE. B. 3 1. Ms. Oxon. Merton. N. iv. 4. et vi. 2. Et coll. Magdal. 202. et Ms. coll. Lincoln. Austr. 37. et Ms. coll. Univ. C. 7. Et Cantabr. Ms. bibl. publ. 137. 3. et Ms. coll. Pembroch. 106. 3. Tractatus hic etiam inscribitur, *De venenis vel peccatis.* Alias *De venenis peccati.* Alias *De septem venenis et septem remediis eorum.* A Wood. Ms. extat Lambeth. 483. et 522. Et in bibl. Westmonast. et Oxon. Ms. Laud. E. 44. *De septem vitiis.* Pr. "Peccatum est vitandum."

[n] Lib. i. "Prophetantes [philosophantes, Ms. Langb.] "famosi primi fuerunt." Ms. Cantab. in bibl. publ. 92. Et Ms. Bodl. Digb. 220. "In hoc libro tractat de formis, "de luce, de coloribus, de iride, de cometis, de utilitate "liberalium artium." Lelandi *Coll.* iii. 56. [o] Sive, *Cura pastorali*, lib. i. "Natis et educatis in Christi." Mss. bibl. reg. Westmon. 6. E. V. Et Oxon. in collegiis Baliol. et Exon. Ms. 33 Merton. N. iv. 8. Cantab. in colleg. C. Christi O. 26. S. Trinitatis, Ms. 6. 7. Scripsit alium librum similis argumenti, cujus princip. *Moses, qui tradente Domino.* Ms. in bibl. Bodl. NE. C. 6. 13. Ms. Lambeth. 523. Ms. coll. Corp. Christi Cant. Miscell. 22. In fine prioris libri Tho. Gascoigne sua manu scripsit: "Explicit tractatus sanctae "memoriae doctoris Roberti Grosthead, quondam Lincolniensis episcopi, *De potestate et cura pastorali.* Et idem "doctor fecit alium libellum de consimili materia, qui "incipit, *Natis et educatis, etc.* Iste dominus Lincolniensis fuit doctor S. theol. Oxon. ut patet in litera testimoniali, quam post mortem ejus scripsit clerus Oxoniae "Clementi iv papae pro ejus canonizatione fienda, etc. "—— et est copia hujus literae in monasterio canonicorum de Osney." Br. Twine ℞ 145. [p] Lib. i. "Omnis scientia et sapientia." Ms. olim in bibl. Th. Allen. Ms. bibl. reg. Westmon. 6. E. V. [q] Lib. i. "Quoniam cogitatio hominis." Ms. C. C. Christi Cantabr. O. 3. Oxon in bibl. publ. Bodl. NE. B. ii. 4. f. 152. Ms. Laud. E. 52. Ms. Norw. More. 230. Et in colleg. Lincoln. Ms. 76. Ms. coll. Caii Cantab. H. 35. In Ms. Bodl. NE. A. 3. 16. habetur *Doctrina Linc. de confessione.* Pr. "Scriptum "est de Levitis." Ita incipit Ms. in coll. S. Joan. Cantabrig. (Whart. Usser.) Titulum habent etiam *Assentiones in forma confessionis*, lib. i. "Quoniam cogitatio hominis." Ms. in bibl. Luml. Et Ms. in bibl. reg. Westmon. 8. E. xvii. Et Viennae in bibl. Caesar. [r] Lib. i. "Cum per arbitrii libertatem." Ms. coll. Exon. Oxon. 43. In Ms. Cotton. Otho. D. x extat *Aliud opus de libero arbitrio*, lib. i. "Quia cum "circa rei esse." [s] *Pro danda poenitentia*, lib. ii. "Dilecto suo N. Robertus salutem." *Poenitentiale quoddam*, lib. i. "Ad primum dicat sacerdos." *Universitates poenitentiae, seu constitutiones quaedam de poenitentia.* Ms. Cantabr. in coll. S. Johannis. [t] Lib. i. "Fuerunt plurimi in primitiva ecclesia." Ms. Bodl. Barlov. in fine mutilus; Oxon. in coll. Merton. N. vii. 2. et coll. Magdal. Ms. iii. Item Cantab. Ms. bibl. publ. 36. 1. et coll. Pembroch. Ms. 144. et in bibl. Lumleiana. In bibl. reg. Westmon. 5. C. iii. 10. abbreviatus extat. Integer ibid. 6. E. V. et 7. E. ii. Prodiit Lond. MDCLII. 4to. et ibid. mutilus, cura Matth. Hale (rectius domini Brun. Ryves) MDCLVIII. 8vo. Ejusdem tituli, sed diversi principii, tractatus ascribitur Jo. Baconthorpio et J. Wiclevo.

[v] *Eccl. et angelica hierarchia*, lib. ii. "Non invenio," etc. Ms. in coll. Lincoln. arch. Austr. 67. [w] Lib. vi. Extat *Commentarius in Dionysii Areopagitae librum de mystica theologia.* Pr. "Mystica theologia est secretissima." Ms. in bibl. publ. Cantabr. 36. 5. et Oxon. coll. Linc. Oxon. Arch. Aust. 67. Prodiit inter opera Dionysii Argentin. MDII. fol. Porro in omnia Dionysii opera, exceptis *epistolis*, commentatus est Robertus, versionemque eorum Latinam ex omnibus interpretibus simul collatis consarcinavit. Extant et *Commentarius* et *Versio* Mss. in C. Corp. Chr. Oxon. 141. 142. Rob. Grostest. Sermo *De triplici hierarchia* (Pr. "Cum in hierarchia coelesti,") extat Oxon. in bibl. Bodl. Ms. Sup. M. 4. Art. 4.

[x] Lib. iv. [y] lib. iv. "Missionem filii legimus "duplicem." Pr. l. "Intentioni quatuor evangelistarum." Lib. i. habet cap. 78. ii. 59. iii. 98. iv. 64. Ms. Oxon. in coll. Baliol. 36. et S. Trinitatis Ms. 19. Cantabr. in bibl. publ. Ms. 26. 3. Hi commentarii inscribuntur etiam *Moralis tract. R. G. secundum intentionem quatuor evangelistarum.* Alias, *Omeliae super historiam evangelistarum.*

[z] *Et justificatione*, lib. i. Ms. in coll. Caii Cant. Cod. 65. Extat etiam in *Fascicul. rerum expetendarum*, tom. ii. Lond. MDXC. fol. [a] *Sermo.* Pr. "Templum, etc. Sermo "iste quamvis omnes." Mss. Bodl. NE. A. 3. 16. B. 1. 12. B. 3. 7. Ms. bibl. publ. Cantab. 118. 4. Ms. Oxon. coll.

In decem praecepta [b]. *Homiliarum* justum volumen [c]. *Commentarii in Boëtium de consolatione philosophiae* [d]. *Tonitru contra curiam Romanam* [e]. *Conciones ad pontificem Romanum* [f]. *Epistolae numero* 127 [g]. "Novit sanctitas tua." *Meditationum* [h] libellus. *Le chasteau d'amours* [i]. "Ki "bien pensé." *Testamenta duodecim* [*patriarcharum*] e Graeco [k] translata. *Assertio virginitatis D. Mariae* [l], e Graeco translata. *Dictorum* [m] liber unus. *Recollectiones in tractatus poenitentiae* [n].

coll. Magdal. 109. et 202. Idem principium habet auctoris nostri tractatus *De articulis fidei et fide catholica*: quem vide infra. [b] *De decem praeceptis, et symbolo*, lib. ii. "Sic dicit apostolus, plenitudo." Mss. Oxon. in coll. Novo. 99. et in coll. Magdal. 98. et coll. Lincoln. Austr. 76. et 38. In bibl. Bodl. Mf. Laud. F. 12. L. 61. Mf. Digb. 163. (A. Wood Mf.) Mf. Cantabr. in aul. Pembroch. 175. 3. in bibl. publ. 118. 5. et 137. 3. et 200. 9. bibl. reg. Westmon. 6. E. V. 7. F. ii. 11. B. iii.

[c] Lib. i. "Dominus noster Jesus Christus." De *sermonibus* ejus vide infra. [d] Lib. v. [e] Lib. i. *Dissertationes lugubres* Roberti morituri adversus oppressiones ecclesiae a Romano pontifice illatas reperiuntur in M. Paris an. MCCLIII. [f] Lib. i. "Dominus noster Jesus "Christus." Mf. Cantabr. in bibl. publ. citante Pitseo, et in coll. Corp. Chr. P. xxii. Sermo hujus pr. et aut. extat Mf. in coll. Merton. N. iv. 8. *Sermo propositus coram P. Innocentio* iv. *et cardinalibus Lugduni* A. D. MCCL extat in *Fasciculo rerum expetend. et fugiend.* tom. ii. Lond. MDCXC. fol. p. 250. Pr. "Dominus noster Jesus Christus." Mf. coll. Caii Cantab. C. 16. Mf. coll. Mert. O. ii. 11. Item Bodl. NE. B. 1. 8. et forsan etiam in B. 2. 4. p. 127. Mf. Lambeth. 499. 26. 27. Quaere etiam, an in *Fasciculo* edita est *Praefatio*, quae extat in Mf. Mertonensi N. vii. 2.

[g] *Epistolae familiares*, lib. i. "Reverendo in Christo pa- "tri ac domino." Aliquae Mss. habentur in coll. Corp. Christi Cantab. O. xxvi. *Epistolae ad amicos* 127. lib. i. "Dilecto sibi in Christo, magistro." *Epistola ad conventum Missenden pro abbate eligendo*. Pr. "Robertus, etc. Cum ministerium." Mf. Oxon. in coll. Merton. N. iv. 8. Art. *Epistola ad Innocentium* iv. extat apud M. Parif. in ann. MCCLIII, et Mf. in Bodl. NE. A. 1. 7. B. 2. 4. C. 6. 13. et in bibl. reg. Westmon. 5. A. xiii. *Epistolae* 99. vel. 100. (101. Whart. *A. S.* ii.) extant ex Mss. Cantabr. in *Fasciculo rerum expetend.* etc. tom. ii. p. 307. *Epistolae* 94. extant Mf. C. C. C. Cantabr. Misc. 22. *Epist. ad com. Wynton. de Judaeis non molestandis*, extat Mf. Bodl. Digby 220. *Epistolae* 113. extant Mf. Bodl. NE. C. 6. 13. Librum *Epistolarum* Grostheadi vidi (inquit Br. Twyne R 133.) in bibl. Baliol. quem magister Jamesius bibliothecarius A. D. MDCIV mutuo accepit et perdidit. In Mf. Barlov. sunt epistolae Mss. 127. R. P. Roberti Grosted, episcopi Lincoln. ad quarum ultimae finem haec nota, eadem, qua totus liber conscriptus est, manu: "Innocentius "iv papa Romanus, misit in Angliam archiepiscopo Cant. "et magistro Innocentio, collectori ipsius papae in An- "glia existenti, literas suas apostolicas, dantes eis autori- "tatem et mandatum inducendi unum juvenem, nepo- "tulum ipsius papae, nomine Fredericum, in corporalem "possessionem canonicatus et praebendae eccl. Lincoln. "si qua vacaverit in ead. eccl. a tempore, quo literae ip- "sius papae scriptae de ista receptione ac provisione epi- "scopo Linc. praesentatae fuerint, qui fuit tunc magister "Robertus Grosted, doctor SS. Th. Oxoniensis, ut patet "in litera univ. Oxon missa Clementi iv papae, cujus "copia est prope Oxoniam in abbatia de Olney, in quo- "dam nigro libro. Et praedicta litera Innocentii papae data "fuit per eundem papam in civ. Perusii 8 cal. Febr. pon- "tif. sui anno decimo. Et dominus Linc. videns hoc factum "esse contra Dei voluntatem et cultum, restitit praedicto "archiepiscopo et collectori, rescribens eis responsionem "ad bullam domini papae. Quae responsio hic sequi- "tur." Post hanc responsionem sequitur epistola prolixa domino archiepisco Cant. 1. Contra breve regis constituens abbates justitiarios. 2. Contra consuetudinem Angliae, per quam compelluntur viri ecclesiastici judicio laicali se subjicere, et contra prohibitiones regias. 3. De gravamine episcopis illato per breve, *Quare non admisit*. Pr. primae, "Dominus rex Angl. constituit abbates." Pr. secundae, "Desit et aliud usurpatum et usitatum." Pr. tertiae, "Accidit adhuc et aliud in libertatis." In Mf. Cotton. Otho. C. 15. extat *Epist.* longa priori et conv. de Newenham. Pr. "Cupientes religionem veram."

[h] Lib. i. "Meditari debes, quia mortaliter." Mf. Norwic. More 475. Vide infra librum *De articulis fidei*.

[i] Lib. i. "De casto amore." Pitf. "De castro amo- "ris." Langb. A. Wood. Mf. Pitf. *Tractatus in lingua Romana secundum dominum Robertum Grosseteste, episcopum Lincolniensem*; de principio creationis mundi; de medio et fine; de amissione mundi per peccatum; de restauratione ejusdem per misericordiam; de rege et filio suo unico patri suo aequali; et de quatuor filiabus suis, sc. de misericordia et veritate, et de justitia et pace. Item de adventu Jesu Christi quomodo intravit in quoddam castellum, quod fuit corpus intemeratae Mariae, et de proprietate castelli. Item de propheta Ysaia dicente, *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, etc.* Item de fine saeculi, et de die judicii. Item de poenis inferni, et de gaudiis coeli. Et quamvis lingua Romana coram clericis saporem suavitatis non habeat, tamen pro laicis, qui minus intelligunt, opusculum istud aptum est. Quia prudens lector, qui nôrit suggerere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, scriptum inveniet plenum dulcedine, in quo continentur omnes articuli fidei, tam divinitatis quam humanitatis. Ita Mf. Bodl. Laud. F. 16. et C. C. C. Oxon. 232. Vide infra *De articulis fidei, etc.* [k] Johannis Chrysost. (qui id ex Hebr. transtulit. Mf. Norwic. More 177.) Lib. i. "Transcriptum testamenti Reuben." Mf. Bodl. Seld. sup. 75. Oxon. in coll. Corp. Christi Mf. 142. Cantabr. in C. C. Chr. K. xvii. et Mf. Pembroch. 123. 3. et Mf. coll. Trin. Cantabr. class. 24. scr. 1. 18. In bibl. reg. Westmon. 4. D. vii. Necnon in privatis Lumleian. et Copi bibliothecis. Viennae etiam in bibl. Caesaris. Extat Parisiis MDXLIX. 12mo. MDLXXVI. In *Orthodoxograph.* p. 861. et *Biblioth. patrum.* tom. ii. p. 864. Basil. edit. MDLXIX. Extat etiam Anglice Lond. MDLXXXIX. 8vo. Vide Cave, *Hist. lit.* ii. 141. Transtulit hunc librum A. MCCXLII. in *Chronic.* Barthol. Cotton.—In titulo post *Patriarcharum* inseruntur, *Quae per multa tempora incognita et abscondita fuerint per invidiam Judaeorum.* Jo. Bury *Annal.* apud Lel. *Coll.* ii. p. 283. [l] Lib. i. "Tem- "poribus piissimi imp. Justiniani." Ita incipit: "Nar- "ratio ex libro qui Graece SUDA vocatur, quem com- "posuerunt viri sapientes, quam transtulit magister R. "Lincoln. episcopus e Graeco in Latinum, viz. de vir- "ginitate et foecunditate B. Mariae, et de filio ejus Jesu, "qualiter electus erat in sacerdotem in templum Domini." Mf. C. C. C. Cantabr. K. 1. [m] *Theologicorum*, lib. i. "Aaron non consensit in vitulum." Horum tabula, et notabilia ex iis excerpta, simul cum *Vita* ejus, habentur Mf. Oxon. in collegiis Merton, N. 1. 10. Art. Lincoln. Arch. Aust. 37. Exon. 46. et Magdal. Mf. 98. Et 202. Item Cantabr. in publ. Mf. 200. 2. et coll. Corp. Chr. O. iii. S. Petri, Mf. 97. 2. et Pembroch. Mf. 59. Ad finem in Mf. Merton. et Mf. Cotton. Otho. D. x. haec nota interseritur ante tabulam: "In hoc libello sunt capitula 147, "quorum quaedam sunt brevia verba, quae, dum in scholis "morabar, scripsi breviter et [in Mf. Cott.] composito "sermone ad memoriam, nec sunt de una materia, nec ad "invicem continuata; quorum titulos posui, ut facilius, "quae vellet lector, possit invenire; spondentque plerun- "que plus aliquo tituli, quam solvant capitula lectori. "Quaedam vero sunt sermones, quos eodem tempore ad "clerum vel populum feci.". Ex his dictis xii edidit vir rev. Ed. Brown. in *Fasciculo*, tom. ii. p. 276. *Dictamina* 147 (errore amanuensis in Mf. Bodl. Laud. 445 *dicta*. A. Wood. Mf.) lib. i. "Amor multipliciter dici vide- "tur." Mf. bibl. reg. Westmon. 6. E. v. Ejusd. numeri et pr. extant Mf. Lincoln. Austr. 37. Oriel. Mf. 20. Bodl. Laud. E. 52. Mf. Merton. N. 1. 10. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. 3. [n] Lib. i. Mf. Cantabr. in bibl. publ. 118. 3. In Mf. Lambeth. 144. *Canones poenitentiales*.

Decreta

Decreta ſynodalia [o]. Geſnerus in *Catalogo* meminit libelli *De lineis phyſicis* [p]. Vixit, regnantibus

[o] xxxix lib. " Debentes de vobis rationem bonam." Mſ. Cotton. Nero D. ii Mſ. C. C. C. Cantabr. O. 26. Mſ. Oxon. coll. B. Joh. abac. 3. 30. Extant in *Faſciculo* tom. ii p. 410. Vide etiam Mſ. in Bodl. NE. E. vi. 5. Haec *Decreta* fere attribuuntur Gualtero epiſcopo Norwic. Mſ. Bodl. Digby 99. [p] Pr. " Utilitas conſide-" rationis linearum." Mſ. Bodl. Laud. K. 61. Praeter libros a Lelando recenſitos, ſcripſiſſe fertur, *De ſacerdotali officio*, lib. i. " Templum Domini ſanctum eſt." Mſ. Bodl. NE. B. 1. 12. Mſ. Digb. 149. Mſ. Norwic. More 230. Mſ. Bodl. Laud. L. 47. 58. E. 52. in bibl. regia Weſtmon. 8. C. iv. 1. Et 12. F. xiii. 4. Et 5. F. xv. *De luce*, lib. i. " Formam potius" (primam, Mſ. Bodl. Digb. 104. Mſ. Mert.) " corporalem quam." Mſ. in bibl. Bodl. Digby 98. 220. Mſ. coll. Mert. Q. ii. 11. Art. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. V. 21. *Sermones* 37. lib. i. " E-" gredietur virga de radice Jeſſae." Mſ. Oxon. Bodl. Laud. F. 72. p. 147. et in colleg. Merton. Mſ. N. 4. 8. Art. Lincoln. Auſtr. Mſ. 37. (n. 12.) Ejuſd. pr. ſermo 1. in Bodl. Mſ. Laud. E. 52. *Sermones elegantes*, lib. i. " Erunt ſigna in ſole et luna." Mſ. Oxon. Bodl. Laud. F. 72. p. 180. et in collegiis Mert. N. 7. 2. Art. Linc. Mſ. Arch. Auſtr. 38. Hujus pr. *Sermo ejuſd. in prima Dominica adventus*, extat Mſ. Bodl. Laud. F. 72. f. 140. *Sermo ad clerum* (ut videtur, eſt enim de variis cleri ordinibus) Pr. " Deſpondi vos uni viro virgin." Mſ. Bodl. Laud. F. 72. f. 171. *De epiſcoporum moribus*. Pr. " B. Paulus " apoſt. diſcipulum ſuum." Mſ. ibid. f. 180. Mſ. hujus pr. et arg. a Bal. et Pitſ. Ealredo Rhievall. aſcribitur. *De decem praeceptis*. Pr. " Si vis ad vitam, etc. Quod ſine " obſervantia." Mſ. ibid. f. 192. *Sermones* iii *in annunciatione Dominica*. Pr. primi. " Miſſus eſt, etc. Annun-" ciante angelo." Pr. ſecundi. " Ave gratia plena." Pr. tertii. " Ingreſſus angelus." Mſ. Cotton. D. x. *Sermo Roberti Groſſi cap.* Pr. " Maria optimam partem ele-" git." Mſ. Bodl. NE. B. 3. 18. fol. 178. . . . . . Pr. " Convenitur ex conſuetudine ad collationem." Mſ. Bodl. Laud. E. 52. . . . . Pr. " Beati pauperes, quia ve-" ſtrum eſt regnum." Mſ. ibid. . . . . Pr. " Plu-" rima ſunt ſanctorum teſtimonia." Mſ. ibid. . . . . Pr. " Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Chriſtum." Mſ. ibid. In bibliotheca eccleſiae cathedralis Lincoln. *Sermones* ſunt ſequentes Mſs. Pr. " Qui autem ſunt Chriſti, crucifix-" erunt." Et Mſ. Bodl. Laud. E. 52. Pr. " Manus in " Sacra Scriptura frequenter." Et ibid. Pr. " Unguen-" tum effuſum nomen tuum." Et ibid. et F. 72. Pr. " Canimus hodie in laudem B. Virginis." Pr. " Amice, " quomodo intraſti, non habens." Mſ. Bodl. Laud. 52. Pr. " Cumque lavaſſet eos ſubucula lini, etc. Lev. 8." Ibid. Pr. " B. Paulus apoſtolus diſcipulum ſuum." Pr. " Praemonitus a vener. patre S. Nicholai, etc. Sacerdotes " induantur juſtitiam." Ibid. et Mſ. coll. Merton. N. iv. 8. In concilio Londin. contra mores Romanae curiae. Pr. " Praelati et doctores eccleſiae oculi." *Sermo ad clerum* ſuper *Sapient.* vi. 26. *Rex ſapiens eſt ſtabilimentum populi ſui*. Pr. " Verba ſunt ſapientis." Extat in *Faſcic. rer. expet.* tom. ii. p. 258. edit. Lond. MDCXC. fol. *Sermo* alius *ad clerum* in Joh. x. 11. *Ego ſum paſtor bonus*. Pr. " Filius Dei volens oſtendere." Ibid. p. 260. Alius *contra praelatos et paſtores malos*, in Ezech. xxxiv. 2, 3, 4. *Vae paſtoribus Iſrael, qui paſcebant*, etc. Pr. " In ſermo-" ne quem." Ibid. p. 263. Alius *in ſynodo*, in Gen. i 7. *Poſuit ſtellas in firmamento*. Pr. " Vos minores praelati " ſtellae." Ibid. p. 268. Alius *in celebratione ordinum*, in Luc. xii. 35. *Sint lumbi veſtri praecincti*. Pr. " Officium " noſtrum." Ibid. p. 271. Alius *de bono judice*, in Pſalm. lviii. 1. *Recte judicate, filii hominum?* Pr. " Si vis recte ju-" dicare." Ibid. *De ſermonibus* vide A. Wood. Mſ. xciii. 8. *In duas quadragenas Pſalmorum*, lib. ii. " Pſalmorum " libri, Graece Pſalterium." Mſ. Bononiae in bibl. Praedicator. *Super pſalmos* uſque ad cent. incluſive. Gaſcoign. " Pſalterium poſtillavit uſque ad medium, nec ulterius li-" cuit ob vitae terminum" Wharton. *Angl. Sacr.* ii. 3. Dominus Rob. Groſt. ſuper Pſalterium manu ſua propria ſcriptum—— opus eſt Oxoniae inter fratres Minores. Tho. Gaſcoign. *Diction.* voce CHRISTUS. *In Apocalypſin Johannis*, lib. i. " Vide in dextra ſedentis ſuper." *De praemiis apoſtolorum*, lib. i. " Miſit de ſummo, et accepit " me." *In verba Gabrielis*, lib. i. " Ingreſſus Angelus " ad eam dixit." *Difficilia naturalis ſcientiae*, lib. i. " Studioſiſſime ſaepiuſque rogatus." *De ſtatu, ſufficientia, et ordine cauſarum*, lib. i. " Ariſtoteles in principio * " philoſophiae." Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 221. Inter opuſc. Venet. MDXIV f. *De officio divino*, lib. i. " Dicto " de linguae exercitio utili." *De aſtrolabio*, lib. i. " Aſtro-" labii circulos et membra." Mſ. Bodl. NE. F. 10, 11. Mſ. Bodl. Digb. 98. 167. Vide Mſ. Bodl. Laud. E. 105. f. 158. *Contra praelatorum ignaviam*, lib. i. " Moyſes, " qui, tradente Domino." Ad finem *Epiſtolarum* Mſ. C. C. C. Cantabr. O. 26. Inter *epiſtolas* in bibl. Cotton. Mſ. Otho C. xiv. una eſt (num. 127.) hujus pr. juſti tractatus molem habens, et agit contra exemptionem capituli Lincoln. a ſubjectione epiſcopali. Wharton. *Angl. Sacr.* ii. 345. *Ad Minores de laude paupertatis*, lib. i. " Pauper et in-" ops laudabunt nomen" Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. v. et 7. E. ii. Extat ſermo hujus principii et auctoris Mſ. Bodl. Laud. 72. f. 133. in die S. Martini. *De ſcala paupertatis*, lib. i. " Beati pauperes, quia veſtrum eſt." Extat ſermo hujus principii in collegio Lincoln. Oxon. 75. et Mſ. Bodl. Laud. F. 72. f. 133. *Scala voluptatis*, lib. i. Mſ. in bibl. publ. Cantabr. 130. 3. *De originali peccato*, lib. i. " Quaeſtio circa originale peccatum." Mſ. Br. Twyne R. 133. *Sententias Scripturarum*, lib. i. " Abo-" minatio deſolationis." *Summam juſtitiae*, lib. x. " Sum-" ma juſtitiae Chriſti fidelium." Mſ. Oxon. in coll. Baliol. B. ii. Lincoln. Mſ. 76. (mutilus uſque ad cap. 9. lib. vi.) Mſs. Cantabr. in publ. Mſ. 57. et in coll. S. Petri. 89. forſan Joh. Guallenſis. *De dotibus*, lib. i. " Primo " tractandum eſt de dote." Mſ. Cantabr. in bibl. publ. 130. 5. *De ſcientia et voluntate*, lib. i. " Quaeritur de " ſcientia Dei." *Super prologo Bibliorum*, lib. i. " Fra-" ter Ambroſius, etc. hanc." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. V. *De reparatione lapſi*, lib. i. " In principio crea-" tionis mundi." *De homine*, lib. i. " Adam, ubi es? " qui legit, intelligat." *De agricultura* (tranſlatio) lib. i. " Pater, aetate decrepita. *In Paulum ad Galathas*, lib. i. " Ut apoſtolus in aliis epiſtolis." Mſ. coll. Magdal. Oxon. 57. Mſ. olim in bibl. monaſt. Syon. In bibl. Weſtmonaſt. Whart. *A. S.* ii. Hujus meminit in libro *De ceſſatione legalium*. Tho. Gaſcoign. *Dictionar.* in voce CREDENS, DEUS, etc. meminit, *Expoſitionis domini Lincoln. in epiſtolam Pauli ad Corinthios* —— Et *ſuper omnes epiſtolas Pauli* " ſparſim manu propria in margine communis gloſſae —— et liber ille eſt Oxoniae inter fratres Minores in libraria conventus, ſed non eſt in libraria ſcholarium, quoniam ibi ſunt duae librariae." Mſ. ſupra p. 692, 693. *Compendium ſcientiarum*, lib. i. Continet hic liber primo *Philoſophiae † diviſiones*, 2. *Compendium philoſophiae naturalis*, 3. *Comp. mathematicae*, 4. *Methaphyſicae*, 5. *Grammaticae*, 6. *Rhetoricae*, 7. *Logicae*, 8. *Artis medicinalis*, 9. *Arithmeticae*, 10. *Muſicae*, 11. *Geometriae*, 12. *Aſtronomiae*, 13. *Scientiae de aſpectibus* [ſc. opticae.] 14. *Aſtrologiae*, 15. *Aſtronomiae*, 16. *Scientiarum mathematicarum in generali*, 17. *Politicorum*, 18. *Oeconomicorum*, 19. *Ethicae*, 20. *De unitate et ſimplicitate*. Pr. pr. " Felix prior aetas, quae tot ſapientes." *Compendium civitatis Dei*, lib. i. *De Dei miſericordia et juſtitia*, lib. " Conſequenter tractatur." Mſ. Br. Twin. R. 133. *De locali Dei praeſentia*, lib. i. " Hic quaeritur de locali." Ibid. *Summam vitiorum capitalium*, lib. i. " Primo videndum " eſt quid." Al. " Superbia eſt elatio mentis." Mſ. Norw. More. 230. *De natura luminis et diaphoni*, lib. i. " Con-" ſiderandum quippe eſt." *Quaeſtiones elenchorum*, lib. ii. *Quaeſtiones priorum*, lib. ii. *De impreſſionibus aëris* ‡, lib. i. Pr. " Ut teſtatur Jacobus in canonica." Inter opuſc. Venet. MDXIV. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 98. 147. 190. In Mſ. Cotton. Otho. D. x. titulus eſt, *De generationibus impreſſionum humidarum*. Pr. " Ut teſtatur, etc." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. v. 22. *De impreſſione aëris tractatus*. Pr. " Ad " praecognoſcendam." *In priora Ariſtotelis*, lib. ii. " Cum " omnis ſcientia ſit veri. *In elencha*, quoque, lib. ii. " De ſophiſticis autem elenchis." Mſ. hujus pr. Mſ. bibl. Bodl. muſ. 22. Mſ. coll. Mert. Q. i. 12. *De humilitate Chriſti*, lib. i. *Deum fieri hominem*, lib. i. *Super Jobi commentarios*, lib. i. *Summam theologiae*, lib. i. " Spiritus

* *Primo. ſecundo.* impreſſ.

† Al. *partes.*

‡ Al. *elementorum.*

"sanctus per os Salomonis." Mſ. Bodl. Laud. E. 52. *De divinis nominibus*, lib. i. *In threnos Jeremiae*, lib. i. Br. Twyn. ℞. 133. *Commentarios in logicam*, lib. i. *Quaestiones ethicorum*, lib. x. *Parvum Catonem*, lib. i. "Cum "animadverterem quamplurimos." Mſ. Cantabr. in coll. S. Petri. 25. 5. Hic liber eſt ſolummodo comm. in *Disticha Catonis*, uti recte ſentit Cl. Jameſius. Errant itaque Pitſeus, Magdeburg. centuriatores, et Gul. Caxton. (*Chron.* in ann. MCCXLIX.) qui eum Catonis *distichorum* in ſcholis uſitatorum auctorem eſſe tradunt. A. Wood. Mſ. Vide Boſton. Bur. in *Cat.* In Mſ. C. C. C. Cantabr. D. 2. extat (per Anon.) *Memoriale presbiterorum parochialium e diversis doctorum tractatibus sub brevitate extractum*. Pr. "Cum animadverterem quampl. preſbiteros" *De lapide philoſophico*, lib. i. *De necromantia et goëtia*, lib. i. *In astrologiam*, lib. i. *Annotationes in Suidam*, lib. i. *Expoſitiones in Geneſim*, lib. i. Ita Th. Waldenſis, lib. v. *Doctrinalis fidei*, cap. 77. A. Wood. Mſ. *Commentarios in Lucam*, lib. i. *De ſuo ſtudio*, lib. i. *Contra luxuriam*, lib. i. *In veſperiis Adae de Mariſco*, lib. i. *Enchiridion*, lib. i. Qu. an idem ſit cum *Manuel de pecches*, quod Gallice ſcripſit Rob. Groſt. et in Angl. rhythmos tranſtulit Rob. Brunenſis, quem vide. *De diſcretione ſpirituum*, lib. i. *Tractatus de prophetis veris et falſis* extat ſub ejus nomine in *Faſciculo*, etc. tom. ii. Inter Mſs. Digb. in bibl. Bodl. 196. extat *Prophetia Roberti Groſthead*. Pr. "Externi "populis dominabitur." *De articulis fidei et fide catholica, et de omnibus rebus pertinentibus ad officium ſacerdotis*, lib. i. "Templum Domini ſanctum eſt, etc. Sermo iſte "quamvis." Mſ. Bodl. Laud. J. 13. Oxon. in colleg. Merton. Mſ. P. iv. 8. Latine. Sed in bibl. Bodl. extat Mſ. rhythmicis Gallicis conſcript. et Roberto Groſtedo attributus, cui titulus, *Tractatus theol. in quo continentur omnes articuli fidei, tam divinitatis quam humanitatis*. Pr. "Qui ben penſe, ben peut dire." Vide A. Wood. Mſ. de lingua Romana, ſc. Gallica, in qua ſcriptus eſt. Hic liber Gallice extat Mſ. Bodl. NE. D. 69. ſub titulo, *Romance par meſtre Robert le Groſſeteſſe*, agitque de creatione mundi, hominis lapſu, et redemptione, etc. poëtice. Mſ. Langb. Extat etiam Mſ. bibl. Bodl. E. 4. 14. In libro permagno Southel. Mſ. Bodl. p. 292. *Her begynnet a tretiſe That ys ycleped* caſtel of love, *That biſhop Groſteſt made ywis For lewd mens behove*. Pr. "That good thinketh good may "do." *Poſitionem coram papa* . . . *Reſponſionem ad papam, cum literis*. Mſs. in bibl. Bodl. Oxon. (ſupra citat.) ut vult Pitſeus. *De poenis purgatorii*, ſive, *De memoria noviſſimorum*, lib. i. cap. 6. Pr. p. "In omnibus operibus tuis "memorare noviſſima." Pr. lib. "Intelligatis modo ca- "riſſimi devotiſſime." Mſ. Cantab. in bibl. publ. 26. 4. Et in C. C. C. Oxon. 155. Mſ. Lambeth. 500. *Memoriale*, lib. i. "Eſt introitus interior." Cantabr. in bibl. Pembroch. 148. *Opuſcula varia*. Extant Venet. MDXIV. fol. Bodl. arch. Seld. B. 9. *De oratione*. Extat in *Faſciculo*. In Mſ. Cotton. Otho. D. x. habetur, *De aſſiduitate orandi*. Pr. Aſſidua debet eſſe oratio." *De ſuperbia, detractione, etc.* Extat in *Faſciculo*. *De conjugio*, lib. i. Mſ. in bibl. publ. Cantabr. citante Pitſeo. *De cruce*, lib. i. Olim Mſ. in bibl. Monaſt. Syon. *De triplici gratia, et juſtificatione impiorum*. Pr. "Gratia eſt bona voluntas "Dei." Mſ. in bibliotheca Gonvil. et Caii. 65. *De prognoſticatione temporum*. Pr. "Ad * prognoſticandam "diverſam." Mſ. Bodl. Laud. E. 105. f. 158. Mſ. Digb. 48. 57. (imperf.) 98. Mſ. coll. Univerſ. C. 12. Cantabr. in coll. Corp. Chr. N. xxxii. et in bibl. Gualt. Copi. *De aëris intemperie prognoſtica*. Pr. "Ad praecognoſcendam," etc. Pitſ. male. *De quadratura circuli*. Pr. "Quadra- "tura circuli per linulas." Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 153. *Regulae, quas bonae memoriae Rob. Groſſeteſt fecit comitiſſae Lyncolniae ad cuſtodiendum et regendum terras, hoſpitium, domum et familiam*. Pr. "Quantum ad terras veſtras fo- "rinſecas." Extant inter Mſ. Digby. num. 204. Inter eoſdem Mſ. num. 191. extat *Doctrina Roberti Groſteſt*. Pr. "Scriptum eſt de Levitis." Mſ. Langb. Rob. Groſt. librum *De ſtudio* citat Tho. Waldenſis, l. iv. c. 77. *Regulas argriculturae per menſes digeſtas*. Gallice. Mſ. in bibl. Weſtmon. Wharton. *A. S.* tom. ii. *A tretyſe of huſbandry, which mayſter Groſhede, ſometime biſhop of Linc. made and tranſlated it out of French in Engl.* cap. xvi. Pr. "The fader in hys old age ſayth" . . . . . . 4to. *Propoſitio Roberti Groſthead de viſitatione dioeceſis ſuae coram papa et cardinalibus ann.* MCCL. Pr. "Epiſcopi Lincol- "nienſes omnibus." Extat in *Angl. Sacr.* tom. ii. 347. *Stimulus conſcientiae* (rhythmis antiquis Angl.) l.b. vii. "The might of the Fader of hevene." Hoc opus, quod vulgo Ricardo Hampolo aſcribitur, dicunt Mſs. bibl. Bodl Laud. K. 65. et G. 21. uti etiam Mſ Digby 14. Roberto Linc. deberi. Inter opuſc. Rob. Groſteſte, Venet. MDXIV. fol habentur etiam ſub ejus nomine *De generatione ſonorum*. Pr. "Cum ſonativum percutitur." *De calore ſolis*. Pr. "Cum principalis intentio noſtra." *De generatione ſtellarum*. Pr. "Res ejuſdem naturae ejuſd." *De veritate propoſitionis*. Pr. "Rem quae partim eſt vel fuit." *De motu corporali et luce*. Pr. "Unus, inquam, unum : unum." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. v. 23. Mſ. Br. Twyn. ℞ 133. *De finitate motus et temporis*. Pr. "Primum ar- "gumentum quod ponit." *De angulis et figuris*. Pr. "Utilitas angulorum et figurarum." *De natura locorum*. Pr. "His ergo radicibus et fundamentis." *De inchoatione formarum*. Pr. "Formam primam, quam quamdam." Inſcribitur etiam *De forma prima*. Mſ. Ibid. uti ſupra. *Quod homo ſit minor mundus*. Pr. "Magnus mundus in "ſemetipſo." *De motu ſupercoeleſtium*. Pr. "Quoniam "motus ſimplex." In Mſ. Cotton. Otho. D. x. inſcribitur *De diſpoſitione motoris et moti in motu circulari*. *De differentiis localibus*. Pr. "Differentiarum idem genus "condividendum." In Mſ. Cotton. Otho. D. x. titulus eſt, *De ſex differentiis*. Pr. "Differentiarum," etc. Ita etiam in Mſ. reg. Weſtmon. 6. E. v. 24. Scripſit praeterea *Concilium circa poenitentes*. Pr. "Sacerdotes in con- "feſſionibus majora." Mſ. Bodl. Laud. L. 47. *De ſtatu cauſarum*, lib. i. Pr. "Magnus Deus in ſemetipſo." Mſ. Cotton. Otho. D. x. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 6. E. v. *Commentum ſuper Dionyſium de divinis nominibus*. Mſ. Br. Twyn. ℞ 133. *Suidam* e Graeco tranſtulit, lib. i. uti teſtatur Th. Waldenſis lib. v. c. 113. (A. Wood. Mſ.) Mſ. coll. Trin. Cantab. claſſ. 24. ſcr. 1. cod. 19. In codice quodam Mſ. antiq. in bibl. regia Weſtmon. 8. B. iv. habentur narrationes ex libro *Suda* dicto, quem e Graeco in Latinum tranſtulit Robertus Lincoln. Vide Mſ. Langb. iv. 655. et 661. v. 94. de quibuſdam collectaneis in Mſ. Bodl. Digby 168. et 178. quae ejus videntur eſſe autographa : ita etiam Mſ. Bodl. NE. A. 5. 1. "Scripſit 300 "tractatus, quorum plurimi extabant Mſs. in bibl. eccl. "Weſtmon. et eorum editionem aliquando meditabatur "(in 3 vol. fol.) Johannes Williams, epiſcopus Lincolni- "enſis, ſed, exaeſtuantibus civilibus bellis, adhuc delite- "ſcunt." Blunt. *Cenſ. Celeb. Auctor.* p. 288. ex Fulleri *Heroibus*. Tho. Gaſcoign, voce DEUS, ita ſcribit : "Ego "ſaepe vidi, et firmiter credo, quod opera, quae dominus "Lincoln. Dr. Rob. Groſteſt, edidit et manu ſua propria "ſcripſit, extendunt in quantitate ſcripti ultra quantitatem "doctoris Nic. de Lyra *Supra S. Scripturam*." 693. Quaer. an hiſtoriam aliquam ſcripſit, haud ſemel enim citatur Groſſum caput a Fordonio. 1. 13. Stillingf. pr. LII. Praeter ſcripta Roberti Lincoln. hactenus recitata, dantur alia in bibliotheca regia Weſtmonaſter. *Sermones* xviii. qui ſic incipiunt ; 1. *Pauper et inops*. 2. *Erunt ſigna*. 3. *Egredietur virga*. 4. *Unguentum effuſum*. 5. *Spiritus ſanctus*. 6. *Convenitis ex*. 7. *Beati pauperes*. 8. *Tota pulchra*. 9. *Qui autem Chriſti*. 10. *Amice, quomodo*. 11. *Praemonitus a*. 12. *Cum laviſſet*. 13. *Exiit edictum*. 14. *Domum tuam*. 15. *Legimus hodie*. 16. *Et ſedebit*. 17. *Quoniam cogitatio*. 18. *In libro Numerorum*. 6. E. V. 2. *Tractatus de officio epiſcopi*. Pr. "Beatus Paulus." Ibid. 3. *Sermo Paſchalis*. Pr. "Eccleſia ſancta." Ibid. 4. *Sermo ad eccleſiaſticos, De vita et inſtructione eorum*. Pr. "Scriptum eſt de." Ibid. 5. *Tractatus, quomodo examinandus eſt poenitens*. Pr. "Deus eſt." Ibid. 6. Et 7. E. ii. 7. *Sermo*. Pr. "Ex rerum initiatarum." Th. 6. E. v. 7. *Proceſſus quidam in curia Romana*. Pr. "Dominus noſter "Jeſus" Ibid. 9. *Parabola*. Pr. "Paterfamilias prae- "dives." Ibid. 10. *De modo viſitandi*. Pr. "Itaque "poſt primo." Ibid. 11. *Ex epiſtolis excerpta*. Pr. "In "ſecunda epiſtola." Ibid. 12. *De intelligentiis*. Pr. "Voluiſti inſuper." Ibid. 26. *De veritate futurorum contingentium*. Pr. "Rem que." Ibid. 28. *De ordine emanandi cauſarum a Deo*. Pr. "Multum coanguſtat." Ibid. 29. *De figura machinae mundanae*. Pr. "Intentio noſtra." Ibid 30. *Ad Minores de laude paupertatis ſermo ; cum* XXX *aliis ſermonibus* 7. E. ii. 6. *Sermones ad papam et cardinales*. Ibid. 8. *Sermones* xx. 7. D. xv. 1. *Sermones* xlix. 7. F. ii. 2. *Sermones* alii ii. Ibid. 7. *De officio paſtorali liber*. 8. D. iv. 8. *Liber diſtinctionum : ordine alphabetico*. 8. G. ii. 1.

* *Praenotandam*. Mſ. Digb. 57.

in Anglia Joanne, et Henrico ejus filio. Obiit [q] anno a Christo incarnato MCCLIII Bukduni, et sepultus Lindi, sive Lincolniae [r]. Non possum hic non admonere lectorem, quamvis ad alia properem, Robertum quam familiarissime usum fuisse Adamo Marisco [s], Franciscano, theologo ad unguem erudito; in cujus gratiam moriturus, ex testamento reliquit quotquot habuit libros, habuit enim ingentem numerum, coenobio Franciscanorum Oxoniensium, cui Adamus praefuit. Quorum videndi desiderio plane maximo cum longiuscule detentus fuissem, nuper contigit, data justa occasione. Nam id temporis fui Oxonii, ut copiam peterem videndi bibliothecam Franciscanorum; ad quod obstupuerunt asini aliquot, rudentes nulli prorsus mortalium licere tam sanctos aditus et recessus adire, et mysteria videre, nisi gardiano (sic enim praesidem suum vocant) et sacris sui collegii baccalaureis. Sed ego urgebam, et principis diplomate munitus, tantum non coëgi, ut sacraria illa aperirent. Tum unus ex majoribus asinis multa subrudens, tandem fores aegre reseravit. Summe Jupiter! quid ego illic inveni? Pulverem autem inveni, telas aranearum, tineas, blattas, situm denique et squalorem. Inveni etiam et libros, sed quos tribus obolis libenter non emerem. Sic mihi, quaerenti thesauros, carbones se obtulerunt. Atque adeo haec sunt sacrosancta mysteria quidem illa, quae tam religiose a Franciscanis Oxonii observantur: nam Roberti episcopi volumina et exemplaria omnia, ingenti olim pretio comparata, furto ab ipsis Franciscanis huc illuc ex praescripto commigrantibus, aut, ut verius loquar, vagantibus sublata sunt. Ite nunc, pontifices, et hujusmodi fraterculis librorum thesauros conservandos ex testamento committite. Ex *Lelando*.

[q] Obiit 9 Octob. MCCLIII. Godwin. 6 id. Oct. MCCLII. Joh. Schalby in *Martirologia eccl. Linc.* Mſ. A. MCCLIII. 6 id. Nov. *Ann. Lanecrost.* Feria 3. ante festum Dionysii. *Chron. Hagneby.* Nocte S. Dionysii, Parif. In vigilia S. Dionysii. *Ann. Thorney*, 7 id. Oct. Knighton. 4 non. Oct. *Annales Winton.* A. D. MCCLIII obiit S. Robertus 8 id. Oct. apud Wodestoke, Mſ. Cotton. Titus, A. xix. 2. de episcopis Lincoln. In cod. quodam regio Westmonast. est haec nota antiqua: "A. Ch. MCCLIV obiit S Robertus Grosted, literatissimus Christianorum episcopus Lincoln. 8vo. idus Octobris." Ita etiam Chron. Mſ. Lambeth. Wharton. R. Quidam (uti Anton. Possevinus, Gesnerus, Trithemius, etc.) Roberti Grost. mortem in ann. MCXL referunt, sed perperam. Errorem hunc hauserunt confundendo Rob. de Querceto, episcopum Lincoln. cum Rob. Grosteſt. Prior enim Robertus vir erat sui temporis doctissimus, et ei multae epistolae Arnulphi Lexoviensis inscribuntur, A. Wood. Mſ. [r] De Roberto nostro vide *Historiam auream*, Mſ. in bibl. Bodl. p. 2. lib. xx. cap. 96. et in A. W. Mſ. apud Whart. *A. S.* ii. 347. Vide etiam *Annales* Nic. Trivet in ann. MCCLIII. *Epistolas et monita* Edv. Brown ad lectorem in tom. ii. *Fasciculi*, Bal. iv. 18. Pitſ. p. 326. seqq. Cave. 716. seq. Godw. p. 348. seqq. Grostesti *Vita* olim extabat Mſ. in bibl. coll. Novi Oxon. uti ex *Ecloga* Jamesii patet; nunc autem non est inventa ibidem. De vita et scriptis ejus Mſ. Lambeth. 582. Vita ejus scripta erat per Rob. Bardeneiensem, quem vide. Vide etiam *Analecta de vita et scriptis Rob. Grosthead*, collecta per Thom. Barlovium, successorem in sede Lincoln. cujus autogr. Mſ. extabat penes Hen. Br. jam hoc exemplar inter Mſ A. Wood. (unde omnia, quae in hac *Vita* A Wood. Mſ. notantur, Woodus hausit) xciii. Extat *Epistola* Johannis Romani, archiepiscopi Ebor. ad H. summum pontificem, de ascribendo nostro in sanctorum numerum, in *Registro* ejusd archiepiscopi, f. 115. Alia etiam *Epistola* Guil. Greenfeld, archiepiscopi Ebor. ad papam, de eodem, habetur in *Registro* Greenfeld. P. 1. *Epistola pro canonizatione ejus*, Mſ. Langb. 580.
[s] De quo vide *Epistolas* Grostheadi Mſ. in bibl. Bodl.

GRONU DHY AB TYDYR AB HEILYN poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

GRONU GYRRIOG alias Y KYRRIOG. Poëta Cambro-Britannicus. Sub ejus nomine extant Mſ. in bibl. Hergurt. *Englynion i Uenhuyvar verx. Houel ab Tydyr ab Gronu.* Claruisse dicitur A. D. MCCLXXX. Lhuyd. Davis.

GRONU VOEL poeta Cambro-Britannicus sub-antiquus. Hujus *I varyred verx. Rhys Vyxan.* Mſ. in bibl. Hergurt. membr. Lhuyd.

GRONU UILIAM poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MD. Lhuyd.

GRYFFYDH AB ADHAV AB DAVYDH poëta Cambro-Britannicus. Circa A. D. MCCCXC. Lhuyd. Davis.

GRYFFYDH AB DAVYDH VYXAN. Poëta Cambro-Britannicus A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

GRYFFYDH AB DAVYDH AB TYDYR poëta Cambro-Britannicus. A. D. MCCCC. Ibidem.

GRYFFYDH AB GRONU GETHIN poëta Cambr. Britan. Ibid.

GRYFFYDH GRYG poëta Cambr. Britan. circa A. D. MCCCC. Ibid.

GRYFFYDH AB GUERLYN poëta Cambr. Britan. circa A. D. MCCCC. Ibid.

GRYFFYDH AB GURGENE poëta Cambr. Brit. circa A. D. MCCCLX. Ibid.

GRYFFYDH HIRAETHOG poëta Cambr. Brit. circa A. D. MDXXX. Ibid.

GRYFFYDH AB JEVAN AB LHYUELAN VIXAN poëta Cambro-Britannicus A. D. MD. Ibidem.

GRYFFYDH LHUYD AB DAVIDH CAPLAN poëta Cambr. Brit. circa A. D. MCCCCLX. Ibidem.

GRYFFYDH LHUYD AB DAVYDH AB ENNION LYGLYU poëta Cambr. Britan. A. D. MCCCC. Ibid.

GRYFFYDH AB DAVYDH AB HOWEL poëta Cambr. Brit. Ibid.

GRYFFYDH AB LHYUELAN LHUYD poëta Cambr. Brit. seculi xiv. Ibid.

GRYFFYDH

GRYFFYDH AB MEREDYTH AB DAVYDH poëta Cambr. Brit. circa A. D. MCCCC. Scripsit, *Englynion I Dbyu. Englynion y peduar Angel.* Et Cantica alia lingua vernacula, quorum tituli habentur in Lhuydii *Arch. Brit.* p. 256.

GRYFFYDH AB YR YNAD KOX poëta Camb. Brit. Claruisse fertur A. D. MCCLXXXII. Scripsit *Marunad Lhyuelyn ab Gryffydh.* Pr. "Oer Galon dan vron o vrau." Mf. in codice rubro Hergestiano in bibl. Vaughan. Lhuyd. Davis.

GRYFFYDH VYXAN AB GRYFFYDH AB EDNYVED poëta Cambr. Britan. circa A. D. MCCCC. Ibid.

GRYMAEUS [a] [ROBERTUS] monachus Berdenigae coenobii celeberrimi et antiquissimi Lindisiorum, in sacris literis, ut religiosum decuit virum, bonas horas recte collocavit. Defuit illi Asiaticum dicendi genus, profluum et luculentum; at non interim defuit solida eruditio, ut apparet ex ejus in *Evangelia* [b] *commentariis* [c], stylo scholastico scriptis [d]. Ex *Lelando.*

[a] Robertus Gryme (Bal.) Grimmus (Pitf.) Graimus, Scotus, primo monachus Mailrosensis, dein ab Edwardo R. ad Berdeneiense monast. exulatus. Dempster.
[b] Dominicalia, Lel. [c] Lib. iv. "Reverenter sedens ad mensam." Olim in bibl. Jorevall. Vid. Leland. *Collect.* iii. p. 40. [d] Scripsit etiam, *Conciones varias*, lib. i. *De Scotiae statu*, versu, lib. i. "Deflemus patriam." Claruit circa A. D. MCCCXX. Pitf. p. 409. Bal. v. 4. Dempst. vii. 615.

GRYME [JOHANNES] scripsit *Super canone missae.* Pr. "In virtute S. Crucis." Mf. Gresham 47.

GRYSONIUS [JOHANNES] (Dempster. 830.) Scotus, ordinis S. Dominici frater in academia Aberdonensi literis operam dedit sedulam, ordinis sui per XXX annos provincialis. Scripsit, *De miseria religionem catholicam in Scotia profitentium*, lib. i. *De casu ordinis sui et paupertate*, lib. i. Extant in *Historia* Plodii Bononiensis. Claruit A. MDLXIV. Dempster. vii. 619.

GUALH vab Dissyvyndod yn or hi unben Deivr a Bryneix a Bardh oedh medh y Trioedh. Poëta Northumbrensis seculi sexti. Lhuyd.

GUALXMAI AB MEILIR poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCLX. Lhuyd.

GUALO Britannus poëta celebris, a Johanne Sarisburiensi in *Polycratico* citatur. Scripsit *Invectiva in vitia monachorum*, [in monachos avaros]. 1. *Sacrilegis monachis emptoribus ecclesiarum:* 2. *Composui satiram, carmen per saecula clarum.* 3. *Quanquam vir magnus corroboret Hugo Diensis.* 4. *Noster amicus legat Hugo Suessoniensis.* Rursus sub fine *Praesul amabilis et venerabilis Hugo Diensis.* Mf. Cotton. Vitell. A. xii. 21. Titus A. xx. 105. Mf. bibl. Bodl. Digby. 65. fol. 10. *Carmina de rebus divinis*, lib. i. In eodem cod. Digby. sunt varia *Carmina anonyma* quae forte huic Gualoni debentur. Claruit circa A. D. MCLXX. Bal. iii. 5. Pitf. 233.

GUALTERUS ABBAS scripsit *Annotationes ecclesiarum dotalium de bello.* Mf. in bibl. Lumleiana. Alia de hoc scriptore et ejus operibus me latent. Pitf. *App.* p. 845.

GUALTERUS ALBANENSIS monachus, et ejusdem coenobii bibliothecarius et praecentor. Scripsit *De literis ecclesiae*, lib. i. "Prima pars bibliothecae a beato Hiero." *Anglicarum rerum chronica*, lib. i. Claruit A. MCLXXX. Bal. x. 59. Pitseus p. 247. adjudicat priorem librum Gualtero bibliothecario, et alterum Gualtero Albanensi, p. 845.

GUALTERUS ANGLICUS, Panormitanus a Baleo xiii. 73. cognominatus, Henrico ii regi Angliae a sacris, et ab eo in Siciliam missus, ut regem Gulielmum generum suum literis informaret. Gulielmus gratitudinis ergo hunc Gualterum magistrum suum archiepiscopum Panormitanum et totius Siciliae primatem fecit. Scripsit plurima, sed titulum solummodo unius libri ab oblivione vindicavit Pitseus, sc. *De linguae Latinae rudimentis*, lib. i. Mortem obiit Panormi A. MCLXXVII, et ibi sepultus jacet. Pitf. p. 140. Vid. *Epist.* Petri Blesensis.

GUALTERUS de BURGO quondam monachus de Revesby. In codice Mf. bibl. Bodl. Digby. 166. habentur sub ejus nomine, *Epilogium super Alanum in opere suo de planctu naturae contra praelatum Sodomitam.* Pr. "Vix nodosum valeo nodum." Metrice. *Poëma de bello Nasoraeo gesto, et sic digesto* A. MCCCLXVI. vers. 560. Pr. "Bella referre paro fratrum de germine claro." Et in *Chronico Petriburgensi* per Joh. abbatem in Mf. Cotton. Claudius A. V. f. 43. scripsisse dicitur *In fabulas Ovidii metamorphoseωs.* Vid. infra in GUL. WIDOFORDIO.

GUALTERUS CALCOENSIS monasterii prior ordinis S. Benedicti; privilegiorum ecclesiae Scoticae contra archiepiscopum Eboracensem defensor strenuus. Scripsit *Pro ecclesiae Scoticae immunitate*, lib. i. *Appellationem ad curiam Romanam*, lib. i. *Epistolam ad diversos*, lib. i. Claruit A. MCLXIV. Dempster. xix. 1197.

GUALTERUS [a] CONVENTUENSIS, alias CONVENTRENSIS, homo jam gravis annis et multa rerum experientia, cupiens sui nominis famam aliquo insigni monimento, non modo illustrem, verum etiam longissimam facere, animum ad scribendum appulit. In quo negotio talem sibi desumpsit materiam, qualem sciebat cum sibi, tum populo gratam, jucundam, utilem, futuram. *Historiam* [b] igitur aggressus est magno animo, quam etiam inchoatam ab origine Britannorum,

[a] Gualterus, natus (si Pitseo fides) Warwici, et in coenobio Coventriensi professus. Coventrensem vocat Mf. Trin.
[b] Hanc historiam Gualteri in tres libros dissecuit Baleus iii. 74. et Pitseus, p. 290. sc. *Chronicon Brytannorum*, lib. i. "Brytannia insularum optima." Mf. quondam penes Ed. James, aed. Christi Oxon. canon. et Mf. bibl. Bodl. NE. F. 8. 4. *Anglo-Saxonum chronicon*, lib. i. "Ethelstanus fuit primus rex." *Annales Anglorum*, sc. ab anno MXXV ad ann. MCCXXV. lib. i. "Romanorum nonagesimus tertius." *Chronicon* extat Mf. in bibl. Bodl. Et

rum, ad sua tempora majoribus animis [c] deduxit. Secutus est autem hos praecipue autores Anglos, Galfredum Arturium Monensem *, Hovedunum, et Henricum Venantodunensem [d]; ita tamen, ut multa addiderit, non sine fide, quae nusquam apud illos leguntur. Unum certe defuit homini, alioqui claro; nam quanquam fide et lucido ordine nusquam, facundia tamen saepiuscule destitutus erat: quod non autoris, sed aetatis potius vitium fuit. Vixit, regnantibus Joanne et Henrico tertio. Ex *Lelando.*

Et apud Vossium, *Histor. Lat.* p. 470. Habetur in bibl. coll. Corporis Christi Cant. I. 11. Mf. *Memoriale fratris Gualt. de Coventre ab ann.* MII. *ad* MCLII. Pr. "Romanorum," etc. Scripta autem ad imum paginae manu diversa et recentiori innuunt hoc potius donum fuisse Gualteri, quam scriptum. Ad finem habetur, "Explicit chronica Mariani," sc. Huntingdon. etc. In eodem codice sequitur brevis continuatio ad ann. MCLXX, et ab MCLXX ad MCCXXV, quae fere Hovedeno vel Bromptono congruit. [c] Ex hac *Historia* exscripsit quaedam Leland. *Coll.* i. 34. et ii. p. 270. ubi post ann. MCCI haec adjicit: "Hactenus ex Hovedeno multa desumpsit Gualterus Coventrensis, nam Hovedenus deduxit annales usque ad A. D. MCCI, sed a quibus desumpserit reliquam annalium partem, an ipse Gualterus sua autoritate usus scripserit, nondum cognitum habeo. Deduxit vero annales suos ab anno MCCI ad annum MCCXXV, quem inchoat; sic ut Hovedeni *Annalibus*, quos defloravit, res gestas viginti quatuor annorum superaddat. Ex his conjectura ducor Gualterum Conventuensem tempore Henrici tertii floruisse." Desinit [codex b. Bodl.] anno quinto R. Johannis. Desinit ann. MCCXCVI. Mf. Cott. Vitell. D. v. Hic codex continet xii, sive potius xiv libros, in quibus hist. Britanniae a Bruto ad ann. MCCC breviter describitur ex Galfr. Monum. Carodoc. Lancarvan. et Henr. Huntingt. uti testatur in prologo. Pr. pr. "Historiarum regni Angliae." Pr. l. "Britannia igitur est beatissima." A manu tamen recentiori Gualtero ascribitur. * Lege Monumetensem pro Monensem. [d] Autor fere ubique vestigia premit Galfridi Monumetensis. "Nil fere habet, quod ex historiis vulgatis (praesertim Florentio et Malmsburiensi) peti non potest." Nota Whartoni Mf. L. 93. in bibl. Lambethana.

GUALTERUS EOVESHAMENSIS. Vid. GUALTERUS ODINGTON infra.

GUALTERUS de EXCESTRIA, Devoniensis patriae alumnus, et cujusdam Mendicantium fraterculorum professor sectae (Dominicanum fuisse puto) ad instantiam Baldvini cujusdam, civis Excestrensis A. Chr. MCCCI apud S. Carocum in Cornubia manens. Scripsit *Vitam Guidonis comitis Warwicensis*, lib. i. Bal. x. 78. Claruit A. MCCCI. Pitf. p. 387.

GUALTERUS GOSTELOW. Inter Mf. in bibl. Bodl. n. 6445. quod est Thomae Barlovii 33. extat *A prophecy of Walter Gostlow's.* fol.

GUALTERUS de HENLEYA. Scripsit *Carmen* [dicitur carmen in titulo Mf. sed est prosa] *De Yconomia sive Housbandria.* Pr. "Pater jacet in senectute." In quo de omni genere agriculturae, praesertim apud nos usitatae, optime tractatur. Mf. olim penes Tho. Allen, nunc Mf. Digby 147. in bibl. Bodl. Ex charactere scriptum fuisse videtur tempore Edwardi iii. Br. Twyn. Wood Mf. P. princip. Extat Gallice Mf. Norwic. More. 290.

GUALTERUS MAILROSENSIS abbas, Davidis regis Scotiae filius, prius canonicus S. Oswaldi, dein prior Kirkham, contempto S. Andreae episcopatu, monachum induit. Dempster. 305. Fr. Thin. ex Leslei lib. vi. p. 223. Scripsit *Commentarium in regulam ecclesiasticam*, lib. i. Claruit A. MCLXX. Post mortem in sanctorum numerum relatus est. Colitur 3 Maii. Dempster. vii. 568.

GUALTERIUS, MORGANENSIS abba coenobii [a] apud Demetas cognitione naturalium rerum praeter communem enituit sortem. Musis quoque elegantioribus impendio favebat; unde, ut naturae suum decus per elegantiam eo saeculo familiarem restitueret, librum *De avibus et animalibus* [b] carmine conscripsit [c]. Frumentarius [d], abba sani Albani, in libro *De viris illustribus*, hujus mentionem plane honorificam facit [e]. Ex *Lelando.*

[a] Annales Morganenses ad A. D. MCCXXXII producti nullum Gualterum abbatem agnoscunt. [b] Pr. "Dicitur accipiter." Lel. iii. 57. [c] Scripsit praeterea secundum Bal. iii. 65. et Pitf. p. 294. *Carmina diversa*, lib. i. [d] Joannes Frumentarius——facit, at tempus non addit. Lel. *Epit.* Mf. Trin. [e] Obiit MCCXIX. Pitf. l. c.

GUALXMAI [MEILIR ab] poeta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCLX. Lhuyd. Davis.

GUERNEN ab KLYDNO, alias KLYDHOO, poeta Cambro-Britannicus. *Fragmenta* quaedam ejus extant in bibl. Hengurtiana. Lhuyd.

GUGAN BRYDYDH poeta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCXL. Lhuyd. Davis.

GUIBERTUS BRISTOLLENSIS, alii WIBERTUM appellant, abbas insignis monasterii de Bristow ad fanum S. Augustini. Philosophiam Aristotelicam et literas sacras per suam aetatem apprime coluit. Sonat enim Bristollum Saxonicum vocabulum Latine *Illustrem locum*, quem olim veteres autores cum suo Ptolemaeo Ventam Belgarum vocabant. Estque nunc urbs in Somersetensi patria valde celebris. Hujus urbis alumnus Guibertus inter alia multa composuit, *Historiam sui temporis*, lib. i. *Sermones aliquot*, lib. i. Haec pauca sunt, quae de hoc autore dicenda suscepi. Quod facundia destitutus fuerit, non autoris, sed aetatis vitium judico. Bal. x. 98. ex Lelando. Pitf. *App.* 849.

GUIDO de MARCHIA, frater Franciscanus, doctor Oxoniensis. Scripsit *Querelam mundi, contra religionem mundi*, lib. i. "O Christe vicarie, monarcha terrarum." Baleus librum hunc Oxonii in collegio Reginae fuisse asserit. Sed hodie, ut videtur, non apparet. Tempus, quo floruit, me latet. Bal. xii. 16. Pitf. *App.* 850.

GUIDO SCOTUS, S. Benedicti monachus e congregatione Turonensi—vir fuit illius aetatis dignissimus; de quo autor *Scotichronici* lib. ix. cap. 27. ait, quod fuerit *Primus abbas de Londoris, cum ipsum locum a fundamentis extruxisset, etc.* Scripsit, *Ad Davidem fundatorem* lib. i. Fuit hic comes Huntintoniae regis Wilhelmi frater, qui bello Palaestino feliciter confecto redux in patriam locum illum fundavit. Boëthius, *Hist. Scot.* lib. xiii. b. *Exhortationes ad fratres.* Creatus abbas anno MCLXXVI, obiit anno MCCXIX die S. Botulphi. *Scotichronicon* l. c. Dempster. lib. vii. p. 330.

GUILLAMUS, Dempster. 325. apostolicus legatus per universam Scotiam. Scripsit, *Sermones ad proceres et plebem*, lib. i. *Decreta ecclesiastica* 27 Febr. MDXLIII. lib. i. *De Bibliis vernacula lingua habendis*, lib. i. Claruit A. MDXLIII. Dempst. vii. 608.

GUILIM [DAVYDH ab] poëta Cambro-Britannus. Scripsit patrio sermone *Carmina* varia. *K. yuydh ir ysgavarnog. K. y delyn. K. y gain. K. y mudul guaîr. K. yr adarur. K. y Phenester. K. y Mabolaeth. Marunad Lhyuelyn o Lan Dydoch. K. oblegid Gryf Gryg. Amrusson rhung Gryf Gryg ap yntex. K. ir menig a gouse gan Ivor Hael. K. y Dail. K. y Gôg. K. y Bi. K. y lhuyn bedu. K. yr Lheiad. K. y Seren. K. ir Hayl. K. y Guynt. K. y Niul. K. ir Vron-Vraith. K. y Veduen ar aderyn.* Haec omnia Mss. extant penes D. Gervasium Powel de Milton in Glamorgania. Et plurima alia hujus Davidis opuscula adhuc conservantur in bibliothecis Britannicis. Claruisse dicitur circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

GULIELMUS rex Scotiae LEO dictus scripsit, *Epistolas ad Alexandrum* iii. lib. i. *Leges sacras*, lib. i. *De titulo Northumbriae*, lib. i. Obiit A. MCCXIV. Dempster. xix. 1171.

GULIELMUS abbas Hibernicus monasterii nescio cujus. Bardus inter suos habebatur, unde scripsisse fingit Baleus xiv. 90. et ejus sequax Stanihurstus p. 44. *Prophetias rerum futurarum*, lib. i. Claruit circa A. D. MCCXCVIII. Vide War. p. 62.

GULIELMUS de ABYNDON archidiaconus Wiltoniensis, 19 Edw. i. Pryn. iii. p. 443. collatus ad praecent. ecclesiae Sarum. A. MCCXCVII. 13 cal. Februar. In bibliotheca regia Westm. est tabula quorundam librorum in diversis monasteriis repertorum, inter quos in monasterio de Thorney habetur *Tractatus Gulielmi de Abyndon de* vii *vitiis*. A. MCCXLVII (forte MCCXCVII) obiit Will. de Abingdon egregius praedicator. *Cronica Cestr.* in Mſ. Cotton. Otho. B. 3.

GULIELMUS ALBANENSIS coenobii monachus. Ex Anglico in Latinum sermonem transtulit, et Simoni abbati dedicavit *Passionem S. Albani martyris, et Amphibali sociorumque*, lib. i. Pr. "Quisquis beatorum martyrum." Mſ. Cotton. Faust. B. iv. Et Mſ. in bibl. colleg. Magd. Oxon. Pr. "Reverendo patri ac domino," etc. Vide Mſ. Langb. in bibl. Bodl. vii. 254. Claruit A. D. MCLXX. Bal. x. 95. Pitſ. p. 233.

GULIELMUS[a] ALAUNOVICANUS sive ALNEWYCK, secta Franciscanus, a literarum apud Isiacos enituit dignitate. Illi videntes maturo quodam judicio hominem in sacris studiis pulcherrime processisse, insignia theologi suprema omnibus suffragiis ei contribuerunt. Theologus, collati recte memor muneris, Longobardum de more *Commentariis*[b] illustravit[c]. Hic, ut ex catalogo eruditorum Chordigerorum didici, fuit aliquando episcopus[d]. Ex *Lelando*.

[a] Gulielmus Alnewych ab oppido natalitio in Northumbria cognominatus. S. theologiae doctor Oxoniensis. Pitſ.
[b] Lib. iv. Extant impr. . . . Lip. [c] Scripsit etiam *In philosophiam naturalem*, lib. viii. *Sophismatum elenchos*, lib. i. Bal. v. 25. Pitſ. p. 427. *Registrum quoddam*, lib. i. Mſ. Cantab. in coll. Corp. Christi Misc. O. 273. *Registrum* Gul. Alnewyck, episcopi Lincoln. Citatur in *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 217. quod *Reg.* incipit anno MCCCCXXXVI, et servatur hodie (ni fallit A. Wood.) in archivis ecclesiae Lincoln. A. Wood. Mſ. xciv. 8. Sed Guil. Alnewyck, fr. Franciscanus, alius fuit ab episcopo Lincoln. et Norwicensi ejusdem nominis, qui *Statuta* edidit *eccl. cath. Lincoln.* Pr. "Universis, etc. suscepti regiminis cura." (Mſ. C. C. C. Cantabr. Misc. O. 273.) et obiit MCCCCXLV. [d] In Terra laboris addit Mſ. Lel. Trin. "In Italiam postea peragrans, apud montem Bononiae Neapoli legit, et tandem factus est episcopus Terrae de Labore in regno Neapolitano, et Avinione obiit anno MCCCXXXII." Bale. Pitſ. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 75. Hallucinatur ergo Willotus, qui hunc Almoic cognominat, et eum vixisse refert usque ad MCCCLX. Pitſ.

GULIELMUS[a] BADUNENSIS inter Somurotriges natus, scholas Isiacas, nescio an Grantanas, animo erga doctas artes flagrantissimo petiit. Jecit altiora principio in naturali rerum cognitione fundamenta; quo opere absoluto, majestati divinarum rerum se addixit, pedemque ibidem fortius fixit. Postremo concionator facundus idemque bonus simplicem perdocuit populum. Deinde et *Homiliarum*[b] volumen elegans, aptum, rotundum, piumque a docta legendum posteritate in lucem protulit[c]. Ex *Lelando*.

[a] De hoc Gulielmo nihil fere habent Baleus (xi. 7.) et Pitseus (*App.* p. 851.) nisi quod ex Lelando transcripserunt. [b] Quarum volumen viderat olim Lelandus in bibl. Trinit. Cantabr. (*Collect.* iii. 14.) [c] De aetate ejus non constat.

GULIELMUS clericus BEVERLACENSIS scripsit ad Thomam Praepositum, *De miraculis Johannis archiepiscopi Ebor.* lib. i. Ex hoc excerpsit quaedam Johannes Lelandus in *Coll.* Mſ. Cotton Julius C. vi. Quidam Gul. Beverley enumeratus inter scriptores Angliae tempore Elizabethae. Hollinshed i. edit. MDLXXVII.

GULIELMUS BLESENSIS sive DE BLEIS, archidiaconus Buckinghamiae, gratia Gualae legati papalis episcopus Wigorniensis renunciatus est A. D. MCCXVIII. Anno MCCXIX synodum coëgit dioecesanam, et iterum A. MCCXXIX, in quibus edidit, *Constitutiones synodales* A. MCCXIX.

Ex

Ex Mſ. Whart. D. f. 322. in tom. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 570. ſeq. *Conſtitutiones alias* A. MCCXXIX. Ibidem p. 623. ſeq. *Tractatum* etiam edidit *De poenitentia*, qui cum *Conſtitutionibus* olim in bibl. monaſt. Sion. Obiit apud Alwichekirk. A. MCCXXXVI. 17 Aug. apud Wigorniam tamen ſepultus eſt. Wharton *A. S.* tom. i. p. 484.

GULIELMUS BRECHINENSIS EPISCOPUS; antea ejuſdem eccleſiae decanus, ſcripſit *Contra Ottobonum ad papam*, lib. i. *De Scoticae eccleſiae dignitate*, lib. i. Electus eſt epiſcopus A. MCCLXVI, et obiit in curia Romana A. MCCLXXIV. Dempſter. xix. 1179.

GULIELMUS a PETRIBURGO, loco natali, decurtato nomine, BURGENSIS dictus eſt. Fuit monachus Rameſeganus, atque inter academicos [a] verſatus feliciter theologos, lauream ejus nominis facile ſibi comparavit; ac partam, edito non contemnendo volumine, cui titulus *Diſtinctiones theologicae* [b], tam egregie illuſtravit, ut tandem vel inter theologorum lumina connumeratus ſit. Scripſit etiam *Homiliarum* duo volumina [c], et *Commentarios in Cantica* [d]. Extabant et *Euphraſtica* [e] et *Liber partium* [f] eodem autore in bibliotheca Rameſegana, antiquorum ſcriptorum conſervatrice [g]. Multa mihi de hoc Gulielmo narravit Joannes Infantius [h], nuper Rameſeganus monachus, cognitione trium linguarum doctus, ac reconditae antiquitatis juxta ac veterum exemplariorum indagator longe curioſiſſimus. Si tales noſtro multi fuiſſent monachi tempore, non tam ſubito ingentem paſſa eſſent monaſteria ruinam. Meminerint igitur miniſtri eccleſiaſtici hujus non expectatae cladis; et ſtatim, relictis ſordibus, puritatem vitae et bonarum cognitionem artium inprimis neceſſariam ſibi integre comparent. Gulielmus in ea incidit tempora, quae Henrici tertii [i] imperium agnoſcebant [k]. Ex *Lelando*.

[a] Oxon. circa A. D. MCLXVIII. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 54. [b] Lib. i. "Alpha prima Graecorum litera." apud Boſton. Bur. num. 65. [c] Prin. "Aſpiciens a longe "vidi." [d] Lib. i. "Dilectus meus candidus et "rub." Apud Boſtonum num. 65. [e] Lib. i. cap. 100. Continent expoſitiones in quaedam loca difficiliora S. Scripturae. Pr. pr. "Cum intuitum oculatum quoad "ducit." Pr. l. "Quid eſt quod (fuit ipſum quod) in "Geneſi dicitur." Apud Boſtonum num. 65. Mſ. Bodl. Super A. i. Art. 44. qui codex fuit olim eccleſiae Rameſ. Sed qu. annon *Liber Partium* deeſt; non memorat eum Langbain. [f] Lib. i. "Reverenter docet ex- "periri ea." Apud Boſtonum num. 65. [g] Scripſit etiam *Interpretationes vocabulorum S. Scripturae*, lib. i. "Abraham dicitur ab abba, quod." [h] De quo vide plura infra. [i] Secundi, Mſ. Lel. Trin. [k] Claruit MCXVIII. temp. Hen. ii. Bal. iii. 22. Pitſ. pag. 252.

GULIELMUS CANTUARIENSIS. Annon idem cum Gul. Stephanide? Vide infra. Scripſit, *Vitam S. Thomae archiepiſcopi*. Voſſius, *Hiſt. Lat.* p. 424.

GULIELMUS CARDINALIS gente Anglus inter ſcriptores ſuos a Baleo annumeratur, attamen nulla ejus ſcripta comparent. Claruit A. D. MCCXC. Bal. xiii. 84.

GULIELMUS de CARILEPHO, ſeu potius de S. KARILEFO, cujus monaſterii primo monachus, dein S. Vincentii in Normannia abbas, et tandem A. MLXXX epiſcopus Dunelmenſis, et mox ſummus Angliae juſtitiarius renunciatus eſt a conqueſtore. A. MLXXXIII ejectis canonicis ſecularibus, monachos Benedictinos in eccleſiam ſuam induxit. Ob conjurationem in Guliel. ii in exilium pulſus eſt A. MLXXXIX. unde reverſus A. MXCII eccleſiam cathedralem Dunelmenſem vetuſtam diruit, et alius longe magnificentioris fundamenta jecit. Extat ſub ejus nomine Mſ. in bibl. eccl. Dunelm. num. 61. *Opus ſcriptum in triennio exilii*. Non vero ab Gulielmo ipſo ſcriptum. Extat in *Append.* num. 1. ad Symeon. Dunelm. edit. Bedford, London. MDCCXXXII. Obiit 2 Jan. MXCVI, et in domo capitulari Dunelmiae ſepultus jacet. Wharton. *A. S.* tom. i. pag. 704. Male hunc Gulielmum collegii Univ. Oxon. fundatorem fuiſſe refert Hollinſh. vol. iii. pag. 13.

GULIELMUS ſive GUALTERUS CARTHUSIENSIS monachus ejuſdem ordinis apud Shene. Extant *Epiſtolae ejus tres ad . . . Cardinalem epiſcopum Winton.* Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 14.

GULIELMUS [a] CASTRENSIS coenobii monachus, una cum pietate bonas excoluit literas: quo nomine et Anſelmo, abbati Beccenſi; deinde et, Lanfranco mortuo, Cantiorum archiepiſcopo deſignato, amicus innotuit. Amicitiae vero cauſa haec. Hugo Lupus, comes Devanus alias Caſtrenſis, conſtituto in urbe Legionum monaſterio, mutato virginum choro, D. Veroburgae ſacro, in ſocietatem monachorum opportune accerſivit Anſelmum; ut ejus cum conſilio, tum judicio colophonem novo ſuperadderet operi. Ab eo tempore Anſelmi nomen in magna plane apud Caſtrenſes gloria; inter quos et hic Gulielmus non infimum locum obtinuit. Utque patrono tam eximio, munere aliquo luculento, animi benevolentiam ſui aperte oſtenderet, archiepiſcopi laudes eleganti carmine complexus eſt. Quod ubi patronus factum eſſe intellexerat, et cenſor candidus perlegerat, laudatum pro dignitate ſcriptorem epiſtola accurate ſcripta donavit: quae et adhuc comparet libro ejus *Epiſtolarum* ſecundo: quo etiam et libro extat et altera ad monachos Caſtrenſeis *Epiſtola*, pietatis et continentiae exemplum magnum. Et quoniam incidimus in mentionem epiſtolarum Anſelmi, lubet hic lectori ſignificare, me inveniſſe in meo exemplari, veteri quidem illo, carmen ultimis adſutum pagellis, elegiacum videlicet, *De laudibus Anſelmi*, non ineruditum, centum et quatuordecim conſtans verſiculis, inter quos et hi duo extant:

[a] A Baleo x. 42. et Pitſeo p. 194. Gulielmus hic Ceſtrenſis cognominatur, ita et in Mſ. Lel. Trin. Quidam Gulielmus electus fuit abbas S. Werburgae Ceſtriae A. MCXXI. et obiit 3 non Oct. MCXL. *Annal. Ceſtriae.* Mſ. Cotton. Otho. B. iii. Claruit circa A. D. MCX. Pitſ. l. c.

Materiae,

Materiae, fateor, ſum tantae pondere preſſus;
Nec mea muſa rei ſuſtinet hujus onus.

Sequitur ibidem et *epicedion* de morte Anſelmi: quod et verſiculos ducentos et decem computat. Videtur autem ejuſdem autoris eſſe, cujus et encomiaſticon. At an haec Gulielmi Caſtrenſis induſtria ſcripta fuerint, an ab Eadmero Durovernenſi, comite notiſſimo Anſelmi, et ejus vitae per hiſtoriam illuſtratore, non temere affirmo. Ex *Lelando*.

S. GULIELMUS CATHENESIAE EPISCOPUS ſcripſit *De bello ſacro ſuſcipiendo ad cruce ſignatos*, lib. i. Mſ. in bibl. Florentina Gaddia. Claruit A. MXCVII. Colitur 6 Januar. Dempſter. xviii. 1154.

GULIELMUS de CHARTHAM monachus Cantuarienſis; ſcripſit, *Speculum parvulorum*, lib. v. Pr. pr. "Cum eſſem parvulus non tantum." Mſ. in bibl. Lambeth. 78. fol. Ex hujus operis lib. v. c. 27. evulgavit Whartonus *A. S.* tom. i. p. 49. *Vitam* Simonis Sudburii archiepiſcopi Cantuar. Plures monachos, inquit Whartonus, Cantuarienſes hoc nomine inſignitos invenio. Apud *Hiſtoriam* enim Thomae Cawſton quidam Willelmus Chartham habitum monaſticum induiſſe legitur MCCCCXIX. 9 Octob. alius A. MCCCCXVIII. Alter MCCCCXXX. Quartus MCCCCLXXIII. Quintus MCCCCLXXXVII. Ex his alter obiit MCCCCLXXXVIII. 14 cal. Septemb. cujus obitum eo die etiam *Obituarium* Cantuar. memoravit; et alium cognominem 7 cal. Febr. obiiſſe retulit. Whart. *Praefat.* p. xx. Autor hujus libri quiſquis fuit ille horum, floruit A. MCCCCXLVIII, quod teſtatur nota Mſ. Lambethano praefixa hujus tenoris: "Liber compoſitus et perquiſitus Dompni "Willelmi Chartham, monachi hujus eccleſiae A. D. MCCCCXLVIII." Whart. *A. S.* tom. i. praefat. p. xx. Quidam GUL. CHARTHAM monachus Cantuar. praeficitur in 3 priorem die natal. Domini MCCCCXXXV. *Regiſt.* Cant. Twin. Obiit MCCCCXLVII. Ibid. p. 162.

GUL. CHARTHAM prior Dovorrae ſcripſit, *In Catonem*. Pr. "Cum animadverterem." *In Clementinas*. Pr. "Fidei catholicae." Brian. Twyn. in princ. A. Wood. Mſ. Pitſ. ex *matricula* prior. Dovor.

[a] GULIELMUS CONVENTUENSIS, alias COVENTRE, vir pius juxta ac ſtudioſus erat. Pietatem ejus vel ex hoc colligo, quod cum ad maturam uſque aetatem candida uſus fuiſſet libertate, ſervum cuidam Carmelitarum collegio ſe ultro obtulerit, ut tandem totis viribus caſtae ſtuderet religioni. Hinc, et ex clauditatis malo, quod laeſa accepit coxendice, *Claudus converſus* dictus eſt a vulgo Carmelitarum. Porro ſtudioſum fuiſſe literarum, quas juvenis leviter admodum guſtaverat, aequus facile judicabit lector, ubi cognorit illum, poſt acceptam veſtem Carmeliticam, omnes diligentiae partes in evolvendis veterum autorum monimentis probe compleviſſe. Extant adhuc et libri ab eo ſcripti hujus rei teſtes multo fideliſſimi: videlicet, *De laude Carmeliticae religionis*, lib. 7 [b]. *Annales ſui ordinis* [c]. *Defenſorium Carmelitarum* [d]. *De adventu Carmelitarum in Angliam* [e]. Unum tamen Gulielmo, viro alioqui claro, defuit, id eſt, eloquentia [f]; quanquam illud vitium tunc temporis bene multis ſcriptoribus familiare erat. Vixit et in pretio fuit, ut Joannes Baleus, Covenſis, homo Anglus, refert, in quodam *Collectaneo de Carmelitis* tumultuaria opera conſuto, circa primos annos Edovardi regis, ejus appellationis a Gulielmo Magno tertii [g]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Coventr. in urbe Coventriae natus. Bale. Pitſ.
[b] Lib. ii. "Cum tua coelitus inſpirata politica." Bale. Pitſ. lib. 6. "Carmelus dicitur a Car, quod eſt." Mſ in Bodl. Seld. ſup. 72. [c] Lib. i. "Anno XVIII regni "Joſaphat." Mſ. ibid. Fatendum tamen eſt, rubricam horum tractatuum eos Johanni Baconthorpo tribuere; at eam manus Johannis Balei mutabat, et huic Gulielmo, ſive cuidam CLAUDIO CONVERSO aſcribit. [d] *Defenſorium, ſeu ſcutum Carmelitarum*, lib. iii. (Mſ. Lel. Trin.) "Admoniti affatibus fratrum ſuavi." [e] Lib. i. Praeter haec ſcripſit ſecundum Baleum et Pitſeum, *De regula et confirmatione*, lib. i. Mſ. Trin. "Cujuſlibet reli-"gionis titulus." *Praeconia Mariae virginis*, lib. i. "Arca "foederis Mariae Chriſti me." *Compendium hiſtoriarum*, lib. i. "Legitur enim quod ab ordinis." *Elucidarium fidei*, lib. i. Pr. pr. "Saepius a condiſcipulis rogatus." Pr. lib. "Glorioſe magiſter, rogo te," etc. Mſ. Bodl. Laud. 22. E. 44. et E. 90. et L. 47. imperfect. in princ. Et Mſ. Bodl. Sup. A. 1. Art. 100. Mſ. in coll Baliol. ejuſd. tituli et principii continet 3 libros; quorum primus agit de ſeculo praeterito: Secundus de praeſenti: Tertius de futuro. In eodem cod. Mſ. immediate praecedit *Sermo de poenitentia*, cujus pr. "Poenitentiam agite," etc. "Beati "qui audiunt." *Adverſus peccata*, lib. i. "Poenitentiam "age, Apocalypſis 2." *Carmina diverſa*, lib. i. "Iſi-"dorus annos, a principio tibi. [f] At mira de ejus elegantia, rhetorica, etc. narrat Pitſeus nimis temere, qui, ut videtur, nulla ejus ſcripta unquam viderat.
[g] Claruiſſe ferunt circa A. D. MCCCLX, et Coventriae ſepulturam accepiſſe, Bal. vi. 11. Pitſ. p. 493.

GULIELMUS de DUNELMIA natione Anglus, teſtante Pitſeo ex Matthaeo Pariſio, eminentiſſime literatus fuiſſe dicitur. Quae autem ſcripta reliquerit haud conſtat. Obiit Rotomagi A. D. MCCXLIX.

GULIELMUS EDINBURGENSIS coenobii canonicus regularis, deinde abbas. Scripſit *Carmina varia*, lib. i. *De horoſcopis digerendis*, lib. i. *De divinatrice facultate*, lib. i. *De malo haereſis et ſchiſmatis*, lib. i. Curam depoſuit monaſterii A. MCCXXVII, et eremita reliquam vitam egit in inſula Keth. Dempſter. xix. 1182.

GULIELMUS EXONIENSIS ab urbe natalitia cognominatus; S. theol. doctor. Oxon. et tandem in eccleſia cathedrali patria canonicus. Scripſit contra Ockamum, etc. *Pro eccleſiae proprietate*, lib. i. "Saepe expugnaverunt me a juventute." *De paupertate contra fratres*, lib. i. *De generatione Chriſti*, lib. i. His addit Pitſeus, *Determinationem pro fratribus Mendicantibus*, lib. i. Claruit A. MCCCXXX. Bal. v. 33. Pitſ. 426. Quidam GUL. de EXONIA in theologia, artibus, et medicina magiſter, fit praebendarius de Ricate (ubi A. 24 Edw. iii. obtinuit a rege mercatum et

feriam,

feriam, Mſ. Aſhmol. 795.) in eccleſia Ebor. 5 id. Nov. MCCCXXXVI. A. Wood. Mſ. C. 32. Fuit S. th. prof. cancellarius eccleſiae Lincoln. et dominae reginae medicus. Unus erat ex tribus a capitulo Lincoln. dom. papae praeſentatis, ut ex eis unum provideret in decanum circa A. MCCCXLII. *Regiſt.* Dec. et cap. Lincoln. Ubi etiam habetur bulla papae Clementis dat. 2 id. Jan. ut quamdiu in ſervitio Philippae reginae maneret, proventus omnium beneficiorum perciperet. Collatus fuerat ad praecentoriam de Lincoln. 4 non. Sept. MCCCXXXVII; ſed noluit eam acceptare. *Regiſt.* Burwaſh. Lincoln. Ipſe cancellariatum eccleſiae Lincoln. reſignare cupit, modo aſſecutus fuerit eccleſiam de Croſton Lich. et Cov. dioec. ad quam fuit proviſus 4 Febr. MCCCXLIV. *Regiſt.* Beke. Lincoln. Praeſentatus fuit per regem ad praebendam de Farendon. Sarum dioec. 1 Apr. 9 Edw. iii. Item ad ſubdecanatum Ebor. 13 Mart. 12 Edw. iii. Item ad praebendam de N. Kelleſey Linc. 22 Dec. 14 Edw. iii. Item ad eccleſiam de Croſton Cov. et Lich. 12 Sept. 18 Edw. iii. In literis patentibus ſub his annis. Quidam GULIELMUS de EXONIA ſcripſit *Sermones ſuper* viii *Beatitudinibus*. Pr. "Videns Jeſus, etc. Sermonem iſtum quem." Mſ. bibl. Bodl. Laud. I. 3. In his concionibus cleri et monachorum vitia libere redarguit. Obiit A. MCCCLXV. A. Wood. Mſ. C. 33.

GULIELMUS GAINOBURGUS [a] ſive GAINSBURG, leviter mihi cognitus; ita tamen, ut intellexerim eum in gymnaſiis non infeliciter verſatum eſſe, et famam a literis, ingenio, et ſophiſtico acumine comparaſſe: id quod indicat *Quaeſtionum* liber ſubtilium ab eo concinnatus, et in lucem emiſſus [b]. Crediderim hunc in Lindia ortum ſuperiori, ubi Gainiburgus nobile oppidum, et Suenonis Dani morte famoſum, in ripis Terentinis enitet. Ex *Lelando.*

[a] Gulielmus Gainſburg. [Ita Mſ. Lel. Trin.] patria Lincolnienſis, frater ordinis S. Franciſci, et in ſchola Oxonienſi viceſimus quintus ſuae ſectae praelector: Fuit legatus Edwardi i. regis cum Hugone Manceſtrio Dominicano ad Philippum Francorum regem ſuper reficiendis Aquitaniae damnis. Poſtea Romam ſe contulit, ubi ſacri palatii lector, poſtea unus procuratorum regis Edwardi i. in negotiis pacis inter regem Franciae et regem Angliae evaſit, et tandem a Bonifacio viii epiſcopus Wigornienſis renunciatus eſt A. MCCCII (non MCCCX, ut Pitſeus vult.) A. MCCCVII legatus in Galliam miſſus, ut de matrimonio inter Edwardum filium regis primogenitum, et Iſabellam Galliae regis filiam ineundo tractaret; in reditu A. MCCCVIII veneno, ut creditur, interiit. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 532.

[b] Praeter *Quaeſtionum* librum ſcripſit, *Diſceptationes quaſdam* (ſcholaſticas. Add. Bal. Mſ. Trin.) lib. i. *Sermones ad utrumque ſtatum*, lib. i. Claruit juxta Baleum A. MCCCX. Bal. iv. 91. Pitſ. p. 400. Godw. 514. *Hiſt. et Ant. Univ. Oxon.* i. 74. Obiit apud Belvacum 17 Septemb. A. MCCCVII. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 805. ubi ſepultus jacet.

GULIELMUS [a] GILLINGAMIUS, monachus fani Servatoris Durovernі Cantiorum, ita erga ſuae ſectae ſymmiſtas adfectus eſt, ut tot, quot in ea *Scriptores* aliquando floruerunt, in numerum colligeret, et ſacroſanctae poſteritatis memoriae luculente commendaret [b]. Placuit monachis Durovernenſibus Gulielmi inſignis diligentia; qui et opus ab eo ſcriptum in tabulis rurſus pinxerunt, ac columnae, qua chorus eccleſiae boream ſpectat, adfixerunt. Qua ratione ſpectatorum in baſilica obambulantium cum oculos, tum aures literarium paſcebat monumentum [c]. Ex *Lelando.*

[a] Gulielmus Gillinghamius a loco natalitio (Gillingham forte in com. Dorſet.) cognominatus. Bal. Pitſ. Aliqui eundem eſſe cum Gul. Starnfeldio volunt, ſed perperam. Voſſ. p. 542.

[b] Praeter librum *De ſcriptoribus* edidit *De rebus Cantuarienſibus*, lib. i.

[c] Claruiſſe fertur anno MCCCXC. Bal. vi. 98. Pitſ. p. 552. Monachus erat eccleſiae Chriſti Cantuar. tempore poſtulationis Gul. Courtney, epiſcopi Lond. in archiep. Cant. A. D. MCCCLXXXI. Mſ. Aſhmole. 794. Contigit 4 cal. April. obitus fratris Gul. Gillingham. *Obituarium* eccl. Chriſti Cant.

GULIELMUS GLASCUENSIS epiſcopus, qui eccleſiam cathedralem in urbe ſua erexit magnificam. Scripſit *De tranſlatione reliquiarum D. Margaretae reginae, et Malcolmi ejus mariti*, lib. i. Claruit A. MCCLIX. Dempſter. xix. 1181.

GULIELMUS [a] LIDLINGTONUS ſive LULLENDUNUS Carmelita [b], ex Lindia [c] oriundus, vir maximae famae [d] fuit. Quare operae pretium erit cognoſcere, quibus ad illam gradibus adſcenderit. Principio viam ſibi ad immortalem famam aperuit, quo tempore Oxonium, ſtudiorum gratia, venit. Diligentia etiam aliquid addidit; nullis etenim pepercit laboribus, donec et nomen et decus theologi ſupremum [e] accepit. [f] Deinde a proceribus Carmelitarum, Angliam incolentium, pro communi religionis cauſa in Galliam miſſus, ita ſtrenue, graviter, et prudenter ſe geſſit, ut multos ex patribus Carmelitici ordinis, illic ex praeſcripto congregatis, in magnam ſui admirationem traxerit. Itaque cum aliorum, tum praecipue Gerardi, totius ordinis praeſidis maximi, calculo adprobatus, gubernator ſtatim deſignatus eſt tribus provinciis, videlicet Angliae, Cypro [g], et Terrae Sanctae. Atque hoc quidem honore inſignitus fuit anno

[a] Gul. Lidlingtonus. Bale. Pitſ.

[b] Ordinis Carmelitarum apud Stanfordiam frater.

[c] *Seu Lincolnienſi patria oriundus*, (Lel. *Epit.*) Alii in agro Cantabrigienſi prope Roiſtonum natum fuiſſe tradunt.

[d] "ſuo fuit "ſaeculo." Lel. ibid.

[e] Oxonii theologiae doctoratum accepit.

[f] "Lis orta inter illum et Gerardum "ſummum ordinis praeſidem, ipſum Pariſios vocabat, ubi "palam ſuis aliquanto tempore praelegerat, et in magnam "ſui admirationem traxit. Sed conciliato demum praeſidis favore, patriam ſuam repetiit, et ad multos po"ſtea annos magna in celebritate vixit, tribus provinciis, "nempe Angliae, Cypro, et Paleſtinae, ſeu Terrae San"ctae, gubernator deinceps deſignatus." Lel. *Epit.* per Bal. Mſ. Trin.

[g] Cypro et Terrae Sanctae praeſes renunciatus eſt poſt reconciliationem cum Gerardo, ſi Baleo et Pitſeo fides.

a Chriſto,

a Chrifto, ut ego legi, MCCCXII [h]. Antea tamen, quibus modis profecto nefcio, lis [i] orta eft inter illum et Gerardum, fummum Carmelitarum praefidem; eoque res devenit, ut judicio coactus fit Gerardo potentiori cedere. Quae res, ut ingenue fatear, ejus famam alioqui illuftrem parum obfcuravit [k]. Nam Lutetiae Parifiorum inter homines fui ordinis id palam, quamvis fubinvitus, dixit fimul et fecit, quod laefo fatisfaceret Gerardo [l]. Denique conciliato praefidis favore, patriam fuam repetiit, ubi ad multos annos poftea in magna celebritate vixit. Extant vero ejus *In Mathaei evangelium Commentarii* [m], locupletes nervofae eruditionis teftes. Diem obiit Stenofordae [n], et ibidem in coenobio Carmelitarum fepultus eft. Sifte gradum, lector, aliud occurrit, quod te cognofcere volo: ufus eft familiariter Thoma Illeio [o], theologo Grantano, fed Carmelita Gippovicenfis coenobii [p], qui aliquando Brugis theologiam publice profitebatur, et non indoctos *Commentarios in Revelationem Johannis* [q] edidit. Ex *Lelando*.

[h] MCCCIII. Bale Pitf. MCCC. Bal. Mf. Sloan f. 79. Hic, Henrico Hanna defuncto, Stanfordiae eligitur provincialis A. D. MCCC in capitulo ibi celebrato; qui officio cedens, quatuor annis tantum rexit, et fepelitur Stanfordiae. Ibidem f. 118. [i] Occafio litis inter Gerardum et Lidlingtonum fuit, quia Gerardus obtinuit ftatutum in concilio Narbonenfi fanciri, quo provincia Angliae divideretur in duas partes. Bale. Pitf. [k] Excommunicatus erat Lidlingtonus, et quadriennalem egit poenitentiam. Bale. [l] " Frater Gobelinus, prior " provincialis Alemanniae, et Conradus de S Georgio, " ejufd. provinciae Alemanniae, fecerunt ordinationes " quafdam arbitrales fub autoritate domini fratris Gen- " tilis, prefbyteri cardinalis tituli S. Martini in montibus " protectoris ordinis [Carmeli] propter divifionem prio- " ris prov. Angliae, Willielmi Lullington, et prioris ge- " neralis Gerardi de Bononia, quae fuerant promulgatae " A. D. MCCCV in capitulo provinciali Londoniis cele- " brato in fefto S. Auguftini. Incip. Ad perpetuam rei " memoriam." Mf Bale Sloan. [m] Lib i. " Ani- " ma mea conturbavit me." Ita incipit poftilla ampla in Mathaeum Mf. Oxon. coll. Novi 47 Scripfit praeterea, *Contra ftatutum concilii Narbonenfis*, lib. i *Determinationes quafdam*, lib. i. *Lecturas theologiae*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. [n] Obiit anno MCCCIX (male) et Stanfordiae fepultus eft. Bal. iv. 79 Pitf. p. 394. [o] Thomas de Illeya five Hilleyenfis, patria Suffolcienfis, SS. theol doctor Cantabrigienfis, Chryfolithus dictus. [p] Chryfolithus vulgo, addit Mf. Lel. Trin. [q] Lib. i. " Apocalypfis revelatio dicitur." Scripfit etiam, *Quaeftiones theologiae*, lib i. *Introductiones in lecturam*, lib. i. *Conciones ad populum*, lib i *In varia Sacrae Scripturae loca*, lib. i. Claruit anno MCCXC. Bal iv. 65. Pitf. pag. 376.

GULIELMUS de LINCOLNIA Carmelitanae fectae monachus, et in eadem urbe natus, magnam a literarum ftudiis, quas obnixe frequentabat, fibi comparavit laudem. Eft Lincolnia urbs celebris in ora Orientali fita, cujus pars altera monti impofita ornatur templo magnifico, arceque munitur valida: altera loco plano pofita, et ad Auftrum converfa, alluitur flumine Witham, et agrum habet tam fertilem quam amoenum. Scripfit Gulielmus Cantabrigiae doctor effectus xxv *Quaeftiones in magiftrum fententiarum*, lib. i. " Utrum perfona proprie dica- " tur." *Oppofitiones fcolafticas*, lib. i. Claruit A. C. MCCCLX. Bal. xii. 5. ex Lelandi *Collect.* Pitf. p. 492.

GULIELMUS MACHELESFELDUS [a], Dominicanus, in Coventrenfi [b] dioecefi natus, vir magnae eruditionis fuit [c]; et tanti apud Eadveardum Longum, Anglorum regem, pretii, ut ab illo orator ad fynodum vel Bifuntium ufque miffus fit [d]. Quo nomine Benedictus, pontifex Romanus ejus appellationis undecimus, illum in collegium Purpuratorum admifit [e]: fed fero collatus honor. Nam in itinere rediens paulo ante immatura morte correptus eft [f]. Quod ubi Romano nunciatum fuit, Gualterum Winteroburnum [g], virum, ut illa faecula ferebant, non mediocriter literatum, cardinalem fecit, titulo S. Sabinae. Erat hic Gualterus Severianae, alias Sarefbirienfis, dioecefis alumnus, profeffione autem Dominicanus, tum praeterea theologus tantae gravitatis, judicii, doctrinae, ut Eadueardus rex, a Gulielmo Magno ejus nominis primus, illum fanctis confiliis, illum etiam confeffioni fuae, quam auricularem vocant, praeficeret. Non tamen nova dignitate magis gavifus eft, quam Cepiani milites auro Tolofano. Nam paulo poft, mortuo Benedicto, Perufium petiit, daturus fuffragium in electione novi pontificis; rediensque in Gallia fato functus eft cal. Sept. anno D. MCCCV, ibique ad tempufculum fepultus, pofteaque Londinum relatus [h]. Vixit eodem tempore Thomas Joys [i], alias Thomas Anglicus, Dominicanus, theologus clariffimae famae, et literaturae minime protritae, qui aurum hoc Tolofanum, aut, ut apertius loquar, rubrum galerum, cardinalis infigne, a Clemente quinto accepit. Quam ego nunc vellem, fi citra poenam liceret, dicere fraterculos id temporis religiofiffimos dubio procul fuiffe, fed ambitiofos, et gloriae paulo appetentiores. Sed quid fecit Thomas, jam cardinalis? certe Italiam petiit, fruiturus auro accepto. Illic fi quid praeterea muneris aut honoris acceperit a Clemente, non fatis fcio; ut neque hoc, id eft, an diu fupervixerit. Certum eft tamen in transmarinis obiiffe illum partibus, corpufque poftea delatum ad Ifidis Vadum, et in collegio Praedicato-

[a] Mannsfield, Altamura. Gul. Maclesfeldus in urbe Coventrenfi natus. Godw. [b] Cantuarienfi. Altam.

[c] S. theologiae Lutetiae baccalaureus, et Oxonii doctor creatus, ubi fui ordinis fcholaribus quintus praelector erat. A. Wood. [d] Pluribus fuae Anglicanae provinciae coenobiis praefuit; functus eft quoque officio in eadem fua provincia prioris provincialis: in capitulo generali Bifuntino diffinitor Anglicanus interfuit; quo, licet annorum pondere praegravatus, acceffit pedefter. Altam. in *App.*

[e] Titulo S. Sabinae, menfe Decembr. MCCCIII. cum jam quatuor menfes in fepulchro is jacuiffet. Galerus tamen cardinalitius Londinum, ubi fuerat humatus, deportatus eft, et magna cum folemnitate fuper tumulum ejus collocatus. Godw. Baleus videtur tradidiffe eum apud exteras partes fatis conceffiffe, et Londinum ufque per longum iter corpus delatum effe; Pitfeus autem afferit eum in Anglia mortuum effe menfe Augufti, MCCCIV. Rectius autem MCCCIII. [f] Scripfit Macclesfeldus, *Orationem ad clerum*, lib. i. *Conclufiones ordinarias*. lib. *Variorum problematum* lib. i. *Sermones in honorem fanctorum*, lib. i. Altamura. Bal. iv. 81. Pitf. 388. Godw. ii. p. 170.

[g] De quo vide infra. [h] A Geneva, addit Mf. Lel. Trin. [i] De hoc Thoma vide fupra Tho. Guallenfem.

rum

2

rum fuisse [k] sepultum. Sic nos, Tinensis monasterii *Chronico* [l] et Leandri Alberti libro tertio *De doctis Praedicatoriae sectae viris* edocti, trium illustrium virorum perstrinximus vitas. Quod denique ad libros spectet, quos illi olim scripsisse feruntur; in praesentia a Leandro Alberto didici Thomam [m] Anglicum, Cardinalem, egregium volumen *Super sententias* edidisse; et sex germanos ex eodem utero eductos compraedicatores habuisse, viros religione, modestia, et virtute praeclaros; quorum unus nomen Gualterus [n] a Clemente quinto apud Pictones in Gallia archiepiscopus Armacanus anno D. MCCCVI declaratus est. Ex *Lelando.*

[k] *Illic* interferit Mf. Lel. Trin. [l] Vide Leland. *Coll.* ii. 365. [m] *Hunc* interferit Lel. Mf. Trin. [n] *Joys* addit Mf. Trin. Lelandi.

GULIELMUS iii. MAILROSENSIS abbas, antea prior de Kirkham in agro Eboracensi. Scripsit *Expositionem in Genesin*, lib. i. *De silentio claustrali*, lib. i. *In Cantica Solomonis*, lib. i. *De officio monachi*, lib. i. *Ad Joannem cardinalem Scotiae et Hiberniae*, lib. i. Coenobii praefectura sponte cessit A. MCLXX. Dempster. xix. 1177. 1192.

GULIELMUS MALMSBURIENSIS [a] sive MAILDULPHI-CURIA, alias MAILDULPHESBYRI, monachus prosa et carmine eruditus erat: cujus libros quoties in manus sumo (sumo autem cum frequentissime tum lubentissime) toties vel admirari cogor hominis diligentiam, felicitatem, judicium. Diligentiam, quod passim ostendat se ingentem bonorum autorum numerum legisse: felicitatem, quod illorum elegantiam et nervos aemulus ipse in suis elucubrationibus belle exprimat: judicium denique, quod multa ab aliis temere scripta ad incudem revocet, revocataque luci et veritati restituat. Certe operae pretium erit, ejus studiorum rationem et vitae instituta pernoscere [b]. Audi ergo quid dicat in prologo secundi libri *De regibus Anglorum:* "Diu est, " quod et parentum cura et meapte diligentia libris insuevi: haec me voluptas jam inde a pueritia " cepit: haec illecebra mecum parilibus adolevit annis. Nam et ita a patre institutus eram, ut si " ad diversa de inclinarem studia, esset animae dispendium, et famae periculum. Quocirca me- " mor sententiae, cupias quodcunque necesse est, extorsi juventuti meae ut libenter vellem, quod " non velle honeste non possem. Et multis quidem literis impendi operam, sed aliis aliam. Lo- " gicam enim, quae eloquium armat, solo libavi auditu. Physicam, quae medetur valetudini " corporis, aliquanto pressius concepi. Jam vero Ethicae partes medullitus rimatus, illius maje- " stati assurgo, quod per se studentibus pateat, et animos ad bene vivendum componat. Historiam " praecipue, quae jucunda quadam gestorum notitia mores condiens ad bona sequenda, vel mala " cavenda legentes exemplis irritat. Itaque cum domesticis sumptibus nonnullos exterarum gen- " tium historicos conflassem, familiari otio quaerere perrexi, si quid de nostra gente memorabile " posteris posset reperiri. Hoc est, quod ab antiquo scriptis non contentus, ipse quoque scriptitare " incepi: non ut scientiam meam, quae pene nulla est, proponerem; sed ut res absconditas, quae " in strue veritatis latebant, convellerem in lucem." Hactenus ille. Nunc autem locus est, ut indicemus, quibus honoribus inter literas enituerit: *Bibliothecarius* dictus fuit, ut ex veterum librorum titulis didicimus: nescio tamen an a libris scribendis, an quod Meildunensis bibliothecae praefectus fuerit. Quanquam hoc postremum verisimilius. Fuit etiam Meildunensis ecclesiae praecentor, quod genus honoris olim apud monachos in levi pretio non fuit. Denique cum potuisset esse abbas Meildunensis (ut in prologo *Itinerarii* sui scribit) maluit, qua erat modestia, et animo gloriae contemptore, Joanni cedere. Restat hoc unum, ut titulos librorum, quos scripsit, indicemus. *De serie evangelistarum nullo non genere carminis*, lib. xv. [c] *Vita S. Patricii*, libri duo [d]. *Vita S. Benigni. Vita Indracti* [e], *Hiberniae reguli. Vita S. Dunstani* [f]. *De antiquitate Glessoburgensis monasterii* [g]. *Vita S. Aldelmi* [h]: opus elegans et rotundum. *Itinerarium* [i]. *Commentarii in Threnos Hieremiae*, libri iv [k]. *De regibus Anglorum ad Robertum, comitem Claudianum, filium nothum Henrici primi*, libri v [l]. *Novellae historiae*, id est, *Henricianae*, libri iii [m]. *De gestis pontificum*

[a] Gulielmus, patria Somersetensis, inde Somerset dictus. Cave. p. 661. [b] Studiorum tyrocinia Oxoniae posuit in domicilio ordinis S. Benedicti, uti conjecturas faciunt Twynus (*Apol.* lib. ii. §. 282.) et auctor *Hist. et Antiq. Oxon.* lib. i. p. 47. [c] Olim in bibl. Malmsb. Lelandi *Collect.* iii. 264. [d] Lib. iii. Bale Pitf. Mf. Trin. Vide Lelandi *Coll.* ii. p. 236. et quae annotavit Lel. de libro *De reditu Patricii*, ad pag. 237. Vide etiam infra S. PATRICIUM. [e] S. Indracti, Mf. Lel. Trin. Extat Mf. *Vita* Indracti, pr. "Regnante in perpetuum Domino et " Salvatore. Mf. Bodleian. Digby. 112. [f] Ad Henricum abbatem Glaston. (Leland.) lib. ii. Olim in biblioth. Shireburnensi. Leland. *Coll.* iii. 255. [g] Lib. i. " Domino in Christi visceribus." Mf. in coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. M. 307. Evulgatus est a Galaeo ex Mf. bibl. coll. Trin. Cant. inter *Historiae Britannicae, etc. autores* xv. Oxon. MDCXCI. f. p. 291. [h] Sive *Antiquitates Malmsburienses*, sive *Liber* v *pontificum*, lib. i. "Totius " Angliae quaquaversum." Extat in Mabillonii *Saec. Benedict.* i. par. i. p. 726. Sed solummodo *Compendium* hujus libri edidit Cl. Mabillonius, cui initium, "Beatus Aldhelmus " Saxonica." (ita incipit Mf. Cotton. Claud. A. V. uti dicitur Willielmi Malmsb. manu antiqua) idem cum Baleo, qui nunquam vidit genuinum Malmsburiensis librum, quem ex cod. Mf. coll. Trin. Cant. evulgarunt Galaeus, *Hist. Britann. Oxon.* MDCXCI. tom. i. p. 337. et Whartonus *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 1. De hoc tractatu qui plura vellet, consulat dictorum doctissimorum virorum praefationes ad ista volumina. [i] *Joannis abbatis*, lib. i. "Principium " et processum Malmsburi." [k] "Saepe monuisti, ut sty- " lum." Mf. in bibl. Bodl. Sup. M. 4. Art. 7. et Mf. Cott. Tiber. A. xii. 1. [l] Lib. vi. Mf. Trin. et Bal. "Res " Anglorum gestas Beda." Extant cura H. Savilii Lond. MDXCVI. f. recusi Francof. MDCI. fol. Tres libri antea excusi cura Hier. Comelini MDLXXXVII. sub titulo *Continuatio historiae Bedae*. Vid. Mf. bibl. Bodl. Laud. J. 37. opt. script. qui habet allocutionem ad D. Robert. comitem Glouer. in calce libri quinti. [m] Lib. ii. Pitf. Cave. lib. iii. Bale.

ficum Anglorum [n], libri iv. *De miraculis Mariae* [o] *virginis*, lib. iv. " Multi miracula." *Epitome historiae Haimonis* [p] *Floriacensis monachi, a Justiniano ad Carolum Magnum* [q]. Ipse haec scribit libro de *Pontificibus* secundo : " Et indigenarum sanctorum miraculis manus occupatas habeo [r]." Claruit, regnantibus Henrico primo, Gulielmi magni filio, Stephano tyranno, et Henrico, Matildis Augustae filio [s]. Obiit vero Meilduni, ubi et sepultus fuit. Sed cum ego nuper Meilduni essem, et locum ejus sepulturae quaererem, tam obscurus suis monachis fuit, ut unus aut alter tantum nomen in memoria retinuerit. Ex *Lelando*.

iii. Bale. " Domino amantissimo Roberto." Impr. ibid. Mf. Bodl. Laud. J. 37. [n] Ab anno DXCVI. ad MCXXV. lib. iv. " Prima sedes episcoporum." Ibid. sed ex codice mendosissimo evulgati. Mf. Bodl. NE. F. viii. 12. Mf. Bodl. Laud. K. 49. Codex perant. Cotton. Claud. A. V. Vide *Praef. Angl. Sacr.* tom. i. p. 13. de hoc libro. Hujus porro auctoris super hac materia libri lix dicuntur haberi Mf. Cantab. in bibl. publ. (Pitf.) [o] Mf. in bibl. eccl. Sarisb. Mf. Bodl. James. 72. [p] Haistonis Floriacensis. Mf. Leland. Trin. [q] Lib. i. cap. 24. Pr. pr. " Praecedentium gesta imperatorum." Pr. l. " Justinia-" nus igitur, ad cujus vigesimum quartum." Mf. bibl. Bodl. Seld. Arch. B. 32. Mf. in bibl. Baliol. Oxon. cod. 108. n. 4. Hujus abbreviationis rationem reddit auctor in praefatione his verbis : ejus [sc. Haimonis] semper sensum, aliquando verba ponemus, omissis, quaecunque de Longobardis, Francis, Gothis, immiscuit ; earum enim gentium gesta aliis propriis literis leguntur. Mf. Langb. Extat inter Mfs. bibl. Baliolensis Oxon. num. cxxv. Langb Eutropius *De gestis Romanorum*, cum additionibus Pauli Diaconi ; Jordanus *De gestis Romanorum* ; Haymo *De imperatoribus*, abbreviatus per Willelmum Malmsburiensem ; Orosius item *De ormesta mundi*. Quos omnes in unum corpus noster digessit, notas marginales, in quibus quid vel hisce ipsis inter se, vel cum aliis historicis commune habent, autorum locis designatis, docetur, addidit, et epistolam toti operi praemisit. Notae, seu citationes marginales, incipiunt. Pr. " Secundum Genadium de viris." Orosio, quem extremo loco collocat Malmsburiensis, praemittit primo Elogia auctoris ex Gennadio, epistola Hieronymi ad Augustinum, et decretali Gelasii primi ; additis et in margine aliis ex Martino Tholomeo in Chronicis pontificum, etc. testimoniis. Ita Langbainius. Ex hujus Mf. scripturae et notandi forma conjicit Langbainius, Gulielmum Malmsburiensem autorem esse *Notarum marginalium in institutiones Lactantii et in Tertulliani apologeticum*. Pr. " Sol-" licitudo antiquarum certitudinum." Quae extant in codice Baliol. Mf. P. ii. num. 79. Langb. 72. James.

[r] Praeter libros a nostro Lelando memoratos, recensentur, *Abbreviatio librorum Amelarii de divinis officiis*, lib. ii. vel lib. iii. Pr. p. " In historicis nos narrationibus." Pr. l. " Antiquus ecclesiae mos fuit." Mf. in bibl. Lambeth. N. 39, 40. Praefationem, una cum duobus epilogis à Joanne Battely acceptam dedit Cl. Petrus Allix ad calcem praefationis ad Joann. Parisiensem, p. 82. uti habet Cave. Mf. perg. fol. opt. antiq. cum praef. et epil. extat in coll. Omn. Anim. Oxon. Mf. 34. *Vita Wolstani, episcopi Wigorniensis*, lib. iii. " Domino venerabili Guarino, priori, etc. Dudum a vobis jussus in." Ex cod. Cotton. Claudius A. 5. descripsit Cl. Whartonus, et edidit maxima ex parte *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 239. Vide ejus praefationem, pag. xv. *Explanatio in Jeremiae prophetae Lamentationem*, lib. iv. Pr. pr. " Saepe monuisti, ut filum diu." Mf. bibl. Cotton. Tiber. A. xii. In praef. " Olim cum historias lu-" si, viridioribus annis rerumque laetitiae congruebat re-" rum jocunditas ; nunc aetas progressior et fortuna dete-" rior aliud dicendi genus expostulant. Quadragenarius " sum hodie." In libro quarto struthionem avem describens, ait : " Qualem in Anglia vidimus tempore regis " Henrici extraneorum monstrorum appetentissimi." His (a Baleo et Pitseo omissis) addi possunt, *De miraculis S. Andreae*, lib. i. " Inclyta sanctorum apostolorum tro-" phaea." Mf. Cotton. Tiber. D. iii. 21. Mf. Cotton. Nero. E. 1. *Genealogia Henrici secundi R.* lib. i. " Cum " igitur, clarissime vir." *Chronicorum fragmenta*, lib. i. " Domino venerabili et famoso." *De virtutibus sanctorum*, lib. i. *De gente Wydeworum*, lib. i. *Sermones et epistolae*, lib. i. Bal. Pitf. In bibl. Lambeth. 224. fol. sunt quaedam Anselmi opera propria manu hujus Willelmi scripta, ut videtur ex his versibus eadem manu libro praefixis :

Disputat Anselmus, praesul Cantorberiensis,
Scribit Willelmus, monachus Malmesberiensis ;
Ambos gratifice complectere, lector amice.

Inter autores rerum Anglicarum fuit, si Baronio credideris, Gulielmus post Bedam praecipuus. Baron. *Annal.* 1027. imo ante Bedam ; nam quantum hic antiquitate Gulielmum anteiret, tantum ille Bedam prudentia et judicii severitate, ideoque et auctoritate antecelluit. [s] Obiit anno MCXLII. Bal. ii. 73. Pitf. A. MCXLIII. Cave. pag. 661. Vide Bal. l. c. Pitf. p. 209, seq. Vossius. ii. 414. seq. Cave, l. c. Blunt, p. 206. praeter loca supra citata.

GULIELMUS MERTONENSIS prior, cujus doctrinae et industriae exemplar extat in Mf. bibl. reg. Westmon. 4. B. xiv. continente *Excerpta dom. Willelmi prioris de Meriton*, in quarto. *Excerptum super Ecclesiasten*. Pr. " *Celeth* Hebraice, *Ecclesiastes* Graece." *Excerptum super Ecclesiasticum*. Pr. " Qui timet dominum." *Excerptum de libro Sapientiae*. Pr. " Diligite justi-" tiam, qui." *Sermo. Cum fortis armatus, etc.* Pr. " Iste igitur fortis." *Sermo de decem plagis Aegypti*. Pr. " Legitur in Exodo, fratres." *Quidam flosculi*, qui sic incipiunt. " Duo sunt " altaria constituta." *Excerpta ex Augustino de beata vita*. Pr. " Is Deum habet, qui facit." *Sermo de Spiritu Sancto*. Pr. " Si non abiero, paraclitus." *Excerpta ex Augustino de vera religione*. Pr. " Fantasmata sunt de specie." *Excerpta de Epigrammatibus Prosperi*. Pr. " Non " nostrae est operis." *Excerpta de libro super Ecclesiasten*. Pr. " Tres sunt animae rationalis." *Excerptio de aratore*. Pr. " Non cessant elementa." *Exc. de epistolis Hyldeberti*. Pr. " Sanctae " conversationi vestrae." *Exc. de libro Prudentii*. Pr. " Ipsa sibi est hostis vesania." *Exc. de libro Sedulii*. Pr. " Labruscam placidis quid adhuc." *De dictis sanctorum* pauca. *Sermo in diem pentecostes*. Pr. " Si quis diligit." *Descriptio locorum circa Jerusalem*. *Quaedam quaestiones et sententiae*. Pr. " Quid est quod aliquibus. *Tractatus de voluntatibus Christi, secundum quod Deus est, et secundum quod homo*. Pr. " Quaeritur de voluntate Dei." *Tractatus, utrum potestas Dei major sit quam voluntas*. *Sermo*. Pr. " Quod natum est ex carne, caro est." *Breve capitulum quod Deus est ubique*. *Ex Augustino ad Paulum et Eutropium*. *De Augustino ad Timarium et Jacobum de gratia*. *De epist. Augustini ad Valentinum monachum*. *De Augustino de correptione et gratia ad eundem*. *De Augustino de praedestinatione sanctorum*. *De bona perseverantia*. *De Bernardo abbate de gratia*. *Exceptiones*. *Collectiones fragmentorum de mensa Mathaei apostoli*. Pr. " Omnium " evangelistarum communis."

GULIELMUS MONTANUS [a] five de MONTIBUS, theologicae cognitionis profeffor, inter canonicos fupremae Lindiorum urbis celeberrimus vixit; et cancellarii in eadem ecclefia dignitate functus eft [b]. Erat faeculum, in quod incidit, fpinofis fophiftarum argutiis miferrime obnoxium [c]; inter quas tamen ille ita eluctatus eft difficultates, ut fi non eloquentiam profluentem illam, at nervos interim et pondus rerum fibi conquifiverit, ac aliis tanquam per manus ftudiofe tradiderit. Tam honefti teftes facti hi libri ab eo editi fuperfunt, videlicet, *Similitudines* [d] *et diftinctiones numeri* [e], in quibus res tractat theologicas. Extat etiam libellus, cui titulus *Summa* [f]; et alter nomine *Concordantiae* [g]. *Chronica*, Lindianae ecclefiae res geftas referentia, adfirmant Gulielmum de Montibus fucceffiffe Hugoni [h], epifcopo Lindiorum. Is an idem fuerit cum hoc noftro, de quo nunc agimus, doctorum judicium efto. Eft egregium de Montano epigramma in libro Alexandri Nechamii *De laude fapientiae*, in quo videtur eum a fano Genovefae Lutetiae Parifiorum apud Demetas ejus dignitatis originem derivaffe; quo titulo Gallum fuiffe credibile eft [i]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Leyceftre, alias Montanus. Mf. Trin. Lel. *Epit.* Montanus, feu de Montibus, a monte Genovefae apud Parifios, et (ab oppido natalitio) de Leiceftria cognominatus. Oxoniae ftuduit, et ibi (fi Pitfeo fides) S. theol. doctor evafit. Poftea Lutetiam petiit, et docte ibidem philofophiam et facrum textum expofuit in Monte S. Genovefae. In patriam reverfus, dignitates obtinuit in ecclefia Lincolnienfi, ubi etiam in magno auditorum confluxu praelegebat. *Hift. et Antiq. Oxon.* i. 57. 85. [b] Male autem dicitur in *Hift. et Ant. Oxon.* i. 57. archidiaconus Lincoln. Quidam magifter Will. de Monte occurrit teftis cartae Hugonis epifcopi Lincoln. *Monaft. Angl.* i. 681.

[c] Ille tamen honefte fcripfit *Similitudines.* Mf. Lel. Trin. *Epit.* [d] Lib. i. Pr. "Ad declarandum in fermone "quocunque." Mf. Oxon. in coll. Baliol. E. 14. et Cantab. Mf. in S. Petri collegio 88. 5. Infcribitur etiam *Similitudinarium.* Pr. "Amor terrenus invifcat animum." Mf. Oxon. Mert. P. iv. 8. alphabetice. Mf. Oxon. coll. Novi 98. [e] Baleus et Pitfeus tres habent libros perfimilis argumenti; fc. *Diftinctiones theologiae*, alphab. lib. i. "Arcus dicitur Chriftus." Mf. Bodl. Tho. Gravii. 53. Mf. Cantab. in coll. Caii et Gonv. H. 35. et apud Bofton. Bur. num. 65. Item in bibl. Bodl. NE. E. 5. 12. *Numerale*, lib. i. Pr. pr. "Introducendus in facultatem." Mf. Oxon. coll. Novi 98. Et in coll. Bal. E. 14. Merton. Mf. P. 4. 8. Art. Cantabr. in C. C. C. P. 22. It. Caii coll. Mf. H. 35. et S. Petri Cantabr. Mf. 88. 1. Item Mf. olim bibl. Th. Allen. Mf. Bodl. Laud. H. 10. 13. Pr. "Unus Dominus contra funt "domini multi" (apud Bofton. Bur. num. 65. 63.) eft pr. cap. fecundi libri primi. *Summam numerorum*, lib. 12. "Deus unus eft, et hoc natura." Mf. Oxon. in coll. Novo 98. [f] *Brevis*, lib. i. "Qui bene praefunt prefbyteri "duplici honore digni." Mf. Cantab. coll. Caii. G. 7. Mf. Bodl. Laud. ubi Ricardo de Leiceftria, cancellario Cantab. tribuitur. Mf. Oxon. in coll. Novo 145. Sufpicatur Pitfeus hunc effe tractatum, *Qui bene praefunt*, Mf. Cant. in coll. C. Chrifti K. xiv. in quo Mf. Gulielmi hujus tractatus *De fymbolo, oratione Dominica, virtutibus, de peccatis mortalibus et venialibus, poenitentia et confeffione, de decalogo, etc.* continentur. [g] Lib. i. Scripfit praeterea *Collecta fuper pfalterium, cum fcholiis*, lib. i. Mf. Cantab. in aula Pembr. *Homelias* 287 *per annum*, lib. i. "Do- "mini eft affumptio noftri." Mf. ex parte Cantab. in bibl. publ. Mf. 128. 2. *Sermones de tempore ab adventu ad Dominicam trinitatis.* Pr. "Qui fedes fuper cherubim." Mf. Norw. More 679. *Expofitiones evangeliorum*, lib. i. "Cum "appropinquaffet Jefus ad Hierof." Habetur in Mf. Norwic. More 679. imp. in fine. Pr. "Appropinquans Do- "minus Jefus, etc. Non fine magni caufa." *Speculum poenitentiae*, lib. i. "De peccatorum agnitione tractatum," apud Boft. Bur. 65. Mf. Cantab. in aula Pembroch. 170. *Speculum poenitentis*, lib. i. "Dicit Efaias, Parate viam "Domini." 61. bb. Mf. Cantab. in coll. Corp. Chr. Lib. al. 1. et in coll. S. Petri. Mf. 88. 6. In matriculario librariae Petriburgenfis occurrit liber, cui titulus, *De poenitentia injungenda religiofis fecundum magiftrum W. de Montibus.* S . . . Et praeterea, *Compendium poenitentiale gloffatum mag. W. de Montibus verfifice*: necnon etiam, *Speculum poenitentis W. de Montibus.* F. xi. In Mf. Bodl. Super D. Art. Mf. 96. 3. fequens datur tractatus: *Willelmi de Montibus fcriptum, quomodo religiofi monendi funt ad confitendum, et quae poenitentia pro peccatis religioforum eft injungenda*, p. 125. *De facramentis ecclefiae*, lib. i. "Cum "in difpenfatione facramentorum." *Flores fapientiae*, lib. i. "Ad aedificationem animarum et morum." In Mf coll. Novi 98. habentur, *Proverbia, et alia verba aedificatoria a magiftro Will. Linc. eccl. canc. in ordine difpofita.* Pr. "Ad aedificationem," etc. In matriculario librariae Mon. Petriburg *Proverbia W. de Montibus per literas alphabeti.* Q. x. In Mf cod. collegii C. C. Cantab. P. 22. *Carmen alphabetum gloffatum*, lib. i. "Quis veniat videas, quo, "quando." Eft explicatio carminum quorundam, continens defcriptionem variorum ord. alphabet. 1. fc. de primo adventu: ult. de Chrifto, fc. fub litera x. *De adventu Domini*, lib. "Benedictus qui venit in nomine Domini." *De agnitione peccati*, lib. i. Qu. annon idem cum *Spec. poenitentiae? Expofitiones epiftolarum*, lib. i. *De bonitate mulierum*, ad moniales, lib. i. Add. J. Bal. ad Lel. *Epit.* Mf. Trin. *Ad quafdam moniales*, lib. i. *Introductionem ad artem concionandi*, ad quendam qui fuit ejus condifcipulus et commonachus. Pr. "Inter omnia opera minime." Praefix. *Sermonibus* in Mf. Norw. More 679. In hoc opere fequentia habet: "Moneo, ut in facro fermone ali- "qua fanctorum exempla plurimum ad aedificationem "fimplicium interferas. Fortaffe ad hoc tibi tranfmittam "libellum *De miraculis fanctorum*, quem jam ex magna "parte metrice compofui infra praefentis anni circulum "ad unguem perducturus, fi mihi favor divinus affuerit." Vid. M. Parif. in anno MCC. *De eliminatione errorum de quibufdam, quae in ecclefia cantantur et leguntur.* Pr. "Ad "eliminandum quorundam errores." Mf. Bodl. Laud. H. 10. 2. Inter libros Walteri de S. Edmundo abbatis Petrob. annumeratur *Verfus M. W. de Montibus. Hift.* Petrob. p. 33. In *matriculario* libr. *Monafterii* Petriburg. occurrunt *Quidam verfus glofati W. de Montibus.* X. iv. *Allegoricae etc.* A. x. *Tropi magiftri W. cancellarii Lincoln.* Ibid. Y. vii. lib. i. Pr. pr. "Dei dona difpenfamus pul- "fantibus." Mf. coll. Novi 98. Mf. C. C. Chr. Cantabr. Lib. al. 1. Mf. colleg. Baliol. E. 14. Olim in bibl. Th. Allen. *Objectiones Chriftianorum et Judaeorum, fecundum cancellarium Lincoln. Matric.* Petriburg. Y. vii. *Sermo W. de Montibus.* Ibid. T. viii. *Gradale W. de Montibus.* Ibid. X. ix. *Definitiones et fpecies virtutum et vitiorum, fecundum W. de Montibus* Ibid. I. xi. In Pitfei *App.* p. 895. memoratur Ricardus de Montibus, cancellarius Lincolnienfis, cui attribuuntur, *Summa qui bene praefunt*, lib. i. Mf. Oxon. in coll. Novo. Tractatus *Dies appropinquat.* Mf. ibid. *Expofitio fymboli S. Athanafii*, lib. i. Mf. ibid. [h] Gulielmus quidam Blefenfis excepit Hugonem, fecundum Godwinum. Ergo quaere an fit idem?

[i] Claruit A. D. MCCX, et in fua ecclefia cathedrali humatus eft. Bal. iii. 67. Pitf. 285. Vide *Chron.* Mailros. in anno MCCXIII. quo anno obiit. Occurrit cancellarius Lincoln. tempore Rogeri Rolvefton decani, et magiftri Will. de Bramfield fubdecani, uti patet ex *Reg.* decani et capituli Lincoln.

GULIELMUS MORAVIENSIS epifcopus, a rege Scotiae ad papam orator A. MCLVIII vel MCLIX. Et apoftolicae fedis legatus A. MCLX. Scripfit, *Epiftolas ad papam Alexandrum*, lib. i. *Ad ecclefias Scoticas et Hibernicas*, lib. i. *Decreta ecclefiaftica*, lib. i. Obiit A. MCLXI. Dempfter. XIX. MCLXXIX. Juxta *Chronicon Edinburg.* apud Wharton. *Angl. Sacr.* i. p. 162. obiit 9 cal. Feb. MXLXII. Vide GUL. MURRAVIENSEM epifc. infra et Mf. bibl. Bodl. Digby 48.

GULIELMUS MURRAVIAE epiſcopus, regni cancellarius, Romanae ſedis legatus per Scotiam et Hiberniam, cardinalis etiam creatus ab Eugenio iii papa. Scripſit, *De natura animae*, lib. i. *De inſtitutione ſanctimonialium*, lib. i. *De lectione evangelica*, lib. i. *De praelatorum moribus*, lib. i. Claruit A. MCXL. Dempſter. xix. 1180.

GULIELMUS NOTHUS conqueſtor ſive rex Angliae. Sub ejus nomine recenſet Baleus, *Diem judicii ſive Doomeſday Book*, lib. i. " Dovera tempore regis Edwardi." *Leges et conſuetudines regum*, lib. iii. " Leges quas dicunt Edw. R." *Angliae deſcriptionem*, lib. i. *Leges agrarias*, lib. i. *Emendationes legum*, lib. i. " Hinc intimatur quod Guilhelmus." *Pro Bellenſi monaſterio*, epiſt. i. " Ego Guilhelmus D. G. Rex." *Ad Alanum comitem Britanniae* ep. i. " Ego Guilhelmus " cognomento Baſtardus." *Ad Alexandrum papam* ep. i. " Dominus dominantium Jeſus Chriſtus." *Ad Johannem abbatem Fiſſamnenſem, ut vitalis abbas Bernacenſis transferretur ad Weſtmonaſter.* ep. i. " Diu mecum cogitavi, mi dilecte." Edidit Mabillon. *Analect.* tom. i. p. 219. Vid. Bal. ii. 56. In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 313. extant *Leges et conſuetudines, quas Willielmus rex conceſſit univerſo populo Angliae.* Pr. " Ce eſt à ſaueir. Pais à ſaint yglise." Et ibid. p. 368. ſeq. datur *Charta regis Willielmi primi, qua ſecernit placita eccleſiaſtica a cauſis civilibus.* Pr. " W. Dei " gratia rex Anglorum."

GULIELMUS NOTTINGHAMUS[a] ſive SNOTINGAMUS, propter Iſidis Vadum juravit in verba D. Franciſci[b], cujus veſtigia religioſe ſecutus eſt; hoc tamen incremento, ut ego quidem arbitror, non contemnendo, quod praeceptorem ſuum ſcientiarum cognitione vel longo poſt ſe reliquerit intervallo. Quid enim aliud, ſi non literae, tantum gratiae tantumque autoritatis, non modo apud Haymonem, celebrem illum theologum; verum etiam apud univerſi ordinis Franciſcani coetum, Snotingamo peperit. Certe, quae fuit Haymonis, primi Chordigerae ſectae in Anglia praeſidis, ſapientia, nunquam ſuas vices huic commiſiſſet, niſi prius cognitiſſimum habuiſſet. Eventus enim noſtra confirmat verba: nam cum Haymo poſt annum unum, relicto provinciali honore, praeſidis, ut vocant, generalis gradum conſcendiſſet; hic noſter ex multis unus digniſſimus judicatus eſt, qui Anglicanae provinciae praeeſſet. Atqui quid ille, quaeſo, fecit, ut honeſte praeeſſet? Profecto ad Innocentium quartum, pontificem Romanum, opportunius quam conſultius ſe contulit, comitemque itineris ſibi delegit Petrum a Theocicuria, hominem ſui ordinis et literatum et probum. Quid multis moror? Quod voluit, cum gratia impetravit; uſque adeo, ut ab illo in pretio apud Romanum ſemper fuerit. Exemplo frater ejus Auguſtinus Snotingamus eſſe poteſt, Franciſcanus et ipſe; qui poſtea a Gulielmo non tam conſilii, quam doctrinae titulo, commendatus Innocentio[c], epiſcopatum Leodicenſem, dignum virtutibus ſuis munus, accepit. Atque haec quidem de Auguſtino. Gulielmus autem, exacto in provinciali magiſtratu quatuordecim annorum curriculo, Italiam repetiit; et in conſilio Metenſi[d] honorem et functionem alteri tradidit. Jamque reditum in patriam maturabat, cum ecce peſtis Genuae ſaeviens, illum e medio tolleret, ſalvis tamen libris, quos ille publicae utilitati rite conſecraverat. Sed ſtudioſus nomina ejus operum facile re[illegible]ret, nec ego aperire dedignabor. Scripſit *De concordia evangeliſtarum*[e], *commentariosque*[f] operi adjecit. Porro omnes *D. Pauli epiſtolas* ſimili cura illuſtravit[g]. Denique vidiſſe me olim memini Grantae Girviorum ejus *De obedientia*[h] epiſtolam ſive libellulum. Catalogus ſcriptorum Franciſcanorum meminit ejus *Comment. in Longobardum*[i]. Tertius ad calamum venit Snotin-

[a] Auctor *Hiſt. et Ant. Oxon.* tom. i. p. 75. tradit duos fuiſſe Franciſcanos provinciales hujus nominis, ambos magnae notae ſcriptores; hos a Lelando, Baleo, Pitſeo, pro uno eodemque habitos eſſe: ſeniorem Leiceſtriae ſepultum fuiſſe anno MCCCXXXVI; juniorem vero Genuae ex peſte obiiſſe circa A. D. MCCLVIII. Duo Gulielmi Nottingham. occurrunt in *Catalogo* provincialium ordin Minorum in Anglia (in Mſ. Cotton.) quorum unus erat ordine quartus, et jacet Marſilii; alter ord. octodecimus SS. th. d. obiit Leiceſtriae MCCCXXXVI. 3 non. Oct. Mſ. in bibl. Lambeth. Wharton. F. p. 109. Quidam Gul. Notingham ord. Minorum de conventu Leyceſtr. ordinis diaconus occurrit MCCCLI in *Regiſtro* Memorand. Beek, epiſcopi Lincoln. magiſter Gul. de Nottingham praeſentatus per priorem et convent. de Novo Burgo ad eccleſ. de Eppworth in archidiaconatu Stowenſi 12 cal. Febr. MCCLXXXVIII in *Rotul.* Oliveri Sutton, epiſcopi Lincoln. Auctor *Hiſt. Oxon.* ii. 394. meminit Ricardi Nottingham, cancellarii Oxon. MCCCXVI. Ricardus Notyngham, prior Coventrienſis, ob. MCCCCLIII. Whart. *A. S.* tom. i. 464. Ad finem Mſ. colleg. Merton. O. vi. 8. haec nota: " Expli" ciunt poſtillae fratris Nic. de Gorram ſuper pſalterium, " quibus quiſcunque uſus fuerit, roget pro anima domini " Hugonis de Notingham, per quem quoad omnia exhi" bitae ſunt expenſae; et etiam pro anima fratris Williel" mi de eadem, per cujus tediolam ſollicitudinemque, dum " actu Oxoniae regens erat, taliter erant ſcriptae." Haec epigraphe extat ad calcem omnium operum Nic. Gorham in Merton. bibliotheca. [b] Antequam S. Franciſci habitum aſſumpſit, canonicus et praecentor eccleſiae Eboracenſis fuerat. Bale. Pitſ. [c] Quinto Mſ. Lel. Trin. In margine Clementi v. [d] Suorum fratrum addit Mſ. Lel. Trin. [e] Lib. 12. " Da mihi intellectum, et " ſcrutabor." Mſ. Cantab. in aula Pembroch. 43. 1. In colleg. Merton. Oxon. O. v. 7. et 8. fol. gr. Mſ. colleg. Baliol. XXXIII. Hoc idem opus eſt cum *Sermonibus in evangelia totius anni*, lib. ii. " Cum appropinquaſſet, etc. " In hoc evangelio." Mſ. Norwic. More 95. Cantab. in bibl. publ. Mſ. 166. Et Mſ. coll. Corp. Chriſti O. ix. Pitſ. p. 415. In Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. 9. extant *Extracta ab illa magna compilatione, quae appellatur Notyngham ſuper evangelia.* Pr. " Da mihi intellectum " et ſcrutabor." [f] Lib. iv. " Unum ex quatuor." Mſ. Oxon. locis citatis in collegiis Merton. Baliol. Magdal. et Lincoln. et Cantab. in bibl. publ. et coll. Corp. Chr. O. ix. [g] Lib. xiv. " Bonam inſpirationem."
[h] Lib. i. [i] Lib. iv. Scripſerunt praeterea Nottinghami ſecundum Baleum et Pitſeum, *Sermones in evangelia totius anni*, lib. ii. " Cum appropinquaſſet, etc. In hoc " evangelio." Mſ. Norwic. More 95. In Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. dantur *Extracta ab illa magna compilatione, quae appellatur Notyngham ſuper evangelia.* Pr. " Da " mihi intellectum et ſcrutabor." *Quaeſtiones in evangelia per annum*, lib. i. " Quaeritur ſuper illo dicto Chriſti, " Joan. viii. Abraham pater veſter exultavit," etc. Mſ. in bibl. coll. Lincoln. Mſ. in Bodl. NE. D. 5. 6. Ita incipit liber *Quaeſtionum ſuper evangelicas difficultates* Mſ. in colleg. Baliol. qui procedit ordine alphabetico. lxxv. Langb. lxviii. James. *Super unum ex quatuor*, lib. i. Mſ. olim in bibl. mon. Syon. Idem videtur cum *Commentariis* ſupra memo-

Snotingamus, praenomine Rogerius, Franciscaanus et ipse; quem catalogus eruditorum Chordigerorum a literarum excellentia praedicat, laudat, extollit. Ex *Lelando*.

memoratis. *Distinctiones theologiae*, lib. i. "Acidia adver- "satur hominis saluti." *Pro lege Christianorum*, lib. i. "Nunquid Deus possit revelare." *De potentia in legibus et sectis*, lib. i. Add. Bal. Lel. Mſ. Trin. *Quaestiones ordinarias*, lib. i. Mſ. Cant. in aula Pembr. Mſ. 106. 2. *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Suarum replicationum* lib. i. *Quaestiones de oratione Dominica*, lib. i. Mſ. Oxon. in coll. Merton. O. iii. 15. *Regulam vivendi*, lib. 1. Mſ. ibidem. *Contra errores Pelagii*, lib. i. Mſ. ibid. In Mſ. Mert. O. iii. 15. extant *Quaestiones* 49 tractatae per Thomam de Nottyngham Oxon. cancellarium contra errores Pelagii. Pr. "Utrum credere prophetas." Bal. v. 44. Pitſ. p. 433. Pitseus, p. 415. meminit Ricardi Nottinghami, SS. th. doctoris Oxonienſis, et ejuſd. acad. cancellarii, quem claruiſſe anno MCCCXX, et ſcripſiſſe quoſdam libros Guilielmis attributos tradit.

GULIELMUS de PRESTON monachus Bermundeſeienſis ſcripſit *Librum chartarum et munimentorum ſui coenobii*. Excerpta ex hoc libro extant Mſ. Cotton. Claudius A. viii. 14. Claruit A. MCCCLXIII.

GULIELMUS RAMESEY[a] ſive RAMESEGANUS, dictus a Rameſega oppido, ejus natali loco, monachiſmum vero ſecutus, contulit ſe Crulandiam[b], coenobium D. Guthelaci monumento celeberrimum. Ubi, qua erat ingenii promptitudine, alacritate, felicitate, talem ſe in eloquentiae ſtudio praeſtitit, qualem illa aetas coluit, et poſteritas, ex elimatis libris judicio facto, admirata eſt. Exercuit autem calamos, non modo ſoluta uſus oratione, verum etiam carmine, ad quod ipſum vel natura aptiſſimum fecerat; uſque adeo, ut ſi in ſaeculum paulo felicius incidiſſet, in verſibus pangendis omne tuliſſet ſane punctum. *Mortem Valdephi*[c], nobiliſſimi comitis Nortabrinorum, Avonenſium mediterraneorum, et Venantodunenſium, cruentam lugubri libello, qui et genus et vitam ejus perdocet, partim ſoluta, partim conſtricta oratione deflevit. *Vitam* praeterea *D. Guthelaci*[d], patroni ſui, heroico grandiloquus concinuit carmine, quod opus Henrico Longocampo, Gulielmi Longocampi epiſcopi Anguillariani fratri, et abbati Crulandenſi dedicavit. Scripſit etiam *Vitam Eadmundi*[e], Oſtroanglorum regis, verſibus heroicis: ac eiſdem numeris *Birini*[f] Romani, epiſcopi Hydropolitani, alias Durocaſtrenſis, *Vitam* meditatus eſt, ac meditatam perſonuit, conſecrato libro Petro, Ventae Simenorum epiſcopo. Gulielmus Gillingamus, Durovernenſis monachus, praeclare meminit hujus Gulielmi, quem et Rameſienſem vocat in libro *De viris Benedictinae ſectae illuſtribus*. Extat in bibliotheca Paulina Londini opus cujuſdam Gulielmi *De vita et moribus philoſophorum*[g] ad Guthelacum; ſed an is ſit Rameſeganus, neſcio[h]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Rameſeye et Rameiſienſis. Bal. Pitſ. [b] Ibi tandem abbas: ita Pitſ. p. 241. [c] De hoc Waldevo finxere Baleus et Pitſeus Rameſeium ſcripſiſſe *Vitam comitis Waldelphi*, lib. i. "Illuſtriſſimus, celebrique memoria." *Geſta anteceſſorum ejuſdem*, lib. i. "Tradunt relationes "antiquorum." *De paſſione Waldelphi*, lib. i. "Wal- "delphus amplae proſapiae." *De comitiſſa Judith*, lib. i. "Comitiſſa quidem Juditha Wald." *Miracula Waldelphi*, lib. i. "In provincia etenim, quae Anglice." [d] Lib. i. "Regis Ethelredi ſceptro dominante Britannis." Carm. hexam. 1661 numero. Pr. dd. Henr. "At te, quem lon- "gus ad celſos campus honores." Mſ. Norwic. More 906. cui etiam praef. aliud prooem. Pr. "Omnimodos "quanta virtute ſubegerit hoſtes." Mſ. Cotton. Vitell. D. xiv. 1. [e] Verſ. heroicis [elegiacis, Mſ. Cott. Vitell. D. xiv. 2.] Pr pr. "Plus volo quam valeo regis "memorando triumphos. Mſ. Cott. Vitell. D. xiv. 2. Mſ. Norwic. More 906. [f] Ad Petrum Winton. epiſcopum. Pr. Invocat. ad S. Birinum. "Alte parens humi- "lem non." Pr. dd. Petro Wint. "Te quoque propoſito "favens, Petre." In Mſ. Norw. 906. inter Invocationem ad S. Birinum habetur prooemium. Pr. "Et pudet et fa- "teor quia." Mſ. Cotton. Vitell. D. xiv. 3. [g] Lib. i. "De vitis et moribus philoſophorum." Mſ. hujus principii (imperf. in fine) extat bibl. Bodl. Laud. D. 83. Pr. "Stupet caro, ſtupet mundus, ſtupet ſpiritus immundus." [h] Scripſit etiam ſecundum Bal. et Pitſ. *Vitam S. Neoti carmine*, lib. i. "Anglia, quae tota modo regi." Mſ. in bibl. coll. Magd. Oxon. 53. Mſ. Cott. Claud. A. v 8. *Vitam ejuſdem proſa*, lib. i. "Beati Neoti confeſſoris vitam "compendioſo." Mſ. ejuſd. pr. et arg. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. A. 2. Ita etiam incipit liber ejuſd. arg. Mſ. Bodl. NE. E. i. 7. *De tranſlatione ejuſdem*, lib. i. "Cum beati confeſſoris reliquiae." *De legendis ethnicorum ſcriptis*, lib. i. "Amico ſuo Guthlaco Gulielmus." *Super Bedam de temporibus*, lib. iv. *Super Iſidorum de computo*, lib. i. Vide Leland. *Coll.* iii. p. 20. 21. *De temporibus et naturis ex Beda et Iſidoro*, lib. i. Mſ. Lelandi Trin. Add. J. Bal. In cod. Cotton. Vitell. D. xiv. praeter ſupra memorata, ſunt hujus auctoris *Vita S. Fredemundi regis et martyris* (verſibus hexam.) Pr. "Anglorum rex Offa fuit "regina Botilla." Mſ. Norw. More 906. *De tranſlatione veteris eccleſiae Sariſburienſis, et conſtructione novae*, verſ. eleg. Pr. "Eccleſiam cur tranſtulerit Sariſburien- "ſem." Mſ. Norw. More 906. Quaeratur autem, annon potius aſcribenda Hen. de Abrincis, inter cujus carmina extat in cod. Norvic. quia eccleſia nova Sariſb. incepta fuit ann. MCCXX, finita MCCLVIII longe poſt tempora hujus Gulielmi juxta Bal. et Pitſ. "Gul. monachus de Ramſey "ſcripſit *Super Cantica cant.* omelias 30." Ita liber *De dignitatibus ordinis monaſtic.* Mſ. Cotton. Claud. E. iv. f 353. Claruit anno MCLXXVIII. Bal. iii. 9. Obiit apud Charitatem A. Ch. MCLXXX. in craſtino epiphaniae. Pitſ. p. 241.

GULIELMUS RHIEVALLENSIS monachus, ordinis Ciſtercienſis in coenobio de Ruſhford. Scripſit, Aelredo abbati Rhievall. *Hiſtoriam Anglorum*, lib. i. "Reverendiſſimo patri ac "domino." Hunc citat (Jo. Bromtonus Mſ. Bale Glyn.) Ranulph. Higd. in praefatione *Polychronici*. Obiit A. MCXLVI juxta Baleum ex Jo. Hagulſt. vel A. MCLX juxta Pitſeum. Bal. ii. 92. Pitſ. 223.

GULIELMUS SCOTUS (Dempſt. 317.) regis Duffi filius, vitam egit eremiticam in Cranfurdiae ericeto, inde ad Hiberniam contendit, ſed in tranſitu ventis adverſis in Hiſpaniam delatus, ubi reliquam vitam egit. Cellam ejus uſque hodie oſtendunt juxta Madritum. Scripſit *Exercitia ſpiritualia*, lib. i. Claruit A. D. DCCCCLXXXI. Dempſt. vii. 589.

GULIELMUS SCOTUS alter (Dempſt. 328.) tertius S. Trinitatis ordinis generalis miniſter, monachis ſuis Attrebati in S. Vincentii ſuburbio coenobium obtinuit. Scripſiſſe dicitur *Super ordi-*

nis

nis sui dignitate, lib. i. Claruit A. MCCIX. aut MCCCXLVI. Dempster. vii. 613. Quidam GULIELMUS SCOTUS Cantabrigiensis scripsit *Octastichon Latinum in obitum duorum fratrum Suffolc.* quod extat Lond. MDLII. 4to.

GULIELMUS [a] SOUTHAMPTONUS, sive SUDAVONDUNUS inter feliciter collata in bonis artibus studia, eo tandem totum facile convertebat animum, ut divinarum literarum majestati in primis assurgeret. Unde factum, ut [b] in doctorum theologorum [classem] cognitione jam clarus coelesti, pro dignitate reciperetur. Tum ille eximie suo munere functus est, simplicem plebem perdocendo, et via rectissima aeternam felicitatem praemonstrando. Addidit et ad cumulum pietatis insigne aliquid: nempe *Sacrarum concionum* libellum, testem eruditionis suae locupletissimum, cujus luculento indicio literatae posteritati consuleret [c]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Swanton (potius Southampton) inter, Mf. Lel. " Gul. Suthampton ab urbe natalitio cognominatus, et " ibidem frater Dominicanus " Bal. Quaere autem, an in Southampton aliqua fuerit domus fr. Dominican.

[b] Professione Dominicanus, addit Mf. Lel. Trin.

[c] Opera Gul. Suthampton. ita recenset Baleus: *Super sententias*, lib. iv. " De uti, primo quaeritur, cum sit. Mf. olim in bibl. ecclef. cathed. D. Pauli Lond. Dugd. p. 281. *Postillae in Esaiam*, lib. i. " Esaias propheta ma" gnus in." *In moralia Gregorii*, lib. i. " Abstinentia. " Solus in illicitis non." *Sermones de sanctis*, lib. i. " Sa" pientiam sanctorum narrant." *Sermones de tempore*, lib. i. *Quaestiones theologiae*, lib. i. Claruit circa annum MCCCXL. Bal. v. 61.

GULIELMUS TYRENSIS patria Anglus, (potius Germanus) canonicorum regularium in ecclesia S. Sepulchri Hierosolymae prior, et post urbis Tyrensis in Christianorum ditionem liberationem primus Latinorum ejus loci [hoc minus recte: praecesserant enim Wilhelmum in hoc officio Latini sex, *Vita* praef. *Hist. belli sacri*] archiepiscopus, et regni Hierosolymitani cancellarius. Hunc in Britanniam advenisse, ut subsidia contra Saracenos impetraret, testatur *Vita*. Scripsisse dicitur *Ad Bernardum Antiochenum* epist. plures. *Historiam belli sacri per annos* LXXXIV. lib. xxiii. " Periculosum esse et grandi." Basil. MDLXIV. fol. *Historiam Turcarum orientalium populorum annorum* DLXX. *Acta synodi Lateranensis* A. MCXXVIII. Obiit A. MCXXX. Bal. xi. 1. xiii. 69.

GULIELMUS WATERFORDENSIS frater Franciscanus; diversus plane a Gul. Wodford, quem eundem esse alii volunt. Scripsit *De religione*, lib. i. inscriptum cardinali Juliano. Claruit A. MCCCCXXXIII. War. p. 74. 76.

GULIELMUS [a] de WYCUMBA praeses *Lanhondenensis* coenobii, vir facundus, idemque doctus, mirifice inardebat cupiditate quadam collaudandi Robertum Betunensem, quondam praesidem Lanhondeni monasterii, in montibus Brecaniae cathedralibus Hugonis Lucii [b] opera instituti; posteaque in Claudiae nobilissimae civitatis suburbium, a Roberto, favente Milone comite, translati. Quare aggressus ejus *Vitam* describere [c], luculento satisfecit cupiditati libello; quem et Reginaldo, gubernatori Ventolacensis monasterii, dedicavit [d]. Sic Robertus, qui a Lanhondeno ad episcopatum Henoforthensem translatus est, posteritati commendatissimus factus est [e]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. de Wycumba, Roberti Betunensis capellanus, prior Lanthoniensis in Cornubia, (male Cave. ii. p. 386.) Whart. *A. S.* tom. ii. 322.

[b] Mf. Trin. Laceii.

[c] Lib. i. Wharton. q. v. infra. Lib. ii. ed. Pr. pr. primi. " Ad Henricum episcopum Winton." Pr. " Suscipe prae" sulum specimen." Pr. p secundi. " Coegit me, Regi" nalde prior, vis amoris." Mf. in bibl. quondam Herefordensis ecclesiae, nunc in manibus Silae Taylour generosi. *Hist. et Antiq. Oxon.* tom. i. 48. Mf. in bibl. Lambeth. 151. 4to. et in bibl. Cotton. Julius. D. 11. Extat in Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 293.

[d] Codex Cottonianus epistolam nuncupatoriam ad Reginaldum priorem, Lambethanus ad Henricum, Winton. episcopum, profert; sed utramque evulgavit Cl. Whartonus. Vide *Praefationem* ejus ad *Angl. Sacr.* tom. ii. p. xvi.

[e] Claruit Gulielmus circa A. D. MCCXXX. Bal. iii. 89. Pitf. p. 306. Rectius circa A. D. MCLX. Whart. *A. S* ii. 322. " Per" actis in prioratu aliquot annis, praefectura cedere coa" ctus est, et residuum vitae apud Fremam unici cano" nici sodalitio contentus exegit." Wharton. ibid.

GUIMUNDUS [a] ex sacellano Henrici Belloclerici, regis Angliae, factus Augustinianae sectae canonicus, gloriam cum a literis, tum maxime a religione sibi ingentem plane comparavit; et comparatam placida quadam morum candidorum dexteritate mirifice auxit. Frigebat id temporis fanum apud Isidis Vadum, D. Fredifwidae sacrum, nescio qua incolarum negligentia. Senserat hanc cladem Rogerius, Severianus episcopus, cujus tunc, ut ego colligo, ditionis locus ille fuit; ac maturo consilio usus, collegio misere laboranti remedium, idque praesentissimum, pius contulit: de quo et Gulielmus a Meildulphi-curia libro *De pontificibus Anglicis* quarto haec scribit: " Nostro tempore paucis ibidem clericis, qui pro libitu viverent, residuis; datus ille locus " a Rogerio, Saresbiriensi episcopo, Guimundo, excellentis literaturae, et non aspernandae religio" nis canonico: qui non inoperose commisso insudans muneri, multos ibi canonicos regulari" ter victuros Deo exhibuit." Haec ille. Thomas Rodeburnus, Ventanus, haud dissimilia refert, et facto annum D. MCXI attribuit. At *Chronica* fani Fredifwidae pronunciant Henricum primum, regem Angliae, hoc munus Guidoni contulisse. A quo tempore usque ad potentiam Thomae Volvesegi, Gippovicani viri, apud Henricum octavum in gratia flagrantissima, canonicos Augustinianos aluit. Ille memor studiorum, quae juvenis Isidis ad Vadum excoluit, opus ibidem novum incepit; quale quidem, quantum ad studiorum sedem pertinet, priores nostri, mea sententia, videre nulli: sed neque posteriores videbunt. Tanta erat loci cum moles, tum splendor, ut nihil interim de donatione latifundiorum loquar. Tam laetis principiis finis adfuit tristissimus; nam

[a] Baleus x. 40. tantum Lelandum ex parte transcripsit. Obiit Guimundus A. D. MCXLI. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. pag. 48.

cum

cum annus unus aut alter, egregie rebus omnibus comparatis, supremis partibus deesset operis; continuo talis orta est calamitas, quae autorem tantarum rerum solita omnino excussit principis gratia: unde et una collegii instituti fortuna amplissima, quasi tota concidit. At longe piissimus princeps Henricus octavus tam augusti misertus loci, decano et praebendariis numero xii in collegio sui nominis, ibidem constituto, inchoati operis septum, adjectis fortunis non contemnendis, dono dedit, in quarum parte et ego illius bona gratia haereo. Ex *Lelando*.

GUINETH [JOHANNES] patria Cambro-Britannus, parentibus humilibus; beneficentia Maecenatis cujusdam Oxonii studiis operam dedit per aliquot annos; fuit clericus secularis, et A. MDXLIII. 19 Sept. admissus ad ecclesiam S. Petri Westchepe Lond. *Reg.* Bonner episc. Lond. quam resignavit ante 19 Nov. MDLVI. Newc. i. 522. Propter scientiam et praxin musicae, quam per xx annos exercuerat, componendo varias symphonas, antiphonas, et missas in ecclesiis cantandas, doctor musicae Oxonii creatus est. Scripsit, *Declaration of the state, wherein heretics do lead their lives.* Lond. by Th. Berthelett MDLIV. 4to. cap. 43. per modum dialogi inter haereticum et catholicum. Pr. "Wel disposed and good Christian readers, so it is." *Detection of that part of Fryth's book, which he termeth his foundation.* Pr. "Most gentyl and good Christian "reader." London. MDXXXVI. et MDLIV. 8vo. *Against John Fryth on the sacrament of the altar.* cap. 46. Pr. "Good Christian readers, whereas of late." Lond. MDLVII. 4to. *Declaration of the notable victory given of God to queen Mary, shewed in the church of Luton in Bedfordshire* 22 Julii MDLIV. Lond. MDLIV. 8vo. *Upon the words* "He that offendeth in one point, is guilty of all. Claruit A. MDLVII. *Athen. Oxon.* i. 102, *Fasti Oxon.* i. 49. Bal. par. post. 105. Pits. pag. 735.

S. GUINOTHUS, episcopus Scotus, regibus Etho et Gregorio a sacris confessionibus. Scripsit, *Speculum vitae humanae*, lib. i. Claruit A. CCCCLXXXVII. Colitur die 17 April. Dempster. vii. 570.

GUION BAX poëta Cambro-Britannicus. Lhuyd. Davis.

GUITHELINUS natione Britannus, ut verbis Matthaei Westmonasteriensis utar, Londinensis archiepiscopus scientia et virtutibus insignis. Scripsit, *Orationum et concionum* lib. i. *Epistolarum ad diversos* lib. i. Claruit A. C. CCCCXLIV. Pits. p. 88.

GULDEVORD [JOHANNES de] poëta antiquus, natione Anglus. Scripsit, Anglicano carmine, *De vita Christi.* *Altercatio inter philomelam et bubonem.* *De muliere Samaritana*, *etc.* Extant Mss. in bibl. coll. Jesu Oxon. n. 76.

GUNTHORPE [JOANNES] sive GUNDORPIUS[a] Saxonice dictus, quod nomen Latine Guntheri Silva, et apte, exprimitur. Operam, quantum ego colligo, omnibus artibus eruditus vel diligentissimam Isiacis in scholis, expediti ingenii felicitate impendio adjutus, exhibuit. Maturior aliquanto annis factus, Italia illum in suum adoptavit alumnum, et Guarino, viro ad eloquentiam composito, tanquam parens indulgentissima, Ferrariae tradidit edocendum. Bene sit Ludovico Carboni, oratori Ferrariensi, et magno certe Anglicorum ingeniorum fautori, laudatori, admiratori etiam, qui in oratione, quam habuit longe eloquentissimam, cum funus Guarini lugubris curaret, inter doctissimos Joannem Gundorpium, amicum familiarem suum, connumerat. Neque enim id plane fecisset unquam homo Italus, contemptor plerumque, et nasutus in Ultramontanos paene omneis, nisi eximium quiddam, et de meliori nota clarum in eo, quo erat judicio acerrimo, perspexisset. Audivi etiam *Epistolas*, et *Carmina*, atque adeo alia[b] ab eo non infeliciter scripta fuisse. Romae etiam eruditionis, ut illa ferebant tempora, prioribus, quantum ad bonas pertinet literas, feliciora, dedisse aliquando specimen arbitror. Decanus tandem Fontanae ecclesiae in

[a] Joannes Gunthorpe, inter Baliolenses Oxonii educatus; custos fuit aulae regis Cantabr. et consocii praesentatus ad ecclesiam de Chesterton Sept. 14. MCCCCLXVIII. A. Wood *Hist. et Ant. Univ. Oxon.* ii. 77. Et Ms. Wren e *Registro* Eliensi: Fuit capellanus regius et unus ambassiatorum ad regem Castiliae A. MCCCCLXVI et A. MCCCCLXX. Rymer. *Foeder.* xi. 572. 653. Item magnus eleemosynarius regis MCCCCLXVIII. Ibid. 637. A. MCCCCLXVIII. 30 Dec. collatus ad praebendam de Hoxton in eccles. S. Pauli London. *Reg.* Kempe, A. MCCCCLXXI. 8 Dec. praesentatus ad ecclesiam de Whitechapel London. Ibid. A. MCCCCLXXI. 22 Feb. collatus ad praebendam de Wenlokesburn. Ibid. A. MCCCCLXXII. 15 Aug. admissus per procuratorem in praebendam de Banbury in ecclesia Lincoln. *Reg.* Dec. et cap. Linc. A. MCCCCLXXII. 3 Octob. collatus ad archidiaconat. Essex. et 18 Dec. ejusdem anni electus decanus Wellensis. Occurrit ita in carta data 25 Mart. MCCCCLXXIII. A. Wood Ms. C. 101. 102. b. et in *Reg.* Stillington. A. MCCCCLXXX privati sigilli custos, Whart. *A. S.* vol. i. 590. A. MCCCCLXXVIII. 16 Maii permutavit archidiaconatum Essex. cum praebenda de Laughton in ecclesia Ebor. *Reg.* Kempe. A. MCCCCLXXII praebendarius de Alton. Austr. in ecclesia Sarum. A. Wood Ms. C. 138. A. MCCCCLXXIII. 25 Mart. dimissa rectoria de Clay juxta mare dioec. Norwic. admissus fuit ad ecclesiam de Dychesgate tertium beneficium incompatibile virtute dispensationis apostolicae. *Reg.* Stillington. A MCCCCXCII praebendarius de Bytton in ecclesia Sarum. A. Wood. Ms. C. 139. A. MCCCCXCVII. 20 Maii praesentatus ad vicariam de Compton episcopi. Ibid. 105. Lit. pat. 7 Edw. iv. n. 2. 30 Sept. rex ordinavit eum secretarium Annae reginae, magistrum collegii sive aulae Regalis in Univers. Cantabrig. A. MCCCCLXXXVII Sept. 8. Joh. Gunthorpe decanus Wellensis imaginem quandam ex argento factam et deauratam gloriosae virginis Mariae CLXIII uncias ponderantem obtulit, et praesentavit in thesaur. dictae ecclesiae Wellensis. *Reg.* Well.

[b] Scripsit *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Orationes elegantes*, lib. i. In Ms. Bodl. NE. F. ii. 20. extant *Orationes* ejus quaedam *Legatinae*. Prima habita coram Henrico rege Castiliae et Leon. 10 cal. Nov. MCCCCLXVI. Secunda ad eundem. Tertia ad ducem (ut videtur) Burgundiae. Quarta habita coram duce Burgundiae in nuptiis dominae Margaretae, sororis regis Edw. iv. apud Dam juxta Bruges 8 Jul. MCCCCLXV. Quinta ad eundem ducem. *Diversi generis carmina*, lib. i. Haec apud Welliam aliquando extitisse tradit Baleus. *Rhetoricam*, Ms. ἀκίφαλος. Bodl. NE. F. ii. 20. *Dialecticam.* Pr. "Dialectica est bene dispu-"tandi scientia." Ibid. sed videtur esse pars *Rhetoricae*. In eodem libro sunt etiam *Annotationes quaedam criticae in verba quaedam apud poëtas citata*; quae etiam Gunthorpo ascribun-

in Britannia apud Murotriges, nobilem versus occasum gentem, constitutus, taleis liberalitatis, splendoris, magnificentiae denique profluenteis [thesauros] aperuit, quales ibi nec priores, sed nec posteriores plebi unquam ostendere potuerunt. Potuit ille quidem tanto facilius, atque adeo opportunius, illa praestare, quanto majoris aliis sui loci hominibus apud Eadveardum, Anglorum regem, pretii fuit. In Italia comparaverat sibi ingentem bonorum librorum supellectilem, quam in Angliam traductam, partim Grantae [c] Girviorum, partim etiam in bibliothecis Isiacis reperi. Inciderat etiam in partem bibliothecae Phreanae, cui et in Italia familiaris erat. Maxima post literas, quae illum plane tantum non immortalem fecerunt, dignitas promovebat, cum Eadveardus quartus illum sigilli privati magistratui supremo praeficeret. Ex *Lelando*.

ascribuntur in *Catalogo*. [c] Ex Baleo Gundorpius aliquando in collegio Jesu vixisse videtur. Unde juxta Mſ. Lel. Trin. in collegio Jesu Cantabrigiae plura scripsit; et juxta Leland. *Collect.* iii. multos libros Mss. in Italia collectos collegio Jesu Cantabr. dono dedit. Claruit A. MCCCCLXX. Bal. viii. 42. Pitſ. p. 661. Obiit juxta A. Wood. Mſ. C. 107. A. MCCCCXCVIII. 25 Junii, et in ecclesia Wellensi honorifice sepultus est. Juxta *Reg.* Wellense ante 9 Junii, quo die constituuntur custodes decanatus vacantis per mortem Joh. Gunthorpe.

GUPILL [REGINALDUS] scripsit *Sermones*; qui olim extabant in bibl. Petroburg. monasterii S. iv. p. 186.

GURGANT AB RHYS poëta Cambro-Britannicus celeberrimus. Interfectus A. D. MCLVII. Lhuyd. *Carad. Lancarv.* p. 175.

GUSTON [THOMAS] monachus ecclesiae Christi Cantuar. scholaris antea in collegio Cantuar. Oxon. et sacerdos fuit. De eo ita Joh. Stone in *Hist. eccl. Christi Cant.* Mſ. C. C. C. Cantabr. Q. viii. Hic erat vir magnae literaturae, et prope gradum baccal. in theologia: Qui fecit *Sermonem* populo *in die Parasceve* in praesentia domini Henrici Chichele; cujus thema fuit *Oblatus est quare voluit*. Obiit 7 Maii MCCCCXXVII. Joh. Stone, l. c.

GUTHAEUS [DAVID] Scotus, juris utriusque professor in academia Aberdonensi. Scripsit, *Lecturas in jus pontificium*, lib. i. *Singularia ex jure Caesareo*, lib. i. Claruit anno MDXX. Dempster vii. 618. Mackenz. ii. 382. Vid. Hect. Boëth. in *Vita Gul. Elphinston.* episc. Aberdon.

GUYLYM AB HOUEL poëta Cambro-Britannicus recens. Claruit A. D. MCCCXC. Lhuyd. Davis.

GUYLYM AB JEVAN HEN poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

GUYNEDH [THOMAS] poëta Cambro-Britannicus; qui claruit A. D. MDXL. Lhuyd. Davis.

GUYNVARDH BRYχEINIOG poëta Cambro-Britannicus. Scripsit *Kany i Dheui*. Pr. "Am rhodho Dovydh." Mſ. in bibl. Hengurtiana membr. Claruisse fertur A. D. MCXXXVII. Lhuyd. Davis.

GWENT [a] [JOANNES] sive VENTANUS, Cambriae alumnus, celeberrimas Franciscanorum scholas, in Isidis Vado sitas, tanto animi ardore coluit, ut suis omnibus in penitiori reconditae prudentiae cognitione se vel admirabilem ostenderit. Electus tandem publico in promagistrum Franciscanorum, Britanniam incolentium, consensu, *Literas sacras* egregie *interpretatus est*, ac *Longobardi libros communes explicuit*, *ditavit*, *illustravit* [b]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Gwent, Mſ. Lel. Trin. Bal. Guentus. Pitſ. Idem cum Guallensi juniore, Pitſ. p. 455. S. Theologiae doctor Oxoniensis, Pitſ. Rector ecclesiae de Bredon in comit. Wigorn. Leland. *Itin.* viii. 18. [b] Lib. iv. Aliaque tandem edidit, Mſ. Lel. Trin. addit. Scripsisse fertur, praeter *Comment. in mag. sententiarum*, *Quaestiones disputatas*, lib i. *Sermones ad populum*, lib. i. Pitſ. Obiit Herefordiae A. D. MCCCXLVIII. Bal. v. 81. Pitſ p. 461. A. D. MCCCXLIX. 9 non. Martii, ut in Minoritarum *Registro* reperi. Add. Bal. Mſ. Lel. Trin.

GWINN [ROBERTUS] patria Cambro-Britannus, in academ. Oxon. educatus, cui valedixit A. MDLXXI, et ad collegium Anglicanum Duaci se contulit, ubi theologiae sedulo incubuit, et sacerdos factus est. In patriam tandem rediit, et ex Anglica in Britannicam linguam transtulit *Roberti Personii directorium ad Christianam vitam*. Claruit A. MDXC. Pitſ. *App.* p. 902. Possevinus, *Appar. sacr. de scriptor. eccles.* tom. ii. p. 342. *Athen. Oxon.* i. 255.

GYBSON [GULIELMUS] ludimagister Sherburnensis. Transtulit, in sermonem Anglicum, *Henrici Bullingeri librum de S. Scripturae autoritate, et absoluta perfectione*. Pr. pr. ded. Edwardo duci Somerset. "When the fame and bruit was." Mſ. bibl. reg. Westmonast. 18. B. xxvii. Claruit tempore Edwardi vi.

GYFFO OR GLYN poëta Cambro-Britannicus. Scripsit, *Kyuydh diχan an i Dl. ab Edmund. Kyuydh i Erχi marχ i veredydh ab Juan Vyχan dros Reinalht ab Sr. Gryff. Kyuydh i Blas Sr. Rich. Herbert o Golbrook. Kyrydh i Argluydh Herbert o Raglan*, Mſs. adhuc extant in bibliothecis Mostyniana et Hengurtiana. Claruisse fertur A. D. MCCCCL. Lhuyd.

GYLBY [GODREDUS] transtulit juvenis existens in sermonem Anglicum *M. Tullii Ciceronis epistolam ad Quintum Fratrem, de officio magistratus*. Pr. pr. "Whereas men are now a-days." Praefatio data est Londini 7 Julii A. D. MDLXI. impress. Lond. MDLXI. 12mo.

H A D

HACAT [GULIELMUS] sive HACKET (Dempst. 367.) patria Scotus, militiae additus, Senensibus operam strenuam navavit. Scripsit *Relationes de bello Senensi*, lib. i. Has Mss. vidit Dempsterus. Claruit A. MDLX. Dempster. viii. 694.

HACKET [JACOBUS] Scotus, (Dempst. 367.) ludimagister Newarki ad Trentam, scripsit pro patria *Contra Thomam Nevilium*, lib. i. Vixit circa A. MCCCCL. Dempster. viii. 695.

HACKET [THOMAS] bibliopola Londinensis. Transtulit e Gallico in sermonem Anglicum *Andreae Thevet orbem noviter inventum, sive antarcticum, etc.* Pr. ded. transl. dom. Henr. Sidney. " None are more to be commended." Lond. MDLXVIII. 4to.

HACOMBLENE [ROBERTUS] patria Londinensis, e schola Etonensi ad collegium Regale Cantabr. assumptus, ubi scholaris, socius, et 28 Jun. MDIX praepositus, dein vicarius de Prescot, et S. theol. doctor factus. Scripsit *Comment. in Aristotelis ethica.* Mss. olim in bibl. coll. Regal. Cantabr. Obiit circa A. D. MDXVIII. Hatcheri *Cat.* Ms.

HADDON [GUALTERUS] patria Buckinghamensis, e schola Etonensi scholaris collegii Regalis Cantabrigiae A. MDXXXIII, deinde S. Trinitatis aulam intravit, ubi juri Caesareo operam dedit, cujus facultatis doctor, et tandem regius in eadem academia professor, et vicecancellarius constituebatur A. MDL. Hatch. Post multas inter regem et societatem collegii Magdal. Oxon. hinc mandatorias, illinc excusatorias literas (quippe admissioni ejus omnes se strenue opposuerunt) tandem ultimo Septembris A. MDLII electus est, et eodem anno incorporatus in academia Oxon. ad eundem gradum, quem in jure civili Cantabrigiae susceperat. Anno sequente 30 Octob. sponte abiit, expulsionis metu a Stephano Gardinero episcopo Winton. perculsus, qui tum collegium visitabat. A. Wood. *Hist. L.* ii. p. 191. Regina Maria sceptrum tenente commissio pro admissione Walteri Haddon in advocatum curiae Cant. A. MDLV. 9 May emissa est. *Regist.* eccl. Chr. Cant. Wharton. Ms. F. 129. in bibl. Lamb. Clanculum tamen vitam agere coactus est. Regnante autem Elizabetha factus est magister libellorum supplicum, et quibusdam legationibus functus est, ut Brugis in Flandria A. MDLXVI. Strype in *Vita Parker.* 222. Archiepiscopus Parkerus eum judicem curiae praerogativae fecit. Ibid. p. 365. Scripsit *Contra Hieron. Osorium, ejusque odiosas insectationes pro evangelicae veritatis necessaria defensione, responsionem apologeticam.* Pr. Gualt. Haddoni. " Ante aliquot annos Hieronymus." London. MDLXXVII. 4to. Librum hunc perfecit Joh. Fox, et in vernaculum transtulit James Bell. Et Abr. Hartwell, collegii Magd. Oxon. praeses, London. MDLXV. 12. h. t. *A sight of the Portugal pearl in answer to the epistle of Hieron. Osorius entitl. A pearl for a Prince.* *Lucubrationes, sc. orationes et epistolas*; quae in editione per Th. Hatcher, Lond. MDLXVII. 4to. ita describuntur. Oratio 1 *De laudibus eloquentiae.* Pr. " Pericles Graecus " orator excellens." pag. 1. —— 2 *In admissione baccal. Cantabr.* MDXLVII. Orat. 1. " Mos ge" stus est voluntati vestrae." p. 9. —— 3 *De laude scientiarum Oxonice habita.* Orat. 1. " Etsi " non sus Minervam." p. 17. —— 4 *Oratio theologica habita in collegio Regio.* " Ex ingeniis " hominum natis." p. 36. —— *Oratio, cum Cantabrigiae legum interpretationem ordiretur.* " Caius " in juris disciplina." p. 57. —— 6 *Oratio hujus argumenti inter lucubrationes a Hatchero editas.* p. 83. ita incipit : " Multae fortassis auribus nulla." —— 7 *Oratio de vita et obitu fratrum Suffolciensium Henrici et Caroli Brandon.* Pr. " O laboriosam et si non miseram." p. 89. Vulgata fuit antea Lond. MDLII. 4to. a Tho. Wilsono in *Collect. de morte istorum fratrum.* —— 8 *Exhortationes ad literas*, Orat. 1. " Quanquam diu peregrinata valetudo." pag. 109. —— 9 *Oratio habita Cantabrigiae, cum ibi inter alios visitator regius versaretur.* Pr. " Tristissimi rumores, " Cantabrigienses." pag. 134. —— 10 *Ad pueros Etonenses* Oratio 1. " Magnam locus admoni" tionis." p. 141. Praeter has ab Haddono citatas *Orationes* dantur aliae, *Oratio in mortem M. Buceri*; quae prodiit in *Historia* Buceri Argent. MDLXII. 8vo. Et inter Buceri *Scripta Anglica.* p. 882. Pr. " Nemo vestrum putet me ita desipere." *Oratio in laudem D. Tho. Smith*, citata a Gabriele Harveo in Smitho suo. EPISTOLAE in editione Hatcheri ita recensentur : *Epistolae Henrico Brandon Suffol. duci* duae. *Duci Northumbriae* una. *Joanni Checo* 1. *Geo. Dayo, episcopo Cicestrensi*, 1. *D. Coxo regio eleemosynario*, 3. *Thomae Wilsono* LL. doctori. 3. *Hieronymo Osorio longissima.* Pr. " Legi, Hieronyme, tuam epistolam." *Roberto Dudleio, comiti Leicestr.* 3. *Thomae Smitho equiti.* 6. *Thomae Henneagio.* 14. *Joanni Sturmio* 1. Praeter has ab Hatchero collectas dantur aliae : *Epistola Latina M. Bucero* dat. 5 Sept. Pr. " Mi Bucere, licet." Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. ii. p. 51. *Alia M. Parkero procancellario Cantabr.* MDL. Ms. Ibid. Miscell. P. p. 436. Alia *Epist. Latina* ad. . . . data nonis Novembr. MDLXIII. Pr. " Si vel " ipsi." Ibid. Miscell. D. p. 275. *Epist. Latina M. Parkero.* Pr. " Qua de re, etc." dat. ex suburbano Norwiciano, quem Thorp appellant, cal. Maias. Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. O. p. 113. Aliae *tres epistolae Latinae M. Parkero.* (1) data prid. non. Julii. MDLXIV. (2) Brugis 3 cal. August. MDLXV. (3) Brugis idib. Junii MDLXVI. Ibid. Miscell. 1. p. 663. 685. 687. POEMA-

TA

TA. lib. ii. Lond. MDLXVII. 4to. MDXCII. 8vo. impressa studio Thomae Hatcheri quorum praecipua sunt, SACRA: *Oratio Christi, qua populum affatus est in monte: ex Matth.* cap. v, vi, vii. Pr. "Astitit "et populum cernens." *Epistola S. Jacobi.* Pr. "Servus ego patrisque Dei." *Psalmi Davidis* xxxiv. ciii. 31. *Disciplina Christianorum morum* (Tobiae iv.) Pr. "Percipe, mi fili, vocis praecepta "paternae." *Oratio dominica*, carmine Sapphico. *Precationes ex Augustino* iv. *Contra evangelicorum hostes precatio.* Pr. "Surge, Deus, dextra servos." *Precatio ad tempora reginae Elizabethae accommodata.* Pr. "Anglia saepe tuis." Datur etiam ad finem Laur. Humfredi *De religione vera conservanda. Ad Anglos ut resipiscant.* Pr. "Anglia, cur saccos differs." Extat etiam inter *Epigram. in Suffolc. fratres*, Lond. MDLII. 4to. CIVILIA: *Scotia debellata.* p. 54. *De Edovardo principe.* p. 55. *De triumpho propter pacem suscepto tempore Henr.* viii. *contra rebelles Norvicen.* Pr. "Tempora," etc. *De pace Britannica tempore Edwardi* vi. *In rebelles Norfolcenses. Carmen consolatorium in rebus afflictis S. princ. Elizabethae. In dom. Joannem Clerum.* Pr. "Clerus Joannes." *Dom. Nicolao Bacono. Dom. Roberto Dudleio Leicestr. comiti. Angliae prosopopoeia. In auspicatissimum regimen Elizabethae. De vita propria* Carmen. p. 124. Datur etiam inter M. Buceri scripta Anglicana *Carmen in restitutionem M. Buceri.* In H. Holl. Heroolog. p. 162. *Carmen in effigiem Cranmeri.* Apud Stow. *Chronic.* p. 226. Mſ. *Carmen Latinum* 19 *distichis* extat in Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. P. p. 625. *In adventum comitis Warwici Cantabrigiam versus Norvicum contra rebelles.* Pr. "Occasura tuo Norfolcia caeca furores." *Carmen aliquod Latinum.* Pr. "Ut tibi praeceptis." PRAEFATIONES *libris praefixae*; *In Angl. dialecticam Tho. Wilsoni. In ejusdem rhetoricen Angl. In librum partitionum sagittariarum Rog. Aschami. In librum alchymiae Thomae Norton. In W. Musculi locos communes*, Anglice versos. *Decastichon praefixum Toxophilo Aschami.* London. MDXLV. 4to. EPITAPHIA: *In Thomam Withedum Stochiensem. In M. Bucerum. In Suffolcienses fratres* ii. (Extant etiam Londini MDLII. 4to.) *Comitis Warwicensis, Domini Matravers. Joannis Checi. Mariae Bacon. Jacobi Haddoni. Ludovici Vivis Valen. Thomae Masoni. Janae Somersetensis. N. Poinzi* equit. *Elizabethae Marchion. Northampton. Gul. Pageti. Thomae Challonere. Tho. Hobaei* equit. *Mariae* primae conjugis *Thomae ducis Norfolc. Margaretae* secundae conjugis ejusdem. *Elizabethae* tertiae conjugis ejusdem. *Epitaphium Cuthberti Tonstall.* Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. E. p. 59. *Poëmata Haddoni* A. MDLXXVI. 8vo. recusa esse auctiora cum *Vita ejus*, et *carminibus in mortem ipsius* per Giles Fletcher, Clerum Haddon filium Gualteri, etc. refert clar. Tho. Bakerus Cantabrigiensis. *Reformatio legum ecclesiasticarum tempore regis Henrici* viii. Gualteri Haddoni operam et industriam experta est. Vide Strype in *Vita Cranmer.* p. 134. Et Joh. Fox in praefat. Baleus Gualtero nostro *Orationem ad Sudovolgianos* adscribit. Obiit 21 Januar. MDLXXI—II aetatis 56, et humatus jacet Londini in ecclesia Franciscanorum, vulgo ecclesia Christi dicta. Epitaphium ejus vide apud Stow. p. 349. *Fasti Oxon.* i. 78. Bal. ix. 87.

HADENHAM [EDMUNDUS de] (Thin. eum de BEDENHAM vocat) monachus Roffensis. Scripsit *Chronicon ab orbe condito ad* A. D. MCCCVII. Mſ. in bibl. Cotton. Nero D. 2. Eadem est plane cum *Historia*, quae Matthaeo Westmonasteriensi inscripta prodiit, si ea demas quae ad ecclesiam Roffensem spectantia excepit Clar. Whartonus, et primum publici juris fecit *Angl. Sacr.* tom. i. p. 341. Claruit circa A. D. MCCCVII. Wharton. *A. S. Praefat.* tom. i. p. 31.

HADINTONIA [ELIZA] Scota, sanctimonialis, tum pietate tum poësi clara, scripsit *Rhythmos vaticinales*, lib. i. Claruit A. MCCLXXXIV. Dempster. viii. 701. Inter Mſs. Thomae Allen. habentur (1) Libellus Elizabethae ancillae Christi et sanctimonialis Stovangiae. (2) Liber viarum Dei annunciatus praedictae Elizae. A. D. MCLVII.

HADLEYE [RICHARDUS] frater ordinis Carmelitarum S. theol. professor. Scripsit *Notabilia quaedam.* Pr. "Quomodo stabit regnum." Obiit 1 Apr. MCCCCLXI, et in conventu sui ordinis Gippovici humatus jacet. Mſ. Bal. Sloan.

HADRIANUS CASTELLENSIS, patria Hetruscus. Ab Innocentio viii papa in Angliam et Scotiam legatus missus; notarius et thesaurarius papae generalis. A. MCCCCXCII 10 Maii collatus ad praebendam de Ealdhand in ecclesia S. P. London. *Regist.* Hill. episc. London. Eodem anno 17 Maii collatus ad ecclesiam S. Dunstani in oriente London. per archiepisc. Cantuar. Newcourt. i. 333. Fuit etiam vicarius de Luton in archidiaconatu Bedford. *Regist.* Gul. Smith. episc. Linc. Joannes Mortonus archiepiscopus Cantuar. autor regi Henrico vii fuit, ut ei conferret episcopatum Herefordensem A. MDIII, et anno sequente Bathoniensem. Ab Alexandro vi cardinalis Hadrianus S. Chrysogoni creatus A. MDIII. De eo Hollinshed. iii. p. 771. ita: "And worthy sure he "was of great preferment, for by his means learned men were moved to seek out the use of elo"quent writing and speaking in the Latin tongue; he being the first in the time of our fathers, "that taught the trade to choose and use apt words and fit terms." Scripsit, *De sermone Latino et modis Latine loquendi*, lib. i. Pr. pr. Carolo principi Hispaniae. "Consyderanti mihi in hoc "meo secessu." Basil. per Froben. MDXVIII. 4to. *Venationem ad Ascanium card. S. Viti*, lib. i. Carmine Lat. eleg. "Eja, surgite, nunquid excitavit." Ibidem. *Iter Julii* ii *Romani pontificis*, carmine heroico, lib. i. "Augusti memoranda dies vicesima sexta." Ibidem. *De vera philosophia* .... Bon. MDVII. 4to. Erat in animo prosequi coeptum jampridem opus, sacros veteris Instrumenti libros ex Hebraeo ad verbum in Latinum sermonem vertendi. *Praefat.* ad Carolum principem ante librum *De sermone Latino.* Claruit circa A. D. MDXVI. Vide Bal. xiii. 44. Godw. p. 439. seq. Whart. *A. S.* tom. i. 576.

HADUNUS

HADUNUS [JOANNES] five HAINTONUS, HEINODUNUS, aut AQUAEDUNUS[a] Carmelita Lindenfis collegii[b] literas non parvo tempore in celeberrima Ifiacorum academia coluit. Culturam vero copiofa meffis fecuta eft: nam in Ariftotelica et Chriftiana philofophia tantum profecerat, quantum illius faeculi promittebat felicitas. Quid autem promiferit, quanquam doctus lector per fe fatis intelligat, modefte pronunciare volo. Talis certe ejus aetatis felicitas erat, ut homines eruditiores, quam eloquentiores; meliores, quam elegantiores redderet[c]. Hoc meum eft judicium, quod, qualecunque fit, citra ullius offenfam dictum efto. Meae profecto partis erit, illum in albo doctorum virorum ponere, quem Ifidis Vadi cultores ex libris editis digniffimum theologi infignibus judicaverunt. Scripfit commentarios *In evangelium Matthaei*. "Auguftinus "xiii[d] libro confeffionum." *In evangelium Lucae*[e]. *In evangelium Joannis*[f]. "Lux in tenebris "lucet." *In epiftolam Joannis duplices comm.*[g] "Joannes apoftolus et evang." *In epiftolam Pauli ad Corinthios*[h]. "Gratia Dei fum, quod fum." *In epiftolam* ejufdem *ad Hebraeos*. "Dominus adfumpfit me." *In Apocalypfin*[i]. "Beatus qui legit verba." *Collectaneorum* lib. i. "Hebraica namque locutio[k]." *Sacrarum concionum* lib. ii. "Principes populorum." *Quaeftionum theologicarum* lib. i.[l] *De virtutibus* lib. i.[m] "Circa cardines coeli." Claruit circa annum D. MCCCCXXVIII. De ejus morte nihil hactenus legi, quod certo referam[n]. Ex *Lelando*.

[a] Lelandus Heinodunum ab Aquaeduno male diftinguit, cum ex fcriptis et aetate conftat eum unum eundemque auctorem fuiffe. Joannes Hadunus S. S. theol. doctor Oxon. et ibi profeffor. Pitf. [b] Et ibi tandem prior. Pitf. [c] Reddiderit, Lel. *Epit*. [d] xiii. Mf. Bal. Sloan. xii. Bal. Pitf. [e] Lib. i. "In prologo poftillationum Ni-"colai Gorham." [f] Lib. i. "Quia in divinis eloquiis "Dominus." [g] In canonicam Joannis lecturam MCCCCXXVIII. Pr. "Quod fuit, quis auctor fit." Mf. Bal. Sloan. [h] Lib. ii. [i] xlvi Lectiones. "[k] Sicut et Anglica plena eft in fe et libera et nichil om-"nino regulis obnoxia Latinis, Mf. Bal. Sloan." [l] "Utrum "habitus theologiae." [m] Scripfit poftremo libellum, cui titulus *Summa virtutum*, Lel. *Epit*. Mf. Addunt his Baleus et Pitfeus *In vefperiis Gualteri Hunt*, lib. i. "Defuper "erat benedictio tua." In Mf. Bal Sloan. *Benedictionem fuper Fr. Gualt. Hunt doctorum creandum*. MCCCCXXXIV. Ibid. f. 204. [n] Mortuus eft Lyncolniae [MCCCCXXVIII. Mf. Bal. Sloan.] et ibidem fepultus. Bal. vii. 74. Pitf. p. 613.

HAIUS [GEORGIUS] natione Scotus. Scripfit *Confutationem miffae abbatis Crafraguelenfis*. Edinb. MDLXIII. 4to. In *Praefat*. Thomae Smeton adverfus Hamilton. Edinb. MDLXXIX. 4to. mentio fit fcriptorum quorundam contra Jefuitas per hunc Geo. Haium nondum editorum.

HAIUS GULIELMUS Gaureanus (Dempft. 360.) eruditiffimus fuo tempore Parifiis profeffor edidit, *In Statium Papinium notas*, lib. i. *In Quintiliani declamationes obfervationes*, lib. i. Claruit A. MDLXII. Dempfter. viii. 682.

HAIUS [GULIELMUS] alter in Galliis educatus, apud Aremoricos docuit. Scripfit *Orationem hiftoricam de longaeva et ftabili permanentia regni Scotiae*, lib. i. Obiit Edimburgi A. MDXCI. Dempfter. viii. 683. De Gulielmo Haio, profeffore Aberdonenfi circa A. MD vide Mackenz. vol. ii. 382.

HAIUS JOHANNES Scotus (Dempft. 361.) e familia Dalgattia (Joh. Dalgitiae baronis frater. Hatton) e focietate Jefu, theologiae profeffor in academia Turonica et artis decanus (Hatton.) Scripfit *Theologica quaedam*, lib. i. *Difputationes in theologia contra miniftros Nemaufenfes*, lib. i. Lugdun. MDLXXXIV. *In bibliothecam Sixti Senenfis obfervationes*, lib. i. *Demandes faites aux miniftres d'Ecofs*. Lugdun. MDLXXXIV. *Interrogationes ad fectarios praedicantes*. *Apologiam earum*. *Antimonium ad refponfa Bezae*, Gallice. Gul. Fouler in libro contra Hamilton Edinb. MDLXXXI. 4to. meminit quaeftionum quarundam propofitarum miniftris ab hoc Haio *De doctrina, ordine ecclefiaftico et difciplina eorum*. Harum *Quaeftionum* etiam meminit Nic. Bourn in *Praef.* ad *Difputat*. etc. Parif. MDLXXXI. Latine vertit, *Librum P. Diechi de Torres de rebus Peruanis*. *Literas de Japonenfis imperii mirabili mutatione*. Antwerp. MDCV. 8vo. Obiit A. MDXCVIII. Dempfter. viii. 684.

HAKEVILLA [NICOLAUS de] ordinis Francifcani fcripfit *Sermonum* volumen i. Olim extabat in bibl. monafterii de Fontibus, ubi viderat Lelandus, *Coll.* iii. 42.

HAKLUYT [RICHARDUS] de Eyton in agro Hereford. armiger; juris municipalis ftudio in Medio Templo Londini fe addixit. Scripfit, *Directions to Mr. Morgan Hubblethorne, dyer, to be fent into Perfia*, A. MDLXXIX. Pr. "For that England hath the." Hakluit. p. 454. *Notes given to Mr. Arthur Pitt, and Mr. Ch. Jackman* A. MDLXXX *for the difcovery of the North-Eaft Streight*. Pr. "Whereas the Portingals." Idem. p. 460. *Notes for the direction of M. Forbifher in his North-Weft difcovery*. Pr. "That the firft feat be chofen." Idem. p. 636. Edit. Lond. MDC. vol. iii. p. 45. *Two remembrances of things to be endevoured in Turky touching our clothing and dying, and touching ample vent of our natural commodities, etc.* Hakluyt. Edit. Lond. MDXCIX. f. vol. ii. p. 160. Claruit A. MDLXXXV. Hakluyt. p. 793.

HALDENSTOUN [JACOBUS] (Dempft. 359.) S. theologiae doctor, primo canonicus, dein S. Andreae prior, electus MCCCCXXVIII. Scripfit, *Contra Lollardos*, lib. i. *Proceffum contra haereticos*, lib. i. *De privilegiis clauftri fui*, lib. i. Obiit 18 Julii, A. MCCCCXLIII. Dempfter. viii. 678. Mackculloch.

HALES [EDVARDUS] ex hofpitio Interioris Templi, lector ibidem quadragefimalis 3 Henr. viii. Extant *Lecturae ejus* Mf. penes epifc. Norwicenfem More 707. Sed vix legibiles.

HALES [THOMAS de] frater ordinis S. Francifcani, S. theologiae doctor Sorbonicus. Scripfit, *Difputationes fcholafticas*, lib. i. *Sermones Dominicales*, lib. i. *De B. virgine Maria*, lib. i. Claruit A. MCCCXL. Bal. v. 49. Pitf. p. 442. Wadding. p. 324.

HALES [ALEXANDER] sive [a] ALESIUS, juvenis summae spei, relicta Britannia, Lutetiam, nobilissimam Gallorum civitatem, petiit studendi gratia [b]; non ignarus locum, paulo a patria remotiorem, sibi et honori et usui futurum. Id quod adeo ejus opinionem non fefellit, ut omnino veram probaverit. Nam honor ei magis magisque indies per totam adcrevit academiam [c]. Argumenta hujus quanquam plura non desunt; unum tamen juvat, quia illustrius est, in medium adferre. Eustathius [d] enim, nobili genere natus, et purpureo galero insignis, Alexandro hunc honorem detulit, ut eum sibi in praeceptorem admitteret. Quanto vero nunc usui fuerit, res ipsa ita abunde se declarat, ut probatione non egeat. Nam quis usus literarum major vel optari quidem potest, quam, ut in eruditum evadas, et, publicae serviens utilitati, alios erudias. Quorum illud noster Alexander magno proventu accepit, hoc majori dedit. Fuit enim illo saeculo, si quis alius, clarus philosophus, juxta ac theologus, quanquam facundia, quid enim manifesta negem, tantis nominibus impari: et docebat tam magno cum fructu, ut a suis auditoribus, quos multos habuit, et inter caeteros, ut Trittemius refert, Joannem Dunscottum famosissimum, et Bonaventuram [e], teste Hertmanno Schedelio, tantum non pro numine haberetur. Sed ille, qua erat modestia, inanes gloriae fumos contempsit, et Franciscanorum collegio, posthabitis fortunis omnibus, se inseruit: non ut cessator, quales hodie omnes plerique omnes fratres, esset; verum ut in sanctis studiis, deposita ambitionis et pecuniae gravi sarcina, strenuius laboraret. Sim vanissimus, nisi libri ab illo postea scripti haec eadem testentur, maximeque volumen, quod Innocentio quarto, pontifici Romano, cui notus, ac perinde charus erat, dedicavit. Hactenus de ejus vita; nunc, quos libros scripsit, accipe. *Quaestiones de anima* [f]. *Commentarios in Job* [g]. "Dicitur in psalmo." *In Esaiam. In Hieremiam. In Ezechielem. In quatuor evangelia* [h]. *Summam theologiae*, lib. 4 [i]. "Quoniam, sicut dicit Boëtius." *Declarationem regulae Minorum.* "Reverendo in Christo "patri." *Super sententias* [k]. Vidi praeterea librum ab eo scriptum, cui titulus *Mariale* [l]. Gesnerus in catalogo scriptorum meminit *Dissertationis de concordia divini juris et humani* [m]. Claruit sub

[a] Aexander Halesius vel Hales. Ms. Lel. Trin. Alexander de Hales, sic cognominatus ab Hales, monasterio com. Gloucestr. ubi aliquando educatus fuit, Pits. Hinc etiam patria eum Glocestrensem censet cl. Cave. Attamen hoc monasterium non fundatum erat ante ann. MCCXLVI; obiit autem Alex. anno MCCXLV. Magister Alex. de Hales, archidiaconus Coventr. occurrit tempore Alexandri episcopi Litch. et Guil. de Manc. decani. Liber Litch. Ms. Ashmol. 1527. f. 30. A. MCCXXXII. Ms. Cotton. Calig. A. 13. Annon vero hic archidiaconus diversus fuerit a nostro Alexandro, videant alii. Quidam Alex. de Hales, praeb. de Holborn in ecclesia S. Pauli Lond. occurrit inter A. D. MCCXXII et MCCXXXIX. Newcourt. *Hist. Lond.* tom. i. 156. [b] Si Joanni Majori (quem citat doct. Wareus, p. 66.) sit fides, Oxoniensis academia aliquando eum enutriit. [c] Fuit primus doctor in ordine Minorum, ut testatur Guil. Wydeford adv. *Trialogum* Wiclevi, f. 9. A. Wood Ms. Pits. De hujus eruditione consule Montacut. *Exerc.* i. qui eum irrefragabilem doctorem et ad miraculum usque eruditum vocat. Et Camd. p. 257. in spinosa scholasticorum doctrina coriphaeum nominat. Fuit hic sane, ut vocant, profundus, et doctrinae scholasticae parens; nec solum primus Franciscanae religionis doctor in academia Parisienti, sed etiam omnium, qui theologiam scholastico stylo ediderint, princeps: Innocentii enim quarti jussu theologiae summam conscripsit ea methodo, qua nemo antea attigerit; quem Alexander quartus diplomate, et LX virorum ecclesiasticorum syngraphis comprobavit.

[d] S. Bonaventura, postea S. R. E. cardinalis Eustachius vocatus, Pits. [e] Alexandri etiam auditor fuit Thomas Aquinas. Pits. Gul. Guarro, Bal. [f] Lib. i. Ms. Cantab. in coll. S. Petri 44. Prodierunt *Commentaria in Aristotelis libros* iii *de anima*. Oxon. MCCCCLXXXI. MCCCCLXXXII. fol. [g] Lib. i. Olim in bibl. Franciscanorum Londin. Lel. iii. 49. [h] Lib. iv. [i] *Summa quaestionum theologiae*, constans quatuor partibus. 1. De his quae pertinent ad speculationem Dei. 2. De his, quae pertinent ad considerationem creaturae. 3. De his quae pertinent ad fidem creatoris. 4. Quae pertinent ad reparationem per gratiam, Norimberg. MCCCCLXXXII. fol. *Summa theol.* iv tom. Basil. MDII. Venet. MDLXXVI. fol. MDLXXV. Colon. MDCXXII. fol. tom. iv. Lugd. MDXVI. f. MDXXIII. f. Papiae MCCCCLXXXIX. 4to. Tertia pars *Summae* Ms. Oriel. *Expositio trium simbolorum fidei catholicae* secundum mag. Alex. de Hales in fine sui tertii. Pr. "Notandum, quod cum tria sunt simbola." Ms. Bodl. Laud. C. 11. Severa hujus *Summae* censura extat in Rog. Baconi, *De peccatis in studio theol.* Ms. Bodl. Digby 218. [k] *Commentaria seu quaestiones*. Bal. Pits. Extant Lugduni MDXV. tom. iv. Ms. in coll. Petri Cantab. 116. Pits. In Ms. Cantab. coll. Pembroch. 171. dantur *Quaestiones* excerptae de *Summa* Alexandri de Hales super iv lib. Sentent. *Super 3. Sentent.* Venet. MCCCCLXXV. f. Malunt haec *Comment.* illi abjudicare nonnulli, eo quod *Summa theologiae* in quibusdam Mss. istum prae se fert titulum: sed Lelandum in his errasse temere non credam. [l] *Magnum*, lib. vi. "Mariae praecellentissimae matris." Bal. Pits. Extat Ms. in bibl. Lambeth. 52. fol. *Primus liber continet ab eo quod nullus in laude virginis invenitur dignus, et figuras et prophetias Vet. Test. usque Job. Secundus a Job usque ad figuras vel parabolas evangelii, Christi incarnationem sive B. virginem figurative repraesentantes. Tertius ab evangelii parabolis, et caeteris N. Test. libris, cum figuris et verbis Gentilis usque ad nativitatem B. virg. Quartus a nativitate B. virg. usque ad nat. Christi. Quintus a nat. Christi usque ad virginis assumptionem. Sextus de assumptione virginis usque in finem.* Ejusdem fere argumenti est tractatus alius, quem Alexandro ascribit Pits. sc. quo probat B. Mariam conceptam sine peccato originis.

[m] Scripsit etiam multa volumina a Lelando non memorata; sc. *Commentaria in Psalmos Davidis*, quae a nonnullis Bonaventurae, ab aliis Alexandro ab Alexandro, Minoritae (Placcius ii. 30.) ab aliis Hugoni de Caro ascribuntur. Extant Venet. MDXLVI, et ibidem apud Gregorium de Gregoriis MCCCCXCVI. fol. *Commentaria in Apocalypsin S. Joannis*, ord. praed. Pr. pr. "Sanctus Joannes apost. et "evangelista." Pr. l. "Apocalipsis Graece, Latine dici-"tur revelatio." Ms. Norw. More. 54. Prodierunt cura Joannis de la Hay Paris. MDCXLVII. fol. In Ms. praef. ad hunc librum auctor se vocat laicum. Haec comment. autem a quibusdam etiam ascribuntur Hugoni de SS. Theodorico cardinali *Summam de virtutibus*, lib. i. Extat Paris. MDIX. *Commentaria in Moysi Pentateuchum, Josue, libros Judicum, libros Regum, Danielem, et duodecim prophetas minores. In omnes epistolas Pauli. Postillam in Romanos*, lib. i. "Annunciabo tibi quod expressum est." *Concordiam utriusque Testamenti*, lib. i. *Lecturas Bibliorum*, lib. i. *De mysteriis ecclesiae* (metrice, juxta Boston. Bur.) lib. i. "Anglia, "quo tandem tua tendis." *Summulam resolutionum*, lib. i. Hoc opus Prosper Urbinas in compendium redegit. Pits. *Sermonum ad populum* lib. i. *Compendium theologiae*, lib. vi. *De sacramento poenitentiae*, lib. i. *De negligentia*, lib. i. *De legibus*, lib. i. Hujus libri, sua cura in duobus vol. transcripti in usum abbatiae S. Albani, meminit Johannes Whethamstede. in Ms. Cotton. Otho. B. iv. *Commentarios in metaphysicam Aristotelis.* Venet. MDLXXI. Pits. MDLXXII. Cave. Nonnulli hoc opus attribuunt Alexandro ab Alexandro. Vide *Script. ord. Minor.* per Waddingum p. 9. *De factis Machumeti*, lib. i. *De verbis exoticis*, lib. i. "In exordio hujus libelli ista sunt." *Exoticon* magistri Alex. Hales, (Pr. "Chere theoron quem.") extat Ms. in bibl. Gonv. et Caii H. 29. 6. et videtur esse ex

sub Henrico tertio. Diem obiit Lutetiae Parisiorum [n], ubi et sepultus est inter Franciscanos [o], ut ex insculpta effigie apparet, quam ejus memoriae dedicaverunt. Ex *Lelando*.

explicatio verborum Graecorum et Hebraeorum in S. S. et aliis libris theologicis repertorum. *Dictionarium difficilium vocabulorum*, lib. i. "Cespitat in phaleris Appus." *Vitam S. Thomae Cantuar*, lib. i. *Vitam Ricardi regis*, lib. i. *Destructorium vitiorum* Alexandro Alensi constanti codicum Mss. fide ascribitur. Cave. Sed de hoc vide plura in *Vita Alexandri Carpentarii*. In Mf. Bodl. Laud. C. xi. et *Expositio decem praeceptorum*, nostro Alexandro in Catalogo attributa. P. pr. "Audi, Israel, praecepta Domini Dei tui." Pr. l. "Primum praeceptum appropriate respicit." *Repertorium Alesii* per N. Kepler. extat Basil. MDII. 4to.

[n] Obiit A. D. MCCXLV. 6 cal. Septemb. vel secundum quosdam, MCCL. "Fr. Alex. Hales, natione Anglicus, "doctor, cancellarius, et archidiaconus Parisiensis, relicta "pompa secularis conversationis, habitum fratrum Minorum anno Domini MCCXXVIII assumpsit, in quo "virgo et doctor irrefragabilis xvii annos supervixit, et "anno MCCXLV Parisiis obiit circa festum Assumptionis; in cujus sepultura Odo legatus domini papae missam celebravit cum assistentia multorum venerabilium "praelatorum venientium de consilio domini papae." Haec in laudem ejus refert M. Johannes de Garlandia in libro *De ministeriis ecclesiae*, qui incipit. "Anglia quo "fulget," etc. Ex registro fratrum Minorum London. Mf. Cotton. Vitell. F. 12. [o] Ante imaginem crucifixi. Pits. Epitaphium ejus habetur apud eundem, quem consule.

HALESIUS [JOHANNES] sive HAYLES patria Cantianus, universitatis Oxon. alumnus; linguarum Latinae, Graecae, et Hebraicae callentissimus; juris municipalis et antiquitatum scientia clarus; temporibus Henrici viii. Edw. vi. et reginae Elizabethae clericus Hanaperii fuit; Coventriae scholam publicam fundavit. Ast, regnante Maria, ad exteros trajecit, ubi Francofurti sedem fixit, in litibus componendis haud parum laborans. Postea Elizabetha thronum occupante in Angliam rediit. Scripsit, *Introductiones ad grammaticam, partim Lat. partim Angl. High way to nobility.* Lond. . . . . . 4to. *An oration to queen Elizabeth at her first entrance to her reign.* A. MDLVIII. Pr. "Albeit there be innumerable gifts." Fox. 2116. Mf. Norwic. More. 1013. f. 174. *De jure familiae ducis Suffolciae ad successionem regni post mortem Elizabethae.* Cum reginae Elizabethae innotuisset, Halesium autorem esse libri hujus, eum in turri Londinensi (carcere Fletensi Lond. A. MDLXIV principio Maii, Strype *Elizab.* p. 410.) conclusit, unde proximo anno ineunte liberatus, in gratiam rediisse videtur. Ibid. p. 469. Transtulit in sermonem Anglicum *Plutarchi praecepta de conservanda salute.* London. MDXLIII. 8vo. h. t. *The governaunce of good health by the most excellent philosopher Plutark, translated by Erasmus.* Pr. pr. Erasmi Johanni Young. "That I send so great." Lond. . . by Rob. Wyer. 12mo. Obiit 5 cal. Januar. MDLXXII, et in ecclesia S. Petri le Poor London. humatus jacet. Epitaphium ejus est apud Stow. London. p. 184. Bal. par. post. p. 106. *Athen. Oxon.* i. 176. seq.

HALIFAX [a] [JOANNES] sive SACROBOSCUS, a loco natali dictus, quod ego nomen Saxonice interpretor HALIGWALDE, vel HALIFEX, cujus appellationis [b] et emporium apud Brigantes lanicio celeberrimum: unde et hunc, conjectura ductus, ortum facile crediderim. Thomas Grynaeus, mathematicorum Britanniae nostrae decus, unicum idem sentit. Studuit adolescens, quantum ego colligere possum, in academia, quae ad Isidis Vadum notissima est. Maturiorem illum annis accepit Lutetia Parisiorum [c], et usque adeo non modo dilexit ac mirifice amavit, verum etiam coluit quoque: et quemadmodum viventem honoribus prosecuta est, ita et funeri sua justa impendebat. Studebat autem in primis philosophiae Aristotelicae. Mathesin quoque coluit tam expedito cognitionis successu, ut exemplum paene inimitabile posteris se exhibuerit. Contendere quidem multi, et strenue, scopum ab eo propositum contingere. At nullus adhuc inventus, qui laudem cum eo parem recte sibi vindicet. Joannes Regiomontanus, eloquentiae praesidio, ad matheseos vel fastigia usque conscendit: ita tamen, ut suam relinquat Sacrobosco dignitatem, nulla diminutam parte. Philippus Melanchthon, mathematicarum rerum amator candidus, praefatus in libellum Sacrobosci *De anni ratione*, seu *De computo ecclesiastico* [d], autorem fuse, accurate, magnifice collaudat. Sed quid ego, laudatores, quorum numerus est, quaero? Liber, quem *De sphaera* [e] edidit, minutus quidem est: quid tum? ab universo quaeritur, legitur, teritur mathema-

[a] Joannes Halifax, Bale. Holywood. Pits. Hunc Baleus et Pitseus ex Lelando Anglum faciunt, natumque Hallifaxiae tradunt in agro Ebor. ac inde nomen accepisse; sed perperam proculdubio: nam Haly-fax sacrum capillum significat, non sacrum boscum. Dempsterus Scotum facit; Stanihurstus et alii Hibernum volunt, et Hollywoodae in agro Dublin. natum. Ware. [b] *Et* pro *est* Mf. Lel. Trin. [c] Anno MCCXXI. Fuit canonicus in monast. Nitisdaliae, vulgo Haliwood. Dempst. [d] Lib. i. [ii. Mf. Merton.] "Computus est scienta considerans." Mf. bibl. coll. Univers. Oxon. B. ii. et C. xii. 2. Mf. et Mert. N. ii. 4. Art. et in bibl. Lumleiana. Extat Paris. MDLI. 8vo. cum lib. *De sphaera* Witteb. MDLXXVIII. et MDCXXIX. 8vo. [e] *Mundi*, lib. i. "Tractatum de sphaera qua-"tuor." Mf. Oxon. in coll. Merton. et in bibl. Ashmol. A. Wood. Mss. Mf. Bodl. Digb. 81. 228. et Mf. Bodl. NE. C. 1. 2. 3. 15. etc. Mf. coll. Univ. Cantabrigiae C. 12. Et juxta Pitseum in bibl. publ. In Mf. C. C. C. Cantabr. Sub D. xii. 130. Tractatus *De sphaera* Roberto Lincoln. recte adscribitur. Datur auctoris nostri Tract. *De sphaera* Mf. Cantabr. in collegiis C. C. C. F. ii. 1. Et S. Petri Mf. 38. 7. et Caii. Mf. D. 16. 1. L. 11. 12. et H. 22. 10. item in Pembroch. Mf. 69. 6. et Emanuel. Mf. 9. et in privata biblioth. Gualt. Copi. Pits. Extat Venet. MCCCCLXXVIII. MCCCCXC. 4to. Augustae MCCCCLXXXV. cum nonnullis additionibus Venet. MCCCCLXXXVIII. Paris. MDXXVII. fol. In hunc librum commentarios scripsit Fr. Capuanus, et Erasmus Oswaldus Schrekenfuchsius Basil. MDLXIX. Item partim annotationes, partim scholia in eandem *Sphaeram* scripserunt multi mathematici Parisienses, Paris. MDXVI. Item Mag. Maurus Florentinus Italice, Florentiae ann. MDL. Item Elias Venetus, Albertus Heron, Christopherus Clavius, Pierius Valerianus, Petrus Nonius, Colon. MDCI. 8vo. Extat etiam cum scholiis Eliae Veneti emendata Antverp. MDLXVI. MDLXXVII. cum *Comm.* Clavii Lugd. MDCVII. 4to. cum *Theoricis* Purbachii et *disputationibus* Joannis Regiomontani contra *Cremonensium deliramenta in planetarum theoricas*. . . . . MCCCCLXXXII. 4to. et cum *Commentariis* Ciccii Esculani, Franc. Capuani, et Jacobi Fabri Stapulensis, Venet.

mathematicorum grege. Extat ejusdem *De algorismo* [f] libellus Grantae Girviorum in bibliotheca Petrina [g]. Obiit Lutetiae [h]. Elatus est publico Parisiorum luctu, et sepultus in fano Maturini, insculpto saxo sepulchrali astrolabio, signo mathematico. Ex *Lelando*.

Venet. MCCCCXCIX. fol. Et cum com. Bern. Morisani. Francof. MDCXXV. 8vo. [f] Lib. i. "Omnia quae "a primaeva rerum origine." Mf. Bodl. Digb. 190. Mf. Bodl. NE. A. 2. 14. et C. 3. 4. 15. Mf. coll. Univ. C. 12. Mf. coll. Mert. P. iv. 12. Extat cum *Comm.* Petri Cirvelli Hispani Paris. MCCCCXCVIII. f. [g] Scripsit etiam *Breviarium juris*, lib. i. "Verborum superficie penitus." *De astrolabio*, lib. i. *De computo ecclesiastico ad* A. D. MCCLVI. lib. i. Hic autem idem est cum libro *De ratione anni* supra memorato. [h] Obiit anno MCCXXXV. War. p. 59. Dempst. xvii. 1038. anno MCCLVI. Bal. vi. 93. Pits. p. 334. ubi etiam vide epitaphium ejus. Fuit ordinis Redempt. captiv. et obiit ann. MCCXLIV. Ad finem Mf. Mert. DE COMPUTO hi versus habentur:

M. Christi bis C. quarto deno quater anno
De Sacro Bosco discrevit tempora ramus,
Gratia cui nomen dederat divina Johannes.

HALIWEL [EDVARDUS] ab Etonensi schola ad collegium Regale Cantabrigiam missus A. MDXXXII. Scripsit *Tragoediam Didonem* dictam. Vide Joh. Ritwise. Hatcheri Mf. Inett.

HALL [ELIZEUS] impostor qui A. MDLXII in plateis Londinensibus apparebat, se nuncium de coelo ad reginam fingens; quam ob causam coram commissariis examinatus fuit. Scripsit *Of obedience*, lib. i. *Visions* metrice. Mf. olim penes dom. Joh. Parker. Strype in *Vita Elizab.* 253. seq.

HALL [JOHANNES] qui et HAWLE chirurgus Madensis in Cantio A. D. MDLVI. uti habetur in *Prefatione* Johannis Read ad transl. Franc. Arcei. Scripsit carmine Anglico, *Aulam virtutis, continentem cantiones quasdam pias cum notis musicis.* (Vid. in Thom. Wyat. p. 970.) Lond. MDLXV. 8vo. *Anglicum carmen* praefixum enchiridio chirurgiae per Tho. Gale. Lond. MDLXIII. Transtulit in linguam Angl. *Bened. Victorium de curatione luis Venereae.* Pr. "Syth many be-"fore me, and the same." Mf. bibl. Bodl. NE. C. 3. 5. *Nicolaum Massam de curatione ejusdem luis per fumigationem.* Pr. "The last manner." Mf. Ibid. *Epistolas ad Gul. Cunningham M. D. Londinensem.* Mf. Ibid. In eodem codice, et eadem manu extant hujus, ut videtur, *Instructiones de compositione et administratione medicamentorum quorundam chirurgis necessariorum.* Pr. "First it "behoveth to digest." *Lanfranci Mediolanensis chirurgiam parvam.* Pr. ded. tr. to the company of chirurgeons. "Syth the Almighty Creator." Lond. MDLXV. 4to. Cui addidit, *Tabulam exponentem nomina morborum, simplicium, aliorumque verborum difficilium in arte medica usitatorum. Compendium anatomiae.* Ibid. *Historicam expositionem abusuum variorum tam in medicina quam chirurgia.* Ibid. Citat et edidit ad finem transl. Franc. Arcei Johannes Read *Carmen Anglicum* per Joh. Hall scriptum, et tertio ejus tractatui anatomico annexum. Claruit A. MDLXV.

HALL [RICHARDUS] Eboracensis, S. theologiae doctor in academia Duacensi sive Lovaniensi. Circa A. MDLXX S. theologiae professor publicus in coenobio S. Richtrudis Martianensis monasterii electus est. *Jo. Giovani, sive Yonge librum de schismate in manus suas delatum edidit*, praefationeque ornavit. Pr. "Incidit in manus meas." Lovanii MDLXXIII. 8vo. *De tribus primariis causis tumultuum Belgicorum contra coalitionem multarum religionum, quam liberam religionem vocant, libellus exhortatorius ad pacem.* Duaci MDLXXXI. 8vo. *De quinque—partita conscientia libri* iii. Duaci MDXCVIII. 4to. *The life and death of John Fisher, bishop of Rochester:* sub nomine Thomae Baily S. T. P. prodiit Lond. MDCLV. 8vo. *Carmen* vi distich. Lat. *Encomiasticum in laudem Joh. Sandersoni logicae* edidit Antwerp. MDLXXXIX. 8vo. Claruisse videtur A. MDLXXXIX. Vide Sanderson in *Dialectices* editione Oxon.

HALLUS [EDVARDUS] filius Johannis Hall de Northall in comitatu Salop. Londini in parochia S. Mildredae natus, literis grammaticalibus in schola Etonensi imbutus, ad collegium Regale Cantabrigiam transiit A. MDXIV mense Julio; postea in hospitio Grayensi studio juris incubuit. A. Wood Mf. Vide Stow's *Survey*, p. 276. p. 92. Et *Orig. jurid.* Oxon. etiam lectionibus Wolseianis Hallum nostrum interfuisse asserunt *Athen. Oxon.* vol. i. p. 72. Vir legum municipalium peritissimus, et tantae in agendis causis eloquentiae et prudentiae, ut in urbe Londinensi judex in causis civilibus esset. Vicecomes vocatur in Tho. Hearne *Append. Heming.* 648. Hic historiis suae gentis operam dans, exquisivit quaecunque de differentiis et bellis eorumque causis inter Rosam Rubram et Albam, familiam sc. Eboracensem et Lancastrensem, inter legendum occurrebant, a tempore sc. Henrici iv. ad unionem per connubium Henrici vii cum Elizabetha filia Edwardi iv. Ex his collectaneis compilavit et dedicavit Henrico viii opus sub hoc titulo *The union of the two noble and illustrious families of Lancaster and York.* Pr. "Oblivion the cancard enemie "to fame." Lond. MDXLII. fol. per Berthlet. Continuavit etiam ad mortem Henrici viii Ric. Graftonus typographus ex Mfs. Halli. Lond. MDXLVIII. fol. edit. per Grafton. Item Lond. MDL. f. *Chronicon* hoc regia autoritate prohibitum fuit A. MDLV. Fox. p. 1547. Obiit Londini A. D. MDXLVII, et in ecclesia S. Osythae sive S. Benedicti Sherhog sepultus est. A. Wood. Cat. ii. Bale ix. 51. Pits. 735.

HALSWORTH [DANIEL] sacerdos Anglus, utriusque juris et sacrae theologiae doctor in Italia creatus: vir Graecae Latinaeque linguae peritissimus, Hebraicae etiam non ignarus, et in omni tum profana tum sacra scientia insigniter eruditus. Romae in Anglorum collegio Pitseo ibidem coaevus literis philosophicis et theologicis operam dedit. Ille deinde Roma discedens ad aliquot annos in aula ducis Sabaudiae vixit, postea fuit cum cardinali Borromaeo, archiepiscopo Mediolanensi, partim Mediolani, partim Romae, qui hominis opera potissimum in iis, quae ad theologiam

theologiam et jus canonicum spectant, usus est. Ex Latinis in Graecos versus transtulit *Bucolica Virgilii.* Obiit Romae anno MDXCV. Pitf. p. 794.

HAMBOYS [JOHANNES] musicus insignis, cujus facultatis doctor renunciatus fuit. Baleus eum elimatae eruditionis hominem vocat, ab adolescentia in liberalibus scientiis educatum, qui musicae, ut illi arti, cui prae aliis favebat semper, in finem usque ardentius adhaerebat—Suppetebat ei non mediocriter, cum eloquio mellito, ingenium facundum et amoenum—Scripsit *Summam artis musicae*, lib. i. " Quemadmodum inter triticum." Ejusdem principii est liber Mf. bibl. Bodl. Digby 90. cui titulus: *Quatuor principalia artis musicae*, lib. iv. finitus Oxon. A. MCCCCLI. Male in *Catalogis* et ab A. Wood Thomae de Tewksbury assignatus. Autor erat frater Minor de custodia Bristol. et Oxoniensis. Opus est, ut ista ferebant tempora, doctissimum. *Cantiones dulcissimas*. Claruisse fertur A. MCCCCLXX. Bal. viii. 40. Pitf. p. 662.

HAMELINGTONUS[a] [ADAMUS] sive HEMELENDUNUS. Illum qui non cognoscit, me legat, et qualis fuerit, statim intelliget. Carmeliticis ab ipsa adolescentia ritibus studebat. Nec defuit in tanta religione adfectus quidam erga doctas artes plane ardens; cui ut omnino satisfaceret, et Isidis Vadum et Lutetiam Parisiorum, florentissimas academias, diutiuscule coluit, gloriamque non levem utrinque reportavit; utpote in collegium theologorum adscitus. Scripsit etiam, ne ulla ex parte tanto et tam claro nomini non respondere videretur, praeter alios libros, quos oblivio delevit, *Sacrarum concionum* lib. i.[b] *Quaestionum* lib. i.[c] Videbitur forsitan eruditulis noster Adamus hujusmodi librorum titulis parum illustris. Mihi tamen sciolorum aliquot tanti non erit autoritas, ut gravis philosophi, et theologi memoriam impressa spongia obliterem. Diem vitae suae clausit extremum Nordovici, anno a Christo nato MCCCCX[d], ejusque sepulchrum a Carmelitis ibidem ostenditur. Ex *Lelando.*

[a] Adam. Hamelingtonus, patria Norfolcensis. Pitf.

[b] Pr. " Petite, ut gaudium vestrum sit plenum," Joh. xvi. *Ex sententia Aristotelis.* Mf. Bale. Sloan. [c] His addunt Baleus et Pitseus *De actu Parisiensi*, lib. i.

[d] Claruit A. D. MCCCCXX. Lel. *Epit.* per Bal. " Frater " Adam Hamelington, ordinis Carmelit. S. th. D. Oxon. " citatus ad comparandum coram episcopo Linc. aut ejus " deputatis in causa inquisitionis haereticae pravitatis " MCCCCXIII. *Regist.* episc. Lincoln. A. 13.

HAMILTONUS [ALEXANDER] Glascuensis, Lutetiae in Luxoveo professor. Scripsit, *Orationes*, lib. i. *De illustribus viris familiae suae*, lib. i. *Urbis Glascuensis encomium*, lib. i. Claruit Lutetiae anno MDLXXVI. Dempster. viii. 673.

HAMILTONUS [ARCHIBALDUS] in insulis Scoticis natus, in Galliis educatus, ubi tam laudabiles in studiis bonarum artium progressus fecit, ut professor Parisiensis, doctor Sorbonicus et canonicus S. Quintini (ex collatione Mariae reginae Scotiae, cui cesserat in dotem domanium Sanquintiense. Hemeraeus *De dec. et canon. S. Quint.*) evaserit. Disputationem publicam cum Knoxio habuit—Primo erat reformatus, et in academia Andreana Scotiae educatus. Thomas enim Smetonius pag. 1. *Contra dialogum, etc.* Edinb. MDLXXIX dicit hunc Archibaldum ante quinque annos in Andreana academia contra papae auctoritatem disputasse. Scripsit *Dialogum in controversia fidei*, lib. i. inter episcopum, orthodoxum et misoplanum. Princ. dedic. reginae Scotiae. " Vita " qua in corpore hoc." [*Dialogum de confusione sectae Calvinianae apud Scotos ecclesiae nomen ridicule usurpantis.* Parif. MDLXXVII. 8vo. Huic respondit Tho. Smetonius.] *De philosophia Aristotelica*, lib. v. Dempster viii. 671. 672. Bellis civilibus in Gallia ingruentibus, Romam se recipiens, et clarissimorum virorum familiaritate eum insinuante facile eruditione a summo pontifice inter bibliothecarios Vaticanae bibliothecae adlectus. Hemeraeus. Obiit in Vaticano, aedibus a P. Gregorio xiii sibi assignatis, anno MDXCIII. Dempster. l. c.

HAMILTONUS [FRANCISCUS] Scotorum in coenobio D. Jacobi Herbipolitano abbas, monasterium Scotis ademptum A. MCCCCXCIX per Laurentium episcopum opera hujus Francisci Scoticae nationi restituit Julius episcopus, orientalis Franciae princeps. Scripsit, *Orationem de reformatione monasterii Scotorum Herbipoli*, lib. i. Prodiit Herbipoli. *Controversa fidei capita.* Claruit A. MDXCV. Dempster. viii. 669.

HAMILTON [JOHANNES] S. Andreanus, professor Parisiensis in Becodiano et Plessaeo, demum Sorbonicus socius in collegio Navarraeo vixit. Vide Nic. Bourn. in *Praefat. disputat.* Parif. MDLXXXI. 8vo. Scripsit *Praefationes solemnes*, lib. i. *De eruditorem praerogativa*, lib. i. *Locorum de Thalmud versionem*, lib. i. *De Rabinis*, lib. i. Claruit Parisiis A. MDLXI. Dempst. viii. 675.

HAMILTON [JOHANNES] (Dempst. 352.) S. Andreae episcopus. Scripsit *Rationes cur regina Scotiae non deberet se fidei Elizabethae Anglicanae committere*, lib. i. Suspensus est A. MDLXXI. Dempst. viii. 670.

HAMILTONUS [JOHANNES] Dumblanensis, Parisiensis in Navarraeo, Barbarano et Cardinalitio professor. Scripsit *De laude academiae Parisiensis*, lib. i. Profitebatur A. MDLXXVII. Dempst. viii. 674.

HAMILTONUS [PATRICIUS] patria Scotus, nepos ex patre Jacobo comit. Arran. Wittebergae in Germania educatus (Heylin. *Hist. Presb.* p. 140.) ubi Lutheri dogmata hausit; postea in academia Marpurgensi professor factus. Inde in patriam remeans doctrinas reformatas spargere operam dedit; sed mox comprehensus carceri mancipabatur, et haereseos damnatus exustus est prid. cal. Martii MDXXVII. Scripsit *De lege et evangelio*, lib. i. " Lex doctrina est bona." *De fide*

fide et operibus, lib. i. " Fides eſt in Deum colere." Hi duo libelli videntur tantum eſſe pars locorum communium. *Locorum communium*, lib. i. Anglice per Joh. Frith. Fox. p. 976. Extant etiam ſeorſum . . . . 24to. Bal. xiv. 63. Dempſt. viii. 668. Mſs. inter *Epiſt. Martyr.* bibl. Emanuel. Cantabrig.

HAMILTONUS [ROBERTUS] natione Scotus, frater ordinis Praedicatorum. Scripſit, *Summam totius theologiae. Lectiones ſcholaſticas. Contra Wickleviſtas.* Claruit A. MCCCXC. Mſ. Hatton.

HAMMONDUS [CHRISTOPHORUS] de Iſtleworth, legum municipalium in hoſpitio Interioris Templi London. ſtudioſus. Scripſit et collegit *Sententias S. Scripturae alphabetice.* Pr. ded. Duciſſae Somerſet. " Whereas I do underſtande, and deply weye." Claruit tempore regis Edwardi vi. Mſ. bibl. reg. Weſtmonaſt. 17. A. vi.

HAMPOLUS[a] [RICHARDUS] eremita ejus ſectae, quam vocant Auguſtinianam, literas aſſidue colebat, una cum religione: unde non levem gloriam, ſi modo quid gloriae in hac noſtra mortalitate eſſe poteſt, ſibi comparavit. At erat paulo eruditior quam facundior: late enim id temporis ingens barbaries totam Europam occupavit; et, ſenſim declinante imperio Romano, decrevit etiam linguae Latinae, corrumpentibus eam barbaris, puritas. Praeſtitit tamen Hampolus quanta potuit maxima per temporis infelicitatem. Quo nomine certe ſua laude non indignus eſt. Nam quamvis ille omne punctum tulerit, qui miſcuit utile dulci, perinde ac ſi diceres rem per ſe bonam accedente eloquentia illuſtriorem factam; tamen non ille ſuo munere fraudandus eſt, qui majori fide et labore, quam facundia et elegantia rem utilem tractat. Sed iſta alias rectius: ad libros igitur ab illo editos ſe noſtra convertet oratio; non omnes, ſcripſit enim quam plures, ſed ad illos, quos ego novi extare Eboraci, in bibliotheca Mariana: *Super Pſalterium*[b]. *Super lectiones mortuorum*[c]. *Super Threnos*[d]. *Super aliquot loca Canticorum*[e]. *Super orationem Dominicam*[f]. *Super ſymbolum*[g]. *De emendatione peccatoris, alias vitae*[h]. *De amore, ſive incendio amoris*[i]. *Super pſalmum*, " Judica me, Deus[k]." *Super Apocalypſin*[l]. Londini, in

[a] Ricardus Rolle, alias Hampole, Mſ. Lel. Trin. Ric. Rolle de Hampole, Bale. de Hampolo Pitſ. Pampolitanus in edit. oper. Colon. et ab exteris dictus. SS. theol. doctor erat. Bale. Pitſ.

[b] Lib. i. " Magna ſpiritualis ſuavi-" tatis. [Jocunditatis. Mſ. C. C. C. Cantab. 3—3.] Mſ. Bodl. Laud. G. 30. (imp. in fine a pſalmo cix.) et Oxon. in coll. Baliol. L. 22. Extat Lat. Colon. MDXXXVI. fol. Anglice etiam (Pr. " Grete habundaunce * of ghoſtly") habetur in Mſ. Bodl. Laud. F. 114. cui praefigitur praefatio rhythmis Angl. in laudem auctoris et libri, (Pr. " Thys bleſſid " boke that here.") et Oxon. in bibl. coll. Univ. E. 3. 11. F. 7. Sed tantum reſtat a Pſ. xxiv. ad xli. tamen ſcriptura eſt antiquior, et com. largius quam in prioribus. [Vide infra in WICLEVO.] Porro in noviſſime memoratis Mſs. non ſolum extat *Expoſitio in Pſalterium*, ſed etiam alia *Cantica Sacra* Anglice expoſita. A. Wood Langb. Ita in Mſ. Bodl. Laud. F. 114. ſunt *In cantica Veteris et Novi Teſtamenti comment.* Angl. ſc. In Yſaiae *Confitebor tibi, etc.* Ezechiae, *Ego dixi in dim. etc.* Annae, *Exultavit, etc.* Moyſis, *Cantemus Domino, etc.* Abacuch, *Domine, audivi, etc.* Mariae, *Magnificat, etc.* Latine Colon. MDXXXVI. f. In *Teſtam. Ric. Eſte*, perſonae eccleſiae Ebor. probat. 5 Apr. MCCCCLXXVI hoc habetur: " Item lego domui monialium de Hampole " Pſalterium gloſſatum de propria ſcriptura B. Ricardi " heremitae ibidem jacentis," etc. A. Wood. Mſ. C. 48. In fine et princ. Mſ. Merton. N. vii. 14. ſunt quaedam folia hujus operis. Praeter hoc Pitſeus etiam, ab Eclogario deceptus, memorat opus *In pſalmum, Domine in virtute*, lib. i. " Cum Chriſtus, qui eſt veritas, di-" cat." Colon. MDXXXVI. fol. Nec non *In pſalmum, Domine Deus meus*, lib. i. Mſ. Oxon. in colleg. Magdal. 115. et Baliol. L. 22.

[c] ix. ſive *Parvum Job* (Mſ. Worſl.) lib. i. " Parce mihi, Domine, etc. Exprimuntur " autem in his verbis." Paraphraſis eſt metris Anglicanis ſuper aliqua excerpta ex Job. *Lieff Lord, my ſoul thou ſpare.* Mſs. Oxon. Laud. F. 77. 5. et Bodl. NE. B. 2. 4. et D. 4. 6. et coll. Novi 93. et Magdal. 6. et 71. Item Cantabrigiae in bibl. publ. Mſ. 137. 8. et coll. Petri Mſ. 78. 3. et in bibl. Lumleiana, et Cl. Worſlaei. Mſ. Norw. More. 258. 878. in Bodl. Mſ. Muſ. 21. Mſ. Bodl. Laud. F. 77. et 94. Extat Lat. Pariſ. MD. . . , 4to. Colon. MDXXXVI. fol.

[d] *Hieremiae* (Mſ. Lel. Trin.) lib. i. " Quomodo ſedet, etc. Factum eſt poſtquam in capti-" vitatem." Colon. MDXXXVI. fol.

[e] Lib. ii. " Su-" ſpirantis animae deliciis." Mſ. Oxon. in colleg. Baliol. L. 22. et Magdal. Mſ. 115. Diſtinguitur hic liber in Mſ. Baliol. in iv partes, ſc. in duos primos verſus Canticorum, et in textus, *Oleum effuſum nomen tuum*, et *Adoleſcentuli dilexerunt te.* Hi duo extant Mſ. in Bodl. Laud. F. 77. et Colon. MDXXXVI. f. Mſ. Langbain.

[f] Lib. i. " Haec oratio privilegia eſt." Mſ. Bodl. NE. A. 3. 13. Extat Colon. MDXXXVI. fol. Inter Mſs. epiſcopi Norw. More. 215. eſt prolixa paraphraſis *In orat. Dominicam* rhythmis Anglic. continens deſcriptiones fere omnium tum virtutum, tum vitiorum. Pr.

" Almighty God in trinite,
" In whom is only perſonnes thre."

Ad finem haec nota: " Explicit quidam tractatus ſuper " Pater Noſter ſecundum Ric. Hampol, qui obiit A. " D. MCCCLXXXIV." [MCCCXLVIII. in eod. cod. in alio loco.] Qu. an Ric. Hampol tranſtulit hunc tractatum?

[g] *Apoſt.* lib. i. " Decimo die poſt Aſcenſionem." Mſ. Bodl. NE. A. 3. 13. Extat Colon. MDXXXVI. fol.

[h] Lib. i. cap. 12. " Tary thou not to turn to God." Vide infra [r]. Idem forſan hic cum libro *De excellentia contemplationis* infra memorato. Extat Angl. Mſ. Bodl. Digb. Mſ. 18. Norw. More. 821. Oxon. in coll. Merton. N. ii. 4. vi. 1. et 2. Item Cantabrigiae in colleg. Caii, G. 48. 5. et in bibl. Lumleiana et Worſleiana. Extat etiam Antw. MDXXIII. 12mo. Pariſ. MDX. 4to. Colon. MDXXXVI. fol. Latine extat (ſub hoc titulo) Mſ. Bodl. NE. A. 2. 2. et A. 3. 13. et B. 2. 10. et B. 3. 1. et F. 55. Mſ. Bodl. Laud. F. 12. (imp. in pr.) et F. 77. et D. 81. Mſ. C. C. C. Oxon. 155. et ſub titulo *Vehiculum vitae*, Mſ. Lincoln. eccleſ. cathedr. H. 24. et Mſ. Bodl. Laud. L. 58. In Mſ. Bodl. NE. F. 6. habetur tractatus Lat. *De regula bene vivendi*, qui incipit, " Ne tardes converti," etc. Vide infra.

[i] Lib. iii. " Cum infeliciter florerem et in." Colon. MDXXXVI. f. Mſ. Bodl. Laud. F. 77. 1. et Mſ. Merton. N. 6. 1. art. et Mſ. L. 22. Anglice per Ric. Miſyn, in Mſ. C. C. C. Oxon. 236. Mſ. in bibl. Lumleiana et in colleg. Baliol. Mſ. Bodl. Laud. H. 29. 1. Vide infra [n]. In Mſ. Baliol. L. 22. praeter *Incendium amoris*, eſt liber inſcriptus, *Quomodo pervenerit ad incendium amoris.* Pr. " Omnis actio laudabilis ſive." Vide infra. In Mſ. bibl. Bodl. Arch B. 65. f. 109. habetur *The pricke of love after Ric. Hampol, treting of three degrees of love.* Pr. " In ilka ſynful man or woman that is."

[k] Lib. i. " A Deo, qui ſcrutatur corda." Mſ. in bibl. Baliol L. 22. et Mſ. Bodl. Laud. F. 77. In Mſ. Bodl. Laud. L. 24. idem eſt cum libro infra *De non judicando proximo.*

[l] Lib. i. Mſ. in bibl. Cotton. Tiberius A. 15. olim in bibl. monaſt. Syon. uſque ad cap. vi.

* [al. plente.]

bibliotheca Carmelitana: *De excellentia contemplationis* [m]. *Carmen* rhythmicum nomine *Meli* [n]. *Philomela*, carmen rhythmicum [o]. Scripſit etiam libellum, cui titulus, *Ab exordio ne tardas* [p], et alterum hac inſcriptione, *Domine Deus meus* [q]. Vixit tempore Edovardi tertii, Anglorum regis; obiit

[m] Lib. i. Vide ſupra [h], et Mſ Worſl. 9. *Melos contemplationis* per Ric. Hampole extabat olim Mſ. in monaſter. Syon. quem propria manu ſcripſiſſe dicitur. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. 16. Extat praeterea *De dulcedine contemplationis*, lib. i. "O dulce lumen Deus, "illumina." [n] *Melodiam amoris*, lib. i. "Admi-"rabar amplius quam enarrare." Mſ. Lincoln. eccleſiae cathedr. H. 24. Habetur in bibl. Baliol. Mſ. L. 22. et Bodl. Laud. F. 77. Mſ. Bodl. NE. A. 2. 2. et C. 3. 7. (42. cap) Mſ. ejuſdem principii, ſub titulo *De incendio amoris:* Haec vero proſa ſcribuntur, ideoque diverſa a carmine *Meli*. [o] Nulla hujus libri mentio apud Baleum aut Pitſeum. [p] —— *converti ad Dominum, et differas die in diem.* Hoc initium eſt libri *De emendatione peccatoris* Latinum, attamen diverſum ab eo opus cum Lelando dicendum eſt; hoc enim Latine extat Mſ. in bibl. Baliol. L. 22. et in Bodl. NE. A. 2. 2. Extat etiam Mſ. Norwic. More 878. inſcript. *De emend. peccat.* Pr. *Ne tardes, etc.* cap. 12. [q] *In pſalmum*, "Domine Deus "meus," lib. i. Mſ. Oxon. in colleg. Baliol. L. 22. Aliud a *Parvo Job*, hoc enim eſt expoſitio Lat. proſaica in pſalmum. Scripſit etiam noſter, *De regula bene vivendi*, lib. i. "In initio et fine bonorum operum." Mſ. Oxon. coll. Magdal. 71. Item Mſ. Cantab. in coll. S. Petri, Mſ. 78. 3. Et Oxonii in Bodl. Mſ. Laud. L. 24. (imp. in pr) Lat. Et Mſ. Merton. N. 6. 2. art. Extat Pariſ. MDX. 4to. Colon. MDXXXVI. f. Vide ſupra not. [h] et [p]. Inter Mſs. Worſl. tractatus eſt pius, continens 24 capitula ſingulis alphabeti literis notata, cui initium, "In "the begynning and endyng of all." Impr. Angl. Lond. (by Wink. Word.) 4to. cum nomine autoris. Quaere, an ſit idem? *In ſymbolum Athanaſii*, lib. i. "Quicun-"que, etc. Hic B. Athanaſius liberum." Extat Colon. MDXXXVI. fol. *Moralia in Job*, lib. i. *Enarratio brevis in aliquot capita Jobi* extat Colon. MDXXXVI. fol. *Tractatum de vita activa et contemplativa* (by Ric. Hampol. Pr. "Two maner of lyves ther ben." Mſ. Bodl. Laud. H. 73.) Mſ. in bibl. Cotton. Tiber. A. 15. Eſt tractatus Mſ. hujus auctoris in bibl. Baliol. Mſ. L. 22. cui principium, *Contemplatio, vel vita contemplativa, habet tres partes.* Mſ. Langb. Liber eſt ejuſdem tituli inter opera Wiclevi. *Stimulum conſcientiae*, lib. vii. Pr. p. Angl. "The myght "of the Fadur almyghty." Pr. l. "Furſt when God "made all thyng of nought." Pr. pr. Lat. "Ab ae-"terno et ante tempora." Pr. l. "Deus, cujus ſcientiae "non eſt finis." Mſ. bibl. coll. Univerſ. I. 3. Et Mſ. Norw. More. 97. Mſ. Bodl. NE. B. 1. 2. et B. 4. 2. et Mſ. Bodl. Laud. H. 65. Metris Anglicanis extat Mſ. in bibl. Lambeth. 260. Item in muſeo Cl. Worſlaei; et Oxonii in colleg. Merton. Mſ. N. 6. 2. Art. et Cantabrigiae in coll. Caii. Mſ. I. 1. Titulos vii. librorum videſis apud Wharton. *App.* Cav. p. 35. et Mſ. Worſl. 6. Duo codd. Mſs. bibl. Bodl. Laud. K. 65. et G. 21. hunc tractatum Roberto Lincoln. attribuunt: hujus ſcriptura recentior, et verſus breviores. In Mſ. Angl. Bodl. Digb. 87. inſcribitur *The key of knowing*. Angl. etiam Mſ. Digb. 99. *Stimulum conſcientiae* Latine, lib. i. "Ab "aeterno," etc. Pitſ. Mſ. Bodl. NE. B. 4. 2. aſt lib. vii. proſa, Mſ. Merton. N. vi. 2. Art. *Meditationem divini amoris*, lib. i. *De ſpiritualibus aſcenſionibus*, lib. i. "Beatus "vir, cujus eſt auxilium." Liber ejuſdem tituli et principii extat inter opera Gualt. Hyltoni. *Eulogium nominis Jeſu*, lib. i. "Oleum effuſum nomen tuum domi." Eſt pars tractatus *Super aliquot loca Canticorum.* Mſ. Laud. F. 77. 4. et Mſ. Bodl. NE. A. ii. 2. Colon. MDXXXVI. f. *Officium nominis Jeſu*, lib. i. "Salutem mentis et cor-"poris donet." *Speculum peccatoris*, lib. i. "Quoniam in "hujus vitae via." Mſ. Bodl. NE. A. 2. 2. Et Mſ. coll. Univ. B. 14. 3. et Mſ. C. C. C. Oxon. 155. "Quoniam, cha-"riſſimi, dum in hujus." Mſ. Lincoln. Oxon. arch. Auſtr. 60. Mſ. Norw. More. 279. Inter ſpuria S. Auguſtini opera. Mſ. nota in marg. Balei. *In quendam S. Scripturae textum*, ſc. *Salomonis adoleſcentulae, etc.* lib. i. "Adoleſcen-"tulae dilexerunt te, etc. Et quia." Colon. MDXXXVI. f. *De poenitentia*, lib. i. "Poenitemini, ut deleantur peccata." *Sermones quadrageſimales*, lib. i. "Pulvis eſt, et in pulverem." *Orilogium ſapientiae* per modum dialogi, lib. i. "Sytheri "hyt is ſo that deth yevet." Mſ. Norwic. More 760. et in Worſleiana bibl. Vide Mſ Bodl. NE. A. 3. 1. *De timore Dei et mundi contemptu*, lib. i. Capitulum eſt in libro *De emend. peccatoris*, inſcriptum, *De contemptu mundi.* In Mſ. bibl. Bodl. ſup. A. 1. Art. 56. habetur tract. cui titulus, *De contemptu mundi*, cap. 6. "Quoniam mundano-"rum inſania;" et in bibl. Baliol. Mſ. L. 22. Oxon. liber ejuſdem principii, qui inſcribitur, *De amore Dei, et contra amatores mundi. De arte moriendi*, lib. i. 6 part. "For as moche as the paſſage of deth." Mſ. in bibl. Worſl. et in Bodl. Mſ. NE. E. 6. 3. et Mſ. C. C. C. Oxon. 220 et Mſ. Norwic. More 760. *De bello ſpirituali*, lib. i. "Brother or ſuſter that deſyreſt to." Mſ. Worſl. Mſ. ejuſd. tituli et arg. Mſ. C. C. C. Oxon. 220. Ejuſdem etiam tituli liber adjudicatur Wiclevo. *Meditationem ex S. Auguſtino*, lib. i. "Seynt Auſtyn the holy doctor techeth." Mſ. in bibl. Worſl. et Mſ. Bodl. Laud. C. 3. *De non judicando proximo*, lib. i. "Judica me, Deus, et diſcerne "cauſam." Mſ. Bodl. Laud. F. 77. 2. *Vehiculum vitae*, lib. i. *De* ix *virtutibus revelatis* [*a Chriſto cuidam ſancto viro*] lib. i. "Da pauperibus meis unum." Mſ. Bodl. NE. A. 3. 13. *Meditationem ſui ex S. Scripturis*, lib. ii. "Memento, miſer homo, quoniam." Eſt liber Angl. inter Mſs. Worſl. ejuſdem tituli, ſed principii paulo diverſi; ſc. "Man know thy ſelfe and thy lyffe." Vide Mſ. Worſl. p. 10. In Mſ. Bodl. NE. C. 5. 9. titulus eſt *Conſilia ex Iſidoro*, cujus primum *Meditatio ſui ipſius.* Ita etiam titulus Mſ. Bodl. Laud. C. 3. *Super quarto ſententiarum*, lib. i. *De amore Dei, et contra amatores mundi*, lib. i. Vid. ſupra *De timore Dei, etc.* *Commendationem vitae eremeticae*, lib. i. "Extiterunt aliqui et adhuc." *De glorificatione ſanctorum*, lib. i. *Super mulierem fortem*, lib. i. "Nemo "ambigit humanae divinaeque." *Super Salve, regina*, lib. i. "Ad ſalutandum virginem glorioſam." *In ſymbolum S. Ambroſii*, lib. i. Pitſ. *Enarrationem in cantica Veteris Teſtamenti in eccleſiaſticis officiis uſurpata*, lib. i. loco ut infra Colon. MDXXXVI. fol. *De myſteriis rerum quae ſunt in eccleſia*, lib. i. *Scalam mundi*, lib. i. Mſ. in coll. Corp. Chr. Cant. 3—3. *Formulam componendi ſermonem*, lib. i. Mſ. in bibl. Lumleiana. *Meditationem de paſſione Domini.* Pr. "Swete Lord Jehu Cryſte, I thanke the and yelde." Mſ. Norwic. More 215. In Mſ. Bodl. Muſ. 191. extat *Meditatio pia in paſſionem Chriſti.* Pr. "Lorde, as thou "made me of noght." *Meditationem aliam.* Pr. "Firſt "thou ſhalt thinke how this." Mſ. Norwic. More 98. *Confeſſiones.* Mſ. Bodl. Laud. F. 77. 3. *Formam vivendi.* Pr. "In every ſynfull man and woman." Mſ. Bodl. Laud. H. 29. Mſ. Bodl. Digby 18. (imp. in fine) Mſ. Bodl. NE. B. 1. 21. Mſ. Digby titulo addit, *Or, in all thy doings think on the ende.* In Mſ. Bodl. num. 3938. *Soul-heal*, extat *The form of perfyt living, which holy Ric. the hermit wrote to recluſe called Margarete.* Pr. "In everych ſinful "man and woman." *The 7 partie of a boke which Ric. H. made to an anchoreſs*, part. ii. (1. cap. 93. ii. 4. 5) "Goſtly ſyſter in Jehu Chriſt, I prayſe yee." Mſ. Bodl. Laud K. 73. Lib. Angl. hujus principii, continens 91 cap. extat Mſ. Norwic. More 879. *Pſalmos* vii *poenitentiales paraphr. in Angl. rhythmos tranſl.* Pr. pr. "To Goddis "worſchippe that dere us bouzte." Pr. pſal. "Domine, "ne in, etc. Lord, in thin angre repreve me nouzt." Mſ. Bodl. Digby 18. Tranſtulit etiam noſter in linguam Anglicanam *Pſalterium Davidis.* Ita quidem: nam expoſitioni ſuae in Pſalterium primo textum Latine ponit, dein verſionem Anglicam ſubdit, demum expoſitionem Anglice adnectit. A Wood. Mſ. Pitſ. Mſ. Bodl. Laudl. F. 114. et Mſ. Oxon. coll. Univ. D. 3. et 10. et E. 7. et 8. In cod. Baliolenſi, L. 22. in medio quorundam tractatuum Ric. Hampoli inſeruntur minutula quaedam, forſan auctoris ejuſdem; qualia ſunt, *Oratio ad Deum.* Pr. "Domine "Deus meus." *Oratio ad Mariam.* Pr. "O domina "gloriae." *Merita viſionis corporis Chriſti. Bona et utilis tabula fidei Chriſtianae, in qua continentur breviter* vii *virtutes principales*, vii *peccata mortalia*, vii *virtutes contrariae*, vii *opera miſericordiae, etc. De inſtitutione vitae.* Pr. "Ut homo ad honorem Dei." Qu. de libris Hampoli editis

obiit anno D. MCCCXLIX [f] in festo S. Michaelis, ut scriptum erat in codice Mariano. Sepultus est honorifice in Hampolensi monasterio virginibus sacro, quod quatuor passuum millibus distat a Dunocastro, celibri Eboracensis provinciae oppido. Ex *Lelando*.

editis in *Bibl. Patrum*, tom. xxvi. annon omnes extant extabant Colon. MDXXXVI. [f] — et sepultus est in coemeterio S. Monialium de Hampole. Ms. Bodl. Laud. F. 77. ubi haec habentur: "Incipit libellus de emendatione vitae, et de regula vivendi, editus a sancto viro magist. Richardo Hampol, qui in ecclesia de Hampol, Ebor. dioec. sepultus, gloriosis coruscat miraculis, ipsum fuisse virum seraphicum, id est, in Dei amore ardentem contestantibus." Sancti titulum apud populares suos post obitum sortitus videtur. Habetur enim Ms. in bibl. Cotton. Tiber. A. 15. (in quo de vita et miraculis ejus agitur) *Officium S. Richardi Hampolae eremitae, postquam fuerit ab ecclesia canonizatus; quia interim non licet publice in ecclesia cantare de eo horas canonicas, vel solemnizari festum pro eo. Potest tamen homo evidentiam habens suae eximiae sanctitatis, eum venerari, et in orationibus privatis ejus suffragia petere, et se suis precibus commendare.* Ita Rubrica. Vide Wharton. *App.* Cave. p. 35. Bal. v. 80. Pitf. p. 465. seqq.

HAMRINCHAM [HENRICUS] Scripsit carmine, *De decretis*, lib. i. *De decretalibus*, lib. i. Olim in bibl monasterii Burgi S. Petri L. xi. In matriculario eodem M. xi. *Altercatio inter mag. Henricum de Hamrincham, et mag. Michaelem versifice.* An Anglus, vel cujus nationis fuerit haud constat. *Histor. Petriburg.* p. 209.

HANABERGUS [a] [GULIELMUS] Carmelita, palaestram Isiacam frequentavit, quo nomine cum jam sacras [literas] pleno hausisset vivis e fontibus ore, in theologorum numerum est relatus, et praeses provincialis factus [b]. Libellos *Determinationum* [c] et *Quaestionum* [d] eo tempore celebres in lucem emisit [e]. Obiit anno D. MCCCXI [f]. Ex *Lelando.*

[a] Gul. Hanaburgus in Londinensi provincia natus. Lelandi *Epit.* In Suthreia non longe a Londino natus. Oxonii S. th. prof. Pitf. [b] In capitulo Nordovicensi A.D. MCCLXXVIII. In Prynn. iii. 101. est Breve regis de protectione pro frater Will. Pagain de Heneburgh a priore generali ordinis Carmelit. jam misso in Angliam ad visitandum domos ordinis Carmeli, 31 Edw. i. Vide infra in Will. Paghaw, qui immediate praecessit Hanneburgh in provincialitate. [c] Lib. i. [d] Lib. i. "Utrum actus virtutis moralis." [e] Scripsit etiam secundum Baleum et Pitseum *Lecturas in theologia*, lib. i. *Sermones varios*, lib. i. [f] Et Londini sepultus est. Bal. iv. 45. Pitf. p. 402. Claruit anno MCCLXXVIII sui ordinis, quem in Anglia gubernavit plusquam xx annis, Londini tandem sepultus. Bal. add. Lel. *Epit.* Will. de Hannaburgh eligitur in provincialem Angliae A. D. MCCCX. solum duobus annis rexit, et obiit MCCCXI. Bal. Ms. Sloan. 133.

HANBURY [RICHARDUS de] scripsit *Summam de constructione partium et earum concordantiis*. Ms. in bibl. Wigorn. num. 61.

HANDLO [ROBERTUS de] musicus insignis. Scripsit *Regulas musicas cum maximis magistri Franconis.* Pr. "Duos tactus possidens." Ms. Cotton. Tiberius B. ix. Hunc librum composuit A. D. MCCCXXVI.

HANDSON [RADULPHUS] scripsit Anglice *Quaestiones de navigationis arte* lib. i. . . . . fol. Transtulit in sermonem vernaculum *Pitisci trigonometriam* . . . . . fol. Claruit anno MDCXII.

HANGALISIDE [ADAMUS] secundus prior Carthusiae Scotorum in Valle Virtuosa juxta Perthum. Scripsit *Quaedam spiritualia*, lib. i. Claruit anno Domini MCCCCLX. *Vita* ejus per Hugonem Stuartum scripta. Dempster. viii. 645.

HANNA [HENRICUS de] sive de HARENA, patria Norfolcensis, professione Carmelita in coenobio Brumhamiensi. A. MCCLIV in capitulo generali sui ordinis designatas est praeses provincialis per totam Angliam secundus; quo officio xviii annos functus est. Efflagitante Henrico, vir nobilis Nicolaus de Moely, quondam custos castri Oxoniensis dedit fratribus hujus ordinis aedem in vico Stockwellensi ibidem. *Hist. et Ant. Oxon.* lib. i. p. 99. Postea etiam in Galliis factus est provincialis, et in sui novi ordinis coenobiis multiplicandis per Galliam, Germaniam, Angliam, Hyberniam et Scotiam sedulo operam navavit, A. D. MCCLXXXI electus fuit provincialis Londoniis in capitulo generali per Petrum de Amiliano et rexit annis xix, et obiit Stanfordiae A. MCCC. 4 cal. Dec. Ms. Bal. Sloan. 4to. 133. ex *Catalogo* provincialium. Et A. MCCLXXXIII. 11 cal. Martii visitavit conventum de Burnham. Ibid. p. 185. Scripsit, *Elegantes epistolas*, lib. i. "Dilectis in Christo filiis." *Conciones aliquot*, lib. i. *Ordinationes conventuum*, lib. i. Obiit 4 cal. Decemb. MCCXCIX, et Stanfordiae humatus est. [A. MCCC. Ms. Bal. Sloan. 4to. 79.] Bal. iv. 19. Pitf. 385.

HANNEYA [THOMAS de] natione Anglus, ludimagister sui seculi insignissimus; non solum in Anglia, sed etiam Tolosae in Gallia ludum literarium aperuit. Scripsit *Memoriale juniorum*; sive *de quatuor grammaticae partibus*, lib. iv. Pr. pr. "Cum animadverterem quamplurimos." Pr. lib. "In qualibet arte." Ms. bibl. Bodl. NE. E. i. 9. Mus. 91. Hoc olim vidit Baleus in officinis Londinensibus. Hanc *Grammaticam* inchoavit apud Tolosam 12 cal. Maii MCCCXIII, et consummavit apud Lewes ad instantiam magistri Johannis de Chertesia, rectoris scolarum loci illius 4to. kal. Decembris eodem anno. In Jamesii et Bernardi *Catalogis* bibl. Bodl. Johanni Estebio, qui codicem hunc descripsit, hoc opus attribuitur. Claruit Tolosae juxta Bal. xiii. 90. Pitf. p. 482. A. MCCCLX. Sed floruisse eum ante hoc tempus patet, quia *Grammaticam* finivit A. MCCCXIII. Ms. A. Wood. Pitf. in princ.

HANWILL [JOANNES] five ANNAEVILLANUS [a], qui et corrupte HANTVILLENSIS et NANTVILLENSIS dictus, ex Annaevilla Neustriae oriundus, at in Britannia insula [b] ortus, ita se in bonis literis, adhuc juvenis, feliciter exercuit, et praecipue in poësi, ut vir factus, vel miraculum eloquentiae profluentis saeculo alioqui tum barbaro visus sit, et quidem Parisiis. Concinnavit autem opus, ut ea tulit aetas, sane elegans, venustum, splendidum: in quo subinde encomiastes, aliquando etiam et satyricus. Nomen autem operi a Graeco derivatum fonte inditum est, videlicet *Archithrenius* ab insigni lamentatione. Patriae vero memor, Bruti, et Britannorum gratissimus cum antiquitatem tum gloriam depraedicat [c]. Ludovicus Vives libro tertio *De disciplinis*, Lilius Gregorius Gyraldus dialogo *De historia poëtarum* quinto, et Gesnerus in *Scriptorum catalogo* praeclaram Annaevillani faciunt mentionem. Illustrat nomen Henrici tertii Annaevillanus, unde et liquet, quo tempore floruerit [d]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Hanwill seu Hanwillensis. Bale. Hawyll vel Hawyllensis. Ms. Lel. Trin. Hantivillensis. Pits. et Vossius, iii. 783. [b] In Brytannia insula natus. Bale. Pits. Oxonii studuit, ubi tandem artium magister evasit. Habitum Benedictinum in monast. S. Albani assumpsit.

[c] Scripsit *Archithrenium* ad Walterum episcopum Rothomagensem, lib. ix. "Velificatur Athos dubio mare "ponte ligatur." Ms. Bodl. Digby 64. cum glossa (sed non est Hu. Legati, qui comment. eum illustravit) Ms. ibid. 157. Hunc suo tempore extare in bibl. monast. S. Edm. Buriensis, tradidit Bostonus Buriensis, qui tamen male eum adjudicat Johanni Sarisbur. vid. *Hist. et Antiq. Univ. Oxon.* i. p. 57. Simlerus in *Epitome* bibl. Gesner. ait hunc Archithrenium constare libr. xvi. *De antiquitatibus Britanniae*; ex quo manifestum est Simlerum nunquam hunc librum vidisse, quae historias, nedum Britanniae antiquitates (nisi in cap. 16. et 17. libri vi. quaedam de Bruto habet) vix attigit, sed plerumque de vitiorum redargutione et virtutum laude agit. *De rebus occultis*, lib. i. "Rebus in ob"scuris dubitantes" *Epigrammata, epistolas, et poëmata*. In cod. Bodl. Digby 64. Archithrenio proximus est tractatus metricus cum expositione (in *Catalogo* Joh. Hanwillensi ascriptus) *De epistolarum compositione*. Pr "Si "dictare velis et jungere scema loquelis." [d] Claruit A. D. MCC, et tandem fatis concessit in coenobio S. Albani, ubi humatus jacet. Bal. iii 49 Pits. p. 267. Vide Ms. Lel. Trin. Add. J. Balei, et Fuller's *Worthies*, i. 297.

HARCHIUS [JODOCHUS] Montensis; videtur Anglus esse, vel saltem in Anglia per aliquot tempus vixisse: Scripsit, *Orationem consolatoriam super morte Henrici* viii *quondam regis Anglorum*. Pr. ded. dominae comitissae Arundel. "Cum ego nuper quasi attonitus." Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. A. xiv. *Pro instauratione reipubl. Anglicanae, proque reditu R. P. Reg. Pole ad senatum Angliae*. Lond. MDLIV. 12mo. Vide Valer. Andreae *Bibl. Belg.* p. 593.

HARDEBIUS [ROBERTUS] Carmelita Lincolniensis S. theol. professor, sui coenobii tandem prior. Scripsit *In festivitatibus B. Mariae conciones*, lib. i. Claruit A. MCCCCL. Bal. xii. 76. Pits. p. 643.

HARDEBIUS [a] [GALLOFRIDUS] Augustinianus, quae ad philosophiam et sacras literas pertinent, Oxonii didicit; magnamque ibidem ex magno labore famam sibi comparavit. Eo etenim loci in sublimi illa divinae theologiae cognitione pervenerat, ut utriusque Instrumenti libros publice interpretaretur: ob quam rem in supremam eruditorum classem ab Isiacis receptus est. Auxit hic honos ejus famam, quemadmodum et magistratus provincialis, quo publico Augustinianorum consensu donatus fuit. Multum etiam ad famae cumulum addidit Eadoveardus, rex ejus appellationis tertius, cui non modo ab auriculari confessione, verum etiam a consiliis fuit. Nihil tamen usque adeo hominem in altum extulit, quam libri, quos sacrosanctae posteritatis memoriae dedicavit. Cujus rei inter alios bene clarus testis est ejus liber, quem *De perfectione evangelicae paupertatis* [b] scripsit [c]. In illo certe opere paupertatem ita mediis amplexus est ulnis, ut impugnantes fraterculorum mendicitatem stricto audacter rationis gladio insecutus sit. Floruit circiter annum D. MCCCLX, sepultus est Londini apud Augustinianos. Roberti Hardebii, Carmelitae Lindocollinensis, et ejus libri *De Maria assumpta in coelum* meminit Baleus [d]. Ex *Lelando*.

[a] Galfridus Hardeby e domo fratrum August. eremit. Leycestriae. Bal. Pits. S. theol. doctor. Oxon. Pits. Claruit tempore Ric. ii. uti patet ex epist. ejusdem regis Ms. penes episcopum Norwic. More ix. p. 45. [b] *Contra Armachanum*, lib. ii. [c] Scripsit etiam *Contra eundem de vita evangelica*, lib. i. cap. 20. "Circa materiam primi cap." Ms. in bibl. Bodl. Digb. 113. Vide A. Wood. Ms. Langb. *Quodlibeta Oxoniensia*, lib. i. "Memorabilia "philosophorum studia." *Ordinarias quaestiones*, lib. i. "Utrum ad uniendam utramque in Christo." *Determinationes*, lib. i. "Propter universalem scientiarum traditionem." *Ordinis sui res gestas*, lib. i. *Lecturas in Vetus Testamentum*, lib. plures. *Lecturas in Novum Testamentum*, lib. plures. *Postillas Scripturarum*, lib. i. *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de sanctis*, lib. i. Extat sermo magistri Hardby in ecclesia B. Virginis [Oxoniae *] in illud, *Erunt signa in sole, etc.* Pr. "Signorum tria sunt genera." Ms. Bodl. Digb. 161. Annon Galfrido huic debetur? [d] *In suis collectionibus*, addit Ms. Lel. Trin. Haec habet ad finem Galfridi. Bal. vi. 6. Pits. p. 491.

* Ita Catal. sed non in Ms.

HARDINGUS [JOHANNES] ex septentrionali patria natus, spectabilis generis armiger, vir quidem illustris fuit, et, ut ea tempora dabant, non omnino indoctus. Ab anno aetatis xii in familia dom. Henrici Percy educatus erat usque ad praelium Salop. cui interfuit anno aetatis xxv. Militavit hic sub Roberto Umfrevyle, Roxburgensis castri praefecto, viro strenuissimo contra Scotos: postea sub Eboracensium duce praeclarissimo Edvardo tandem rege, et utrobique ad suae patriae commodum semper fidelissimus serviebat. Ex chronicis ille collegit ab Ethelstani regis tempore, Scoticorum regum submissiones omnes, ac praestita fidelitatis juramenta Anglorum monarchis, ut in posterum sciretur, Scotiae regnum a longo tempore, et fere ab eorum regnorum exordio Anglorum juris esse. Etiam ex Scotia subduxit, non sine maximo vitae periculo, literas quasdam originales eadem ipsa notantes, quas Anglorum regibus Henrico v et vi, ac tandem Edwardo

wardo iv in manus dabat. In lit. pat. 18 Hen. vi. pl. iii. m. 15. Pat. 19 Henr. vi. pl. 1. m. 19 et 20. Pat. 36 Hen. vi. pl. 1. m. 8. multa privilegia concedebantur huic Hardingo pro procurandis Scotorum annalibus. Memorand. quod 15 Nov. 36 Hen. vi Joh. Harding de Kyme deliberavit Johanni Talbot Salop. thesaurario Angl. et camerario Scaccarii quinque literas patentes tangentes regnum Scotiae, etc. " wherein are divers acknowlegements of sundry kings of Scots, and " other noblemen of Scotland, of their homages and fealty to the kings of England," in 2 pixide lignea quadrante; et ponuntur in magna cista, ubi pergam. ponitur super receptam ad tale signum, viz. *Scotia. Harding.* Ita Mſ. Aſhmol. 860. p. 186. ex libro in Scaccario dicto *The yellow book.* Ita tum demum ex diversis historiarum scriptoribus Britannici regni principum gesta coacervavit, et in Anglica metra redigens, praedicto regi Edwardo dedicavit *Chronicle of England, unto the reigne of king Edward* iv, *in verse: With a continuacion of the same in prose.* Lib. ii. cap. 242. Anglice. Pr. pr. " The moost substaunce of power and of myght." Pr. lib. " The while " that Troy was reigning." Lond. MDXLIII. 4to. *Cronicon* Mſ. extat in bibl. Aſhmol. 34. h. t. *The chronicle of John Harding in metre, from the first beginning of England unto the reign of Edward the* iv. Cap. ult. est exhortatio autoris ad regem Edw. iv, ut reducat Henr. vi et fautores suos. Item in bibl. Bodl. Archiv. Seld. B. 26. qui codex cooperimento serico et aeneis bullis pulchre ornatus, ac descriptus in fol. pergam. literis majusculis, foliisque deauratis videtur esse liber autographus regi Edwardo dedicatus. Spectasse tamen dicitur ad Henr. Percy comitem Northumbr. quia ad finem arma ejus gentilitia videntur depicta. Ad finem *Chronici* extat *Scotiae descriptio brevis,* lib. i. una cum *Tabula* ejus *chorographica.* Pr. " Ye may entre Scotland." Pr. " Now " to expresse unto your noble grace." Impr. ad finem *Chronici.* Post descriptionem Scotiae habentur hujus Hardingi *De jure regis Edw.* iii *et Henr.* v *ad regnum Franciae,* Lat. Pr. " Edvardus iii rex Angliae transivit." *De cronico quodam docente Edmondum esse juniorem, Edvardum esse seniorem filium regis Henrici* iii. Pr. " Forasmuch as many have bene inerred." *Regis titulus ad regnum Hierosulemitanum.* Pr. " Robertus Curthos fratres jurati." *Regis tituli ad omnia regna sua cum motione de unione Scotiae.* Pr. " To England have ye the ryght." Cap. 241. in impr. *Bellum dom. Henrici Percy apud Shrewsbury ex concilio Ricardi Scrope, archiep. Ebor.* Pr. " Forasmuch as many men marvail." Breviter in hoc *Chronico* ab aliis narrata a Bryto usque ad Henricum iv explicat; deinceps comperta ac visa per LXI annos aliquanto fusius demonstrat ad Edw. iv usque; sub quo senex A. C. MCCCCLXI claruit. Continuatur hoc *Chronicon* prosa per Ric. Grafton ab Edw. iv ad Henr. viii, et apparet impressum A. MDXLIII sub finem *Chronici.* Pitseus p. 653. seq. scripsisse etiam refert Hardingum *De submissione regum Scotiae sub Anglia,* lib. i. Quaere tamen, annon hic liber idem sit cum *Chronico.* Ad finem *Cronici* habetur *Litera Edw.* i *ad papam de titulo ad Scotiam.*

HARDINGUS[a] [STEPHANUS] primis adolescentiae suae annis monasticae vitae praecepta in Shiroburnensi coenobio religiosissime observavit. Est autem Shiroburna, ne sis ignarus, candide lector, oppidum Dorocastrensis provinciae, a fluviolo ejusdem nominis praeterlabente sic dictum: ubi a tempore Inae, regis Westsaxonum, usque ad regnum Gulielmi Nortomanni sedes episcopalis fuit, Aldhelmo tantam inchoante dignitatem, Hermanno autem eandem in Severiam urbem antiquissimam transferente. Fuerunt per aliquot saecula Shiroburnae canonici, quos vulgus *praebendarios* vocat; donec Wolfsinus episcopus, regnante Eadgaro, monachos, monachus et ipse, extrusis violenter consilio forsan Dunstani justis possessoribus, induxit. Sed quo me rapuit oratio? Ad Stephanum revertor; qui jactis sincerae vitae fundamentis bene solidis, Scottos petiit; inter quos aliquandiu versatus, multam sibi conciliavit amicitiam. Deinde Galliam petiit, tanto discendi ardore correptus, ut totus eo conflagrare videretur. Dies igitur noctesque bonis artibus operam dedit; nec ante operae finem fecit, quam ita profecisset, ut in vasto illo veterum autorum pelago sine cortice, quemadmodum in proverbio est, nataret. Dum tamen haec ageret, quo erat judicio plane acerrimo, videbat deesse sibi quiddam ad ipsum elegantis eruditionis circulum. Romam itaque, literarum parentem, profectus est: ubi tam diu degebat, quam studiis suis utile videbatur. Sed ut magnam ex elegantia Romana voluptatem, ita majorem animi offensam ex corruptissimis moribus, qui illic redundabant, cepit. Roma erga relicta, Burgundiam venit, ubi in celebri quodam Benedictinorum coenobio[b] annos aliquot vixit, frequenter inculcans cum abbati tum monachis arctioris vitae praecepta. At cum plane sentiret, majores ibi esse opes, quam ut frugalitatem, quam ille tantopere praedicabat, admitterent; continuo selegit sibi octodecim socios, homines sui ordinis atque loci, et Cistertium petiit, locum sylvestrem, ac a strepitu omni remotum. Ibi, ut historiae tradunt, novi monasterii fundamenta jecit, novosque sanctissimae vitae ritus[c], edito in hoc libro, qui ad posteros etiam pervenit, studiose praescripsit: atque haec qui-

[a] Vide Gul. Malmſb. f. 71. b. [b] Sc. Molismensi provinciae Lingonensis. [c] *Liber ordinum, seu rituum ordinis Cisterciensis.* Parif. MDCXXVIII. etc. Scripsit etiam, *Constitutiones pro unione monasteriorum Cisterc.* sive *Chartam charitatis,* lib. i. " Nemini quicquam debeatis." Extat in *Menologio Cisterc.* Antwerp. MDCXXXV. ad diem 5 Julii, et *Annalium Cisterc.* Angeli Manriquez. Lugdun. MDCXLII. tom. i. ad an. MCXIX. *Epistolarum* lib. i. Duae extant inter epistolas Bernardi ad Ludovicum Galliae regem. *Exordium parvum sui ordinis.* In bibl. Cisterciensi a Bern. Tissior. edita Parif. MDCLX. *Sermonem habitum in obitu S. Alberici.* Apud Manriquez. tom. i. anno MCIX. *Sermonem* habitum anno MCXIII, cum S. Bernardum cum 30 sociis venientem, habitu ord. Cisterc. induit. Extat apud Britum lib i. cap. 22. monente Carolo de Visch. *Bibl. Script. Cisterciens.* p. 301. *Exhortationes privatas ad monachos.*

dem

dem Cistertiensis ordinis origo [d], qui hodie per totam late Europam diffunditur. Assurge nunc, candide lector, et Hardingum [e] mecum celebra: a quo, regnante in Anglia Gulielmo Victore, tot illustres virtutum statuae erectae sunt. Ex *Lelando*.

[d] Suarez *De relig*. lib. ii. cap. 3. Stephanus constitutiones illius ordinis in formam redegit, ideoque fundator illius ordinis appellari etiam solet: et ita Malmsburiensis lib. *De Reg*. "Author erat Hardingus et mediator "Cistertiensis religionis, dux facti totius, speciale et in-"signe nostrorum." Sunt nihilominus, qui S. Robertum ordinis Cistertiensis fundatorem fuisse contendunt. Cistertium certe primus incoluit Stephanus, regulas condidit, ideoque unanimi nostratium historicorum consensu primarius appellatur hujusce ordinis institutor. Parum et ab iis, et inter se discrepant, qui *Annales Cistercienses* condiderunt; ad quos relegandus est, quisquis hujusce controversiae apices eventilare fategerit. [e] Abbas Cisterciensis electus est anno MCIX, post 13 ordinis sui monasteria a se fundata, Cistercensium suorum regimine se abdicavit anno MCXXXIII, obiitque anno sequenti 17 April. Cave, *Hist. lit*. p. 639. Bal. ii. 63. Pitf. p. 202, seq. Dempst. viii. 627.

HARDING [THOMAS] Becontonae in agro Devonensi natus, tyrocinium in ludo literario Wintoniensi posuit, et inter collegii Novi Oxon. socios numerari coepit A. MDXXXVI. Scientias autem philosophicas emensus, et gradum magisterialem A. MDXLII adeptus, ad theologiae et linguarum studia se totum convertebat, factoque in eisdem progressu egregio regius linguae Hebraicae professor electus est; quod munus usque ad mensem Julii vel initium Augusti A. MDXLVII retinuit. Tempore Henr. viii et ad mortem regis Edwardi vi cultui reformatorum addictissimus, et synceressimus concionator; *Epist*. Parkhurst. Mf. Norwic. More. 125. fol. 7. Deting. contra Harding. p. 53. 92. Postea Henrico duci Suffolc. a sacris, et ecclesiae Wintoniensis praebendarius (Julii 25. MDLIV.) et Sarisburiensis thesaurarius evasit. Sceptrum vero capessente Elizabetha beneficiis omnibus valedixit. A. MDLXI numerum recusantium auxit, ideo in comitatibus Wiltoniae et Dorsetiae detentus (Strype *Elizab*. p. 241.) donec Lovanium abierit, ubi causae pontificiae contra Juellum defensorem se fortissimum praestitit. Scripsit, *An answer to Mr. Jewell's challenge*. Pr. "Whereas Horace sayeth, they that run." Lovan. MDLXIV. 4to. Cum additionibus Antwerp. MDLXV. 12mo. *Rejoynder to Mr. Jewell's reply*. Pr. "Sith that I am not suf-"fered." Antwerp. MDLXVI. 4to. *Another rejoynder to Mr. Jewell's reply against the sacrifice of the mass*. Pr. pr. "Because this tale hath now oftentimes." Lovan. MDLXVII. 4to. *Confutation of a book* (Mr. Jewell's) *called*; *An apology of the church of England*. Antw. MDLXIII. MDLXV. 4to. *A detection of sundry foul errors, lyes, slanders, etc. uttered and practised by Mr. Jewell in a book by him set forth, entitled* "A defence of the apology," etc. lib. v. Pr. "At "the first coming of this treatise." Lovan. MDLXIV. MDLXVIII. *Answer touching certain untruths which Mr. John Jewell charged him with, in his late sermon at Paul's Cross* 8 Julii. MDLXV. Pr. "For as much as, gentill reader." Antwerp. MDLXV. 4to. et 8vo. *A letter of his to Mr. Jewell dated at Antwerp* 12 Jun. MDLXV *about his sermon at Paul's Cross* 27 Maii ult. *requiring a copy of it, with an advertisement to the reader, printed*. Reprinted Strype *Elizab. App*. 57. Horum plerosque Latinos fecit Gul. Reginaldus, sed nunquam typis mandati fuere. Obiit sexagenarius Lovanii, et in ecclesia S. Gertrudis ibidem sepultus erat 16 Sept. MDLXXII. Pitf. pag. 768. *Athen. Oxon*. i. 175. seq.

HARISIUS [GULIELMUS] seu HARRIS Oxonii in collegio Lincoln. philosophiae et liberalibus artibus operam dedit, ac A. MDLXVII brabeum studiorum gradum sc. baccalaureatus artium adeptus est. Et postquam supremos in ea facultate honores consecutus esset, Oxonio propter amorem pontificiae religionis relicto, transfretavit in Flandriam, et in Anglorum Duacensi collegio studiis theologicis incumbens, sacerdos ordinatus est. Tandem in patriam reversus, ut Anglos ad fidem Romanam recuperaret, composuit librum h. t. *Theatrum, seu speculum verissimae et antiquissimae ecclesiae M. Britanniae, quae ab apostolicis viris fundata, et ab aliis sanctissimis doctoribus a generatione in generationem propagata in nostram usque aetatem perpetuo duravit*, lib. x. Obiit in Anglia A. MDCII. Pitf. 801. *Athen. Oxon*. i. 316. Fuller's *Ch. Hist*. xvii. 4. Quidam GULIELMUS HARRIS transtulit e Germanico in Anglicum *Feriam, sive forum foeneratorum*. . . MDL. 8vo.

HARISIUS [JOHANNES] Thomae Mori secretarius, pontificiae religioni addictissimus, qua ut intemerata frueretur, cum uxore liberis et familia ad exteros trajecit. In patrum et doctorum antiquorum scriptis evolvendis multos annos posuit, et edidisse fertur *Collectaneorum ex sanctis patribus*, lib. i. Obiit Namurci 2 Nov. MDLXXIX, et in coemeterio S. Johannis evangelistae sepultus est. Pitf. p. 771.

HARKELEY [a] [HENRICUS] sive HARCHELEGUS in scholis disputavit frequentissime Isiacis [b]; fuitque ex ea philosophorum secta, qui elenchis freti subtilius argumenta implicant. Supersunt ejus *Quodlibeta* [c], opus varium et excussum, ut illa ferebant tempora [d]. Ex *Lelando*.

[a] Henricus Harkeley Pitf. Bale. Ercla. Waldero. Cancellarius olim Oxoniensis, in scholis addit Mf. Lel. Trin. [b] Ubi doctor theologiae (Pitf.) et cancellarius academiae A. D. MCCCXVI. Bale. Pitf. [c] Lib. i. Scripsit praeterea, *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. "Secun-"dum Dionysium in libro." *De transubstantiatione panis in sacramento*, lib. i. "Utrum de necessitate salutis est "ponere accidens sine subjecto in sacramento altaris." Dicta doctoris Herdeclei, canc. Oxon. de hac quaestione citat Tho. Walden in tract. *De sacramentis*, lib. v. c. 46. *Quaestiones theologiae*, lib. i. *Determinationes*, lib. i. *Concionem in laudem D. Thomae Cantuar*. Pr. "Cecidit co-"rona capitis nostri. "Ista verba possunt." Mf. Lambeth. 61. fol. Ad pr. haec nota: "Magister Henricus "de

" de Hercley praedicavit hunc sermonem solempniter in " univ. Oxon. eodem anno quo Petrus de Gaveston fuit " translatus apud Langeles." [d] Claruisse perperam fertur anno MCCCXCVI. Bal. vi. 95. Pits. p. 562. Floruit potius A. D. MCCCXXVI. A. Wood. Mf. Pitf. Henr. de Harclay admissus [fuit] praebend. Rotesfen in ecclef. Sarum, 8 id. Dec. MCCCXVI. Idem c. 143.

HARLAEUS [JOHANNES] frater Dominicanus; literis operam dedit in coenobio sui ordinis Oxoniae, ubi tandem S. theol. doctor creatus. Scripsit, *Bina commentaria super magistrum sententiarum*, lib. viii. *De praedestinatione Dei*, lib. i. *Quodlibeta varia*, lib. i. Claruit A. MDXIV. vel MDXV. Pitf. 691. *Athen. Oxon.* i. 10. Vide magnum encomium Joannis cujusdam Harlaei ludimagistri colleg. Magdal. et tandem episcopi Hereford. per Laur. Humfr. *De interpret.* lib. ii. 526. Lelandi *Encom.* p. 107. *Athen. Oxon.* i. 681. Fuller's *Worthies*, p. 128. Vide Mf. Ashmol. 789. f. 144.

HARLISTON [THOMAS] frater. Fuit quidam hujus nominis monachus Buriensis, qui 6 Apr. MCCCCXLIII diaconus ordinatus est. *Reg. Bur. Novell.* 75. An idem sit, incertum. Scripsit *De genere tractatus*. Pr. " Quoniam omnis cognitio humana." Mf. Bodl. NE. D. 3. 17.

HARMAN [THOMAS] ex generosa familia oriundus. Harrison. *Descr. Brit.* 183. vel 107. Scripsit librum, cui titulus: *A caveat for common cursetors, vulgarly called vagabonds.* London. MDLXVII. 4to.

HARPER [HENRICUS] Scripsit, *Sermones de Dominicis: De sanctis: De poenitentia: De adventu triplici Christi.* Omnes Mss. olim in bibliotheca monast. Sion.

HARPSFELD [JOHANNES] in parochia S. Mariae Magdal. in veteri Piscaria Lond. natus, a patre ad scholam Wintoniensem missus, fundamenta literaturae et bonarum artium jecit; deinde, cum optimae spei juvenis esset, in collegium Novum Oxon. cooptatus est, cujus socius perpetuus factus A. MDXXXIV. Postea artium magistri gradu ornatus, sacrisque ordinibus initiatus, Bonnero episcopo Londin. a sacris evasit. A. MDLIV 4 May collatus ad ecclesiam S. Martini Ludgate, quam resignabat 14 Maii MDLVIII, et collatus ad ecclesiam de Layndon in Essex. Bonner *Reg.* Newc. ii. 356. A. MDLIV. 26 Maii collatus ad praebendam de Holborn in ecclef. S. Pauli Lond. *Regist.* Bonner. Eodem hoc anno S. theol. professor et archidiaconus Londinensis factus; et A. MDLVIII decanus Norwicensis, et 10 Dec. hujus anni collatus ad praebendam de Mapesburg. *Reg.* Bonner. A. MDLIX occurrit praebendarius Exoniensis. *Reg.* Parker. f. 79. Regnum ineunte Elizabetha in carcerem compingitur, ubi per anni spatium custoditus tandem libertatem adeptus est, et in parochia S. Sepulchri London. reliquam vitae partem egit. Scripsit, *Concionem ad clerum in ecclesia S. P. London.* 16 Octob. MDLIII. in *Act.* xx. 28. Lond. MDLIII. 8vo. *Homilias in ecclesiis dioec. London. legendas.* Angl. Lond. MDLIV. MDLV. Inter Homilias xiii a Bonnero in usum dioec. London. editas Lond. MDLV. 4to. habentur novem hujus autoris sc. i, ii, iii, iv. vi. ix, x, xi, xii. Vide librum, si titulos velis. *Disputationes, epistolas, etc. varii argumenti*, quae extant in *Gestis et monumentis ecclesiae* per J. Fox. editis. p. 1448. 1459. In Foxii i. edit. p. 1455. datur *Epistola* Bonnero de Tho. Whyttel. *Dialogos contra centuriatores Magdeburgenses sub nomine* Alani Copi *editos ipse scripsit. Librum contra Hornum sub nomine* Stapletoni. Vid. Nic. Harpsfield. *Supputationem temporum a diluvio ad* A. D. MDLIX, *ex chronologia Gerardi Mercatoris et Geo. Lilii.* Pr. Anno MLX. " Noe filius Lamech." *Ecclesiasticam historiam Anglicanam* versibus hex. et pent. Pr. " Dux evangelii fuit." Ambo autographa Mf. Cotton. Vitell. C. ix. Transtulit ex Graeco in Latinum *Simplicii commentarium in primum Aristotelis physicorum librum.* Pr. ded. regi Henr. viii. " Cum tua majestas, princeps illustrissime." Mf. bibl. reg. Westmon. 12. F. v. Transtulit ex Latino in Graecum *Virgilii Aeneidos librum primum.* Pr. Τὰς πολέμους, τὸν τ' ἄνδρα λέγω, ὅτ' ἀπ' ἰλίυ ἦλθε. Mf. Ibid. 16. C. viii. Fatis concessit Londini A. MDLXXVIII, et in ecclesia, ut videtur, S. Sepulchri sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 191. Newc. i. 63.

HARPSFEILD [NICOLAUS] Londini in parochia S. Mariae Magdalenae in veteri Piscaria natus, atque in schola Wintoniensi grammaticali primis literarum rudimentis instructus, ad collegium Novum Oxon. accessit, decursoque probatico, quod vocant, biennio socius evasit A. MDXXXVI, ac ibidem juris Caesarei studiis sedulo invigilavit. A. MDXLIV principalis Aulae Albae; anno MDXLVI regius Graecae linguae professor electus; A. MDLIII gradu doctorali in facultate legum insignitus, collegio valedixit, et ad curiam de Arcubus London. se contulit. A. MDLIV archidiaconus Cantuar. designatus est. A. MDLIV. 27 April. collatus ad praebendam de Harleston in ecclesia S. Pauli. *Reg.* Bonner. Et 29 ejusdem mensis admissus ad ecclesiam de Layndon, quam resignabat A. MDLVIII in favorem Joh. Harpsfeild. Ibid. A. MDLVIII. 1 Novemb. collatus per archiepisc. Cantuar. ad praebendam in ecclesia Cantuar. A. MDLVIII. 28 Octob. officialis almae curiae de Arcubus, et decanus peculiarium archiepiscopi Cantuar. et mense Nov. sequenti curiae audientiae officialis constitutus. Newc. i. 154. Mense Januar. sequenti prolocutor cleri prov. Cantuar. in convocatione. Strype *Elizab.* 56. Et unus disputantium e partibus papistarum A. MDLIX. Ibid. 88. Post mortem reginae Mariae exauthoratus erat, quia suprematum regium in ecclesiasticis agnoscere noluit; ob quam causam custodiae mandatus fuit, adeo liberae tamen, ut studiis operam daret non minus sedulam; labori etiam et ingenio favens eruditissimus praesul M. Parkerus archiepiscopus Cantuar. Omnium sedis suae registrorum copiam ei fecit, quorum opera adjutus *Historiam* suam *ecclesiasticam* contexuit. Scripsit *Dialogos sex contra summi pontificatus, monasticae vitae, sanctorum, sacrarum imaginum oppugnatores et pseudo-martyres.* Pr. ep. Joh. Lentallerio. " Cum hi sex dialogi non." Pr. dial. " Quid illud est, mi Critobule." Antwerp. MDLXVI. MDLXXIII.

MDLXXIII. 4to. ſub nomine Alani Copi. Vide literas A. H. L. etc. ad finem cum interpret. Fuller's *Hiſt. eccl.* xvi. 143. Huic reſpondit J. Fox. p. 568. *Hiſtoriam Anglicanam eccleſiaſticam*: Pr. pr. "Aliquid ego apud te, candide lector." Edit. a Rich. Gibbon. Duaci MDCXXII. fol. Extat autographum Mſ. in bibl. Cotton. Vitellius. C. ix. 12. in quo plurima habentur ab expurgatore deleta, et in edito deſiderata. Vid. Whart. *A. S. Praefat.* tom. i. p. 15. Hujus autor Alanus Copus, Fuller lib. iv. 141. In codice eodem Cott. Vitell. C. ix. 14. extant, *Ejuſdem ſc. Nicolai* (quem tamen falſo Johannem appellat) *Verſus ex centuriis ſummatim comprehenſis*; *ſive Hiſtoria eccleſiaſtica verſibus elegiacis. Hiſtoriam haereſis Wiclevianae*, cap. xix. Pr. "Poſt abſolutum tandem, "Deo favente." Mſ. Lambeth. 140. fol. editam ad finem *Hiſtoriae. Chronicon a diluvio Noaë ad* A. MDLIX. Mſ. Cotton. Vitellius C. ix. 13. *Impugnationem contra bullam Honorii* i. *papae ad Cantabrigienſes.* Lat. Mſ. *A treatiſe concerning marriage, occaſioned by the pretended divorce between K. Henry* viii, *and Qu. Katharine.* Mſ in bibl. coll. Novi Oxon. 311. Pr. ep. lectori. "It is an "old and true ſaying." Pr. lib. "Foraſmuch as this matter is incident." *Epigrammata.* Obiit Londini A. MDLXXXIII. Pitſ. p. 780. *Athen. Oxon.* i. 214. ſeq.

HARRINGTON [GULIELMUS.] Apud Dugdale, *Hiſt. Paul.* 55. et Weever. *Funer. Monum.* pag. 370. eſt epitaphium ejus affixum in capella S. Johannis eccleſiae cathedr. S. Pauli London juxta oſtium auſtrale. Gulielmus Harington juris conſultus, protonotarius apoſtolicus, D. Pauli canonicus, ex illis quos reſidentiarios dicunt; patria Eboracenſis, natus in pago, qui Eſtryngton vocitatur, patre Gulielmo Haringtono viro claro genere orto in pago Cumberlandiae haud ignobili, qui New-Byging nuncupatur; et matre Joanna filia Gulielmi Haſke, aliter Balivi dicti, viri generoſi in eodem pago Eſtryngton nata: memor exitus vitae, qui omnibus horis impendet, hoc ſibi ſepulchrum poſuit anno ſalutis humanae MDXXIII. A. MCCCCXCVII. 8 Julii collatus fuit ad praebendam de Iſlington in eccleſia S. Pauli London. *Regiſt.* Savage; quae vacabat per ejus mortem 25 Nov. MDXXIII. *Regiſt.* Tonſtall. A. MDV. 17 Jan. admiſſus eſt ad eccleſiam S. Annae juxta Alderſgate. *Reg.* Barons. London. Scripſit, rogatu Polydori Virgilii, archidiaconi Wellenſis, *Laudem matrimonii Anglice*, h. t. "In this booke are conteyned the commendations of matri- "mony, the manner and form of contracting, ſolempnyſing and lyving in the ſame; with de- "claration of all ſuch impediments as doth let matrymony to be made. As alſo certayne "other thynges which curates be bounden by the law to declare oftentimes to their pariſhe. "Imprynted at the inſtance of mayſter Polydore Virgil archdeaken of Wells. Will. Harrington "LL. D. Polydoro Virgilio archidiacono Wellenſi S. P. D. Pr. pr. "Cum ſuperiori anno "(Polidore amantiſſime) animi recreandi cauſa eſſes mecum ad eccleſiam noſtram parochialem "Trinenſem." London per Jo. Raſtal. . . . 4to. Et London. MDXXVIII. 4to. per Robert. Redman.

HARRISON [GULIELMUS] patria Londinenſis, in literis grammaticalibus ab Alexandro Nowell in ſchola Weſtmonaſterienſi inſtitutus; inde, ut videtur, ad Aedem Chriſti Oxon. ineunte regis Edw. vi. regno miſſus erat. Deinde Cantabrigiam abiit; et tandem dom. Gulielmo Brook cuſtodi cinque portuum et baroni de Cobham a ſacris domeſticis fuit. A. MDLXX. 28 Jan. Gul. Harriſon S. T. baccalaureus inſtitutus in vicariam de Wimbiſh in comit. Eſſex. quam reſignavit ante 16 Nov. MDLXXXVII. Newcourt. ii. 674. Et A. MDLVIII. 16 Febr. inſtitutus erat in eccleſiam de Radwinter Eſſex. ad praeſentationem Gul. Broke domini de Cobham, quae vacabat per mortem ejus 11 Febr. MDXCIII. Ibidem 479. Scripſit *Hiſtoricam deſcriptionem Britanniae*, etc. Angl. lib. iii. Pr. ded. dom. W. Brook, baroni Cobham. "Having had juſt occaſion." Impreſſ. Lond. MDLXXVII. Et praefix. primo volumini *Chronicorum* Ra. Hollingſhed. Lond. MDLXXXVII. fol. In prima hujus libri editione i liber continet 17 cap. ii liber 18. iii lib. 26. In ſecunda editione multa capita tranſpoſita. i liber continet 24 capita. ii liber 25. iii liber 16. *Chronologiam, ſecundum methodum Ger. Mercatoris.* Hujus magnae *Chronologiae* ipſe meminit, inque ea promiſit catalogos epiſcoporum et decanorum cujuſlibet ſedis. Hollingſhedus vol. i. *Hiſt. Angl.* edit. 1. pag. 33. ita: "As Will. Harriſon has ſet down in the exquiſite *Chronology*, which he hath gathered "from the creation of Adam, wherein he ſheweth a large diſcourſe of moſt things worthy of "remembrance, done ſince the world began, as may appear hereafter, if ever it come to light, "and the hugeneſs thereof, and coſt to be beſtowed thereupon, do not hinder the printing of the "ſame." Vide etiam quae ipſe dicit fol. 217. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Hectoris Boëtii deſcriptionem Scotiae*, cap. 15. Pr. ded. dom. Thomae Sacford, libellorum ſupplicum magiſtro. "Having by your ſingular courteſey." Praefixam *Hiſtoriae Scotiae* in vol. ii. *Chronicorum* Hollingſhedi Lond. MDLXXXVII. Obiiſſe videtur A. MDXCIII. *Athen. Oxon.* i. 234. Quidam GUL. HARRISON Cantabrigienſis ſcripſit *Hexaſtichon* in obitum fratrum Suffolcienſium, quod inter alia carmina extat Lond. MDLII. 4to.

HARRISON [JACOBUS] (Dempſter. 349. Bal. par. poſt. 224.) in meridionali Scotiae plaga natus in aula Anglicana poſtea vixit, et Edwardo Seymero, Somerſetenſium duci, et regni adminiſtratori inſcripſit *De duorum regnorum unione*, lib. i. Scripſit etiam juxta Hatton, *De Chriſtianae religionis concordia*, lib. i. Claruit A. MDXLVII. Bal. xiv. 69. Dempſter. viii. 663.

HARRUCHUS OCTAVUS (Bal. par. poſt. 205. Dempſt. 335.) Scoticae nationis in eccleſia Verdenſi epiſcopus, prius abbas Amarbaricenſis. Scripſit *Inſtitutiones catechumenorum*, lib. i. Claruit A. DCCCXXXI. Colitur 15 Julii. Dempſter. viii. 630. Bal. xiv. 38.

HARSFIELDE [THOMAS] monachus, ut videtur, Gloceftrenfis. Scripfit ad quendam Robertum ex Galfr. Monumet. Malmfburienfi, Ceftrenfi, etc. *Gefta diverforum regum fc. Britonum, Saxonum, et Normannorum a Bruto ad Henr.* vi. Pr. pr. (carmine) " Albion eft terra conftans in " finibus orbis." Liber profa. Mf. Cotton. Domit. A. iv. 2. Ita Smithus librum extendit ad tempora Henrici vi. fed nihil habet infra conqueftum nifi indulgentias quafdam domibus religiofis conceffas, et titulum regis Edw. iv. ad coronam Angliae, cujus tempore Thomas nofter floruit. *De virtute nummi et audacia mortis* (carmine) " Vos qui eftis infpecturi." Ibid. 3.

HARSYCK [GULIELMUS] in Brunhamienfi Nordovolgarum comitatus coenobio Carmelitici fectator inftituti, Cantabrigianas fcholas celebravit, unde et magnificum theologi nomen adeptus eft. Cogitabat deinceps fui muneris effe, perpetuum aliquod fcholafticae doctrinae monumentum pofteris fuis relinquere, potiffimum quod ftatutum inter eos foret, nullum pro pileato haberi magiftro, qui non commentarium aut fcriptum aliquod edidiffet. Correpto igitur calamo fcripfit, *Diftinctionum theologicarum* lib. i. " Licite aliquis diligere poteft." *Magiftrales difceptationes.* Et alia fecit multa. Claruit A. MCCCCX regnante Henrico v. Bal. xii. 45. ex Lelando. Pitf. 594.

HARTT [GUALTERUS] five HERTT. A. MCCCCLIV Febr. 26 inftitutus fuit ad rectoriam de Rochford Effex. Newcourt. i. 149. A. MCCCCLV Jun. 27 ad rectoriam S. Martini Vintree Lond. Ibid. A. MCCCCLXVII Sept. 23 collatus fuit ad praebendam de Ealdeftreet in ecclefia S. Pauli Lond. quae vacabat per mortem ejus A. MCCCCLXXXIV. 30 Mai *Regift.* Kempe London. Mathematicus, ut videtur, fuit infignis. In Mf. Norwic. More 820. funt quaedam *De eclipfibus, etc. extracta ex libro mag. Gualteri Hertt.*

HART [GULIELMUS] patria Somerfetenfis, in collegium Lincoln. admiffus fuit A. MDLXXII. Sed nullo cohoneftatus gradu, academia, amicis, et patria relictis, Duacum conceffit. Dein Romam profectus, ftudiis theologicis totum fe dedit, et prefbyter ordinatus eft. Mox in Angliam in quaeftum animarum anno aetatis 24 nondum completo, remiffus eft. Vixitque ibi aliquot annos, profelytos ad religionem fuam quaerendi caufa. Deprehenditur tandem, et cuftodiae datus Eboraci, ubi poenas laqueo dedit 15 Martii MDLXXXII. Scripfit *Epiftolas varii argumenti.* Vide *Concertationem ecclef. cathol. in Anglia*, p. 104. quae Latinas profert. In fermone vernaculo fcripfit, *Letters to certain catholics. Letters to his fpiritual fons. Letters to the afflicted cathol. and to thofe that fuffer in prifon. Letters to a noble matron. Athen. Oxon.* i. 213. feq.

HART [JOHANNES] academiae Oxonienfis alumnus, et ibi S. theol. baccalaureus, ut quidam referunt. Poftea academiae et religioni valedicens, folum vertebat, et facris ordinibus initiatus miffus eft in Angliam, ubi in carcerem compingitur, et mox difputationem publicam habuit cum Johanne Rainolds circa A. D. MDLXXXIII. Extat *Summa hujus difputationis de capite et fide ecclefiae.* Angl. Lond. MDLXXXVIII. 4to. Lat. verfa per Henr. Parry e coll. Corp. Chr. Oxon. Cum aliis prefbyteris pontificiis A. MDLXXXIV in exilium actus, Verdunam fe contulit, ubi in focietatem Jefu admiffus erat; inde Romam evocatus, mox in Poloniam abiit, ubi Jeroflaviae 14 cal. Aug. A. MDXCV diem claufit ultimum. *Athen. Oxon.* i. p. 277. Fuller, *Eccl. hift.* xvi. p. 170.

HART [JOHANNES] fecialis Ceftrienfis A. MDLXVI. Scripfit, *An orthography containing the due order and reafon how to write and paint the image of man's voice, moft like to the life and nature.* Pr. " Orthography a Greek." Lond. MDLXIX. 8vo. *The opening of the unreafonable writing of our Englifh tongue, wherein is fhewed what neceffarily is to be left, and what followed for the perfect writing thereof*, by John Hart MDLI. 13 chapt. Pr. ded. regi Edw. vi. " Moft excellent kyng. Long after I." Mf. in bibl. reg. Weftmon. 17. C. vii. Obiit forfan A. MDLXXIV, quo anno Edmund Knight factus fecialis Ceftrienfis.

HARTMANNUS, Scotus (Dempft. 347.) fub S. Columbani regula S. Galli in Helvetia monachus, cum S. Gallo ex Scotia venit. Ejus edidit in tomis *Antiqq. lectionum* Henricus Canifius *Epigrammata varia*, lib. i. *Poëmata varia*, lib. i. Claruit A. DCLXX. Dempfter. viii. 659. Melchior Goldaftus, *Rerum Alemann.* tom. ii. p. 195 feq. duorum meminit Hartmannorum; (1) Abbatis S. Galli, qui contexuit *Hiftoriam fui temporis*, nunc deperditam, ut habent Ekkehardus junior, cap. iv. et Burkardus princ. *Cafuum.* Et (2) cujufdam Hartmanni junioris, monachi S. Galli, qui fcripfit *Vitam S. Wiboradae martyris*, ut autor eft Cunradus Fabarienfis cap. 3. *Cafuum.*

HARTUS [NICOLAUS] natione Scotus, protonotarius fedis apoftolicae fcripfit *Caeremoniale*, lib. i. Dempft. viii. 697.

HARVEY [GABRIEL] natus apud Walden in agro Effex. (Strype, Smith. 18.) unde fe in *Poëmate in mortem Smithi* Valdinas infcribit: Fuit aulae Pembrochianae apud Cantabrigienfes alumnus; academiae procurator A. MDLXXXIII. (Mf. Inett. Fuller. *Cantab.* 146.) Rhetorices profeffor publ. Cantabr. Edmundo Spencer amicus familiaris. Scripfit, *Ciceronianus, vel oratio poft reditum habita Cantabrigiae ad fuos auditores.* Pr. ded. Gul. Lewino. " Mitto ad te, ornatiffime " Levine." Lond. MDLXXVII. 4to. *Rhetor, vel duorum dierum oratio de natura, arte, et exercitatione rhetorica.* Per. ded. Barth. Clerco. " Ciceronianus nuper meus, ornatiffime Clerce." Lond. MDLXXVII. 4to. *Duas epiftolas Angl. ad Edm. Spenfer* praefixas opp. Spenferi, Lond. MDLXXIX. f. *Gratulationum Waldinenfium* lib. iv. ad Elizab. reginam. " Parce, precor, juveni, " folum praefatus honorem." Lond. MDLXXVIII. 4to. fc. funt Rhapfodiae Lat. Carminum. (1.) lib. ad Elizab. reginam. (2.) ad comitem Leiceftr. (3.) ad dom. Burghleum. (4.) ad comitem Oxon. ad Chriftoph. Hatton, et Phil. Sidneum. *Pierces fupererogation.* Lond. MDXCIII. *New letter of*

notable

notable contents, with a strange sound called Gorgon. Ibidem. Scripsit poëmata varia, quibus tituli (juxta aut. notarum in *Calendarium pastor.* Spenceri) in Septembr. *Musarum lacrymas. Gratulationum Waldinensium* lib. i. *Tyrannomastigem. Natalitia. Rameidos. Philomusum. Anticosmopolitam. Smithum*; carmen Latinum scripsit: sive *Musarum lachrymas pro obitu honoratissimi viri Thomae Smith*, equitis Britanni, majestatis regiae secretarii ad Gualt. Mildmaium equit. aurat. Pr. " Lis erat, utri horum vates, Smithone, propinquo." Lond. MDLXXVIII. 4to.

HARVEY [RICHARDUS] apud Saffron Walden in agro Essexiensi natus, aulae S. Trinitatis vel Pembrochiensis Cantabrig. alumnus, ubi philosophiae praelector publicus erat. Astronomus sui seculi peritissimus. Scripsit, *A discourse of the eclipse of the sun, which hapned in* MDLXXXII. *A compendious table of phlebotomy.* Ambo impressi ad finem libri sequentis *Astrological discourse upon the great and notable conjunction of the two superior planets, Saturn and Jupiter*, 29 April. MDLXXXIII. Dedic. Johanni episcopo London. Pr. " Right reverend. My dutie in most humble." Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Ephemeron, sive Paeana in gratiam propurgatae, reformataeqae dialecticae. Dial.* xvi. Ad Robertum comit. Essex. Pr. ded. " Cum paucis abhinc mensibus." Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Theological discourse of the lamb of God, and his enemies: Containing a brief commentary of Christian faith, together with a detection of old and new barbarism.* Pr. ded. Rob. com. Essex. " Your favourable affection hath been." Lond. MDXC. 4to. *Philadelphum, or a defence of Brutes and the Brutan's history*, Lond. MDXCIII. 4to. *Mercurium, sive lachrymas in obitum D. Tho. Smith.* Pr. " Inclyta Castalidum repetens monumenta sororum." Ad finem Smithi per Gab. Harvey, Lond. MDLXXVIII. 4to. *Athen. Oxon.* i. 216. seq.

HARUS [ROBERTUS] custos rotulorum in turri Londinensi repositorum. Scripsit *De excidiis et reparationibus academiae Cantabr.* Ms. *Registrum munimentorum historiae Cantabrigiensis.* A. Wood. *Hist. et antiq. Oxon.* i. 33.

HASELEYA [GULIELMUS de] monachus Westmonasteriensis et ejusdem coenobii subprior et magister Novitiorum. Scripsit, rogatu *Ricardi de la Ware* abbatis, *Consuetudinarium monachorum Westmonasteriensium*, lib. iv. Tres partes in uno volumine in custodia praecentoris et succentoris; quartam autem sub custodibus ordinis remanere decrevit abbas. Ita Sporley *De abbat Westmon.* Ms. Cotton. Claudius A. viii. Hujus pars quarta extat Ms. Cotton. Otho. C. xi. Claruit anno MCCLXVI.

HASELTON [ROBERTUS] musicus insignis. Edidit *Morning and evening prayer, and communion, set to musick, in four parts, with anthems, etc.* by Tho. Cawston, Mr. Johnston, Mr. Talis, and Rob. Haselton, etc. Lond. MDLXV. fol.

HASILWODE [THOMAS] canonicus regularis apud Leedes in comit. Cantii, in quo monasterio scholam aperuit, et juniores feliciter instruxit. Vir historiae etiam insigniter peritus. Scripsit *Chronicon compendiarium Cantuariense*, lib. i. Weeverus, *Fun. monum.* p. 206. citat *Chronicon* ex Ms. Cotton. *Eulogiumque* Edwardi principis, filii Edw. iii ex *Chronico:* unde colligi potest Thomam hunc circa vel post tempora Edwardi iii floruisse. Bal. v. 20. Pits. p. 416. Fuller's *Worthies* ii. 81.

HASTIFRAGUS [a] [NICOLAUS] alias BREKSPERE, cujusdam Roberti de Camera [b] filius, ut testatur Matthaeus Parisiensis in *Historia* sua *De abbatibus Albanensis coenobii*, natus fuit Langolegae [c], villulae aliquot passuum millibus a Verolamio disparatae; qui cum pubertatis annos attigisset, Richardo, Albanensi abbati, se obtulit, monasticam animo vitam professus. Sed abbas, homo rigidus et severus, causatus nescio quid imperitiae, adolescentem quodammodo repulit. Ex hac ille repulsa novos animos recepit, Lutetiamque Parisiorum studendi causa petiit. Ubi literatus evadens, iterum ad religionem monasticam animum adjecit, tandemque Augustinianae professionis canonicus in coenobio Rufiano, non procul a Valentia, Galliae urbe, factus est. Interea Nicolai pater, spreta militia [d] quam juvenis sequebatur, in coenobio S. Albani (quod Verolamii ruinis adjacet, ex quibus tota, quanta est, monasterii structura et moles constat, ut in libro *Civilis historiae*, sive *Antiquitatis Britannicae*, subtilius ostendemus) cucullo accepto, in Benedicti instituta juravit. Nicolaus vero inter Rufianos † ita se gessit, ut per omnes honoris gradus paulatim surgens, tandem abbas electus sit. Postea Romam petens, Albanus episcopus ab Eugenio, pontifice Romano, factus est, et mox ab eodem cardinalis. Erant id temporis Norvegenses infideles. Quare cum propter eruditionem non vulgarem, tum propter purae vitae sanctitatem, Nicolaus apostolus ad illos per Eugenium [e] missus est: quos tandem, sic volente Deo Opt. Max. ad fidem convertit. Inter haec Eugenius fato concessit, et Anastasius quartus uno tantum anno pontificatum Romanum tenuit: cui successit noster Nicolaus, postea Adrianus quartus dictus [f]; primus Anglorum, qui ad tantae dignitatis fastigium conscendit. Quid autem in pontificatu memoria dignum gesserit, Platina abunde declarat. Non tamen hoc declaravit, ut monasterium S. Rufi reparaverit, aut potius novum fecerit: ut Robertum, patrem suum dudum Albaniensem monachum, honestiori sepulchro

[a] Onuphrius de Malmesburya cognominatum esse vult Balaeus. Hunc tradit fama vulgata filium fuisse abbatis S. Albani, etc. Bale. Ms. Glynn. ex Bromton.

[b] Postea monachus in ecclesia B. Albani, antea tamen clericus, juxta Gul. Neubrig. Presbyter, juxta Rad. de Diceto ad ann. MCLX. Rector de Tydd in agro Lincoln. juxta Camden. [c] Langley, Ms. Lel. Trin. Natus infra libertatem S. Albani, juxta Joh. Whethamstede, *Granarium* in lit. A. [d] Fuit clericus, ut supra.

† Ms. Trin. Rufinos. [e] Anno MCXLVIII legatus apostolicus in Norwegiae et Daniae partes missus, ecclesiam Upsalensem archiepiscopali jure insignivit, Cave.

[f] Electus est 4 Dec. MCLIV.

donaverit;

donaverit; et abbatem ejusdem monasterii Angliae protoabbatem fecerit. Denique quantum ad libros, quos ille doctissimus multos scripsit, supersunt tenues reliquiae, nempe *Homiliae* aliquot et *Epistolae*[g]. Amicos ex Anglis Joannem Severianum[h], et Joannem, Eboracensis ecclesiae thesaurarium, viros undecunque literatissimos coluit[i]. Pontificatum Romanum gubernavit, Henrico secundo Anglos regente. Obiit in Italia Arignani[k]; sepultus autem Romae in basilica Petrina Ex *Lelando*.

g Extant epist. 42. *Concil. general.* tom. x. p. 1143. 1853. *Epistolae* 2 apud Baluz. *Miscell* tom. ii. p 223. Cav. 8 extant apud Bulaeum, *Hist. Paris.* tom. ii. p. 267. *Ad Fredericum* I. *imperatorem*, ep. I. " Lex divina sicut parentes." Extat Francof. MDLXXXV. Pits *Ad Angliae regem Henricum* ii. *pro expeditione Hiberniae*, lib. i. " Laudabiliter et satis fru-" ctuose," Bale. Pits. *Decretales epistolas*, lib. i. Bale. Pits. Praeter has *Epistolas*, et *Omelias*, lib. i. scripsisse fertur *Ad Petrum Pontiniacum*, lib. i. *De sua legatione*, lib. i.

h Vide quae de hujus papae morte habet Joh. Sarisb. in ult. cap. libri quarti *Metalogici*. De ejus familiaritate vide *De nugis curialium*, lib. vi. cap. 24.

i Doctos homines doctissimus hic pontifex mirifice fovit et coluit. Bulaeus, *Hist. Paris. Acad.* ii. 267.

k Anagniae obiit I Sept. MCLIX musca, sive anginae morbo suffocatus. Vide Bal. ii. 90. Pits. p. 218. seq. Cavei *Hist. lit.* p. 675. Godw. ii. 162. seqq.

HASTINGS [FRANCISCUS] comes Huntingdonensis. Duo *De nobilitate* et *De gloria Osorii* opera sic placuerunt Reginaldo Polo, cardinali Anglo, ut in Anglicam linguam a comite Huntindonensi, sibi cognatione proximo, adolescente natalium splendore, et corporis animique dotibus insigni converti curaverit. Ita Nic. Anton. *Biblioth Hispan.* ii. 304. in epist. dedic. Johannis Metelli Sequani, in ejusdem Osorii *Historiam de rebus Emanuelis regis.* [Metellus tamen non nominat comitem Huntingdon.] Vide Lelandi *Assertionem Arturi*. p. 10. b.

HATCHER [THOMAS] filius doctoris Hatcher, medicinae in academia Cantabrig. professoris regii, e schola Etonensi collegii Regalis Cantabrig. scholaris primum, et circa A. D. MDLV socius electus erat. Dein legum municipalium in hospitio jurisconsultorum Grayensi, et tandem medicinae studiis haud vulgarem operam dedit: vir rei antiquariae peritissimus. Contexuit, *Catalogum praepositorum, sociorum, et scholarium coll. Regalis Cantabrig. a tempore fundationis*, sc. A. MCCCCXLI *ad* A. D. MDLXII. Ms. Ex quibus multa descripsit A. Wood. inter Mss. C. Hunc ad A. MDCXX Joh. Scot. et ad A. MDCXLVI Georgius Goad continuarunt. Hoc usus est Fullerus. *De viris illustribus academiae Cantabrig.* juxta methodum J. Balei in centuriis suis, lib. ii. Horum meminit in *Epist.* ad Middendorpium ad finem *Orationis* Nic. Carri *De paucitate etc. scriptorum*, quam Hatcherus edidit, et prooemium praefixit ad D. Tho. Wilson. LL. doctorem. Collegit et edidit, *Gualt. Haddoni lucubrationes, sc. orationes, epistolas et poëmata.*" Pr. ep. ded. dom. Gul. Cecilio. " Etsi non ignorem, praestantissime." Lond. MDLXVII. 4to. *Decastichon praefixum aphorismi Hippocratis translationi per Frerum.* Lond. MDLXVII. 8vo. *Epitaphium decastichum in obitum Suffolciensium fratrum:* Inter alia London. MDLII. 4to. *Carmen* xiii *distich. in laudem Joh. Herdi.* Ms. Cotton. Julius C. ii. *Carmen* xii *distich. in Paracelsistas.* Ms. C. C. C. Oxon. Twyne. v. *Carmen* xii *distich. in mortem cancellarii Whitingdon.* Fox. 776. *Carmen praefixum Gul. Alley bibliothecae pauperum.* MDLXXI. *Carmen Latinum hexastich. in restitutionem corporum M. Buceri et P. Fagii.* Extat in Buceri *Script. Angl.* Basil. MDLXXVII. fol. p. 950. *In Demosthenis orat. Latine a Carre et Anglice a Wilsono versas carmen* vi *distich.* praef. Carri vers. Lond. MDLXXI. 4to. Inter carmina funebria in mortem Nic. Carri est *Tabula pensilis*, cujus inscriptio Latina a Tho. Hatchero *composita, et conclusio carmine Latino ab eodem.* Obiit in agro Lincolniensi. Hatcheri *Continuatio* Ms.

HATTECLIFF [GULIELMUS] medicus insignis, in eadem facultate doctor A. D. MCCCCXLI. Archiater regius 32 Henr. vi. Inter primos collegii Regalis Cantabrig. socios a fundatore nominatus, postea regis Edwardi iv secretarius. Scripsit *Praescripta varia medicinalia.* Ms. in bibl. Worsleiana. fol. perg. 6. Claruit tempore regis Edwardi iv. Rymer, *Foeder.* vol. xi. 347. 360. 532. 737. 793.

HATTON [CHRISTOPHORUS] filius Willelmi apud Holdenby in agro Northamptonensi natus, in aula S. Mariae Oxon. studiis academicis imbutus fuit. Oxoniae vero nullo ornatus gradu valedicens Londinum ad hospitium Templi Interioris se contulit, legum municipalium cognitioni operam daturus. Postea successive evasit reginae satelles honorarius, reginae a privatis cubiculis, satellitum honorariorum dux, eques auratus, vice-camerarius curiae regiae, reginae a sanctioribus consiliis, supremus Angliae cancellarius, et eques nobilissimi ordinis Periscelidis. Vide Camdeni *Britanniam* in comit. Northampton. Sub ejus nomine extat *A treatise concerning statutes or acts of parliament, and the exposition thereof.* Lond. MDCLXXVII. 8vo. cap. 7. " The word statute is more." *Speeches spoken during the time of his chancellorship.* Ms. Et alia. Obiit 20 Nov. MDXCI anno aetatis 51, et sepultus est in ecclesia S. Pauli London. Haud diu post mortem editus erat libellus carmina per diversos in ejus obitum composita continens: cui titulus *Musarum planctus. Athen. Oxon.* 253. seq. Stow. p. 764. Fuller's *Worthies.* ii. 285. Dugdal. *Hist. Paul.* p. 83.

HAUME [THOMAS] glossavit *Tropharium hymnorum.* Pr. " Cum nonnulli, qui circa " Dominicalia." Ms. Bodl. Laud. F. 12.

HAWES [STEPHANUS] patria, ut videtur, Suffolciensis; in academia Oxon. aliquandiu studiis artium liberalium imbutus Angliam, Scotiam, et Galliam perlustravit; tandem in patriam rediens a rege Henrico vii ad aulam vocatus regi a secretis cubiculis constitutus fuit. Ingenium ei felicissimum

feliciſſimum contigit, et lingua ad omnem dicendi rationem accommoda; totaque ejus vita, ut fertur, quaſi virtutis exemplum erat. Scripſit, *The paſtime of pleaſure, or the hiſtory of grand amour and la bel pucell*; *containing the knowledge of the ſeven ſciences, and the courſe of man's life in this world.* cap. 66. "To Henr. vii. ryght myghty prince, redoubted." Pr. lib. "When Phebus "entred was in Gemini." Lond. MDLV. 4to. Vide Feylde's *Dialogue between lover and a jay. A joyfull meditation to all England of the coronacyon of our moſt natural ſoverain lord K. Henry* viii. in verſe. Pr. pr. "The prudent problems and the noble werkes." Lond. by W. Word. . . 4to. *Templum cryſtallinum*, lib. i. *Virtutis exemplar*, lib. i. *Delectamentum ſpiritus*, lib. i. *De conjugio principis*, lib. i. *Amantium conſolamen*, lib. i. *Alphabetum auricularium*, lib. i. *The converſion of ſwearers*, Lond. . . . W. Word. 4to. Claruit A. MDVI. Bal. viii. 58. Pitſ. 685. *Athen. Oxon.* i. 5.

HAWARD [NICOLAUS] juris municipalis ſtudioſus in aula Thavienſi London. Qu. annon poſtea in Medio Templo, in cujus aulae feneſtra extat effigies. Dugd. *Orig.* 228. Tranſtulit e Latino in Anglicum *Eutropii chronicon, ſive hiſtoriam Romani imperii*; quod dedicavit ſummae ſpei adoleſcenti Henrico Compton Oxonienſi. Pr. ded. "Although of long tyme ſithe, right worſhipfull." Lond. MDLXIV. 8vo. A. Wood. *Cat.* i. 7. Scripſit etiam *The line of liberalitie duly directing the well-beſtowing of benefits and reprehending the commonly uſed vice of ingratitude, by Nic. Haward.* Pr. ded. to Sir Chriſtoph. Heydon knight. "In requiting courteſies good turns." Lond. MDLXIX. 8vo.

HAWKINS [THOMAS] ſub ejus nomine extat *Fallaciarum* lib. i. "Quia logica eſt ratio- "nalis ſcientia." Mſ. Bodl. Digby. 204.

HAWKYNS [GULIELMUS] juvenis eruditus; poëta optimae notae. Scripſit carmine *Methodum in Matthaeum*, lib. i. "Summa Dei virtus, ſumma de ſede." *In Marcum quoque*, lib. i. "Peſtringens Marcus mira brevitate." *Annotation. in Matthaeum*, lib. i. "Hic Mariae fue- "rat juſtus vir." *Annotation. in Marcum*, lib. i. "Quiſquis et ad ſummos evectus." *De ſacrilegio*, lib. i. "Sanctum, quod legi, templum." Plura de hoc Gulielmo non inveni. De aetate etiam non conſtat. Bal. ix. 65. Pitſ. *App.* 855.

HAYDA [JOHANNES de] literarum bonarum amator, et ſua tempeſtate quaeſitor inſignis, terras peragrabat multas, ac gymnaſia frequentebat, ut illas ubertim adipiſceretur. Politarum interim linguarum cognitioni, et reconditis naturae myſteriis, ingenio peracutus, prompta juxta ac expedita advigilavit diligentia. Proinde ſi quid obſcuri, luxati, aut parum lucide explicati occurreret judicio eruditorum maturo, prudenter quidem eſt uſus. Et quia poëmatibus, quae virtutum exempla magnis laudibus ornant, multorum animos excitatos et accenſos ad literarum ſtudia novit; poëſim et ipſe ut quandam olim antiquis populis communem philoſophandi rationem coluit, praeſertim illud genus, quod heroicum vocant, quod et fortia heroum facta, ac principum res geſtas prae aliis carminum generibus celebraverit. Bal. Scripſit, *Vitam Malchi monachi*, lib. i. "Praelia geſturus ludos pius quaſ." *Formam vitae honeſtae*, lib. i. "Hei quicunque legit Mar- "tini muſa." *De Jona propheta*, lib. i. "Vos qui neſcitis, nunc dicite de." *Paſſionem D. Laurentii*, lib. i. "De Decio temptus gladio furen." *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. "Sicut in "omni artium profeſſione." Claruiſſe fertur A. MCCLXXX. Bal. iv. 54. Pitſ. p. 362.

HAYMO ſive AIMO, quem nonnulli Dioniſtanum vocant (Pitſ.) ex Anglo-Saxonum genere oriundus, venerabilis Bedae non frater erat, ut aliqui volunt, ſed conſanguineus, boniſque literis in Brytannia ſub Alcuino praeceptore operam dedit. Inde in Germaniam trajecit; et ibi primo monachus Fuldenſis abbatiae a Bonifacio Anglo fundatae, deinde ab A. DCCCXXXIX abbas Herſfeldenſis; demum A. DCCCXLI epiſcopus Halberſtadenſis. Scripſit, *Commentarios in Geneſim*, lib. i. Mſ. Oxoniae in collegio Lincoln. *In Exodum*, lib. i. *In Leviticum*, lib. i. *In Numeros*, lib. i. *In Deuteronomium*, lib. i. *In Joſuae*, lib. i. *In Judicum*, lib. i. *In Ruth*, lib. i. *In Regum*, lib. iv. *In Paralipomenon* lib. ii. *In Tobiam*, lib. i. *In Eſdram et Nehemiam*, lib. iv. *In Judith*, lib. i. *In Jobum*, lib. i. *In Pſalterium et Cantica ſacra*, lib. i. Hymni vocantur ſinguli pſalmi. Extat Friburgi MDXXXIII. fol. *In Cantica canticorum*, lib. i. *In Heſter*, lib. i. *In Eſaiam prophetam*, lib. iii. "Eſaias propheta, nobili proſapia." Mſ. Oxon. in colleg. Merton. O. 7. 13. Art. Et Mſ. Baliol. K. 22. et S. Johan. H. 56. Prodiit Colon. MDXXXI. 8vo. *In Jeremiam*, lib. i. *In Ezechielem*, lib. i. "Et factum, etc. Dicit B. Hieronymus." *In Danielem*, lib. i. *In minores prophetas*, lib. xii. "Verbum Domini quod factum eſt. *In quatuor evangeliſtas*, lib. iv. Mſ. Oxon. coll. Baliol. R. 1.— *In omnes epiſtolas S. Pauli*, lib. xiv. "A Corintho "metropoli Achaiae." Mſ. Oxon. Bodl. ſup. M. 4. Art. 135. item in collegio Baliol. Mſ. R. 2. [James. 165.] Magdalen. Mſ. 117. et Mſ. 112. Lincoln. Auſtr. Arch. 25. Cantabr. coll. Eman. Mſ. 30. et Cantabrigiae id publica cod. Pitſ. Prodiit ſub Haymonis nomine ſtanneis calamis excuſa Argentinae MDXIX. fol. MDXXVIII. 12mo. Et . . . . MDXXXIV. 8vo. Et Pariſ. MDLVI. 8vo. Sub Remigii Remenſis nomine Romae MDXCVIII Mogunt. MDCXIV. Vide Cave in Remigio Remenſi, p. 364. *In epiſtolas canonicas*, lib. vii. *In Acta apoſtolorum*, lib. i. *In Apocalypſin S. Johannis*, lib. vii. (Bal. Cav.) vel viii. (Pitſ.) Pr. "Legimus in eccl. hiſtoria." Bal. Pr. "Planior fit ſenſus myſter." Pitſ. Mſ. coll. Merton. O. 7. 6. Art. Mſ. Bodl. NE. F. 7. 3. Prodierunt Colon. MDXXXI. Pariſ. MDXXXV. 12mo. *Homelias in evangelia Dominicalia, et de ſanctis per totum annum*, lib. i. "Non ſolum opera," etc. Pr. "Conſulens Dominus humanae." Mſ. Oxon. in coll. Baliol. R. 1. et coll. Lincoln. Arch. Auſtr 25. Colon. MDXXXVI. fol. Pariſ.

5 F MDXLV.

MDXLV. 8vo. *Homelias* xxxviii hyemales super evangelia ab Adventu Domini usque ad vigiliam Paschae, lib. i. " Cum appropinquasset, etc. Non solum opera et virtutes." Ms. Cantabr. coll. Trin. class. 1. scr. infima ii. *Homelias aestivales*, lib. i. " Commendat nobis haec sacratiss." Ms. ibid. 12. *Sermonum pars aestivalis et hyemalis* prodiit Colon. MDXXXII. 8vo. 2 vol. Vide Combefis in *Recens. autor. praefix. bibl. patrum concionat.* Paris. MDCLXII. fol. *De varietate librorum*; seu *De amore patriae coelestis*, lib. iii. Pr. pr. " Cum sit unicum et sanctissimum," Paris. MDXXXI. 8vo. Colon. MDXXXI. 12mo. *Historiae ecclesiasticae per Eusebium breviarium*, *sive enchiridion de Christianarum rerum memoria*, lib. x. Pr. pr. " Quantum eruditionis, quantum divinarum." Prodiit Colon. MDXXXI. 8vo. Haganoae MDXXXI. 12mo. Romae MDLXIV. cum Gelasinii notis; deinde Colon. MDLXXIII. 16mo. Et ex recensione Boxhornii Lugdun. Batav. MDCL. 16mo. Et correctius ac emendatius cura Joach. Maderi. Helmstad. MDCLXXI. *De sancta trinitate*, lib. i. *De mundi voluptate*, lib. i. *Brevem expositionem canonum*, lib. i. Ms. in bibl. Gualteri Copi. Pits. *Tractatum de corpore et sanguine Domini*; editum a Dacherio *Spicileg.* tom. xii. p. 27. Obiit 27 Martii A.C. DCCCLIII, et sepultus jacet in ecclesia S. Stephani Halberstadii. Bal. xiii. 8. Pits. p. 147. seq. Cave, *Hist. lit.* 531.

HAYMO ARCHIDIACONUS vulgo CANTUARIENSIS cognominatus; natione Anglus, patria vero a Danis molestata ad Gallos trajecit, ubi primo in ecclesia S. Dionysii monachus, et Parisiis tandem S. theol. doctor et professor publicus. In Angliam reversus Cantuariensis evasit archidiaconus. Scripsit, *In Pentateuchum Moysis*, lib. v. " Ex quibus qui in Genesim sunt." Ms. in collegio Lincoln. Oxon. *Super Esaiam*, lib. ii. " Isaias propheta magnus." Ms. Lincoln. Arch. Austr. 35. In Ms. Merton. O. vii. 13. " Isaias propheta nobilis prosapia." Ms. olim in bibliothecis Colcestrensi, Walthamensi, et Ramesеiensi juxta Boston. Buriensem. *Super Machabaeos*, lib. ii. In bibl. Colnensi juxta Boston. Burien. *In epistolas D. Pauli*, lib. xiv. in bibl. Colcestr. Merthonensi, et Rameseiensi. Boston. *In Apocalypsin Johannis*, lib. viii. Pr. pr. " Legimus. " Planior fit sensus misteriorum." Ms. in bibl. Merton. O. 7. 6. Art. Colchestr. et Ledes Boston. *Homelias in evangelia*, lib. i. " Legitur Genesis vicesimo octavo." In bibl. Colchestr. Cantuar. S. Augustini et Rameseiensi. Boston. *Homelias in epistolas*, lib. i. " Ad Romanos apostolus scri- " bens." *De revelatione corporis S. Dionysii*, lib. i. " Liquet nobis ex veterum." In bibl. Buriensi. Boston. *De rebus monachorum*, lib. i. " Ut enim ad res monachorum." In bibl. Rameseiensi, Croyland. et Thorneyensi. Boston. *De fructu incarnationis Christi*, lib. i. *De sanctorum imitatione*, lib. i. *De memoria rerum Christianarum*, lib. x. in bibl. S. Albanensi. Boston. *De pugna virtutum et vitiorum*, lib. i. *De quibusdam martyribus*, lib. i. Commentarii supra memorati in Pentateuchum, Esaiam, epistolas D. Pauli, Apocalypsin et evangelia Haymoni Fuldensi etiam attribuuntur: Sed principia eorum non sunt eadem. Obiit Cantuariae 2 Octob. MLIV. Bal. ii. 49. Pits. p. 186. Bulae. *Hist. acad. Paris.* tom. i. p. 598. Vide Ms. bibl. Bodl. NE. D. 5. 1.

HAYMO EBORACENSIS (Pits.) FLORIACENSIS (Vossius) natione Anglus, monachus ordinis S. Benedicti in Eboracensi coenobio. Scripsit, *De martyrio S. Abbonis Floriacensis*, lib. i. *Historiam a Justiniano imperatore usque ad Carolum M.* Cujus operis epitomen fecit Gul. Malmesburiensis, Vossius. Bostonus Buriensis hunc Haymonem *Cronica a tempore Nini regis usque ad* A. C. DCCCXLIII conscripsisse dicit. Claruit A. MX. Pits. MXX. Vossius, p. 361. Pits. 181.

HAYMO, ex FAVERESHAMO, celebri Cantiorum emporio, oriundus, relictis scholis patriis, contulit se ad famosam Parisiorum academiam, periclitaturus quantum non modo diligentia, verum etiam ingenio valeret. Quae illi postea audacia tam felix faustaque fuit, ut spem, quam de seipso plane bonam conceperat, infinitis modis vicerit. Nam inter Aristotelicos et dicebatur, et erat, si ita dicere licet, Aristotelissimus. Ad haec theologorum labores sacrosanctos illos nocturna versarat manu, versarat et diurna. Ex quo studio tam undecunque sanctam animi puritatem hausit, ut, contempto fortunarum subinde ei adblandientium splendore, Franciscanorum gregi, solo praedicandi evangelium nomine, comitem se in ipso Dionysii fano addiderit. Ab illo coepit ejus fama Lutetiae clarior esse: Sed, quae hominis modestia erat famam non magni facere. Et jam vocatus a sui ordinis primatibus, Bononiam, deinde et Patavium, clarissimas Italiae civitates, venit: ubi multam, cum in scholis docendo, tum apud populum concionando, laudem adeptus est. Nec multo post in patriam reversus una cum Gulielmo Colevillano, homine et Franciscano et solide literato, virtutis suae radios evangelica praedicatione late diffudit; quo titulo maximam certe non modo sibi, verum etiam omnibus Chordigeris, quotquot in Anglia erant, gratiam conciliavit. At cum jam in medio evangelii opere totus ferveret, Helias, nescio quis, perturbator totius Franciscani ordinis, in causa fuit, ut Lutetiam comitatus Richardo Rufo, Cornubiensi, viro sui instituti et sectae, repeteret; deinde etiam vel Romam usque proficisceretur, ubi omnia ei ex voto successerunt. Nam Helias ille, celebrato Romae Franciscanorum concilio, causa cecidit, et summo magistratu privatus est. Eodemque tempore Haymo praeses provincialis Angliae constitutus est: quem honorem post annum unum Gulielmo Snotenhamo tanquam per manus tradidit; ita tamen, ut non longo post tempore multo majorem acceperit, nempe primam totius sui ordinis gubernationem. Hinc ejus nomen laudesque coeperunt in immensum crescere, idque apud Gregorium nonum, pontificem Romanum, a quo in Graeciam legatus missus est. Romae circiter haec tempora fuit quidam Richardus Somaridunus, alias Somertonus, genere Anglus, magno pretio cum propter eruditionem non protritam, tum etiam ob eximiam in magnis rebus agendis dexteritatem. Hic, utpote unus ex purpuratorum patrum collegio, Haymonem

Innocentio

Innocentio quarto charum, juxta ac familiariter cognitum reddidit; usque adeo, ut cum senex moriturus Anagniae decumberet, non gravatus sit pontifex illum invisere, et candidissimus verbis consolari, ac mortui denique manibus bene precari. Trittemius scribit Haymonem pervenisse ad tempora Alexandri quarti, atque ejus jussu *Breviarium* correxisse [a]; tum praeterea opus *Super sententias* [b], quod et ego vidi, edidisse. Ex *Lelando*.

[a] Et illis rubricis, quae nunc in usu sunt, illustrasse. Pitf. " [b] Ac *sermones*," Mf. Lel. Trin. [b] Scripsit, si Baleo credideris, *Breviarium Romanum*. *Super sententias*, lib. iv. *Sermones per annum*, lib. i. Et *Super missae ceremoniis*, lib. i. " Indutus planeta sacerdos." Pitf. Bal. iv. 27. Pitf. p. 340.

HAYMO GLOCESTRENSIS gymnasiarcha in eadem urbe; vir sua aetate literatissimus inter suos Anglos habebatur: in academiis educatus. Multa eum scripsisse ex Giraldo Cambrensi testatur Baleus, sed ipsi tituli periere. Claruit circa A. D. MCLX. Bal. x. 57. Pitf. p. 861. in *App*.

HAYUS [ARCHIBALDUS] Scotus, scripsit *Panegyrin ad cardinalem Beton*. Parif. MDXL. 4to. Translulit e Graeco in Latinum *Euripidis Hecubam*. Parif. MDXLIII. 4to. Ita Mf. Hatton.

HAYUS [EDMUNDUS] Scotus, Mussipontanae academiae rector, praepositus provincialis Franciae, deinde assistentis apud Claudiam Aquavivam Romae munere functus est. Scripsit *Contrarietates Calvini*. Mf. Hatton.

HAYUS [GEORGIUS] scripsit *A confutation of the abbot of Cosraguel's masse*. Edinburg. MDLXIII. 4to.

HAYUS [SAMSON] monachus Gulielmitani ordinis Parisiensis scripsit, *Theologiae scholasticae theses*, lib. i. *Sorbonicas conclusiones*, lib. i. *De ordine suo*, lib. i. Claruit A. MDIV. Dempst. viii. 653.

S. HEBREDUS Scotus (Dempster. 334.) doctrina et pietate clarus scripsit, *Contra externas ceremonias*, lib. i. *Ad ecclesias Picticas*, lib. i. Claruit A. DC. Dempster. viii. 628.

HEBRON [NICOLAUS] HEPBURN, sive HERBURN natione Scotus, professione Minorita, guardianus conventus Brulensis provinciae Coloniae, et generalis commissarius Cismontanus. Scripsit, *Monadem, seu unitatem evangelicae doctrinae contra Franc. Lambertum Avenienfem*, lib. i. Colon. MDXXIX. 8vo. *Epistolam ad Minoritas, quod optima apologia est veteris vitae emendatio*. Ibid. *Enarrationes in evangelia quadragesimalia*, lib. i. Germanice Colon. . . Latine Parif. MDXLIII. 8vo. *Enarrationem lamentatoriam in Psalm.* lxxviii. *Paradoxa theologica*, lib. i. *Conciones in evangelia quadragesimalia*, lib. i. *Enchiridion locorum communium*, lib. i. *De tribus votis et obedientia religiosorum*, lib. i. *Methodum concionandi*, lib. i. *Monotesseron passionis Christi*, lib. i. Claruit A. MDLII. Dempster. viii. 652.

HEDDA [a] monachus et abbas, incertum cujus coenobii [b], Eleutherio Gallo [c], qui tertius [d] Ventanae [e] ecclesiae episcopus fuit, successit; et a Theodoro, Cantiorum archiepiscopo, Londini consecratus est [f]. De quo Beda 18 cap. quinti libri *Historiae* suae haec scribit: "Bonus quippe erat "vir ac justus, et episcopalem vitam sive doctrinam, magis insito sibi amore virtutum, quam "lectionibus institutus, exercebat." Cui certe sententiae tantum abest, ut Gulielmus Meildunensis accedat, ut libro *De pontificibus Anglorum* secundo cum Beda quodam modo expostulet; quod, addito aliarum virtutum calculo, literas hominis leviter, tenuiter, frigide laudaverit. Quoque fortius in Bedam insultet, adfert non contemnenda testimonia; nempe Heddae epistolas non illiteratas, quarum pars ad Aldhelmum missa; rursus etiam Aldhelmi opera Heddae dedicata. Ego tamen judicem me hic non interponam; tantum contentus Heddam non inter primae, sed mediae notae scriptores numerare [g]. Illud certe memoria dignissimum, Cadovalladrum, ultimum Britannorum regem, quem Beda Cedwallam vocat, et Visi-Saxonum regem, Romam peregre profectum fuisse, quo tempore hic noster Hedda in Venta, principe West-Saxonum urbe, dignitate episcopali fungebatur. Vixit ad ipsam usque senectutem, triginta amplius annis in pontificatu exactis: mortuus est Ventae Simenorum [h] et sepultus [i]. Ex *Lelando*.

[a] Hedda, qui prius fuit monachus et abbas in monasterio, quod tunc Streneshalae, sed nunc Whitby nuncupatur. Rudb. apud Whart. *A. S.* i. 192 [b] De Hedda monacho Petriburg. et abbate sive priore Bredon. Vide Gunton in *Add. Patric.* 238, 239. [c] Agilberti nepoti. Mf. Leland. Trin. [d] Rectius secundus, sc. Wini, primi episcopi Winton. successor, quia Birinus et Agilbertus, Occidentalium Saxonum episcopi, sedem habuere Dorcestriae. Whart. *Angl. Sacr.* i. 190. seq. Imo conjectura est, quod noster Hedda primus fuit Wintoniensis episcopus, quia post Agilberti recessum episcopatus Dorcestriensis et Wintoniensis ad unius episcopi Wini, et dein Eleutherii curam rediit; et quod circa ann. DCLXXVIII. quando dioecesis Sidnacestrensis fundata erat primo sedes episcoporum Occid. Saxonum Wintoniae confirmata erat. [e] Wentanae, seu Dorcestriensis. Mf. Lelandi Trin. [f] Hedda consecratus erat a Theodoro archiepiscopo an. DCLXXVI. ita Whart. *A. S.* i. 192. [g] Scripsit, *Ad Aldhelmum epistolas*, lib. *Ad ecclesiarum pastores*, lib. i. Bal. i. 86. Pitf. p. 115. [h] Simenorum Wintoniae. Mf. Trin. Leland. Obiit 7 Julii anno DCCIV, vel, ut alii, DCCV. Godw. p. 260. Obiit Wintoniae A. DCCIII. ita Whart. *A. S.* vol. i. 193. Ex Beda et *Chron. Sax.* [i] Glastoniae sepultus. Joh. Glaston. *Monast. Angl.* i. 7. Alius fuit Hedda episcopus Lichfeldensis, qui obiit an. DCCXXI. uti habet Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 427.

HEDDIUS [STEPHANUS] [a] presbyter et monachus, sed cujus coenobii [b] nondum satis mihi

[a] Stephanus tantum dicitur Lelando. Vide Cave *Hist. Liter.* ii. p. 247. Heddius, cognomento Stephanus, presbyter et monachus. Mf. Leland. Trin. Heddius sive Eddius; Baleo. [b] Monachus Cantuariensis vocatur a Baleo et Pitseo, et musicae sacrae peritissimus, ita ut primus cantandi magister a Beda lib. iv. *Hist. eccl.* c. 2. appelletur.

constat,

constat, vir, ut ex ejus apparet oratione, si tempora recte consideremus, terse, nitide, eleganter eruditus: quo nomine charissimus fuit Accae, Hagustaldensi episcopo, et Tathberto abbati. Fuit hic mos olim bonis episcopis et abbatibus, ut doctis faverent, quos solos in quotidianam familiaritatem accipiebant; acceptos fortunis suis juvabant. At nostra aetate quam nusquam hoc genus virorum, aut raro admodum appareant, qui sunt paulo cordatiores, vident et prorsus detestantur; totis interim votis meliorem mentem illis et eorum nepotibus, quibus indulgent, plerumque vero nepotibus, comprecantes: sed haec *Camarina* non est movenda. Age igitur: ad Stephanum recurro; qui, adhortante Acca episcopo, *Wilfridi Magni*, episcopi Hagustaldensis, *vitam* [a] luculento libro posteritati commendavit; cujusnuper copiam mihi fecit Robertus Witingus, abba Glessoburgensis. Claruit sub Ceolvulpho, Nortabrinorum rege. Sed heus, lector, quo properas? siste pedem: habeo enim in hac parte praeterea aliquid, quod te scire volo. Verisimile est hunc esse *Eddi* cognomento *Stephanum*, quem Beda, secundo cap. quarti libri *Historiae* suae, scribit ab Wilfrido Magno e Cantia vocatum, ut Transabrinae ecclesiae mystas cum arte canendi, tum etiam caeteris canonicis ritibus informaret. Habes quod dicere volebam: perge, lector, quo properabas. Ex *Lelando*.

[a] Lib. i. cap. 63. " Praeceptorum vestrorum magnitu-" dine." Hanc ex Mf. Cotton, Vaspaf. D. vi. descriptam evulgavit Mabillon. *Saecul, Benedict.* iv. part. i. p. 671. Ex codice Mf. in bibl. eccles. cathedr. Sarisburiensis edidit Tho. Gale Oxon. MDCXCI. inter *Historiae Britan. auctores* xv. tom. i. p. 40. Scripsit etiam secundum Baleum et Pitseum *Vitas Eanberti et Tunberti*, lib. i. Claruit A. DCCXX. Bal. i. 92. Pitf. pag. 121. et in *App.* pag. 911. Cave. pag. 480.

HEDELAM [HENRICUS] Extat *Epistola ejus ad Matheum Rolton, vicarium Novi Castri de processu contra Ric. Helmysby.* Pr. " Amice charissime, in carnipubio." Mf. bibl. Bodl. NE. B. 3. 12.

HEDLAMB [JOHANNES] scripsit *Expositionem in* viii. *cap. epistolae D. Pauli ad Romanos.* Lond. MDLXXIX. 8vo. Quidam Joh. Hedlamb clericus institutus ad vicariam de Braughing in com. Hertford. dioec. Lond. 7 Maii MDLXVIII, quae vacabat per ejus resignationem ante Novemb. MDXCIII, Newc. i. 809.

HEETE [ROBERTUS] sive de WOODSTOCK socius collegii Novi Oxon. A. MCCCCVIII. A. MCCCCXXI LL. baccal. et capellanus Cantuariae S. Trinitatis in ecclesia O. S. Oxon. mox vicarius ecclesiae S. Mildredae. Juris canonici peritus. Praelegit in universitate Oxon. A. MCCCCXV et MCCCCXVI. *Super primum librum decretalium ex diversis doctoribus.* Pr. " Ipsam legem Christus legit." Mf. in bibl. coll. Novi Oxon. 192. Ei etiam adscribenda videntur, quae in eodem libro extat, *Oratio in laudem jurisprudentiae.* Pr. " Hunc praerogativa, etc. Vitis quam dextra plantavit." *Comm. in titulum de accusationibus.* Pr. " Haec rubrica continuatur ad praecedentia." Claruit A. MCCCCXXI. Mf. *Catal.* soc. collegii Novi. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 133.

HEGAT [GULIELMUS] Scotus scripsit, *Recidivas Athenas Pictavi. Paedagogiae* lib. i. *Galliarum Delphini Genethliacon.* Parif. MDLXIII. 4to. Hatton.

HEILYN DHY poëta Cambro-Britannicus. Lhuyd. Davis.

HEILYN VARDH poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCLXX. Lhuyd. Davis.

HEINA Sanctimonialis Bervicensis. Sub ejus nomine extant *Hymni ad sanctos*, lib. i. Dempst. viii. 702.

D. HELENA [a], foemina tam illustris, quam quae unquam fuit maxime, locum jure quodam optimo inter claros viros postulat; cum quod aliis multis virtutibus ornatissima, tum praecipue quod literis, de quibus nos agimus, belle instructa fuerit. Age igitur tantae heroinae genus, et vitam altius repetemus [b]. Coilus, qui in Britannia, sublato Asclepiodoto tyranno, regnavit, Helenae pater fuit. De matre autem, quamvis multum et diligentissime quaesiverim, apud antiquarum rerum scriptores nihil hactenus inveni. Multa tamen conjecturam mihi faciunt, illam e nobilibus utrinque ortam fuisse parentibus. Educatio vero talis fuit, qualem cordati multi in hac nostra aetate, in principum liberis desiderant. Nam praeterquam quod a teneris annis sobrietati et pudicitiae, virtutibus plane maximis, assueverit; literas etiam, qnantum sexus patiebatur, didicit. Nec difficile quidem illud fuit, praesertim eo tempore, quo Romani, non modo Latinae linguae autores, verum etiam doctarum artium professores, divisum in hac insula cum Britannis imperium habuerunt. Unde certe crediderim linguam Britannicam, quae, ante adventum Caesaris, partim Hebraica et Graeca, partim etiam barbara fuit, quemadmodum et Gallica, longa consuetudine redacta, licet aegre, in provinciam insula, sesquilatinam factam fuisse. Miserat circiter haec tempora S. P. Q. R. Constantium, patricii ordinis virum, in Britanniam, ut provinciales in officio contineret. Huic Coilus advenienti, tanquam Romanorum legato, adsurgere; et quae pacis erant, omnia facile promittere. Quid multis moror? Tam bene inter illos conveniebat, ut paulo post, mortuo Coilo, regnum Britanniae cum Helena, unica ejus filia, acceperit. Poteratque forsitan, pro autoritate sua, [c] *Sceptro* insulae sine hujusmodi connubio obtinuisse. Consilio tamen optimo usus est:

[a] Vid. Marlot. *Hist. Metrop. Rhemensis*, lib iii. c. 25. Crakanthorpi *Defence of Constantine*, p. 217. Sereni Cressey *Eccl. hist.* l. v. c. 12. et Camd. *Brit. in Essexia*, pag. 325. Excerpta ex *Vita* ejus Jocel. de Furnes Mf. Bodl. NE. F. x. 6. Lib. xxii. c. 67.

[b] Helenam Coili, qui Colcestriae nomen dedit, fuisse filiam, jactitant Essexienses, nec ea in re Henrici Huntingdoniensis et Radulphi Nigri deficit testimonium. Sane eam Treverensim fuisse aut Bithynicam, inepta est male feriatorum hominum fabula.

[c] *Sceptrum* rectius.

nam

I

nam regiae puellae nuptiis non modo Britannorum animos sibi conciliavit, verum etiam imperium sibi suisque firmum, stabile, certum reddidit. Non possum hic non vehementer insurgere in illos, qui falso scribunt Helenam stabulariam fuisse, et Constantii concubinam. Nam si ex tam humili fuisset genere, nec Sextus Aurelius Victor, nec Eutropius, ut neque Pomponius Laetus, aut Baptista Egnatius, qui vitas Constantii et Constantini imperatorum multa cum fide posteritati tradiderunt, silentio praeteriissent. Solus Ambrosius videtur locum dedisse errori, a quo Helena, stabularia, sed bona, dicta est. Quare tantum aberit, ut ejus in hac parte autoritati subscribam, ut modis omnibus dissentiam. Quid si turpissimi Judaei hanc infamiam commenti sunt, quod viderint indoluerintque, pulcherrimam basilicam a sancta foemina erectam eo loco, quo Christus O. M. inter jumentorum praesepia natus est. Certe, quae Judaeorum malitia fuit, facile adducor ut credam, ab humili stabulo, quod magnis merito Caesarum palatiis praetulit, stabulariam per contemptum fuisse dictam. Haec, ut ingenue fatear, opinio alium ante me autorem habuit. Porro cur ab Aldhelmo 47. cap. libri *De virginitate* pellex vocetur, non satis video, quemadmodum nec cur a Beda 7 cap. primi libri *Historiae Anglicanae* concubina appelletur; praesertim cum ab antiquis autoribus, Latinioribus quidem illis, nusquam prorsus hujusmodi notetur * stigmatibus. Eutropius, sed citra infamiam, refert Constantium, tantum non compulsum, post Caesaris acceptum nomen, Helenam repudiasse, ut Theodoram, Maximiani Herculii privignam, superinduceret. Nullum illic nec de pellicatu, nec de concubinatu verbum. Absit igitur procul a candido lectore tam sordidarum rerum vel suspicio omnis. Sed ad Constantium redeo, cujus in Britannia imperium tam quietum fuit, ut nihil supra. Accessit et illud ad summae felicitatis cumulum, quod Constantinum ex Helena uxore sua genuisset; quem probitas, quem virtus, quem fortuna, tanquam individuae comites, etiam adhuc juvenculum, non sine multorum invidia, et maxime Galerii, sequebatur. *O terque quaterque* felicem *Britanniam*, quae talem ac tantum orbi primum ostendit! O feliciorem Helenam, quae talem peperit, cujus postea auspicio Christianorum respublica in immensum excrevit! Certe fatale quiddam fuisse arbitror, ut quemadmodum Graeca Helena multis Asiam calamitatibus misere adflixit, ita Britannica Helena magnis adornaret commoditatibus. Erat jam senio et morbis gravatus Constantius, cum filius ejus Constantinus, Galerii Maximiani tyrannidem fugiens, in Britanniam rediret. Fuit ille reditus patri longe jucundissimus, quia quem paulo ante et Caesarem et haeredem, fecerat, videre gestiebat. Quid multis moror? Parvo post tempore Constantius diem obiit, et Eboraci sepultus est. Non hic institui res gestas et fortia Constantini facta justo encomio prosequi. Aliud ago, nempe ut Helena nostra aliquando oratione clarior fiat. Fiet autem nulla magis ratione, quam si ostendero, quibus modis religionem promoverit Christianam; a qua sola filii in imperio successus omnes, tanquam e fonte perenni, scaturiebant. Juvat itaque paulo altius rem repetere. Lucius, Britanniae rex laudatissimus, fidem per evangelicos praecones, ab Eleutherio, P. R. ad se transmissos, accepit; mansitque illa in multorum Britannorum pectoribus sincera et illaesa, donec Maximianus Herculius, Diocletiani in imperio socius, et Asclepiodotus tyrannus per totam late insulam Christiani nominis professores tam exquisitis tormentis laniarent, ut nullum omnino crudelitati relinquerent locum. Perculit subito calamitas insulanorum animos, et, ab illo templis eversis, ac sacris libris igne consumptis, fides cum religione per multos annos in obscuro latuit. Quanquam paululum quiddam Christianis licuit respirare sub Coilo, qui tyrannum extinxit, et de fide bene sentiebat; sed breve ejus imperium religiosis Britannis multa commoda abstulit, succedente praesertim Constantio, homine Romano et idolorum cultore. Verum, postquam ille fato functus fuisset, filiusque ejus Constantinus regnum accepisset, Helena, quae de fide juvencula a patre audiverat, magni merito fecit. Nec antea promovere causam religionis vel per momentum temporis cessavit, quam persuaserit fortissimis argumentis filio Christianum nomen in honore habendum. Ecce nobilissimae heroinae nobilius consilium. Utque magis mireris, fertur hujusmodi consilia instillasse, quo tempore ne ipsa quidem baptizata fuit: nam sunt qui putent, sacris undis a Silvestro Romae postea perfusam fuisse. A qua sententia non admodum discedo, cum constet in primitiva ecclesia permultos fuisse utriusque sexus fidelissimos, qui aetate, prudentia, religione bene maturi ad sacros fontes accederent. Manifesto exemplo Constantinus esse potest, qui paulo ante mortem lavacrum regenerationis ab episcopo Nicomediensi accepit. Non tamen me interim fugit, multos esse scriptores, qui mira praestigia de Constantini lavacro referant. Illud certe longe verissimum est, quod, devicto Maxentio et Licinio, partim matris patrim etiam Silvestri consilio, ecclesias magnificentissimas in usum Christianorum Romae posuerit, quemadmodum et postea Byzantii. Quae vero erectae sunt Hierosolymis, libenter et integre pietati Helenae Augustae attribuerim. Nae tu multum, sancta civitas, nostrae debes Britanniae, quae nomen tuum, quae famam, quae gloriam, post multas calamitates acceptas, resuscitavit. Vides, candi-

* Recte ait Lelandus, nullis hujusmodi a Latinioribus autoribus Helenam notari stigmatibus; at certe a Graeco Zosimo notatur, qui Constantinum genitum ait ἐξ ἀσέμνου μητρὸς οὐδὲ κατὰ νόμον ἀνελθούσης Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ. Vim hujusce, sive incusationis, sive calumniae minime capiunt Adelmus et Beda, cum Helenam pellicem et concubinam vocant; quippe quod lege Romana cautum fuerit, si qui praefectus cohortis aut tribunus matrimonium in provincia, ubi magistratum gesserit, contraxerit, irritum foret. Non itaque incontinentiam Helenae arguit Zosimus, sed natalium obscuritatem; nec tori fidem violasse, sed contra legis praescriptum ei nupsisse subinnuit. Stabulariam vero olim a Judaeis appellatam fuisse meminit Ambrosius in *Oratione funebri de obitu Theod.* Sane non levis ea in re est mihi Basingstochii conjectura, Helenae patrem Caesari fuisse comitem stabuli, et proinde ex contemptu eam filiam stabuli esse dictam. Rich. Basinst. lib. v. not. 26.

de lector, quam hic sit vastus dicendi campus, si vellem justa oratione Helenae laudes prosequi. Dicentem certe tempus citius, quam materia, desereret. Nos tamen brevitati studentes, pauca ex multis, quae Hierosolymis fecit, perstringemus. Christi optimi maximi venerandam crucem, et quatuor claves, adjutore Juda, alias Quiriaco, quaesivit et invenit in monte Calvariae; ubi et sepulchrum, ut referunt, Adami fuit: quo postea loco, de turbato Veneris fano Hadriani imperatoris opere, pulcherrimam Christo consecravit ecclesiam. Dedicavit et aliam in monte Thabor. Tertiam in civitate Nazareth. Quartam in Bethleem. Alias data opera omitto; de quibus tamen multa lector ab illis, qui res gestas D. Helenae scripserunt, cognoscet. Sint haec satis a me de ejus pietate dicta. Nunc a literis laudanda est, quas partim in Britannia, partim etiam in Italia, Latinae linguae parente, tanquam e fonte, hausit. In qua parte non longa utor circuitione: tantum narrabo, quid nuper inter veterum librorum thesauros repererim. Incidi in antiquum exemplar, in quo, praeter caetera, lectu sane dignissima erat *Vita* Silvestri, pontif. R. Latine scripta, et sine mendaciis, quae a recentioribus publice in ejus *Vita* leguntur: sed autoris nomen nusquam comparuit. Hic D. Helenae Augustae *Epistolas* aliquot, docte, argute, eleganter scriptas, offendi [a]. Nec mirum videri debet, quod foemina Britannica, per tot annos inter doctissimos Rom. nobilitatis versata, pure et Latine scripserit. Nam id temporis erat lingua Latina vel apud plebem Romanorum multo purior quam aliquot seculis praeteritis apud magistros nostros. Sed hic finis orationi excrescenti ponendus, si prius in medium adduxero pauca de Helenae morte et sepultura ex Pomponii Laeti *De Caesaribus historia.* Sic igitur scribit: "Helena, Augusti "mater, quae totam se dederat nostrae religioni, octogenaria diem obiit [b]. Filius in templo "duodecim Apostolorum condidit: ibi enim commune sepulchrum sibi posterisque suis fecerat." Haec ille. Carolus Capella, vir undecunque doctissimus, qui nuper Venetorum in Britannia nostra orator erat, significavit mihi, quo pacto Helenae reliquiae, declinante Graecorum imperio, a Constantinopoli Venetias translatae sint. Ex *Lelando.*

[a] Baleus i. 35. et Pitseus p. 81. eam scripsisse ferunt, *De providentia Dei*, lib. i. *De immortalitate animae*, lib i. *Normam recte vivendi*, lib. i. "Domino semper Augusto "filio." *Epistolas ad Constantinum*, lib i. "Veritatem "sapientis animus non re." *Revelationum suarum* lib. i. *Monita pia ad filium*, lib. i. *Ad Sylvestrem papam*, epist. plures. *Ad Antonium abbatem*, epist. plures. *Carmina quaedam Graeca*, lib. i. [b] Obiit 15 cal. Septemb. A. CCCXXXVII.

HELIARTH [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MDL. Lhuyd. Davis.

HELIAS de EVESHAM, natus in oppido ejusdem nominis apud Wigornienses, et ibidem inter monachos ordinis S. Benedicti educatus. Scripsisse fertur *Opus chronicorum*, lib. i. *De vita S. Thomae Cantuar. ad Henricum abbatem Croiland.* lib. i. Hoc opus olim in biblioth. monasterii Whitbeiensis viderat Lelandus, *Collect.* iii. p. 36. Claruit circa A. D. MCCLXX. Pits. p. 351. Bal. iv. 33. Quidam ELIAS de EVESHAM praesentatus per lit. pat. 18 Johannis regis ad praebendam in ecclesia Hereford. 9 Sept.

HELIAS SCOTUS (Dempst. 339.) Socius S. Levini peregrinationis in Belgium. Scripsit *Passionem S. Levini magistri*, lib. i. Claruit A. DCXXXII. Colitur 11 Novembr. Dempster. viii. 637.

HELIGANDUS natione Anglus, episcopus Verdensis in Germania a Baleo memoratur Centur. xiii. 64. sed de scriptis ejus nihil invenio. Claruisse fertur A. DCCCXXXIII.

HELPERICUS abbas Anglorum. De eo haec habentur in Ms. Cotton. Vitellius A. xii. In quo est tractatus anonymi *De computo*, in quo autor mentionem facit autorum computi, et haec habet: "Dein Helpericus abbas quondam Anglorum, videns a praefatis (sc. Dionysio, Beda, etc.) in "quibusdam vacillare studio omnium adhibito plura ab eis correxit."

HELPSTON [ROGERUS] Inter libros Alexandri abbatis Burg. post *Claustrum animae* occurrit *Opus alterum*, quod perfecit Rogerus de Helpston. *Hist. Petrob.* 29.

HELY [RICHARDUS] S. theol. doctor et prior ordinis Carmel. Cantabrigiensis A. D. MCCCCXLVI. Scripsit *De adventu Carmelitarum in Angliam.* Pr. "Benignus Deus, qui omnes "homines vult." Extat inter *Collect.* Bal. Ms. Sloan 4to. f. 32. Obiit et sepultus jacet in conventu Carmelitarum Lond. MCCCCLXXXVI. Ibid. f. 51.

HELYAR [JOHANNES] patria Hantoniensis, socius collegii Corporis Christi Oxon. A. MDXXII annum agens vigesimum admissus, successu temporis magister artium et S. theol. baccalaureus creatus fuit. Linguarum Latinae, Graecae, et Hebraicae, prae caeteris sui aevi peritissimus habebatur. Studiorum ejus cardinalis Wolseius fautor erat munificentissimus. Scripsit, *Comment. in Ciceronem pro Marcello*, lib. i. *In epistolas Ovidii*, lib. i. *Scholia in Sophoclem*, lib. i. *Carmina in obitum D. Erasmi Roterodami Gr. et Lat. sc.* iii. *Graeca et* i. *Lat.* xx Dist. Pr. "No"minis Alcidae non tantum clara paravit." In *Epitaphiorum* libello in mortem Erasmi. Basil. MDXXVII. et Antwerp. MDXXXVII. 12mo. Transtulit in Lat. e Graeco *Chrysosthomi librum de providentia et fato.* Claruisse fertur A. MDXXX. Bal. ix. 24. Pits. p. 706. A. MDXXXVII. *Athen. Oxon.* i. 48.

HEMINGFORD [a] [GUALTERIUS] sive HEMENGOBURGUS, canonicus [b] Gisiburnensis coenobii,

[a] Gualt. Hemengoburghus, Hemingburgh, rectius quam Hemingford. In bibliotheca enim regia Westmon. 3. A. xiii. sunt anonymi *Distinctiones quaedam theologicae*, olim assignatae claustro de Gysburn *Ex dono fratris Walteri Hemingburgh, quondam canonici ejusdem domus, anno sc. Domini* MCCCVII. Ita testatur nota antiqua in principio. [b] An Austin

coenobii, quod eſt prope Cliviam, Eboracenſium provinciolam, Theſi flumini celeberrimo adjacentem, impendio ſtudioſus erat literarum: quo tandem factum eſt, ut in eruditum evaſerit, et non levem apud ſuos gratiam ſibi pepererit. Ejuſmodi enim res literaria virtus eſt, ut autori gratiam, honorem, gloriam etiam facile conciliet. Quare virtutis praemio laetior factus, quanquam ipſa virtus per ſe ſatis illuſtris aliunde emicantibus ſplendoribus non eget, qua coepit, via perrexit, magnis plane paſſibus ad extremam ſacrae theologiae metam contendens. In quo cum jam non infeliciter curſum longum continuaſſet, ecce cupido quaedam ejus occupavit animum, ut hiſtoriam rerum Anglicarum poſteritati dedicaret. Bonis igitur avibus ab ipſo Gulielmo Nortomanno exordium ſumens, *Ad tempora Edovardi*, ejus appellationis primi [c], *Anglorum res geſtas* ſumma cura perſcripſit [d]. Hanc ego nuper hiſtoriam Giſloburnae Clivienſium ſedulo quaeſivi, non tamen inveni: alias ſemel vidi in Fontana, ſive Wellenſi bibliotheca. Caetera, quae ſcripſit, nuſquam comparent [e]. Vixit, regnante Henrico tertio [f], et Edovardo ejus filio [g]. Obiit Giſiburnae, ubi et ſepultus eſt. Ex *Lelando*.

Auſtin frier [iſer a canon] in Yerkſhire. Fragment. edit. a Th. Hearne in app. ad Hemingium 650. [c] Secundi, Mſ. Lel. Trin. *Hiſtoria* Hemingford fere a Baleo, Pitſeo, et Roſſio, etiam ad Edvardi ſecundi tempora, A. D. MCCCVIII prorogari dicitur. Certe Edvardi primi aetatem complexa eſt: ſed audiamus ipſum auctorem, qui metas operis ſui ponit ab anno Domini MLXVI ad ann. MCCC.

[d] *Hiſtoria* continet iii libr. " Ne faſtidioſus occurram." Mſ. extat in coll. S. Trin. Cant. et Londini in officio Armorum, et in bibl. Cotton. Nero. D. ii. ac in bibl. C.C.C. Cantab. L. x. (quod exemplar ad annum MCCCXIII progreditur) et penes Thom. Gale, qui illam ad finem Hen. iii edidit Oxon. MDCLXXXVII. fol. inter v *Scriptores*, p. 455. Mſ. in coll. Armorum Norf. 13. deſinit in tractatu pacis inter Edv. iii et Philippum Franciae regem. Ex his annalibus multa excerpſit Lelandus, *Collect.* ii. p. 268. Mſ. " Exorditus eſt hiſtoriam" (Lelandum audis) " " a Gul. " Magno et uſque ad tempora Joannis regis fidem ſequi- " tur Gul. Parvi, e cujus opere, (ſuppreſſo autoris no- " mine) multa fere ad verbum deſcripſit: in hoc tamen " Gul. Parvo ſuperior, quod operi cauſam praepoſuerit, " cur Gul. Magnus in Angliam cum exercitu venerit; ut " praeſertim contra Haraldum regem, qui, vivente Edvardo " rege, Euſtachium comitem Bononienſem Dovari male " tractaverat, cum tamen Edvardi regis ſororem in con- " jugem accepiſſet." Et poſtea: " Gualterus annales " ſuos perduxit uſque ad ann. MCCXCVII, et volumen, in " quod ego incidi, diviſum fuit in trecenta fere capitula."

[e] Scripſit praeterea, *Chronicon Edw.* ii. Pr. " Mortuo " ſtrenuiſſimo rege." in bibl. Lambeth. Mſ. Wharton. Y. 17. Extat Mſ. in bibl. Corp. Chriſti Cantab. L. x. Cave *App.* p. 28. *Chronicon* * *Edw.* iii. lib. i. " Edwar- " dus poſt conqueſtum tertius." Habetur Mſ. in bibl. Cotton. Nero D. 2. 22. (exemplar recens) et in bibl. coll. Magd. Oxon. 53. *Sermonum* lib. i. [f] Edwardo ſecundo, Mſ. Lel. Trin. [g] Obiit A. D. MCCCXLVII. Bal. v. 71. Pitſ. p. 456. Vide quam falſe vitam Gualteri ex Lelando hauſit Bluntus, p. 300.

* [Al. *Vita.*]

HEMLINGTONUS [GALFREDUS] monachus Benedictinus in monaſterio S. Albani. Lelandus (inquit Baleus) in ſuis *Collectaneis* refert illum ex antiquis ſcriptoribus Graecis et Latinis rariſſimarum hiſtoriarum fragmenta collegiſſe, et in quoſdam diſpoſuiſſe ac formaſſe libros ad neceſſarium aliquem ſuae poſteritatis uſum: opuſque illud in quoſdam libros tandem bono ordine digeſtum, eundem Galfridum abbati ſuo Radulpho dedicaſſe dicit. Gualtherus tamen ejuſdem loci bibliothecarius ipſi potius abbati tribuit illud opus quam Galfredo. Titulus eſt: *De geſtis Macedonum*, lib. v. Vide Rad. de S. Albano ſupra. Claruiſſe putatur circa A. D. MCL. Bal. x. 50. Pitſ. p. 215.

HEMMINGUS ſacerdos et monachus Wigornienſis, et tandem ſubprior. Whart. *A. S.* tom. ii. 242. Scripſit, juſſu S. Wulſtani, *Opus de eccleſiae Wigornienſis dotatione, privilegiis, et poſſeſſionibus*, lib. v. Extat in bibl. Cotton. Tiberius A. 13. Ex eo quaedam in lucem edidit Dugdal. in *Monaſt. Angl.* tom. i. p. 128. Et Wharton ex hoc libro in lucem edidit *Vitam S. Wulſtani brevem*, lib. i. " Largiflua Dei omnipotentis," eodem autore conſcriptam. Whart. *A. S.* tom. i. p. 541. Totum *Chartularium* edidit Hearnius. Oxon. MDCCXXIII. 8vo. Notatu digna ſunt quae de opere hoc eccleſiae Wigorn. Hemmingus ſcribit. Verba ejus in *Monaſt. Angl.* tom. i. p. 135. habentur: " Idem reverendiſſimus pater noſter (ſc. Wlſtanus) ne ſua, ut quorundam praedeceſſo- " rum ſuorum negligentia, commiſſa ſibi eccleſia damnum aliquod poſteris temporibus pateretur, " pro poſſe ſuo praecavebat providus. Unde et ſcrinium monaſterii coram ſe reſerari fecit, dili- " genterque omnia antiquorum privilegia et teſtamenta de poſſeſſionibus hujus eccleſiae perſcruta- " tus eſt, ne forte cuſtodum negligentia, aut iniquorum avaritia forent diſtracta. Cumque ex " parte, ut putaverat, reperiſſet, curavit ſtudioſe et putreſcentia reparare, et quae inique diſtracta " ſunt, ſtrenue adquirere, adquiſita vero in ſimul congregare, congregataque in duobus volumini- " bus ſtuduit ordinare. In uno quidem ordinavit omnia primitiva teſtamenta et privilegia, in " quibus manifeſtabatur quomodo vel per quos primo terrarum poſſeſſiones huic monaſterio datae " ſint. In altero vero chirographa, quibus B. Oſwaldus archiepiſcopus cum adjutorio regis Ead- " gari terras injuſte a viris potentibus aliquanto tempore poſſeſſas ditioni eccleſiae attitulavit, eaſ- " que regali autoritate et ſenatorum conſenſu et principum patriae teſtimonio, data unicuique " chirographi cautione, poſt duorum vel trium haeredum tempora, juri eccleſiae abſque contra- " dictione reddendas, chirographorum etiam exemplaribus in ſcrinio ſanctae eccleſiae ob teſtimo- " nium collocatis ſuis ſcriptis ſucceſſoribus manifeſtavit. Quibus ordinatis, praecepit cuncta eodem " ordine in bibliotheca ſanctae eccleſiae ſcribi, quatenus etiamſi, ut aſſolet, contingeret, quod ali- " qua negligentia . . teſtamentales ſcedulae perderentur, earum exemplaria ſaltem inibi conſcripta " nullatenus oblivioni traderentur. Hoc quoque juxta velle et imperium ſuum patrato, praecepit " adhuc omnia privilegia et chirographa terrarum, quae proprie ad victum monachorum pertinent, " ſeparatim ex his congregari, eaque ſimiliter in duobus voluminibus eodem ordine adunari, quod

" in

" in hoc *Codicello* ejus, ut praedixi, imperio pro modulo meae parvitatis, studiosus lector fecisse me " animadvertere potest." Claruit circa A. D. MC. Whart. *A. S. Praefat.* tom. i. p. xxxvii. Cave. ii. p. 350.

HEMMYNG [GULIELMUS] canonicus, ut videtur, Menevensis. Scripsit *Practicam novorum advocatorum, sive qualiter causae tam spirituales quam civiles, ac etiam criminales secundum juris ordinem, et aliqualiter secundum laudabilem consuetudinem tractari debent et finiri, et qualiter debeat appellari tam a gravamine quam a sententia.* Pr. pr. " In nomine Patris inseparabilis poten- " tiae," Mf. bibl. Bodl. Laud. D. 6. Obiit 30 Novembr. MCCCCXLVI. Mf. Ibidem.

HEMOALDUS [a], studio quodam discendi plane incredibili correptus, omnibus agebat modis, ut fructum aliquando ex eo copiosum, divitem, maturum colligeret; collectumque non modo sibi conservaret, verum etiam, qua erat animi benevolentia, candore, prudentia, communem faceret: memor interim se non solum sibi natum, sed et patriae quoque, et utilitati publicae. Jactis igitur fundamentis studiorum optimis, consilio novo, sed utili, transmarinas expeditus regiones petiit, opes cognitionis amplioreis reportaturus. Intercesserat et ante ei familiaritas cum Beda, viro in primis docto, quam et per literas, jam transmarinas, refricabat [b]. Non fuit Beda collati immemor officii; ac edito *De ratione quadrantis anni,* quem *Bissextum* dicunt, libello, ac ei dedicato, studium [c] mathematices in homine calescens, exaestuans reddidit. Comparet adhuc libellus inter epistolas Bedae [d]. Ex *Lelando.*

[a] Providus a Baleo et Pitseo cognominatus. [b] Scripsisse dicitur, *De rebus mathematicis,* lib. i. [c] " Favo- " rem mathematice, calescentem, exaestuantem," Mf. Leland. Trin. p. 143. [d] Claruit A. DCCXL. Bal. ii. 2. Pitf.

HENAEUS [MATTHAEUS] seu O-HENEY, a quibusdam Girald. Cambr. codd. Mss. (Distinct. 3. cap. 32.) MAURITIUS, ab aliis THADDAEUS praenominatus; monachus Cisterciensis, dein archiepiscopus Casseliensis, et tandem legatus pontificius in Hibernia. Scripsit, *Vitam S. Cuthberti Lindisfarnensis. Epistolas ad Coelestinum* iii *et Innocentium* iii Obiit A. MCCVI, et in coenobio S. Crucis in agro Tipperariensi tumulatus est. War. p. 58.

HENEAGE [THOMAS] literatorum patronus benignissimus; de quo Stow. p. 366 ita: " Thomas Heneage eques auratus, ex antiqua Heneagiorum familia in com. Lincoln. oriundus, ingenii splendore, morum elegantia, orationis facultate et optimis studiis ornatissimus, camerae regiae thesaurarius, pro-camerarius, duc. Lancastriae cancellarius, et ab intimis conciliis Elizabethae reginae, cui privatae et principi fide et fama integra maximis negotiis spectatus summa cum gratia annis XXXVIII inservivit." Scripsit *Epistolas duas M. Parkero* Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. A. p. 725.

HENFIELD [JOHANNES] monachus de Bello. Scripsit *Historiam Britanniae usque ad tempora Henrici* vi. Mf. extat penes Car. comit. Carliol. apud Haworthianum castrum comitat. Cumbriae.

HENGHAM [RANULPHUS sive RADULPHUS de] patria, ut videtur, Norfolciensis; capitalis Angliae justitiarius tempore Edwardi i. quo munere, repetundarum damnatus, ejectus erat, et gravissime multatus 16 Edw. i. *Praef.* Seldeni. Leland. *Coll.* tom. i. p. 633. Scripsit *Summas; magnam* HENGHAM *et parvam nuncupatas.* Lond. *Cum notis Seldeni* MDCXVI. 8vo. et MDCLXXII. 8vo. *Magna Hengham sive Hengham de recto.* Pr. *Mag. Hengh.* " Licet ordo placitandi " in curia." Pr. *Parvae.* " Notandum quod quinque sunt essonia." Mss. bibl. Bodl. D. 54. Et NE. F. 2. 4. Et Mf. Norwic. More 287. 290. 500. 774. In Mf. Norwic. More. 287. sunt duae aliae *Summae* huic Hengham ascriptae sc. *Summa judicandi Essonia.* cap. viii. Primum capitulum de difficultate Esson. *Summa* quae dicitur, *Cum sit necessarium.* Pr. " Cum sit necessarium que- " rentibus in curia domini regis." *Registrum brevium.* Ex vet. membr. Cottoniana Dugdal. *Orig. Judic.* 56. Obiit A. MCCCVIII juxta Stow. *Surv.* Lond. p. 360. A. MCCCIX juxta *Praefat.* Seld. A. MCCCXI Maii 18, et sepultus 27 Maii in novo opere eccl. S. Pauli London. Whart. *Lond.* p. 216. ex Ada Murimuth. Vide Dugdal. *Hist. Paul.* p. 101.

HENHAMUS [a] [PETRUS] monachus, ut conjecturam facio, Vallidenensis, omnis antiquitatis, et maxime Anglicae, studiosus, autores, qui de nostris rebus ante sua scripserunt tempora, diligentissime evolvebat: unde non mediocrem voluptatem, aut utilitatem cepit. Quae enim voluptas ingenioso major ulla esse potest, quam ut animum, ad scientiam natum, cognitione rerum ad miraculum variarum informet, oblectet, adjuvet. Rursus, quae major utilitas, quam alieno exemplo virtutem amplecti, vitia vitare, et, quod his non infimum accedit, quod ipse didicisti alios docere; quemadmodum noster Henhamus fecit, qui *A tempore Hengisti Saxonis, usque ad annum* MCCXLIV *res Anglicas* scripsit tam bona fide, quam qui unquam optima; sed, quae erant saecula, facundia impari: id quod apparet ex veteri exemplari, quod nuper in bibliotheca Vallidenensis monasterii reperi. Vixit, regnante Henrico tertio [b].

[a] De hoc viro transcripsit Lelandum Baleus iii. 83. quem sequitur Pitseus, p. 297. [b] Claruit anno MCCXXIV. Bale. Pitf. Qu. annon potius esse debeat A. D. MCCXLIV.

HENRICUS viii rex scripsit, secundum Baleum viii. 80. *Assertionem sacramentorum,* lib. i. " Quum partim bellicis, partim." Cum praefatione longa Gabrielis de Saconay ecclesiae Lugdun. praecentoris. Lugdun. MDLXI. 4to. Liber hic tantopere Romanae curiae placuit, ut non solum regem

regem titulo novo ornaverit, ſed etiam librum legentibus decem annorum et totidem quadragenorum indulgentia apoſtolica autoritate conceſſa ſit. Ita edit. Lond. MDXXI. 4to. Variae hujus libri editiones ſunt hae: Londin. MDXXI. 4to. Lat. Lond. MDXXII. MDXXVI. 8vo. Angl. Lond. MDXXXVII. MDXLIII. MDXLV. MDLXXXVIII. 8vo. Angl. Pariſ. MDLXII. 8vo. Lat. *Ad epiſtolam Lutheri reſponſionem*, lib. i. " Quas tu, Luthere, literas," prima Sept. Lond. MDXXVII. 8vo. *Chriſtiani hominis inſtitutionem*, lib. i. Lat. " Cum in hoc libello qui." Lond. MDXLI. MDXLIV. 4to. *De poteſtate regia contra papam*, lib. i. *Pro pube inſtituenda*, lib. i. " Henricus octavus " per Dei gratiam." *Regis, ſenatus, populique Angliae proteſtationem contra ſententiam et de eo concilio quod Paulus epiſcopus Romanus Mantuae futurum ſimulavit, et de ea bulla quae ad calend. Novembres id prorogavit.* Pr. " Cum orbi pene teſtatiſſimum ſit." Lat. Lond. MDXXXVII. 12mo. Witteberg. MDXXXVII. 12mo. Anglice Lond. MDXXXVIII. 12mo. et apud Foxium, p. 1083. *De juſto bello in Scotos*, lib. i. " Being now inforced to the war which." Lond. MDXLII. 4to. et apud Hollinſh. *Hiſt. Scotl.* p. 322. [Joh. Lelandus autor eſſe dicitur, Craig. 5. 9.] *Ad Maximilianum Caeſarem* epiſt. i. " Legimus literas." *Ad duces Saxoniae epiſtolam pie admonitoriam.* Pr. " Illuſtriſſimi atque excellentiſſimi." Lond. MDXXI. 4to. *Ad cardinales epiſtolas* plures. *De ſynodo Vincentina epiſt.* i. Latine. " Cum non ita pridem libellus noſtro et omnium." Witteb. MDXXXIX. 12mo. Angl. Lond. MDXXXVIII. 12mo. " Whereas not long ſithence a boke came " forth." Et apud Foxium, p. 1192. *Ad Eraſmum Roterodamum epiſt.* plures. Lond. MDCXLVI. 8vo. De literis ejus ad Eraſmum ita Paceus *De fructu*, etc. p. 112. Dum adhuc puer erat Eraſmum noſtrum epiſtola ſua ipſius manuſcripta, auſus eſt provocare; quae nihil non Latiniſſimum ſapiebat. Nam hanc mihi Eraſmus Ferrariae legendam olim exhibuit. Solebat enim eam, quocunque ibat, in arcula quadam ceu theſaurum reconditum ſecum circumferre. Praeter haec dantur alia plurima ejus ſcripta. *Articles deviſed by the king's highneſs majeſtie to eſtabliſh Chriſten quietneſs and unitie among us, and to avoid contentious opinions. Which articles be approved by the conſent of the hole clergy of this realme.* Pr. " Henry etc. Amonges other cures." Lond. MDXXXVI. 16to. *A neceſſary doctrine and erudition for any Chriſten man, ſet furthe by the king's majeſtie of Engl.* Pr. pr. " Like as in time of darkneſs." Pr. lib. " Foraſmoche as in this boke, whiche." Lond. MDXLIII. In Latina hujus libri verſione regis praefatio omiſſa eſt; et tranſlatoris incipit. Pr. Quantum malum ſit diſſenſio. [apud Turner. libro *The reſcuing of the Romiſh Fox* liber hic Stephano Gardinero attribuitur, quod regio nomine eum ediderit.] Liber hic diverſus eſt ab inſtitutione Chriſtiani hominis a convocatione cleri A. MDXXXVII edita. *Introductio ad grammaticam artem.* Ita Tho. Eliot in praefat. ad *Caſtellum ſalutis*. *Diſputatio theologica: An laicus obligaretur ad orationem vocalem:* hujus meminit Eraſmus in epiſt. ad Geo. D. Saxon. lib. xix. Leland. *Antiphil.* p. 334. *Anſwers to the petitions of the rebells in Lincolnſhire and Yorkſhire*, Lond. MDXXXVI. 4to. *Oratio habita in comitiis parliam.* 24 Dec. MDXLV. Pr. " Although my chancellor for the " time." Lond. MDCXLII. 4to. Extat apud Hollinſh. iii. p. 971. Stow. 589. et vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 871. ſeq. *Orarium, ſive liber precationum* Latine. Lond. MDXLV. 8vo. *Epiſtolae ejus Anglicae autographae*, in Mſ. Aſhmol. 1720 (1) ad D. Rob. Drury. (2) ad D. Petrum Higham ſive Ligham. (3) Inſtructiones pro legato ſuo Pariſiis anno regni XXXII. *Letter to the clergy of York touching his title of ſupreme head of the church.* Extat in *Cabala* Lond. MDCLXIII. fol. p. 244. et vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 762. ſeqq. *Epiſtolae ejus Anglicae* in Burnet *Hiſt. reform.* vol. i. *App.* Duae ad legatos ſuos in curia Romana MDXXIX. p. 75. 77. Una ad papam Romanum A. MDXXXII. p. 107. Una ad epiſcopos de inſtructione plebis 28 Henr. viii. p. 360. Una ad Tonſtallum contra auricularem confeſſionem, p 366. *Epiſtola una Latina longa ad oratores Germanos* MDXXXVIII *de probibitione utriuſque ſpeciei in coena Domini, miſſis privatis, et probibitione conjugii ſacerdotum.* Pr. " Literas veſtras egregii et praeſtantiſſimi." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. E. 1. collecta per Cuthb. Dunelm. *Proclamation againſt the marriage of the clergy*, vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 696. *His letter to aſſiſt the biſhop of Lincoln againſt the hereticks.* Ibid. p. 698. *Oratio ejus de repudianda domina Catharina.* Ibid. p. 714. *His proclamation for reſiſting the hereſies of Luther and others.* Ibid. p. 737. ſeqq. 779. *Another againſt erroneous books, and againſt tranſlating the bible in Engliſh, French and Dutch.* Ibid. 740. *Proclamation for aboliſhing the uſurped power of the pope.* Ibid. p. 772. ſeq. *Proclamation to bring in ſeditious books.* Ibid. p. 776. ſeqq. *Breve regium pro ſuppreſſione monaſteriorum.* Ibid. 705. ſeq. *Literae regis pro obſervatione legum eccleſiaſticarum reformatarum.* Ibid. 779. ſeq. *Commiſſion for rating the firſt fruits and tenths.* Ibid. p. 783. *Commiſſio conſtituens Tho. Crumwell vicarium generalem.* Ibid. 784. ſeq. *His inſtructions to the biſhops to ſend in the true value of their poſſeſſions.* Ibid. p. 799. ſeqq. *Letter about preachers, and form of prayer before ſermon.* Ibid. 807. *Proclamation for uniformity in religion.* Ibid. 810. ſeq. *Injunctions about religion.* Ibid. 813. ſeqq. *Act for the abrogation of certain holydays.* Ibid. 829. ſeq. *Letter againſt too many holydays.* Ibid. 804. *Letter to his biſhops directing them how to inſtruct the people.* Ibid. 825. *Commiſſio contra anabaptiſtas.* Ibid. 836. *Commiſſion for taking down St. Richard's ſhrine at Chicheſter.* Ibid. 840. *Proclamation concerning rites and ceremonies to be uſed in the church of Engl.* Ibid. 842. ſeq. *Mandatum de Bibliis in vulgari edendis.* Ibid. 846. ſeq. *Injunctions againſt Engliſh books, ſects, and ſacramentaries.* Ibid. 847. ſeq. *The king's draught of an act of the ſix articles.* Ibid. 848. ſeq. *Proclamation to have a Bible of the largeſt ſize in every pariſh church.* Ibid. 856. *Breve regium de nominibus beneficiorum et beneficiatorum.* Ibid. 857. *The king's letter to take away ſhrines and images.*

5 H

ges. Ibid. 857. seq. *Proclamation concerning white meats.* Ibid. 867. *Literae regis pro orationibus pro cessatione pluviae.* Ibid. 868. seq. *Literae regiae archiepiscopo Cantuar. pro publicatione regiarum injunctionum.* Ibid. 869. seq. *Preface by the king to his primer.* Ibid. 873. seq. *Injunctions to authorize and establish the use of his primer.* Ibid. 875. *Proclamation that nothing shall be hereafter purchased from Rome.* Ibid. 755.

HENRICUS de ABENDON, patria Bercheriensis; artium magister et socius collegii Merton. Oxon. ordinatus diaconus A. MCCCXCVIII. 22 Febr. *Regist. Braybrook Lond.* Rector de Sowey dioec. Wellen. per praesentationem abbatis et conventus Glastonb. A. MCCCCIII, dein praebendarius in ecclesia Wellen. et rector. A. MCCCCXXXVI ecclesiae de Monkton comit. Somerset. A. Wood. Ms. Merton. S. theol. doctor, et collegii Mertonensis quondam custos, in concilio Constantiensi universae Anglicae gentis primatum adversus Hispanos tuebatur. Operculum Ms. coll. Lincoln. Austr. 80. est bulla Johannis papae in gratiam Henrici de Abendon S. theol. professoris, vicarii de Sowy, dioec. Wellen. de non residendo. Magister Henr. de Abendon ad generale concilium Basileense pro clero regni Angliae profecturus, habuit licentiam exportandi aurum et protectionem, etc. Dec. MCCCCXXXII. Rymer. *Foeder.* vol. x. 532. seq. Extat *Replicatio primi libri sententiarum contra mag. Henricum de Abyndon de collegio Merton.* Pr. "Reverendi magistri et "domini." Ms. bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. 116. Woodius *Eruditas quaestiones in primum librum sententiarum* Henrico huic adscribit; earumque fragmenta in Ms. C. C. C. Oxon. extare dicit. Obiit A. D. MCCCCXXXVIII. A. Wood. Ms. Pits. princ.

HENRICUS de BATHONIA jurisperitus, quem in legibus Anglicanis sapientissimum vocat Tho. Wikes in A. MCCL. Scripsisse fertur *Quaedam de municipalibus Angliae legibus.* Claruit A. MCCLI. Pits. *App.* p. 862.

HENRICUS CALCOENSIS prior, ordinis S. Benedicti (Dempst. 360.) ut doctissimorum virorum frueretur consortio Galliam, Germaniam et Italiam peragravit. Scripsit, *De B. virgine versus Graecos,* lib. i. Edidit Florentiae . . . *Synopsin Herbariam,* lib. i. Lugduni . . . *Excerpta ex Columella et Varrone,* lib. i. Ms. Bononiae in interiori biblioth. Dominicanorum. Scotice vertit *Palladium Rutilium de re rustica,* lib. xiii. Claruit A. MCCCCXCIII. Dempster. viii. 680.

HENRICUS CANTUARIENSIS prior. Extat ejus *Memoriale* Ms. bibl. Bodl. Ric. Jamesii 18.

HENRICUS DE DOMO DEI, natione Scotus, juris civilis Bononiae professor. Scripsit, *Quaestiones de jure,* lib. i. *Glossas in leges,* lib. i. Claruit Bononiae A. MCCLXXX. Dempster. iv. 407.

HENRICUS de ESTRIA, primo monachus, dein prior ecclesiae Christi Cantuar. 11 id April. MCCLXXXV. A. MCCLXXI praesentatus fuit a priore et conventu S. Frideswidae ad ecclesiam S. Clementis extra muros Oxon. Resignavit eodem anno. *Regist.* Ric. Gravesend. episc. Lincoln. A. MCCC—I. 3 non. Jan. praesentatus fuit a priore et cap. ecclesiae Cantuar. ad ecclesiam S. Georgii Cantuar. *Regist.* H. de Estria in bibl. Norwic. More f. 85. Inter alia beneficia quae ecclesiae Cantuar. contulit Henricus, *Obituarium* Cant. haec habet—libros diversarum facultatum magni pretii, plures quam aliquis praedecessorum suorum perquisivit, et ecclesiae reliquit. Whart. *A. S.* vol. i. 141. Contexuit *Registrum ecclesiae suae.* Ex quo catalogum archiepiscoporum Cantuariensium ex codd. Mss. bibl. Cotton. Galba E. iv. Vitellius E. xvii. Julius D. ii. edidit Wharton. *A. S.* vol. i. p. 83. Titulus in Ms. Cottoniano talis est: "Registrum sive memoriale Henrici, prioris monasterii Christi Cantuariensis, in quo habentur plurima de officiariis, de provisionibus, pensionibus, missis, aliisque ad sacrum cultum spectantibus, de redditibus, de novitiis, de regimine, de suis obedientiariis, de numero actarum in suis maneriis, de pecuniis allocatis quibusdam officiariis, et pro vestimentis et aliis ornamentis—et pro domibus et reparationibus, de debitis et placitis, de privilegiis, ornamentis, vestibus et vasis sacris, libris quorum usus in capella, textibus, reliquiis, libris in bibliotheca, aliisque ad istud monasterium spectantibus. Inseruntur quidam loci communes de conscientia, phisyognomia, deque multis aliis capitibus sacri et philosophici argumenti. Item, nomina summorum pontificum ab S. Petro ad Benedictum xii. Nomina regum Angliae ab Gulielmo i. ad R. Edwardum iii. Juramentum regis Angliae die coronationis suae. Nomina archiepiscoporum Cantuariensium ab Augustino ad Walterum, quondam episcopum Wigorniensem." Obiit circa A. D. MCCCXXX. Wharton. l. c. p. 141. 6 id. Aprilis MCCCXXXI, aetatis 92. 8 April. MCCCXXXI. Ms. Cotton. Galba E. iv.

HENRICUS HOLMENSIS abbatiae in Cumbria prior secundus (Dempst. 369.) Scripsit, ad Ricardum abbatem Meritoniae, *Texturam temporum,* lib. i. Claruit A. MCXXX. Dempster. viii. 700.

HENRICUS HUNTINGDUNENSIS [a] alias VENANTODUNENSIS archidiaconus, Nicolai,

[a] Henricus in familia Roberti episcopi Lincoln. cum ipsius regis et nobilium filiis honeste enutritus. Haec enim ab ipso referente audis: "Richardus quoque filius "regis Nothus ab episcopo nostro Roberto festive nu- "tritus, et in eadem, qua degebam familia, a me et aliis "celebriter honoratus." Hen. Hunt. *De episcopis sui temporis.* Ex Joh. Capgravii *Historia de illustribus Henricis,* lib. iii. cap. in Ms. Cotton. Tiberius A. viii. *De Henrico archidiacono Huntingdonensi:* "Henricus archidiaconus "Huntyngdoniae, vir laudabilis vitae et florentis ingenii "fuisse ejus scripta manifestant. Quo autem tempore fuit, "vel ubi sublimatus, vel quid senserit de fine mundi, "inter caeteros scriptores ex *Chronica* sua sparsim sin- "gulis locis collegimus: sub quo autem tempore scripsit, "testatur libro 8vo. qui intitulatur *De summitatibus re-* "*rum,* ubi ait: *Hic est annus, qui comprehendit scriptorem,* "*annus*

Nicolai [b], ut ipſe fatetur, filius, ſoluta oratione et carmine impendio exercitatus, tantum in literis profecit, quantum illa ſane admirabantur ſaecula [c]. Juvenis libentiſſime carmine ſcripſit, ad quae pangenda natus fuit: ita tamen ut notam et maculam ſui temporis ſubinde prodat. Ingenium plane illi acutiſſimum, neque felix inventio defuit, uſque adeo, ut non raro ad juſtam gratiam et majeſtatem adſurgeret. Inter caetera, quae multa certe carmine egregie ſcripſit, illud *Epigramma*, quod de laudibus Aelfledae, Alfredi Magni, Anglorum regis filiae, compoſuit, ſumme mihi placet. Ipſe vero octavo *Hiſtoriae* ſuae libro, in fine *Epiſtolae*, quam ad Gualterum, abbatem, ut ego colligo, Rameſeganum, amicum familiariſſimum, *De contemptu mundi* ſcripſit, aperte declarat his verſibus, quas juvenis res carmine tractaverit.

Henricus tibi ſerta gerens, epigrammata primum,
Praelia mox Veneris, gramina deinde tuli.

In epigrammatis et luſibus amatoriis aliquid memoria dignum praeſtitit. At non perinde ſe artificem probavit, ſecutus neſcio quem recentiorem Macrum in libro ſuo *De herbis*: cui ſubjecit et alios duos libellos, unum *De aromatibus*, alterum *De gemmis*, in neutro aſſecutus gratiam, quam ego optarem; illis tamen forſan temporibus, tanquam doctos et utileis, multorum manibus aſſidue verſatos. Inter haec prima ſtudiorum tempora uſus eſt Alduino et Reginaldo, abbatibus Rameſegani coenobii, fautoribus et patronis candidiſſimis. At inter alios in primis uſus eſt familiaritate Albini Andegavenſis, canonici Lindocollinae [d] eccleſiae; quem et libro octavo *Hiſtoriae* praeceptorem honorifice appellat. Porro jam gravior et maturior orbi factus inivit ſingularem gratiam, nomine bonarum literarum, apud Alexandrum, epiſcopum Lindocollinenſem; a quo libenter crediderim Henricum archidiaconum Venantodunenſem factum [e]. Hoc ſatis conſtat, quod Alexander Romam proficiſcens, hunc facundum comitem, pro vehiculo in via, elegerit. Denique totum ſe contulit, cum jam eſſet pleniſſimus experientiae, judicii [f], conſilii ad hiſtoriam ſcribendam: in quo negotio ſui ſaeculi ſcriptoribus adeo non ceſſit, ut multis ſuperior fuerit: et, quod pene preterieram, acceſſit ad haec, ut aliquod nomen decuſque etiam inter theologos geſſerit. Sequitur index librorum, qui ab illo ſcripti adhuc extant: *Epigrammatôn* libri octo [g]. *De amore* [h] libri octo. *De herbis*, *De aromatibus*, *De gemmis*, libri octo. Quibus et adjunxit compendiolum *De ponderibus* et *menſuris* [i]. Hic viſum eſt apponere carmina aliquot, quia terſiſſima ſunt, quae Henricus in ſua invocatione libello *De herbis* praefixit:

Vatum magne parens, herbarum Phoebe repertor,
Voſque, quibus reſonant Tempe jocoſa, deae,
Si mihi ſerta prius hedera florente paraſtis,
Ecce meos flores, ſerta parate, fero.

Hiſtoriam [k] *rerum Anglicarum* decem libris [l] non infeliciter complexus eſt; quorum octavus *De contemptu*

" *annus ſc.* XXXV *regniglorioſi et invictiſſimi regis Anglorum Henrici*; *annus* lxix *ab adventu Normannorum, gentis excellentiſſimae, temporibus noſtris in Angliam*, etc. Et " de promotione ſua loquens infra eodem libro in epiſtola ad Walterum, ait: *Septem*, inquit, *archidiaconos ſeptem provinciis, quibus praeerat, Remigius, epiſcopus Lincoln. impoſuit Richardum archidiaconum Lincoln. cui ſucceſſit Albertus Longobardus, cui ſucceſſit Robertus Baiocenſis, et tunc Robertus junior, omnium archidiaconorum, qui in Anglia ſunt, ditiſſimus: Cantabrigienſi, et Huntyndonienſi, et Herfordenſi Nicholaum, quo nullus erat corpore formoſior: nec moribus corpori multum erat abſimilis. Cujus circa tranſitum, cum Cantabrigienſis provincia ab epiſcopatu numero ſeparata novum epiſcopatum ſuſcepiſſet, duabus reliquis provinciis archidiaconus ei ipſe ſucceſſi.* " Haec de promotione ſua ſub epiſcopo Lincoln. Remigio tangit. Et infra eodem libro in fine opinionem " ſuam de fine mundi tangens, ait, *Ad vos igitur jam loquor, etc.*" [b] Clerici conjugati. Cave. [c] Hiſtoricus egregius apud Polydorum, priſcae fidei auctor apud Camdenum audit: nec opus eſt, ut vel ego, vel quiſquam alius collaudarit, quem Parkerus et Camdenus viri ſane judicii incomparabilis nec minoris doctrinae ſubinde collaudarunt. Vide de eo Mat. Weſtm. ad A. MCXXXV.

[d] Henricus etiam fuit canonicus eccleſiae Lincolnienſis. Bale. Pitſ. Cave. [e] Pitſeus fallitur, qui Henricum noſtrum ab Alexandro epiſcopo archidiaconum factum fuiſſe refert: conſtat enim eum archidiaconum fuiſſe ante obitum Roberti Bloet. Vid. Whart. *Angl. Sacr.* ii. 694. [f] *Judicii* et *conſilii*. Mſ. Lel. Trin.

[g] Quaere, an ſint eadem cum libris undecimo et duodecimo *Hiſtoriarum*, quos extare in bibl. Lambeth. Mſs. meminit Whartonus, *Praef. Angl. Sacr.* tom. ii. p. 29. " Liber enim xi Satyras (inquit) et Epigrammata complectitur; xii hymnos ſacros, luſus amatorios, et carmina, diverſi generis habet." In Mſ. C. C. C. Cantabr. 10. Libri vii priores, prout H. Savil. edidit. lib. viii eſt *De ſummitatibus rerum*. Pr. " Hic eſt annus, qui comprehendit." Nonus continet omnia, quae Whartonus libro decimo adſcribit. Decimus *De miraculis Anglorum*. Pr. " De viris illuſtribus." Vid. Notam H. Savil. inter L. vii. et viii. Eſt impr. 8vus. [h] Alias *Luſus amatorios*. Mſ. Lel. Trin. [i] Lib. ii. Mſ. Lel. Trin.

[k] Pr. primi prol. ad Alexandr. epiſcopum Lincoln. " Cum in omni fere literarum ſtudio." num. 82. 81. 19. 18. apud Boſton. Bur. Pr. lib. " Britannia igitur beatiſſima eſt inſularum." Mſ. Cantab. in bibl. publ. 252. et in bibl. Lumleiana et G. Copi. Vid. *Mon. Angl.* i. 890. Mſ. Bodl. NE. D. 35. continet duos tantum priores libros. Mſ. Cotton. Otho. D. vii. Ad finem *Hiſtoriae* Hen. Huntingt. Mſ. Greſham haec rubris: " Explicit cronica Mariani Scoti de geſtis Anglorum uſque ad obitum R. Stephani, etc." [l] Integram hiſtoriam libris xii Henricus abſolvit. Octo priores regum Anglorum hiſtoriam uſque ad ann. MCLIV. perpetua ſerie deducunt. Hos vir Cl. Henr. Savilius typis imprimi curavit Londini MDXCVI. fol. (poſtea recuſos Francofurt. MDCI. fol.) poſteriores quatuor manent inediti in binis bibliothecae Lambethanae perpulchris codicibus. In his liber nonus agit *De ſanctis Angliae, et de miraculis eorum*. Pr. " De viris illuſtribus Anglorum." num. 34. 42. 82. apud Boſt. Burien. Hic tractatus Mſ. in bibl. ſoc. Jeſu Antwerp. Mſ. Pitſ. Liber decimus *De ſummitatibus rerum* titulum habet. Pr. " Anno triceſimo quinto regis H." In praefatione, quam anno MCXXXV ſcripſit, *De fine mundi* diſſerit. Mſ. in bibl. publ. Cantab. *Praefationi* ſuccedit *Epiſtola* ad Henricum regem *De regibus Ebraeorum*, ſive, *De ſerie regum et imperatorum Judaeorum, Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum et Romanorum uſque ad ſua tempora*. Pr. " Cum maxime notitia geſtorum." num. 82. 19. 63. 64. 65. apud Boſton. Bur. Mſ. Cotton. Otho. D. vii. Dein alia ad Warinum Britonem epiſtola *De origine regum Britannorum* a Bruto ad Cadwal-

temptu mundi, nonus *De miraculis sanctorum Anglorum* inscribitur. Scripsit et justum volumen *De lege Domini*[m], ad monachos Petriburgensis coenobii[n]. Vixit Stephano tyranno et Henrico secundo Anglis imperantibus[o]. Ex *Lelando*.

walladrum, quos in *Historia* sua praetermiserat, postea autem in Galfridi Arthurii libro apud Beccum invenerat. Pr. Quaeris, carissime frater." num. 63. 42. 82. apud Boston. Bur. Ms. Cantabr. in bibl. publ. cod. 251. Duos etiam faciunt Bale et Pitf. libros, (1) *De serie regum Britanniae*. (2) *De origine rerum Britanniae*. Huic succedit (3) Ad Walterum epistola *De mundi contemptu*, sive *De episcopis et viris illustribus sui temporis*. Pr. " Waltere, " quondam decus juvenum." Apud Boston. Bur. num. 61. 41. 82. 43. Hic libellus Radulpho de Diceto ascribitur (Vide A. Wood. Ms. Godw. p. 341. 234.) a quibusdam, sed proculdubio rectius Huntingdoniensi archidiacono debetur, quia Lincolniensem ecclesiam *nostram* vocat. Hanc ex utroque cod. Lambethano exhibuit Whartonus, variantibus alterius lectionibus ad marginem appositis. *Angl. Sacr.* ii. p. 694. Eam antea evulgaverat Dacherius in *Spicilegio* suo tom. viii. p. 178. Altero codice tractatus hic inscribitur *De mundi appetitu*: Pr. " Mundus dicitur quasi un- " dique :" atque ita Baleus et Pitseus distinguunt a *Mundi contemptu*. Liber xi ut supra habet. Ex unico hoc historiarum opere Baleus et Pitseus plusquam xx libros procuderunt, singulas fere epistolas et carmina pluribus subinde titulis pro arbitrio effictis insignita saepius recensentes. Whart. tom. ii. *Praef.* p. xxix. Historiae exemplar Ms. extat in coll Omn. Anim. Oxon. Ms. 1. brevius quam in impresso. Lib. viii. Ms. Bodl. Laud. F. 75. inter lib. vii et viii interjicitur auctoris allocutio, quae in editis non extat. Baleus recenset etiam *Historiam breviorem*, lib. i. " Hic est annus qui comprehendit." Et Pitf. *Cronicon*, lib. i. Ms. Ben. Cant. [m] Lib. i. " Lex Domini imma- " culata." Olim in bibl. Monast. Saltereyensis. Leland. *Coll.* iii. p. 44. [n] Lib. i. *Epigramma de laudibus Elfledae*, filiae Alfredi magni, et aliud *De ipso Alphredo*. Addit Ms. Lel. Trin. Scripsit etiam secundum Bal. et Pitf. *De imagine mundi*, lib. i. (Lib. iii. alias) " Henrico septi- " formi spiritu." Ms. Oxon. in coll Magd. cod. 17. coll. Trin. Oxon. cod. 7. Cantab. coll. C. Christi sub D. xii. 1. Ms. in coll. Omn. Anim. Oxon Q. vii. 8. perg. 4to. Ms. bibl. Bodl. Sup. A. 1. Art. 101. Ms. bibl. Bodl. In Mus. 48. Ms. Bodl. Digb. 166 et Digb 1. In Ms. Cotton. Otho. D. 1. Bedae ascribitur. In Ms. C. C. C. Cantabr. sub. D. xii. 116. " Hic liber finitur anno MCX.——Iste " Henricus, qui hunc librum edidit, fuit canonicus ec- " clesiae S. Mariae civitatis Moguntiae :" Manu coaeva. Prostat vulgo (sed alio initio) inter Anselmi opuscula. Alias etiam Honorio incluso sive Augustodunensi ascribitur. Vid. Ms. Bodl. Laud. G. 85. *Super beati immaculati*, lib. i. " Sanctissimo conventus nostri." num. 82. apud Boston. Bur. *Prosecutiones Bedae*, lib. i. *Ad consortem Walterum*, lib. i. Fortasse idem est cum epistola *De contemptu mundi* ad quendam Gualterum abbatem. *Laudes Alfredi et Elfledae*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. Pitseus etiam his addit, *De provinciis Angliae*, lib. i. Ms. in bibl. publ. Cantab. 251. 9. *De vitae miseriis*, lib. i. Extant in *Matriculario* monast. Petriburg. N. x. *Versus magistri Henrici de vita S. Oswaldi et aliorum* in uno quaternione. Qu. an Huntingdonensem habent auctorem? Extant etiam Ms. bibl. Bodl. Digb. 65. f. 27. Henrici archidiaconi (forte H. Huntingd.) *Versus de morte R. Stephani et adventu in Angliam Henrici secundi*. Pr. " Rex obiit, nec rege carens." Sunt xxii versus hujus argumenti, et pr. ad finem Henr. Hunt. *Hist.* impr. Franc. MDCI. [o] Claruit MCXLVIII. Bal. ii. 82. Pitf. pag. 212. A. MCL. Cave. p. 671. A. MCLVIII. Voss p. 415. Vide Cave. p. 388. Testis fuit chartae fundat. monast. Saltriensis MCXLVII. Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. 872. Henricus Huntingdon. archidiaconus occurrit in dedicatione ecclesiae de Thorney anno XXI Hervei episcop. Eliensis, sc. MCXXVIII. Ms. Macro, p. 32.

HENRICUS LINCOLNIENSIS episcopus. De cognomine an Lexinton, Burwash, an Beaufort non adhuc liquet. Scripsit *Expositionem super Cantica*. Pr. pr. " In funiculis Adam traham." Pr. lib. " Osculetur, etc. Liber iste qui est." Ms. in bibl. Baliol. Oxon. xxi. J. Langb. Catal. Vide Ms. in collegio O. Animar. Oxon. G. ii. 12.

HENRICUS MARLEBURGENSIS, ab oppido, ut videtur, natalitio in agro Wilton. Vicarius de Ballischadan in dioec. Dublin. Scripsit *Annalium ad annum* MCCCCXXI. (Ms. Cotton. MCCCCXIV.) lib. vii. sive *Cronica excerpta de medulla diversorum chronicorum, praecipue Ranulphi monachi Cestrensis, a Christo nato ad* MCCCCXXI. Scripta per Henr. de Marleburgh, vicarium de Balischadan, una cum quibusdam capitulis *De cronicis Hiberniae*. Pr. " In principio quadragesimae se- " cundi anni." Ms. Cotton. Vitell. E. v. 33. [Codex recens transcriptus per Laur. Noel.] Horum pars aliqua a Camdeno in *Britannia* edita est A. MDCVII. Sed plenius Anglice excusi sunt, licet non integre, Dublinii A. MDCXXXIII ad finem D. Hanmeri *Chronici*. War. Horum multa in Hookeri *Historia Hibern.* apud Hollinshed. vol. ii. Vide p. ii. p. 59. Claruit A. MCCCCXXI. War. p. 130.

HENRICUS de OXONIO frater Franciscanus. Scripsit, *Sermones festivales*, lib. i. " Ecce " sponsus venit, exite ob." *Sermones Dominicales*, lib. i. Hos olim in bibl. Minorum Readingensium vidit Baleus. Addidit his Pitseus *Sermones feriales*, lib. i. Tempus quo floruit, ignoratur. Bal. xii. 68. Pitf. 863. Wadding. p. 166.

HENRICUS[a] PLANTAGENISTA, Galfredi Andegavensis et Matildis imperatricis filius, si non inter scriptores, at interim inter eruditos recte collocandus: neque enim me decet cognitam tanti principis eruditionem silentii crasso obducere velo. At ne ego ejus majestati et gloriae, potius quam rei veritati indulgere alicui videar, Silvestri Giraldi de eo eulogium in medium adducam: sic ego officium non temere neglexisse meum videbor, et autor fidei pretium feret. Quin ipse loquatur : " Citra animi turbationes et iracundiae motus princeps eloquentissimus, et quod his tem- " poribus conspicuum est, in literis eruditus." Haec ille in libro *De institutione principis*[b]. Petrus quoque Blesensis, in libro *Epistolarum* suarum, Henricum hunc a literis candide collaudat: cujus et verba, ut in ejus comparent epistola ad Gualterium, archiepiscopum Panormitanum, in qua rogatus vultumque coloremque, atque adeo omnem corporis habitudinem, una cum moribus, graphice depinxit, subjiciam ; hac lege, ut ea tantum, quae literas spectent, attingam : " Quo- " ties enim potest a curis et solicitudinibus respirare, secreta se occupat lectione ; aut in cuneo " clericorum nodum aliquem quaestionis laborat evolvere. Nam cum rex vester literas bene no-

[a] Henricus ii rex. [b] Distinct. 2. Leland. *Coll.* ii. 18.

" verit,

"verit, rex noster longe literatior est: ego enim in literali scientia facultates utriusque cognovi. "Scitis quia Dominus Siciliae per annum discipulus meus fuit; et, qui a vobis versificatoriae "artis atque literatoriae primitias habuerat, per industriam et solicitudinem meam beneficium "scientiae plenioris obtinuit. Quam cito autem egressus sum regnum, ipse libris abjectis, ad "otium se obtulit palatinum: veruntamen apud D. regem Angliae quotidiana ejus schola est, "literatorum conversatio jugis, et discussio quaestionum." Hactenus Blesensis et magnifice[c]. Ex *Lelando.*

[c] Scripta regis ita recensent Baleus iii. 26. et Pitseus, p. 253. *Leges et statuta*, lib. i. *Ad Alexandrum* iii *papam*, epist. plur. "In magnorum discriminum angust." *Ad Fredericum Caesarem*, ep. i. "Praecordiali amico suo "Frederico." *Ad principes Orientis*, ep. 1. "Quoniam "peccatis nostris exigentibus" *Ad reges Castellae et Navarrae*, ep. i. "Sicut ex literarum tenore." *Ad Belam, Hungarorum regem*, ep. i. "Quoniam jampridem intellexi-"mus." *Ad principem Cursac*, ep. i "Quoniam imperii "vestri potentiam." *Ad Henricum filium*, ep. i. "Sciatis "quod Thomas archiepiscopus." *Ad Alexandrum papam*, ep. i. "Vestrae patern. satis innotescit." *Ad Gilbertum, episcopum Londin.* ep. i. "Audivimus gravamen, quod "ille." *Ad Radulphum, decanum Londin.* ep. i. "Mando "vobis, quod ad mandatum." *Ad regem Stephanum*, ep. i. "*Ad Hadrianum* iv *papam*. ep. plur. *Ad patriarcham Antiochenum*, ep. i. *Ad patriarcham Hierosolymitanum*, ep i. *Ad Thomam Cantuariensem*, ep. plur. *Ad Bernardum Clarevallensem*, ep. plur. *Ad Joannem Carnotensem*, ep plur. *Ad Petrum Blesensem* ep. plur. *Ad Ricardum Cantuar.* ep. i. Obiit anno MCLXXXIX, apud Fontem Ebrardi sepultus.

HENRICUS SALTERIENSIS, patria Huntingdoniensis, coenobii Salteriensis monachus ordinis S. Benedicti. Partim in suo monasterio, partim a Florentiano Hibernorum episcopo, et a Gilberto Luda Cisterciensium monachorum abbate educatus. Scripsit, ad Henricum abbatem de Sartis, *Super purgatorio S. Patricii, de quodam milite nomine Oweyn, qui deductus fuerat per poenas infernales*, lib. i. "Patri suo in Christo praeoptato, etc. Jussisti, pater venerande, ut Scriptura." MS. bibl. Bodl. E. vi. 10. MS. Cotton. Nero A. vii. 4. Baleus et Pitseus alium Henrico huic assignant librum *De poenis purgatorii*; sed eundem cum illo, quem hic meminimus, esse credo, ex principio *Epistolae*, et identitate materiae. Prologum hujus operis una cum plurimis historiae partibus refert propriis Henrici verbis litera B. notatis Tho. Messingham in tractatu suo *De purgatorio S. Patricii*, qui extat in *Florilegio*, p. 86. seq. Tractatus hujus codex MS. bis aut ter extat in bibl. monast. de Sion; in cujus *Catalogo* MS. C. C. C. Cantabr. O. 16. semper ascribitur Hugoni de Saltereia. Bal. ii. 77. Pits. p. 207. Messingh. *Florileg.* p. 87.

HENRICUS SCOTUS natione, bardus, caecus a partu. Rhythmis Scoticanis fabulose scripsit *De rebus gestis D. Gul. Wallasii.* Vide Joh. Majoris *Chronica* circa A. MCCCV. *Historiam Scotiae* apud Hollingsh. vol. ii. p. 214.

HENRICUS de SOUTHWERK scripsit eruditum tractatum *De visu et speculis, sive de miraculis speculorum ad episcopum Constant.* Pr. "De speculorum miraculis." MS. olim penes Tho. Allen: cui praefixum erat nomen autoris, quasi Rogeri Baconi, sed perperam; prout ex *Epistola* constat ab Henrico de Suthwerc conscripta. Istum autem autorem Bacono antiquiorem fuisse non dubito, etc. Ita Br. Twyne in A. Wood. MS. Pits.

. . HENRISONUS Edwardi professoris Bituricensis filius, advocatus in senatu Edimburgensi (Dempst. 350.) Edidit *Apologiam pro patre*, lib. i. Pictavii . . . . Obiit Edimburgi A. MDXCVII. Dempster. viii. 665.

HENRISONUS [EDVARDUS] Scotus, antecessor et professor regius Bituricensis, Francisci Duareni collega. Scripsit *In Tit.* x. lib. ii. *Institutionum Justiniani de testamentis*, lib. i. *Librum de jurisdictione pro doctore suo Eguinario Barone contra Antonium Coveanum.* Paris. MDLVI. 8vo. In Latinum e Graeco transtulit *Plutarchi commentarium Stoicorum contrariorum*, Lugduni MDLV. Claruit anno MDLXXI. Dempster. viii. 664.

HENTONUS [SIMON] (alii Herneton sive Hareton perperam vocant) idem, ut Pitseo videtur, quem Antonius Senensis Simonem de Wintonia vocat, Hentonae juxta Wintoniam in lucem editus, Wintoniae educatus; frater erat ordinis S. Dominici, et istius ordinis per Angliam praeses provincialis. Scripsit, *De decem praeceptis*, lib. i. "Non habebis Deos alienos." *De articulis fidei*, lib. i. "Primus articulus quantum." MS. olim in bibl. Paulina. Dugd. 282. *Comm.* (Leland. *Coll.* iii. p. 45. *Postillas* vocat) *in Jobum*, lib. i. "Usque in tempus sustinebit patiens." Olim ibidem. Dugd. *Hist. Paul.* p. 277. *De cruce Christi*, MS. olim in bibl. Petroh. R. xi. *In duodecim prophetas minores.* l. xii. MS. coll. Novi Oxon. 45. ubi hic est titulus: *Moralia, sive Postillae morales in prophetas minores.* Pr. Introitus in *Oseam.* "Fundamentum primum Jaspis." Pr. pr. "In prologo Oseae scribitur." Pr. *Joëlis.* "Ebrietas hic interpretari potest." Pr. Introitus in *Amos.* "Tertium Calcedonius sicut." Pr. pr. "Ozias rex, etc. Iste rex voluit." Pr. intr. in *Abdiam.* "Fundamentum quartum Smaragdus." Pr. pr. "Sepulchrum ejus usque hodie." Pr. intr. in *Jonam.* "Quintum fundamentum Sardonix." Pr. pr. "Nunc cognovi quod vir Domini "es." Pr. intr. in *Micheam.* "Sextum fundamentum dicitur Sardius." Pr. pr. "Temporibus "Jaathan et Achas." Pr. intr. in *Naum.* "Septimum Crisolitus Apoc. 2." Pr. pr. "Onus "Ninivae liber visionis." Pr. intr. in *Abacuc.* "Octavus Berillus." Pr. pr. "Quatuor sunt "prophetae." Pr. intr. in *Sophoniam* "Nonum Topacius dictum est." Pr. intr. in *Aggeum.* "Decimum Crysopasus Apoc. 21." Pr. pr. "Jeremias propheta ob causam perjurii." Pr. intr. in *Zachariam.* "Undecimum Jacinthus." Pr. pr. "In anno secundo Darii regis." Pr. intr. in *Malachiam.* "Ametistus duodecimum." Pr. pr. "Deus per Moysen populum Israel." *In Pro-*

verbia Solomonis, lib. i. *In Sapientiam*, lib. i. *In Cantica canticorum*, lib. i. *In Ecclesiasticum*, lib. i. *In Isaiam*, lib. i. *In Hieremiae prophetiam*, lib. i. *In ejusdem Threnos*, lib. i. *In Ezechielem*, lib. i. *In Danielem*, lib. i. Claruit A. MCCCLX. Bal. v. 99. Pitf. p. 486.

HEPBURN [GEORGIUS] Vid. Dempster. p. 342. Dominicanus Deidonensis, provincialis Scotiae. Scripsit, *Collectiones theologicas*, lib. i. *Ad fratres pro reformatione*, lib. i. Claruit A. MCCCXXIV. Dempster. viii. 646.

HEPBURN [GEORGIUS] junior. Vid. Dempster. 343. Decanus Dunkeldensis, turrim in ecclesia sua munitissimam erexit, et coenobium ordinis S. Dominici ad D. Andreae fundavit. Scripsit *De utroque statu ecclesiastico*, lib. i. Obiit A. MDII, et in sacello B. virginis in ecclesia Dunkeldensi humatus est. Dempster. viii. 647. Mackenz. ii. 557.

HEPBURN [JOHANNES] (Dempst. 348.) S. Andreae prior, Parisiis educatus. Scripsit *De venatione* poëma elegantissimum, lib. i. Obiit Andreopoli A. MDI. Dempst. viii. 661.

HERBERTUS GLASCUENSIS episcopus (Dempst. 346.) Scripsit *De Sumertedi motu et poena*, lib. i. Claruit A. MCLXIV. Dempster. viii. 657.

HERDBY. *Sermo magistri Herdby in ecclesia B. Virginis Oxon.* in illud *Erunt signa in sole, in luna et in stellis.* Mf. Digby bibl. Bodl. 161.

HERDUS [JOHANNES] e schola grammaticali Etonae collegii Cantabr. Regalis scholaris electus A. MDXXIX, postea socius, et A. D. MDLVIII. med. doctor. Hatch. Fuit tamen nullius ordinis residens in ecclesia Lincoln. Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. v. Praebendarius de Slyford in ecclesia Lincoln. in princ. Elizabethae. *Subscript. Lambeth.* Et praebendarius de South Newbold Ebor. cathedr. April. MDLIX, quae praebenda vacabat per mortem ejus ante Februar. MDLXXXVIII. Scripsit, et dom. Gul. Cecil D. Burleigh cancellario Cantabr. dedicavit, *Historiam Anglicanam per iv regum sc. Edw.* iv. *et* v. *Rich.* iii. *et Henr.* vii. *tempora carmine heroico.* Pr. ded. Gul. Cecil. "Non temere in quaestionem vocari." Mf. Cotton. Julius C. ii. 10. Praefixum in cod. Cotton. Julius C. ii. 10. carmen *De etymologia nominis Cecilii.* Fuit codex hic manu auctoris diversis in locis emendatus. Adsunt etiam 7 *Carmina* Cantabrig. in laudem operis. Mf. penes Cox Macro. S. th. pr. *Carmen in mortem Buceri.* Pr. "Ergone Bucerus jam desiit esse superstes." Bucer. *Script. Anglic.* p. 910. Obiit A. MDLXXXVIII.

HEREBERTUS [a] BOSSANHAMENSIS a loco natali dictus: est autem maritima villa apud Sudo-Saxones, BOSSANHAM patrio nomine, quod et inditum a Bossa, praedicatore et Sudo-Saxonum apostolo, qui ibi coenobiolum erexerat. Studuit autem strenuissime non domi modo, sed et foris quoque: nempe in Gallia, tunc temporis bonas mirifice artes excolente, et non sine laude quidem multa promovente. Tandem fama alumno adblandiens suo tam nitide, tam elimate, tam exquisite erudito, ejus instillavit laudes Thomae Becketi in auriculam, qui tum archigrammatei apud Henricum secundum, regem Angliae, functione insignis erat. Ille vero, audita viri illustris laude, accitum numero suorum adscripsit; et quia celeritate ingenii ac judicio valebat solido, eum ab epistolis sibi constituit, et familiarissime usus est. Adhaesit ejus lateri comes individuus, et lachrymantibus occisi domini funus adspexit oculis, adoptans illi defuisse pertinaciam. Extincto patrono, moerens et inglorius, arrepto ejus *Vitam* perscripsit calamo, qui liber vel adhuc extat. Petrus Longatofta, canonicus Augustinianus in coenobio Brillendunensi, hunc transtulit in Gallicos rhythmos libellum. Collegit praeterea Herebertus *Epistolas* a se scriptas, et in justum redegit volumen [b]. Frequens apud scriptores ejus aetatis de Hereberti eruditione mentio [c]. Erat et alter Herebertus, sed aetate prior, vir magni nominis, nec minoris doctrinae, de quo Radulphus Dicetensis, decanus fani Pauli Londini, haec scribit: "Herebertus natus inter mediterraneos [d] Saxones "transiens in Siciliam, assensu regis Gulielmi creatus est in Calabria [e] Consensanus episcopus, qui "postea terrae motu absorptus est." Ex *Lelando*.

[a] Herbertus de Bosham vel Bossenham, Mf. Lel. Trin.
[b] Scripsit etiam secundum Baleum, *Defensorium Annae*, lib. i. "Errorum veterum inventores." *De suis peregrinationibus*, lib. i. [c] Claruit A. D. MCLXXX. Bal. iii. 15. [d] Anglos. Mf. Lel. Trin. [e] Consentinus.

HEREBERTUS [a] [GULIELMUS] vir Franciscanae institutionis [b], philosophus idemque theologus inter Isiacos [c] floruit; usque adeo, ut praelegendo [d], concionando famam insignem late sibi comparaverit: quam ut et ampliorem quoque faceret, scripsit de more scholastico *Quodlibeta*, *Commentarios* quoque *in Deuteronomion et Apocalypsin* [e]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Herbert, natione Camber. [b] In coenobio Herefordensi. Bale. Pitf. [c] Ubi S. th. doctor, et in sui ordinis collegio praelector 43. Bale. Pitf. [d] *Et* inserit Mf. Lel. Trin. [e] *Joannis*, et alia quaedam. Mf. Trin. Nullos autem alios libros memorant Bale et Pitf. Obiit Herefordiae anno Domini MCCCXXXIII, et apud suos humatus jacet. Bal. v. 31. Pitf. p. 428.

S. HERMANNUS (Dempster. 351.) presbyter Scotus, Pelagianorum dogmatum oppugnator strenuus. Scripsit *Epistolas ad Hilarium servantem locum sanctae sedis apostolicae et alios de Pelagiana haeresi*, lib. i. Claruit A. DCLXVI. Dempst. viii. 663. Quidam HERMANNUS transtulit *Commentarium Averrois super Aristotelis librum de poëtico argumento*, sed ipsum librum non ausus fuit transferre in Latinum propter metrorum difficultatem, ut notat Roger. Bacon. in *Op. maj.* fol. 59. Qu. quis fuit hic Hermannus, num Anglus?

2

HERMA-

HERMANNUS SARISBURIENSIS, patria Flandrus, S. Edwardi regis confessor, dein episcopus Wiltoniensis (A. MXLV. juxta Florent. et *Annal. Sax.*) qui, cum sedem episcopalem ad Malmsburiense coenobium transferre non potuit, relictis Anglia et episcopatu, habitum induit monachalem in abbatia S. Bertini (A. MLV. cumque ibi tres annos mansisset, sedem recuperavit A. MLVIII Florent.) Postea vero tempore Gulielmi i reversus, sedem collocavit Sarisburiae, ubi ecclesiam cathedralem inchoavit. Scripsit *Vitam et miracula S. Edmundi regis.* Godwin. p. 387. seq. Miracula S. Edmundi regis ab Hermanno archidiacono [Arfasti episcopi Thetford. sive Elmham. ita citatur saepe ab anonymo scriptore *Vitae S. Edmundi.* Mf. bibl. Bodl. NE. F. x. 16. et a scriptoribus Buriensibus, quod scriptis consignaverit controversias inter episcopum Arfastum et abbatiam illam, de jurisdictione, et sententias a S. Edmundo in episcopum latas] scripta tempore Baldwini abbatis Buriae circa A. MLXX. Mf. Cotton. Tiberius B. ii. 2. in quo Mf. multa occurrunt de abbatia S. Edmundi et de abbate Baldwino. Obiit A. MLXXVI juxta *Chron. Brompton.* A. MLXXVII juxta Wikes et 10 cal. Martii MLXXVII juxta *Chron. Saxon.* A. MLXXVIII juxta *Chronicon S. Crucis Edinburg.* Whart. *A. S.* tom. i. p. 159. et *Chron. Sarum.* Cotton. Vitellius A. 8. Et A. MLXXIX 10 cal. Martii juxta *Annal. Petriburg. Saxon.*

HERONUS [JOHANNES] patria Cantianus, socius collegii Omnium Animarum Oxon. MDXXXVIII electus laurea magisteriali post sexennium donatus est. Forsan ludimagister Roffensis. Vid. *Carmen.* praef. Eliotae *Bibliothecae* 2 edit. Transtulit ex Anglico in Latinum sermonem, et Kenelmo Throckmortono dedicavit, *Roberti Crowlaei explicationem petitoriam adversus expilatores plebis.* Pr. ded. " Cuinam hominum tam plumbeus est." Epistola data est Aylburiae cal. Jan. MDXLVIII. London. . . 8vo. *Carmen Lat.* (7 Distich.) praefixum *Dictionariolo* Johannis Veron. Lond. MDLII. 4to. Audio illum Latine multa scripsisse. Bal. Floruit A. MDL. Obiit mense Januar. A. D. MDLX, et in eccl. Roffensi sepultus. Bale Mf. Glyn. Bal. ix. 59. *Athen. Oxon.* i. 77. seq. Vid. Newc. i. 415. et ii. 123.

HERRIS [DAVID] Scotus, scripsit ad Johannem Lesleum episcopum, *De bona reginae* (Mariae) *causa*, lib. i. *Regibus in reges jus non esse*, lib. i. Claruit anno MDLXX. Obiit in Germaniis. Dempster. viii. 698.

HERRIS [JACOBUS] (Dempst. 343.) prior de Tungland, ordinis Praemonstratensium doctor Sorbonicus, concilio Constantiensi adfuit. Scripsit, *De validitate traditionum*, lib. i. *Pro Georgio Marchiarum comite*, lib. i. Dempster. viii. 648.

HERRISON [JOHANNES] patria Scotus; theologus. Scripsit ad Edv. Seimor D. Somerset. et protectorem Angliae *De amplectenda in Christiana religione concordia*, lib. i. Claruit A. D. MDXLVIII. Fr. Thin. *De scriptoribus Scoticis.* pag. 462.

HERRISON [JOHANNES] sive HARRISON doctor artium et medicinae, numeratur a Franc. Thin. inter scriptores Historiae Anglicanae. Hollinsh. iii. 1590. Scripsit *De fundatoribus univers. Cantabrigiensis libellum.* Claruit circa A. D. MCCCCLXV. Fuller. *Hist. Cantab.* 82. Coll. Wren. Mf. 34. Hatcher Mf. *Catal.* in MDLXX. Johannes Bale scripsit librum sub nomine Johannis Harrison. q. v.

HERTE [HENRICUS] Colcestrensis, ecclesiam Dei tempore reginae Mariae Anabaptistarum et familiae amoris erroribus coinquinare molitus est, et fuit praeses illorum qui se vocabant *Freewill-men.* Vid. Fox. in *Exam. Joh. Carelefs.* Et *Act et Mon.* i. edit. MDCV. Scripsit, *Confutationem articulorum quorundam Christianae religionis a Joh. Carelefs scriptorum.* Ita testatur Gul. Wilkinson in *Confutatione articulorum familiae amoris. Letter of Henry Hert to the prisoners in Newgate.* Pr. " As ye know not." In qua enarrat varias suas doctrinas, quae tanquam blasphemae condemnantur a Will. Tymms, Christophoro Lister, etc. Mf. Emmanuel. Cantabr. *A Godly new short treatise, instructing every person, how they should tread their lives in the imitation of vertue, and shewyng of vyce; and declaryng also, what benefit man had received by Christ, thrô the effusyon of his most precious bloud.* Pr. " Brethren, beloved in our Saviour Jesus Christ." Lond. MDXLVIII. 12mo.

HERVAEUS episcopus (Dempst. 347.) Bangorensis, deinde primus Eliensis ecclesiae episcopus, vel (ut Dempstero potius videtur) episcopus Lexoviensis in Normannia. Consecratus a Thoma Eboracensi archiep. vacante sede Cantuar. inter annos MLXXXIX et MXCIII. Stubbs cap. 40. inter x *Scriptores.* Interfuit synodo Londinensi A. MCII. Sim. Dunelm. p. 228. Scripsisse fertur *Ad Henricum regem Angliae epistolarum* lib. i. Non floruit anno MX, ut Dempsterus ait; sed obiit A. MCXXXI. Godw. 306. Dempster. viii. 660. Quaere, an sit idem, qui Hervaeus Natalis Brito dicitur, cujus opera in bibl. Bodl. extant seq. *In quatuor P. Lombardi sententiarum volumina.* Venet. MDV. fol. *Quodlibeta, et de beatitudine, de aeternitate mundi, virtutibus, etc.* Venet. MDXIII. fol. *De potestate papali et regali* —— 4to. *De intentionibus* —— 4to. *Defensorium contra impugnantes fratres Praedicatores, qui non vivunt sec. vitam apostolicam.* —— 8vo.

HERVIUS [GULIELMUS] patria Suffolciensis, et in monasterio Buriensi S. Edmundi monachus Benedictinus; Oxonii studuit plurimos annos, et ibi tandem S. theologiae doctor evasit. Scripsit, *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Problemata disputata*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. Haec omnia ante monasteriorum in Anglia suppressionem extabant in bibl. fani S. Edmundi. Incertae aetatis scriptor. Bal. xii. 100. Pits. *App.* 855. seq.

HESKINS [THOMAS] in collegio Trinitatis Cantabrigiae studiis academicis operam dedit; ubi A. MDXLIX S. theol. baccalaureus, et A. MDLVII doctor renunciatus (Mf. Inett.) Fuit canonicus

nonicus et cancellarius (A. MDLVIII. 27 Octob. collatus ad mandatum Regin. Poli. *Reg. Sarum.*) ecclesiae Sarisburiensis. Caeterum immutata per Elizabetham cultus divini forma, ad exteros trajecit, ubi ordinis S. Dominici habitum induit, et sanctimonialium quarundam Anglicarum Antwerpiae pater spiritualis evasit. Scripsit *The parliament of Chryste avouching and declaring the receaved trueth of the presence of his bodie and bloode in the blessed sacrament, against M. Juell*, lib. iii. i. cap. 37. ii. 68. iii. 61. Pr. pr. ad J. Juell. "Detestyng your heresie, yet loving." Antw. MDLXV. MDLXVI. fol. respondit Gul. Fulco libro *Heskins parliament repealed.* Lond. MDLXXIX. 8vo. Claruit A. MDLXVI. Pits. p. 765. *Fasti Oxon.* i. 64.

HESTER [JOHANNES] chirurgiae et artis spagiricae peritissimus Londini vixit, et artem suam exercuit. Scripsit *The pearl of practise, or practisers pearle for physic et chirurgerie.* Pr. "A "good and expert chyrurgeon." In methodum reduxit, et edidit Jac. Fourestier, post mortem auctoris. Lond. MDXCIV. 4to. Transtulit in linguam Anglicanam, *Theophrasti Paracelsi curationes et experimenta* cxiv. *Quibus accedunt utilia quaedam per B. G. a portu Aquitano, et secreta quaedam Isaaci Hollandi; et spagiricum antidotarium contra vulnera sclopetaria.* Pr. ded. tr. Gualtero Raleigh armig. "Dii laboribus, etc. So said sometime an ethnick." Lond. . . 8vo. *Theoph. Paracelsi clavem philosophiae*, etc. Lond. . . MDLXXX. 8vo. *Ejusdem tractatum de curatione luis venereae, etc.* London. MDXC. 4to. *Josephi Quercetani sclopetarium, etc.* Lond. MDXC. 8vo. *Ejusdem de praeparatione spagirica mineralium, animalium, etc.* Lond. MDXCI. 8vo. *Ejusdem responsionem ad epistolam convitiatoriam Jacobi Auberti de ortu et causis metallorum.* Lond. MDXCI. 8vo. *Leonardi Fioravante regimen contra pestem, etc.* Lond. . . 4to. *Ejusdem tractatum de chirurgia, etc.* Pr. ded. tr. comiti Oxenford. "Trie and then trust, saith." Lond. MDLXXX. 4to. In praefatione ad lectorem, omnia hujus auctoris opera, sc. xxiv libros in viii voluminibus publicare promittit, si Deus salutem ei concesserit. *Ejusdem compendium secretorum rationalium, etc.* lib. iii. London. MDLXXXII. 8vo. Obiit ante A. D. MDXCIV. *Praefat.* Jacob. Fourestier *ad gemmam praxeos:* Item Geo. Bakeri *praefat. ad novam gemmam salutis.*

HESTONUS[a] [GUALTERIUS] sive HESSODUNUS, Carmelita, Grantanae alumnus scholae fuit. Theologiam imprimis coluit, unde illi et nominis accrevit titulus hac accessione, ut praeses tandem provincialis inter Carmelitas Angliae incolas designatus sit[b]. Edidit autem *Quaestiones in libros de anima*[c]. In pretio fuit[d] circa annum D. MCCCL. Obiit Stenofordae Lindiorum. Ex *Lelando.*

[a] Gualt. Heston, Bale. Pits. Carmelita Stanfordiensis, Lel. *Epit.* Ms. [b] Nunquam fuit prior prov. Carmel. nec vicarius generalis, uti patet ex accuratissima tabula inter *Collect.* J. Balei Ms. Sloan 4to. 80. 133. [c] Lib. iii. "Quaestio est an scientia." Bale. Pits.——*quomodo scientia de anima pertineat ad naturalem philosophiam, cum anima non continuatur de corpore mobili.* Ms. Bale. Sloan. Scripsit etiam *Propositiones quasdam*, lib. i. [d] Ms. Trin. legit MCCCXXXV. Claruit A. D. MCCCL. Bal. x. 91. Pits. p. 468.

HETH [THOMAS] sive HEATH, patria Londinensis, academiae Oxon. alumnus, A. MDLXVII socius collegii Omn. Anim. electus; in philosophicis et astronomicis studiis multum inclaruit. Scripsit *A manifest and apparent confutation of an astrological discourse lately published to the discomfort (without cause) of the weak and simple sort, by Rich. Harvey.* Pr. pr. "Gentle "reader, it may seem." Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Brief prognostication or astronomical prediction of the conjunction of the two superiour planets, Saturn and Jupiter*, Apr. 29. MDLXXXIII. Lond. MDLXXXIII. 8vo. Claruit A. MDLXXXIII. *Athen. Oxon.* i. 216, seq.

HETHYNGHAM [JOHANNES] Carmelita; in conventu sui ordinis Cantabrigiae prior A. D. MCCCCL. Scripsit *Sermones varios*, quos se vidisse dicit Baleus Ms. *Collect.* Sloan 4to. f. 207. Prior Cantabr. esse desinit MCCCCLVI. Ibid. p. 79.

HEXAM [JOHANNES de] sive HAGUSTALDENSIS, in dioecesi Hagustaldensi natus, ordinis S. Augustini in coenobio Hagustaldensi canonicus, (non monachus Benedictinus, uti habent Bal. et Pits.) et tandem prior. Scripsit *Continuationem historiae Simeonis Dunelmensis per* XXV *annos, ab* A. sc. MCXXX. ad A. MCLIV. lib. i. "Anno Dom. MCXXX Asketillus primus." Ms. Cantabr. in coll. C. Chr. F. v. Prodiit Londini inter *Decem Scriptores Hist. Anglicanae* a Twisdeno editos. Lond. MDCLII. p. 257. *De signis et cometis*, lib. i. "Anno Dom. MCXXIII stella "cometis" Ms. Ibid. *Descriptionem belli Scotici*, lib. i. "Eodem anno quo mortuus est." *Conciones aliquot*, lib. i. Claruit A. MCLX. Bal. iii. 31. Cave. p. 678. MCXC. Pits. p. 255.

HEYTESBURY [GULIELMUS] sive HEIGHTELBURY ab oppido natalitio apud Wiltonienses, ut videtur, cognominatus. Vocatur etiam *Tisberius*, et *Hentisberius.* Philosophiae magister Cantabrigiensis erat, testibus Baleo et Pitseo, et, si conjecturis indulgere licet, unus e primis collegii Reginensis sociis A. MCCCXL ab ipso fundatore nominatus. Vide A. Wood. *Hist. Oxon.* ii. p. 114. In A. Wood. Ms. Merton. Gulielmus hic primo collegii Mertonensis apud Oxoniam socius, tandem S. theol. doctor, et A. MCCCLXXI academiae cancellarius fuisse dicitur. Philosophus fuit subtilissimus et acutissimus. Scripsit, *Consequentiarum.* Pr. "Juxta hunc textum," etc. Venetiis A. MDXI. 4to. *De sensu composito et diviso.* Pr. "Arguendo a sensu composito "et diviso." Venet. MCCCCXCIV. fol. *De insolubilibus.* Pr. "Regulas solvendi sophismata." Ibidem. *De scire et dubitare.* Pr. "Scire multis modis dicitur." Ibid. *De relativis.* Pr. "In terminis relativis." Ibid. *De incipit et desinit.* Pr. "Incipere dupliciter solet exponi." Ibid. *De maximo et minimo.* Pr. "Circa finem seu terminum tam." Ibid. *De motu locali.* Pr.

Pr. "Tria sunt praedicamenta vel genera." Ibid. *Sophismata* xxxii. Pr. "Omnis homo est "omnis homo." Ibid. *De veritate et falsitate propositionis.* Pr. "Omnis propositio est vera vel "falsa." Ibid. *De probationibus conclusionum.* Pr. "Infinitae sunt partes Socratis." Ibid. Omnes hi tractatus Venetiis A. MCCCCXCIV. fol. impressi sunt cum *Commentariis* Caetani et aliorum. *Sophismata subtilissima* impressa dicuntur Paris. MCCCCLXXXI. fol. Claruisse fertur A. MCCCLXXX. Vid. Bal. vi. 84. Pits. 527.

HEYWOOD [ELIZA] filius Johannis epigrammatistae celebris, Londini natus erat, et in eadem urbe grammaticalibus literis imbutus. Postea academiae Oxon. alumnus anno MDXLVII socius collegii Omnium Animarum electus, juri Caesareo operam dedit, in qua facultate baccalaureus evasit anno MDLII. Dein Galliam et Italiam peragravit, et Florentiae degit linguae Italicae peritissimus; in qua dialecto librum scripsit, cui titulus *Il Moro*, lib. ii. Fiorenz. MDLVI. 8vo. Et alia. Postea in societatem Jesu admissus Antwerpiam, et dein Lovaniam se contulit, ubi mortem obiit A. D. MDLXXII.

HEYWOOD [JASPER] filius Johannis, natus Londini; ad academiam Oxon. A. MDXLVII, aetatis 12 abiit, et A. MDLIII emenso philosophiae curriculo gradu baccalaureatus in artibus cohonestatus socius collegii Merton electus est. Sodalitium hoc, expulsionem evitandi gratia, resignabat A. MDLVIII. 4 Aprilis. Mense autem Junio hujus anni magister artium, et mense Novembri socius collegii Omnium Animarum constitutus fuit. Sed paulo post A. MDLXI academiae et patriae valedicens, presbyter in ecclesia Romana factus, et A. MDLXII Maii 21 Romae in societatem Jesu admissus fuit. Deinde Dilingae in Helvetia per XVII annos theologiam ex cathedra docuit, ipse S. theologiae doctor. Tandem papa Gregorius xiii eum A. MDLXXXI Londinum religionis promovendae causa ablegavit, ubi incarceratus; et postea dimissus Neapolim contendit, in qua urbe 9 Januar. A. MDXCVII fatis concessit. Scripsit *Poëmata varia:* quorum aliqua impressa fuerunt per Henr. D'isle. Lond. MDLXXIII. 4to in libro, cui titulus: *The paradise of dainty devises.* Transtulit in sermonem vernaculum *Tres Senecae tragoedias: Thyesten.* Pr. "Megaera "out of the hellish furies." Lond. MDLX. 8vo. et rursus per Tho. Newton Lond. MDLXXXI. 4to. *Herculem furentem.* Pr. ded. transl. dom. Will. Herbert, comiti Pembroch. "The most ex"cellent and famous clerk Erasmus." Lond. MDLXI. 12mo. h. t. "Lucii Annaei Senecae tragoe"dia prima, quae inscribitur *Hercules furens* nuper recognita, et ab omnibus mendis, quibus "antea scatebat, sedulo purgata, et in studiosae juventutis utilitatem in Anglicum metrum tanta fide "conversa, ut carmen pro carmine, quoad Anglica lingua patiatur, pene redditum videas per Jaspe"rum Heywodum Oxoniensem." *Troada.* Pr. pr. transl. "Although, gentle reader, thou mayst." In hac versione originale multis in locis auxit et mutavit auctor noster, impress. cum translatione reliquarum tragoediarum per Tho. Newton, Joh. Studley, etc. Lond. MDLXXXI. 4to. *Virgilii quaedam.* Hujus versionis meminit quidam T. B. in *Poëmate* praefixo Joh. Studley translationi *Senecae Agamemnonis.* Lond. MDLXVI. 12mo. *Athen. Oxon.* i. 290. seq.

HEYWOOD [JOHANNES] in civitate Londinensi natus, et in aula Lateportensi Oxon. in literis academicis laudabiliter instructus, fuit vir acutissimi ingenii, musices peritissimus, et ob facetias regi Henrico viii et reginae Mariae maxime charus. Relicta Oxonia Londinum se contulit, ubi eum arcta familiaritate complexus est Thomas Morus. Scripsit Anglice, *The play called the four P P. being a new and merry interlude of a palmer, pardoner, poticary and pedlar.* Lond. . . . 4to. *The play of love. Of weather* [or *A new, a very mery interlude of all manner of weathers.* Pr. "Jupiter ryght far so longe as now were to recyte." London, by W. Rastell. MDXXXIII. 4to. Item by Rob. Wyer] *between John the Husband, and Tib the wife.* [*A mery play betw. Johan Johan the husband, Tyb the wife, and Sir Johan the preeste,* printed by Will. Rastell MDXXXIII. 4to.] *Play between the pardoner and the frier, the curate and neighbor Pratt.* Item, *Play of gentleness and nobility.* In 2 parts. London . . . *The pinner of Wakefield.* A comedie. *Philotas Scotch.* A comedie. *A dialogue containing the number in effect of all the proverbs in the English tongue, compact in a matter concerning two marriages, corrected and somewhat augmented by the author,* lib. ii. Pr. pr. "Amonge other things profiting in." Lond. MDXLVII. MDLXVI. MDLXXVI. MDLXXXVII. MDXCVIII. 4to. Carmine Anglicano, *Three hundred epigrams on 300 proverbs.* Lond. impr. ante MDLIII. Thomas Wilsonus enim meminit in *Rhetorica* sua. Pr. "If every man mend one, all shall be." Et MDLXXVII. MDLXXXVII. MDXCVIII. 4to. The first hundred epigrams. Pr. "Ryme without reason." Lond. MDLXVI. MDLXXVII. MDLXXXVII. 4to. *The fourth hundred of epigrams,* Lond. . . . et MDLXXVII. MDLXXXVII. MDXCVIII. 4to. Pr. pr. "Ryme without reason, and reason." *The fifth and sixth hundreds of epigrams.* Lond MDLXVI. MDLXXVII. MDLXXXVII. MDXCVIII. 4to. "Were it as perillous to deal cards, as play." *A parable of the spider and the fly,* cap. 98. Pr. pr. "A parable is properly one thing." Lond. MDLVI. 4to. De quo libro Harrison in *Descript. Britan.* p. 226. "One hath made a boke of the spider "and the flie, wherein he dealeth so profoundly, and beyond all measure of skill, that neither "he himself that made it, neither any one that readeth it, can reach unto the meaning thereof." Fertur primus esse, qui drammate carmine Anglicano confecit. Mortua regina Maria ad Mechlinium in Brabantia se contulit, ubi fatis concessit A. MDLXV. Bal. par. post. p. 110. *Athen. Oxon.* i. 149. seq.

HICKELEIUS [JOHANNES] frater Auguſtinianus, S. theol. doctor. Scripſit contra Wiclevum *De poteſtate eccleſiae*, lib. iii. " Eccleſia magna valde ab introitu." Claruit A. MCCCLXXXI. Pitſ. p. 535.

HIDUS [THOMAS] apud Novumburgum in agro Hantonienſi natus, cum per aetatem liceret ad ſcholam Wintonienſem miſſus, et academiae maturus in collegium Novum Oxon. cooptatus eſt, abſolutoque ibidem biennio probationis, ſocius electus A. MDXLIII. Summis in philoſophia honoribus ornatus ſodalitio valedixit, et A. MDLII ſcholae grammaticae Wintonienſis archididaſcalus evaſit, et A. MDLVI June 23. praebendarius illius eccleſiae. Poſtquam autem Elizabetha regnum auſpicata eſſet, primum in aedibus magni theſaurarii delituit (Strype *Elizab.* p. 242.) deinde ſolum vertit, et Duaci aut Lovanii reliquam vitae tempus conſumpſit. Scripſit *A conſolatory epiſtle to the afflicted catholics.* Pr. " It is written that Chriſt and his apoſtles." Lovan. MDLXXX. 8vo. Obiit 9 Maii MDXCVII Duaci, et ſepultus eſt in eccleſia S. Jacobi in capella S. Mariae. Pitſ. p. 795. *Athen. Oxon.* i. 288.

S. HIERO preſbyter Scotus (Dempſt. 338.) apud Hollandos fidem Chriſtianam propagavit. Scripſit, *Sermones multos ad Hollandos*, lib. i. *Exhortationes ad fratres Egmundanos*, lib. i. Martyrium paſſus eſt A. DCCCLVI, et ſepultus jacet in coenobio Egmundano. Dempſter. viii. 636.

HIERON [ROGERUS] artium magiſter inſtitutus in vicariam de Epping in com. Eſſex. 14 Jul. MDLXXVIII, quae vacabat per ejus mortem A. MDXCII. 24 Febr. Scripſit *The preparation of a Chriſtian to the ſupper of the Lord: taught in the church of Epping in Eſſex.* Lond. MDLXXXV. 8vo.

HIERONYMUS GRENOVICENSIS monaſterii frater; per Wormatiam Argentinum abiit, poſtea cum Gul. Tindallo commercium iniit, et Argentinum repetiit Willelmum Roy inviſendi cauſa; ubi *Ad rhythmos componendos* manum admovere juſſus circa A. MDXXVI. Ita Tindal in praefatione ad *Parabolam impii Mammonis.*

S. HIGBALDUS (Dempſt. 336.) abbas primum monaſterii Bearnenſis in provincia Lindiſſae, dein circa A. DCCXC epiſcopus Lindisfarnenſis. Scripſit, *Monaſticae vitae regulam*, lib. i. *Expoſitionem Pſalterii*, lib. i. *Homelias ad fratres*, lib. i. Obiit A. DCCCIII. Dempſt. viii. 632. Godw. ii. 97.

HIGEDENUS [a] [RANULPHUS] Caſtrenſis coenobii monachus, in hiſtoriographorum lectione multa diligentia, opera, cura uſus eſt. Collegerat enim in ſuam bibliothecam non modo autorum, qui de rebus externis ſcripſerunt, ingentem numerum; verum etiam illorum, qui res noſtras, id eſt Britannicas, poſteritati commendaverunt. Quo nomine quantum ſit de patria meritus, dici facile non poteſt: nam compendio quodam in unum redegit *Hiſtoriae* volumen [b] ea,

[a] Ranulphus Higdenus, ſive Hikeden, vulgo Ceſtrienſis dictus. Hygden vel Higedenus, Ceſtrienſis. Mſ Lel. Trin.

[b] *Polychronicon*, lib. vii. " Poſt praeclaros artium ſcri- " ptores." Ita Bale et Pitſ. Mſ. bibl. Bodl. Laud. C. 117. J. 38. Mſ. Bodl. Digb. 201. Mſ. Bodl. NE. F. 8. 5. et 13. et F. 9. 4. Mſ. Bodl. Hatton. 80. Sed in Mſ. Worſl. et Mert. ita ſe habet principium prol. " In hiſtorico " contextu chronographorum." In Mſ Lincoln. qui tres habet praef. (capit. 4.) hoc eſt ſecundae periodi pr. Pr. primi lib. " Julius Caeſar divinis humaniſque." Mſ. extat Oxoniae in bibl. coll. Oriel 16. et Mſ. coll. Novi 152. Baliol. Mſ. C. 11. et Q. 2. Merton O. ii. 1. Art. Magdal. Mſ. 30. et 97. 147. et 181. Lincoln. arch. Bor. 22. et C. C. C. 83. et 89. Item Cantabrigiae in coll. Corp. Chriſti E. iv. Trin. Mſ. 159. et 309. et 388. S. Petri, 232. 2. Et Caii F. 20. (omnium pulcherrimum) item F. 21. et 27. et Mſ. *Rhetor.* 34. ibid. Wharton. loco ut infra. In privatis bibl. Lumleiana, Gualt. Copi, Worſleiana (duo.) Quaecunque ad Britannicam hiſtoriam ſpectant, ex libris vi primis collegit Cl. Galeus, et edidit inter xv *Hiſt. Britann. Script.* Oxon. MDCXCI. fol. p. 179. " Haec hiſtoria in vii libros " diſtribuitur. Primus liber non niſi topographicam orbis " deſcriptionem, quam *Mappam mundi* vocat, exhibet. " Secundus quatuor aetatum continet geſta, ſc. ab Adam " uſque ad incenſionem templi. Tertius a tranſmigratione " populi Iſrael uſque ad adventum Chriſti. Quartus a " Chriſto uſque ad adventum Saxonum. Quintus abinde " uſque ad adventum Dacorum. Sextus abinde uſque ad " adventum Normannorum. Septimus abinde uſque ad " aevum noſtrum, quod eſt ſub regno Edwardi tertii " poſt conqueſtum." Prolog. Mſ. Worſl. Septimus liber deſinit in anno MCCCLVII. Quod ſi nonnulli codices hiſtoriam ulterius producant, id ab aliena manu acceſſiſſe cenſendum eſt: ipſe enim Ranulphus in praefatione totius operis ſe ad iſtum annum hiſtoriam deducturum eſſe pollicetur; et in illo deſinit verſio operis Anglicana paulo poſt Ranulphi obitum confecta. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. A. 3. *Polycraticon temporum*, etc. deſinit A. MCCCXXXIX. Mſ. autem Baliol. Q. 2. deſinit ann. MCCCXLVII. Mſ. Lincoln. 22. ann. MCCCLXXVII. Mſ. Bodl. NE. F. 8. 5. ann. MCCCXXVII. ita etiam Mſ. Bodl. Laud. I. 38. Mſ. et Bodl. NE. F. 8. 13. Mſ. Lamb. 48. fol. Mſ. Merton. O. ii. 1. et Norwic. More 284. deſinit an. MCCCLXXVI. Mſ Bodl. Sup. M. 4. Art. 10. deſinit MCCCLXXXVIII. Mſ. bibl. Regin. cod. 1. et Lamb. 181. deſinit ann. MCCCLXXX. Mſ. Mert. O. ii. 5. deſinit. 1 Hen. iv. Mſ. Norwic. More 289. deſinit MCCCLXXIX. In cod. Oriel. Mſ. 16. cap. 44. libri ſeptimi haec habentur: " Obiit Benedictus papa—ſucceſſit Cle- " mens vi—interdixit. Et ſic finit opus Ranulphi mon. " Ceſtrenſis. In feſto tranſlationis S. Thomae Cant. rex " Edwardus ingreſſus eſt mare," etc. (ſic continuatur Mſ.) Deſinit codex in obitu R. Edw. iii. In cod. Mſ. Bodl. Digb. 201. et collegii Corp. Chr. Cantabr. E. iv. (qui deſinit ann. MCCCLXXVII, uti etiam deſinit Mſ. coll. C. C. Cantabr. Miſc. 27.) poſt *interdixit* haec inſeruntur: *Uſque huc ſcripſit Ranulphus. Hoc etiam*, etc. et deſinit in ann. MCCCCXLIX. Ex Cronico anonymo notavit Ric. Jameſius (xi. 8.) in ann. MCCCXLI. *Hic finivit opus ſuum Ranulphus Ceſtrenſis.* In Mſ. Bodl. Digb. 218. finis ſeptimi lib. *Polychronici Ceſtrenſis* ſic ſe habet:— " et vocatus eſt Inno- " centius v. Quo etiam anno incepit magna cariſtia re- " rum, plumbi, ferri, ſtagni, aeris, clavorum, ſignorum, " canabi, lini, et ſpecierum." Ita etiam deſinit codex inter Mſs. Bodl. Laud. C. 117. Mſ. Langb. iv. 412. Deinde ſequitur literis craſſiuſculis hunc in modum: " Uſque huc " ſcripſit dompnus Ranulphus Hykedon, monachus mon. " S. Werburgae, Ceſtriae, qui etiam plura compilavit " opuſcula ſuis temporibus laude digna:" et quae ſequuntur. In cod. collegii Corp. Chr. M. xiv. 3. Cantabr. eſt continuatio *Polychronici* ab ann. MCCCXXVI [Rectius MCCCXLVI.] ad A. D. MCCCXCIV per Johannem Malvern; in quo haec habentur: " Anno MCCCXLIV.—Hic re- " vera Ranulphus, monachus Ceſtr. ſuas *Cronicas* termi- " navit. Hic enim liberalibus artibus eruditus literatura- " que inſignis, quorundam ſodalium ſuorum inſtantia pul- " ſatus, de famoſioribus orbis hiſtoriis, ſc. ab initio Ma- " crocoſmi uſque ad tempora Edv. iii opus aeternaliter " commendabile produxit in lucem, quod *Polycraticon* " voluit

ea, quae ante ſparſim et ſine lucido ordine apud multos autores in obſcuris delitebant bibliothecis. Neque ita contentus tamen, voluit praeterea, ut decuit candidiſſimum hominem, unicuique noſtrorum autorum, quos defloravit, ſuum honorem, nomine ſemper addito, ſervare integrum. Quanquam non tam religioſe aliorum veſtigiis inhaerebat, quin ſuum judicium, idque cum autoritate quadam, frequentiuſcule interponeret. Quanto nunc rectius illud factum, quam quod Polydorus, homo ſcilicet modeſtiſſimus, et gloriae omnis contemptor plane maximus, fecit; qui tot ex noſtris ſcriptoribus audacter, ſed foede et miſere ſpoliatis, vix unius aut alterius, ſi Gildam forſan fictitium et Bedam demas, idque per contemptum meminit. Plura hic dicerem de Polydori arrogantia, niſi ſtomachum ejus timerem; quem tamen non uſque adeo timeo, quin aperte auſim adfirmare Ranulphum in eruendis myſteriis antiquitatis Britannicae δὶς διὰ πασῶν illo ſuperiorem fuiſſe; ſi ſpectes provincias, in quibus verſatus fuit: nempe Salapiam, Devaniam, Luniam, Doroventaniam. Haec ego, ne homo Italus in noſtris rebus titulo eloquentiae nimium ſibi tribuat. Sed hic finis eſto[c], ſi prius cognoris Ranulphum vixiſſe tempore Edovardi tertii[d]. Ex *Lelando*.

" voluit appellari. Poſt hunc ſcripſit quidam monachus " Wigorn. Johannes Malvern, quaſi duorum annorum " omittens tempora. Forſan in his nihil geſtu commen- " dabile peractum fuerat, quod pennarum poſtularet la- " bores. Quare ſic procedit: *In feſto tranſlationis S.* " *Thomae, anno* MCCCXLVI." etc. Ita Mſ. Wharton. L. p. 101. in bibl. Lamb. Continuatio uſque ad Henr. v. R. extabat olim Mſ. in monaſt. Syon. Anglice vertit hanc hiſtoriam Joannes de Treviſa, vicarius de Barkeley. Wharton. [c] Scripſit etiam, *Paedagogicon grammatices*, lib. i. " Cum humanum genus ratione orig." Prima pars *Paedagogici* compil. a fratre Rad. Higden. Mſ. olim in bibl. monaſt. Syon. *Diſtinctiones theologiae*, lib. i. " Abjicere ſecundum philoſophos." Harum ſua cura tranſcriptarum meminit Joh. Whethamſtead in Mſ. Cotton. Otho. B. iv. *Ceſtrenſis diſtinctiones diverſae ordine alphabetico*, extant Mſ. Lamb. 23. fol. *Speculum curatorum*, lib. i. cap. 80. " Apparuit gratia Dei ſalvatoris." Pr. pr. " Cum circa duo potiſſimum verſetur officium." Mſ. Oxon. in bibl. Baliol. lxxvii. Mſ. Norwic. More 571. *Ranulphi Ceſtrenſis ars componendi ſermones*, Pr. pr. " Circa " ſermones artificialiter faciendos," extat Mſ. in bibl. Bodl. Sup. M. 4. Art. 1. Mſ. Stillingfleet. 89. *Expoſitionem ſuper Job*, lib. i. *In Cantica canticorum*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Determinationes ſub compendio*, lib. i. *Abbreviationes chronicorum*, lib. i. " Chronica compen- " dioſa de regibus Angliae." extant Mſ. Cotton. Tiber. E. viii. 76. *Ex Gulielmo Stephanide*, lib. i. *Ex Stephano Langton*, lib. i.. Mſ Trin. Add Bal. *Mappam mundi*. lib. i. Idem cum primo libro *Polychronici*. *In literam calendarii*, lib. i. [d] Senex obiit annos habens in monachatu lxiv circa Gregorii feſtum A. Ch. MCCCLXIII. Ceſtriae in coenobio ſepultus. Obiit A. D. MCCCLXXVII. Pitſ. Vide Bal. vi. 22. Pitſ. pag. 516. ſeq. Wharton. *Append.* Cav. pag. 48.

HIGGIN [PHILIPPUS] patria Hibernus, frater ordinis S. Franciſci. Scripſit *Poëmata ſacra*. Obiit A. MCCCCLXXXVII. War. p. 77.

S. HILDEBERTUS (Dempſt. 353) Scotorum archiepiſcopus, poſtea in Galliis Cenomanenſis epiſcopus, et tandem Turonenſis archiepiſcopus. Floruit A. CCCC. Scripſit juxta Dempſter. viii. 671. *Epiſtolas ad varios*, lib. i. Tres epiſtolas ad Anſelmum inter *Epiſtolas* Anſelmi edit. Gerberon. *De felici eccleſiae ſtatu*, lib. i. *De perſecutione fidelium*, lib. i. *Poëmata ſacra*, lib. i. *De concordia veteris et novi ſacrificii*, lib. i. carmine. *De Roma*, lib. i. carmine. Extant opera omnia cum notis, labore et ſtudio Antonii Beugendre ordinis Benedicti S. Mauri. Pariſ. MDCCVIII. fol. *S. Hildeberti poëmata varia et epiſtolas* cum notis, etc. videſis in *Supplem. patrum* per Jac. Hommey. Pariſ. MDCLXXXVI. 8vo. *Cantilena de corrupto eccleſiae ſtatu:* edente M. F. Illyrico. Baſil. MDLVII. 8vo. *Verſus de myſterio miſſae*. *Sermo in illud Iſaiae* XXXV. *Tunc aperientur oculi caecorum, etc.* Et in illud Lucae xii. 48. *Cui multum datum, multum quaeretur ab eo.* [Hic a Brown *Faſc.* tom. ii. p. 3. vocatur *Sermo ſyndicus ad paſtores*.] *Epiſtola ad Reginaldum monachum Cantuar.* Extat tom. i. *Analect.* Mabillonii, p. 293. *Hymnus de confeſſione trinitatis, et oratio ad Dominum.* Extat in Uſſerii tractatu *De Romanae eccleſiae ſymbolo apoſtolico, etc.* p. 45. Lond. MDCXLVII. 4to. *Paraphraſis metrica vitae S. Mariae Aegyptiacae.* Vid. *Acta ſanctorum* Henſchenii D. ii. menſ. Apr. *Vita Hugonis abb. Cluniacenſis*, p. 414. *Bibl. Cluniac.* M. Marrier. Et in *Actis ſanctorum Epiſtolae quinque*; et *Sermones duo:* editore L. A. Mauratorio, p. 211. Patav. MDCCXIII. 4to. *Epiſtola ad comitem quendam illuſtrem contra peregrinationis vanitatem.* Brown. *Faſc.* tom. ii. p. 1. ſeq. *Alia comitiſſae quae terram ſanctam inviſere cupiebat.* Ibid. p. 2. *Alia ad Honorium papam contra appellationes.* Ibid. p. 2. ſeq. *Ejuſdem curiae Romanae deſcriptio.* Ibid. p. 7. *Ejuſdem epitaphium in Berengarium, Turonenſem archidiaconum, magiſtrum ſuum.* Ibid. p. 7. ſeq.

S. HILDULPHUS (Dempſt. 337.) Scotus, frater S. Eberhardi epiſcopi Ratiſponenſis, apud Germanos fidem Chriſtianam propagabat. Scripſit *Epiſtolas ad populares*, lib. i. Claruit A. DCLXXV. Dempſter. viii. 634.

HILL [JOHANNES] opifex armorum vel ſerviens ad arma. Scripſit *Of the poyntes of worſhip, that longeth to a gentilman in armes.* Pr. " The firſt honneur in arms is a." Mſ. Apogr. Aſhmol. 856. p. 376. ex veteri Mſ. penes. . . Keck de Medio Templo armigerum. Hic tractatus imperfectus. Obiit Londini menſe Novembr. 13 Henr. vi. Nota ad finem Apogr. Aſhmol.

HILL [THOMAS] Londinenſis, Oxoniae educatus, chymicus et aſtrologus peritiſſimus; de quo Geo. Baker in *Praefat.* to his *New Jewel of health* wrote MDLXXVI mentions among the chymiſts of London " And alſo one Tho. Hyll, who for his exc. knowledge in this art is not to be " left out, who did alſo take pains in this work, but before it could be brought to perfection, " God took him to mercy." Scripſit Anglice *Almanac pro annis* MDLX. MDLXI. MDLXII. *Almanac juxta meridianum Oxoniae* A. MDLXXIV. *Artem jucundam ſomnia interpretandi, etc.* Lond. MDLXXI.

MDLXXI. 8vo. *Contemplationem misteriorum, de effectibus cometarum, etc.* Lond. . . . 8vo. *The art of gardening; with the virtues of herbs, and the right ordering of bees*, lib. ii. Pr. ded. dom. Henrico. " When I had ended these travels." Lond. MDLXXXVI. 4to. Pr. ded. " As it has " been, and is yet." Lond. MDLXXIV. MDLXXIX. MDLXXXV. 4to. *Naturales et artificiales conclusiones, etc.* Scriptae fuerunt a Paduensibus; transtulit eas ex Lat. in Anglic. Lond. MDLXXXVI. 8vo. *A discourse of physiognomy*, Lond. MDLXXI. et MDCXIII. 8vo. *The school of skill conc. the sphere, in two books*, lib. ii. " Seeing this little book of the sphere." Lond. MDXCIX. 4to. In praefatione ad *The art of gardening*—" bids the reader look for a treatise of his, being in readiness with the " printer, and intituled; *Certain pleasant problems, with other apt answers teaching fruitful lessons* " *for the preservation of health*—Gathered first by the learned cardinal Ferdin. Ponzetus, and " now englished by this Tho. Hill." Obiit ante Apr. 8. A. D. MDXCIX, uti testatur Will. Jaggard bibliopola in praefat. editionis operis posthumi *De sphaera*.

HILLARY [HUGO] scripsit *Resurrectionem missae, etc.* Strasburgh. MDLIV. 8vo.

HILSEY [JOHANNES] sive HILDESLEY patria Bercheriensis, professione frater Dominicanus Bristoliensis. Literis academicis in coenobio sui ordinis Oxoniae imbutus erat, ubi tantos in philosophia et theologia progressus fecit, ut ad gradum in S. theologia doctoralem promotus fuerit A. MDXXXII. Haec ex publicis academiae registris patent. Hallucinatus igitur Godwin. p. 582. qui eum S. theol. doctorem Cantabrigiensem esse dicit. Fuit praeses domus fratr. Praedicatorum London. Whart. *A. S.* vol. i. p. 383. Post decollationem Fisheri renunciatus est episcopus Roffensis A. MDXXXV, et consecratus A. MDXXXVII. Scripsit *A manual of prayers, or primer, with the epistles and gospels.* Ded. to Lord Cromwell. Lond. MDXXXIX. 8vo. *De vero corporis esu in sacramentis.* Ded. dom. Cromwell. *Resolutions concerning the sacraments. Resolutions of some questions relating to bishops, priests and deacons.* Obiit A. MDXXXVIII, et in ecclesia cathedrali Roffensi tumulatus. *Athen. Oxon.* i. 51.

HILTON [JOHANNES] frater Franciscanus in coenobio Norwicensi Oxoniae studuit, et ibi SS. theol. doctor evasit. Scripsit *Contra Utredum Bolton de paupertate fratrum*, lib. i. " Articu-" lus pertractandus sit iste." *De statu Minorum*, lib. i. *Ordinarias quaestiones*, lib. i. Obiit A. MCCCLXXVI in suo claustro Norwici humatus. Bal. vi. 55. Pits. p. 515.

HIMBANUS monachus (Dempst. 369.) curio S. Makkessagi in Livinia loco, qui dicitur *Ecclesia portus* prope Menteth comitatum; deinde ad paroeciam S. Ernani translatus in Argadia, qui locus Killern a sancto dicitur. Scripsit *S. Ernani vitam*, lib. i. Claruit A. MCCIV. Dempster. viii. 699.

S. HIMELIUS confessor Scotus scripsit (Dempst. 368.) *Precandi formulam*, lib. i. Claruit A. DCCLXXV. Obiit in Vissenaken juxta Thevas in Montibus. Dempster. viii. 633.

HINGHAM [GALFREDUS] jurisperitus insignis. Scripsit, *Summam legis civilis*, lib. i. " Notandum quod quinque sunt essentia." *Super actione vendentis*, lib. i. " Lex quidem tribuit." *De haereditario jure*, lib. i. Vixisse fertur circa A. D. MCCCLXXX. Bal. vi. 69. Pits. p. 532.

HIR [HENRICUS] poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

HITCHCOCK [ROBERTUS] de Caversfeld in com. Buckingham. MDLXXX artem militarem exercuit. Scripsit *A pollitique plat for the honour of the prince, and profite of the publique state: or a newyeres gift to England.* Pr. pr. " For me, o noble and renown'd England." Lond. MDLXXX. 4to.

HITCHINS [GULIELMUS] sive TINDALUS in limitibus Walliae natus, Oxonii studia academica partim in aula S. Mariae Magdal. partim in aede Christi excoluit, et ob egregias ingenii dotes in sodalitio a cardinali Wolseio nuper instituto, inferioris classis canonicus factus est. Postquam autem compertum fuisset Gulielmum Lutherani dogmatis fautorem esse strenuum, collegio ejectus est. Inde Cantabrigiam se contulit, ubi studiis sacrae theologiae incubuit, et gradum academicum suscepit: Postea in agro Glocestrensi apud Sudbury Parvam in domo dom. Joh. Welch equitis aurati vitam egit. Abhinc Londinum et tandem in Germaniam profectus versionem Bibliorum Sacrorum aggressus, ad colophonem perduxit Novum Testamentum, Pentateuchum, historias Regum, Paralipomenon, Esdram, Nehemiam et prophetiam Jonae; additis Prooemiis sub nomine Thomae Matthews. *Biblia Anglice versa per Tho. Mathews* MDXXXVII impressa Londini MDXLIX. Et MDLI. fol. Pr. ded. Henrico viii. " It hath been used of old." An autem Biblia haec ante A. MDXXXVII et ante Tindali mortem divulgata fuerint, vide J. Rogers, sive Thomam Matthew in Bibliis. *Pentateuchus translationis Tindallianae* extat Londin. MDLI. 8vo. A. Wood. Ms. *Cat.* iv. De hac versione vide *Musaeum Thoresbianum* 503. *Translation of the first book of Moses, call'd Genesis, with a preface and apology, shewing the use of the Scriptures.* Pr. " When I had translated the newe." *Translatio Anglica psalmorum Davidis et canticorum sacrorum per Will. Huchen.* Pr. pr. " Whan it is knowen alle." Pr. lib. " Blessed is the man " that zede not." Ms. bibl. coll. Novi Oxon. 320. [Non tamen eadem est versio quae extat in Bibliis MDXLIX.] *Novum Testamentum* primo prodiit A. MDXXVI. Strype in *Vita Cranmer.* p. 81. Quum vertisset (sunt verba H. Holland *Heroolog.* p. 148.) Novum Testamentum et Pentateuchum, hos libros Hamburgi imprimi curavit, et unicuique eorum eruditas praefationes ascripsit A. MDXXVII. Prodiit juxta Foxium p. 1019. A. MDXXIX. Et juxta Tho. Mori opera Angl. p. 108. ante annum MDXXVIII. Secunda editio Novi Testamenti hujus Anglici impressa A. MDXXX. 12mo. in Malboria, terrae Hassiae, Strype l. c. Scripsit *A protestation touchyng the re-*

furrection of the bodies, and the state of the soules after this life. Pr. " Concerning the resurrection." *Praefationem ad Pentateuchum script.* Jan. 17. MDXXX. " When I had translated the " N. T." *Prologum de usu Sacrae Scripturae.* Pr. " Though a man had a precious." Henricus Stalbridge in epist. 1. Henr. viii. inter alios Tindali libros meminit *Summae S. Scripturae. Expositionem quorundam vocabulorum in* 1. 2. et 4to. libro Mosis. Pr. " Abrech tender father, " or as." *Prologum in prophetam Jonae.* Pr. " As the envious Philistines." Prologus in Jonam cum Jona impress. seorsum in partibus transmarinis. . . . 12mo. Et cum aliis prophetis Anglice. A. MDXXX. Et juxta Tho. Mori opera Angl. p. 342. *Prologos in iv Evangelistas, epistolas D. Pauli, S. Petri et S. Johannis.* Pr. " Here hast thou, most dere reader." *The parabole of the wycked Mammon* script. 8 Maii MDXXVII. " The cause why I sette my." Lond. MDXLVII. Et per Will. Copland. Lond. MDXLIX. 12mo. *Of the obedience of a Christian man, script.* 2 Octob. MDXXVIII. " Let it not make thee dispaire." Malboriae in Hassia MDXXXV. 12mo. Lond. by Will. Copland. 12mo. et MDLXI. Hic et eum antecedens tractatus impressi fuerant per Will. Hill. in 4to. In praefatione hujus libri extat Will. Tindale, al. Hychins. *Expositionem* v. vi. et vii *capitum S. Matthaei.* Pr. " Here thou has (dear reader) an expos." Prima editio haec juxta Morum, opp. Angl. p. 342. fuit ante A. MDXXXII. Secunda Lond. MDXLVIII. 12mo. et per Will. Hill. 12mo. *An aunswere unto Syr Thomas More's dialogue.* " The grace of our Lord, the light." script. MDXXX. *The practyse of the praelates whether the kinges grace maye be separated from hys quene, because she was his brother's wife,* script. MDXXX. " When the old Scribes and Phariseis." Marpurg. MDXXX. 8vo. Lond. MDXLVIII. 8vo. *A pathway into the holy Scripture.* Pr. " I do " marvell gretely dearly beloved." *In epistolam primam S. Johannis,* edit. mense Sept. MDXXXI. " As a man can by no means." Et Southwark MDXXXVIII. 12mo. In hac editione sunt *Commentarii in* iii *epistolas Johannis. The testament of M. William Tracie expounded.* Pr. " Now " let us examine the parts of this testament." . . . MDXXXV. 12mo. et Norimberg. MDXLVI. 12mo. *A treatise upon signes and sacramentes.* Pr. " To understand the pith of the sacraments." Lond. . . . 12mo. *Epistolas ad Joh. Frith tres*; quarum ultima continet *Expositionem* vi *capitis Johannis et* 1 *Corinth.* xi. *contra Tho. Morum*; sed nomen Tindalli non subscribitur. Duae extant apud Fox. 1080. simul editae sunt London. MDLXXIII. fol. *De coena Domini contra Morum. De ecclesia adversus Morum. Adversus Joy calumnias. De purgatorii parocho. Supplicationem ad regem, magnates, et plebem Angliae.* Pr. " I beseech the kings." Extat apud Fox. p. 1080. Tho. Morus adscribere videtur *The supplication of beggars* Tindalo, opp. Angl. p. 31. ast sequenti pagina 881. Symoni Fish attribuit. Transtulit in sermonem Anglicum *Quaedam opuscula Lutheri. Erasmi enchiridion militis Christiani.* Pr. ded. Paulo Volteyo abbati. " Albeit most vertuouse " father that thys." London. per Abrah. Veale MDLXXVI. 12mo. *Gul. Thorpi, et Joh. Oldcastelli examinationes* typis mandavit cum praefationibus suis. De quo vide Geo. Constantinum. *Isocratis orationem quandam e Graeco in Anglicum,* Fox. 1075. *The prayer and complaint of a plowman* Praefatione Anglica ornavit. Pr. " Christ our savyour and his apostles." A. MDXXXI. Fox. 1 edit. 573. *Exposition on* 1 *Corinth.* vii. *with a prologue, wherein all Christians are exhorted to read the Scriptures.* Pr. " The cause why the apostle." Malborow in Hesse MDXXIX. 12mo. In *Catalogo* librorum prohibitorum apud Burnet *Hist. Reform.* vol. i. *App.* p. 257. reperitur Tindalli *Expositio in caput* iv *epistolae ad Corinthios. In omnes S. Johannis epistolas. Praefatio, glossae, et tabula in epistolam ad Romanos.* Impress. sub nomine Thomae Mathews. Et inter libros prohibitos Fox. i. edit. 573. adscribuntur huic Tindallo. *A boke concerning the church. A godly disputation between a Christian shomaker and a popish persone. The disclosyng of the man of sin.* Et in alia editione Foxii, p. 1020. est *The matrimonye of Tindall,* A. MDXXIX. *His workes,* Lond. by John Day. MDLXXIII. fol. Effigies ejus una cum inscriptione habetur in bibliotheca aulae S. Mariae Magdal. Oxon. *Hist. et antiq. Oxon.* ii. 379. Martyrio coronatus est Filfardiae in Brabantia A. MDXXXVI. Vide Foxii *Act. et monum.* p. 1075. Fuller, *Hist. eccles.* v. 224. Bal. viii. 72. H. Holland. *Heroolog.* p. 148. Cosin's *Apology,* P. iii. p. 173. seq. *Athen. Oxon.* i. 42 seq.

HOBY [THOMAS] patria Herefordensis, in academia Oxon. in liberalium artium studiis egregie institutus in Galliam, Italiam, et alias exteras regiones profectus est, ubi ingenium ad summa natum feliciter expolivit; et rerum hominumque cognitione, ac eruditione multiplici locupletatus in patriam rediit. His virtutibus ubique clarus magnam statim apud reginam Elizabetham gratiam iniit, et ordini equestri adscriptus. A. MDLXV ad Galliae regem legatus missus est, apud quem in curandis Angliae negotiis insigniter invigilavit. Transtulit ex Italico in Anglicum *Baldessaris Castiglione Il Cortegiano*; sive *De aulico,* lib. iv. Pr. ded. dom. Hen. Hastinges, dat. MDLVI. " Themistocles the noble Athenian." Lond. MDLXI. MDLXV. MDLXXVII. 4to. Extat Italice, Gallice, et Anglice, Lond. MDLXXXVIII. 4to. E Latino in Anglicum *Gratulation to the church of England for the restitution of Christian religion.* Written by Mart. Bucer. Lond. . . . 8vo. *Answer unto the two railing epistles of Stephen Gardiner, concerning the married state of priests and cloysterers.* Lond. . . 8vo. Fatis concessit Parisiis 13 Jul. MDLXVI, corpus vero ejus in Angliam transvectum in ecclesia Brishamensi comit. Bercherensis humatum est 2 Septemb. Ms. coll. Armor. *Athen. Oxon.* i. 150. seq.

HOCHERUS [JOHANNES] HOKER, sive HOOKER. Fuit primo semi-commensalis, dein socius collegii S. Mariae Magdalenae electus, supremis in philosophia et baccalaureatus in theologiae honoribus ornatus fuit. Vir praegnantis ingenii, et linguarum Latinae et Graecae scientia

tia clarus. Nitor bonarum artium, ut Leland. *Cygn. Cant.* ait. Scripsit partim Anglice, partim Latine, *Introductionem ad rhetoricam*, lib. i. "Conducit ideo intelligere." *Piscatorem, sive Fraudem illusam*, comoediam. "Salvete omnes, vobis." *De vero crucifixo*, carmen. "Qui-" cunque Christum pendentem." *Epigrammatum* lib. i. Inter *epistolas singulares Clar. Vir.* editas per Colomesium London. MDCXCIV. 12mo. f. 302. extat "*Relatio de Cantianorum Deo* " *ligneo, ejusque impostura per Joh. Hokerum*, Maidstonensem Anglum." Obiit Oxonii (Ms. Bal. Glyn. Caleti obiit) A. MDXLI. Bal. ix. 28. Pits. p. 730. Superfuit A. MDXLIII. in collegio Magdalen. S. theol. baccalaureus. *Athen. Oxon.* i. 60.

HODGKINS [JOHANNES] apud Northamptonam natus, in schola Etonensi educatus fuit. Postea A. D. MCCCCLI scholaris collegii Regalis Cantabrig. dein socius, et vicarius de Ringwood in comitatu Hantoniensi; et tandem S. theol. doctor admissus. Hatcher Ms. Inet. Tanta pollebat in artibus mathematicis peritia, ut eum apud Ryngwood degentem invisere saepe dignatus sit rex Henricus vii. Ms. *Cat. praepos. et soc. coll. Regal. Cantabr.* per Hatcherum. De scriptis ejus nihil adhuc constat.

HOGGARD [MILO] sive PORCARIUS civis Londinensis, arte caligarius; primus artifex, qui pro causa pontificia librum scripsit: servus reginae Mariae. Scripsit Anglice, *The displaying of protestants and sundry their practises with a discovery of their abuses, etc.* Pr. ded. reg. Mariae. "Having called to my remembrance." 2 edit. London. MDLVI. 12mo. In hoc libro probare prae se fert famem et omnes alias incommoditates Angliae evenisse ob doctrinae reformatae praedicationem. Huic libro virulento statim responderunt Laur. Umfridus, Rob. Crowlaeus, Gul. Kethus, et Johannes Plough, *A treatise declaring how Cryst by perverse preaching was banished out of this realm*; *and how it hath pleas'd God to bring Cryst home again by qu. Mary.* Pr. ded. reg. Mariae. "My duty consydered most." Pr. pr. "If reason did rule men." Lond. MDLIV. 4to. *De tribus nuptiis.* Angl. . . MDL. 4to. *Confutation to the answer of a wicked ballad.* Pr. pr. "Good readers, all of eche degree." . . . MDL. Extat in Rob. Crawleii *Confutatione. New A. B. C. paraphrastically applied as the state of the world doth at this day require.* Pr. "When " children first begin to learn." Lond. MDLVII. 4to. *Mirrour of love.* Lond. MDLV. 4to. in English verse:

"A mirrour of love, which such light doth give,
"That all men may learn how to love and live."

Pr. ded. reg. Mariae. "When I considered, most noble queen." Lond. MDLV. 4to. *A treatise* entitled, *The pathway to the towre of perfection*, verse. Pr. pr. "Presumed I have, good gen-" til reader." London. MDLIV. 4to. Claruit A. MDLVI. Bal. ix. 80. et par. post. iii. Pits. pag. 752.

HOLAND [DAVID] de Rewthy. Contexuit ex optimis Britannorum chronicis *Genealogiam regis Edwardi* vi *a Bruto.* Pr. "Henry ap Edmund, ap Meredith, ap." Examinat. ab abbate Llynegwestit et doctore Evano Pole. Ms. in bibl. regia Westmon. 18. A. 75.

HOLBECCUS [LAURENTIUS [a]] a Girviis, paludes incolentibus, genus deduxit; quod per se humile, bonarum non poenitenda accessione literarum illustravit. Erat enim monachus Rameseganus vitae continentia laudatissimus; tum praeterea, inter caetera, Hebraeae studiosissimus linguae. Quibus autem persuasus rationibus huc animum deflexerit, breviter, at opportune interim, significabo. Inciderat in exemplaria quaedam Hebraica, synagogae veteris majestatem eximiam illam referentia, comparata quidem, et ab interitu olim conservata, insigni industria Gregorii Venantodunensis, monachi Ramesegani, cujus et nos vitam superius scripsimus. Cum hoc scriptore fuit pia quaedam Laurentio invidia; ut quod ille videlicet in Hebraea lingua feliciter inchoasset, hic felicius absolveret. Habuit sancta adulatio plenissimos successus; et autor operis palmae pretium tulit magnum, eleganter concinnato *Dictionario Hebraico*, opere tum elimato, tum docto; quod annis abhinc paucis Roberti Wachefeldi polypi nimia diligentia sublatum est. Joannes Infantius [b] nuper monachus Rameseganus, qui et libros Hebraicos, corruente una cum nobili bibliotheca coenobio, ab interitu conservavit, ea mihi de Laurentio, Henrici imperio quarti florente, retulit; quae ita in praesentia animo, tanquam memorabilia infiguntur meo, ut oblivionem nunquam apud me patiantur ullam. Ex *Lelando.*

[a] Thoresbeius in *Ducat. Leod.* auctorem hunc ad Holbeckum juxta Leodium pertinere vult. p. 184. [b] De hoc Joanne Infantio sive Yongo honorificam mentionem etiam fecit Lelandus; ex quo Baleus ix. 9. et Pitseus *App.* p. 876. Claruit A. MCCCCX. Bal. vii. 30. Pits. 586.

HOLBROKE [JOANNES] sive HOLEBROCUS [a] easdem artes et instituta, quae Stenodunus, summa prosecutus est cura: at an ejus synchronius fuerit, non temere pronuncio. Hoc interim certissimum, scripsisse eum, idque accuratissime, novas *Tabellas mediorum motuum*, et *Ae-*

[a] Joannes Holbroke alias Holebrocus in Sothraia, ut fertur, natus easdem—Ms. Lel. Trin. Pitseus eum *De Sacro Fonte* vocat. Fuit patria Surriensis, et academiae Cantabrigiensis alumnus, et postea cancellarius ac benefactor domus S. Petri: ita enim in coll. Corp. Chr. Oxon. Ms. 151. est *Haly Abenragel de judiciis stellarum* Latine, cum hac nota in fine: "Hunc librum Jo. Holbrook contulit " domui D. Petri Cantabrig. in festo S. Valentini A. D. " MCCCCXXVI."

quationes

quationes dierum[b]. Concinnavit praeterea libellum *De reductione tabularum Alphonsi*[c] *ad annos Christi, menses, dies et horas.* Ex *Lelando.*

[b] Lib. i. "Quoniam coelestium motuum." Hae tabulae (quas Cantabrigienses appellat) videntur quondam extitisse in cod. Bodl. NE. F. x. xi. 1. Sed nunc tantum *Praefatio* extat. Pr. "Quoniam," etc. Langb. iv.

[c] Liber. i. In Mſ. Norwicenſ. More 820. extat *Opus primum magistri Johannis Holbroke in reductione tabularum Alfonsinarum ad annos Christi, dies, horas, etc.* Pr. "Quoniam, etc." (Hoc factum est A. D. MCCCCXXVIII) *Opus secundum ejusdem in compositione novarum tabularum mediorum motuum et aequationis dierum.* Pr. "Gloriosus atque sublimis Deus a rerum exordio." In eodem Mſ. est *Calculatio nativitatis regis Henrici* vi. per anonymum; in cujus secundo capite introducitur figura nativitatis ejusdem illustriss. per hunc Johannem edita et rectificata (ex ejus figura manu sua conscripta)——De qua haec habet. "Istam figuram aestimarem ego valde bonam, "tantum enim considerem in sua circumspectione sicut in "cujuspiam alterius nunc agentis in humanis (sc. MCCCCXLI.) "Erat enim, ut plurimi norunt, in magisterio judiciorum "excellens in astronomia speculativa, quia inter omnes "quos Anglia continet astronomos similem vix reliquit, "non mea comprobandus laude, cujus fama gravissima "viget et viguit undequaque. Ad majorem hujus figurae "confirmationem facit aliud, quod ipsomet referente didiceram. Erat enim tunc capellanus illustrissimi regis "Henrici v, qui tunc moram trahens in partibus Gallicanis hunc magistrum Joh. Holbrok ob magnam fiduciam, "quam circa eum habuit transmisit in Angliam cum certis "sanctorum praeclaris reliquiis erga tempus nativitatis "propositae, et ut ab ore ejus suscepi, ipse primus erat "saltem masculus, qui hunc natum inclitissimum oculis "conspexit." Haec ibidem. Scripsit praeterea *Canones astronomicos*, lib. i. "Gloriosus atque sublimis rerum." Mſ. bibl. Bodl. juxta Pitseum. In *Praefatione* ad *Tabulas* suas *Cantabrigienses* J. Holbrooke reprehendit *Tabulas Oxonienses* a Gul. Rede episcopo Cicestrensi compositas——Et ipse Holbrooke reprehenditur a Ludov. Caerleon. Obiit ante A. D MCCCCXLI. juxta Mſ. Norwic. More 820, et juxta Mſ. Whart. ex Parkeri *Scel. Cantabr.* ineunte A. MCCCCXXXI. In *Regist.* Norwic. x. 9. 12 Jul. MCCCCXXXVII ecclesia de Repps dioec. Norwic. vac. per mortem magistri Johannis Holbrook, ultimi rectoris. Juxta Bal. et Pitſ. Claruit circa A. D. MCCCCL. Bal. vii. 96. Pitſ. p. 646.

HOLCAM [DIONISIUS] patria Nordovolgius, frater ordinis Carmelitarum Brumhamiae, S. theol. doctor Cantabrigiensis, philosophus insignis. Scripsit *Formalitates logicas*, lib. i. Obiit Brumhamiae A. D. MCCCCLXVI. (Bale. Mſ. Sloan. 4to. f. 135. ait MCCCCLXVII.) et in suo coenobio ibidem humatus jacet. Bale. xii. 86. Pitſ. p. 656.

HOLCOTHUS[a] [ROBERTUS] sive HALDECOTUS[b] Dominicanus[c], Avoniae borealis[d] alumnus[e], nunquam aut labori aut oleo pepercit, quo literas tandem, quarum amore totus conflagrabat, assequeretur[f]. Quanquam, quae illa fuerunt tempora, partim barbaries, quae tum late dominabatur, partim etiam veterum autorum inopia, qui in remotis bibliothecis pulvere et situ obducti, imo, quod magis est, incogniti jacebant, non parum retardaverunt honestum hominis impetum, quo ille ad extremum scientiarum scopum maturabat. Nunquam tamen vel horulam unam cessavit, quo minus voti compos esset. Unde effectum est, ut si non facundiam undecunque luculentam, redundantem, variam, rerum saltem comparaverit sibi sublimium cognitionem altam, certam, exactam: quae nisi accedat, quid aliud est eloquentia, quam purpureus fucus distorto corpori male conveniens. Sed neutrum in praesentia subtilius agam; aliud tamen agam, ne lector ignoret illum hos libros posteritati consecrasse. *Super sententias*[g], lib. iv. "Utrum quilibet "viator." *In librum Sapientiae*[h]. "Dominus petra mea." *De septem peccatis mortalibus*[i]. "Haec est via." *Moralizationes*[k]. "Theodosius de vita." *De immortalitate animae*[l]. *In Cantica canticorum*[m]. *In Ecclesiasticum imperfecte*[n]. *Super duodecim prophetas*[o]. *Sermones de tempori-*

[a] Robertus Holcoth, Bale Pitſ. Holkot, Cave. "Per "verba prima [super *lib. Sapientiae*] autor alludere mihi "videtur ad nomen suum, quod clarius postea in praefatione insinuat. Post verba adducta ex *Cant.* ii. *Columba mea in foraminibus petrae*, addit, *Hic* [*haec* ed.] *sunt* "*autem foramina domunculi sive casae, in quibus juxta cognitionis meae sensum debeo conversare. Sicut enim nomen in* "robore, *ita cognomen habeo a* [*a hole*] foramine [*a cote*] "casae *datum; et ideo sicut nomen meum* [Robertus in ed.] "*in* robore, *ita* [Holcot in ed.] *cognomen* intueor *in foramine petrae.* In marginibus libri notantur plerunque et "autorum nomina, et materia, quae ibidem tractatur." Ita Cl. Langb. Mſ. Baliol. lxxi. p. 24. [b] Alemannus in tit. comm. in libr. *Sapientiae*, Parif. MDXVIII. 4to.

[c] Primo justitiarius, dein Dominicanus. A. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 65. [d] Seu Northamptonae addit Mſ. Trin. [e] Apud Holcot in agro Northamptoniensi natus. Fuller, *Ch. Hist.* iii. 95. Familia hujus cognom. apud Buckland (agr. Berch.) floruit; sed ex margine libri A. Wood. Mſ. Pitſ. et nota Mſ. praefixa fuit distincta. Vide Ashmol. Mſ. 850. [f] In coenobio sui ordinis Oxon. educatus, et ibi tandem SS. theologiae doctor, et ejusdem facultatis publicus professor. Bale. Pitſ. Cave. MCCCXXXI—II. 11 kal. Apr. fr. Rob. Holcote ordinis Minor. admissus erat ad audiendas confessiones. *Memorand. Henr. Burghers. episcopi Lincoln.* [g] *Quaestiones seu quodlibeta*, lib. iv. "Utrum etc. viator existens in gratia "est quaestio prima." Lib. i. habet quaest. 5. ii. 5. iii. 4. iv. 9. Mſ. Langb. ut supra. Fr. pr. "De objecto actus credendi." Pr. "Introitus ad primum librum "Jerusalem evangelistam dabo." Mſ. colleg. Oriel. 15. Baliol. lxxi. Mſ. C. C. C. Oxon. 138. et Mſ. Merton. O. i. 7. Cantabrig. Mſ. in aula Pembroch. 108. Extant Lugd. MCCCCXCVII. fol. MDV. MDX et MDXVIII. 4to. *Lectura sententiarum*, lib. iv. Pr. "Hierusalem evangelistam da- "bo." Extat Mſ. Oxon. in colleg. Baliol. E. 15.

[h] *Philonis*, lib. i. 213. lect. "Dominus petra mea et "robur" [Bal.] *Salomonis, quam Philo disertissimus collegit*, lect. ccxi. Ita edit. Parif. MDXVIII. 4to. Mſ. extat Oxon. in biblioth. publ. Bodl. NE. D. 7. 5. Et Mſ. Laud. D. 107. Baliol. xxvii. Merton. Mſ. O. i. 6 et duo alia O. vi. 1. et 2. et Mſ. O. 8. 1. Art. est liber ille abbreviatus et coll. Lincoln. arch. austr. 22. Cantabrig. in colleg. Trin. cod. 311. et Mſ. coll. S. Petri, 262. 263. Et Mſ. citante Pitseo, etc. in aula Pembroch. et in archivis colleg. Caii. Extat Venetiis MDIX. MDLXXXVI. fol. . . . MDLXXXVI. f. Spirae MCCCCLXXXIII. Reuthlingae MCCCCLXXXIX. fol. sive 4to. maj. Lect. 212. . . . . MCCCCLXXXIX. 4to. lect. 211 Basil. MDVI. fol. Parif. MDXI. 4to. A. Wood. Mſ. Has lectiones nonnulli Reginaldo de Alna, ordinis Cisterc. adjudicant. Cave. [i] *Et eorum remediis*, lib. i. "Haec est via, ambulate in ea." Mſ. in colleg. Merton. N. vii. 5. inscriptus, "Via et dieta salutis." Hujus pr. et 1. cap. sive libri est *De vitiis mortalibus.* Ita Mſ. Norw. More. 177. [k] *Pulchrae historiarum in usum praedicatorum*, lib. i. "Theod. de vita Alexandri." Venet. MDV. Parif MDX. 8vo. Venet. MDLXXXVI. f. MDXIV. 8vo. A. Wood. Mſ. Pitſ. Vide infra *Moralitates Scripturae.*

[l] Lib. i. [m] Lib i. Venet. MDIX. [n] Sc. in septem priora capita Lectiones 808. lib. i. "Magister et "dominus Gondisa." Venet. MDIX. f [o] Lib. xii. "Lib. xii prophetarum in duo." Principia cujusvis libri videsis apud Baleum et Pitseum. Mſ. Bodl. sup. D. 1. Art. 49. et Baliol. xxvi. "Opus, ut istius autoris omnia, stylo "rudi,

temporibus [p]. *Sermones de ſanctis* [q]. Scripſit et alios libellos [r], qui etiam nunc apparent in bibliotheca Baliolenſi ad Iſidis Vadum. Floruit, ut ait Trittemius, regnante Edovardo, ejus appellationis tertio. Sed aliter ſupputat Leander Albertus. Obiit, autore Trittemio, ex peſte [s]; ſepultus eſt Avonae mediterraneae. Ex *Lelando*.

" rudi, ſententia comptiore, et, quod ſumme pondero, " narrationibus hiſtoricis nonnunquam interſtinctum. In " primo Sophoniae Anglos carpit, quos bubonibus, ſimiis, " aſinis, et pavonibus comparat; item ſimiles ſimiis pro- " pter varietatem et inconſtantiam Et contra legem Dei " vir utitur veſte foeminea, et e contra" Ita Cl Langb. Mſ. Baliol p. 22. [p] *Sermones feſtivales*, lib i. " Erunt " ſigna in ſole et luna" [q] Lib. i. Extant Monachii in bibl. ducali. *Sermones per annum*, lib i. " Ecce nunc " tempus acceptabile." Vid. Mſ. Bodl. NE. F. ii. 5. [extant Mſ. Cantabr in coll. S Petri. 107.] *Sermones quadrageſimales*, lib. i. " Ductus eſt Jeſus in deſertum." Ad fin. *Lect. in libr. Sapientiae*, impr. MDXVIII. 4to. et MDVI. fol. eſt *Sermo ejuſdem de ſtudio Sacrae Scripturae*. Pr. " Os juſti " meditabitur ſapientiam" Extat etiam Reuthlingae MCCCCLXXXIX. Sermonum hujus Roberti volumen ſe tranſcripſiſſe refert Joh. Whethamſtede, Mſ. Cotton. Otho. B. iv. [r] Scripſit etiam *Super articulis impugnatis*, lib i. " Primus articulus fuit, quod" Vide infra *Conferentias, etc.* *In proverbia Salomonis*, lib. i. " In abſconditis pa- " rabolarum converſabitur." Quidam Thomae Guallenſi aſcribunt. Mſ. extat in colleg. Baliol. Impreſſ. Pariſ. MDX. 4to. et MDXV. f. *Super evangelia*, lib. iv. *De praeſcientia et praedeſtinatione*, lib. i. " Utrum praeſcitus ſic- " ut." *De ludo ſcaccorum*, lib. iv. " Multorum fratrum " ordinis noſtri." *Determinationes quaeſtionum* xv. lib. i. " Utrum aliquis in caſu neceſſ." Lugd. MCCCCXCVII. f. ibid. MDV. 4to. et MDXVIII. 4to. A. Wood. Mſ. Pitſ. *Determinationem Oxonienſem*, lib. i. " Utrum Anſelmi do- " ctrina debeat." *De praedicatoris officio*, lib. i. " A " ſacro canone tanquam a fonte." *Moralitates Scripturae*, lib. i. " Quoniam miſericordia et veritas." Mſ. Oxon. in coll. Magdalen. 68. Et Mſ. ibid. 158. ſeq. vocatur *Reductorium Morale* in Avenione factum, et Pariſiis correctum et tabulatum A. D. MCCCXLII duobus voluminibus. *De libertate credendi*, lib. i. *Dictionarium quoddam*, lib. i. " A " dulator eſt nutrix diaboli." Mſ. incompletum olim in bibl. monaſt. Sion. *In Eccleſiaſten Salomonis*, lib. i. *De fautoribus [defenſoribus et receptoribus] haereticorum*, lib. xiv. apud Boſtonum Burienſem. *De impunitate peccati*, lib. i. " An omne peccatum ſit impunitas." *De imputabilitate peccati*, lib. i. (" Utrum omne pecc. ſit imputa- " bile voluntati?") Lugd. MCCCCXCVII. fol. MDV. 4to. et MDXVIII. 4to. A. Wood. *In evangelium Matthaei*, lib. i. *Exempla Scripturae*, lib. i. Pariſ. MD. 8vo. A. Wood. Mſ. Pitſ. *De motibus naturalibus*, lib. i. *De effectibus ſtellarum*, lib. i. " Utrum ſtellae ſint creatae, ut per " motum." Mſ in bibl. Bodl. Muſ. 67. *Univerſalia quinque*, lib. i. *Lecturas ſcholaſticas*, lib. i. *Conferentias ſuper ſex artic. impugn.* lib. i. " Sex ſunt articuli, quos in di- " verſis." Pitſ. Cave. Lugd. MCCCCXCVII. fol. ibid. MDV. 4to. *Diſtinctiones* (alphabetice *) lib. i. " Abominatur " autem Deus tales." Pitſ. Mſ. Oxon. in bibl. publ. Bodl. NE. D. 4. 5. et colleg. Merton. O. i. 6. Mſ. Cantabr. coll. Trin. 424. Extat Lugd. MDX. In Mſ. Merton. O. viii. 1. Art. ſunt *Diſtinctiones quaedam* (alphabetice) Pr. " Abrahae " iii eſt praelati;" quibus ad finem ſubjungitur *Explicit Holcot abbreviatus ſuper Sapientiam*: non omnino autem concordant cum Mſ. Merton. O. i. 6. *Super allegoriis utriuſque Teſtamenti*, lib. i. Mſ. Cantabrig. in coll. S. Petri. 262. *Opera* iii tomis Argent. MCCCCXCI. Compoſuit etiam *Philobiblon* ſub nomine Ricardi Bury, epiſcopi Dunelm. Mſ. nota in pr. Mſ. C. C. C. Oxon. 167. " Holcote, ord. " Praed. in ſuo Philobiblon de commendatione, amore, et " pia tractabilitate librorum." Mſ. olim in monaſt. Sion. Quidam *Reſponſionem pro inſipiente* inter Anſelmi opuſcula editam, huic Roberto Holcot aſcribunt. [s] Peſte extinctus eſt, in lectione ſeptimi capitis in *Eccleſiaſticum* anno MCCCXLIX. Bal. v. 84. Pitſ. p. 463. ſeq. Wharton. *Append.* Cave *Hiſt. lit.* p. 35.

* *Super Sapientiam* addit Mſ. Merton.

HOLLINSHED [RAPHAEL] patria Ceſtrienſis; in academia Cantabrigienſi ſtudiis operam navavit, et in artibus incepit A. D. MDXLIV. Mſ. Inett. Edidit ex collectionibus Regin. Wolfii *The firſt volume of the chronicles of England, Scotlande, and Irlande.* Conteyning the deſcription and chronicle of England from the firſt inhabiting unto the conqueſt. To Sir Will. Cecill, Lord Burghleygh. Pr. ded. " Conſidering with myſelfe, right honourable." *The deſcription and chronicles of Scotland from the firſt originall of the Scottes nation, till the yeere of our Lorde*, MDLXXI. To the earl of Leiceſter. Pr. ded. " It may ſeeme, right honourable, a great preſumption." *The deſcription and chronicles of Yrelande likewiſe from the firſte originall of that nation untill the year* MDIX, *collected by* R. H. *Continued 'till the year* MDXLVII, by Rich. Stanyhurſt. To Sir Henr. Sydney, Pr. ded. " Taking in hande, right honourable, to gather the perticular hiſtories." London. MDLXXVII et MDLXXXIII. fol. *The chronicles of England from William the Conquerour (who began his reign over this land to the year after Chriſtes nativitie* MLXVI) *untill the year* MDLXXVII *faithfull gathered and compiled by Raph. Hollinſhed. And continued from the year* MDLXXVII *untill this preſent year of grace* MDLXXXV. *newlie amended and enlarged with a neceſſarie table thereunto annexed, both of names and matters that are memorable.* Idem opus ad annum uſque MDLXXXVI extenſum alium habet titulum ab hoc paululum diverſum. Aliae hujus *Chronici* editiones ſunt Lond. A. MDLXXXVII. 2 vol. fol. et MDCLXXXIII. 2 vol. fol. Obiit apud Bromcote in agro Warwicenſi, ubi parochus erat circa A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 234. 311. The Deficiency in the third vol. of Hollinſhed's *Chronicle* begins in ſome books 28 Eliz. p. 1431, which in the caſtrated edition is ſignatured A. B. C. D. E. in the uncaſtrated one A a a a a a a j. In other books the deficiency begins p. 1419. where the hiſtory of the ſucceſſion of the earles of Leiceſter, is wholly omitted, as alſo a great part of his entertainment in the towns of Holland: ſo that what in the uncaſtrated edition makes ten pages, in the caſtrated edition makes but two. The caſtrated edition is ſignatured A. B. C. D. E. And p. 1490. p. 1491. (ſignatured F. G. H. I.) is on the back pag. 1536. Vid. p. 1330. whether not a leaf more in the uncaſtrated than in others.

p. 1432. left out from col. 1. lin. 71. to col. 2. lin. 15.	pag. 1433. 4 lines (ſc. col. 2. 18. 19. 21. 22.) about the actions of 19 and 20 April. omitted.
p. 1490	p. 1434.
p. 1491	p. 1435. The lives of the archbiſhops of Cant. by Fr. Thin.

pag.

Uncastrated	Castrated
	p. 1491. A tretise of the lord Cobham's with the wardens of the Cinque Ports by Fr. Thin.
pag. 1491. The note of Reginald Scot. conc. Dover haven.	
p. 1536. immediately follows.	p. 1535.
p. 1539	p. 1539. The same in both; and so they continue on from the signature K k k k k k k j.

The difference of the Title

Uncastrated.	Castrated.
The Chronicles of England from Will. the Conquerour (who began his reign over the land in the year after Christes nativitie MLXVI.) *untill the year* MDLXXVII *faithfull gathered and compiled by Raph. Hollinshed. And continued from the year* MDLXXVII *untill this present year of grace* MDLXXXV *newlie amended and enlarged. With a necessary table thereunto annexed, both of names and matters that are memorable.* *Cum privilegio regiae majestatis.*	*The third volume of Chronicles, beginning at Duke William the Norman, commonlie called the Conquerour, and descending by degrees of years to all the kings and queens of England in their orderly successions. First compiled by Raphael Hollinshed, and by him extended to the year* MDLXXVII. *Now newly recognised, augmented, and continued (with occurrencies and accidents of fresh memorie) to the yeare* MDLXXXVI. *Wherein also are contained manie matters of singular discourse and rare observation, etc. With a third table (peculiarly, etc.* *Historiae placeant nostrates ac peregrinae.*

The wooden cut round the title, the same.

The difference is caused by omitting the lives of the archbishops of Canterbury, the lords Cobhams, and the lord Wardens by Fr. Thin. The rest are insignificant.

HOLLYBUSH [JOHANNES] Transtulit e Germanico in Anglicum *The homish apothecarye, out of Almaine, or High Dutch, by J. H.* Pr. " Make lye of ashes burnt." Collen MDCLXI. fol. Ex Latino in Anglicum *Expositionem in hymnos Magnificat, Salve regina, Benedictus, Nunc dimittis.* Pr. ded. Joh. Freder. duci Saxon. " I have, most doughty prince, received." Southwark. MDXXXVIII. 12mo. *A testament in Latin and English. put forth by one Hollybush, and printed in Southwark by Nicolson.* MDXXXVIII 4to. Liber hic in *Catalogo* Rad. Thoresby, p. 504. ita: " The " New Testament both in Latin and Englishe, eche correspondent to the other after the vulgare " text, commonly called St. Jerome's, faithfully translated by John Hollybush, A. MDXXXVIII, " printed in Southwark by James Nicolson, with the king's licence. In princ. An almanack for " 18 years: then the calender; at the end a table of the epistles and gospels."

HOLME [WILFRIDUS] generosa ortus familia in agro Eboracensi. Scripsit *The fall and evil successe of rebellion,* carmine. Pr. " When Phoebus abated from abundant frigiditie." Lond. MDLXXII. 4to. Scripsit hoc carmen 29 Henr. viii apud Huntington in agro Ebor. Baleo liber hic ita intitulatur, *Dialogus de Lincolniensium et Eboracensium rusticorum commotionibus,* lib. i. " Postquam frigora Phoebus." *Ad Merlini praedictiones,* lib. i. " Sed unum, inquam, quod." Claruit A. MDXXXVI, et eodem anno obiit. Bal. ix. 22. Pits. p. 726.

HOLMUS [GULIELMUS] Chordigerae sectae imitator, dum viveret, honestam aliquam è benefactis apud posteros gloriam sperabat; quam ego si nunc illi inviderem, profecto candidi hominis nomine indignissimus essem. Atqui rogaret hic a me aliquis, quid is vivus laude dignum fecerit? cui non gravate quod didici per manus, idque fideliter, tradam. Primum virtuti, rerum omnium facile principi, studebat. Accessit ad hanc prompta quaedam felicis ingenii alacritas: unde et enata occasio, ut per latos bonarum artium campos exspatiaretur. Quod annis non paucis cum fecisset, domum secum attulit salubria multa, quibus non modo suae animae morbis, verum etiam proximorum mederetur. Nec sic contentus, quae ejus erat pietas, una tulit divitem rerum medicarum copiam, ut corpora intemperie languentia percuraret. Et ne tantus fructus, tam solicite quaesitus, ac tandem utiliter inventus, brevi cum illo moreretur, scripsit, maxima usus diligentia, egregium de simplicibus medicamentis [a] volumen circiter annum a Christo nato MCCCCXV. Nunc ejus benefactorum ratio liquide reddita est. Utinam per me, quam a posteris speravit, famam consequatur [b]. Ex *Lelando.*

[a] Lib. i. Mss. Cantab. in bibl. S. Petri Cod. 211. Pits. p. 595. [b] Quicquid de hoc auctore habet Baleus (vii. 51.) ex Lelando desumptum est.

HOLTE [JOHANNNES] sive HOLTIGENA, patria Suffexiensis; primo hypodidascalus scholae grammaticae collegii S. Mariae Magdal. Oxon. deinde socius istius collegii A. MCCCCXCI admissus, et mox, ut videtur, archididascalus scholae praedictae. Vir rei gramaticae per ea tempora peritissimus, et in erudienda juventute callentissimus. Scripsit brevem grammaticam, cui titulus *Lac puerorum,* Johanni Morton, archiepiscopo Cantuar. dedicati. Extat . . . MCCCCXCVII. Claruit A. MDX. Bal. xi. 89. Pits. p. 689. *Athen. Oxon.* i. 7. 8. *Hist. et antiq. Oxon.* ii. 192.

HOLYMAN [JOHANNES] Codyngtonae juxta Hadenham in agro Buckingham. natus, in literarum bonarum studiis tyrocinium posuit in schola Wickhamica apud Wintonam, quo finito

Oxoniam missus socius collegii Novi electus est A. MDXII. Postea juris canonici studiosus, gradibusque academicis cohonestatus in collegio Exon. tanquam hospes commoratus est; successu temporis factus monachus Benedictinus Readingensis, S. theol. doctor, rector de Hanborough juxta Woodstock. com. Oxon. et A. MDLIV episcopus Bristoliensis. Odio capitali reformatos prosecutus est, et scripsit *Contra doctrinam M. Lutheri*, lib. i. *Defensionem matrimonii reginae Catherinae cum rege Henrico* viii. lib. i. Obiit A. MDLVIII, et in ecclesia, ut videtur, Hanburgiensi sepultus jacet. Pitf. p. 725. *Athen. Oxon.* i. 112.

S. HONESTUS (Dempst. 341.) presbyter sive Scotus sive Hibernus; praeceptor S. Firmini. Scripsit, *Institutionem cleri*, lib. i. *Ad Galliae episcopos*, lib. i. Claruit A. CCLIII. Colitur in monasterio S. Mariae in Insula Traille 20 Septembris, ubi reliquiae. Dempster. viii. 643.

HONORIUS, Tresriauci filius, virtutis et eruditionis ornamenta lucida a Davide sanctissimo praeceptore sanctissimus discipulus accepit, eo loco, quo terrae extensio occidentem Cambriae terminat. Adjacet extensioni insulae, ambitu parva, at fama maxima; cui nomen antiquitus a Graeca origine Limenus fuit, nunc vero Ramesega: hic vitam Honorius illustris [a] parcam ac duram exegit. Justinianus, monachus ex Britannia continentis, Davidis gratia hic appulit. Incola humanissime accepit hospitem. Venit et universus una cum Davide Menevensium chorus eundem salutaturus. Piratae postea vim insulae inferentes, Justinianum occiderunt. Martyrii loco nomen *Scopulus leprosus*, a morbis sancti beneficio percuratis, inditum est. Sic dum Honorium luci restituimus, commode et Justiniano tantundem praestitimus. Ex *Lelando*.

[a] Claruit A. D. DLX, sed ejus perierunt scripta. Bal. x. 6. Pitf. *App.* p. 864.

HONORIUS monachus, capellanus Baldwini archiepiscopi Cantuar. dein celerarius, postea prior ecclesiae Christi Cantuar. electus 17 cal. Jul. MCLXXXVI. Extat sub ejus nomine *Collectio epistolarum*, pendente per xv annos lite inter archiepiscopos Baldwinum et Hubertum et ecclesiam Christi Cantuar. de capellis de Hakinton et Lambeth. Apographa extat inter Mss. Stillingfleet. Dubium tamen moveri posset, an haec collectio fuerit Honorii, quia in praefatione mentio fit regis Johannis. Peste extinctus obiit Romae 12 cal. Nov. MCLXXXVIII. Whart. *A. S.* tom. i. p. 138.

HONORIUS SCOTUS (Dempst. 359.) monachus ordinis S. Benedicti in coenobio Cuprensi, dein Brechinensi episcopo vicarius. Scripsit, *Linguarum orientalium synopsin*, lib. i. *De lingua Hebraica*, lib. i. *Dictionarium Hebraicum*, lib. i. *Paraphrasin in universum V. T. cum repertorio*, lib. ix. *Chronicon Rabbi Salomon* Latinitate donavit. Claruit A. MCCCCLII. Dempster. viii. 679.

HOOKERUS [JOHANNES] alias VOWELL ex antiqua et generosa familia in civitate Exon. oriundus, academiae Oxon. in collegio Exon. vel Corporis Christi, alumnus fuit. A. MDLIV primus camerarius civitatis Exon. electus. Vir erat ingenio fatis felici et in eruendis antiquitatibus sagaci; ac astronomiae peritus. In Hibernia vixit aliquantulum, et ibi senator in parliamento anni MDLXVIII pro oppido Athenrie in Connaciae provincia (*Contin. chron. Hib.* p. 120.) A. MDLXXI fuit senator in parliamento Angliae pro civitate Exon. Scripsit Anglice, *The order and usage of keeping the parliaments in England.* Pr. "The king, who is God's anointed." Lond. MDLXXII. 4to. Extat etiam in *Continuat. chron. Hibern.* p. 121. *The events of comets or blazing stars, made upon the sight of the comet Pagonia*, Lond. MDLXXVII. 8vo. *Continuationem historiae Hibernicae ab* A. MDXLVI *ad ann.* MDLXVIII. (MDLXXXVI.) Pr. pr. "As from the time of Giraldus Cambren." Extat in 2do vol. *Chronici* per Hollinsh. edit. Lond. MDLXXXVII. fol. *Historiam episcoporum Exoniensium a Werestano ad Woolton*, A. MDLXXIX. Pr. "Werstanus at a provincial synod." Extat in tertio volumine Hollinsh. p. 1300. *Continuationem chronicorum Hollinshedi ab* A. MDLXXVII *ad* MDLXXXVI. Extat Lond. MDLXXXVII. fol. *Descriptionem Angliae* non semel a G. Saltern *De antiquis Britanniae legibus* citatam. *Descriptionem civitatis Exoniae* in qua historia rebellion's in Damnonia et Cornubia A. MDXLIX et historia de antiquitate, etc. ecclesiae S. Petri ibidem. Pr. "Excester or Exeter is a famous." Primum edita ab Abr. Fleming in Hollinsh. vol. iii. p. 1007. In Mf. Norwic. Mori. 904. dantur collectanea manu propria hujus Hookeri, sc. 1. *Part of a journal of the parliament at Dublin.* A. D. MDLXVIII. 2. *The arms and quarterings of the lords of parl. in England temp. Edw.* vi. *Mariae et Elizabethae.* 3. *Several collections of the arms of the gentry in Engl. and Ireland.* Transtulit in sermonem vernaculum, et notis illustravit *Giraldi Cambrensis de expugnatione Hiberniae.* Pr. ded. dom. Gualt. Raleigh. "Among all the infinite good "blessings." Extat in secundo vol. Hollinsh. *Chron.* edit. Lond. MDLXXXVII. f. Obiit senex mense Nov. MDCI, et Exoniae sepultus est. (A. Wood Mf. eum A. MDCV. claruisse dicit.) *Athen. Oxon.* i. 311. seq. Vide Dav. Povel. in *Epist.* ded. dom. Henr. Sidneio pr. Pont. Virunn. MDLXXXV.

HOOKER [RICHARDUS] patria Devoniensis (apud Heavytree. Fuller) prope Exoniam natus A. MDLIV (A. MDLIII. Walton) in collegio Corporis Christi Oxon. in studiis humanioribus institutus, ubi A. MDLXVII clericus, A. MDLXXIII scholaris, et A. MDLXXVII socius ac magister artium evasit. A. MDLXXIX Hebraeae linguae professor extraordinarius constitutus A. MDLXXXIV rector ecclesiae de Drayton Beauchamporum in comit. Bucking. A. MDLXXXV Templariorum Londini magister. A. MDCXI rector de Boscomb in agro Wilton. Subdecanus et praebendarius ecclesiae Sarisburiensis, et tandem A. MDCXCV rector ecclesiae de Bishopsbourn juxta Cantuariam ad praesen-

praesentationem dom. reginae. Scripsit, *The laws of ecclesiastical polity*, lib. viii. ded. archbishop of Canterbury. " Most reverend in Christ, the long." Extant primi quatuor Lond. MDXCIV. fol. Quintus seorsum Lond. MDXCVII. fol. Sextus et octavus seorsum Lond. MDCXLVIII. 4to. Omnes Lond. MDCXVII. 2 vol. fol. MDCLXII. MDCLXVI. MDCLXXXII. fol. *Some strictures on the letter that was printed* A. MDXCIX. *against his ecclesiastical polity*, Mf. in bibl. C. C. C. Oxon. 215. *Answer to a supplication preferred by Mr. Walter Travers to the* H. H. lords of the privy council. Pr. ded. archiep. Cantuar. " May it please your grace to understand." Oxon. MDCXII. 4to. *A discovery of the causes of contention concerning church government*, Oxon. MDCXLI. 4to. *His judgment of the king's power in matters of religion, advancement of bishops, etc.* Lond. MDCLXI. SERMONS: *Discourse of justification, works, and how the foundation of faith is overthrown on Abak.* i. 4. Pr. " For the better manifestation." Edit. ab Henr. Jackson Oxon. MDCXII. 4to. *Of the nature of pride on Abak.* ii. 4. Pr. " The nature of man being much more." Ibid. *Remedy against sorrow and fear on John* xiv. 27. Pr. " The holy apostles having gathered." Ibid. *Of the certainty and perpetuity of faith in the elect on Abak.* i. 4. Pr. " We have seen in the opening." *Two sermons upon verses* 17—21. *of St. Jude's epistle.* Pr. " The occasions whereupon together " with." Edit. Oxon. MDCXIV. 4to. Hae conciones rursus editae MDCXXII, et ad finem librorum octo *Ecclesiasticae politiae.* Lond. MDCLXXXII. fol. *Sermon on Matthew* vii. 7. edidit Isaac. Walton ad finem vitae doctoris Sandersoni, Lond. MDCLXXVIII. 8vo. Obiit 2 Novemb. MDC, et in ecclesia de Bishopsbourn humatus jacet: Tumulo et epitaphio eum postea decoravit Gulielmus Cowper armiger. Vitam ejus conscripsit If. Waltonus. *Athen. Oxon.* i. 302. seqq. Blunt. p. 595. Fuller's *Worthies*, i. 264.

HOOPERUS [JOHANNES] patria Somersetensis in academia Oxon. et, ut A. Wood videtur, in collegio Merton. in studiis humanioribus institutus. Emenso philosophiae curriculo, monachi Cisterciensis habitum assumpsit, quem mox abjecit, et Londinum se contulit, ubi lectione quorundam Lutheri librorum amplectendam doctrinam reformatam invitabatur. Circa annum MDXXXIX metu sex articulorum solum vertit, et usque ad Henrici viii mortem per Galliam, Hiberniam, et Helvetiam vagari coactus est. Regnante Edwardo in patriam rediit, et A. MDXLIX unus accusatorum Bonneri fuit. Fox. i. edit. p. 700. et capellanus ducis Somerset. Strype in *Vita Cranmer.* p. 219. Anno MDL episcopus Glocestrensis designatus est; accepto etiam A. MDLII (regis dono) Wigorniensi multo opulentiori episcopatu, quem simul cum Glocestrensi per dispensationem regiam quae *Commenda* vocatur, tenuit. Maria regnum auspicante Londinum accersitus est, ubi 28 Jan. MDLIV Stephanus Gardiner, episcopus Winton. ei duos objecit articulos, unum de matrimonio clericorum, alterum de divortio, (vid. Ric. Smith librum *De coelibatu*) deinde in carcerem compactus, et tandem haereseos damnatus, igni traditus est Glocestriae 9 Febr. MDLV. Inter doctos sui seculi viros in primis annis philologia simul et philosophia clarus, senex autem theologia et patrum lectione non minus insignis habebatur. Erat ecclesiae Romanae infensissimus, matri Anglicanae autem non per omnia amicus; utpote qui puritanis favebat, et ritibus ecclesiae, saltem quod ad vestes sacras spectat, se non conformem praestabat. Scripsit Anglice, *Answer to the bishop of Winchester's book, entit. A detection of the devil's sophistry, wherewith he robbeth the unlearned of the true belief in the sacrament of the altar.* Pr. " Youre booke, my lorde, intytlid." Zurich. MDXLVII. 4to. *A declaration of Christ and his office.* Ded. to Edw. duke of Somerset, 8 Dec. MDXLVII. Pr. " The godlye pretence." Zurich. MDXLVII. 8vo. recus. cum correctionibus Christoph. Rosdell . . . 12mo. *Lesson of the incarnation of Christ.* Pr. pr. " Seyng we " be even so apointed." Lond. MDXLIX. 8vo. *Sermons on Jonas before the king and council in Lent.* MDL. Pr. ded. regi Edw. vi. " Amonge other most noble and." Lond. MDL. et MDLIX. 8vo. *Answers to certain queries concerning the abuses of the mass.* Burnet, *Hist. reform.* vol. ii. num. 25. *A godly confession and protestation of the christian faith, wherein is declared what a Christian man is bound to believe of God, his king, his neighbour and himself*, ded. K. Edw. vi. and parliament. " The wyse man Cicero most." Pr. lib. " I beleve accordynge to the holi." Lond. MDL. 8vo. *Homily to be read in the time of the pestilence, and a most present remedy for the same.* . . . MDLIII. 4to. *Various letters written in prison.* x. in Fox. *Acts et monum. of the church.* A. MDLV. p. 1507. 1511, etc. iii. in Strype in *Vita Cranmer. append.* p. 133. seq. *to the prisoners in the counter* dat. 4 Jan. MDLIV. extat ad finem *Apologiae.* i. *about the story of his recanting*, dat. 20 Febr. MDLIV. Mf. Eman. Cantabr. *Exhortation to patience sent to his wife Anne.* Pr. " Our Savior Jesus Christ." Fox. p. 1513. *Certain sentences written in prison*, Lond. MDLIX. 8vo. *Speech at his death.* *An apology against the untrue and slanderous report made of him, that he should be a maintainer and encourager of such that cursed queen Mary.* Pr. " It is the use and " fashion of all." Lond. MDLXII. 8vo. Quibus adduntur epistolae nonnullae scriptae in carcere. *Comfortable expositions on the* 23. 62. 73. et 77. *psalms*, Lond. MDLXXX. 4to. *Exposition* on Psal. xxiii. Pr. " To the faithful in the city of London." Pr. " Your fayth and hope of." Lond. MDLXII. tempore reg. Mariae. *Annotations on the* 13 *chapt. to the Romans.* Pr. ded. decano, cancellario, archidiacono, etc. dioec. Glocestr. " If the dangers and perils." Worcester. MDLI. Lond. MDLXXXIII. 12mo. *Twelve lectures upon the creed*, Lond. MDLXXXI. 8vo. *Confession of the Christian faith, containing* 100 *articles, according to the order of the creed of the apostles.* Pr. " I believe in one God." . . . MDL. Lond. MDLXXXI. 8vo. A. MDLXXXIV. annectebantur Johannis Baker *Lecturis super symbolum apostolorum.* *Declaration of the ten holy commandments of*

Almighty God. cap. 19. Pr. " I commende here unto thy charitie." . . . MDXLVIII. Lond. MDL. et MDLXXXVIII. 8vo. *Articulos* 50. *Injunctiones* 31. *et Examinationes, etc. in visitatione dioec. Glocestr.* Strype in *Vita Cranmer.* p. 216. *Concionem funebrem habitam* 14. Januar. MDXLIX. *in Revel.* xiv. 13. I heard a voice, etc. Pr. " The death of a man's frendis." Lond. MDXLIX. 12mo. recus. per Tho. Purfote . . . 8vo. His addidit Baleus. *Varias conciones*, lib. i. *An fides celari possit*, lib. i. *De perseverantia Christianorum*, lib. i. *Vitandos esse pseudoprophetas*, lib. i. *Ad Vigornienses et Glocestrenses*, lib. i. *Contra abominationes missae*, lib. i. *Adversus concionem Jacobi Brokes*, lib. i. *Contra mendacia Thomae Martin*, lib. i. *In psalmum, Levavi oculos meos*, lib. i. *Super orationem Dominicam*, lib. i. *Fidelis uxoris officia*, lib. i. *De triplici hominis statu*, lib. i. *Contra Buceri calumniatorem*, lib. i. *De re eucharistica*, lib. i. *De vera et falsa doctrina*, lib. i. *Contra obtrectatores divini verbi*, lib. i. *Ad Londinensis antichristi articulos*, lib. i. *Contra primatum Romani episcopi*, lib. i. *Exhortationes ad Christianos*, lib. i. Latine etiam ex carcere scripsit *Epistolam ad episcopos, decanos, archidiaconos et caeteros cleri ordines*, A. MDLIV. Pr. " Non vos latet, viri doctissimi." Fox. p. 2135. *De pseudo-doctrina fugienda*, lib. i. " Adversarius humani generis." *Ad parliamentum contra neotericos*, lib. i. " Quanquam viri " illustrissimi." *Pro doctrina coenae Dominicae*, lib. i. " Ne cuiquam vestrum fratres." *Contra corporalem praesentiam*, lib. i. " Secundus liber, in quo neoterici." *Ad Glocestrios et Vigornios*, epist. i. " Per duos annos et aliquot." *Ad cardinalem Polum.* epist. i. " Non eo animo, vir orna-" tissime." *Ad Cicestrensem episcopum* epist. i. " Pii et boni viri, praesul amplissime." *Epistolam* i. *Lat. Calvino* dat. 3. Sept. MDLII. edit. per Colomesium Lond. MDCXCIV. 12mo. p. 288. *Epistolas* ii. Fox. p. 1482. Transtulit in Anglic. *Tertulliani ad uxorem* lib. ii. " De electione " mariti et uxoris." Lond. MDL. 8vo. Bal. viii. 86. *Athen. Oxon.* i. 91. seqq. Godwin. p. 590. Fox. p. 1502.

HOPKINS [JOHANNES] poëta, ut ea ferebant tempora, eximius; et ludimagister, ut dedicatio Edwardi Hake ante tractatum *De pueris instituendis.* Metris Anglicanis donavit *Psalmos Davidis* lviii. Cum notis musicis Genev. MDLXIX. fol. Hi saepissime impressi, I. H. notati ad finem Bibliorum Anglicanorum vulgariter in ecclesiis canuntur. *Septem psalmi* sc. 30. 33. 42. 52. 79. 82. 146. cum argumentis rhythmice publicati cum Sternholdi, Lond. MDLII. 12mo. Claruit A. MDLVI. Bal. par. post. 113. *Athen. Oxon.* i. 76.

HOPKINS [RICHARDUS] Anglus, aulae S. Albani A. MDLXIII apud Oxonienses alumnus. Regnante Elizabetha solum vertit, et primo Parisios, dein Madritum se contulit, ut religionem pontificiam quiete profiteretur. Transtulit in linguam Anglicanam *Ludovici Granatensis opera quaedam spiritualia : Of prayer and meditation; wherein are contained* 14 *devout meditations for the seven days of the week, both for the morning and evening, etc.* Paris. MDLXXXII. 8vo. Rotomagi MDLXXXIV. 12mo. Epitome ejus impressa Lovan. MDXCIX. 8vo. *Ejusdem memoriale vitae Christianae.* Rotomagi MDLXXXVI. 12mo. MDXCIX. 8vo. Obiit Parisiis circa A. MDXC. Pits. *App.* p. 816. *Athen. Oxon.* i. 245.

HORBACH [GULIELMUS] decretorum doctor Anglicus. Scripsit *Conclusiones et determinationes.* Pr. " In nomine Domini, Amen." Ms. in bibl. collegii Omnium Animarum 37. In bibl. coll. Corporis Christi Oxon. 72. datur Ms. h. t. *Collectio dubiorum motorum in curia de Rota, auctore Gul. Horbroch*, alias *Horbach.* Qu. an idem liber? Floruit A. MCCCLXXVI. A. Wood Ms. Pits. pr.

HORMAN [GULIELMUS] patria Sarisburiensis (Caesarisburgensis in epist. praef. *Vulgaribus puerorum, etc.*) primis literarum elementis in schola Wintoniensi imbutus ad collegium Novum Oxoniam abiit, ubi, absoluto probationis tempore, socius perpetuus electus fuit MCCCCLXXVII. Decurso abinde quinquennio, sodalitio sponte abdicavit A. MCCCCLXXXII. Mox collegii Etonensis juxta Windesoram gymnasiarcha et socius ac tandem vice-praepositus factus est. A. MCCCCXCIV 25 Aug. ad praesentationem praepositi et sociorum collegii Eton. institutus fuit ad rectoriam de Wrothan oriental. in comit. Norfolc. quae vacabat per ejus resignationem A. MDIII. *Regist.* Norwic. xii. 179. xiii. 22. Baleus et Pitseus hunc Gulielmum dicunt aliquando fuisse collegii Regalis Cantabrig. alumnum, quem errorem retulerunt ex eo, quod quidam Galfridus Harman Cantabrigiensis collegii Etonensis socius circa haec tempora fuit. Scripsit, *Antibossicon ad Gul. Lilium*, lib. i. " Quod mea significas vulgaria, candide Lili." Lond. MDXXI. 4to. — *Apologeticon contra Roberti Whitintoni protovatis Angliae incivilem indoctamque criminationem*, 2 part. Pr. " Cum " queror ignavo rodi me carmine, bilis." Ibid. *Vulgaria puerorum*, lib. i. cap. 37. Pr. ded. dom. Gul. Atwater, episcopo Lincoln. " Postquam publico erudiendae juventuti." Lond. MDXIX. MDXXX. 4to. Lat. et Angl. *Compendium historiae Gul. Malmsburiensis*, lib. i. " Prima sedes epi-" scoporum post Christum." *Epitomen historiae Johannis Pici, comitis Mirandulae*, lib. i. *Elegiam in mortem Gulielmi Lilii.* Pr. " Lili pars animi nostri fera." *Anatomiam membrorum*, lib. i. " Galenus in Tegni testatur." *Anatomiam corporis humani*, lib. ii. " Corporis humani partes." *Penultimarum syllabarum tempora*, lib. i. " Penultimae syllabae tempus." *Indices chronicorum*, lib. i. " Abbas Siculus, Nicolaus Panormit." *Sophicos flores*, lib. i. " Virtutes theologicae cum " materia." *Herbarum synonyma*, lib. i. " Abrotanum et Ablactorium dicuntur." *Collectanea diversorum*, lib. i. " In anteriori parte capitis." *Farraginem plurium*, lib. i. " Abusiones in " mundo novem." *De orthographia*, lib. i. " Orthographia est vere scribendi." *Farraginem historiarum*, lib. i. " Generationes patrum veteris." *De arte dictandi*, lib. i. " Inter varia arti-

" ficia,

" ficia, colendiss." *Super secundo regis connubio*, lib. i. " Quaeritur, an ducere uxorem fratris." *Fascem rerum Britannicarum*, lib. i. " Britannia insula Graecis." *Apothecam carminum jucundiorum*, lib. i. " Gaguini oratoris carmen." *In theologiam Gabrielis Biel*, lib. i. *Orationes et carmina*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Annales chronicorum*, lib. i. " Augustinus venit in " Angliam." Mf. Bale. Glyn. In hos autores et libros *Indices* contexuit: *In Catonem de re rustica*, tab. i. " Ager, quomodo emi pararique deb." *In Varronem de re rustica*, tab. i. " Agno" rum cura, libro secundo, cal." *In Columellam de re rustica*, tab. i. " Absynthiten libro decimo " tertio." *In Palladium de re rustica*, tab. i. " Ablaqueatio vitium, libro secundo." *In chronica Sabellici*, tab. i. " In hac tabula est compendiosum." *In historiam Venetorum ejusdem*, tab. i. " Actio " Aestensis, septuagesimo." *In moralia Aesopi*, tab. i. " Adjutorio alterius omnes indige." Et multa alia, quae moriens imperfecta reliquit. Obiit 12 Apr. MDXXXV, et in collegii Etonensis exteriori sacello humatus jacet. Epitaphium ejus in *Hist. et Antiq. Univ. Oxon.* ii. 135. *Athen. Oxon.* i. 35. seq. Bal. viii. 70. Pitf. 722. seq. Fuller's *Worthies* iii. 156.

HORMYNGER [JOHANNES] ex claro genere in Suffolcia, ut fertur, oriundus, literarum non infimus cultor, idemque bonarum artium ardentissimus amator fuit. Plures ille variis in locis diversas scientias praelegentes audivit: interdum tamen deposita philosophiae severitate solitus est Musarum fontes petere; et historiarum, quae magnarum rerum exemplis sapientiores homines reddunt, indulgere lectioni. Scripsit Anglice *Angliae commendationes*, lib. i. " Ut ad beneplacitum " et solatium sereniss." Claruit A. MCCCX. Bal. iv. 93. Pitf. p. 398.

HORN [ANDREAS] urbis Glocestrensis (si Balei xii. 41. conjecturae sit fides) alumnus. Vir historiae et juris municipalis Angliae callentissimus. Scripsit *Claudiocestriae chronicon*, lib. i. Bale. quod jampridem periit. Wharton. *App.* p. 21. Et *Speculum justitiariorum circa finem regis Edwardi* ii. Hoc *Speculum* typis mandatum erat Gallice. Lond. MDCXLII. 8vo. Anglice per W. H. hosp. Gray. Lond. MDCXLVI. 12mo. *Le miroir à justices*, sive *Speculum justitiariorum*, lib. iv. Princ. praef. " Comme jeo m'appercevoi divers." Mf. coll. C. C. Cantabr. O. 19. Mf. manu recenti scriptus in bibl. Bodl. NE. F. 3. 4. Codex impressus corruptissimus est Mf. Langb. in bibl. Bodl. Hujus *Speculi* Hornus non autor, sed tantum annotator erat. Dugdal. *Orig.* 55.

HORN [HENRICUS] scripsit ad Tho. Goldston priorem Cantuar. *Contra pestilentiam.* Ita Joh. Twyne in *Collectaneis* suis inter codices Mfs. C. C. C. Cantabr. Oxon.

HORN [ROBERTUS] patria Dunelmensis, apud Cletor in Coplandia, Cumbriae parte sic dicta, natus, apud Cantabrigienses in collegio D. Johannis Bapt. literis academicis imbutus, ubi tandem A. MDLIX (Mf. Inett.) S. theol. doctor evasit. Ab Edwardo vi mense Novemb. A. MDLI decanus Dunelmensis factus. A. MDXLVI Octob. 3. institutus ad vicariam de Matching Essex. quam resignabat A. MDLIII. Newc. ii. 411. A. MDL. 8 May. per archiep. Cranmerum collatus ad rectoriam ecclesiae Omnium Sanctorum Breadstreet. Sceptrum vero capessente Maria solum vertit, et in Germania exul egit, ubi praelector erat linguae Hebraicae ad exules Francofurti. Illa vero extincta in patriam rediit, et A. MDLVIII decanatui Dunelmensi restitutus, et A. MDLX ad sedem episcopalem Wintoniae evectus est. Obiit in aedibus Southwercanis 1 Junii MDLXXIX, et in ecclesia sua cathedrali sepultus est. Scripsit, *An answer made to a book entit.* " The declaration of such " scruples and staies of conscience touching the oath of supremacy, as Mr. Jo. Fekenham by writ" ing did deliver unto the said L. bishop with his resolutions made thereunto." Pr. pr. " It is " nowe a whole yere past." Lond. MDLXVI. 4to. De hac controversia inter Horn et Fekenham vide Strype *Elizab.* 457. *An apology for leaving his country*, lib. i. " After that God had striken " our head.". . . 12mo. in part. transmar. Et Lond. MDLXXXIV. 12mo. praefix. transl. *Homil.* Calvini. *De missae abominationibus*, lib. i. Anglice. *Preface to his discourse read at the conference at Westminster Abbey* MDLIX. Strype in *Vita Elizab. App.* n. 15. *Epistolam Gualtero Figurino de controversia circa habitum clericorum.* Ibid. n. 25. *Epistolas duas M. Parkero.* Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 435. Transtulit in sermonem vernaculum, praefationeque ornavit *Homilias quasdam Calvini*, lib i. 1. *De idololatria*, in Psal. xvi. 3. Pr. " I will not communicate, etc. the doctrine." Prima editio in part. transmar. . . 12mo. Secunda Lond. MDXCV cura Anton. Munday. 2. *De persecutione in Hebr.* xiii. 13. Pr. " Let us go, etc. All the exhortations." Lond. MDLXXXIV. MDXCV. 12mo. *Fasti Oxon.* i. 101. Bal. ix. 95. Godw. p. 300.

HORNEBY [HENRICUS] patria Lincolniensis, in academia Cantabrigiensi educatus, et ibidem S. theol. doctor ac collegii sive domus D. Petri magister. Whart. Mf. ex Parkeri *Scel. Cantabr.* A. MDI mag. Henr. Horneby S. theol. prof. praebendarius de Nassington in eccles. Lincoln. decanus capellae ac secretarius illustrissimae dominae Margaretae matris regis, *Regist.* Gul. Smith episc. Linc. ac cancellarius. Fuller. *Cantabr.* 94. A. MDXVII. 30 Martii resignavit praebendam de Netherhall in ecclesia Ledbury Heref. dioec. tunc senex. *Regist.* Car. Booth. f. 10. 71. Rector etiam erat ecclesiarum de Orwell et Ouer. coll. Mf. Wren. Scripsit ad Margaretam R. Henrici matrem, *Historiam nominis Jesu*, lib. i. " A solis ortu usque ad occasum." *Historiam visitationis Mariae*, lib. i. " Aeterni patris filius Mariam." Claruit A. MDX, et obiit 12 Febr. MDXVII. Parker. *Scelet. Cantabr.* Bal. xi. 86. Pitf. p. 688.

HORNEBY[a] [JOHANNES] sive CORNUBIUS, suos Carmelitas celebres laudatores habet: inter quos Laurentius Burellus, Divionensis, non infimus est. Is etenim in libro *De illustribus Carmelitis*, Cornubii memoriae tetrastichon dedicavit. Ego nihilominus curabo, ut, una cum tot suffragiis, et meus qualiscunque prodeat calculus. Quae igitur cognita habeo, dicam. Grantae[b]

[a] Joannes Horneby, sive Hornebius, Bale. Pitf. [b] Cantabrigiae floruit MCCCLXX, et MCCCLXXX Mf. Bal. Sloan.

 nostrae,

nostrae, de bonis literis optime meritae, studuit; ibique titulos erudito theologo debitos accepit. Fuit illi magna cum Joanne Stocho[c], Dominicano, cujus in Simone Stocho mentionem fecimus, controversia. Vulneraverat hic Stochus[d] aculeato calamo sectam Carmeliticam, ita ut in albis illorum palliis rubras notulas reliquisset. Non tulit tam insignem Cornubius[e] contumeliam, et, exerto statim calamo, adversarium confodit[f]. Sic ille symmystas suos edito libro a calumniatore liberos fecit. Scripsit praeterea *Sacras conciones*[g], et *Quaestiones*[h], quibus illa applausit aetas. Praefuit anno D. MCCCLXXIV Carmelitis Botolphodunum incolentibus. Est autem Botolphodunum celebre emporium, princepsque Hollandiae superioris oppidum: vulgus locum, truncato et corrupto vocabulo, BOSTON appellat. De tempore, quo fatis concessit, nihil certi habeo. Ex *Lelando*.

[c] Stokeso, Mſ. Lel. Trin. [d] Stokesus. ibid. [e] Cornutus Hornubius. ibid. [f] Edito libro, cui titulus, *Defensorium sui ordinis, sive Determinationes de intitulatione et confirmatione sui ordinis contra Jo. Stokes*, lib. ii. "Sane dici potest et satis catholice." Mſ. in Bodl. Muſ. 163. f. 176. [g] Sc. *Conciones ad populum*, lib. i. *Sermo ad clerum* [* Al. *populum*.] *pro suo ordine*, lib. i. "Datus "est ei decor Carmeli, extat Mſ. ibid. [h] *Ordinarias*, lib. i. Scripsit praeterea *Pro adepto triumpho*, lib. i. "Datus est ei decor Carmeli." *Pro introitu ad sententias*, lib. i. *Determinationes varias solemnes pro Carmelitis contra Dominicanos*, lib. i. *Historiam visitationis B. Mariae, ad reginam*, lib. i. "Aeterni patris filius Mariam." Pitſ. *Historiam nominis Jesu*, lib. i. "A solis ortu usque ad "occasum" Pitſ. Duo autem libri postremi potius Henr. Horn. debentur. Bal. vi. 50. Pitſ. p. 514.

HORSEFALL [JOHANNES] capellanus dominae Sheffield; institutus in ecclesiam S. Mariae Mounthaw, London. 14 Aug. A. D. MDLXXIV ad praesentationem dom. episcopi Hereford. quae vacabat ante 12 Octob. MDLXXXVII. Newc. i. 451. Transtulit in sermonem vernaculum *Nicolai Hemingii ecclesiasten sive concionandi methodum*. Pr. ded. tr. Dominae Sheffield. "After that I "had by good advice and earnest persuasion of certain my brethren, ministers of this city of Lon- "don." Lond. MDLXXIV. 12mo. et MDLXXVI.

HOSTRESHAM [NICOLAUS] Anglus, medicus sui temporis celeberrimus. Scripsit, *Viaticorum necessariorum* lib. vii. "Quoniam in rhetoricis, ut ait Tullius." *Antidotariorum* lib. i. "Ego Nicolaus rogatus a quibusdam." Mſ. in bibl. Omn. Anim. Oxon. G. 1. 9. et bibl. Bodl. Digby. 29. f. 245. et impr. Venet. MDII. fol. *Contra dolorem renum*, lib. i. "Lapis quando- "que generatur." *De febribus*, lib. i. "Post executionem particularium." *Practicas medicinae*, lib. i. "Practica dividitur in duo, in." *De modo dispensandi conficiendique medicinas*, lib. i. Et Mſ. Macro: ubi sequuntur tractatus varii medicinales, quos manus recentior huic Nicolao ascripsit: Sc. *De passione capitis*. *De passionibus oculorum*. *De sciatica*. *De febribus*. *De aquis, etc.* Claruit circa A. MCCCCXLIII. Bal. viii. 8. Pitſ. p. 636.

HOTHUM [GULIELMUS] vel HODON seu de ODONE et OTHONE natione Anglus; unus e primis sociis collegii Merton. Oxon. S. Dominici institutis addictus. Postea Lutetiae Parisiorum studuit, et ibi S. theol. doctor creatus est. In patriam reversus sui ordinis provincialis factus est, et missus Romam legatus ab Edwardo i ad papam Bonifacium viii A. MCCXCVII. Dum Romae viveret, archiepiscopus Dubliniensis a papa renunciatus est et consecratus. Ast Roma rediens anno sequenti apud Divionem in Burgundia obiit; inde corpus in Angliam deportatum, Londini forte in sui ordinis coenobio sepultum est. De hoc auctore Lelandus sequentia habet. GULIELMUS[a] ODO, Dominicanus, cujus Leander Albertus in libro tertio *De viris illustribus* meminit, vir solidae eruditionis fuit: tum praeterea tantae apud suos existimationis, ut semel atque iterum praeses provincialis declaratus sit. Nec interim tamen ejus honor a solis suis symmystis pendebat: nam vel apud ipsum Edovardum Longum, Anglorum principem ter maximum, in summo erat pretio: cujus rei illud argumento esse potest, quod Romam orator missus sit; ubi ut Edovardo pontifex maximus satisfaceret, archiepiscopi Dubliniensis tiara redimitus est. Sed non diu nova fruebatur dignitate; inter redeundum etenim Divioni Burgundiorum animam exhalavit tertio calendas Septembris. Intestina ejus tumultuario ibidem cespite terrae mandata sunt: reliquum vero corpus Londinum deportatum, et in collegio Praedicatorum cum celebritate sepultum. Scripsit *Super sententias*[a]. Item *De unitate formae*[b] libellum. Scripsit etiam, *De immediata Dei visione*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. *De anima*, lib. iii. "De scientia, "quae est de anima, praesens tractatus." Mſ. collegii Corp. Chr. Oxon. 107. Bal. iv. 74. Pitſ. 383. War. p. 121.

[a] Mſ. Lel. Trin Gulielmus de Hodon vel Hothum, alii Odonis cognominant, Dominicanus. [b] *Glossas sententiarum*, lib. iv. *Quaestiones super i lib. sententiarum*, lib. i. [c] *De unitate formarum*, lib. i.

HOTOT [GULIELMUS de] natus apud Carltonam juxta Cottingham in comitatu Northampton. monachus abbatiae Burgi S. Petri; dein A. MCCXLVI abbas electus, quo munere ultro cessit A. MCCXLIX. Scripsit *Collationes super Gul. Antissiodorensem abbreviatum*. Obitus ejus celebratur Januar. vi. *Histor. Petroburg.* 33. 210. 307. 308. Quidam GUL. HOTOFT frater praedicator, alius ab abbate Petroburgensi scripsit *Sermones plures*, etc. ex quibus excerpsit plurima Joh. de Schepeia. Mſ. Merton. Oxon. P. iii. 15. fol. i. et 218.

HOVEDEN [HUGO de] scripsit *Vitam regis Ricardi* i. quae extare dicitur inter Mſs. codd. Digbaeanos in bibl. Bodleiana. Ita enim cecinit Rob. Glocestrensis de hac vita Richardi:

But who so wole of his chevalrie, knowe or wyte,
Rede he in the cornycles, that ben of him wryte,
That mayster Hew hath of Howdane ywrouzte.

Hic

Hic Hugo idem fuiſſe videtur cum *Rogero de Hoveden*, autore *Annalium Burtonenſium*. Vid. Nicholſon. part. ii. chap. iii. *Engliſh Hiſt. libr.*

HOVEDENUS [JOHANNES] Londini natus, fuit S. theol. doctor, Aelianorae reginae matris Edw. i. capellanus (Mſ. Cotton. Nero C. ix.) et tandem parochus de Hoveden. Muſicae ſacrae addictiſſimus, rhythmis ſcripſit *Meditationem de nativitate, paſſione, et reſurrectione Domini vocatam Philomelae canticum*, lib. i. "Philomela praevia temporis amoeni." in bibl. Babwell. Mſ. carmen hujus principii eſt Mſ. Cotton. Cleopatra A. xii. Mſ. bibl. Bodl. Digby 28. f. 24. Mſ. bibl. Bodl. Laud. F. 72. f. 55. Mſ. Cotton. Nero C. ix. Principium Mſ. bibl. Bodl. Laud. I. 3. "Ave verbum." In eodem codice eſt altera *Philomela*, cui princ. "Philomela praevia." etc. quae Johanni Peckham archiep. Cantuar. tribuitur. *Meditationem animae Chriſtianae*, lib. i. "Ave verbum, ens in principio." *Cantica quinquaginta*, lib. i. "Summe Deus paſtor potens." In Mſ. Cotton Nero C. ix. ita, Meditatio in honorem Domini Salvatoris, ut legentes proficiant in amore divino, vocat. *Cantica quinquaginta*, lib. i. "In laude nunc ſpiritus omnis exultet." *Meditationem de nativitate et paſſione Chriſti* vocat. "Canticum divini amoris." lib. i. "Princeps pie, Jeſu bone." Mſ. Cotton. Nero c. ix. *Ex beneficiis Dei ex Bernardo*, lib. i. "Jeſu Chriſti celeri inter." *Salutationes quinquaginta Mariae*, lib. i. "Ave, ſtella, maris virgo." Mſ. bibl. Bodl. Laud. I. 3. Mſ. Cotton. Nero c. ix. In Mſ. Digby. 172. extant verſus hujus princ. ſub titulo: *Salutationes* quinquaginta *Mariae*. Mag. Henricus verſificator magnus de B. Virgine. Sed ſunt tantum viginta tetraſt. *Quindecim gaudia Mariae*, lib. i. "Virgo vincens balſamum odore vernanti." Mſ. Bodl. Laud. I. 3. Mſ. Cott. Nero. c. ix. *Locos communes, ſive ſpeculum laicorum*, lib. i. Pr. pr. "In Chriſto ſibi dilecto quondam, etc. aſſumptus." Pr. lib. "Abſtinentiae triplex eſt ſpecies." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 3. 14. Mſ. bibl. Univ. Oxon. B. 14. *Lyram dulciſonam in laudem virginis*, lib. i. "O qui fontem gratiae." Mſ. Cott. Nero c. ix. *Meditationem de redolentiſſima Chriſti paſſione, vocat.* Cythara. Part. iii. Pr. "Jeſu vena dulcedinis." Ibid. et Mſ. Laud. I. 3. *Carmen in laudem B. Mariae*, Viola *vocatum*. Pr. "Maria ſtella maris, fax ſummi luminaris." Mſ. Nero. c. ix. *Roſarium de nativitate, paſſione, aſcenſione Jeſu Chriſti*, metris Gallicis, lib. i. Mſ. bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. G. 16. Titulus ita tranſlatus Anglice in Mſ. "Here beginneth the meditation of Joh. of Hoveden, clerk to the queen of Engl. mother to K. Edward, touching the birth, the death, the reſurrection and aſcenſion of Jeſus Chriſt, and the aſſumption of our lady. And hath named this meditation the *Nightingale* becauſe that like as the nightingales of divers tunes make one harmonie, even ſo do the books of diverſe matters one accordment. And for this cauſe alſo hath he named it the *Nightingale*, becauſe it was made and deviſed in a pleaſant garden of flowers, where the nightingale uſed to ſing, etc." Pr. "Alme feſſe lit de pereſſe." Obiit Hovedunae A. MCCLXXV, et ibi ſepultus jacet. Bal. v. 79. Pitſ. p. 356.

HOVEDENUS [ROGERUS [a]] quantum colligere poſſum, mediis ſtudiorum ſuorum annis, legibus Caeſarianis operam dedit, a quibus recta ſe contulit ad pontificias. Hoc quibus conjecturis aſſequar, quia brevitati ſtudeo, in praeſentia dicere omitto; non tamen omiſſurus, quod Gualterus Conventuenſis, homo Anglus, in ſuis *Annalibus* ſcribit: nempe Hovedenum inter domeſticos Henrici ſecundi, Anglorum regis, fuiſſe: a quo miſſus Nordovicum, civitatem primam Nordovolgiae in ipſis Garieni fluminis, a Ptolemaeo celebrati, ripis ſitam, in mandatis habuiſſe, ut coenobium ejuſdem civitatis, Chriſti nomine celeberrimum, quod tunc, abbate mortuo, rectore vacabat, inviſeret; rationeſque acceptae, et impenſae pecuniae a monachis exigeret; deinde novi abbatis electionem confirmaret: quod ab illo ſedulo factum eſt, non tantum in Nordovicenſi monaſterio, verum etiam in multis aliis, quae tunc abbates deſiderabant. Unde aucta illi apud principem exiſtimatio, auctae etiam et opes; at, mortuo Henrico, omne ſtudium ſuum ad hiſtoriam ſcribendam contulit; in quo negotio ſi diligentiam, ſi antiquitatis cognitionem, ſi ſanctam fidem ſpectes, non modo quotquot ſaeculis rudibus quidem illis praeceſſerunt ſcriptores, verum etiam ſeipſum ſuperavit. Quod ſi adjunxiſſet fidei, quae prima pars hiſtoriae eſt, pluſculum elegantiae Romanae, facile palmarium obtinuiſſet [b]. Non hic praeter rem fecero, ſi lectori ſignificem, Rogerum *Annales* [c] ſuos ibi inchoaſſe, ubi Beda finem *Hiſtoriae* impoſuit; quos etiam deduxit [d] uſque ad tertium annum imperii Joannis, Anglorum regis. Porro, quod res Tranſhubinas tam accurate ſcribat per totam hiſtoriam, probabilis conjectura eſt in illis partibus natum fuiſſe. Eſt et oppidum Hovedenum nomine in provincia Eboracenſi, quod Duno fluvio alluitur, unde forſan et originem familia Hovedenorum ſumpſit. Quid, quod de monachis Cuthbertinis, qui Dunolmum incolunt, plurimum meritus eſt? nam illorum antiquitates omnes, libertates, et privilegia in hiſtoria ſua aeternitati conſecravit. Denique an aliquid librorum praeter *Annales* ediderit, non poſſum adfirmare [e]. Nuper cum eſſem Eboraci, in bibliotheca Petrina reperi neſcio quid nugarum titulo

[a] Vide Hugonem de Hoveden. [b] Cathedralis, ſive ſupremus theologiae praelector in univ. Oxon. *Hiſt. et ant. univ. Oxon.* lib. ii. p. 31. [c] Lelandi judicium de *Hiſtoria* Hovedeni vide ſupra in Sim. Dunelm. et in comment. in *Cygn. Cant.* [d] Lib. ii. "In exordio hujus operis." Mſ. Cantabr. in col. Corp. Chr. E. xi. et in bibl. Luml. et Copi. Extant cura Cl. Savilii Lond. MDXCV. fol. et Francof. MDCI. f. Hujus pars poſterior Mſ extat in bibl. Bodl. Laud. 56. opt. not. [e] Ad A. D. MCCXXI, Mſ. Harl. xxxiv. A. 15.

Hovedeni;

Hovedeni; quem ego puto fuiſſe Joannem Hovedenum [f], cujus rhythmicum carmen, titulo *Philomela*, extat. Claruit ſub Henrico ſecundo [g], obiit regnante Joanne. Ex *Lelando*.

[f] Scripſiſſe etiam fertur, *Hiſtoriam regum Northumbriae*, lib. i. *Commentarios legum*, lib. i. *Continuationes Chronicorum ipſius Rogeri*, lib. i. " Comes Flandriae cum pluri- " bus aliis." Mſ. Bale Glynn.

[g] Claruit Rogerus anno MCCIV. Bal. iii. 55. Pitſ. p. 272. Cave p. 692. Blunt p. 281.

HOUEL VOEL AP GRISRI AP PULH GUYDEL, poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. MCCC. Lhuyd. Davis.

HOUEL ISTORVYM poëta Cambro-Britannicus. Extant ejus *I Adhav Eyryx*. Et alia carmina in bibl. Cambro-Britannicis. Claruiſſe dicitur circa A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

HOUEL DAVYDH AP JEVAN AB RHYS poëta Cambro-Britannicus. Scripſit, *Kyvydh i fair. K-ir Bedo Bruynlys o vaith. K-i Jarlh Harbart. K-i erχi gualχ i Lyvelyn ap Jevan ap Dd.* Mſs. in bibl. Cambro-Britannicis. Claruiſſe fertur A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

HOUEL AB ENNION LYGLIN poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCXC. Lhuyd Davis.

HOUEL KILAN poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd Davis.

HOUEL AB OVEN GUINEDH, poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCXXX. Lhuyd Davis.

HOUEL REINALT poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

HOUEL SURDUAL poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

HOUGHTONUS [JOHANNES] patria Eſſexienſis, monachus Carthuſianus, in domo Annunciationis B. Mariae juxta Londinum. In juventute Cantabrigiam abiit, ubi primo in artibus, mox in utroque jure baccalaureus evaſit, ſed anno aetatis 28 ſeculum reliquit, et inter Carthuſianos monachos in coenobio praedicto enumerari coepit. Deinde factus eſt ſui monaſterii ſacriſtarius, et poſt quinquennium procurator; in quo officio peracto triennio prior Bellae Vallis conſtitutus eſt. Sed poſt ſex menſes, mortuo priore Londinenſi Joanne Batmanſono, ad ſuum primum monaſterium denuo revocatus, factus eſt ibi prior. Vix autem completo biennio electus eſt ſupremus per totam Angliam ordinis ſui viſitator. Scripſit, *Concionum* lib. i. *Epiſtolarum maxime ad Theodoricum Loerum Carthuſianum* lib. i. " Miraberis forſan, religioſiſſime pater." Cauſae pontificiae defenſorem ſe fortiſſimum praeſtitit, juramento de ſuprematu regio in eccleſiaſticis agnoſcendo pro virili ſua parte obnitens, quod utique Henricum regem induxit, ut eundem morti damnarit. Suſpenſus eſt 4 Maii A. D. MDXXXV. aetatis 48. Pitſ. p. 724. Bal. par. poſt. 102.

HOWARD [HENRICUS] Comes Surriae, et illuſtriſſ. Thomae ducis Norfolciae filius. Primum in collegio card. Wolſaei Oxon. deinde Pariſiis in literis humanioribus inſtitutus. Thomae Wiati familiaris. Edidit rhythmis Anglicis, *Eccleſiaſten Salomonis*, lib. i. " Ego Salomon Davi-" dis filius." Citatur in praefatione ad verſionem Pſalmorum. Lond. MDLXVII. 4to. *Pſalmos Davidis aliquot*, lib. i. *Virgilii Maronis Aeneida*, lib. i. Aeneid. libri ſecundus et quartus. Pr. ſecundi. " They whiſted all with fixed face attent." Lond. MDLVII. 12mo. [in blank verſe] Opus hoc magno elogio ornat autor *Hypercritici*. Oxon MDCCXXII. f. 237. *Pro duce Richmondiae*, lib. i. *Contra Londinenſes cives*, lib. i. *Carmina juvenilia*, lib. i. Pr. " The ſunne hath twiſe brought " fourth his tender grene." Lond MDLVII. 12mo. MDLXV. MDLXXIV. MDLXXXV. MDLXXXVII. 8vo. Sunt fere omnia amatoria. Et cum *Praefatione* Georgii Sewelli M. D. Lond. MDCCXVII. 8vo. Scripſit, *Epiſtolas elegantes*, lib. i. *Epitaphium Anglicum in mortem Thomae Clarear, quod olim inſcriptum erat in eccleſia Lambethana*, Stow. p. 791. Tranſtulit *Boccatium ad Pinum pro conſolatione ex ſuo exilio*. In ded. Johannis Clerc ad hunc Henricum Howard, eum laudat ob tranſlationes quamplurimas ex Lat. Ital. Hiſpan. Gallico. Londini decollatus erat prope turrim A. MDXLVI—VII. Januar. 19. Vide Camden. *Britann.* in NORFOLCIA. Dugdale *Baronage*. Lelandi *Encomia et trophoea*. Tho. Challoner, *De republ. Angl. inſtauranda*, lib. ii. p. 45. Stow. 592. Bal. par. poſt. 104. *Athen. Oxon.* i. 57.

HOWARD [HENRICUS] frater fuit ducis Norfolciae, et ſecundus filius Henrici comitis Surriae. In academia Cantabrigienſi literis operam dedit, et ibi A. MDLXVIII laurea magiſteriali ornatus collegii Regalis primum, dein aulae Trinitatis alumnus fuit. Poſtea in exteras regiones ſtudiorum gratia profectus eſt, domumque magnam eruditionis et eloquentiae famam reportavit. Scripſit, *A defence of the lawfull regiment of women*, Mſ. bibl. Bodl. Sup. P. 3. Art. 170. *A defenſative againſt the poyſon of ſuppoſed prophecies*, Lond. MDLXXXIII. et MDCXX. fol. *Faſti Oxon.* i. 102.

HOWARD [MARIA] uxor domini Thomae Howard, ducis Norfolciae, filia domini Henrici Fitz-Alan, comitis Arundeliae. Tranſtulit e Graeco in Latinum *Sententias quaſdam acutas ex variis autoribus collectas*. Pr. ded. patri. " Etſi plurimis modis, honoratiſſime pater." Mſ. in bibl. regia Weſtmon. 12. A. i. et ii. Obiit apud palatium Arundelianum Londini in le Strand. 25 Aug. MDLVII, et ſepulta jacet in eccleſia S. Clementis juxta Barras Templi. Dugdal. *Baron.* ii. 276.

HOWARD [PHILIPPUS] filius Thomae ducis Norfol. comes Arundel. Extat ſub ejus nomine *A long letter to qu. Elizabeth, ſhewing the reaſons why he attempted to leave the realm.* April. MDLXXXV. Pr. " May it, etc. as the diſpleaſure of a prince." Mſ. bibl. Bodl. Arch. B. 44. et

5 Mſ.

Mſ. bibl. Univ. coll. Oxon. I. 13. et edit. in Stow. *Hiſt.* p. 703. ſeqq. Obiit 19 Nov. MDXCV. Dugdal. *Baron.* ii. 276. ſeq.

HOWEL [THOMAS] generoſus Anglus ſcripſit *The arbor of amitie, or pleaſant poems.* Pr. pr. ad dom. Annam Talbot. "Fewe wordes ſone amended." Lond. MDLXVIII. 8vo. Ad finem tractatus *De antichriſto* tranſl. in Anglicum per Jo. Swan. MDLXXXIX. 4to. ſunt *Carmina tria Fr. Petrarchae contra curiam Romanam* ex Ital. in Anglicum verſa per Thomam Howel.

HOWELUS DHA cognomento Bonus, Britannorum rex, ordinavit et edidit *Leges Walliae*, lib. i. Exemplar antiquum earum Wallice Mſ. Cotton. Caligula A. iii. *Excerpta* quaedam ex hiſce *Legibus* de connubio clericorum Wallice et Anglice. Lond. MDL. 4to. Exemplar ante annos fere 400 exaratum Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. ii. 11. ſed primum folium deeſt. Excerpta alia in tom. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* pag. 208. ſeqq. De forma harum legum ferendi videſis *Hiſtoriam Walliae* editam a Will. Wynne, Lond. MDCXCVII. 8vo. Vide Fuller, *Eccl. hiſt.* ii. 132. Lhuyd *Arch. Brit.* 258. Opera omnia per Gul. Wotton. Lond. MDCCXXX. fol. Obiit juxta Mſ. Bal. Glynne A. D. DCCCCX; juxta W. Wynne A. DCCCCXLVIII.

HOWEL [DAVID AP] poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

HOWLET compoſuit *A dictionary of Engliſh and Latin Words* [ante A. MDLXX.] *Faſti. Oxon.* i. 103.

HOWLETTUS [JOHANNES] patria Rutlandus; in ſocietatem Jeſu cooptatus A. MDLXXI aetatis 24. Lovanii philoſophia, Duaci theologia imbutus eſt. Poſtea per decennium grammaticam, rhetoricam, linguam Graecam et Hebraeam, mathematicam, ethicam, quaeſtiones de conſcientia in Belgio et Germania profeſſus eſt. Miſſus A. MDLXXXVII in Poloniam. Sub ejus nomine extat *Libellus, quo* ix *rationes continentur, ob quas catholici in Anglia publicis precibus haereticorum renuunt intereſſe.* [Hoc opus Robertum Parſonum verum agnoſcit autorem.] Anglice titulus ita: *A brief diſcourſe contayning certain reaſons why catholiques refuſe to go to church, written by a learned man to his friend in England, and dedicated by John Howlet to the queen's moſt excellent majeſty.* Pr. ded. "Two cauſes induced me." Doway MDLXXX. 12mo. MDXCIX. 24to. In hac dedicatione Howlettus alium quam ſemetipſum auctorem hujus libri nominat, qui duas alias partes publicaſſet, niſi morbo praeventus fuiſſet: ii. *What way or means catholics may uſe to remedy or eaſe themſelves of this affliction now layd upon them for their conſciences.* iii. *If that way or means do not prevayl, then how they ought to bear and endure the ſame.* Obiit Howlettus Vilnae 17 Sept. MDLXXXIX. *Biblioth. ſcriptorum ſoc. Jeſu.* Vid. ſupra in GULIEL. FULK.

HUBBARD [GULIELMUS] ſcripſit metris Anglicanis *Tragoediam Ceycis et Alciones.* Pr. "When frowning fortune." Lond. MDLXIX. 12mo.

HUBERTUS [a] alias HUVETBERTUS, juvenis accrevit bonis literis et virtutibus in monaſteriis Petri et Pauli; quorum illud in Veri fluminis oſtiis, hoc propter Tynni ripas ſitum eſt. Sigfridus, abba vicarius monaſterii Petrini ſub Benedicto, defatigatus aſſiduo ventris tormine, diem obiit ſupremum. Hubertus vero aptiſſimus, qui in ejus ſuccederet locum, univerſis viſus eſt. Benedictus quatuor tantum menſes a Sigfridi morte ſupervixit. Ceolfridus etiam obiit apud Lingonas 7 cal. Octobr. an. D. DCCVI. Sic Hubertus utriuſque temonem monaſterii regebat, ab Acca, epiſcopo Auguſtaldenſi confirmatus. Eratque non modo ipſe doctarum artium cultor egregius, verum etiam eruditorum omnium fautor, et quidem praecipuus. Quo nomine et Romae [b] aliquandiu, praeſidente Sergio, tum eloquentiae, tum ſacrae legis cognitioni primo aetatis flore ſtuduit, ac egregie profecit. Extat ejus [c] epiſtola ad Gregorium ſecundum, pontif. Rom. qua Ceolfridi peregre Romam proficiſcentis et venerandam canitiem, et virtutes raras vel commendatiſſimas fecit. Hactenus ex Beda [d]. Ex *Lelando.*

[a] Vide de Huneberto Bal. i. 95. Pitſ. p. 125. Dempſt. p. 350. Hubertus, ſive Wirbertus Mſ. Lel. Trin. Hunebertus, Wicbertus, ſive Winbertus, patria vel Deirus vel Scotus, canonicus Eboracenſis, Pitſ. [b] Galliam, Italiam, et Germaniam perluſtravit, Dempſt.

[c] Scripſit, *Ceolfridi vitam*, lib. i. Bale. Pitſ. *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. Iidem. *Scotorum chronicon*, lib. i. Dempſt.

[d] Claruit anno DCCXXX. Obiit in Germania, juxta Baleum. Martyrio coronatus eſt in Foſtlandia; uti vult Pitſ. Corpus ejus in coenobio Hereſfeldenſi aſſervatur. Bal. Pitſ. locis citatis. Dempſt. viii. 667.

HUCARIUS [a], Coriniae non levis, quantum ad theologiae cognitionem divinam quidem illam pertinet, fama enituit; et eo potiſſimum tempore, quo bonae per univerſam fere Europam literae, barbarie undecunque praevalente, tantum non interierant. Ut autem ſtudiorum curſum felicius abſolveret, fanum Germano ſacrum apud ſuos petiit. Ubi et levita factus, partim concionando, partim etiam ſcribendo, inſignem apud cunctos gratiam prudens ſibi comparavit [b]. Scripſit autem *Homelias* centum et octo: et in hujus libelli prologo ſic ſcribit: "Talis liber a me Hucaro, exi- "gui ingenii homunculo, in unum collectus talem habeat prologum." Et ibidem: "Sed tamen "haec utcunque a me collecta, qui in ultimis Cornugalliae partibus humilis levita habito, cui pla- "cuerint, accipiat; et ſi laudare noluerit, peto ne carpat." Et, ne lector ignarus ſit, praefixit operi paucas conſtitutiones, decerptas quidem ex libro *Conſtitutionum eccleſiaſticarum* Ecberti, archiepiſcopi Eboracenſis, olim praeceptoris Flacci Albini, viri literarum titulo vel clariſſimi. Pervenerat, quo neſcio caſu, Hucarii opus vel Durovernum uſque Cantiorum: unde a monacho quo-

[a] Hucarius Levita cognominatus a Baleo et Pitſeo.

[b] Claruit anno MCCCCXL. Bal. ii. 47. Pitſ. p. 184.

dam translatum est ad Isidis Vadum, et bibliothecae collegii Cantiani commendatum : id quod et aliis exemplaribus cum multis tum antiquis contigit : tota enim hujus bibliothecae supellex a fano Servatoris Duroverni translata est. Ex *Lelando.*

HUDA [HENRICUS de] Anglus, ordinis Franciscanus, provincialis Angliae et custodiae Novi Castri. Scripsit *Commentarium in* iv *libros sententiarum.* Floruit A. C. MCCCL. Wadding. p. 165.

HUDSON [JOHANNES] aulae Lateportensis Oxon. alumnus, et ibi artium magister. Fuit vicarius de Patcham in agro Sussex. Admissus est praebendarius de Hova ecclesia in eccles. Cicestren. 3 Jun. MDLXXX. Sub ejus nomine extat *Concio habita apud Crucem Paulinam in Hebr.* x. 19. Lond. MDLXXXIV. 8vo. *Fasti Oxon.* i. p. iii.

HUET [GULIELMUS] aliis HICETUS, Franciscanus S. theol. doctor. Scripsit *Serpentem antiquum de septem peccatis mortalibus,* lib. i. Tempus quo vixit, haud constat. Pits. *App.* 856. Wadding. p. 153.

HUGGON [ROBERTUS] apud Hardingham in agro Norfolc. natus. Edidisse dicitur *Prophetias quasdam.* Quibus et aliis ejusmodi figmentis animati rebellarunt Norfolcenses, Ketto duce, A. D. MDXLIX. Claruit A. MCCCCLXX. Bal. xi. 63.

HUGH [GULIELMUS] patria Eboracensis, in collegio Corporis Christi Oxon. literas academicas egregie excoluit, et circa A. D. MDXLIII laurea magisteriali donatus fuit. Scripsit *Turbati hominis medicinam,* sive *Consolatorium hominis in adversis et in morte,* lib. ii. " Amicorum candi-" dissime, Urbane." 2 edit. MDLXVII. 8vo. Angl. " Moste gentle frende Urban, I doe." *De infantibus absque baptismo decedentibus, non temere judicandis* ad reginam Catharinam Parram, lib. i. *Consolationem dulcem morientis,* lib. i. Transtulit in linguam vernaculam *Bertramum de eucharistia,* lib. i. Pr. " I am commanded by you, famous prince." Lond. MDXLIX. 12mo. et correctius Lond. MDLXXXII. 12mo. Sine nomine tamen translatoris. Et Lond. MDCLXXXVI. 8vo. per S. D. et per Will. Hopkins. Obiit Oxonii in coll. Corp. Christi ex venae ruptura. A. D. MDXLIX. Bal. ix. 72. *Athen. Oxon.* i. 75. seq.

HUGO CARMELITA (Dempst. 360.) Michaelis Scoti auditor, omnium suo saeculo mathematicorum doctissimus, Airense coenobium diu rexit ; et scripsit, *De judiciis nativitatum,* lib. i. Ms. in Petaviana bibliotheca. *De conjunctione planetarum,* lib. i. *De revolutione certa stellarum,* lib. i. *De* xii *domibus coelestibus,* lib. i. *Pro astrologia,* lib. i. [prodiit] *Apologiam pro se,* lib. i. Ms. in bibl. Petaviana. Claruit A. MCCCXLI. Dempster. viii. 681.

HUGO DUNKELDENSIS episcopus (Dempst. 345.) primo S. Andreae, sed episcopatum hunc abjurare coactus est a Rolando antistite Dolensi, et Selvano Rhievallensi abbate. Scripsit *Pro causa sua ad apostolicos,* lib. i. Obiit mense August. MCLXXXVIII. Dempster. viii. 655.

HUGO de EVESHAM ab oppido natali in agro Wigorn. sic dictus: ATRATUS vero a Pitseo cognominatus. Postquam literis operam dedisset in utraque Angliae academia, Galliam et Italiam perlustravit. Medicus fuit sui temporis per totam Europam celeberrimus, et artium mathematicarum praecipue astronomiae peritissimus. A. MCCLXXIX. 3 id. Nov. Hugo de Evesham praebendarius de Botevant in ecclesia Ebor. factus est praebendarius de Bugthorp in eadem ecclesia; quae praebenda vacavit per mortem hujus cardinalis 9 cal. Octob. MCCLXXXVII. *Regist.* Wickwane. A. D. MCCLXXX fuit procurator archiepiscopi Ebor. in curia Romana. Ibidem. Fuit archidiaconus Wigorn. et rector ecclesiae de Spofford Ebor. dioec. quae vacabat per mortem ejus 6 Nov. 17 Edw. i. Circa annum MCCLXXX Romam a papa Martino iv accersitus est, ut eum de quaestionibus quibusdam novis in medicina consuleret ; quibus apte et doctissime respondens, in maximo honore apud Romanam curiam habitus est, et anno sequente presbyter cardinalis ordinatus tit. S. Laurentii in Lucina a papa supradicto ; ac inde theologiae sedulo incubuit. In *Registro* Wickwane Ebor. archiep. habetur litera archiepiscopi ad Hugonem hunc, tum cardinalem super negotio visitationis ecclesiae Dunelmensis; quae ita incipit : " Exurge, pater dilectissime, Ebor. ec-" clesiae grata proles, exurge in adjutorium hujus matris, quam mutilari inspicitis, et jure suo " contra obedientiae debitum a subditis apostolantibus defraudari. Et licet, pater, primaria forsan " vobis Dunelmensis ecclesia monstraverit alimenta, ac sic ei naturaliter teneamini, quod fatemur ; " ecclesiae tamen Ebor. cui sacramento estis vinculo alligati, vos strictius attendimus obligatos." Scripsit *Quaestiones super opere febrium Isaac,* lib. i. " Quoniam de filii bonitate sicut." Ms. olim in bibl. mon. Sion. *Medicinales canones* lib. i. *De genealogiis humanis,* lib. i. *Sermonem in Dominicam septuagesimae.* Pr. " Sic currite, ut comprehendatis." Ms. bibl. Bodl. NE. B. i. 14. Obiit Romae A. MCCLXXXVII. 9 cal. Octobr. veneno, ut quibusdam videtur, sublatus, et in ecclesia sua S. Laurentii in Lucina sepultus jacet. Ita Leland. *Collect.* i. 493. et Bale. Glynn. Et in *Annal.* Wigorn. ita: A. MCCLXXXVII. quidam pestilentes venenum vino miscuerunt ; quo potu M. Hugo de Evesham cardinalis 6 cal. Aug. vitam finivit. Bal. par. post. p. 155. eum A. MCCXCIV obiisse dicit. Bal. iv. 50. xiii. 86. Pits. p. 370. Godw. ii. p. 169.

HUGO HIBERNICUS ordinis Minorum, postquam multas peragrasset regiones, scripsit *Itinerarium terrae sanctae.* Claruit circa A. D. MCCCLX. Hunc Lucas Waddingus *Script. ord. Minor.* f. 178. eundem esse putat cum Hugone Bernardo, tunc provinciali Minoritarum Hiberniae. War. p. 72.

HUGO [a] KIRCOSTALLENSIS monachus, Bernardinae ſectae adoleſcens ſocium ſe adjunxit; imperiumque Rodolphi Hagethi, olim equitis ſtrenuiſſimi, poſtea abbatis vigilantiſſimi, primum Kircoſtallenſis, deinde et Fontani monaſterii agnovit. Is, quia intellexerat fuiſſe incrementa magna et illuſtria hominum ſuae religionis, nec minora baſilicarum ſumptibus infinitis quotidie excreſcentium, honeſto quodam animi ſtudio, alacritate atque adeo impetu ardebat res geſtas in Anglia a Bernardinis victuris commendare chartis: id quod et Thurſtinus, archiepiſcopus Eboracenſis, antea, ſed ſuccincto libello *De origine Fontani monaſterii*, praeſtiterat. Atque ut illud apte, ſignificanter, accurate praeſtaret, rationem diſquirebat expeditam. Quaerenti, Fontes, eximii nominis monaſterium, a quo, velut ab equo Trojano, alia plurima prodiere, materiam praeſentem, eamque cum amplam, tum plane claram exhibuere. Laetus hoc omine, Serlonem in conſilium ſuſcipiendum putavit. Ille, olim canonicus Eboracenſis eccleſiae, pertaeſus ſtrepitum, faſtum, et pompam rerum humanarum, relictis fortunis et quidem ſplendidis, Fontes, hauſurus dulciores ſanctae vitae aquas, alacriter petiit. Serlo, qui tum ex monacho Fontanenſi Kirchoſtellenſis factus eſt, agens annum vitae pene centeſimum, videns quo tenderet Hugo, collaudatum egregie in ſingulis inſtruxit. Dictabat Serlo; dictata excepit ille, ac excepta in ſuas lucide diſtribuebat partes. Sic *Hiſtoria rerum a Bernardinis in Anglia geſtarum* in volumen accrevit circa primos Henrici tertii regis annos [b]. Dedicavit opus Joanni, Fontano abbati [c]. Ex *Lelando.*

[a] Hugo Kirkſtede a Baleo et Pitſeo perperam cognominatus, quia Kirkſtede abbatia eſt in agro Linc. Kirkſtall autem Eboracenſis agri eſt. [b] Praeter *Hiſtoriam Ciſtercienſium* addidit Pitſeus *De origine Fontani coenobii*, ad Joannem x. abb. de Fontibus, lib. i. " Placuit excellentiae " veſtrae." Edit. in *Monaſt. Angl.* tom. i. p. 733. Collectanea multa excerpſit Lelandus, *Coll.* iii. p. 163. Hunc librum vero Cl. Langbainius (Mſ. A. Wood Pitſ.) exiſtimat eundem eſſe cum priore. Extabant Mſs. olim in biblioth. monaſt. Sion. *Verſus Hugonis monachi de geſtis et laudibus Thurſtini, Ebor. archiepiſcopi, cum aliis notabilibus, quae concernunt eccleſiam Ebor.* Claruit A. D MCCXX. Bal. iii. 81. Pitſ. p. 297. Claruit poſt ann. MCCXLVII. meminit enim Stephani de Eſton, abbatis de Fontibus, qui ſucceſſit Johanni de Cantia (qui obiit eodem anno) *Cart. de Fontibus.* Lel. *Coll.* ex Hugone iii. p. 168.

HUGO de MANCESTRIA frater ordinis S. Dominici, S. theol. profeſſor, et ſui ordinis in Anglia provincialis. Erat regi Edwardo i et ejus matri Aeleanorae charus; legatus cum Gul. Gayneſburgo Franciſcano miſſus ad Philippum regem Galliae A. MCCXCV pro recuperandis quibuſdam terris in Aquitania. Scripſit, *De fanaticorum deliriis*, lib. i. *Compendium theologiae*, lib. i. Claruit. A. MCCXCIV. Bal. iv. 62. Pitſ. p. 383.

HUGO PRIOR de MONTEACUTO. Scripſit *Planctum de excidio Trojae.* Pr. " Pergama flere volo, fato Danais data ſolo." Mſ. bibl. Bodl. Digby 166. f. 27. Digby 53. Mſ. Arch. B. 52. Mſ. Norwic. Mori. 177.

HUGO [a] a fano NEOTI, Carmelita, Iſiacis [b] in ſcholis magnam ex literarum ſolida cognitione ſibi peperit laudem. Praemium eruditionis inſignibus theologi [c] dono datis accepit. Hinc ille elucubrationes in Lucam [d] evangeliſtam edidit. Obiit Hichiae 6 id. Sept. anno D. MCCCXLI [e]. Ex *Lelando.*

[a] Hugo de S. Neoto, Carmelita coenobii Hitchinenſis in agro Hartford. Lel. *Epit.* [b] Cantabrigianis, Lel. *Epit.* et ex Lelando Baleus, et, ejus ſectator in erroribus etiam, Pitſeus. [c] In eadem Granta ſive Cantabrigia inſerit Lel. *Epit.* [d] Lib. i. Pr. pr. " Nota quod quatuor " evangeliſtae etſi omnes." Pr. lib. " B. Lucas iſtud " evangelium." Mſ Bal. Sloan. Scripſit etiam, *De conceptione Mariae*, lib. i. " An B. virgo fuerit in orig." *Sermones per annum*, lib. i. *Quaeſtiones diſputatas*, lib. i. [e] MCCCX. Mſ. Trin. MCCCXL. Bal. v. 28. Pitſ. pag. 439. *Epit.* Lel. Mſ. MCCCXLI. Mſ. Bal. Sloan. 4to. f. 52.

HUGO DE PONTEFRACTO monachus ſcripſit, *Vitam S. Thurſtani archiepiſc. Ebor.* carmine. Pr. " Urbs Eboraci Eboris de nomine nomen." Mſ. Cotton. Titus A. xix. 13. *Sermonem moralem de tribus miſſis in die natalis Domini.* Mſ. olim in bibl. Sion. monaſt.

HUGO [a] RHEADINGENSIS abba, theologiae conſultiſſimus fuit. Hanc illi virtutem tum educatio, tum diligentia inſignem fecit. Inter legendum vero multa mature diſcuſſit, multa annotavit, quae parum cognita tenebras inexercitatis offundebant ingenteis. *Quaeſtiones* [b] igitur non paucas, aut de trivio petitas, ſed potius ex ſacrae penetralibus Scripturae in numeros redegit ſuos, et redactas tanto pertractavit acumine, ut dediſſe illis lumen potius, quam aliunde petiiſſe videatur [c].

[a] Hugo Ambianenſis ex monacho Clunianenſi prior S. Pancratii de Lewes, deinde abbas de Rading, et tandem Rothomagen. archiepiſcopus. Bulaeus, ii. 327. [b] *Theologicae*, ad Matthaeum Albanenſem inſtar dialogi, lib. vi. " Deus ſumme verus et vere ſummus." Mſ. in bibl. S. Bened. Mantuae juxta Pitſ. " De multis interrogas." Olim in bibl. abbatiae Leyceſtr. Leland. *Col.* iii. 44.

[c] Scripſit praeterea, juxta Bulaeum, ii. 327. *Epiſtolas ad Celeſtinum* ii *papam et Petrum Bleſenſem*, lib. i. Unam ex quibus vidit Pitſeus Mſ. in privata bibliotheca Joannis Fenni. Ad eum extant plurimae clarorum virorum literae, Arnulphi Lexov. 15. Bernardi Clarevall 25. Sugerii 101. Bulaeus, ibid. *Tractatum ſuper haereſibus in Armorico ſolo natis*; quem Alberico Oſtienſi epiſcopo dicavit epiſt. brevi, quae continetur in notis ad *Biblioth. Cluniac.* Andreae Quercetani: eſt etiam apud Bulaeum. In matriculo librariae eccl. Chriſti Cantuar. (Mſ. Cotton. Galba E. iv.) f. 134. b. habentur *Quaeſtiones Hugonis abbatis de Reading de orthodoxa fide*, lib. vii. *Epiſtola ejuſdem ad Andegav. epiſcopum de ſacerdote depoſito vel excommunicato. Epiſt. ejuſd. ad eundem de anima.*

Petrus Blesensis, archidiaconus Badunensis, aliquot epistolis, Hugonis cum literas tum virtutem eximie collaudat [d]. Ex *Lelando*.

[d] Claruit anno MCLXXX. Bal. iii. 20. Pitf. p. 247. Obiit 4 Octob. MCLXIV. Rob. de Monte. Alius fuit HUGO, de quo scribit Matth. Westmonast. in haec verba: "Anno "gratiae MCXXIII 17 cal. Maii, Hugo, prior de S. Pan-"cratio efficitur abbas de Rading, et an. gr. MCXXX Hugo, "abbas Radingensis, ad archiepiscopatum Rothomag. eli-"gitur." Pitf. "Hugo primus abbas Radingensis factus "archiepiscopus Rothomagensis A. MCXXX." Uti patet ex *Chronico* Osneiensi. Tertius erat HUGO abbas Radingensis, sc. A. D. MDXXIX cujus *Epistolae duae ad acad. Oxon.* extant in registro epist. FF. f. 124. etc. Vide Br. Willis. *Hist. abbat. mitrat.* 187.

HUICCUS [ROBERTUS] Bercheriensis, collegii Merton. Oxon. socius electus A. MDXXIX. (Parkhurst. *Epigr.* p. 76.) regis Henr. viii et Catharinae Parr reginae (Rymer. *Foeder.* xv. 243.) et tandem reginae Elizabethae medicus (A. Wood. Ms. Merton.) In Ms. Inett. Rob. Huicke doctor medicinae Cantabrig. MDXXXVIII occurrit. Scripsit *Poëmatum* lib. i. Pr. ded. reg. Eliz. "Si vacet Elizabeth princeps dignissima mundi." Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. A. xxxviii.

HUICK [GULIELMUS] an collegii Oriel. Oxon. socius fuerit, de quo Rymer. *Foeder.* xiv. 495. aut quis fuerit haud constat. Transtulit in sermonem Anglicum *Liturgiam ecclesiae Genevensis cum Catechismo Johannis Calvini, et privatis quibusdam precibus.* London. MDL. 8vo. Hoc opus sine nomine translatoris extat Anglice. Genev. MDLVI. 12mo.

HULOETUS [RICHARDUS] apud Wisbich in agro Norfolc. natus, scripsit ad Thomam Godricum episcopum Eliensem *Abecedarium Anglico-Latinum*, lib. i. "Cum ipse praescriptum "illum." Lond. MDLII. fol. Et auctum ac correctum per Joh. Higgins. Lond. MDLXXII. fol. Claruit Londini A. MDLII. Bal. ix. 67.

HUMBLETONUS [ROBERTUS] frater Dominicanus, S. theologiae doctor Oxoniensis, Londinum vocatus ad examinandos Wiclevi errores. Scripsit, *Summam totius theologiae*, lib. i. *Lectiones scholasticas*, lib. i. *Contra Wiclevitas*, lib. i. Claruit A. MCCCXC. Pitf. p. 556.

HUNFRIDUS [a] Dux CLAUDIANUS, vir regii generis, filius, frater, et patruus regum, a me pro dignitate sua in *Commentariis*, *Cygneam Cantionem* illustrantibus, accurate laudatus est. Non tamen committam, ut suus hic ei locus inter eruditos desit. Qua parte tantum breviter attingam, quid ille in re literaria praestiterit. Adolescens optimae indolis, operam Isidis in Vado, qua floret collegium Balleolense, diligentissimam non modo eloquentiae, verum etiam naturalium rerum cognitioni, ut ego accepi, adhibuit. Vir autem postea maturus annis, adeo pristino studiorum ardori remisit nihil, ut illum etiam inter aulae strepitus, et belli insanos tumultus insigniter auxerit. Excoluit universum chorum candidus eruditorum sui temporis, quos vel Britannia, vel Gallia, vel Italia produxit. Nec quenquam literatum unquam ad se venientem non egregie donatum Mecaenas unicus dimisit. Hinc contentio ardens inter eruditos celebrandi ejus nomen, decus, gloriam denique. Leonardus Aretinus captabat Hunfridi amicitiam, unde pollicebatur dedicaturum se ei Aristotelis *Ethica* Latinissime loquentia: id quod, ut in exemplari meo manuscripto apparet, edita praefatione praestitit. At postea avaritiae studens, Romanum pontificem operi praefixit. Petrus Candidus [b] vir cum elegantissimus tum doctissimus, Aretini factum improbans, Platonis *Politiam*, apte, significanter, accurate in Latinam conversam orationem consilio Picolpassi, Mediolanensis episcopi, Hunfrido consecravit; cujus et haec in operis elimata praefatione verba sunt: "Is cum "multa de virtute, de humanitate, de prudentia tua nobis retulisset; tum mirum in modum ex-"tulit diligentiam et amorem tuae claritatis erga literarum studia. Qua de re profecto gaudent "hi, qui bonarum artium studiis solent oblectari, quod aetate nostra non omnino extincta sint "simulachra principum optimorum: quippe cum talis Caesar fuerit, talis Augustus, tales multi "praeclari viri, quorum fama immortalis." Hactenus ille, et magnifice et vere. Hunfridus fanum Albani summe coluit, et Joannem Frumentarium, ejusdem loci abbatem, politae eruditionis amatorem, habuit familiarem; cujus cum industria, tum liberalitate in bibliotheca sua non modo ornanda, sed augenda quoque usus est. Praeterea et in Italia et Gallia antiquissima comparata exemplaria ad numerum addidit: utque posteritas tantis perfrueretur thesauris, bibliothecam infiniti splendoris Isidis in Vado inchoavit, collatis codicibus 129 sed selectissimis: quod opus Campensis, archiepiscopus Cantiorum, absolvit. Inter caetera nec astronomiam intactam reliquit: *Tabulae directionum* [c] adhuc extantes argumento sunt. Ex *Lelando*.

[a] Humfridus cognomento Bonus, filius Henrici iv, frater Henrici v et patruus Henrici vi. Leon. Aretini translatio *Politicorum Aristotelis* duci Humfrido dicata extat Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. T. 10. Nobilissimo huic duci Humfredo dedicavit opus *De virtutum et vitiorum differentia* (Ms. Norwic. More 257.) Petrus de Monte, in quo de optimarum artium liberaliumque scientiarum peritia verba faciens, dicit. "Cum tu quidem omni conatu, omni in-"genio atque studio incumbis, adeo ut nihil tibi sine libro-"rum lectione jucundum, gratum, aut certe delectabile vi-"deatur, etc." Et mox. "Delectaris non una tantum ar-"te aut scientia, quanquam et id quidem esset satis, ve-"rum fere omnibus, earumque codices magna quadam "aviditate legisti," etc. Huic etiam Lapiscastellius hortatu Zenonis episcopi Bajocensis dicat librum intitulatum *Comparatio studiorum et rei militaris.* [b] Hujus uti et Mediolanensis archiepiscopi ad ducem de Candido *Epistolae* extant Mss. in collectione Tho. Beckington. Ms. Ashmol. 789. f. 54. Ibidem etiam f. 56 extant duae *Epistolae* Humfredi ad P. Candidum; ex quarum posteriori constat Candidum etiam *Platonis de republica* libros v duci dicasse.

[c] Lib. i. continet 9 canones cum tabulis, etc. "Effectus "planetarum" (praesentes, praeteritos, et futuros. Ms. Norwic. More. 820.) et "operatio." Sed has non scripsit dux Glocestriae—Autor enim in *Praefatione* diserte ait: "Hoc "opusculum secundum distantiam Zenith almae matris "univ. Oxoniae a polo Arctico est calculatum—Tabulas "illustrissimi principis et nobilissimi domini mei Humfr. "ducis Glocestr. Hoc ideo censui appellandum, quia ad "ejus complacentiam pariter et instantiam inceptum fuerat

et

"et perfectum." Scripsit etiam, *Ad abbatem S. Albani*, lib. i. "Meditantibus nuper quam fugax." *De sua donatione*, ep. i. "Cum dominus rex per literas suas." *Ad viros eruditos*, ep. plures. In Mf. Gresham 66. est *Tabula stellarum fixarum secundum quod sunt in imaginibus signorum extracta a Ptolemaeo dictione sexta vel septima Almagestae et verificata Glocestriae.* Ibidem sunt *Tabulae Humfridi ducis Gloc. de judiciis artis geomansiae.* Pr. "Antequam "procedatur ad judicium." *Tabula ostendens significata* xii *domorum. Tabula ostendens significata planetarum et figurarum eis attributarum. Tabula ostendens proprietates atque significationes, convenientias et differentias* xvi *figurarum. Tabula paternitatum, etc.* Ad finem haec nota: "Expli-"ciunt Tabulae Humfredi ducis Gloucestriae." Extat sub nomine hujus Humfredi *Declaratio ad Henr.* vi *contra liberationem Caroli ducis Aurelian. unius e captivis in praelio Agincurtensi.* Pr. "Thees ben in partie the pointes and "articles." Mf. Ashmol. 856. Apogr. ex veteri Mf. penes . . . Keck de Medio Templo armig. In Buriensi parliamento 24 Feb. MCCCCXLVII à Suffolcensi factione, instigante Carolo rege Franciae, nocte comprehensus est, et pulvinis suffocatus. Humatus jacet vel in abbatia S. Albani, Bal. Pits. vel in ecclesia D. Pauli London. A. Wood. *Hist. Oxon.* tom. ii. p. 75.

HUMFREDUS [LAURENTIUS] vulgo HUMPHREY apud Newport Pagnell in comit. Buckingh. natus, Graecis Latinisque literis Cantabrigiae imbutus, vel, ut *Hist. et Ant. Oxon.* volunt, in schola grammaticali collegii Magdal. Oxon. educatus. Semicommensalis collegii Magdalen. Oxon. admissus A. MDXLVII, socius A. MDXLIX, artium magister A. MDLII, et mox Graecae linguae in eodem collegio praelector. A. MDLV post veniam a praeside, etc. collegii impetratam in regiones exteras trajecit, et Basileae aliquandiu cum Frobenio et Episcopio degit; postea Tigurim se contulit, ubi cum exulibus Anglis usque ad reginae Mariae obitum commorabatur. Dein in patriam rediens, sodalitio collegii Magdalen. restitutus est, et A. MDLX S. theol. professor regius (Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 799. eum Margaretae tantum fuisse volunt.) Anno sequenti collegii ejusdem praeses, et A. MDLXII S. theol. doctor, A. MDLXX decanus Glocestrensis, et A. MDLXXX decanus Wintoniensis renunciatus est. Theologus fuit doctissimus, at non per omnia ecclesiae Anglicanae ritibus favens. Vid. Fuller, *Hist. eccl.* lib. ix. p. 76. Tempore reginae Elizabethae beneficiis privatus ecclesiasticis in carcerem conjectus fuit: Et cum A. MDLXV ad ecclesiam in dioec. Sarum praesentatus esset, episcopus Jewellus aegre eum admisit. Strype in *Vita Parker.* p. 185. 186. Scripsit, *Epistolam de Graecis literis et Homeri lectione et imitatione, ad praesidem et socios collegii Magdalen. Oxon.* Extat in principio *Cornucopiae*, etc. per Hadrianum Junium. Basil. MDLVIII. fol. Pr. "Patriae communis nostrae parentis." *Epistolas varias:* Ad Jewellum. Strype in *Vita Parker.* 185. ad Cecilium. Ibid. 217. et Strype *Eliz.* 431. Ad Foxium. Strype *Parker.* 220. Inter *Collect.* Twini Mf. C. C. C. Oxon. iv. extant duae hujus Laurentii *Epistolae Latinae* ad reginam Elizabetham pro dispensatione legis nuperrime latae de ceremoniis et vestibus sacris: Et *Epistola* ejusdem *petitoria* ad omnes episcopos Angliae de eodem argumento. Supplicatio hujus Laurentii et Thomae Samson ad archiepiscopum Cantuar. episcopos London. Winton. Elien. et Lincoln. data 20 Martii MDLXIV extat in Strype *Parker.* p. 163. et in *Appendice* xxx. *Epist.* ii. ad M. Parker. Mf. C. C. C. C. Misc. i. 903. seq. Strype, *Parker.* 393. *De religionis conservatione et reformatione, deque primatu regum.* Pr. "In illa superiorum temporum tristitia ?" Ad cujus finem est *Epistola* Latina Laurentii Francisco com. Bedford. Basil. MDLIX. 8vo. *De ratione interpretandi autores*, lib. iii. ad Thomam Wrothum equ. auratum. "Duae sunt res potissi-"mum." Basil MDLIX. 8vo. *Optimates, sive de nobilitate ejusque antiqua origine, natura, officiis, disciplina*, etc. lib. iii. Ad reginam Elizab. "Quod bonum, felix faustumque." Basil. MDLX. 8vo. Anglice Lond. MDLXIII. 8vo. *Orationem Woodstochiae habitam ad illustrissimam reginam Elizab.* 31 Aug. MDLXXII. Pr. pr. "Diligentiam et fidem Daii nostri." Lond. MDLXXII. 4to. *Johannis Juelli, Angli, episcopi Sarisburiensis vitam et mortem, ejusque verae doctrinae defensionem, etc.* Pr. epist. ad M. Parkerum. "Justus perit, ait divinus." Lond. MDLXXIII. 4to. Praefix. operibus Juelli A. MDC. f. *Orationem in aula Woodstoch. habitam ad illustr. reg. Elizabetham* A. MDLXXV. Sept. 2. Pr. "Eloquar an sileam." Lond. MDLXXV. 4to. *Pharisaismum veterem et novum, sive de fermento Pharisaeorum et Jesuitarum vitando; concionem habitam apud Oxonienses in die cinerum* MDLXXXII *in Matth.* xvi. *Marc.* viii. *Luc.* xii. Jesus dixit illis: Videte et cavete a fermento Pharisaeorum. Pr. "Satis jam satis (academici) theatricis." Lond. MDLXXXII. Rupellis MDLXXXV. 8vo. Inter opera Gul. Whitakeri, Genev. tom. i. 240. A. MDCXX. fol. *Jesuitismi partem primam, sive de praxi Romanae curiae contra respubl. et principes.* Ad Rob. Dudl. comit. Leicestr. "Cum omni tempore calami." Lond. MDLXXXII. 8vo. *Jesuitismi partem secundam Puritano-Papismi, seu doctrinae Jesuiticae aliquot rationibus ab Edm. Campiano comprehensae, et a Joh. Duraeo defensae confutationem, etc.* Ad Gul. Cecil, bar. Burghley, et Rob. comit. Leicestr. Pr. "Quamvis Attica lege vetitum sit." Lond. MDLXXXIV. 8vo. *Apologeticam epistolam ad academiae Oxon. cancellarium.* Rupell. MDLXXXV. 8vo. *Concionem in die cinerum.* Impr. . . . . 8vo. *Antidiploma* Mf. haud semel citatur in *Apologia ministrorum Lincoln.* . . . MDCV. 4to. *Seven sermons against treason in* 1 *Sam.* xxvi. 8. 9. 10. 11. Pr. ded. com. Leicest. "There are, right honoura-"ble, as farre as I can." Lond. MDLXXXVIII. 8vo. Oxford MDLXXXVIII. 8vo. *Consensum patrum de justificatione. Contra Milesium Hoggeardum. Prosopopoeiam Suffolciae, ducem Suffolciensem et Carolum fratrem amissos lamentantis.* Pr. "Quae suppressa fuit Lond. MDLII. 4to. *Ejusdem epigramma in Carolum Brandon carmine Sapphico.* Ibidem. *Ejusdem carmen Graecum in Henricum.* Ibidem. *Prosopopoeiam reg. Elizabethae contra bullam papae* 35 *distich. Et epitaphium ejusdem bullae* 14 *distich.* Ad finem *Jesuitismi*, part. i. *Onus, seu prophetiam Romae carmine.* Pr. "Roma superba licet." Est ad finem *Orationis Woodst.* MDLXXV. Et in *Praefat.* J. Balei. *De script.* edit. fol. 29 distichis. *Carmen pro Elizab. regina* 20 *distichis.* "O Deus altitonans." Est

cum duobus aliis (1) In ſymbolum Geo. marchionis Brandeburg. (2) De auſpicatiſſimo die Nov. 17. Pr. " Noſtra parens quondam." Hujus autoris carminibus Mſ. C. C. C. Twin. iv. praefixum *Orationi habitae Woodſtochiae*. Lond. MDLXXV. 4to. *Carmen Latinum praefixum Tho. Chaloner De republ. inſtauranda*. Lond. MDLXXIX. 4to. *Carmen Latinum* 21 *diſtichis praefix. Jo. Caſi ſpeculo moralium quaeſtionum in ethic*. Oxon. MDLXXXV. 4to. *Carmen Latinum* 10 *diſtichis pr. Joh. Bernardi orat. de vera tranq*. Lond. MDLXVIII. *Duo carmina ad finem Jo. Foxi comment. de Chriſto triumphante*. Edit. Baſil. MDLVI. *Carmina* xiv *diſtichis Lat. in feneſtris magnae camerae praeſidis collegii Magdalen. quae epiſcoporum illius domus alumnorum nomina continent*. Br. Twyne. Mſ. 223. *Indicem in Forſteri Lexicon Hebraicum* fecit. H. Holland. p. 208. E Graeco in Latinum tranſtulit *Philonis Judaei de nobilitate librum*. Pr. " Qui celebrant nobilitatem." Ad finem. " Optimates," etc. Baſil. MDLX. 8vo. et Anglice Lond. MDLXIII. 12mo. *Philonis de judice librum*. Pr. " Secun- " dum praeceptum judici." Ad finem libri *De ratione interpret. etc.* Baſil. MDLIX. 8vo. *Origenis tres dialogos de recta fide contra Marcioniſtas*. Pr. pr. Ad Anton. Cavura equit. ded. Baſil. MDLVII. Aug. 6. " Non omnia poſſumus omnes." Extat inter opera Origenis Latine Baſil. MDLXXI. fol. tom. ii. p. 811. In hoc opere Humfredus paraphraſten potius egit quam interpretem. Wetſten in *Praefat*. ad editionem horum *Dialog*. Graece et Latine, Baſil. MDLXXIV. 4to. *Cyrilli commentar. in Eſaiam* dedic. reginae Elizab. hujus meminit in epiſt. ad eam. Strype *Elizab.* p. 429. Tranſtulit ex Hebraeo in Latinum *Librum Obadiae prophetae*. Pr. " Viſio Obadiae ſic " dicit." Ad finem libri *De ratione interpret*. p. 566. Obiit kalend. Februar. A. MDLXXXIX, aetatis 63, et in ſuperiori parte chori in ſacello collegii Magdal. Oxon. humatus jacet. Epitaphium ejus *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 208. Bal. ix. 93. *Athen. Oxon.* i. 242. ſeq. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 287. 288. 292. 304. 310. etc. tom. ii. 196. 208.

HUMFREDUS de S. ANDREA (Dempſt. 366.) monaſterii ibidem cellerarius, patria Italus fuit. Scripſit *Ad Henricum Warlaw hiſtoriam pignorum S. Andreae*, lib. i. Claruit A. MCCCCXXXV. Dempſt. viii. 691.

HUNGFORDUS [RICHARDUS] patria Anglus, in Scotiam ſe contulit, ubi Johanni Pottoc familiaris erat; cum eo Scotia expulſus Romam profectus eſt, et poſtea vicarius eccleſiae Dunkeldenſis Johanni praedicto conſtitutus. Scripſit *Vitam Johannis de Pottoc*, lib. i. Claruit A. MCLXXXIX. Dempſt. viii. 693.

HUNNIS [GULIELMUS] muſicae et puerorum capellae regiae reginae Elizabethae magiſter: cui arma gentilitia per literas patentes data ſunt A. MDLXVIII. Mſ. Aſhmol. 840. Scripſit et edidit, *The Pſalms of David tranſlated into Engliſh metre by Tho. Sternhold, Sir Tho. Wyat, and William Hunnis, with certain chapters of the Proverbs, and ſelect pſalms, by John Hall*. dedic. to K. Edward vi . . . 4to. *William Hunnis's abridgment or brief meditation on certain of the pſalms in Engliſh metre*, print. by Rob. Wier. 8vo. *His hive full of hony*; *contayning the firſt booke of Moſes, called Geneſis, in Engliſh metre*, print. by Tho. Marſh, MDLXXVIII. 4to. *Seven ſobs of a ſorrowfull ſoul for ſin, comprehending the ſeven penitential pſalms in metre*. Pr. ded. Franc. comitiſſae Suſſex. " The proof of your ladyſhip's vertue." *Handfull of hony ſuckles*, ſc. *Prayers to Chriſt*: *Bleſſings out of Deuteron.* xxviii. *Athanaſius Creed*: *Meditations at morning and night, etc.* all in metre with tunes. Pr. " The day ſhall come, ſayth Chriſt." *Poor widdows myte*, ſc. *Seven meditations*: *Paraphraſe on the Lord's prayer, etc.* Pr. ded. reg. Elizab. " Except your " highneſs well allow." *Dialogue between Chriſt and a ſinner*. Pr. " Ariſe from ſinne, thou " wicked man." print. by Rob. Yardley MDXCI. 12mo. Lond. MDCX. 24to. To which is added at the end *A Chriſtian confeſſion of the trinity, and other prayers*, in proſe: Quaere tamen, an haec additamenta ejuſdem ſint autoris. *Recreations containing Adam's baniſhment*: *Chriſt his cribb*: *The loſt ſheep*: *And the complaint of old age*, print. by R. Denham, MDLXXXVIII. 12mo. In the collection of poems, entitled: *The paradyſe of dainty deviſes*, collected and printed firſt by Henr. Diſle, printed MDLXXVIII. 4to. are theſe verſes of WILLIAM HUNNIS. 1. *Our pleaſures are but vanities*. Pr. " Behold the blaſt. 4. *Being aſk'd the occaſion of his white head*. Pr. " Where " ſighing ſighs." [ſe ſenem agnoſcit A. MDLXXVIII.] 12. *No pleaſure without ſome payn*. Pr. " Sweet were the joys." 51. *If thou deſire to live in quiet reſt*; *give ear and ſee, but ſay the beſt*. 63. *Dialogue between the author and his eye*. Pr. " My eye, didſt thou light." 64. *Finding no joy, he deſireth death*. Pr. " The cony in his cave." *Hope well and have well*. Pr. " In hope " the ſhipman." *He complaineth his miſhap*. Pr. " Shall rigor raigne." *No foe to a flatterer*. Pr. " I would it were not." *His compariſon of love*. Pr. " The ſpider with great ſkill." *He aſſureth his conſtancy*. Pr. " With painted ſpeech." *No pains comparable to the attempt*. Pr. " Like as the dolefull dove." *He repenteth his folly*. Pr. " Alack, when I look back." *Love requited by diſdain*. Pr. " In ſearch of things that." *Of a contented ſtate*. Pr. " In wealth we " ſee ſome." *Of the mean ſtate*. Pr. " The higher that the cedar-tree." *Being in trouble*. Pr. " In terrours trapp." Omnia haec *Poëmata Gulielmi Hunnis* extant in ſecunda *Collectionis* hujus editione MDLXXXV. 4to.

HUNT [GILBERTUS] patria Scotus, monachus Ciſtercienſis. (Vide Dempſter. p. 344.) Scripſit, *Lecturas theologicas*, lib. i. *Replicationes ſcholaſticas*, lib. i. Claruit A. MCCCXLIII. Dempſter. viii. 651.

HUNT [GUALTERUS] ſive VENANTIUS [a], Carmelita fuit tam clari nominis, ut ejus

[a] In occidentalibus Angliae partibus natus. Pitſ.

erudi-

eruditionis plane contemptor viderer, nisi honorificum in nostro catalogo locum possideret. Quare volo candidum lectorem per me cognoscere, quod primum doctrinae et ingenii sui specimen Oxonii ostenderit. Porro quod unus electus sit, qui, totius Angliae nomine, concilio [b] Ferrariensi et Florentino interesset. Ex qua legatione magnam sibi non modo gloriam comparavit, verum etiam gratiam apud Eugenium, ejus appellationis quartum, pontificem Romanum; usque adeo, ut illius autoritatem praeter modum et mensuram omnem, quemadmodum mox ex librorum indice apparebit, postea extulerit. Itaque tantum abest, ut hominis adfectum in hac parte nimium adprobem; ut vehementer pontifices omnes, suae ditionis pomoeria praeter aequum dilatantes, improbem. Sed res Romanas missas facio; ac ad Venantii libros, quibus se orbi commendavit, properabo. Edidit vero *Vocabularium* [c]. *De vigore literarum libellum unum* [d]. *In doctrices mulieres*, lib. i. [e] *Super sententias*, lib. vi. *Commentariorum super Evangelia*, lib. iv. *In mulierum communionem* [f]. *De praedestinatione* [g]. *De praestantia ecclesiasticae dignitatis* [h]. *De ecclesiae symbolo* [i]. *De paupertate Christi* [k]. *Actorum Ferrariensis et Florentini concilii*, tum divisionis Graecorum a Romana ecclesia lib. sex [l]. Praeterea privatim duos libellos *De rebus in iisdem conciliis gestis* edidit [m]. *Sacras conciones numero* 27. *Collectaneum historiarum* [n]. Quatuordecim menses in negotiis, tempore concilii sibi commissis, exegit; deinde magno cum honore domum rediit, ac triginta et amplius annos postea vixit. Tandem ipso senii morbo gravatus, Oxonii fato functus est vigesimo die Decembris [o], anno D. MCCCCLXXVIII. Ex *Lelando*.

[b] A. MCCCCXXXVIII. [c] *Latinum* (quod breve catholicon intitulavit. Mf. Bal. Sloan. 4to. 196.) lib. i. "Ab, "praepositio omnibus in compositione literis praeponitur, "exceptis, etc" Mf. Bal. Sloan. [d] Pr. "A, vocalis "aliquando mutatur per compositionem in e." Ibid.

[e] "Non licet mulieribus publice do." In Mf. Bal. Sloan. vocatur *Determinatio contra praedicationem mulierum.* Pr. "Utrum liceat mulieribus docere viros publice con-"gregatos." [f] Lib i. "Idoneae ministrae non "sunt mulieres ad conficiendum eucharistiae sacramentum." Ibid. [g] Lib. i. In Mf. Bal. Sloan. ita: *Determinatio ecclesiam esse solum praedestinatorum.* Pr. "Utrum soli prae-"venti Dei gratia praedestinantis locum sint hic possessuri "Christi ecclesiae militantis." Ibid. [h] *Autoritatis.* Pr. "Viso superius de ecclesia et ejus partibus nunc con-"sequenter circa eam quaeritur; utrum symbolica Christi "ecclesia una per orbem seminata autoritati Scripturae "sit subdita, ac per eam approbata." Mf. Bal. Sloan.

[i] Lib. i. "Sed magna erat quaestio inter peritiores La-"tinorum, quando ista dictio (*filioque*) fuit primo Con-"stantinopoli inserta symbolo." Ibid. [k] Lib. ii.

[l] "Sciendum est, quod xii vicibus ecclesiae orientales se "diviserunt ab ecclesia Romana."— Ex quibus etiam tertius incipit: "Ut autem ipsa, quae ego theologorum mi-"nimus in diversis sparsim comperi doctoribus Graecis pa-"riter et Latinis de Spiritus Sancti productione a Filio, "etc. *Item alibi habet:* Haec non scribo pro convertendo "Graeco, qui Latinos doctores in veneratione magna non "habet, sed potius pro reformando Latino, si in hujus "materiae vacillet articulo: Haec acta sunt in concilio "Florentino A. D. MCCCCXXXIX. Mf. Bal. Sloan.

[m] De his duobus libellis nulla apud Bal. et Pitf. mentio.

[n] Lib. xii "Joannes filius junior Henrici." In Mf. Bale Sloan. ita: *Excerpta quaedam ex* xii. *autoribus historiarum, cronicarum et librorum in unum volumen collecta*, lib. xii. "Joannes filius junior Henrici ii regis Angl. ex Eleanora." etc. *Secundus liber incipit:* "Ovidius Naso sic dictus pro-"pter magnitudinem nasi." Haec ibid. Scripsit etiam Gualterus, *Determinationem de potestate et praeeminentia Petri super apostolos.* Pr. "Quaeritur utrum Petrus apo-"stolorum princeps eminentioris fuerit." Mf. Bal. Sloan. *De ecclesiae autoritate*, lib. i. "Symbolica Christi ecclesia "una." *De pontificis summi jurisdictione super generali concilio*, lib. iii. "Suprema militantis ecclesiae." Mf. ibid. *Contra Graecorum errores*, lib. i. "Dicendi materiae alti-"tudo." Bal. Addit. Mf. Lel. Trin. *De processu concilii sacri, sc. Florentini*, lib. i. Post haec sic dicta unicum Actum in materia ista fecerunt Graeci, quem jam consequenter dignum duxi transcribere; et sic inceperunt. Primo nos promisimus respondere particulariter ad ea quae dicta fuerunt ex parte vestra per reverendissimum dominum cardin. de S. Angelo, quae continebantur sub viii capitulis. Mf. Bal. Sloan. *Certamina Latinorum*, lib. i. Mf. Bal. Sloan. ita: *De actibus aliorum adversus Graecos in eodem sacro concilio.* Pr. "Dominus archiepiscopus Colossensis, ordinis "Praedicatorum eruditus S. theol. prof. et vir arte elo-"quens atque natura, primo publice in hac materia dispu-"tationis certamen exorsus est." Ibid. *Abbreviationes Comestoris*, lib. i. "Ex Egypto vocavi filium meum." *Determinationem de ademptione status religiosorum mendicantium a cura pastorali.* Pr. "Utrum status religiosorum "mendic. ad quem ipsi voto perpetuo obligantur, omnem "eis adimat capacitatem, qua curam pastoralem sortian-"tur." Mf. Ibid. *De regalitate et paupertate Christi*, lib. iii. Bal. Add. Lel. Et Mf. Bal. Sloan. "An Christus "hominum perfectissimus in statu hujus vitae habuerit ali-"quod regnum temporale." *Historiarum epitomen*, lib. i. "Ovidius Naso sic dictus est, quia." *In Parisiensem de virtutibus*, tab. i. "Ad notitiam istius tabulae." *In eundem de vitiis*, tab. i. "Abbatum exempla de taciturnitate." *Lecturas theologicas*, lib. i. *Disputationes quoque*, lib i. Praeter haec memorat Baleus in Addit. Lelandi, *De religiosorum dignitate*, lib. i. *De universali pontificum dominio*, lib. i. *Excerptiones* xii *chronicorum*, lib. xii. Et Mf. Bal. Sloan. 4to. f. 200. *Determinationem religiosos esse partem spiritualem ecclesiae militantis.* Pr. "Viso superius quid sit "ecclesia, consequenter quaeritur circa ejus partes." *De universali dominio Romani pontificis.* Pr. "Non solum "parochialis curati suorum parochianorum, quorum sunt "sacerdotes proprii, de quibus fit mentio Extrav *De poenitentiis et remissionibus.* cap. Omnis utriusque sexus, sed "papa est omnium generaliter sacerdos proprius." Mf. Bal. Sloan. [o] Novembris. Mf. Bal. Sloan. 4to. f. 135. et Lel. *Epit.* Bal. viii. 39. Pitf. p. 667. seq.

HUNTER [NATHANIEL] patria Scotus, Dornensis presbyter, S. Revoci curio, sed religione reformata in Scotiam recepta A. MDL in Belgium trajecit, ubi Brugis sedem fixit; inde in Italiam se contulit, et in archiepiscopi Mediolanensis familia vixit. Scripsit *De causis haeresis apud Scotos*, lib. i. Venetiis . . . Dempst. viii. 649.

HUNTINGTON [JOHANNES] academiae Oxon. alumnus, et poëta insignis propter carmen contra doctorem Stokes et sacramentum eucharistiae coram concilio sacro 3 Dec. MDLIII accersitus palinodiam cecinit, et ita impunis evasit. Postea in Germaniam profectus cum Baleo et aliis familiariter conversatus est. Tempore reginae Elizabethae in Angliam reversus, eloquens orator ecclesiasticus cluebat. (Strype *Eliz.* p. 136.) Scripsit *Epitaphium Ricardi Pacaei*, carmine. Pr. juxta A. Wood. "Nascitur omnis homo." Pr. juxta Pitf. "Richardus jacet hic ven." *Humanae vitae deplorationem*, carmine. Pr. "Nunc ubi magnanimi." *The genealogy of heresies sub nomine Pontii Pontalabi.* Pr. "Blind obstinacy begate heresy." Bis impress. per Wyer et Redman ante A. MDXLII. hujus enim meminit Joh. Harrison (sive Joh. Bale.) in *Detectione hominis peccantis*,

peccantis, f. 97. *De lapsu philosophiae. Conciones varias. Contra doct. Stokes et sacramentum eucharistiae carmen.* Claruit A. MDLVI. Pitf. *App.* p. 876. *Athen. Oxon.* i. 100. Fox. 1 edit. 670.

HURLESTON [RANULPHUS] armiger, cujus epitaphium virtutes ejus explicat: "One "of the honourable councel in these north parts, who adorned with great gifts of learning, gra-"vity and wisdom, joyn'd with rare godlyness; was always carefull for the advancing of the sin-"cere doctrine of Christ." Dodsworth. 159. f. 24. Scripsit, *Dialogum contra pontificios.* Anglice impr. Cantuar. per Joh. Mitchel . . . 8vo. *His news from Rome concerning the blasphemous sacrifice of the mass.* Sunt quatuor *Dialogi* translati in Anglicum sermonem a R. H. (1) *Against the mass* inter Milhobium et Polilogum. (2) *Of the true worship of God* inter Curionem et Alutariam. (3) *Of the honoring and calling upon saints* inter Sanderum et Glandorpium. (4) *Of Christian freedom* inter Philostatium et Vegetium. Pr. ded. transl. domino Thomae Hawarte. "As ofte as I consider, right honourable lord." impr. Cantuar. per Joh. Mitchel . . . 8vo. *Carmina duo*, 1. *Latinum* et 1. *Anglicum* in libro Gul. Turneri contra anabaptistas. Obiit MDLXXXVII. 12 Aprilis.

HURLIE [DERBIE] natione Hibernus; philosophiae naturalis, necnon juris civilis peritus. Scripsit *In Aristotelis physica.* Stanihurst. apud Hollinsh. vol. ii. 41. Qu. An idem cum Dermicio Hurleo, archiepiscopo Casseliensi, qui suspensus fuit Dublinii in principio regiminis Johannis Perotti. De quo vide *Analecta de rebus Hibern.* p. 48.

HUSSEY [GUALTERUS] officialis scaccarii in Hibernia. Scripsit Anglice *Historiam rerum Hibernicarum ab* A. MD *ad tempora Mariae reginae*, Mf. Lambeth. 615. et 623. et 624. Obiit A. D. MDLIV.

HUTCHINSONUS [ROGERUS] patria Hertfordensis collegii D. Johannis Cantabrig. alumnus. Dicitur collegii Etonensis socius fuisse. Scripsit Anglice, *The image of God, or laie-man's booke, in which the right knowledge of God is disclosed.* Pr. ded. Tho. Cranmero. "Publius "Scipio he that was first named." Lond. MDL. MDLX. MDLXXIII. MDLXXX. 12mo. *Two sermons of oppression, affliction, and patience; upon the epistle of the second sunday after Easter.* Pr. ded. dom. Henrico Sidnaeo. "Though the Scriptures were never so." dat. e coll. Eton. MDLII. Mf. in bibl. reg. Westmon. 17. B. xii. *Three sermons preach'd at Eaton of the Lord's supper* A. MDLII *in Matth.* xxvi. 26—30. Pr. "The gospel of this day, welbeloved in the Lord." Lond. MDLX. MDLXXIII. 12mo. Claruit A. MDL, et obiit principio regni Mariani. Ita Jo. Daius typogr. in *Praefat.* ad *Conciones.* Bal. ix. 85.

HUTTEN [JOHANNES] (Dempst. 367.) presbyter Scotus, curio S. Mariae ad Nives Aberdoniae. Scripsit, *De Murthlacensis sedis translatione*, lib. i. *Vitam S. Palladii*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXII. Dempst. viii. 695.

HUTTON [ROBERTUS] Gulielmi Turner, decani Wellensis scholaris, A. MDLX. 9 April. ab episcopo London. ad rectoriam de Wickham Episcopi in Essexia, et antea ad Braxted P. in eodem comit. collatus, Newcourt. ii. 93. et 658. quae beneficia ecclesiastica vacabant sub initium anni MDLXIX. Ex Latino in Anglicum sermonem transtulit *Margaritam theologicam: The sum of divinity drawn out of the holy Scriptures, very necessary for curates and young students in divinity*, Lond. MDXLVIII. 12mo. MDLXVII. 8vo. *Fasti Oxon.* i. 93.

HYDE [DAVID de la] gente, ut videtur, Hibernus; admissus erat socius probationarius collegii Merton. Oxon. anno MDXLIX, et post 4 annos artium magister evasit, propter disputandi peritiam celebris. Operam dedit studio juris civilis, nullo vero gradu in ea facultate ornatus erat. Reginae in rebus ecclesiasticis suprematum negans, collegio et academia expellebatur, unde in patriam rediit. Anno tamen MDLXI in Anglia oberrans, ne utramque academiam intra viginti milliaria attingeret, cogebatur. Scripsit, *Schemata rhetorica in tabulam contracta. Orationem de ligno et foeno in laudem magistri Jasp. Heywood.* Et alia. Claruit A D. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 199. Stanihurst apud Hollinsh. vol. iii. p. 40. Strype in *Vita Elizab.* 241.

HYLDA Horeswitha, Edwini regis neptis, coenobii Pharensis fundatrix. Scripsisse fertur, *Pro veterum rituum observatione*, lib. i. *Meditationes pias*, lib. i. *Epistolarum ad diversos* lib. i. Obiit A. C. DCLXXXV. vel DCLXXX. 15 cal. Dec. aetatis 66, et sepulta est in suo coenobio. Postea vero ossa translata fuerant Glastoniam. Bal. i. 80. Pitf. 112.

HYLDEWINUS S. theol. doctor, Anglus. Hujus doctoris *Opera quaedam* in sua bibliotheca Norwici aliquando habuisse dicitur Rob. Talbottus. Sed ex omnibus scriptis suis solummodo ad notitiam nostram pervenit *Concio*, lib. i. "Coeli enarrant gloriam Dei." Mf. Cantabrig. in bibl. publica 128. 4. De tempore quo floruit, non constat. Pitf. *App.* p. 864. Quaere tamen, annon hic fuerit Hildwinus abbas San-Dionysianus, qui floruit A. DCCCXXVII. De quo vide Bulaei *Histor. acad. Paris.* tom. i. p. 158.

HYLL [ADAMUS] patria, ut videtur, Wiltoniensis, in academia Oxoniensi, educatus ubi emenso philosophiae cursu A. D. MDLXVIII. in socium collegii Baliol. ascitus et post quadriennium supremos in ea honores obtinuit. Deinde egregia concionandi facultate pollens vicariam de Westbury in comitatu Wilton. et rectoratum de Goosage in com. Dorset. Praebendam de Gillingham Minor. in eccl. cathed. Sarum ac tandem praecentoratum ejusdem ecclesiae (A. D. MDLXXXIII. 16 Jun. Le Neve, *Fasti* f. 266.) adeptus est. A. D. MDXCI gradum doctoris in theologia suscepit. Obiit Salisburiae, et ibidem in ecclesia cathedrali humatus 19 Febr. MDXCIV—V. Scripsit, *Godly sermon shewing the fruits of peace and war on 2 Chronic.* XX. I. *apud crucem Paulinam*

linam 25 Aug. MDLXXXVIII. Princ. dedic. dominae Walfingham: "You may marvel, right "honourable." London MDLXXXVIII. 8vo. *The crie of England, in Genef.* xviii. 21. 22. *Apud crucem Paulinum.* Princ. dedic. praetori London. "There be four things in the" Lond. MDXCIII. 8vo. MDXCV. 12mo. *Sermon concerning Christ's descent into hell; at Chippenham* 28 Febr. MDLXXXIX. London MDLXXXIX. *A defence of the article, Christ descended into hell; with an answer to the arguments objected against the truth of the said doctrine, by one Alexander Hume.* Ad Joh. archiep. Cant. princ. dedic. "Divers causes, most reverend father." Lond. MDXCII. 4to. In hoc tractatu fol. 69. se sub episcopo Jewello educatum fuisse dicit. *Athen. Oxon.* i. 273.

HYLTON [GUALTERUS] ordinis Carthusiani monachus apud Shene in comitatu Surr. postea theologiae doctor et canonicus de Thurgarton. Scripsit librum, cui titulus *Imago Dei homo.* Angl. Liber secundus (cap. 47.) Latine ex translatione Tho. Fishlake Ms. bibl. Bodl. NE. F. 2. 17. *De consolatione in tentationibus,* lib. i. "Ineffabilis misericordia nostri redemptoris." Ms. bibl. reg. Westm. 6. E. iii. *De tolerandis imaginibus,* lib. i. "Inter caetera, quae mihi scripsisti." Ms. Oxon. in coll. Lincoln. Bale. Extat Ms. bibl. Bodl. Digby 115. tractatus hujus autoris, et pr. ibi intitul. "De imagine peccati." Ita et Ms. Cotton. Titus, D. xi. Et in Ms. bibl. reg. Westmonast. ii. B. x. *Tractatus de ymaginibus contra haereticos, qui volunt eas in ecclesia Dei collocatas destruere.* Pr. "Nunquid Domini nostri crucifixi." *De origine et utilitate religionis,* lib. i. "Quia vero ex tenore cujusdam." Ms. bibl. reg. Westm. 6. E. iii. Pitseus duos libri hujus titulos dividendo, duos facit tractatus. Ast male. Unum enim idemque opus Ms. extat in bibl. Bodl. Digby 33. sub titulo "Epistola aurea ad Ad. de Horsley monach. Rievall. ordinis Carthus. de "religionis origine, utilitate et ingredientium religionem debita intentione." Ms. Wood. Pits. Pitseus tractatum suum de origine religionis ex Ms. Oxon. in coll. Magdal. cod. 93. et ex bibl. Lumleana deprompsit. *Scalam perfectionis, sive de vita contemplativa,* lib. ii. (i. 92. ii. 46.) "Dilecta soror in Christo Jesu, rogo." Anglice redditus hic liber impressus fuit jussu Margaretae comitissae Richmondiae in Gul. Caxtoni domo per Winkin de Word MCCCCXCIV. In Ms. coll. Magd. Oxon. 141. libellus primus tantum. Extat Anglice Lond. MDXXXIII. et MDVII. 4to. et MDLIX. 8vo. et in bibl. Lambeth. Ms. "Ghostly suster in Jesu Crist, I praye thee that." Ms. Norwic. More xxxiii. Ms. bibl. Bodl. NE. F. ii. 26. The scale of perfection, cap. xvi. "Dear "brother in Christ. There be in holy church two kinds of life," Lond. MDCLXXII. 4to. In bibl. Oxon. Univ. coll. B. 13. Ms. sunt 93 capitula hujus principii "De arte bene vivendi" quae a recentioribus Gualtero Shirlaw attribuuntur. *Contra tentationes carnis,* lib. i. "Quoniam, sicut ait "apostolus." Ms. bibl. Bodl. NE. B. i. 11. Et Ms. in rubeo claustro, ut ex Bunderio scribit Theodorus Petreius in sua *Bibl. Carthusiana.* *De communi vita ad laicum,* lib. i. "Dilecte frater in "Christo Domino." Ms. bibl. reg. Westm. 6. E. iii. Et Anglice cap. xix. "Dere broder in "Cryst. Two manner of states." 2d edit. Lond. MDXVI. 4to. *Baculum contemplationis,* lib. ii. "Rogo te, ut contenta sis devota." *De idolo cordis,* lib. i. "Inter caetera, dilecte in Christo." *De ascensionibus spiritualibus,* lib. i. "Beatus vir, cujus auxilium." Extat sub nomine Gerardi Zutphani. In Balei Ms. margine sequens nota additur. "Liber ejusdem tituli et principii habetur "inter opera R. Hampoli." *De ecclesiastica musica,* lib. i. "Qui sequitur me non ambulat." Ms. in bibl. Lambethana bis: complectitur tres priores libros operis Tho. de Kempis *De imitatione Christi.* Whart. Usser. In cod. Ms. Lambeth. cli. 4to. est haec musica ecclesiastica sine nomine tamen auctoris. *Contemplationes piae Gualt. Hylton anachoretae, versibus rhythmicis Anglicanis cum pulchris picturis antiquorum eremitarum et arborum in eremo, repraesentantium vitia et virtutes, dona spiritus,* xii *abusiones saeculi, etc.* foliis. Pr. "Elongavi fugiens, etc. Davit that prophete "was." Ms. Cotton. Faustina B. vi. *A tretis of* viii *chapitres necessarie for men, that given hem to perfection, which was founden in a book of Mr. Lewes de Fontibus at Cantebrigge, and turned into English by Mr. Water Hilton of Thurgarton.* Pr. "The first token of love is the" Ms. in bibl. Stillingfleet. *A devout book for a man in temporal estate, how he should rule himself for a vertuous life,* Lond. MDVI. 4to. *De praerogativa religionis,* lib. i. Ms. Oxon. in colleg. Merton. 47. In Ms. Mertonensi praefixa haec nota: "Incipit epistola mag. Walteri Hilton de utilitate et praero-"gativis religionis, et praecipue ordinis Cartusiensis; quam quidem epistolam idem Walterus "primo direxit cuidam venerabili baroni de Scaccario dom. regis ordinem Cartusiensem intrare "disponenti, nomenque ejus erat Adam Horsley, qui etiam dictum ordinem postea ingressus, "laudabiliter in eo perseveravit." *De contemplatione* Anglice, lib. i. Ms. Cantab in coll. C. Christi R. 5. [Est scala perfectionis supra citata.] *De modo sancte vivendi,* lib. i. Ms. Zutphaniae apud Minor. Petreius. *De castitate et munditia sacerdotum,* lib. i. Ms. Gandavi apud Praedicatores. Et in Isaacensi abbatia, ut scribit Petreius. *De regimine vitae Christianae,* lib. iv. Ms. in bibl. eccles. Sarum. *Orationes et meditationes.* Ms. ibidem. *Super psalmum* "Qui habitat" Anglice. Ms. monast. Sion. olim. *Super psalmum* "Bonum est confiteri" Ibidem. *Of the song of the angels, by Walt. Hilton.* Pr. "Dere brother in Christ, I have understanding." Lond. MDXXI. 4to. Claruit circa A. D. MCCCCXXXIII. Obiit in vigilia annunciationis A. MCCCXCV, uti nota antiqua Ms. in principio Ms. bibl. Bodl. NE. F. 2. 17. habet. Juxta notam in calce Ms. Norwicensis More xxxiii. 10 calend. April. MCCCXCV circa solis occasum.

HYLLUS [ALBANUS] natione Cambro-Britannus. Pits. Hollinsh. iii. 978. Dempsterus Scotum esse vult. Aliqualem educationis suae partem habuit apud Oxoniam, maximam in academia aliqua extera, ubi medicinae se addicens, in ejusdem professione doctor renunciatus fuit. Magnam

gnam familiaritatem habuit cum D D. Johanne Caio, et Johanne Fryero, medicis haud vulgaris notae Cantabrigiensibus. Medicus fuit nobilissimus et optimus, et in omni disciplinarum genere maxime versatus, multa in Galenum, quae ad anatomen pertinent, conscripsit, ut refert Bassianus Landus Placentinus in *Anatomia corporis humani* lib. ii. cap. xi. Bale. ix. 714. seq. Scripsit, *In Galenum permulta*, lib. i. *De anatomia Galeniana*, lib. i. Obiit 26 Decemb. anno MDLIX, et sepultus est in ecclesia S. Albani de Woodstreet Londini. Dempster. viii. 666. Stow. *Lond.* p. 309. *Athen. Oxon.* i. 99.

HYNTON [JOHANNES] sophista magni nominis, et in fallaciis logicis versatissimus. Scripsisse fertur *Fallaciarum formulas*, lib. i. "Suppositiva ad sensum dicta sunt." De aetate ejus non constat. Bal. xii. 7. Pits. p. 875. *App.*

HYRDE [RICHARDUS] [Annon Rich. Hirtius inter Lelandi *Encomia*, p. 44.] Transtulit ex Latino in sermonem Anglicum *Ludovici Vivis instructionem Christianae mulieris*, lib. iii. Pr. ded. reg. Catharinae, "I have been moved partly." Lond. per Tho. Berthlet. MDXL. 4to. et MDLXXXV. 12mo.

J A C

JACCHAEUS [THOMAS] Caledonius, ludi-magister Glascuensis; quo munere abdicavit kal. Sept. MDLXXIV. Geo. Buchanani, Hadriani Damman, Andr. Melvini, etc. familiaris. Scripsit *Onomasticon poëticum, sive Propriorum, quibus in suis monumentis usi sunt veteres poëtae, brevis descriptio poëtica.* Pr. ded. Jacobo Hamiltonio. "Cum ante annos octodecim erudiendae "juventuti Glascuae navarem operam." Edinb. MDXCII. 4to. Claruit senex ad Sylvam vulgo dictam, Orientalem 7 kal. Aug. MDXCII, quo anno et die data est *Epistola* dedicatoria.

JACOBUS CARTHUSIENSIS scripsit *Quodlibetica*; quae extant Mss. in bibl. Bodl. Laud. D. 90.

JACOBUS CISTERTIENSIS sive Anglicus, Bernardini ordinis monachus; doctrinae inter sui ordinis monachos restaurator: primus praeses et professor in schola, quam Stephanus Lexingtonus abbas Clarevallensis Lutetiae fundavit in usum monachorum Cistertiensium. Scripsisse fertur, *In Cantica canticorum*, lib. i. *Conciones in evangelia*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. Claruit A. MCCLXX. Bal. iv. 36. Pits. 353.

JACOBUS STUARTUS i rex Scotiae. (Dempst. 380. Bal. par. post. 217.) In fine poëmatis *Lamentatio* Gowerum et Chaucerum mirifice laudat. Scripsit, *Leges aequissimas*, lib. i. *Super uxore futura*, lib. i. *Cantilenas Scoticas*, lib. i. [*Lamentatio facta, dum in Anglia fuit rex.* Pr. "Heigh in the hevyns figure circulare." Ms. bibl. Bodl. Selden. Archiv. B. 24.] *Rhythmos Latinos*, lib. i. *De musica*, lib. i. Occisus Perthi A. MCCCCXXXVI. Dempster. ix. 713.

JACOBUS ii rex Scotiae (Dempster. 381.) edidit *Edictum pacificatorium*, lib. i. Bombardae dissilientis ictu in Roxburgi obsidione interiit A. MCCCCLX. Dempster. ix. 714.

JACOBUS iv rex Scotiae (Dempster. 381.) Scripsit *In Apocalypsin*, lib. i. Obiit A. MDXIII. Dempst. ix. 715.

JACOBUS v rex Scotiae (Dempster. 382.) Scripsit vernacule *De choreis rusticis Fakirkensibus*, lib. i. *Christs kirk on the Green.* Pr. "Was never in Scotland heard or seen." Edidit notisque illustravit Cl. Edm. Gibsonus. Oxon. MDCXCI. 4to. Obiit Falklandiae A. MDXLII. Dempster. ix. 716.

S. JARTLATHUS S. Hierlathius ab O Flaherty dictus, Logae filius, primus ecclesiae Tuamensis antistes, floruit circa A. DL. Extant sub ejus nomine *Vaticinia de successoribus suis in sede Tuam.* Exemplar habuit Waraeus, sed falso ei adscripta sunt. Figmenta potius puto longe posterioris aevi. War. p. 11.

IDEN [HENRICUS] transtulit ex Italico in Anglicum *Circen per Joh. Baptistam Gello*, dial. x. Pr. ded. scolaribus suis, dom. Herbert de Caerdiff. mag. Edwardo Herbert et mag. Henrico Compton. "Reding sometimes these dialogues." Lond. MDLVII. 12mo.

IDLE [PETRUS] armiger Cantianus. Scripsit, partim Latina prosa, partim carmine Anglicano, *Moralium praeceptorum ad filium suum Thomam*, lib. ii. Pr. "In the begynning of this lytell "werke. Ms. Norwic. More 124. Liber secundus continet *Paraphrasin in* x *praecepta et in* vii *vitia moralia* carmine Anglicano. *His book of Comfort.* Ms. Harleian. xxxvi. A. 2.

JEDBURGUS [THOMAS] sive JEDWODIUS patria Scotus, ordinis S. Franciscani frater. Scripsisse fertur *Patriae deplorationem*, lib. i. Claruit A. MCCCCXCVII. Dempster. ix. 746.

JENEIE [THOMAS] Scotus, Mariae reginae Scotorum orator. Scripsit, ad dictam Mariam reginam, *Librum nigrum*, Colon. MDLXXV. Hollinsh. vol. iii. p. 1563. *A discourse of the troubles* in

in France translated by Tho. Jenneie gent. Dedicated to the French queen. Strype int *Vita Grindall.* 44.

JENINGS [EDVARDUS] transtulit in sermonem Anglicum, et praefatione auxit *Historiam celebrem castae piaeque matronae Judith.* Lond. MDLXV. 12mo. *The notable history of the two faithful lovers Alfagus and Archelaus.* English verse. London. MDLXXIV. 4to. ubi vocatur Lenings. *A brief discovery of the damages, that happen to this realm by disordered and unlawful dyet; the benefits and commodities, that otherwise might ensue, with a persuasion to the better maintenance of the navy.* Pr. ded. dom. Car. Howard baroni de Effingham. "After long consideration." Lond. MDXCIII. 4to.

JENKINSON [ANTONIUS] Literae patentes ei pro armis gentilitiis A. MDLXVIII, in quibus omnia ejus itinera enumerantur. Ms. Ashmol. 844. Edidit *Tabulam geographicam Russiae.* Lond. MDLXII. *Catal.* praef. Ortelii *Theatro.*

JERONUS PRESBYTER, natione Anglus, unus ex apostolis Germaniae (sed scripta latent) ubi martyrizatus circa A. D. DCCCXLIX. Bal. xiii. 65.

JEWELLUS [JOHANNES] Budenae in parochia de Berinarber comit. Devon. 24 May A. MDXXII natus, literis grammaticalibus apud Branton, Southmoulton, et Barnstapliam institutus sub auspiciis Walteri Bowen; Oxoniamque missus mense Julio A. MDXXXV inter Mertonenses admissus fuit. Ibi favore praeceptoris sui Johannis Parkhurst, postea episcopi Norwicensis factus est portionista; A. MDXXXIX scholaris collegii Corporis Christi electus; et anno sequenti baccalaureus artium, mox rhetoricae in eodem collegio praelector; et A. MDL. S. theol. baccalaureus creatus praedicatoris officio apud Sunningwell juxta Abendoniam functus est. Regnum auspicante Maria e collegio Corp. Christi pulsus, ad aulam Lateportensem abiit (juxta Fuller, *Eccl. hist.* loco ut infra) et ibi religionem pontificiam professus esse dicitur. Postea autem in Germaniam migrare coactus est, ubi primo Francofurti, deinde Argentorati sedem fixit. Mortua regina A. MDLVIII in patriam rediit, et anno sequenti ab Elizabetha ad episcopatum Sarisburiensem evectus erat. A. MDLXV renunciatus est S. theol. doctor Oxon. Extruxit bibliothecam ecclesiae cathedrali Sarum contiguam. Scripsit *Exhortationem ad Oxonienses.* Extat summa ejus in *Vita* per Laur. Humfredum impr. MDLXXIII. p. 35. *Exhortationem in collegio Corp. Christi, sive concionem in fundatoris Foxi commemorationem.* Pr. "In memoria aeterna erit justus." Ibid. p. 45. seqq. (1) *Concionem in templo B. Mariae virginis,* Oxon. A. MDL. *in* 1 *Petr.* iv. 11. Ibid. Lat. p. 49. Pr. "Si quis loquitur, etc. Dilectissimi in Christo fratres." Et Anglice Lond. MDLXXXVI. 8vo. *Orationem in aula collegii Corp. Christi quando expulsus erat* A. MDLIV. Pr. "Saepissime." Ms. C. C. C. Oxon. Twin. iv. *Epistolam ad Scipionem patritium Venetum de causis cur episcopi Angliae ad concilium Tridentinum non convenirent.* Extat in *App. Hist. Trident.* per Nath. Brent. Lond. MDCXXIX. fol. Summa ejus apud Fuller, *Eccl. hist.* xvi. 70. (2) *Letters between him and doct. Henry Cole upon occasion of a sermon.* Pr. "I perceive by your letters." Lond. MDLX. 8vo. (3) *Sermon at Paul's Cross* A. MDLX (Strype in *Vita Grindall.* p. 27. eam concionem habitam esse vult 26 Nov. MDLIX.) *on* 1 *Cor.* ii. 23. Pr. "S. Paul after he was once appointed." Lond. MDLX. 8vo. *Apologiam ecclesiae Anglicanae.* Pr. "Vetus illa est querela a primis." Lond. MDLXII. 8vo. et postea saepius impressam, et in varias linguas, Anglicanam sc. (Lond. MDLXII. 4to. et a domina Anna Bacon translat. ac ab autore revisam MDLXIV. et MDC. 12mo.) Germanicam, Hispanicam, Italicam, Gallicam, Graecam (a Joh. Smith, e collegio Magdalen. Oxon. MDCXIV. MDCXXXIX. 12mo.) et Wallicam [a M. Kyffin. Oxon. MDLXXI. 8vo.] versam. (4) *A defence of the apology of the church of England against Hardyng.* Pr. "It had been greatly." Lond. MDLXIV. MDLXVII. MDLXX. MDLXXI. Latine per Tho. Braddock Cantabrigiensem, MDC. fol. *An answer to Mr. Hardyng's book entit.* "A detection of certain errors." Lond. MDLXV. Lov. MDLXVIII. Hoc responsum dicitur in titulo Latinae editionis. . . . MDC. post finem prioris libri sc. *Antapologiae* extare ex interpretatione ejusdem Bradoci, sed non invenitur. (5) *A reply to Mr. Harding's answer, etc.* in XXVII articles. Pr. "Perusing a certain book." Lond. MDLXVI. fol. Latine per Gul. Whitaker. Lond. MDLXXVIII. 4to. Genev. MDLXXXV. fol. . . MDC. fol. (6) *A view of a seditious bull sent into England from Pius* V *bishop of Rome* A. MDLXIX *delivered in certain sermons in the cathedr. church of Sarum* MDLXX. Pr. "Whiles I opened unto you the wordes." Lond. MDLXXXII. 8vo. (7) *A treatise of the Holy Scriptures, gathered out of his sermons at Salisbury* A. MDLXX. Pr. "Among all his creatures." Lond. MDLXXXII. 8vo. (8) *Exposition on the two epistles of St. Paul to the Thessalonians.* Pr. "The apostle Paul preach'd." Lond. MDXCIV. 8vo. (9) *Certain sermons,* Lond. MDXXXIII. MDCIII. 8vo. (10) *A treatise of the sacraments gathered out of his sermons.* Pr. "I have opened unto you the contentis." London. MDLXXXIII. MDCIII. 8vo. Opera haec omnia (exceptis primis 5) simul impressa sunt in uno volumine Lond. MDCIX. fol. Cui praefigitur ejus *Vitae* epitome per Dan. Featly. Opera haec Anglicana secundum ordinem figurarum edita sunt cura Joh. Overalli. Lond. MDCXI. fol. *Epistolam Anglicanam in laudem libri doct. Thomae Wilson de usura* praefixam dicto libro. *Epistolas quinque Latinas ad J. Parkhurst* episc. Norwicen. Ms. Norwic. More. 125. *A letter*: "That it is not lawfull for a man to marry two sisters successively." Dat. Sarum cal. Nov. MDLXI. Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. B. p. 195. Strype in *Vita Parker.* n. xix. *Three letters to M. Parker.* Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. et Strype in *Vita Parker.* p. 264. *A letter to H. Bullinger* MDLXV. Strype *Elizab.* 457. *Epistolam Simlero* editam per P. Colomesium. Lond. MDCXCIV. f. 291. *A brief and lamentable consideration of the apparel*

parel now used by the clergy, etc. MDLXVI. quod Strype in *Vita Parker.* p. 220. vel Juello nostro vel Coxio adscribit. *Adversus Th. Hardingum de privata missa.* London. MDLXXVIII. 4to. *Against Mr. Rastel's return of untruths.* *An answer to certain frivolous objections against the government of the church of Engl.* Lond. MDCXLI. 4to. *Sermon on Psal.* lxix.——MDCXLI. 4to. Manuscriptos codices reliquit *A paraphrastical exposition of the epistles and gospels throughout the whole year. A continuate exposition on the creed, the Lord's prayer, and the ten commandments. Commentary on the epistle to the Galatians. Commentary on the epistle of St. Peter. Ms. Carmen hujus autoris in obitum regis Edw.* vi. Pr. " O fortunatos nimium, te rege, Britannos." xii vers. Ms. Bale Glyn. xiii. 82. *Oratio J. J. Hum. praelect. collegii Corp. Chr. Oxon. contra rhetoricam habita* in aula ejusdem collegii. Pr. " Scio quam male audire." Ms. C. C. C. Oxon. Twin. iv. Apud Monkton Farley diem obiit ultimum 23 Sept. MDLXXI, et in chori Sarisburiensis meditullio humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 168. seqq. Godwin. p. 408. Blunt. p. 497. Hen. Holland. *Herool.* p. 169. Fuller's *Eccl. hist.* lib. ix. 8. 70. 101. seq.

IGLACUS [a] monachus divinae Scripturae majestati merito assurgebat, et studium omne suum in ea recte collocavit. Hinc ejus fama per monasteria Nortabrinorum celebris admodum; usque adeo, ut Sigwinus, abbas fani Petri in finibus Berniciorum versus orientem [b] magni eum fecerit, et accersitum praelectorem monachis Petrinis constituerit. Ethelvolphus, scriptor *Factorum memorabilium fani Petri*, de Iglaco sic scribit:

> Tempore quo lector praeclarus gaudia dicti
> Accumulat patris, Iglacus nomine dictus:
> De quo jamdudum perstrinxi pauca relatu
> Anglorum de gente, pios dum carmine quosdam
> Concinerem.

Et rursus in *Somnio* suo:

> Dic qua parte manet quidam meus ille magister
> IGLAC.

Et ibidem:

> Sederat in scamno doctor, lectorque beatus
> IGLAC.

Haec ego de Iglaco, Ethelwolphi autoritate fretus, posteritati non ingratus consecro [c]. Ex *Lelando*.

[a] Bal. et Pits. eum scripsisse ferunt, *Vitam Sigwini abbatis*, lib. i. [b] Lindisfarnae sc. [c] Claruit anno DCCXL. Bal. ii. 20. Pits. p. 143.

ILTUTUS [a] nobili familia genitus, Bicanum et Rienguildam parentes habuit; quorum amplas adeo ille non magni fecit fortunas, ut, relicto strepitu et splendore domus paternae, quietem et silvarum umbras unice amplecteretur. Nec alia ab eo hoc plane factum ratione ulla, quam ut opportune, secure, libere bonis artibus et pietati invigilaret. Delegit sibi in praeceptorem Cadocum [b], doctrina et religione praecellentem; cujus vestigiis anxius inhaerebat, donec et ipse parem cum instructore cum famam tum gloriam sibi peperisset. Utque fructum operis feliciter incepti aliquem orbi produceret, regulum Morganiae tunc imperantem supplex adiit, a quo fundulum erigendo monasterio commodum petiit et accepit. Crevit opus institutum; et brevi eo perventum, ut, passim confluentibus ad Iltutum adolescentibus optimae indolis et spei maximae, ejus monasterium tantum non academia et videretur et diceretur. Venerunt inter alios, adprobatae notae juvenes, Gildas, David, Paulinus, et Sampson. Jamque, egregio absoluto opere, Armoricam petiit, Britannos invisurus suos; hac interim usus cura, ut, absente eo, Isamus, studiorum bonorum candidus amator, collectae praeesset societati. Obiit Iltutus, ut ego accepi, Doli in Britannia continentis: fama tanti at non obiit viri. Fanum ejus nomini sacrum, ab eo conditum in Morgania non procul a Sabrino mari, etiam nunc in pretio est; utinamque simili monumenta ab eo scripta felicitate fruerentur. Sed fata sinistra Britannorum thesauros, quantum ad literas pertinet, paene omnes, proh dolor! abstulerunt maximo plane posteritatis incommodo [c]. Ex *Lelando*.

[a] Iltutus, sive Elchutus Morganensis cognominatus. Bale. Pits. [b] Discipulus S. Germani, et postea S. Dubricii. Pits. [c] Scripsisse dicitur Iltutus, *Super quaestione ad Sampsonem* epistolam. *Ad Isanum et Atroclium abbatem.* epist. i. Claruit anno DXX. Bal. i. 52. Pits. p. 93.

IMARUS abbas Scotorum (Dempst. 397.) in coenobio Herbipolitano xx. Scripsit *Homilias*, lib. i. Claruit A. MCCCC. Dempst. ix. 751. Quidam S. Imarus monachus Reculvensis ecclesiae jacet in ecclesia S. Joh. Baptistae de Thanet. Lelandi *Collect.* iii. p. 5.

INA REX WEST-SAXONUM Scripsit *Statuta* Pr. Ic Ine mid Ƿoðeƿ ȝype. London. MDCXXI. inter *Leges Anglo-Saxonicas.* pag. 16. seq. De quibus Ms. Bale Glyn. inquit: " Ina rex " Anglorum fecit legum lxxx capita," librum i. Pr. " In primis praecipimus ut Dei ministri." Juxta Baleum i. 97. et Pitseum. p. 124. Scripsisse fertur, *Legum religiosarum* lib. i. " Ego Inas Dei

" Dei gratia West-Saxonum rex." *Statuta municipalia*, lib. i. *Ad Gregorium papam secundum*, lib. i. Pitf. *Epist.* i. Bal. locis citatis. Obiit A. DCCXXVIII.

S. INANUS Scotus (Dempster. 379.) Romam peregrinavit, et ad Terram Sanctam. Scripsit, *Locorum sacrorum nomina*, lib. i. Mf. in bibl. archiepiscopi Pisani Bonciani. *Homilias ex Sacra Scriptura*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. Claruit A. DCCCXXXIX. Sepultus est in patria ad Urwinum, ubi colitur 18 Augusti. Dempster. ix. 711.

INGELRAMUS (Dempster. 392.) regis Scotiae cancellarius, ab Alexandro iii papa episcopus Glascuensis consecratus A. MCLXIV. Scripsit, *Epistolarum ad diversos* lib. i. *In evangelia Dominicalia*, lib. i. *Rationes regni administrandi*, lib. i. Dempster. ix. 736.

S. INGENOCUS, S. Winoci socius et discipulus (Dempster. 379.) Scripsisse fertur *De actis Winoci magistri*, lib. i. Claruit A. DCXCVIII. Dempster. ix. 712.

INGERAMUS Scotus (Dempster. 393.) ex Lindsaiorum familia, juris canonici doctor; episcopus Aberdoniae xx. Scripsit, *In sextum Decretalium accuratas, et erudito viro dignas enarrationes*, lib. i. *In Clementinas*, lib. i. Quae opera extant. *In epistolas Pauli comment. imperfecti.* Obiit 22 Jacobi ii. Dempster. ix. 739.

INGETHLINGENSIS (Dempster. 395.) monachus Benedictinus, et prior illius coenobii. Scripsit *De natura avium*, lib. xv. Claruit circa annum DCC. Dempster. ix. 744. ex *IndiceCuprensi.*

INGRAM [GULIELMUS] monachus Cantuar. professus in vigilia S. Barnabae. A. D. MCCCCLXXXIII, et custos martyrii D. Thomae. Scripsit *Logicam.* Mf. in bibl. eccles. Cant. 34. vid. Mf. in collegio Corp. Chr. Cantabr. N. 7.

INGULPHUS natus Londini A. MXXX, et in ipsa pueritia Edithae reginae ob doctrinam charus. Bonis literis primum in gymnasio Westmonasteriensi, deinde in academia Oxon. sedulo incubuit, Aristotelem inprimis in philosophicis, ac Tullium in rhetoricis sibi duces adhibens. A. MLI ad Gulielmum Normanniae ducem trajecit, et ei secretarius erat. A. MLXIV cum Sigfrido duce Moguntino Terram Sanctam invisit, et post reditum in coenobium Fontanellense secessit, ubi habitum monasticum assumpsit, et brevi postea prior ejusdem loci evasit. A. MLXXVI in Angliam a Willelmo rege vocatus, factus est abbas Croylandensis. Ipse Gulielmo regi et Lanfranco archiepiscopo semper inter primos gratus, multa monasterio suo beneficia et privilegia concedi obtinuit; lapsum ejus statum restituit, et combusta aedificia restauravit. Scripsit *Historiam monasterii Croylandensis ab* A. DCLXIV *ad* MXCI. lib. i. " Cum ego Ingulfus divinae pietatis." Extat inter v *Scriptores Angl. historiae* editos a Clar. Savilio. Lond. MDXCVI. fol. et secundum exemplar Savilianum Francof. MDCI. fol. Dein inter *Rerum Anglicanarum scriptores.* Oxon. MDCLXXXIV. fol. (quae auctior longe est et melior editio, suppletis lacunis, et integra posteriori parte addita, quae in editione Saviliana deerat) ex codicibus Mss. evulgavit Clar. Fulmannus coll. Corp. Chr. Oxon. socius. Scripsit Ingulphus secundum Bellarminum *De scriptoribus*, *Historiam monasteriorum Angliae*, quae haud dubie eadem est cum *Historia Croyland. monasterii. De vita et miraculis S. Guthlaci*, lib. i. Obiit Dec. 17. (16 cal. Decemb. Ordericus p. 543. pro Januarii; uti Petr. Blesens.) A. MCIX. Cave *Hist. liter.* p. 620. Pitf. p. 193.

INKO BRYDYDH poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

INNES [GEORGIUS] vide Dempster. p. 385. frater ordinis S. Trinitatis pro redemptione captivorum Aberdonensis, et ordinis sui per Scotiam et Hiberniam provincialis. Scripsit, *Planctum super Terra Sancta*, lib. i. *Descriptionem Hierusalem deformatae*, lib. i. *De doloribus Mariae virginis*, lib. i. *De ordinis sui fundatione*, lib. i. Claruit A. MCCCCXIV. Dempster. ix. 723.

INNOCENTIUS decanus ecclesiae Ravennatis (Dempst. 395.) ex monacho Camaldulensi, patria Scotus, Fortanerio archiepiscopo Ravennati a secretis, scripsit *Contra schismaticos*, lib. i. Claruit A. MCCCLX. Obiit Lutetiae. Dempster. ix. 745.

INSOMUCH[a] [JOHANNES] monachus et ludimagister S. Albani, qui artem typographicam primo in monasterio ibidem exercuit; ibique concinnavit et typis mandavit *Fructum temporum: et alia opuscula.* Claruit A. D. MCCCCLXXXI. Chauncy *Hist. Hertford.* p. 449.

[a] Ita appellatur a prima voce *Praefationis* ad *Fructum temporum*, verum etenim ipsius nomen ignotum est.

INSULA [ROBERTUS de] (quem Halieland, in qua insula forsan natus erat, *De Coquina* Lanercastensis appellant) monachus Dunelmensis, prior de Finchale, electus est episcopus Dunelmensis. A. MCCLXXIV. Edidit A. D. MCCLXXVI. *Constitutiones synodales.* Pr. " Quoniam caeca cupiditas." *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. p. 28. seq. Obiit apud Middleham 7 id. Junii MCCLXXXIII, et in domo capitulari Dunelm. sepultus est. Vide Whart. *A. S.* tom. i. 743. 744. 745. Godw. ii. p. 123.

JOCELINUS monachus de FURNES sive Anglus, sive Cambro-Britannus, scripsit, *De Britonum episcopis*, lib. plures. Citat. a Joh. Stow. *London.* p. 528. Pitf. *App.* 884. *Vitam S. Kentigerni.* Pr. pr. ded. Jocelino alii forsan Bertiniano. " Quoniam nomen vestrum celebre." Mf. bibl. Cotton. Vitellius C. viii. *Vitam S. Patricii*; *ad rogatum Thomae archiep. Armach. et Malachiae Dunensis episcopi, etc.* Cap. 196. Pr. pr. " Plurimorum propositum est et studium." Extat in *Florilegio sanctorum Hibern.* per Tho. Messingham. Paris. MDCXXIV. f. Et *Ogyg.* ii. 29. *Vitam S. Helenae.* Ex qua multa excerpsit monachus quidam Buriensis circa A. MCCCLXXVII. quae extant ad finem *Hist. aureae* Johannis Tinmouth. Lib. xxii. cap. 67. Mf. Bodl. NE. F. x. 6. Liber vi. *Historiae* Johannis Fordoni, Mf. Stillingfleet, incipit cum historia bonae prosapiae regis Davidis ex Jocelino de Furnes Monacho, qui *Historiam* suam dedicavit Willelmo regi Scotiae, et

 Alexandro

Alexandro filio ejus, et Davidi comiti. Pr. " Saepius mente revolvens, de cujus." Claruit A. D. MCLXXVII. *Ogyg.* ii. p. 29. A. MCLXXXV, ut ex prologo in *Vita S. Patricii* colligi potest.

JOCELINUS [JOHANNES] sive JOSLIN Essexianus, filius Thomae, socius collegii Regi-nalis Cantabr. autoritate visitationis regiae regis Edw. vi. (Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. x. 395.) antiquarius et secretarius domesticus Matthaei Parker, archiep. Cantuar. A. MDLX. 6 Octob. collatus ad praebendam de Gonvall in eccl. Hereford. (Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. v.) Extat ejus sub nomine *Epistola ad M. Parker* praef. editioni Gildae, Lond. MDLXVII. 12mo. Pr. " Incidi nuper, humanissime domine." *Anglorum oratio, qua partim suam religionis instaurationem adversus quorundam calumnias defendunt, partim Christianos principes hortantur, ut religionis syncerioris procurationem in se suscipiant :* autore Joh. Joscelyno. Pr. " Non sumus nescii com- " plures esse." Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. B. p. 243. *De antiqua Britannicae ecclesiae statu, et vitis archiepisc. Cantuar. ab Augustino.* Pr. pr. Emissuri in vulgus brevem quendam. Ms. Cotton. Vitellius, D. vii. et E. xiv. Exemplar primum *Antiquitatum* M. Parkeri fuisse videtur. Dicitur autor libri *De antiquit. eccl. Britannicae.* Usser. *De success.* cap. 3. *Several Saxon collections with an English version to them, and a long preface ; viz. Testament concerning the sacrament, etc.* Lond. MDCXXIII. 4to. Et cum Mss. quibusdam emendationibus inter Mss. Bodlei. Mareshalli num. 72. Vide *Angl. Sacr.* Whart. *Praefat.* tom. i. p. xviii. seq. Strype in *Vita Parker* 416. 418.

JOANNA ANGLICA, quae et Gilberta, ut scribit Joannes Pinus Tolosanus in libro *De claris mulieribus*, dicta est. Platina in opere *De pontificibus Romanis* hanc Moguncіacensem fuisse praedicat. Jacobus Bergomensis, in libro *De claris mulieribus*, ex Anglia ortam praedicat. Platina affirmat Joannem Athenas, una cum erudito quodam amatore suo, studiorum gratia, petiisse. Jacobus Bergomensis pronunciat Joannem in Anglia et Romae studuisse, omissa interim Athenarum mentione. Platina hanc a bonarum artium cognitione eximie collaudat his verbis: " Ibique " (Athenas intelligit) praeceptores bonarum artium audiendo tantum profecit, ut Romam veniens, " paucos admodum, etiam in sacris literis, pares haberet, nedum superiores." Successit, [a] teste Martino historiographo, Leoni quarto. Tandem, a servo compressa, inter eundum ad Lateranensem ecclesiam, inter colossum Neronis et fanum Clementis peperit, et periit [b]. Ex *Lelando.*

[a] Papa electa est nomine Joannis vii, vel viii. *Jesuitas, singulares S. S. pontificiae majestatis hoc tempore vindices falso et frustra negare papam Joannem* viii. *fuisse mulierem.* Ambergae MDCIX. 8vo. Ad finem Phil. Labbei *De script. ecclesiast.* Paris. MDCLX. 8vo. est ejusdem *Adversus fabulam Joannae papissae chronica demonstratio ineluctabilis.* Leo Allatius *De Joanna papissa.* Colon. MDCXLV. 8vo. Blondellus *De Joanna papissa*, Amst. MDCLVII. 8vo. Vide Lambecii *Comm. de bibl. Vindob.* lib. ii. cap. 8. *Pope Joan, a dialogue between a protestant and a papist, manifestly proving, that a woman called* JOAN *was pope of Rome, against the surmises and objections made to the contrary by Rob. Bellarmine, and Caes. Baronius, cardinals, Florimundus Raemondus, N. D. and other popish writers impudently denying the same. By Alex. Cook*, Lond. MDCX. 4to. *The history of the life and death of pope Joan*, by H. J. Gent. Lond. MDCLXIII. 4to. Frederici Spanhemii F. de papa foemina inter Leonem iv, Benedictum iii disquisitio historica : qua, ut Onuphrii, sic praecipue Allatii, Labbei, Blondelli, Launoii, Mabilloni adversus papissam praesidia excutiuntur. Lugd. Bat. MDCXCI. 12mo.

[b] Scripsit *Necromantica quaedam*, lib. i. Obiit anno Ch. DCCCLVII. Bal. xiii. 10.

JOHANNNES S. ANDREAE EPISCOPUS (Dempst. 378.) gente Anglus erat. Gravis controversia orta est inter eum et Wilhelmum regem, a quo 8 annos exulatus est ; tandem vero revocatus episcopatu Dunkeldensi donatus est. Scripsit, *Epistolas ad pontifices super controversia cum rege*, lib. i. *De jure ecclesiastico*, lib. i. *Submissionem causae suae*, lib. i. *Appellationem ab interdicto*, lib. i. Obiit in coenobio de Newbottle A. MCLXXXVIII. Dempst. ix. 709.

JOHANNES ANGLICUS frater Franciscanus, et S. theologiae professor Parisiis. Scripsit, *Summam Joanninam super magistrum sententiarum*, lib. iv. *In Apocalypsin Joannis*, lib. i. *De perfectione evangelica*, lib. i. *Sermones varios*, lib. i. *Manipulum florum*, lib. i. Aetatem ignorant Pitseus p. 867. et Willotus.

JOHANNES ANGLICUS, S. theol. doctor; scripsit de quatuor B. Mariae festivitatibus; scilicet de nativitate, annunciatione, purificatione et assumptione ; cui operi titulum praefixit *Rosarium B. Mariae virginis*, lib. i. Pits. 867. Johannes Anglicus idem cum Johanne Tinmouth.

[a] JOANNES BASINGUS, sive BASINGTOCKIUS, vir non leviter eruditus, cujus memoria tantum non interiisset, nisi Matthaei Parisii honesta cura illam conservasset. Igitur, quoniam pauca admodum exemplaria *Annalium* Matthaei extant, quae is de Basingo scripsit, communia faciam. Fundamenta disciplinae philosophicae Oxonii jecit. Deinde Lutetiam, studiosorum sui temporis morem impigre secutus, petiit. Nec sic contentus, ipsas etiam Athenas, omnium doctarum artium parentem simul et nutricem, non sine ingenti quodam discendi ardore, profectus est. Rarissimum mehercule spectaculum vidisse hominem Anglum in Graecia, idque Athenis, studentem: nam quantum ego ex lectione pene infinita hactenus didici, paucissimi in Britannia nostra nati, Athenas, literarum gratia, se contulerunt. Quanquam non me interim latet, Galfredum Monensem, *Britannicae historiae* interpretem, adfirmare Bladudum regem Athenis philosophiae incubuisse: Platinamque pronuntiare, quod Joanna Anglica, quae Romanae ecclesiae foemina aliquando praefuit, ibidem cum profanis, tum sacris studiis operam adhibuerit: ita tamen, ut Maguntinensem fuisse scribat ; cujus opinionis non me rivalem habebit. Ergo si olim magnae gloriae loco ducebatur studuisse Athenis, quid obstat, quo minus et hic noster pretium inde suum

[a] Joannes Basingus (alias de Basingstoke. Ms. Lel. Trin) sive Basingstockius, cognomen ab oppido natali in agro Hantoniensi habens.

2 ferat:

ferat: certe quantum per me, tenuis facundiae scriptorem, licebit, vel palmarium hac parte inter Anglos feret. At argutulus aliquis objiciet non esse è re literaria Athenas invisere. Cui ego respondebo, idque cum judicio, ipsissimum esse ingenioso viro ad liberales artes compendium, ut urbem, doctissimorum Graecorum praelectionibus insignem, celebret, amet, colat. Annon credibile est maturae aetatis praeceptores illic magna potuisse praestare, ubi Basingus Constantinam, nobilem foeminam, vix annos viginti natam, de penitioribus operosae naturae causis disputantem magna cum autoritate audivit. Sed ego doctas Athenas missas faciam, ac lectori significabo Basingum patriae restitutum, et secum multa exemplaria Graeca ferentem, apud collegium doctorum in summo honore fuisse [b]: proinde etiam archidiaconi Legeriani [c], alias Legrecastrensis munus accepisse. Hoc ego factum crediderim liberalitate Roberti Grossi, episcopi Lindensis, qui Basingum arcta familiaritate sibi conjunxerat, utpote hominem Graecae linguae peritum. Bene sit ejusmodi episcopis, qui doctos viros nepotibus suis, plerumque vere nepotibus, praeferunt. Interea quid domi fecit Basingus? aspirantem ad bonas literas juventutem, ut ego plane accepi, animavit, et praecipue ad Graecorum autorum lectionem. Quodque id facilius fieret, *Graecam* quandam *Grammaticam* [d] in studiosorum usum transtulit, ac in lucem emisit. Concinnavit insuper opusculum *De concordia evangeliorum* [e]. Denique quo loco fato functus est, aut sepultus, penitus ignoro. At de tempore ejus obitus aperta apud Matthaeum Parisium mentio. Quare operae pretium erit ipsa autoris verba, quamvis vernos eloquentiae flores non spirent, in medium adducere: "Anno "Dom. MCCLII Joannes de Basingstoke, archidiaconus Legrecestriae, vir quidem in trivio et "quadrivio experientissimus, Graecis ac Latinis literis ad plenum eruditus, viam universae carnis "ingressus est." Haec Matthaeus de Basingo, amico familiari suo. Ex *Lelando.*

[b] Aliud etiam ex Matth. Parisiensi adnotare fas sit de auctore nostro: "Hic insuper magister Joannes (inquit "Matthaeus) figuras Graecorum numerales, et earum notitiam et significationes in Angliam portavit, et familiaribus suis declaravit. Per quas figuras etiam literae repraesentantur. De quibus figuris hoc maxime admirandum, quod unica figura quilibet numerus repraesentatur; quod non est in Latino vel in Algorismo." Edit. Lond. MDCLXXXIV. p. 721.

[c] Primo Londinensis, postea Leycestrensis, Bal. Pitf. Nullibi autem occurrit inter Londinenses archidiaconus.

[d] De grammatica Graeca Grostedio ascripta Mf.

[e] Scripsit Joannes Basingstochius *Doctas conciones*, lib. i. *Particulas sententiarum per distinctiones*, lib. i. "Templum "Domini." Pitf. ex Matth. Parif. *Ordinem, seu concordiam evangeliorum*, lib. i. "Omnia tempus habent et suis." *Concordiam* tamen *Evangeliorum* haud transtulisse dicitur. Mf. in bibl. coll. Sion. Londini. Olim in bibl. eccl. cath. S. Pauli. Dugdale. p. 283. *De ordine evangeliorum per annum tractatum*; uti habet Leland. iii. p. 45. Transtulit etiam e Graeco. *Grammaticam*, quam vocavit *Donatum Graecorum*. Bal. iv. 15. Pitf. 325. seq.

[a] JOANNES BURGENSIS monasterii abbas, exercitationem literarum in primis familiarem juxta ac charam habuit, coelesti theologiae cultor assiduus adhaesit. Ita, ut nihilominus tamen et studia minus severa opportune aggrederetur. Inter quae res a prioribus in Britannia nobiliter gestas perdiscebat; hoc tamen interim consilio, ut quae sparsa legerat, in ordinem reducta, posteritati non inutile munus relinqueret [b]. Erat mihi cum Gulielmo Monjoio, viro in omni antiquitate plane exercitatissimo, familiaritas maxima. Is, quod me antiquitatis amatorem etiam esse intellexerat Burgensis, collectanea legenda generosissimus tradidit. Hinc ego instructus autorem suo loco catalogo illustrium virorum inserui [c]. Ex *Lelando.*

[a] Forte hic est Johannes de Caleto. Videsis Vossium, *De hist. Lat.* p. 518. et Simonis Guntoni *Historiam Petroburgensem*. Floruit vero Joannes de Caleto A. D. MCCL, non, uti Vossius ex Pitseo perperam, sub Edwardo tertio, cui opinioni ipsorum abbatum historia abunde refragatur. Johannes de Calceto, alias Chauce prior Winton factus est MCCXLVII, et abbas Petriburg MCCXLIX. Wharton. *A. S.* tom. i. 324. *Praef.* et p. 48. Idem hic fortasse cum Johanne, Buriensi abbate, quem Baleus iv. 51. et Pitf. p. 360. floruisse tradunt anno MCCLXXX, et scripsisse *Anglorum annales*, lib. i. Ex hisce *Annalibus* collectanea quaedam habet Lelandus *Coll.* tom. ii. p. 283. Extat *Cronicon Angliae ab anno* DCLIV *ad* MCCCLXVIII. Pr. "A. D. DCLIV "fundatum est monasterium," in bibl. Cotton. Mf. Claud A. V. Johanni abbati adscriptum manu recenti. Hoc *Cronicon* autem, cum definit (eadem manu) in anno MCCCLXVIII non Johanni de Caleto tribuendum est. [b] Praeter *Annales*, scripsisse fertur, *Homelias*, lib. i. *Chronicon ecclesiae Petriburgensis*. Mf. in bibl. Cotton. Claud. A. v. 1. Hoc saepissime a doctiss. Patricio in *App. Hist. Petrob.* citatur. [c] Obiit Londini ann. MCCLXII, et in ecclesia sua humatus jacet. *H. Petrob.* 35. Claruit MCCCXL. Addit. Bal. Mf. Trin. JOHANNES DE BURGO cancellarius universitatis Cantabrigiensis scripsit *Pupillam oculi*. Pr. "Humana conditio" Mf. C. C. C. Cantabr. O. 18. Et Mf. Ibid. al. xii. est *Pupilla oculi, sive de sacramentis.*

JOHANNES BURIENSIS junior, apud fanum S. Edmundi in agro Suffolc. natus; frater Augustinianus in coenobio Clarensi; dein S. theol. doctor Cantabrigiensis, et totius ordinis sui per Angliam et Hiberniam provincialis. In Mf. bibl. Bodl. Super D. 1. Art. 50. "Liber domus de "Shene, ex dono mag. Johannis Bury, Augustinensis, S. theol. prof." Scripsit, ad Tho. Bourchier archiep. Cant. *Contra conclusiones Reginaldi Pecock, in reprehensore suo*, lib. ii. Angl. "Saepe "vobis ovilique vestro nova." Mf. Oxon. in bibl. publ. NE. B. i. 18. In Mf. Bale. Glyn. Lib. i. "Cum nuper ille Regin. Pecock." *In Lucam commentarios*, lib. i. "Quia omni legitime cer-"tamini." *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Sermones et quaestiones*, lib. i. Claruit A. MCCCCLX. Bal. viii. 20. Pitf. p. 650.

JOANNES [a], cui ab urbe Legionum in ripis Iscae fluminis condita, nomen CAIRLEON vulgo inditum, Grantae Girviorum academiae celeberrimae, ut ego colligo, operam impense magnam

[a] Joannes Caerleon, dictus Kent et Caylegus a Bal. et Pitf. Joannes Kent, potius Cairleg, ex Cambria natus. Mf. Lel. Trin.

studiis

ſtudiis politioribus dedit: at philoſophia, medicina, et matheſis primas tenebant partes. Tandem ab excellentia, qua in re praenituit, herbaria, archiatri titulo publicis ſuffragiis donatus eſt. Extant Grantae in Clarana bibliotheca *Tabulae de rebus aſtronomicis* [b], ab eo ſcriptae quidem Londini, et editae anno a Chriſto nato MCCCCLXXXII. Ex *Lelando*.

[b] Praeter *Tabulas aſtronomicas* eum ſcripſiſſe ferunt, *De rebus ſacris*, lib. i. In Mſ. Addit. Bal. Trin. Scripſitque elegantiſſima carmina de rebus ſacris, de herbis et de animalibus. *De herbarum naturis*, lib. i. *De animalibus*, lib. i. *De re medica*, lib. i. Libros plures Mſ Add. Bal. Trin. *De goëtia et theurgia*, lib. i. *De arte necromantica*, ut fertur lib i. *Atque alia*. Obiit tandem in Demetia Cambriae. Add. Bal. Mſ. Trin. Bal viii. 48. Pitſ. p. 670.

JOHANNES de CANDIDA CASA epiſcopus, officialis archiepiſcopi Eboracenſis (Dempſt. 392.) Scripſit *De officio epiſcopi*, lib. iii. Claruit A. MCXCV. Johannes electus Candidae Caſae interfuit coronationi Richardi regis MCLXXXIX. 3 Sept. Brompton p. 1157. Dempſter. ix. 735.

JOANNES CANTIANUS [a], relicta patria et ſcholis, in quibus adoleſcens crevit, jam virileis attingens annos, Galliam Acquitannicam petiit; ubi et placita legum cauſidicus non improbandus excutiebat. Fit poſtea canonicus Andegavenſis in fano D. Mariae ſacro [b]: quo tempore edidit duos *De caſibus* libellos [c], alias rubricas [d]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Cantianus, a patria cognomen habens.
[b] Ante mortem cucullum S. Franciſci induit, Bale. Pitſ. et cum Adamo Mariſco a papa Innocentio iv deſignatus eſt in Angliam legatus. Pitſ. Joh. de Cantia, abbas Glaſton. occurrit MCCCIII. [c] Lib. ii. Qu. annon iidem ſunt cum *Summa magiſtri J. de Cantia de decretis*, in bibl. abb. Petroburg. I. xi. f. 142. Baleus et Pitſ. diſtinguunt libellos *De caſibus*, et *Rubricas*, forſan ſine auctoritate. In muſeo Walt. de S. Edmundo abb. S Petri Burgi inventus erat liber, cui titulus, *Summa J. de Cantia de poenitentia*, et in publica ejuſdem monaſt. libraria H. xii.
[d] Claruit MCCXLVII. Bal. iv. 8. A. MCCXLVIII. Pitſ. p. 320. Johannes de Cantia, abbas de Fontibus, obiit 7 cal. Dec. MCCXLVII. Mſ. carta de Fontibus in bibl. coll. Univerſitatis Oxonii. I. i. 1.

JOHANNES CANTUARIENSIS MONACHUS ſcripſit Gallice *Cronicon Angliae a Bruto ad* A. D. MCCCXIII. (Harpsfield. p. 327. ad MCCXIII) quod appellat *Polyſtoire*. Pr. "Chi vult "ſavoyr." (Harpſf. l. c. ſcavoir) Mſ. Harley. xlii. A. 12. "Ky veut ſavoyr comment." Et definit in morte Rob. Winchelſee. In hoc *Chronico* multa habentur ex Mariano, Eadmero, et aliis ſcriptoribus, qui aut interiere, aut rari ſunt. Nic. Harpsfield. p. 207.

JOANNES [a] CORNUBIENSIS clarae famae theologus fuit; ſed a noſtris ſcriptoribus, neſcio qua incuria, adeo non celebratus, ut raro ejus nominis meminerint. Meum igitur erit officium ingrati ſilentii tenebras utcunque diſcutere. Prima pars ejus laudum fuit Romae ſtuduiſſe, et alibi in Italia; magnamque merito gratiam apud Alexandrum tertium eruditionis titulo inveniſſe. Extat ejus liber *De homine adſumpto*, ſive *De incarnatione Chriſti*, huic Alexandro pontifici Romano dedicatus. Scripſit etiam *De virtute crucis in ſacramento altaris* [b]. *Eulogium* [c] ab eo ſcriptum cauſa inimicitiae magna fuit inter eum et Petrum Longobardum, theologum inſignem; cujus et adhuc penes me extat *Apologia*, quae *Eulogio* Coriniani accurate, ſevere, et acriter reſpondet; et veluti cum hoſte de triumpho ambitioſe miles veteranus contendit [c]. Et quoniam in Cornubienſium mentionem incidimus, lubet oſtendere [d] Michaelem quendam Cornubienſem ſcripſiſſe aculeatum *Carmen* [e] contra Henricum Abrincatenſem [f], quod in Severiana extat bibliotheca [g]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Cornubienſis a patria cognominatus.
[b] Mſ. olim in bibl Thorneienſi. Leland. *Coll.* iii. p. 28. Mſ. C. C. C. Cantab. N. 146. *Summa magiſtri Joh. Cornub. qualiter fiat ſacramentum altaris per virtutem S. crucis, et de ſeptem canonibus miſſae*. Pr. "In virtute S. crucis et "ſacramento." Pitſeus hunc librum in duos diviſit; ſc. *De ſacramento altaris*, lib. i. Mſ. in bibl. Corp. Chriſti Cantab. l. c. Et *De virtute crucis*, lib. i. Mſ. ibid.
[c] Sive *Diſcuſſio ſuper philoſophia humanâ et haereſibus*, lib. i. "In concilio Turonenſi." Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. LXV. *Eulogium ad eundem Alexandrum de diſcuſſione philoſophorum et haereſium*, lib. i. Pr "In conſilio Turonenſi." Mſ Lel. Trin. Et Mſ. C. C. C. Cantabr. Sub D. iv. 13. In hoc libro probare conatur, quod Chriſtus ſecundum [carnem] eſt homo, eſt aliquis, et aliquid, et totum. Mſ. Langb. Scripſit etiam *De ſeptem canonibus miſſae*, lib. i. Mſ. in coll. Corporis Chriſti Cantab N. xiv. 6. *Diſceptationes quaſdam*, lib. i. *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. *Commentarios Scripturarum*, lib. i. [c] Claruit Joannes anno MCLXX. Bal. iii. 6. Pitſ. p. 236. Cave. p. 682.
[d] "Michael Cornubienſis, Blaunpaine vel Blauncpaine et Anglicus dictus, Oxoniae et Pariſiis ſtudiis operam dedit, decanus evaſit Trajectenſis. A. Wood. [e] Lib. i. "Archipoëta, vide quod non ſit." Mſ. in bibl. Lumleiana. Mſ. bibl. Bodl. Arch. B. 52. Mſ. Cotton. Titus. A. xx. [f] Coram Hugone, abbate Weſtmon. et decano S. Pauli London. et poſt coram epiſcopo Helienſi et cancellario Cantabr. Mſ. Cotton. cit. [g] Scripſit etiam *Epiſtolas et carmina*, lib. i. Extant Mſ. A. Wood. In Mſ. Cotton. Veſpaſ. D. v. ſunt carmina quaedam a D. Rob. Cotton. huic Michaeli aſcripta, inter quae 1. *De Hugone Claromontenſi epiſcopo*. Pr. "Roma tuum nomen." 2. *De Milone epiſcopo Baioi*. 3. *De veteri Sariſbur. et eccleſiae mutatione*. Pr. "Mons Saltiſberiae, quaſi Gelboa." Et multa alia in 30 foliis in 4to. *Carmina alia duo*, (Mſ. bibl. Bodl. Arch. B. 52) Primum, *Coram magiſtro Hugone de Mortuomari, officiali Cant. archiepiſcopi*. Pr. "Quidem "ſollicitas: Secundum, *Coram Domino electo Wintonienſi et Roffenſi*. Pr. "Pendo poëta prius te diximus." *De geſtis S. Birini*, ad Petrum de Rupibus, epiſcopum Winton. Meminit ipſe in cod. Cotton. ſupra cit. 749. *Hiſtoriam Normannorum*. Pitſ. Claruit anno MCCL. Bal. iv. 10. Pitſ. 322. *Hiſt. et Antiq. Univ. Oxon.* i. p. 87.

JOANNES [a] EBORACENSIS theſaurarius, primis ſtudiorum fundamentis non infeliciter jactis, ad

[a] Joannes Belmays Eboracenſis. Mſ. Lel. Trin. Haud dubio hic Joannes Eboracenſis idem eſt cum Johanne theſaurario Ebor. a Baleo et Pitſeo Belmeis cognominato, de quo vide ſupra in Joanne Belmeis: alius eſt a Johanne York, ſive de Eboraco, Carmelita. Videtur ſucceſſiſſe Hugoni theſaurario, qui ad eccl. Dunelm. electus erat MCLIV Gervaſ.

ad altiora anhelabat. Hinc nova animum illius subibat cura videndi Italiam, olim rerum dominam, et omnis eruditionis post Graeciam altricem. Quo cum pervenisset, ita strenue partes suas egit, ut brevi nomen aliquod, decusque inter eruditos sibi compararet: at cum jam maturior aetas superveniret, eo excellentiae devenit, ut vel princeps literatorum haberetur. Neque tamen satis putabat ipsa nuda scientiarum cognitione praestare, quinetiam eloquentiam, hoc est, linguarum peritiam adjiceret: in qua tantum profecit, quantum illis temporibus facilius erat sperare, quam consequi. Sim vanus, nisi Joannes Severianus, Anglus, cui quam familiarissimus erat, haec eadem de illo scribat octavo [b] capite septimi libri *Polycraticōn*: "Vir singularis eloquii, et qui omnibus, quos "viderim, trium linguarum gratia praestat [c]. Is quidem est Joannes thesaurarius Eboraci." Haec ille posteritati in gratiam amici scripta reliquit. Porro tanta virtus nec patronis, ut nec praemiis caruit. Romae enim, ubi diu et splendide vixit, multis nobilibus charus, tum praeterea Nicolao Hastifrago, Anglo, qui postea pontifex Romanus factus, Adrianus quartus dictus est, tam familiaris et notus, ut nihil supra. Postremo factus est a . . . pontifice Romano, sed annuente Henrico secundo rege, episcopus Pictavensis [d] in Gallia, ut apparet in *Annalibus* Radulphi de Diceto, qui olim fuit decanus ecclesiae Paulinae, Londini Trenovantum. Sed vide quid tempus edax rerum, et invidiosa vetustas faciant: nam nihil a tanto viro, quod sciam, scriptum extat; et nihil ipsum scripsisse adfirmare non res levis, sed stulti judicii esset [e]. Quam ego nunc vellem omnes Pictavensium bibliothecarum forulos excutere, ut aliquid saltem a tam docto viro scriptum in lucem eruerem. Interea ego illi immortalitatem, quantum per me stabit, afferam. Vixit non sine celebri fama, regnante Henrico secundo, Anglorum rege. Haec cum scripsissem, incidi in librum, cui titulus hujusmodi praefixus est: *Aurea Joannis Eboracensis historia*. Nec tamen temere diffinio hunc esse Joannem, cujus vitam praeposui [f]. In eo opere multa quidem et praeclara de Gulielmo Magno, rege Anglorum. Scalae chronica attribuunt *Auream Historiam* cuidam, suppresso nomine Tillemuthensis [g] ecclesiae vicario. Haec ad coronidem. Ex *Lelando*.

vas. e. MCCCLXXV. [b] Rectius, uti in Lelandi *Coll.* ii. p. 204. in septimo capite octavi libri. [c] Praestabat. Ms. Lel. Trin. [d] MCLXIII. Johannes, thesaur. Ebor. in episcopum Pictav. consecratus a domino papa in concilio Turonensi. Rad. de Diceto inter *Decem Scriptores* col. 675. Pictavensis episcopus A. D. MCLX factus, sedit ibi plusquam XX annos; Lugduni anno Domini MCLXXXI evectus, sedit annis plusquam decem: In Angliam denuo est reversus A. D. MCXCIV. Jo. Bal. in Add. Lel. Ms. Trin. [e] Secundum eundem scripsit, *Invectiones in Beketum*, lib. i. *Epistolas* xxxii *ad eundem*, lib. i. *Orationes quoque*, lib. i. [f] De *Historiae aureae* auctore consulas A. Wood. Ms. xciv. 204. seq. et A Wood. Ms. Pits. "Jo. Eboracensis in tertia parte suae *Hist. aureae* scribit de "Beda, allegans Gul. Malmsb. et Vincentium." Ita Leland. *Coll.* i. 517. ex incerto auctore de episc. Dunelm. [g] Tinemuthensis.

JOANNES a Fano EADMUNDI [a], Carmelita Gippovicanus, adjunxerat virtuti studium literarum: in quo studii cursu ita maturavit, ut braveum non leve hinc sibi comparaverit. *Lucam Commentariis* [b] periculum ingenii facere volens illustravit. Ex *Lelando*.

[a] Institutus fuit ad rectoriam ecclesiae de Semer in comit. Suffolc. ad praesentationem abbatis S. Edmundi anno MCCCXIII. *Regist.* i. 54. [b] Lib. i. "Quia omnia legitime certanti." Claruit A. MCCCL. Pits. p. 474.

JOANNES [a], abbas FORDENSIS coenobii in provincia Domnoniorum, suo saeculo theologus insignis habitus: is etenim cupiens Balduini, optimi Cantiorum archiepiscopi, vestigiis inhaerere, qui non adeo multis ante annis in eodem coenobio famosae religionis et eruditionis monachus fuerat; ita sanctae instituta vitae coluit, ut uno meritorum nomine omnium suorum calculis pater et abba designatus sit. In qua cura tam strenuum se gessit, ut omnes numeros purae vitae et literaturae adimpleverit. Literaturam abunde testantur libri multi ab eo summa certe diligentia scripti, quorum jam non pauci suorum negligentia desiderantur. Aliquot extant, nempe *Homiliae* centum et viginti [b]. *Expositio super Hieremiam* [c]. *De contemptu* [d] *mundi* [e]. *Super Cantica canticorum* [f]. Scripsit praeterea *Vitam* [g] *Wolfrici* Conodunensis presbyteri continentissimae vitae; quod opus Barptolemaeo Iscano, alias Exoniensi, episcopo dedicavit [h]. Vixit, regnante Joanne rege [i], cui fertur ab auriculari confessione fuisse. Sepultus vero sine magna pompa in suo coenobio, quod nunc sumptibus plane non credendis abbas magnificentissime restaurat. Ex *Lelando*.

[a] Joannes de Forda. alias Fordeham, quem etiam Fordon vocat Pitseus, et cum Scoto confundit. [b] *In Cantica cant.* incipientes ab eo loco *Dilectus meus candidus*, lib. i. Pr. pr. "Si quis me temeritatis et insolentiae." Ms. extant in bibl. Baliol. xxiv. et incipiunt ab iis verbis,, *Adjuro vos, filiae Jerusalem*. Ms Langb. [c] Lib. i. Olim in bibl. Fordensi. Lel. *Coll.* iii. 256. Praeter hanc *Expositionem* habent Bale et Pits. *Super threnos Hieremiae*, lib. i. "Quomodo sedet sola civitas plena?" et *Introductorium* [quoddam, Ms. Trin. Add. Bal.] *eorundem*, lib. i. "Benedictionem haereditate possideas." [d] *Contemptoribus*, Ms. Lel. Trin. [e] Olim in bibl. monast. Buckfast. Lel. iii. 258. [f] Idem forte cum *Homeliis*, quibuscum etiam confundunt Bale et Pits. [g] *Et miracula Wolfrici de Haselberg*. lib. i. Bal. lib ii. Lel. *Coll.* i. 645. Lib. iii. Ms. Cotton. Faust. B. iv. 4. "Reverendo patri ac domino "Barth. etc. Consilium vestrum et beneplacitum." Prima epistola est Barth. Exon. secunda Baldewino Cant. Multa ex hac vita extraxit Lelandus, *Coll.* i. p. 645. [h] Scripsit praeter haec, secundum Bale et Pits. *De triplici cruce*, lib. i. "Vetus homo noster simul crucifix." *Sermones* xii. lib. i. Extat *Johannis monachi de Forda sermo in Dominica in ramis palmarum*. (Pr. "Hodie dilectissimi, suscitavit Deus.") Ms. bibl. Bodl. Super A. 1. Art. 69. *Acta quaedam Joannis regis*, lib. i. *Lectiones ordinarias*, lib. i. *Opusculorum* lib. i. *Scotichronicon*, lib. i. Hoc ab omnibus adjudicatur Johanni Fordonio Scoto historico. [i] Claruit anno MCCX. Bal. iii. 66. Pits. p. 276.

JOHANNES FRANCISCANUS Neapolitanus, patria Scotus (Dempſt. 394.) Scripſit *De matrimonio et divortio Henrici* viii *et Catharinae*, lib. i. Prodiit Neapoli. . . Claruit A. MDXXXI Dempſt. ix. 743.

JOHANNES FRANCISCANUS ſcripſit, ad mandatum Henrici Percy, comit. Northumbr. *Cronica Angliae ab* A. D. MCCCVII *ad* MCCCC *capp. ſive libris* iv. "Inter omnes Scripturas magis "neceſſarias." Mſ. Cotton. Vitell. D. v.

JOHANNES GLASCUENSIS epiſcopus (Dempſt. 391.) muneri ultro ceſſit, et in monaſterio Turonenſi regulam amplexus eſt, poſtea ad eccleſiam ſuam redire coactus. Scripſit, *De ſolitudinis encomio*, lib. i. *De amicitia ſpirituali*, lib. i. Claruit circa A. MCLXXX. Dempſt. ix. 733.

JOHANNES GLASTONIENSIS coenobii monachus. Scripſit *Hiſtoriam abbatiae Glaſtonienſis à fundatione ad* A. D. MCCCC. Pr. pr. "Univerſis patribus, etc. Antiquitatem hujus ſacra- "tiſſimi." Pr. lib. "Glaſtonienſem eccleſiam non fecerunt." Mutila extat in bibl. Cotton. Tiberius, A. v. Et in bibl. Aſhmol. 790. Edidit eam Thomas Hearne, Oxon. MDCCXXVI. 2 vol. 8vo. Quicquid hiſtoriae Glaſton. contulit noſter Johannes, ſuis verbis accipiat lector in *Prologo*. Plura, quae Willelmus (ſc. Malmſburienſis) omiſerat, appoſui, et in rectiorem ordinem redegi. Ea vero quae Fr. Adam (ſc. de Domerham) ſcripſerat prolixitatem nimiam vitans abbreviavi, et a tempore ubi dictus Adam omiſit, h. e. a tempore Dom. Johannis de Tantonia (ſc. MCCXC.) uſque ad annum circiter MCCCC hiſtoriam continuavi. Mſ. Aſhmol. l. c. Claruit A. MCCCC. Whart. *Angl. Sacr. praef.* tom. i. p. xxxviii. Et vol. ii. *Monaſt. Anglic.* p. 1023. a. 1025. a.

JOHANNES GRAMMATICUS, partim Oxoniae, partim Lutetiae ſtudia humaniora excoluit, et erudiendis nobilium filiis poſt reditum in patriam operam dedit. Scripſit *Integumenta ſuper Ovidii Metamorphoſin*, lib. i. "Parvus majori paret, veloxque." Mſ. bibl. Bodl. ſuper A. 1. Art. 86. ubi Johanni Anglico ſc. (uti Mſ. Langb.) Guallenſi aſcribitur. Et Mſ. Digby 104. f. 323. Methodus eſt, ut primo cujuſque libri fabulas carmine recenſeat καὶ ἐπιτομήν; deinde proſaice exponat, et mythologiam adhibeat. Mſ. Langb. *De arte metrica*, lib. i. "Pariſiana "jubar diffundit gloria clerus." Tractatus hujus argumenti Mſ. Norwic. More 101. ubi intitulatur: *Poëtria mag. Johannis Anglici de arte proſaica, metrica vel rhythmica, partim verſu, partim proſa. Compendium grammatices*, lib. i. "Grammaticam trivialis apex." *Carmina quaedam*, lib. i. *Opuſcula varia Graece*. Mſ. colleg. Novi Oxon. 236, 237. Haec debentur non Johanni Grammatico Anglo, ſed Johanni Philopono Grammatico. Hunc noſtrum J. Grammaticum nonnulli eundem eſſe volunt cum Joh. Garlandio. Claruiſſe fertur A. MLXX. Bal. iv. 40. Pitſ. p. 350.

[a] JOANNES GUALLENSIS, Franciſcanus, relictis Oxonienſium ſcholis, Pariſiorum academiam petiit; ubi tantam curam, diligentiam [b], operam eruditis ſtudiis adhibuit, ut tandem apud illos doctrinae excellentis nomine ter maximus haberetur. Quoque major fides his noſtris verbis accedat, mentiar, niſi Trittemius ſcribat hunc a Pariſiis *Arborem vitae* fuiſſe appellatum. Ea enim erat, ut tum ferebant tempora, facundia, ea ingenii promptitudine, acrimonia, felicitate etiam, ut de quacunque re, non dicam ornate, eloquenter, ſplendide; ſed acute, graviter [c], docte potuerit diſſerere. Quae virtutes, ſi pleno copiae cornu adſint, non video, quin inter eloquentiae flores, quamvis ad miraculum varias, ſuum, et merito quidem, vel hac noſtra aetate locum habeant. Quid ſi in noſtrum incidiſſet Guallenſis ſaeculum? Nam multum refert, ut inquit Plinius, in quae tempora ingenia incidant. Certe qui Pariſiis, apud quos literas profitebatur, maximus fuit, nobis quantum ad linguarum puritatem pertinet, auream plane aetatem habentibus, major eſſet. Sed ne videar nimium munus ornare noſtrum, tantum jam indicabo, quos libros ſcripſit. *Summam collationum* [d], alias *Communiloquium* [e], lib. vii. "Cum doctor ſive praedicator." *Breviloquium* [f] *legiloquium* [g]. *Floriloquium* [h] *philoſophorum* [i]. "Cum enim debeamus apes imitari." *De poenitentia. De relationibus. De ente et eſſentia. De quatuor virtutibus cardinalibus* [k]. *De cognitione verae vitae*, lib. i. "Quoniam omni negotio." *De viſitatione infirmorum*, lib. i. *Commentarii in Valerium de non ducenda uxore. In fabulas Ovidii* [l]. *In mythologicon Fulgentii. Super ſententias,*

[a] Joannes Guallenſis, ſive Walleys, Franciſcanus Wigornienſis. [b] *Et* inſerit Mſ. Lel. Trin. [c] *Ac*, Mſ. ibid. [d] *Collectionem* Mſ. Cantab. Trin. coll. 275. Mſ. Pembroch. Cantabr. aulae 123. [e] *De vitae regimine*, ſeu, *Margarita doctorum*, ſive *Communes loci ad omnium generum argumenta*, lib. vii. "Cum," etc. Mſ. Oxon. in bibl. colleg. Baliol. E. 16. et Lincoln. Arch. Auſtr. 56. Item Cantab. in coll. S. Petri. Mſ. 18. Et Mſ. coll. Pembr. 123. Mſ. in bibl. Babwell. apud Boſton. Bur. Extat Argent. MCCCCLXXXIX. fol. . . . . . . MCCCCXCV. Venet. MCCCCXCVI. 8vo. Lugduni MDXI. fol. (8vo. rectius forte: nam idem haud dubio, ſc. *Summa de regimine vitae humanae*) Pariſ. MDXVI. 4to. et MDLXI. [f] *Breviloquium de ſapientia ſanctorum*, lib. i. "In principio, ſecun- "dum quod teſtatur." Mſ. Oxon. in coll. Baliol. E. 16. 2. et Oriel. 34. *Breviloquium de philoſophia, ſive ſapientia ſanctorum*, lib. i. cap. 8. "Cum vani ſint omnes homines "in." Mſ. Bodl. Laud. K. 69. *Breviloquium de philoſophiae dignitate, ejuſque abuſu*, extat Lugd. MDXI. 8vo.

[g] *De decem mandatis divinis*, lib. i. "Scribam eis multi- "plices leges." Mſ. in bibl. Lincoln. Oxon.

[h] *Compendiloquium*, Mſ. in bibl. Laud. K. 69.

[i] *De philoſophorum vitis et dictis*, lib. i. "Cum enim," etc. Mſ Cantab. in coll. Corp Chriſti W. iii. 2. et in aula Pembroch. 123. Extat Lugd. MDXI. 8vo.

[k] *Breviloquium de quatuor, etc.* lib. i. Pitſ. 3. Bale. "Quoniam miſericordia et veritas." Mſ. in Bodl. NE. B. 3. 20. et Mſ. Laud. F. 72. lib. iii. K. 69. part. v. *Breviloquium de virtutibus antiquorum principum et philoſophorum*, lib. i. "Quoniam," etc. Mſ. Oxon. in coll. Oriel. 34. et Mſ. bibliothecae C. C. C. Oxon. 183. imperf. in fine. Et in eadem bibl. cod. 39. datur *Wallenſis de quatuor virtutibus liber: ſcriptus* MCCCCLXXV. Item Mſ. Mert. N. iv. 8. [l] *Expoſitiones ſeu moralitates in lib.* i. *Metam. ſive fabularum*, quas primo pentametris breviter exhibet, deinde proſaice exponit. Lib. i. Pr. "Parvus "majori paret, veloxque viator." Mſ. in Bodl. Sup. A. 1. Art. 86. Cantabr. in coll. S. Petri 12. Extat Pariſ. MDIX.

lib.

lib. iv. *Breviarium praeceptorum*. *Breviloquium de sapientia sanctorum*. *Manipulum florum*, lib. i. [m] "Abstinentia bonum est." *In Apocalypsin Joannis*, lib. i. [n] *In decem praecepta* [o]. *Sermonum* lib. i. [p] *Pastorolia*, lib. i. [q] Sed dum hic nomina librorum recenseo, est quod me dubium tenet. Nam erat alter Guallensis, Thomas dictus, longe recentioris memoriae autor, qui a librariis, omisso praenomine, Guallensis vocatur. Ita ut pene incertum quid Thomae, quid Joanni tribuendum [r]. Nos tamen varietate exemplariorum hanc nebulam utcunque discussimus. Vixit [s], autore Trittemio, regnante in Anglia Eadveardo, cognomento Longo. Haec ego dum paulo subtilius discutio, ingerit se Philippus Guallensis [t] Chordiger, qui una cum Adamo Eboracensi, viro non vulgariter erudito, ab Helia, summo sui ordinis praeside, accersitus, Lugdunum advolavit, ac ibidem cum philosophiam, tum sacras literas publice docuit. Ex *Lelando*.

[m] Pr. "Ruth paupercula collegit spicas." Bale. Mf. Cantabr. coll. Petri 83. [n] Pr. "Legimus apud Eusebium in eccl." [o] Qu. annon idem cum *Legiloquio*. Nullus liber hujusmodi tituli apud Bale. et Pitf.

[p] Lib. ii. *De tempore*, lib. i. *De sanctis*, lib. i. *Sermo in purificatione B. Mariae virginis*. Pr. "Sanctificavit "tabernaculum suum altissimus," extat Mf. Bodl. NE. B. i. 14. in quo codice sermones quamplurimi anonymi de tempore et sanctis, qui forsan huic debentur.

[q] Pr. "Licet B. Gregorius admon." [r] Scripsit etiam Gualensis *Ordinarium*, sive *Alphabetum vitae religiosae*, divisum in 3 partes. 1. *Diaetarium*, lib. i. "Nunquid nosti ordinem coeli." 2. *Locarium*, lib. i. "Volo "viros orare in omni loco." 3. *Itinerarium*, lib i. Pr. pr. "Quoniam vir Deo dedicatus." Pr. I. "Admonendus est etiam religiosus." Mf. in Bodl. sup. M. 4. Art. Mf. Bodl. Laud. L. 58. Extant primum Venet. . . . . . dein Lugd. MDXI. fol. et 8vo. *Collectionem epistolarum decretalium Romanorum pontificum*, editam ab Ant. August. Ilerdae MDLXXVI. fol. et recusam Parif. MDCIX. Cave. Hanc omittunt Bal. et Pitf. *Lecturas Scripturarum*, lib. plures. *Moniloquium, seu collectiloquium*, lib. iv. "Cum "almus Christi confessor Franciscus." Mf. Cantab. in coll. D. Petri 12. et in aula Pembr. 123. In bibl. Babwell. apud Boston. Bur. *De vita et moribus philosophorum*, lib. x. Pitf. *Summa justitiae*, vel *Tractatum de septem vitiis ex Parisiensi*, lib. x. Pr. "Summa justitiae Christi fidelium." Mf. Oxon. in coll. Exon. 25. et Cantab. in coll. S. Petri. 89. *Foriloquium*, lib. i. "Cum enim circa res domesticas." Idem forsan liber cum *Floriloquio philosophorum* supra memorato. *De ordinatione universali*, lib. i. "Quoniam omni negotio tempus est." *De republica*, lib. i. Mf. Cantab. in bibl. publ. juxta Pitseum. *Historiarum collectanea*, lib. i. *Additiones celebres*, lib. i. *Indices duorum operum*, lib. i. "Ablatio rerum sustinenda est." *De diversis materiis*, lib. i. *De disciplina*, lib. i. "Disciplina "ad mentem instruendam." Olim in bibl. Rames. et Babwell. apud Boston. Buriens. *De correptione*, lib. i. "Probata virtus quasi per ignem. Olim in bibl. S. Alban. juxta Boston. *De exhortatione*, lib. i. "Qui exhortatur, "in doctrina." *De oculo morali*, lib. i. "Si diligenter." In bibl. Babwell. *Collectionem versuum*, lib. i. Mf. Cantab. in coll. S. Petri. *De diversis rebus*, lib. xv. *De origine, progressu, et fine Mahumeti, et quadruplici reprobatione prophetiae ejus*, lib. i. cap. 15. "Ad ostendendum quod Mahumetes." Ed. a Geo. Fabricio, Argent. MDL. 8vo. *Manipulum curatorum*, lib. i. Quem morte praeventus non finivit, absolvit tamen postea fr. Thomas de Hibernia. Extat Colon. MCCCCLXXVI. Johannes Valdesius, seu ut alii Valensis et Valensius, *Super psalterium*. Extat Lond. MCCCCLXXXI. Vide infra in Tho Guallensi. Mf. Bodl. Laud. H. 10. has sequentes *Lectiones* ascribit Johanni Waldensi, S. th. pr. ord. Min. *Super Exodum*. Pr. "Ecce populus filiorum Israel." *Super Leviticum*. Pr. "Masculum immaculatum offeret." *Super Numeros*. Pr. "Recensiti sunt Israel, etc. Num. i. inter." *Super Deuteronomium*. Pr. "Si terram, quam Dominus Deus" *Super Judicum librum*. Pr. "Post mortem Josue surrexerunt." *Super Ruth*. Pr. "Quocunque perrexeris, pergam" *Super Ecclesiasten*. Pr. "Dixi ergo in corde "meo." *Super Cantica cant*. Pr. "Cantabo dilecto "meo canticum." *Super Ysaiam prophetam*. Pr. "Nosque patere morsibus plurimorum." Haec omnia (cum *Comm. in Josuam*) in bibl. eccles. Christi Cantuar. olim extitisse Johanni Walensi ascripta, testatur Lelandus, *Coll.* iii p. 7. Thomae tamen pleraque (principiis paulum diversis) attribuuntur in bibl. Wardon. Lel. iii. 10. In bibl. eccl. Christi Cant. Lelandus etiam asserit esse *Summa confessorum Joannis Walensis*. Pr. "Quoniam dubiorum."

[s] Claruit Joannes anno MCCLX, et tandem mortuus est Lutetiae, et ibi inter suos Franciscanos sepultus jacet. Bal. iv. 28. Pitf. p. 342. Cave. p. 730. Obiit Parisiis apud Minores A. D. MCCLXXXV. Mf. Bale. Glynn. In *Registro* Peckham f. . . . . habetur litera de salvo conductu fratris Johannis, dicti Wallensis, SS. th. D. missa ab archiepiscopo ad principem Walliae, dat. 12 cal. Nov. MCCLXXXII. Quidam Joh. Walensis electus fuit abbas de Malmesbury 10 Nov. 7 Hen. iii. ita in rot. turr. Lond.

[t] Claruit ann. MCCL. Bal. xiii. 78. ex Lel. Pitf. *App.* p. 891.

JOHANNES HEREFORDENSIS scripsit *Epistolarum* lib. i. Mf. in coll. Corp. Chr. Cantabr. citante Pitseo. Pitf. *App.* p. 875. In Sir Henr. Chauncy's *Hertfordshire*, p. 449 citatur: *The enchiridion of a spiritual life, written at St. Albans by John Hereford, for Mr. Ric. Stevenage*, MDLVIII. Cujus autem auctoris haud constat.

JOHANNES de HIBERNIA Dominicanus scripsisse dicitur *Manipulum florum ex sacris autoribus*. Claruit A. MCCCCLX. Qu. annon sit idem cum Thoma de Hibernia? Sub ejus nomine extat manipulus Mf. Cantabr. coll. Petri. 83. War. p. 76.

JOHANNES de HIBERNIA alter, Dominicanus itidem scripsit librum, cui titulus *Scala Dei seu coeli*, lib. i. War. p. 77.

JOHANNES de HIDA monachus coenobii Hidensis juxta Wintoniam. Scripsit, *Vitam patientis Job ad episcopum Winton*, lib. i. "Venerabili patri et amico." *Homiliarum* lib. i. *Quaedam de rege Alfredo fundatore et antiquitatibus coenobii Hidensis*. A. MCCXXII. Obiit Johannes abbas de Hyda. Whart. *A. S.* tom. i. 306. Claruit circa A. MCCLXXXIV. juxta Bal. iv. 75. Pitf. p. 365.

JOHANNES de HILDERSHEIM. In Mf. bibl. Bodl. Laud. F. 106. extat tractatus ejus h. t. *Speculum fontis vitae*.

JOHANNES IRLANDUS (Dempst. 397.) patria Scotus, in Galliis educatus, ubi doctor Sorbonicus evasit, postea in patriam rediit, et ibi theologiam professus est. Scripsit *In magistrum sententiarum*, lib. iv. *Conciones sacras*, lib. i. *Reconciliationis modum ad Jacobum* iii *regem super dissidio cum duce Albaniae*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. Excus. Parisiis. Claruit A. MCCCCLXXX. Dempst. ix. 752.

JOANNES

JOANNES[a] LILLESHULLENSIS coenobii praeses, vitam mirifice studebat continentem deducere. Utque negotio tam undecunque sancto accurate invigilaret, per amoenos divinae Scripturae campos exspatiatus, late oculos pascebat; et apium industriam admirabilem illam imitatus, ex floribus delicatissimis mel merum exugerat; quo pius aliquando morbos hominum, ad scelera properantium, opportuna percuraret. Hoc igitur prudens consilio usus est; senserat enim primas ministrorum ecclesiae partes esse, ut exemplo, et verbi evangelici insinuatione corruptos plebis mores extirparent. Quare, ardore quodam conflagrans ille totus, non modo recte faciendi, sed et admonendi quoque, desumpto calamo, vel ipsos ministros verbi solicite instruxit; ediditque *Enchiridion*[b], opus in quinque divisum partes, quo illi probe instructi, reliquos pari diligentia, cura, gratia denique consolarentur, et dejectos spe amplissima officiosissime erigerent. Caetera de autore mihi incognita[c]. Exemplar tamen manuscriptum conjunxerat sub eisdem asseribus autorem alterum[d], de quo pauca hic subjiciam. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Miraeus, sive Lilleshullus Pits. [b] Sive, *Manuale sacerdotis*, ad J. de S. vicarium de A. lib. v Pr. pr. " Ex verbis Domini Salvatoris." Pr. l. " Inter mel- " liflua sancti." Ms. in bibl. Gualt. Copi, et in bibl. Bodl. NE. B. i 15. et E. 4. 6. In Ms. Cotton. Claud. A. ii. 1. 3. habentur 1. *Liber festivalis, continens homilias super praecipuis anni festis*, compositus per fratrem Joannem Mirkum, canon. regularem monasterii de Lilleshul, Anglice. 3. *Propter presbyterum parochialem instituendum versus Anglice.* Ad finem: " Explicit tractatus, qui pars oculi dicitur," de Latino in Angl. translatus per fr. Jo. Mircus, can. reg. etc. [c] Claruit circa A. D. MCCCCIII. Pits. p. 577. Bal. vii. 25. [d] Sc. THOMAM VIGENHALUM, quem vide infra.

JOANNES[a] LONDINENSIS, juvenis ad bonas artes et linguarum cognitionem felicem natus, relicta urbe natali, Isidis Vadum, sola studendi gratia, petiit; quo loco, fortunis destitutus honestis, duram ac parcam ducebat vitam. Contigit tandem, ut Rogerio Bacono innotesceret: ille adolescentis ingenio acri delectatus, tum praeterea misertus ejus tenuitatis, in familiam susceptum, utraque lingua, et imprimis mathesi erudiendum curavit. Discipuli in immensum accrevit alacritas, et jam Lutetiam usque praeceptorem secutus est; quem postea laudatorem etiam habere meruit, ut apparet ex ejus ad Clementem quartum, episcopum Romanum epistola; cujus et haec verba sunt: " Non remansit unus Parisiis, qui plus novit de philosophiae radicibus, quamvis et " fructus nondum produxerit propter juvenilem aetatem." Hunc Romam misit Baconus cum libellis et organis mathematicis, a se compositis, ad Clementem quartum pontificem, hoc nomine, ut interpretis in rebus difficilioribus partes egregie praestaret[b]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Londinensis, frater Franciscanus. Pits.
[b] Scripsit *De trigonio circinoque analogico*, opusculum mathematicum et mechanicum. *De speculis comburentibus*, lib. v. Ambo extant Ms. Cotton. Vitell. C. vii. 4, 5. Claruit circa ann. MCCLXX. Bal. xiii. 81. MCCLXXX. Pits. p. 877.

JOHANNES LONDINENSIS alter, monachus Cantuariensis (S. Augustini, forte, Ms. enim bibl. Bodl. Mus. 48. haec habet in rejectitio folio: Johannes de London de librario S. Augustini Cantuar.) historicus Anglus. Scripsit *Chronica quaedam de rebus Anglicis a Conquestu ad A. D.* MCCCXXII. Citatur a Gul. Lambard in *Praefat.* ad *ad Archaionomiam* p. 6. A. Wood. Ms. P. olim Ms. Arundel ex quo quaedam extraxit Jamesius vii. p. 74. Scripta fuerunt ad instantiam Margaretae reginae, cui dedicavit. Pr. pr. " Prohibemur, generosa matrona." In bibl. collegii Armorum Norfolc. 20. *Chronicon* [ecclesiae Christi Cantuar.] *ab adquisitione regni Angliae per Will. ducem Normanniae ad mortem regis Edw.* i. A. D. MCCCVII. per Joh. Lond. Pr. " Anno gratiae " MLXVI Willielmus dux Normanniae applicuit," continuatur ad MCCCXVII. f. 82. b. commendatio lamentabilis in transitu magni regis Edw. iv. (sc. primi) secundum Joh. de London. . . f. 91. " Non nobis, Domine, sed nomini tuo da gloriam, et Johanni de London. peccatori veniam." *Continuationem Chronici Gervasii Cantuar. ad temp. Richardi* ii. Ms. in bibl. collegii Trinit. Cantabr. 156. Caetera ejus scripta, et tempus quo claruit, latent. Pits. *App.* p. 878.

JOHANNES MAILROSENSIS, patria Scotus S. Bedae discipulus, cum Alcuino ad Carolum M. in Gallias trajecit, a quo Papiam sive Ticinum missus est, ut academiam ibi fundaret. Scripsit, *Super canones Arzachelis*, lib. i. " De canonibus Arzachelis." *Ad Carolum regem*, lib. i. " Val- " de quidem admiranda." *Versus diversi generis*, lib. i. Lumina sidereo recitans." *In evangelium Matthaei*, lib. i. *De officiis humanis*, lib. i. *De officiis divinis*, lib. i. *Dialogum de natura*, lib. i. *De naturae divisione*, lib. i. *De primo rerum principio*, lib. i. *De eucharistia*, lib. i. *Commentarios Scripturarum*, lib. i. *Homelias eruditas*, lib. i. *De Germanis juxta Jrenicum*, lib. i. Plurima horum Operum Johannem Erigenam (de quo supra) habent autorem. Obiit abbas Ticinensis A. DCCXCII, vel DCCCXCII. Dempster. xii. 904. Bal. xiv. 32. et par. post. 202.

JOANNES[a] MERCIANUS, sic enim appello, quia *De regibus Merciorum* accuratissime scripsit, et alio mihi non est adhuc nomine cognitus, tantae vir lectionis fuit, tantae diligentiae in eruenda antiquitate, ut solus mihi videatur regulis Merciorum (erant enim olim inter Saxones, qui Britanniam occupabant, plures reguli) quandam immortalitatem asseruisse. Si roges, unde id sciam, non gravabor dicere. Nuper, cum essem Verovici, et diverterem ad clivum Magdalenaïcum, qui a Verovico quingentis aut eo amplius passibus distans, Avonae fluvii ripis imminet, ut admirator

[a] Joannes Mercius. Pits. p. 213. Sunt qui istum cum Joanne Piko unum fuisse credant. Bal. ii. 85. Jo. Baleus in Add. Lel. Ms. Trin. " Sunt qui hunc credunt Joannem " Pyke historicum illum, qui scripsit de regibus Saxo- " num et Dacorum, fuisse, ego tamen diversum censeo."

essem

essem giganteae imaginis, quae ibi victoriosissimi Guidonis nomine celebratur; reperi inter alios libros *Historiam* Joannis Rufi, ejusdem loci praesidis, *De episcopis Wicciorum:* in qua Joannis librum *De regibus Merciorum* non modo frequentiuscule citat, verum etiam ejus verba subinde in suum transfert librum; maximeque in eo loco, ubi de Alaunii, sive Alaniae civitatis . . . . provinciae antiquitate scribit: quam vulgus nunc ALCETER vocat, ex pristina nobilitate in villam fere rusticam mutatam. Haec ego cursim Rufi *Historiam* legens notavi; quae tamen lectores celare nolui: ut neque hoc celabo; Joannem historiam suam *De Merciorum regulis* cuidam Eustachio dedicasse; quem ego interpretor fuisse Stephani, Anglorum tyranni, filium: quanquam non sum id nescius, circa illa tempora alium Eustachium fuisse in pretio. Quare sint haec per conjecturam tantum dicta [b]. Ex *Lelando.*

[b] Claruit circa A. D. MCL. Bal. ii. 85. Pits. p. 213.

JOHANNES MONACHUS quidam pauperculus, uti seipsum appellat. Transtulit ex vernaculo in Latinum sermonem rogatu Johannis Morgan, decani capellae regiae Windsor, episcopi Menevensis *Miracula regis Henrici* vi. Pr. epist. transl. dom. Joh. Morgan. "Aeternam in Christo Jesu quam sibi." Ms. in bibl. reg. Westmon. 13. c. viii.

JOHANNES PLANTAGENET, Anglorum rex scripsisse fertur, *Leges reipublicae Anglicanae*, lib. i. *Leges Hyberniensium*, lib. i. *Chartam libertatum Angliae*, lib. i. "Sciatis nos intuitu." *Statuta regalia*, lib. i. "Praecipimus vobis, quod sine." *Ad barones de sua victoria*, ep. i. "Sciatis nos, Dei gratia." *Ad Cistercienses monachos*, ep. i. "Joannes, Dei gratia rex." *Ad monachos Burienses*, ep. x. "Mandamus vobis, quod." *Ad monachos D. Albani*, ep. i. "Joannes, Dei gratia rex." *Ad episcopum Wintoniensem*, ep. i. "Ad petitionem mag. Roberti." *Ad matrem Alienoram*, ep. i. *Ad Cantuarienses pro Grayo*, ep. i. *Ad Innocentium contra Stephanum*, ep. i. *Comminatorias ad eundem*, ep. ii. *De sua submissione*, ep. i. "Joannes, Dei gratia rex Angliae." *Super charta obligatoria*, ep. i. "Ego Joannes D. G. rex." *Concessionem investiturarum*, ep. i. "Quoniam inter nos." *Ad episcopos Angliae*, ep. i. "Salva dignitate regia, et nisi." *Ad Ricardum Londinensem*, epist. i. "Sicut honorem Dei et eccl. *Ad vicecomites Angliae*, ep. i. "Vobis sine dilatione praecipimus." *Ad Stephanum Cantuar.* ep. iv. "Venerabili in Christo patri." *Ad Philippum Francorum regem*, ep. i. *Ad Northumbriae comitem*, lib. i. *Ad clerum Wigorniensem*, ep. i. *Ad regni magnates*, epist. plures. *Ad Gulielm. Londinensem*, ep. i. *Ad Eustachium Eliensem*, ep. i. *Ad papam contra barones*, ep. ii. *Ad Londinenses pro praetore*, ep. i. *Ad Gippeswicenses*, ep. i. *Ad Dunwicenses*, ep. i. *Ad Nordovicenses*, ep. i. In primo *Concil M. Brit. et Hib.* vol. habentur sequentia, *Literae regis Johannis de episcopatu Carleol. concesso archiepiscopo Ragusinensi*, p. 512. *Aliae universo Hiberniae clero, de subsidio sibi concedendo contra regem Franciae.* Ibid. *Aliae formam pacis inter eum et sacerdotium continentes.* p. 542. seq. *Aliae de pace Stephano archiep. Cantuar. per Johannem regem concessa; nec non de libertate secure in Angliam una cum suis veniendi.* p. 543. *Charta ejus de libera electione praelatorum.* p. 545. *Literae ejus quibus jus patronatus episcopatus Roffensis archiepiscopo Cant. concedit.* p. 546. Obiit 14 cal. Novemb. A. C. MCCXVII. Bal. iii. 75. Pits. p. 289.

JOANNES [a] POLOSTADIUS Gippovici togam accepit Carmeliticam. Sed est quod doctas artes, quas alte imbiberat [b], Isiacae acceptas referat academiae. Tam diu illic praeceptis cum humanarum, tum divinarum rerum informatus fuit, ut, maturiores attingens annos, universo suo ordini magno fuerit ornamento. Nam praeses [c] provincialis designatus, nullum locum diligentiae reliquit, quo minus Carmelitae omnibus virtutum coronis quam ornatissimi essent. Neque hic tamen laboris anchoram fixit: sed assidue calamo utebatur. Quae scripsit in libros *Physicorum* [d] et *Sententias* [e], ut alia minuscula omittam [f], adhuc extant. Diem obiit Eboraci quarto idus Octobris, anno D. MCCCXLI [g].

[a] Joannes Polestede Sudovolga (Lel. *Epit*) patria Suffolciensis. Bale. Pits. [b] S. theologiae doctor Oxoniensis. Pits. [c] Electus anno MCCCXXXV Lynnae. Ms. Bal. Collect. Sloan. 4to. 134. [d] Lib. viii. "Consideratio philosophi in hoc." Ms ejusd principii in Bodl. NE. A. 2. 6. [e] Lib. iv. [f] Praeter haec scripsit, *Conciones per annum*, lib. i. "Dicite, filiae Syon, ecce rex, etc. "Verba ista," etc. Ita incipiunt conciones per annum Ms. in ecclesia cathedr. Lincoln. H. iv. et ix. *Super Augustinum indices*, lib. i. "Amat mortem, qui praecepta." *Epistolas ad diversos*, lib. i. "Omnibus Christi fidelibus." *Sermones visitationum*, lib. i. *Quaestiones varias*, lib. i. [g] —— et sepultus est in coenobio sui ordinis ibidem, splendido marmore tectus. Bal. v. 46. Pits. p. 448.

JOHANNES SALISBURY Oxoniae in collegio Glocestrensi vel Cantuar. in studiis philosophicis ac theologicis apprime institutus a cardinali Wolsaeo in carcerem detrusus propter suspicionem haereseos, poenitentiam publicam egit A. MDXXVI. *Fox.* i. edit. p. 610. Fuit monachus Benedictinus in abbatia S. Edmundi, et prior monasterii de Horsham S. Fidis. A. MDXXXV. 10 Mart. episcopus suffraganeus de Thetford, dioec. Norwic. A. MDXL fit decanus Norwicensis. A. MDXLVI. institutus in rectoriam de Lopham dioec. Norwic. (*Reg.* Norwic. xvii. 125.) A. MDLIII. 1 Martii decanatu exutus, et sub initio regni reginae Elizabethae restitutus. Fuit cancellarius ecclesiae Lincoln. et A. MDLXXI ab archiepiscopo Cantuar. dispensationem obtinuit cum decanatu Norwicensi, tenendi rectoriam de Thorp super montem in dioec. Lincoln. et rectoriam de Dyss in comit. Norf. et archidiaconatum Angleseyensem. Strype in *Vita Parker.* 382. Sub initio anni MDLXXI factus est episcopus Sodorensis, confirmatus mense April. et obtinuit licentiam decanatum in commenda

 retinendi.

retinendi. Extant ſub ejus nomine, *Sermo in eccleſia cathedr. Norwic. habitus in pſal.* xciv. 1. *Deus ultionum:* adverſus vitia procerum, laicorum et clericorum Anglice. Mſ. Lambeth. 298. ob quem ab officio ſuſpenſus, palinodiam canere coactus eſt. *Sermo ibidem habitus in pſal.* xciv. 3. 4. Quo ſermonem ſuperiorem explanavit, ejuſque apologiam texit. Ille enim eo nomine offenſam dederat, quod ſui temporis mores longe infra pontificiorum zelum et pietatem ſubſediſſe queratur. Obiit menſe Sept. MDLXXIII. *Athen. Oxon.* i. 700. ſeq.

JOANNES SARISBURIENSIS, alias SEVERIANUS [a], natus in provincia Severiae, quae nunc Wilugia vocatur, unus ex primis fuit, qui noſtrae Britanniae poſt Theodori, Cantiorum archiepiſcopi, et Adriani, abbatis, felicia tempora, Graecam et Latinam linguam cum ſua puritate et dignitate reſtituit. Videor enim mihi videre in hoc homine, praeter raram quandam facundiam, omnis ſcientiae orbem: nam et dialecticus acutiſſimus, vehemenſque rhetor eſt: ac quoties res poſtulat, in omni ſcientiarum genere, quae liberalem virum decent, vel ad miraculum excellens. Taceo quod poëſim ita aſſecutus ſit, ut ejus carminibus nihil facilius, nihil venuſtius, nihil elegantius. Torrens certe in hac parte eſt, et lectorem impetu quodam profluentis eloquentiae rapit, victorque, quo lubet, defert. Nunc quantus et quam gravis philoſophus fuerit, doctiſſimorum eſto judicium. Denique quam purus theologus fuerit, id eſt, proxime accedens ad orthodoxos patres, veteres quidem illos, malo ex ipſius fontibus, quam ex noſtris lacunis hauriatis. Nae ille ſatis videbat pontificum avaritiam, faſtum (nolo aliquid gravius dicere) et totam denique noſtri ſaeculi tragoediam. Vixit longiuſcule, et ſtuduit in Italia, omnium bonarum literarum facile poſt Graeciam parente. Scriptor quidam vitae Thomae Becketi refert, et alium fuiſſe Joannem Severianum [b], virum eruditum; at neſcio an ejus fratrem, de quo modo ſcribimus. De hoc vero altero liquet exulem fuiſſe a familiaritate, quam cum Becketo iniverat. Petrus Bleſenſis ad Joannem Severianum, epiſcopum Carnotenſem, ſcribens, in *Epiſtolis*, Roberti Severiani, archidiaconi, nepotis Joannis, meminit. Extat libellus Morſi Ravennatenſis *De interpretatione Graec. dict.* ad Joannem Severianum. Romae notus fuit Eugenio [c], pontifici Romano; et Adriano quarto, Anglo, ejus ſucceſſori chariſſimus. Ubi etiam inter familiares habuit Joannem, Eboracenſem theſaurarium [d], trium linguarum peritiſſimum. Familiariſſimum porro Thomae Becketo, Cantiorum archiepiſcopo, fuiſſe vel ex hoc ſatis liquet, quod tragoediae interfuerit, cum Thomas Duroverni in ſua eccleſia a percuſſoribus opprimeretur; in quo tumultu, cum videret Edvardum Grimferum, alias Grimaeum, archiepiſcopi cruciferum, altero brachio graviter vulneratum, tacitus, ſed moerens, cruentae turbae continuo ſe ſubduxit. Poſtea tamen ſplendidi nominis honore functus eſt: nam quo tempore Thomas gladiis ſuccubuit, Joannes homo erat majoris ingenii et eruditionis, quam fortunae [e]; tandem tamen juſtum ſuae virtutis praemium, ſacras Carnotenſis eccleſiae inſulas optimus paſtor accepit [f] favore, gratia, beneficio Henrici ſecundi, regis Angliae. Denique ex multis libris, quos ille plane eloquentiſſimos ſcripſit, hi pauci adhuc ſuperſunt: *Policraticon*, lib. 8 [g]. cujus et Geſnerus in *Catalogo ſcriptorum* meminit. *Mythologicon*, lib. iv. *Vita Anſelmi* [h]. *Vita Thomae Becketi, Cantiorum archiepiſcopi* [i]. *Poenitentiale* [k]. *Epiſtolarum liber* [l]. *Eutheti-*

[a] Johannes Severianus (de Salopeſbiria male *Annales Theokeſbirienſes*) Whart. *Angl. ſacr.* tom. ii. *Praef.* xi. Erat hic Joannes in juventute ſua cantor, eccleſiae (forſan Cantuar.) clericus. Gervaſ. Dorob. in 1172. Johannem Petitum vocat elegantiſſimus Menagius ad Laertium editionis Wetſtenianae. Fabricii *Bibl. Lat.* in Ind. Oxonii colligitur ſtuduiſſe ex *Policr.* viii. c. 22. ubi Vacario noſtro indictum ſilentium refert. Vacarium autem primum Oxenfordiae leges, Stephano R. regnante, legiſſe teſtatur Gervaſius Dorob. in *Vita Theobaldi*, archiepiſcopi Cant. A. Wood. Mſ. Pitſ. Adoleſcens ſtudiorum gratia Lutetiam venit A. D. MCXXXVI ſatis modico victu ſtudia ibi aggreſſus eſt, donec a praeceptoribus ſuis quibuſdam ſcholaſticis praepoſitus eſt, quibus lectiones, quas in rhetorica exceperat, reponendo exponebat. M. Theodorici primum auditor fuit in rhetorica, deinde D. Petri Helyae. In dialectica audivit peripateticum Palatinum, quo nomine Abaelardum appellari putant Albericum Remenſem et Rob. Meludenſem. In divinis Gilbertum Porretanum, quem queritur nimis cito ſublatum eſſe, et Simonem Piſciacenſem, quem vocat fidum lectorem, ſed obtuſum diſputatorem. Ita Bulaeus in *Catal. illuſtrium academicorum* ad finem *Hiſt. Pariſ.* tom. ii. p. 751.

[b] Joannes iſte alter Severianus fuit Joannes de Oxeneford, decanus Sarum et poſtea epiſcopus Norwic.

[c] Eugenio iii. Hadriano iv. et Alexandro iii. pontificibus; et Theobaldo, Thomae Becket, et Richardo, archiepiſcopis Cantuarienſibus (quibus a ſacris erat) eximie charus erat, Cave. p. 685. Whart. l. c. [d] Johannem hunc Eboracenſem, uti virum ſingularis eloquii, et trium linguarum gratia praeſtantem memorat Severianus 7 cap. l. 8. *Polic.* Is nimirum eſt, qui poſtea a papa epiſcopus Pictavienſis eſt inſtitutus; uti apparet in *Hiſtoria* Radulphi de Diceto. [e] Joannes de Sariſberia theſaurarius eccl. Exon. A. D. MCLXXIV. Le Neve in *Faſtis* ex Mſ. Cotton. Tiber. F. vi. f. 117. [f] Epiſcopus Carnotenſis electus MCLXXVI. 22 Julii Wharton. l. c. (MCLXXII. Bulaeus ii. 394. ex Gervaſio Dorob.) anno MCLXXIX concilio Lateranenſi interfuit. Cave. [g] Sive *De nugis curialium et veſtigiis philoſophorum ad Theobaldum archiepiſcopum* (Thomam Becket. Leland *Coll.* ii p. 203.) Pr. " Jucundiſſimus tum in multis, tum." Mſs. Oxon. in bibl. publ. Digb. 209. Mſ. Barlov. 16. Mſ. Bodl. NE. F. 11. 5. Laud. C. 118. Mſ. Bodl. ſup. D. 1. Art. 113. 5. In coll. Baliolenſi Mſ. N. 20. et K. 25. et Lincolnienſi Mſ. 76. Et Mſ. Oxon. coll. Merton. Q. ii. 6. Cantabrigiae in bibl. publ. cod. 122. 4. et in coll. Corporis Chriſti O. 14. Prodiit Pariſ. MDXIII. 4to. et Lugd. Bat. MDXCV. 8vo. Cave. l. c. Lond. MDXCV. Pitſ p. 248. Pariſ MDCX. 8vo. Lugd. Bat. MDCXXXIX. 8vo. et in *Bibl patrum* tom. xxiii. Videtur hoc opus in Cantio circa A. D. MCLIX conſcriptum eſſe. " Johannes Sariſb. e noſtris pene ſolus eſt, qui " rimatus arcana ethices et philologiae puriora, monimen- " tum reliquit mentis philoſophicae in libris *De nugis* " *curialium.*" Anonymi *Epiſt.* Camdeno, p. 278.

[h] Lib. i. " Ad depellendas infidelitatis." Edidit ex cod. Mſ. Lambethano Cl. Whartonus, *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 151. Vide Cave. ii. p. 394. Joannes in hac *Vita* multa ex Eadmero deſumpſit. [i] Lib. ii. " Sacroſanctam " eccleſiam jugiter impugnand." In bibl. Burienſi apud Boſtonum Burienſ. Mſ bibl. Bodl. Laud. F. 14. Prodiit integra cum epiſtolis Pariſ. MDCXI. 4to. in *Quadrilogo* Pariſ. MCCCCXCV. 4to. Vide infra Gul. Stephan.

[k] Lib. i. " Cum miſerationes Domini ſunt " Mſ. Bodl. NE. B. 3. 6. [l] Olim in bibl. eccleſia Chriſti Cantuar. Lel. *Collect.* iii. 190. Extant Mſ. Bodl. arch. A. 99. *Epiſtolae* vii *hiſtoricae* inter *Script. hiſt. Franc.* per Du Cheſne Pariſ. MDCXLI. f. tom. iv. p. 453. *Epiſtolae* 303 extant in *Bibl patrum* tom. xxiii. *Epiſtolarum aliarum* liber prodiit Pariſ. MDCXI. 4to. *Epiſt.* 28. Mſ. Cotton. Vitel. E. 17. *Epiſtolae* aliae 93 habentur in collectione epiſtolarum S. Thomae a Chr. Lupo edita Bruxellis MDCLXXXII. 4to. An vero omnes hae epiſtolae ſint penitus diverſae, inquirant, quibus plus otii eſt. Cave. l. c.

con

con [m] *ad Thomam Becketum, Angliae cancellarium. Speculum ſtultitiae ad Nigellum* [n], carmine. *Speculum rationis.* Scripſit etiam librum *De tyrannis*, et malo illorum exitu, ut apparet ex vigeſimo capite octavi libri *Polycraticôn.* *De ſtatu Romanae curiae* [o]. Floruit ſub Henrico ſecundo, et apud Carnutes [p] ſepultus eſt, parta per libros immortalitate. Ex *Lelando*.

[m] Lib. i. "Dogmata diſcutiens veterum." Poëma elegantiſſimum, Cave. *Polycratico* vice prooemii praefigitur, Lugd. MDXCV. Mſ. in bibl. publ. Cantab. 122. 2. 3. Mſ. in bibl. regia Weſtmon. 12. F. viii. Et 13. D. iv. Et 13. E. v. Et in Bodl. Oxon. Mſ. Bodl ſup D. 1. Art. 113. 5. Et Mſ. Wood. Langbain. 9. 2. A. Wood. Olim in bibl. Burienſi apud Boſtonum Mſ. Norwic. More lxxiv. f. 163. Carmen hexam. et pent. collectanea quaedam ex hoc *Eutet.* extant Lel. *Coll* ii. p. 205. Aliud etiam eſt *Eutheticon*, lib. i. "Si mihi credideris linguam cohib." Extat Pariſ. MDXIII. Pitſ. p. 249. Mſ. C. C. C. Cantabr. O. 14. Mſ. Bodl. Barlow 2. et 6. Mſ. Bodl. NE. F. 11. 5. A Boſtono hic liber Euticus, id eſt, Fortunatus, dicitur, tunc in bibl. Burienſi conſervatus. [n] Pr. "Suſcipe "pauca tibi veteris Willelme Nigelli." Mſ. Cotton. Veſp. E. xii. 3. Atqui Nigellus non niſi poſt mortem Johannis Sareſb. *Speculum* ſcripſit. A. Wood. Mſ. Pitſ. In hoc codice adnotatur manu antiqua: "Libellum iſtum, "qui dicitur *Speculum ſtultorum*, compoſuit Sariſburienſis "S. th. eximius, ſicut patet in epiſtola Bleſenſis directa "Sareſburienſi, regracians ſibi pro libello quem compoſuit "*De nugis curialium.*" *Ad ſpeculum Nigelli* carmine quoque, lib. i. Ita inſcribitur in Mſ. Lel. Trin.

[o] Lib. i. Scripſit etiam *Mythologicon*, ſive, *Metalogici* lib. 4. (Liber i. habet capita 25. ii. 20. iii. 10. iv. 42.) "In humanis rebus nihil." Mſ. Oxon. Bodl. ſup. D. 1. Art. 113. 6. Cantab. in bibl. publ. Mſ. 122. et coll. Corp. Chriſti O. 14. Pitſ. Extat in bibl. regia Weſtmon. 12. D. 1. et 13. D. iv. Olim in bibl. Bur. juxta Boſtonum Burienſ. Prodiere cum *Polycratico*. Pariſ. MDCX. Lugd Bat MDCXXXIX. 8vo. Seorſum Pariſ. MDCX. 8vo. In his libris de omni re logica, et philologica, philoſophica quinetiam, acute atque erudite agit. Cave l. c. *Commentarios in epiſtolas D. Pauli*, lib xiv. "Principia rerum requirenda." Mſ. ejuſd. pr. et arg. inter Mſs. Bodl. NE. C. 4. 2. in bibl. eccl cath. Lincoln. quod inſcribitur *Magiſtri Petri gloſſa in epiſtolas D. Pauli:* et in bibliotheca coll. Trin. Cant. cui titulus, *Epiſtolae Pauli ſecundum long. Rogeri de Reding.* *De membris conſpirantibus*, lib. i. "Concilium celebrant humani." Extat Pariſ. MDXIII. *De muſica amoris*, lib. i. *De mathematica duplici*, lib. i. *Objurgationem cleri*, lib. i. *Sermonum elegantium* lib. i. *Ermoneuticon*, ſive librum expoſitionum Veteris et Novi Teſtamenti. Pr. "Cum ſunt "nonnulli in conventu." Mſ. hujus tituli bibl. Bodl. NE. C. 4. 5. Qu. annon huic auctori debetur *Carminum diverſi generis* lib. i. Porro ſcripſit librum qui dicitur *Architrenius*, lib. i. "Velificatur." In bibl. Bur. et Rameſ. apud Boſton. Burienſem. [p] Obiit 24 Octob. MCLXXXI vel MCLXXXII, jacetque in abbatia Joſaphati non longe a Carnotenſi civitate. Marlot. *Hiſt. Remenſ.* tom. ii. p. 454. 455. Bal. iii. 1. Pitſ. p. 247. ſeq. Whart. *Praef.* ad tom. ii. *Angliae ſacrae*, p. xi. Cave. p. 683.

JOHANNES de SIDINGBOURN monachus eccleſiae Chriſti Cantuar. Scripſit *Quaeſtiones theologicas.* Extabant olim in bibl. mon. Chriſti Cant. Mſ. Cotton. Galba. E. iv.

[a] JOANNES STAFFORDIUS, Franciſcanus, conſummato ſeveriorum ſtudiorum curſu, putabat non inglorium eſſe hiſtoriarum cognitionem penitiorem illam excutere. Perplacuit igitur ei Anglorum res geſtas ediſcere; hac tamen conditione, ut et ille illuſtribus edoctus exemplis, hiſtoriam quoque aliquando conſcriberet. Id quod tandem lucido praeſtitit ordine, ut ex Roſſo Verovicenſi hiſtoriographo abunde liquet [b]. Ex *Lelando*.

[a] Joh. Stafford ab oppido natali cognomen habens. Bale. Pitſ. [b] Claruit circa A. D. MCCCLXXX. Bal. vi. 42. Pitſ. p. 523.

[a] JOANNES SWAFHAMUS, ſive SUAFAMUS, Carmelita, Grantanae academiae theologus, eo tempore claruit, quo Vigoclivi ſectatores bellum ſaevum, immane, cruentum orthodoxis patribus indicebant. Quare ſuum eſſe officium putabat, lupos a Chriſtiano grege quam longiſſime arcere. Sola cura reſtabat, ut commoda id quamprimum fieret ratione. Sed in illa non diu haeſit cura: nam evangelicis armis munitus, in medios fortis hoſtes inruit; hos docto confodiens calamo, illos ſacrae eloquentiae fulmine proterens. Extant adhuc ejus libri, invictae virtutis teſtes multo fideliſſimi: quorum unus manifeſto titulo contra Vigoclivianos inſcriptus eſt; alter vero nomine *Sacrarum concionum* prodiit. Tam ſanctos hominis labores ſuus honor non multo poſt ſequebatur. Bannochoro etenim, famoſae Venetorum urbi, epiſcopus adſignatus fuit [b]. Videor hic forſitan longiuſculus Nicolao Suafamo [c], dubitanti num ejus meminerim. Itaque haec de illo lectorem volo cognoſcere; nempe Grantanum theologum fuiſſe, tum praeterea Carmeliticam cohortem ibidem gubernaſſe; et quod aliquanto clarius, toti academiae cancellarii nomine praefuiſſe; denique duos de rebus theologicis libellos [d] ſcripſiſſe, ac Grantae anno D. MCCCCXLIX. fato conceſſiſſe. Ex *Lelando*.

[a] "Joannes Swafhamus [forte Swafami natus in agro "Norfolc. War.] coenobii Lynnenſis Carmelita (Mſ. Lel. "Trin.) et SS. theologiae doctor Cantabrigienſis." Ware. Bale. Pitſ. "Joannes Sunagham, patria Scotus, SS. theol. "D. Bononienſis." Dempſt. xvii. 1088. [b] Epiſcopus Clonenſis in Hibernia ſub archiepiſcopo Caſſelienſi conſecratus anno MCCCLXIII, inde ad Bangorenſem ſedem in Wallia tranſlatus (Gregorii xi. bulla) 6 nonas Julii MCCCLXXVI. Ware. Godwin. Interfuit ſynodo Stanfordenſi anno MCCCXCII, qua Joannis Wiclevi libri et ſectatores damnati ſunt. Bale. Pitſ. Ware. Godw. Obiit circa A. D. MCCCXCIX. War. p 126. Vide Bal. vii. 11. Pitſ. p. 559. Godw. p. 648. Quidam Johannes de Swafham fuit perſona de Drokenesford in dioec. Winton. 14 Ric. ii. [c] Fr. Nich. Swafham, ordinis Carmel. de conventu Londin. ordinatus acolut. 21 Dec. MCCCXCVII. diaconus 26 Maii MCCCXCVIII. preſbyter 20 Sept. MCCCXCIX. ita in *Reg.* Braybrook epiſc. Lond. [d] Sc. *Ordinariarum lectionum* lib. i. *Determinationum* quoque lib. i. Bal. xi. 76. Pitſ. p. 641.

JOHANNES TINMOUTHENSIS in oppido Tinmouth natus, eccleſiae ibidem vicarius, poſtea monachus Benedictinus fuit in coenobio S. Albani. Scripſit *Hiſtoriam auream, a creatione ad temp. Edwardi* iii. *incluſive* vol. iii. 1. continet 10 libros. ii. 8. iii. 5. et definit MCCCXLVII. ita Mſ. Lambeth. 10. 11. 12. Pr. "Julius Caeſar divinis humaniſque rebus." Mſ. Cantabr. in C. C. C. ſub B i. ii. olim eccl. S. Albani continet libros xv, et deſinit MCCCLXXVII, ultimus liber incipit in A. D. MCCCXCVIII. *Supplementum ejuſdem*, lib. i. Mſ. C. C. C. Cantabr. ſub B. iii. *Sanctilogium*; *ſive de vitis et miraculis ſanctorum Angliae, Walliae, Scotiae et Hyberniae*, lib. ii. Mſ.

Mſ. in bibl. Lambeth. ii. ex quo Whart. *A. S.* tom. ii. p. 75. edidit *S. Bregwini vitam.* In Mſ. Lambeth 12. ad finem *Hiſtoriae aureae* ſubjunguntur *Vitae* S. Etheldredae, S. Sexburgae, S. Verburgae, S. David Meneven. S. Patricii, S. Bregwini—quae faciunt tantum partem *Sanctilogii.* *Secunda pars hiſtoriae aureae* (olim liber S. Edmundi Burienſis ſcriptus ſumtibus domini Rogeri de Huntedon MCCCLXXVII.) ſc. a libro 14 ad 22 incluſ. Sed ad finem cap. 81. libri xxi. (A. MCCCXLVII) eſt haec nota: "Explicit *Hiſtoria aurea Johannis Anglici*" (quae ſequuntur manus recentioris ſunt) vel potius Guidonis Dyoniſiani abbatis Galli. Reliqua pars libri vigeſimi primi et 22dus continet *Vitarum ſanctorum epitomes*; ubi *Martyrologium* et *Sanctilogium* Johannis Anglici ſaepiſſime citatur (In Mſ. bibl. Bodl. NE. F. x. 6.) 15, 162. 147. 82. et *Hiſtoria aurea* Joh. Anglici ibi citatur; unde haec poſterior pars eſt tantum farrago a monacho quodam Burienſi contexta. *Opus ſervorum Dei*, lib. i. Idem cum *Sanctilogio.* Pitſ. *Liber ſervorum Dei major*, qui vocatur *Martirologium* in maximo volumine in bibl. S. Albani. *Liber ſervorum Dei minor*, qui vocatur *Sanctilogium* collectum ex vitis, etc. in eadem bibliotheca, nunc extat in bibl. Cotton, Tiberius E. i; Volumen grande fere 400 fol. vitas 157 continens. i. eſt vita S. Edwardi confeſſ. Pr. "Glorioſi "ac Deo dilecti." Capgravius de 168 vitis tractat in ſua *Legenda*; quae omnia praeter 14 verbatim excerpſit ex hoc libro. Quaedam etiam habet hoc opus, quae in Capgravio non inveniuntur. *Martyrologii Bedae appendices*, lib. i. *Expoſitiones morales et allegoricas in Pentateuchum*, lib. v. *Super Joſue*, lib. i. *Super Judicum*, lib. i. *Super Regum* lib. iv. *Super Apocalypſin*, lib. i. De omnibus ſanctis uſus eccleſiae Sariſb. lectiones, vitas eorum breviter continentes, compilavit uno volumine, quem quidem librum nominare decrevit *Lectionarium.* In Mſ. C. C. C. Oxon. cod. 134. Eſt *Vita S. Oſwini regis*, manu quadam recentiori Johanni huic aſcripta. Pr. pr. "Antiquorum "incuria modernorum diligentiam." Claruit A. MCCCLXVI. Johannis Tinmouth (vel, ut in quibuſdam exemplaribus, Joannis Peccatoris Ebor. dioeceſeos) *Hiſtoria aurea* ſive *Liber cronicorum.* Ita archiep. Sancroft in *Catal.* Lambeth. l. c. Bal. vi. 22. Pitſ. p. 499.

JOANNES [a] TISSENDUNUS, homo magnae inter Franciſcanos autoritatis [b], idem fecit Iſiaci, quod [c] Radoclivus Verolamii. At quanto Iſiacum, fructuoſa urbs, bonarum artium exercitatione [d] Verolamio praeſtat, tanto clarior mihi quidem videtur eſſe Tiſſendunus: ut qui magno animo, nec judicio minori auſus ſit ſuam de ſacramento altaris aſſertionem, praeſente numeroſa eruditorum corona, pronunciare; nec multo poſt, arrepto calamo, publicare [e]. Quod certe ab illo non alia factum crediderim ratione, quam ut ſciolis aliquibus, id temporis novo dogmati ibidem ſtudentibus, frenum divini verbi maturius imponeret. Neque Tiſſenduni longe pulcherrimum conſilium, mea opinione, cordatos fallebat theologos. Conſtat enim ſenatum Iſiacenſem illum communibus calculis, utpote invictum euchariſtiae aſſertorem, prima ſtatim academiae claſſe anno D. MCCCLXXXI donaviſſe. Vellem ego nunc plura de hoc ſcriptore dicere, ſed conantem materia deſerit. Male igitur ſit tempori rerum edaci, quod reliquam ejus famae partem indigne obſcuraverit [f]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Tiſſington, ſive Tryſſington. [b] Ordinis ſui Anglia provincialis. Pitſ. [c] "Binhamus, Kininghamus, "et poſtea Ratclivus" At, Mſ. Lel. Trin. [d] "Exteris "praeſtat urbibus, praecipue Verolamio," Mſ. ibid.

[e] Idem haud dubio (etſi Pitſeus alium facit) cum *Pro euchariſtiae defenſione*, lib. i. Mſ. Cantab. in coll. Corp. Chr. U. ii. Scripſit etiam, *Contra confeſſionem Wiclevi*, lib. i. "Semel confeſſus eſt filius Dei." Mſ. olim penes Tho. Allen. ex aula Gloc. Tractatus hic etiam ſic inſcribitur: *Confeſſio contra confeſſionem Joannis Wycliff, ſive ſcutum inexpugnabile et defenſorium fidei catholicae de ſacramento altaris ab eo publice determinatum in celebri univ. Oxon.* MCCCLXXXI. Pr. "Semel, etc." Mſ. Bodl. Sup. N. 2. Art. 9. Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 163. f. 32. b. Mſ. Bodl. Arch. Seld. B. 10. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. U. 2. Ex hoc quaedam excerpta Mſ. bibl. Bodl. James. xii. *Pro auriculari confeſſione*, lib. i. *De ſacramentis*, lib. i. *Certamina eccleſiaſtica*, lib. i. [f] E vivis exceſſit Londini ann. MCCCXCV, et ibi apud ſuos humatus jacet. Bal. vii. 13. Pitſ. p. 560.

JOHANNES de TOLETO monachus Ciſtercienſis Anglus A. MCCXLIV a papa Innocentio iv preſbyter cardinalis creatus tit. S. Laurentii in Lucina. Dein A. MCCLXI Urbanus iv eum ex preſbytero cardinalem epiſcopum Portuenſem et S. Ruffinae conſtituit. Obiit apud concilium Lugdunenſe A. MCCLXXIV. Ita Pitſeus; ſed de ſcriptis nihil. Extat *Oratio ejus ad papam* apud Matth. Pariſ. in A. MCCXLVI. Pitſ. *App.* 873. ſeq. Godw. ii. 167.

JOANNES FRUMENTARIUS, vulgo WHETHAMSTEDE [a] monachus fani Albani, ad variam

[a] Johannes Whethamſtede a villa natali in agro Hertfordenſi cognominatus (Blunt p. 321.) a paterno vero nomine Boſtock (Mſ. Whart. R. 31. in bibl. Lamb.) juxta Pitſeum monachus Gloceſtrenſis fuiſſe dicitur; et ſecundum notam Mſ. in marg. Bal. fuit aliquando prior ſtudentium monachorum collegii Glocestren. Oxon. Anno MCCCLXXXII. 20 Sept. Joh. Whethamſted monachus S. Albani ordinatus eſt preſbyter in eccleſia S. Pauli London. per Rob. Braybrook epiſc. Lond. *Reg.* Braybr. In coenobio primum Tinmouthenſi educatus juxta Fuller's *Worthies*, et hoc a vero non multum abeſt, cum Tinmouth cella fuit abbatiae Albanenſis. Prior erat Tinmouthenſis 9 Octob. MCCCXCVI, quando interfuit electioni Johannis Moot in abbatem S. Albani Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. ſub B. 3. et MCCCCI. 9 Nov. in electione Guliel. Heyworth. Ibid. In *Regiſtro* Oxon. F. *Epiſt.* 248 directa eſt huic Johanni —— "Inde quaſi felicem eſſe arbitramur co-"lendiſſimam matrem univerſitatem noſtram aliquando "nutriviſſe te. Inde ſummo rerum opifici gratias habe-"mus uberrimas: neque uſque ſane uberiores vel Graeci "vel Itali pro ſuis dicendi cauſam habuere, quam pro te "nos Britanni. Nam ſi hac in re ſilere vellemus, opera "tua manifeſtant, etc. opera praeſertim illa tua magnifica, "non uno quidem ſed plurimis et pulcherrimis contenta "voluminibus, quae, ut tuis utamur vocabulis, *Granarium* "et *Propinarium* dignum feceris appellari: Quorum al-"terum dedit nobis ille literatiſſimus princeps dux olim "Humfredus amiciſſimus noſter: alterum vero tu—jam "ſitim noſtram quam diu paſſi ſumus, extinxiſti. Jam ſi "ita liceat priora vocabula codicibus conſignata tuis inter-"pretari, potum ad parem attuliſti —— Idibus Martii "MCCCCLXIII." Procurator fuit pro ord. Benedict. in Anglia in concilio Papienſi et Senenſi A. MCCCCXXIII, et MCCCCXXIV. Mſ. Cotton. Claud. D. 1. electus theol. exi-ſtens

variam artium potius cognitionem, et antiquitatem e tenebris eruendam, quam ad eloquentiam compositus, in pretio fuit regnante Henrico quinto, Gallorum domitore. Senserat, hoc praeside, fanum Albani suas fortunas, splendorem, gloriam [b] denique auctam. Magni ergo symmystae lumen demissum sibi faciebant, et bonas literas, ducem talem ac tantum nacti, redamare coeperunt:

Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

Solebat huc non raro divertere, tum religione loci captus, tum animi recreandi gratia, Hunfridus [c], nobilitatis omnis et eruditionis phoenix plane unicus; qui alioqui sua sponte currenteis stimulis quibusdam virtutis ad incrementa excitabat magna. Volupe et illis quidem, tam bene erga politas artes adfectis, hujusmodi calcar perpeti. Sic inter Hunfridum et fani Albani monachos, praecipueque Frumentarium, quo usus est tanquam bibliothecario, insignis orta est et amicitia et familiaritas. Abba vero contendens modis omnibus satisfacere expectationi principis de se conceptae, vetera undique exemplaria conquirere [d] atque in numerum referre, denique Mecaenati dono dare. Addidit et ad cumulum librum *De viris illustribus* [e], a se elaborata quadam scriptum diligentia: cujus archetypus bibliothecam propter Isidis Vadum Hunfridinam nunc incolit. Cum nuper divertissem Durovernum, Tuinus paedagogus ostendit mihi Frumentarii libellum *De situ terrae sanctae* [f]. Ex *Lelando*.

stens professor erat abbas S. Albani [secunda vice] Jan. 16. MCCCCLI. A. Wood. Mf. xcvi. 113. Temporalia abbatiae S. Albani restituta Joh. Wheth. S. theol. prof. nuper priori 23 Octob. 8 Henr. v. Rot. pat. Whart. Mf. L. 680. in bibl. Lambeth. resignavit 19 Henr. vi. (Rot. pat.) Temporalia rursus restituta 23 Jan. 30 Henr. vi. Ibid.

[b] Sex millia libras in coenobio reparando et ornando erogavit. Hinc mirum videtur illum in jus a monachis vocatum esse, propterea quod (libris legendis et scribendis tam sedulo incumbens) oeconomiam et res sui coenobii neglexit, uti tradit Pitseus.

[c] Qui opera et precibus Johannis abbatis monasterio S. Albani dedit manerium apud Pembrok in Southwallia, et vestimenta ad valorem 3000 marcarum. Fuller.

[d] Coepit Mf. Lel. Trin. addit.

[e] Lib. i. Humfrido dedicatus Bal. Pits.

[f] Lib. i. In Mf. Cotton. Otho. B. iv. post nomina librorum, quos scribi fecit vel renovari Johannes Whethamstede in usum conventus, qui numerum quinquagesimum excedunt; habentur *Nomina librorum et numerus de editione et compilatione dicti abbatis.* Item idem abbas eisdem in temporibus collegit, contexuit et compilavit unum opus grande, quod in quinque volumina subdivisum complacuit sibi *Granarium* Johannis de loco frumenti nominare. Item eisdem in temporibus collegit, contexuit et compilavit unum opus alterum in duo volumina subdivisum quod de scriptis et dictis doctorum magis scematicis collectum extat, ab ipso *Propinarium* ejusdem appellatum. Item tertium, quod a palearibus poëtarum seminibus succincte collectum extat, ab eo *Palearium poëtarum* nuncupatum. Item quartum, quod modo simili magis tamen seriose collectum eodem perstat nomine ab ipso appellatum. Item quintum, quod ex metris poëtarum magis medullaribus collectum extat ab eo *Pabularium poëtarum* nuncupatum. Item sextum, quod quia in se metra continet proverbialia plura, *Proverbiarium* ipsius extat appellatum. Item septimum, in quo continetur totus ille litigalis processus, quem contra eum commoverat sibi in officio pastorali succedens. Item octavum, in quo una cum processu modo dicto continentur metra de factura ipsius varia; utpote Metra *De surrectione plebis in Cantia*; Metra *De accessu cellae de Wymundham ab ecclesia*; et Metra *Super forma et modo* quibus successor suus accusatus fuerat, quia in recessu suo a Walingfordia ipsum locum nimium despoliabat, qui libellus sive libellulus est pro nunc apud Tinemutam. Item nonum, in quo etiam una cum metris aliis variis continetur sub brevibus processus superius memoratus, qui liber sive libellulus est pro nunc apud Wymundham. Item decimum, in quo itaque una cum alia varia metrificatione continetur sub brevibus processus saepius praememoratus, qui liber est pro nunc apud Belverum. Item undecimum, in quo praeterea una cum aliis variis de editione ipsius continetur sub brevibus processus prius dictus, qui liber sive libellulus est pro nunc apud Ramsei. Item duodecimum in quo una cum gestis et perquisitionibus ejus magis notabilibus continentur ordinationes ipsius sub cista communi, superque aliis variis oneribus per conventum imperpetuum supportandis; qui liber est pro nunc ex parte conventus in illius custodia, qui deputatur ad supportandum onera ipsius. Item decimum tertium, in quo una cum excerptis pauculis de prima parte *Granarii* ipsius continentur tres *Tabulae* de sua compilatione; viz. *Tabula super epistolas Petri Blesensis: Tabula super Vincentium de eruditione puerorum nobilium: Tabulaque super Heliam Tripolonensem* super sua suorumque scolarium vita. Item decimum quartum, in quo una cum excerptis etiam plurimis de parte modo dicta continentur gesta ejus magis notabilia metrice declarata. Item decimum quintum, in quo sub modo rudi et inculto continentur plura de compilatione superius memorata. Item decimum sextum, in quo continentur plura de prima compilatione intermixtim posita de tertia et quarta parte sui *Granarii.* Item decimum septimum, in quo intermixtim posita continebantur excerpta plurima de tertia et quarta *Granarii*; quem librum quia solempnis fuerat, donavit regis patruo domino Humfr. D. Glocestr. Item decimum octavum, in quo continebantur secunda et tertia pars *Granarii,* quem quia etiam multum solempnis fuerat, donavit illustri principi dom. Joh. Bedford. duci. Item decimum nonum, in quo continebantur *Tabulae* diversae, viz. *Tabula super defensorium potestatis ecclesiasticae,* quod cardinalis Norwycensis dicitur edidisse; *Tabula super tractatulum de haereticis et fautoribus haercticorum*; *Tabula super Franc. de Mayronis* in quaestione de statu voluntariae paupertatis; *Tabula super speculum aureum* de modo collationis beneficiorum; *Tabula super Thomam* contra impugnantes religionem; *Tabula super Thomam* contra retrahentes a religione; *Tabula super Thomam* de perfectione statuum; *Tabula super Petrum de Palude* de ecclesiastica potestate; *Tabula super Franciscum* de vita solitaria et otio religiosorum; *Tabula super epistolas Sydonii,* una cum aliis variis tabellulis in volumine eodem. Item vigesimum, in quo continebantur tabulae duae, quarum una erat super *Epistolas* Petri Blesensis, altera vero super *Policraticon* Johannis Sarisburiensis. Item vigesimum primum, in quo una cum *Excerptis* pauculis de secunda parte *Granarii* ipsius continebatur *Tabula satis sententiosa super Augustinum de Anchona* in suo solempni opere de potestate ecclesiastica. Item vigesimum secundum, de medicinis simplicibus, de herbis viz. herbarumque virtutibus in medicinis. Item vigesimum tertium, de medicinis etiam simplicibus, de granis, viz. succis, gummis et seminibus eorumque virtutibus in medicina. Item vigesimum quartum, de medicinis compositis, de electuariis, viz. antidotis, theris confectionibus et sirupis cum similibus, de eorumque vigoribus in medicinis. Item vigesimum quintum, in quo parumper diminute registrantur *Acta gesta ipsius* de tempore suae praelationis primae. Item vigesimum sextum, in quo plene satis seriose registrantur *Acta ipsius magis notabilia* a primo die sui regiminis usque in horam suae resignationis. Item vigesimum septimum, in quo plene etiam et satis seriose registrantur *Acta ejus magis notabilia* de tempore suae praelationis secundae. Item vigesimum octavum, in quo parumper succincte magis registrantur *Acta et gesta suae* secundae praelationis. Item vigesimum nonum, in quo loco *primum* continentur Gesta de tempore primae praelationis dicti abbatis magis notabilia, cultius licet brevius quam alibi declarata. *Secundo* Annuitates suffragiorum concessae eidem a locis diversis propter varia beneficia impensa ipsis. *Tertio* Causa sub brevibus quare abbas dictus baculum ad tempus reposuit regiminis pastoralis.

lis. *Quarto* Processus etiam sub brevibus totius suae molestationis post suae tempora resignationis. *Quinto* Declaratio quaedam solempnis in hiis, quae sibi primo objiciebantur per ingratitudinem successoris. *Sexto* vero Metra varia tam invectiva quam etiam alia de forma et modo, quibus ipse successor in similem accusationis laqueum incidit, qualem paravit contra praedecessorem, seu parari fecit. Item tricesimum, in quo una cum hiis omnibus modo dictis continentur *Excerpta* non pauca de prima parte sui *Propinarii*, ac etiam scriptura satis scematica et solempnis super illa laudabili ordinatione, quam ipse fecerat in temporibus suis. *Gesta hujus Johannis in praelatura sua secunda, quando reelectus erat abbas post resignationem Johannis Stoke* MCCCCLI. Mf. in colleg. Armorum Norf. N. 3. Multa hic habentur ad publica regni negotia spectantia, et scripta videntur a seipso, cum hoc disticho praefixo.

Hic praelaturae Wethamstede pauca secundae
More registrantis scribuntur gesta Johannis.

In libris *Gestorum hujus Johannis* tum in praelatura prima (Mf. Cotton. Claudius D. I.) tum in praelatura sua secunda (Mf. coll. Arm. Norf. N. 3.) habentur quamplurimae ejusdem *Orationes*, *Epistolae* et *Carmina*. *Versus* ejus *Latini de praelio apud Ferribrig.* MCCCCLX. Et *De praelio apud S. Albanum* MCCCCLXI. ex *Registro* J. Whethamsted habentur apud Hollinshed iii. 1234. 1235. Versus de morte Humfredi ducis Glocestr. Ibid. 1079. Item *De praelio juxta Wakefield* MCCCCLX. Ibid. p. 1080. Item *De praelio S. Albani* MCCCCLV. Ibid. p. 868. *Carmina et epitaphia varia* hujus authoris extant ex Mf. Cotton. apud Weever, *Funer. Monum.* p. 562. etc. 574. Scripsit etiam secundum Baleum et Pitseum *Expositionem quandam S. Scripturae quam vocavit* GRANARIUM; *vel de Granis typicis*, lib. v. "Abstinentia apud veteres olim in tanta." Prima pars *Granarii* sc. ad literam L. Joannis de loco Frumenti, de historiis et historiographis. Pr. "Abgarus Edyssae civitatis "princeps" extat Mf. Cotton. Nero c. vi. Secunda pars *Granarii* Joannis de loco Frumenti (olim abbatis S. Albani) *De viris illustribus, eorumque illustriis, de doctis philosophis eorumque dictis et dogmatibus*. Pr. "Abstinentia—Scientes "nostri veteres" extat Mf. Cotton. Tiberius. D. v. i. Haec secunda pars continet per totum alphabetum quasi communes locos ex dogmat. philos. excerptos. Dux Humfredus primam, secundam et tertiam partem *Granarii* dedit bibl. publ. Oxon. MCCCCXLIII. *Regist.* F. f. 68. In Mf. Bodl. NE. F. ii. 18. datur *Historia brevis Angliae a Bruto ad Henr.* vi *de Granario Mag. Johannis Wethamstede*. Pr. "Anglia quae secundum Solinum." [*Declamationes* Mf. Trin. add. Bale.] *Contra insidum fratrem*, lib. i. "Post "primae praevaricationes." *Declamationes quasdam* (*alias.* Mf. Trin. Add. Bal.) lib. i. "O vos omnes, qui transitis "per viam." *De haereticis et eorum fautoribus*, lib. i. *Historiam D. Amphibali*, lib. i. "Si velis Amphibali certamine." *Epistolas ad diversos*, lib. i. "Invariabili im- "permutabilique suo." *Epistolae* ejus lxxvii extant in Mf. Cotton. Claud. D. I. quarum paucae ab illo dictatae fuere pro aliis. Prima est Epistola nomine totius cleri Angl. ad Martinum v. pro Henr. Chichley archiep. Cant. Pr. "Sanctissimo, etc. Praecipit tenor canonis." *Opus quoddam metricum*, lib. i. "In cirrae ciatho pueris potand." *Palearium poëtarum*, lib. i. *Pabularium eorundem*, lib. i. *Manipularium doctorum*, lib. i. *Declamationes metricas*, lib. i. *Epistolarium quoddam*, lib. i. *Ordinationes suae abbatiae*, lib. i. *Contra episcopum Nordovicensem*, lib. i. *Defensorium exemptorum*, lib. i. *De gestis propriis*, lib. i. *Opus necessariorum*, lib. i. *De omnium hominum officiis*, lib. i. *Ad ducem Glocestriae*, lib. i. *Vitam S. Albani* transtulit. *Indices* fecit in *Joannem Sarisburiensem*, *Petrum Blesensem*, *Valerium Maximum* [Tabula ejus alphabetica in sex priores libros Valerii Maximi. Pr. "Alcibiades se beatum pu- "tans quia dives." Mf. Bodl. NE. F. vii. ii. ex dono ipsius patris Johannis Whethamstede.] *Augustinum de Anchona* et *Defensorium ecclesiae*. Claruit anno MCCCCXL politae eruditionis amator, qui persequebatur a suis. Add. Bal. Mf. Trin. Obiit 20 Januar. MCCCCLXIV. Newc. i. 780. Vide epitaphium ejus apud Blunt. p. 322. et Weever. p. 567. Bal. viii. 3. Pitf. p. 630. seq. Blunt. p. 321. seq.

JOHANNES WINTONIENSIS coenobii S. Swithini ibidem prior. Scripsit *Epistolam ad Alanum ecclesiae Christi Cant. priorem.* Pr. "Ad literas consolationis vestrae." Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. ii. Obiit A. D. MCLXXXVII. *Annales Winton.*

JOHANNES WINTSCHELLENSIS (Dempst. 396.) monachus in Anglia, in Scotia natus, Bonifacium in Germaniam comitatus est, et primus episcopus Saltzburgensis evasit. Scripsit *Epistolas ad Bonifacium magistrum*, lib. i. *Exhortationes ad Gesodunenses* (postea Saltzburgenses dictos.) Claruit A. DCCLXX. Obiit A. DCCLIV (juxta Pitf. *App.* p. 884.) Dempst. ix. 750.

JOHEL (Dempst. 396.) Scotorum in coenobio D. Jacobi Herbipolitano abbas xiii. Scripsit *De bello ad Acconem gesto*, lib. i. Mf. apud Paulum Petavium senatorem Parisiensem. Obiit A. MCCXCVIII. Dempst. ix. 749.

JOHNSON [CHRISTOPHORUS] apud Kiddesleiam in agro Derbiensi in lucem editus, in schola Wintoniensi literarum humaniorum fundamenta jecit; hoc peracto Oxoniam missus, collegiique Novi socius factus anno MDLV, et archididascalus scholae praedictae, suscepto antea gradu magisteriali electus. Poëtis omnibus coaetaneis facile antecelluit, medicinam etiam haud infeliciter Wintoniae excoluit. Postea medicinae doctoratum suscipiens, scholam ultro dimisit, et facultatem suam exercuit Londini in parochia S. Dunstani in occidente, et mox in collegium medicorum Londinensium admissus fuit. Scripsit, *Ortum atque vitam Gul. Wickam episcopi Winton.* carmine. Pr. "Qua capit australes comitatu Hamptona Britannos." MDLXIV. fol. Et ad finem libri *Poëmatum a Rich. Willeio* conscripti Lond. MDLXXIII. 8vo. Et in *Speculo status ecclesiae Anglicanae* temporibus reginae Elizabethae et Jacobi i. per D. Jac. Harrington. p. 37, 38. Lond. MDCLIII. 8vo. *Custodum sive praesidum collegii Winton. series*, carmine. Pr. "Primus eras operum, Morice, inspector." Ad finem Willeii *Poëmatum*. *Didascalorum collegii Winton. omnium elenchus*, carmine. Pr. "Causa latet, medio docuit non amplius." Ibid. *Counsel against the plague, or any other infectious disease.* Lond. MDLXXVII. 8vo. Ad cujus finem subnectitur, *A question; Whether a man for preservation may be purged in the dog days, or no? Ranarum et murium pugna Latino versu donata ex Homero.* Lond. MDLXXX. 4to. Pr. "Virgilii versus aliquot adhibui." *Epistolas duas Latinas praefixas orationibus Ric. Whiti.* Lond. MDLXV. 12mo. quarum prima Joh. Copelino civi Southamptonensi dat. e collegio Winton. MDLXV. Obiit Johnsonus mense Julio A. D. MDXCVII, et sepultus est in ecclesia S. Dunstani praedicta. *Ath. Oxon.* i. 289.

JOHNSON [ROBERTUS] legum baccalaureus Cantabrigiensis. A. MDXLIV praebendarius Wigorniensis et cancellarius ejusdem ecclesiae; A. MDLV praebendarius Eboracensis, et A. MDLVIII rector ecclesiae de Bolton Percy in comit. Ebor. evasit. Scripsit; perfecit vero et edidit Henr. Jolliffius, *Responsionem sub protestatione facta ad illos articulos Johannis Hoperi, episcopi Vigorniae nomen gerentis, in quibus a catholica fide dissentiebat: una cum quibusdam confutationibus ejusdem Hoperi,*

Hoperi, et replicationibus reverendiss. in Ch. pat. Steph. Gardineri episc. Winton. tunc temporis pro confessione fidei in carcere detenti. Antwerp. MDLXIV. 8vo. Obiit A. MDLIX. *Fasti Oxon.* i. 76.

JOHNSON [ROBERTUS] evangelii apud Northamptonienses praedicator; beneficium aliquod in dioecesi Londini habuit, quia in examinatione in aula Westmonasteriensi archidiaconum Middlesexiae ordinarium suum vocat. Scripsit Anglice, *Responsa ad articulos episcopi Lincolniensis 6 Aug.* MDLXXIII. "Whether these articles be such." Extant in parte *Registri* p. 94. *Examinationem suam in aula Westmonast.* 20 Febr. MDLXXIII. Extat ibid. p. 105. *Epistolas varias:* Duas ad Edw. Sandes pontificiarum corruptelarum (uti vocat) in dioec. Lond. superintendentem anno MDLXXIII. Unam ad doct. Gabr. Goodman decan. Westmon. Apr. MDLXXIV. Hae tres extant in *Registro* 101. 102. Unam ad archiep. Cantuar. et commissar. reg. dat. 14 Aug. MDLXXI. Strype in *Vita Parker.* 327. In carcere Westmonasteriensi vulgo le Gatehouse dicto obiit (mense Aprili) ineunte anno MDLXXIV. *Registr.* Linc. p. 118. Vid. A. Wood. Mf. Cat. v. 68. et Parkh. Miscell. Norwic. 125.

JOLLIFF [HENRICUS] aulae Clarensis alumnus et academiae Cantabrigiensis procurator. A. MDXXXVII (Mf. Inett.) S. theol. baccalaureus. A. MDXXXVIII rector ecclesiae de Hampton episcopi in agro Wigorn. canonicus ecclesiae Wigorn. et Sept. 9. MDLIV decanus Bristoliensis renunciatus. Sub ejus et Roberti Jonsoni nominibus prodiit *Defensio sub protestatione facta ad illos articulos Joannis Hoperi, episcopi Vigorniae nomen gerentis, in quibus a catholica fide dissentiebat; cum quibusdam confutationibus ejusdem Hoperi et replicationibus R. P. Stephani Gardineri episcopi Winton tunc temporis pro confessione fidei in carcere detenti.* Antv. MDLXIV. 8vo. Scripsit etiam *Epistolam Pio* v. *pontifici maximo*; praefat. Regin. Poli libro *De summi pontificis officio, etc.* Lovan. MDLXIX. 8vo. *Contra Ridlaeum,* lib. i. Ineunte regno Elizabethae solum vertit, et Lovanium contendit, ac in partibus exteris obiit A. MDLXXIII. [Administrationis bonorum ejus literae in curia praerogativae London Will. Seers concessae, in quibus decanus Bristoliensis vocatur, Jan. 28. MDLXXIII.] *Fasti Oxon.* i. p. 76.

JOLO GOX. Poëta Cambro-Britannicus, qui floruit circa A. D. MCCCC. Carmina quaedam ejus adhuc extant in bibliothecis Britannicis. Lhuyd. Davis.

JOKYN DHY AB ISHEL GRAX. Poëta Cambricus circa A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

JONAS gente Hibernus, uti ipse in *Praefatione* ad *Vitam S. Columbani* testatur, Italum tamen fuisse haud procul a Placentia ortum, locus in *Vita S. Attalae* deprehensus haud obscure docet. Vid. Bedae *Hist. eccles.* v. 17. Ex Scotorum gente oriundus, vir magnae eloquentiae, S. Columbani discipulus, et in peregrinatione socius, monasterii tum Bobiensis tum Luxoviensis alumnus; demum abbas Luxoviensis. Scripsit, *Vitam S. Columbani,* lib. i. cap. xxix. Pr. pr. "Memini me "ante hoc ferme triennium." Apud Messingh. *Florileg.* p. 219. Paris. MDCXXIV. fol. Extat apud Surium Novemb. 21. et Mabillon. *Saecul. Benedict.* ii. p. 5. 6. etc. *Vitam Eustasii abbatis Luxoviensis.* Pr. "Igitur venerabilis Eustasius, ut superius." Apud Surium 29 Martii, et Mabillon. Ibid. p. 115. seq. *Vitam Attalae abbatis Bobiensis.* Pr. "Cum igitur venerabilis Columbanus." apud Surium 10 Martii, et Mabillon. Ibid. p. 123. *Vitam Bertulphi abbatis Attalae successoris.* Pr. "Quam praeclara sint monimenta." apud Surium 19 August. et Mabillon. Ibid. p. 160. *Vitam Burgundoforae; sive de virtutibus et rebus memorabilibus in Eboracensi monasterio factis tempore Burgundoforae abbatissae,* cap. xiii. "Meminisse velim lectorem, me superius." Hae *Vitae* a quibusdam falso Ven. Bedae tribuuntur; inter cujus opera imprimuntur. Mabillon. l. c. p. 438. *Vitam S. Johannis Reomaensis monasterii fundatoris*; quae a Roverio cum notis edita est, Paris. MDCXXXVII. in *Historia abbatum Reomaensium. Vitam S. Bathildis R. Clodovaei uxoris.* Extat Mf. in bibl. S. Arnulphi apud Bened. Metenses in Lotharingia. *Vitam S. Wlfrani archiepiscopi Senonensis.* Apud Surium 20 Martii. Haec Jonae nostro falso ascripta est a Dempstero, quia Wlfranus ille obiit A. DCCXX. *Hymnum de S. Columbano.* Pr. "Nostris solemnis "saeculis." Ei a quibusdam ascribitur. Extat apud Messingham. p. 414. Claruit Jonas A. DCXXX. Bal. xiv. 15. Cave. 452. A. DCXL. War. p. 21. Vid. Dempster. p. 375.

JONAS [RICHARDUS] transtulit in sermonem Anglicum *Eucharii librum de partu hominis.* Pr. ded. Catherinae reginae uxori Henrici viii. "Whereas of late most excellent." Lond. MDXL. 4to.

JONES [DAVYD] Person Lhanvair Dyffryn Kluyd. Scripsit *Cantica, sive Poëmata varia.* Claruit circa A. D. MDLXXX. Lluyd *Arch. Brit.* 255.

JONES [JOHANNES] patria Cambro-Britannus, in academia Cantabrigiensi educatus, ubi gradu in medicina ornatus erat. Medicinae operam dedit Bathoniae, et in agris Nottinghamensi et Derbiensi. Scripsit *The bath of bathes ayde, etc.* ad comit. Pembroch. lib. iv. Pr. ep. "Democritus the most ancient philosopher." Pr. l. "When as one kind of knowlege." Lond. MDLXXII. 4to. Script. apud Asple Hall juxta Nottingham. *The benefit of the ancient bathes at Buxton in Pecco Derbeiensi.* Pr. ep. ad Geo comitem Salop. "After that the philosopher." Lond. MDLXXII. 4to. script. apud Kingsmede juxta Derby. *A brief, etc. discourse of the natural beginning of all growing and living things, heat, generation, etc.* ad Geo. comit. Salop. "As one "vertue does not make a man." Lond. MDLXXIV. 4to. *The art and science of preserving of body and soul in health, wisdom and catholic religion.* Pr. ded. reg. Elizab. "Forasmuch, most ex"cellent princess as by divinity." Lond. MDLXXIX. 4to. *The dial of agues, wherein may be seen the*

the diverſitie of them with their cauſes, ſigns, etc. Lond. MDLXVI. Citat. in *The benefit of the bathes at Buxton.* p. 8. ubi ſe novam editionem cum correctionibus et additionibus moliri dicit. Et in *The bath of bathes ayde.* Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Galeni libros de elementis.* Pr. ded. Geo. com. Salop. "Hippocrates, th'auctor and parent preordinated." Lond. MDLXXIV. 4to. *Multa nomina Britannica Anglice vertit*, uti apparet in Whokeri *Hiſtoria Exoniae.* Vide *The bath of bathes ayde*, p. 2.

JONES [PHILIPPUS] verbi divini miniſter apud Cirenceſtriam com. Gloc. A. MDLXXXVIII. Scripſit, *Three ſermons on James* i. 9. 10. Pr. conc. "Ye heard in my reading the laſt ſabbath." Lond. MDLXXXVIII. 4to. *Inſtructions for travellers.* Pr. ded. Fr. Drake. "Sir, it was my "hap." Lond. MDLXXXIX. 4to. *Faſti Oxon.* i. 123.

JONSTON [JOHANNES] (Dempſt. 386.) Edimburgi natus, in adoleſcentia patriae valedixit, et ſocietatem Jeſu ingreſſus eſt, ac Duaci philoſophiam profeſſus. Inde ad Viennam Auſtriae miſſus, ut ibi archiducum juventutem informaret; in Scotiam tandem rediens, non ſine ſuſpicione veneni obiit A. MDC. Scripſit *In Ariſtotelem* libros plures. *De Anactotrophia*, lib. i. Dempſt. ix. 724.

JORDAN [GULIELMUS] frater Dominicanus (Dempſt. 314.) in (comitatu Marchiae) Northumbria natus, et educatus apud Oxonienſes. Scripſit, ſecundum Baleum et Pitſeum, *Contra poſitiones Wiclevi*, lib. i. *Pro mendicitate contra Utredum Bolton*, lib. i. *Quaeſtiones de conceptione*, lib. i. Praeter haec enumerat Pitſeus ex Ant. Senenſi *Commentarios in epiſtolam ad Romanos*, lib. i. *Super magiſtrum ſententiarum*, lib. i. *De clara Dei viſione*, lib. i. Hic et praecedens tractatus Gulielmo Hothum adjudicantur. *De libera electione ante mortem*, lib. i. *Sermones varios*, lib. i. *Contra ſtudium monachorum*, lib. i. Claruit A. MCCCLXX. Bal. vi. 54. Pitſ. 508. Dempſt. ix. 720.

JORDANUS de LUNDON. In Mſ. Bodl. Ric. Jameſii num. 27. dantur excerpta ex *Chronico Jordani de Landonia ab initio mundi ad* A. MCCCLXXVII.

JORSIUS [GUALTERUS] ſive JOYCE frater Dominicanus Oxonii in coenobio ſui ordinis ſtuduit, *Hiſt. et antiq. Oxon.* i. 64. Fr. Walter Jors ordinis Praed. admiſſus ad audiendas confeſſiones per dioec. Lincoln. MCCC. *Regiſt. Memor.* Dalderby. f. 20. Pictavis a Clemente v archiepiſcopus Armachanus, et totius Hiberniae primas renunciatus eſt A. MCCCVI, et conſecratus a Nicholao cardinali Oſtienſi. Scripſit *Promptuarium theologiae*, lib. iii. *De peccatis in genere*, lib. i. *Quaeſtiones varias*, lib. i. *Summam theologiae*, lib. iv. *De peccato originali*, lib. i. [Vide infra in Gualtero Winterborn.] Archiepiſc. abdicavit 16 Nov. MCCCXI. Gualterum hunc, ni fallor, Edwardi regis Angliae fuiſſe confeſſorem, et Genuae in Italia ſepultum aſſerit Raphael Volaterranus, *Comm. Urban.* lib. 21. Bal. iv. 90. Pitſ. 398. War. p. 122.

JORUERTH BELI poëta Cambro-Britannicus A. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

JORUERTH AB Y KYRRIOG. Poëta Cambro-Britannicus A. MCCCC. Lhuyd. Davis.

JORUERTH AB MADOG natione Cambro-Britannicus ſcripſit Prauv ynad, i. e. Judicii examen. Mſ. in bibl. Hengurtiana in membr. Lhuyd.

JORVERTH VYXAN AB JORVERTH AB RODPERT. Poëta Cambro-Britannicus. A. D. MCCCLX. Lhuyd. Davis.

JORVERTH VYNGLUYD. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

JOSEPHI [GILBERTUS] Scotus. (Vide Dempſter. p. 396.) Scripſit *Cupri ſucceſſionem.* Aetas ejus latet. Dempſter. ix. 747. ex *Ind. Cuprenſi.*

JOSEPHUS ARIMATHIENSIS. Lelandus alium ab Arimathiano Joſephum Hebraeum in Britannia primum fidem Chriſtianam praedicaſſe putat. Vide Stillingfl. *Orig. Brit.* Fuller, *Eccl. hiſt.* 6. 7. *Monaſtic. Anglic.* i. 1. 3. Scripſiſſe fertur, *Ad eccleſias Brytannorum epiſtolas quaſdam.* Extat *Aſſumptio B. virginis ſecund. Joſeph. ab Arimath.* Mſ. Bodl. Laud. F. 16. *De adventu Joſephi in Britanniam.* Mſ. Dugd. G. 2. p. 82. *De Joſepho Arimath. fragmentum.* Pr. "Inſula "Apollinis." Mſ. Norfolc. 213. *Tractatus de S. Joſ. ab Arimath.* Mſ. coll. Trinit. Dublin. E. 290. Obiit A. C. LXXVI, et ſepultus in Inſula Avalonica. Bal. i. 22.

JOSEPHUS DUNDRANENSIS monaſterii in Gallovidia ordinis Ciſtertienſis monachus, et poſtea prior. (Dempſt. p. 225.) Scripſit, *De illuſtribus ordinis ſui viris*, lib. i. *De quibuſdam ſanctis*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Lecturas in evangelia*, lib. i. Claruit A. MCCXCI. Dempſt. iv. 416.

JOSEPHUS [a] ISCANUS, omnium poëtarum ſui temporis, abſit invidia dicto, facile primus, tantae eloquentiae, majeſtatis, eruditionis homo fuit, ut nunquam ſatis admirari poſſim, unde illi in tam barbara et rudi aetate facundia accreverit uſque adeo omnibus numeris terſa, elegans, rotunda. Quae tamen virtus his noſtris diebus tam nihil ad immortalitatem profuit, ut pauciſſimis ne de nomine quidem cognitus ſit; tantum abeſt, ut doctorum manibus aſſidue teratur. Quare putabam meae partis eſſe tam ſplendidum Britanniae ſidus ab obſcuritate aſſerere: itaque accipe quid de autore cognitum habeam. Non adeo multis abhinc annis, cum eſſem Iſidis in Vado, et caſu diverterem in bibliothecam Magdaleniacam, reperi libellum carmine ſcriptum, ſed imperfectum, et tantum non obliteratum, cum hoc titulo, *Dares Phrygius de bello Trojano.* Carmen ut-

[a] Joſephus Devonius, Bal. Iſcanus, Pitſ. Vide Voſſ. *De idololatria*, lib. i. cap. 36.

cunque

cunque pro tempore devorabam, non nescius Daretem Graece, soluta tamen oratione, *De rebus Trojanis* scripsisse. Post biennium, cum studerem Lutetiae Parisiorum, et bibliothecam Victorianam inviserem, idem, qui prius, libellus, sed mancus etiam, mihi sese obtulit. Paulo post, cum Richardus Hirtius, juvenis cum eloquentissimus, tum literatissimus, me duce et autore, Sylvium, nobilem Parisiorum grammaticum, inviseret, ut daret salutem acciperetque, offendi tertio eundem libellum, at anonymum, et sub fine mutilum. Hic ego, quae mea erat cum homine consuetudo, mutuo libellum petii, et ille dedit. Inde domum divertens, et solicite autoris nomen, adhibito amico, quaerens, tandem ubi ad hoc hemistichium perventum est: *Quos superos in vota vocem:* quidam diligens lector in margine, minutissimis literis, ascripserat: *Supple, ego Josephus.* Atque haec hactenus de nomine cognita. Nuper vero, cum omnes bibliothecas maxime celebres totius Angliae, dato eruditissimi regis Henrici octavi Mecaenatis mei diplomate, adirem, reperi inter medias Girviorum paludes Josephum in Thornegana bibliotheca integrum. Tum coepi diligenter legere, et, quoniam perplacuit carmen, cum judicio relegere. Unde didici Thomam Balduinum, Cantiorum archiepiscopum, fuisse patronum Josepho; cui dedicavit carmen suum *De bello Trojano,* quod transtulit παραφραστικῶς ex Darete Phrygio, ut ex his versibus, quos operi praeposuit, liquet:

Quin te Cecropii mentita licentia pagi,
Et laedant figmenta, pater, quo praesule floret
Cantia, et in priscas respirat libera leges.
In numerum jam crescit honos, te tertia poscit
Infula; jam meminit Vigornia, Cantia discit,
Romanus meditatur apex, et naufraga Petri
Ductorem in mediis expectat cymba procellis.

Et rursus ibidem.

———Tuque, oro, tuo da maxime vati
Ire iter inceptum, Trojamque aperire jacentem.

At hic avidus forsan lector a me requiret, quia opus rarum est, ut primorum aliquot versuum vel gustum saltem habeat. Ego, qui nulli studioso operam meam recte negare possum, in hac parte non cessator ero:

Luserat omnificae quondam solertia curae
Ignotas molita vias, aurique cupido
Audendi transgressa modum trans aequora misit,
Qui raperent thalamos, spoliarent templa metallo.

Habes leve specimen, humanissime lector, longi, nec minus praeclari operis. At Josephus non hunc solum laborem destinavit, aut potius dedicavit Balduino; majora aggressus, *Bellum Antiochenum* consecravisset eidem patrono, nisi optimus archiepiscopus Tyri obiisset: id quod satis apparet ex his carminibus, quae primo libro *Belli Trojani* praefixit:

Te sacrae assument acies, divinaque bella
Tunc dignum majore tuba, tunc pectore toto
Nitar, et immensum mecum spargere per orbem.

Et rursus in fine quinti libri *De bello Trojano:*

————Altera sacrae
Tendo fila lyrae; plectro majore canenda,
Antiochi me bella vocant: nunc dicere votum est
Christicolas acies, et nostrae signa Sibyllae.
Quae virtus, quae dona crucis; nec fundit anhela
Hos mihi Cyrrha pedes, animi fidentis hiatum
Celsior e coelo venit impleturus Apollo.
Tu quoque, magne pater, nostri fiducia coepti
Altera, et in pelago pandens mihi vela secundo,
Hoc tibi ludit opus: succedit serior aetas,
Seria succedunt aures meritura pudicas;
Si tuus in nostros candor consenserit ausus,
Non metuam culicis stimulos, fucique susurrum.

Neque hic tamen cessavit; quin mortuo patrono, quod semel inchoaverat, absolveret. Erat enim latissimus per se dicendi campus, et res digna, in quam omnes eloquentiae nervos intenderet. Dabat etiam animos scribendi hinc odium in Saracenos, et Sultanum Babylonium; hinc amor patrius erga Ricardum, Anglorum regem, qui in illo bello tot clarissimas victorias ipse clarior peperit, quot vix Caesar unquam tam brevi consecutus est. Hoc ego tam undecunque luculentum Josephi opus diligentissime multis in locis quaesivi, nec inveni. Tantum fragmentum magni operis nuper mihi ad manus venit, cum excuterem pulverem et blattas Abbandunensis bibliothecae; sed ex quo licuit caetera ejusdem carminis, tanquam leonem ex unguibus, aestimare. De *Bello Antiocheno* amplius nihil novi, nisi quod ex eo eluceat Josephum fuisse natum Iscae Domnoniorum;

niorum; quam urbem tam exquisite, tam dextere, tam denique magnifice vel ad aethera tollit, ut facile credas Musas ipsas, cum profluenti Helicone toto, vati ea concinenti praesentissimas adfuisse. Illud tamen lectorem admonitum volo; nempe libros *De bello Trojano* post mortem Balduini ad incudem revocatos: id quod ex multis locis, et hoc praecipue apparet, quod in his postremis quarti libri carminibus Henricum tertium, qui secundus Anglorum rex fuit a Ricardo, sub quo mortuus est Balduinus, cum Hectore conferat:

> Tantus in Hectoreas audax decreverat iras
> Tertius Henricus noster, quo rege Britannus
> Major, quo duce Normannus, quo Francus alumno
> Risit, et in bellis gens Martia nacta priorem
> Non illi invidit Bellonam, ut Pallada nobis.

Sed nunc apponendus est librorum numerus. Scripsit *De bello Trojano* [b] libros v. [c] Librorum *De bello Antiocheno* [d] numerus, quia tantum fragmenta vidi, mihi ignotus. Plura etiam praeter haec scripsisse [e] eum dubium non est, quae fortasse temporis injuria omnino extinxit. Utinam extarent, quae juvenis praeluserit: videlicet *Epigrammata*, et *Nugae amatoriae*, ut et in hac quoque parte autoris non modo elegantiam, verum etiam ingenii felicis acumen approbaremus. Vixit, [f] ut conjectura est, ad justam usque senectutem, regnantibus in Britannia Henrico secundo, Ricardo, Joanne, Henrico tertio. Haec cum scripsissem, prodiit Josephi opus interpretis *De bello Trojano*, typis excusum Germanicis [g]; sed tam corrupte, ut si pater ipse in prolem redivivus oculos converteret tam informem, cognosceret plane nunquam. Utque fucus edito praefigeretur libro, Cornelii Nepotis, Romani, nomine inscriptus est. Ex *Lelando*.

[b] Josephus Iscanus, splendidissimo ingenio vir, cujus scripta ita probabantur, ut ad veterum scriptorum laudem pervenerint; ejus enim *De bello Trojano* poema Germani semel atque iterum sub Cornelii Nepotis nomine divulgarunt, Camd. p. 167. [c] Lib. vi. Basil. MDXLI. 8vo. MDLXXXIII. f. Principium hujus carminis secundum Bal. et Pits. est: "Iliadum lacrymas concessaque Perga-"ma:" Est autem pr. pr. Ms. extat in Bodl. Digb. 157. et in bibl. eccl. Westmon. Carmen hoc Josepho recte vindicavit Joh. Morus in editione Londinensi MDCLXXV. 8vo. et ante Morum Samuel Dresenius Dithmarsus, qui notis etiam illustravit, Francof. MDCXX. 4to et MDCXXIII. 4to. Vid. Fabric. *Bibl. Lat.* Index. Ms. supra memorat. Digby 157. continet *Dartis Phrygii historiam belli Trojani*, carmine, in quo ante sex ultima carmina libri sexti habentur hi xiii versus, qui in impresso exemplari a Jo. Spondano ad finem Homeri *Iliad.* Basil. MDLXXXIII. fol. edito non extant; quae Cornelio Nepoti ascribit.

> Compendia veri
> Et, si quando auctor rarus, tamen altera sacrae
> Tendo fila lirae plectro majore canenda.
> Antiochi nunc bella vocant, nec dicere votum
> Christicolas acies, et nostrae signa Sibyllae
> Quae virtus, quae dona crucis, nec fundit haneta
> Hos mihi circa pedes animi fidentis hiatum,
> Celsior et coelo vehit impleturus Apollo.
> Tu quoque, magne pater, nostri fiducia coepti
> Altera et in pelago pandes mihi vela secundo.
> Hoc tibi ludet opus, succedet serior aetas,
> Seria succedent aures meritura pudicas.
> Si tuus in nostros candor consenserit ausus,
> Haud metuam culicis stimulos fucique susurrum.
> Vive, liber, etc. —— *ut in impresso libro.*

[d] Lib. i. *Antiocheiden in Arthurum regem*, lib. i. Pits.
[e] Scripsit etiam *Panegyricum in Henricum*, lib. i. *Diversi generis carmina*, lib. i. Transtulit etiam carmine paraphrastico *De institutione Cyri*, lib. i. "Praelia bina ducum "canimus." [f] Claruit anno MCCX. Bal. iii. 60. Pits. p. 275. [g] Basil. MDXLI. 8vo.

JOYE [GEORGIUS] alias GEE alias CLARKE dictus, patria Bedfordiensis fuit, in academia Cantabrigiensi studiis academicis egregie institutus, socius collegii S. Petri A. MDXXVII renunciabatur, quando a Joh. Ashwell, priore de Newnham comitat. Bedford. et Gul. Gascoign, cardinalis Wolsaei thesaurario accusatus fuit apud episcopos Lincoln. et Eliensem. A. Wood. *Cat.* i. 365. De quo vide praefationem ejus "to his present consolation," etc. Fuit reformationi addictissimus, quo nomine ei infestissimi fuere Morus, cardinalis Wolsaeus, Fisherus, etc. qui eum in Germaniam fugarunt. Transtulit in vernaculam linguam multos Bibliorum libros. *Psalter and Primmer ante* A. MDXXXII. Vid. Tho. Mori *Opp.* p. 343. Quae versio *Psalterii* A. MDXXXIV numerata est inter libros prohibitos. Fox. 1 edit. 573. *Translatio Isaiae prophetae.* Pr. "This is the noble boke "of the." Strasburgh. MDXXXI. 8vo. *Translatio Jeremiae prophetae.* Pr. "The prophets as they "were all." Ad finem est Canticum Mosis Exod. xv. . . MDXXXIV. *Transtulit*, vel saltem *correxit translationem Novi Testamenti per Tindallum, et edidit Antverp.* MDXXXIII. 8vo. de quo questus est Tindallus. Vide de libris in *Praefat.* Tho. Mori contra Tindall inter *Opera Anglica.* p. 341. Composuit *De unitate et schismate antiquae ecclesiae*, Anglice. Pr. "Our lorde being "the autor of peace." Cum confutatione articulorum Steph. Gardineri. Wesaliae MDXLIII. 8vo. A. Wood. Ms. *Cat.* 1. In exemplari bibliothecae Tannerianae nihil est de Gardinero, nec de loco impressionis, sed annus tantum apponitur. *The subversion of More's false foundation, whereupon he sweteth—to underproppe the popis chirche*, lib. i. "Aftir that it had plesed our most." Emden. MDXXXIV. 12mo. *Ad priorem de Newenham*, epist. i. "Master priour, I marwel greatly." Strasburgh. MDXXVII. 8vo. *Compendium passionis Christi*, lib. i. "Servator noster Christus." *Apologiam ad Tindalum*, lib. i. "Postquam Gulielmus Tindal." *De coena Dominica*, lib. i. "Cum vidisset epulones Christus." [Quaere, an hic fuerit liber, *The supper of the Lord*, quem dom. Tho. More refutavit A. MDXXXIII. inter *Opera Angl.* p. 1035.] *Item de eucharistia*, lib. i. "Haud mirandum, charissimi fratres." *De baptismo et eucharistia*, lib. i. "Quia constat homo "ex duabus." *Matrimonii defensionem*, lib. i. "Cum populus Dei vocaretur." *Contra cujus-*

dam sententiam qui adulteras morte plectendas esse censuit. 8vo. *De oneribus ceremoniarum*, lib. i. "Paulus electum vas Dei." *Commentarios in Danielem ex Melanctone, Oecolampadio, etc.* lib. i. Anglice. "When I adressed me to write this." Genev. MDXLV, 8vo. Lond. MDL. 8vo. A. Wood. Mf. *Cat.* vi. *Contra Gardinerum articulos*, lib. i. "Quosdam casu articulos." *Refutationem eorundem*, lib. i. "Intelliges, candide lector, quod." *Osiandri conjecturas de fine mundi* transtulit in sermonem Anglicum et auxit. Pr. "Sythe all unreasonable creatures." MDXLVIII, 8vo. Inter libros prohibitos huic Georgio Joye attribuit Fox. 1 edit. 573. *A present consolation for the sufferance of persecution for righteousness.* Pr. praef. "When Christ was comen into "the region." Pr. lib. "Except the faithfull as many." MDXLIV. 12mo. Obiit A. D. MDLIII, et in patria sua sepultus est. Bal. ix. 60.

IRWIN [ALEXANDER] presbyter Scotus, in gymnasio Romano magna cum laude theologiam praelegit. Scripsit, *In Psalterium et versionem D. Hieronymi*, lib. i. *De peregrinatione sua*, lib. i. *De laudibus Italiae*, lib. i. Claruit anno MCCCLXXVII. Dempst. ix. 722.

ISAACUS Scotus, socius peregrinationis S. Mariani in Germaniam. Scripsit, *Paraphrasin in Ecclesiasten*, lib. i. *Comment. in libros Regum*, lib. i. Mss. asservantur Ratisbonae. Claruit A. MCLVIII. Dempst. ix. 741. Isaac prior, Sconae obiit A. MCLXII, *Cronic. S. Cr. Edinburg.*

ISANUS, natione Cambro-Britannicus, S. Iltuti discipulus, abbas Glamorganensis. Vir summae pietatis simul et eruditionis: Sed scripta ejus periere. Claruit A. DXXX. Pits. *Append.* pag. 884.

ISINGERUS (Dempst. 379. Bal. 148.) Verdensis episcopus vii, natione sive Anglus, sive Scotus fuit. Scripsisse fertur *Ad suam ecclesiam*, lib. i. Claruit circa A. DCCCXXX. Dempst. ix. 710. Bal. xiii. 63.

ISLIP [SIMON de] comit. Oxon. collegii Mertonensis Oxon. alumnus fuit, ubi legum doctoratu insignitus erat: dein ecclesiae Paulinae London. canonicus, curiae Arcuatae decanus, secretarius regius, regi a secretis consiliis, privati sigilli custos, et tandem archiepiscopus Cantuar. A. MCCCXLIX fuit renunciatus. Ante has dignitates in regno et ecclesia, fuit rector de Eston juxta Stamford, dein A. MCCCXXXI archidiaconus de Stow in eccl. Lincoln. et A. MCCCXXXII praebendarius de Welton Bekhale in eadem ecclesia; et A. MCCCXXXVII vicarius generalis episcopi Lincoln. *Reg.* Henry Burgher. Et rector de Horncastre, quae ecclesia vacabat per cessionem ejus 3 Maii 30 Edw. iii. Scripsit, *Speculum regis Edw.* iii. lib. i. "O Domine mi rex, utinam." Mf. Bodl. NE. D. i. 23. Mf. Cotton. Cleop. D. ix. Mf. bibl. publ. Cantabr. 36. 6. *Sermones per quadragesimam*, lib. i. "Ecce nunc tem-"pus." *Sermones de sanctis*, lib. i. "Nox expectat lucem et non." *Sermones de tempore*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Mandatum de capellanis et salariis eorum. Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. 1. *Aliud ad exorandum pro rege.* Ibid. p. 3. 34. 42. *Negotium electionis cancellarii Oxon.* Ibid. p. 4. seqq. *Injunctionem episcopo Lincoln. de ecclesiis parochialibus et capellis.* Ibid. p. 8. *Literas pro expensis nuncii apostolici colligendis.* Ibid. p. 9. 20. 25. *Mandatum episcopo Bath. et Wellen. super injuriis illatis episcopo Sarum.* Ibid. p. 12. *Literas pro clericis incarceratis.* Ibid. p. 13. *Mandatum ad convocationem tenendam.* Ibid. 13. 16. *Mandatum ad compellend. presbyteros annualia celebrantes, ut deserviant ecclesiis.* Ibid. p. 15. *Ordinationem demonstrantem jura separata spectantia ad officium registrarii et actorum scribae curiae Cantuar.* Ibid. p. 15. seq. *Ordinationem super solutione decimae concessae regi per clerum.* Ibid. p. 17. *Mandatum ad exorandum pro pace.* Ibid. p. 28. *Ordinationem super honestate clericorum in apparatu, et super salario sacerdotum.* Ibid. p. 29. *Mandatum de tenendo festo S. Edwardi.* Ibid. p. 47. *Mandatum contra violatores libertatis ecclesiae Cant.* Ibid. p. 49. *Constitutionem apud Lambeth.* Ibid. 50. *Mandatum continens querelam conventus S. Frideswidae.* Ibid. p. 51. *Aliud de visitatione conventus illius.* Ibid. p. 52. *Mandatum contra fratres* MENDICANTES. Ibid. p. 64. Obiit 6 cal. Maii MCCCLXVI, et sepultus jacet in medio navis eccl. Cantuar. Bal. vi. 20. Pits. p. 498. Godw. 161—164. Wharton. *A. S.* vol. i. 119.

ISMAELITA [THOMAS] monachus ordinis S. Brigittae in coenobio Sionensi. Scripsit, *Speculum humilitatis*, lib. i. "Dominus noster Jesus Christus." *Collectiones miraculorum*, lib. i. *De ortu Mariae, infantia et miraculis Christi*, lib. i. "Anna et Emeria fuere sorores." Mf. Bodl. Mus. 35. Mf. Merton. N. ii. 1. imperf. in princ. Librum de pueritia et miraculis Christi a Thoma Ismaelita scriptum cum versione sua edidit Cotelerius. *Not. ad Patr. Apost.* Claruit A. MCCCCXXX. Bal. vii. 82. Pits. p. 620. Cave *App.* i.

S. ISRAEL (Dempst. 391.) patria Scotus, episcopus Germannus, Othoni i. imperatori charissimus. Scripsit *Epistolas ad Ottonem Augustum*, lib. i. Claruit A. DCCCCXXXVII. Dempster. ix. 732.

ITHEL DHY poëta Cambro-Britannicus; qui floruisse dicitur circa A. D. MCCCC. Lhuyd Davis.

S. JUDOCUS (Dempst. p. 376.) regis Scotorum filius, canonicus Lateranensis, scripsit, *De Anachoretica vita*, lib. i. *De contemptu mundi*, lib. i. Obiit A. DCLIII, et in pago Pontino humatus est. Dempster. ix. 707.

IVEUS [GULIELMUS] sive IVY collegii S. Mar. Magdalenae Oxon. alumnus, dein socius, et tandem in eodem collegio theologiae praelector. Postea gradu doctorali honestatus est, et A. MCCCCLXI. MCCCCLXII cancellarii universitatis Oxon. commissarius sive vicecancellarius erat. Fuerat scholarium collegii B. Mariae prope Wintoniam informator. A. MCCCCLXIV 21 Julii admissus est magister collegii de Whitingdon. London. quod resignavit ante 20 Julii MCCCCLXX. Newcourt. i. 493. Fuit canonicus residentiarius ecclesiae Sarum, uti nota in principio Viterbiensis *in Apocalypsin* testatur. Et A. MCCCCLXX 6 Maii cancellarius ejusdem ecclesiae factus post mortem

mortem Andreae Holes. W. Le Neve: quo anno etiam ad ecclesiam de Brikkelworth per episcopum Sarum collatus est. In Mſ. collegii Novi Oxon. 32. haec notula extat. Ex dono magistri Gul. Yve S. theol. doctoris Sarum ecclesiae cancellarii scolarium collegii B. Mariae prope Winton. nuper informatoris. Ecclesiae Paulinae London. canonicus fuit, et rector ecclesiae de Appleby in agro Leicestrensi, ad quam rectoriam nominatus erat ab academia Oxon. (cui pro hac vice praesentandi vices commiserunt prior et capit. Dunelm.) 4 cal. Febr. MCCCCLXIII. *Regist.* F. 116. Scripsit, *De mendicitate Christi*, lib. i. "Praeteriens aliquando et aspiciens." *Lecturas Oxonii lectas*, lib. i. "Super Babylonis flumina." *In minores prophetas*, lib. xii. *De Christi dominio*, lib. i. *Sermones ad clerum*, lib. i. *Determinationes quoque*, lib. i. Extant in bibl. regia Westmonaster. notante Clar. Tannero *Praelectiones contra haeresin fratris Johannis Mylverton*; et, uti manus recens notavit, autore Gulielmo Iveo: 1. In scholis ecclesiae S. Pauli London: *Quod Christus in persona sua nunquam proprie mendicaverit.* Pr. "Praeteriens, etc." 2. Ejusdem argumenti. Pr. "Magnam et praeclaram." 3. In ecclesia S. Pauli *De sacerdotio Christi.* Pr. "Etsi multo jam temporis." 4. In ecclesia S. Pauli 5 die Decembris MCCCCLXV. *De excellentia sacerdotii Christi.* Pr. "Debitorem vobis, O viri percelebres." *Lectio Oxonii habita* 9 Febr. *contra mendicitatem Christi.* Pr. "Super flumina Babylonis aliquantulum." Claruit A. MCCCCLXIV, et obiit ante 8 Febr. MCCCCLXXXV. Bale. viii. 31. Pitſ. 654. seq. *Hist. et Antiq. Univ. Oxon.* ii. 192. 411.

IVIUS [a], Bravonis filius, in Transabrina regione natus, solitudini et monasticae vitae operam dedit; idque, quantum ego colligo, in coenobio Lindisfarnensi. Praeceptore usus est D. Cutheberto, et famam a literis honestam inter suos emeritus est. Deinde ampliora meditatus, Armoricam petiit; ac laeta evangelici verbi semina piissimus sparsit [b]. Ex *Lelando.*

[a] Ivius vel Ivo. [b] Claruit anno DCXC. Bal. x. 18. Pitſ. p. 885. *App.*

JULIANA anachorita Norwicensis: floruit tempore Edw. iii. Extant sub ejus nomine (a H. Ser. Cressy evulgat.) Anglice *Revelationes* xvi *amoris*, cap. 85. "This is a revelation of "love." London. MDCLXX. 8vo. Claruit A. MCCCLXXIII.

JULIANUS seu JULIUS jurisconsultus Britannus, ut autor est Joh. Lelandus. Scripsit, *Ad tertium decretalium*, lib. i. *De probationibus post cessionem*, lib. i. Pitſ. *App.* p. 885.

JULIEN [HIERONYMUS] natus apud Argenten in Normannia, in Anglia floruit A. MDLII Londini. dat. epist. dedicatoriae regi Edw. vi. Scripsit *Les Estrenes du comforte d'espoir presentes R. Edward.* vi. *En vers.* Pr. pr. "Ceu est seulement de ce temps." Mſ. in bibl. reg. Westmon. 16. E. iv.

JULIUS [a], qui et Lullus, homo tum eruditionis, tum sanctitatis adprobatissimae, comes paene individuus erat Vinfrido, alias Bonifacio, Germanorum apostolo; a quo tantum conspicui exhausit luminis, ut exemplum tandem virtutum gentibus Christianae fidei studentibus eximium se praeberet. Cumque jam vis tyrannica Bonifacium, ejus patronum, episcopum plane optimum, e medio sustulisset, et Moguntiaca sedes pastore vigilanti careret; communibus decretum est suffragiis, ut piissimo praeceptori discipulus succederet simillimus; ne qua enatae in ecclesia bonae artes, et literae sacrae degenerarent. Tantum refert à teneris recte institui annis. Quae autem ejus aestimatio a suscepta fuerit dignitate, apud scriptores liquet; tum praecipue in libro Gulielmi Meildunensis *De regibus* primo: cujus et haec verba sunt: "Bonifacio successit Lullus, et ipse natione "Anglus; de cujus sanctitate, et vitae beati Goaris loquitur, et hi versus, quos jam inde a "pueritia memini me audisse, protestantur:

"Antistes Lullus, quo non est sanctior ullus,
"Pollens divina, tribuente Deo, medicina,
"Occurrit morbis, ut totus praedicat orbis."

Haec ille: quorum ego vim, relictis sibilis, adprobo [b]. Ex *Lelando.*

[a] Julius Anglus, qui. Mſ. Lel. Trin. fertur *Epistolarum ad diversos* lib. i. Juxta Pitſ. vivis excessit Heresfeldiae in Hassia, et ibi tumulatus est anno [b] Scripsisse Christi DCCLXXXVII. archiepiscopatus 31. Bal. xiii. 56. Pitſ. p. 156.

IVORUS [a] [ROBERTUS] Carmelita, inter Isiacae [b] academiae alumnos non infimus, tam bene in doctis artibus adolescentiae suae annos collocavit, ut postea, cum vir maturae aetatis esset, vel inter literatorum proceres nomen decusque meruerit. In illum praecipue tamen scopum omnes studiorum labores intendebat, ut rerum theologicarum cognitionem paulo subtiliorem consequeretur. Qui certe labor suum tandem fructum habuit: nam publicis academiae suffragiis theologi titulo et insignibus donatus est. Tum vero, studiorum cursu non infeliciter consummato, a primatibus sui ordinis collegio Carmelitarum, qui Londini sunt [c], gubernator datus est.

[a] Robertus Ivorius, origine Normannus, patria Londinensis. Bale. Pitſ. [b] Hinc hallucinatus est Baleus, et ab eo errorem mutuatus est Pitseus, qui Ivorium in acad. Cantabr. educatum, ibidem S. theologiae doctorem evasisse perhibent. "S. theol D. Cantabrigiensis," Mſ. Bale Sloan. ex *Fasciculo Thomae Walden.* [c] Fuit prior Carmel. Cantabr. MCCCLXXII. Mſ. ibidem.

Deinde

Deinde etiam, decernente id publico conventu, praeses provincialis constitutus fuit[d]. In quo magistratu ita egregie se gessit, ut nihil prorsus loci diligentiae aut prudentiae reliquerit. Nec tamen interea refrixit pristinus ille ardor, quo erga literas incalebat[e]: nam hinc et illinc partim pretio, partim etiam precibus magnum plane numerum veterum exemplariorum corrasit; usque adeo, ut bibliothecam sui coenobii mirum in modum auxerit. Quanquam in hac parte pia quadam invidia a Thoma Valloduno, viro eruditissimo, postea longe superatus, ut suo loco declarabimus. Sed nunc, ne te longa detineam oratione, lector, hoc unum adjiciam; nempe vidisse me aliquando Ivori *In Ecclesiasticum*,[f] et *Apocalypsin*[g] *Joannis* discipuli *commentarios*, praeterea vero nihil[h]. Claruit regnante Richardo Burdegalo: obiit anno MCCCXCII[i], et Londini, ut ex inscriptione apparet, sepultus est. Ex *Lelando*.

[d] Anno MCCCLXXIX. Bale. Pits. [e] Incalescebat, (Lel. *Epit.* Ms.) [f] Lib. i. "Sicut dicit B. Augusti-" nus." [g] Lib. i. "In ecclesiastica historia Joan-" nem." [h] Scripsit etiam *Registrum monimentorum provinciae*, lib. i. "Ad perpetuam rei memoriam." *Conciones ad clerum*, lib. i. "Ecce homo, Joannis xix." Reverend." Hujus pr. memorat Ms. Bale Sloan. librum, cui titulus *Commendationem inceptoris*. *Sermones ad populum*, lib. i. *Lecturas Scripturarum*, lib. i. [i] Quinto Novembr. Bal. vi. 96. Pits. p. 557.

JUSTUS, patria Romanus a Gregorio papa in Britanniam missus A. DCI, primum episcopus Roffensis, tandem archiepiscopus Cantuariensis designatus A. DCXXII, et primus metropolitani totius Angliae titulo insignitus erat a Bonifacio v. Scripsisse fertur *Ad Bonifacium v papam*, epist. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. i. p. 31, 32. Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 2. 92. Obiit 4 id. Nov. DCXXVII. Bal. xiii. 3.

K A D

KADIVOR [PERIV AB] poëta Cambro-Britannicus, qui floruisse dicitur A. D. MCXXX. Davis. A. MCLXXX. Lhuyd.

KADUGAN AB EDNYVEC poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCXC. Lhuyd. Davis.

KADUGAN HENVOEL poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

KADUGAN AB KYNVRIG poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCLXXX. Lhuyd. MCCCLXXX. Davis.

KADUGAN RUFFUD poëta Cambro-Britannicus A. D. MCCCLXXX. Davis.

KASNODYN VARDH poëta Cambro-Britannicus cujus opuscula quaedam adhuc extant in bibliothecis Cambro-Britannicis. Claruisse dicitur A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

KAERLION [LUDOVICUS] ab urbe natali in Cambria nomen habens, Oxonium primo, postea Cantabrigiam et Londinum studendi gratia petiit, astrologicae ac mathematicae artis insolita cupiditate tactus. Quorum curriculo peracto theologiae atque medicinae operam dedit. Baleus et Pitseus eum perperam episcopum Herefordensem designatum fuisse dicunt; confundentes hunc Ludovicum cum Ludovico Charlton episcopo Herefordensi, qui claruit sub Edwardo iii. Turri mancipabatur 16 Mart. MCCCCLXXXIV a Rich. iii, quia a partibus Henrici comitis Richmondiae stetit. 3 Aug. 3 Henr. vii rex concessit Ludovico Caerlion, quod ipse extunc durante vita sua sit unus militum eleemosynae regiae infra liberam capellam de Windsor. Ms. Norwic. More. 507. Scripsit, *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. *Lecturam theologiae*, lib. i. "Utrum sit possibile "intellectui." *De eclipsi solis et lunae*, lib. i. "Modus operandi pro eclipsi." *Tabulas eclipsium solis et lunae secundum diametros Ricardi de Wallingforde factas*, A. D. MCCCCLXXXII. Ms. bibl. reg. Westmon. 12. G. I. *Canones eclipsium*, lib. i. "Eclipsim solis, quantitatem et diu." *De tabulis umbrarum*, lib. i. "Circa compositionem tabularum." *Fragmenta astronomica*, lib. i. *Calculationem eclipsis solis contingentis* MCCCCLXXXI. 28 Maii. Pr. "Tempus verae." Ms. Norwic. More. 820. continet paginas septem manu propria scriptas, et pertinebat olim ad hunc Ludovicum, qui margines et interstitia paginae frequenter notulis astronomicis implevit. *Exemplum componendi tabulam angulorum et diversitatis aspectus ad eclipses per calculationem Ludovyci Caerlyon in medic. doctoris secundum doctrinam Albategni et Ricardi de S. Albano.* Pr. "Altitudo capitis arie-"tis." Ms. Ibidem. Baleus. vi. 38. et Pitseus. p. 503. hunc Ludovicum Kaerlion cum Ludovico Charlton confundentes annum obitus nostri Ludovici eundem cum Charltoni episc. Herefordensis A. MCCCLXIX faciunt. Ex nota libri Ludovici nostri olim in bibl. collegii Clarensis Cantabr. (Leland. *Collect.* iii. 17.) quam ex Ms. olim penes Henr. Spelman. excerpsit Ric. Jamesius; quae etiam repetitur in Ms. bibl. reg. Westmon. 12. G. I. res manifeste liquet. "Nota quod "compositionem istarum tabularum [sc. eclipsium solis et lunae] quas amiseram per expolia-"tionem regis Ricardi; ego existens incarceratus in turre Londoniarum composui alias tabulas

" eclipsium, etc. quae discordant ab istis in paucis, per me Ludovicum A. MCCCCLXXXII. . Expli-
" cit opusculum Ludovici Caerlyon in medicina doctoris de chorda et arcu."

KARDENI [JACOBUS] (Dempst. 421.) canonicus Dumblanensis, theologus eximius, scripsit, *De sacramentorum numero*, lib. i. *De baptismo contra haereticos*, lib. i. *Sermones*, lib. i. Claruit A. MCCXCIV. Dempst. x. 778.

KARVILLUS [NICOLAUS] sive KERVYLE, electus scholaris vel socius collegii Regalis Cantabrig. MDXLV. studiorum philosophicorum stadium felici Marte emensus est, et exul in Germania tempore reginae Mariae degit. Fuit concionator celeberrimus, Hatcher. Regnante Elizabetha in patriam rediit, et A. MDLX. 25 Julii collatus per episcopum London ad vicariam de Southweld comit. Essex. Newc. ii. 646. et 7 Novemb. sequ. ad ecclesiam de Layngdon in comit. Essex. quae vacarunt per ejus mortem ante 30 Jun. MDLXVII. Newc. ii. 357. Scripsit, *Epigramma in mortem M. Buceri*; quod extat inter scripta Anglicana. xvi *Disticha Latina* praefixa Johannis Balei libro *De scriptoribus*, Basil. MDLVII. fol. xi *Disticha Graeca encomiastica in regem Edw.* vi. Extant in Bal. viii. 82. Praefixa sunt secundae parti Centuriar. Balei *Autorum nomina, quorum testimoniis in priori opere novem sc. Centuriarum de scriptoribus Brytanniae usi sumus*—inter quos habetur Nicolaus Karvyle.

KEDERMINSTER [RICHARDUS] ab oppido natali in agro Wigorn. cognomen habens, fuit monachus Winchecombensis in agro Glocestrensi; inde ad collegium Glocestrense apud Oxoniam missus, ubi fere quadriennium in bonarum literarum studiis posuit. Inde domum revocatus A. MCCCCLXXXVII. 3 Henr. vii abbas sui monasterii electus est. Postea S. theol. doctor factus Romam abiit, ubi per unius anni spatium commoratus, et redux in patriam magnae notae concionator habitus est in curia Henrici viii. Scripsit, *Tractatum contra doctrinam M. Lutheri: sive de veniis*, lib. i. De hoc libro in *Epist. acad. Oxon.* reg. Henr. viii. F. F. fol. 46. ita: " Scripsit de " veniis religiosus pater abbas Winchcombensis ea gravitate, eruditione, pietate, ut majore aut certe " pari nemo facile scribat alter." *Historiam fundationis monasterii de Winchcomb.* Pr. " Quoniam " antiqua testimonia de prima." Partim extat in *Monast. Anglic.* tom. i. p. 188. *Catalogum, sive historiam abbatum istius monasterii. Renovationem privilegiorum, chartarum ac aliorum munimentorum monasterii de Winchcomb.* Haec tria ultima olim Mss. penes D. Willielmum Morton, sed flammis Londinensibus periere. Ultima tamen adhuc extat in Ms. Bodl. Dodsworth. vol. lxv. 1. Johannes Longlandus episcopus Lincoln. edidit *Sermones* quosdam *quadragesimales* A. MDXXVII. et eos dedicavit huic Richardo, in qua epist. ded. habentur sequentia: " Tu nam-
" que unus es et eras, qui cum multis bene regulam Benedictinam observantibus optime non con-
" servasti solum, sed etiam conservandi viam caeteris aperuisti; qui (quod scribis) jam aestate pro-
" xima regulae Benedictinae collectanea quaedam, annotationes, ac tuae religionis ceremonias
" sub compendio coadunasti, ut per eadem regula jam ipsa tanto facilius possit in quotidianum
" exercitium adduci. Quem librum nuper ad me missum non sine magna voluptate perlegi, cu-
" jus exemplar opto in omnes dioecesis meae domos religiosas transfundi." *Pro immunitate cleri contra Standicium, etc.* Vide Burnet, *Hist. reform.* vol. i. p. 12. seq. Obiit A. MDXXXI. *Athen. Oxon.* i. 27. seqq.

KEILWAY [ROBERTUS] patria, ut videtur, Dorsetensis, academiae Oxon. alumnus, studiorum philosophicorum curriculum emensus ad Interioris Templi hospitium abiit, ubi juri municipali tam sedulam dedit operam, ut A. MDL regius ad legem serviens evaserit. Fuit supervisor liberationum regis 10 Henr. viii. Dugdal. *Orig.* p. 59. Scripsit et collegit *Res judicatas a xiimo. Henrici* vii *ad* 21 *Henr.* viii. Lond. MDCII. MDCXXXIII. fol. A. Wood. *Athen. Oxon.* vol. iii. Ms.

KEITH [GULIELMUS] (Dempst. 421.) abbas de Killos in Muravia. Scripsit, *Quadragesimale*, lib. i. *Hymnos de sanctis*, lib. i. Claruit A. MCCCL. Dempster. x. 779.

KETH [GULIELMUS] exul Francofurti temporibus Marianis, scripsit metro Anglico, *A ballet declaring the fal of the whore of Babylon, intytuled:* Tye thy mare, Tom boy. Pr. pr. " When that I had." Pr. carm. " Tye the mare, Tom boy." Contra pontificios . . . 12mo. *Carmen Anglicum ad finem libri Christophori Goodman de obedientia.* Pr. " The vayne h of " many full." impr. Genev. MDLVIII. 12mo. Contra Hispanos. Claruit A. MDLX. *Athen. Oxon.* i. 126.

KETH [GULIELMUS] alius, concionator et minister ecclesiae de Newhaven, quamdiu in Anglorum manibus erat; deinde praedicandi munus obiit apud exercitum reginae Elizabethae in Wallia septentrionali, epistola enim data est A. MDLXX. 29 Januar. de Childockford. Scripsit Anglice, *Perspectivam cum prece Danielis, metro, ad magnates Angliae.* Pr. ded. comiti Warwic. " When I considered, right honourable." . . . 16mo. *Concionem in Joh.* xv. 21. apud Blanford Forum in com. Dorset. Lond. MDLXXI. 8vo.

KELDELITH [ROBERTUS] (Dempst. p. 574.) patria Scotus, monachum Cisterciensem apud Neubottle induit; dein abbas Dunfermelinensis, postea abbas Mailrosensis, et tandem summus Scotiae cancellarius. Scripsit, *De successione abbatum de Mailros*, lib. i. *Florilegium spirituale*, lib. i. Obiit A. MCCLXXIII. Dempst. xvi. 1086.

KELE [JOHANNES] juris civilis doctor. Scripsit, *In rubricam ff. de rei vendicatione. De jurejurando.* Pr. " Primo quaeritur quid sit juramentum." *De rebus creditis. Super rubricam* C. *Si certum petatur.* Pr. " Pro continuatione istius rubricae nota." Omnia Mss. in collegii Novi Oxon. bibl. 179, et scripta videntur tempore Henrici vi.

KELLAEUS

KELLAEUS [EDVARDUS] alias TALBOT in urbe Wigornia 1 Aug. MDLV natus: In academia Oxon. in aula, ut videtur, Glocestrensi in liberalium artium studiis enutritus, fuit chemiae maxime deditus, et virtute lapidis philosophici multa edidit portenta. Consulas A. Wood et E. Ashmolei notas in *Theatrum Chymico-Britannicum*. In Poloniam et Bohemiam migravit, in cujus regni metropoli Praga mortem obiit MDXCV. Scripsit, *A poem of chimistry, or his worke.* Pr. " All you that fain philosophers would be." *A poem of the philosophers stone to C. S. gent.* Pr. " The heavenly cope hath in him natures four." Ambo extant in *Theatro Chemico-Britannico* edit. per E. Ashmole. Lond. MDCLI. 4to. *De lapide philosophico*, Hamburg. MDCLXXVI. 8vo. *Tractatus plures tam Anglice quam Latine in libro, cui titulus:* A true and faithful relation of what passed for many years between Dr. John Dee, and some spirits, Lond. MDCLIX. *Fragmenta aliquot ex Combachio*, Lat. Geismar. MDCXLVII. 12mo. *A transcript of the holy book, or book of mysteries, which Edward Kelly pretended to have transcribed from a book exhibited to him by an angel.* Ms. Ashmol. 422. fol. Transtulit ex rhythmis Anglicanis *Georgii Riplaei librum* xii *portarum.* Pr. " Hic incipit compendium alchimiae." *Ejusdem epistolam ad regem Edwardum* iv. Pr. " O " honorande rex, et virtuosissime miles." *Ejusdem clavem aureae portae.* Pr. " Cum clausa " esset via veritatis." Vide Ashmol. *Bibl. chimic. Athen. Oxon.* i. 279. et Weever, *Monum. funer.* p. 45, 46.

KELLAEUS [RADULPHUS] gente Hibernus (Pitseus ex Possevino Anglum esse vult) Pontanae sive Droghedae in lucem editus, Carmelita Kildariensis Avenionae A. MCCCXXXVI ordinatus est prolocutor sui ordinis, et mox generalis advocatus. Anno demum MCCCXLII, vel MCCCXLV a papa renunciatus est Casseliensis archiepiscopus. Juris canonici peritus erat. Scripsit, *De jure canonico*, lib. i. *Epistolas familiares*, lib. i. Obiit Nov. 20. A. D. MCCCLXI. War. p. 72. Bal. xiv. 94. Pits. p. 456. Stanihurst. p. 41.

KELLAVUS[a] [GUALTERIUS] sive CHELLAVUS, Carmelita, inter theologos Isiacos nomen decusque suum retinet. Scripsit librum *Determinationum*[b]. Obiit Alveroduni Brigantum[c], ubi et Carmelitarum eo tempore coenobium eluxit, anno D. MCCCLXVII. Ex *Lelando*.

[a] Gualterus Kellaw, patria Eboracensis. Bale. Pits. " Apud Oxonienses educatus, inter quos gradum magiste- " rialem capessit. Decimus sextus sui ordinis praeses pro- " vincialis in Anglia electus anno MCCCXLV, quo munere " functus est per quinquennium" (eos decem annos gubernavit, Ms. Lel. Trin) " et tunc ei ultro abscessit; post " annum unum vero iterum electus, tenuit usque ad A. D. " MCCCLIX." [b] *Theologiae*, *Quodlibeta* quoque, lib. i. atque alia, Ms. Lel. Trin. Praeter *Determinationes* scripsit, *Quodlibeta theologica*, lib. i. *Sermonum variorum* lib. i. [c] Seu Alvertonae—MCCCLXIX. in Augusto. (Lel. *Epit.* Ms) Vide Bal. x. 41. Pits. p. 505.

KELLOW [RICHARDUS de] monachus Dunelmensis; supprior A. D. MCCCII (Ms. Bodl. Dodsw. cvii. f. 172. ex *Reg.* Linc.) in episcopum electus A. MCCCXI. Vir sufficienter literatus, moribus et vita dignus; cujus eloquentia, species et statura digna erant imperio. Rob. Graystanes apud Whart. *A. S.* tom. i. 755. Edidit A. D. MCCCXII *Constitutiones synodales.* Pr. " Cum omnis pontifex ex " hominibus assumptus." Extant in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. p. 412. seqq. Obiit 9 Octob. A. MCCCXVI apud Middleham; et sepultus in domo capitulari Dunelm. Whart. *A. S.* tom. i. 755, 756, 757. Godw. p. 125.

KELSO [JACOBUS de] (Dempst. 423.) Scotus, Benedictinus reformationis Tironensis, mathematicus insignis. Scripsit, *Breviarium astrologicum*, lib. i. *Canones directionum*, lib. i. *Super errores veterum*, lib. i. *Defensionem astrologiae*, lib. i. *Commentarios in quaedam Archimedis*, lib. i. *Poëmata sacra*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXXV. Dempst. x. 783.

KELTON [ARTHURUS] genere Brytannus, (Bale. Pits.) seu, ut potius alii volunt, Salopiensis. Innato quodam appetitu ad historiae Britannicae studium proclivis ferebatur, et rhythmis Anglicanis scripsit, *Chronicle of the Brutes.* Princ. epist. ad Edw. vi. " As the worthy prudent " secretary." princ. i. " In the golden time, when all things." Lond. MDXLVII. 8vo. Cui annectitur *A genealogy of the Brutes, declaring that the Welshmen are lineally descended from Brutus.* Princ. " Osiris, the first kyng of Egypt." *Laudes Cambrorum rhythmis Britannicis*, lib. i. " Ho- " norando domino Gul. Herbert." Ita Bale in edit. Ipsw. f. 256. b. Vid. Bal. xi. 97. secundae editionis. Claruit Salopiae tempore Edwardi vi. MDXLVIII. *Athen. Oxon.* i. 73. Bale l. c.

KELTRIDGE [JOHANNES] Cantabrigiensis academiae alumnus, ibidem matriculatus A. D. MDLXV. A. MDLXXVII. 20 Jul. institutus in vicariam de Dedham comit. Essex. ad praesentationem dom. reginae, quae vacabat per ejus cessionem 20 Dec. MDLXXVIII. Newcourt ii. 210. Scripsit *Two sermons against the Jesuites in the tower of London, on Deuter.* vi. 4. and 6. Pr. epist. ded. ad Franc. Walsingham. " At such time, right honourable." *Exposition or readings on the Lord's prayer*, Luke xi. ad Jo. Elmer episcopum London. " If the church and house of the Lord." Lond. MDLXXVIII. 4to. *A sermon at the making of ministers preach'd at Fulham* A. MDLXXVII. on 1 Tim. iii. 1, 2, 3. *It is a true*, etc. " Theese words contain." Impress. cum. priore. Vid. libr. *Administr.* Norvic. inc. MDLXXXI. f. 55. *Fasti Oxon.* i. 120.

KEMPE [JOHANNES] collegii Mertonensis socius, legum doctor, factus decanus de arcubus 21 Febr. MCCCCXIII. (*Reg.* Cantuar.) et cancellarius Normanniae MCCCCXVII. Ms. Merton. P. iii. 16. Episcopus Cicestrensis A. MCCCCXXI, et ab ea sede ad Londinensem A. MCCCCXXII translatus. Fuit summus Angliae cancellarius A. MCCCCXXVI, et A. MCCCCLII ad sedem Cantuariensem translatus. Whart. *De episc. Londin.* Fuit cardinalis et tantae auctoritatis, literaturae et ingenii

ingenii extitisse dicitur, ut si in curia Romana stetisset, summus pontifex evasisset. Mf. *Continuat.* Tho. Stubbs bibl. Bodl. Barlov. A. Baleo xi. 55. et Pitseo *Append.* p. 876. inter scriptores Britannicos recensetur; sed ejus operum tituli apud eos non inveniuntur. In vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* dantur *Constitutio ejus de jurejurando.* p. 668. *Alia de vita et honestate clericorum*, p. 669. *Alia de rebus ecclesiae non alienandis*, p. 670. *Alia de celebratione missarum*, p. 675. *Alia de Simonia*, p. 680. Vide Gascoignii *Dictionarium* in voce *Episcopus*, ubi auctor hic male audit.

KEMPE [MARGERIA] de Lyn. In bibliotheca Norwic. More et bibl. coll. Trin. Cantabr. extat *A short tretyse of contemplations taught by our Lorde Jesu Chryste; or taken out of the boke of Margerie Kempe of Lyn.* Pr. "She desyred many tymes that her hede." Liber hic continet varios sermones Christi (ut praetenditur) ad sanctas suas foeminas; et stylo modernorum Quietistarum et Quakerorum conscriptus de interno amore Dei, perfectione, etc. loquitur. Lond. Wink. Word. . . . 4to.

KENDALE [RICHARDUS] grammaticus sui seculi celeberrimus, et in informanda juventute callentissimus. Scripsit, *De legibus constructionum*, lib. i. "Nota quod duae sint partes." *Aequivocorum exempla*, lib. i. "Aura, id est, favor, ut." *De componendis epistolis*, lib. i. "Ad agrum "accedens incultum." *De dictamine prosaico*, lib. i. "Omne dictamen tria requirit." *De dictamine metrico*, lib. i. "Tria requiruntur ad versus." *Versus ac rhythmos*, lib. i. Haec omnia ante dissolutionem erant in bibl. monast. Sancto-Fidensis comit. Norfolc. *Grammatica* ejus extitit Mf. in bibl. monast. Sion. *De verborum ornatu*, lib. i. Claruit A. MCCCCXXXI. Bal. vii. 78. Pitf. p. 623.

KENDALL [TIMOTHEUS] filius Willelmi et Aliciae natus apud North Aston in com. Oxon. scholae Etonensi juveniles annos in studiis humanioribus erudiendos tradidit; inde Oxoniam, et tandem ad hospitium Clementis IC[torum] Lond. abiit. Scripsit carmina Anglic. *Trifles, sc. Epigram. juvenilia.* Pr. "Borbon in France bears bell awaie." Impr. ad finem translat. Lond. MDLXXVII. 12mo. Transtulit in sermonem Anglic. *Epigrammata selecta Martialis, Pictorii, Dardanii, Politiani, Brunonis, Textoris, Ausonii, epigrammatum Graecorum Bezae, Tho. Mori, H. Stephani, Gu. Haddoni, Joh. Parkhursti et aliorum*, h. t. Anglico: *Flowers of epigrammes out of sundrie the most singular authors selected*—By Tim. Kendall late of the univ. of Oxford, now student of Staple Inn. Pr. ded. dom. Rob. comiti Leycestr. "The honour of your person, right honourable." Lond. MDLXXVII. 12mo.

KENET [RICHARDUS] sive CUNETIUS, Carmelita, philosophiae in Isiacorum gymnasio operam dedit. Deinde ad rem medicam, et sacras se contulit literas [a]. Scripsit libellum *De virtutibus aquarum* [b]. Ex *Lelando.*

[a] Ex quibus splendidum sibi comparavit nomen, ita legit Mf. Lel. *Epit.* [b] Lib. i. "Aurium passio decimo "septimo." "Baccalaureus Oxon. fr. Ric. Kenet vel "Tenet, scripsit tabulam super libellum de virtutibus "aquarum. Incipit, *Aurium passio* 17." Mf. Bale. Sloan, 4to. f. 208. Claruit Oxonii MCCCXC. Bal. xii. 25. ex Lelando: a Pitseo omittitur. Frater Ric. Tenet, ordin. Carmel. Convent. London. ordinatus acolut. 24 Sept. MCCCCXVIII. ex *Regist.* Clyfford, episcopi Lond.

KENINGALUS [PETRUS] sive CHENNINGAULUS [a] Carmelita et ipse, proximum a [b] Thoma locum in hoc, nominis similitudine, catalogo poscit. Erat autem, ut ego didici, genere nobilis [c], et literarum cognitione nobilior. Studuit inter Isiacos, nomenque insignis theologi ibidem promeruit. *Conciones ad clerum* [d] ejus eruditionis luculentum extant testimonium. Tempore fuit aliquando recentior [e] Thoma. Obiit in Isidis Vado, anno D. MCCCCXCIV. [f] Ex *Lelando.*

[a] Domus fratrum Carmel. Oxon. studentium prior 21 Aug. MCCCCLXVI occurrit. *Reg.* curiae Canc. A a a. f. 232. [b] Johanne. Lel. *Epit.* Mf. Bale. [c] Ex Anglo patre in Galliis prognatus, sed literarum. [d] Lib. i. "Re- "cordare, quia recepisti bona." Scripsit A. D. MCCCCLXXIX *Sermones* lvii, inter quos quosdam scripsit *Examinatorios.* Pr. "Recordare, etc. Luc. xvi. Et pro hujus jam. Scripsit etiam *Disputationes ordinarias*, lib. i. Floruit A. MCCCCLXXIX Oxon. Mf. Bal. Sloan. [e] Johanne. [f] 10 Nov. Mf. Bal. Sloan. in suo coenobio sepultus. Bal. xi. 81. ex Lelando. Pitf. p. 684.

KENNEDY [GUALTHERUS] scripsit metris Scoticanis *Poëma de passione Christi.* Pr. pr. "Hayl Cristin knyght." Mf. Gresham 286.

KENNETHUS REX SCOTIAE (Bal. par. post. 205. Dempst. p. 413.) Scripsit *Breviarium antiquarum legum*, lib. i. *Novas leges*, lib. i. Obiit A. DCCCLV. Dempster. x. 761. Bal. xiv. 39.

KENULPHUS rex Merciorum a Pitseo scripsisse fertur *Ad papam Leonem* iii *epistolas plures.* Pr. "Domino beatissimo et vere amantissimo." Claruit A. DCCCXXX. Pitf. p. 165.

KENNEDIUS [JACOBUS] (Dempst. 417.) nepos regis Jacobi i. (Makculloch) abbas de Pettenweim (Thin) primo episcopus Dunkeldensis (Makculloch) deinde archiepiscopus S. Andreae translatus A. MCCCCXL, et Jacobi iii regis praeceptor. Fundavit collegium S. Salvatoris in fano D. Andreae. Scripsit, *Monita politica*, lib. i. *Historiam sui temporis*, lib. i. Obiit 10 Maii A. MCCCCLXVI. Dempst. x. 767. Rymer, *Foeder.* xi. 365.

KENNEDIUS [QUINTINUS] comitis Cassiliae frater, Crucis Regalis abbas. Scripsit *De conciliorum autoritate*, lib. i. *De publico ecclesiae sacrificio*, lib. i. *Contra errores Germanorum*, lib. i. *Fidei capita* xiv *defensa contra Geo. Sophocardium*, lib. i. Haec omnia typis vulgata. Inedita vero sunt *Responsio ad Joannis Davidsoni opus*, lib. i. *De vetitorum ciborum abstinentia*, lib. i. *De illicito presbyterorum matrimonio*, lib. i. *De cultu imaginum*, lib. i. *Palinodiam Wil-*

loxio

loxio redditam 29 Martii. MCLXII. *Querimonia ſuper Knoxii fraude et impietate*, lib. i. *Oratio pro obedientia ſupremis poteſtatibus habita* die ult. Auguſti MDLXII. lib. i. *De praeſentia corporis Chriſti in ſacramento altaris*, lib. i. Obiit 22 Auguſt. MDLXIV. Dempſt. x. 781.

KENT [THOMAS] ſive CANTIUS [a] a Maridunenſibus, ſocietate Iſiaca, merito quidem collaudatur. Hoc ejus virtus in re literaria jure quodam ſuo poſcebat. Philoſophiam in primis excoluit, et in matheſi gloriam eruditiſſimus non levem ſibi comparavit: Iſiacorum omnium ſuffragia abunde comprobabant. Sunt qui putent multa eum ſcripſiſſe in *Re aſtronomica*, quae ad meos nondum pervenere oculos. Conſtat, ex catalogo Maridunenſi, floruiſſe Cantium temporibus Eadveardi quarti [b]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Cantius, ſive Kent, Johannis Kent, uti conjicit Baleus, frater. Quidam Thomas Kent LL. D. clericus concilii regis A. MCCCCLVIII. Rymer. *Foeder*. xi. 415. unus ambaſſiatorum ad incolas Hollandiae A. MCCCCXLIV. Ibid. 67. conſtitutus ſubconſtabularius Angliae. 7 Jan. MCCCCXLV. Ibid 75. ambaſſiator ad archiepiſc. Colon. MCCCCL. Ibid. 269. unus ambaſſiat. ad ducem Burgundiae MCCCCLXIII. Ibid. 504. A. MCCCCLVI. 6 Mart. Thomas Kent reſignabat rectoriam eccleſiae S. Dunſtani. Newcourt, *Repert*. i. 333. [b] A. D. MCCCCLXX. Mſ. Lel. Trin. Obiit (7 Sept. A. MCCCCLXXXIX, et ſepelitur in capella collegii Merton. A. Wood. Mſ. Pitſ.) anno MCCCCLXXXIX. *Hiſt. et Antiq. Oxon*. ii. p. 87. Bal. xi. 62. ex Lel. Pitſ. *App*. p. 914.

KENTONUS [NICOLAUS] ſive CONODUNUS [a] prodiit e coenobio Carmelitarum Stenofordenſium [b]; ſacris vero literis Grantae incubuit, ubi et theologi tandem inſignibus donatus fuit. Denique haec monumenta poſteritati reliquit: *Commentarios in Cantica cant* [c]. *Expoſitionem in orationem Dominicam* [d]. *Concionum* [e] *ad Carmelitas libellos duos*. *Sacrarum concionum ad populum* [f] *libros duos*. *Epiſtolarum librum unum* [g]. *Carmen votivum ad D. Albertum Carmelitam, et D. Andream epiſcopum* [h]. Honorem inter ſuos ſummum geſſit, nam praeſes provincialis publico omnium ſuffragio conſtitutus fuit. Fato conceſſit Londini quarto die Septembris, anno D. MCCCCLX [i]. Ex *Lelando*.

[a] Nicolaus Kenton, patria Sudovolgus, in oppido ſui cognominis decem a Gippeſwico paſſuum millibus natus. Bal. Pitſ Fr. Nicolaus Kenton ord. Carmel. convent. London. ordinatus ſubdiaconus 2 Martii MCCCCXIX. preſbyter. 1 Dec. MCCCCXX. *Regiſt*. Clifford. [b] Carmelita fuit Gippeſwicenſis, Bal. et Pitſ. et praeſes provincialis in Anglia 25. [c] *Conciones* xiv. Mſ. Lel. Trin. Item *Lectiones* xiv. lib. i. "Oſculetur me oſculo oris ſui." [d] Lib. i. Praehonorandi Domini, ſacra nos. [e] De his nulla apud Bal et Pitſ. mentio; niſi lateant ſub titulo tractatuum, quos vocat *Propoſitiones* (exhortatorias in capitulo Mſ. Bal. Sloan) *ad clerum*, lib. i. "Obſecro vos fratres, amantiſſimi." *Ad clerum Cantabrigienſem*, lib. i. "Ambuletis digni Deo "ad Theſſal." (Coloſſenſes, etc. *Praehonorandi domini, etc*. Mſ. Bal. Sloan.) Mſ. Lel. Trinit. ita: *Poſitiones ad clerum*, lib. i. *Poſitiones theologicae*, lib. i. *Orationes* xii *ad fratres*, lib. i. *Ad clerum Cantabrigienſem*, lib. i.
[f] In evangelia xxviii ſermones, lib. i. "Veniens evan- "gelizavit pauperibus." Mſ. Bal. Sloan. In dubia evangeliorum Dominicalium totius anni ſermones xlviii. lib. ii. [g] 212. ad diverſos, lib. i. "Reverendiſſimo in Chriſto "patri ac magiſtro Joanni Faci totius ordinis, etc. ——— [h] *Praecationes divorum carmine*, lib. i. "O mi ſancte "pater, Alberte vir." Vota ad S. Albertum de Drepano in carm. Pr. "O mi—" Mſ. Bal. Sloan. 4to. f. 91. Eſt undecaſticon. Scripſit etiam *Poſitiones theologiae*, lib. i. "Utrum imago ſummi regis in homine verus lator ſacrae "legis." Mſ. Bal. Sloan. *Orationes* xii ad fratres, lib. i. (Exhortationes xii capitulares Mſ. Bal. Sloan.) "Devotiſſi- "mi patres, fratres." *Ad epiſcopum Exonienſem* (propoſitionem in capitulo Glоceſtriae MCCCCXLVI. Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. "Audite coeli quae loquar, auri." *Benedictiones* (ſuper filium Mſ. Bal. Sloan.) *procedentium*, lib. i. "Da- "bo filium, cui benedicturus, etc. Venerandi mei." *Commendationes* (Commendationem in eundem Mſ. Bal. Sloan.) eorundem, lib. i. "Laus ejus in eccleſia ſanctorum." *Ordinationes feſtivitatum*, lib. i. "Quoniam ad Dei noſtri "cultum." *Hiſtoriam Eliſaei prophetae*, lib. i. "Terrae "ſulcos dum rimans." *Pro Mariae commemoratione*, lib. i. "Inviolabilis antiquitatis authori." *Vitam D. Cyrilli Graeci*, lib. i. "Geſta ſanctorum patrum, quorum." *Ad cardinalem Eboracenſem* (pro habitatione ſibi concedenda Aylesfordiae in conventu epiſt. i. Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. *Ad* (rev.) *Davidem Chirbury* (epiſcopum Dromorenſem, ut revertatur ad conventum ſuum. Ludlowae epiſt. Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. *Ad Nordovolgiae ducem* (ne profugus pro quo ſcribat, ſentiat favores principatus ſui contra obſervantiam ordinis Regularis epiſt. Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. *Ad quendam errantem* (ut ab errore revertatur epiſt. i. Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. *Pro* (benigna receptione cujuſdam poenitentis epiſt. i. Mſ. Bal. Sloan.) *ſuſcipiendo poenitente*, lib. i. *Contra quendam obſtinatum*, lib. i. (Ad redargutionem malitiae cujuſdam obſtinati cuidam dovoto in obſequiis Chriſti exhibitae ep. i. Ibid.) *Ad generalem* (adverſus reformationem. Lel. epit. Addit. Balei) *contra reformatos*, lib. i. *Contra praedeceſſoris blaſphemias*, lib. i. Loco duorum ultimorum tractatuum in Mſ. Bal. Sloan. habetur ad generalem Facy noviter electum contra blaſphemias ſui praedeceſſoris injurioſe ſibi illatas ep. i. *Contra quoſdam apoſtatas*, lib. i. *Pro relinquendo officio*, lib. i.
[i] A. MCCCCLXVIII.——A. MCCCCLVI juxta Mſ. Bal. Sloan, f. 82. ceſſit prioratui provinciali; ſed claruit A. MCCCCLXVIII, quo anno vicarius generalis prioris provincialis tenuit capitulum ſui ordinis Londoniis. Bal. viii. 28. Pitſ. p. 658.

KENULPHUS, rex Merciorum, ſcripſit *Epiſtolam ad Leonem papam* iii *pro reſtituenda Dorobernenſis eccleſiae dignitate, quam Hadrianus papa* i *et rex Offa ſpoliaverunt*. Ex Malmeſb. extat in *Concil. M. Brit. et Hib*. tom. i. p 163. ſeq. cum papae reſponſo. *Epiſtolas plures* ſcripſiſſe dicit Pitſeus. Claruit A. DCCCXXX. Vide CHENULPHUS ſupra. Pitſ. p. 165.

KENYNGALUS [JOANNES, alias PETRUS] ſive CUNINGALUS [a], Carmelita, locum in noſtris tabulis Vallideno proximum ambit: id quod ut faciat, familiaritas certe in cauſa eſt. Liquet enim illum Vallideno [b] multis modis conjunctiſſimum fuiſſe. At ego, ne ſingula prolixe ſequar, unum tantum arctae inter eos conſuetudinis exemplum, ſed celebre, ſed clarum, ſed memoratu digniſſimum, in praeſentia adducam. Scripſerat Vallidenus opus eruditum juxta ac pium, et catholicis

[a] Joannes Cheningaulus ſive Keninghale. Richardo duci Eboracenſis ab auriculari confeſſione erat, Lel. et dominae Ceciliae conſortis ejus, Mſ. Bal. Sloan. Joh. Kenynghale occurrit inter monachos S. Edm. Bur. in electione Gulielmi Exceſtre abbatis A. D. MCCCCXV. *Reg*. Burien. in Mſ. Cotton. Tiber. B. ix. [b] In epiſtolis Waldeni (Mſ. Bal.

catholicis necessarium, cui titulus erat *Doctrinale ecclesiae*; idemque Martino quinto, pontifici Romano, dedicaverat; at hoc consilio usus est, ut munus tam undecunque egregium ab aliquo insigni viro vel Romam usque deferendum curaret. Visus est autem huic negotio Cuningalus maxime utilis; ut qui non modo e supremo illo theologici ordinis collegio esset, verum etiam inter expertes rerum expertissimus, et praeterea diligentia, dexteritate, fideque tam bona, quam quisquam facile optare posset. Quare provinciam Cuningalo non male delegavit. Ille vero sui praesidis jussu capessebat, et munus sibi injunctum tanta cum modestia et gravitate curavit, quantam in homine, apud extremos Britannos cum nato tum educato, Martinus vehementer suspiciebat: in cujus rei argumentum etiam luculentum ab eodem sedis apostolicae nuncius designatus est. Qua etiam functione multa praeclare, multa ingeniose, omnia quidem dexterrime egit. Deinde domum rediens, meritas e Vallideno gratias tulit; ac postremo, praesidis provincialis [c] honore insignitus, Nordovicum petiit, ubi reliquos vitae annos exegit. Quo tempore, Vallideni nunquam satis laudatam sedulitatem imitatus, longe pulcherrimam bibliothecam [d], eandemque optimis autoribus refertissimam, posuit. Scripsit *Conciones paschales* [e], atque alia minuscula. Vivendi finem fecit vigesimo octavo [f] die Aprilis, anno D. MCCCCLI [g]. Ex *Lelando*.

Bal. Sloan.) multoties fratris hujus Johannis Kenyngale mentio facta est. [c] Vicesimi quarti Bal. Pitf. A. MCCCCXXX. Mſ. Bal. Sloan. [d] A. D. MCCCCL. in ipso Jubilaeo. Bale. Pitf. [e] 12. Lib. i. "Ut re-"fulsit sol in clypeos aureos." Scripsit etiam *In Aristotelem de animalibus*, lib. i. *De suo itinere et legatione*, lib. i. [f] April. 28. Mſ. Bal. Sloan. April. 20. Lel. alibi. [g] Nordovici sepultus in suo claustro. Bale. Pitf. Bal. viii. 17. Pitf. p. 646.

KEPER [JOHANNES] patria Somersetensis, natus circa A. MDXLVII. academiae Oxoniensis in aula Cervina adolescens bonae spei alumnus fuit, ubi baccalaureus artium factus, Wellas se recepit, artibus musicae et poëticae deditus. Transtulit in metra Anglicana *Psalterium Davidis et hymnos ecclesiasticos*, sc. *Te Deum: Quicunque vult: Benedictus, etc.* Lond. MDLXXIV. 4to. Claruit A. MDLXXIV. *Athen. Oxon.* i. 181.

KERN [EDVARDUS] sive CARNE, patria Cambro-Britannus, filius Howeli natus apud Cowbridge in comit. Glamorgan. In academia Oxon. emenso philosophicorum studiorum curriculo juri Caesareo operam dedit, et gradu doctoratus in ista facultate honestatus fuit A. MDXXXIV. Eodem anno institutus fuit ad rectoriam de Snailwell dioec. Norwic. Erat principalis aulae Graecae intra parochiam S. Edwardi Oxon. Ab imperatore Carolo v. eques auratus factus anno aetatis 55, vel 56. Christi MDLI. (Fox. i. edit. 826.) Orator dom. regis Angliae in curia Romana A. MDXXX. Fuit legatus residens in Flandria per triennium versus finem regni Henrici viii, et principium regis Edwardi vi. (Fox. l. c.) Legationem etiam agerat Romae pro Maria et Elizabetha reginis, ab hac revocatus, vel mandato dom. papae, vel sponte susceperat administrationem hospitalis Angl. in ista civitate, ubi supremum diem obiit 14 kal. Febr. MDLXI, et sepultus est in ecclesia S. Gregorii in Caelo. *Fasti Oxon.* vol. i. p. 37. Fuller, *Church. hist.* 71. Et Strype *Eliz.* p. 36. Extant *Excusationes dom. Henrici* viii *non comparentis personaliter in curia Romana*, impress. Londini per Berthlet in libro in 8vo. cui titulus: "Acta in curia Romana, an rex Henricus viii debet comparere per se vel per alium." *Epistolae nonnullae circa divortium regis Henr.* viii *et reginae Catharinae Roma et alibi in Italia missae* MDXXXII. *Letter from Rome, shewing how the pope dissembled with him concerning a general peace.* MDLVI June 9. *Letter from Rome to K. Philip and Q. Mary concerning the suspension of card. Pole's legatine power*, May 15. MDLVII. Vid. *Fasti Oxon.* l. c. et Burnet, *Hist. reform. app.* vol. i. et ii.

KERNAEUS [JOHANNES] Cantabr. educatus, ecclesiae S. Patricii Dublin. thesaurarius fuit. Scripsit *Catechismum Hibernice.* Qui primus fuit liber, quod sciam (inquit Waraeus) qui characteribus Hibernicis excusus est. *Novum Testamentum Hibernice reddidit*, quod Mſ. extat. E vivis excessit circa A. D. MDC. War. p. 86.

KERVILE [JOHANNES] frater ordinis Heremitarum S. Augustini. Scripsit *Tabulam super* xv *libros S. Augustini de trinitate.* Pr. "In praesenti tabula primus numerus." Mſ. aulae Pembr. Cantabr. In eodem codice sunt *Tabulae super S. Thomae summam, sententias, etc.* An autem huic Johanni ascribendae incertum.

KETENENSIS [ROBERTUS] sive RETINENSIS rectius dictus, natione Anglus, peractis in patria literarum tyrociniis, in exteras regiones trajecit, et Gallia, Italia, Dalmatia et Graecia peragratis, in Asiam tandem se contulit, ubi linguam Arabicam perfecte didicit. Dein in Hispaniam rediit, et astrologiae operam dedit, et tandem Pampilunensis ibidem diaconus evasit. In epitomen redegit, et ex Arabico in Latinum transtulit *Mahumeti Alcoranum*, lib. i. "Domino "suo Petro divino, etc. Ubi saepius ac serio." Norimb. MDXLIII. Basil. MDXLIII. *Super doctrina Mahumeti*, lib. i. *De Alcorani versione*, lib i. Haec omnia simul cura Theodori Bibliandri Basil. MDL. fol. Scripsit etiam *Ad viros eruditos libros* plures. In Mſ. Bodl. Seld. Sup. 31. habentur nostri Roberti *Translatio cronicae Saracenorum*; cui praefigitur translatoris prologus ad Petrum Cluniacensem. Pr. pr. "Cum jubendi religio, parendique." Pr. cr. "In creationis suae "primordio." *Translatio Alcorani cum prologo praefixo.* Ad finem libri est haec nota: Illustri gloriosissimo viro Petro Cluniac. abbate praecipiente suus Angligena Rob. Retinensis librum istum transtulit A. D. MCXLIII. *Judicia Jacobi Alkindi astrologi ex translatione Roberti Anglici* A. D. MCCLXXII. Mſ. bibl. Ashmol. 6660. 6677. 6747. Mſ. Bodl. Digb. 91. *Commentarium in sphaeram* *Jo.*

Jo. de Sacro-bosco, A. MCCLXXII. Mſ. Bodl. Digby 48. Mſ. Bodl. C. 3. 15. Claruit A. MCXX. Cave. p. 655. A. MCXLIII. Bal. ii. 80. Obiit et ſepultus eſt Pampilonae A. MCXLIII. Pitſ. p. 210.

KETHUS [ROBERTUS] Scotus (Dempſt. 423.) frater comitis Martialis, abbas Deirenſis. Scripſit, *Ad clerum monitoria*, lib. i. *De primitiva eccleſiae apud Scotos ſanctitate*, lib. i. Obiit 12 Jun. MDLI, Lutetiae in aede Carmelitarum ſepultus. Dempſt. x. 785.

KEXBY [JOHANNES de] alias HAXBY, S. theol. profeſſor, cancellarius eccleſiae cathedr. Ebor. Compilavit *Collectanea et locos communes ex Auguſtino et aliis patribus*, Mſ. in bibl. coll. Univ. Oxon. O. 7. Ad finem: Iſta compilavit Kexby apud Odyngton [in comit. Gloceſtr. rectoriae enim ejus patronus eſt cancellarius eccleſ. Ebor.] *De textubus philoſophiae*. Ibid. Obiit 30 Maii MCCCCXXXII, et ſepultus in eccleſ. cathedr. Ebor.

KIARANUS, alias CIARANUS vel KERANUS, vulgo dictus *filius artificis*, coenobium conſtruxit Clonmacnoiſae, antiquitus Tipraic dictae, ad ripam Shenani fl. in occidentali Midia. Cui cum unicum duntaxat annum, (auctor *Vitae* ejus) vel, ut alii (*Annal. Tigern.*) habent annos circiter vii, praefuiſſet abbas, naturae debitum perſolvit 9 Septemb. anno gratiae DXLIX. aetatis ſuae 33. Scripſit *Regulam monaſticam*: quae in *Annalibus Ultonienſibus*, ad annum DCCXLIII. Lex Ciarani filii artificis appellatur. War. p. 10, 11.

KIARANUS alias Ciaranus de Belaigduin ſcripſit *Vitam S. Patricii*. Obiit A. DCCLXXVIII. War. p. 37.

KILDARE [MICHAEL] monachus vel frater Mendicans, ſcripſit Anglice *Carmen pium*. Pr. " Sweet Jeſu heud and fre." Mſ. Norwic. More 784.

S. KILIANUS patria Scotus ſive Hibernus (Dempſt. p. 407. 416, 417. Bal. par. poſt. 196.) ſecundum regulas ordinis monaſtici educatus, et ritibus eccleſiae Romanae circa paſcha, tonſuram, etc. imbutus, relicta patria in Angliam, Galliam, et tandem Germaniam ſe contulit, ubi tot ab idolorum cultu ad fidem Chriſtianam convertit, ut Franconiae apoſtolus merito audiret. Poſtea Romam profectus, et circa A. DCLXXXVI a papa Benedicto ii in epiſcopum Herbipolenſem conſecratus eſt, quo reverſus Goſbertum praefectum reprehendit, quia Geilanam uxorem fratris ſui duxerat, et divortium ſuaſit. Hanc ob cauſam Geilanae opera, S. Kilianus et ſocii ejus, Colonatus ſc. et Thotnanus, occiſi ſunt A. DCLXXXIX. Scripſiſſe fertur, *Contra Arrianiſmum*, lib. i. *Contra peregrinos cultus*, lib. i. *Monita ad Goſbertum ſuper divortio cum fratris uxore*, lib. Geſnerus ex Math. Dreſſero meminit *Lecturae Kiliani ſuper mag. ſententiarum*, quam huic Scoto adſcribendam vult. Fr. Thin. *De ſcript. Scoticis*, p. 458. Colitur 8 Julii. Leſlaeus *De reb. geſt. Scot.* lib. iv. Kilianum claruiſſe refert tempore Ethfini regis, qui obiit A. DCCLXII. Vita S. Kiliani et ſociorum ejus per Egilwardum, ut Caniſio videtur, mon. S. Burchardi Herbipolenſis extat apud Caniſium tom. iv. p. ii. p. 625. et paſſio eorundem. Ibid. pag. 642. Extant etiam apud Meſſingham cum notis Nic. Serarii. Pariſ. MDCXXIV. f. p. 319. Etiam inter opuſcula Nic. Serarii Mogunt MDCXI. fol. Vide *Martyrologium* H. Rabani Mauri 8 Id. Jul. Dempſt. x. 755. Bal xiv. 23. War. p. 31.

KILIANUS alius ab Herbipolenſium apoſtolo, S. Livini ſocius, ex Scotia. Scripſit *Vitam et geſta Livini magiſtri*, lib. i. Ita Gotſelinus in *Vita S. Aug. Cant. Act. Bened. ſaec.* i. 529. et Bonifacius in *Vita S. Livini*. Ibid. *Saec.* ii. p. 450. Claruit A. DCXXXIII. Dempſt. x. 764.

KILIANUS tertius Scotus, a Wilhelmo rege ad papam miſſus orator, in itinere ſtudium Juris Caeſarei Bononiae reſuſcitavit; ſcripſit *Lecturas in Pandectas*, lib. i. Claruit A. MXC. Dempſt. x. 766.

KILMINGTONUS [a] [GALFRIDUS] ſive CHILMENDUNUS, ſtudio diſcendi conflagrans infinito, Maridunenſes Iſidis Vadi cultores coluit: inter quos cum philoſophiae, tum theologiae titulis clarus eo pervenit, ut primae theologorum claſſi, tanquam ſignifer, adſcriberetur [b]. Catalogus recenſens claros Maridunenſis collegii alumnos, egregiam Chilmenduni tum eruditioni, tum libris ab eo ſcriptis laudem attribuit [c]. Ex *Lelando*.

[a] Galfr. Kilmingtonus, Bal. x. 82. ex Lel. Pitſ. *Append.* p. 841. [b] Claruit tempore Edwardi ii. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. p. 87. Occurrit ſocius coll. Mert. circa ann. MCCXCVI. A. Wood. Mſ. Merton. [c] *Sophiſmata* ſophiſta ſcripſit, lib. i. Bal. Add. Mſ. Lel. Trin.

KILWARBY [ROBERTUS] ſive CHILUUARDEBIUS [a], non leviter jactis bonaram artium fundamentis, Pariſiorum academiam felicibus avibus petiit. Ubi poſt annos non admodum multos clarum per literas nomen conſecutus eſt, quod etiam, ut per virtutem continentis vitae clarius redderet, enitebatur. Erat id temporis *Praedicatorum* ſecta famoſa: illam igitur ſecutus, religioſiſſimae vitae exemplis effecit, ut tandem omnibus ſui ordinis collegiis, quae tum in Anglia erant, praeficeretur: quam provinciam cum jam undecim annis prudentiſſime gubernaſſet, contigit litem eſſe, mortuo Bonifacio Allobroge, Cantiorum archiepiſcopo, de novo antiſtite eligendo. Quare ad pontificem Romanum, Gregorium, niſi fallor, decimum, recta itum eſt. Ille non ignarus ſuam cauſam agere, monachorum neglecta aut contempta potius electione, ad veteres artes recurrit, et Chiluuardbium, qua de cauſa neſcio, niſi forte eum tanto munere oblato, ſibi et ſuis

[a] Robertus Kilwarby, patria Anglus. Primum Oxoniae, dein Pariſiis, ubi mag. art. evaſit, tandem in patriam reverſus, fratribus Dominicanis (non Minoribus, ut Cave et Godw.) ſe adjunxit, et rurſus Oxoniae aliquot annos in ſtudiis bonarum artium poſuit, et tandem gradu doctorali inſignitus.

quaeſtibus

quaeſtibus audientem eſſe voluerit [b]. Id quod veriſimile eſt: nam et poſtea in tanto apud Gregorium [c] honore fuit, ut ab illo vocatus ſit in Italiam, ibique Portuenſis epiſcopus factus, et rubro galero inſignitus [d]: ita tamen, ut idem Gregorius Joannem Pecchamum, Franciſcanum, hominem Anglum, qui tum Romae ſacras literas profitebatur, in locum Roberti apud Cantios archiepiſcopum ſubrogaverit. Vides hic, lector, quam ambierint Romani pontifices Cantianos epiſcopos perpetuo ſuos facere. Cauſa erat, ut ſuas pompas, quaeſtus, imperia etiam, ſi diis placet, in Anglia ſtrenue defenderent. Illud certe me latet, num Chilwardbius, ante acceptum in Anglia epiſcopatum, in Italia fuerit, num cum Romano familiaritatem contraxerit. Aliquid interveniſſe certe neceſſe eſt, quod Nicolaus tertius illum ad Portuenſis eccleſiae faſtigia ſubito extulerit. Sed quid fecit Robertus jam maximam dignitatem adeptus? Hoc plane memoria dignum fecit. Coenobiolum humile, et pro tempore conſarcitum, quod *Praedicatores* Londini non procul a ponte Oldeburnenſi habebant, alio traduxit, coëmptis ex Roberto, filio Gualteri, aliquot neglectis areis, ſed amplis, et ruinis caſtelli Baynardini adjacentibus; in quibus novum templum elegantis operis, et aedes magnificas poſuit [e]. Nunc ſupereſt, ut lectorem doceamus, quibus ingenii monimentis poſteritati ſe commendavit. Nam, quamvis in garrulorum ſophiſtarum inciderit ſaeculum, multa tamen ſcripſit, quae ne noſtro quidem tempore ſua laude indigna ſunt. Age igitur indicemus librorum, quos edidit, nomina: *De octo partibus orationis* [g]. *Quaeſtiones dialecticae. De tempore. De univerſali. De ortu, alias diviſione ſcientiarum* [h]: opus tum elegans, tum ingenioſum. *De conſcientia et ſyntereſi* [i]. *In ſententias* [k], quarum et *Tabulam* perſcripſit [l]. *In Ezekielem. In epiſtolas Pauli ad Romanos. In epiſtolas ad Corinthios* [m], *Capitula diverſorum originalium* [n]. *Commentarii in Porphyrium* [o]. *In praedicamenta* [p]. *In libr. peribermenias* [q]. *In libr. priorum* [r]. *In libr. poſteriorum* [s]. *In libr. elenchorum. In libros topicorum. In libros phyſicorum. In libros de coelo et mundo. In libros de generatione et corruptione. In libros de anima. In libr. meteororum. In libr. metaphyſicorum. In Boëtium* [t]. *Chronicon fani Albani* [u], in anno D. MCCLXXII hujus vitam et eruditionem breviter,

[b] Archiepiſcopus Cantuarienſis conſecratus eſt Febr. 26. MCCLXXII. Godw. [c] Nicolaum iii. Gregorius x eum in archiepiſcopum Cant. ſubſtituit, Nicolaus iii in cardinalem epiſcopum Portuenſem. Birchington.

[d] Titulo S. Rufinae, Cave. Pitſ. Cardinalis Portuenſis (non Oſtienſis, ut A. Wood) creatus A. D. MCCLXXVIII. Whart. *A. S.* tom. i. 116. [e] Aedem Praedicatoribus (non Franciſcanis, ut Godw.) conſtruxit Londini, alteram etiam Sariſbur. Godw. [g] *Sophiſtriam grammaticalem*, lib. i. Bal. Pitſ. *Tractatus grammaticalis ſuper Priſcianum de conſtructionibus*, lib. ii. Pr. "Ut dicit "Ariſtoteles in 2. de anima." Mſ. in colleg. Merton. Q. 3. 3. Art. i. 101. ii. 49. et Mſ. C. C. C. Oxon. 119. *Super Priſcianum minorem expoſit.* apud Boſt. Burienſem.

[h] *De ortu ſcientiarum*, lib. i. "Scientiarum alia eſt di-"vina, alia. Mſ. Bodl. Digb. 204. Mſ. colleg. Merton. "P. iv. 12. Licet primus homo quantum." Mſ. in bibl. Dounnenſis monaſt. in Flandria. Oxonii in bibl. Baliol. *De diviſione ſcientiarum*, lib i. "Scientiarum alia eſt di-"vina, alia." Mſ. in coll. Bal. "Cum ſecundum philo-"ſophum Ariſtotelem." [i] Lib. i. *Quaeſtiones de conſcientia*, lib. i. "Quia in habendo conſcientiam." Mſ. Oxon. in bibl. publ. Bodl. NE. D. 7. 9. [k] Lib. iv. *Sapientia aedificavit ſibi domum.* "In hiis libris attendi "poteſt." Mſ. Oxon. in coll. Merton. O. iii. 3.

[l] Pr. "Quod theologia eſt de rebus et ſignis," Mſ. in bibl. Baliol. ii. Mſ. Langb. In Mſ. Merton. O. i. 5. ſunt *Concordantiae a ven. et approbatiſſimo theologo magiſtro R. Kylwardebi, Cant. archiepiſcopo, prout dicitur, editae ad praeſto inveniend. quaſdam notabiliores ſentent. de quibus agitur in libro ſentent. Petri Lombardi.* [m] Lib. ii.

[n] Auguſtini, Ambroſii, Boetii, Yſidori, et Anſelmi (apud Boſton. Bur.) Lib. "Abimelech per ſomnum admonitus," apud Boſton Bur. num. 168. 1. 2. 119. 8. *Auguſtinus de nuptiis, et.* Mſ. in aula Pembr. Cantabr. Olim in bibl. monaſt. Syon. [o] Lib. i. [p] Lib. iii.

[q] Lib. ii. [r] Lib. ii. "Cum omni ſcientia ſit veri "inquiſitiva." Mſ. coll. Merton. Q. i. 12. ii. 5. Art.

[s] Lib. ii. [t] *Super librum diviſionum Boëtii*, apud Boſton. Bur. *Super librum Topicorum Boëtii.* Ibid. Praeter libros a Lelando ſupra recenſitos ſcripſiſſe fertur Chilwardbius. *In* vi *principia Gilberti*, lib. i. *Super Priſcianum minorem de proſodia ſive accentu*, lib. i. "Sicut ſcribitur "in primo poſteriorum." Mſ. Cantabr. in coll. S. Petri 32. 2. *De modo ſignificandi*, lib. i. "Quoniam in ante ex-"poſitis libris." Primus Chilwardeby liber *Conſtructionum* citatur in Joh. Leguardi *Decreto Apollinis*, Mſ colleg. Merton. Q. 3. 3. Art. *Super confeſſiones Auguſtini*, lib. i. "In primo libro confeſſionum." *Tabulas in S. Auguſtinum*, Mſ. Cantab. in coll. S. Petri 172. *Summaria cujuſlibet capituli operum S. Auguſtini*, Mſ. Ibid. et Mſ. 177. Et in coll. Gonv. et Caii G. xiii. *Concluſiones quorundam librorum B. Auguſtini ſecundum capitula eorundem, compilatae per Rob. Kilwardby, arch. Cant.* (Pr. "In libro "primo de doctrina Chriſtiana.") Mſ. Gonv. et Caii, G. 13. *De ſacramento altaris*, lib. i. *De differentia ſpiritus et animae*, lib. i. *De inſtantibus*, lib. i. *De diviſione entis*, lib i. *De relativis*, lib. i. *De natura relationis*, lib. i. cap. 35. "De praedicamento relationis quaerunt aliqui." Mſ. Langb. Oxon. in colleg. Baliol. ii. *De relationis praedicamento*, lib i. Haud dubie idem cum praecedente. *De rebus praedicabilibus*, lib. i. *Sophiſtriam logicalem*, lib. i. Mſ. Cantab. in bibl. publ. cod. 100. 2. *De doctrina Aquinatis*, lib. i. *De unitate formarum*, lib. i. *Parva naturalia*, lib. i. *Expoſitionem literae ſententiarum*, lib. i. *Quaeſtiones de conſcientia*, lib. i. *Originalia patrum*, lib. i. Addit. Bal. Mſ. Trin. Lel. *Diſtinctiones doctorum*, lib. i. *Commentarios theologiae*, lib. i. *Philoſophiae notulas*, lib. i. *Quodlibeta* quoque. *In paſſione Chriſti*, lib. i. "De paſ-"ſione Chriſti quanti te." Mſ. Cantabr. in coll. Corp. Chr. Miſc. K. 88. Annon ex tertio libro *In ſententias?* *In Donatum de vitioſis ſermonibus*, lib. i. Mſ. in coll. S. Petri Cantab. 32. 2. *Seriem errorum ab ipſo in Anglia condemnatorum.* Mſ. in bibl Dunenſis monaſterii in Flandria. Impr. . . . 4to. Extat in bibl. Bodl. C. 15. Th. 4°. L. 1. 9. Th. fol. Et 8°. L. 4. Th. *Errores in grammatica, logica, philoſophia, etc. condemnati apud Oxoniam, cum conſenſu magiſtrorum regentium et non regentium, an.* MCCLXXVI. Extat Mſ. in bibl. collegii Merton. P. iv. 18. Art. *Epiſtola ad archiepiſcopum Corinth. de articulis in gram. etc. condemnatis in Anglia Oxoniae.* Pr. "Scri-"pſiſti mihi nuper quod" *Quaeſtio de mendicitate.* Mſ. in coll. C. C. Cantabr. Miſc. K. 95. In bibl. Baliolenſi ii. extat tractatus philoſophicus (ἀνεπίγραφος) forte *De facultatibus animae, maxime de imaginativa*, in quo Auguſtinus ſaepiſſime citatur (Pr. "Cum in anima humana ſupra "ſenſum duplex ſit cognitiva.") autore, ut puto, Rob. Kilwardby. Ita Mſ. Langbain. p. 1. *In logicam et philoſophiam* ingens hujus auctoris volumen haberi dicitur Mſ. complectens 21 libros, Cantabrigiae in bibl. publ. Mſ. 100. 2. ubi titulus: Kilwarby in magno libri xxii. pertinentes ad logicam et philoſophiam. Item in coll S. Petri Mſ. 34. Ubi vocantur *Commentarius in organon Ariſtotelis*: et ſuper libros *Topicorum.* Pleraque ejus opera in Ariſtotelem haberi dicuntur Mſ. Oxonii in coll. Merton. Pitſ. Auctoris noſtri operum plurium mentio fit apud Albertum Venetum et Antonium Senenſem in *Bibliotheca ordinis praedicatorum.* In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. ſequentia auctoris noſtri ſcripta recitantur. *Declaratio et modificatio compoſitionis factae per Rob. de Kilwardby, archiepiſcopum Cantuar. et decanum ac capitulum S. Pauli London, de juriſdictione ſedis Londinenſis vacantis exercenda*, p. 26. ſeq.

breviter, at interim significanter, pingit. Vixit regnantibus in Anglia Henrico tertio, et Eduvardo ejus filio. Obiit [x] in Italia, et Viterbii sepultus fuit. Ex *Lelando*.

seq. *Constitutio ejus, quae alias dicitur praescriptio juramenti tam ab advocatis, quam procuratoribus curiae Cantuariensis praestandi*, p. 57. [w] Vide Lel. *Coll* ii. p. 364.
[x] Obiit 3 id. Sept. MCCLXXVIII. et Viterbii in ecclesia Praedicatorum sepultus. Vide plura de Roberto hoc apud Bal. iv. 46. Pitf. p. 357. seqq. Godw. p. 136. Cave. 735. A. Wood, *Hist. et Ant. Oxon.* i. 64.

KILWINUS anonymus (Dempst. pag. 423.) coenobii sui prior ordinis S. Benedicti. Scripsit *Pro Alfonsi tabulis contra Fr. Jacobum de Kelso*, lib. i. *Nova musica ex Platone*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXXV. Dempst. x. 784.

S. KINEARDUS (Dempst. 414.) Scotus in Gallias cum Alcuino trajecit, ubi monachus, abbas et notarius Caroli M. evasit. Scripsit, *Vitam Caroli M.* lib. i. *Epistolas*, lib. i. *De translatione et miraculis SS. Marcellini et Petri*, lib. i. Extat apud Surium tom. vii. 2 Junii. *Monita Gabrielis archangeli* xii *capitulis comprehensa*, lib. i. Claruit A. DCCCI. Dempst. x. 763.

S. KINEDUS (Dempst. 420.) abbas Scotus, sed contemplationi deditus apud Wallos secessit, ubi eremiticam egit vitam. Scripsit, *Ad Wallos*, lib. i. *Preces pias*, lib. i. Claruit A. DCLXXXIV. Colitur 22 Januar. Dempst. x. 775.

KING [JACOBUS] Dubliniae natus, ibique a ludimagistro optimo, Patricio Cusack, literis grammaticalibus imbutus, inde ad academiam Cantabrigiensem missus. Scripsit, *Carmina in laudem Henrici Sidnaei. Diversa epigrammata.* Obiit immaturus Cantabrigiae A. D. MDLXIX. Stanihurst.

KINGE [ROBERTUS] S. theologiae doctor; regnante Maria in exilium religionis causa pulsus. *Catal.* praef. Cranmero *De sacramentis*. Lat. Emdae. Scripsit *A Sermon prepared to be preached at Chelsy at the funeral of a lady, then almost dead, but afterward recovered.* Pr. pr. "As "I looked among papers of mine." Lond. MDLII 24to.

KINGESHAM [GULIELMUS] KINGUSHOME sive KINGSTON Dominicanus, Cantabrigiensis academiae alumnus. Scripsit, secundum Baleum et Pitseum, *Lecturam super Ecclesiasticum*, lib. i. Pr. "Omnis sapientia a Domino Deo est." Mf. bibl. reg. Westmonast. 2. D. iv. 2. 2. F. vii. 4. 3. A. xiv. In cujus Mf. fine dicitur, quod septem tantum capita *Ecclesiastici* absolvit; morte autem praeventus reliquum non complevit. *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de sanctis*, lib. i. Claruit A. D. MCCLXII. Bal. v. 47. Pitf. 344.

KINGSMILL [ANDREAS] filius Johannis de Sidmanton in agro Hantoniensi: ex collegio Corporis Christi Oxon. in socium coll. Omnium Animarum cooptatus est A. D. MDLVIII, ubi ad studium juris Caesarei se totum convertebat, in quo magnos brevi progressus fecit, et juris baccalaureatu insignitus est anno MDLXII. Vir fuit linguarum Graecae et Latinae peritissimus, memoria firmissima praeditus, et in Sacris Scripturis, rebusque theologicis exercitatissimus. Hebraicam etiam atque Syriacam linguam bene calluit, uti patet ex Tremellii *Grammatica* in musaeo clar. Tho. Tanneri, cujus margini quamplurimae notae Kingsmillii hujus adscriptae sunt. Puritanorum dogmatibus addictus Genevam, et post triennium Lausannam adiit, ubi diem obiit ultimum mense Septemb. A. D. MDLXIX, aetatis circiter 31. Scripsit, *A view of mans estate, wherein the great mercy of God in man's free justification is shewed (comfortably declared)* Lond. MDLXXIV. MDLXXVI. MDLXXX. 8vo. Princ. pr. "In the xiii of Mathew, Christ." Composuit auctor hunc tractatum, cum annum aetatis quasi xxii attigerat. *A godly advice touching marriage.* London. MDLXXX. 8vo. Princ. "Worshipfull. As I am not unmindfull." *An excellent and comfortable treatise for all such as are any manner of way either troubled in mind, or afflicted in body.* London. MDLXXVIII. 8vo. Pr. "Dear sister in our Lord and Saviour Jesus Christ." Item MDLXXVII. MDLXXXV. 8vo. *A godly and learned exhortation to bear patiently all afflictions for the gospel of Jesus Christ.* Princ. "If the world hate you, good brethren." Sed non videtur Millius hunc tractatum Kingsmillo ascribere, sed cuidam exuli tempore Mariae: ita praefat. ad edit. MDLXXVII. *A conference between a godly learned Christian, and an afflicted conscience concerning a conflict had with Satan.* Lond. MDLXXXV. 8vo. *A sermon on S. John.* iii. 16. Hos tres ultimos libros typis mandandos curavit post auctoris obitum Franciscus Mylles A. M. et collegii O. A. socius. *Resolutions concerning the sacraments.* A. Wood. in *Athenis* hunc et seqq. libellum in Burneti *Historia reform.* extare dicit. *Resolutions of some questions relating to bishops, priests, and deacons, and other matters relating to the reformation.* Ibid. *Athen. Oxon.* i. 160.

KINGSTHORP[a] [RICHARD.] sive REGIOSILVANUS, Saxonice CUNINGESTHORPE relicta patria, facundam celebravit Galliam, totus operi intentus literario. Quo tempore Agnellus Pisanus, novus Franciscanae cultor religionis, in Galliam venit. Hujus delectatus ille consuetudine, socium se Franciscanis jam seniculus presbyter adjunxit; et Cisalpinis evangelicam primus sui ordinis paupertatem praedicavit. Accessere ibidem ad numerum Richardus Devoniensis et Gulielmus Eschebius. Hi quatuor bonis in Britanniam avibus anno D. MCCXXIV pervenerunt, et sedem primam Londini in Frumentario monte sibi posuerunt; ut Thomas, Franciscanae

[a] Ricardus Kingsthorp. Mf. Lel. Trin. Bal. x. 63. (ex Lelando.) Pitf. *App.* p. 897. Ricardus de Ingeworth. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 67. quam videsis.

ſcriptor hiſtoriae, enarrat. Conjuncti eis poſtea Hugo Baldocus et Philippus concionatores. Eſchebius vero Iſidis Vadum petiit una cum Agnello, qui et ſcholam ibidem ſuis jam numero auctis poſuit. Ex *Lelando*.

KINNATILLUS rex Scotiae (Dempſter. 413.) ſcripſit *De regimine principum*, lib. i. Obiit A. DCCCLXXX. Dempſt. x. 762.

KINTON [JOHANNES] ſive KYNTON Minorita Oxonienſis, propter ſummam eruditionem electus S. theol. praelector in collegio S. Mariae Magdal. Mox S. theologiae profeſſor, et S. theol. publicus D. Margaretae profeſſor evaſit. Scripſit *Contra doctrinam Mart. Lutheri*, lib. i. Obiit 20 Januar. MDXXXV, et in capella collegii Dunelmenſis, nunc Trinitatis Oxon. humatus jacet. *Athen. Oxon*. i. 42.

KIRKETONUS [EDVARDUS] vel KIRTONUS ſcripſit *Breviarium ſermonum*. Mſ. Cantabr. in bibl. collegii S. Petri.

KIRKHAM [GUALTERUS de] fuit capellanus de Eſtrinton in eccl. Ebor. A. MCCXXV. Rotul. Gray. Occurrit perſona de Rudeby 12 Henr. iii. praeſentatus a rege 10 Octob. 13 Henr. iii ad decanatum S. Martini Lond. ex Rotul. turris Londin. et praebendarius eccleſiae Ebor. 17 Henr. iii. Ibid. Fuit clericus garderobae regis Henrici iii, et decanus Ebor. poſt Fulconem Baſſet, qui electus erat epiſcopus Londʼon MCCXLI. A. MCCXLIX ad epiſcopatum Dunelmenſem evectus. Et A. MCCLV ſynodum dioeceſanam coëgit, in qua edidit *Conſtitutiones*. Pr. "Cum ſit "ars artium regimen." Extant vol. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 704. ſeq. Obiit A. MCCLX apud Hoveden, et in eccleſia Dunelmenſi ſepultus jacet. Godwin. ii. p. 122. Whart. *Angl. Sacr*. vol. i. p. 738.

KITCHIN [JOHANNES] in hoſpitio juriſconſultorum Grayenſi London. juri municipali ſedulam dedit operam; fuit apprentice en le ley A. MDLXXXI. Scripſit, *Lecturas* XV *habitas in hoſpitio Gray*. A. D. MDLXIV. *in Statut*. 32 Henr. viii. cap. 28. Pr. "C'eſt ſtat. per le lettes" Mſ. Norwic. More 777. *Le court Leet et le court Baron—et les caſes et matters, etc*. Pr. ded. dom. Tho. Sackevile mil. "Pur ceo tres honorable." London. . . 2da editio fuit MDLXXXV. 12mo. Anglice Lond. MDCLII. *Returna brevium etc*. Pr. "Pleg. de proſequend." London. MDLXXXV. 12mo. 2 edit. Claruit apud hoſpit. Grayenſe A. MDLXXXV.

KLEBITIUS [GULIELMUS] eccleſiae peregrinorum Wigorniae paſtor tepmore Edwardi vi, ut videtur. Scripſit, *De buccella intincta quam comedit Judas*. London. MDCLX. *Demonſtrationem, quod omnis quaeſtio formata per quomodo, non ſit incredulitatis argumentum*; *et quod ille modus, quo Heſhuſius ſolvit omnem nodum, multorum haereticorum fuerit effugium*. Loſannae MDLXIII. 8vo. *Error Heſhuſianus de preſentia Judae in coena Domini*. Ibidem. *Epiſtolam Latinam Ditbelmo Blaurero, epiſcopi Londinenſis ſervo, contra veſtes*. Pr. "Praeteritis diebus explicavi mutum Zachariam; habui Lectiones de mutis magiſtris; et inter caeteros hanc propoſitionem etiam tractavi; evangelio magis convenire ſynaxim peragere ſine veſtibus illis pontificiis, quam illas uſurpare" —Dat. Wigorniae Dominica quarta Quadrageſimae. Inter *Epiſtolas martyrum* Mſs. Emanuel. Cantabr. fol. 60. *Epiſtolam M. Parkero* dat Wigorniae 20 Jul. A. MDLXII, in qua de Johanne Utenhovio et Petro Deleno queritur, quod librum ejus a Johanne Day impreſſum propter haereſin p. 46 praetenſam ſupprimi curaverint. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. ii. 237.

KNELL [THOMAS] clericus, verbi divini concionator, erat rector de Wareham dioec. Cant. MDLXIX, inſtitutus 6 Mart. MDLXX in rectoriam S. Nic. Acon. London. Newc. i. 505. A. MDLXXI. 21 Maii in vicariam de Hackney. Ibid. 620. Et eodem anno in vicar. S. Brigittae Lond. Fuit comitis Eſſexiae, dum in Hibernia morbo decumberet, capellanus menſe Sept. MDLXXVI. Scripſit, *Of the hurt done in divers parts of this realm by a terrible tempeſt* 20 Octob. MDLXX. Hollinſh. iii. 1222. *Epitaphium in mortem Walteri com. Eſſex*. Carm. Angl. Pr. "Is any heart "ſo hard." Mſ. inter collect. . . . Le Groſs. *An hiſtorical diſcourſe of the life and death of Dr. Story, who was juſtly executed* 2 Jun. MDLXXI. Pr. "Can nature hide and not diſcloſe." Engl. verſe. Lond. MDLXXI. 12mo.

KNELL [THOMAS] junior ſcripſit *A treatiſe of the uſe and abuſe of prayer*. Lond. MDLXXXI. 8vo. M. interl. Colcheſt.

KNIGHTON [a] [HENRICUS] ſive CNITIODUNUS ſolo Joannis Roſſi, Verovicani, teſtimonio mihi cognitus eſt. Quare quod ab illo didici, me non pigebit hic docere. Totum ſe dedicavit Knightodunus lectioni autorum, qui de rebus Anglicis ſcripſerunt; hoc conſilio, quod praeſtantius eſſe duxerit hiſtoriam ſuae gentis, qualicunque editam ſtylo, pernoſcere, quam alterius cujuſvis remotae nationis originem, ac fortia facta vel ab ipſis Liviis ſcripta. Sed poſtea quam in incepto pulchre proceſſiſſet opere, venit illi in mentem, ut recentiorum temporum res geſtas in ordinem redigeret. Itaque multa ſelegit ex libris, quos in conſilium vocavit, multa etiam privatim ex illis, quorum longo domi militiaeque claruerat experientia, didicit, ac poſteritati tanquam per manus tradidit [b]. Non poſſum aperte affirmare, à quo tempore hiſtoriae ſuae initium

[a] Henricus Knighton. Bale. Piſ. Cave. Canonicus ordinis S. Auguſtini in coenobio Leiceſtrenſi, unde Leiceſtrenſis cognominatur. Pat. 44 Edw. iii. p. 3. p. . 6 Nov. Rex ad requiſitionem abbatis de Leyceſtr. pardonat fratri Hen. de Knighton, canonico de Leyceſtr. ſectam pacis regis de eo quod ipſe receptavit fratrem Robert. de Killingworth, ordinis Minorum, et garcionem ejus felones regis.

[b] Scripſit *Chronicon de eventibus Angliae ab anno* DCCCCL. *ad* MCCCXCV. lib v. Horum primo res a Saxonicis regibus uſque ad A. D. MLXVI geſtas breviter percurrit; tres ſequentes,

tium ſumpſit: mea tamen conjectura eſt, à Gulielmo Magno exorſum fuiſſe. Illud liquido conſtat, quod hiſtoriam ſuam uſque ad imperium Richardi ſecundi perduxerit, cujus tempore Knightodunum floruiſſe [c] credibile quidem eſt. Ex *Lelando*.

quentes, qui ad annum uſque MCCCLXXVII pertingunt, ex Ranulphi Higdeni Ceſtrenſis *Polychronico* fere verbatim exſcripſit. Cave. *Hiſtoriam depoſitionis Ricardi* ii. lib. i. Extat utrumque opus inter *Scriptores decem hiſt. Anglicanae*, Lond. MDCLII. p. 2311. 2743. Cave.

[c] Claruit anno MCCCXCV. Cave. *App.* p. 70. A. MCCCLXXX. Bal. vi. 48 Pitſ. p. 523. Vide Hollinſh. iii. 419. 433.

KNOLLES [HENRICUS] filius natu maximus domini Franciſci Knolles; in primo aetatis flore fundamentis ſtudiorum liberalium a Tho. Robertſon in ſchola Magdalen. Oxon. initiatus, commenſaliſque ejuſdem collegii A. MDLII. factus, literis academicis operam dedit. In Germaniam, una cum patre temporibus Marianis fugit. Scripſit, *Novem diſticha in mortem Suffolcienſium fratrum*, quae inter *Oxonienſium carmina* primum habent locum. Lond. MDLII. 4to. *Tetraſtichon in Tho. Robertſoni opera* extat apud Pitſ. p. 732. *Francoforto-Anglorum ad ampliſſimum ſenatum Francoford. Orationem ſive gratiarum actionem in diſceſſu eorum poſt mortem reginae Mariae.* Pr. " Si quanta " eſt, patres conſcripti, in vobis." Francof. MDLIX. 4to. Obiit ſine prole; forte ante patrem, qui obiit A. MDLXXVI. Vide Laur. Humfr. *Vita Juelli*. p. 87. ſeq. vid. epiſt. dedic. Hieron. Zanchii Edmundo Grindallo praef. *Elohim*. Vide Zanch. *Miſcell.* lib. iii. p. 181. De quodam HENRICO KNOLLES contra Turcas cum Carolo v proficiſcente vide Gul. Malim praefat. in Challoner.

KNOLLIS [FRANCISCUS] filius Roberti apud Rotherfield Grays juxta Henleiam in agro Oxon. natus. Abſolutis ſtudiis puerilibus ad altiora tendens literis academicis operam dedit Oxonii in collegio S. Mariae Magdal. Harum curriculo ingenti cum laude ſua exacto ſatelles honorarius regi Henrico viii (34 Henr. viii.) factus eſt; aſt religionis reformatae fautor, temporibus Marianis ſolum vertit, et in Germaniam profectus eſt. Rerum vero ſumma potita Elizabetha in patriam reverſus, ad ſanctiora conſilia ab ea cooptatus familiae regiae vicecamerarius factus fuit. A. MDLXVI ab academia Oxonii creabatur magiſter artium, et urbis Oxon. ſeneſchallus, a regina autem haud diu poſt regiorum bipenniferorum dux, et mox privatae camerae theſaurarius. Regina Elizabathe eum miſit ad conducendam Mariam reginam Scotiae Carleolum, cum in Angliam aufugiſſet A. MDLXVIII. Heylin, *Hiſt. Preſbyt.* p. 201. Et cum eſſet regiae familiae theſaurarius, multum partibus puritanorum faviſſe dicitur. Ibid. p. 251. Tandem nobiliſſimi ordinis Periſcelidis eques creatus fuit. Scripſit, *A treatiſſe againſt thi uſurpation of papal biſhops.* MDCVIII. 8vo. *A general ſurvey of the iſle of Wight with all the caſtles and fortreſſes near adjoyning.* Mſ. in folio nuper in bibliotheca Arthuris comitis Angleſey. *Speeches ſpoken in parliament, letters of State, etc.* Mſs. [fragmentum epiſtolae ad M. Parker datae menſe Octobr. MDLIX. Strype in *Vita Parker* 46.] Fatis conceſſit A. MDXCVI, et apud Rotherfield Grays, ut videtur, humatus jacet. *Athen. Oxon.* tom. i. 285.

KNOX [JOHANNES] natus apud Gifford juxta Hadington in agro Lothien. A. MDV in academia Santandreana in ſtudiis philoſophicis magiſtrum habuit Johannem Majorem (Verheiden. p. 92.) A. MDXLVII electus unus praedicatorum Edinburgenſium; cum autem Galli caſtrum Edinburg. occupaſſent, ipſe captivus ad remos damnatus fuit; pace inita a vinculis liberatus fuit. A. MDL. (Heylin. *Hiſt. Preſbyt.*) tempore regis Edw. vi in Angliam fugit, et primo Borcowici, dein in Novocaſtello, et tandem Londoniae ſacra officia peragebat, a rege unus itinerantium praedicatorum conſtitutus (Strype in *Vita Parker*. p. 366.) aſt epiſcopatum a rege oblatum reſpuit (Verheiden. l. c.) Poſt regis optimi mortem Angliae valedixit, et aliquandiu Dieppae in Gallia vixit (Strype *Eliz.* p. 121.) atque ſedem fixit primum Francofurti, poſtea Genevae; ubi unus editorum Bibliorum fuit (Strype in *Vita Parker*. 205.) A. MDLIX in patriam vocatus, reformationem eccleſiae pro virili promovebat, paſtoris Edinburgenſis dignitate et officio gaudens. Scripſit Anglice *A letter to all the faithful within the realm of England.* Pr. " Having no leſs " deſire to comfort." Rome MDLIV. 8vo. Ad finem *Hiſt. reform.* Lond. MDCXLIV. *Epiſtolam ad Mariam reginam regentem Scotiae.* Pr. " The cauſe which moved." Ibid. Genev. MDLVIII. 4to. *The firſt blaſt againſt the monſtrous regiment and empire of women.* Pr. " Wonder " it is, that amongeſt ſo." MDLVIII. 8vo. Auctorem ſe hujus tractatus agnovit in epiſtola ad Cecilium. (Strype *Eliz.* p. 122.) Duos alios hujus tituli tractatus parabat, quorum ſecundi contenta ex Gilby *Admonitione* extant l. c. p. 123. *His appellation from the ſentence paſſed upon him by the biſhops and clergy of Scotland.* Pr. " Is it not only the love." London. MDXLIV. ad finem *Hiſt reform.* Genev. MDLVIII. 8vo. *Admonitionem ad plebem Scoticanam.* Pr. " What I " have required of." Ad finem *Hiſt. reform.* Lond. MDCXLIV. *Conciones varias. In Geneſin* (Verheiden. p. 93.) Alia habita 19 Aug. MDLXV. in *Eſa.* xxvi. 13, 14. etc. Pr. " As the cun" ning mariner." Ad finem *Hiſt. reform.* London. MDCXLIV. Et . . . MDLXVI. 8vo. Alia *de tentatione Chriſti in Matth.* iv. 1—4. Lond. MDLXXXIII. 12mo. Edinb. MDLXXXIII. 8vo. *Hiſtory of the reformation of the church of Scotland, from* A. MCCCCXXII *to* MDLXVII in v books. " In the records of Glaſgow is." London. MDCXLIV. fol. 2da editio. Cui additur *Vita* ejus per Dav. Buchan. conſcripta. Editio prima fuit tempore reginae Elizabethae 8vo. Omnia quae adhuc vidi exemplaria principio et fine carent, et deſinunt vel pag. 480, vel 560. Impr. per Vautrollier. Spotſwood *Hiſt.* p. 267. Knoxum hujus *Hiſtoriae* auctorem non eſſe probare conatur ex eo, quod in hac *Hiſtoria*, Foxi *Acta et Monumenta* ſaepius citantur, quae in lucem decimo demum poſt Knoxi obitum anno edita ſunt. Sed argumentum hoc falſiſſimum eſt, quia

duae vel tres editiones Foxi extabant ante A. MDLXXII, quo anno obiit Knoxus. *Epistolam ad fideles Londini, in Novo Castro, etc. infra regnum Angliae declarantem, mortem Edwardi* vi *contigisse propter illorum et aliorum peccata*. Pr. " When I remember the fearthful." Romae ante Castrum S. Angeli Julii. MDLIV. 12mo. *Admonitionem ad fideles, etc. ut Dei vindicias tum in praesenti tum in futuro seculo evitent*. Witeberg. MDLIII. 8vo. MDLIV. 12mo. *The copie of an epistle sent to the inhabitants of Newcastle and Berwicke*. Genev. MDLIX 16mo. *An answer to an anabaptist's cavillation, against predestination*. Pr. " Amongst the manifold blessings wherewith." Anno MDLX forsan Genevae. per Joh. Crespin. Et Lond. MDXCI. 8vo. *Confession and declaration of prayers made by Joh. Knox*. MDLXXX. *A fort for the afflicted, or an exposition on the* vith *psalm*. Pr. pr. ad matrem. " The desire that I have." Edit. per Abr. Fleming. Lond. MDLXXX. 8vo. Sub fine additur *A comfortable epistle sent to the afflicted church of Christ, etc*. Pr. " Pass " through, etc. When I ponder with." *Exposition on Daniel*. Malburg. MDXXIX. 8vo. *Epistolas*. i. ad coetum infra Castellum S. Andreae ante confessionem fidei per Henr. Balnaves. Pr. " Blessed be God." Edinb. MDLXXXIV. 8vo. 1. Ad Ann. Lock. MDLIX. Strype *Eliz*. 121. 1. Ad Joh. Fox. Ibid. p. 127. 1. Ad reginam Elizabetham Jul. MDLIX. Ibid. 123. *Formam et doctrinam generalis jejunii* scripsisse dicitur sub nomine superintendentium et pastorum ecclesiae reform. Scotiae, editam 25 Dec. MDLXV. Pr. " The present troubles being somewhat." Edinb. MDLXXIV. 12mo. Ad finem extat brevis admonitio lectori. Pr. " Albeit that nether such;" cui subjunxit Knoxus jussu coetus *A confession and declaration of prayers on the death of K. Edw.* vi. Pr. " Unto the small and dispersed." Romae MDLIV. 12mo. *Exhortationem ad fideles Scotiae missam* a superintendentibus 25 Dec. MDLXV. sed a Joh. Knoxo contextam. Pr. " The sorrowfull " complayntes of all ministers." . . . MDLXVI. 12mo. *Qualiter sit orandum* (Verheiden. p. 93.) *De fide eucharistiae*. Ibid. *Contra missam papisticam*. Ibid. *Doctrinale missaticum*. Ibid. Obiit 27 Novemb. MDLXXII, aetatis 67, et in coemeterio S. Aegidii Edinburg. sepultus jacet. *Vitam* ejus scriptis consignaverunt Thomas Smetonius et David Buchananus. Heylin. *Hist. Presbyt*. 206. Strype in *Vita Parker*. p. 366.

KOED [DAVID Y] poëta Cambro-Britannicus. Scripsit *Kywydha i Hopkin ab Thomas, etc.* Et *Cantica alia*, quae jam extant. Claruit A. D. MCCCCXL. Lhuyd. Davis.

KORTILA (Bal. par. post. 205. Dempst. p. 411.) Sextus e Scotorum natione episcopus Verdensis. Scripsit *Homilias de sanctis*, lib. i. Claruit A. DCCCXXVI. Dempst. x. 756. Bal. xiv. 37.

KRACH [NICOLAUS] KARCHE, CHRACHER, sive KRATZER, gente Germanus, patria Monacensis in ducatu Bavariae, in academiis Coloniae et Wittebergae in artibus liberalibus institutus in Angliam trajecit, ubi a Richardo Foxio fundatore collegii Corporis Christi Oxon. inter socios istius collegii cooptatus est 4 Julii A. MDXVII. Postea astronomiam jussu regis Henrici viii in academia Oxon. publice professus, et mox mathematices praelector ex institutione card. Wolsaei electus fuit. De eo in praefat. ad Guidonem Bonatum *De astronomia* edit. Basil. MDL habetur; " quod ita bonus et probus, ut majore quam mathematicorum fortuna sit dignus, et ita suae ar- " tis peritus, ut solus isthic artifex haberi debeat." Scripsit ad R. Henricum viii. rogatu Gul. Tyson cubicularii regis, *Canones Horopti*, lib. i. " Efflagitant a me." Ms. bibl. Bodl. NE. D. 2. 10. autoris, ut videtur, autographum. Et Ms. in bibl. C. C. C. Oxon. 152. Ad cujus finem extat haec notula. " Anno MDXX ego Nicolaus Kratzerus Bavarus, Monucensis natus, servus regis Henrici viii jussu illius praelegi Oxoniae *Astronomiam super sphaeram materialem* Johannis de Sacro Bosco, *compositionem astrolabii et geographiam* Ptolemaei." Et in principio de *Horologiis* ita: " In illo tempore erexi columnam sive cilindrum ante ecclesiam B. Mariae virginis cum lapicida " Willelmo Aest, servo regis. Eo tempore Lutherus fuit ab universitate condemnatus; cujus " testimonium ego Nic Cracerus in columna manu propria scripsi." *De compositione horologiorum*, lib. i. " Cum juxta Aristotelis sententiam." Ms. C. C. C. Oxon. 152. In quo praeter librum *De horologiis* sunt, 1. *Compositio et utilitates quadrantis*. Pr. " Canon primus de inveniendi circuli." 2. *De arte metrica sive mensurandi*. Pr. " Cum volueris scire." 3. *Compositio cylindri et aliorum instrumentorum mathematicorum*. 4. *Scripta plurima mathematica* per N. Kratz. ex veterato libro monast. ordinis Carthus. in Aurbach, duo milliaria a Vienna Austriae. Horologia fecit duo pulcherrima Oxoniae, unum in horto collegii Corporis Christi; alterum in coemeterio B. virginis meridionali, ambo usque hodie conspicienda. Claruit A. MDL. *Athen. Oxon*. i. 78. seq. *Hist. et Ant. Oxon*. i. 247. et ii. 35.

S. KUNDAKAR (Dempst. 416.) monachus Scotus et discipulus S. Bonifacii, et martyrii ejusdem socius. Scripsisse fertur *Instructionum ad Frisios* lib. i. Claruit A. DCCLV. Dempst. x. 765.

KYLINGTONUS [RICHARDUS] sive CHILLENDUNUS [a] ex numero Isiacorum Chillenvortho, ob nominis vicinitatem, ambit esse socius vel conjunctissimus. Neque interim agit mecum, ut ejus vitam fusa oratione posteritati commendem, contentus si vel significavero tantum, Aristote-

[a] Richardus Kylington Bal. Chillingtonus Pits. Kylmington. Whart. Kilmeton. *Hist. et Ant. Oxon*. i. 181. Rich. de Kylvington S. theol. prof, unus ambassiatorum ad tract. cum rege Franciae MCCCXXXIX. Rymer. *Foed*. v. 117. Kilwington fratribus Mendicantibus infensissimus, Ms. Bodl. NE. A. vi. 5. Chelmestonus, Pits. in Indice. S. theologiae doctor Oxoniensis, et clericus domesticus Ricardi de Bury, episcopo Dunelm. Whart. *A. S.* tom. i 766. Archi-

Aristotelicum fuisse, et *De generatione ac corruptione* [b], praeceptoris sui industriam alacriter secutum, scripsisse. Ex *Lelando*.

Archidiaconus Lond. MCCCL. Newc. i. 60. Et S. Pauli London decanus A. MCCCLV. [b] Lib. ii. Scripsit etiam *Pro Armachano contra fratres*, lib. i. "Quod dominus "archiepisc. Armach." *Contra Rogerum Conway*, lib. i. "Licet ex responsionibus mei Armachani." *Quaestiones theologiae*, lib. i. "Utrum Deus sit super omnia dilig." *Contra* [mendicationes fratrum otiosas. Add. Bal. Mſ. Trin.] *mendicitatem otiosam*, lib. i. *Sermones varios*, lib. i. *Sermo de adventu Domini*. Pr. "Erunt signa in sole, etc. "Charissimi in Christo Domino." Mſ. Bodl NE. A. vi. 5. in quo codice circa 70 extant *Sermones* anonymi; qui forte huic Richardo debentur. *Opuscula logica*, lib. i. Mſ. in coll. S. Petri Cantabr. Claruit A. MCCCLX, et obiit ante finem anni MCCCLXI, ac in ecclesia Paulina Lond. sepultus est. Bal. v. 95. Pitſ. p. 490. Whart. *Lond*. p. 221. *Hist. et ant. Oxon*. i. 131.

KYMER [GILBERTUS] medicinarum doctor, artium et philosophiae magister, in legibus baccalaureus, laicus praesentatus per Will. dominum Ferrers de Groby ad ecclesiam de Lutterworth 16 Dec. MCCCCXX, resign. MCCCCXXII. *Reg*. Flemyng. episc. Linc. A. MCCCCXXVII. 11 Julii collatus ad thesaurariatum Sarum. *Reg*. Sarum. Eodem anno MCCCCXXVII penult. Febr. Gilbertus Kymer M. D. thesaurarius Sarum ordinatur subdiaconus per Will. Lond. episc. Et A. MCCCCXXVIII. 29 Maii ordinatur presbyter per eundem. *Reg*. Gray, episc. Lond. A. MCCCCXXXIV. 11 Febr. institutus ad ecclesiam S. Martini in Vinetria Lond. ad praesentationem abbatis et conventus S. Petri Glocestr. Newcourt. i. 422. A. MCCCCXLVII fuit decanus de Wimborn-minster, thesaurar. Sarum, praebendarius Wellensis et Gillingham, necnon rector de Fordingbridge et cancellarius universitatis Oxon. Decanus Sarisburiensis factus A. MCCCCXLIX. 16 Junii. Medicus regius A. MCCCCLV. Rymer. *Foed*. xi. 366. Scripsit ad Humfredum ducem Glocestr. *Diaetarium de sanitatis custodia*. cap. 26. Pr. ded. "Cum per Galyeni sententiam." Mſ. penes doct. Hans Sloane 27. Duo capitula, et titulos caeterorum edidit Hearn. in *Append*. ad *Lib. Nig. Scacc*. p. 550. Hocce Diaetarium contexuit Kymer A. D. MCCCCXXIV, ut Hearn. notat in *Praefat*. p. 34. non ut in codice Mſ. MCCCCIV. Obiit MCCCCLXIII. 16 Maii. Whart. Mſ. R. 117. *Regist*. Beauchamp. in bibl. Lambeth. Lit. Patent. 15 Edw. iv. Licentia ad Cantariam fundandam ad altare S. reliquiarum in ecclesia Sarum juxta testamentum Gilb. Kymer, nuper decani, ubi corpus ejus humatum existit. In fenestris bibliothecae Sarum ecclesiae; in imaginem doctoris Kymer medici quondam cancellarii Oxon. et postea decani Sarum;

O sancti medici, medico mihi forte juvamen.
Ut summus medicus mentis mihi det medicamen,
Quo sine fine salute poli post perfruar. Amen.

Vide *Hist. et Antiq. Oxon*. ii. p. 408.

KYNDHELU BRYDYDH MAUR, i. e. Condelovius insignis vates Cambro-Britannus. Scripsit sermone vernaculo, Aruyrein ir Argluydh Rhys. Guelygordhe Pouys. Marunad Madog ab Mredydh ab Bledhyn ab Kynvyn. Guelygordhe a Breïnve Pouys. Rhiengerdh Eva Verχ Vadog ab Mredydh. Marunad Ririd Vlaidh. Dadoluχ Rhys ab Gryffydh. Kany Dhyu. Kany Dyssylio sant. Mſſ. extant in bibliotheca Hengurtiana. Claruisse dicitur circa A. D. MCLX, Lhuyd. MCCL, Davis.

KYNGOGIO ELAETH. Poëta antiquus Cambro-Britannicus. Scripsit inter alia *Englynion y bedhe*, i. e. Carmen de sepulchris nobilium seculi sexti, etc. Mſ. extat in bibliothecis Cambro-Britannicis. Lhuyd.

KYNGISTON [JACOBUS de] ordinis Praedicatorum scripsit, *Compotum manuale. Algorismum. De resolutionibus numerorum*. Mſs. olim in bibl. Sion. Mſ. Catal. bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. O. 16.

KYNGSTONE [JOHANNES] typographus Londinensis, edidit, correxit, demumque auxit *Fabiani chronicon continuatione a principio regni regis Henr*. vii. *ad* A. D. MDLIX. Pr. continuat. "Henry the seventh of that name." Lond. MDLIX. fol.

KYNRIG AB DAVYDH GOχ. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCXX. Lhuyd. Davis.

Y KYU Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

KYNTRE [PETRUS] sacerdos Scotus, in Italiam peregrinans ob doctrinam et pietatem P. Gregorio x innotuit, cui familiarissimus erat. Scripsit *Laudes, acta, vitam et mortem Gregorii* x. lib i. Claruit A. MCCLXXV. Dempst. x. 780.

KYNWELMERSH [FRANCISCUS] Poëta Anglus. *Octo carmina* ejus extant in libro Rich. Edwards *The paradise of dainty devises*, printed A. MDLXXVIII. 4to. by Henr. D'isle. *Athen. Oxon*. tom. i. p. 152.

L A C

LACY [EDMUNDUS] Ex libris a rege Henrico collegio Omnium Animarum Oxon. datis (Mſ. Cart. Rymer) *Liber de quadruplici ſenſu S. Scripturae compilatus per mag. Edmundum Lacy.* Secundo fol. " Ebrios in flumine." Quaere an hic fuerit epiſcopus Herefordenſis tempore regis Henrici v.

LACY [JOHANNES] Oxonii literarum ſtudiis incubuit. Scripſit proſa, vetere Anglico charactere, *Teſtamentum Gul. Buck.* Lond. . . . 4to. Claruit tempore Phil. et Mariae. *Athen. Oxon.* i. 104.

LAFFORD [GULIELMUS de] ſcripſit *Omeliam de muliere Cananaea.* Pr. ded. cuidam praeſuli. " Licet a primo die, quo." Mſ. Lambeth. 164. 4to.

LAGHAMON filius Leovenadi, preſbyter Anglus, ſcripſit *Hiſtoriam Britonum a Bruto ad Cadwalladrum, vetuſta lingua Anglicana ſive Saxonica, literis tamen Latinis.* Pr. pr. " An preoſt wes " on leoden Laȝamon was hoten. He was Leovenades ſone, libere bun beo ðrihten, he wonede " at Ernleȝe ; at adelen are chirethen uppen Sevarne ſtape thel ther him þuhte on feſt Radeſtone " þer he bock radde." Mſ. Cotton. Calig. A. ix. Vixit apud Ernleghe ſuper Sabrinam poſt tempora Walteri de Mapes, aut circa ea tempora cum illius meminerit in *Praefatione.* Ita Ric. Jameſius nota praef. cod Cotton.

LAINGAEUS [JACOBUS] (Dempſt. 438.) natus in Achterles, Pariſiis educatus, ubi S. theol. doctor, et ſocius Sorbonicus evaſit. Scripſit, *In magiſtrum ſententiarum*, lib. iv. *In univerſam Ariſtotelis philoſophiam commentarium. Quodlibeta Sorbonica*, lib. i. *De vita, moribus, ac rebus geſtis haereticorum noſtri temporis*, lib. i. Pariſ. MDLXXXI. 8vo. Germanice Ingolſtad. MDLXXXII. Obiit anno aetatis 93, Chriſti MDXCIV, et in ſacello Sorbonico humatus jacet. Dempſter. xi. 813.

LAKINGHITH [JOHANNES de] monachus Burienſis, et cuſtos baroniae abbatiae S. Edmundi. Tho. Walſingham. Scripſit *Hiſtoriam abbatiae Burienſis.* Citat. a Whart. *Angl. Sacr.* i. 635. Quaedam de abbatibus Burienſibus extant *Monaſt. Anglic.* vol. i. 295. *Kalendare maneriorum, terrarum, etc. ad monaſterium S. Edmundi Burienſis ſpectantium compoſitum ex regiſtris variis per Fr. Joh. de Lakingheth.* Pr. pr. " Quoniam monaſterio noſtro praedonibus et igne de- " ſtructo." Poſt *Calendarium* continet *Hiſtoriolam abbatum, etc.* Mſ. Stillingfl. 123. Apographum pulchrum penes dom. Rob. Bacon baronet. nuper de Redgrave in com. Suffolc.

LAMB [GULIELMUS] natus, ut videtur, apud Sutton Valence ; muſicae in capella regia Henr. viii. magiſter ; civis Londinenſis, ob liberalitatem erga pauperes inſignis. Extat ſub ejus nomine *Liber precum* ; cui titulus : *The conduit of comfort.* Obiit 21 April. MDLXXX, aetatis 85, et in eccleſia S. Fidis humatus jacet. Acta ejus per Abrah. Fleming. Stow. p. Dugdal. *Hiſt. Paul.* epitaph. carmine Anglico. p. 121.

LAMBARD [GULIELMUS] filius Johannis Lambard, aldermanni et vicecomitis London. patria Cantianus linguam Armenicam intellexit, in hoſpitio juriſconſultorum Lincoln. juri municipali operam dedit, cujus et antiquitatum peritiſſimus evaſit. Noſocomium Grenowici fundabat A. MDLXXXVII. Et unus e vicariis theſaurarii in officio alienationum A. MDXC erat. Scripſit et collegit *The hiſtory and cuſtomes of Kent :* ad Thomam Wotton armig. Angl. Pr. " It is the " manner, right worſhipfull." Lond. MDLXXVI. MDXCVI. 4to. *Verſionem et notas ad antiquas leges Anglorum et Saxonum.* Lond. MDLXVIII. 4to. Cantabr. MDCXLIV. fol. *Eirenarcham, or the office of juſtices of peace*, lib. iv. Lond. MDLXXXI. 4to. Angl. Lond. MDCII. MDCXIX. 8vo. In ultima editione multa addita ſunt manu aliena, quorum auctor regnante Jacobo floruit. *Duties and offices of conſtables, borſholders, tythingmen, etc. and of church-miniſters, churchwardens, etc.* Pr. " Underſtanding by ſundry friends." Angl. Lond. MDLXXXII. MDXCIV. 12mo. MDCII. 8vo. Item per Guil. Brown, Lond. MDCXXXI. et MDCLXXVII. 8vo. *Archion ; or a comment on the high courts of juſtice of England*, ded. dom. Rob. Cecil. " Albeit, right honourable Sir, that " my bounden." Angl. Lond. MDCXXXV. 8vo. *Commentarium de nominibus modernis et ſincere Saxonicis, Latinis et Britannicis civitatum, montium, etc.* Mſ. olim penes D. Henr. Savile. *Epiſt.* Camden. p. 3. Extat typis impreſſ. Londini MDCCXXX. 4to. *Epiſtolam ad Cl. Camdenum.* Ibid. p. 28. *A diſcourſe of the office of compoſitions for alienations.* Pr. " All the finances or revenues " of the." Mſ. writ. MDXC. Mſ. Norwicen. More 438. In Mſ. Norwicen. More 562 are *Cauſes in chancery, gathered by Sir Geo. Cary, out of the labors of Mr. Will. Lambert* MDCI. *A calendar of the bible.* Strype in *Vita Parker.* p. 533. Claruit A. 43 Elizabethae. Dugdal. *Orig. juridic.* 202. 268. Videtur mortuus fuiſſe A. MDCI. Vide Stow. *Lond.* p. 311.

LAMBERT [JOHANNES] alias NICOLLS (Nicolſon, Fox) patria Norfolcienſis (Norwicenſis) fuit Cantabr. academiae alumnus et linguarum Latinae et Graecae peritiſſimus et preſbyter eccleſiae Romanae vocatus Sir John Nicolls. Bale. A Bilnaeo et Arturo ejuſdem academiae ſcholaribus ad reformatorum dogmata converſus Londoniae degit, et A. MDXXXIII in erudiendis pue-

ris

ris operam collocavit. Postea patriam linquere coactus mercatoribus Anglis Antverpiae degentibus a sacris erat, ubi insidiis dom. Tho. Mori captus Londinum captivus ferebatur, et in manerio archiepiscopatus de Otteford incarcerabatur, unde liberatus a Cranmero. Edidit Anglice, *De veritate eucharistiae*, lib. i. "Dum afflictus in carcere pauper." Mſ. A. Wood Glyn. *Argumenta pro eadem*, lib. i. "Indigne Christus edi non potest." (Magna hujus pars extat apud Fox. 1125. *Locos communes Scripturarum*, lib. i. *Responsa ad 45 articulos archiepiscopi Warhami*. Pr. "Un" to your first demaund." Extat apud Fox. a p. 1102. ad 1120. Transtulit ex Lat. in Angl. *Opuscula varia Erasmi et aliorum*. Ita Joh. Bal. in Pontio Pontelabo. f. 42. Ad mortem damnatus vivus Londini crematus est, A. D. MDXXXVIII. Bal. ix. 26. Fox. 1101. etc.

LAMBERD [JOHANNES] minister ecclesiae de Elham sive Eltham. Scripsit *De praedestinatione et electione*. Pr. pr. "O most dere reader: mine intent." Impr. Canterbury MDL. 12mo.

LAMBORN [REGINALDUS] primo collegii Merton. Oxon. socius, dein monachus Eynshamensis et tandem ordinis S. Francisci frater. A. Wood. Mſ. Merton. Mſ. Cotton. Vitell. F. xii. Sacrae theologiae doctor. Ibid. [Fr. Regin. de Lamborn, S. theol. professor occurrit monachus ordinis S. Bened. in monasterio S. Mariae Ebor. A. D. MCCCLXXVI. *Regist*. S. Albani. Mſ. Norwic. More 59. f. 73.] Johannis Aschenden vel Gulielmi Reade, celeberrimorum astronomorum discipulus, ut videtur, ad quem alterutrum scripsit, *Prognostica de annis* MCCCLXVIII. MCCCLXIX. MCCCLXX. MCCCLXXIV. Pr. "Reverendissime Domine." Mſ. Bodl. Digby. 176. *Prognosticon de eclipsi* An. MCCCLXIII. ad Domin. Joh. Lundon. Ibid. Br. Twyn. in princ. A. Wood. Mſ. P. Claruit A. MCCCLXIII. Obiit Northamtoniae. Mſ. Cotton. Vitellius, F. xii.

LAMFRIDUS [a], monachus veteris coenobii Ventae Simenorum eruditus, idemque pius fuit. Eruditionis non infima laus est, quod a suis appellatur *Doctor eximius*. Pietatis autem vel hoc liquidum argumentum est, quod, neglectis terrenis, coelestia sit secutus. Tempore quo [b] Lambertus effloruit, virtus Suithuni, episcopi Ventani mortui, per miracula multa claruit; quae, ne aliquando malignum obscuraret silentium, scripsit de eisdem [c] librum [d] dignum et doctorum et bonorum auribus. Colligo floruisse [e] eum extremis temporibus Saxonum in Britannia regnantium. Ex *Lelando*.

[a] Lamfridus. Balc. Pitſ. Lantfredus monachus Wintoniensis. Whart. locis ut infra. [b] Quo Lamfridus (in alio exemplari Lambertus) Mſ. Lelandi Trin.

[c] *De miraculis Swithuni* solum scripsit, uti ex Lelando colligi potest; Baleus tamen et Pitseus *De ejus vita*, lib. i. addunt. [d] Extat olim hic liber in bibl. Baronis Lumleiani, Pitſ. nunc in eximiae antiquitatis atque pulchritudinis codice Cotton. Nero. E. 1. habetur. Extat etiam in bibl. regia Westmon. Mſ. 15. C. vii. Pr. dd. "Licet carissimi," etc. Prior pars prosa, posterior carmine Lat. scripta est. Agit autem solummodo (inquit Whartonus) de miraculis post obitum Swithuni patratis; de rebus enim a Swithuno vivente gestis se perparum scire Lantfredus fatetur. Inter alios libros Saxonica lingua scriptos, quos penes se extitisse Jocelinus refert, memoratur *De positio Swithuni per Lantfredum*. Commentarium itaque Lantfredi, saltem partem ejus nonnullam, ab alio Saxonice versam esse conjicio. Extat *Lantfredi epistola praemissa historiae de miraculis Swithini*. Pr. "Dilectissimis fratribus Wintoniae commo" rantibus, etc. Licet carissimi et affabiles." A. Cl. Whartono *Angl. Sacr*. tom. i. p. 322. ex epistolarum libro vetustissima manu Semisaxonica exarato in bibl. Cotton. Vespasian. A. 14. edita. Haec epistola etiam extat in Mſ. antiq. inter epistolas Alcuini Mſ. Cott. Tiberius A. xv.

[e] Claruit Lamfridus anno DCCCCLXXX. Bal. ii. 37. Pitſ. 178. Wharton. praef. ad tom. i. *Angl. Sacr*. p. xxix. Cave. ii. p. 321.

LAMPSONIUS [DOMINICUS] vir doctus, scriba et famulus D. Reginaldi Poli cardinalis, post cujus obitum Cecilius moram ejus in Anglia conatus est, sed religionis gratia ad Brugam patriam suam rediit, postea secretarius episcopo Leodiensi. Vide Valerii Andr. *Bibl. Belg*. p. 194. Meminit in epistola ad Cecilium MDLXV Julii 4 tractatum ab eo scriptum esse *De componendo ecclesiae schismate*. Vide Strype, in *Vita Elizab*. p. 464.

LANDELIS [GEORGIUS] Scotus, juris civilis doctor et professor Bononiensis. Scripsit, *Volumen legum*, lib. i. *Lecturas juristarum*, lib. i. *Artium nexus*, lib. i. Rediit in patriam A. MCCXCI, et sepultus est Sconae. Dempster. xi. 808.

LANDER [ROBERTUS] natione Scotus, frater ordinis S. Trinit. de redemptione captivorum. Scripsit *De viris ejusdem ordinis illustribus*. Claruit A. MCCCCXX. Nic. Anton. *Bibl. vet. Hisp*. lib. viii. p. 66.

LANFRANCUS Longobardus gente, patria Papiensis, in academia Parisiensi literis operam dedit circa A. MXXXVIII, deinde Abrincas et tandem ad coenobium Beccense se contulit, ubi monachus factus, "homo qui nesciret agresti opere victum quaerere, publicas scholas de dialectica" professus est, ut egestatem monasterii scholarum liberalitate temperaret." Gul. Malmsb. *De gest. pont*. lib. i. Dein Gulielmo postea i. regi Angliae a sacris domesticis, sui coenobii prior et abbas primus monasterii Cadomensis. "Omnium liberalium artium et divinarum Scripturarum et secula" rium literarum scientia peritissimus." Birchington. A. MLXX electus est archiepis. Cantuar. annuentibus rege, papa et monachis Cantuariensibus. Hic sedit XIX annos populo, regi, et ecclesiae charus. Vid. Robert. de Monte in *Append. ad Sigebertum*, p. 729. Parif. MDCLI. fol. Scripsit vir doctissimus *Commentarium in omnes epistolas D. Pauli*, lib. xiv. "Primum quaeritur quare post" Evangelia." Commentarium comitatur *Glossa epistolarum interlinearis*, ubi Lanfrancus textum continuo emendat, quae tamen a Dacherio multis in locis mutatur, multis subticetur. Aliud opus in epistolas (nondum repertum) scripsisse Lanfrancum indigitare videntur loca quaedam a Lambardo citata, quae in his commentariis non inveniuntur. Cave. In Mſ. bibl. reg. Westm. 4. B. iv. 1. sunt *S. Pauli epistolae cum glossis Lanfranci*, et Augustini in tres priores. Pr. Lanfr. in Rom.

" Epiſtola haec prima ponitur propter honorem." Gloſſae deſinunt in pr. epiſt. ad Galatas. *Cantica canticorum cum commentario Lanfranci* et Auguſtini, Mſ. in bibl. reg. Weſtm. 4. B. iv. 2. *Apocalypſin cum eorundem commentario*, Mſ. Ibid. 3. *Annotatiunculas in nonnullas Caſſiani collationes patrum.* Pr. " Angeli, caeterique ſpiritus, ſicut." *Decreta pro ordine S. Benedicti, ſive ſtatuta monachis in Anglia Benedictinis praeſcripta*, a Clemente Reynero primum edita in apoſtolatu Benedictinorum Duaci MDCXXVI. Deinde accuratius ex Mſ. Dunelmenſi. in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 328. ſeqq. Ex iis nonnulla a conſarcinatore quodam congeſta eſſe cenſet Dacherius. Cave. Vid. Mſ. C. C. C. Cantabr. B. vii. Perſimilis argumenti ſequentes libros habet Baleus. *De caeremoniis monachorum*, lib. i. " Lanfrancus indignus S. Dorobernenſis." *In regulam monachorum*, lib. i. *Regulam ſui coenobii*, lib. i. *Conſuetudinarium eccleſiae*, lib. i. In matriculario etiam bibl. monaſt. Petriburgen. Y. v. occurrit liber Lanfranco forſan adjudicandus, cui titulus: *Sententia L. archiepiſcopi de libertate monachorum. Epiſtolas* lx. Pr. " Neſcio cui aptius calami-" tates." Harum plurimae evulgatae fuere a Dacherio, partim ex codicibus pervetuſtis biblioth. Cottonianae, et monaſterii S. Stephani Cadomenſis, partim ex *Lanfranci vita* et *Eadmeri hiſtoria* depromptae. Multae e Lanfranci literis perierunt: Nullae enim ante acceptas infulas ſcriptae extant. Cave. *Libellum de corpore et ſanguine Domini in euchariſtia contra Berengarium.* Pr. " Lanfrancus miſericordia, etc. Si divina pietas corde." Mſ. bibl. Bodl. NE. E. v. 5. et Mſ. Laud. H. 10. Extat inter μικροπρεσβυτικὸν. Baſil. MDL. fol. p. 525. Et tom. vi. *Bibl. patrum* Pariſ. MDCLIV. f. c. 189. Et Lovan. MDLI. 12mo. edit. cum aliis ejus argumenti ante per J. Coſterum. Et Mſ. in bibl. reg. Weſtmon. 5. A. xv. 3. et 5. F. xii. 1. et 7. C. viii. 2. Ex hoc libello effinxit Baleus *Dialogum contra Berengarium*, lib. i. " Lanf. miſericordia Dei." *De corpore et ſanguine Domini*, lib. i. " Noviter ad nos rumor." *Super caſibus in miſſa*, lib. i. In Mſ. C. C. C. Oxon. 155. eſt tractatus de diverſis caſibus et periculoſis in miſſa olim ad abbatem de Rieval. Pr. " Preſbyter poteſt ſupplere." *Pericopen orationis a Lanfranco in Londinenſi concilio dictae* A. MLXXII *de primatu Cantuar. eccleſiae.* Pr. " Opinio eſt veritatis egena." *Libellum de celanda confeſſione.* Pr. " Rogatus ſuper virginitate." Quem ſtyli diſparitas Lanfranco abjudicaret, niſi alia argumenta eum autorem eſſe ſuaderent. Cave. Haec Lanfranci opera notis illuſtrata extant Pariſ. MDCXLVIII. fol. cura et ſtudio Lucae Dacherii. Scripſit etiam ſecundum Baleum. *Homilias et ſermones*, lib. i. " Gaudeamus in Domino, dilect." Sermonem unum antea ineditum evulgavit idem Dacherius *Spicileg.* tom. iv. *Elucidarium rerum*, lib. i. " Omnis lector poſtulat, ut in coelo." Elucidarium Anſelmo vulgariter aſcriptum (Pr. " Saepius rogatus," etc.) in antiquiſſimo codice bibl. reg. Weſtmon. 5. E. vi. 1. diſertis verbis huic Lanfranco archiepiſc. Cantuar. tribuitur. *Commentarios in Pſalterium*, lib. i. *Ad Alexandrum* ii *papam*, lib. i. *Scintillarium quoddam contra Berengarium*, lib. i. *Geſta ducis Gulielmi*, lib. i. Vide Sigebert. in *Catal.* cap. clvi. Videndum autem idemne an alius Lanfrancus ſit, quem una cum aliquot aliis temporum ſcriptoribus ex Oporina officina pollicetur Baſilius Jo. Heroldus *Praefat.* in *Chronica* Mariani Scoti et Martini Poli. Voſſius, p. 383. *Ad epiſcopos Hiberniae epiſtol.* i. Duas epiſtolas ad reges Hiberniae; et unam ad Domnaldum epiſcopum edidit Uſſerius *Sylloge epiſt. Hib.* p. 69. *Hiſtoriam eccleſiaſticam ſui temporis.* Vid. Eadmer. *Hiſt. Nov.* lib. i. p. 7. *Hiſtoriam controverſiae ſuae cum Thoma Eboracenſi de primatu.* [Jo. Twine librum habuit. Nota J. Jocelini Mſ. Cott. Nero. C. iii.] *Multos Veteris et Novi Teſtamenti libros* ſcriptorum vitio corruptos correxit. Vid. Whart. *A. S.* tom. i. p. 55. et Strype in *Vita Parker.* p. 538. Obiit 4 Junii MLXXXIX. Godw. p. 85. ſeqq. Bal. xiii. 2. Cave, *Hiſt. lit.* p. 616. Blunt, *Cenſ. celeb. aut.* p. 254. Bulae. *Hiſt. acad Pariſ.* i. 405. 408. 482. 559. 615. 616. Whartonus *A. S.* tom. i. 108. 9 cal. Junii mortuum, et ſepultum 5 cal. Junii dicit. Fr. Thinus in *Catalogo Scriptorum* memorat quendam Lanfrancum chronica lingua Cambro-Britannica contexuiſſe. Hollinſh. iii. 1590.

LANGCHESTER [ROBERTUS de] monachus Dunelmenſis; ejuſdem conventus cancellarius, i. e. ſecretarius et poſtea feretrarius. Scripſit *Epiſtolarum* lib. i. Mſ. in bibl. eccleſ. Dunelm. Inde plurima excerpſit Br. Twyne. A. p. 32. ⁰✠⁰ 573. Claruit tempore Edwardi iii.

LANGDALE [ALBANUS] natione Anglus (dioec. Eboracenſis, ut Clar. Bakero videtur) educatus in collegio S. Johannis evangeliſtae Cantabrigiae, et ibi (academiae procuratorum unus MDXL, et S. theol. baccalaureus MDXLIV. Mſ. Inett.) S. theol. doctoratu (Anno MDLIV Mſ. Inett.) inſignitus. A. D. MDLIV. 14 Apr. ad eundem gradum apud Oxonienſes, quorſum tunc advenerat diſputandi gratia cum Cranmero, etc. admiſſus. Anno MDLVI rector de Buxted in Suſſexia (et capellanus dom. vicecomitis Montagu, ut refert Fox.) factus; erat archidiaconus de Lewes (MDLV archid. Ciceſtriae. *Faſti* Le Neve) in eccleſia cathedr. Ciceſtriae; et circa idem tempus praebendarius de Ampleford in eccleſia Eboracenſi. A. MDLVII decanatum Ciceſtrenſem poſt obitum Will. Pye decani, acceptare recuſabat. 1 Elizab. 19 Jan. collatus per Radulphum epiſc. Cov. et Lich. ad praebendam de Alrewas in eccleſia Lichfeldenſi. (Plowden, *Reports.* 526.) Cum pontificiae religionis flagrantiſſimo zelo, et adverſus reformatos non minori odio ſemper exarſit; quo nomine cum regina Elizabetha rerum potita eſſet omnia beneficia eccleſ. amiſit. Scripſit *Confutationem catholicam Nicholai Ridley de euchariſtia*; ad Antonium Brown vicecom. Montagu. Pr. " Ingenium huma-" num quam." Par. MDLVI. 4to. *Carminum diverſorum* lib. i. *Tetraſtichon* in J. Setoni *Dialecticam* extat ad finem iſtius libri Lond. MDLXXIV. 12mo. Extat *Colloquium ejus cum Ric. Woodman martyre* 12 Maii MDLVII. in Fox. p. 1992. Quo tempore mortuus ſit non legi. *Athen. Oxon.* i. 95. 706. Piſ. 784. Le Neve in *Faſtis.* Strype, *Annals.* 88. 243.

LANGDEN [JOHANNES] Cantianus patria, ecclesiae Christi Cantuariae monachus, professus MCCCXCVIII (Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 7.) et tandem sub-prior, S. theologiae doctor Oxoniensis, ibique custos collegii Cantuar. A. MCCCCXI. Mſ. Whart. L. ex *Regiſt.* Cant. in bibl. Lambeth. Historicus insignis a Rudborno (Praef. ad Histor. Minor. in Whart. *A. S.* vol. i. p. 287.) laudatus; episcopus Roffensis consecratus in festo S. Trinitatis A. MCCCCXXII. Scripsisse fertur, *Anglorum chronicon*, lib. i. *Sermonum* lib. i. Concionem habuit in prima sessione concilii Londin. (in haec verba: "Stellae dederunt lumen." Fuller, *Eccl. Hiſt.* xv. 160.) A. MCCCCXI. Whart. *A. S.* vol. i. p. 380. Obiit 30 Septemb. A. MCCCCXXXIV, dum concilio Basileensi interesset. Corpus in Anglia reportatum Londini sepeliebatur. Bal. vii. 68. Pitſ. p. 606. Godw. p. 579.

LANGEIUS [JOHANNES] patria Scotus, Parisiis educatus, ubi doctor Sorbonicus evasit. Scripsit *De vita, doctrina, et morte M. Lutheri, Joh. Calvini, aliorumque reformatorum ministrorum* Latine. . . Germanice Ingolstad. MDLXXXII. 4to. Claruit A. D. MDLXX. Fr. Thin, *De ſcriptoribus Scot.* p. 463.

LANGFORD [THOMAS] patria Essexiensis, non longe a Maldona natus, ordinis S. Dominici frater in coenobio Chelmesfordensi. Literis operam dedit Cantabrigiae, ubi S. theologiae doctor tandem evasit. Scripsit, *Chronicon univerſale ab orbe condito ad ſua tempora*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Diſputationes* quoque, lib. i. *Poſtillam ſuper Job*, lib. i. Claruit anno MCCCXX. Bal. v. 15. Pitſ. p. 413.

LANGHAM [JOHANNES] ab oppido natali juxta Blackney in agro Norfolc. cognominatus. Inter fratres Augustinianos Norwicenses primo admissus, dein Cantabrigiam profectus est, ubi tam sedulam literis theologicis operam dedit, ut S. theol. baccalaureus fuerit admissus. Scripsit *Inſtitutiones logicales*, lib. i. *Scholaſticas diſputationes*, lib. i. Et his similia plura, quae Nordovici inter bibliothecae ejus ordinis coenobii spolia apud Godsalvum quendam vidi. Bal. xii. 43. Pitſ. p. 877. *App.*

LANGHAM [REGINALDUS] Franciscanus in coenobio Norwicensi Cantabrigiae studiis theologicis operam dedit, ubi SS. theol. doctor renunciatus. Ex *Sententiarum* indefesso studio theologus habebatur scholasticus haud minimus. Scripsit, *Concluſiones ſententiarum*, lib. iv. "Omnis "perfecta cognitio." *Contra Edmundum mon. Burienſem*, lib. i. Arguitur principaliter contra "tit." *Contra Andream Binbam Dominicanum*, lib. i. "Reverendus pater de sacro ordine." *Contra Joh. Heidonum Carmelitam*, lib. i. "Adversus argumentum primum." *Lecturas* XXX *Bibliorum*, lib. i. "Haec sunt nomina filiorum Israel." *Determinationum* lib. i. "Utrum Christus "a patre missus." *Quaeſtiones diſputatas*, lib. i. Claruit A. MCCCCX. Bal. vii. 45. Pitſ. p. 589. Wadding. *Script. ord. Minor.* p. 304.

LANGHAM [ROBERTUS] generosus Nottinghamiensis; in scholis primum S. Pauli, dein S. Antonii London. literis grammaticalibus imbutus (*Epiſt.* 85.) postea serici facti mercator Galliam et Belgium perlustravit et linguarum Gallicae, Hispanicae, Italicae et Belgicae peritus evasit (*Epiſt.* 83.) Fuit servus dom. Roberti comit. Leycestr. concilii sacri janitor; vir comicus et facetus. Scripsit Anglice *De receptione reginae Elizabethae apud Caſtrum Kellingworthenſe* A. D. MDLXXV *Epiſtolam* ad mag. Humfr. Martin, mercatorem London. Pr. "After my hertie commendations." . . . 12mo. A. Wood. Mſ. *Cat.* ii.

LANGHAM [SIMON de] monachus Benedictinus, prior et tandem abbas Westmonast. Hunc primo summum Angliae thesaurarium, episcopum Eliensem, cancellarium Angliae et tandem archiepiscopum Cantuariensem A. D. MCCCLXVI esse tradit Birchingtonus. A. MCCCLXVIII cardinalis factus, archiepiscopatum abdicavit, et in exteras regiones se contulit, ubi episcopus Praenestinus constitutus. Scripsit, *Synodi Elienſis acta* A. MCCCLXIV. *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 59. seq. *Mandatum contra fratres Mendicantes.* Ibid. p. 64. *Aliud contra Joh. Balle.* Ibid. *Aliud ſingulis epiſcopis de periculis regni et eccleſiae Anglicanae.* Ibid. p. 66. *Aliud de laudibus Deo fundendis.* Ibid. *Commiſſionem de inquirendo ſuper oblationibus.* Ibid. p. 67. *Ordinationem de modo decimandi.* Ibid. p. 68. *Monitionem de non tenendo mercatu in diebus Dominicis.* Ibid. p. 73. *Literas de orando pro ceſſatione peſtilentiae.* Ibid. p. 74. *Mandatum de publicando damnationem certorum articulorum.* Ibid. p. 75. Juxta *Pitſeum* scripsit, *De conſuetudinibus*, lib. i. *Sermonum* lib. i. Obiit Avenionae A. MCCCLXXVI. Pitſ. p. 516. Whart. *A. S.* vol. i. p. 119. seq.

LANGLAND [ROBERTUS] natus apud Mortimers-Clibery in agro Salop. sacerdos secularis. Scripsit Anglice *Viſionem Petri Aratoris*, lib. i. Robertum hunc *Viſionum* harum auctorem esse asserit ex antiquis quibusdam Mss. Rob. Crowlaeus in *Praefat.* ad edit. MDL. 4to. Claruit A. MCCCLXIX. Bale vi. 37.

LANGLEIUS [CLIMITONUS] philosophus acutus, astronomus peritus, theologus non vulgaris. Nam, ut auctor est Gesnerus, et ejus abbreviator, scripsit, *Replicationum ſcholaſticarum* lib i. *De ortibus aſtrologicis*, lib. i. [Ejusdem tituli liber ascribitur Clementi Lanthoniensi] *Problematum ſophiſticorum* lib. i. Claruit anno MCCCL. Pitſ. 469.

LANGLEY [THOMAS] monachus niger ad fanum S. Benedicti de Hulmo in agro Norfolc. poëta, ut eorum temporum barbaries ferebat, eximius. Scripsit carmine heroico ad Joannem episcopum Nordov. *Epigrammata diverſi generis*, lib. ii. "Dudum conflictu vexatus." Scripsisse videtur ad episcopum *De varietate carminum*, lib. ii. "Dudum." Solummodo Epigrammata. In i. libro est carmen heroicum : caetera prosa. Pr. "Artem carminum seu metrorum." Decem capitula primi libri Mſ. extant in Bodl. Digby. 100. Claruit A. MCCCCXXX. Bal. xi. 43. Pitſ. p. 622.

p. 622. *Thomas Langley* transtulit vel abbreviavit Anglice *Polidorum Virgilium de inventoribus rerum*, lib. viii. Pr. ded. tr. dom. Antonio Denny. " Lactantius wryteth that certain." Lond. by Ric. Grafton MDXLVI. 8vo. et by J. Tisdale. . . 12mo. et MDL. 12mo. *Thomas Langley* Cantabrigiensis. Extat *Carmen ejus* xi *distich. in speculum cosmographicum Gul. Cuningami*, Lond. MDLIX. fol. An hic fuerit S. T. B. qui praebendarius ecclesiae Winton Octob. 15. A. MDLIX institutus fuit. Le Neve in *Fastis*. Quidam Tho. Langley rector de Boughton Malherb. dioec. Cant. MDLVII. Mſ. Batley.

LANGTHON [CHRISTOPHORUS] ſcripſit, *Tractatum brevem de principalibus medicinae partibus*, ſc. *rebus naturalibus, rebus non naturalibus, et rebus contra naturam.* Lond. MDXLVII. 8vo. *Introduction into physick, with an universal diet.* Lond. MDXLVII. 8vo. *Treatise of urines, of all the colours thereof, with the medicines.* MDLII. 8vo.

LANGTOFT ſive LONGATOSTA [PETRUS de] canonicus ordinis S. Auguſt. Bridlingtonenſis. Ita enim cecinit Robert. de Brunne, qui *Cronicon* ejus tranſtulit in ſermonem Anglicum. Mſ. Lambeth. 131. fol.

Peres of Langtoft a chanoun
Schaven y the houſe of Brydlyngtoune,
On romaunce al thys ſtory he wrot
Of Engliſh kynges as we wel wote.

Scripſit, *Hiſtoriam Bruti et regum ſucceſſorum ad Cadwaladrum verſibus rhythmicis Gallicanis.* Pr. " Deus le tot puiſſaunt ke ceel e terre crea." Mſ. Cotton. Julius A. V. 2. Mſ. eccl. Lincoln. H. 18. Thomas Hearne edidit h. t. *Chronicle, as illuſtrated and improved by Rob. de Brunne, from the death of Cadwalader to the end of K. Edward* i *reign.* Oxon. MDXXV. 2 vol. 8vo. *Geſta regum Saxonicorum in Anglia regnantium ex Bedae chronico, cum continuatione ex aliis chronicis uſque ad tempora Edw.* i. In cujus hiſtoria deſcribenda libro ſingulari expatiatur rhythmis Gallicanis. Pr. " En les livres Bede des antiquitees." Mſ. Cotton. Julius A. V. 4. Multa continet de temporibus regis Edw. i. quae fruſtra alibi quaeres. Citantur hujus rhythmi Gallicani Hollinſh. vol. iii. 469. Notandum tamen quod titulus libri non reſpondeat ſectionibus operis: Nulla enim diviſio librorum hic reperitur. *Chronicon Angliae*, Anglice. Mſ. in bibl. Lumleiana. Datur in bibl. coll. Armor. Lond. Cod. 136. Tranſtulit in Gallicos rhythmos *Hereberti Boſcami vitam Thomae Becketi.* Aetas latet. Bal. iii. 15. Piţſ. *Append.* p. 890.

LANGTONUS[a] [JOANNES] ſive LONGODUNUS Iſiacas Carmelita[b] ſcholas frequentavit, et inter ſupremos theologos merito connumeratus eſt. *Quaeſtiones* ejus *ordinariae*[c] olim in pretio fuerunt; atque adeo libellus[d], quo *haereticam Crumpaei cujuſdam pravitatem correxit*[e]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Langton, diverſus a Joanne Langden Benedictino. Bal. p. 559. Piţſ. p. 1420. A Piţſeo tamen cum Langdeno confunditur, p. 625. [b] Coenobii Londinenſis, Bale Piţſ. Annon potius Stanfordienſis? Baleus enim in *Collectaneis* ſuis (Mſ. Bale Sloan. 4to. f. 57.) haec habet: " Anno Domini MCCCXCII tenuit Ricardus ii rex Angliae " poſt conqueſtum concilium in conventu Carmelitarum " Stanfordiae, ubi coram decem epiſcopis et aliis doctoribus condempnatus fuit mag. Henr. Crumpe monachus " Ciſtertienſis de provincia Hiberniae, cum ſuis actibus, " per archiepiſcopum Cantuarienſem dominum Will. " Curteney. Et quidam bachalarius ordinis Carmel. fr. " Johannes Langtone nomine, ut vidit et audivit haec " omnia, eo quod interfuit, ſingula audacter inſeruit et " ſcripſit in teſtimonium reprobationis talium errorum." [c] *Actus ſui ordinarii*, lib. i. " Cujuslibet rei creabilis " idea." [d] *Examen doctoris Crump*, lib. i. " Contra " errores ejuſdem," lib. i. Horum liber primus apud Leland. *Epit.* per Bal Mſ. inſcribitur, *De examinatione doctoris Henr. Crump. Hibernici*, lib. i. alter, *Impugnatio ejuſdem ſuper confeſſione*, lib. i. [e] Claruit anno MCCCC (Lel. *Epit.* Mſ.) et Londini ſepultus jacet. Bal. x. 35.

LANGTON [ROBERTUS] nepos Thomae Langton, epiſcopi Winton, qui apud Applebiam in agro Weſtmor. natus, in collegio Regin. Oxon. educatus, A. D. MCCCCLXXXV praebendarius in eccleſia Sarum, A. MCCCCLXXXVI archidiaconus Dorſet. A. MDI juris civilis doctor, et A. MDIX theſaurarius eccleſiae cathedr. Ebor. inclaruit. Capellam exteriorem coll. Regin. Oxon. extruxit A. MDXVIII; et Londini obiit menſe Junii MDXXIV. ante imaginem S. Michaelis infra eccleſiam Carthuſianorum Lond. humatus jacet. Hic, aut alius ejus nominis, ſcripſit *The pilgrimage of Mr. Robert Langton clerk, to S. James of Compoſtell, and in other holy places of Chriſtendom, with the names of every town and the ſpace between them, and of the relikes and wonders in certain towns.* Pr. pr. " In this my pilgrimage I wryte." Lond. MDXXII. 4to. *Athen. Oxon.* i. 645. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 124. ſeq.

LANGTON [SIMON] Stephani archiepiſcopi Cantuar. frater, electus fuit A. MCCXV in archiepiſcopum Ebor. ſed electio a rege caſſabatur. Matth. Weſtmonaſt. A. MCCXXVII ad archidiaconatum Cantuar. per Stephanum fratrem collatus fuit. Scripſit, *De poenitentia Magdalenae*, lib. i. Cap. 36. " Miſerator et miſericors Dominus." Mſ. coll. Baliol. Oxon. clii. In Mſ. ita intitulatur: " Meditatio poenitentis, ſic voluit Dom. Cantuarienſis, ut vocaretur tractatus iſte, viz. tractatus magiſtri S. de Langetun de poenitentia ſub perſona Magdalenae." *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. Obiit A. MCCXLVIII. Vid. Bal. iv. 5. Piţſ. p. 319. M. Pariſ. p. 282.

LANGTON [STEPHANUS][a] ſive LONGODUNUS, ad literas natus et compoſitus, ar-

[a] Stephanus Langton, Bale. Piţſ. Anglicus. Piţſ. *App.* p. 910. In Anglia natus, etſi in partibus tranſmarinis educatus. A. Wood. Mſ. Godw.

denti

denti quodam ſtudio, quo totus in libris flagrabat, raptus, Lutetiam, urbem Pariſiorum nobiliſſimam, fauſtis avibus petiit [b]; ubi illis temporibus, quemadmodum et nunc, celeberrimum fuit eruditorum virorum gymnaſium. Hic ita omnes diligentiſſimi hominis partes adimplevit, ut inter praecipuos dialecticos, philoſophos, theologos praecipuus haberetur. Jamque comparata fama maxima, et laurea theologici nominis, tum praeterea fortuna ſplendida (erat enim canonicus Marianae eccleſiae [c], quae in urbe Pariſiorum praecipua eſt) cogitaverat reliquos vitae annos ibidem tranſigere; cum ecce a [d] . . . . pontifice Romam accitus, tantum non coactus eſt Pariſios relinquere. Ad urbem autem veniens, inſigni et liberalitate et humanitate acceptus eſt; deinde, rogante pontifice, inter Palatinos Palatinus et ipſe profitebatur, idque publice, theologiam. Dumque haec fierent, et Stephanus in magna apud Romanum gratia eſſet [e], ... Cantiorum archiepiſcopus obiit, et monachi Cantuarienſes de more novum paſtorem eligebant [f]; quem ut pontifex Romanus approbaret, ſtatim nuncii Romam miſſi ſunt. Quo cum veniſſent, cauſam aperuerunt. Tunc pontifex ad ſolitas artes recurrens, cauſabatur neſcio quid: tandemque res eo deducta eſt, ut in locum electi a monachis archiepiſcopi Stephanum ſubſtitueret. Satis enim, ſatis ſciebat illum in Anglia magno uſui ſibi futurum; utpote hominem a ſeipſo, non ab Anglo, honoribus auctum. Deſtinati poſt haec nuncii ſunt, qui in Britanniam advolarent, peterentque a Joanne, ut id ratum faceret, quod Romanus decreverat. Ille autem, ut erat animo excelſo et plane invicto, tantam injuriam non ferens, Stephanum regno ſuo ſtatim interdixit. Pontifex Romanus ſemel atque iterum ad regem reſcripſit; quem cum prorſus implacabilem vidiſſet, autoritate uſus, audacter, neſcio an prudenter, Stephanum in Cantiorum archiepiſcopum conſecravit [g]. Quid multis moror? Princeps, quieti ſtudens, poſt longas Romani preces, Stephanum admiſit in Angliam venientem: nec multo poſt, indicto per pontificem Romanum generali concilio, repetiit Italiam archiepiſcopus. Interea Joannes rex ex dyſenteria mortuus eſt Nevarci, quod poſitum caſtellum eſt ſuper ripam Terenti fluminis. Stephanus autem, finito concilio, poſt tres annos domum rediens, Henrico tertio gratus eſſe modis omnibus ſtuduit: quo etiam annuente, annuente et Romano pontifice, Thomas Becketus, Cantuar. archiepiſcopus, a Stephano tranſlatus, et in divorum album relatus: in qua pompa non tantum veteres ſuae eccleſiae theſauros exhauſit, verum etiam ingens pondus aeris alieni conflavit, non ſine detrimento ſucceſſorum ſuorum plane maximo. Praeſtiterat reliquiſſe cineres ſepulchro veteri. Qualiſcunque vivus erat, mortuus certe talia nec ambiebat, ſed neque ſentiebat. Vix celebritatem tranſlationis finierat, cum tertio Romam, jubente illuſtriſſimo Henrico, iter adornaret: quo tempore ab Honorio pontifice ſumma cum humanitate tractatus, et cardinalitia dignitate donatus fuit [h]. Poſtremo, perfecto negotio, quod a principe in mandatis habuit, reverſus in Angliam, concilium Oxonii celebravit [i]; in quo oblatus illi fuit quidam pſeudochriſtus, ſtigmata vulnerum in corpore ſuo oſtentans: nec defuit Maria ejuſdem farinae. Fratrem habuit non omnino illiteratum, hominem ambitioſum. Is enim inſtructus animum ad archiepiſcopatum Eboracenſem adjecit; quem et accepiſſet, niſi principis judicium praevidiſſet, non eſſe publicae utilitatis, ut univerſa eccleſiae Anglicanae juriſdictio duobus germanis fratribus, Romani epiſcopi fautoribus, cederet. Sed nunc a dignitate ad literas; quas ita exercuit, ut omnes fere libros non ſolum Veteris, verum etiam Novi Inſtrumenti commentariis illuſtraverit [k]. Quare operae pretium erit recenſere titulos librorum, quos ſcripſit, et etiam nuper extabant in bibliotheca Stratofordenſi propter Lugiae fluminis ripas. *Super* xii *prophetas* [l]. *In Pentateuchum* [m]. *In Eccleſiaſtem* [n] *et Eccleſiaſticum* [o]. *In libros Regum* [p], *et Paralipomena* [q]. *In Tobiam* [r] *et Judith.*

[b] Diſcipulus fuit Fulconis preſbyteri Pariſienſis, ut Petrus de Caſa, qui dictus eſt patriarcha Hieroſolym. habet in libro ſuo *De imagine mundi*. A. Wood. Mſ. Pitſ.

[c] Tandem academiae Pariſienſis cancellarius, Bale. Pitſ. Cave. Decanus Rhemenſis (Cave.) circa ann. MCCXXXIV. Marlot. *Hiſt. Rhem.* tom. i. p. 491. An vero haec conveniunt cum noſtro Stephano? [d] Ab Inocentio iii. Cave. [e] Hubertus. [f] De hac electione et lite vide Godw. p. 123. ſeq. [g] Viterbii 17 Jun. MCCVI. vel 15 cal. Jul. MCCVII. juxta Whart. *A. S.* tom. i. 114.

[h] H. S. Chryſogoni 15 Dec. MCCXII. Godw. ii. 166.

[i] In coenobio Oſneienſi anno MCCXXII. De hac ſynodo vide Matth. Pariſ. et *Hiſt. et Antiq. Oxon.* in eod. anno.

[k] Omnes Bibliorum libros in capita diſtinxit, quibus eccleſia adhuc utitur. Bale. Pitſ. Vide tamen Suidam in voce τίτλος. A. Wood. Mſ. Pitſ. [l] *Tropologia ſive moralia*, lib. i. "Oſſa xii prophetarum ſanctorum apud Boſton. Bur. num. 163. 160. 114. 122. 127. Mſ. Oxon. in coll. Oriel. 53. Exon. 38. et S. Trinitatis 35. Item Cantabrigiae in bibl. publ. cod. 159. et C. C. Chr. M. viii et M. x. et Lambeth. Praeter haec recenſent Baleus et Pitſ. 12. diſtinctos libros comment. in xii prophetas minores, quos eoſdem eſſe cum *Tropologia* conjicio: ſc.——*In Oſeam*, lib. i. "Duodecim pullulant de loco ſuo."——*In Johelem*, lib. i. "Verbum iſtud eſt verbum patris."——*In Malachiam*, lib. i. "Priuſquam tropologice procedas." Mſ. Lambeth. 441. [m] Lib. v. *In Geneſim*, lib. i. "Tabernaculum primum factum eſt," Mſ. Oxon. coll. Linc. Arch. Auſt. 33. "Tabernaculum Moyſi coopertum "eſt."——*Super Exodum*, lib. i. "In ingreſſu filiorum "Iſrael in terram." Datur ſuper Pentateuchum Mſ. Oxon. in coll. Trin. cod. 34. et Cantab. in coll. S. Petri cod. 241. Mſ. C. C. C. Cantabr. M. 13. apud Boſton. Bur. num. 106. 160. 43. 115. 49. 65. *Super Numerum, Deuter. Leviticum*, apud Boſt. Burienſ. num. 106. 43. 115. 49. 65. "Moralis expoſitio in Exodum." Mſ. in codice Naudaeano. Vid. Labb. *Nova bibl.* Mſ. p. 22. Mſ. olim in bibl. Petroburg. Monaſt. x. 4. [n] Lib. i. "Hoc nomen "Eccleſiaſtes interpretatur." Mſ. coll. Bal. Oxon. F. 13.

[o] Lib. i. "Hoc nomen Eccleſiaſtes interpretatur," etc. Mſ. Oxon. Mſ. Super D. 1. Art. 6. et in coll. Baliol. F. 13. et coll. Corp. Chr. 239. et Exon. 39. Item Cantabr. in bibl. publ. cod. 60. et C. C. Chriſti M. 12. apud Boſton. Burienſ. num. 94. 92. 127. Mſ. Norwic. More 84. habet tantum *Comment. in Eccleſiaſticum*.

[p] Lib. iv. "Rectoribus et ſcientiarum magiſtris," apud Boſton. Bur. num. 163. 49. 122. 42. 12. "Timet dia- "bolus cum videt montem." Mſ. Bodl. NE. C. 2. 6. 72. Et Mſ. C. C. C. Cantabr. lib. al. iv. "Populi has virtu- "tes eſſe neceſſarias." Mſ. C. C. C. Cantabr. M. 13.

[q] Lib. i. "Liber iſte Graece dicitur Paralipomenon." Mſ. Bodl. Laud. H. 74. et Mſ. C. C. C. C. M. 13. et Mſ. lib. al. iv. Ibid. Olim in bibl. abbatiae Bellaland. juxta Boſt. Bur. 43. [r] Lib. i. "Fiant luminaria in firma- "mento." Mſ. Bodl. Laud. H. 74. Oxon. in coll. Exon. Mſ. 38. Et Cantabr. in coll. C. C. C. M. 13 et S. Petri cod. 241. et apud Boſton. Burienſ. num. 49. 43.

ditb[s]. *In libros Maccabaeorum*[t]. *In Cantica*[u] *et parabolas Solomonis*[x]. *De poenitentia ſub perſona Magdalenae*[y]. Scripſit praeterea *Haxameron* carmine heroico[z], quem librum a Duroverno ad Iſidis Vadum tranſlatum, in collegio Cantiano aliquando inveni. Extat et libellus *Quaeſtionum*[a] titulo ab eo editus; et alter *De benedictionibus*[b] *datis in monte Ebal et maledictionibus*[c]. Ex *Lelando*.

[s] Lib. i. " Lucerna ſplendens ſuper candelabrum." Mſs. ibidem. [t] Lib. ii. " Reſiduum erucae comedet lo-" cuſta" Mſ. Bodl. Laud. H. 74. Oxon. in coll. Exon. cod. 38. Et Cantabr in coll C. Chriſti M. 13. et S. Petri et Mſ. lib. al. iv. Ibid. Cod. 241. et apud Boſton. Bur. num. 160. 43. [u] Lib. i. Pr. pr. " Oſculatur, etc. " In hoc libro ſicut in" apud Boſton. Bur. num. 92. 166. 163. Item Mſ. Bodl. NE. D. 5. 13. Sed ibi in *Catalogo* Mſ. Simoni aſcribitur. [x] Lib i. [y] Lib. i. " Miſerator et miſericors Dominus." Lel. *Collect.* iii. 5. ex bibl. S. Aug. Cantuar. 8. apud Boſt. Bur. *De vera poenitentia*, lib. i. [z] *Carmen de contemptu mundi*, Mſ. in bibl. Lambeth. ita Whart. Uſſer. [a] Theologiae, lib. i. [b] Lib. i. [c] Lib i. Scripſit etiam, *In Joſue*, lib. i. " Ego viſiones quaſdam, quas in." apud Boſt. Bur. num. 65. *In Judicum*, lib. i. " Reſtituam ju-" dices tuos, ut fuerunt prius." *In Ruth*, lib. i. " In " diebus unius judicii." In teſt a parva nucleus." Mſ. Cantabr. in coll. C. Chr. M. 13. et S. Petri. Cod. 241. Mſ. Oxon. coll. Exon. 38. Duo ultimi olim extabant in bibl. monaſt. Petroburg. *In Job*, lib. xxxiv. Bale. Pitſ. 33. Cave. " Licet cum malis valde laudabile." Mſ. Oxon. in coll. Oriel. 53. *In Heſter*, lib. i. " In xi Proverbiorum " legitur, mulier gratioſa," Mſ. Oxon. coll. Exon. 38. Cantab. in coll. Petri. 241. Et C. C. C. M. 8. et M. 13. Boſt. Bur. num. 43. *In Eſdram*, lib. i. " Omnis ſcriba " doctus in regno" Mſs. Ibidem. *In Pſalterium*, lib. i. *In Eſaiam*, lib. i. " Viſio Eſaiae, etc. Invocat coelum et " terram." Mſ. C. C. C. Cantabr. M. 13. et lib. al. iv. ibid. " Audite, coeli, et auribus percipe" apud Boſton. Bur. num. 127. 94. 92. 12. 20. 10. et Mſ. in bibl. Lambeth. 71. et 441. et Bodl. Mſ. Laud. H. 74. *Moralis expoſitio in Hieremiam*, lib. i. " Prophetarum quidam prophetave-" runt" Mſ. Cantabr. C. C. C. M. 8. *In threnos*, lib. i. " Jeremias deſtructionem Jeruſalem." Mſ. ibid. *In Ezekielem*, lib. i. " Facies michi duos cherubini." Mſ. ibid. *In Nehemiam*, lib. i. " Verba Neemiae, hucuſque proſe-" cutus." Mſ. ibid. *In Danielem*, lib. i. *Super epiſtolas Pauli*, lib. xiv. *Concordiam utriuſque Teſtamenti*, lib. viii. " De vitando conſortio, conſilio, colloquioque." *Annotationes Bibliorum*, lib. i. *Summa, quae dicitur, Adam, ubi es?* lib. i. " Adam, ubi." num. 163. 61. apud Boſton. *Repetitiones lectionum*, lib. i. " *De ſimilitudinibus*, lib. " Nec " miles in bello, nec ſacerdos" *Sermones* 60. lib. i. " Filia Sion, ecce rex tuus." Sermones varii Mſs. in bibl. Dunenſi apud Sander. *Bibl. Belg.* Mſs. p. 183. Sermones duo (Pr. primi " Oſtende nobis, Domine." Pr. ſecundi " Dominus prope eſt.") extant Mſ C. C. C. Cantabr. N. 14. De *B. Maria ſermones* ii. Mſ. in bibl. Paulina Lipſienſi Repoſ. theol. ſerie v. 8vo. N. 24. Vide Felleri *Catalog.* cod. Mſs. p. 97. Sermo ejus de S. Maria. Pr. " Benedictione apoſtolica benedicatur," Mſ. Greſham 292. *Conſtitutiones provinciales domini Stephani Langton, Cantuar. archiep. editae apud Lambyth.* Ex Mſ. Cotton. Otho. A. xv. fol. 3. A. MCCIX. Extant *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 531. ſeq. *Conſtitutiones Oxonienſes A. D.* MCCXXII. " Ex autoritate Dei patris, etc. excommunica-" mus." Mſ. Cotton. Otho. A. xv. Et in Bodl. Mſ. Seld. Sup. 43. Mſ. ibidem Hatton 24. Item Mſ. Aſhmol. 1146. Mſ. Norw. More 235. Extant apud *Concil. M. Brit. et Hiber.* vol. 1. p 585. ſeqq. Aliae conſtitutiones Stephani Oxon. MCCXXII. (Pr. " Autoritate, etc. Baptiſmus cum.") ined. Mſ. in Bodl. Hatton. 24. aliae *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 593. ſeqq. Item *Conſtitutio Stephani ſuper caſibus, de quibus ſimplex ſacerdos abſolvere non poteſt niſi in articulo mortis.* Ex Mſ. coll. Omn. Anim. Ibid. pag. 597. *Vitam, paſſionem, et tranſlationem Thomae Becket*, lib. v. " Profeſſores artium ſeculi proprios." Mſ. Cant. in coll. Corp. Chr. G. 12. Ita etiam incipit *Vita S. Thomae*, quae in Mſ. Greſham. 27. aſcribitur Edmundo Grime. *Libellus de tranſlatione Thomae* ad calcem *Epiſtolarum* ejuſdem Bruxell. MDCLXXXII. 4to. p. 885. *Vitam Ricardi regis*, lib. i. Hujus libri meminit Chron. anon. Mſ. Bodl. NE. C. 2. 6. et Higden. viii. 25. *Tranſlationem ejuſdem*, lib. i. Mſ. Romae in Vaticana, num. 722. *De factis Mahumeti*, lib. i. *De archiepiſcopis Cantuarienſibus annales*, lib. i. " Res ge-" ſta." Mſ. Cant. in coll. Corp. Chr. *De ſacerdotibus Deum neſcientibus*, lib. i. Bale. *Epiſtolam ad Joannem regem.* Extat apud Dacherium *Spicileg.* tom. iii. *Summa de diverſis.* Pr. " De criminibus." Mſ. in coenobio Camberon. apud Sander. *Bibl. Belg.* p. 365. *Tractatum de decimis*, per dominum Stephanum, quondam archiepiſcopum Cantuar. Mſ. olim in bibl. Paul. Lond. Dugdale p. 282. *Documenta clericorum* (rhythmice) " Non te luſiſſe pudeat." Mſ. Tho. Bodl. NE. B. 3. 18. f. 66. *In ave maris ſtella. Salutationem angelicam.* Olim in bibl. monaſt. S. Aug. Cant. Twine. Obiit apud Slindon in Suſſex (Cantuar. Bale) 9 Julii MCCXXVIII, et Cantuariae in capella S. Michaelis ſepultus eſt. Godw. Cave. Bal. iii. 87. Pitſ. p. 302. ſeqq. Godw. 123. ſeqq. Cave. p. 703. Whart. *A. S.* tom. i. 114.

LANQUET [THOMAS] hic ſummae ſpei juvenis in academia Oxon. aliquandiu ſtudiis bonarum artium invigilavit. Scripſit *Chronicon Angliae ab exordio mundi ad Chriſti nativitatem*, lib. ii. Pr. " The holy Scriptures do ſhew." Hoc uſque ad ſua tempora deduxiſſe in animo habuit, ſed morte immatura praeventus librum ſecundum vix finiit; ſed Thomas Cooperus tertium addidit, ac edidit A. MDLIX, accuratius vero Lond. MDLX. MDLXV. MDLXIX. 4to. *Treatiſe of the conqueſt of Bulloigne*, lib. i. Obiit Londini A. MDXLV, aetatis 24. Bal. ix. 29. Pitſ. p. 733. *Athen. Oxon.* i. 66. 67. 266.

LANTON [THOMAS] vir ſecularis militaverit contra Saracenos ſub Jacobo Douglas milite A. MCCCXXVII. poſtea ordinem fratrum Carmelitarum ingreſſus. *Quaedam Hiſtorica de magna peſtilentia* An. MCCCXLIX excerpſit. Br. Twyne Mſ. R. 624. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. pag. 172.

LARK [JOHANNES] tranſtulit e Gallico in vernaculum *Librum ſapientiae de virtutibus et vitiis, etc. ex veterum philoſophorum ſcriptis.* London. MDXXXII. 8vo. A. Wood. Mſ. *Cat.* i. *De nobilitate ejuſque variis ſpeciebus*, cap. ix. Pr. pr. tr. " For ſo moche as in redyng a certayn." Lond. Rob. Wyer. . . 12mo.

LASSELLS [JOHANNES] unus e familia curiae regis Henrici. Scripſit in carcere *An apologetical or defenſive epiſtle touching the ſacrament of the body and blood of Chriſt, etc.* Pr. " St. Paul, becauſe of ſects and diſſenſions." Extat in Foxii *Act. et Monum.* 1 edit. p. 678. Haereſeos damnatus igni traditus eſt in Smithfield, Lond. menſe Junio MDXLVI. Fox.

LATEWAR [RICHARDUS] patria Londinenſis in ſchola Mercatorum Sciſſorum abſoluto literarum humaniorum tyrocinio ad collegium S. Johannis baptiſtae Oxon. miſſus fuit A. MDLXXX, ubi artium magiſter, et tandem academiae procurator; mox rector eccleſiae de Hopton in agro Suffolc. dein rector de Finchley in agro Middleſex. S. theologiae doctor, et Carolo D. Montjoio, proregi

proregi Hiberniae a sacris constitutus erat. Inter poëtas Latinos tempore reginae Elizabethae celebratur per Stow. p. 812. Scripsit, *Carmen ἀπομνημονευτικον colleg. S. Joh. Baptistae. Concionem Latinam ad academicos Oxon.* A. MDXCIV. *Carmen praefixum sphaerae civitatis per Joh. Caium.* Occisus est in praelio Carlingfordensi A. MDCI, et sepultus est in ecclesia Armachana. Epitaphium ejus extat apud *Hist et Antiq. Oxon.* ii. p. 313. *Athen. Oxon.* i. 309. seq. Newc. i. 605.

LATHEBIRIUS [a] [JOHANNES] Franciscanus, vir suo tempore eruditionis plane non contemnendae: nam ita penetraverat et adytus et recessus rerum naturalium, ut philosophi titulum facile sibi comparaverit. Tum praeterea sacra theologiae mysteria tam alte imbiberat, ut hinc famam egregie claram merito sibi pepererit. Ille tamen hujusmodi abunde illustris nominibus non alium ex honestissimo labore, quem literis intenderat, fructum sperabat, quam ut ex editis magna cum diligentia libris, candorem, pretium operis spectabile, a doctorum choro reportaret. Scripsit autem librum, cui titulus *Distinctiones* [b], eo saeculo frequens. At palmam tulit in *Commentariis super Lamentationes Hierimianas* [c], quos tunc Isiaca schola nocturna versabat manu, versabat et diurna [d]. At nunc, quae rerum vicissitudo est, gloria tanti operis paene obscura inter blattas et tineas delitet [e]. Ex *Lelando*.

[a] "Joannes Lathbery, seu rectius Lattebiry, coenobii "Rheadingensis Franciscanus, literis academicis Oxoniae "imbutus, ubi S. theol. doctor factus erat."

[b] —— *Theologiae*, lib. i. "Abstinendum est a carnali-"bus delitiis." Ms. Cantab. in colleg. S. Petri 96. (ubi viderat Leland. *Coll.* iii. 19.) et olim in bibl. monast. de Syon.

[c] Lib. i. cap. 115. "Juxta mores moderno-"rum nec non." Mss. Oxon. in collegiis Lincoln. arch. Austr. 34. et Merton. O. viii. 4. Art. et coll. Omn. Anim. 24. Extat.. MCCCCLXXXII. fol. etiam in bibl. eccl. Westmon.

[d] Scripsit etiam, * *Explanationem Psalmorum*, lib. i. * *Comment. in Hieremiam prophetam*, lib. i. * *Super Acta apostolorum*, lib. i. "Superaedificati estis supra." *Lectiones Scripturarum*, lib. i. *Conciones varias*, lib. i. **Alphabetum morale*, lib. i. "Abstinendum est a deliciis carnalibus." Ms. in coll. S. Petri Cantab. Cod. 96. Scripta * notata suo Readingensi coenobio reliquit. Add. Bal. Ms. Trin. In Ms. Oxon. coll. Exon. 42. sunt ejus *Lecturae morales*. Pr. "In "nomine Patris." In Ms. Bodl. James. 19. sunt collect. ex tractatu *De luxuria clericorum*, quem composuit fr. Joh. Latbury, ord. Minorum. In Ms. Oxon. coll. Exon. 20. sunt Joh. Lathbury. D. th. ord. fr. Minorum *Loci communes*.

[e] Claruit anno MCCCCVI (quo anno opus super *Threnos* completum juxta Ms. colleg. Mert. l. c. Ms. Trin. Add. Bal) Bal. vii. 34. Pits. p. 582. Wharton. *Append.* ad Cav. p. 85. In cap. 106 super *Threnos* (cod. Mert.) habet narrationem, quam ei Johanni Lathbury fr. Hermannus de Colonia retulit viva voce in capitulo provinciali Lond. MCCCXLIII.

LATIMERA [CATHARINA] vel PARRA ultima regis Henrici viii conjux. Sub ejus nomine lingua vernacula extant *Meditationes Psalmorum sive preces*, lib. i. Inter caetera Chri-"stianae pietatis." *Prayers or meditations, wherein the mind is stirred patiently to suffre all afflictions here, to sette at nought the vain prosperite of the world, and alway to long for everlastyng fellicite. Collected out of certain holy works of the most vertuous and gracious princes Catherine, quene of England*, etc. Princ. "Most benigne Lord Jesu, grant me." Lond. MDXLV. 24to. MDLXI. 12mo. MDXC. *Lamentationem peccatoris*, lib. i. "When I consider in the bethinking "of my evil." Lond. MDXLVIII. 8vo. MDLXIII. 8vo. Nicol. Antonius in *Bibl. Hispan. script.* vol. p. 182. ex Possevino et Eisengreinio, uti asserit, attribuit ambos hos libros dominae Catharinae primae regis Henrici viii conjugi. *Duae ejus epistolae amatoriae* ad D. Admirallium autographa extant in Ms. Ashmol. 1720. Sub ejus auspiciis viri docti Erasmi *Paraphrasin super N. T.* in Anglicum sermonem transfuderunt. Obiit A. D. MDXLIX. Bale. par. post. p. 106.

LATIMERUS [GULIELMUS] collegii Omnium Animarum Oxon. socius evasit anno MCCCCLXXXIX, deinde in Italiam profectus Paduae studiis philosophicis et Graecae linguae perdiscendae incubuit. In patriam reversus, gradum magistri in artibus adeptus, inter lumina doctrinae celebratus est a Joh. Lelando, *Enc.* p. 74. et speciali encomio p. 18. Reginaldi Poli, postea cardinalis, praeceptor erat; et rector de Seintbury, ac de Wotton under-edge in agro Glocestrensi, atque praebendarius ecclesiae Sarum. A. MDXXXVI 27 Jan. Gul. Latymer A. M. capellanus dominae reginae, praesentatus per dom. regem ad ecclesiam de Stakpol. Meneven. dioec. Rymer, *Foeder.* vol. xiv. 559. Scripsit, *Epistolas ad Erasmum*. Vide x lib. *Epist.* Erasmi, epist. 22. 23. seqq. Susceperat una cum Linacro et Grocino translationem omnium operum Aristotelis, sed mors inopinata Grocini et Linacri, antequam dimidia eorum pars absoluta esset, eum a proposito deterruit. Thomae Moro et Ricardo Paceo (Paceus *De fructu* p. 54.) charus fuit. Obiit Seintburiae praedictae mense Sept. MDXLV, et in ecclesia ibidem humatus est. Bal. ix. 8. Pits. 695. *Hist. et Antiq. Oxon.* tom. ii. 177. seqq. *Athen. Oxon.* lib. i. p. 65. seq. Vide G. Lilii *Elogia de viris illustribus*. Fox. 1 edit. MCCCXLIII.

LATIMERUS [HUGO] patria Leicestrensis apud Thurcaston natus, literis academicis in collegio Corporis Christi Cantabr. instituebatur, ubi primo pontificiis caeremoniis addictissimus erat, adeo ut in oratione pro gradu baccalaureatus in theologia in Phil. Melanchthonem acerbe insectatus fuerit. Crucifer academiae Cantabrig. ad fidem reformatam a Thoma Bilney conversus. Fox. 998. Et A. MDXXIX factus est vicarius ecclesiae de West-Kingston in comit. Wilton. A. MDXXXIII 2 Octob. licentia conciones ad populum Londin. habendi ei denegata. Fox. 1. edit. 507. De ejus sermonibus Bristolliae A. MDXXXIV vide Stow. p. 571. Ad regiam curiam a doctore Butts medico vocatus, Annae reginae a sacris fuit, cujus gratia A. MDXXXV episcopus Wigornensis renunciatus est. Quam sedem abdicavit Julii 1. MDXXXIX. Postea in turrim Londinensem ad tempora usque Edwardi vi compingebatur; Maria vero regnante rursus deprehensus, Oxoniam

missus cum Crannero et Ridlaeo, et cum iis A. MDLV Octob. 16. martyrizatus est. Godwin. p. 520. seq. Fox. p. 1730. seq. Scripsit, *Orationem ad ecclesiasticorum conventum ante consultationem de regni statu per evangelium reformando*. . . MDXCII. 8vo. Basil. MDXXXVII. . . *Concionum doctissimarum volumen*; quarum multae fuerunt habitae coram rege Edwardo vi et Catharina ducissa Suffolc. quae saepiuscule in idiomate Anglico excusae sunt. H. Holland. *Herool.* p. 154. Collectae sunt nonnullae Lond. per Tho. Some. MDXLIX. Extant conciones num. xli cura famuli Aug. Bernhere. Lond. MDLXXI. MDLXXV. 4to. Extant *conciones* numero xxvii. Lond. MDLXII. Extant *Conciones* num. xxxviii. Lond. MDLXXII. 4to. Extant xl. London. MDCV. Et xli. Lond. MDCXXXV. 4to. Extat *Concio ejus in die nativitatis Christi* MDXXIX in verba "Tu quis es," etc. Fox. p. 1731. non extat in vol. in 4to. Alia in eodem die. Fox. p. 2142. Extat *Concio* ejus coram parliamento A. MDXXXVII. Alia coram rege Edwardo et consilio. Pr. "Take hede "and beware." Lond. by John Day. . . 12mo. Item extat ejus *Notable sermon preach'd in the Shrouds at Pauls, London* 28 Jan. MDXLVIII. Lond. by John Day. . . 8vo. Item *Sermon* at Stamford 9 Octob. MDL. Pr. "Reddite ergo quae sunt Caesaris. Thys doctrine." Lond. by J. Day. . . 12mo. *Ad suos Leicestrenses*, lib. i. "Pacem, quam Servator noster." Bal. viii. 85. *Disputationem cum Ridlaeo contra missam*, lib. i. "Let every knee bow at the name." Mf. bibl. Bodl. NE. B. ii. 7. extat. . . MDLVI. 12mo. v. F. 1718. *Ad amicos ex carcere*, lib. i. Bal. l. c. *Injunctiones ad priorem et conventum S. Mariae Wigorn.* A. MDXXXVII. Pr. "Forasmuch as in "this my visitation." Burnet, *Hist. reform.* tom. ii. *Append.* p. 293. *Disputationem Oxoniae.* 18 April. MDLIV. Fox. p. 1454. seq. *His protestation there* 20 April. MDLIV. Mf. bibl. Emmanuel. Cantabr. *Homeliam coram rege Edwardo, in qua qualis rex esse debeat ostenditur.* Pr. "Cum ve-"neris in terram." Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. D. p. 339. *His answers to the articles falsely imputed to him by Dr. Powel of Salisbury, Mr. Hubbardine, etc.* 1. That our lady is no sinner. 2. Saints are not to be honoured. 3. There is no fire in hell. 4. There is no purgatory after this life. Pr. "Occasioned of some not only." Fox. 1 edit. p. 1309. *A letter on the same argument to Mr. Morrice.* Ibidem. *Epistolas* viii. ii *Latine.* vi *Anglice.* apud Fox. p. 1736. 1741. *Epistolas* ii *M. Parkero.* Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 403. ii. 40. Alias ii ex carcere. 1. Pr. "The word of the Lord endureth." 2. Pr. "Brethren; the time is come." Mf. bibl. Emmanuel. Cantabr. inter *Epistolas Martyrum.*

LAUDER [THOMAS] episcopus Dunkeldensis, praesul sui regni et aevi munificentissimus, piissimus et doctissimus. Scripsit, *Vitam Joannis episcopi Dunkeldensis*, lib. i. *Concionum sacrarum opus*, lib. i. *Postillas in evangelia*, lib. i. *Canones ecclesiae suae*, lib. i. Obiit 4 Novemb. A. MCCCCLXXXI. Dempster. xi. 820.

[a] LAVENHAMUS [RICHARDUS] e Sudovolgia oriundus, cum adhuc adolescens esset, obtulit se comitem Gippovicensis coenobii Carmelitis. Causa vero prima fuit, ut pietati operam daret; altera, ut doctis studiis libere vacaret: laudabilis profecto utraque in quavis aetate, tum praecipue in juvenili. A pietate igitur auspicatus, tam illustris evasit, ut omneis, quotquot habuit convictores, in sui admirationem facile quidem pertraxerit. Nec interea loci studium erga literas propensissimum defuit; usque adeo, ut tandem praesidem suum exoraverit hoc unum; nempe liceret sibi Oxonium [b] bonarum artium fontem petere. Non hic opus erit longa ambage, ut lector intelligat, quantum in philosophia et penitiori sacrarum literarum cognitione profecerit. Tantum apponam illustria ejus ingenii monimenta, quae etiam nunc fulgent. Edidit autem haec, quae sequuntur: *De decem praedicamentis*, lib. i. [c] "Tractaturus de decem praedic." *Quaestiones super* viii *lib. physicorum* [d]. *De proportionibus. De potentiis activis et passivis*, lib. i. "Cum poten-"tia [e]." *De eventu futurorum*, lib. i. "In materia de eventu." *De natura instantium, et primo instanti*, lib. ii. [f] *De anima*, lib. i. "Anima est actus corporis." *De terminis naturalibus*, lib. i. [g] *De causis naturalibus*, lib. i. "Deus et natura [h]." *Compendium meteororum* [i]. *Compendium coeli et mundi* [k]. "Summa cognitionis naturae." *Speculum naturale* [l], lib. viii. "Ne taediosum sit." *De scientia et sensu*, lib. i. [m]. *De distantia planetarum*, lib. i. "Nota, quod secundum astronomos." *De identitate et distinctione*, lib. i. "Distinctiones sunt septem." *De finito et infinito* [n]. *Defensorium pauperum*, lib. iii. [o] *De inventoribus rerum*, lib. i. "Quoniam de rerum inventoribus." *Commentarios in ethica Aristotelis* [p]. "Sicut in dictis Pythagoras." *In Esaiam* [q]. *In Pauli epistolam ad Titum* [r]. "Influentia spiritualis." *Super sententias*, lib. iv. [s] *In revelationes Brigidae*, lib. i. [t] *Quaestionum ordinariarum* lib. i. *De origine Carmelitici ordinis. Contra haereticos*, lib. i. *Contra haeresin Joannis Purveii*, lib. i. [u] "De sacramento altaris." *Sacrarum concionum* lib. i. [w] *Dictiona-*

[a] Ricardus Lavynham (Bale.) Lavinghamus, Pits.

[b] "Ubi S. theol. doctor evasit; mox prior coenobii "sui ordinis Bristoliensis, et R. Ricardo ii. a sacris con-"fessionibus." [c] Mf. Bodl. Digb. 77. imp. ultra *Quantitatem.* [d] Lib. viii. "Utrum materia de se "aliquem." [e] Cujuscunque rei sit circa.

[f] "Ad cognoscendum quando est vel." [g] "Quae-"ritur, utrum definitio naturae." [h] "Nihil frustra "oper." [i] Lib. iv. [k] Lib. ii. "Summa," etc. [l] *Sive super* viii *libros physicorum.* Pr. "Ne sit "taediosum legentibus." Olim in bibl. Carmel. Oxon. Lel. iii. 57. Inscribitur etiam hic tractatus, *De differentia singularium et universalium.* [m] "Circa consideratio-"nem quare sensus." [n] Lib. i. [o] *Clypeum paupertatis*, lib. i. "Pauperes fiducialiter requiescent."

[p] Lib. x. "Sicut," etc. [q] Lib. i. "Ad singulare "praeconium prophetae." [r] Lib. i. "Influentia," etc. [s] "Quaeritur, utrum finis per se." [t] Lib. vii. "Stupor et mirabilia audita sunt." Mf. ejusd. principii Bodl NE. B. 5. 13. continet tantum libr. iv.

[u] Mf. extat in Waldeni *Fascic. Zizan.* bibl. Bodl. Mus. 163. f. 84. b. [w] *Sermones de tempore*, lib. i. "Solu-"tum

Dictionarium Sacrae Scripturae [x]. Ecce quae tibi, lector, ſum pollicitus, praeſtiti; et tanto accuratius, quanto Trittemius noſtri Lavingamii cauſam remiſſius egit [y]. Diem clauſit ſupremum Ventae Belgarum [z] anno D. MCCCLXXXIII. Ex *Lelando*.

" tum eſt vinculum linguae." *Sermones de ſanctis*, lib. i. *Orationes ad clerum*, lib. i. [x] Lib. i. *Caſſiodorus ſuper pſalmo.* [y] Scripſit praeterea *Encomium virtutis*, lib. i. " Virtutem laudamus, ethicorum." Haec diatriba in Mſ. Bale. Sloan. inſcribitur, *De laude philoſophiae moralis. Hiſtoriam* [*Excerptiones*, Mſ. Bale. Sloan.] *trium magorum*, lib. i. " Dicitur primo capite quod ſicut." *Abbreviationes Bedae*, lib. i. " Britannia, cui quondam Albion." *Annotationes in Tobiam*, lib. i. " Notatur primo capitulo quo-" modo." *Argumenta in epiſtolas Hieronymi*, lib. i. " In " hac epiſtola reſpondet Hieronymus." *Compendium Gualteri recluſi*, lib. i. " In primo capite libri quem prae." *Excerptiones doctorum*, lib. x. " Tullius in libro de natura " deorum." *Summulas logicales*, lib. i. " Juxta proceſſum " Ariſtotelis." *Sophiſmatum canones*, lib. xii. " Converſio " eſt tranſpoſitio." *De ſpeciebus argumentorum*, lib. i. *De ſuppoſitionibus*, lib. i. " Suppoſitio eſt ſtatio termini " *De inſolubilibus*, lib. i. " Sicut nexus amoris quandoque." *Syntagmata rerum*, lib. i. " Eſt ſciendum, quod quaedam " conju." *De fallaciis*, lib. i. " Fallacia eſt deceptio, " ſive ut." *Vocabularium theologiae*, lib. i. Pr " Cum diſſi-" cultas verbalis multum." Ita incipit tract. *De terminis theologicis*, Mſ. Bale. Sloan. *De potentiis animae*, lib. i. *De regulis conſequentiarum.* lib. i. " Omnis propoſitio affir-" mativa." *De arte obligatoria*, lib. i. " Obligatio eſt " oratio, mediante." *De converſione propoſitionum*, lib. i. " Circa converſiones aliquarum." *Quaeſtiones veſperiales*, lib. i. " *De ſcire et neſcire*, lib. " Scire multis modis di-" citur." *Probationes propoſitionum*, lib. i. " Conſequen-" tia eſt antecedens." *Lecturas Scripturarum*, lib. i. " Derelinquetur filia Sion." [*Excerptiones e libro Ariſtotelis*] *de proprietatibus elementorum*, lib. i. " Praemiſſus eſt " ſermo a nobis." *De exceptivis et excluſivis*, lib. i. *De ampliativis*, lib. i. *Ex Auguſtino de civitate Dei*, lib. i. *Dicta Senecae et Tullii*, lib. i. *Excerptiones e libro Tullii de natura deorum.* Pr. " Cum multae res." Ita Mſ. Bale. Sloan. *Lectiones Oxonienſes*, lib. i. Haec Bale. et Pitſ. quibus addit Pitſeus *Contra Lollardos et Wickleviſtas*, lib. i. [y] *Baleus vero clarius, lucidius, vigilantius*, (Lel. *Epit.* Mſ.) [z] *Seu Briſtolliae, et ibidem in collegio Carmelitarum ſepultus eſt*, Lel. *Epit.* Alii aſſerunt eum cum Simone Sudberio, archiepiſcopo Cantuar. populari tumultu interemptum eſſe Londini anno MCCCLXXXI. Bal. viii. 1. Pitſ. p. 533. ſeq.

LAVINGHAM [THOMAS] ſive LAVENHAM, academiae Oxon. alumnus, inter primos ſocios collegii Omnium Animarum primus ab ipſo fundatore nominatus A. MCCCCXLVII tunc S. theologiae profeſſor. Scripſit *Super* viii *libros phyſicorum Ariſtotelis.* Pr. " Ne ſit taedioſum le-" gentibus." Mſ. olim in bibl. Carmelit. Oxon. Hodie in bibl. Caio-Gonvill. L. 67. datur Mſ. h. t. *Comment. ſuper* viii *libros Ariſtot. phyſicorum, quod dicitur Supplementum Lavenham.* Pitſ. *App.* p. 916. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 177.

LAURENCE [AEGIDIUS] patria Gloceſtrenſis, primo in coll. Corp. Chr. Oxon. ſtudiis operam dedit, inde ſocius collegii Omn. Anim. MDXLII, et legum baccalaureus linguae Graecae in academia Oxon. profeſſor regius conſtitutus. Tempore reginae Mariae praeceptor erat liberorum dom. Arthur Darcy. Regnum ineunte Elizabetha ad praelecturam rediit. Anno MDLXIV archidiaconus Wiltonienſis evaſit; quod munus reſignabat MDLXXVI. Anno MDLXXI concionem funebrem in eccleſia cathedr. Sarum pro clar. Jewello habuit. Anno MDLXXVIII juris civilis doctor renunciatus eſt. Anno MDLXXX. 3 Jan. collatus ad archidiaconatum S. Albani et vicariatum de Rickmanſworth dioec. London. quos proximo anno reſignavit. Libros nonnullos, prout accepi, ſcripſit, ediditque. *Hiſt. et antiq. Oxon.* ii. 39. *Carmen ejus praefixum Spicilegio linguae Graecae Ed. Grantae* MDLXXV. *Carmen Latinum* vii *diſtich. praef. Demoſthenis orat.* per Tho. Wilſon MDLXX. *Corrections of the tranſlation of the N. T. in the biſhops Bible.* Pr. " Words not aptly " tranſlated." Strype, *Parker. Append.* N. 85. Claruit anno MDLXXXIV. *Faſti Oxon.* i. 117. Fuller, *Ch. hiſtory* xvi. 102. *Hiſtor.* Buceri. p. 208. Strype *Parker.* 404.

LAWRENCE [JOHANNES] Extat ſub ejus nomine *Epiſtola ad Aug. Bernherum pro gratia univerſali.* Pr. " The Lord is with you." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. Scripta circa A. MDLV. Quidam Joh. Lawrence admiſſus erat archidiac. Wilton. 10 Aug. MDLIV. ( ) et deprivatus A. MDLXIV. A. Wood. Mſ. C. 134. (eo nomine ſubſcripſit in ſynodo MDLXII.) Quidam Joh. Laurence parochus Eſſexienſis (olim frater Dominicanus) de corporis Chriſti praeſentia, etc. non recte ſentiens ad ignem a Bonnero damnatus flammis obiit Colceſtriae 29 Sept. MDLV. Fox. 1543.

LAURENCE [THOMAS] domini archiepiſcopi (archidiaconi Stow. 570.) Cantuarienſis regiſtrarius, proditionis deferendae neglectus in Elizabetha Barton accuſabatur A. MDXXXIV. Stow. 571. Scripſit circa A. C. MDXXXIV. *De ſanctitate, revelationibus et miraculis Elizabethae Barton*, lib. i. Ita Hollinſh. vol. iii. p. 937. Dubium tamen remanet, annon hunc librum ab Edwardo Bocking compoſitum, ſua manu deſcriptum tantum prelo paraverit.

LAURENTIUS de S. ALBANO advocatus praecipuus in Romana curia nutritus, et alitus in abbatia S. Albani. Mſ. Cotton. Claudius E. iv. *Geſta abb. S. Albani.* Extant *Reſponſiones mag. Laurentii de S. Albano pro comite Cantiae Auberto de Burgo.* Mſ. Cotton. Nero, D. i. 8.

LAURENTIUS GUILELMUS de SAONA, frater ordinis Minorum, S. theol. doctoris, ſcripſit *Opus rhetoricae facultatis*, alias, *Margaritam eloquentiae.* Pr. prooem. " Cogitanti michi " ſepenumero." Pr. tr. " Quoniam igitur impreſenciarum." Impreſſ. apud villam S. Albani MCCCCLXXX. 4to. Exemplar nitidum adhuc ſervatur in bibliotheca Richardi Mead, M. D.

[a] LAURENTIUS et BRIXIUS, Angli ac Dominici ſectatores egregii, a literis inſigniter commendati ſtudio Leandri Alberti [b], quinto *De illuſtribus Dominicanis* libro. Mea certe intereſt ea in locum opportune hic redigere: ne quod ille externus ſcriptor candide obtulit, ego ingratus ſilentio praeteriiſſe videar. Ex *Lelando*.

[a] Laurentius claruiſſe fertur anno MCCLX. Bal. x. 67. Qu. annon ſit idem cum Laurentio Anglico, qui circa haec tempora floruiſſe dicitur? [b] Bononienſi. Mſ. Trin. addit.

LAUREN-

LAURENTIUS ANGLICUS. Parisiis S. theol. doctor et praepositus collegii Anglicani ibidem: fratrum Mendicantium infensissimus hostis, sed ante mortem eis reconciliatus, apud Dominicanos sepultus. Scripsit, *Contra pseudo-praedicatores*, lib. i. *Defensorium Gulielmi de S. Victore*, lib. i. Claruit A. MCCLX. Bal. iv. 30. Pits. p. 341. seq.

LAURENTIUS monachus de BELLO ordinis S. Benedicti; juris canonici peritus. Scripsit, *De vita et honestate clericorum*. Pr. " Quaeritur in quibus consistit." Ms. in bibl. reg. Westmon. *Lecturas de accusationibus, sponsalibus, et symonia*. Ms. ibidem.

LAURENTIUS DUNOLMENSIS coenobii praecentor[a], circa tempora Henrici primi, deinde et praeses[b], magnum sui saeculi, sive religionem, sive quis eruditionem spectet, decus fuit: eluxitque honos ille usque adeo felix ei, ut longe majorem pepererit. Nam abbas postea Visi-monasteriensis[c] designatus est a rege Henrico, amoto Gervasio, fratris regio Stephani filio; qui res loci illius juveniliter profuderet. De religione hominis monachi Cuthebertini, Albanenses, et Petrini adhuc praeclare loquuntur[d]. De literis autem ego ipse testis non omnino malus esse possum, utpote qui viderim omnia fere ejus monimenta, quibus se posteritati commendavit. Carmen juvenis, aulae cultor maximus, mirum in modum coluit; non raro editis in hoc genere orationis, ut periculum sui ingenii faceret, libellis. Successit mediocriter hic labor, meliusque successisset, si perpetuo materiam numeris aptam deligisset; et rebus aulicis, ut ipse refert, minus serviisset. Nec metas hic studiorum posuit. Nam magno rhetoricam aggressus animo, majori orationes scripsit; et causas amicorum, exercendi styli gratia, acerrime tutatus est. Non possum equidem hoc non laudare, fuisse homines taleis in illa barbara aetate, qui tam alacri impetu ad studia progrederentur. Fuit tamen orator vehementior, quam facundior; quanquam multis in locis non facundia, nec lucido rerum ordine destitutus. Postremo ad sacras literas, tanquam colophonem studiis additurus, se totum convertit, in quibus non leviter profecit. Hactenus de ejus laude; nunc ad indicem librorum, qui ab illo scripti apud Cuthebertinos extant[dd]: *Hyponosticon*[e], libri ix carmine elegiaco ad Gervasium, " Principium rerum." Cujus supra, ut arbitror, mentio. *Consolatio de morte Pagani*[f], " Saepe et supra modum." Amici et consultoris incomparabilis, a quo et edoctum fuisse credo Laurentium, prosa et carmine. Hic vero libellus *Hyponostico* praeponitur. *Exempla ad Hathewisam*, instar libelli. " Tria sunt praecipue." *De conscribendis epistolis. Orationes pro Laurentio*[g], *i. e. seipso. Pro naufragis*[h]. *Pro juvenibus in vinculis*[i]. *In Malgerium*[k]. *Pro Milone amatore*[l]. Obiit Visimonasterii[m], ubi et sepultus est in claustro, ut liquet ex marmore insculpto. Ex *Lelando*.

[a] In prologo *Hypognostici* sui dicit Laurentius se ex ecclesiae Dunelmensis praecentore palatinum capellanum fuisse factum, et familiaritatem principis, amorem ecclesiae, cleri judicium, favorem curiae, et laudem populi, munere divino multipliciter contributa sibi gloriatur. Whart. *A. S.* tom. i. p. 787. [b] Factus est prior coenobii Dunelmensis anno MCXLIX. [c] Hic Lelandus aperte hallucinatus est; nam Laurentius archidiaconus Dunelm. postea monachus Albanensis, factus erat abbas Westmonast. multos annos post obitum Laurentii prioris. Vide Whartonum loco citato.

[d] Hist. Dunelm. Ms. Cotton. Laud. D. iv. Rogerus prior obiit circa ann. MCXLIX, successit Laurentius, vir magnae discretionis, in jure peritus, eloquentia praeditus, divinis institutis sufficienter instructus. Hic multa laude digna conscripsit *De morte amici*. 2, 3, 4, 5, 6, 7. *Rhythmus de Christo et discipulis suis*: scripsit etiam metrice *De civitate et episcopatu Dunelm.* per modum dialogi inter Laurentium et Petrum. [dd] Ordo in recensione librorum in Ms. Lel. Trin. convenit cum edit. Hall. [e] Quod ipsemet in prologo suo interpretatur librum abbreviatum super Vetus et Novum Testamentum, lib. iv. Pr. prol. prosa: " Omnis " ars vel disciplina, mi Gervasi." Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. *Art.* 85. in fine mutilus. lib. viii. Ms. Bodl. Laud. H. 31. cod. antiquiss. lib. ix. Pr. l. " Principium rerum sine " tempore." Ms. Lambeth. et Cantab. in coll. Corp Chr. G. 13. Carent autem prol. Ms. bibl. reg. Westmon. 4. A. vi. In Ms. Cotton. Calig. D. iii. sunt versus 30 Galieni cujusdam (exscriptoris hujus operis) de divisione ejus, et in laudem autoris, ubi novem enumerat libros. Olim in bibl. S. Joh. Colcestr. ita Bostonus Buriensis. [f] In modum dialogi, lib. i. " Saepe et supra modum multis." Ms. Lambeth. 238. et 443. [g] Lib. i. Ms. ibid. Male Pitseus inscripsit hunc librum *Orationum pro S. Laurentio.*

[h] 1. Pr. " Frustra boni cives illud offerre." Ms. ibid.

[i] 1. Pr. " Difficile satis, princeps invicte." Ms. Ibid.

[k] *Invectiva*, lib. i. " Quaenam haec est intentio tua." Ms. ibid. Praeterea *In detrectatorem Malgerium*, lib. i. " Non possum, socii mei, vel admirari." Bal. Pits.

[l] *Excusatio*, lib. i. " Multis, pater, pro Milone uti ver" bis." Ms. Lamb. Scripsit etiam *Dialogorum in metro* lib. iv. " Carmina constitui nunc pandere." *Vitam S. Brigidae Hibernicae in prosa*, ad Ethelredum, dispensatorem domus regiae, lib. i. Pr. pr. " Licet inexplicabili " quodam labyrintho." Pr. l. " Fructificante in diversis " ubique." Ms. in bibl. Baliol. Oxon. 206. Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 15. Extat in *Actis sanctorum* per Bollandum. vol. i. mens. Febr. *De Cuthberto episcopo*, lib. i. *De confessoribus*, lib. i. *De virginibus*, lib. i. *Homelias eruditas*, lib. i. *Versus de sacramentis*, lib. i. (sive lib. ix. *Hyponostic.*) Pr. " Quisquis nostri Redemptoris vestris imagine." Ms. bibl. Bodl. Laud. H. 31. *Sermones de Christi adventu*, etc. lib. i. *De Christi natali*, lib. i. *De assumptione Mariae*, lib. i. a Baleo et Pits. memorati, Laurentio Westmonasteriensi adjudicandi sunt. Add. Bal. Lel. Ms. Trin. [m] Laurentius Dunelmensis anno MCLIII. Hugonem electum Dunelm. comitatus est Romae, sed in reditu sub initium anni MCLIV. 17 Maii (Ms. Lel. Trin. vi.) apud Gallos obiit; corpus vero ad Dunelmiam delatum, in coemetrio abbatiae humatum. Whart. *A. S.* tom. i p. 787. *Hist. et Ant. Oxon.* tom. i. p. 53. Vide etiam Bal. ii. 83. Pits. p. 222.

LAURENTIUS LONDORIS abbas Sconae, (Dempster. p. 443.) legum professor primus in academia Santandreana, et haereticae pravitatis inquisitor. Scripsit, *De electione et electi potestate*, lib. ii. *Examen haereticorum Lolardorum*, lib. i. *Processum Petri Krek haeresiarchae Angli*, lib. i. Claruit A. MCCCXI. Dempst. xi. 822.

LAURENTIUS SCOTUS (Dempst. p. 437.) socius Harruchae et Kortilae in Germania, Brunoni filio, Othonis Saxoniae ducis comes, eundemque papam electum, dictum Gregorium V Romam secutus. Scripsit, *Contra Adeobaldum antipapam et Crescentem Romanum*, lib. i. *De actis Gregorii V*, lib. i. Claruit A. DCCCCV. Sepultus est Romae in ecclesia D. Petri prope altare D. Andreae. Vide epitaphium ejus apud Dempsterum xi. 809.

LAUREN-

LAURENTIUS WALLENSIS ſcripſit *Dialogum de libero arbitrio*. Mſ. olim in bibl. Sion.

LAURENTIUS WESTMONASTERIENSIS genere Normannus, S. theol. profeſſor, primo archidiaconus in dioec. Dunelm. dein monachus Benedictinus in coenobio S. Albani, et tandem abbas Weſtmonaſterienſis. Scripſit, *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de ſanctis*, lib. i. Whart. *A. S.* tom. i. 787. De iis Sporley Mſ. Cotton. Claudius A. viii. de abb. Weſtmon. ita: "Multos ac devotos edidit ſermones pro diverſis anni temporibus et ſanctorum feſtivitatibus, utpote in vincula S. Petri. qui incipit:" *Miſit Herodes rex*. In feſto Mariae Magdal. Pr. "Intravit Maria in, etc." *Sermones* iv *de adventu Domini*, lib. i. "Ut tota cum devotione Domini." Hos cum aliis perperam aſcribunt Boſtonus Burienſis et Baleus Laurentio Dunelmenſi. Extabant olim in bibl. Weſtmon. Extant centum *Sermones Mſs. hujus Laurentii de adventu et aliis feſtis per totum annum* in bibl. coll. Baliol. Oxon. Mſ. Langb. p. 333. Obiit 11 April. A D. MCLXXVI, et ſepultus eſt in auſtrali parte clauſtri. Sporley Mſ. Cotton. l. c.

S. LAUSTRANUS (Dempſt. 429.) epiſcopus Scotus, dum controverſia agitur de paſchate et tonſura. Scripſit *Ad Hilarium et alios epiſtolarum* lib. i. Claruit A. DCLXIV. Dempſt. xi. 791.

LAWERN [JOHANNES] monachus ordinis S. Benedicti in coenobio Wigornienſi, aliquot annos in ſtudio theologiae poſuit Oxoniae in collegio Gloceſtrenſi, cujus facultatis doctor tandem admiſſus eſt. Scripſit, *Actus contra quatuor peccata. Benedictiones et laudationes in veſperis Oxon. Variarum rerum epiſtolas. Quaedam chronice.* Omnia in uno volumine compacta, ad finem hanc habent notam, "Expliciunt lectiones ordinariae magiſtri Johannis Lawern, ſacrae paginae profeſſoris editae et publice lectae in ſcholis theologiae Oxon. A. MCCCCXLVIII. et MCCCCXLIX." Vide Mſ. bibl. Bodl. Super A. 1. Art. 13. Et Mſ. Langb. v. 638. *Faſti Oxon.* i. 41.

LEA [CROMWELL] filius natu minor D. Antonii Lea, ſeu Lee de Burſton in comit. Buckingh. ſtudiis academicis in collegio D. Joh. baptiſtae Oxon. vacavit, et poſtea alias regiones viſendi cupidus Italiam adiit, ubi tantam linguae illius acquiſivit peritiam, ut in patriam reverſus ſcripſerit *Dictionarium Italico-Anglicum*. Quod Mſ. dedit autor collegio D. Johannis, mutilum tamen, quia nunquam ultra verbum *Tralingnato* compoſitum erat. Mſ. Oxon. coll. D. Joh. L. 61. Obiit in parochia S. Crucis in ſuburbio Oxon. A. MDCI. *Athen. Oxon.* i. 312.

LECHA [ANDREAS] Scotus, S. theologiae doctor, ſcripſit, *De reali praeſentia*, lib. i. *De conſenſu eccleſiae catholicae*, lib. i. *Haereſis mores*, lib. i. Claruit A. MDLXII. Dempſt. xi. 802.

LECHBERTUS in Anglia educatus, poſtea abbas coenobii S. Rufi in Gallia Narbon. ordinis canonicorum S. Auguſtini. Scripſit, *Explanationes Pſalmorum*, lib. i. "Prophetia eſt aſpiratio divina." *Commentarios quoque alios*, lib. i. Claruit circa A. MCCX. Bal. xiii. 32.

LEDREDUS [RICHARDUS] Franciſcanus Londinenſis epiſcopus Oſſorienſis factus a P. Johanne xxii, haereticae pravitatis ſuſpectus multa ab Alexandro archiep. Dublin. paſſus eſt circa A. D. MCCCXXXIX. Vide Rymer. *Foeder.* v. 112. Scripſit, *Epiſtolas ad papas Johannem* xxii *Benedictum* xii, *et Clementem* vi. *Hymnos quoſdam in natali Domini et aliis feſtis decantandos in eccleſia ſua. Conſtitutiones ſynodales eccleſiae Oſſorienſis. Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. p. 501. ſeq. Obiit A. MCCCLX, et in eccleſia ſua prope ſummum altare ſepultus eſt. War. p. 124. Wadding. *Script.* p. 305. Vide Wadding. *Annal.* tom. iv. et v.

LEE [EDVARDUS] filius Ricardi, apud Lee-magna in comitatu Cantiae natus. In collegio S. Mariae Magdalenae Oxon. circa annum MCCCCXCIX admiſſus fuit, ubi ſtudiis bonarum artium naviter incumbens, poſt iv annos gradu baccalaureatus in artibus honeſtatus eſt. Inde Cantabrigiam ſe contulit, et A. MDIII. 2 Martii artium baccal. Lond. dioec. ad titulum eccleſiae ſuae de Wells. Norwic. dioec. ordinatus eſt diaconus per Edw. Callipolenſem epiſcopum. *Regiſt.* Warham archiep. Cantuar. Et A. MDXV. Nov. 13. ſacr. theol. baccal. procurator cleri dioec. Well. in convocatione. *Regiſt.* Hadr. epiſc. Wellen. A. MDXXIII. 19 Novemb. ſacr. th. prof. collatus ad archidiaconatum Colceſtriae. *Regiſt.* Tonſtal, epiſc. Lond. A. MDXXX. Julii 7. donatus praebenda S. Stephani Weſtmonaſt. Rymer. *Foed.* vol. xiv. 401. Vid. et pag. praeced. 354. Renunciatus fuit ante hunc annum regi Henrico viii a ſacris, et mox eidem regi eleemoſynarius. Poſtquam plurimas obiiſſet legationes, ſc. in Germaniam, Italiam, etc. (de quo negotio vide Mſ. Norwic. More 234.) de negotio divortii inter regem Henricum viii. et Catherinam uxorem ejus, primo cancellarius eccleſiae Saliſburienſis evaſit MDXXIX, et biennio exacto ad archiepiſcopatum Eboracenſem evectus fuit. Scripſit, *Comment. in univerſum Pentateuchum Moſis.* Mſ. Vide Rog. Aſchami *Epiſtolas* lib. ii. in epiſtola *cuidam amico Eborac. Apologiam contra quorundam calumnias.* Pr. "Sic habent perditiſſimorum hominum." Lovanii MDXX 4to. *Indicem annotationum prioris libri.* Pr. "Citat Graece ſic eſſe." Ibid. *Epiſtolam nuncupatoriam ad Deſid. Eraſmum.* Pr. "En nunc demum habes, Deſid. Eraſme." Ibidem. *Annotationum libros duos: alterum in annotationes prioris editionis N. T. Deſid. Eraſmi; alterum in annotationes poſterioris editionis ejuſdem.* Pr. "Chriſti generatio ſic erat. Operae pretium." Ibidem et Maguntiae MDXX. *Epiſtolam apologeticam, qua reſpondet Deſ. Eraſmi epiſt.* Pr. "Eam ſtatuo eſſe commodiſſimam." Ibid. et Maguntiae MDXX. Haec epiſtola data eſt Lovanii calend. Februar. MDXX. aſt procul dubio impreſſa Pariſiis. Hi ultimo recenſiti 5 tractatus ſimul impreſſi extant Pariſ. MDXX. 4to. *Epiſtolas* 600. lib. i. *Epicedia clarorum virorum*, lib. i. *Invectivam in Deſ. Eraſmi verſionem*, lib. i. *Reprehenſiones Eraſmi*, lib. i. *Exhibita conſilio Caeſareo*, lib. i. *Reſponſa ad quaeſtiones de ſacramentis*, Anglice. Pr. "To the firſt; in Scripture." Vide Burnet, *App.* i. p. 201. ſeq. *Tractatum contra Lutheri librum de captivitate Babylonica.* Citat. a Campiano in i. *Conferen.* C. iv. Lutherus,

therus, tom. iii. p. 686. hunc Edvardum Laeum autorem fuisse *Assertionis* vii *sacramentorum*, etc. sub nomine Henrici regis. Placcius ii. 342. *Epistolae aliquot eruditorum virorum*, ex quibus perspicitur, quanta sit Edvardi Lei virulentia, Basil. MDXX. 4to. Fatis concessit 13 Septemb. A. MDXLIV, et in ecclesia cathedrali Eboracensi sepultus est. Vide epitaphium in Godw. ii. 86. *Hist. et antiq. Oxon.* ii. 193. *Athen. Oxon.* i. 62. Bale viii. 78. Pits. 731.

LEE [GULIELMUS de la] Monachus, ut videtur, abbatiae de Bello. Scripsit *Chronica.* Olim in bibl. abbatiae Bellensis. Leland. *Collect.* iii. 66.

LEEKE [LEONARDUS] monachus ecclesiae cathedr. Norvicen. ordinis S. Benedicti; electus in priorem ab episcopo confirmatur 24 Apr. MCCCLII. Scripsit *Historiolam de vita et morte rev. domini Will. Bateman, Norwicensis episcopi.* Ms. in aula S. Trinit. Cantabr. Obiit . . . Octob. MCCCLVII.

LEGAT [HUGO] patria Hertfordiensis, et coenobii S. Albani monachus Benedictinus. Apud Oxonienses in bonarum artium studiis multos annos posuit. Scripsit ad Gul. Haywort, abbatem sui coenobii, *Commentarium super Joh. Hantwilli architrenium*, lib. ix. "Humillimus paternae." In Ms. bibl. Bodl. Digby 64. est *Architrenius* cum Glossa, sed commentarius hujus Hugonis extare videtur ad finem ejusdem Ms. mutilus in principio et fine. *In Boëtium de consolatione*, lib v. "Supra "Dei sapientia." *Epistolas ad diversos*, lib. i. Claruit A. MCCCC. Bal. vii. 19. Pits. 568.

LEGH [GERARDUS] filius Henrici patria Londinensis. Post aliquot annos in studiis philosophicis Oxoniae positos ad hospitium jurisperitorum Templi Interioris London. se contulit, sed rei heraldicae et historicae deditus, nunquam jus dixit. Scripsit *The accedence of armory.* Pr. epist. ad studiosos in hosp. legul. "Considering, right honourable, my dutie." Lond. MDLXVIII. MDLXXVI. MDXCVII. MDCXII. 4to. "The first book of heraldry printed in English MDLXII. Thoresby, *Duc. Leod.* p. 5." Obiit MDLXIII. 13 Octob. et in ecclesia S. Dunstani in vico Fletensi sepultus jacet. A. Wood. Ms. ex Stow. p. 434. ubi epitaphium ejus. *Athen. Oxon.* tom. i. 187.

LEGLAEUS [a] [GILEBERTHUS] sive ANGLICUS medicus. Hujus in vita Gileberti, Cistertiensis sectae monachi, leviter memini. At hic opportunissimus locus nunc postulat, ut fusius de eo loquar [b]. Excusserat admirabili diligentia omnes philosophorum juxta ac medicorum forulos, magnamque et divitem inde supellectilem domi forisque corraserat: quam ne inutiliter aut obscure sibi uni ingratus retineret, rem herbariam vel plebi notam reddidit; aegrotos percuravit; sanis de tuenda valetudine consilia instillavit plane optima. Neque hic tantum suo saeculo profuisse satis amplum putabat esse officium. Scripsit in gratiam posteritatis hos libros, videlicet *Practicen medicinae* [c], et ejusdem *Compendium* [d]. *Illustravit* praeterea *Aphorismos Hippocratis* [e]. Plura de eo edita crediderim [f]; at quae superius nominavi, tantum ad oculos pervenerunt [g] meos [h]. Ex *Lelando.*

[a] Gilbertus Anglicus a Baleo, Pitseo, Leglaeus cognominatus. [b] "Gilbertus Legle, corporalium curationum "magister, medicus erat Huberti, Cantuariensis archiepi-"scopi. Excusserat, etc." Ita Ms. Lel. Trin. Hunc Oxoniensem fuisse certis indiciis colligit Br. Twyne. A. Wood. Ms. Pits. Princ. "Postquam in Anglicis academiis studu-"isset, exteras scientiam comparandi gratia invisit, et tan-"dem medicinae doctor evasit. In Angliam reversus fa-"ctus est medicus Huberto, archiepiscopo Cantuariae." Narrat de eo Symphorianus Camperius in tract. v. *De medicae artis scriptoribus*, quod fuerit in agendorum consiliis prudens, in curandis humanis corporibus approbatissimae experientiae, ac dubiorum clarissimus interpres.

[c] Lib. i. Idem cum sequenti. [d] Lib. vii. "A "morbis universalibus propo." Ms. Oxon. Bodl. super D. 1. Art. 35. et in colleg. Merton. P. ii. 9. Ms. Norwic. More 676. Cantabrigiae in colleg. S. Petri Ms. 208. et 220. "Et idem opus esse puto, quod in dictis biblio-"thecis modo *Practica medicinae* dicitur, modo *De com-"positione medicinae* intitulatur." Ita Pits. Ms. Oxon. in collegio Novo 165. sic inscribitur: *Liber morborum tam universalium quam particularium a magistro Gileberto editus ab omnibus autoribus practicis magistrorum excerptus, qui compendium medicinae intitulavit.* In Ms. Bale. Sloan. fol. titulus est *Practica Gilberti Anglici*, lib. vii. Extat Lugd. MDX. 4to. In Ms. Cantabr. coll. Caii inter lib. medicos. Cod. 16. 10. est *Antidotarium Gilberti.* [e] Lib. i. Ms. in bibl. publ. Oxon. [f] Scripsit etiam secundum Baleum iii. 63. et Pitseum, p. 277. seq. *De viribus aquarum et specierum*, lib. i. "Absynthium calidum est siccum." Ita incipit Ms. sunoninum *De virtutibus herbarum*, Ms. Bodl. Digb. 75. Gilberti liber *De viribus et medicinis herbarum, arborum, et specierum*, Ms. olim monast. Sion. *De proportionibus fistularum*, lib. i. "De his instrumentis, quae "flatus." *De judicio patientis*, lib. i. "De corpore qui-"dem humano Saturnus." *De re herbaria*, lib. i. *De tuenda valetudine*, lib. i. *De particularibus morbis*, lib. i. *Thesaurum pauperum*, lib. i. *In prognostica Hippocratis*, lib. i. *In versus Aegidii*, lib. i. "Sicut dicit Constantinus in." Ms. colleg. Novo 170. In Ms. Merton. Q. ii. 4. sunt versus *Egidii de urinis*, cum commentario, quod a manu recent. Gilberto Anglico tribuitur; sed pr. et finis desunt. Ms. autem Merton. P. ii. 3. est integer, manu antiqua, et nostro ascript. uti etiam Ms. P. ii. 4. [g] Pervenerunt. "Hujus opuscula, multi ad quaestum properantes, diligentissime olim legebant," addit Ms. Lel. Trin.

[h] Claruit A. D. MCCX. Bale. Pits. locis supra citatis.

LEIAU [ROBERTUS] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX.

LEICHT [THOMAS] primus ordinem Carmelitarum in Scotiam introduxit, et a Ricardo episcopo Dunkeldensi licentia fundandi coenobii impetrata, Tullisense juxta Perthum fundavit, ubi prior et totius ordinis per Scotiam praeses provincialis. Scripsit, *Pro rege Alexandro ad papam*, lib. i. *Conciones per annum*, lib. i. *De immunitate ecclesiastica*, lib. i. Claruit A. MCCXXXI. Dempst. xi. 807.

LEIGH [VALENTINUS] scripsit Anglice *The art of surveying lands, tenements, etc.* Pr. pr. "Seyng that I doo now at this time." Epist. dat. 27 Octob. MDLXII. Lond. . . . . et MDLXXVIII. MDLXXXVIII. MDXCII. MDXCVI. 4to. Ultimae hujus editionis epistola dat. 3 Jan. MDXCII. *Death's general proclamation* (Ms. interl. Colch.) *as also five precepts of vertuous and honest*

honeſt lyfe. Pr. ded. mag. Henr. Codenham. " As you have known me heretofore." Lond. MDLXI. 4to. A. Wood. Mſ. *Cat.* i.

LEINTWARDEN [THOMAS] patria Herefordenſis, collegii Orielenſis apud Oxoniam ſocius et artium magiſter ordinabatur acolitus 18 Febr. MCCCXC, et diaconus MCCCXCII. *Reg.* Braybrook. epiſc. London. Fuit Gul. Courtney archiepiſcopi Cantuar. ſacellanus domeſticus, rector de Aldyngton MCCCXCI, et vicarius de Chartham in comit. Cantii MCCCXCII. Wharton. Mſ. L. 801. in bibl. Lamb. collegii Oriel praepoſitus tandem electus, et S. theologiae doctor, eccleſiae S. Pauli London. cancellarius evaſit A. MCCCCI. *Reg.* Braybrook. A Frumentario in opere ſuo *De granis typicis* ſaepe laudatur. Scripſit *In epiſtolas Pauli*, lib. xiv. In Mſ. Cotton. Otho. B. iv. ita: " Opus doctoris Lentewarden ſuper epiſtolas Pauli ad Corinthios et Romanos tranſcribi fecit " in uſum abbatiae S. Albani Joh. Whethamſtede abbas." Claruit circa A. MCCCCXX. Bal. xii. 8. Piſ. *App.* p. 886. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 209. ii. p. 105. 108.

LEIRMOUTH [THOMAS] ſive ERLETONUS, ſive RYTHMICUS, nobili ortus loco; ob vaticinia et prognoſtica clarus. Ita de ſeipſo.

In Erſlingtoun I dwell at hame,
Thomas Rymer men call me.

Scripſit Scotice *Vaticinales rhythmos*; *ſive de futuro Scotiae ſtatu*, lib. i. Juxta Spotſwood. 1279 in nono gradu familiae Brucaeorum unionem duorum regnorum praedixiſſe dicitur autor noſter. In collectione libri *The old Scotch propheſies*, Edinb. MDCLXXX. 12mo. p. 19. [ ] extat [refer huc p. 11. 13. 18. 36.] *The propheſie of Thomas Rymer.* Pr. " Still on my wayes as I went." Vide an eadem cum Mſ. Cotton. Veſpaſ. E. viii. 3. In *Hiſtoria Scotiae* Johannis Fordun ſive Magn. Macculloch olim in bibl. Stillingfleet lib. x. cap. 43. 44. plurima ex *Prophetiis* hujus Thomae Rymer. Claruit A. MCCLXXXII. Bal. xiv. 51. Dempſt. xi. 810.

LELANDUS [JOANNES] * inter Lanicolas, ut ego accepi, ortus eſt. Iſiacorum academiam celeberrimam coluit: ubi non ſine admiratione, ut illa ferebant tempora, ludum grammaticum aperuit, nobiles pueros ac plebeios non parvo tempore docuit. Propenſius Iſiacorum erga hominem amor eo ſucceſſit, ut hoc encomiaſtico frequenter carmine illum collaudarent:

Ut roſa flos florum, ſic Lelande grammaticorum.

Vidi ego aliquando ejus *Grammaticam*, certe, ut ea aetas tulit, non contemnendam. Docuit apud Iſiacos e regione, ſic praedicant, collegii Vitiferi, non procul a fano Frediſvidae virginis, ubi diem obiens ſupremum, ſepultus eſt anno D. MCCCCXXVIII. penultima Aprilis. ' Tumulo ſuperadditum marmor, et marmori epitaphium Latinum aereae laminae inſculptum. Sub eodem marmore et poſtea anno D. MCCCCLXXII. 15 Octobris Joannes Cobous, diſcipulus Lelandi et ejus hypodidaſculus, ac poſtremo praeceptor, emoriens ſepultus eſt. Ex *Lelando.*

* Senior: In ejus laudem, ſc. reverendi grammatici Joannis Leland x *Epigrammata* contexuit Johannes Seguard q. v. in Mſ. Merton. Oxon. Q. iii. 1. Art. Scripſit ſecundum Baleum vii. 73. et Pitſeum, p. 612. *Declinationes Latinas et Graecas*, lib. i. " Quaeritur, quot terminatio- " nes." *Tractatum de generibus* lib. i. " Nota quod om- " nia nomina." *Diſtinctiones rhetoricae*, lib. i. " Nunc de " diſtinctione et ejus." Mſ. Bodl. Super A. 1. Art. 43. In eodem codice habentur opuſcula ſequentia, quae forte Johanni Lelando debentur. *De modo punctandi.* Pr. " Nunc " ex eo quod tam de dictandi." *Hymnarium compendioſe compilatum.* Pr. " Tres ſunt pedes verſificandi." *De accentu.* Pr. " Accentus eſt regularis modulatio vocis." In hoc codice ſunt multa alia hujus argumenti; ſed quaere annon Lelando recte adjudicentur. *Praeterita et ſupina verborum ſecundum mag. Joh. Leylont.* Oxon. MCCCCXIV. Pr. " Prima conjugatio quatuor diverſas." Mſ. in eccleſ. cathed. Lincoln. *Leylandi fundamentalis inſtructio puerorum.* Liber ita dictus; Mſ. olim in monaſt. Syon. Memorandum; quod 4 Julii MCCCCXXXV cancellarius decrevit omnes cautiones et quaecunque vadia poſita penes mag. Johannem Laylond nuper defunctum exponi venditioni poſt publicam proclamationem, etc. *Reg.* Oxon. A. a. a. f. 6.

LELANDUS [JOHANNES] junior, illuſtre totius Britanniae lumen, Londini in lucem editus, admodumque juvenis parentibus orbus, favore Thomae Myles, magni Muſarum patroni curae viri clariſſimi Guilielmi Lillii traditus fuit, qui praeclaras animi ejus dotes, et ingenium quod natura ipſi dederat praeſtantiſſimum in ſtudiis grammaticis, et aliis quae ad liberas artes ediſcendas facilem ac felicem parant aditum, inſtruxit. Maturiore aetate Cantabrigiam ad collegium Chriſti contendit, ubi poſtquam aliquot annos in literis academicis excolendis poſuiſſet, [Fullerus in *Deſcript. Cantabrig.* p. 90. eum ſocium illius collegii fuiſſe dicit] Oxoniam ſe contulit, ibique in collegio Omnium Animarum (teſte Guil. Burtono antiquario Leiceſtrenſi in primo *Collectaneorum* tomo) politiorem literaturam, Latinique ſermonis elegantiam cum Graecis literis et philoſophicis ſcientiis conjunxit. Deinde Lutetiam Pariſiorum abiit, ut ſi quid ad perpoliendam ſuam doctrinam ſingulare haberet Gallia, quod Anglia non ſuppeditaret, acquiſitis adjiceret ad cumulum perfectionis. In hunc finem ibi Sylvio cuidam, per id tempus viro literatiſſimo ſe tradidit in diſciplinam, et ex doctiſſimis lectionibus Budaei, Fabri, Pauli Aemilii et Ruelli ingentem omnis eruditionis theſaurum domum reportavit. In patriam redux, ſacros ſuſcepit ordines, regiſque Henrici viii ſacellanus factus curam eccleſiae de Poppeling (ſive Popering aut Pepling) in marchiis Caliſienſibus ſuſcepit. Haud diu poſt bibliothecarius regius conſtitutus, diplomateque A. D. MDXXXIII regni 25 edito ſtipatus per integrum ſexennium eccleſiarum cathedralium, abbatiarum, prioratuum, collegiorum atque monaſteriorum vetuſtiſſimos foedoque ſqualore obſitos codices ſedula manu excuſſit, ac ex ingratis edacium blattarum tinearumque morſibus eripuit. Haec dum

ſumma

summa cum laude sua moliretur, rex anno regni 28 per literas patentes absentiam a rectoria apud Poppeling ei indulsit; et ulterius ille A. D. MDXLII regni 33. 3 Aprilis ad ecclesiam parochialem de Haseley comitatus Oxon. et post biennium ad canonicatum in collegio Regali in universitate Oxon. et circa idem tempus ad praebendam de East-Knoll et West-Knoll in ecclesia Salisburiensi fuit collatus. Tandem ut itinerum suorum rationem redderet, et ut quaecunque curiosis ac diligentibus manibus congesserat, in ordinem redigeret, atque successu temporis in vulgus emitteret, Londinum ad parochiam S. Michaelis in le Querne se contulit, et ibidem exacto sexennio et eo amplius, an subita mentis perturbatione (quod maximopere dolendum est) an moerore, aut morbo aliquo epidemico in amentiam incidit. Et ne memoria viri omnibus laudum encomiis dignissimi, qui veterem patriae gloriam suis scriptis renovavit, et quasi intermorituram ex oblivionis sepulchro resuscitavit, hoc casu fortuito tam cito vilescere inciperet, rex Edwardus vi per literas patentes anno 5 regni custodiam auctoris nostri Johanni Lelando seniori concredidit, atque ut ille fructibus beneficiorum ecclesiasticorum gauderet, constituit. Communi eruditorum suffragio Lelandus orator facundus, poëta elegans, antiquarius curiosus atque in linguis Graeca, Latina, Gallica, Italica, Hispanica, Britannica, Saxonica, Wallica et Scotica maxime versatus inclaruit. Scripta ejus sunt: *Naeniae in mortem Thomae Viati equitis incomparabilis.* London. MDXLII. 4to. et cura Tho. Hearne Oxon. MDCCXI. 8vo. *Genethliacon illustrissimi Edvardi principis Cambriae, ducis Coriniae et comitis Palatini*, London. MDXLIII. 4to. Et cum notis Tho. Hearne, Oxon. MDCCXII. 8vo. *Syllabus et interpretatio antiquarum dictionum, quae passim per libellum lectori occurrunt.* Ibidem. *Assertio inclytissimi Arturi regis Britanniae.* London. MDXLIV. 4to. et cura Tho. Hearne, Oxon. MDCCXV. 8vo. *Elenchus antiquorum nominum.* Ibid. *Naenia in mortem splendidissimi equitis Henrici Duddelegi, Somarigani, Insulani Verovicani.* London. MDXLV. 8vo. *Bononia Gallomastix in laudem felicissimi victoris Henrici* viii. *Anglici, Francici, Scotici, Hibernici.* Carm. eleg. Pr. " Maxima nuper erat clarus " mea gloria Gallus." Lond. MDXLV. 4to. et ex edit. Tho. Hearne, Oxon. MDCCXV. 8vo. *Cygnea Cantio*, Lond. MDXLV. 4to. MDCLVIII. 12mo. Et cum notis Tho. Hearne, Oxon. MDCCXII. 8vo. *Commentarii in Cygneam cantionem indicis Britannicae antiquitatis locupletissimi.* Ibid. *Laudatio pacis.* London. MDXLVI. 4to. et per Tho. Hearne, Oxon. MDCCXV. 8vo. *A new-years gift to K. Henry* viii. (37 *year of his reign) concerning his laborious journey and search for England's antiquities*, Lond. MDXLIX. 8vo. et ex editione Joh. Balei, qui addidit *A register of the names of English writers, whom the second part of his work* De scriptoribus Britanniae *shall comprehend.* Lond. MDXCIX. 8vo. et ex editione Tho. Hearne, Oxon. MDCCX. 8vo. Extat absque Balei commentario in Radulphi Brooke *Discovery of errors, etc.* Et in Weeveri *Funer. Monum. p.* 688. *Principum ac illustrium aliquot et eruditorum in Anglia virorum encomia, trophaea genethliaca et epithalamia.* London. MDLXXXIX. 4to. a Thoma Newton Cestrensi edit. *Commentarii de scriptoribus Britannicis*; editore Ant. Hall. Oxon. MDCCIX. 2 tomis 8vo. *An itinerary throughout most parts of England*; editore Tho. Hearne, Oxon. MDCCX. MDCCXI. MDCCXII. 9 voluminibus 8vo. *Collectanea de rebus Britannicis*; notis illustrata et in sex volumina distributa editore Tho. Hearne, Oxon. MDCCXV. 8vo. *Codrus, sive Laus et defensio Gallofridi Arturii Monumetensis contra Polydorum Vergilium*; editore Tho. Hearne, Oxon. MDCCXV. 8vo. Ms. Cotton. Julius C. vi. sunt *Johannis Lelandi Collectanea de Britannia, ejusque populis et moribus desumpta ex antiquis et recentioribus autoribus:* sc. Dionysii Periegesi f. 1. Catullo, Manilio. f. 2. Vergilio, Horatio, Tibullo, Propertio f. 3.—Platina f. 94. Haec omnia manu propria J. Lelandi. In Ms. bibl. reg. Westmon. 18. A. lxvi datur series operum Richardi Robinsoni, in cujus codicis fol. 5. est *A record of ancient hystoryes in Latin* Gesta Romanorum (autore, ut supponitur, Johanne Leylando, antiquario) *translated by me, perused, corrected and better'd.* London. MDLXXVII. 12mo. sexies impress. usque ad A. MDCI. *King Henry* viii's *declaration of warr against the Scotts* Johanni Lelando attribuitur. Vide Craigii *Scotland's soveraignty asserted.* p. 9. *The life of Fulke Fitz Warren collected by John Leland:* fuit olim in manibus Henrici Bourcherii. Vid. *Epist.* Camd. p. 218. In Ortelii *Theatro orbis terrarum*, Antverp. MDXCII. fol. p. 13. est *Tetrastichon Johannis Lelandi de Mona insula.* In fine *Epistolae* Humfredi Lluidi *de Mona* est *Tetrastichon Lelandi in Hectorem Boëthium.* In Ms. Norwic. More 58. fol. est *Dialogus, cui titulus* ANTIPHILARCHIA: *Interlocutores Philalethes et Tranotes: autore* Johanne Lelando antiquario. Pr. ded. regi Henrico viii. " Si quisquam inter mortales." Pr. lib. " Quis hic " est quem propter amoenas." Capitibus 45.—Prologus. Syllabus capitum. Cap. 1. Christus lapis et petra unica. f. 21. Cap. 2. Christus ecclesiae fundamentum, et quidem solus. f. 29. Cap. 3. Christus unicum caput ecclesiae. f. 36. Cap. 4. Locus xvi. Matth. de Petro abunde illustratus. f. 43. Cap. 5. Petrus unus pro omnibus respondebat. f. 46. Cap. 6. Cur Simon Beatus, et quid Barjona. f. 50. Cap. 7. Simon quando, et cur Petrus dictus. f. 52. Cap. 8. Quid petra. f. 55. Cap. 9. Ecclesia unde, et quid sit. f. 61. Cap. 10. Portae inferorum quid significant. f. 66. Cap. 11. Dabo, non do: *Dabo tibi*, figurata locutio. f. 69. Cap. 12. De clavibus. f. 72. Cap. 13. Quid alligare et solvere f. 79. Cap. 14. Parasceve ad pugnam. f. 84. Cap. 15. Acies impetentium hostem evangelicae veritatis. f. 87. Cap. 16. Medium agmen bellatorum. f. 109. Cap. 17. Postremum agmen bellatorum. f. 121. Cap. 18. Duces subsidiarii. f. 129. Cap. 19. Locus xvii Matth. de didrachmate. f. 139. Cap. 20. Locus xxii Lucae de fide Petri germano sensui restitutus. f. 153. Cap. 21 Locus ult. Johannis de pascendis ovibus accurate tractatus. f. 161. Cap. 22. Loci S. Scripturae primatui papae adversantes. f. 180. Cap. 23. Confertur Rom. episcopus cum Christo. f. 199. Cap. 24. De aequali autoritate apostolorum. f. 204. Cap. 25. Sententiae

tentiae orthodoxorum patrum de aequali autor. apoſtolorum. f. 233. Cap. 26. Collatio Petri et Pauli. f. 230. Cap. 27. Cur Romana eccleſia non poteſt eſſe prima aliarum omnium. f. 248. Cap. 28. Primitiva eccleſia non dedit primatum Romano pontifici. Cap. 29. Contra appellationes ad Romanam eccleſiam. f. 266. Cap. 30. Decretum fuit, ne quis nomen oecumenici ſive univerſalis epiſcopi ſibi arrogaret. f. 268. Cap. 31. Num utile aut neceſſarium, ut unus epiſcopus oecumenicae eccleſiae Chriſti autoritatem habeat. f. 277. Cap. 32. Aaron figura Chriſti, non Petri. f. 284. Cap. 33. De corrupta conſuetudine. f. 286. Cap. 34. Quibus gradibus conſcenderint Romani pontifices ad primatus faſtigium. f. 287. Cap. 35. Poteſtas, quam ſecularem vocant, non eſt epiſcoporum. Cap. 36. Exercitatio ad neceſſarium S. Scripturae ſtudium. f. 302. Cap. 37. De dignitate ſacerdotali. f. 305. Cap. 38. De dignitate paſtoris. f. 312. Cap. 39. De dignitate et poteſtate regia, et de obedientia principi a populo exhibenda. f. 316. Cap. 40. De officio regis. f. 326. Cap. 41. Convulſio calumniarum adverſarii, quibus clariſſimam famam Henrici regis noſtri longe nobiliſſimi conatus eſt obſcurare: et primum de ejus eruditione. f. 331. Cap. 42. Quid illuſtriſſ. rex Henr. viii. in cauſa religionis fecerit. f. 340. Cap. 43. Principum eſt congregare concilia. Cap. 44. Num concilium generale praeſens remedium ſchiſmatis. f. 353. Cap. 45. Exhortatio ad concordiam. f. 361. *Moriades, ſive charitea corona*; librum hujus tituli ipſi adſcribit Weever, *Funer. Monum.* p. 507. His addunt Baleus et Pitſ. libros h. t. *Sales et jocos*, lib. i. *In declamationes Quintiliani*, lib. i. "Video quam arduam rem aggrediar." *Panegyricon ad cardinalem*, lib. i. "Dicturo de tuis laudibus ampliſſ." *In coronatione Annae*, lib. i. "Caeſariem Tameſis redimitus." *Epigrammata quaedam*, lib. ii. "Dulcia quae vaſto meditaris." *Funebre carmen*, lib. i. *Commentarios in Martialem*, lib. i. *Errores ex Polydoro*, lib. i. "Beda ignarus antiquitatis Brytan." *Ex Hectore Boëtio*, lib. i. "Joannes a Vado boum, unus ex ſcript." *De titulo regis ad Scotiam*, lib. i. "Lucis natura talis eſt, quod." *Dictionarium Britannico-Latinum*, lib. i. *Pygmeomachiam*, lib. i. "Bella per extremas canimus." *Ad Annam Clivenſem*, lib. i. "Ut Libano cedrus foecundo." *De pontificibus Brytanniae*, lib. i. *Pro pace inter papam et Caeſarem*, lib. i. "Non videor mihi non citra." *De inſulis Brytanniae*, lib. vi. *De imperio Anglorum in Scotos*, lib. i. "Giraldus in inſtitutione princip." *De nobilitate Brytannica*, lib. iii. *Vitam Sigeberti regis*, lib. i. *De academiis Britannicis*, lib. i. *De origine et incremento literarum*, lib. i. *Antiphilarchiam in Pighium*, lib. i. Mſ. Bodl. NE. F. 7. 8. Codex melioris notae, optime ſcriptus fuit olim regis Henrici viii. Ei Johannes Lelandus titulum fecit *Vitae illuſtrium virorum*, autoribus Sulpitio Severo, Alcuino, Gregorio Turonenſi, Johanne Diacono, Mellito, Fauſto: cui ſubjungitur *Carmen Johannis Lelandi Londinenſis*, ipſiſſima ejus manu ſcriptum. Mſ. Bodl. Digby 76. Codex fuit Johannis Dee, qui eum Londini emit 18 Maii. MDLXVI. ex bibliotheca Lelandi; continet quatuor evangelia literis aureis ſcripta, renovata tempore Henrici viii per Johannem Lelandum cum *Tetraſtichi* inſcriptione Mſ. *Jameſ.* xxv. 182. Mſ. Aſhmol. 770. ex Chronico Litchfeldenſis eccleſiae, continet *Epigramma Joh. Lelandi de fundatione Cantabrigienſis academiae per Sigebertum regem* Mſ. biblioth. reg. Weſtmon. 1. A. xviii. eſt *Harmonia quatuor evangeliorum* a rege Aethelſtano eccleſiae S. Auguſtini Cantuar. data; in cujus prima pagina eſt *Carmen Johannis Lelandi.* In bibliotheca Norwic. More eſt *Sedulii Scoti comment. in epiſtolas Pauli* Baſil. MDXXVIII. fol. in cujus principio propria *Johannis Lelandi* manu *Epigramma* conſcriptum eſt ad illuſtriſſimum principem Henricum viii. etc. De auctore noſtro vide William Harriſon, *Deſcription of England*, p. 63. 35. 85. 119. 177. 193. etc. Item in hujus libri *Epiſtola* dedicatoria To Sir William Brook, lord Cobham. Item Hollinſhed's *Hiſtory of England.* vol. iii. p. 922. 938. 977. 1055. 1083. 1074. 1186. 1237. 1274. etc. Auctoris noſtri codices Mſs. juſſu regis Edwardi vi. in cuſtodiam Johannis Checi militis tradebantur, qui eorum nonnulla volumina Humphredo Purefoyo armigero dedit, cujus filius Thomas Gulielmo Burtono Leiceſtrenſi ea concredidit, qui poſt aliquot annorum ſpatium in bibliotheca Bodleiana cum exemplari ſua ipſius ſcripto aſſervari juſſit. Reliqua Mſs. Lelandiana poſt mortem Checi in manus Gulielmi domini de Paget, et Gulielmi Cecilli militis ceciderunt. Vitam cum morte commutavit Londini die 18 Aprilis A. D. MDLII. et in eccleſia S. Michaelis in le Querne ſepulturae traditus eſt.

LELARMONER [JOHANNES] ſive LELAMAR ſcholae Herefordenſis archididaſcalus. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Macrum de virtutibus herbarum.* "Pr. Apium, Ache is hote and dry." Mſ. penes dom. Hans Sloan. 29. Claruit A. MCCCLXXIII.

LEMMAN [THOMAS] clericus ſcripſit *Formam dilatandi ſermones.* Pr. "Quoniam aemulatores eſtis ſpiritus." Mſ. eccl. cathed. Lincoln. H. iv.

LEMSTER [GULIELMUS] ſive rectius LEONMINSTER patria Herefordenſis, profeſſione Franciſcanus, S. theol. doctor Oxonienſis; ſtuduit Oxonii 18 Edw. i. A. Wood. Mſ. Pitſ. Scripſit, *Collationes in magiſtrum ſententiarum*, lib. iv. *Quaeſtiones theologiae*, lib. i. Haec opera in officina quadam Londinenſi vidit Baleus. Bal. xii. 88. Pitſ. 856. Wadding. 153.

LEO [ALEXANDER] ex nobili in Scotia familia ortus, Pariſiis educatus, Moravienſis eccleſiae praecentor. Scripſit *Praefationem ſuper hiſtoria patria ad nobilitatem Scoticam*, lib. i. Claruit Pariſiis anno MDXXVII. Dempſter. xi. 813. Mackenz. ii. 601.

LEO [MARCUS] illuſtriſſima comitum Kingorniae in Scotia oriundus familia. Peragrata primo Gallia, dein Germania, tandem in Italia ſedem fixit, et praelector juris civilis in ſchola Ferrarienſi. Scripſit, *De teſtamentis*, lib. i. *De re militari*, lib. i. *De officio magiſtratuum*, lib. iv. Floruit A. MCCCXII. Dempſt. xii. 806.

S. LEOFARDO [GILBERTUS de] Oxoniae ſtudiis philoſophicis ac theologicis laudabiliter imbutus. Admiſſus eſt ad eccleſiam de Elveley Ebor. dioec. 4 idus Sept. MCCLXXIV. ad rectoriam de Petworth. Ciceſtr. dioec. A. MCCLXXXIII. Fuit canonicus Wellenſis A. MCCLXXXIV. et eccleſiae Ciceſtrenſis theſaurarius. A. MCCLXXXVI officialis archiepiſcopi Cantuar. et canonicus Beverlacenſis. A. MCCLXXXVII reſignabat eccleſiam de Hollingburn dioec. Cantuar. *Reg.* Peckham. f. 36. et A. MCCLXXXVIII eccleſiam de Bocton juxta le Blen ejuſdem dioec. quae vacabat per reſignationem ejuſdem. Ibid. f. 37. Quo anno epiſcopus Ciceſtrenſis renunciatus eſt. Litera penſionaria 50 marcarum annuatim, cum domibus ad inhabitandum infra ambitum prioratus, ſtabulo equorum, et lignis in coquina, aula, et camera comburendis, conceſſa a priore et cap. eccleſiae Chriſti Cant. magiſtro Gilb. de S. Leofardo canonico Wellenſi pro ſuo fideli conſilio, etc. dat. 4 id. Dec. MCCLXXXVI. *Reg.* eccl. Cant. penes epiſc. Norwic. More. f. 25. Magiſter Gilb. de S. Leofardo officialis Cantuar. inter alios prudentia et dignitate ſpectabiles, qui ex mandato archiepiſcopi Cantuar. conventum in eccleſia B. Mariae de Arcubus celebrarunt, et viii articulos tanquam haereticos condemnarunt A. MCCLXXXVI. *Reg.* Peckham. Edidit *Conſtitutiones ſynodales* A. MCCLXXXIX. Num. 41. "Rectores eccleſiarum et alii." Extant vol. ii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 169. ſeqq. *Statuta et adjectiones* A. MCCXCII. "Licet humana fragilitas." Ibidem, p. 183. ſeq. Vivus beneficentia erga pauperes et literatos, mortuus miraculis fulget. Obiit, ſi Godwino p. 555. credimus, A. MCCCV. Vide M. Weſtmon. in anno. Juxta *Annales London.* in bibl. Cotton. Cleop. A. vi. 3. obiit 2 idus Febr. MCCCIV. Benefactor erat eccleſiae Beverlacenſis, in qua obitus ejus celebratus fuit 7 id. Maii Mſ. *Reg.* Beverl. in bibl. Univ. coll. Oxon. F. 1.

LESLAEUS [JOHANNES] Scotus, fuit rector eccleſiae de Oven, et unus collegii juſtitiariorum, A. MDLIX diſputationem habuit cum Johanne Knoxo (Thin. *De ſcript. Scot.* 375.) LL. doctor, officialis dioec. Aberdonenſis (Thin. l. c. p. 463.) adminiſtrator eccleſiae Moravienſis (Thin. 424.) canonicus S. Quintini ex collatione Mariae Scotiae reginae, Franciae dotariae (Hemorr. *De dec. et can. S. Quintini*) cancellarius Lugdunenſis (Thin. 424.) epiſcopus Roſſenſis factus A. MDLXIV. Mariae Scotorum reginae fideliſſimus, cujus gratia in turrim Londinenſem conjectus, et poſtea in Romana, Germaniae, Gallica, et aliis Europae aulis ejus cauſa peregrinatus eſt. Fuit unus commiſſariorum pro regina Scotiae Eboraci A. MDLXVIII menſe Septemb. (Heylin. *Preſbyt.* p. 201.) Scripſit *Afflicti animi conſolationes et tranquilli animi conſervationem*, lib. ii. Pr. ded. Mariae reg. "Cum mecum tacitus in hac ex ergaſtulo in turri." Londin. MDLXXII. 8 Maii Pariſ. MDLXXIV. 8vo. *De origine, moribus, et geſtis Scotorum ad Gregorium* xiii. lib. x. "Cum omnes, "pontifex maxime." Lond. MDLXXV. 4to. Romae MDLXXVIII. 4to." Horum decem librorum, octavus, nonus et decimus ſcripti fuerunt, dum autor legatus in Anglia viveret A. MDLXX, et Anglice ſive potius Scotice extant Mſs. in in bibl. Bodl. Mſ. Laud K. 72. in nonnullis paulo diverſa ab editis, in aliis fuſiores, et epiſtola dedicatoria prorſus alia. *De titulo et jure ſereniſſimae Mariae Scotorum reginae, quo regni Angliae ſucceſſionem ſibi juſte vendicat, libellum: Simul et regum Angliae a Gulielmo, duce Normanniae genealogiam, competitorum quoque a Lancaſtrenſi et Ebor. familiis deſcendentium hiſtoriam ſummatim complectentem.* Pr. ded. imperatori, regibus et principibus Chriſtianis: primum nunc Latino ſermone Rhemis. MDLXXX. Anglice . . MDXXXIV. 8vo. Gallice. Roan. MDLXXXVII. 8vo. *Paraeneſin ad Anglos et Scotos ut perpetua amicitia coaleſcant.* Rhemis MDLXXX. Pr. "Si reipublicae noſtrae Britannicae." *De illuſtrium foeminarum in republ. adminiſtranda, et ferendis legibus autoritate libellum.* Pr. ded. Catherinae reginae Galliae. "Quem paucis "abhinc annis, reginae." Primum patrio ſermone, dein Latino edit. Rhemis MDLXXX. 4to. *Orationem ad reginam Elizabetham pro libertate impetranda.* Pariſ. MDLXXIV. 8vo. *Epiſtolas reginae nomine ad principes Chriſtianos*, lib. i. *Duos tractatus*, Mſs. in bibl. regis Britann. juxta Dempſterum. *Apologiam pro ſe*, lib. i. *Paraeneſin ad nobilitatem, populumque Scoticum, quo majorum ſuorum cum in caeteris virtutibus tum in avita religione maxime, veſtigiis inſiſtant.* Pr. "Cum divina providentia factum eſt." Praefix. *Hiſtoriae Scoticae*, Romae MDLXXVIII. 4to. *Congratulatio ejus Alberto archiduci Auſtriae in adventum ad Bruxellam* . . . 8vo. *An Epithrene; or the voice of weeping, bewailing the want of weeping. A meditation on John* xi. 35. Lond. MDCXXXI. 8vo. Obiit Bruxellis A. MDXCV. *Vita et res geſtae ejus* extant ibid. A. MDXCVI. 8vo. Dempſter xi. 823.

LESLAEUS [JOHANNES] Aberdonenſis (Dempſt. 439.) bonas literas Lutetiae profeſſus eſt. Scripſit, *Examen in artem brevem Raymundi Lullii*, lib. i. Prodiit Lugduni . . . *Lecturas philoſophicas*, lib. i. Prodiit ibidem. Claruit A. MCCCVII. Dempſt. xi. 814.

LESSAEUS [NICOLAUS] civis et mercator Londinenſis, linguarum tamen Graecae et Latinae peritus. In patrium ſermonem tranſtulit *M. Lutheri comment. in utramque epiſtolam D. Petri*, lib. ii. *Cenſuram Eraſmi de divortio*, lib. i. Pr. pr. tr. "It fortuned not long ago." . . . 8vo. *Aepinum in quoſdam pſalmos*, lib. i. *Auguſtinum de praedeſtinatione et perſeverantia*, lib. ii. Pr. ded. tr. Annae duciſſae Somerſet. "For ſo myche as among many ther is." Lond. MDL. 8vo. *Polydorum de inventoribus rerum* lib. i. "Balei de ſcriptoribus centurias v." *Auguſtinum de* xii *gradibus abuſuum.* Pr. pr. tr. duciſſae Richmond. "Since the time that I preſented." Lond. MDL. 8vo. *Judicium de captivo hominum judicio ex Fr. Lamberti Avionis comment. in Oſeae* cap. 4. Lond. MDXLVIII. 8vo. *Melanchthonem de juſtificatione per fidem ſolam. Ejuſdem apologiam pro verbo divino.* Simul extant Lond. MDXLVII. 8vo.

LEUCANDER [ANDREAS] [a] alias WHITEMANNE, monachus et abbas Ramesεganus apud Girvios tertius. Hic bonis artibus studio quodam incredibili noctes atque dies invigilabat, et operae pretium ingens deinde retulit. Accessit praeterea et peregrinationis ardens quoddam studium; unde et sacram Solymorum urbem, testem miraculorum Servatoris, invisit, ac domum rediens Ivonis [b] Persae episcopi, cujus reliquias ab Ailwino, comite Ostro-anglorum, divinitus promissas, et postea ab Eadnotho, primo abbate Ramesegano, Slepae Girviorum inventas, *Vitam* [c] elaborata perscripsit oratione: quem librum postea Gotcelinus Bertinianus inventum avide legens, excutiens, imbibens, edidit et ipse aliquanto elegantiorem de eadem materia libellum [d]. Ex *Lelando.*

[a] Possevino Lernander. Voss. *Hist. Lat.* ii. 361.
[b] Joannis perperam habet Pitseus, p. 183.
[c] *Vitam S. Yvonis episcopi in Perside,* cap. 27. Pr. "Doctor apostolicus et veri solis." Ita testatur Jocelinus, qui praefationem addidit huic *Vitae* in Ms. Cotton. Tiberius, D. iii. 67
[d] Scripsisse etiam fertur, *De suo itinere sacro,* lib. i. Bal. ii. 44. Claruit A. MXX.

LEVER [RADULPHUS] scholaris fuit collegii Regii Cantab. A. MDLVIII. Hatcher. et juxta Ms. Inett e collegio S. Johannis S. theol. doctor A. MDLXXVIII creatus. Circa A. MDLXIV praeceptor fuit Gualteri comitis Essexiae. A. MDLXVI Aug. 21. collatus ad archidiaconatum Northumbrensem; qui vacabat per ejus resignationem A. MDLXXIII. A MDLXXX rector erat ecclesiae de Stanhope Durham dioec. Et primo praebendarius, dein decanus Dunelmensis inclaruit. Scripsit, *The philosophers game,* auct. per W. F. et edit. sine auctoris consensu . . circa A. MDLXIV. ita in *Praefat.* ad *The art of reason. The art of reason rightly term'd witchcraft, teaching the way to argue and dispute,* lib. iv. Pr. ded. Walt. comiti Essex. "It pleased you, right honourable." Lond. MDLXXIII. 12mo. *The assertions of Ralph Lever, touching the canon law, the English papists, and the ecclesiastical officers of this realm, with his most humble petition to her majesty for redress.* Pr. "The canon law in these ages." Edit. per J. Strype, *Eliz.* 319. Claruit Dunelmi 24 Nov. MDLXXII. *Athen. Oxon.* i. 419. *Fasti Oxon.* i. 113. Strype in *Vita Parker.* 275. Strype *Elizab.* 319.

LEVERUS [THOMAS] patria Lancastrensis, praeses collegii D. Johannis evangelistae Cantabrigiae electus A. MDLII. Cum Maria regina rerum potiretur, solum vertit, et primum Tiguri sedem fixit (Fox. 1518.) et Anglorum ecclesiae quae erat in Arovia Helvetiorum urbe primarius pastor fuit. In principio Elizabethae magister domus Shirburnensis in episcopatu Dunelm. et praebendarius ecclesiae illius factus. Strype *Elizab.* 237. Strype in *Vita Grindall.* p. 185. Parker, *Scel. Cant.* Fuit etiam archidiac. Coventr. et subscripsit articulis religionis A. MDLXII. Strype *Elizab.* 290. Scripsit Anglice *The right way from danger of sin and vengeance in this wicked world unto godly wealth and salvation in Christ,* lib. i. "God hath provided so many." Genevae conscript. et edit. tempore Mariae. *Praefat.* ad edit. Lond. MDLXXI. MDLXXV. 8vo. *Conciones tres:* Quarum (1) *in Rom.* xiii. a vers. 1. ad 7. (2) Coram rege Edwardo vi. 14 Dec. MDL. *in Joh.* vi. 5. (3) apud crucem Paulinam. 1 *Corinth.* iv. 1. Pr. pr. (ad conc. sacr.) "Mercy, grace, and peace." Lond. MDL. MDLXXIII. 8vo. Tertia extat seorsum Lond. MDL. 12mo. *Epistolas:* Unam ad Joh. Fox. Latinam. Strype in *Vita Eliz.* p. 360. Unam ad Joh. Bradford Tiguro MDLIII. Pr. "The grace of God be unto you." Ms. Eman. inter Martyr. epist. Unam comiti Leicestr. et dom. Will. Cecyl. 24 Febr. MDLXV. Strype in *Vita Parker.* 212. et Ibid. *App.* p. 77. 78. Postquam in Angliam rediisset claruit A. MDLXX, et Catharorum partibus adhaesit, beneficio quodam, ut videtur, privatus, quia ceremoniis ecclesiae Anglicanae conformem se non praebuit. Attamen ob defectum concionatorum, aliquando permissum ei fuit, populo sine vestibus clericalibus praedicare. Obiit apud Ware in comit. Hertford. in itinere Dunelmum versus proficiscens. Fuller, *Worthies,* ii. 115. Parker, *Scelet. Cantabr.* Bal. ix. 86.

LEVINS [PETRUS] sive LEVENS, natus apud Esk in agro Ebor. socius coll. Magdal. Oxon. A. MDLVII. postea artium magister creatus. A. MDLX sodalitio valedixit, et ruri paedagogum, medicum ac chirurgum egit. Scripsit, *A dictionary of English and Latin words, set forth in such order as none heretofore hath been.* Pr. ded. Mr. Stanley treasurer to the queen's mint. "It is the manner of some writers." Lond. MDLXX. 4to. *A right profitable book for all diseases, called the pathway to health.* Pr. pr. "In my opinion, gentle reader." Lond. MDLXXXVII. MDCVIII. MDCLXIV. 4to. Claruit A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 237. seq.

LEWIS DARON poëta Cambro-Britannicus A. MD. Davis.

LEWIS MON poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MD. Lhuyd. Davis.

LEUIS MORGANNUG poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDXX. Lhuyd. Davis.

LHEVOED UYNEP-GLAUR sive LEVAETIUS Lentiginosus poëta antiquus Cambro-Britannicus incertae aetatis. Scripsit *Gossymdeith, sive Viaticum.* Pr. "Golyd byd eyt dy dhau." Ms. in libro rubro Hergest. Lhuyd.

LHUYD [BLEDHYN] Poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCLX. Lhuyd. Davis.

LHUYD [DAVYDH] ab Lhyuelyn ab Gryf o Vathavern. Poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHUYD AB Y GARGAM [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus, cujus carmina quaedam extant in libro rubro Hergest. Claruisse dicitur A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHUYD BRYDYDH [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

AB LHYUELYN VYXAN [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHUYD [HYU KAE] Poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHUYD [YK IYSTYS] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHUYD [JEVAN AB HYU KAE] Poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MCCCCXC. Lhuyd. Davis.

LHOUDEN (Lhuyd.) LLOWDDEN (Davis) Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

LHYGAD GUR. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCC. Lhuyd. Davis.

LHYUARχ BENTURχ. Poëta sub-antiquus Cambro-Britannicus. Lhuyd. Davis.

LHYUARχ BRYDYDH Y MOχ, patria Cambro-Britannus. Scripsit sermone patrio, *Kyvydh Moliant i Lyuelyn ab Jorverth. Ondul ir Haiarn tuymyn. Oudul uenlkian dôg. Kân Moliant i Rhys Gryg ab Rhys ab Griff, etc.* Claruisse fertur A. D. MCCXL. Lhuyd.

LHYUARχ HEN alias LOMARCHUS, longaevus, vir nobilis et insignis poëta apud Cumbrenses, Heliodori Lydanuyn filius et nepos Marciani; Yrieni Cumbriae et Regediae regionis principis consobrinus. Scripsit, versu Britannico inter alia, *De cuculis juxta Aber Kiôg, etc.* carmine. Pr. "Goreyste ar uryn aervyn." *De propria longaevitate ejusque incommodis, et de filiis suis in bello peremptis.* Carmen. Pr. "Kyn bym Kein vaglog, bym Ryffes." *Yrieni Regedensis epicedium.* Pr. "Dym Kyvarvydhiad unhuχ." *Exhortationem ad Moenovinium,* ut patrios agros strenue tuebatur. Pr. "Maenuyn tra vym yth oed." *Epicedium Geruntii Urbini filii,* Damnoniorum si non principis, saltem nobilis. Pr. "Pan aned Gereint oedh agored." *Epicedium Catavallauni regis.* Pr. "Kadualhon kyn noe dhyvod." *Epicedium Condolani Condrinii* filii nobilis cujusdam Povisiani. Pr. "Seuuχ alhan vorynnur" Mss. adhuc in bibliothecis Cambro-Britannicis. Quamplurima excerpsit et typis mandavit Cl. Lhuyd in *Arch. Brit.* p. 259. praesertim de viris, foeminis et locis, quorum meminit Lomarchus. "Nesciam, an alibi Europae "gentium, salvis semper Graecis et Romanis extent hodie poëtae, qui patria lingua scripserint, adeo "antiqui." Claruisse fertur A. D. DXC. Lhuyd.

LHYUARχ HIR (Lhuyd) I FROCHWELL YSGITHROG (Davis) poëta Cambro-Britannicus. Scripsit *Arvyren i Vryχuel Ysgythrog.* Extat adhuc in libro nigro Maridunensi. Claruit A. D. DC. Lhuyd.

LHYUELLYN BRYDYDH HODNANT, Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCLX. Lhuyd. Davis.

LHYUELYN DHY AB Y PASTARDH Poëta Cambro-Britann. circa A. D. MCCCC. Lhuyd, Davis.

LHYUELYN GOCH I DHANT Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

LHYNELYN GOCH AB MEIRIG HEN. Poëta Cambro-Britann. circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

LHYUELYN AB GYTTYN. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHYUELYN MOEL Y PANTRI. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

LHYUELYN MOELIAUN. Poëta Cambro-Britannicus. Nescio an idem. Lhuyd. Davis.

LHYUELYN AB M'REDYDH AB EDNYVED. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

LHYUELYN OFFEIRIAD. Poëta Cambro-Britannicus. Forsan inter hoscos Leolinos sub alio cognomine latet. Scripsit *De sapientibus Romanis narratiunculas.* Pr. "Diocleysion a oedh "amheroudyr." Ms. in collegio Jesu Oxon.

LHYUELYN VARDH VAB KYURYD. Poëta Cambro-Britannicus. Scripsit *I Ouen ab Gryfydh ab Guenuynuyn. Aruydhon kyn dydh braud. I Ouen Vyχan ab Madog ab M'redydh. Marunad Kadivor ab Genylhin. Marunad Teyly Ouen Guynedh.* Mss. extant in bibl. Mostyniana vel aliis biblioth. Cambro-Britannicis. Claruisse fertur A. D. MCCLXXX. Lhuyd. Davis.

LHYN [HYU] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLX. Lhuyd. Davis.

LHYN [UILLIAM] Poëta Cambro-Britannicus. Ejus extat *Dictionariolum vocabulorum veterum Britannice scriptum.* Ms. in bibl. Hengurtiana. Claruit A. D. MDL. Lhuyd.

LIBERIUS (Dempst. p. 440.) Poëta Christianus, natione Scotus, scripsit *Acrosticum in Sedulium Scotum,* lib. i. Claruit A. CCCCXL. Dempst. xi. 817.

LICHFELDIUS [GULIELMUS] S. theol. doctor Oxoniensis, uti A. Wood. Ms. Pits. princ. vel Cantabrigiensis, uti Tho. Gascoign vult, qui eum inter famosos sui temporis praedicatores enumerat. *Diction.* v. PRAEDICATOR. Fuit rector ecclesiae magnae Omnium Sanctorum Londini. Scripsit Anglice *Ingens volumen sermonum* 3083 manu propria scriptorum. *Collectionem de materiis praedicabilibus*; quam appellat *Mille exempla.* Ms. olim in mon. Sion. *The complaint of God to man,* metrice. *The answer of a penitent to God. A dialogue between God and the penitent soul,* metrice.

metrice. Pr. "Our gracious lord prince of pite." Mſ. in bibl. coll. Gonvil. Caii Cantabr. E. 147. 6. Obiit Londini A. MCCCCXLVII. 24 Octob. Vide epitaph. apud Stow. *Lond.* p. 251. et 386. Pitſ. *App.* 854. Newcourt. i. 248.

LICHFELD [THOMAS] decanus Ciceſtrenſis. Scripſit *Meditationem piam et orationem.* Pr. "Cum ad juventutis imo totius." Mſ. bibl. coll. Univ. Oxon. L. 9. Claruit A. MCCXXXII.

LICHTON [HENRICUS] (Dempſt. 441.) Moravienſis epiſcopus. In unum corpus collegit, *Canones eccleſiarum Scoticarum*, lib. i. *Catenam auream patrum*, lib. i. Prodiit Venetiis. . . . . Claruit A. MCCCCLX. Dempſt. xi. 819.

LIFFECARIUS [CARBREUS] ab O Flaherti dictus, a Liffeo amne in Lagenia, prope quem educatus eſt ab Ethnea matre. Filius erat Cormaci regis Hiberniae, et ejuſdem in dicto regno ſucceſſor A. D. CCLXXIX. Scripſit *In leges Hibernicas lucubrationes* quaſdam, quae adhuc extant, (ſi *Ogyg.* ſit fides) apud Acoill juxta Temoriam, ubi obiit A. D. CCXCVI. *Ogyg.* P. iii. p. 217. 341. Vide Stillingfl. *Orig. Britan. Praefat.* xliv.

LILIUS [GEORGIUS] filius Gulielmi grammatici inſigniſſimi, patria Londinenſis, et in collegio S. Mariae Magdalenae Oxon. educatus. Academiae valedixit nullo ornatus gradu, et Romam profectus maxima humanitate exceptus eſt a cardinale Polo. In patriam reverſus A. MDLVI. 22 Novemb. collatus fuit ad praebendam de Kentiſhtown in eccleſia S. Pauli (*Reg.* Bonner.) Et A. MDLVII. 13 Martii tunc ſacellanus domeſticus Poli, canonicus Cantuar. factus. (*Reg.* Pole.) Scripſit, *Anglorum regum chronices epitomen*, lib. i. "Brytanni generis ſui." Extat. Venet. MDXLVIII. 4to. Francof. MDLXV. 4to. Baſil. MDLXXVII. etc. . . MDLX. Pitſ. *Lancaſtriae et Eboracenſis de regno contentiones*, lib. i. "Lancaſtria et Eboracenſis regii ſanguinis." Ad finem *Chron.* extat in edit. Francof. MDLXV. 4to. *Regum Angliae genealogiam*, lib. i. *Elogia virorum illuſtrium*, lib. i. "Cum ad Brytanniae inſulae ſitum." Extant cum priore, *Tabulam Britanniae graphice depictam. Catalogos Caeſarum et pontificum Romanorum*, lib. i. *Antiquorum locorum nomenclaturam*, lib. i. Hanc Gul. Harriſon citat in *Deſcript. Angliae*, p. 189. *Vitam Johannis Fiſheri epiſcopi Roffenſis.* Wharton. *Specimen errorum*, p. 61. *De vita, moribus et fine Thomae Cranmeri*, lib. i. "Deum "immortalem oro atque obteſtor." Mſ. Bale. Glyn. Obiit A. D. MDLIX ante 29 Julii, quo die praebenda vacabat per ejus mortem: et juxta Mſ. Bale. Glyn. Cantuariae, juxta Newcourt. i. 171. et *Athen. Oxon.* tom. i. p. 127. in coemeterio S. Pauli London ſepultus eſt. Bale ix. 68. Pitſ. 740. ſeq. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 126. ſeq.

LILIUS [GULIELMUS] apud Odynamiam in comitatu Hantonienſi in lucem editus, abſoluto literarum humaniorum tyrocinio ſemi-commenſalis collegii Magdal. Oxon. admiſſus fuit A. MCCCCLXXXVI. aetatis 18. Sed nullo honeſtatus gradu academiae valedixit, et religionis ergo peregrinationem Hieroſolymas uſque ſuſcepit. Unde in patriam reverſurus ad Rhodum inſulam divertit, ibique quinquennium moratus, linguam Graecam exactiſſime didicit. Inde Romam venit, ubi Johannem Sulpitium et Pomponium Sabinum linguae Latinae magni tum nominis profeſſores audivit. Reducem mox Coletus decanus Paulinus Scholae a ſe fundatae moderatorem primum fecit A. MDXII. cui ſumma cum laude decem annos praefuit. Elogium hujus Gulielmi in B. Rhenani *Praefat.* in *Epigr.* Mori datur hujus tenoris: "Gul. Lilius, Mori ſodalis, cum quo "vertendis Graecis epigrammatibus jam olim colluſit, quae *Progymnaſmatum* titulo ſunt in- "ſcripta, Britannus eſt, vir omnifariam doctus, non modo Graecos autores, ſed et ejus nationis "mores vernaculos domeſtice notos habens, ut qui in inſula Rhodo fuerat aliquot annos commo- "ratus.". Scripſit, *Introductionem ad octo partes orationis*, lib. i. Quidam hunc librum Dav. Tolleio vel doctori Coleto aſcribunt. A. Wood. *De conſtructione* viii *partium orationis.* London. MDLI. 8vo. *Octo partium Syntaxim*, lib. i. "Cum aliquid habeam vulgare." *Rudimenta.* Pr. "When I have an Englyſhe." Antverp. MDXXXIV. 12mo. ad finem *Grammaticae* Coleti. *Monita paedagogica pro formandis moribus*, lib. i. "Qui mihi diſcipulus puer es." Antv. MDXXXIV. 12mo. Haec *Monita* Joan. Lelando grammatico tribuenda contendit Hearnius, *Praef.* ad *Annal. Dunſtapl.* p. 57. *Breviſſimam inſtitutionem, ſeu rationem grammatices cognoſcendae ad omnium puerorum utilitatem praeſcriptam*; continentem, 1. Orthographiam. 2. Etymologiam. 3. Syntaxin. 4. Proſodiam, et duo Carmina, 1. de generibus nominum. Pr. "Propria quae maribus." 2. De verborum praeteritis. Pr. "As in praeſenti." Duo haec carmina cum Robertſoni notis extant Baſil. MDXXXII. 4to. Et cum interpretatione Joh. Kitwiſi. Antverp. MDXXXIII. et Lond. MDXXXIX. 12mo. Omnes praedicti libri impreſſi fuerunt Lond. MDXIII. MDXX. MDXLV. etc. *In aenigmata Antiboſſicon primum, ſecundum, tertium ad Gul. Hormannum.* Pr. "Quod latet in Boſſo, quicun- "que." Carmine. Lond. MDXXI. 4to. *Grammatica linguae Latinae.* Lond. MDLXXIV. MDCVI. MDCLXI. Et *multis obſervationibus auctior* Oxon. MDCLXXIII. 8vo. Item *Animadverſions upon Lilly's grammar: or Lilly lanned.* MDCXXV. 8vo. Item *Lilly's ſyntax explained*, by Jon. Banks. London. MDCLXXIX. 8vo. Item *Diſputationes grammaticales ſuper regulis tum Lilianis tum Robinſonianis.* Lond. MDCLXXI. 8vo. Item *A treatiſe of the genders of Latin nouns by way of examination of Lilly's grammar*, by Rich. Johnſon. Lond. MDCCIII. *An abridgment of the ſame.* Ibid. *A further ſpecimen.* Ibid. *Supplement to the introduction of Lilly's grammar, with ſelect rules*, etc. Exon. MDCCXIX. *Tretraſtichon praefixum Gul. Hormanni libro dicto* "Vulgaria puerorum." *Ogdaſtichon Latinum in memoriam Joh. Coleti, ſuper tabulam juxta tumulum ejuſdem in eccleſia S. Pauli pendentem*, extat *Hiſt. S. Pauli* per Dugdale. p. 65. *De laudibus Deiparae*, lib i. *Apologiam ad Joh. Skeltonum*, lib. i. "Siccine vipereo pergis, me." *Apologiam ad Rob. Whitingtonum*, lib. i. *Progymnaſmata e Graecis*, lib. i. "Murem Aſclepiades in tecto." Extant cum *Epigrammatibus* Mori.

 Baſil.

Basil. MDXX. 4to. *Super Philippi archiducis appulsu*, lib. i. *De Caroli adventu panegyricum*, lib. i. *Orationes pueriles*, lib. i. In gratiam Tho. Mori transtulit ex Italica in Anglicam linguam *Spiritei equitis Florentini de cognoscendis sortibus ex jactu talorum*, lib. i. "Quoniam homines natura sic." Peste correptus fatis concessit 5 cal. Martii (Stow. calendis Martiis) A. D. MDXXII. aetatis 54, et in boreali coemeterio S. Pauli London. humatus jacet. Epitaphium ejus videre licet apud *Hist. et antiq. Oxon.* lib. ii. 192. et Stow. p. 370. Dugd. *Hist. Paul.* 56. Bal. viii. 64. Pits. 697. seq. *Athen. Oxon.* i. 16. Fuller's *Worthies*, ii. 11.

LINACER [THOMAS] Cantuariae (Ms. Bale Glynn. ast Ms. Ashmol. 816. Hollinsh. iii. 977. Fuller's *Worthies* ex Weevero i. 235. apud Derbiam) in lucem editus, origine Derbiensis fuit. Collegii Omnium Animarum Oxon. socius A. MCCCCLXXXIV eligebatur. Post aliquot annos ad exteros trajiciens Italiam adiit, ubi progressus in literis eo fecit majores, quod Demetrii, Politiani, Laurentii medicis, Hermolai Barbari et aliorum virorum doctissimorum consuetudine uteretur, dum Florentiae et Romae sedem fixerat. In gymnasio Patavino professor medicinae renunciatus, ubi non sine summa laude disputavit; de quo vide Paceum, lib. *De fructu*, etc. p. 76. Unde cum artibus humanioribus et re medica instructissimus in patriam remearet, apud artium ingenuarum professores haud modice statim inclaruit, et merito proinde a Lelando *Encom.* p. 43. inter clarissima seculi, quo vixit, lumina numerabatur. Post reditum incorporatus est Oxoniae medicinae doctor, ubi erat Shalinglianus ejusdem facultatis praelector; mox principis Arthuri nec non principissae Catharinae in lingua Italica praeceptor; Henricis vii et viii archiater, et primus collegii Medicorum Londinensium praeses evasit. Dein sacris ordinibus initiatus A. MDIX. 23 Octob. collatus ad ecclesiam de Mersham, quam resignabat infra mensem. *Reg.* Warham. A. MDIX. 14 Dec. installatus in praebendam de Eston in Gordano eccles. Wellensis. *Reg.* Wellen. A. MDXIX ecclesiae cathedr. Eboracensis praecentor evasit. Et A. MDXX. 22 Dec. ad dioecesin Cov. et Lich. spectans ordinabatur presbyter ad titulum ecclesiae suae de Wigan, cujus rector extitit. *Reg.* Fitz-James episc. Lond. Oxoniae praelectiones duas, Cantabrigiae unam in medicinae studiosorum gratiam in perpetuum instituit. Vid. Lit. pat. pro fundatione earum A. MDXXIV. Rymer. *Foeder.* vol. xiv. 25. Scripsit, *Grammaticae Rudimenta*, lib. i. ded. Mariae principissae. "Quum tibi, illustrissima Maria, datus." Angl. Londini in aedibus Pynson. Latine per Geo. Buchanan. Paris. MDXXXIII. MDXLIII. MDXLVII. MDL. 4to. et 8vo. *Compendious regiment, or a dietarie of health used at Montpellier.* Lond. by Rob. Wyer. . . 8vo. *De emendata structura Latini sermonis*, lib. vi. Pr. "Partes orationis in lingua Latina." Lond. MDXXIV. 4to. Et MDXXXIV. per R. Pynson. Paris. MDXXVII. per R. Steph. MDXXXII. MDXXXIII. Lugd. MDXLVIII. Paris. MDL. 8vo. Colon. Agripp. MDXLIII. MDLV. Recogniti a Joach. Camerario Lips. MDXCI. 8vo. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Pr. "Cum multi tibi quotidie, vir." *Diversi generis carmina*, lib. i. "*Macer's herbal practysyd by doctor Lynacro translated out of Latin into Englysh.*" London. . . . 12mo. E Graeco in Latinum transtulit *Galenum de temperamentis et inaequali temperie*, lib. iii. "Librum hunc praesentem, etc. Non hanc tibi lucubratiunculam." Venet. MCCCCXCVIII. Et in pergameno charactere eleganti per Jo. Siberch. Cantabr. MDXXI. 4to. In edit. Basil. MDXLIX. MDLXI. f. Titulus ita: *De inaequali intemperie*, lib. i. "Inaequalis intemperies alias." Opp. Galeni, tom. iii. *Ejusdem methodum medendi*, lib. xiv. Pr. epist. ad Henr. viii. "Iterum jam majestatem." Pr. lib. "Quanquam et tu saepe alias." Paris. MDXIX. fol. MDXXVI. 8vo. Opp. Galeni, tom. vi. Basil. MDXLIX. *Ejusdem de sanitate tuenda*, lib. vi. Pr. ep. ad Henr. viii. "Cum multi tibi quotidie." Pr. pr. "Absit, candide lector, quisquis." Pr. lib. "Cum una sit ars, quae corpori." Colon. MDXXVI. 8vo. Opp. Galeni, tom. ii. Basil. MDXLIX. Lugd. MDL. 12mo. Et seorsum Paris. MDXVII. fol. *Epistola* hujus Thomae *ad Gul. Warham, archiep. Cantuar. excusatoria*, quod jussu Johannis Chamber hoc opus domino regi, et non archiepiscopo, sicuti promiserat, dedicavit, ex autographo in bibl. coll. Med. Lond. edidit. Fuller's, *Worthies*, p. 235. *Ejusdem de naturalibus facultatibus*, lib. iii. Ejusd. *de pulsuum usu*, lib. i. *Ejusdem de symptomatum causis*, lib. iii. "Causas symptomatum in his libris." Opp. Galeni, tom. iii. Basil. MDXLIX. MDLXI. fol. *Ejusdem de symptomatum differentiis*, lib. i. "Quinam et quot numero morbi." Opp. Galeni Basil. MDLXI. p. 20. *Procli Diadochi sphaeram*, lib. i. Pr. ep. ad Arthurum principem. "Cum statuissem, Arthure princeps." Pr. lib. "Axis mundi vocatur." Ulmae et Venet. MCCCCXCIX. fol. et Venet. MD. fol. Et per R. Pynson. . . 12mo. *Aristotelis meteora*, lib. iv. Duos libros absolvit, et una Alex. Aphrodisaei comment. in idem opus vertit. Tho. Morus in Ep. ad Mart. Dorpium. *Simplicium in physica Aristotelis.* Vid. *Praefat.* Aldi ante edit. Procli. Obiit Londini 20 Octob. MDXXIV, et in ecclesia D. Pauli prope portam borealem sepultus jacet. Bal. viii. 65. Pits. p. 699. seq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 177. *Athen. Oxon.* i. 19. seqq. Dugd. *Hist. Paul.* 56. Stow, *London.* p. 369. Goodall, *Praefat. Hist. coll. med.* London.

LINDSAY [HIERONYMUS] (Dempst. 445.) comitis Cranfordiae frater, praeclarus legum doctor, frater Franciscanus; et sui ordinis monasterium Perthae fundavit. Scripsit, *De legum antiquarum abrogatione*, lib. i. *De regularitate*, lib. i. *De vi excommunicationis*, lib. i. Claruit A. MCCCCLII. Dempst. xi. 826.

LISMORIENSIS monachus quidam (Dempst. p. 441.) scripsit *Scotorum conversionem*, lib. i. Claruisse videtur A. DXXX. Dempst. x. 818.

L'ISLE [THOMAS] LILUS, LYLE, LYLD, ſive DE INSULA Dominicanus Anglus, prior fratrum ordinis Praedicatorum Wynton. Rymer, *Foedr.* v. 175. S. theol. doctor Cantabrigienſis, proviſione papali epiſcopus Elienſis renunciatus A. MCCCXLIV. De litibus inter illum et Blanchiam Wake, de ira regis inde conflata, et de exilio ejus, conſulas Godw. p. 320—324. et Whart. *A. S.* tom. i. 656. ſeqq. Benefactor habitus hoſpitio S. Petri Cantabr. Godw. ſed male Whart. l. c. Praedicator egregius extitit. Scripſit *Conciones per annum*, lib. i. *Scholaſticas quaeſtiones*, lib. i. Obiit Avinionae 23 Junii MCCCLXI, et in eccleſia S. Praxedis ibidem ſepultus jacet. Bal. vi. 26. Piſ. p. 483.

LISTER [JOHANNES] patria Eboracenſis, academiae Oxon. alumnus, ſcripſit *A rule to bring up children.* Lond. MDLXXX. 8vo. Claruit A. MDLXXIX. *Athen. Oxon.* i. 198.

LISSYE [GULIELMUS] LISSOVIUS ſeu de LISSO, Minorita, doctor eximius a ſuis vocatus. Scripſit, *Poſtillas in Hieremiam*, lib. i. "Direxit opera eorum in manibus." Mſ. coll. Merton. Oxon. O. vii. 12. Art. *In Threnos ejuſdem*, lib. i. "Quis dabit capiti meo aquam." Ibidem. *In prophetiam Baruch*, lib. i. "Poſt lacrymationem et fletum." Ibidem. *In* xii *prophetas minores*, lib. xii. "Oſſa duodecim prophetarum pullulant." Ibidem. Et in bibl. collegii Baliol. 22 *Catal.* Langb. *In alios Scripturae locos commentariorum libros plures.* Claruit circa A. MCCCXL. Bal. v. 66. Piſ. 444. ſeq.

LITTLETON [THOMAS] alias Weſtcote, filius Thomae Weſtcote et Elizabethae de Littleton apud Frankley comit. Wigorn. natus. Studio legum municipalium in hoſpitio Interioris Templi London operam dedit; et 13 Maii 33 Henr. vi. conſtitutus unus ſervientium ad legem regis, dein curiae dom. Mareſchalli ſeneſchallus, et 27 Apr. 6 Edw. iv. renunciatus unus juſtitiariorum communis Banci; et anno regni 15 eques de Balneo factus eſt. Scripſit (ad filium Ric.) Gallice, *De feodis ſive tenuris*, lib. iii. "Tenant in fee ſimple eſt celuy." Mſ. Norwic. More. 178. (primum tantum continet librum) Rothomagi temp. Henr. viii. 4to. Lond. 1 Henr. viii. fol. Item per Joh. Letton et Will. Machlin. . fol. Anglice. . . MDLVI. 8vo. Lond. MDLVII. MDLXXXI. 8vo. Lond. per Rob. Redman. . . 16 Rothom. ad inſt. Ric. Pynſon fol. Dein *cum comment. Edw. Coke in primo Inſtitutorum libro*, Lond MDCXXXIII. fol. MDCLXX. *Lecturas* xvii *in ſtatut. Weſtmon.* ii. Pr. "Quia multi per malitiam, etc. Le miſchief." Mſ. Norwic. More. 323. Obiit 23 Aug. 21 Edw. iv. A. MCCCCLXXXI, et in eccleſ. cathedr. Wigorniae humatus jacet. Dom. Edw. Coke *Praefat. ad* 1 *Inſtitut.* Fuller's *Worthies* iii. 42.

LITTLETON [JOHANNES] jurium Anglicorum profeſſor, et inter forenſes aetate ſua clariſſimus, florentes adoleſcentiae annos in illis ſtudiis loborioſe exegit. Bal. Scripſit Anglice (Gallice) *Introductionem ad patriae jura municipalia*, lib. i. "Tenens in feodo ſimplici." Lond. MDXXXII. Juxta Mſ. Bale. Glyn. ſcripſit, *Super patriae ſuae legibus*, lib. i. *De formis actionum*, lib. i. *De natura brevium*, lib. i. Claruiſſe fertur ſub Edwardo iv. Claruit A. MDXXXIII. Bal. ix. 21. Piſ. 715.

LITSTRAER [JOHANNES] alias TINCTOR (Dempſter. 439.) Inſulae Columbae prior, Jacobo i a ſacris, et poſtea prior S. Andreae. Scripſit, *In pentateuchum Moſis*, lib. i. *In omnes epiſtolas Pauli*, lib. i. Claruit A. MCCCCXIX. Dempſt. xi. 814.

S. LIVINUS natione Scotus, ſive Hibernus, a S. Benigno educatus, archiepiſcopus Hiberniae (Bal. par. poſt. 190. Dempſt. 426.) A. DCXXXI in Flandriam trajecit, ubi fidem Chriſtianam Gandavi et Eſcae propagavit. "Scriptor erat peritus," ut autor *Vitae* ejus ait, "et huic operi ſe- " dulo invigilabat, ſtudens praecipue, ut adquireret, unde egentes recrearet." Scripſit, *Ad Florbertum abbatem S. Bavonis epiſtolam*, carmine. Pr. "Audeo mira loqui, ſolem ſine lumine " vidi." In *Hib. epiſt. ſylloge.* p. 19. edit. ab Uſſerio. Dublin. MDCXXXII. 4to. *Epitaphium S. Bavonis*, carmine. Pr. "Qui patriae rector, ſpes gentis, gloria regni." Ibid. p. 21. Ambae extant in Mabillon. *Saec.* ii. 404. *Homelias aliquot*, lib. i. Occiſus eſt A. DCXXXI. 12 Novemb. Reliquiae ejus tranſlatae ſunt ad monaſterium S. Bavonis Gandavi A. MVII. De variis ejus *Tranſlationibus* vide Mabillon. *Saec.* ii. 461. Vitam ejus deſcripſerunt tres ejus diſcipuli Fallanus, Helias, et Kylianus. Gotſel in *Vita S. Auguſt. Cantuar.* Vita ejus longa Bonifacio quodom autore extat Mabillon. *Saec.* ii. p. 450. Dempſt. xi. 789. War. p. 21. Bal. xiv. 16.

LIVIUS [TITUS] de foro Luviſiis, patria Italus, civitate Anglica donatus a rege Henr. vi rogatu Humfredi ducis Gloceſtriae, cujus poëta et orator erat, dein in aula regia vixit. Pat. 15 Henr. vi m. 21. Rymer, *Foeder.* x. 661. Scripſit, *Vitam et res geſtas regis Henrici* v. Pr. ded. regi Henr. vi. "Cum a primis annis de." Mſ. Cotton. Claud. E. iii. Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 31. Edit. a Tho. Hearn. Oxon. MDCCXVI. 8vo. *Elogium epiſcopi Bathonienſis*, carm. hexam. Pr. "Incipe, Calliope, reliquaeque favete ſorores." Claruit A. MCCCCXXXVII. Hollinſh. iii. 585.

LLOYD [EVANS] patria Britannus. In literis academicis apud univ. Oxon. educatus, doctori Johanni Dee familiaris. Scripſit *Ephemerides.* Vixit anno MDLXXXII. *Athen. Oxon.* i. 200.

LLOID [HUGO] patria Caernarvanenſis, apud Llynn natus, in ſchola Wickehamica primis rei literariae rudimentis imbutus, ſocius collegii Novi Oxon. electus A. MDLXIV. Hinc juris Caeſarei baccalaureus, et cancellarius epiſcopi Roffenſis A. MDLXXVIII. Deinde archididaſcalus Wintonienſis, et A. MDLXXXIV. 12 Nov. collatus ad praebendam de Newington in eccleſia S. P. Lond. Poſtmodum in ſua facultate doctor A. MDLXXXVIII evaſit. Juris et theologiae ſcientia haud modica inſtructus, et linguarum Graecae et Latinae admodum peritus. Scripſit *Phraſes elegantiores ex Caeſaris commentariis, Cicerone, aliiſque* in uſum ſcholae Winton. Oxon. MDCLIV. *Dictata.* Ibidem

Ibidem. Obiit 17 Octob. MDCI, et in exteriori capella collegii Novi Oxon. humatus jacet. Epitaphium ejus extat *Hist. et Antiq. Oxon.* tom. ii. p. 153.

LLOYD [LUDOVICUS] sive Lhuyd armiger, in curia reginae Elizabethae conspicuus. Scripsit, *The consent of time, deciphering the errors of Grecian olympiads, Roman penteterides, etc. and vanity of gentile tables disagreeing with sacred history in point of time.* Lond. MDXC. 4to. *The stratagems of Jerusalem, with the martial laws and discipline as well of the Jews as Gentiles. And a brief conference of divers laws.* Lond. MDCII. 4to. *The pilgrimage of kings and princes, representing their dangers and lamentable deaths which some of the best of them have undergone, by Lodowick Lloyd, gentleman to Q. Elizabeth; revived by* R. C. M. A. Lond. MDCLIII. 4to. Auctor noster *Carmen* Anglicum praefixit Thomae Twyni versioni tractatus Latini Humphredi Lhuydi h. t. *The breviary of Britain, etc. containing a learned discourse of the variable estate and alteration thereof.* Lond. MDLXXIII. 8vo.

LLUID [HUMFREDUS] sive LLOID, filius Roberti, natus apud oppidum de Denbigh. Academiae Oxon. alumnus, et ibidem artium magister e collegio Aenei Nasi A. MDLI. Medicinae studio operam dedit, et mox in patriam reversus, ejus praxin feliciter exercuit. In familia comitis Arundel per xv annos vixit. Scripsit, *Calendarium de motibus lunae, etc.* impr. . . . 8vo. *Commentarioli Britannicae descriptionis fragmentum ad Abr. Ortelium.* Pr. "Charissime Orteli, eo die "quo e Londino." Col. Agrip. MDLXXII. 12mo. Anglice redditum per Thomam Twyne, Lond. MDLXXIII. 8vo. *De Mona Druidum insula antiquitati suae restituta, ad Ortelium.* Pr. "Quod "initam inter nos nuper." Lond. MDXLIII. MDLXX. MDLXXIII. 4to. Extat ad finem *Theatri* Ortelii. Antwerp. MDXCII. fol. *De armamentario Romano*: in *Epistola de Mona*, Mf. Duo hi ultimi tractatus impressi sunt ad finem libri Joh. Prisei, cui titulus, *Historiae Britannicae defensio.* Lond. MDLXXIII. 4to. *Chronicon Walliae a rege Cadwalladero usque ad* A. D. MCCXCIV. Mf. in bibl. Cotton. Caligula A. 6. olim Mf. penes Joh. Dee. In epistola de Mona insula meminit *Descriptionis maritimi tractus Scotiae* a seipso delineatae. *Angliae tabulam, et Cambriae chorographiam in Ortelii theatro* MDLXIX. publicatas. Ortel. in pr. *Theatri* Antw. MDXCII. fol. E Latino in Anglicum sermonem transtulit, *Joh. Vassaci judicium urinarum; ad rogatum domini Stafford.* Lond. MDLI. MDLIII. 8vo. *Caradoci Lancarvanensis et aliorum historiam Cambriae.* Pr. "Cadwallader "the last king of the Britains." Editam et auctam per Dav. Powell. London. MDLXXXII. MDLXXXIV. 4to. Dein per Will. Wynn, Lond. MDCXCVII. 8vo. *Thesaurum salutis per Petrum Hispanum.* Pr. pr. tr. "Although diverse learned men of." *Aphorismata, Hippocratis et summulam medicinarum compositarum ex Mesua per Jac. de Partibus collecta.* Lond. MDLXXXV. 8vo. Item per Will. Copland . . . 8vo. Obiit circa A. D. MDLXX, et sepultus est in ecclesia parochiali de Whitchurch juxta Denbigham. *Athen. Oxon.* i. 90. Extat nota in calendario Mf. penes Robertum Davies de Llanerth: "Humfredus Lloyd, armiger, unus alderman. de Denbigh obiit 21 Aug. MDLXVIII."

LOART [GASPARUS] scripsit *Christian exercise into English, with additions by R. R.* . . . MDLXXXII. 8vo. *Instructions how to meditate the mystery of the rosary of the blessed virgin* . . . . 8vo. *Meditations of the life and passion of Christ, out of Italien* . . . 8vo. Et Latine. Duaci MDCVI. 8vo.

LOCKESLEY [RODULPHUS] [a] sive LOCCHESLEGUS inter Franciscanos, qui Isidis Vadum incolebant, celebris erat cum philosophiae, tum theologiae calculo. Tantorum igitur in studiis laborum praemia accepit dignissima, relatus videlicet in classem theologorum supremam. Tum ille ut novae dignitati videretur belle respondere, Longobardi, praescripta consuetudine, libros *Commentariis* [b] donavit. Deinde et libellum de *Paupertate evangelica* [c] publicum [d] fecit [e]; cujus et exemplum eodem tempore Gualterus Chattodunus [f] secutus est, homo ejusdem locique ordinisque [g]. Ex *Lelando.*

[a] Ranulphus Lockesley. Mf. Lel. Trin.
[b] Lib iv.
[c] Lib. i.
[d] Politum, addit Mf Lel. Trin.
[e] Scripsit etiam *Super opera quaedam Aristotelis*, lib. i.
[f] Cottonus, Mf. Trin. De hoc vide supra.
[g] Claruit noster ann MCCCX. Bal. iv. 86. Pitf. p. 397. Jacet sepultus inter Minores Wigorniae. A. Wood. *Ant. et Hist. Oxon.* i. 75.

LOGAN [JOSIAS] Scotus (Dempst. p. 435.) Dunfermelinensis totam Europam, Asiam et Africam perlustravit, et in patriam rediens scripsit *Historiam peregrinationis suae*, lib. i. Peregrinabatur A. MDII. Dempst. xi. 804.

LOK [HENRICUS] *The book of Ecclesiastes paraphrased in English verse; and also sonnets of Christian passions.* Lond. MDXCVII.

LOKERT [GEORGIUS] Scotus, philosophiae naturalis in illustri Montis acuti gymnasio apud Parisios professor A. MDXVI. Scripsit, *De proportione et proportionalitate*, lib. ii. "Praesentem tra-"ctatum duobus." Parif. MDXVIII. fol. *Scriptum in materia notitiarum.* Parif. MDXXIV. 8vo. Collegit, emendavit, edidit, praefationeque et duobus indicibus ornavit *Quaestiones et decisiones physicales Alberti de Saxonia, Thimonis et J. Buridani.* Pr. pr. "Quanti vos vestrumque." Parif. MDXVIII. fol. Claruit A. MDC.

S. LOLANUS (Dempst. 429.) episcopus Scotus, scripsit, *Commentarios in Biblia*, lib. i. *De republica Christiana*, lib. i. *Hymnos sacros*, lib. i. *De inaestimabili dilectionis divinae effectu*, lib. i. *Passionis Christi typum*, lib. i. *De incarnationis mysterio*, lib. i, Haec omnia olim in bibl. Sconensi extabant. Claruit A. MXXXIX. Colitur 22 Septembr. Dempst. xi. 790.

LOM

LOM [GALFREDUS] hostiarius sive potius hypodidascalus scholae S. Anthonii London. In sermonem vernaculum transtulit *Nonnulla capita Lutheri de bonis operibus.* Et *Nonnulla capita libri "Piae praedicationes" vocati.* Has, et alias similes haereses, abjurare coactus fuit A. MDXXXI. Fox. 1 edit. 477.

LOMBAEUS [a] [THOMAS] Carmelita Linensis conventus, cujus fama ne exteris quidem obscura scriptoribus, in hoc albo erit. Id virtus ipsa hominis, id eruditio, id denique poscunt Isiaci; qui omnibus illum suffragiis in doctorum theologorum gregem aliquando receperunt. Sed nolo quisquam a me jam expectet, ut accurata oratione ejus vel vitam, vel laudes ab ovo repetam. Meum certe munus pulchre exequar, si lector cognoverit, quibus libris orbi innotuit. In numerum igitur, quos vidi, colligam. Vidi autem *Super sententias*, lib. iv. *Contra Vicoclivienses*, lib. i. *Quaestionum* [b] lib. i. *Sacrarum concionum* lib. i. *De incarnatione Domini* i. [c] Fuit apud Isiacenses in pretio circa annum a Christo nato MCCCCXC. [d] Ex *Lelando.*

[a] Thomas Lombe, Bale. Lumbaeus, Pits. [b] *Ordinariarum*, lib. i. Ms. Lel. Trin. [c] Scripsit praeter libros a Lelando memoratos, *Determinationes theologiae*, lib. i. "Utrum secundum doctrinam a Spiritu." [d] Lynnae obiit. Bal. vi. 91. Pits. p. 544.

LONDORIS [THOMAS de] abbas ex monacho Calcoensi factus. Scripsit *Acta Guidonis* i *abbatis.* Obiit MCCLXXIII. Dempst. xviii. 1137.

LONEY [JOHANNES] sive LOVEY, frater Carmelita in coenobio London. et S. theol. doctor Oxoniensis. Consentiebat cum xii aliis doctoribus decreto magistri Will. Breton, cancellarii Oxon. pro condemnatione xvi articulorum Wiclevi de sacramento altaris. Ms. Collect. Bal. Sloan. 4to. f. 56. Edidit, *Ordinarias quaestiones de Spiritus S. missione publice disputatas Oxoniae*, lib. i. "Utrum Spiritus sanctus pro." *Lecturas solennes*, lib. i. Claruit A. MCCCXC, et Londini tandem obiit, ac in conventu Carmelitarum ibidem humatus jacet: cujus hoc est epitaphium:

> Clauditur hoc claustro frater Loneye Johannes,
> Exemptus mundo, coelo fruiturus ut haeres.

Bal. Sloan. Ms. 4to. f. 51. Bal. xii. 15. Pits. p. 550.

LONG [THOMAS] patria Hibernus, legum doctor Parisiensis A. MDLXXVI mense Aug. Staniburst. Scripsit, *De speciebus contra Mendacem monachum. In Aristotelis physica. Theses ex praecipuis juris utriusque partibus selectas*, et Carolo Borbonio cardinali consecratas. Claruit A. MDLXXVI. War. p. 85.

LONGLAND [JOHANNES] sive LANGLAND, apud Henleiam in comit. Oxon. in lucem editus, primo semi-commensalis, mox socius collegii S. Mariae Magdal. Oxon. constitutus, laureaque magisteriali cohonestatus, sacris ordinibus initiabatur; sc. 18 Apr. MD presbyter ordinabatur in dioec. London. *Reg.* Savage episc. London. Et A. MDIV. 29 Jan. admissus fuit ad ecclesiam de Wodham Ferrers ad praesentationem Thomae Grey, march. Dorset. *Reg.* Baro. episc. Lond. quam resignabat A. MDXVII. A. MDV aulae S. Mariae Magdal. principalis; A. MDXI S. theol. doctor; A. MDXIV decanus Sarisburiensis; A. MDXIX canonicus Windesoriensis, et confessor eleemosynariusque regius; et tandem A. MDXXI episcopus Lincolniensis renunciatus; quo tempore, sc. MDXXI. 7 Maii praebendam de North Kelsey resignabat. A. MDXXXII electus est cancellarius academiae Oxoniensis, cujus augendis (inquit A. Wood) et tutandis privilegiis, simul et necessitatibus omnium quibuscunque sublevandis summa opera et studio incubuit. Fuit si Pitseo fides, vir Romanae ecclesiae addictissimus, si autem historicis et historiae fides, primus qui divortium, non obstante papae Rom. decreto, regi Henrico viii inculcavit. Scholam grammaticalem apud Henleiam fundasse dicitur. Libros suos legavit collegiis Magdal. Oriel. et Dunelm. apud Oxoniam. Scripsit, *Declamationem, sive concionem coram Tho. Wolseio cardinali, et Laurentio cardinali de latere legato, principio visitationis ord. S. Benedicti apud Westmonasterium initae* 10 Januar. MDXIX in *Genes.* xviii. "Descendam et videbo," etc. *Concionem habitam coram eruditiss. Oxoniae academiae auditorio in jaciendo collegii Cardinalis fundamento* A. MDXXV in Prov. ix. "Sapientia sibi aedificavit domum." *Concionem habitam coram celeberrimo conventu tum archiepiscoporum cum episcoporum, caeteraeque multitudinis in occidentalis coenobii Westmon. sanctuario* 27 Nov. MDXXVII in *psal.* ci. "Tu exurgens, Domine, misereberis Sion." Hae tres conciones impressae sunt per Richardum Pynsonum regium typographum Lond. . . . fol. et dom. Warhamo archiepiscopo nuncupatae. Pr. ded. "Nuper ubi verba feceram, venerande." In *Regest.* Longland Linc. f. 138 extat *Epistola Angl.* hujus archiepiscopi, qua gratias ei agit pro dedicatione horum sermonum, et hortatur ipsum ad imprimend. plures. Epistola data est 19 Junii MDXXXI. *Quinque sermones sextis quadragesimae feriis habitos coram rege Henrico* viii. A. MDXVII; primum *in Ezek.* xviii. "Anima quae peccaverit, ipsa morietur." Reliquos *in Matth.* xxi. "Regnum Dei dabitur genti facienti fructum." Lond. (MDXXVIII W. Kederm.) fol. per eundem Ric. Pynsonum, et dedicat. Ricardo Kederminster abbati Winchcomb. Pr. ded. "Quando mihi nuper eodem auspice." *Expositionem concion. psalmi* vi. A. MDXVIII. Pr. Domine, etc. Jam ego facturus auditores." Omnes hae *Conciones* lingua Anglica pronunciatae erant, et exceptis quinque sextis quadragesimae feriis habitis, a Thoma Caio collegii O. A. socio in Latinum conversae. *Expositionem concionalem secundi psalmi poenitentialis*, sc. *psal.* XXXII. *coram regia majestate* A. MDXIX. Pr. "Beati, etc. Quum in omni disciplina sint certi." *Conciones expositivas in tertium psalmum poenitentialem*, sc. *psal.* xxxviii.

coram regia majestate A. MDXX. Pr. "Domine, etc. Secundo poenitentiali psalmo." *Conciones expos. in 50 psalmum poenitentialem* A. MDXXI, et MDXXII. *coram rege.* Pr. "Miserere, etc. Ars "naturam imitatur." Hae tres extant Lond. MDXXXII. *Concionem coram rege habitam Grenovici in Parasceve* A. MDXXXVIII *in Hebr.* xiii. v. 10—13. Pr. "Habemus altare de quo edere." Lond. MDXXXVIII. 4to. Angl. Extat apud Fox.p. 1097. Seorsim Lond. per Tho. Petit . . . 4to. *A sermonde made before the king's highness at Richmunde on Good Friday* MDXXXVI. Pr. Psal. CXXIX. "Quia apud Dominum misericordia, etc. Our prophet David." *Epistolae* vii *Latinae* extant Mss. in *Registro Epist. acad. Oxon.* F. Obiit praesul doctissimus et concionator sui seculi eloquentissimus 7 Maii MDXLVII Woburnae in agro Buckinghamensi, et in ecclesia ibidem viscera ejus, in ecclesia cathedr. Lincoln. cor ejus, et in collegii Etonensis capella corpus recondita sunt. Bal. ix. 33. Pits. p. 704. Godw. 360. *Athen. Oxon.* i. 70. seqq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 193. seq.

LONGO-CAMPO [RADULPHUS de] natione Anglus; sui temporis philosophus, rhetor et poëta non ignobilis. Scripsit *Comment. in Alani Anti-Claudianum*, lib. i. Pr. epist. "Quia in "hoc opere agitur." Pr. pr. "Licet equidem hujus libri." Pr. lib. "In hac inscriptione et "actor." Ms. in bibl. Baliol. Oxon. cxlvi. Ms. Langb. Citatur hic commentarius in *Granario* Johannis Whethamsted. Bal. xii. 13. Pits. *App.* p. 892.

LORKIN [THOMAS] e collegio D. Petri Cantabrig. medicinae doctor et professor regius. Fuller, *Cant.* 125. Scripsit *Victus rationem pro studiosis*, Lond. MDLXII. *Thomae Lorkyn* clerici *Carmen Latinum* decastichon praefixum Johannis Herdi *Historiae Angliae.* Ms. Cotton. Julius. C. ii.

LOSINGA [HERBERTUS] sive COSINGA in pago Oxunensi in Suffolcia natus, patre Roberto, abbate Wintoniensi. Bal. Pits. Eum in pago Oxoniensi natum asserit Barthol. de Cotton. apud Whart. *A. S.* tom. i. p. 407. Godwin. eum Oxoniae natum; et Ms. Wood in Pits. in pago Oximensi in Normannia; quod credere mallem. Monachus fuit ordinis S. Benedicti, prior Fiscanensis in Normannia; tum abbas Rameseiensis in Anglia, et tandem episcopus Thetfordensis A. MXCI, quam sedem Norwicum transtulit A. MXCIV. Vir erat omnium literarum tam secularium quam divinarum imbutus scientia, facundia incomparabili, etc. Wharton. l. c. De Simonia ejus, operibus poenitentiae, etc. de translatione sedis Thetfordensis ad Norwicum, etc. Vid. Godwin. p. 481. seqq. Gul. Malmesb. *De gestis reg.* lib. iv. f. 72. b. et Wharton. l. c. Scripsit *Sermones* xviii. lib. i. "Convenistis, dilectissimi fratres." *De prolixitate temporum*, lib. i. *De fine mundi*, lib. i. *Constitutiones monachorum*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Ad Anselmum contra sacerdotes*, lib. i. Obiit Norwici juxta Bal. et Pits. 11 cal. Aug. MCXX, juxta Barth. Cotton. l. c. et *Chronic.* Norwic. Ms. Cotton. Vitellius. C. 9. et Rad. de Diceto 22 Julii MCXIX. Et in ecclesia sua cathedrali sepultus. Bal. ii. 62. Pits. 197. Fuller's *Worthies*, ii. 232. iii. 58. Epitaphium ejus apud Weever, *Fun. monum.* p. 88. epigraphe recentior in tumulum ejus haud ita pridem restauratum in ecclesia Norwic. sumptibus decani et capituli.

LOU [HENRICUS] medicinae et astronomiae studiosus apud Sarisburiam, et doctor medicinae prope septa ecclesiae Salisburiensis vixit A. MDLXIX. Scripsit, *Prognosticon pro anno Dom.* MDLXIV, *which declareth the disposition and state of the whole year, as concerning the weather, and the sicknesses thereof.* Pr. "January shall be first." Lond. MDLXIII. 12mo. *A new almanac and prognostication for the year* MDLXIX. Lond. MDLXIX. 12mo.

LOVE [NICOLAUS] monachus Carthusiensis transtulit in sermonem Anglicum *Bonaventurae speculum vitae Christi.* Ms. in bibl. Aenei Nasi Oxon. ix.

LOW [JOANNES] sive LOVAEUS, Augustinianus, a teneris annis bonarum artium vel studiosissimus fuit. Maturioribus vero annis publicas academias percelebravit: unde et nomen dignitatemque facile adeptus est; usque adeo, ut in doctorum relatus numerum, hominibus sui loci atque ordinis, quorum numerosa juxta ac clara Londini societas erat, merito praeficeretur; et famam suam, alioqui satis notam, notiorem redderet. Augustiniani praedicant hunc et *Homilias*, et alia digna purgatis auribus scripsisse. Illud interim mihi constat, fuisse eum longe diligentissimum veterum exemplariorum exquisitorem. Bibliotheca, quam magnificam in suo instituit collegio, fidem in hac parte meam vehementer comprobat. Sanctissimus Henricus sextus hujus cum literas, tum virtutes plurimi fecit; usque adeo, ut eum primo sani Asaphi, inter Elvium et Clutam, celebres fluvios, siti, episcopum designaret; deinde et pontificatum Durobrevensem, alias Rofaecastrensem, superadderet. Floruit anno MCCCCXXXIV. Ex *Lelando* [a].

[a] Et alibi Ms. Lel. Trin. "Johannes Lowe, Augustinianus, vir erat notae eruditionis et primum locum inter "homines sui ordinis in Anglia habebat. Fertur autem "*Homelias, Lectiones*, et praeterea aliquid librorum scripsisse, sed ego ab illo amplius editum legi nichil. Legi "tamen regnante Henrico sexto prima dignitate Asaphensis, simul et Roffensis ecclesiae insignitum fuisse."

LOWE [JOHANNES] patria Wigorniensis, professione frater eremita Augustinianus in coenobio Wichiensi [sc. Wigorniensi. Whart.] A teneris annis Lelandi testimonio bonarum artium studiosissimus fuit: Maturioribus annis academias frequentavit, et tandem doctor Oxoniae creatus est. Mox coenobii sui ordinis Londini prior factus est, et dein totius ordinis in Anglia praeses provincialis. Bibliothecam magnificam in suo coenobio London. fundavit, plurimisque libris ornavit (Lel. *Coll.* iii. p. 53) Rex Henricus vi eum magni habuit; et primo ad episcopatum Assavensem A. MCCCCXXXIII evexit, et A. MCCCCXLIII (Whart. 1444) ad Roffensem transtulit. Scripsit, *Sermones coram rege*, lib. i. *Conciones per annum*, lib. i. *Lecturas ordinarias*, lib. i. *Temporum*

historias, lib. i. *Disputationes theologicas*, lib. i. Diem clausit ultimum A. MCCCCLXVII, et in ecclesia sua Roffensi humatus jacet. Bal. vii. 91. Pits. p. 625. seq. Godw. p. 580. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. p. 381. Wharton *De episc. Assaven.* p. 347. seq.

. . LOWES medicinae doctor. Sub ejus nomine extant *Praescripta varia medicinalia.* Mss. in bibl. Henr. Worsleii. Claruit tempore Edwardi iv.

LUBBENHAMUS [a] [GULIELMUS] sive LOBBENHAM, Carmelita, philosophus et theologus, apud Isiacos rem promovebat literariam. [b] Qua parte elucubrationem in libros *Posteriorum Aristotelis* edidit [c], ac *Quaestionum* [d] insuper libellum scripsit. Obiit Coventriae anno D. MCCCLXI [e]. Ex *Lelando.*

[a] Gul. Lubbenham, S. th. doctor Oxoniensis, Pits. Carmelita coenobii Coventriensis, Ms. Lel. Trin. Bale. Pits.

[b] " Praeses provincialis sui ordinis in Anglia factus, suos commilitones ad aliquod rexerat tempus," addit Ms. Trin. Provincialis electus 17 (Bale. Pits.) Norwici MCCCLIII rexit uno tantum anno. Ms. Bal. Sloan. Tenuit capitulum provinciale Norvici A. D. MCCCLIII. Ms. ibid.

[c] Lib. ii. " Universale dicimus esse, quod est semper et " ubique."

[d] *Quaestiones ordinarias*, lib. i.

[e] 17 Julii in claustro sepultus ante domum capitularem. Ms. Bal. Sloan. 4to. f. 52. Vide Bal. xi. 33. Pits. p. 496. Quidam Gul. de Lubbenham occurrit subdecanus Sarisbur. an. MCCCXXVIII. A. Wood. Ms. C. 136.

LUBERTUS [ROBERTUS] scripsit *Practicam necromantiae.* Ms. Hyper. Bodl. 56.

LUCIANUS monachus A. MC vel circiter, scripsit *De laudibus Cestriae*, Ms. bibl. Bodl. Rich. Jamef. ii. 24. Character refert deformationem literarum hujus aetatis, in qua et autorem vixisse Camdenus testatur. Stylus plerunque est desultorius, et posterior libri pars absumitur in laudibus et officiis clericorum, monachorum, episcopi, abbatis, prioris, supprioris, etc. *Instrumentum historicum Angliae*, Ms. Hatton. et iisdem verbis A. Wood. Ms. Pits.

LUCIUS [a] Britannorum rex, tempore Veri et Commodi, imperatorum Romanorum, ab insigni quadam virtutum excellentia MAGNUS dictus, elucet rectius exterorum, quam domesticorum frequenti testimonio : quamquam nec suorum destitutus laude ; sed ea subinde et brevior et tenuior est, quam ut majestati tanti principis undecunque respondeat. Praedicat quidem Britannica historia, Lucium per oratores cum Eleutherio, pontifice Romano, [b] de fide Christiana solicite juxta ac pie egisse ; eoque processisse, ut persuasione Fugatii et Damiani, apostolorum in Britanniam commigrantium, relictis idolis, uni Christo servatori se totum submiserit. Adventus autem horum apostolorum, et factorum memorabilium ab iis gestorum, cum alii multi, tum praecipue [c] Succetius, qui et postea Patricius appellatus est, Hibernorum insularium apostolus, clarissime meminit in [d] epistola quadam, quam *De antiquitate* scripsit *Avalonica.* Ptolemaeus Lucensis, bibliothecarius, si recte colligo, Romanae sedis, in Eleutherii pontificis *Vita* accurate Lucii religionem commendat, celebrat, extollit etiam : cujus et industriam imitatus quidem sedulo Platina, non parce Lucium collaudat. Alexander Nechamius idem facit in elegantissimo *De sapientia divina* libro, cujus et hoc distichon est :

Prima Britannorum fidei lux Lucius esse
Fertur, qui rexit moenia, Brute, tua.

Et haec, tanquam receptissima, publice leguntur et constant. At ego longo tenebar plane desiderio pernoscendi, quid bonus ille Lucius a Christiana religione suscepta fecerit. Solicite ac curiose quaerenti Hermannus Schedelius, Germanus, haec tandem mihi retulit in *Chronicis* ab eo editis, quae ad institutum in primis faciunt meum. " Lucius, relicta patria, regnoque, Galliam " ingressus est : deinde Rhetiam petiit per *Augustam* civitatem, ad Curiensem urbem proficiscebatur. Hos populos Domino subjugavit, virtute ac miraculis clarus, ibique in pace quievit. Emerita autem soror ejus in castello finitimo, *Trinus* appellato, martyrii coronam aeternam meruit. " Ejus festivitas tertio nonas Decembris celebris habetur : totamque Bavariam et Rhetiam Christo " acquisivit." Optime sit felicibus calamis, qui haec in gratiam posteritatis pinxerunt : nec minus opto Schedelio eadem tam opportune repetenti. Ex *Lelando.*

[a] Lucius agnomine Levermaur, id est, magni splendoris, propter fidem, quae in ejus tempore venit. Ita Nennius vel Samuel Beulanius inter xv *Script. hist. Brit.* p. 103. Videris *Concil. M Brit. et Hib.* tom. iv. p. 703. seq. Parkeri *Britannicas antiquitates*, p. 5. Usserii *Primordia*, p. 39, 40. Stillingfleeti *Origines Britannicas*, p. 60, 61. et Seldeni *Analect.* c. 6. Broughton. Camd. ii. c. 2. Caium in *Hist. Cantabr.* 22. Bedam. 1. 4. *Mon. Angl.* vol. iii. p. 188. Nicholson, ii. p. 3. Tho. Craig *De Hemagio*, p. 24, 25. De Lucio Matthaeus Westmonasteriensis : " Anno gratiae " cxv natus est Coello, Britonum regi, unicus filius, quem " vocavit Lucium." Hunc sequitur Alford. *Annal.* . . tom. i p. 106. " Anno gratiae cxxiv Lucius regni dia- " demate insignitus est."

[b] Conversum fuisse Lucium Eleutherio pontifice, extra dubium est, de anno non satis constat ; incidisse vero ejus conversionem in annum Christi CLXXIX versimile est.

[c] Clar. Spelmannus illum inter Icenos refert.

[d] Epistola ficta est. *Lucii reip. Rom. procuratoris epistola ad Arthurum regem Britanniae.* Pr. " Ad- " mirans vehementer admiror." Ms. bibl. Bodl. NE. A. 3. 19. f. 102. sed annon hic Lucius erat diversus a Lucio rege, cujus tempora cum Arthuri aetate minime conveniunt ? Academiam Bangoriensem in gratiam bonarum artium et virorum literatorum fundavit. Pits. p. 79. Scripsisse fertur ad Eleutherium episcopum Romanum, *Pro induendo Christianismo*, epist. i. *Pro catholicis doctoribus*, epist. i. Obiit Claudiocestriae A. D. CLVI. Galfr. Monumet. lib ii. c. 2. 3 Dec. A. D. CLXXIX. Bal. i. 29. Pits. p. 79. De fide historiarum de Lucio epistolae doct. Thornton et Briani Twyne extant in vol. ii. Collect. Bri. Twyn. Ms. C. C. C. Oxon.

LUCK [JOHANNES] sive LOKE e collegio Merton. Oxon. fuit S. theol. baccalaureus, academiae procurator A. MCCXCVI. postea S. theol. doctor ; praebendarius Wellensis et canonicus Sarum ;

Sarum; ac majoris ecclesiae apud Oxoniam praepositus. Baleus et Pitseus eum zelo contra Wiclevum flagrasse dicunt: vide etiam Fox. p. 558. ex Waldeno. Historiographus autem Oxoniensis i. 206. b. ii. 87. b. eum Wiclevianis dogmatibus fautorem esse asserit. Scripsisse fertur, *De ambiguis Scripturae locis*, lib. i. *Dissertationes veritatum*, lib. i. *Ad Thomam Waldenum dialogos*, lib. i. *Quaestionum argumenta*, lib. i. Claruit A. MCCCCXX. Bal. vii. 61. Pits. p. 607.

LUDENSIS [GILBERTUS] coenobii monachus, Stephani regis Angliae jussu in Hiberniam cum Oeno milite Hiberno venit, et ibi monasterium construxit. Scripsit *De Oeni visione in Purgatorio Patricii*, lib. i. ut ex Wendovero (apud M. Paris. A. D. MCLIII.) in Stephano rege liquet: apud quem de Gilberto vide plura; nam Wendoveri Historiam ad A. D. MCCXXXV. habemus in edito M. Parisio, cui falso tribuitur. Claruit Gilbertus A. MCLII. War. p. 111.

LUDOVICUS, LEWIS sive LHYWELINO GLYN KOTHI poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

S. LUGADIUS (Dempst. p. 432.) abbas Scotus monasterii cujusdam a se fundati in insula Richea sive Raclina Hebridum una, D. Columbae familiaris. Scripsit, *Doctrinale monachorum*, lib. i. *Laudes paupertatis*, lib. i. *Regulam ad suos*, lib. i. Obiit grandaevus A. DCXXX, colitur 18 Novemb. Dempst. xi. 798. vid. Adamnani *Vitam Columbae*.

LUMANUS patria Britannus, S. Patricii e sorore Tygridia nepos, ecclesiae Trimmensis in Midia episcopus, scripsit juxta Jocelinum c. 186. *Acta avunculi sui S. Patricii.* De tempore obitus nihil comperi. Qui plura de eo scire avet, consulat Jocelinum cap. 39. 50, 51, 52. War. p. 104.

LUMBARD [PETRUS] sive LOMBARD patria Hibernus, Waterfordiae in lucem editus, acad. Oxon. alumnus circa A. MDLXX, inde Lovaniam se contulit, ubi artium magister et primus universitatis evasit. Scripsit *Carmen* heroicum in doctoratum Nicholai Quemmerford. *Athen. Oxon.* i. 249. ex Stanihurst. p. 41.

LUMLEY [JOHANNES] baro transtulit in sermonem vernaculum. *Erasmi institutionem Christiani principis.* Pr. pr. "That wisdome is to be desired." Ms. autographum in bibl. reg. Westmon. 17. A. xlix. Claruit A. MDL. ita titulus in Ms.

LUMLEYA [JOANNA] filia comitis Arundeliae transtulit e Graeco in Latinum *Isocratis orationem* ARCHIDAMUM inscriptam. Pr. "Aliqui fortassis vestrum admiraturi." Autograph. in bibl. reg. Westmonast. 15. A. i. *Isocratis Orationes* ii et iii. *ad Nicoclem.* pr. ded. patri. "In more et consuetudine." Ms. ibidem 15. A. ix. *Ejusdem orationem in laudem pacis* EVAGORAS *dictam.* Pr. ded. patri. "Cicero, pater honoratissime, illustris." Ms. ibidem 15. A. ii. et ix. Transtulit ex Graeco in Anglicum *Euripidis Iphigeniam.* Pr. argumenti. "After that the captains of the Greecians." Ms. Ibidem. 15. A. ix.

LUNDIUS (Dempst. 435.) canonicus Brechinensis. Scripsit *Brechinensis sedis successionem*, lib. i. Claruit A. MCCCCLIII. Dempst. xi. 805. ex *Ind. Cuprensi.*

LUPSETUS [THOMAS] filius Guilielmi aurifabri Londinensis, Johannis Coleti alumnus, a quo et Gul. Lilio in bonarum artium studiis ab ipsa pene infantia imbutus fuit. Ab aula Pembrochiana Cantabrig. in qua (si Johanni Caio fides) aliquandiu commoratus est, Parisios concessit, ubi Thomae Winterii cardinalis Wolsaei nothi (Bal.) alumni (Pits.) praeceptor erat. Domum reversus Oxoniam se contulit, ibique per aliquod tempus collegii Corp. Christi alumnus, artium magister, et card. Wolsaei rhetorices praelector evasit. A. MDLXXIII Paduae studuit, et ibi a Reginaldo Polo domi alebatur. A. MDXXIII. 28 Mart. admissus fuit custos ad liberam capellam S. Nicholai infra provinciam de Stanford le Hope. *Registr.* Tonstall. episc. Lond. et A. MDXXIX. 3 Jul. admissus ad ecclesiam S. Martini Ludgate. Ibid. Ante hoc tempus tamen secretarius factus D. Rich. Pacei in legatione sua ad Venetorum rempublicam, et postea A. MDXXX praebendarius de Roscomb. in ecclesia Sarum electus. Scripsit, *A treatise of charity*, lib. i. "I am well mynded "to stick." . . MDXLVI 8vo. *An exhortation to young men persuading them to walk honestly*, lib. i. "It happeneth at thys time." *A treatise teaching how to dye well.* Dated from Paris. To John Walker. "They say, it is a point of." Lond. MDXXXIV. Hi tres libelli *Anglice* extant Lond. MDXLVI. MDLX. 8vo. *Epistolarum* lib. i. *Epistolae ejus variae ad Edw. Leium* (archiepiscop. Ebor.) *Nisenum et Paynellum* extant in libro h. t. *Epistolae aliquot eruditorum virorum*, ex quibus perspicuum quanta sit Edw. Lei virulentia contra Erasmum. Basil. MDXX. *Epist. pro Erasmo contra Laeum*, lib. i. *Epist. Batzemo Abstemio inter epistolas Marpackianas*, lib. viii. 46. *In Ciceronis Philippicas*, lib. i. *Sermones ad clerum maxime Calcti*, lib. i. *De malis fugiendis*, lib. i. *Homilias aliquot in corruptos seculi mores*, lib. i. *De formando vitae statu*, lib. i. Idem forsan cum *Exhortatione Anglica* supra memorata. In Anglicum sermonem transtulit, *S. Chrysostomi homiliam*, "*Nemo laeditur a seipso.*" Pr. "I knew well that all men of a grosse." Lond. MDXLVI. MDLX. 8vo. *S. Cyprianum de mortalitate humana.* Pr. pr. transl. sorori dom. Susannae Kingston. "The "circumspect person which." Ibid. *Pici Mirandulae regulas vitae Christianae.* Pr. "Firste if "to man or woman." Ibid. *Concilia ex Isidoro.* Pr. "O man, know theyselfe, know." Ibid. Licet ultimae hae tres translationes extent in edit. MDLX. sub nomine Thomae Lupseti, attamen ei attribui non videntur, quia epistola translationis (in qua meminit sororum Susannae et Elienorae) data est A. MDXXXIV duobus post mortem Lupseti annis; et eo anno editae sunt Londini sub nomine Thomae Eliotae. Ex Graeco in Anglicum *Xenophontis oeconomica.* Ita extat in *Exhortatione ad juvenes*, edit. MDLX. Obiit 27 Decemb. MDXXXII, aetatis 36: et in ecclesia S. Elphegi

S. Elphegi juxta Cripplegate London sepultus. Bale ix. 11. Pits. p. 723. seq. *Athen. Oxon.* i. 32. seq. Hollinsh. iii. 977.

LUPTON [THOMAS] scripsit *The Christian against the Jesuit*. Lond. MDLXXXII. 4to.

LUPUS episcopus. Extant *Sermones* ejus Saxonici et Latini. Mss. bibl. Bodl. Junius 99. 4. et 102.

LUTTERELL [JOHANNES] S. theol. doctor Oxoniensis, mathematicus, philosophus et theologus sui seculi doctissimus. Anno 11 Edw. ii Romam adiit acceptis a rege ad pontificem literis commendatitiis, ubi disputationes contra eruditissimos Europae viros tanta cum laude obivit, ut gratiam haud vulgarem consecutus sit apud papam et regem Siciliae. *Hist et Antiq. Oxon.* i. 159. In patriam reversus factus est praebendarius de Axford in ecclesia Sarum mense Januar. MCCCXIX (A. Wood. Ms. C. 138.) et proximo anno cancellarius academiae Oxon. electus est. Quia autem dissensiones inter ipsum et magistros ac scholares circa realem et nominalem philosophiam fervebant, munus hoc abdicavit A. MCCCXXII. Rex Edw. iii ei ratificabat praebendam de Knaresburgh in ecclesia Ebor. per lit. pat. septimo regni sui anno. Juxta A. Wood. Ms. C. 91 Johannes noster in curia Romana existebat A. MCCCXXIX, et ibi 16 cal. Aug. MCCCXXXV obiit. Ibid. p. 32. Scripsit, *Contra Ockhamum determinationes quasdam*, lib. i. "De primo articulo." *Ad quendam Romae disputantem* (*J. Baconthorpium* vult Baleus) lib. i. "Attentius supplicasti, ut "breviter." *In vesperiis magistrorum*, lib. i. *Praelectiones Oxonienses*, lib. i. *De visione faciali* epistolam unam. Ms. Cantabrig. in bibl. publ. Claruit A. MCCCXXII juxta A. Wood. Baleus et Pits. A. MCCCXL eum et vixisse et floruisse volunt. Bal. v. 56. Pits. p. 447.

LYDGATE [JOHANNES de] ab oppido natali in agro Suffolc. cognominatus, Damp (ut Ms. Bodl. Laud. D. 31.) sive Dan (Ms. Worsl.) i. e. Don praenominatus, in academia Oxoniensi educatus (Ms. Ashmol. 59. ii.) monachus Benedictinus in coenobio Buriensi fuit. In *Regist.* Braybrook episc. Lond. extat fr. Joh. Lidgate monachus de Bury ord. ad omnes ordines in ecclesia de Hadham 13 Mart. MCCCLXXXVIII. Et in *Registro* Gul. Cratfield abbatis Bury Ms. Cotton. Tiber. B. ix. fol. 1. sunt literae dimissoriae episcopis Angliae pro promovendo commonacho nostro Johanne Lydgate in ordinem subdiaconatus dat. 17 Dec. MCCCLXXXIX. fol. 35. literae dimissoriae pro eodem ad ordinem diaconatus dat. 28 Maii MCCCXCIII. f. 52. literae dimissoriae pro eodem ad ordinem sacerdotalem 4 Apr. MCCCXCVII. Post perlustratas Angliae academias, Galliam et Italiam peragravit; ubi linguas utriusque gentis didicit, utrobique diligenter studuit, magnaque tum rerum experientia, tum morum urbanitate tum etiam optimarum disciplinarum supellectile instructus in patriam rediit, scholas aperuit, nobilium filios literas humaniores docuit. Et licet omnium pene scientiarum esset peritissimus, tamen in gratiam juventutis, ut eam in bonis artibus, moribus et virtute institueret, exercitiis politioris literaturae quasi jugiter inhaesit. Erat autem non solum elegans poëta, et rhetor disertus, verum etiam mathematicus expertus, philosophus acutus et theologus non contemnendus. Multum etiam ornatus patriae linguae contulit, imitatus in hoc Chaucerum nostrum. In hunc autem finem Dantem Italum, Alanum Gallum et alios similes studiosius legit, accurateque in linguam Anglicam transtulit, atque omnes aliarum linguarum elegantias ad ditandum patrium sermonem assumpsit et accommodavit. In monasterio vixit A. MCCCCXV, ubi electioni Gul. Excestr. adfuit. *Reg.* Gul. Excestr. f. 9. A. MCCCCXXIII mense Junio electus est prior de Hatfeld Brodhook. Ibid. f. 28. Et licentia revertendi ad abbatiam Buriensem data est A. MCCCCXXXIV. Collect. ex *Regist.* Curtey Ms. Macro, F. 116. Scripsit Anglice *Calendarium Thebanum, sive historiam belli Thebani*. Pr. "Whan bright Phaebus passid was the ram." Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 64. et Laud. K. 53. F. 87. Et Digby 230. Et Ms. *Reg.* Westmon. 18. D. ii. picturis perpulchris adornat. Extat ad finem operum Chauceri Lond. MDLXI. f. 356. MDCII. f. 353. et MDCLXXXVII. fol. Extat Ms. in bibl. Norfolc. 118. *The siege and destruction of Thebes*, Ms. Lambeth. 344. *Poëmation de bono consilio*, Anglice. Pr. "Consider well every "circumstance." Inter Opp. Chauceri Lond. MDLXI. f. 337. et MDCII. f. 320. Ibid. p. 569. Ms. in bibl. Lambeth. 386. *Of the dance of Powlys, otherwise Makabre*. Pr. pr. autoris. "O "creatures, yee that be reasonable." Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 32. Pr. translat. "O ye "folkes hard herted as a stone." Ms. bibl. Bodl. Laud. K. 78. Et Ms. Seld. Supr. 53. et Ms. C. C. C. Oxon. 237. Lond. MDLIV. fol. ad finem Boccacii. Vid. Dugd. *Hist. Paul.* p. 289. Et Stow's *Hist.* 596. Transtulit hunc *Saltum* ex Gallico carmine, quod in claustro S. Innocentii Lutetiae est. *Vitam et res gestas Hectoris*, lib. v. Pr. ded. Henrico v. "Most puissant prince, whose "fame is known so well." Idem cum translatione Guidonis de Columna *Historia belli Trojani*, phrasis tamen paululum mutata. Incepit versionem hanc mense Octobri 14 Hen. iv, et finivit MCCCCXXI. Lond. MDCXIV. fol. per le Grofs. Idem est cum *Chronico belli Trojani*. Vide infra. Ms. Norwic. More 24. *Quomodo audienda sit missa*, Ms. in bibl. Lambeth. *Litanias*. Ibidem. xxv orationes sive xv preces, quibus prima a litera O. incipit ex Lat. in Angl. translat. et aliae preces. Ms. bibl. Bodl. Laud. D. 31. *Orationem ad virginem Mariam*, Ms. in bibl. Lambeth. In Ms. Ashmol. 59. ii. ita: *A glorious prayer to oure lady by Lidgate*. Pr. orat. "Dilectus meus "shewd dilection." *Invocation to our lady*. Pr. "A thousande stories I koulthe to you reherse." *Invoc. to our lady with the refrayde:* Stabat mulier dolorosa. Pr. "Heyle goddes, mother dolo-"rous." In Ms. bibl. Bodl. Hatton. 94. Among other balladis of Lydgate sent to the king is *A prayer to the bl. virgin*. Pr. "Quene of heaven, and of helle empresse." *Orationem ad Deum*, Ms. in bibl. Lambeth. *Vitam B. Mariae virginis*, cap. 82. (88. Ms. Ashmol. 59. Cap. 39. Ms. Harl.

Harl. 34.) ad mandatum Henr. v. Pr. pr. " O thoughtful herte plungyd in." (Mſ. Aſhmol. ad inſt. Henr. v. Pr. " O flowre of vertu.") Mſ. in bibl. Lambeth. Et Mſ. in bibl. Bodl. NE. E. 16. F. 3. 9. Mſ. Aſhmol. 39. In Mſ. bibl. Bodl. Hatton 94. Lib. i. cap. 10. ii. 24. iii. 25. iv. 27. Impreſſ. a Gul. Caxton . . . Mſ. bibl. Rob. Burſcough. Cod. 51. Et Mſ. Sym. D'Ewes. Cod. 59. *Vitam S. Edmundi regis*, lib. ii. Mſ. Norwic. More 161. et Mſ. C. C. C. Oxon. 61. et Mſ. Howard. claſſ. 1. 3. *Calendarium rhythmicum.* Pr. " Jeſu Lorde, for thy holy circumci-" ſion." Mſ. bibl. Henr. Worſl. Cod. 5. *Canticum amoris.* Pr. " Jeſu, thy ſweetneſs who " might hit ſe." Mſ. Ibid. *De vita hominis.* Mſ. in bibl. Bodl. Oxon. NE. F. ii. 32. *Lamentationem B. Mariae virginis*, lib. i. " Who ſhal yeve unto myn." Mſ. bibl. Bodl. NE. E. 6. 3. Et Mſ. Laud. D. 91. f. 77. In Mſ. Aſhmol. 59. ii. ita: *A lamentation of our lady ſhewde to St. Awnſtyn of Chriſtes paſſion*; *Amore langueo, by J. Lidgate.* Pr. " In the touret of a toure." *Vitam S. Ethelſtani*, lib. i. *Vitam Fremundi regis*, lib. i. Vide Mſ. Norwic. More 161. *Vitam S. Albani martyris ad Jo. Frumentarium abbatem*, lib. iii. " Clionem advocare, ut" Mſ. Bal. Glyn. Anglice. Mſ. in coll. S. Trin. Oxon. 10. Item rhythmis Anglicis Mſ. eccl. Lincoln. I. 57. imperf. in princ. *De coelorum gaudiis*, lib. i. *Of the aſſembly of birds*, lib. i. Annon potius Chaucero debetur. *Praecepta moralia*, lib. i. *De Alexandro et Ariſtotele*, lib. i. *De philoſophorum ſecretis* lib. i. In Mſ. bibl. Bodl. Laud. B. 24. Et K. 53. ita: *A treatiſe of the governance of kings and princes, commonly called* Ariſtotelis *Secretum ſecretorum: tranſlated into Engliſh by J. Lydgate.* Pr. " God almighty ſave and conferme our kyng." Intitulatur autem I. L. *De officio regis.* Quaedam de lapide philoſophorum edidit Elias Aſhmol. in *Theatro chimico* Lond. MDCLI. 4to. Antequam verſio hujus libri finita fuiſſet, obiit Lydgatus; circa dimidium enim poëmatis haec habentur: Here dyed this tranſlator and notable poet John Lydgate monk of Bury, and Fowler (ita Mſ. Laud. K. 53. ſed B. 24 habet the yong Folwer) bygan his prolog in this wyſe: " Where flour of knighthod the bataile doth refuſe." *The chorle and the bird*: tranſlated out of French: Pr. pr. tr. " Problemes of olde likeneſs and figures." Mſ. Cotton. Caligula A. ii. Inter poëmata impreſſa per Caxton Lidgati nomen non apponitur. Recuſa per Winch. Word. et per Will. Copland. 4to. *The proverbs of Lidgate upon the fall of princes*, lib. i. " Go kys the " ſteppes of them that were fortheryng." Mſ. bibl. Bodl. Seld. B. 26. Et impr. Lond. per Winch. Word . . . 4to. *Proprietates nationum*, lib. i. *De rege Arthuro*, lib. i. *De ejus menſa rotunda*, lib. i. *Acta Guidonis Warwicenſis*, lib. i. " Fro Criſtis birthe complet nyne 100 yere." Mſ. bibl. Bodl. Laud. D. 31. f. 64. *De Guidone et Colbrando*, lib. i. *De arte militari*, lib. i. *Of the government of kings*, lib. i. Vide ſupra *De philoſophorum ſecretis* titulum. *The teſtament of John Lydgate*, lib. i. " O how holſon and glad is the memorye." Mſ. bibl. Bodl. Laud. D. 31. f. 87. In Mſ. reg. Weſtmon. 18. D. ii. ita: " The yeres paſſid of my tender." Impr. Lond. per Ric. Pynſon. . . 4to. *De fabro dominam reformante*, lib. i. *Litem inter equum, ovem, et anſerem, leone et aquila judicibus*, heptaſtichis 75. lib. i. " Controverſies, plees and diſcords." Mſ. Aſhmol. 50 apogr. impreſſ. in Collect. Caxton . . . 4to. recuſa per Winch. Word. 4to. Et Mſ. bibl. Bodl. Laud. K. 49. In eodem codice habentur etiam duo alia *Carmina Anglicana*, quae fortaſſe Johanni Lydgato aſcribenda ſunt: *Whoſoever ſpeketh the beſte of another man ſhall never repent*, octaſtichis 21. Pr. " Who ſeith the beſt ſhall never repent." *Of Chriſt's inviting men to come unto him*, octaſtichis 5. Pr. " Upon the croſs nailed I was." *De homine diaetando*, lib. i. *De duobus animantibus*, lib. i. *De fortuna*, lib. i. *Contra judicium temerarium*, lib. i. *Inter rationem et triſtitiam*, lib. i. *Praeceptiones Gallicae linguae*, lib. i. *Aeglogas ſeu bucolica*, lib. i. *Poëmata et odas*, lib. i. *Satyras et alia poëmata*, lib. i. Poëmata alia Johannis Lidgati, quae olim Mſs. extabant penes Gul. Thinn. qui primus *Obſidionem Thebanam* ad finem operum Chauceri edidit. *The pilgrimage of the world. By the commandment of the earl of Saliſbury* MCCCCXXVI. *Play at cheſs between reaſon and ſenſuality. Banket of godds and goddeſſes, with a diſcourſe of reaſon and ſenſualitie.* Pr. " To all folkys virtuoſe." Mſ. bibl. Bodl. Fairfax 16. In Mſ. reg. Weſtmon. 18. D. ii. *John Lydgate of reaſon and ſenſuality.* Pr. " When Phebus in the crabbe had nere " his courſe run." *The court of ſapience in heaven for the redemption of mankind.* Vid. ad finem *Chronici* Caxtoni. *Pedigree of the emperours from Julius Caeſar to Dacian.* 28 *emperour. Meditation of Chriſt's paſſion. Pſalmes of the paſſion. Of the mercies of God eternally to ſing. Magnificence of the church. Verſes of the Pſalter in metre for Henry* v. *The Ave Marie in Engliſh metre. Gaudete, juſti in Domino.* Engl. metre. *Ab inimicis noſtris defende nos, Chriſte.* Pr. " Moſt ſove-" raigne Lord, O bleſſed Chriſt Jeſu." Mſ. bibl. Bodl. Fairf. 16. *Conditor alme ſiderum. Glorioſa dicta ſunt de te*; *for the biſhop of Exeter. Deus in nomine tuo ſalvum me fac: tranſlated and paraphras'd by J. L.* Pr. " God in thy name make me ſafe and ſounde." Mſ. Aſhmol. 59. Mſ. Cotton. Caligula A. ii. *The name of Jeſus, and bowing of the knee. Bene anima mea Domino. Epiſtle of Amaſias to king Johas.* In Mſ. Aſhmol. 59. Pr. " Unto the kynge Johas of Iſrael was " ſent." *Magnificat.* Engliſh metre. *Ave Jeſſe virgula. The life of St. Ann.* In Mſ. Aſhmol. 59. ii. ita: *A devout invocation of St. Ann*, by Lydgate, made at the commandment of my lady Anne counteſs of Stafford. Pr. " Thou firſt moever that cauſeſt." *The ladie of pitie and Chriſt's paſſion.* Pr. " O wretchyd ſynner what." Mſ. Aſhmol. 59. iii. *The image of our ladie. How the plague was ceaſed in Rome. The life of St. Denis. The life of St. Barbara. The life of St. Sithe. An exhortation to put away the ſeven dedely ſins. A prayer to bedward, and another at upriſing. The ſeven graces for ſeven eſtates. Offices of all eſtates. The ſeven parts of wiſdom.*

Founders of the seven sciences artificial. ——— *liberal.* *Authors of the seven sciences.* *Disposition of the seven planets.* ——— *twelve signs.* ——— *four elements.* ——— *four complexions.* Pr. " Of giftes large to love hathe gret delight." Ms. Ashmol. 59. ii. ——— *four seasons of the year.* *Disposition of the world.* *Mercy and truth, righteousness and peace.* *Man in vertu to be as stable as the stone.* *A procession of pageants from the creation.* In Ms. Cotton. Vespas. D. 8. scripto circa Lydgati tempora sunt collectanea (in 212 paginis in folio) 40 pageants sive ludorum incipiendo a creatione et finiendo tempore descensus Spiritus S. Jamesius existimat hunc fuisse Ludum C. C. C. sive Ludum Coventriae. Pr. pr. " Now gracious God grounded of all good- " ness." Pr. 1 pag. " My name is known." *A ballade royal against lechery.* In Ms. Ashmol. 59. ii. est carmen hujus autoris h. t. *The tragedy of princes that were lecherous.* Pr. " Lenvoy, O " noble pryncis of hy." Pr. " The chosen of God, David." *A saying of the nightingale signifying Christ:* Ad Annam duciss. Buckingh. Pr. pr. prosa. " It is seyd that the nightingale." Pr. l. " Go lityll . . . prynces dresse." Ms. Cotton. Caligula A. ii. Ms. C. C. C. Oxon. 203. *Coronation of Henry* vi. *A ballad presented to king Henry* vi *the day of his coronation.* Pr. " Most " noble prince of Crysten princes all." Ms. Ashmol. 59. ii. *Tragedie of Rome come to ruin.* Pr. " Rome remembre of thy fundacyon." Ms. Ashmol. 59. ii. Octo posteriores versus ceremonias destruere conantur. *How all things must be done by just measure.* ix *Properties of wine.* *Amor vincit omnia, mentiris quod pecunia.* Pr. " Eche man to folowe his own fantasye." Ms. Ashmol. 59. ii. *That now is hay, was sometimes grass,* for queen Caterine. iv *Things maketh a man a fool.* Pr. " Wurship, women, wyne, unweldy." Ms. Fairf. 16. Ms. Ashmol. 59. ii. *A wicked tongue will alway deme amisse.* *This world is a throughfare full of woe.* *All stant on change like a midsomer rose.* In Ms. Ashmol. 59. ita. *A balade made of the transmutation of the world with the refrayde, as a midsomer roos,* by L. " Let no man boest of conyng." *The disposition of women and their doubulness.* Pr. " The world is now full of all variance." Ms. Ashmol. 59. ii. *What maketh the world so variable.* Ad regem. Pr. " Sumtyme thys world." Ms. Hatton. 94. *How every thing draweth his semblable.* Pr. " Trete every man, as he is dispos'd." In Ms. Ashmol. 59. ii. sequentia verba titulo hujus tractatus praeponuntur: *A balade royal made by J. L. after his resort to religion.* *Complaint of the duke of Glocester for lack of coinage.* *Epitaph on Humfrey duke of Glocester.* *Stella coeli extranavit.* *Like to thine audience, so utter thy language.* *Exhortation to avoid hast, and to work by good advisement.* *Epistle to his lady Sibille of vertuous business, eschewing idleness.* Pr. " The chief gynnynge of grace." Ms. Ashmol. 59. ii. *A ballade to the sheriffes and alderm. of London on a May day, at a dinner at Bishop Wood.* Pr. " Mighty Floura, " goddes of fresh floures." Ms. Ashmol. 59. ii. *A disguising before the mayor of London, by the Mercers.* *A disguising before the mayor, by the Goldsmiths.* *A mumming before the king at Eltham.* *A disguising before the great estates of the land.* *A mumming before the king at Windsor.* *A ballade to K. Henr.* vi *and his mother, on New-years-day, at Hartford.* *An invocation to our bl. lady, by J. L. in chosing of loves on S. Valentines day; with the refrade,* I love one best of all. Pr. " Sainte Valentyne of custome yeer by yeer." Ms. Ashmol. 59. ii. *Of an esquire that served in loves courte.* *Of a gentlewoman that loved a man of great estate.* *Of the ladie Holland and D. of Glocester, before their marriage.* In Ms. Ashmol. 59. ii. ita: *The complaints of my lady Holland and Gloucester.* Pr. " A solitary full sore complaining." *Of Jack Wat, that could pull the lining out of a black boll.* *Gallaunts, England may wail, that ever they came here.* *Aesop's fables moraliz'd in meter.* *Complaint for departing of Th. Chaucer into France embassadour.* Pr. " Every " manner of creature." Ms. Ashmol. 59. ii. *Of two monstrous beasts, Bicorne and Chichefache.* *The serpent of division.* *The temple of glasse* (Ms. Fairfax. 16. Glass. Caxton autem et Ms. Bodl. NE. C. 3. 10. Brasse) In Ms. Bodl. NE. C. 3. 10. ita: *The temple of brasse,* lib. ii. Pr. " For " through constreint and grievous." Inter Opp. Chauceri. Et Ms. Fairf. 16. Impress. per Caxton . . . 4to. ubi post *Parliamentum avium Chauceri habetur.* " Explicit the temple of brass." *The royal receiving of Henry* vi *into his noble city of London after his return out of France,* John Wells maior. Ita se habet *Catalogus* ad finem Chauceri edit. Lond. MDCII. *Poëma dictum London Lickpeny.* Vide Stow, *London.* p. 234. Scripsit Lidgatus etiam librum, cui titulus *Flos humanitatis.* Pr. " In Feverier, when the frosty moon." Vulgo inter Chauceri opera habetur. *The siege of Jerusalem.* Pr. " Lestnethe alle that ben alyve." Ms. bibl. Bodl. Digby 230. *A prayer for K. Henr.* vi *before his coronation (balladwyse.)* Pr. " A lord a monge have a remem- " brance." Ms. Fairfax. 16. In Ms. bibl. Bodl. NE. C. 3. 10 inter opera quaedam Chauceri et Lidgati habentur: *The chaunce of the dyse.* Pr. " First myn uncunnynge and my rudeness." In Ms. Fairfax 16 sunt duo poëmata hujus tituli. (1) Pr. " First, etc. (2) To the orient perle as " norice." *The complaint against hope.* Pr. " As I stood in studyenge alone." Ms. Fairf. 16. *Complaynt d'amour.* Pr. " I which that am the sorrousulliest." Ms. Ibid. *Ragmanys roll.* Pr. " My ladies and my maistresses ech on." Ms. Ibid. Scripsit *A goodly narration, how S. Augustine, the apostle of England, raised two dead bodies at Long Compton, collected out of divers autors, and translated by John Lidgate,* monk of Bury. Printed at St. Austen's Canterbury . . . 4to. Extat Ms. in bibl. eccl. Linc. I. 57. imperf. in princ. In Ms. Ashmol. 59. ii. sunt etiam Lidgati poëmata sequentia, sc. *A notable proverbe of Ysopus in balade by Daun Johan Lidgate made in Oxenford.* (Fabula est Canis et umbra.) Pr. " An old proverb hath beo seyd and shall." *Poetical balade of wysdome made by, etc.* Pr. " Counseillyer, where that ever thou be." *Moral balade*

withe refrayde " If hornes were away" *betwene nature and beaute, etc.* by Lydgate. Pr. " Of " God and kind procedethe all beautie." *Moralisation of a fable, how the trees chose them a king, etc. A poletike balade royal made by that approbate poete Lidgate, etc. what with the gode refrayde.* " To finde a frionde at neode." Pr. " Late whane Aurora of Titone toke leave." *An holy meditation.* Pr. " After the stormy tyme, cessing the rayne." *The dyttie of* Verbum caro factum est. Pr. " Ye devoute people, which have observance." In codice Ms. bibl. Bodleianae, Sup. A. 1. Art. 32. continentur alia Joh. Lydgati carmina Anglicana sub his titulis: *Tale of the crow.* Pr. " When Phebus dwelte in this worlde." *De regibus Angliae a Gul. conquest. ad Edw. iv.* Pr. " This mighti William duke." Ms. Fairf. 16. Ms. Ashmol. 59. ii. Et pulchrum exemplar cum regum picturis. Ms. Cotton. Julius, E. iv. *Of the nurture at the table.* Pr. " My dere sone, " first thi." *For man's health of body.* Pr. " For helth of body." *De cancro.* Pr. " This " worlde is full of stablenefs." *Of the ram's horn.* Pr. " Al righteousnesse doth now." *De fallacia mundi.* Pr. " Consider wel with every circumstance." *De vita S. Margaretae: ad mandatum comitissae Huntingd.* Pr. " At the reverence of S. Margaret." Ms. Norwic. More. 191. *De vita S. Georgii pro armorum fabris Londini.* Pr. " Ye folkes that here present." *De* xv *gaudiis B. Mariae virginis.* Pr. " Betwene mydnighte, and the" In Ms. Cotton. Titus, A. 26. *The fifteen joyes of our lady clep'd the* 15 *oes, translated out of French into English, by Dan John the monk of Bury, at the instance of the worshipful princess Isabella, now countess of Warwick lady Spenser.* Pr. " Blessed lady, O princess of mercy." *De* xv *doloribus B. virginis.* Pr. " O glorious " mayd for that" Ms. codex bibl. Bodl. Laud. D. 31. haec habet poëmata Anglica Johanni Lydgate ascripta: *De profundis, sive psalmus* cxxx *paraphrastice.* " Haveing a counseil in my." *Lamentatio Christi de passione sua. Oratio Christi super crucem pendentis. De Christi passione. Preces ad B. Mariam. Quinque gaudia Mariae. Preces ad S. Edmundum, S. Robertum, S. Thomam Cant. S. Michaelem, S. Gabrielem, S. Dionysium, S. Georgium, S. Christophorum, S. Blasium, S. Aegidium, S. Katerinam, S. Martham, S. Cristinam, S. Barbaram, B. Virginem de 5 gaudiis, et S. Eucharistiam.* Preces ad *S. Edmundum,* et *S. Dionysium* alio titulo insigniuntur in Ms. Ashmol. 59. hoc modo: *A ballad royal by J. L. of invocation to S. Edmund, at the instance of K. Henry* vi. Pr. " Glorious martyr that of." Et *Invocation to S. Denys, translated out of French into English, at the request of Charles the French king.* Pr. " O thou chosen of God." *Benedictus sit Deus in donis suis,* sc. *in illud paraphrasis poëtica. Vita S. Aegidii.* Pr. " Of Agamemnoun under the " large empire." *Miracula S. Edmundi.* Pr. " Laude of our Lord up to the hevene is." *De cornubus mulierum, sc. superbia,* etc. Quaere an sit idem in Catalogo Chauceri: " Against the high at-" tire of women's heads." *A tale of froward maymond.* Pr. " A froward knave pleynly." *De stultis* lxiii *fabula.* Pr. " The ordre of foolys ful yore a goon be gone." Ms. Bodl. NE. C. 3. 10. imperf. in fine. Ms. Bodl. NE. E. 1. 17. " Newly professd, increaseth the kovent, etc." *Doctrinam medicinae.* Pr. " For helth of body kepe from cold." *Instructiones pueriles.* Pr. " My " dere sonne, first thiself enable." Ms. Cotton. Calig. A. 11. Ms. hujus principii et autoris est etiam, sub alio tamen titulo, supra Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 32. Et in Ms. Ashmol. 59. V. sub hoc titulo: *The doctrine of courtesye clepid in Latyne* Stans puer ad mensam Domini, *transl. into English* by J. L. *Oratio Dominica paraphrastice exposita.* Pr. " A twyxe dred and trem-" bling." Stow, *Histor.* p. 342. se vidisse ait orationem Dominicam, et nonnullos psalmos Davidis cum diversis hymnis et canticis in heroica carmina Anglice conversos per J. L. In Ms. Harley. xxxiv. b. 18. f. 74 extat *A tale in English verse of a prioress and her three woers by Lydgate.* Pr. " O glorious God, our governor glad." Et f. 77. Lydgate. . . Pr. " All haste ys edyns." J. Stow, *Hist.* p. 385. dicit in receptione reginae Margaretae, sponsae regis Henrici vi several pageants (varios ludos) A. MCCCCXLV. mense Aprili, et carmina per J. Lydgate monachum Buriensem composita fuisse super his thematibus: *Ingredimini et replete terram. Non amplius irascar super terram. Madam Grace, Chancelor de Dieu. Five wise and five foolish virgins. Of St. Margaret. Of the heavenly Jerusalem. Of the general resurrection and judgment.* (at Pauls gate) *Poem of Cambridge.* Citat hoc Fuller, *Eccl. Hist.* lib. i. p. 28. Ex Johanne Boccacio et aliis authoribus transtulit, *De casibus virorum illustrium ab Adamo usque ad Joannem Franciae regem ab Anglis in Pictavia captum* A. MCCCLVI. lib. ix. Pr. " He that whilom did his diligence." Ms. bibl. Bodl. NE. F. 7. 12. Ms. bibl. reg. Westmon. 18. B. xxxi. et 18. D. iv. v. Ms. in bibl. Abrah. Selleri. 4. fol. Et Ms. bibl. Clarendon. Cod. 50. Lond. MCCCCXCIV. MDXXVII. MDLIV. per Rich. Tottel. et MDLXII. fol. et Lond. . . by Joh. Waylond. fol. In Ms. bibl. Bodl. Seld. Arch. B. 26. ita: *Proverbia Joh. Lydgati in casus illustrium virorum.* Pr. " My author Boccas writeth no longer." *De nominibus deorum,* lib. i. *De bello Thebano,* lib. iii. *De genealogia deorum,* lib. xv. *De captione Trojae,* lib. vi. Est haec translatio *Historiae belli Trojani Guidonis de Columna,* quae primum parum accurate impressa fuit A. MDXIII. sed multo correctius publicata postea per Rob. Braham Lond. MDLV. fol. Extat Ms. Bodl. Digby 230. et 232. Pr. " O mightye man that with thy stern lynte." Et Ms. Laud. K. 56. Pr. " Allemyghty God in trinite." Haec translatio coepta fuit 14 Henr. vi. Ms. Digby 232. fuit, ut videtur, codex ab autore regi datus pulchre illuminatus, in primo folio monachum regi librum dantem repraesentans. Extat etiam in bibl. reg. Westmon. Ms. 18. D. vi. Mss. in bibl. civit. Bristol. 2. *Boëthium de consolatione,* lib. v. transl. A. MCCCCX. Ms. bibl. reg. Westmon. 18. A. xiii. *Dantis opuscula,* lib. i. *Petrarchae quaedam; et vitam ac passionem S. Amphibali.* In bibl. coll. Trinit. Cantabr. class. Austr. ser. 2. Cod. xii. xiii. xiv. habentur tria volumina operum

operum Lydgati ſupra memoratorum. Et Claſſ. 26. ſer. 1. cod. 29. *The deſtruction of Thebes*, et ſer. 2. Cod. 29. alia ejus opera. Item in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. Mſ. 237. et 242. Et in bibl. coll. B. Johan. Oxon. L. 60. dantur nonnulla Lydgati opera ſupra memorata. Extant aliquae ejus poëmata Mſs. in ſcholae Coventrenſis bibliotheca, num. 12. Item in Mſ. Guil. Glynne. 47. Item in bibl. Car. Theyeri. cod. 248. Item in bibl. Sam. Pepyſii. cod. 71. Claruit ſexagenarius A. MCCCCXL. (poſt A. MCCCCXLVI. quo anno obiit Henricus D. Warwicenſis, cujus mortis meminit in *Philomela*) et Buriae tandem in ſuo coenobio ſepultus jacet; hoc epitaphio inſignitus:

> Mortuus ſeclo, ſuperis ſuperſtes,
> Hic jacet Lydgate tumulatus urna:
> Cui fuit quondam celebris Britannae
> Fama poëſis.

Bal. viii. 7. Pitſ. p. 632. ſeq. Whart. *App.* Cavei. p. 118.

LYDPATE [JOHANNES] ſcripſit Anglice *Diviſionis Serpentem, quae primarius eſt regnorum et urbium ſubverſor.* Lond. MDLIX. 8vo. A. Wood. Mſ. *Cat.* iv. 46.

LYLYE [JOHANNES] patria Cantianus, in collegio Magdalenenſi Oxon. educatus, ubi artium magiſter admiſſus A. MDLXXV. Inter poëtas ſui temporis clarus et in aula reginae Elizabethae charus. Scripſit comoedias, quarum tituli: *Galataea. Love's metamorphoſis. Midas. Endimion, or the man in the moon. Mother Bomby. Maids Metamorphoſis. Sappho et Phaon. Woman in the moon. Warning for fair women. Alexander and Campaſſe.* Scriptae et editae tempore Elizabethae. Harum ſex ſecundo editae per Henr. Blount. MDCXXXII. 8vo. Scripſit etiam libros quorum tituli: *Euphues and his England, containing his voyage and adventures, mixed with ſundry pretty diſcourſes of honeſt love*; *the deſcription of the country, the court, the manners of that iſle, etc.* in 2 parts. 1 part dedicated to Edv. Vere earl of Oxford. Pr. ded. "The firſt picture that Phidias." Lond. MDLXXX. MDLXXXII. 8vo. MDXCVII. 4to. MDCVI. MDCXXXVI. 4to. *Euphues*; *The anatomy of wit or the delights of wit in youth, etc.* Lond. MDLXXXI. MDCVI. MDCXXIII. MDCXXX. 4to. Contra Martinum Marprelate *Preface to Mr. Tho. Watſon's paſſionate century of love.* Lond. . . 4to. Claruit A. MDXCVII. *Athen. Oxon.* i. 295. ſeq.

LYNDWOOD [GULIELMUS] ſive LINDOVODUS [a] feliciora ſtudiorum ſuorum tempora in lectione juris Caeſarei et pontificii collocavit, doctuſque non vulgariter in utroque evaſit. Hinc famam, hinc opes, hinc honorem in foro ſibi comparavit Cantiano [b]. Sed ut fortuna ampla arridere coepit, relictis clientibus, a foro utili quidem, at laborioſo, ad aulam [c] ſe contulit. Hic quoque feliciſſimos rerum ſucceſſus invenit: namque in tanta erat apud Henricum quintum, Anglorum regem facile invictiſſimum, gratia, ut ab illo non modo ad Hiſpanum [d], verum etiam ad Luſitanum [e] principes potentiſſimos de cauſis maximi momenti orator miſſus ſit [f]. Nec dubium quin magnam merito tanti laboris mercedem rediens accepiſſet, niſi immatura mors talem ac tantum imperatorem orbi abſtuliſſet. Perculit uſque adeo non expectatus principis ille caſus Lindovodi animum, ut ab illo de augenda ſorte nunquam plane cogitaverit; et ſe totum antiquis, citra tamen lucrum illud famoſum, ſtudiis dedicaverit. Sed inter caetera, quia archiepiſcoporum Cantianorum decreta cognitiſſima habuit, mirifice cupiebat patrias leges illuſtrare. Accinxit ſe igitur operi longe honeſtiſſimo, et *Conſtitutiones* ſive *Decreta provincialia*, quatuordecim archiepiſcop. (videlicet a Stephano Longoduno ad Chichelegum) recentiorum Cantiae, quae ſine lucido ordine ſparſa circumfe-

[a] Gulielmus Lindwood, patria Lincolnienſis (Harpsfield. p. 659.) primum in aula Gonvilli [et Caii] educatus ſocius aulae Pembroch. (Fuller.) electus fuit. Poſtea Oxoniam contendit, et gradu doctorali ornatus eſt. Godw. Whart. A. MCCCCXI. 23 Febr. collatus eſt ad praebendam de Roſcomp in eccleſia Sarum. *Reg*, Sarum. A. MCCCCXIV. 1 Aug. factus eſt cancellarius et auditor cauſarum archiepiſcopi. *Reg*. Chichel. MCCCCXVIII. 0 Octob. collatus ad rectoriam eccleſiae Omn. Sanct. Breadſtreet Lond. per dom. arch. Cant. Newcourt. i. 247. A. MCCCCXIX praebendam de Taunton in eccleſia Wellenſi obtinuit. A. Wood. Mſ. C. 94. A. MCCCCXXII. 12 Nov. collatus ad praebendam de Hunderton in eccl. Hereford. Br. Willis. A. MCCCCXXIV. 3 Maii admiſſus praebendarius de Biſhopſton in eccleſia Sarum. A. Wood. Mſ. C. 139. A. MCCCCXXVI officialis curiae de Arcubus conſtitutus. Ibid. C. 95. A. MCCCCXXXIII. 10 Maii collatus ad archidiaconatum Oxon. *Reg*. Alnwyke, et anno ſequenti ad archidiac. de Stow in eccleſia Lincoln. Collect. Inett. [b] Ab Henrico enim Chichleio archiepiſcopo Cantuar. factus erat decanus curiae de Arcubus, ſive ſummus ſedis metropoliticae cancellarius. Pitſ. Whart. [c] Ubi (ut poſtea a Lelando notatur) ab Henrico v privati ſigilli cuſtos conſtitutus erat. A. MCCCCXXVIII commendatus fuit papae a rege Henrico vi ad eccleſiam Hereford. Bekynton *Epiſt*. in bibl. Lambeth. Renunciatus epiſcopus Menevenſis, et temporalia ei reſtituta fuerunt 14 Aug. MCCCCXLII. Rymer, *Foeder*. xi. 13. [d] A. MCCCCXXX. Rymer, *Foeder*. x. 473. [e] Johannem regem MCCCCXXI. Ibid. 168. [f] Vide Rymer, *Foeder*. x. 546. 614. Et poſtea in Gallia (ſc. MCCCCXXII.) legatione functus eſt. *Praefat*. ad Chichel. [g] Hoc opus inchoavit anno MCCCCXXIII, uti ex *Praefatione* ad Chichlejum patet; et nondum finitum erat A. MCCCCXXIX, uti docet lib. v. *De haereſibus Conſi. Finaliter.* ſed ad calcem perductum in vigilia Pentecoſtes A D. MCCCCXXX. (Ita in ultima gloſſematis ſententia.) Mſ. extat in bibl. Bodl. NE. D. 7. 5. cui praemittitur Index ſive tabula alphabetice compilata per Gul. de Tilia-nemore [i. e. Lynwode] completa in feſto Converſionis S. Pauli A. MCCCCXXXIII. Haec tabula etiam praemittitur impreſſis exemplaribus — Pariſ. MDV. fol. Continet lib. v reverentiſſimo in Chriſto patri Henrico, etc. "Veſtrae paternitatis reverendiſſimae." Extat London. MD. fol. Pariſ. MDI. fol. Et cum Commentariis, Pariſ. MDV. MDLV. fol. et Lond. MDLVII. 8vo. abſque commentariis. Oxon. MDCLXXIX. fol. Mſ. bibl. Bodl. Laud. C. 113. Et reciſis annotationibus, quae ad jus canonicum minus ſpectabant, cura Rob. Sharrock LL. doct. Oxon. MDCLXIII. 8vo. Extat et Anglice — 8vo. Eidem aſcribit Pitſeus *Catalogum quorundam archiepiſcoporum Cantuarienſium*, non alia forſan ratione, quam quod una cum provinciali Lond. MDLVII prodierit. Certe non alia de cauſa Lindvodo adjudicavit *Collectionem conſtitutionum Othonis et Othoboni* et ampliſſima in

cumferebantur, in unum volumen [g] pulchre redegit; ita tamen, ut multa parum ad religionem conducentia cum judicio medium resecaverit. Quanquam nec sic finem operi fecit: adjecit etenim *Commentarios*, solidae suae eruditionis clarissimos testes, qui totum opus, veluti quaedam stellae, interpolarent. Cumque extremam pulcherrimo libro manum addidisset, novum munus Henrico Chichelego, Cantiorum archiepiscopo, consecravit: quod et primum Isidis in Vado typis excusum est. Praeterea an aliquid scripserit, mihi plane incertum. Sepultus est, nisi me fallit memoria, Londini inter canonicos Stephanianos. Tu jam, lector, oculos a Lindovodo avertis tuos; sed te rogatum volo, ut tantisper expectes, donec intelligas illum suo a secretis sigillis principi fuisse. Hoc ego nuper a . . . . Furdo, viro cum mihi familiarissimo, tum etiam doctissimo, didici. Ex *Lelando*.

in eos Commentaria, qui Johanni de Athona, qui exeunte seculo xiii floruit, deberi omnes norunt, quam quod in omnibus editionibus provinciali subnecti soleant. Caeterum taceri non debet Lindvodum ad concilium Basileense ab Henrico vi. rege legatum, insignem regio nomine. Concilii patribus obtulisse appellationem contra pontificum Romanorum fastum et arrogantiam, regemque nullum in terris sibi in temporalibus superiorem agnoscere praedicasse. Appellationem istam ab omnibus conciliorum editoribus hucusque summa fraude omissum conqueritur Jamesius tractatu *De corrupt. patrum*, p. 201. Whart. loco ut infra. Haec appellatio Ms. extat in bibl. Bodl. Digby. lxvi. *Opus mag. Gul. Lyndwood in sententias* Ms. olim fuit penes Tho. Knyvet de Ashwell Thorp in comit. Norf. Scripsit etiam, secundum Baleum et Pitseum, *In quosdam psalmos*, lib. i. "Cum frequenter animadverterem." *Summam causarum*, lib. i. Obiit Lyndwood die 21 Octob. A. MCCCCXLVI. Testamentum ejus, quod conditum fuit A. MCCCCXLIII. 22 Nov. extat Ms. Whart. L. p. 617. in bibl. Lambeth. tunc privati sigilli custos erat, et corpus sepeliri voluit in capella S. Stephani Westmonaster. Testamentum probatum fuit A. MCCCCXLVI. 26 Novemb. Male Pitseus et Vossius ipsum A. MCCCCXXIII obiisse dicunt. Bal. vii. 72. Pits. p. 610. Godw. p. 613. Fuller, *Hist.* iv. 175. Vossius *De hist. Lat.* p. 559. Tho. Blunt. *Censur. celeb. aut.* p. 320. Wharton. *App.* ad Cavaei *Histor.* p. 99. 100.

LYNGE [GALFREDUS] frater ordinis S. Francisci in coenobio sui ordinis Nordovici. Scripsit *Chronicon a Bruto ad sua tempora*, lib. i. "Anno a creatione mundi MMCCCXC." Et alia. Vixit A. D. MCCCXC. Bal. xii. 49. Vossius p. 543. Pits. 556. Wadding. p. 143.

N. LYNGE transtulit ex Gallico in Angl. *Summam sive brevem collectionem de sacris signis, sacrificiis, et sacramentis, et de vera origine missae.* Lond. MDLXII. 12mo.

LYNGEFELD [JOHANNES de] monachus S. Augustini Cantuar. legum peritus. Scripsit, *Lecturam super titulis* de pe. et re. et de ma. et ob. Pr. "Dicto et expedito tractatu." Ms. in bibl. reg. Westmon. *Lecturam de majoritate et obedientia.* Pr. "Quia ministrorum et judicium." Ms. ibidem. Codex videtur esse scriptus circa tempora Edw. iv.

LYNN [GUALTERUS] typographus Londinensis, qui omne tempus suum consumpsit in edendis libris in lingua Anglicana. Transtulit in linguam Anglicanam et edidit *Joh. Carionis chronica, cum continuatione Joh. Funckii ad* A. MDL. Pr. ded. regi Edw. vi. "Consyderyng "that the knowlege of." Lond. MDL. 4to. *Brevem concordantiam Biblicrum per Bullingerum et alios ecclesiae Tigurensis pastores: ex Germanico in Angl.* ad Annam ducissam Somerset.. "Being "credibly informed." Lond. MDL. MDLXIII. 12mo. Cui addidit Anglice ex Germanico *De principio et fine pontificii regiminis ex antiquis prophetiis antehac* CCC *annis editis.* Pr. ded. translationis Edw. vi. "When Satan perceived the ground." Lond. cum picturis tempore Edw. vi. 4to. Recus. London. MDLXXXVIII. 4to. *Computationem veram annorum ab Ada ad* A. MDL. *Testimonia Veteris Testamenti a Christo et apostolis in N. T. recitata. Tertium Maccabaeorum librum nunquam antea Anglice editum.* Lond. MDL. 8vo. *Veram fidem de Christo et sacramentis per modum dialogi inter patrem et filium.* Pr. epist. ded. Annae ducissae Somerset. "Consydering, gracious "lady, that your grace." London MDL. 12mo. *Dialogum duarum sororum*, lib. i. ex Germ. in Angl. juxta Balei 1. edit. Ipsw. f. 255. b. "Beatus apostolus Paulus ad Rom." *Lutheri sermonem de matrimonio*, lib. i. "Honorabile est inter omnes conjugium." Ibidem. *Exhortationes ad conjugatos*, lib. i. "Scitis ex verbo Dei, unde matri." *M. Lutheri declarationem de regno Christi et Christiana libertate in Jerem.* xxii caput, *una cum expositione psalmi* viii, *et concionem Urbani Regii in Matth.* ix. Pr. ded. Gualt. Lynni Elizab. princ. "Consydering this time most." London. MDXLVIII. 12mo. *A brief collection of all such texts of Scripture, as do declare the most blessed and happy estate of them, that be vysited with sicknes and other visitations of God, and of them that be departing out of this life, with godly prayers and confessions very expedient and mete to be read to all sick persons to make them willing to dye.* Pr. ded. Annae ducissae Somerset. "Whatsoever is "written, most gracious lady." Lond. MDXLIX. 12mo. Cui libro adjunxit versionem suam duarum Lutheri concionum; sc. *Two sermons of M. Luther's: one, teaching us how to comfort ourselves over the death of our friends.* Pr. "The H. apostle Paule." *The other, what thoughts we ought to have, when we follow dead corps to the burial.* Pr. "Ye have heard." *A declaration of the* xii *articles of the Christian faith, with annotations of H. Scripture, by Urbanus Regius.* Item *The right foundation and principal common places of the hole godly Scriptures, by Urbanus Regius.* Pr. ded. Gualt. Lynni praemissae secundo huic tractatui, archiepiscopo Cantuar. "Me thinketh, "most reverend father." Lond. MDXLVIII. 12mo. *Luther's chief articles of the Christian faith against the papists.* Pr. "These articles I have compiled." Lond. MDXLVIII. 12mo. *Luther's confession of faith.* Pr. "For as moch as I see." Ibidem. *Luther of the right old catholick church, and the new false church.* Pr. "The cause wherefore." Ibidem. *Luther's distinction between the doctrine and the life.* Pr. "Truth it is to speak." Ibidem. *Luther of the restitu-*
tion

tion of the churche's goods. Pr. "If now the papifts. Ibidem." *Luther's fruitful manner of praying. Upon the Lord's prayer.* x *Commandments.* xii *Articles.* Pr. "Firft when."

LYNSEY [DAVID] natione Scotus, poft ftudia bonarum literarum, heraldicae arti fe totum tradidit, famamque non minimam ab eadem accepit. Bal. xiv. 66. Fuit eques auratus, Leo rex armorum in Scotia fummus. Scripfit *Somnium ejus.* Pr. "Ryght potent prince of hie imperial "blude." Hafniae MDLII. 4to. *Deplorationem mortis reginae Magdalenae. Pfittacum loquacem,* lib. i. *Acta fui temporis,* lib. i. *A dialogue between experience and a courtier, of the miserable eftate of the world,* Scotice, cura dom. Joh. Machabei. Pr. epift. "Thou lytle quair of mater "miferabyll." Pr. pr. "Mufing and marveling on the miferie." Anglice. Hafn. MDLII. 4to. Lond. MDLXXXI. 4to. In Mf. Lambeth. 332. hoc poëma inceptum fuiffe dicitur 11 Junii MDLVI. *Teftamentum cardinalis Betoni,* lib. i. *Tragoediam hujus cardinalis verfu.* Pr. "Not long fence "after the houre." Lond. MDXLVI. 12mo. Item "Nocht lang ago, after the hour of pryme." Hafniae MDLII. 4to. *The teftament and complaynt of our foveran lordis K. James the fifth's papyngo.* Pr. "Suppofe I had ingyne angelical." Hafn. MDLII. 4to. *A fatyre of the three eftates in commendation of virtue and vituperation of vice.* Pr. "The father the founder. Like a play, virtues and "Vices fpeak." Edinb. MDCIV. 4to. Opera ejus extant Scotice. . . 8vo. Item *The warkis of the famous and vorthie knight Schir David Lyndefay of the mont,* Alias Lyoun kynge of armes, *newly correctit,* Edinb. MDLXXI. 4to. ubi mentio fit duarum editionum Rothomagenfis et Londinenfis, quae erroribus fcatent. *His monarch and fome few other pieces imprentit at the command and expenfes of Mr. Sam. Jafcuy.* Parif. MDLVIII. 4to. 1. *The monarche,* lib. iv. Pr. "Schir, I be-"feke thyne excellence." 2. *The tragedy of David Beton.* Pr. "Redouted ray, your ragment "I have read." 3. *Popingay's Teftament.* Pr. prol. "Suppofe I had ingyne." Pr. "Allace, "quhome to fhould I compleyne." 4. *Her complaint.* Pr. "Quho clymmis to hich perforce "his feit mon." 5. *Her epiftle to K. James* v. Pr. "Prepotent prince, peirlefs of pulchritude." *Her epiftle to her brethren at court.* Pr. "Brethren of court, with mynd praecordiall." *Her communication with her executors.* Pr. "The pye perfavit the papingo in pane." Haec epiftola fatyra eft contra preces pro defunctis. 6. *The dream of Sir David.* Pr. "Richt potent prince "of hie imperial blude." 7. *The quantite and divifion of the earth.* Pr. "Then certanlie f. "ho tuke me be the hand." 8. *Earthly paradice.* Pr. "This paradice of all plefouris re-"pleit." *Of the realm of Scotland.* Pr. "Quhilk after my tempeft." 9. *Complaint of the common weal of Engl.* [Scotland.] Pr. "And thus as we were talking." 10. *Exhortation to the queen's grace* [Kingis grace.] Pr. "Schir, fen that God of his." 11. *Deploration of the death of qu. Magdalen.* Pr. "O cruell death." Haec omnia in edit. Londinenfi MDLXVI. 4to. Praeter haec dantur fequentia in editione Edinburg. MDCXVIII. 12mo. a. *Dr. Lindfey's complaint to the king.* b. *His anfwer to the king's flyting.* c. *His complaint of the king's old hound Bafh.* d. *His fupplication to the king in contempt of fide tailes and muzzled faces.* e. *Kitties confeffion.* f. *The jufling between Wilfon and Barber.* Claruit A. D. MDXL. Vide Bale xiv. 66.

LYRA [NICOLAUS de] five LYRANUS Lelando, Baleo, et Trithemio Anglus dictus eft: Lelandus in *Antiphilarchia* Mf. p. 124. Nicolaus Lyranus noftras, vir fua aetate Lutetiae Parifiorum magnae exiftimationis. Mf. Bale. Glynn Cantuariae natum dicit Twyni teftimonio. Alii tamen Normannum effe tradunt Lyrae in dioec. Ebroicenfi natum. Parentes Judaeos habuit, atque inter Rabbinos Judaicos prima literarum fundamenta pofuit. Poftea ad fidem Chriftianam converfus, Minoritarum habitum in coenobio Vernolienfi circa A. MCCXCII induit. Deinde Oxonii et Parifiis ftudiis invigilavit, et in magno Francifcanorum conventu Parifiis per plures annos Vetus et Novum Teftamentum interpretatus eft, theologiae magifter creatus, doctor planus et utilis cognominatus eft. Vide Jo. Wolphium, *Lect. memorab.* in anno MCCCXXVI. et Gabr. Powel *De antichrifto* in *Praefat.* p. 16. Obiit 23 Novembr. A. MCCCXL. Scripfit *Poftillas perpetuas, feu brevia commentaria in univerfa Biblia,* lib. lxxxv. "Haec omnia liber vitae, etc. Ecclef. xxiv." Opus arduum et eruditum A. MCCXCIII inchoatum et A. MCCCXXX abfolutum. Mfs. fex vol. grandibus in bibl. collegii Novi Oxon. 8. 9. etc. defunt xxi priora capita Genefeos. Item Mf. 14—28. Poftillae in iv evangelia. Ibidem Mf. 47. et Mf. coll. Magd. Oxon. 42. et Mf. Cantabr. bibl. publ. 126. Extant iv vol. Argent. MCCCCLXXXII. fol. Norib. MCCCCXCVI. Bafil. MDII. vi vol. et MDVIII. Lugd. MDXXIX. vi vol. Lugd. MDLXXXIX. et MDXC. caftigatius cura Fr. Feuardentii, Jo. Dadrei, et Jacobi de Cuilly. Hi in *Praefatione* haec habent: "Ipfas denique perdocti D. Nic. Lyrani "poftillas ad ipfius ἀυλόγραφον, quod ex conventu Vernolienfi prov. Normanniae in quo B. P. "Francifci ordinem profeffus eft, ad nos adferri curavimus, diligenter contulimus." Dein Bibliis gloffatis Duaci MDCXVII. Antwerp. MDCXXXIV. et in Bibliis maximis Parif. MDCLX. Haec commentaria continent *Expofitionem* Lyrae tum ad literam, tum juxta fenfum moralem. Mf. in bibl. cathedr. Vigorn. codd. 25. 26. 27. 28. In Mf. Bodl. Laud. F. 126. 127. dantur *Com. ejus in V. T.* Extant etiam *Lyrae expofitio moralis fuper Vetus Teftamentum* Mantuae five Moguntiae MCCCCLXXXIV. *Biblia Sacra cum expofitione morali Lyrae*; five *In Vetus et Novum Teftamentum gloffemata,* Romae MCCCCLXXII. fol. 5 vol. Coloniae . . . Venet. MCCCCXCVI. 3 vol. fol. *Myftica feu moralis explicatio canonis Bibliorum* Colon. MCCCCLXXVIII. fol. Pr. "Vidi in dextra fedentis fuper thronum." Ad finem haec nota: "Expliciunt poftillae morales feu myfticae fuper omnes libros S. Scripturae, "exceptis aliquibus, qui non videbantur tali expofitione indigere. Igitur ego Fr. Nyc. de Lyra "de ordine Fr. Minorum Deo gratias ago, qui dedit mihi gratiam hoc opus incipiendi ac per-

"ficiendi

" ficiendi in die S. Gregorii A. D. MCCCXXXIX." *Postillae literales in Novum Testamentum*, Noriberg. MCCCCLXXXVII. fol. In Mſ. Bodl. Laud. B. 157. ſunt *Tituli quaeſtionum ejus ſuper Biblia.* Idem in coll. Linc. Oxon. Arch. Auſtr. 31. Item Mſ. Bodl. NE. A. 1. 3. eſt *Tabula generalis alphabetica ampliſſima ſuper totam poſtillationem N. de Lyra ſuper V. et N. Teſtamentum.* Et num. 4. ejuſdem codicis eſt *Tabula altera alphabetica quaeſtionum N. de Lyra ſuper Biblia.* In Mſ. Bodl. NE. E. 7. 1. extat *Pars prima poſtillae ejus ſuper S. Biblia.* Item Mſ. Bodl. NE. F. 6. 1—5. dantur *Gloſſae ſuper V. T. et ſuper iv evangeliſtas.* Item Mſ. Bodl. Muſ. ii. 2. eſt *Poſtilla in librum Pſalmorum.* In Mſ. coll. Bal. Oxon. H. 9. eſt ejus *Expoſitio in aliquammultos V. T. libros.* In coll. Merton. O. 6. 3. 4. 5. ſunt *Commentarii in V. et N. T.* In bibl. coll. Oriel. Mſ. 40. eſt *Poſtilla ſuper libros Salomonis, prophetarum et Macchabaeorum.* Et Cod. 45. *Poſtilla ſuper N. T.* In bibl. coll. Trin. Cantabr. claſſ. 1. Mſ. 14. ſunt Lyrae *Notabilia, et expoſitiones in Marcum, Lucam, et Geneſin.* Item Mſ. 44. *In epiſtolas, Acta apoſt. et Apocalypſin.* Item claſſ. 24. ſer. 3. Mſ. 14. *De Pſalterio ſecundum Lyram.* Et claſſ. 26. ſer. 1. Mſ. 7. *Poſtilla in evangelia.* In bibl. coll. Caii Mſs. K. 33. 34. F. 7. dantur *Poſtillae ejus in Scripturas Sacras.* Item in bibl. coll. D. Petri Cantabr. Mſs. 243. 244. 245. 246. 252. 265. 266. dantur *Commentarii ejus in V. et N. T.* In bibl. coll. Pembr. Cantabr. Mſ. 154. eſt *Poſtilla V. T. uſque ad libros regum* excluſ. Item *Quaeſtiones ejus de S. Scriptura.* Et Mſ. 155. eſt *Poſtilla ſuper Matthaeum.* Mſ. 156. et 157. *Poſtilla ſuper Lucam.* Mſ. 158. *Gloſſa ordinaria et interlinearis in Johannem.* In eccl. cathedr. Dunelm. Mſ. L. 372. eſt *Lyra ſuper Pentateuchum et ſuper libros hiſtoricos.* Et Mſ. 373. *Super Job, epiſtolas canonicas, Actus apoſtolorum, Pſalmos et Apocalypſin.* Et Mſ. 374. *Super epiſtolas Pauli et Apocalypſin.* In bibl. eccl. cathedr. Hereford. datur *Comm. in 5 libros Moſis*, fol. In eoſdem datur Mſ. bibl. Norfolc. 145. In bibl. regis Weſtmon. 3. D. vii. *Poſtillae ejus ſuper Pentateuchum Moſis, libros Joſuae, Judicum, Ruth, Regum, et Paralipomenon.* Item Mſ. 4. A. xv. *Gloſſa ſuper Pentateuchum, Pſalterium, et Job.* Et Mſs. 20. E. vii et viii. *Poſtillae in Pentateuchum Moſis, et librum Joſuae. Poſtillae in Pſalmos. Poſtillas majores, ſive enarrationes in epiſtolas et evangelia totius anni*, Venet. MD. MDXVI. MDLXXXVIII. 8vo. In Mſ. Bodl. Laud. D. 104. eſt *Com. in omnes epiſtolas Pauli, Petri, et Johannis. De idoneo miniſtrante et ſuſcipiente SS. altaris ſacramentum.* Pr. " Hae ſunt conditiones neceſſariae." Prodiit in Germania . . . 4to. *Quaeſtiones contra perfidiam Judaeorum*, lib. i. " Primo quaeritur, utrum ex Scripturis receptis." Mſ. bibl. Mert. Oxon. O. i. 6. O. viii. 2. et Mſ. Norwic. More 77. In impreſſis ita: *Diſputationem contra perfidiam Judaeorum*, lib. i. " Cum Dei adjutorio intendo." Lugd. . . Pariſ. . . Venet. MDLXXXIII. Ad calcem poſtillae, Lugd. MDXXIX. Baſil. MDVIII. *Contra quendam Judaeum ex ipſis evangelii verbis Chriſtum et doctrinam ejus impugnantem*, lib. i. " Potens fit exhortari in doctrina," Mſ. bibl. Bodl. Laud. C. ii. 2. et I. 13. Mſ. Merton. Oxon. O. viii. 2. et Mſ. coll. Magd. Oxon. 21. Mſ. Norwic. More 77. Ad calcem poſtillae Lugd. MDXXIX. Baſil. MDVIII. *Contemplationem de vita et obitu S. Franciſci.* Prodiit cum opuſculis S. Franciſci cura Lucae Waddingi, Antwerp. MDCXXIII. 4to. *Determinatio de adventu Meſſiae* extat Mſ. Bodl. Laud. F. 53. 2. *Repertorium Bibliorum*, Mſ. coll. Merton. N. i. 12. Art. Memmingae MCCCCXCII. *Tractatus de animae clauſtro*, Mſ. Bodl. Laud. C. ii. 3. Scripſit etiam ſecundum Baleum *Quodlibetum de Chriſti adventu*, lib. i. " Primo " quaeritur utrum in lege." *De impletione legalium*, lib. i. " Utrum per Scripturas a Judaeis." *De viſione divinae eſſentiae ab animabus a corpore ſeparatis*, lib. i. " Qui elucidant me, vitam ae- " ternam." Mſ. Merton. Oxon. O. viii. 2. Mſ. Norwic. More 77. *Determinationem ſuper prophet. Iſaiae de virginali privilegio*, lib. i. " Meditatio ſimplicis de fidei." Mſ. Merton. O. viii. 2. *Collationes quaſdam*, lib. i. " Quatuor facies uni erant." Ita incipit hujus auctoris poſtilla in Matthaeum, Mſ. C. C. C. Cantabr. K. 13. Mſ. collegii Novi Oxon. 14. intitulatus *Lyra ſuper Novum Teſtamentum abbreviatus ita incipit. Super ſententias*, lib. iv. *De corpore Chriſti*, lib. i. *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de ſanctis*, lib. i. Cave. *App.* Whart. p. 20. 21. Bal. v. 12. Blunt. p. 299.

M A B

MAB KLOXYDHYN poëta Cambro-Britannicus. Claruiſſe fertur A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

Y MAB KRYG poëta Cambro-Britannicus, idem cum Griffith Grygh. Davis.

MABAN, de quo haec habet Beda, *Hiſt. eccleſ.* v. 21. Acca Haguſtaldenſis eccleſiae epiſcopus cantorem egregium nomine Maban, qui a ſucceſſoribus diſcipulorum B. papae Gregorii in Cantia fuerat cantandi ſonos edoctus, ad ſe ſuoſque inſtituendos accerſiit, ac per annos xii tenuit: quatenus et quae illi non noverant, carmina eccleſiaſtica doceret; et ea quae cognita longo uſu, vel

vel negligentia inveterare coeperant, hujus doctrina priscum renovarentur in statum. Claruit circa annum DCCXX.

MACARIUS natione Scotus. A. MCXXXIX primus abbas factus est monasterii, quod Scotorum in peregrinorum gratiam precibus Christiani Scoti fundaverat Embricho episcopus Herbipolensis in ejusdem urbis suburbio. Scripsisse fertur, *De laude martyrum*, lib. i. *De Scotorum in Germania monasteriis*, lib. i. *Epistolas ad Eugenium* iii *papam*, lib. i. *Epistolam ad monachos*. Pr. "Imprimis quidem si ceperit." Mf. Norwic. More 475. Obiit A. MCLIII, et sepultus jacet in "ecclesia dicti coenobii cum hac epigraphe: Hic jacet Macarius primus abbas hujus ecclesiae, per "quem Deus aquam in vinum convertit." Dempst. xii. 828.

S. MACCAEUS sive MAXAEUS gente Scotus, sive Hibernus, S. Patricii discipulus. Poëta, medicus et mathematicus, ut ea ferebant tempora, insignis. Scripsit, *De recipiendis lapsis*, lib. i. in bibliotheca SS. patrum. *De fide perseverante*, lib. i. *De judiciis nativitatum*, lib. i. Obiit A. CCCCLX. Dempster. xii. 829.

MACHABAEUS [JOHANNES] Scotus (Dempst. 486. Bal. par. post. 226.) Alpinas cognominatus, patriae et religioni pontificiae valedicens in Angliam se contulit, ubi favore Shaxtoni episcopi Sarisburiensis et Cromwelli sublevatus. In Germania aliquot annis apud summos viros familiariter vixit; inde in Daniam profectus regi a sacris fuit, S. theol. doctor et professor in academia Hafniensi per octodecim annos cluebat, et affini suo Miloni Coverdale episcopo Exon. multa servitia praestitit tempore reginae Mariae. Vide epist. regis Daniae Fox. 1. edit. pag. 1081. Scripsit *De vera et falsa ecclesia*, lib. i. *Themata quaedam in Dania disputata*. *Enarrationem in Deuteronomium continentem singulorum capitum brevem summam et concinnam dispositionem*. Pr. "Sacrorum quinque voluminum, quae vir." Lond. A. MDLXIII. 12mo. *De conjugio sacerdotum*. Pr. "Qui quaestionis hujus partem." Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. A. p. 175. Obiit in Dania A. MDL. A. MDLVII pridie Nicolai. *Praefat. Enarationis in Deuteron.* Dempst. xii. 921. Bal. xiv. 72. *Praefat. in Deuteron.*

MACCHABAEUS monachus Scotus scripsit, *Laudes B. Mariae semper virginis*, lib. i. Carmine. *Panegyricum in laudem S. Andreae*, lib. i. Mf. in bibl. Jacobi Bongarsii. Claruit A. CCCLXIX. Dempst. xii. 907.

MACCHABAEUS rex Scotorum scripsit *Leges regno utiles*, lib. i. Occisus est anno regni 16, Christi MLXIV a Makduffo Fifae comite. Dempst. xii. 877.

S. MACHORIUS episcopus Muthlaci in Scotia scripsisse fertur, *Ad populares Scotos*, lib. i. *De Pictorum excidio*, lib. i. Claruit A. DCCCLXXX. Post mortem in sanctos relatus est; festum ejus celebratum est 12 Novembr. Ejus memoriae praecipua Aberdonae ecclesia dicata est. Dempst. xii. 839.

[a] MACHUTUS [aa], qui et Maclovius, locum inter Ventanos [b] gentem Cambricam, vel in primis celebrem jure quodam suo poscit. Nemo unquam, quod ego sciam, ex illa prodiit regione, cujus splendor, virtus, gloria denique tam omnibus numeris conspicue eluxerunt. Utque ego in hac parte taceam, non defuit ei suus encomiastes Bilius [c], Armoricanus levita, homo castigatae cum eloquentiae, tum fidei. Prima studiorum fundamenta jecit in Lancarovanensi coenobio, usus Brindano [d] praeceptore, tunc ejusdem loci praeside, viro certe ad miraculum tum docto, tum bono; quique crescenti per omneis virtutum gradus Machuto mirifice favebat. Jam magnus suorum aestimatione fuit, et universae quasi antesignanus societati Lancarovanensi. Ecce sancta ejus occupavit animum cupido, ut Armoricam Britannorum victorum sedem inviseret, ac ibi semen spargeret evangelicum, fructum relaturus uberrimum. Non hominem spes vana fefellit: laeta seges excrevit, cujus et fructiferae radices vel hodie incrementa pollicentur sua. Alethensem praeter caetera urbem [e] excoluit; cui et tandem pontifex praefuit, aucta ibidem incredibile quantum fide. Rivanum et Domnechum vitae comites, et testes celeberrimos habuit: nec ejus frater Tathu longius a latere abfuit. Interea Ventani, desiderio tam clari luminis, umbras patientes, precibus, literis, lacrymis egerunt, ut reditu ejus patriam, alioqui obscuram, radiis toties expectatis illustraret. Annuit ille; et rediens obscura dispulit certe omnia, tandemque Alethenses repetiit. Innotuit tum ejus et eruditio et virtus Philiberto, Francorum dominatori. Venit igitur causam acturus ecclesiasticam ad eum regem plane potentissimum, sex pontifices Britonum itineris comites fidelissimos habens; videlicet Sampsonem, Paternum, episcopum Venetorum Armoricanorum, cujus vitam Fortunatus eleganter scripsit, Courentinum, Paulum, a quo fanum Pauli, oppidum Britanniae continentis celebre, nomen adhuc retinet, Ninianum, Fabium, Tutovaldum denique et Briomelem. Postremo, ut non dubito, Machutum virum insigniter fuisse literatum, ita pronunciare cogor, nihil ejus monumentorum ad nostras unquam, quod sciam, pervenisse manus [f]. Quin ista Alethensibus relinquo discutienda,

[a] S. Machu,—utis,—uti, in Mf. Bilio. [aa] Machutus, patria Britannus (Bale. Pitf. Ware) quamvis Trithemius et alii inter Hibernos; Dempsterus et Camerarius inter Scotos enumerant. [b] Natus apud Nantcarvan apud Ventos. (Bilius.) [c] Hujus Machuti *Vita* per Bilium Mf. extat in bibl. Bodl. NE. E. 1. 7. Et Mf. in eccl. Linc. E. 27. Collectanea ex ea habentur in Lelandi tom. i. p. 617. etc. [d] Postquam prima philosophiae Christianae rudimenta sub erudito praeceptore Congello didicisset, ad Brendanum amplificandae cognitionis gratia pervenit. Bal.

[e] Quae a multis annis antiquata priori nomenclatura, a patrono suo Macloviensis (et vulgo S. Mallo's) dicitur. War. ex Molan. natal. SS. Belg. ad. 15 Nov. [f] Scripsisse fertur, *Epistolarum ad diversos* lib. i. Bal. Pitf. et, si credamus Dempstero, *De fortunatis insulis*, lib. i. *Epistolas ad Britannicas ecclesias*, lib. i. *Epistolas ad Brendanum*, lib. i. *Ordinationes suae ecclesiae*. Atque has *Ordinationes* Alethae asservari asserit Wareus.

ejus factorum et memoriae conservatoribus. Constat, autore Bilio, obiisse eum apud Sanctones[g]. Fanum ad litus Armoricanum hac nostra memoria Machuto sacrum elucet. Ex *Lelando*.

[g] Obiit anno aetatis cxxxiii, et a Leontio episcopo extra muros Sanctonicae civitatis in loco qui dicitur Pardina, sepulturae traditur. Bil. etc. apud Leland. *Coll.* i. 619. Claruit A. DXL. juxta Bal. A. DL. juxta Ware. A. DLX. Pitf. A. DLXIII. Dempst. Vitam ejus scripsit Sigebertus Gemblacensis, quam recitat Laur. Surius tom. vi. Dempst. xii. 831. *Vita et miracula S. Machuti* (cap. 16) Pr. pr "Authorem "omnium et discretorem." — Ex vetustissimis membranis Mss. edidit Joh. de Bosco in biblioth. Floriacensi. Lugd. MDCV. 8vo. Memoria ejus celebratur 15 Nov. Bal. i 56. Pitf. p. 96. War. p. 106.

MACKBRAY [JOHANNES] natione Scotus, concionator Anglis exulibus apud Francofurtum ad Moenum, et postea ecclesiae in inferiori Germania pastor (Vide *Protestants plea for the Papists* MDCXXI.) Hic, ni fallor, tempore reginae Mariae exul, reversus in Angliam concionem habuit in ecclesia S. Pauli London. 3 Sept. MDLIX. Strype *Eliz.* p. 136. Scripsit, *Praedictae Anglorum ecclesiae originem et progressum*, Lat. lib. i. *Explicationem suae fidei*, Lat. lib. i. *Homilias in Oseam prophetam*, Angl. Vixit in Germania A. MDLVIII. Bal. xvi. 76.

MACKBRAYER [GILBERTUS] monachus coenobii crucis regalis. Vid. Dempster. 496. Scripsit, *Theologiae scholasticae speculum*, lib. i. *Viridarium sanctorum*, lib. i. *Speculationes ex libris Regum*, lib. i. *Exemplorum sacrorum manipulum*, lib. i. Obiit 11 Januar. A. MDXLVII, et sepultus est in suo monasterio, quod aedificiis splendidissimis decoraverat. Dempster. xii. 942.

MACRUDERUS [DUNCANUS] Dumblanensis, Lutetiae educatus, ubi omnibus honorum academicorum gradibus evectus scripsit, *In Politica Aristotelis annotationes*, lib. i. *De astrologia poëtica*, lib. i. *In fragmenta omnia Ciceronis observationes*, lib. i. Adscitus est in academiam Parisiensem anno MDLII. Dempster. xii. 926.

MACULLOCH MAGNUS seu MACCOLO clericus Rossensis dioecesos et Guliel. Schewes archiepiscopo S. Andreae a secretis, mandato domini Davidis Halyburton Steward de Rossis incepit, et dom. Gul. Schewez, archiep. S. Andreae complevit 17 Octob. MCCCCLXXXIV. *Descriptionem, additiones, et continuationem Scotichronici per Johannem Fordon*, lib. xvi. Pr. pr. "Quoniam hujus "sequentis." Post *Praefationem* habetur hujus Magni 1. *Recapitulatio metrica de infra scripto cronico.* 2. *Genealogia Jacobi* ii *regis Scotiae.* 3. *Catalogus pontificum Romanorum.* 4. *Series imperatorum Romanorum.* 5. *Cardinalium Romanorum tituli.* 6. *Sedes archiepiscopatuum et episcopatuum per totum Christianismum.* 7. *Tabula monasteriorum Scotiae cum nominibus fundatorum.* Tantum v priores libri sunt Fordoni, in quibus multa tamen interseruit Magnus, scriptoris nomine praeposito. xi posteriores libros de proprio contexuit Magnus. Et opus praelo dignum. Ms. nuper penes Edw. Stillingfleet. Hujus etiam exemplar temporis injuria notatum extat Ms. C. C. C. Cantabr. F. 9. Claruit Ebinburgi A. MCCCCLXXXII. Dempster. xii. 911.

MADDOX [RICHARDUS] patria Salopiensis; socius collegii Omnium animarum Oxon. admissus A. MDLXXI. artium magister: fuit academiae procurator. Scripsit *A learned and godly sermon, to be read of all men, but especially for all mariners, captains, and passengers, which travel the seas. Preached at Weymouth and Melcomb Regis in the county of Dorset* 3 Octob. MDLXXXI. *on Matth.* viii. 23, 24, 25. London. . . 8vo. *Fasti Oxon.* i. 111.

MADOCO [MEREDITHUS de] filius Oweni Gwynedd poëta Cambro-Britannicus. Scripsit *Carmina.* Ms. Cotton. Vitell. C. ix. 9. Sunt tantum versus quatuor Meredithi filii Rhesi mentionem facientes de quodam Madoco, filio Owenni Guynnedh, et ejus navigatione in terras incognitas. Vixit Meredithus circa A. D. MCCCCLXXVII.

MADOCUS Scotus, illustri ortus stemmate S. Winoci peregrinationis socius. Scripsit *Acta S. Winoci magistri*, lib. i. Claruit A. DCCXVI. Dempst. xii. 876.

MADOG DHUYGRAIG Bardus Cambro-Britannicus. Scripsit inter alia *I Vorgan ab Davydh ap Lhyvelyn*, etc. Ms. extat in libro rubro Hergestiano. Claruisse fertur circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

MADOG AB GRONU GETHIN poëta Cambro-Britannicus incertae aetatis. Lhuyd. Davis.

MADOG AB HOUEL sive AB HOUEL VOEL poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

MADOG AB HENRI AB IDHIG poëta Cambro-Britannicus incertae aetatis. Lhuyd. Davis.

MADOG AB SELIV, sive MADOCUS FILIUS SALOMONIS, natione Cambro-Britannicus; rogatu Gryffidii ab Mredydh ab Ouen ab Rhys e Latino Britannicam reddidit *Caroli Magni historiam.* Ms. extat in libro rubro Hergestiano. Vide Lhuyd, *Archaeolog.* p. 262. Claruisse fertur seculo xiii. Lhuyd.

MADOXE [JOHANNES] artium magister et socius collegii O. A. Oxon. Scripsit *Concionem habitam apud Melcomb coram praetore*, 3 Octobr. MDLXXXI *in Luk.* x. 18, etc. Pr. "O Lord, our "strength and refuge." Edit. post mortem autoris immaturam per Tho. Martin, London. MDLXXXI. 12mo. Quidam Joh. Madox (forte noster) clericus institutus 25 Jun. MDLXXIX ad vicariam de Bromfield in comit. Essex. ad collationem episcopi London. Newc. ii. 96. quae vacabat per lapsum ad reginam MDLXXXII.

MAELISA O STUIR gente Hibernus, patria Monomienſis, philoſophus inſignis. Scripſit opera quaedam philoſophica. Obiit A. MXCIX. vel MXCVIII. *(Annal. Ulton.)* War. p. 52.

S. MAELUS alias MEL Britannus, S. Patricii e Darerca ſorore nepos, primus eccleſiae Ardachenſis epiſcopus, ſcripſit librum *De virtutibus et miraculis S. Patricii tum viventis.* Ita Jocel. de Furnes. c. 186. Obiit Ardaghae A. CCCCLXXXVIII. vel CCCCLXXXVII. War. p. 104.

MAGANTIUS [a] ſe neglectum, ſpretum, et contemptum putaret, niſi ad numerum eruditorum accederet. Certe, quantum per me ſtabit, officii meminero. Ad rem igitur. Magantius penitiori rerum naturalium cognitioni ſtudebat [aa]; ſed tanta cum felicitate et ſucceſſu, ut praeter communem philoſophorum ſortem viſus ſit ſapere: quo calculo vel ipſis Britanniae principibus quam chariſſimus erat, et praecipue Vortegirno regi; cui, cum propter multam in rebus humanis experientiam, tum etiam propter ſingulare in magia, naturali quidem illa, judicium, a ſecretis conſiliis fuit. Unde et libenter crediderim, illum regi ſuo perſuaſiſſe, ut Merlinum, inter magos, id eſt, ſapientes, ſemideum accerſiret. Nec me interim fugit, multas circumferri et nugas et vanitates, quae tantorum virorum elevent autoritatem. Sed placeant talia bardis Cambriae indigenis. Ego autem mea ſcribo terſis auribus, et exquiſitis noſtri ſaeculi judiciis: non quod legerim aliquid a Magantio ſcriptum [b] (qui enim facile potui, poſt tam inſignem cladem a Britannia acceptam, aliquid ab eo editum, ſi modo quidquam edidit, invenire) ſed ut fidem lectori faciam, inſulam non caruiſſe noſtram magnae famae philoſophis; ne tum quidem, cum Vortegirnus et Saxones de imperio contenderent. Ex *Lelando.*

[a] Pitſeo Maugentius Genethliacus, p. 89.

[aa] In gymnaſio philoſophorum apud urbem Legionum educatus, Bal. Pitſ.

[b] Lelandus nihil a Magantio ſcriptum uſpiam vidit; recenſet tamen, ſi diis placet, Baleus ejus *De magia naturali* libros, et *Apuleii expoſitionem.* Claruit A. CCCCLXX. Bal. i. 47. Pitſ. p. 89.

S. MAGILMUMEN monachus Scotus, Romam peregrinaturus A. DCCCXCI in itinere ad curiam Aelfredi regis Angliae divertit: "Artibus frondens, litera doctus, magiſter inſignis Scotorum" inquit Ethelwerdus *Chron.* lib. iv. Scripſit, *Sermones de ſanctis ad regem Aelfredi*, lib. i. *De peregrinatione ad loca ſancta*, lib. i. Memoriam ejus recolunt Scoti 9 Febr. Dempſt. xii. 929.

S. MAGLATIANUS epiſcopus, ſocius Alcuini, Clementis Rabani, etc. Scripſiſſe fertur *Hymnos ſacros*, lib. i. Claruit A. DCCCXVIII. Feſtum ejus celebratur 30 Januar. Dempſt. xii. 849.

MAGLORIUS archiepiſcopus Menevenſis, dein Dolenſis. Claruit A. DLXXX. De ſcriptis nihil. Vita ejus extat in *Actis Benedictin. ſaec.* i. p. 223. etc. Bal. xiii. 51. Pitſ. *App.* p. 886.

S. MAGNUS Scotus. Dum fidem Chriſtianam apud Orcadum inſularum incolas propagavit, a paganis crudeliter necatus eſt. Scripſit *Ad Orcadianos monita ſalutaria*, lib. i. Claruit A. MCIX. Colitur 16 April. Dempſt. xii. 855.

MAGNUS ſive MANUS filius Hugonis O-DONNEL Tirconnallenſis ſcripſit Hibernice anno MDXXXII magno volumine *Vitam S. Columbae.* War. p. 82.

MAGRAIDIN [AUGUSTINUS] Latine GRADINUS, natione Hibernus, canonicus Auguſtinianus coenobii inſulae Omnium Sanctorum, quae Shenano fluvio circumfunditur in occiduo limite comit. Longfordiae, vir doctus et prudens. Inter caeteros ſtudiorum fructus ſcripſit *Vitas ſanctorum Hiberniae.* [a] Et continuavit *Chronicon* [b], quod alii ejuſdem coenobii canonici inceperant uſque ad ſua tempora, cujus partem aliquam Mſ. habeo, cum auctario poſt mortem ejus. Deceſſit die Mercurii proxime poſt feſtum Omnium Sanctorum A. D. MCCCCV, et in dicto coenobio ſepultus eſt. J. Waraeus, p. 75.

[a] Ex quo libro, ut opinor, Colganus edidit, *Vitam S. Fechini abbatis Fovarenſis*, *Act. Sanct. Hib.* tom. i. f. 130. *Vitam S. Maidoci* citat. f. 215.

[b] *Sive annales, qui ab illo monaſterio* Inſulenſes *communiter vocantur*. Colgan. *Act. Sanct. Hib.* tom. i. f. 5.

MAGRAITHUS MAC GAWAN Hibernus, canonicus, ut videtur, coenobii S. Ruadani Lurchoenſis in agro Tipperanienſi ſcripſit Hibernice, *De genealogiis ſanctorum Hiberniae. De ſucceſſionibus regum et regulorum Hibernicorum cum miſcellaneis quibuſdam*, Mſs. olim penes Jac. Waraeum. Claruit ſub exitum ſaeculi xiii. War. p. 74.

MAGUIR [CAROLUS ſeu CATHALDUS] Hibernus, natus apud Senat-mac-Magnus in Fearmanach agro [a], decanus Clochorenſis et canonicus eccleſiae Armachanae, vir ſingulari peritia in ſtudiis antiquitatis haud parum commendabilis. Compilavit ex variis vetuſtis patriae monumentis, 1. *Annales generales Hiberniae uſque ad ſua tempora.* Hos Uſſerius et Waraeus *Ultonienſes*, et alii *Senatenſes*, a loco Senadh, in quo compilati ſunt, nuncupant. 2. *Aenguſſius auctus.*" Vide S. Aenguſſium ſive Aeneam vel Engum ſupra. Martyrologium eſt, et ſic denominatur, quia hic autor adducit martyrologium S. Aenguſſii, ipſumque fuſe exponit, additque ex aliis autoribus ſanctos alios Hibernos, qui apud Aenguſſium non habentur [b]. Obiit 20 cal. Aprilis A. D. MCCCCXCVIII, aetatis ſuae 60 [c].

[a] *Ogygia. Praefat.* p. 19. et vide pag. 197. 207.

[b] Colgan. *Act. Sanct. Hibern.* i. 5. 6.

[c] Ware, *De ſcript. Hib.* p. 77.

MAGWIRIUS [NICOLAUS] vel MACWY, patria Hibernus natus Idronae, Oxoniae educatus; in patriam rediens donatus eſt praebenda de Hillard in dioec. Leghlinenſi; et A. MCCCCXC

mandato

mandato pontificio provisus est ad episcopatum Leghlinensem. Vir summae doctrinae et concionator indefessus. Scripsit, *Chronicon*; quo multum usus est Thaddaeus Dowlingus. *Vitam Milonis praedecessoris sui.* Obiit A. MDXII, et in ecclesia Leghlinensi sepultus est. War. p. 8. *Athen. Oxon.* i. p. 8.

MAIDSTONE [CLEMENS] filius Thomae Maydestone armigeri, fuit ordinis S. Brigittae, uti apparet ex *Praefat.* ad *Directorium sacerdotum.* In *Registro* Clifford. episc. London. Frater Clemens Maydeston confrater domus de Houndeslow ordinem subdiaconi 20 Sept. MCCCCX. diaconi 20 Dec. MCCCCX. presbyteri 19 Sept. MCCCCXII suscepit. Scripsit, *Historiam martyrii Ricardi Scrope, archiepiscopi Eboracensis*, lib. i. Pr. " Hae fuerunt causae, quare"—Hanc edidit Wharton. tom. ii. *Angl. sacr.* p. 369. ex Mf. in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. M. xiv. *Directorium sacerdotum*, vulgo *Pica Sarum.* Pr. " Clamat propheta et baptista." Lond. MCCCCXCVIII. 4to. Et Westm. per Gul. Caxton. fol. *Defensorium ejusdem directorii.* Pr. " Sciendum quod in or- " dinali Sarum." Ibid. *Librum perutilem* " Crede mihi" *vocitatum.* Pr. " Sequentes articuli " ventilati." Ibid.

MAIENSIS [HUGO] prior (Dempst. 342.) patria Dumblanensis, primo monachus Sconae. Scripsit *Pro regimine claustri*, lib. i. Obiit A. MCCLXIX. Colitur 2 Januar. Dempster. viii. 644.

MAILDULPHUS natione Scotus vel Hibernus, patria sponte cessit, et tandem ad oppidum Cair-Bladon Britannis, Ingleborne Saxonibus, nunc Malmsbury dictum. Vid. verba Gul. Malmsb. lib. i. cap 2. Primo ibi heremeticam egit vitam, dein, ut habet eulogium (Leland. *Coll.* i. 375.) " Cum sibi deficerent necessaria, scholares sibi collegit in discipulatum, ut eorum liberalitate tenui- " tatem victus emendaret. In brevi enim tempore scholares rudimenta erudientes in exiguum con- " ventum convaluere." Scripsit, *De Paschae observatione juxta ritum Romanum*, lib. i. *Pro tonsura ac caelibatu*, lib. i. *Regulas artium diversarum*, lib. i. *De disciplinis naturalibus*, lib. i. *Hymnos ac dialogos*, lib. i. *Epistolas quasdam*, lib. i. Claruit (Bal.) Obiit (Dempst.) Malmesburiae A. DCXC, et in eodem coenobio humatus jacet. Festum ejus agitur 4 Novembr. War. p. 30. Dempst. xii. 882. Bal. xiv. 26.

MAILLART [PETRUS] natione Scotus in Gallia educatus, ubi legum doctor evasit, a Carolo viii ad Jacobum iii orator missus A. MCCCCLXXXIII, ut antiqua inter Galliam et Scotiam foedera renovaret. Scripsit, *Pacta perpetua inter Francos et Scotos*, lib. i. *Repetitiones codicis*, lib. i. *Solemnes in jure quaestiones*, lib. i. *Breviarium legum*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXXXIII. Dempst. xii. 915.

MAIOLUS natione Scotus, abbas Scotorum Benedictinorum Coloniae. Scripsit, *De passionibus sanctorum*, lib. i. *In evangelium Matthaei*, lib. i. Extat adhuc Coloniae. *In regulam D. Benedicti*, lib. i. Obiit A. MLXI. Dempst. xii. 906.

MAJOR [JOHANNES] sive MAYR gente Scotus, patria Hadingtoniensis, de quo ipse in *Praefat.* in 4 *Senten. quaest.* ad Gavinum Douglas: " Hadingtona, quae mei studii primitias dul- " cibus amplexibus fovens, suavissimoque grammaticae artis lacte me neophytum nutriens—et vix " a Glegorno viculo (unde ipse sum oriundus) quinquies mille passuum discriminatim se jungitur." Exactis nonnullis annis ibidem dum e Scotia Parisios iter faceret, annum integrum in collegio Christi Cantabrigiensi prima artium rudimenta addidicit, et a card. Wolsaeo Oxoniam invitatus erat, ut doctrina suum collegium ibi illustraret. (*Epist.* ad card. Wolsae. praef. *Com. in Ethic.*) Ast Parisios se contulit, et theologiae in collegio Montis acuti sub natale Bedae operam dans, doctor Sorbonicus creatus fuit. Circa A. MDLXXX in patriam rediit, et factus est praepositus ac theologiae professor collegii S. Salvatoris apud Fanum S. Andreae. Scripsit, *Libros duos fallaciarum, sive sophisticalia Parisiensia sive opera logicalia dicta*, Lugd. MDXVI. fol. Hic tomus operum Johannis Majoris ita intitulatur: *Inclytarum artium et sacrae paginae doctoris acutissimi magistri Joannis Majoris Scoti libri, quos in artibus in collegio Montis acuti Parisiis regentando in lucem emisit, etc.* . . . ordine sequenti: *Quaestio de complexo significabili.* Pr. ded. Niniano Humme. " Cum " in erudiendis artistis, quorum." Pr. " Circa praesentem quaestionem." *Terminorum* lib. ii. Pr. *Terminus accipitur dupliciter.*" *Summulae cum figura* iv *propositionum, et earum conversionum.* Pr. " Quaeritur, utrum logica sit scientia utilis." *Praedicabilia cum arbore Porphyriana.* Pr. " Praedicabile quinque sumitur proprie." *Praedicamenta cum sua figura.* Pr. " In hoc libello " intentio est methodum." *Syllogismorum tractatus.* Pr. " Propositio est oratio affirmativa." *De locis dialecticis.* Pr. " Quintus tractatus in ordine summularum." *Fallaciarum* lib. i. Pr. " Iste terminus Fallacia dupliciter accipitur." PARS ii. *De exponibilibus.* Pr. " Circa initium " exponibilium quaeritur." *De insolubilibus.* Pr. " Quaeritur utrum omnis cathegorica." *Comm. in posteriora.* Pr. " In manus liber posteriorum occurrit." *Consequentiarum* lib. i. " Con- " sequentia est oratio composita." *Parva logicalia, sive de suppositionibus* lib. " Parva logicalia " incipiunt." *De relativis* Pr. " Superius determinatum est de suppositionibus." *De descensu et ascensu.* Pr. " Descensus duobus modis capitur." *De ampliatione.* Pr. " Ampliatio secundi " intentionaliter." *De appellatione.* Pr. " Appellatio secundae intentionaliter." *De positione propositionum.* Pr. " Duplex est propositio, ut sufficit." *Abbreviationes parvorum logicalium.* Pr. " Antecedens secundo intentionaliter." *De obligationibus.* Pr. " Obligatio bipheriam ac- " cipi." *Argumenta sophistica.* Pr. " Ave, adducam aliqua argumenta." *De infinito.* Pr. " Circa materiam de infinito sic." *Dialogus inter duas logicas et magistrum.* Pr. " Joannes for- " man. Quid hoc sibi." *Decisiones sententiarum*, lib. iv. *In* 1 *sentent.* Georgio Hepburn, abbat

Arbroth.

Arbroth. "Quoniam anno ſuperiore." Pariſ. MDXIX. f. ſecunda edit. *In 2 lib. ſentent.* Pr. ded. Natali Bedae et Petro Tempetae. "Reliquit memoratu dignum." Ibid. *In 4 ſentent. quaeſtiones.* Ad Gavinum Douglaſs et Rob. Cockburn. "Hiſce diebus nuperque exactis." Pariſ. MDXVI. MDXIX. MDXXI. fol. Item *In 1, 2 et 3 ſentent.* ad Jo. Majorem Eckium Suevum. Pr. "Abhinc "annos ferme 20." Pariſ. MDXXX. f. *De autoritate concilii ſupra pontificem maximum quaeſticnem.* Pr. "Si peccaverit in te frater." Excerpt. ex hujus Johannis *Comment. in Matth.* c. 18. Pariſ. MDXVIII. Et in tomo i. operum Joh. Gerſoni, Pariſ. MDCVI. fol. pag. 876. In eodem tomo Opp. Gerſoni col. 675. habetur ejuſdem *Diſputatio de eccleſiae monarchia, epiſcoporum et parochorum autoritate.* Excerpta ad verbum ex ipſius *Comment. in lib.* iv *ſentent.* diſt. 24. *Hiſtoriam Majoris Britanniae tum Angliae tum Scotiae*, lib. vi. Ad Jacobum v regem Scot. "Exorſurus ac nuncu- "paturus." Pariſ. MDXXI. 4to. De hac *Hiſtoria* Dempſterus *Hiſt. eccleſ.* lib. xii. c. 910. ita: "quo in opere fateor quaedam eſſe bonae frugis, ſed multa erronea; quaedam ridicula, quale eſt "illud de ponte Hadintonienſi; nonnulla manca; denique omnia negligenter ſcripta: ſed venia "rudi illi aevo danda." *In quatuor evangelia expoſitiones luculentas, et diſquiſitiones et diſputationes contra haereticos plurimos.* Ad Jac. Betoun, archiepiſcopum S. Andr. "Juxta ingenii ſtudiſ- "que tenuitatem." Pariſ. MDXXIX. fol. *Comment. in Matthaeum*, lib. i. Pariſ. MDXVIII. Diverſus hic ab *Expoſitionibus in* iv *evangelia*. *Placita theologica*, lib. i. *Diſputationes Sorbcnicas*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Catalogum epiſcoporum Lucionenſium*, lib. i. *In Pſalmos Davidis paraphraſis poëtica* per Jo. Majorem Witeberg. MDLXXIV. 8vo. Quaere an noſter Johannes. *Comment. in Ethica Ariſtotelis*, lib. i. ad card. Wolſaeum, "Saepe multumque mecum decrevi." Pariſ. MDXXX. fol. *Comment. in Petri Hiſpani ſummulas*; uti ipſe in ded. operum logicalium dicit. Tranſtulit *Caxtoni chronicon*, lib. vii. Claruit A. MDXXXIX. Bal. xiv. 59. *Athen. Oxon.* i. 51. ſeq. Dempſt. xii. 910. Obiit Andreopoli S. theol. profeſſor anno MDXX. juxta Dempſter. l. c.

MAJORICIS [RODERICUS de] acad. Oxon. alumnus. Scripſit, *De chiromantia tractatum.* Pr. "Chiromantiae requiritur cognitio." Mſ. olim. in bibl. Tho. Allen. *De phyſiognomia librum.* Mſ. Ibid. Catal. Mſs. Tho. Allen. inter Mſs. Wood. in bibl. Aſhmol.

MAIRO [FRANCISCUS] ſive MAYRONUS, quem gente Scotum eſſe tradit Dempſterus et Bellarminus: Alii vero Gallum eſſe malunt. Dignae in Provincia natus; Joannis Duns Scoti diſcipulus; frater Franciſcanus. Circa A. MCCCXV actum Sorbonicum primus omnium academiae Pariſienſi invexit; A. MCCCXXIII theologiae doctoratu inſignitus eſt, *Doctor illuminatus et acutus* dictus. Obiit Placentiae A. MCCCXXV. Scripſit *Commentaria* [*conflatum*] *in* iv *libros ſententiarum*, lib. iv. "Utrum primum principium complexum poteſt formari in theologia." *In primum ſentent.* Mſ. coll. Lincoln. Oxon. Arch. Auſtr. 47. 48. 49. Bibl. Bodl. NE. E. 5. 11. Et ſup. A. 1. Art. 104. Mſ. Oriel. 38. Mſ. Magd. Oxon. 103. Mſ. Merton. O. iii. 5. 7. Mſ. Cantab. coll. Caii, G. 51. 52. Mſ. coll. Petri 170. eſt *Super 1 et 2 ſentent.* Et Mſ. coll. Pembroch. 100. eſt *Super 2, 3, 4 ſentent.* *In quartum* Mſ. Novi colleg. Oxon. 119. Vide Mſ. Baliol. Oxon. 77. 78 79. Et Mſ. Langb. Et Mſ. Cantab. coll. Petri 65. Et Mſ. bibl. publ. 45. et 62. *De formalitatibus.* Pr. "In octava diſtinctione ubi magiſter." Mſ. Oriel. 39. Mſ. Digby in Bodl. bibl. 77. Pr. "Solent doctores communiter inveſtigare." Impreſſ. *Quodlibeta varia.* Pr. "Videmus nunc "per ſpeculum." Pr. edit. "Auditum audivi a Domino, et timui." Mſ. coll. Magd. Oxon. 9. *De primo principio* [*complexo quaeſtiones.* Pr. "Attendite populo." Mſ. Baliol. bibl. Oxon. 70.] *De expoſitione divinorum nominum.* Pr. "Ut noviter ad facultatem theol." *De univocatione entis.* Pr. "Quaeritur utrum ſubjectum primi principii." In Mſ. Cantab. coll. Pembroch. 103. 2. ſunt *Quaeſtiones de ente.* Prodierunt opera iſta Venetiis MDXX. MDLVI. MDLXVII. fol. *Commentaria* et *Quodlibeta* prodierunt cura Mauritii de Portu Hiberni Venet. MDVII. fol. Prodierant antea, exceptis *Commentariis* et *Quodlibetis* ibid. MDXVII. fol. una cum his tractatibus ſequentibus, et annotationibus Hieron. de Nuciarellis. *De principio complexo.* *Comment. ſuper univerſalia et praedicamenta Ariſtotelis.* Pr. "Arma militiae noſtrae non ſunt carnalia." Venet. MCCCCLXXXIX. f. *Comment. in libros* vii *phyſicorum ejuſdem.* *Sermones quadrageſimales 59 cum jejunatis.* "Licet "opera poenitentialia." Mſ. Baliol. Oxon. 66. Mſ. Langb. Impr. Venetiis MCCCCXCI. *Sermones de ſanctis.* Venet. MCCCCXCIII. Baſil. MDXCVIII. In Mſ. Baliol. 66. 80. dantur 16. *De paupertate Chriſti et apoſtolorum.* *De virtutibus et vitiis capitalibus.* Pr. "Circa multiplices manſio- "nes." Mſ. penes Waddingum. *De articulis fidei.* Pr. "Circa articulos." *De baptiſmo.* *De humilitate,* *De indulgentiis.* Sermo in praeſentia dom. papae et cardinalium, Mſ. coll. Corp. Chr. Oxon. 39. Pr. "Quodcunque ligaveris," etc. Duos fines ultimos." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. P. 21. Item Miſcell. S. f. 53. Et Mſ. Merton. O. viii. 16. N. iv. 8. N. v. 10. Et Mſ. Cantab. coll. Caii G. 48. 4. et Mſ. coll. Pembroch. 103. 4. *De corpore Chriſti.* *De angelis.* *De ſuffragiis defunctorum.* *De poenitentia.* *De jejunio.* *De ultimo judicio.* *De ſeptem donis Spiritus Sancti.* *Super Pater noſter et Magnificat.* Prodierunt opera iſta a *Sermonibus* incluſive. Baſil. MCCCCXCVIII. Mauritius de Portu Hibernus in *Epiſtola* praefixa editioni ſuae *Commentariorum* et *Quodlibetorum* Mayronis memorat nobiliſſimum ejus librum in Dionyſium Areopagitam *De myſtica theologia*, Wadding. *De conceptu virginali*, lib. i. "Abſit iſtum rem facere." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miſcell. S. f. 59. *De decem praeceptis explicationem*, Pariſ. MDCXIX. *Flores, ſive veritates Auguſtini collectas* per Franc. Maironem, ex ejus libris [Mſ. Bal. Oxon. H. 13.] *De doctrina Chriſtiana*, lib. iv. *Quaeſtionum libro* lxxxiii. *Retractationum libris duobus.* *De mirabilibus S. Scripturae*, lib. iii. *De civitate Dei*, lib. xxii. [Mſ. coll. Magd. Oxon. 9.] *De trinitate*, lib. iv.

[Ibid.] Omnes sunt Mss. Bodl. bibl. NE. D. 7. 9. Ex reliquis *S. Augustini de trinitate* libris. *Quaestionibus super Matthaeum. Quaestionibus super Lucam. Quaestionibus diversarum scripturarum. Sermone de Stoicis et Epicuris. Sermone:* Pr. " Ego sum," etc. Hi tractatus sunt Mss. Bodl. bibl. NE. D. 6. 3. *De summa trinitate et fide catholica*, lib. i. " Fidelis sermo et omnium." Ms. Merton. Oxon. P. iii. 3. *De dominio apostolorum*, lib. i. " Utrum apostoli habuerunt." Ibid. et N. v. 10. et Ms. coll. C. C. Cantab. Miscell. S. *De celebratione missarum*, olim Ms. Merton. P. iii. 3. *Quaestionem de subjectione universalis et plenitudinariae potestatis seu principatus monarchae ad ierarchiam.* Pr. " Utrum ille, qui principatur." Ms. Merton. Oxon. N. v. 10. *De communicatione ydiomatum in Christo. Theologicas veritates in S. Augustinum de civitate Dei*, Ms. in bibl. Baliol. 70. Cum Thomae Anglici *Comment.* Tolosae MCCCCLXXXVIII. Venet. MCCCCLXXXIX. *Commentarium ejus in Genesin.* Pr. " Quia secundum vulgatissimum." Ms. in bibl. Minoritarum Leodiensium. *Reportata in quartum sententiarum*, Ms. penes Lucam Waddingum. *De virtutibus et vitiis capitalibus quaestiones* 1500 *de variis locis S. Scripturae et dubiis theologicis.* Pr. " Utrum " Christus secundum naturam humanam;" *Interrogationes circa varias difficilesque materias.* Pr. " Sicut multi probatissimi viri." Mss. penes Lucam Waddingum, p. 123. 124. 125. Ms. olim in monast. Syon ita: *De virtutibus moralibus, intellectualibus, theologicis et heroicis*, Ms. Merton. O. viii. 16. *In decretales. Expositionem in tres libros B. Dionysii, sc. de mystica theologia, ecclesiastica ierarchia et evangelica ierarchia*, Ms. olim in Mon. Syon. *Sermones ab adventu usque ad* x*lmam* N. 38. Pr. " Fratres scienter, etc. Adventus Deo." Ms. in coll. Baliol. Oxon. P. 9. et Ms. Langb. *Sermonum opus aestivale* N. 39. " Omne quod natum est, etc. Secundum quod " dicitur." Ms. Ibid. P. 10. *Tractatum de principatu regni Siciliae.* Pr. " Utrum principatus " regni Siciliae." Ms. Ibid. LXX. *Moralia.* Pr. " Auditu auris audivi te." Ms. Merton. Oxon. O. viii. 16. *Commentarios in aliquot libros Anselmi*, Wadding. Cave *App.* Whart. p. 15. 16. Wadding. p. 123. seqq.

S. MAKBEATHATHGNE. De quo vide Ethelwerdi *Historiam*, lib. iv. Scripsisse fertur *Ad regem Aelfredum.* Claruit A. DCCCXCII. Dempst. xii. 885.

MAKERELL [MATTHAEUS] natione Anglus, primo in academia Cantabrigiensi, dein in Parisiensi educatus, ubi tandem S. theol. professor, fuit monachus ordinis Praemonstratensis. Edidit, et Johanni Fishero episcopo Roffensi dedicavit, *Sermones in evangelia Dominicalia per Odonem cancellarium Parisiensem.* Pr. " Quoties memoriae beneficio." Paris. MDXX. 4to. *Sermones Dominicales R. P. Nic. de Aquae Villa.* Pr. ded. " Abbati Walbeck." Bulaeus i. p. 117.

MAKILMINAEUS [ROBERTUS] Scripsit *Illustrationem dialecticae Petri Rami*, Lond. MDLXXVI. 8vo.

S. MAKKESSAGUS episcopus Scotus. Aedes ei sacra Levinia prope comitatum de Menteth vocatur Templum Portus nundinis et frequentia populi celebre. Scripsit, *Manipulum precum*, lib. i. *Catechesin ad neophytos*, lib. i. Claruit A. DXX. 10 Martii. Dempst. xii. 853.

MAKLAV AB LHYUARCH sive (ut Lhuydio potius videtur) MAB' KLAV LHYUARχ poëta Cambro-Britannicus, qui floruisse fertur circa A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

S. MAKWOSLOKUS episcopus Sodorensis. Scripsit *Pro aedibus sacris ad Mordacum regem*, lib. i. Claruit A. CCCXX; Colitur 29 Januar. Dempst. xii. 848.

MAKYNIUS [DAVID] seu MACKENZY-DOWGAL MACKENSIE, natus apud Kissern in agro Rossensi in schola Canonriensi literis grammaticalibus imbutus, inde ad academiam Aberdonensem translatus, ubi artium magister creatus est. Postea Lutetiam studiorum gratia profectus; et in patriam reversus philosophiae professor in academia Aberdonensi renunciatus erat. Edidit, *Sibyllina oracula* cum eorundem fragmentis ex Platone, Aristotele, Plutarcho, Aeliano, Pausania, Justino philosopho, Diodoro Siculo, Clemente Alexandr. Stephano, Eustatio, Hermia, Suida, Procopio, Agathia, Jamblicho, sanctis etiam patribus, Latinis oratoribus ac poëtis. Paris. MDLXXVIII. 8vo. *Carmina et Epigrammata varia.* Obiit Aberdonae juxta Dempster. xii. 947. anno MDXLVIII, et juxta Mackenz. ii. 476. anno MDLXXXVIII.

MALACHIAS patria Hibernus, frater Minorita, theologus Oxoniensis, Edwardo ii a sacris; Neapoli, ut videtur, aliquando studuit. Scripsit, *De veneno peccatorum mortalium, de remediis ipsorum.* Paris. ex officina H. Stephani MDXVIII. *Concionum* lib. i. Claruit A. MCCCX. Bal. xiv. 91. War. p. 65. Whart. *App.* ad Cave. p. 13. Stanihurst. p. 41.

MALACHIAS MAC AEDE sive filius Hugonis; canonicus ecclesiae Elphinensis, mox ejusdem ecclesiae episcopus A. MCCCX, et tandem MCCCXIII archiepiscopus Armachanus factus. Scripsit Hibernice inter alia *Seriem regum Hiberniae a Nello Nigaialach usque ad Rodericum o Connor.* Obiit senex 10 August. MCCCXLVIII. War. p. 67.

MALACHIAS O-MONGAIR in Ultonia natus, primum Armachae sub auspiciis Imari, deinde Lismorae a Malcho episcopo educatus. Mox abbas Bannochorensis in Ultonia, deinde archiepiscopus Armachanus A. MCXXXIV evasit. Archiepiscopatu sponte excessit A. MCXXXVII, et Romam contendens pallia duo pro archiepiscopatibus Hibernis obtinuit, et legatus Hiberniae papa designatus est. A. MCXLVIII denuo Romam profectus, in itinere apud coenobium Clarevallense febri correptus obiit 2 Novemb. aetatis 54. Colitur secundum alios 5 Novemb. secundum alios 3 Novemb. Vide epitaphia apud Christoph. Henriques *Fascic. ordin. Cistercien.* lib. ii. distinct. 41. cap. 2. et *Menolog. Cisterc.* ad 5 Novemb. *Vitam* ejus scripsit S. Bernardus, quae extat inter opera S. Bernardi; et apud Messingham in *Florilegio.* p. 350. Scripsit *Prophetiam de futuris pontificibus Romanis.*

Romanis. Pr. " Ex caſtro Tiberis." Quae extat cum expoſitione Ciaconii apud Arnoldum Wion in *Ligno vitae.* lib. ii. cap. 40. Et apud Meſſingh. in *Floril.* p. 376. Haec a P. Claudio Fr. Menetrerio peculiari ſcripto Gallico impugnata MDCXCI. Placcius ii. 431. *Ad S. Bernardum epiſtolas plures. Conſtitutionum communium* lib. i. *De legibus coelibatus et traditionibus*, lib. ii. *Vitam S. Cuthberti ad Davidem regem Scotiae.* Bal. xiv. 85. War. p. 54, 55. Cave. p. 663. Stanihurſt. p. 41.

S. MALACHUS Liſmorenſis ſive Argadiae in Scotia epiſcopus. Scripſit, *Epiſtolas ad S. Bernardum*, lib. i. *In Eccleſiaſten*, lib. i. Claruit A. MCLXI. Colitur 10 Aprilis. Dempſt. xii. 847.

MALCHUS monachus S. Auguſtini. Scripſit *De multis et diverſis patriarcharum operibus.* Mſ. Bodl. Laud. K. 3. 2.

MALBERTHORP [JOHANNES de] manu propria ſcripſit librum inter Mſ. Norwic. More 279. et in vacuis paginis multa congeſſit ex patribus et doctoribus eccleſiae, ſc. D. Auguſtino, Ambroſio, Gregorio, Chryſoſthomo: Quorum praecipua capita ſunt: *De jejunio bono*, f. 14. *Meditatio ad timorem excitandum*, f. 15. *Notabilia de cantu. De ſuperbia Nebuchadonoſor De decimis, teſtamentis*, etc. ex *Pupilla oculi. Concordia evangeliſtarum Matthaei et Lucae. Tabula ſuper breviloquium Bonaventurae*, etc. Quidam Johannes Malberthorp inſtitutus 14 Dec. MCCCCXXIX in rectoriam de Loughton comit. Eſſex. ad praeſentationem abbatis et conventus de Waltham; quam reſignavit ante 15 Jul. MCCCCXLI. Newcourt. ii. 395.

MALBY [NICOLAUS] in bellis Hibernicis clarus; tribunus et praeſes Connachiae, quam provinciam optime rexit, et eques auratus in eccleſia Athlonae creatus A. D. MDLXXVI. Hooker. *Continuat. Annal. Hibern.* Hollinſh. iii. 1551. et i. 142. Scripſit *Remedy for a foundered horſe.* Lond. MDLXXXIII. 4to. citat per Baron. Googe in tr. Hereſbachii *De re ruſtica.* p. 123. *John Garnier's confeſſion of the Chriſtian faith* He got to be tranſlated by John Brook of Aſh, and publiſhed it, prefixing a *Dedication* to Ambroſe Earl of Warwick. Pr. " Whereas I did this other day, " right honourable and my eſpeciall good lord, take upon me to preſente unto you the draught " of a bataill, by term of the broad ſquare, which as I was informed—by your honour was re" ceived in good part." London. MDLXII. MDLXXXIII. 12mo.

MALCOLMUS ii rex Scotorum ſcripſiſſe fertur, *Leges municipales*, lib. i. *Leges de regni ſucceſſione*, lib. i. Occiſus eſt A. MXL. Dempſt. xii. 878. Bal. xiv. 42.

MALCOLMUS iii rex Scotorum ſcripſiſſe fertur *Legum ſpurcarum abrogationem hortante S. Margareta uxore*, lib. i. Obiit anno regni 26. Chriſti. . . Dempſt. xii. 835.

MALCOLMUS iv rex Scotorum ſcripſit, *De foedere cum Francis ſervando*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. Obiit Jedburgi A. C. MCLX. Dempſt. xii. 836.

MALDONUS [THOMAS] ſive MALODUNUS in Oſtro-ſaxonia natus fuit, nomenque a Maloduno, oppido non incelebri, ſumpſit; in quo adoleſcens maturae aetatis Carmeliticam profeſſionem toto devovebat pectore: ita tamen ut eadem opera nullum ſibi praetereundum diem putaverit, in quo non aliquam ſaltem lineam in tabulis literariis duceret. Amabat enim ille tantum libros argute, docte, eleganter ſcriptos, quantum pictores Romani effigies, modo non ſpirantes, Apellis et Parrhaſii. Solum profecto tempus, quod tum rude et ſemibarbarum erat, homini ad felicitatem defuit. Praeſtitit nihilominus quae per diligentiam potuit omnia. Hoc illi collatus a theologis Iſiacis[a] honos, hoc libri, quos Angliae noſtrae, immo quos orbi univerſo conſecravit, ſatis teſtantur. Utinam hic ex animis quorundam delicatorum pravam et maleſanam opinionem eradicare poſſim. Quid manifeſta negem? non deſunt hac noſtra aetate, qui, leviter guſtato utriuſque linguae nectare, audent theologos ſolida, copioſa, nervoſa eruditione praeditos, praeter modum menſuramque omnem fortiter contemnere. At, aut ego plurimum fallor, aut illi toto errant coelo, qui vim bonarum artium ex ſola metiuntur eloquentia. Sed valeant iſta. Vos, candidi lectores, cognoſcite Malodunum hos libros poſteris commendaviſſe; videlicet, *Commentarios in Geneſin*[b]. *In epiſtolam Jacobi.* " Exemplum accipite." *Super ſententias*, lib. iv[c]. *Commentariorum*[d] *ſuper aliquot pſalmos*, lib. i. " Beati immaculati." *Quaeſtionum* lib. ii[e]. *Sacrarum concionum* lib. ii[f]. Obiit Maloduni anno Dom. MCCCCIV. Tumulatus eſt ibidem inter Carmelitas[g], quibus alquando praefuit. Ex *Lelando*.

[a] Cantabrigienſis acad. Maldonum alumnum eſſe falſo aſſerit Baleus. In calce autem Mſ. Baliolenſis lxxx. dicitur eſſe S. paginae cathedrae Cantabrigienſis. Mſ. Langb.

[b] Lib. i. " Secundum id quod dicit venerabilis Hugo."

[c] " Ad Sacrae Scripturae praeconia." In Mſ. Bale Sloan. titulus eſt, *Collatio in librum ſententiarum.* Pr. " Oſtendam " tibi omne bonum, etc." *Ad Sacrae Script. praeconia.*

[d] *Super pſalmos* xlviii. lib. i. *Lectiones* xlviii *in univerſitate Cantabrigienſi.* (Mſ. Bal Sloan.) *Super* Beati immaculati *uſque* Memor eſto. Mſ. ibid. Extat *Lectura in pſalmum* cxviii. (*vel, uti nos*, cxix.) Pr. " Bonitatem et " diſciplinam, etc. Reverendi domini." Mſ. in bibl. Baliol. lxxx. Mſ. Langb.

[e] *Quaeſtiones ordinarias*, lib. i. " In " praeſenti lectura cooperante." *Actus veſperiales*, lib. i. " Utrum verbum divinum temporaliter."

[f] *Sermones* xxxvi *de tempore* [*et de ſanctis* Mſ. Bale Sloan.] lib. i. " Ecce ego ad te venio, dicit." *Sermones* xxxiv *de B. virgine*, lib. " Ecce homo erat in Hieruſalem." Scripſit etiam, *Determinationes theologiae*, lib. i. " Oſtendam tibi omne " bonum, Exod." *Quodlibeta*, lib. i. " Utrum Deum " eſſe ſit a creatura." *Bibliorum introitum*, lib. i. " Sic" ut exiſtentiae plurimorum in." *Collationes ſolennes*, lib. i. " Benedicat tibi Dominus ex Syon." Mſ. Bal. Sloan commemorat *Benedictionem ſuper fratrem Petrum Swynthwait*, Pr. " Benedicat, etc." Nec non—— *Commendationem ſuper eundem.* Pr. " Tu es Petrus, etc. Reverendi domini ad " noſtri venerabilis." Item —— *Aliam benedictionem ſuper fr. Johannem Newton.* Pr. " Benedicat tibi anima, etc. " Sacra Scriptura." Et denique——*Collationem ſuper eundem.* Pr. " Dedi coronam decoris capiti tuo."

[g] Epitaphium ejus vide apud Weever. *Funer. Monum.* p. 611. Bal. vii. 27. Pitſ. p. 578.

MALIM

MALIM [GULIELMUS] Cantuarienſis, abſoluto in ſchola Etonenſi literarum humaniorum tyrocinio ad collegium Regale Cantabrig. abiit A. MDXLVIII. Hatcher Mſ. Inett. Multas exteras Aſiae et Europae civitates inviſit; uti in praef. Tho. Challoneri *De rep. inſtaur.* ait: "Me "vero Londinum ab Antiochena civitate, Conſtantinopolitana, Hieroſolymitana, aliiſque nonnul-"lis illuſtribus Aſiae atque Europae civitatibus et provinciis reverſum." Fuit ſcholae Etonenſis archididaſculus A. MDLXIII, et ſcholae Paulinae Londin. moderator evaſit A. MDLXXIII. Extant ejus, *De adventu gratiſſimo Elizabethae reginae ad arces Windeſorienſes Aetonenſium ſcholarium maxime triumphans oratio*; *ſub auſpiciis Gulielmi Malim, Cantuarienſis, tunc archididaſcali, qui carmen Graecum praefixum habet* A. MDLXIII. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 12. A. xxx. *Poëmata Thomae Challoneri* London. MDLXXIX. 4to. quae variis carminibus et praefationibus ornavit; inter quae praecipua ſunt: *Epiſtola Gul. Malim Domino Burghlaeo de vita et moribus Tho. Chaloneri*; Item *In ſingulorum decem Tho. Chaloneri de republica inſtauranda librorum argumenta* Ὀγδοάστιχον. *Carmen Gul. Malim praefixum ſpicilegio Graecae linguae per Ed. Grantam. Sex diſticha Latina in verſionem orationum Demoſthenis a Nicol. Carro.* London. MDLXXI. 4to. *Oratio ejus Latina duci Joanni Caſimir. impreſſa* circa A. MDLXXX per Joh. Ald. *Reg.* bibliop. Londin. *Carmina addita chartae geographicae Zutphaniae* A. MDLXXXVI. Ibidem. *Statuta, ordinationes, et conſuetudines ſcholae Etonenſis per ſingulos anni menſes, compoſita, ſeu ſaltem in ordinem digeſta per Gul. Malim.* Pr. "Menſe "Januarii ludendum eſt." Mſ. in bibl. colleg. Corp. Chriſt. Cantabr. Miſcell. x. 477. Obiit, vel ſaltem ſcholae ceſſit A. MDLXXXI.

MALLARDUS [JOHANNES] regius orator, et regi Henr. viii ab epiſtolis. Scripſit *Paraphraſtica in precationem Dominicam elegia.* . Pr. ded. regi. "Cum te certo ſcirem nihil." Mſ. in bibl. reg. Weſtmon. 7. D. xiii. *Le premier libre de la coſmographie.* En vers. Mſ. Ibid. 20. B. xii. Pulcherrime ſcripſit, et illuminavit *Pſalmos Davidis.* Pr. ded. regi Henrico. "Regium "iſtud Davidis." Mſ. Ibid. 2. A. xvi.

MALLET [BALDWINUS] unus commiſſariorum ad audiendas cauſas in cancellaria, ad relevamen cardinalis Wolſei 21 Henr. viii. MDXXIX Rymer. *Foed.* xiv. 299. Juri municipali in hoſpitio Inter. Templi operam dedit, et tandem ſolicitator regis evaſit 22 Henr. viii. Extant *Lecturae ejus* xiii *in Int. Templo* iv *Henr.* viii *vocatione autumnali.* Princ. "Si quis tenens de novis laicum "foedum." Mſ. Norwic. More 707.

MALLET [FRANCISCUS] S. T. profeſſor fuit A. MDXXXV. Mſ. Inett. dominae Mariae Henrici viii. filiae ante regnum adeptum a ſacris, poſt a confeſſionibus, et ab ea ad epiſcopatum Sariſburienſem nominatus. Strype. *Elizab.* p. 292. Fuit ultimus domus S. Michaelis Cantabr. magiſter A. MDXLII. Rymer. *Foeder.* vol. xiv. 762. quod officium reſignabat 29 Octob. 38 Henr. viii. Ibid. vol. xv. 92. A. MDXLIII canonicus Windeſorienſis fuit; et tempore Edwardi vi ad turrim Londinenſem ablegatus, quod miſſam dixerit. Fox. 1. edit. 884. Vicariam de Rothwell in Eborac. reſignabat A. D. MDXLVII. A. Wood. C. 35. Mſ. Et vicarius erat de South-Leverton, praebendarius de Coringham, et decanus Lincoln. Ibid. 36. Tempore reginae Mariae penſionem annuam habuit 20 librarum. Et magiſter hoſpitalis S. Katharinae juxta turrim Londinenſem conſtitutus fuit A. MDLVI. Fox. 2082. Nomine procurator. ſubſcripſit articulis religionis 29 Jan. MDLXII tunc decanus Lincoln. Strype, *Elizab.* 291. In linguam Anglicanam tranſtulit *Eraſmi paraphraſin ſuper Johannis evangelium,* lib. i. Lond. MDXLVIII. f. Principiſſa Maria inchoaverat, et F. M. perfecerat. Nic. Udal. praefat. ante hanc tranſlationem. *Epiſtola ejus M. Parkero* extat Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. i. 855. Claruit A. D. MDL. (*Reg.* Lincoln. MDLX.) Obiit A. MDLV. A. Wood. Mſ. C. 36. b. Aliis MDLXIV. Bal. p. ii. p. 107.

S. MALRUBUS eremita Scotus. Scripſiſſe fertur, *De imitatione ſanctorum,* lib. i. *De Chriſtiana perfectione,* lib. i. Martyrium paſſus eſt a Danis Scotiam devaſtantibus circa A. MXXIV. Colitur 27 Auguſt. Dempſt. xii. 843.

MALVASIN [GULIELMUS] Dempſter. 490. primo epiſcopus Glaſcuenſis, dein archiepiſcopus Santandreanus. Scripſit, *De miraculis S. Niniani,* lib. i. *Acta S. Kentigerni,* lib. i. Obiit 7 Id. Julii A. MCCXXXVIII. Dempſter. xii. 928.

MALVERN [GULIELMUS] abbas S. Petri Gloceſtrenſis Scripſit carmine Anglicano A. MDXXXIV. *Hiſtoriam ſui coenobii.* Uti teſtatur Nic. Harpsfield *Hiſt. eccl. Angl.* p. 264. Quidam Will. abbas Gloceſtrenſis ſynodo cleri medio anno MDXXXVI interfuit. Mſ. Cotton. Cleopatra E. 5. Whart. Mſ. R. in bibl. Lambeth. Gul. Parker, alias Malvern abbas ultimus. V. *Monaſt. Anglic.* i. 995.

MALVERNIUS [JOHANNES] idem qui Robertus Langland a Baleo vocatur, natus erat apud Mortymer's Clibery in agro Salop. octavo a Malverniis montibus lapide diſtans oppidum. A. Wood Wigornienſem patria eum dicit. In ſociorum primorum collegii Oriel. Oxon. numerum aſcitus, poſtea cucullum induit ſecundum regulam S. Benedicti in coenobio Wigornienſi, et ſeverum ſeſe clericorum inimicum praeſtitit. Scripſit *Viſiones Petri Aratoris,* (vulgo *Pierce Plowman*) Paſſus 20. (Paſſus 10. Mſ. Bodl. Digby 102. 138. 171. Arch. B. 52. Aſhmol. 1468. Norwic. More 289.) Pr. "In a ſomer," etc. Has a Roberto Langlando ſcriptas eſſe dicit Rob. Crowley in *Praefat.* ad edit. Lond. MDL. 4to. Et a Johanne Walvern ſcriptas citat Jo. Stow Lond. p. 165. Extat Mſ. Bodl. Laud. E. 64. Mſ. in C. C. C. Cantabr. R. vii. Lond. MDL. et MDLXI. 4to. Ad finem nonnullorum exemplarium hujus editionis eſt: *Pierce the Plowmans crede.* Pr "Groſs and "curteis Chriſte the beginning." In Mſ. coll. Trinit. Cantabr. C. iii. 8. in primo folio apparet

ſenex

fenex unus manu aratrum tenens, et alter duos boves pertica exftimulans, cum infcriptione literis rubris :

God fpede the ploug
And fend us korne ynou.

In Mf. Bodl. Laud. F. 22. et Mf. Digby 102. et 108. (mutil. princ.) et 171. (imp. in princ.) eft rhithmis Anglicis *Vifio Willelmi de Petro Plowman.* Pr. " In a fomer feafon whan fofte was the " fonne." Mauncelus meminit opus etiam profa *Pierce Plowman* dictum ; quod ita explicit :

God fave the king and fpede the plough
And fend the prelates care enough.
Inough. Inough. Inough.

In titulo haec apponuntur lineae :

I playne Pyers which cannot flatter,
A Plowman men me call ;
My fpeche is fowl, yet mark the matter,
How things may hap to fall.

Pr. lib. " I Piers Plowman followynge ploughe on felde." Impreff. tempore Henr. viii (8vo.) cum fex articuli publicarentur. *Continuationem Polychronici* ab A. MCCCXXVI (potius MCCCXLVI) ad A. MCCCXCIV. lib. i. Vid. Ranulph. Ceftrenf. Citatur a Whart. in *Epifc. Affaven.* p. 343. Et Whart. Mf. L. p. 101. in bibl. Lambeth. In *Vifionum* paffu xiii meminit anni praetoriatus dom. Joh. Chicefter. fc. A. D. MCCCL. Claruit A. MCCCXLII. In vivis erat A. MCCCLXXVI. Thin. A. MCCCLXIX. Bal. vi. 36. *Hift. et Ant. Oxon.* ii. 106. Pitf. *App.* p. 878.

MALVERNIUS [JOHANNES] medicinae doctor. Quaere annon idem cum Malvernio illo qui A. MCCCCXIV canonicus Windeforienfis erat. Scripfit *De remediis fpiritualibus et corporalibus contra peftilentiam.* Pr. " Nuper fuit quaedam fcedula publice." Mf. bibl. Bodl. Digby 147. Et Mf. Sloan. 262. ita : *Confilium contra peftem, fecundum magiftrum Joh. Malvern.* Pr. " In nomine " Domini, ipfius auxilio." *Hift et Antiq. Oxon.* ii. 106.

MAN [JOHANNES] apud Lacockiam in agro Wilton. natus, in fchola Wickamica apud Wintoniam literis grammaticalibus enutritus ; inde Oxoniam miffus, collegii Novi focius A. CLIII elegebatur. A. MDXXXIX academiae procurator auftralis factus ; et poftea Aulae Albae (ubi nunc collegium Jefu) principalis ; deinde capellanus domefticus M. Parkeri, archiepifc. Cantuar. cujus favore A. MDLXII cuftos collegii Mertonenfis defignatus fuit. A. MDLXV decanatum obtinuit Gloceftrenfem, et poft biennium ad Hifpaniae regem legatus miffus eft ; unde honore, qui decuit legatum Britannicum, haud mactatus, ante 8 Januar. MDLXVIII rediit. *Cabala.* p. 158. Tranftulit Wolf. Mufculum, h. t. *Common places of Chriftian religion gathered by Wolfgangus Mufculus, etc. tranflated out of Latin into Englifh* by John Man of Merton college Oxon. London printed by Henry Bynneman. MDLXXVIII. MDLXIII. fol. MDLXXIII. 4to. *Epiftolam fcripfit M. Parkero* dat. Madrid. 4 Nov. MDLXVI. Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. i. 695. Scripfit etiam et tranftulit alia quorum tituli haud patent. Obiit Londini 18 Martii MDLXVIII, et in ecclefiae S. Annae juxta Alderfgate cancello humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 157.

MANCHINUS five MANCHINANUS Hibernus abbas Maonadroiot. Vocatur Lethenfis. *Ogyg.* p. iii. pag. 286. Scripfiffe fertur carmine Hibernico *De mirabilibus Scripturae*, lib. i. Qui extat in tomo iii operum S. Auguftini, (cui perperam a quibufdam adjudicatur) Attamen, ut videtur, nec Manchinus autor fuit hujus libri, quia in eo mentio eft de tempore obitus Manichaei Sapientis Hibernienfis, qui idem eft, fi recte conjicit Waraeus, cum Manchino. Obiit Manchinus abbas A. DCLII. War. p. 26.

MANDERSTOWN [GULIELMUS] Parifienfis medicus, patria Scotus dioec. S. Andreae. Dempft. 486. Scripfit, *Bipartitum in morali philofophia opufculum : De virtutibus in generali, et de* iv *virtutibus cardinalibus in fpecie.* Parif. MDXVII. 4to. et MDXXIII. 8vo. Pr. ded. Jacobo Beton, archiepifcopo S. Andr. " Confideranti mihi vigilantiffime patriae." *In ethicam Ariftotelis ad Nicomachum comment.* lib. i. *Tripartitum epitome doctrinale, et compendiofum in totius dialecticae artis principia*, lib. i.—MDXXX. 8vo. *Quaeftionem de futuro contingenti*, lib. i. *De arte chymica*, lib. i. " Hunc Gulielmum Hieronymus Angeftus editi fui ipfius Gulielmi nomine operis *De vir-" tutibus* ab Angefto ipfo confcripti reum egit in illius operis iterata editione ; nec aliud ex-" cufare poteft Manderftonus, quam amicitiam, quae omnia facit communia." Verba funt Raynaudi *De malis et bonis libris.* pag. 165. Placcius ii. 432. Claruit 16 kal. Febr. MDXIII, data epiftolae ded. card. Betono praefix. *Moralibus* five *De virtute.* Obiit A. MDXX. Dempfter. xii. 922. Mackenzy. ii. 601.

MANDEVILLUS [JOANNES] five MAGNOVILLANUS [a], vir equeftris ordinis ex fano Albani oriundus, ita a teneris, ut aiunt, unguiculis literis adfueverat, ut in illis bonam felicitatis fuae

[a] In hujus peregrinatoris memoriam quidam verfus jejuni Anglico fermone confcripti ad columnam in ecclefia S. Albani fuerunt appofiti an. MDCXXII. Vide Mf. Afhmol. 784.

partem poneret. Nam generis fui illuftria ftemmata (erant enim Magnovillani Oftrofaxonum comites) nulli ufui fibi futura ducebat, nifi illa clariora doctis artibus redderet. Quare cum animum evangelica lectione rite inftituiffet, ratus proximam curam corpori jure quodam optimo deberi, tranftulit fua, ut ego accepi, ftudia ad rem medicam [b], artem cum liberali ingenio dignam, tum in primis neceffariam. Sed inter alia ingens quaedam cupido videndi Africam et Afiam, orbis partes Anglis illo tempore de fola fere nominis umbra cognitas, ejus animum invaferat. Erat certe illa, meo judicio, cupido longe honeftiffima, utpote quae aliquando experientiam, fapientiae parentem, allatura effet. An non Flaccus Horatius in *Arte*, imitatione Homerica, fapientem Ulyffem his verfibus circumloquitur:

> Dic mihi, mufa, virum captae poft tempora Trojae,
> Qui mores hominum multorum vidit et urbes.

Comparato igitur amplo viatico, peregre profectus eft anno a Chrifto nato MCCCXXXII [c]. Quid ego hic longa oratione conarer lectori palam facere, quas terras, quae maria, quas gentes, aut quae naturae miracula viderit; cum tanta certe fit rei magnitudo, ut vel jufta aliquot volumina impleat. Exegit enim in laboriofiffima illa peregrinatione tot annos, ut longo antequam rediret tempore obiiffe illum fui omnes conftanter crediderint; ufque adeo, ut domum, tanquam alter Ulyffes, poft triginta quatuor annos rediens, a pauciffimis quidem cognitus fit [d]. Scio equidem M. Paulum Venetum, Ludovicum Vartomannum, Chriftophorum Columbum, Americum Vefpufium, Pinzonum, Aloyfium Cadamuftum, Alphonfum Nigrum, ac Ferdinandum Cortefium, ut alios multos omittam, magnos orbis circulatores fuiffe. Nemo tamen illorum tamdiu labori infiftebat, quam nofter Magnovillanus. Porro, ex omnibus, quos numeravi, unus Paulus Venetus aliquantum aetate praeceffit: quo nomine nofter Mandovilla illuftrior, et laudandus magis, quod proximus a primo orbem pofteritati aperuerit. Sed et longitudo temporis aliud laude digniffimum adjecit, cognitionem videlicet linguarum. Fuit etenim, fiquis unquam alius, quafi Mithridates, ut Graeco utar vocabulo, πολυγλωσσότατος. Deinde, ne tot ac tantarum rerum varietates et miracula, quae oculatus teftis viderat, memoriaeque diligentiffime mandaverat, per otium aut negligentiam oblivione premerentur; fcripfit *Itinerarium* [e], opus ipfa dignum immortalitate: quod ut majori cum autoritate prodiret, Urbano, fi recte memini, quinto, pontifici Romano, examinandum obtulit. Haec habui cognita, quae de Magnovillano, equite Britanno, doctae pofteritati traderem. Sunt qui putent illum Hainvillae praedium eo loco habuiffe, quo Thomas Lovellius, eques maximi nominis, fplendidas noftra memoria aedes pofuit. Hartomannus Schedellus, Noricobergenfis, in fuis *Chronicis* Mandovillam Joannem de Monte villa appellat. Certum eft vixiffe Mandovillam ad quadragefimum annum regni Edoveardi tertii, fed de ejus obitu non poffum certa pronunciare [f]. Memini me puerulum multa de Mandovilla, referente quodam Jordane admodum fene, audiviffe, non tam de rebus ab illo geftis, quam de ejus fepulturae loco, quorum memoria noftra jam umbram tantum retinet. Illud recens eft, quod Duroverni, principe Cantiorum urbe, cryftallinum orbem, fed concavum, cum malo intus recondito, inter munera Thomae Beccheto confecrata repererim. Cumque a myftagogo rogaffem, quid miraculi effet, refpondebat, oblatum illud olim munufculum martyri a Joanne Mandevilla. Cujus cujus erat munus, mira res videre malum per tot annos a carie falvum. Fieri poteft, ut fpiritus omnino exclufus in caufa fit. Ex *Lelando*.

[b] Medicinae doctor fuit, tefte Johanne Roffo in *Hiftoria* fua. A. Wood. Mf. Pitf. [c] MCCC. *Itinerar.* Mf. Bodl. Laud. K. 2. [d] Interim Scythiam, Armeniam majorem et minorem, Aegyptum, utramque Libyam, Arabiam, Siriam, Mediam, Mefopotamiam, Perfiam, Chaldaeam, Graeciam, Illyrium, Tartariam, et alia fpatiofa orbis regna, laboriofo itinere vifitavit. Bal.

[e] 33 annorum, lib. i. (Bale. Mf Pitf. ii.) "Cum terra "Hierofolymitana." Mf. in coll. Corp. Chr. Cantab. N. xxx 4. et in bibl. Lumleiana. Anglice Mf. in Bodl. Muf. 72. (mutil. in pr.) et 151. Mf. Bodl. Fairf. 23. Pr. "For thy that manye men defyryn." Item Mf. Bodl. Laud. K. 2. et Mf. Norwic. More 289. Pr. "For as moche as "the lond over the fee." Hoc *Itinerarium* fcripfit linguis Anglica, Gallica, et Latina. Bale. Pitf. Extat Zwollis MCCCCLXXXIII. 4to. Scripfit etiam *De fitu terrae fanctae*, lib. i. Mf. in coll. Corp. Chr. Cantabr. N. xxx. 4. et in bibl. Lumleiana. *De mirabilibus mundi*, lib. i. "Quo-"niam ita res habet." Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. A. iv. 69. *Defcriptiones regionum*, lib. i. Extat Antwerp. an. MDLXIV. *De re medica*, lib. plur. [f] Obiit Leodii anno MCCCLXXII. 17 Nov. et apud fratres Wilhelmitas fepultus jacet. Bal. vi. 46. Pitf. p. 511. feq. Vide epitaphium ejus apud Pitfeum. Vide etiam Weever, *Funer. monum.* fol. 567.

[a] MANDUITUS inter Maridunenfes, qui ripas Ifidis incolunt, et jugem bonis literis operam adhibent, excrevit ad fublimem quandam rerum medicarum et coeleftium cognitionem: unde et famam plane eximiam, tandem fibi peperit. In confeffo eft eum illuftraffe tum medicinam tum aftronomiam libellis editis. Notae vel adhuc funt Manduiti ftudiofis *Mathematices tabulae* [b]. Extat et ejus de *Chorda recta*, et *Umbra* libellus [c]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Manduith, Bale. Mf. Lel. Trin. Mandwithus, Pitf. Socius collegii Merton. electus ann. MCCCV. A. Wood. Mf. Merton. [b] Tabula augmenti longiffimi diei fupra diem aequinoctii pro omni terra habitabili, itemque tabulae chordarum, finuum, longitudinum, et latitudinum, tum corporum coeleftium tum locorum in terra, quarum aliquae a Manduith perfectae funt in Oxon. MCCCX. uti et tabulae afcenfionis fignorum in circulo obliquo Oxon. verificatae per Manduith an. MCCCX. Mf. Bodl. Laud. 23. In Mf. Norwic. More 238. extat *Parvus tractatus editus a magiftro Johanne Manduith fuper* [*tabulas aftronomiae*, Mf. Macro.] *quatuor tabulis mirabilibus inventis in civitate Oxon.* MCCCX. Pr. pr. "Quia fcientia aftronomiae fine debitis." Tab. prima eft *De chorda, et arcu recto et verfo, umbris, etc.* Secunda *De arcu aequinoctiali elevato, et horis et arcu diei.* Tertia, *De altitudine ftellarum, et arcu diurno ftellae, et diftantia ab aequinoctio.* Quarta, *De afcenfionibus regionis tuae.* [c] Scripfit etiam *De doctrina theologica*, lib. i. "Legimus in Scripturis Sacris." Claruit anno MCCCXLII. Bal. v. 70. Pitf. p. 455.

S. MANER-

S. MANERRUS Scotus, episcopus, scripsit *Lecturas sacras*, lib. i. *Locos communes in Biblia*, lib. i. *Conciones pias*, lib. i. Floruit A. DCCCXXIX. Colitur ab ecclesia Scotica 18 December. Dempst. xii. 867.

MANING [THOMAS] Sub ejus nomine extant Mss. *Vita et epistolae Thomae archiep. Cantuar.* Mſ. apud Frazier.

MANSUETUS natione Scotus, vel quod idem sonuit hoc saeculo Hibernus; Romae ordinatus Leucorum genti evangelicam doctrinam praedicavit, et primus episcopus Tullensis in Gallia evasit. Adso abbas Dervensis, qui claruit A. DCCCCLXXX, scripsit *Vitam S. Mansueti* Scoti, quae extat in Fr. Bosqueti *Eccl. Gall. histor.* tom. i. p. ii. p. 23. Vid. Jo. Launoii *Dissertationem de* vii *episcoporum adventu in Galliam*, Parif. MDCLI. 8vo. Broweri *Histor. archiepiscoporum Trevirensium et episcoporum Tullensium*, Colon. MDCXXVI. ex edit. Masenii. "Claudiam secutus divum Petrum "Romam venientem audivit, ac ab eo una cum Materno Clemente in Gallias missus, circa "A. LXII." Brower. Scripsisse fertur *De apostolicis traditionibus*, lib. i. Quem Tullenses religiose asservant. Vide Mſ. in coll. Jesu Oxon. de divis Tullensibus, 84. Vid. Messingham. Tractatum praeambularem de nominibus Hiberniae, §. 1. Claruit A. C. LXII. Colitur 3 Sept. Quo anno obiit incertum est, post mortem in sanctorum numerum relatus est. Dempst. xii. 838.

MANWOOD [ROGERUS] patria Cantianus, apud Sandwicum natus. Studiis juris Angliae municipalis operam dedit. Fuit unus justiciariorum in communi banco: et tandem 21 Elizab. capitalis baro scaccarii. Scripsit, *De legibus forestae, etc.* Lond. MDXCVIII. 4to. *His lectures* MDLXVII. Mſ. in musaeo Thoresbiano 531. Obiit 35 Elizab. Fuller's, *Worthies*, ii. 76.

MAPAEUS [GUALTERIUS[a]] archidiaconus Isidis Vadi, a Gallofrido Monemuthensi, Henrico Venantodunensi, atque adeo multis aliis historiarum scriptoribus candide celebratus est: sed hoc praecipue facto memorabili, quod veterum indagator sedulus librorum ex Armorica Britannicam historiam, Britannice scriptam, ad suos Britannos reduxerit, ac publicam esse voluerit. Disquirenti autem, cui potissimum opus plausibile, at interim reconditum interpretandum traderet, Gallofridus Monemuthensis Britannicissimus opportune admodum occurrit: cui et provinciam delegavit. Acceptam vero ille interpretis curam diligentissime exegit, et historiam Britannicam Latinitate donavit. Irrepserant fabulae ac vanitates in hanc historiam multae, quas ille interpretatas, non tanquam vera asseruit: reliquit potius acri doctorum judicio qualiacunque illa discutienda. Sunt qui putant Gualterium ipsum rerum suo tempore gestarum annales concinnasse[b]. Ranulphus Higedenus Castrensis, si recte memini, scribit in quodam prologo se usurum Gualterii Oxoniensis historica autoritate. Floruit Gualterius[c], regnante in Anglia Henrico Belloclerico. Ex *Lelando*.

[a] In margine Mſ. Lel. Trin. nota J. Balei: "Ex duo- "bus unum facit Lelandus." [b] Quae de Gualtero Mapes habet Lelandus, rectius attribuenda sunt Gualtero Calenio, archidiacono Oxon. ante annos fere c. De quo vide supra. In hac sententia etiam est autor *Hist. et antiq. Oxon.* i. 47. Dominus Gul. Dugdale cartam originalem Thomae Barlovio episcopo Lincoln. communicavit sub hac forma: "Radulphus de Diceto, ecclesiae St. Pauli "Lond. decanus, et ejusd. ecclesiae capitulum, omnibus, "etc. Noverit universitas vestra, quod nos donationem, "quam Gualt. Map, Lincolniensis ecclesiae praecentor, et "noster con-canonicus, fecit." Gualterus autem Mapes, Henrico ii. regi Angliae a sacris, canonicus Sarisburiensis, ecclesiae Lincolniensis praecentor MCXCVI (*Collect.* Inett.) et tandem archidiaconus Oxoniensis anno MCXCVII. Pendente lite inter Giraldum Cambrensem (non Galfredum Monumetensem, uti hallucinatur Cl. Cave) et Hubertum archiepiscopum Cantuariae, de jure Menevensis ecclesiae, Romae aderat; quo tempore Romanae curiae vitia notavit: Praebendam Paulinam obtinuit, quam Galfridus Plantaginet, R. Hen. ii filius, reliquerat, quando electus fuerat episcopus Lincoln. *Distinct.* v. c. 6. *Nug. Curial.* Vir admodum festivi ingenii, qui lapsos pontificum, cardinalium, episcoporum, clericorum, et monachorum mores mordaci sale acriter perfricuit; unde poëmata sua sub fictis titulis et alieno nomine venditare solebat. Cave. p. 706. [c] Scripsit, *Apocalypsin Goliae pontificis*, lib. i. *Super vita et moribus ecclesiasticorum.* "A tauro torrida, "lampade." Mſs. in bibl. Bodl. NE. D. 21. Mſ. Digb. 166. Mſ. Langb. xviii. Pr. "Heu quanta desolatio An- "gliae." Mſ. Digb. 98. Mſ. Laud. D 83. Mſ. in Arch. Bodl. 52. Mſ. Cantab. in coll. C. C. Christi Miscell. L. Extat a Jo. Wolfio edita *Memorabilium lect.* tom. i. cent. xii. p. 430. Edita a J. Baleo MDXLVI. 12mo. et in Angl. translata, et *in usum ecclesiae* recusa MDCXXIII. [Ita Mſ. Bodl. NE. E. i. 12. quae est editio Balei, et translatio Mſ. prelo parata; sed an unquam recusa erat?] *Praedicationem Goliae*, lib. i. "Viri venerabiles, viri literati." Mſ. C. C. Christi Cant. Misc. L. *Confessionem ejusdem*, lib. i. "Aestuor intrinsecus, ira vehemens." Mſ. ibid. et in bibl. Bodl. Mſ. Digb. 166. f. 62. Goliam esse poëtam comicum gulae et scurris deditum a Gualtero Mapes diversum, attamen coaetaneum sentit Ric. Jamef. in bibl. Bodl. Mſ. 1. 320. *De conjugio*, vel *disceptationem nubendi*, sive, *De malis conjugii*, lib. i. "Sit Deo gloria, laus, et bened." Mſ. ibid. et Cott. Vespaf. E. xii. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 166. f. 73. Anglice Digb. 181. Mſ. bibl. Bodl. Arch. B. 52. Mſ. Cotton. Titus, A. xx. "Gualter Maape, arch- "deacon of Oxford, temp. Hen. ii, did under the name "of Valerie write a book *De non ducenda uxore*, with a "paraphrase upon it sometime Mſ. in bibl. Tho. Allen, "termed Valerius ad Rufinum." A. Wood. Mſ. coll. ∇. Pr. "Loqui prohibeor et facere non possum." Mſ. bibl. Bodl. Digb. 166. ii. 147. cum glossa non brevi. Extat in distinctione quarta *De nugis curialium.* Mſ. Merton. P. iii. 16. Diversus autem est hic a libro *De malis conjugii.* *Ad malos pastores*, lib. i. "A legis doctoribus lex evacua- "tur." Impr. apud Jo. Wolf. *Memorabilium lect.* tom. i. cent xi. p. 439. *Ad Christi sacerdotes*, lib. i. "Vere bea- "tissimi [dilectissimi] sacerdotes Dei praecones." Mſ. bibl. Bodl. Digb. 166. Impr. apud Wolf. lib. cit. p. 439. "Vere venerabiles:" ita incipit *Exhortatio Richardi, archiepisc. Cant. ad sacerdotes*, carmine rhythmico. Mſ. C. C. C. Cantabr. Misc. L. p. 426. *Planctum super episcopis*, lib. i. "Complange tui Anglia melos suspendens." *In papam et curiam*, lib. i. "Roma mundi caput est, sed "nil capit." Mſ. in coll. Corp. Christi Cantabr. cit. *Carmen ebriosum*, lib. i. "Tertio capitulo, memoro taber- "nam." Hoc est pars *Confessionis*, non carmen distinctum. Mſ. Langbain xviii. in bibl. Bodl. *Ad impios praelatos*, lib. i. "Dilatatur impii regnum Pharaonis." Impr apud Wolf. lib. cit. p. 473. *Sermonem ad eosdem*, lib. "Tem- "pus acceptabile, tempus est salutis." Impr. ibid. p. 441. Liber anonymus hujus princ. extat Mſ. bibl. Bodl. NE. D. 2. 1. rhythmis per quaternos scriptus. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 16. f. 6. *Anathema pro pileo*, lib. i. "Raptor mei "pilei morte moriatur." *Dictamen lectionis loco*, lib. i. "Tanto viro locuturi, studeamus esse puri." Mſ. bibl. Bodl. Digb. 168. f. 212. et Digb. 166. f. 56. *De malis Romanae curiae*, lib. "Utor contra vitia, carmine rebelli."

Impr.

Impr. apud Wolf lib. cit. p. 442. *De palpone et assentatore*, lib. i. "Multi mortalium in mundi stadio." Ms. Cotton. Vespas. E. 12. *De malis monachorum*, lib. i. "Noctis crepusculo brumali tempore." Ms. C. C. C. Cantabr. Misc. L. Et Ms. Cotton. Titus, A. xx. "Noctis "sub silentio." Ms. bibl. Bodl. Digb. 28. f. 27. Ita etiam incipit Ms Digb. 75. ad cujus finem (sine autoris nomine) vocatur *Disputatio corporis et animae*. Ita Ms. Bodl. NE B. 1. 2. Haec autem diversa est a *Carmine de monachis*. Pr. "Noctis crepusculo," etc. Ambo Ms. Cotton. Titus, A. xx. *Ad utrumque statum*, lib. i. "Suscitavit Dominus, simplicem et brutum." *De Thetide et Lyeo*, lib. i. "Cum tenerent medium omnia tumultum." Ms. bibl. Bodl. Digb. 166. f. 104. Haec pleraque meliore rhythmo quam ratione dicta suspicor esse suppostitia, et scurram potius quam Mapum habere auctorem. Pitf. p. 284. *De contemptu mundi*, lib. i. "Cur mundus militat sub vana." Ms. Bodl. Digb. 28. f. 24. Ms. Bodl. NE. F. 3. 9. et Ms. Cotton. Titus, A. xx. *De punitione peccati* (sc. quomodo Deus destruxit, etc. Vide Catal. Mss. Cotton. Titus, A. xx. 8.) lib. i. "Omnis caro peccaverat, et suam viam." In Ms. Cotton. Titus, A. xx. f. 67. legitur "et viam vitae "corruperat." *Super convocatione cleri* [*sacerdotum*, J. Bale. add. Ms Trin.] lib. i. "Novus rumor Angliae partes "peragravit." Ms. Cotton. Titus, A. xx. Carmen hujus pr. Ms. Bodl. Arch. B. 52. ita inscript. *Examinatio sacerdotum propter concubinas*: quod certe Mapum habet autorem. *De mundi miseria*, lib. i. "Ecce mundus moritur "vitiis sepultus." Ms. Titus, A. xx. *De fide trinitatis*, sive *de incarnatione filii*, lib. i. "Multis a confratribus "pridie rogatus." Ms. Bodl. Digb. 166. f 59. Ms. Digb. 28. 25. *De Christo et ecclesia*, Ms. Cott. Titus, A. xx. 45. *De Maria virgine*, lib. i. "Pone scribentium tot esse mil-"lia." Ms. Titus, A. xx. 46. In Ms. Bodl. Arch. B. 52. inter alia Mapi carmina est carmen in laudem B. Mariae, sed initio mutilum, quod forsan eundem habet autorem. *Cambriae epitomen*, lib. i. "Libri cursus nunc Cambriam," etc. Ms. Bodl. Digb. 196. *Topographiae* [*Giraldi*, Ms. Trin. add. J. Bal.] *compendium*, lib i. "Lectio certa prod-"est varia." Ita incipit ep. Giraldi Camb. praefixa *Hist. Hibern. Commendationes Giraldi*, lib. i. *In Cistertienses monachos*, lib. i. Hoc ex Baleo (ut plerique omnia) Pitseus, qui testimonio Giraldi hoc asseruisse videatur dicentis "Mapum facetias plures in Cistercienses monachos evo-"muisse." Et fecit certe libro i. *De nugis curialium*, neque alium librum peculiarem Gyraldum intellexisse crediderim, Ms. Langb. ad marg. A. W. P. Ms. Scripsit etiam *De nugis curialium*, lib. v. [Dist. v. 1. habet capita 32. ii. 32. iii. 5. iv. 16. v. 7.] "In tempore sum, et de "tempore loquor." Ms. in bibl. Bodl. Arch. B. 52. Multa historica continet luce haud indigna. Hoc opus scripsit anno MCLXXXII. ut ipse fatetur *Dist.* iv. cap. i. Ex his libris plurima descripsit Ric. Jamesius, Ms. xiv. in bibl. Bodl. Missus erat auctor noster a rege Angliae ad concilium Romae celebratum sub Alexandro iii, uti ipse fatetur *Distinct.* i. cap. 31. et *Dist.* v. cap. 5. in quo concilio egit et adversus Valdesios disputabat. Fatetur etiam quod studuit Parisiis. A. Wood. Ms. P. ex Twino vel Langbain 241. In cod. Digb. 166. bibl. Bodl. habentur etiam hujus Gualteri (metrice) *Disputatio inter cor et oculum*. Pr. "Siquis "cordis et oculi" *Defensio uxorum sacerdotalium*. Pr. "Ita quidam presbyter coepit." In cod. Bodl olim 4to. G. 48. Th. nunc. Ms. Bodl NE. F. iii. habenter inter alia quae (ut Cl. Langbaino visum est) Gualt. nostro debentur, hujus *Metra de S. Thoma Cantuar.* Pr. pr. A. et A. "Karissimi patris pax." Hic codex multa continet carmina ultra aetatis genium bona, sed quare Gualtero ascribenda sunt, plane non video. Addidit J. Baleus Lelando Ms. Trin. praeter superiora, *De moribus hominum*, lib. i. *Descriptionem Norfolciae*, lib. i. [c] Claruit A. D. MCCX an MCXC. J. Bal. add. Lel. Ms. Trin. Bal. iii. 61. Pitf. p. 283, seqq. Cave p. 706. Voss. p. 439.

MAPLET [JOHANNES] magister artium Cantabrigiensis, scripsit, *A green forest or natural history, wherein may be seen the soveraign vertues of all kinds of stones and metalls, herbs, trees, beasts, fouls, fishes*, etc. Pr. ded. Thomae com. Sussex. "Bathyllus he of Samos, most honourable "lord." MDLXVII. 12mo. *The dial of destinie, wherein may be seen the continual course, disposition, qualities, effects, and influence of the seven planets over all kind of creatures here below; also the situation of countrys and kingdoms, compiled as well astrologically as poetically and philosophically.* Pr. ded. dom. Christoph. Hatton. "Oenopides Chius, most honourable sir, dedicated." Dat. from Northall Dec. 10. MDLXXXI. London. MDLXXXII. 8vo. Claruit Cantabrigiae A. MDLXVII. Vide *Preface* of Boswell's *Armory*. Quidam JOHANNES MAPLET A. M. collatus per episcopum London. ad vicariam de Northall in com. Middlesex. 30 April. MDLXXV, quae vacabat per ejus mortem ante 9 Octob. MDXCII. Newc. i. 703. vide et vol. ii. 385.

MARBECK [JOHANNES] (MERBECKE ad finem *Communium precum*) capellae S. Georgii Windesor. organista; musicus sui seculi clarissimus. Scripsit, *A concordance of the Bible*. Pr. ded. regi Edw. vi. "Better nor a more blessed thing cannot." Lond. MDL. fol. Vid. Fuller's, *Worthies*, p. 91. ubi plura de hoc libro. *The lives of holy saints, prophets, patriarchs, etc. out of the H. Scriptures alphabetically*. Pr. ded. ded. dom. Burleigh. "Albeit, right honourable, "it were good." Lond. MDLXXIV. 4to. *The ripping up the popes fardel.* Lond. MDLXXXI. 8vo. *Book of notes and common places with their exposition.* Pr. ded. comiti Huntingd. "As the chil-"dren of." Lond. MDLXXXI. 4to. *Examples drawn out of Holy Scripture, with their application. Also a brief conference between the pope and his secretary.* Lond. MDLXXXII. 8vo. *Dialogue between youth and old age.* Lond. MDLXXXIV. 8vo. *The book of Common prayer noted.* Pr. "In this booke "is conteyned so much of the order of common prayer, as is to be song in churches." Lond. by R. Grafton. MDL. 4to. Claruit A. MDL vel potius MDLXXXIII. Bal. par. post. p. 107. *Fasti Oxon.* i. 704. Fuller's *Worthies*. p. 92. Fox. 1214.

MARCELLINUS [a] homo Anglus, e numero [b] monachorum fuit, quos illustris memoriae Ecbertus, archiepiscopus Eboracensis, in Frisiam, tanquam apostolos, misit [c]. Quocirca satis admirari non possum, qui factum sit, ut Beda, hujus rei scriptor vel diligentissimus, nullo prorsus, quod sciam, loco Marcellini meminerit. Sed haec tam docti viri incuriola mihi aequiori animo ferenda est, quod Augustinus Acgaeus, clarissimus antiquitatis et Frisianae historiae assertor, illum luci ac patriae nuper, me audiente, restituerit; atque hoc potissimum auctario, ut affirmaverit Marcellinum *D. Suithberti, alias Wiberti*, cui familiarissime adhaeserat, *Vitam* nitide, docte, ac eleganter scripsisse [d]. Hic fuit ille Swithebertus, quem Christianorum pietas propter Rheni fluminis ripam, in

[a] Marcellinus a patria natali Brigantius juxta Baleum cognominatus. [b] Numero xii monachorum. Ms. Lel. Trin. [c] Anno DCXC. Pitf. [d] Lib. i. "Venerabili "ac dilecto in Christo." Ms. in eccl. collegiata Caesaris insulae. Extat Coloniae apud Henr. de Nussia anno MDVIII, Pitf. De hoc Suidberto Verdensi quaedam habet Bal. xiii. 61. sed

in loco, qui dicitur Verda Caesaris, non multis passuum millibus a Colonia Agrippina, magnifice sepeliendum curavit. Jam immortalitati Marcellini, adjuvante Acgaeo, utcunque consuluimus. Sed alii Angli instant a praedicto Ecberto in Frisiam missi, viri cum literis, tum religione ad miraculum insignes, quos Beda innominatos praetermisit. Age igitur, satisfaciemus et illorum expectationi; nam jure quodam suo illustrem de se fieri mentionem petunt. Juvat itaque duodecim apostolorum nomina, quos ab Ecberto olim missos. Frisia vel hodie in memoria quam fidelissime retinet. Sic fiet, ut lector per se judicet, quos Beda silentio transiverit. Non hic laborabo, cui ex illis primum locum tribuam; quin potius, ut quisque ad calamum venit, ordinem sortiatur. Marcellinus casu primus est; sequuntur Suithebertus, Willibrordus, Werenfridus, Willibaldus, Winfridus, Hevaldus niger, Hevaldus albus, Ogerus filius regis Deirorum, Plechelmus, Lebuinus [e]; duodecimi apostoli nomen in praesentia non occurrit. Ignoscas, lector, brevitati nostrae memoriae; atque ad cumulum adjicias Ogerum Gruningi tumulatum fuisse, Hevaldos autem Coloniae. Haec ego et Acgaeus, de quo plura in Richardo Anglico, in lucem protulimus [f]. Ex *Lelando.*

sed nullorum scriptorum meminit. Scripsit Marcellinus *Swithberti vitam.* *Vitam Willebordi*, lib. i. *Vitam Wilhici*, lib. i. *De tyrannide Radbodi, regis Frisiae*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. *Conciones*, lib. i. Pits. p. 153. [e] Et Julius. Ms. Lel. Trin. Bal. [f] Claruit anno DCCLXI. Pits. p. 153. A. 780. Bal. ii. 19.

S. MARCELLUS sive MOENGALL, patria Scotus; avunculo S. Marco episcopo Scotico peregrinationis Romanae comes, ubi monachus evasit, et bonis literis sedulo invigilavit. Scripsisse fertur, *De septem liberalibus disciplinis*, lib. i. *De musica*, lib. i. *De cantus ecclesiastici reformatione*, lib. i. Claruit A. DCCCCXII. Colitur 17 Decemb. Dempst. xii. 919.

MARCERIUS historicus Anglus (Bal. Pits.) Scotus (Dempst.) Scripsit *Chronicorum opus*, lib. i. quod memorat Johannes Baconthorpius in *Prologo quarti sentent. quaest.* x. Huic addidit Dempsterus *Adventum Scotorum in Albionem*, lib. i. *Regum Scotorum gesta usque ad regem Caractacum, qui numero est* xviii. sc. *ad* A. C. LIII. Bale xi. 19. Pits. *App.* p. 886. Dempst. xii. 881.

MARCHAM [THOMAS] monachus Abendon. Scripsit *Chronica sui monasterii.* Ms. A. Wood. p. 72.

MARCHE [JOHANNES] capellanus Anglus, ad instantiam dom. Johannis (Gul.) Passington, scripsit *De metris.* Pr. " Cum variationem coloris." Ms. olim penes Jo. Dee. Ms. Bodl. Digby. 29. f. 13. A. Wood. Ms. Pits. princ.

MARCHELMUS natione Britannus, S. Marcellini frater, primo S. Willibrordi, deinde S. Gregorii Trajectensis episcopi discipulus. Scripsit *Interpretationem somnii Ludgeri*, lib. i. Claruit A. DCCLXXII. Pits. p. 155.

MARCHILEY [a] [JOHANNES] sive MARDELEGUS, veluti signifer inter Chordigeros omneis, alacerrimi juxta ac promptissimi erga virtutem animi partes complevit. Jamque in provincia sua prima fungebatur autoritate [b], cum ecce ingens orta controversia de conceptione D. Virginis. Dominicani in hac lite gravi suspicione non carebant. Gulielmus Jordanus, ejus sectae cultor, et erroris cum fautor tum adjutor quoque, iniquam modis omnibus solicite promovebat causam. Non tulit Mardelegus hostis insolentiam nimiam illam, effrenem quoque, et petulantem; et edito nervoso victor libello adversarium tantum non infamem reddidit [c]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Marchiley, frater Franciscanus. [b] Praeses erat provincialis. [c] In *Registro* capituli S. Petri Ebor. apparent literae testimoniales de nostro Joanne hunc in modum: " Universitati vestrae innotescat, quod religiosus vir fr. Johannes de Marthelay, de ord. Min. sacrae paginae prof. " de conceptione B. Mariae virg. in domo nostra capitulari, et in scholis cancellarii dictae ecclesiae suam proferens et determinans opinionem absque illatione probrorum et improperiorum quorumcunque benigne, modeste, et curialiter se gerebat, et si quae probrosa ei " fuerant imposita, ea sustulit patienter prout decuit sapienter. In cujus rei testimonium has literas sibi fieri " fecimus patentes, sigillo nostro pendente signatas. " Dat. in domo nostra capitulari 10 Apr. MCCCLV." Item Ex *Reg.* Ebor. " Joh. Mardisley, fr. Minor. S. th. D. " praedicabat coram rege in die Pentecostes MCCCLXXIV. " et in convocatione eodem anno acriter disputat contra " jurisdictionem papae in temporalibus in regno Angliae: " ubi contra Joh. Owtredum, mon. Dunelm in hoc thema, " *Ecce duo gladii sunt*, papae temporalem potestatem defendentem, assumpsit statim illud, *Mitte gladium tuum " in vaginam*, ostendens, quod illi gladii tales potestates " non significabant; et quod Christus tale dominium temporale non habebat, nec apostolis tradidit, sed relinquere docuit. Quod probavit per Scripturas et evangelia; per doctorum originalia, ex exemplo religiosorum, " qui sua relinquunt; per decreta: et ostendebat, quod " papa fatetur se dominium generale non habere. Et narravit, quomodo Bonifacius viii statuit se dominum " omnium regnorum, et quomodo fuit repulsus in Francia " et Anglia," etc. Eulogium Ms. Cotton. Galba. E. iv. Scripsit *Super Mariae conceptione*, lib. i. *Quaestiones* quoque, lib. i. Obiit anno MCCCLXXVI, et Eboraci humatus jacet. Bal. vi. 60. Pits. p. 515. Hujus meminerunt libri capituiares Ebor. Jan. MCCCLXXI.

S. MARCO [HIERONYMUS de] gente Anglus, ordinis S. Francisci de observantia frater, baccalaureus Oxoniensis academiae. Scripsit *Parva logica*, lib. i. De aetate nihil invenio. Pits. *Append.* p. 864. Wadding. p. 172.

MARCUS SODORENSIS episcopus celebravit synodum in ecclesia S. Bradani in Mannia 6 id. Martii MCCXCI, in qua edidit *Statuta synodalia.* Pr. " Statuimus ut singuli capellani." *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. p. 175. seqq.

MARDILEY [JOHANNES] clericus monetariae regis in Suthwerco, qui tempore reginae Mariae officio hoc expellebatur. (*Praef.* tractatus ejus *De eucharistia*, ad reg. Elizab.) Scripsit

 Anglice,

Anglice, *Contra simulachrorum cultum*, lib. i. *A declaration of the power of God's word touching the body and blood of Christ.* To the duke of Somerset. Pr. ded. "Consydering, redoubted and "most noble prince, how prone." By Joh. Mardeley, clerk of the king's mint, called Suffolk-house. *With a complaint against the stiffnecked papist in verse.* Pr. "Alas I lament the dull." Lond. by Tho. Raynald. MDXLVIII. 8vo. *A brief declaration of the institution and true effect of the Lords supper with the attachement as well by H. Scripture, as by divers autors, with sundry abuses in the mass, and in giving orders, and an invective against the papists.* Pr. ded. reg. Elizab. "In "the late tyme of persecution." Carmine Anglicano. Ms. bibl. reg. Westmon. 17. B. xxxvii. *Instructionem ad avaros super mammonae periculo*, lib. i. Pr. ded. Johanni Webb, mercatori Salisburiensi. "The cause and occasion that I have." London. by Tho. Raynald. . . 8vo. *Contra catechismum Justi Jonae*, lib. i. *De ingratitudine Scotorum*, lib. i. *Gubernaculum hominis*, lib. i. *Super reditu sui Josiae*, lib. i. *Christianae vitae semitam*, lib. i. *Querelam Anglicae reipublicae*, lib. i. Ob hunc librum vix mortem evasit. *Religiosas cantilenas. Davidicos Psalmos* xxiv *in Anglicas odas vertit. Here is a short resytal of certyne holy doctors, which proveth, that the natural body of Christ is not conteyned in the Lord's supper, but figuratively. Collected in myter by* Jo. Mardeley. Pr. It is marvelled moche." Lond. . . 12mo. Claruit A. MDL vel potius MDLVIII. Bal. par. post. p 106.

MARFELDUS [JOANNES] sive MARIFELDUS [a], homo ad philosophiae et rei medicae cognitionem reconditam illam compositus, eo eruditionis pervenit, ut a civibus Londinensibus, per eum nullo non morborum genere curatis, immortalem famam acceperit. Scripsit *De arte medendi* vel justum volumen, quod et *Praxin* [b], Gilberti Anglici, medici clarissimi, industriam secutus, vocavit; quo [c] opere, ut Gilberto interiori causarum cognitione cessit, ita in praxi eundem longo praecessit intervallo. Multa mihi de hoc Marifeldo narravit Bertholetus medicus, adfirmans eum aedes propter [d] xenodochium Bartolomaeanum Londini incoluisse. Ex *Lelando*.

[a] Johannes Marfeld, sive Mirfeld, Londini natus, Pits. et academiae Oxon. alumnus. Ms. Twyni nota ad marg. Bal. [b] Praeter *Praxin medicinae*, scripsit *Breviarium Bartholomaei*. Ms. in coll. Pembr. Oxon. A. Wood. *Hist. Oxon.* ii. 3. Liber magnus Ms. medicinalis, in folio, intitulatus *Breviarium Bartholomaei*, compositus per ven. virum Johannem Mirfeld commorantem in monasterio Sti. Bartholomaei London, a quo liber iste denominatur. Pr. "In principio hujus compilationis sicut in omnibus operi-"bus nostris Deo gratias agamus." Quem librum mutuo accepi a dom. doct. Clayton. Br. Twyne ⩒ 96. In Ms. Lambeth cxx. 4to. est — *Parvus tractatus collectus ex dictis doctorum medicinae de signis pronosticis mortis, et ponitur in speculo Johannis Mirfeld, quod opus composuit in monasterio S. Bartholomei London juxta Smythfelde, ac etiam aliud opus composuit, quod vocatur Breviarium Bartholomei.* Pr. "Cum "accesseris ad infirmum." In Ms. Harl. xxxiii. A. 3. citata est quaedam *Oratio hujus Johannis de Mirfeld ad S. Bartholomaeum.* [c] Quo in opere. Ms. Lel. Trin. [d] Aedes prope xenodochium. Ms. Lel. Trin. Claruit tempore Henrici vi. Ms. Twyne l. c. *Hist. et antiq. Oxon.* l. c. Bal. in part. post. p. 66. Pits. in *Append.*

S. MARGARETA, neptis Edmundi regis Angliae, filia Edvardi nata in Hungaria, exulante patre, uxor Malcolmi iii regis Scotiae. Scripsisse fertur *Preces quasdam pias*, lib. i. Obiit A. MXCVII. 4 id. Junii. Dempst. xii. 832.

MARGARETA comitissa Richmondiae, mater regis Henrici vii. Transtulit, *Speculum aureum peccatorum, ex Gallico in Anglicum.* Pr. pr. "The wise man in his boke named." Cap. viii. Lond. Joh. Skott. MDXXII. Et Wink. de Word. MDXXVI. 4to. *De imitatione Christi et contemptu mundi ex Lat. in Angl.* cap. xviii. Pr. pr. "Come to me, sayth our mercifull." Lond. MDIV. 4to. Est sc. quartus liber Gersonis *De imitatione.* Obiit 29 Junii A. MDIX. Ms. Cotton. Vitell. C. xvii. 6. Fuller, *Cantabr.* 94.

MARHAM [RADULPHUS] frater Augustinianus in coenobio Linnensi, Cantabrigiae sedulam bonis literis operam dedit, et ibi SS. theologiae doctor evasit. Scripsit *Manipulum chronicorum*, lib. vii. "Fratribus religionis animo." Nomen operi huic insigni non addidit, sed in exordio primi libri, primorum verborum capitales literae conficiunt *Frater Radulphus Marrham. Indices amplos in eadem Chronica*, lib. ii. "Aaron quando nascitur?" *Conciones plures*, lib. i. Claruit A. D. MCCCLXXX. Bal. vi. 59. Pits. p. 524.

MARIA regina Angliae. Transtulit in Anglicum sermonem *Erasmi paraphrasin in evangelium S. Johannis.* Pr. "The laste yere, most gracious." Inchoavit, sed aegritudine impedita perfecit doct. Fr. Mallet. praef. Nic. Udall. Lond. MDXLVIII. fol. *Precem D. Thomae Aquinatis.* Ita testatur dom. Morley in *Epist.* quadam ded. Extant, *Her speech about Wiat at Guildhall* 1 Febr. Fox. 1 edit. 1730. *Her letter to the duke of Norfolk* 8 Febr. 1. anno regni. Ibid. 1731. *Eight letters to the king, protector, and counsel about using mass in her houses, and the imprisonment of Dr. Mallet for the same,* tempore Edw. vi. Ibid. 888. etc. *The history of her life and death; also an account of the martyrs that suffered death, during her reign.* Lond. MDCLXXXII. 8vo.

MARIA regina Scotorum, Jacobi v. vidua, scripsit ad filiam in Galliis agentem *Monita politica*, lib. i. Seu nomina eorum, qui dignitate vel virtute in regno pollebant, ut ipsa intelligeret, quibus fidere deberet, et a quibus cavere. Obiit Edinburgi 11 Junii A. MDLX. Dempst. xii. 937.

MARIA regina Scotorum filia Jacobi v. mater Jacobi vi. Francisci ii Galliarum regis dotaria, scripsisse fertur, *Carmina Latine, Gallice, Scotice varia*, lib. i. *Long French copy of her love to Bothwell.* Pr. "O Dieux ayez de moy compassion." Ad finem *Detectionis conjurationis contra* reg.

reg. per Geo. Buchan. Two diftichs apud Fuller. p. 181. *Confolationem diuturnae fuae cuftodiae*, lib. i. *Epiftolas ad regem Galliarum*, *Guifios confanguineos*, *reginam Elizabetham*, etc. Inter quas *Decem epift. amatoriae ad Bothwell.* In Geo. Buchan. l. c. *Epiftolae ad Elizab. reginam.* Strype *Eliz. App.* 61. Mf. Afhmol. 1720. *Epiftolae ad papam.* Fuller, Cent. xvi. p. 82. 99. et inter *Epiftolas* Pii v. Antv. MDCXL. 4to p. 367. *Epift. ad monfieur Manvinfiere.* Mf. Afhmol. 1720. *Monita regalia ad filium*, lib. i. *Her genuine letters to James earl of Bothwell, tranflated from the French originals by Edw. Simmonds.* Weftminft. MDCCXXVI. 8vo. *A difcourfe in defence of the right of Mary queen of Scots to the crown of England.* Mf. Afhmol. 829. Vita ejus ibidem. Vide *Scriptores vitae et rerum geftarum* ejus a Sam. Jebbio editos 2 vol. fol. Lond. MDCC. . . et *The life of Mary Steuart Q. of Scotland and France*; *done out of French*; *by James Freebairn.* Edinb. MDCCXXV. 8vo. Decollata erat Fodringhamiae 18 Febr. MDLXXXVII, et Petroburgi fepulta; abinde a rege Jacobo vi. tranflata Weftmonafterium.

MARIANUS alias MULMURRIUS O-LAGHAN Hibernus; decanus primum Tuamenfis, deinde ejufdem ecclefiae archiepifcopus, peregrinationem religionis ergo Hierofolymam ufque fufcepit, atque hanc fuam peregrinationem literis commifit. Obiit Athlonae A. MCCXLIX paulo ante feftum natalis Domini. War. p. 60.

MARIANUS SCOTUS dictus, in Scotia vel Hibernia A. MXXVIII natus; cucullum induit A. MLII. Poft quadriennium patriae valedicens in Germaniam (Galliam Sigebertus) trajecit, ubi primum in coenobio S. Martini Coloniae, dein in Fuldenfi, et tandem Moguntiae vitam egit; ubi fatis conceffit A. MLXXXVI. Scripfit *Chronicon a mundo condito ad* MLXXXIII. lib. iii. "Divino informamur praecepto." Ita edita exemplaria; fed in Mf. Bodl. NE. F. x. 6. et Mf. C. C. C. Oxon. 157. in prologo autor dicit fe perventurum effe ad A. MLXXVI. fecundum Dionyfium. Hoc continuavit ad A. MCC Dodechinus abbas S. Dyfibodi. Bafil. MDLIX. (qui tamen initio ufque ad cap. ix. lib. i. mutilus.) fol. Prodiit cum continuatione faepius. Francof. MDLXXXIII. fol. Ita rubrica etiam ad finem *Hiftoriae* Henrici Huntingd. Mf. Grefham. 46. Codicem ejus Mf. Bodl. NE. F. x. 6. tempore Henrici i. fcriptum, edito duplo auctiorem in bibl. Oxon. extare teftatur Br. Twynus, *Antiq. Oxon.* i. p. 67. Prologus. Quae in principio defunt ex hoc codice fuppleri poffunt. Sed quae fequuntur adventum Saxonum aucta funt interpolationibus Florentii Wigorn. et monachi cujufdam S. Edmundi Burienfis, qui *Cronicon* ad mortem Henrici primi continuavit. Hoc *Chronicon*, excepto prooemio, impreffum extat fub nomine Flor. Wigorn. Francof. . . . . fol. et non videtur effe Mariani, quia tum in impreffo, tum in Mf. Marianus dicitur obiiffe A. MLII. aerae Dionyfianae. Praefatio meminit aetatis praefentis MLXXVI fecundum Dionyfium. Mf. Bodl. NE. D. 3. 5. extat liber ita intitulatus: *Mariani Scoti chronica ufque ad obitum regis Stephani.* Falfiffimum fane. Extremum hujus *Hiftoriae* nihil aliud eft, quam H. Huntingdon. lib. x. uti nota indicat. Quae autem Simeonis Dunelm. aut Rogeri Hovedeni revera funt. Matth. Weftmonaft. in *Floribus hiftor.* Marianum *Chronicon* fuum ufque ad A. MLXXXII perduxiffe afferit. Br. Twyni nota in margine Mf. C. C. C. Oxon. p. 338. In Mariano Scoto five Florentio Wigorn. Mf. in C. C. C. Oxon. 157. olim ad ecclefiam Wigorn. fpectabat. A. MXXVIII.—MLIV. Eod. anno natus eft Marianus Hibernenfis, probabilis Scottus; cujus ftudio et labore haec *Cronica* praecellens eft de diverfis libris coadunata. A. MXLIII—MLXV. Animchadus Scottus modo et inclufus in Fulda obiit; fuper cujus fepulchrum vifa funt lumina, et pfalmodia audita eft. Super cujus fepulchrum Marianus hujus *Cronicae* auctor decem annos ad pedes ejus inclufus ftans miffam cantavit: Qui etiam haec de fupradicto Animchado retulit—Haec ait Marianus. A. MXLIX.—MLXXI In margine eft nota de S. Fridefwidae monafterio, et dein—Noftro tempore datus eft ifte locus a Rogerio Salebirienfi epifcopo cuidam Wimundo canonico—[ad quam haec in margine ulteriori annotavit Br. Twyne] In exemplari Mf. quod eft in bibl. publ. Oxon. ifta verba habentur in textu ipfo. Rogerus autem confecratus epifcopus Sarum A. D. MCVII. Et tamen Marianus Scotus perduxit *Chronicon* fuum nifi ad A. MLXXXII. A. MLII.—MLXXIV. Marianus chronographus faeculum reliquit. A. MLVI.—MLXXVIII. Marianus peregrinus factus pro coelefti patria venit Coloniam, ibique in monafterio Scottorum S. Martini quinta feria kal. Aug. monachus factus eft. A. MLVIII.—MLXXX. Feria fecunda poft octav. Pafchae de Colonia caufa claudendi cum abbate Fuldenfi ad Fuldam fuper mattam, fupra quam combuftus eft [Paternus Scotus] ego oravi. Haec ait Marianus Scotus inclufus. A. MLIX.—MLXXXI. Marianus inclufus cum Sigifrido Fuldenfi abbate juxta corpus S. Kiliani in Wirziburgh confecratus eft prefbyter fabbato mediae quadragefimae 3 id. Martii et feria vi. poft afcenfionem Domini pridie id. Maii inclufus eft in Fulda per annos decem. A. MLXIX.—MXCI. Marianus poft x annos fuae inclufionis in Fulda juffione epifcopi Moguntini et abbatis Fuldenfis 3 non. Aprilis fer. vi. ante Palmas Mogontiam venit. Marianus 6 id. Julii in natali fanctorum vii fratrum in eadem urbe juxta principale monafterium includitur. *Super Lucam abbreviationes.* [*Breviarium fuper Lucam*, lib. i.] *Evangeliftarum concordiam*, lib. i. "Fuit in diebus Herodis regis." Ita incipit lib. ii. *Chronici*, Mf. Bodl. NE. F. x. 6. *De univerfali computo*, lib. i. "Menfes dicuntur a menfura." *Emendationes Dionyfii*, lib. i. "Quia chronicae novae annorum." Videntur extare Mfs. Bodl. NE. F. x. 6. ubi Mariani *Cronico* praefixae funt tres emendationes anni incarnationis Domini et cycli Pafchalis. *De magno cyclo Pafchali*, lib. i. *Algorifmum quoque*, lib. i. *Annotationes Scripturarum*, lib. i. *Epiftolas hortatorias*, lib. i. *Excerpta de evangeliftarum voluminibus five doctoribus*, cap. 24. Pr. "Quoniam chronicae novae Dominicorum annorum." Mf. Cotton. Tiberius, E. v. 26. Haec excerpta eodem cum *Emendationibus*

dationibus Dionysii incipiunt principio verborum. *Commentaria in Psalmos*, lib. i. *Notitiam utriusque imperii*, lib. i. *Epistolas omnes D. Pauli Mariani Scoti manu exaratas* A. MLXXIX. et *annotationibus marginalibus ac interlinearibus ab eodem illustratas* in biblioth. Caesarea asservari monet Lambecius *Comment.* ii. cap. 8. p. 749. Liber *Mariani Scoti de variis opinionibus contra resurrectionem, continens 24 capita.* Ita vetus nota in principio Mſ. Merton. bibl. Oxon. N. vii. 15. Sed nunc desideratur. Bal. XIV. 45. Dempſt. xii. 837. War. p. 50. 51. Cave. p. 613. 614.

MARISCO [JOHANNES de] grammaticus aetatis suae peritus; fuit institutor puerorum in monasterio S. Fidei in comit. Norfolc. Scripsit, *De variis metrorum mensuris*, lib. i. "Versus proprie dictus." *Genera verborum et nominum*, lib. i. "Haec sunt nomina generis." Olim extabant in bibliotheca Sancto-Fidensi. In Mſ. Bodl. Digb. 81. datur tractatus h. t. *Compotus manualis.* Pr. "Compotus iste dividitur in 5." Ad cujus finem: *Explicit compotus manualis in usum Cantabrigiae*; qui dicitur Joh. de Marisco. Sed videtur hic Johannes de Marisco esse tantum nomen scriptoris; quia ita subscribuntur alia in eodem volumine scripta, quorum autores constant.

MARKAUNT [THOMAS] socius collegii D. Petri, vel, ut in libro *Ultima voluntas* extat, collegii Corporis Christi Cantabrig. fuit procurator academiae A. MCCCCXVII. Scripsit *Privilegia et immunitates academiae Cantabrigiensis.* Vid. Fuller, *Hist. Cantabr.* p. 65. *Ultimam voluntatem, sive statuta Thomae Markaunt de dispositione librorum Mss. num. 76. quos collegio Corp. Chr. Cantab. legavit.* Mſ. extat in bibl. C. C. C. Cantabr. sub. 8. Obiit 19 Nov. MCCCCXXXIX.

MARLOVIUS [CHRISTOPHORUS] quondam in academia Cantabrigiensi musarum alumnus: Postea actor scenicus: Deinde poëta dramaticus tragicus, paucis inferior. Scripsit plurimas tragoedias, sc. *Tamerline, the great Scythian emperour*, 2 parts. *The rich Jew of Maltha, The tragical history of the life and death of Dr. John Faustus. Lusts dominion, etc.* Lond. MDCLXI. 8vo. *Tragedy of king Edward* ii. *Tragedy of Dido queen of Carthage.* Pr. "Come gentle Ganimed." Hanc perfecit et edidit Tho. Nash, Lond. MDXCIV. 4to. *Hero et Leander.* Pr. "On Hellespont quity of true lovers blood." Perfecit G. Chapman, et edidit Lond. MDCVI. 8vo. MDCXXIX. 4to. Secundam hujus comoediae partem scripsit carmine Anglico Henricus Petow. Lond. MDXCVIII. 4to. Vir fuit acri sed infelici ingenio, ante mortem enim atheista et blasphemus horrendus factus. Tandem vero justo Dei judicio misere vitam finiit, suo vulneratus ense, ante A. D. MDXCIII. Petowius in praefatione ad secundam partem *Herois et Leandri* multa in Marlovii commendationem adfert; hoc etiam facit Tho. Nash in *Carmine elegiaco tragoediae Didonis* praefixo in obitum Christoph. Marlovii, ubi quatuor ejus tragoediarum mentionem facit, nec non et alterius *De duce Guisio. Athen. Oxon.* i. 338.

MARNANUS sive MARRANUS episcopus Scotus scripsit, *Pro foedere servando inter Scotos et Anglos*, lib. i. *Monitorium ad ecclesias patrias*, lib. i. Claruit A. DCCCCLXII. Colitur 2 Martii. Dempſt. xii. 852.

S. MARNOKUS Culdeus Scotus, dein episcopus, scripsit, *Pro vera pietate et Dei cultu contra gentiles*, lib. i. *De locis sanctis*, lib. i. Obiit A. CCCXXII sepultus in Kilmornak provincia Cuninghamia. Colitur 25 Octobr. Dempſt. xii. 860.

S. MARNOKUS alter, scripsit *Acta quorundam sanctorum*, lib. i. Claruit A. DCCCXII. Colitur 8 Novembr. Dempſt. xii. 862.

MARREY [a] [JOANNES] sive MAREGUS, a villa natali, Dunocastro vicina, nomen accepit, a Trittemio autem Joannes Maronis corrupte dictus, Carmeleticae religioni Duni alias Dancastri, operam dedit. Ad splendorem tamen ejus nominis multa quidem contulit academia Isiaca; utpote quae illum non modo literas humaniores, verum etiam philosophiam una cum theologia perdocuit. Inter caetera et illud Marrei famam non parum extulisse videtur, quod Vicoclivianos, sacrosanctae ecclesiae et fidei mysteria absurde tractantes, evangelica virtute compresserit. Extat autem liber [b] tam clarae testis victoriae. Scripsit praeterea *Super sententias*, Petri Longobardi opus, quatuor libros, et *In Valerium Martialem commentariolos* [c]. Diem clausit extremum Duni 18 die Martii, anno à Christo nato MCCCCVII. Sepultus est ibidem inter sui ordinis symmystas. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Marrey, Bale Marro, Pitſ. "Johannes Marreis, praebend. de Shareshull in libera capella de Penkrich 36 Ed. iii permutavit cum eccl. de Sneyll (Lincoln. dioec.) 17 Oct. 45 Edw. iii." Vid. lit. pat.

[b] Sc. *Determinationum contra Wiclevistas* lib. i.

[c] Lib. i. "Aethereas lascivae cupidinis." Scripsit etiam *Tabulam originalium*, lib. i. "Abscondere, nota qualiter abscond." *Sermones et quaestiones*, lib. ii. *Compendium originalium*, lib. i. "Supereminente virginis deip." His addit Pitseus *Postillam in Cantica canticorum*, lib. i. Bal. vii. 32. Pitſ. p. 585.

MARROW [GEORGIUS] canonicus in abbatia Nostallensi in agro Ebor. Scripsit Anglice *De lapide philosophorum.* Pr. "℞ one pound of ♁ being in sylings." Mſ. bibl. Bodl. Ashmol. 1406. iv. Claruit Nostallae MCCCCXXXVII. Ibidem.

MARROW [THOMAS] lector quadragesimalis Interioris Templi London. 18 Henr. vii. Adhuc extant ejus *Lecturae* XV *in statut. Westmonast. primo.* Pr. "En primez voet le roy." Mſ. Norwic. More. 323. 333. 707.

MARSHALL [GALFREDUS] ordinis S. Benedicti monachus in coenobio Glastoniensi: Philosophiae et geometriae peritia insignis. Scripsit, *Repertorium dialectices*, lib. i. *Repertorium geometriae*, lib. i. Incertae aetatis scriptor. Bal. xi. 34. Pitſ. *App.* 642.

MAR-

MARSHALL [GEORGIUS] scripsit *A compendious tretise in metre, declaring the first original of sacrifice, and of building churches and aultars, and of the first receiving the Christen faith here in England.* Pr. ded. Ric. Wharton, armig. "In as much, right worshipful Sir." Lond. MDLIV. 4to.

MARSHAL [GULIELMUS] an typographus vel bibliopola Londinensis incertum. Transtulit ex Latino in Anglicum *Marsilii Patavienfis defensorium pacis, sive de usurpata papae ac justa imperatoris autoritate.* Pr. pr. tr. "Good and gentle reader, here hast thou the boke." Lond. MDXXXV. fol. Scripsit *A preface to the English primmers.* Inter libros prohibitos A. MDXLII. Burnet, *Hist. reform.* i. *App.* p. 257.

MARSHALLUS [JOHANNES] sive MARTIALIS apud Dalysford in agro Wigorn. natus, in schola Wintoniensi literarum humaniorum rudimenta addidicit, et inde cooptatus est in socium collegii Novi Oxon. A. MDXLIX. Post septennium juris Caesarei baccalaureus, mox hypodidascalus scholae praedictae evasit. Regnum ineunte Elizabetha, collegiis patriaeque valedixit, et Lovanium se contulit, ubi studiis theologicis operam dedit, et tandem favore Ludovici Audoeni tunc archidiaconi Cameracensis, canonicatu ecclesiae Insulensis donatus est. Scripsit, *A treatise of the cross, gathered out of the Scriptures, councils, and ancient fathers of the primitive church.* Pr. ded. reg. Eliz. "It hath ever bene the wonte." Antw. MDLXIV. 8vo. *A reply to Mr. Calfhill's blasphemous answer against the treatise of the cross.* Pr. "Amongst other godly counsels." Lovan. MDLXVI. 4to. *Treatise of the tonsure of the clerks.* Imperfect. *Epistolam lectori* praefixit *Responsioni* Thomae Hardingi ad *Articulos Juelli.* Antw. MDLXV. 12mo. Obiit Insulis 3 April. MDXCVII, et in ecclesia collegiata ibidem sepulturam accepit. Pits. p. 795. *Athen. Oxon.* i. 288. Fuit JOHANNES MARESHALL tempore reginae Mariae (qui tamen alius a priori videtur) qui scripsit *Tables of the tides on the coasts of England, Ireland, France, Flanders, and Spain.* Pr. ded. com. Arundel. "Havyng byn diverse and many." Ms. olim in bibl. Lumley. nunc in bibl. reg. Westmon. 17. A. ii.

MARSHALLUS[a] [ROGERUS] sive MARCHAULUS, Grantae Girviorum inter Petrinos egregium non modo industriae, verum etiam ingenii specimen se exhibuit. Tentabat omne studiorum genus, at philophiam et mathesin in primis coluit. Extat ejus de *Cata*[b] et *Apodiatis* liber non sine judicio editus. Erat porro veterum librorum indagator vel curiosissimus: unde et opima praeda parta, quam, ne temere collata inter privatos ingloria deliteret, publicam fecit, erogato bibliothecae Petrinae thesauro undique spectabili. Ex *Lelando.*

[a] Rogerus Marshall Ms. Lel. Trin. Fuit artium. et medicinae doctor, regius medicus A. MCCCCLXXII. Ita loquitur nota in principio libri (sc. Guil. Morbeck *Perspect.*) quem dedit collegio S. Petri; qui A. MDLXIV in manus Joannis Dee pervenit "ex permutatione cum magistro et "sociis de collegio S. Petri pro variis aliis impressis libris, "quos ego pro illorum bibliotheca ornanda illis dedi: teste "magistro Godsalf, etc." Nunc extat in museo Ashmol. Oxon. 424. Vide nonnulla in Johanne Somerset.

[b] Ejus de figura Cata et—Ms. Trin. Bal. xi. 33. ex Lelando. Pits. p. 905.

MARSHALL [THOMAS] Extant ejus *Poëmata quaedam in Richardi Edwards Paradise of dainty devises.* Lond. MDLXXVIII. 4to. Obiit A. MDLXXXIX. *Athen. Oxon.* i. 152.

MARSILIUS[a] de INGEN, sola Trittemii autoritate mihi cognitus, philosophus maximus, nec minor theologus fuit. Quo utroque nomine Parisiis non mediocriter charus erat: utpote qui illorum academiam florentem suis studiis florentiorem reddiderit. Unde fama ita ejus virtutes per varias late regiones sparsit, divulgavit, praedicavit, ut brevi multis, idque principibus viris, in pretio esset: è quibus Rupertus, Bavariae regulus, non minimus fuit. Is vero bonis literis quam optime cupiens, decreverat Heydelbergae novi gymnasii fundamenta jacere: tantum desiderabat illustrem aliquem virum, quem tam honesto operi praeficeret. Quare transmisit Lutetiam Parisiorum, qui Marsilium accersirent. Ille optimo principis accensus instituto, advolavit; nec antea labori finem fecit, quam Heydelbergensem academiam omnibus rebus, quae ad liberaleis artes pertinent, rite perornasset. Atque haec fuit scholae Heydelbergensis origo. Praeterea scribit Trittemius, Wimpelingi testimonium secutus, Marsilium canonicum fuisse Andreanae ecclesiae[b], quae est Coloniae Agrippinae: adjecitque non deesse autores, qui illum Germanum fuisse adfirment. Utcunque vero sit, non potui non numerare hominem in meo catalogo, quem Trittemius Anglum fuisse testatur. Denique, ut ex archetypis apparet, scripsit libros quatuor *Quaestionum super sententias, De re* etiam *dialectica,* et plures *Commentariorum* libros in *Aristotelem*[c]. Floruit sub Richardo secundo, Anglorum rege[d]. Ex *Lelando.*

[a] Marsilius de Ingelno, patria Anglus.

[b] Et ejusdem ecclesiae thesaurarius. Bale.

[c] Scripsit praeter libros a Lelando memoratos, *Commentarios physicorum,* lib. viii. *De generatione et corruptione,* lib. iv. *De religione clericorum,* lib. i.

[d] Obiit 14 cal. Sept. MCCCXCIV Heidelbergae, et ibidem in ecclesia S. Petri humatus est. Bal. vii. 5.

MARTEN [ANTONIUS] reginae Elizabethae dapifer. Scripsit Anglice *An exhortation to stir up the minds of her majesties subjectes to defend their country in this dangerous time.* Pr. "Albeit "my dear countrymen and wellbeloved." Lond. MDLXXXVIII. 4to. *A Watchword to England to beware of traitors and trecherous practices,* etc. by A. M. Princ. dedic. reginae Eliz. "The "consideration of your rare." Lond. MDLXXXVIII. 4to. *The second sound of the trumpet to judgment.* Princ. dedic. reginae. "Most renown'd and mighty prince; it pleaseth." Lond. MDLXXXIX.

 4to.

4to. *A reconciliation of all the pastors and clergy of the church of England.* Princ. dedic. reginae. " The natural and loving servant." Lond. MDXC. 4to. In linguam vernaculam transtulit, *Locos communes, epistolas theologicas, et alia quaedam Petri Martyris.* Lond. MDLXXXIII. fol. *Joh. Bernardi Cantabrigiensis orationem de animi tranquillitate,* Lond. MDLXX. 8vo. *Athen. Oxon.* i. 141.

MARTIA, clarissimarum virtutum heroina, mortuo [a] Ventolino, Britannorum rege, marito suo, regnum, quia Sicilius parvulus nondum gubernationi reip. maturus erat, accepit. Tantumque abfuit, ut coeptum non recte administraverit, ut foemina illustrissimos viros, qui in imperio insulae praecesserunt, si non superaverit, saltem, duce prudentia, aequaverit. Haec illi ad publica munia obeunda sola auxilio fuit: haec pacem prae bello amplectandam docuit: quae igitur pacis erant, omnia diligentissime curavit. Utque suum cuique jus integre staret, ac sua quisque sorte libere frueretur, *Leges* magno consilio usa scripsit, ac publicas fecit. Continuo quo quisque inter Britannos cordatior erat, hoc magis agnovit optimae principis in suos pietatem. Sed et felicia tempora, quae secuta sunt, non modo pondus novis legibus, verum etiam immortalitatem addiderunt: nam fere religio erat tam salutiferas sanctiones violasse. Praeterea, ne Martiae fama aliquando interiret, curatum est, ut quemadmodum a Molmutio leges Molmutinae, sic a Martia leges Martianae dicerentur. Quis tamen longo post tempore Martianas leges in Latinum sermonem transtulerit, me [b] fugit. Illud certe constat, Alfridum, Visi-saxonum potentissimum regem, qui toties cum Dacis aperto marte pugnavit, Martianas leges e Latina lingua in suam, id est Saxonicam, transtulisse. Unde occasio enata est, ut Britannicae leges, etiam inter Saxones, cum dignitatem, tum autoritatem pristinam retinerent. Nec dubium est, quin bona pars Martianarum legum delitcat inter illas, quas ego Saxonice scriptas, sed titulo Alfridi regis Medimni Christochirchensium nuper et vidi, et multo cum labore legi. Utinam aliquando ad manus veniant et Martianae leges, si non Britannice, saltem Latine loquentes. Sic enim fieret, ut quae a Martia profectae sunt, ab Alfridinis sive Aluredinis discernerentur; et neuter suo defraudaretur honore. Sed quoniam in hujusmodi rebus facile quidem optare, at non perinde adsequi; quicquid in hoc voto est, fortunae et diligentiae committam; ac alio, relicta [c] Martia, me conferam. Ex *Lelando.*

[a] Guithelino filio Gurguntii, Higd. 214. Bale. Pits.
[b] In Latinum sermonem Gildas transtulit leges Martianas et Molmutinas; quod Lelandum fugisse mirum est, cum hujus rei autor sit celeberrimus Higdenus. Videsis Ran. Higd. *Polychr.* l. i. c. 50. p. 202.
[c] Claruisse fertur anno ante Christ. CCCLV. Bal. i. 15. Pits. p. 66.

MARTINUS [GREGORIUS] apud Mackfeldiam prope Winchelseyam in agro Sussexiano natus, ipsius fundatoris gratia inter primos scholares coll. S. Joh. baptistae Oxon. electus A. MDLVII. Laurea magisteriali A. MDLXIV cohonestatus inter domesticos Thomae ducis Norfolciae assumptus fuit, ut filium suum primogenitum Philippum, postea comitem Surriensem, erudiret, qui cum ex ephebis excesserit, Gregorio cum praemio honorario licentiam abeundi dedit. Dein religionis pontificiae studiosus in exteras regiones trajecit, et Duacum profectus est, ubi studiis theologicis sedulo insudans licentiatus A. MDLXXV emicuit; tandem in Galliam veniens Rhemis sedem fixit, et in collegio Anglicano publicus in theologia professor renunciatus ibidem in S. Bibliorum translatione principalem operam impendit. Scripsit, *A treatise of schisme, shewing that all catholicks ought in any wise to abstain altogether from heretical conventicles,* viz. *their prayers, sermons,* etc. lib. iv. " Constantius the emp. Father to Constantin the great." Doway. MDLXXVIII. MDLXXXVII. 8vo. Vid. Fuller, *Ch. Hist.* xvi. 169. *de Carter bibliopola,* qui suspensus est, quod librum hunc publicaverat. *A discovery of the manifold corruptions of the holy Scripture by the hereticks of our days, especially by the English sectaries, and of their foul dealing herein by partial and false translations,* etc. Rhemes MDLXXXII. 8vo. Pr. " As it hath been alwaies the fashion." *Treatise of Christian peregrination and relicks.* Pr. " Pilgrimage cominge of the Latin—MDLXXXIII. 8vo. Ms. in bibl. Arth. Pitsei. Cui adjiciuntur *Epistles to certain of his friends.* 1. A letter sent to a married priest his friend. 2. A letter sent to his sisters married to protestants, and themselves train'd up in heresie. 3. A letter to M. D. White Warden of New coll. Oxford, touching his followyng the world, and dissembling in religion against his conscience and knowledge. Impr. cum priore. *Of the love of the soul, with questions to the protestants.* . . Roan. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 212. seq. *De excommunicatione Theodosii imperatoris,* lib. i. Angl. Ms. in bibl. Arth. Pitsii. *Romam sanctam,* lib. i. Ms. in bibl. Delowarensi. *Dictionarium quatuor linguarum Hebraicae, Graecae, Latinae et Anglicae, et vocabulorum ac phrasium secundum cujusque linguae proprietatem.* Hoc insigne opus ad medium tantum alphabeti perduxit. *Compendium historiarum,* lib. i. *Orationes de jejunio, de imaginum usu et cultu, et aliis.* Duaci lib. i. " Sive me officii ratio." Ms. in bibl. Johannis Pitsei. *Diversorum carminum partim Graece partim Latine,* lib. i. Ms. ibidem. *Carmen in librum Duraei contra Whitakerum.* pr. " Tendebat pater Edmundus." Ms. in bibl. Arth. Pitsii. *Carmen octastichon praefixum J. Sandersoni logicae.* Antwerp. MDLXXXIX. *Gregor. Martinus ad Henricum comitem Arundel. de justa, legitima et genuina Graecarum literarum pronunciatione adversus Adolphum Mekerchium Brugensem* Latine, Ms. bibl. Bodl. Selden. Super. Plut. 21. Transtulit praeter *Sacra Biblia Chrysostomum contra gentiles de vita S. Babelae,* lib. i. Ms. in bibl. Arth. Pitsii. *De consolatione agonizantium,* lib. i. ex Italico in Anglicum. *Tragoediam Cyri regis Persarum.* Ms. coll. S. Joh. Baptist. Oxon. Pits. p. 782. Marlot. *Histor. Rhemen.* tom. ii. p. 839. Fatis concessit 28 Octob. MDLXXXII, et sepultus est in ecclesia parochiali S. Stephani Rhemis.

MARTIN

MARTIN [JACOBUS] (Dempst. 487.) Dunkeldensis, primo Lutetiae, dein Augustae Taurinorum philosophiae professor, et Aristotelicorum dogmatum oppugnator. Scripsit *In artem memoriae*, lib. i. Lutetiae. *Disputationem de prima simplicium et concretorum corporum generatione*, lib. i. Pr. ded. archiepiscopo Taurin. " Postquam a teneris annis me philosophiae." Cantabr. MDLXXXIV. 8vo. cura G. Tempelii, qui praefixit *Epistolam* lectori. Scripsit disputationem Taurini *De intelligentiis motricibus*, Taurini. *In libros Aristotelis de ortu et interitu.* Hatton. Venit. Parisiis A. MDLV. Claruit Taurini A. MDLXXVI. Dempst. xii. 922.

MARTIN MARPRELATE, sive JOHANNES PENRY, q. v.

MARTIN [THOMAS] apud Cern in agro Dorset. natus (Bal. et Pitf. quia munere aliquo in curia archidiaconi Bercheriensis functus est, Bercheriensem patria vocant) collegii Wintoniensis alumnus, singulisque puerilium annorum disciplinis quam optime imbutus ad collegium Novum Oxon. transmittebatur, ubi perpetuus socius factus est A. MDXXXIX. Dein juris Caesarei studiis sedulo invigilavit, et in Gallia his literis sedulo incumbens apud Bituriges ejusdem facultatis doctor creatus est. (Vid. Franc. Baldwini juris civilis professoris publici apud Bituriges testimonium de doct. Tho. Martino Anglo. Mf. Cotton. Titus D. X. f. 81.) In patriam rediens ad eundem gradum A. MDLV Oxoniae admissus erat, et mox cancellarius Gardineri episcopi Wintoniensis constitutus. Fuit etiam unus magistrorum in cancellaria. Ponet, vel Parker adversus Tho. Martin. p. 67. Scripsit, *A treatise proving that the marriage of priests and professed persons is no marriage, but altogether unlawfull*, cap. xiv. To queen Mary. " How much more the reverence." Lond. MDLIV. 4to. Cui libro Johannes Ponet vel Poynet episcopus Winton. responsum tulit. *A confutation of Dr. John Poynet's book entitled:* A defence for the marriage of priests etc. Lond. MDLV. 4to. Quatuor ultima capita prioris libri sunt diserte contra librum Joh. Poyneti. *Oration to Dr. Cranmer archbishop*, 12 March. MDLV. Pr. " Albeit there are two governments." etc. *Discourse between him and archbishop Cranmer concerning conscience and matters of religion.* Pr. " Mr. Cranmer " you have told here a long glorious tale." *Examinations and conferences under the year* MDLVI. Omnia haec (exceptis duobus prioribus) extant in Foxii *Actis et monum. ecclesiae* sub A. MDLV et MDLVI. *Historicam descriptionem complectentem vitam ac res gestas beatissimi viri Gul. Wicami quondam episcopi Wintoniensis et Angliae cancellarii et fundatoris*, lib. iii. Pr. " Gulielmus Wickam " non tam illustri quam honesta." Lond. MDXCVII. Oxon. MDCXC. 4to. Obiit apud Isfield in agro Sussex A. MDLXXXIV. Bal. ix. 98. Pitf. p. 761. *Athen. Oxon.* i. 217. seq.

[a] MARTINUS ALNEWICK, sive ALAUNOVICANUS, Francisci notissimi imitator fuit, tenuem rem fortuna dimetiens, quantumvis ampla, splendida, opima. Tantum est a primis annis aureae assuevisse mediocritati, virtutum plane parenti, altrici, conservatrici denique. Scripsit, de more omnibus ejus saeculi theologis receptissimo, *Commentarios in Longobardum.* Catalogus quoque Franciscanorum scriptorum chronicorum Alaunovicani meminit [b]; quae tamen ego, nisi idem sit liber, qui vulgo titulo *Chronicorum Martini* circumfertur, et de pontificibus agit, non vidi [c]. Ex *Lelando.*

[a] Martinus Alnewick, patria Northumbrius. in coenobio Novocastrensi Minorita. Oxonii literis operam dedit, ubi 32dus praelector theologiae publicus inter suos Franciscanos evasit. A Wood. Bale. Pitf. 7 cal. Aug. MCCC. fr. Martinus Alnwik de conventu Minor. Oxon. praesentatus fuit ab episcopo Lincoln. ad audiendas confessiones infra archidiacon. Oxon. extat in *Regist.* Dalderby, episcopi Lincoln. [b] Scripsit, praeter *Com. in sententias*, lib. iv. et *Chronicon*, *Disputationes quasdam*, lib. i. [c] Obiit Novi Castri anno MCCCXXXVI, et inter suos sepultus est. Bal. v. 26. Pitf. p. 432.

MARTINUS natione Scotus, ordinis Cisterciensis monachus. Scripsit *Martinianam, sive historiam brevem*, lib. i. Claruit Romae A. MCCLXVII. Dempst. xii. 880.

MARTINUS POENITENTIARIUS papae, natione Scotus, frater Dominicanus vel monachus Cisterciensis, et tandem archiepiscopus Cosentinus. Hunc eundem esse cum Martino Cisterciensi, quanquam diversum vult Dempsterus, extra dubium est. Huic adscribuntur *Chronologia*, lib. i. In quam annotationes edidit Suffridus Petrus. *Margareta decreti, seu tabula Martiniana.* Extat Argent. MCCCCLXXXVI. MCCCCXCIII. fol. Claruisse fertur A. MCCL. Dempst. xii. 879.

MARTYR [PETRUS] Florentiae in lucem editus 8 Sept. MD, patre Stephano Vermilio. A. MDXVI canonicum ordinis S. Augustini in collegio Fesulano induit; inde Paduam transmissus in coenobio sui ordinis S. Johannis de Verdere annos viii in studiis bonarum artium et theologiae posuit. Abbas postea Spoletanus; dein coenobii S. Petri ad Aram Neapoli; et tandem prior S. Fridiani Lucae, generalisque ordinis visitator declaratus est. Sed jam dogmatibus Lutheri addictior, Lucae clam valedixit, et Pisas se contulit; indeque Tigurim profectus est A. MDXLII. A. MDXLVII a Cranmero invitatus in Angliam trajecit, et Lambethae humaniter exceptus est. Mox Oxoniam missus S. theol. doctor incorporatus est, et jussu ac stipendio regio theologiam academicis publice praelegit, et A. MDXLVIII regius professor, annoque MDL canonicus aedis Christi factus; ubi omnibus molestiis, disputationibus, et minis pontificiorum feliciter superatis, ad initium usque regni Mariae mansit. Tunc obtinuit literas dimissorias, et A. MDLV primo Argentoratum, deinde Tigurim, ubi professorio munere ornatus reliquam vitae partem transegit, nec ab Elizabetha regina lautis licet muneribus oblatis, in Angliam revocari poterat. Obiit Tiguri 12 Nov. MDLXII. *Athen. Oxon.* i. 138. seqq. Fox. I. edit. MDLIV. Freher. p. 191. seq. Strype *Elizab.* p. 243. 252. Vid. *Vitam* ejus editam in principio *Comment. in Genesin* Tiguri MDLXIX Josia Simlero auctore. Et ante *Locos communes* Heidelberg. MDCIII. fol. Simleri *Oratio de vita et obitu* ejus primum prodiit,

prodiit, ded. Joh. Juello. Tiguri MDLXIII. 4to. Scripsit, *Comment. in epistolam S. Pauli ad Romanos*, ad dom. Ant. Cokum. Pr. " Dum ea omnia, quae toto." Basil. MDLVIII. fol. Tiguri MDLIX. 8vo. Basil. MDLX. 8vo. MDLXVIII. MDLXX. fol. Anglice per H. B. London. MDLXVIII. fol. *Comment. in priorem ad Corinthios epistolam*, ad Edw. vi. " Quicquid laboris, inclyte rex." Tiguri saepius impress. MDXLIX. MDLI. 4to. MDLXII. MDLXVII. MDLXXII. MDLXXIX. fol. *Defensionem doctrinae veteris et apostolicae de SS. sacramento eucharistiae adversus Steph. Gardineri librum sub nomine M. Antonii Constantii editum*, etc. lib. iv. Ad reginam Elizabetham. Scripsit ante complures annos. Tiguri MDLIX. et Tiguri . . . fol. . . . MDLXII. Basil. MDLXXXI. fol. *Epitome* hujus *defensionis* ab ipso Martyre concinnata. Pr. " Res eucharistica." Edita a Simlero Tiguri MDLXIII. 4to. *Tractationem de sacramento eucharistiae habitam Oxonii, cum jam absolvisset interpretationem* xi *capitis prioris epistolae ad Corinthios*, ad Tho. Cranmer. Pr. " Consueverunt, " ornatissime antistes." Oxon. MDXLIX. Lond. MDXLIX. 4to. . . . MDLXII. fol. Et cum *Epitome* Wolphii praefix. Tiguri MDLVII. 12mo. Anglice London. . . . 4to. *Disputationem de eucharistiae sacramento habitam in schola theologica Oxon.* 18, 29, 30 Maii et 1 Junii MDXLIX. Pr. " Quae causae ad scribendum de eucharistia." Oxon. MDXLIX. Lond. MDXLIX. 4to. Tiguri MDLII. MDLVII. MDLXII. 8vo. Basil. MDLXXXI. fol. Anglice Lond. MDLXXXIII. fol. Ms. C. C. C. Cantabr. B. 2. Ms. C. C. C. Oxon. Twin. ii. auctius impressius. Fox. p. 1373. brevius. *Epistolam brevem ad M. Bucerum de disputationibus suis eucharisticis Oxon.* Pr. " Mitto ad vos Julium, " quo." Extat inter opp. Angl. Buceri Basil. MDLXXVII. fol. pag. 545. *Comment. in Genesin.* Pr. " Sacrarum literarum dignitas." Tiguri MDLXIX. MDLXXIX. fol. Heidelb. MDCVI. f. *Comment. in librum Judicum*, lib. i. " Cum Deo visum fuerit magnifici." Tiguri MDLXI. MDLXV. MDLXXI. MDLXXXII. fol. Tiguri. . . 8vo. Heidelb. MDCIX. fol. Anglice Lond. MDLXIV. fol. *Comment. in libros duos posteriores Regum*, lib. ii. [Sc. in primum totum et secundi priora xi cap. Comment. vero in secundi xiv ultima capita est Joh. Wolphii.] " Rex autem David." Tiguri MDLVI. MDLXVI. MDLXXI. MDLXXIX. MDLXXXI. fol. Heidelb. MDXCIX. fol. *Comment. in Samuelis prophetae libros duos.* Pr. " Docti expositores tam Graeci." Tiguri MDLIV. MDLXIV. MDLXVII. MDLXXV. MDLXXIX. MDXCV. fol. *Locos communes sacrarum literarum*, lib. iv. " Augustinus de civitate " Dei." Tiguri MDLXXIX. MDLXXXVII. fol. Heidelb. MDXCIII. MDCIII. fol. Genev. MDCXXIV. Hos ex variis P. Martyris operibus collegit R. Massonius et typis mandavit Londini MDLXXVI et MDLXXXIII. Extant etiam Anglice Lond. MDLXXXIII. fol. *De libero arbitrio.* Pr. " Liberi " arbitrii vox in divinis." Tiguri MDLXXXVII. fol. *De providentia et praedestinatione.* Pr. " Dei providentia est ejus ordinata." Ibid. *An Deus sit causa et autor peccati.* Pr. " Scio me " traduci quod." Tiguri MDLXXXVII. fol. *An missa sit sacrificium.* Pr. " Missam esse sacri-" ficium." Ibidem. *Theses propositas ad disputandum publice in schola Argentinensi* A. MDXLIII. Pr. " Cum divina Scriptura sit expressio." Tiguri MDLXXXVII. fol. *Orationes de utilitate et dignitate sacri ministerii.* Pr. " Cum visum fuerit." Et *De morte et resurrectione Christi.* Pr. " Qui vires animi nostri." Tiguri MDLXXXVII. fol. Anglice Lond. MDLXXXIII. fol. *Sermonem in* xx *caput Johannis: Christus die uno sabbat.* Pr. " Christus eadem opera fecit" . . . . Lond. Anglice MDLXXXIII. fol. *Exhortationes ad sacrarum literarum studium.* Pr. " Vobis, optimi " academici, hoc." *Encomium verbi Dei in Scripturis traditi.* Pr. " Si post diuturnum feria-" rum." *Orationem quam Tiguri primam habuit, cum in locum D. Conradi Pellicani successit.* Pr. " Quae causae soleant, viri." Hic in edit. Genev. MDCXXIV inferitur *Oratio ad academiam Argentinensem post suum ex Anglia reditum, de studio theologico.* Pr. " Fidei non malae." *Adhortationem ad coenam Domini mysticam.* Pr. " Eia fratres dilectissimi. *Epistolas theologicas.* In Latina edit. Heidelb. sunt num. lxiv. *Epistolae variae ad M. Bucerum* Ms. C. C. C. Cantabr. apud Strype, *Cranmer.* p. 250. *Epist. ad Conr. Hubertum de obitu Catharinae uxoris*, extat Argentinae MDLXII. 12mo. *Epist. de causa eucharistiae.* Pr. " De re gravi et hominum." Tiguri MDLXIII. 4to. *Epist. ad Hoperum de re vestiaria.* Anglice etiam extat cum aliis ejusd. argumenti Lond. . . . . 12mo. Hosce omnes tractatus a *Locis communibus* Latine edidit Joh. Lancellottus, Heidelb. MDCIII. fol. Extant etiam in edit. Massonii MDLXXXIII. fol. et Genev. MDCXXIV. fol. Quinque ultimos libros (excepto *Encomio verbi Dei*, etc.) una cum *Locis communibus* transtulit in sermonem Anglicum Antonius Martinus, et edidit Lond. MDLXXXIII. fol. *Preces ex Psalmis Davidis desumptas.* Pr. " Aufer a nobis, Deus optime." Tiguri MDLXVI. 24to. Et Anglice per Carolum Glemham, Lond. MDLXIX. 8vo. *De votis monasticis et coelibatu sacerdotum*; *defensionem sui contra R. Smithaei duos libellos de coelibatu sacerdotum et votis monasticis.* Pr. " Deus pater Domini " nostri Jesu Christi." Pr. ded. Richardo Cox. " Interpretabar olim Oxonii, reverende antistes." Basil. MDLIX. 8vo. et MDLXXXI. fol. pag. 1230. *Aristotelis ethicas*, (sc. tres priores libros) *cum illis in S. Scriptura collatas*, etc. Pr. " Omnis nostra notitia vel est revelata." Lichae ad Veterim MDXCVIII. 4to. Tiguri MDLXIII. 4to. *Comment. in Threnos Jeremiae.* Pr. pr. " Haud " novum debet videri has." edit. ex bibl. Joh. Gul. Stuckii, Tiguri MDCXXIX. 4to. *Epistolam ad Edw. Seimorium Angliae protectorem* . . . Translat. in Anglic. per Tho. Norton, Lond. MDL. 8vo. *Usus et abusus saltationis* . . . Angl. per J. R. Lond. . . . 8vo. *Catechismum, sive expositionem symboli apostolici.* Pr. " Amongst the wyse and prudent of." Angl. per T. E. Lond. . . . 4to. et MDLXXVIII. 12mo. Latinum exemplar impressum cum libro *Locor. commun.* Vid. praefat. translationis. *Dialogum contra Brentii librum de personali unione duarum naturarum in Christo.* Pr. ded. Jo. Juello. " Qui diu inter se litigarunt." Pr. lib. " Unde te, Orothetes, in " hanc."

" hanc." Tiguri MDLXI. MDLXIII. 8vo Basil. MDLXXXI. fol. Freherus alium tamen huic *Dialogo* assignat titulum. *Argumenta pro usu vestium peculiarium in cultu Dei.* Pr. " Rerum indifferen- " tium natura." Mſ. Norwic. More 818. Vide Strype *Elizab.* p. 171. *Comment. in Exodum,* Mſ. olim penes Julium Terentianum Hottinger. *Comment. in Johannis epiſtolas,* Lat. Tiguri MDLXXIX. fol. *Comment. in prophetas minores.* Simler. Verheiden. *Epiſt. ad Conr. Hubertum de morte Buceri.* Pr. " Credere fortaſſe poſſes." Ad finem opp. Angl. Baſil. MDLXXVII. pag. 900. *Epiſt. Anglis exulibus, qui Tiguri degunt.* Pr. " Cum D. Hornus optimus." Extat in vita Juelli per Laur. Humfr. *Diſputatio de ciborum delectu.* Pr. " Quo certiore via." Mſ. bibl. Bodl. NE. A. 3. 4. *Sermonem in ſeditione Devonienſium.* Pr. " Hoc luctuoſo tempore." Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. F. Anglice tranſlatus juſſu Cranmeri extat ibid. Miſcell. C. p. 411. ubi p. 505. " Quaedam alia de ſeditione" (manu P. Martyris) Pr. " Tantam voluit Deus vim." Pr. tranſl. " The common ſorrow of this preſent time." Vid. Strype in *Vita Cranmer.* p. 187. *Epiſtolae* iv *Latinae* extant in Strype in *Vita Cranm. App.* num. lx. lxi. xciv. xcv. Quaere annon aliquae P. Martyris in *Bibl. eccl. Belg.* Lond. Strype *Elizab.* 184.

MASCALLUS [LEONARDUS] de Plumſted in comit. Suſſex. E Gallico in Anglicum tranſtulit et edidit *A book of the art and manner how to plant and graft all ſorts of trees, how to ſet ſtones, and ſow pepines, to make wild trees to graft on; as alſo remedies and medicines with divers other new practices by one of the abbey of S. Vincent in France.* Lond. MDLXXX. MDLXXXIX. MDXCVI 4to. Scripſit *Of the government of cattel,* lib. iii. (1) of oxen, kine, etc. (2) of horſes. (3) of ſheep, hoggs, etc. Pr. ded. dom. Edv. Montague. " It is written in hiſtories, right " worſhipfull." Lond. MDXCVI. 4to. *Regiſtrum parochiae de Farnham Royal comit. Buckingh. perfecit, et injunctiones Cromwelli illi inſeruit de tenendis regiſtris*; quibus praefiguntur *Carmina Anglicana* de rite tenendo libro. Hunc ipſe praemiſit titulum: " Hic liber perſcriptus eſt per me " Leonardum Maſcall generoſum, clericum coquinae de hoſpitio reverendiſſimi patris dom. Mat- " thaei Cantuar archiepiſcopi 25 Jun. A. D. MDLXXIII." Obiit et ſepultus eſt 10 Maii A. D. MDLXXXIX in parochia de Farnham Royal com. Buckingh.

MASCALLUS [ROBERTUS] ſive MARESCALLUS [a], pro ſuis virtutibus certe digniſſimus eſt, qui locum in noſtro catalogo honorificum obtineat. Itaque memoriam hominis altius repetamus. Carmeliticae religioni Luddoloci adoleſcens incubuit. Annis vero paulo maturioribus, totum ad literas animum convertens, Oxonium ſe contulit; ibique Ariſtotele minime malo praeceptore aliquamdiu uſus, ad ſacroſanctae theologiae ſtudia, tanquam ad perennem divinae ſcientiae fontem, properabat. Rectiſſime quidem illud, et quemadmodum religioſum decuit virum. Sed qui fructus honeſtum ſecutus eſt laborem? Certe non potuit non bonus ſequi. Pervenit etenim eo, quo voluit; id eſt, ad genuinam, ſinceram, ac rectam evangelicae doctrinae cognitionem. Deinde omnes vitae ſuae actus ita temperavit, ut acceptis Chriſti praeceptis belle reſpondere viderentur. O quam vellem noſtri temporis theologos Mareſcalli nunquam ſatis laudatam imitari induſtriam! Nam niſi adulatio, avaritia, ambitio, et pellices illae impudicitiae ſirenes procul abſint ab animis theologorum, nullis concionibus, quantumvis facundis, elaboratis, doctis plebi puram ſequendam vitam perſuadebunt. Sed haec Lerna in tantam capitum excrevit multitudinem, ut niſi Deus optimus maximus inſulanum quendam Herculem a coelo demiſiſſet, jam ſupra humanas vires ingens bellua capita alte extuliſſet. Mareſcallus, qui olim hujuſmodi beſtiam ſtricto acerrime inſecutus eſt gladio, ſi nunc viveret, ſine Hercule, inglorius omnino machaeram deponeret. Non tamen defuit illi ſuus Hercules, ſed virtutis longe inferioris. At miſſam faciamus Lernam, et ſignificemus Mareſcallum fuiſſe Henrico quarto, Anglorum regi, cum propter ejus eruditionem non vulgarem, tum etiam vitam inſigniter caſtam, commendatiſſimum. Utque ego in hac parte taceam, ſatis loquitur benevolentia principis; qui illum ſuae auriculari confeſſioni [b] adeſſe voluit; qui illum in magnis negotiis ad exteros [c] reges oratorem miſit; qui denique illum Henoforthi [d] Mageſetum epiſcopum deſignavit. Nunc reſtat, ut teſtatum faciam Mareſcallum ſcripſiſſe librum unum in Joannem Oldocaſtellium [e], hominem haereticum et ſeditioſum; alterum vero *Sacrarum concionum* [f]. Fato functus eſt Luddoloci [g] 21 die Decembris, anno D. MCCCCXVII, et magna ibidem celebritate inter Carmelitas tumulatus. Hic, quoniam in Joannis Oldocaſtellii nomen incidimus, non ab re

[a] Baleo et Pitſeo Maſcallus, qui Ludlowiae natus eſſe dicitur Pitſeo. [b] In lit. pat. 2 Henr. iv. p. 1. 24 Dec. rex conceſſit fratri Rob. Maſcall confeſſori ſuo cuſtodiam omnium temporal. epiſcopatus Midenſis. Et pat. 3 Henr. iv. p. 1. rex dedit F. Rob. Maſcall, de ordine Fr. Carmel. confeſſori ſuo ad morandum continuo circa perſonam ſuam pro ſuſtentatione ſua et ſocii ſui et ſervientium et equorum 69 lib. 10 ſol. per ann. Vid. Rymer. *Foed.* viii. 175. 231.
[c] Miſſus eſt unus ex legatis Anglicanis ad Conſtantienſe concilium A. MCCCCXV. Bal. Pitſ. [d] Herefordenſis epiſcopus (proviſus a Bonifacio papa 6 non. Jul. A. MCCCCIV. *Reg.* Arundel) factus eſt anno MCCCCV. Godw.
[e] Hunc librum omiſit Baleus (an ex induſtria neſcio) et Pitſeus, qui, ut ex hoc apparet, nunquam Lelandum viderat. [f] *Sermonum coram rege* lib. i. *Sermones vulgares,* lib. i. Scripſit etiam *De ſuis legationibus,* lib. i. (*ſua legatione ad concil. Conſtantienſi,* Mſ. Bal. Sloan.) *Ad Herefordenſes et Salopienſes de condempnatione dom. Joh Oldcaſtell.* Mſ. Bale. Sloan. Dominus Richardus Londinenſis epiſcopus ſcripſit magnum proceſſum de examinatione, incarceratione, et excommunicatione dom Joh. Oldcaſtell militis haeretici, quem tranſmiſit dom. Roberto Maſcall epiſcopo Hereford. quem idem dom Robertus M. per ſuam dioeceſin publicari fecit cum literis Cantuarienſis archiepiſcopi. Ibid. [g] Ita etiam Baleus et Pitſeus; ſed Godwinus Londini; ubi, ait, chorum, preſbyterium et campanile conſtruxit in eccleſia Carmelitarum Londini die Martis 22 Dec. A. MCCCCLVI. *Regiſt.* Chichel. Et 22 Dec. MCCCCXVI. Godw. p. 541. Bal. vii. 44. Pitſ. p. 597.

nostra erit Rogeri, monachi sani Ivonis [h], meminisse; nam et is contra eundem Joannem, tanquam hominem haereticum, libere scripsit. Ex *Lelando*.

[h] *Rogerus de S. Ivone*; non frater Mendicans, ut Baleus vult, sed monachus Benedictinus. Praeter *Librum contra Oldcastellum* scripsisse fertur *Lecturas scholasticas*, lib. i. Claruit anno MCCCCXX. Bal. xi. 73. Pits. p. 605.

MASCHIART [MICHAEL] Sarisburiae in parochia D. Thomae natus, literis grammaticalibus in schola Wintoniensi imbutus fuit, inde socius collegii Novi Oxon. cooptatus A. MDLXII. vicarius ecclesiae de Writtle in agro Essex. A. MDLXXII, et post biennium legum doctor evasit. Scripsit *Poëmata varia*. Quaedam extant apud Camdenum in *Britannia*; in *Wiltonia*. Obiit apud Writtle sub finem anni MDXCVIII, et ibi sepultus est. *Athen. Oxon.* i. 295.

MASON [JOHANNES] monachus Benedictinus in coenobio S. Augustini Cant. Scripsit *Epistolarum* (forte *De theoria planetarum*) lib. i. Has transcribi fecit Joh. Wheathamsted, uti mentio fit in Ms. Cotton. Otho. B. iv. Ms. olim in bibl. Johannis Dee.

MASSETUS [a] [GULIELMUS] inter Praedicatorios non postremus [b], vixit et in pretio erat, quantum ex Leandro Bononiensi [c] colligere possum, eodem tempore, quo et Robertus Otanfordus [d]. Crediderimque quandam inter illos cum propter morum, tum etiam studiorum similitudinem coivisse familiaritatem. Nam uterque Thomae Aquinatis doctrinam totis defendebat viribus. Quare amici secutus partes, Henricum Gandavensem stricto calamo aggressus est. Scripsit praeterea, ut illius aetatis verbo utar, *Postillas* super aliquot veteris Instrumenti libros [e], et evangelium *De decem virginibus*. Item libellum contra *Corruptorium corruptorii*, ac quasdam *De angelis quaestiones* [f]. Ex *Lelando*.

[a] Gulielmus Mansfelde a Leandro Bononiensi Massetus cognominatus, vixit. Ms. Lel. Trin. Gulielmus Mansfeld (Bal.) Messelechus (Pits.) Idem esse cum Masseto haud dubium est, quanquam Pitseus distinguit inter Messelechum (quem floruisse refert MCCCIV.) et Mansfeldum, qui claruit MCCCXX. [b] S. theologiae doctor. Pits. [c] Vide Leandrum Bononiensem in 4to libro *Praedicatorum*.

[d] Oxfordius, Ms. Lel. Trin. [e] In evangelium, Ms. Trin. [f] Praeter libros a Lelando huic Guilielmo ascriptos, habent Baleus et Pitseus ex Bostono Buriensi *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Defensorium Thomae Aquinatis* [contra corruptores, Addit. Bal. in Ms. Lel. Trin.] lib. i. Forsan idem cum libro *Contra corrupt.* tametsi B. et P diversos faciunt. *Quaestiones de anima*, lib. i. *Contra Henricum Gandavensem*, lib. i. *De comparatione statuum*, lib. i. *De unitate formarum*, lib. i. Claruit Mansfeldius anno MCCCXX. Bal. v. 2. Pits. p. 408. Messelechus vero, sive Massetus, ann. MCCCIV. Pits. p. 389.

MASSONIUS [ROBERTUS] Gallicae ecclesiae Londini pastor A. MDLXXVI occurrit. Edidit *Petri Martyris locos communes*, Lond. MDLXXVI. MDLXXXIII. fol. Cui praefixit *Epistolam nuncupatoriam ad D. Ant. Cocum.* Pr. "En ad te accedo, vir."

MASTERS [GULIELMUS] ex schola Etonensi liberalium studiorum principiis egregie imbutus ad collegium Regale Cantabrig. se contulit A. MDXLIX, ubi socius, academiae Cantabr. procurator, et publicus orator; tandem legum doctor, et A. MDLXIX cancellarius Norwicensis renunciatus. Extant, *Oratio ejus in adventu reginae Elizabethae Cantabridgiam habita prae foribus occidentalibus templi Regalis collegii.* Aug. 5, MDLXIV. Pr. "Quanquam conspectus tuus." Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. A. 69. Olim in bibl. comitis Dorset. *Epistolae duae inter Mss. epistolas Parkhursti* in bibl. Norwic. Mori.

S. MATHANUS episcopus Scotus scripsit *De Benedictini ordinis apud Scotos claritudine*, lib. i. Claruit A. DCCCLVI. Colitur 28 Septemb. Dempst. xii. 858.

S. MATHANUS alius a laudato, licet eodem vixerit seculo, et dignitate episcopali, ut alter, honoratus, scripsit *De laudibus S. crucis*, lib. i. *De septem doloribus virginis*, lib. i. Claruit A. DCCCLXXXVII. Colitur xii Novemb. Dempst. xii. 863.

S. MATHULUS natione Scotus in peregrinatione ad terram sanctam per Gallias transiit, ubi episcopus electus est, et Xantones ad fidem Christianam convertit. Scripsisse fertur, *Homilias ad populum*, lib. i. *De trinitate*, lib. iv. Claruit A. DLIII. Colitur xv Novembr. Dempst. xii. 865.

MATISCONUS [HUGO] poëta Anglus. Scripsit carmine *De gestis clarorum militum*, lib. i. "Solis spirat odor menti." Hunc in quadam bibliotheca Londinensi vidit Baleus. De aetate non constat. Bal. xi. 60. Pits. *Append.* p. 865.

MATTHAEUS ABERDONENSIS episcopus scripsit *De exemptione cleri*, lib. i. *In evangelia de sanctis*, lib. i. *Lucidarium ecclesiasticum*, lib. i. Floruit A. MCXCIX. Dempst. xii. 927.

MATTHAEUS WESTMONASTERIENSIS coenobii monachus Benedictinus, FLORILEGUS etiam dictus a collectis chronicorum floribus. Scripsit *Historiarum flores, sive annales ab orbe condito ad* A. MCCCVII. lib. iii. "Temporum summam, lineamque descendentem." Extant cura M. Parker. London. MDLXVII. Et Londini cum duabus cujuslibet paginae columnis absque praefatione MDLXVII. fol. Et auctiores ac emendatiores Lond. MDLXX. fol. Et Franc. MDCI. fol. Et Ms. bibl. Bodl. Fairf. xx. sed imperf. deest in A. DCXXXV. Et Ms. Cotton. Claudius E. viii. Horum exemplar, ut putatur, autoris prototypon extat inter Mss. Laud. bibl. Bodl. L. 44. Sed μείζων desinit in A. MCCXCVI. Ab A. MCCXLV ad MCCLXV editis auctior est hic codex. Ms. bibl. Bodl. Mus. 193. ad A. MCCCV. ubi desinit. Horum florum priorem partem sc. usque ad conquestum conscriptum esse a monacho Alban. existimat praefator ad edit. MDCI. Forsan Mathaeus Parisius eorum auctor. *Additiones* lxx *annorum*, lib. i. "Sequuntur tempora duorum regum." Matthaeum has nunquam

nunquam scripsisse probare nititur Wharton. *Praefat.* ad *A. S.* tom. i. p. 32. *Chronicon Westmonasteriense*, lib. i. *Chronicon sani S. Edmundi*, lib. i. Claruit A. MCCCLXXVII juxta Bale vi. 31. Pits p. 518. Cave *App.* p. 63. A. MCCCVII. Wharton. l. c.

MATTHEW [SIMEON] patria Bedfordiensis apud Bigleswade natus, literis grammaticis Etonae, academicis Cantabrigiae in collegio Regali imbutus erat, ubi tandem A. MDXXIX S. theol. baccalaureus creabatur (Ms. Inett.) A. MDXXXI. 22 Febr. institutus ad vicariam ecclesiae de Tollesbury Essex. Newc. i. 211. Et A. MDXXXII. 1 Febr. ad rectoriam ecclesiae S. Mariae de Wolchurch London. Ibid. A. MDXXXIII. 26 Jun. collatus ad praebendam de Sneating in ecclesia S. Pauli, *Reg* Stockisly episc. London. quae vacabat 9 Apr. MDXLI per mortem Simonis Matthew. *Reg.* Bonner. A. MDXXXIV. Octob. 3, collatus ad ecclesiam S. Botulfi extra Bishopsgate, quae vacabat 10 Sept. MDXLI per ejus mortem. Ibid Scripsit *Conciones plures contra papam.* Harum concionum unam citat Tho. Beconus in *Mercatura Romanorum episcoporum.* op. tom. iii. 269. fol. *Concio apud crucem Paulinam* 27 Jun. MDXXXV, *in* 1 *Petr.* v. 6, 7. Lond. MDXXXV. 8vo. Claruit circa A. D. MDXXX. Ms Hatcher.

MATTHEWS [THOMAS] de Colchestria, qui tempore Henrici viii inter alios abjurabat. Extat inter Mss. *Epist. Martyr.* bibl. Emanuel. Cantabr. *A sheet of English verses, entitled*, Tho. Matthews to his wife and children. Pr. " Give yere my children to my words." Printed Fox. i. edit. 1263. sub tit. *The exhortation of Rob. Smith to his children, commonly set out in the name of Mr. Rogers.*

MAUCLEARCUS [GUALTERUS] episcopus Carliol. consecratus MCCXXIII circa festum Ascensionis. M. Parisius. Assumpsit habitum ordinis Praedicatorum Oxoniae 24 Junii MCCXLVI. Tho. Wikes; quo anno resignavit episcopatum. Inter suos scriptores in *Appendice* recenset Pitseus. Sed nulla ejus scripta memorat. Obiit demum A. MCCXLVIII. *Histor. Roffen.* Ms. Wharton. R. 141. in bibl. Lambeth. Vide Pitseum, Godwinum, *Hist. et Ant. Univ. Oxon* i. p. 63. 65.

MAULIUS [GULIELMUS] patria Essexiensis, frater Mendicans ordinis S. . . [Wickevista. . in studiis usus est consilio cujusdam Petri Payne Oxon. sub A. D. MCCCCXXX. Ms. Nota in princ. Ms. C. C. C. Cantabr. K. 11. manu haud recenti.] Latine scripsit *Sermones Dominicales ab Adventus Dominica* 1 *ad* 1 *Dominicam post Trinitatem*, lib. i. " Abjiciamus opera tenebrarum." Ms. coll. C. C. Cantabr. K. 11. Olim Baleus eos vidit in manibus Reyneri Wolphii, typographi regii. De tempore quo vixit haud constat: nisi ex Ms. nota, superius allata, illud eruamus. Bale. xii. 83. Pits. *App.* 856.

MAUNSFIELD [HENRICUS] (MAMMESFELD) S. theol. prof. collegii Merton. alumnus et cancellarius Oxon. A. D. MCCCXI. *Hist. et Ant. Oxon.* tom. ii. Rector ecclesiae de Flintham in archidiac. Nottingham. et cancellarius Oxon. circa A. MCCCXI. Wood. Ms. C. 44. A. MCCCIX. *Regist.* Dalderby episcop. Lincoln. A. MCCCXII. 11 kal. Jun. collatus ad praebendam S. Crucis in ecclesia Lincoln. Ibidem. A. MCCCXVI. ad praebendam de Asgerby. Ibidem electus decanus Lincoln. A. MCCCXV. 18 kal. Jan. Ibidem. Scripsit *Commentarios super Boëtium.* Ms. in bibl. coll. Novi Oxon. 264. Pits. *App.* p. 863. Vide A. Wood. Ms. Merton.

MAVORNUS Glasconiensis coenobii monachus, non Benedicti, sed Congelli apostolici viri institutum professus; et cujusdam in Britannia ecclesiae episcopus, cujus nunc non occurrit nomen. Theologiae consultissimus fuit, et ejus rerum egregius interpres. Hanc illi virtutem ac summam peritiam tum educatio tum diligentia insignem fecit. Conciones non paucas, etiam quaestiones non de trivio petitas, sed ex divinae Scripturae penetralibus potius acceptas, in suos redegit numeros, et redactas tanto pertractavit acumine, ut dedisse illis lumen potius quam aliunde petiisse videatur; edidisse dicitur *Annales suae patriae*, lib. i. Bale ex Lelando. Claruit A. DCXX. Bal. x. 7. A. DCXXXVI. Pits. p. 107.

S. MAURA virgo, et sanctimonialium magistra, Scota natione, miraculis clara in loco ab ea Kilmaur dicto. Scripsit, *Regulam ad sorores*, lib. i. *S. Scolasticae vitam*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. Claruit A. DCCCXCVIII. Colitur die 2 Novembr. Dempst. xii. 861.

MAURITIUS[a], Morganiae Cambricae alumnus, non levem sibi ex eruditis artibus existimationem peperit: erat autem Clementis, Nidensis coenobii abbatis, viri non illiterati frater. Non hoc plane sine magna ratione a Silvestro Giraldo * Menevensi factum, ut hunc in libro *De institutione principis* vel literatissimum appellet: quare et ego illius judicio subscribo[b]. Ex *Lelando.*

[a] Mauritius Morganius, patria Demeta, et acad. Oxon. alumnus, ubi A. M. (Bal. Pits.) Scripsit, *Epigrammata quaedam*, lib. i. *Carmina et epistolas*, lib. i. * In libro *De institutione principis*, distinct 3. [b] Claruisse fertur anno MCCX. Bal. iii 64. Pits. p. 274. seq. Libera capella Sanctae Trinitatis de Cork in Hibernia vacavit per mortem Mauritii Morgan, nuper custodis, 12 Dec. MCCCCXIV. apud Rymer, *Foeder.* tom. ix. 190.

MAURITIUS abbas insularum Missae, cum Roberto Brusio militavit, quando virtute brachii S. Philiani (uti ferunt) Anglos apud Banocburn vicit. Scripsit, *De S. Philiani actis*, lib. i. *Conciones sacras ad milites*, lib. i. *Pro libertate ad regem*, lib. i. Claruit A. MCCCXV. Dempst. xii. 935.

MAURITIUS Dominicanus Anglus, Gauritius aliquando dictus vitio typographi. Scripsit *Distinctiones* lxxxix *ad praedicandum*, lib. i. Ms. in bibl. Dominicanor. Neapoli. Ms. Lambeth. 41. fol. h. t. *Distinctiones Mauritii Angli, ordine alphabetico.* Et in bibl. coll. Merton. Oxon. N. vii. 7. O iv. 4. *Distinctiones Mauritii* extant: an autem hujus vel Mauritii de Portu quaere? *In Isaiam*, lib. i. Ms. coll. Novi Oxon. 40. *In Heremiam*, lib. i. Ibidem. *In Baruch*, lib. i. Ibid. . . . Claruit A. MCCXC. Pits. p. 377.

MAURI-

MAURITIUS[a] FORDANUS five SOMERSETUS: Bernerdinae imitator fectae, qua Forda[b] propter Axi ripas apud Somurotriges monasterium floruit, literas excoluit; utque feriis jucunda fubinde mifceret, ftudium ad mufas contulit; qua parte et libellum carmine fcripfit *De fchemate pontificali*[c], quem et Reginaldo, Badunenfi epifcopo, dedicavit[d]. Ex *Lelando*.

[a] Mauritius Somerfetus. Primus Ciftertienfis ordinis fcriptor apud Oxonienfes emerfit. A. Wood. Electus erat abbas Fontanenfis; fed quietis et ftudii magis quam honorum cupidus, refignavit Thoraldo. Pitf. [b] Forda abbatia eft in agro Devon. [c] Praeter *De fchemate*, lib. i. Scripfit *Carminum* lib. i.' [d] Claruiffe fertur circa A. D. MCXCIII. Bal. iii. 30. Pitf. p. 260. Et *Hift. et Antiq. Univ. Oxon.* tom. i. p. 57.

MAXWELL [GULIELMUS] natus in Gallovidia prope Candidam Cafam. Scripfit, *Problematum* lib. i. *Conclufiones varias*, lib. i. *Orationes et epiftolas varias*. Claruit A. MCCCXL. Hatton.

MAYBOLIUS [GREGORIUS] Vide Dempfter. p. 491. Prefbyter Scotus, primus praefectus in Mayboilla, Jacobi Kennedii capellanus, archidiaconus Glafcuenfis. Scripfit, *De ceremoniis ecclefiafticis*, lib. i. *De decimis*, lib. i. *De paftorum vigilantia*, lib. i. Claruit A. MCCCCXC. Dempft. xii. 931.

MEARUS [JOHANNES] monachus Benedictinus in coenobio Norwicenfi, S. theologiae doctor Oxonienfis. Scripfit, *Lecturam fententiarum*, lib. iv. *Conciones plures*, lib. i. Haec olim confervata fuere in bibl. monaft. Norwici. Bal. xi. 67. Pitf. *App.* p. 879.

S. MECHTILDIS Scotiae regis filia, virginitatis ftudiofa clam aufugit cum S. Alexandro fratre, et in villa Lapione prope Cifterciorum coenobium, et viva et mortua miraculis claruit. Scripfit *Ad fratrem de mundi contemptu*, lib. i. Claruit A. MCCXXXVIII. Colitur die 26 Febr. Dempft. xii. 841.

S. MEDANUS monachus Germanus evangelium apud Scotos et Pictos propagavit. Scripfit *Laudes monafticae vitae*, lib. i. Claruit A. DXXXIV vel DCCCIII. Dempft. xii. 844. Quidam S. Medanus apud Bodmin. in Cornubia humatus jacet. Leland. *Collect.* i. p. 10.

S. MEDOTHUS epifcopus Scotus, ex eorum antiftitum numero, qui e Culdaeis electi, ubique regni ecclefiis praeerant, nulli certae fedi adftricti. Scripfit, *Contra idolorum vanitatem*, lib. i. *De contemptu falforum deorum*, lib. i. *Homilias*, lib. i. *Pro ecclefia ad Craithlindum regem*, lib. i. Claruit A. CCCXVIII. Colitur pridie cal. Febr. Dempft. xii. 850.

MEDWALLUS [HENRICUS] dom. Joanni Morton, archiepifcopo Cantuar. a facris domefticis. Scripfit fermone Anglicano *De natura comoediam*, lib. i. " Cunctipotens ille, qui omnem " fabricam." Poftea verfa fuit in Latinam linguam. Claruit circa A. MCCCCXC. Bal. xi. 83. Pitf. 678.

MEIRIG DAVYDH A VORGANNUG poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLXXX. Scripfit *Ymryffon rhung hun a Sion Moudhuy*. Mf. penes Lhuyd. Lhuyd. Davis.

MEIRIG AB JORWERTH poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCLXXX. Hujus quaedam carmina extant in libro rubro Hergeftiano. Lhuyd.

MELCHESHAM [RICHARDUS] Ciftercienfis ordinis ac Bellenfis coenobii monachus multam dictando et docendo per eas terras famam comparavit. In lucem emifit *Sermonum juftum volumen*. Ita Johannes Lelandus in fuis *Collectaneis* vol. iii. p. 66. ubi dicit hoc volumen olim fuiffe in bibl. coenobii de Batayle. Sed pauciffimis verbis refert. De caeteris vero factis nihil. Bal. xii. 29. et Lelando. Pitf. *Append.* p. 897.

MELCHIADES natione Scotus fcripfit *De legitima Petri cathedra contra fchifmaticos*, lib. i. Obiit A. MCLXX. Dempft. xii. 870.

MELCHINUS[a] olim celebris erat cum eruditionis, tum fapientiae titulo. Sed ejus gloria, quemadmodum et Britannorum fere omnium, ita Saxonica tyrannide obfcurata eft, ut vix aufim tam nitidum folem fperare, quam Melchini vita defiderat. Ne tamen perpetuis deliteat tenebris, aliquid dicam, quod veterem autorem noftrae aetatis hominibus, tanquam per tranfennam, oftendat. Accipite igitur, quae mihi primum fortuna Melchini nomen obtulerit. Eram aliquot abhinc annis Glefloburgi Somurotrigum, ubi antiquiffimum fimul et famofiffimum eft totius infulae noftrae coenobium; animumque longo ftudiorum labore feffum, favente Richardo Whitingo, ejufdem loci abbate, recreabam; donec novus quidem cum legendi, tum difcendi ardor me inflammaret. Supervenit autem ardor ille citius opinione. Itaque ftatim me contuli ad bibliothecam, non omnibus perviam, ut facrofanctae vetuftatis reliquias, quarum tantus ibi numerus, quantus nullo alio facile Britanniae loco, diligentiffime evolverem. Vix certe limen intraveram, cum antiquiffimorum librorum vel folus confpectus religionem, nefcio an ftuporem, animo incuteret meo, eaque de caufa pedem paululum fiftebam. Deinde falutato loci numine, per dies aliquot omneis forulos curiofiffime excuffi. Inter vero excutiendum praeter alia multa admirandae vetuftatis exemplaria, reperi fragmentum[b] *Hiftoriae* a Melchino fcriptae, ex quo haec, quae fequuntur, non fine diligentia notavi. Primum, in Cambria ortum fuiffe Melchinum et educatum; porro, bardorum five vatum ftudiis, quos Cambri plurimi femper fecerunt, impendio adhaefiffe. Denique, *Hiftoriolam de rebus Britannicis*, fed patrio more vaticiniis refertam, fcripfiffe[c].

[a] Melchinus Avolonius dictus. [b] Annon idem quod extat in *Mon. Angl.* i. 6. [c] Scripfit, *De antiquitatibus Britannicis*, lib. i. *De geftis Britannorum*, lib. i. *De regis Arthuri menfa rotunda*, lib. i.

Sed, ut ingenue fatear id quod sentio, non tam approbo ea, quae de sacro coemeterio Glessoburgensi, loco antiquitatis plane venerandae, scripsit; quam improbo quae, sine certo aliquo autore, de Josepho Arimathiano adfirmet [d]. Nam ego facile credere non possum Josephum, Christi optimi maximi discipulum, Glessoburgi sepultum esse. Crediderim tamen, sanctissimum aliquem ejusdem nominis eremitam ibidem sepultum, atque inde natum hunc esse errorem: quanquam nemo nescit, Christi discipulos *per varios casus et per tot discrimina rerum* ad gentes remotissimas pervenisse; et aliquot ex Philippi apostoli discipulis e Gallia in Britanniam commigrasse. Quare non me opinioni ante mille fere annos natae medium opponam, tanquam pro aris et focis dimicaturus. Certe plausabilius aliquid fecero, si lectorem admonuero, hunc Melchinum non uno in loco Mevinum vocari a Joanne Hardingo, qui *Historiam* nostrae gentis, regnante Henrico sexto, rhythmis Anglicis scripsit, publicamque fecit. Nihil amplius in praesentia succurrit de Melchino, quam quod, teste fragmenti inscriptione, ante tempora Merlini floruerit. Ex *Lelando*.

[d] Fabula ejus de tumulo S. Josephi Arimath. apud insulam Avall. extat in libro *Antiq. Glaston.* per Joh. monachum (Ms. Ashmol. 790. f. 35.) cum hoc tit. *Ista scriptura invenitur in libro Melchini, qui fuit ante Merlinum.* Claruisse fertur A. DL. Bale. DLX. Pits. Bal. i. 57. Pits. p. 96.

MELDIS [GALFREDUS de] astronomus Oxoniensis scripsit *De conjunctione ♄ et ♃*, A. D. MCCCXXV, *et de altera eorundem ☌*, A. D. MCCCXLV. Pr. "Cunctis quorum interest." Ms. bibl. Bodl. Digby. 176. Br. Twyne in princ. A. Wood. Ms. Pits.

MELDROM [DAVID] canonicus Dunkeldensis, et officialis Thomae Lauder, episcopo Dunkeldensi. Scripsit, *Vitam Thomae Lauder episcopi*, lib. i. *Super decretum Gratiani*, lib. i. *In Clementinas*, lib. i. *In extravagantes*, lib. i. Claruit anno MCCCCLXXXI. Dempster. xii. 941.

MELIDUNO [ROBERTUS de] patria Anglus, Lutetiae educatus; et quia Meliduni artes liberales professus est, Melidunensis cognominatus. Discipulos habuit quamplurimos ob doctrinam celebres, inter quos Joannes Saresburiensis et Thomas Becket. Gratia hujus Thomae, post translationem Gilberti Folioth ad sedem Londinensem, ad sedem Herefordensem evectus est Robertus: qui sub nomine Roberti Melun consecratus est 11 cal. Jun. MCLXIII (MCLXIV. *Annal. Theokesb.*) in episc. Hereford. Gervas. Hujus Roberti honorifice meminit Joh. Sarisb. *Metall.* lib. ii. cap. 10. Scripsit *Summam theologiae*. Pr. "Quemadmodum propriam est oculorum." Ms. in bibl. S. Victoris Parisiis. Quaedam ex hac *De trinitate* edidit Bulaeus, tom. ii. p. 585. *De incarnatione*. Ibid. p. 596. et synopsin capitum. Ibid. p. 772. Vide quantis laudibus hoc opus effert Bulaeus, tom. ii. p. 264. 585. ob nitidam et tersam Latinitatem, varias et utiles quaestiones, argumenta solida, et tam solertem quam modestam mysteriorum Christianorum discussionem. Est etiam in bibl. S. Victorina Ms. cui titulus: *Liber poenitentialis magistri Roberti:* unde conjicit Bulaeus, tom. ii. 542. habuisse Melidunensem autorem. Obiit circa A. MCLXXIII. A. MCLXVI, juxta *Annal. Winton.* A. MCLXVII, 4 cal. Martii, *Annal. Theokesb. et Wigorn.* Robertus hic saepissime confunditur a nonnullis cum R. Lotharingo episcopo Hereford. Ab aliis cum Roberto Folioth, qui eum in dicto episcopatu excepit.

MELLO, [a] cujus vitam aliquando legi, scriptam quidem et editam ab homine pio, at non adeo eleganti. Hinc intellexi, Mellonem, relicta Britannia natali solo, Romae bonis dedisse jugem operam literis; et eo exquisitae cognitionis pervenisse, ut tandem maturo Stephani, pont. Rom. judicio episcopus designaretur [b], sede Rothomagi constituta: id quod factum volunt circa tempus Valeriani imperatoris. Caetera ab archivis Rothomagensis ecclesiae perquirenda sunt. [c] Ex *Lelando*.

[a] Mellanius Probus. Bal. Pits. Scotus. Dempster. [b] Anno CCLVI. Dempst. [c] Scripsisse fertur *Quasdam Homelias*, lib. i. Claruit A. CCLX. Bal. i. 31. Pits. p. 80. Dempst. xii. 924.

MELTON [GULIELMUS] de MELITONA, sive MULTON, patria Eboracensis, studiis philosophicis ac theologicis in academia Oxon. egregie imbutus factus est cancellarius ecclesiae cathedralis Eboracensis A. MCCCCXCV mense Januario, ad quod officium praebenda de Laghton in eadem ecclesia pertinet, ad quam admissus fuit 15 Julii A. MCCCCXCVIII. Si Sixto Senensi in *Bibl. sancta*, lib. iv. p. 243. et Antonio Senensi in *Bibl. ord. Praedicatorum*, Par. MDLXXXV p. 100. fides sit, noster Gulielmus postea frater erat ordinis S. Dominici et cancellarius Parisiensis. Scripsit *Postillas in xii prophetas*, lib. xii. Ms. in bibl. Dominicanorum Placentiae. *Commentar. in epistolam ad Hebraeos*, lib. i. "Narrabo nomen tuum." Ms. in bibl. Dominican. Bononiae. *Sermones in evangelia*, lib. i. *Commentar. in Pentateuchum*, lib. v. ——— *Danielem*, lib. i. ——— *Maccabaeos*, lib. ii. *De musica coelesti*, lib. i. *De illis examinandis, qui sacris initiari percupiunt*, lib. i. *Prologum in librum Johannis Norton, prioris de Mont-Gratia* dictum, "Spiritualem musicam monachorum." Pr. "De devotis meditationibus missi." Ms. in eccles. cath. Lincoln. G. 50. *Prologum in ejusdem Johannis lamentationem*. Pr. "In devotissima quidem lamentatione." Ibidem. Obiit sub finem A. MDXXVIII. Bal. ix. 12. Pits. 696. *Athen. Oxon.* tom. i. 22.

MELTON [RICHARDUS] transtulit in sermonem Anglicum *Urbani Regii instructionem Christianae fidei*. Pr. "How to be bold upon the promise of God." Lond. by Hug. Singleton. . . . . 8vo.

MELVIL [JACOBUS] sive MELVINUS Scotus (Dempst. 497.) poëta, scripsit, vernaculo sermone, *Matutinam visionem*, lib. i. carmine. Obiit A. MDXC. Dempst. xii. 945.

Y MELYN poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

MENZES [DAVID] S. theol. professor in academia Aberdoniensi. Scripsit *Conciones sacras*, lib. i. Claruit anno MDXX. Dempster. xii. 948.

MEPHAMUS [SIMON][a] celeberrimi nominis theologus, aliquandiu Cissae, alias Cicestriae, inter canonicos, quos vulgo praebendarios vocant, canonicus et ipse vixit. Sed quae erat hominis virtus et eruditio, non potuit diutius latere, quin ab Edovardo, ejus appellationis tertio, aut a principibus viris, qui regem adhuc annis tenerum gubernabant, ad majora munia obeunda evocaretur. Cumque jam, relicta Cissa, aliquot annis palatinus fuisset, contigit, ut Gualterus Regnoldus, quem Edovardus Arvonius ex thesaurario suo, repulso Thoma Cobhamo, viro doctissimo, Cantiorum archiepiscopum fecerat, moreretur, in cujus locum subrogatus est[b]. Quanquam non me fugit Polydorum Italum, qui prae se nos Anglos infantes putat, aliter scribere; nam loco Mephami Joannem Stratofordum pro sua autoritate substituit. Sed fas per me sit Italo Polydoro facere id, quod multa cum libertate et frequenter facit: hoc est, res Anglicas singulis fere pagellis suae historiae pessima fide posteritati tradere. Sed ad Mephamum archiepiscopum redeo, qui honestati et castae sacerdotum vitae optime consultum esse cupiens, facto conventu, *Decreta* quaedam *provincialia*[c] statuit, et edito libro publica fecit. Caetera autem, quae credibile est illum scripsisse, ad meos oculos hactenus non pervenerunt. Quare, ne numerum scriptorum adfectare videar, data opera Cantianorum archiepiscoporum nomina in meo catalogo missa faciam, nisi aliud praeter *Synodalia decreta* scripserint: Sic enim nec adfectator, nec molestus lectori, minutila toties inculcando, videbor. Superest, ut quod nuper in *Annalibus*, *Historiae* Joannis abbatis Burgensis adsutis, reperi, adponam; nempe Mephamum obiisse anno D. MCCCXXXIII[d]; unde conjectura est illum quinque annos, et eo amplius, pontificatum gubernasse. Ex *Lelando*.

[a] Simon Mepham, patria Cantianus, in colleg. Merton. Oxon. educatus, SS. theologiae doctor, ecclesiarum Cicestrensis et Landavensis canonicus, et Tunstalensis rector. Godw. Archiepiscopus contulit magistro Simoni de Mepham canonicatum et praebendam in ecclesia Landav. 6 cal. Jun. MCCXCV, uti patet ex *Regist.* Winchelf. f. 170. 4 non. Nov. MCCCX. archiepiscopus ei contulit ecclesiam de Tunstal. Ibid. f. 48. [b] Electus . . . Dec. MCCCXXVII, et consecratus non. Julii, ann. MCCCXXVIII. [c] Quorum titulos ita enumerat Pitseus: [qui tantum sunt concilii Londinensis constitutionum vel tituli vel capitum principia] uti patet ex vol. ii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 552. seqq.; *De justitiis.* Pr. "Item omnes illi." *De feriis.* "Animarum saluti." *De appellationibus.* "In concilio Oxoniensi." *De testamentis.* "Item quia." *De decimis.* "Quia quidam." *De ecclesiis aedificandis.* "Statuimus." *De clandestina desponsatione.* "Quia ex contractibus." Extant *Constitutiones ejus in concilio London.* A. D. MCCCXXVIII. Pr. "Zelari oportet pro." Mſ. in Bodl. Sel. sup. 43. Mſ. Bodl. Digb. 81. Mſ. Bodl. Hatton. 24. Mſ. Norwic. More 235. Ashmol. 1146. Editae in *Concil. M. Brit. et Hibern.* Lond. MDCCXXXVII. vol. ii. p. 552. seqq. Extat etiam *Constitutio ejus in concilio Maghfeldensi* A. MCCCXXXII, *de feriis et festis sanctorum celebrandis.* Pr. "Simon, etc. "Ex "scripturis didicimus." Ib. sec. vol. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 560. seq. In Mſ. Cotton. Otho. A. xv. et Mſ. Lambeth. 17. et Mſ. Norwic More 235. aliae reperiuntur *Constitutiones* Simoni Mepham adscriptae; quae Waltero Raynoldo A. MDCXXII merito attribuendae sunt. Vide *Concil.* nostrorum vol. secundum, p. 512. et p. 554.

[d] Obiit Maghfeldae 12 Octob. MCCCXXXIII, et in ecclesia cath. Cantuariae sepultus 7 cal. Nov. Godw. p. 150. Bal. x. 85. ex Lelando. Pits. p. 429.

MERBURY [CAROLUS] Scripsit *A collection of Italien proverbs. Discourse of the royal monarchy*, Lond. MDLXXXVII. 4to.

MEREDYDH AB TYDYR [DAVYDH AB] Poëta Cambro-Britannicus. Claruit circiter A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

MERICK [JOHANNES] patriam habuit Monam insulam; literis grammaticalibus in schola Wiccamica Winton. imbutus, ad collegium Novum Oxon. transmissus est, ubi socius electus A. MDLVII, dein gradibus in artibus ornatus A. MDLXV academiae procurator, et A. MDLXX vicarius de Hornchurch in agro Essex. et A. MDLXXIII episcopus Sodorensis renunciatus. Extat *Epistola ejus de antiquitatibus insulae Manniae*, Mſ. Cotton. Julius, F. x. 18. Obiit in agro, ut videtur, Eborac. mense Sept. aut Octobr. MDXCIX. *Athen. Oxon.* i. 718.

MERIFOOT [ROGERUS] monachus scripsit *De lapide philosophorum*. Pr. "Rex de novo." Mſ. Ashmol. 1406. iv.

S. MERINATUS Scotus diaconus Damiani presbyteri frater Christianam fidem Pictis praedicabat. Scripsit *Contra errores gentilium*, lib. i. Claruit A. CCCLXIX. Dempst. xii. 908.

S. MERINUS monachus, S. Regulo Graeco perfamiliaris, qui vel una cum illo in Scotiam appulit. Scripsit *Homilias de sanctis*, lib. i. Claruit A. CCCLXIX. Dempst. xii. 909.

MERLE [JOHANNES] Quaere annon sit idem cum Gulielmo Merle. In Mſ. Bodl. Digby 97. extat Notula magistri Merle *De futura aëris temperie prognosticanda*. Pr. "Haec sunt considerandà ad hoc."

MERLINUS[a] [AMBROSIUS] Mariduni, quae celebris Cambriae urbs est, natus fuit; nomenque a patria, meo quidem judicio, accepit: quanquam non sum nescius, Galfredum Monumetensem et Silvestrem Giraldum, una cum Bardis, qui etiam hac nostra aetate in Cambria rhythmos in lyrae usum componunt, asserere Merlinum nomen urbi suae, vel quod hodie retinet, dedisse. Sed tantum abest, ut illorum in hac parte autoritati subscribam, ut non dubitem rationes aliquando adducturum me, quae oculatis lectoribus contrarium persuadeant. Interea dicturus

[a] Myrdhyn Emrys. Lhuyd. *Arch. Brit.* p. 263.

pauca,

I

pauca, ſed quae cum communi non conſpirent opinione, de ejus genere. Quis enim tam abſurde ſtultus eſt, ut credat Merlinum ab incubo daemone, quales bene multos ſimplex et anilis credulitas olim finxit, genitum fuiſſe? Certe illud propius ad verum accedere videtur, nempe quod velatam, et virginitati conſecratam matrem habuerit. Ut enim illo ſaeculo mirum non fuit, veſtalem virum in coitum admittere, ita nec noſtro videri debet. Sed quod gravida facta, incubum daemonem fucum inceſtui praetexerit, credibile eſt mulieris flagitii poenas metuentis, vel amatoris infamiae notam declinantis, ingenioſum fuiſſe commentum: niſi quis in hac ſit ſententia, ut putet incubum daemonem pro ſciente aliquo, aut philoſopho in hiſtoria obſcure poſitum. Utcunque ſit, de parentibus non admodum refert; refert tamen, idque plurimum, ut quod ego a Maridunenſibus nuper didici, alios doceam; hoc eſt coenobium ſacrarum virginum in ſua antiquitus fuiſſe urbe, cujus reliquias mihi, antiquarum rerum admiratori plane maximo, digitis certatim demonſtrabant, adfirmantes, natum ibi fuiſſe e veſtali Merlinum. Atque hic quidem locus in ipſo urbis umbilico eſt, e regione parochialis coemeterii. Nunc de ejus educatione, quam dubio procul optimam fuiſſe, virtutes hominis mox ſatis declarabunt, dicendum aliquid. Quamprimum per maturos annos licuit, eruditis linguis ac artibus operam dedit, et praecipue magiae naturali; de qua multa cum copioſe, tum docte Apuleius [vulg. Madaurenſis] Maudarenſis, antiquae memoriae autor, Rogerus Baconus, et Cornelius Agrippa, homo noſtri temporis, ſcripſerunt. Sed ubi ſtudiis tam diligenter incubuerit, aut quibus uſus ſit praeceptoribus, nihil certi pronunciare poſſum. Fieri tamen potuit, ut Iſcanas ſcholas, ubi tunc bonae literae, tanquam in principe totius Cambriae civitate, florebant, frequentaverit. Ubi ubi gentium ſtuduit, non dubium eſt, quin eo loci in literis pervenerit, ut doctorum omnium ſuae aetatis, meo judicio, facile primus fuerit. Atque hinc accidit, ut cum Vortegirnus, calamitas noſtrae Britanniae, Loëgria Saxonum violentia totus fere excluſus eſſet, et in Crege Eriri, id eſt, montes niveos, altiſſimos totius Cambriae quidem illos, quos Anglice SNOWDUNE vocant, confugiſſet; nec tamen incepto novae arcis operi ſatis confideret, a magis ſuis conſilium de accerſendo Merlino acciperet. Miſſi ſunt itaque Maridunum, qui vatem accerſant, non ut nova fundamenta ſanguine ſuo, quemadmodum fabulantur, firmiora redderet; ſed ut, inſpecto operis horoſcopo, cum judicio pronunciaret aliquid de fortuna, quam aſtra promittebant. Ille vero per oratores, ut ad principem veniret, rogatus, maturavit; multaque coram cum de operis infelicitate, tum de regis imminenti calamitate praedixit, et, ut veriſimile eſt, victuris chartis commendavit: quas Cambri, Britannorum reliquiae, etiam nunc aſſidua manu, cum multis aliis ab eodem profectis, verſant; ſed tam prodigioſe injuria temporis et hominum corruptas, ut Apolline opus ſit, qui veras a fictitiis dijudicet [b]. Locus autem, in quo vaticinatus eſt, non procul diſtat ab ortu Conovii fluminis, et a poſteris Britannice dictus eſt *Dinas Emeris*, id eſt, mons Ambroſii. Deſiſtebat igitur ab incepto opere recte admonitus Vortegirnus, et non longo poſt tempore, cum durum neceſſitatis urgeret telum, montem Cloartium caſtro et praeſidio, quo potuit, maximo firmavit. Sed heu! *Nihil invitis fas quenquam fidere divis:* nam fulminante Aurelio Ambroſio, caſtrum una cum Vortegirno conflagravit. Hic ne ſis, lector, ignarus loci, eſt mons Cloartius non longe admodum diſſitus a ripis Vagae fluminis in Herinacia, quam regiunculam Cambri ERGIN, Angli ERCHINFELD appellant. Rudera vero praeſidii veteris, una cum vallo et foſſa adhuc comparent. Caſtrum autem Genovium, alias Gronwy, quod poſtea reparatum a recentioribus, Goderici nomen accepit, hinc, ut quidam volunt, originem traxit. Sublato e medio Vortegirno tyranno, Britanni cum novo principe novos animos ſumpſerunt: uſque adeo, ut brevi majorem Saxonum partem, una cum Hengiſto, victricibus gladiis ad tartara demiſerint, et reliquos precario victuros ſub jugum miſerint. Tum vero Ambroſius Britannorum ſuorum gloriae ſtudere, urbes et caſtra reficere, religionem etiam ad priſtinam dignitatem revocare. Inter quae tenebatur honeſtiſſimo quodam deſiderio illuſtrandi memoriam nobilium Britannorum, qui in campo Severiano, dolo neſcio an virtute Hengiſtianorum, occubuerunt. Satis ſcio quid Gallofridus, Britannicae interpres hiſtoriae, de hac re ſcribat: monticuli tamen illi ex egeſta terra conglobati, et intervallis quibuſdam in uſus militares ingenioſe diſtincti, ut alia multa omittam, quodammodo perſuadent mihi, acerrime ibidem inter Britannos et Hengiſtianos pugnatum fuiſſe. Communis indigenarum opinio eſt, moles illas egeſtas, tumulorum inſtar, tanquam ſepulchra nobilibus occiſis fuiſſe erectas. Sed ad rem. Conſuluit itaque Tremorinum, archiepiſcopum Iſcanum, hominem cum magnae experientiae, tum prudentiae. Ille vero, ut monumentum aliquod aeternitate dignum conſurgeret, cenſuit

[b] In catalogo librorum impreſſorum in bibl. Bodl. ſub nomine *Merlini Ambroſii* haec habentur: *Les prophetics de Merlin.*——4to. Mſ. C. C. C. Cantabr G. iv. 3. *Le premier et 2d volume de Merlin.* Ibid. *Prophetia Anglicana*, Lat. per Galf. Monumet. cum explanationibus Alani de Inſulis. Francof. MDCIII. et MDCVIII. 8vo. *Allegoria de arcano lapidis philoſophici*, p. 392. inter *Script. varios de re chimica*, Baſil. MDXCIII. oct. *Laudabile ſanctum:* ſeu *Tract. 12 aquarum*, p. 107. inter *Varia chemico-philoſ.* edit. per Hermannum. Francof. MDCXXV. 8vo. *Prophetiae Merlini.* Pr. "Sedente itaque Vortigerno, rege Brito-"num." Mſ. Oxon. coll. Univ. 98. et Mſ. (vet.) in bibl. Oxon. coll. Linc. Arch. Auſtr. 54. imperf. Et Mſ. in bibl. Bodl. NE. A. 3. 19. Et Mſ. Digb. 28. (f. 162.) Mſ. Cotton Tiberius, A. ix. Mſ. C. C. C. Cantabr. N. xli. 68. et Mſ. ſub D. vii. 1. et Miſcell. xxi. De prophetiarum Merlini autoritate apud Anglos circa MCCXVI vide *Chron.* Tho. Wykes in iſto anno. Scripſit praeterea *Super arte Vortigerni*, lib. i. "Vae rubro draconi," etc. *Epitaphium Sexti regis.* Princ. "Sextus Hiberniae moenia ſubvertet." Mſ. Cotton. Tib. A. iv. *Contra Vortigerni magos*, lib. i. "Magi regis magica arte ſua." *De cometa*, lib. i. *Vaticinium*, lib. i. Mſ. cum expoſitione vel gloſſa Oxonii; Cantabrigiae in coll. Trin. C. 24. 2. 27. S. Petri Mſ. 233. 4. Praedictiones circa Vortigerni regis arcem Galfridus Monumet. proſaice tranſtulit in linguam Latinam, (Bal. i. 48.) *Ambroſii Merlini divinationum ſeu obſcurarum praedictionum liber primus et ſecundus*, (Gallice) Pariſ. MCCCCXCVIII.

accerſendum Merlinum, cujus ingenium, ars, et induſtria in rebus praepollebat omnibus. Quaeſitus eſt ergo Merlinus, inventus, adductus, et operi faciundo praefectus. Hic mihi praefandum eſt, me longe diſſentire ab illis, qui de hoc nobilium virorum monumento ſcripſerunt. Nihilominus non peto, ut quiſquam mihi fidem habeat, niſi aperta, probabilia, et cum communi ſenſu conſpirantia in medium adferam. Nam ſomnia, et nugae canorae a ſanis capitibus procul ſunto. Age igitur. Principio ingentium lapidum venas, quarum feraciſſimus eſt campus Severianus, quaeſivit; inventaque una, quae et vicina praeſcripto loco et ſaxorum immenſa mole conſpicua fuit, ſtatim comparavit ſibi magnum foſſorum numerum, quos juſſit ſtrenue operi incumbere, ac terrae viſcera late juxta ac alta aperire. Illi autem arma parare ac juſſa facere. Sed cum eo ventum fuiſſet, ut maximas moles e nativis ſedibus in altum tollerent, ſtabant foſſores attoniti, utpote prorſus neſcientes, quo id primum fieret modo. Tunc Merlinus, quod illi viribus uſi praeſtare non potuerunt, ingenio et arte praeſtitit. Machinas ergo, excellenti et fere divina uſus induſtria, fabricare praecepit; quales aut certe non Daedaliores fuerunt, quas Vitruvius libro de *Architectura* decimo Cteſiphonti et Metageni attribuit. Tanto ingenium in rebus arduis corpore praeſtantius eſt. Jamque erectae erant machinae, fervebatque opus, dum unuſquiſque ſtudioſe munus curabat ſuum. Quid multis moror? quinquaginta ad minimum tabulae, ingentis magnitudinis ſimul et ponderis, in locum, ubi nobilitatis Britannicae non parva pars ferro occubuit, tranſlatae ſunt. Rurſus ad ingenium et machinas reditum eſt. Nam circinato loco, juſſit Merlinus latomos immania illa ſaxa, longe altiora quam lata, erigere, et ſpatiis ex aequo inter ſe diſtinctis, in formam orbis collocare. Deinde etiam praecepit, ut vacua illa capitum intervalla ſuperpoſitis ſaxis inuſitatae magnitudinis, tanquam corona redimerent. Erecta ſunt praeterea et alia ſaxa eodem, aut non admodum diſſimili, modo intra aream extimi orbis; quorum pars temporis injuria delapſa eſt, quemadmodum et aliquot ex coronariis ſaxis primi circuli. Sed nolo in praeſentia audacter nimium de ſitu et forma hujus famoſiſſimi monumenti aliquid ſcribere; cum ſemel tantum Ambroſiam, alias AMBROSBURY oppidum, a quos non longe diſtat, egreſſus viderim: hoc tamen adfirmare auſim, ſaxa tam ingentia eſſe, ut tria aut quatuor plauſtra unius oneri vix paria ſint. Mirabitur hic forſan aliquis, quod Chillarai montis Hiberniae, unde ſaxa iſta advecta, credula ſimplicitas putavit, nullam omnino mentionem fecerim. Certe tantum abeſt, ut ex Hibernia adducta credam, ut prorſus impoſſibile eſſe contendam. Nam Avona fluvius, et portus maxime vicini viginti ad Medimnam paſſuum millibus diſtant ab Ambroſia. Porro viae, per quas ſaxa a locis illis maritimis neceſſario tranſvehenda erant, adeo impeditae et inaequales ſunt, ut omnes machinas ac artes facile quidem fatigarent. Adde, quod Avona fluvius, qui Ambroſiam praeterlabitur et Medimnae mare intrat, impatiens ſit tantorum propter vada onerum; et ſi patiens eſſet, averſo tamen nitendum flumine. Haec mea eſt opinio: ideoque et ante praefatus ſum, me non ſentire in hac parte cum vulgo ſcriptorum. Potuit tamen uſu veniſſe, ut vel Merlinus, vel familiarium aliquis Aurelii Ambroſii in monte Chillarao inſigne aliquod monumentum viderit, induſtriamque Hibernicam in novo opere imitandam perſuaſerit. Offert ſe jam mihi locus opportunus dicendi recondita quaedam de antiquitate Ambroſiae; ſed quoniam in hoc libro inſtitutum meum eſt eruditorum vitas potius, quam urbes aut oppida illuſtrare; malo in praeſentia ſilere, quam eadem in libro *De civili hiſtoria*, ſive *De antiquitate Britannica* repetere. Ad Merlinum redeo; quem Aurelius, viſo tam magnifico juxta ac ingenioſo opere, laudavit, et laudatum non modo liberaliter remuneratus eſt, verum etiam in ſummo poſtea pretio habuit. At novo tam ſpecioſi operis monumento nomen deerat, per quod honos rei ad poſteros transferretur. Nomen itaque inditum eſt *Chore gaure*, id eſt, *chorus gigantum:* Britanni autem viros excellenti virtute praeditos *gaure* vocabant; ut *Arture gaure*, id eſt, *Arturius gigas*, vel, ut ſignificantius loquar, *nobilis:* et *Gogaran gaur*, id eſt, *nobilis Gorgoranus*, quem Bardi Cambrenſes adfirmant fuiſſe patrem Guennerae, conjugis Arturii. Niſi quis putet rectius *gaur* pro *vaur* corrupte ſcriptum, quod et *magnum* ſignificat. Eſt etiam locus inter Novicollinos, quem vocant *Cather Edrice gaure*, id eſt, *cathedram nobilis Edricii*. Dicitur et Icenum Britannice *Cair Leon gaur*, hoc eſt, *nobilis civitas Legionum*; quanquam alio nomine vocatur *Cair Leon ar Wiſke*. At cum, devictis Britannorum regibus, Saxones per totam Loëgriam poſtea dominarentur, *Chore gaur*, Britannicum nomen, in *Stanheng*, Saxonicum vocabulum, degeneravit: ſonat autem *Stanneng* lapides in ſublimi pendentes. Poſſet hic aliquis per conjecturam dicere *Chore gaur* non magis a Britannis in campo Severiano interfectis, quam ab Aurelio Ambroſio, Uthero Pendracone, et Conſtantino, nobiliſſimis Britannorum regibus, ibidem, ut communis fama refert, ſepultis, nomen accepiſſe. Sit libera per me ſua cuique conjectura; rogoque viciſſim, ut nemo meae ſit moleſtus. Nam ego conjicio reges illos, dubio procul Chriſtianos, una cum nobilibus Britannis, qui in campo Severiano occubuerunt, in ſacro Ambroſiani monaſterii coemeterio ſepultos fuiſſe; lapideſque ingentes non alio nomine erectos, quam ut fama nobilium virorum, fortiſſime pro patria in armis morientium, aeternitati conſecraretur. In hac ego ſententia perſtabo, niſi aliquis autoritate convicerit *Chore gaur* ſacroſanctis coemeterii uſibus dedicatum fuiſſe. Satis jam ſatis de hac re dixi: et cometes, quae apparuit in morte Aurelii Ambroſii, principis nunquam ſatis laudati, Merlinum ad calamum revocat. Utherus etenim Pendraco, qui in Cambria contra Scottos Hibernienſes, et Paſcentium, Vortegirni filium, belligerabat, inſolitae ſtellae cum magnitudine, tum forma territus, accerſiri juſſit Merlinum, virum poſt hominum memoriam aſtrorum et impreſſionum aëris longe peritiſſimum. Quid ego hic referam, quam multa, quam arguta, quam ſublimia adductus Merlinus de cometa diſſeruerit? Admirari quidem Utherus, et numen aliquod

in

in vate loqui credere. Sed ex Aurelii interim fratris sui morte vulnus in animo accepit plane maximum. Non tamen usque adeo consternatus erat, quin omnibus telis impugnandos hostes statim censuerit. Utque id majori faceret cum securitate, Merlinum sibi comitem, amicum, consultorem adjunxit: cujus postea opera clarissimas victorias non tam sibi, quam patriae peperit. Quid? quod ejus strategemate usus, vigilibus Tindagii imposuerit, castrumque, quod munitissimum erat, expugnavit. Hactenus de Merlino omnium, qui unquam fuerunt, Britannorum, meo quidem judicio, eruditissimo, simul et ingeniosissimo. Caetera, quae fecit, una cum ejus morte in obscuro sunt[a]. Ex *Lelando*.

[a] Claruit A. Chr. CCCCLXXX. 4to. Prodiit *Vita Ambrosii Merlini cum prophetiarum interpretatione per T. Heywood*, Lond. MDCXLI. et MDCLI. 4to. Anglice. *Merlini vitae et prophetiae*, Venet. MDLIV. 8vo.

MERLINUS CALEDONIUS[a] a sylva Caledonia, notissima quidem illa, quae, cis Tuesim incipiens, longa per Scotiam mediam extensione protrahitur, ita dictus est[b]. A Britannis vero aliud ejus nomini etiam epitheton inditum, videlicet Wilte, quod vagus silvarum loca devia, frequentiam hominum et rerum fugiens strepitum, percoluerit. Sunt qui eum inter Bardos numerent. Vatem qui eum fuisse commemorant, verisimiliora narrant. Hoc in confesso est; philosophiae eum fuisse studiosissimum, quo nomine et Magi praenituit titulo. Fuit illi cum Ambrosio Merlino magna necessitudo, nec minor cum Theliesino, hominibus vel in fastigio cognitionis rerum naturalium eminentibus. Non desunt, qui confirment, hunc multa excepisse, Theliesino dictante, et chartis commendasse. Quis eruditorum in Britannica antiquitate ignorat, Merlinum Caledonium *Divinationum propheticarum*[c] librum edidisse? At utinam talem eum librariorum fides nobis reliquisset, qualem scripsisse credibile est. Hoc mihi in scriptoribus Cambricis, recentioribus illis, placuit sane nunquam; quod aliquanto procliviores ad laudes suorum, majora in speciem, quam fidem commentati sint. Veneti adfirmant, Merlinum Silvestrem vaticinatum fuisse in Cragis Eririis, id est, montibus niviferis, ubi locus Britannice *Dinas Emerice*, id est, mons Ambrosii dictus. Si notationi nominis fides adhibenda, colligerem rectius, Ambrosium Merlinum vaticinatum ibi fuisse, ut interim Caledonia suo apte respondeat vati. Scripsit autem[d], ut fama refert, publica Britannice exemplaria qualiacunque, quingentis abhinc rariora annis. Galfredus Monemutensis unum aut alterum nactus est; gavisusque operis raritate, in Latinos transtulit libellum numeros[e]. Ex *Lelando*.

[a] Merlinus Caledonius, seu Sylvestris cognominatus. Myrdhyn ab Morvryn, alias, Myrdhyn Uylht, Muridinius Morvrini filius, qui vulgo Merlinus Sylvestris et Caledonius audit. Lhuyd, *Arch. Brit.* p. 263. [b] Caledonius non immerito appellatur, cum Caledoniae sylvas, in quibus habitabat, ipse his verbis commemorat in *Pomario*, seu carmine, cui titulus, *Avalhene*; ex quibus etiam seculo sexto ipsum revera extitisse constat. Avelhen beren beren 1. haeron, etc. Ibidem. [c] Mſ. Cotton. Julius A. v. 3.—*Prophetiae Merlini*, Princ. "Sedente itaque Vortigerno," una cum duabus iconum tabulis; in quarum altera exhibentur Merlinus et Manacha mater ejus alloquentes, in altera rex Vortigernus et Merlinus. In Mſ. Cotton. Tib. A. ix. extant *Prophetiae Merlini*, Pr. 1. § "Sedente Vortigerno," etc.—— 2. § "Superveniet itaque ultio tonantis."—— 3. § "Succedet leo justitiae."—— 4. § "Nitentur posteri transvolare."—— 5. § "Sextus Hib." etc.—— 6. § "Tres fontes in urbe Wintonia." *Prophetiae Merlini Silvestris*, 7. § "Arbor fertilis," etc.—— 8. § "Sicut rubeum draconem," etc.—— 9. § "Mortuo leone justitiae." In Mſ. bibl. Bodl. NE. A. iii. 19. habentur *Prophetiae Merlini*, "Sedente Vortigerno." — "Arbor fertilis." — "Sicut rubeum draconem." — "Mortuo leone justitiae."— "Cedrus alta." In Mſ. C. C. C. Cantabr. sub. D. 8. *Expositiones* harum prophetiarum. Pr. "Sedente itaque eo," i. e. deliberante et disponente. *Prophetiae* 1. Pr. "Arbor fertilis in proprio trunco," Mſ. bibl. Bodl. Digb. 28. — 2. Pr. "Sicut rubeum draconem albus," Mſ. ibid. [d] Scripsit, *Prophetias*, lib. i. quas in Latinum vertit Gallofridus Monumethensis. Existimo libros Prophetiarum eosdem esse, qui dicuntur haberi Mſ. Oxonii in bibl. Merton, et Cantabrigiae in bibl. publ. et in coll. S. Petri. Pitſ. *De tempore regis Arthuri*, lib. i. *De fortunis Albaniorum*, lib. i. "Regnum Scotorum fuit inter." *Prophetiam prosaicam*, lib. i. "Catulus leonis in lupum rapidum." *Super quibusdam honoribus*, lib. i. "Orietur draco de asino." *De quodam sexto*, lib i. "Mortuo leone justitiae, surget." Mſ. bibl. Bodl. Digb. 28. f. 168. *Dicta de septimo*, lib. i. "Quum anni Christi circum circa." [e] Et Roberto Lindiorum episcopo dedicavit. Addit Mſ. Trin. Claruit A. DLXX. Obiit in Bardeseia insula Cambrorum, et ibi sepultus est. Bal. i. 65. Pitſ. p. 161.

MESCHINES [RANULPHUS de] comes Cestriae. Scripsit *De legibus Angliae municipalibus*. Obiit A. MCXXIX. Dugd. *Orig. judic.* p. 56. Et Dugdal. *Baron.* p. 36. seq.

METINGHAM [JOHANNES de] capitalis justitiarius de Banco communi 18 Edw. i. Scripsit *Judicium Essoniorum*. Mſ. penes Guibertum Goddard e hospit. Lincoln. Claruit A. 26 Edw. i. Dugdal. *Origin.* p. 44. 57.

MIAGH [JOHANNES] patria Hibernus scripsit *De possessione monasteriorum*. Stanihurst. pag. 42.

MICHAEL GLASCUENSIS, episcopus in Anglia consecratus, scripsit *Pro Morcuto in Scotia exulante ad Gulielmum Angliae conquestorem deprecationem*, lib. i. Claruit A. MLXX. Dempster. xii. 934.

MICHAEL[a] proprio nomine[b] SCOTTUS dictus non a regione natali: nam a fide dignis didici eum in Dunolmensi ditione genitum et ortum fuisse, et prima in literis incrementa Dunolmi imbibisse. Maturior annis Isidis Vadum et Lutetiam de more petiit[c].

[a] Michael, Mathematicus a Baleo et Pitseo dictus.
[b] Cognomine, Mſ. Lel. Trin. [c] In Germaniam tandem se contulit, et imperatoris Freder. ii. astrologus evasit. A. Wood. Bale. Pitſ.

Philosophiae et mathematicis artibus diligentissimam exhibuit operam. Conscendit etiam tandem per gradus vel ad ipsa theologiae fastigia; et, quia magiae naturalis penitiores recessus investigavit, necromanticus a vulgo creditus [cc]. Comparata autem doctarum linguarum cognitione [d], interpretationi se consecravit [e], qua parte et bonas artes juvabat, Rogerio Bacone non malo teste in libro *De linguarum utilitate.* Gesnerus Michaelis meminit, cujus et opus [*De physiognomia* notat [f].] Ex *Lelando.*

[cc] In Scotia, inquit Dempst. libri ipsius dicebantur, me puero, extare, sed sine horrore quodam non posse attingi ob malorum daemonum praestigias, quae illis apertis fiebant.

[d] Linguas Graecam, Hebraeam, Arabicam et Chaldaicam optime callebat. Pits.

[e] Scripsit *Librum introductorium*, sive *judicia quaestionum*, lib. " Quicunque vult esse bonus astrologus." Ms. in bibl. Bodl. NE. tom. x. 3. Est liber grandis, scriptus hortatu imperatoris Frederici tempore papae Innocentii iv, et continet totam astronomiae et astrologiae scientiam. *Super autorem sphaerae quaestiones*, lib. i. " Sicut dicit philosophus in principio." Extat Venet. MDXVIII. f. *In Aristotelis meteora*, lib. iv. " Tibi, Stephane, depromo " hoc opus." *De constitutione mundi*, lib. iv. " Maxima cognitio naturae et scientiae." *De anima quoque*, lib. i. " Intendit per subtilitatem demonstr." *De coelo et mundo*, lib. ii. *De generatione et corruptione*, lib. ii. *De substantia orbis*, lib. i. *De somno et vigilia*, lib. ii. *De sensu et sensato*, lib. ii. *De memoria et reminiscentia*, lib. ii. *Contra Averroim in meteora* lib. i. *Imagines astronomicas*, lib. i. *Astrologorum dogmata*, lib. i. *In ethica Aristotelis*, lib. x. *De signis planetarum*, lib. i. *De chiromantia*, lib. i. *De secretis naturae*, ad imp. Frederic. cap. 102. Pr. " Imperator inter caetera." Lugd. MDLXXXIV. 24to. Ad finem inscribitur, *De procuratione*, et *hominis physionomia. Abbreviationes Avicennae*, lib i. *De animalibus ad Caesarem*, lib. i. Pr. " Frederice domine, mundi imperator." Conjectura est hos duos ultimos libros esse tantum Avicennae versionem Aristotelis *De animalibus* quam ex Arabico in Latinum transtulisse prae se ferebat Michael, et Frederico imperatori nuncupabat; at is per plagium Andrei cujusdam lucubrationes sibi vindicabat. Extat Venetiis MCCCCXCIII *Abbreviatio Avicennae super libr. animalium Aristotelis philosophic. de Arabico in Latinum translata per Mich. Scotum*, lib. xix. Pr. " Frederice," etc. Ms. Oxon. in coll. Omn. Anim. G. i. 9. Extant etiam *Arist. de animalibus*, lib. xix. *a Mro. Mich. Scoto apud Tholetum translati*, Pr. " Quaedam partes corporum animalium," Ms. Oxon. coll. Mert. Q. i. 10. Rogerus Bacon. in *Compendio theol.* f. 139. —— " Similiter Mich. Scotus ascripsit sibi translationes multas; " sed certum est, quod Andreas quidam Judaeus plus laboravit in hiis; unde Michael, sicut Heremannus retulit, nec scivit scientias neque linguas." Ms. Langb. xii. 27. In Ms. bibl. colleg. Corp. Chr. Oxon. 125. f. 116. sunt *Chymica* quaedam ex interpretatione Michaelis Scoti, dedicata Theophilo regi Scotorum (Pr. " Cum animadverterem nobilem") imperf. In eodem cod. Ms. fol. 119. est haec nota: *Explicit tractatus magistri Michaelis Scoti de Aelchali.* Hujus vero tractatus a priore diversi hoc tantum fol. extat. Michaelis Scoti nomine prodiisse Francofurti MDCII, et Lipsiae MDCIII librum, cui titulus, *Mensa philosophica*, cujus verus auctor sit Theobaldus Angilbertus, docet Jac. Thomasius in *Dissert de Nigello Wirckero*, I. lx. Vid. Placcium, ii. 561.

[f] Claruit anno MCCXXX, teste Bacono in libro *De utilitate scientiae*, 30 minime vero (quemadmodum Bal. Dempst. et Pits. sentiunt) anno MCCXC. A. Wood. Bal. iv. 67. xiv. 52. Pits. p. 374. *Hist. et Ant. Univ. Oxon.* i. 122. Dempst. xii. 940.

MICHEAS natione Scotus, monachus Cluniacensis ex sacerdote saeculari factus regularis observator in coenobio Crucis Regalis. Scripsit *Pro causa Catherinae reginae contra divortium Henrici* viii. lib. i. Claruit in Anglia A. MDXXX. Dempster. xii. 933.

S. MIDDANUS Scotus abbas in Buquhania. Scripsit, *Epistolas ad varios*, lib. i. *Documenta ad fratres*, lib. i. Claruit A. DIII. Colitur 19 Novembr. Acta ejus Mss. habebat Johannes Fraserius Parisiensis professor, et publicare bono patriae cogitabat; sed mors praevenit. Dempster. xii. 864.

MIDDELMORE [HENRICUS] generosus; A. MDLVIII 13 Dec. in Flandriam mittebatur, ut ea, quae ad solemnizandam coronationem reginae Elizabethae necessaria erant, provideret. Strype *Eliz.* 28. Transtulit ex Gallico in Anglicum, rogatu dominae Annae Throgmorton, *Epistolam de extrema valetudine, testamento et morte Eleanorae principissae Condeanae.* Pr. ded. " So soon " as reason and God's." London. MDLXIV. 12mo.

MIDDLETON [GULIELMUS] patria Denbighiensis in collegio Jesu, ut videtur, Oxon. studiorum philosophicorum stadium tantum non emensus, baccalaureatusque artium creatus navarchae spartam vel vitam elegit, et ad varias mundi plagas itinera fecit: horis vacuis poëtico genio indulgens scripsit, *Bardoniaeth, sive De arte poëseos Cambro-Britannicae.* Lond. MDXCIII. 4to. *Psalmos Davidis in rhythmos Cambro-Britannicos transtulit:* qui post mortem autoris impressi sunt Londini MDCIII. 4to. Claruit A. MDXCV. *Athen. Oxon.* tom. i. 284.

Alius GUL. MIDDLETON S. theol. baccalaureus et minister ecclesiae de Hardwick in comit. Cantabrig. fuit autor tractatus, cui titulus: *Papisto-mastix; or the protestants religion defended.* Lond. MDCVI. 4to.

MIDDLETON [a] [RICARDUS] sive MEDIODUNENSIS alias de MEDIA VILLA [b], vir erat prompto, sublimi, magno ingenio; et qui omnem aetatem in eruditis artibus feliciter certe collocavit [c]. Nam primis studiorum annis, saltem maturis, philosophiae Aristotelicae diligentissimam operam dedit, multumque in ea profecit; at multo magis profecisset, nisi quaestiones de rebus philosophicis, argutiores quam utiliores, totas scholas tunc temporis late occupassent. Mediis

[a] Ricardus Middleton. Ms. Lel. Trin. De Media Villa, in aliis Mss. Scotus, Dempster. xii. 912. Apud Middleton-Stony in agro Oxon. vel Middleton Cheyney in Northampt. natus. Fuller, *Ch. Hist.* Cant. xiv. p. 25.

[b] Ordinis S. Francisci. Ms. Mert.

[c] In academia Oxoniensi educatus erat, ubi in studiis philosophiae, juris canonici, et praecipue theologiae scholasticae multos annos posuit, et tandem S. S. theologiae doctor evasit. Mox, relicta patria, Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi tandem sibi comparavit famam, ex errorum Joannis Olivi examinatione an. MCCLXXXII, et disputationibus coram doctoribus Sorbonicis habitis, ut titulis *Doctoris solidi* et *copiosi*, *fundatissimi* etiam et *autorati* insignitus fuerit. Quod vero illum archiepiscopum Remensem fuisse scribit Marianus, parum apud eruditos fidei meretur. Cave. In patriam reversus, reliquum vitae tempus Oxonii in publico docendi munere, non sine summa eruditionis fama, transegit. Ibid.

autem

utem annis canonibus pontificiis ſtudium, ut tum videbatur non inutile, impendebat; cui labori nec ſua meſſis defuit. Poſtremo, jacta ſacra anchora, oculos, mentem, ſenſus denique omnes ad theologiam convertit. Quod ut maximo quodam, ſed plane ſancto, animi ardore fecit; ita multo maximus proventus ſecutus eſt. Haec vera eſſe omnia candidus lector facile videbit, ubi evolverit libros ab illo editos. Scripſit autem, ne ignores, *Super ſententias*, libros iv. [d] "Abſcon-"dita produxit." *Super Diſt.* [e] *Decreti*, lib. i. "Patres noſtri omnes." *De ordine judiciorum*, lib. i. *In epiſtolas Pauli*, lib. xiv. *In quatuor evangelia*, lib. iv. *Quodlibeta* etiam [f], quae anno Dom. MDIX una cum *Commentariis in ſententias* Venetiis per Lazarum Soardum impreſſa ſunt [g]. Claruit ſub Henrico tertio et Edovardo, ejus filio, ſi Tritemius recte computat [h]. Ex *Lelando*.

[d] Mſ. Oxon. in bibl. publ. *Super quartam ſent.* Bodl. ſup. N. 2. Art. 8. Aſt. Mſs. colleg. Merton. O. iii. et Baliol. Mſ. M. 5. *ſuper ſecundam ſent.* uti et Cantabr. in coll. Caii L. 13. Et in aula Pembroch. Mſ. iii. et 114. Extat Venet. MDIX. MDXVII. 4to. Brixiae MDXCI. 2 vol. fol. edit. a Ludov. Silveſtrio. Venet. MDXXIII. fol. A. Wood. Mſ. Pitſ. [e] *Super diſtinctionem*, etc. [f] *Theologica* lxxx *queſtionum*, lib. i. "In "noſtra diſputatione." Mſ. colleg. Merton. O. iii. 11. habet libros iii. Primus quaeſt. 37. Secundus quaeſt. 53. Tertius quaeſt. 28. Pr "Quaeritur utrum Deus ſit ſumme "ſimplex." Extant Venet. MDIX. fol. Pariſ. MDXIX. (A. Wood Mſ. Pitſ.) et in fine *Sententiarum* Brixiae MDXCI. f.

[g] Scripſit etiam *De conceptione B. Mariae virginis*, lib. i. *Opuſculorum* lib. i. Mſ. in coll. Merton. *In regulam Franciſci*, lib. i. *Contra Petrum Joannis.* [h] Claruit circa A. D. MCCC. Bal. iv. 77. Pitſ. p. 386. Cave, *Hiſt. lit.* p. 751.

MIKILWOOD [JOHANNES] unus armigerorum domini abbatis de Bury; cui Gul. Cratfield abbas dedit officium cuſtodiae palatii infra abbatiam S. Edmundi 13 April. 4 Henr. iv. et tandem donatus eſt officio ſive ſerjeantia janitoris de Alſclefgate in abbatia S. Edm. 4 Febr. Scripſit *Regiſtrum actorum Gul. Cratfield, et Gul. Exceſtre abbatum S. Edmundi.* Extat in bibl. Cotton. Tiberius ix. Claruit A. D. MCCCCXX.

MILIS [JOHANNES] ſive MILO collegii Aenei Naſi (ita Hollinſh. vol. iii. p. 798. potius ex aula Aenei Naſi) Oxon. alumnus, ubi juri Caeſaereo et canonico operam ſedulo navans, utriuſque juris evaſit doctor. Scripſit *Repertorium juris canonici*, lib. i. "Abſenti quaeritur actio." Baleus vidit hunc librum Mſ. in coll. Aenei Naſi. Extat Baſil. MCCCCLXXXVIII. Bal. xi. 78. Pitſ. *App.* p. 879.

MILLEMETE [WALTERUS de] fuit clericus tempore regis Edwardi iii. Pat. 2 Edw. iii. p. 1. m.. Rex dedit clerico ſuo magiſtro Waltero de Millemete illam praebendam, quam Adam de Carleton nuper archidiaconus Cornub. defunctus habuit in eccleſia S. Thomae de Glaſeney, ratione epiſcopatus Exon. vacant. 5 Martii. Scripſit librum 1 Edw. iii. qui ſic incipit: "Hic incipiunt "rubricae capitulorum hujus libri de nobilitatibus, ſapienciis et prudenciis regum, editi ad hono-"rem illuſtris domini Edw. Dei gracia regis Angliae, incipientis regnare anno Domini ab incarna-"cione mileſimo, trecenteſimo viceſimo ſexto. 4to." Poſt finem rubricarum regis Edw. iii et reginae Philippae picturae apparent. Dein liber ipſe ſequitur, qui ſic incipit: *De invocatione Dei nominis in principio cujuſlibet operis*—"In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen." In principio cujuſlibet operis eſt nomen "Sanctae et individuae," etc. In ſecunda pagina propriis coloribus exprimuntur inſignia regis Angliae, quae excipiunt inſignia principis Walliae, cum multis aliis picturis et inſignibus gentilitiis. Secundum hujus libri caput eſt "*Epiſtola allectiva dominum re-*"*gem ad ſcientiae regalis cognitionem.*" Nomen auctoris ſtatim poſt principium hujus capitis apponitur Walterus de Millemete. Ex hoc capite apparet auctorem hunc tranſcripſiſſe, in uſum regis Edwardi, *Ariſtotelis librum de ſecretis ſecretorum*, quem Ariſtoteles Alexandro Magno obtulerat. Hunc librum *Commentario ſuo explicuit et ſupplementi loco addidit.* Codex hic extat pulcherrime exaratus in bibliotheca doct. Aldrich, aedis Chriſti decani apud Oxonienſes, et Lelando, Baleo, ac Pitſeo incognitus fuit.

MILLINGIUS [a] [THOMAS] Viſimonaſterienſis coenobii cultor, inter Iſiacos felicia literarum fundamenta jecit, progreſſuque temporis eo cognitionis pervenit tandem, ut in ſupremam theologorum claſſem merito relatus ſit. Deinde ſuos repetens, eruditionis juxta ac virtutis titulo, abba ibidem deſignatus eſt. Ac non multis poſt annis beneficio Eadveardi quarti magno Honoforthenſis [b] eccleſiae pontifex inſtitutus; cui etiam a conſiliis fuit, ejuſque filium Eadveardum principem ſuſceptor de ſacro levabat fonte. Sunt qui hunc putent elegantem, ut illa aetas tulit, ſcriptorem fuiſſe. Illud interim, ſi vera ſunt quae referunt, cum paucis tunc habuit commune monachis; videlicet linguae Graecae cognitionem." Haec *Lelandus*, qui in alio loco eadem de Thoma Millingo diverſis exprimit encomiis, h. m. "Thomas Millingus monachus Viſimonaſte-"rienſis, vir ad melioris literas natus a praeſide ſuo Iſidis ad vadum tranſlatus eſt, hoc nomine ne "ejus ingenii felicitas inculta torpeſceret. Ille vero incredibili igneſcens erga literas alacritate, "promptitudine, expeditione tantum profecit, ut dialectices acumen, naturalium rerum cognitio-"nem etiam exquiſitam, ac divinarum quoque inſtitutiones omneis tanquam e pleno fonte tandem "exhauſerit. Porro incredibili acquiſivit diligentia, tanquam ad coronidem eloquentiam et Grae-"cam et Latinam, exemplo, ut illa ferebant tempora, plane rariſſimo. Non defuit tam lucu-"lentis ſucceſſibus ſuus honor, abba enim monaſterii D. Petri prope Tameſim, qui Londinum

[a] Duo hujus nominis in Mſ. Lelandi. p. 339. et 351. [b] A. MCCCCLXXIV. Godw. Obiit Millingus A. MCCCCXCII, et in capella S. Joh. baptiſtae in eccleſia Weſtmonaſter. ſepultus eſt. Godw.

"alluit,

" alluit, constitutus est. Accessit et ad dignitatis cumulum episcopatus Henoforthensis beneficio " Eadveardi Plantagenistae regis Angliae ejus appellationis ab adventu Nortomannorum in Angliam " quarto. Sed neque illud silentio praetereundum, quod fidem in lavacro pro Eadveardo principe " susceperit: cui et postea a consiliis fuit. Fama praedicat calamum hunc exercuisse, idque feli- " citer, ego tamen nihil ab eo scriptum legi."

MILLUS [ALEXANDER] canonicus Dunkeldensis. Scripsit *De ecclesiae Dunkeldensis successione et episcopis*, lib. i. circa annum Domini DCCXXVII. Ms. extat in biblioth. jurisconsultorum Edinburgi. Mackenz. ii. 558. Claruit A. MDII. Dempster. xii. 930.

MILREDUS [a], quintus Vigevonum [b] episcopus [c], fertur bonarum artium studiosus fuisse, multumque ecclesiae ex theologica cognitione penitiori illa, quae proprium sacrorum concionatorum munus, profuisse. Versus, qui de primis Vigevonum episcopis circumferuntur, sic de hoc viro loquuntur:

Quintus Milredus castus, prudens, et honestus.

Legi praeterea in antiquissimo codice epigrammaton, quae ecclesiastica spectabant ornamenta, hos versiculos in ipsa libelli fronte scriptos:

Hunc proprie librum Milredus possidet ipse,
Antistes sanctus, magno qui dignus honore:
Est etenim dapibus Scripturae plenus et actu.

Invidiosa vetustas Milredi monumenta destruxit: at fama ejus eruditionis etiamnum floret apud Vigevones [d]. Ex *Lelando*.

[a] Milredus Wigornius. Bal. Pits. [b] Vigenorum, seu Wigorniensium. Ms Lel. Trin. [c] Wilfridum in episcopatu Wigorn. an. DCCXLIII, excepit; synodo Clovestroensi interfuit an. DCCXLVII. Vid. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 470. [d] Claruit anno DCCXXX. Bal. x. 22. Pits. p. 887. *App.* Obiit anno DCCLXXV. Godw. p. 502. Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. ex Florent. Wigorn. et *Annal. Wigorn.*

MILVERLEGUS [a] notissimae famae philosophus, in scholis Isiacis disputandi acumine plurimum valuit; usque adeo, ut literatorum chorus universus ejus in rebus dubiis judicium magni facerent. Id quod postea quam intellexerat, animum ad scribendum appulit, ut posteritati cognitionem, maxima industria partam, majori cura consecraret. Hinc prodierunt *Universalia* [b], et *Commentarii in sex principia* [c], libri eo saeculo in pretio plane summo [d]. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Milverleius, Bale. Pits. [b] Lib. i. " Pro superficiali notitia quinque." Ms. Oxon. in colleg. Oriel. 35. et C. C. C. 103. et coll Novo 298. Ms. Bodl. Sup. A. 1. Art. 98. [c] *Gilb. Toletani*, lib. i. " Intentio auctoris " in hoc libello." Ms. Oxon. coll. Oriel. 35. Lambeth. 69. 4to. et Ms. Oxon. Magdal. 47. Scripsit etiam *De propositione*, lib. i. " In materia de propositione." *Sophismata*, lib. i. " De incipere, differre, et scire." In Ms. coll. Nov. 289. extat *Materia bona et utilis de inceptione* secundum M. W. Mylverley. Pr. " Quidlibet." . . . In eodem codice etiam habentur *Materia*, etc. *de differentia*. Pr. " Nulla differunt:" et tract. *De scientia*, lib. i. " Scitum est, " non consc itum." *De qualitate*. Pr. " Pro materia al- " terationis in qualitate." Ms. C. C. Chr. Oxon. 103. Extant etiam ibid. Opera quaedam ejus logica. A. Wood. Ms. Pits. Claruisse fertur circa A. D. MCCCL. Bal. v. 85. Pits. p. 477.

MILVERTUNUS [JOANNES] sive MILVERODUNUS sacris Carmelitici ordinis initiatus fuit Ventae Belgarum, quam Saxones victores BRIGHTSTOW, id est, bellum vel illustrem locum, vocabant. Fama tamen illius, quae aliquando celeberrima fuit, non Ventae, sed in Isidis Vado, utpote doctarum artium gymnasio, prima incrementa cepit: quanquam tam magna Londini quoque, et Romae ad cumulum postea accesserunt, ut ipsum illustris famae circulum compleverint [a]. Operae pretium igitur erit paucis perstringere, quid insigne utraque in urbe fecerit. Londini, et praecipue in suggestu Paulino, frequenteis ad populum conciones habuit, de non ferenda episcoporum ambitione et avaritia. In qua parte sedulo quidem imitatus est exemplum Henrici Parcheri, Carmelitae, viri non infeliciter eruditi, qui sacerdotes Christi paupertatem docuit. Pervenit postea Milverodunus Romam, et paupertatis vulnera coram magistratibus ecclesiasticis cum aculeatis concionibus, tum libro in publicum emisso, ita refricavit, ut ab illis in molem Hadriani, vel, ut nomine usitatiori loquar, castellum S. Angeli, tanquam in carcerem, detrusus sit [b]. Mansit ibi praeco evangelicus totum triennium. At tandem edito per luculentum libellum suae *fidei symbolo* [c], a Paulo secundo, episcopo Romano, libertati restitutus est, et patriae; oblata tamen

[a] A. MCCCCLVI provincialis sui ordinis praeses in Anglia, Scotia, et Hibernia factus. Scripsit, *Ad papam Pium* ii *super articulis, examinatione, disputatione, ac tandem revocatione Reginaldi Pecock, episcopi Cicestrensis*, prolixum opus, lib. i. *De paupertate Christi*, lib. i. " Gratia Domini nostri Jesu " Christi." *Epistolas* lxiv *ad amicos*, lib. i. Frater Johannes humilis prior provincialis, etc. " Quoniam in ultimo " nostro capitulo." *Ad quendam Romanum* [*doctorem, de quibusdam articulis circa Christi mendicitatem*. Pr. " Re- " colende doctor, devotas post recommendationes," etc. script. A. MCCCCLXIX. Ms. Bal. Sloan. 4to. 197.] lib. i. " Reverende doctor, postulationes." *Ad Maecaenates Anglos*, lib. i. " Pater in Christo reverendissime." *Super Augustino de civitate Dei*, lib. i. *Determinationes Oxonienses*, lib. i. *Lecturas ordinarias*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Contra quendam episcopum*, lib. i. *De sua captivitate*, lib. i. *Commentarios in diversos S. Scripturae textus*, lib. i. [b] Vide Acta quaedam de Joh. Mylvartoni fuga, incarceratione, etc. inter archiepiscopum Cant. et papam. Ms. Bale ex *Chron. anon.* Ms. Cotton. Titus D. x. a f. 82. b. ad 87. b. [c] Lib. i. " Dominus aperiat mihi " ostium." Hunc et sequentes libros ex castro S. Angeli, dum

men prius et cardinalitia et episcopali [d] dignitate, sed quam ille modeste refutavit. Defunctus est Londini tertio [e] die Januarii, anno D. MCCCCLXXXVI. Ex *Lelando*.

dum esset captivus, scripsit, *Ad papam Paulum* ii. lib. i. *Ad cardinalem Nicenum*, lib. i. *Ad Ursinum Spoletanum*, lib. i. *Ad Therasonem cardinalem*, lib. i. *Ad cardinalem Papiensem*, lib. i. *Ad Rothomagensem cardinalem*, lib. i. *Ad Joannem D. Sixti card.* lib. i. *Ad D. Angeli cardinalem*, lib. i. *Ad quosdam Italiae nobiles*, lib. i. *Ad doctores Angliae*, lib. i. [d] Ante aerumnas ejus electus erat episcopus Menevensis, sed propter incarcerationes, etc. nunquam fuit consecratus. [e] Die penultimo. Bal. Pitf. 30 Januarii. Bale Mf. Sloan. 51. 120. Epitaphium ejus extat in Mf. Bal. Sloan. 4to. f. 50. Bal. viii. 44. Pitf. p. 673. feqq.

S. MIMBORINUS primus abbas S. Martini, quod coenobium Ebergerus archiepiscopus Coloniensis Scotis peregrinis in perpetuum tradidit possidendum. Scripsit, *De fundatione monasterii*, lib. i. *Tractatum de sacramentis*, lib. i. Mss. in eodem monasterio. Obiit A. DCCCCLXXV. Dempst. xii. 846.

S. MINNANUS archidiaconus Scotus, magni nominis propter religionem et doctrinam; regibus Kennetho et Constantino ii charissimus. Scripsisse fertur, *De legitima Pictici regni cum Scotico unione*, lib. i. *Apologiam pro rege*, lib. i. Claruit A. DCCCLXXVIII. Colitur 1 Martii. Templum ei in Gallovidia, cui nomen Kilminnan. Dempst. xii. 851.

S. MIRINUS abbas coenobii Pasleti ordinis S. Benedicti. Scripsit, *Canonum sacrorum epitomen*, lib. i. *In omnes epistolas canonicas*, lib. i. *Homilias de sanctis*, lib. i. Floruit A. DCCCCLXIX. Colitur 15 Septemb. Dempst. xii. 859.

MISYN [RICHARDUS] frater ordinis Carmelitarum, prior coenobii Lincolniensis; S. theol. baccalaureus. Transtulit in sermonem Anglicum, rogatu Margaretae Hellingdon reclusae, *Ricardi Hampole incendium amoris*. Pr. pr. transl. " To the askynge of thi desire." Pr. lib. " Mor " have I mervayled." *Ejusdem regulam vitae*; *sive de emendatione vitae* librum, cap. xii. " Tary " thou not to oure." Ambo Mss. habentur autogr. in bibl. C. C. C. Oxon. ccxxxvii. Claruit A. MCCCCXXXV. Mf. nota ad finem Mf.

MITCHELL [JOHANNES] vel MYCHELL typographus Cantuariensis in parochia S. Pauli. Scripsit Anglice *Breve chronicon Angliae a Bruto ad suum tempus*. Pr. ded. dom. Anton. Aucher. " The knowlege of hystories and cronicles." Cantuar. MDLIII. 12mo.

MOCTAEUS. sive MAUCTAEUS sive MOCCHEUS gente Britannus; inde in Hiberniam trajecit, ubi S. Patricii discipulus et episcopus Louthensis evasit, et illam sedem gubernavit usque ad annum DXXXV, vel DXXXIV. Scripsisse fertur *Epistolam, cui titulus*: " Maucteus pecator, " presbyter S. Patricii discipulus in Domino salutem." Et alia: nam ita citatus est in *Annal. Ulton.* " Anno CCCCLXXI. Praeda prima Saxonum de Hibernia, ut alii dicunt, in isto anno deducta est, ut Mactaeus dicit. Sic in libro Cuanach inveni." Hunc Moctaeum cum Bachiario male confundunt Baleus et ejus sectatores. Vide Jocelini *Vitam S. Patricii* cap. 134, 135. ubi perperam ccc annos vixisse fertur. Vide Waraeum. Obiit 13 cal. Sept. A. DXXXV. War. p. 105.

MODANUS episcopus Scotus scripsit *De episcopi officio*, lib. iii. Claruit A. DXXXV, seu, ut alii DCCCIII. Colitur pridie nonas Februar. Dempst. xii. 869. Boland. *Acta Sanct.* iii. 497.

MODANUS Hibernus filius Tulbani scripsit *Legum Hibernicarum volumen*. Claruit A. C. CLXXX. *Ogyg.* p. 218.

S. MODESTUS patria Scotus, postea episcopus Liburniae in Slavonia a S. Virgilio constitutus, ut fidem Christianam ibi propagaret. Scripsit, *Ad ecclesiam suam*, lib. i. Mf. Salisburgi. *Epistolas*, lib. i. In quibus se Scotum nominat. Septem extant Argentinae. . . . Floruit anno DCCLXXVII. Colitur 5 Decembr. Dempst. xii. 920.

S. MODOCUS Culdaeus Scotus scripsit *Contra idolorum cultores*, lib. i. Claruit A. CCCXXII. vel CCLVII. Dempst. xii. 938.

S. MODOCUS alter, a priore longe diversus, episcopus Scotus. Scripsisse fertur *Homelias*, lib. i. Vixit A. DXXXIV. Dempst. xii. 871.

MODUDIUS [GULIELMUS] Hibernus de Ardbrecain ecclesiasticus. Scripsit Hibernice *De regibus Britanniae ab* A. C. CCCCXXVIII. *ad ann.* MXXII poëma. *Ogyg.* p. 2. Claruit A. D. MCXLIII. *Ogyg.* i. p. 2.

MOGALLUS rex Scotiae xxiii. Scripsit *Legem ut damnatorum bona principi cederent, nullam in partem liberis et uxoribus admissis*. Buchan. lib. iv. Occisus est A. C. CLVIII, regni 36to. et Antonini Pii 6to. Dempst. xii. 939.

MOLEYNS [ADAMUS] MYLNERUS, sive MOLENDINUS [a] nobilis parentum stem-

[a] Molins; Mylner, Mf. Lel. Trin. Bal. Pitseo Milverus. In academia Oxon. educatus, legum doctor renunciatus fuit. A. MCCCCXXXII 25 Octob. ecclesia de Lekehamstede dioec. Lincoln. vacabat per resignationem Adae Moleyns. *Regist.* Lincoln. A. MCCCCXXXV praebendarius de Wedmor prima in ecclesia Wellensi. A. MCCCCXL archidiaconus Taunton. Et 26 Julii ejusdem anni collatus ad praebendam de Wildelond in ecclesia S. Pauli London. *Reg.* Gilbert episc. Lond. Et 1 Sept. ejusdem anni collatus ad archidiaconatum Sarum: Ex *Registro*. A. MCCCCXLI, uti vult Henr. Wharton. Mf. R. 117. in bibl. Lambeth. factus est decanus Sarisburiensis, necnon S. Birini in Cornubia. Fuit secretarius regius, et A. MCCCCXLIV unus ambassiatorum in Francia. Rymer. *Foed.* vol. xi. 53. et eodem anno custos privati sigilli. Ibid. A. MCCCCXLV episcopus Cicestrensis consecratus; et 3 Decemb. ejusd. anni temporalia ei restituta. Rymer, *Foed.* xi. 108. Vid. Mf. A. Wood. Godwin. Recommendatio Henrici regis ad papam (18 Sept. 15 Henr. vi) pro Ada Moleyns LL. doctore, camerae apostolicae clerico, ut ad archiepiscopatum Armachanum promoveatur. Mf. inter codices Wh. Kennet. Fundavit cantariam apud Okingham in comit. Bercherensi. A. Wood. Mf. Godwin. Forsan ibi natus fuit.

mate, ingenio nobilior, virtutum vero calculo nobilissimus, bonas, ut fama praedicat, literas incredibili quodam candore fovebat. Quare operae pretium erit, Hermanni Schedelii, historiographi, de eo judicium subjicere: "Inter quos et amicus noster Adam de Molineux, secreti regis "signaculi et custos, et literarum cultor, amisso capite[b], truncatus jacuit." Haec ille. Causa ejus mortis civile bellum, hinc Henricianis, hinc Eadveardinis de imperio contendentibus. Ex *Lelando.*

[b] Cum a partibus Henricianis Adamus noster stetisset, capite plexus est circa A. C. MCCCCLXI inchoante regnum Edwardo iv. Pits. Occisus est Portesmuthae 9 Junii A. MCCCCXLIX. Godw. p. 558, 559. in nocte 5 id. Januar. MCCCCXLIX. Ms. Stone *Hist. monast. Cantuar.* Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Q. viii. Vid. *Hist. et antiq. Oxon.* ii. 50. a Bal. par. post 64. Pits. in *Append.* p. 820.

MOLHUSENSIS [CHRISTOPHORUS] Bostono Buriensi NOLHALNENSIS frater ordinis S. Dominici. In rebus philosophicis et theologicis versatissimus; Scripturis Sacris strenuam impendebat operam; et Novum Testamentum doctis illustravit commentariis. Scripsit, *Postillas in evangelia*, lib. iv. *In omnes epistolas Pauli*, lib. xiv. *In epistolas canonicas*, lib. vii. *Postillas in Apocalypsin*, lib. i. *Sermones de tempore*, lib. i. *Sermones de sanctis*, lib. i. *In elenchos Aristotelis*, lib. i. Claruisse fertur circa A. D. MCCCL. Bale. v. 68. Pits. 473.

MOLINEUX [EDMUNDUS] secretarius dom. Henrici Norris legati ad Galliae regem A. D. MDLXVII (*Cabala*. p. 140.) et, ut videtur, dom. Henrici Sidney. Inter Angliae scriptores enumeratur a Fr. Thin; an vero librum aliquem diversum a sequente scripserit, non liquet. Scripsit Anglice *Vitam dom. Henrici Sidney proregis Hiberniae, et Philippi Sidney.* Pr. "This right famous "renowned." Evulgatam apud Hollinsh. *Chronicon* auctum Lond. MDLXXXVII. fol. vol. iii. pag. 1548. Claruit A. D. MDLXXXVII. Hollinsh. iii. f. 1590.

S. MOLINGUS Oilani filius. Claruit A. DCXXXII. Is in regiuncula Kenshelagensi natus, quae nunc pars est comitatus Wexfordiae, adolescens adhuc monasticam vitam amplexus est. Postea Aghacanidae ad ripam Barroi fl. quae hodie Teghmoling appellatur in coenobio a se constructo abbas praefuit. Ibi plerunque, nonnunquam vero Glandalachae complures transegit annos. A. DCXXXII constitutus est episcopus Fernensis. Scripsisse fertur *Vaticinia quaedam de regibus Hiberniae.* Obiit 17 Junii (annus latet) et Temolingae sepultus. War. p. 22.

MOLOCUS Scotus, discipulus S. Brendani, et Machuti episcopus, Argadum apostolus. Scripsit, *Vitam Brandani magistri*, lib. i. *Commonitorium ad Scotos*, lib. i. Claruit A. DCXC. Sepultus est in Lismorensi ecclesia. Dempst. xii. 840.

S. MOLONATHUS Scotus episcopus, discipulus ac socius peregrinationis laborumque S. Brandani. Scripsit *Acta Brandani magistri*, lib. i. Claruit A. DCLXXXVIII. Colitur 25 Junii. Dempst. xii. 856.

S. MOLVA patria Momoniensis, sed sub Congallo in Ultonia educatus; abbas postea coenobii Clonfert-Molvae dicti. Scripsit *Monachorum regulam.* Obiit 4 Aug. DCIX, et in suo monasterio humatus jacet. War. p. 17.

MOLYNS [JOHANNES] sive MULLINS patria Somersetensis in socium collegii Magdal. Oxon. A. MDXLI adscitus S. theologiae baccalaureus postea admissus fuit. Regina Maria sceptrum tenente propter religionem in regiones exteras fugam cepit, et Tiguri in Helvetia tandem sedem figens, Anglis exulibus publicus Graecae linguae praelector erat. Elizabetha regnante in patriam reversus archidiaconus Londinensis et praebendarius de Kentish Town (*Reg.* Grindall) factus. A. MDLXI Febr. 9. institutus ad rectoriam de Theydon Gemon in Essex. A. MDLXXVII collatus per archiep. Grindall. ad rectoriam de Bocking. Fuit et rector S. Botolphi Billingsgate tempore Ailmer. episc. Lond. Scripsit *Carmina Latina et Graeca in mortem duorum fratrum Suffolciensium, Henrici et Caroli Brandon*. . . MDLII. 4to. *Conciones varias*, Angl. Obiit 11 cal. Junii A. MDXCI, et in ala boreali ecclesiae S. Pauli London sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 252. Newcourt. i. 63. Dugdal. *Hist. Paul.* 105.

S. MONANUS Scotus, S. Andreae fani archidiaconus, fugiens Danorum devastationes in Maiam insulam trajecit, ubi tandem cum multis aliis martyrio coronatus. Scripsisse fertur *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Carmina sua*, lib. i. Obiit A. DCCCLXXIV. Dempst. xii. 834.

MONE [JOHANNES] natione Anglus, relicta patria Lutetiam Parisiorum abiit, ubi studiis humanioribus operam dedit. Scripsit Gallice *De arte amandi*, lib. i. Hunc librum in Anglicos rhythmos transfudit Chaucerus, et titulum libro dedit: *The romaunt of the rose.* Claruit A. MCCCXC. Bal. x. 37.

MONK [RICHARDUS] capellanus Anglicus, Oxoniensis composuit, *Tabulam de veris literis Dominicalibus et primationibus ab origine mundi et pro fixione perpetua aequinoctii vernalis in kalendario. Kalendarium verum anni mundi in* xii *partes aequales divisum pro* A. MCCCCXXXIV. *Tabulas solis veras ac perpetuas contra ponentes et dicentes, quod homo non potest invenire vera loca solis in nona sphaera, absque auxilio motus octavae sphaerae. Radices solis veras atque perpetuas super situm univ. Oxon.* Haec omnia extant Ms. bibl. Bodl. Laud. E. 107. Claruit anno MCCCCXXXIV.

S. MONO quem ferunt ex Scotia in Arduennam monitu angelico venisse, ibique apud Nassoin villam nunc sub ditione monasterii S. Huberti in dioec. Leodicensi ecclesiam fundasse, ibi tandem

dem martyrizatus. Scripsisse putatur *Constitutiones suae ecclesiae*, lib. i. Claruit A. DCCXXXVIII. Colitur 18 Octobr. Dempst. xii. 873.

MONTACUTIUS [NICOLAUS] aliis MANACUTIUS vel MANIACUTIUS humaniorum artium professor, et historicae cognitionis homo per eam aetatem celebris. Male Pitseus eum in collegio Etonensi professorem fuisse dicit. Scripsit, *De Romanis pontificibus a S. Petro ad Eugenium* iii. lib. i. versu. " Si vis pontifices Romanae discere sedis." Ms. in bibl. Lumley. Pits. Ms. in bibl. Lambeth. 8. fol. Ms. Cotton. Domitian. A. 13. f. 97. Wharton. *A. S. Prefat.* tom. i. p. xiv. *De regibus Anglorum*, lib. i. " Alfredus filius Ethelulfi junio." *De Anglorum episcopis*, lib. i. " Augustinus Arelati consecratus." Ms. in bibl. Luml. *Scalam temporum a Christo nato*, lib. i. " Christus natus est 42 ann." *Epigrammata quaedam*, lib. i. Haec omnia olim extitere in bibliotheca collegii Eton. Claruit A. MCCCCLXVI. Bal. viii. 25. Pits. p. 656.

MONTGOMERI [ALEXANDER] eques Montanus, Scotus; poëta suae aetatis nemini secundus, Pindarus Scoticus dictus. Scripsit vernaculo sermone, *Carasus et vaccinium*, lib. i. *Satyras in Poulartum*, lib. i. *Epigrammata*, lib. i. *Cantiones amatorias*, lib. i. Obiit anno MDXCI. Dempster. xii. 943.

MONTGOMERICUS [ALEXANDER] abbas S. Crucis sub monte doloroso; Edwardo i Angliae rege Scotiam devastante in Gallias aufugit. Scripsit *Encomium R. Roberti Brusii*, lib. i. Claruit A. MCCCXIV. Dempst. xii. 901.

MONTJOIUS [GULIELMUS] nobili stemmate oriundus, literarum et literatorum cultor eximius, Erasmo familiaris, et Tho. Moro coaetaneus et condiscipulus: Turnacensis urbis praefectus erat. Scripsit *Familiares epistolas*. Claruit circa A. D. MDXIII. Pits. *App.* 857.

MONTEROSEO [ROGERUS de] (Dempst. 491.) patria Scotus, monachus ordinis Cistertiensis apud Killos in Moravia, et ejusdem coenobii prior. Scripsit ad Nervum abbatem *Duffi regis mortem*, lib. i. Claruit A. MCLXXX. Dempst. xii. 932.

S. MOOH abbas Scotus, S. Brandani magister. Scripsisse fertur *Meditationes de Paradiso terrestri*, lib. i. *Monita ad Brandanum*, lib. i. Claruit A. DLX. Colitur 20 Decemb. Dempst. xii. 898.

MOONE [PETRUS] scripsit carmine Anglico tempore regis Edw. vi.

A short treatise of certayn thinges abused
In the popish church long used:
But now abolyshed to our consolation
And God's word advanced the light of our salvation.

Pr. " Grace which is the mercy, favor and acceptation." Ipswich by John Oswen. . . 4to.

MOONSON [ROBERTUS] armiger, juris municipalis peritus. Extant *Lecturae ejus de decimis*. Mss. in *Museo* Thoresbiano. p. 531. Claruit A. D. MDLXV. Ibidem.

MOOR [THOMAS de la] equestri apud Anglos familia natus, patria Glocestrensis apud Eldeland sive Oldland in parochia de Bytton (Atkyns, *Glocest.* p. 287.) in lucem editus; a rege Edwardo i miles creatus, fidelissime sub Edwardis i et ii in bello Scotico militabat. Scripsit Gallice *De vita et morte regis Edw.* ii. lib. i. In Latinum transtulit Gualt. Baker canon. Osneiensis. Franc. MDCII. MDCIII. fol. Lond. MDLXXIV. fol. Inter historicos Anglico-Normannos a Camdeno collectos. Claruit A. MCCCXXVI. Pits. p. 416. Whart. *App.* Cave. p. 20.

MORACIUS hunc antiquum Britannorum conscriptorem saepissime citat Tho. Rudburnus apud Whart. *A. S.* tom. i. 182. et ex eo Harpsfeld. p. 6.

MORANNUS filius Carbrei regis Hiberniae, MAINIUS dictus, a matre sua Maina; JUSTUS etiam cognominatus, quia aequi observantissimus erat, dum supremi judicis in Hibernia sub Feradacho rege munere functus est. Literis et legum peritia celebris composuit *Leges varias, inter coelestia judicia enumeratas*. Claruit A. C. xc. O Flahertii *Ogygia* P. iii. p. 217. 300.

MORE [EDVARDUS] poëtaster Anglicanus. Scripsit carmine Angl. *The defence of women, especially English women, made against a book intituled* " The school house of women." Pr. ded. magistro Will. Page, secretario Phil. Hobaei militis. " Calling to mind the saying of Salust." Pr. comm. " Venus unto thee, for help, good lady, I do call." Lond. MDLX. 4to. Claruit Hambledonae in agro Buck. MDLVII. Quo anno Julii 20 vix vicesimum aetatis annum excesserat. *Athen. Oxon.* i. 104.

MORE [PHILIPPUS] medicinae et chirurgiae studiosus. Scripsit (sive ex operibus Leon. Leonitii primum caput tantum descripsit) *Prognosticationem annorum* XL. viz. *ab* A. MDLXVII *ad* MDCVI. (juxta alios annorum XXXIV, vel XXXVII.) Pr. " First certayn necessary." London. MDLXVII. MDLXXIII. MDLXXX. 8vo. *The hope of health, wherein is contained a goodly regiment of life, as medicin, good diet, and the goodly virtues of several herbs*, lib. ii. Pr. pr. " I have, gentle reader, sette." London. MDLXV. 12mo. Librum hunc augere meditabatur additis regulis pro nutricibus, et remediis pro morbis infantum. Claruit apud Halesworth in Suffolcia MDLXV.

MORESINUS [THOMAS] patria Scotus, medicinae doctor in academia Aberdonensi, et ob felicem in arte sua praxin magni habebatur non solum in patria, sed etiam in Germania et Gallia. Francofurti ad Moenum degebat A. MDXCIII. Scripsit, *De metamorphosi, transubstantiatione, et causis metallorum contra chymicos*, lib. i. Pr. ded. Jacobo vi regi Scot. " Afferunt Aegyptii Isidem plurium." Francof. MDXCIII. 8vo. *Papatus sive depravatae religionis originem et incrementum*,

tum, lib. i. Pr. ded. Jac. vi regi Scot. " Nati ſumus poſt Deum, patriae." Edinb. MDXCIV. 12mo. Citatur ab Uſſerio *Hiſt. dogmat.* p. 271.

MORGANNUG [DAVYDH] BARD IVOR HAEL. Poëta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

MORISINUS [RICHARDUS] ſive MORISONUS patria Eſſexienſis, uti Baleus; Oxonienſis, uti A. Wood et Baker in *Chronico*; et Scotus, uti Hatton. quem Lelandus *Antiph.* Mſ. pag. 361. juvenem cum elegantem tum doctum et inprimis ingenioſum vocat. In academia Oxon. educatus et gradu honeſtatus fuit. Vir inter ſui ſaeculi doctiſſimos merito annumerandus; rhetorica, linguarum Graecae et Latinae puritate clarus. Qui ut doctior evaderet in Italiam tunc humaniorum literarum metropolim profectus, ſedem in academia Paduana fixit. Poſt reditum in patriam praebenda in eccleſia Sarum donatus eſt. Rex Henricus viii, anno regni XXXII, conceſſit ei bibliothecam fratrum Carmel. London. et alias dicti prior. partes. Newcourt. i. 568. Fuit magiſter ſive cuſtos hoſpitalis S. Jacobi juxta North Allerton in comit. Ebor. MDXL. Rymer. *Foed.* xiv. 671. Item magiſter ſive cuſtos hoſpitalis ſive praeceptoriae S. Wolſtani Wigorn. Ibid. A regibus Henr. viii et Edw. vi legatus miſſus ad Carolum v imperatorem, quo munere poſtquam feliciter functus eſſet, eques auratus creatus eſt ab Edwardo vi. A. MDXLIX. 8 Maii per commiſſionem regis Edw. vi unus viſitatorum univerſitatis Oxon. conſtitutus fuit. Rymer, *Foeder.* xv. 183. Scripſit *Apomaxim calumniarum convitiorumque, quibus Johannes Cochlaeus, homo theologus, exiguus artium profeſſor, etc. Henrici* viii *nomen obſcurare, rerum geſtarum gloriam foedare, nuper edita non tam ad regem, quam in regis invidiam, epiſtola ſtuduit.* Pr. ded. Tho. Crumwello. " Cum tot ſuſtineas et tanta." London. MDXXXVII. 4to. Cui reſpondit Cochlaeus libro h. t. *Scopa Joannis Cochlaei Germani in araneas Ric. Moriſini Angli.* Lipſ. MDXXXVIII. 4to. *An exhortation to ſtir all Engliſh men to the defence of their country.* Pr. " Albeit the kings highneſs " is, and hath." Lond. MDXXXIX. 8vo. *Invective againſt the great and deteſtable vice treaſon,* etc. Pr. pr. " I doubte not, gentle readers, but that." Pr. lib. " Albeit I acknowlege myſelf " neyther." London. MDXXXIX. 8vo. Similis argumenti libros habet Baleus *Lamentationem de damnis ex rebellione*, lib. i. " If ſtudy had gotten me as much eloquence." Lond. MDXXXVI. 4to. *Remedia contra ſeditionem*, lib. i. " Whoſoever welle conſydereth with." London. MDXXXVI. 4to. *Comfortable conſolation for the birth of prince Edward, rather than ſorrow for the death of qu. Jane* printed. . . 8vo. *Carmina varia. Hiſtoriam rerum geſtarum Henrici*, lib. i. *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. *Epiſt.* Lat. M. Bucero extat Mſ. in bibl. C. C. C. Cantabr. Miſcell. ii. p. 43. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *The epiſtle of Joh. Sturmius to the cardinals and biſhops that were choſen by the biſhop of Rome to ſearch out the abuſes of the church.* Lond. MDXXXVIII. 8vo. *Ludovici Vivis introductionem ſapientiae.* Pr. " Who ſo well feeleth the dutie." Lond. by John Day. . . . 12mo. *Ludovici vivis ſymbola*, lib. i. *Julii Frontini ſtratagemata*, lib. i. ded. regi Henr. viii. Lond. MDXXXIX. 8vo. Hujus tranſlationis meminit Peter Betham in pr. tranſlat. Jac. Com. Pullilienſi. Regnante Maria ſponte in exilium abiit, et ex Italia veniens obiit Argentorati 17 Martii MDLVI. Bal. viii. 91 *Athen. Oxon.* i. 99. ſeq. Fuller's *Worthies* i. 327.

MORLEY [DANIEL] [a] ſive MORILEGUS a villa natali [b] dictus, Iſiacas juvenis ſcholas ſtudioſiſſime excoluit: maturior annis factus, Lutetiam Pariſiorum inviſit. Poſtremo mathematicae artis cupiditate inſolita tactus, animum ad Arabes [c] ea aetate imprimis eruditos adjecit; quorum et diſciplina tunc late in Hiſpania, qua ſtat Toletum civitas ampliſſima, floruit. Profectus igitur Toletum Arabum ſcrinia excuſſit; et quod quaerebat maxime, tandem invenit. Hinc enata repetendi patriam cura, cui dum ſubſervit, inter redeundum fit obviam Joanni Oxonienſi, epiſcopo Nordovicano, a quo liberaliſſime acceptus eſt: ſtudebat enim et ipſe rei mathematicae. Unde, nacta temporis opportunitate, duos libellos, unum *De inferiori*, alterum *De ſuperiori parte mundi* [d], edidit, ac Joanni Nordovicano conſecravit [e]. Ex *Lelando*.

[a] Daniel de Merlac. Mſ. Greſham. Morleius. Bal. Pitſ. Merlacus. *Hiſt. et ant. Oxon.* [b] In com. Norfolchiae, Bal. iii. 29. Pitſ. p. 254. [c] Hinc male conjicit A. Wood. illum in Arabiam profectum eſſe. *Hiſt. et ant. Oxon.* i. 56. [d] Ita duae partes *Philoſophiae* ejus inſcribuntur, quae Mſ. extat in bibl. C. C. C. Oxon. cod. 95. cujus praefationem conſule, lib. ii. Pr. dd. " Cum " dudum ab Anglia me cauſa ſtudii." Mſ. Greſham. 377. [e] Scripſit praeterea ſecundum Bal. et Pitſ. l. c. *De principiis mathematicis*, lib. i. Claruit ann. Ch. MCXC.

MORLEY [GULIELMUS] ſive MERLEE, Oxonienſis, ſocius collegii Merton. Mſ. bibl. Bodl. Digby 176. Scripſit et complevit Oxoniae MCCCXL *De prognoſticatione aëris*, lib. i. cap. 12. " Opuſculum iſtud eſt de prognoſticatione." Mſ. bibl. Bodl. Digby 147. In Mſ. Digby 97. et 176 extat notula magiſtri Merle *De futura aëris intemperie.* Pr. " Haec ſunt conſideranda," etc. *Temperiem aëris Oxoniae pro ſeptennio, ſc. a Januario* MCCCXXXVII. *ad Januar.* MCCCXLIV. incluſ. Pr. " Notandum quod dies quilibet." Mſ. Digby 176. Claruit A. MCCCXL. Mſ. Digby 147.

MORTON [JOHANNES] ſive MORETON apud S. Andrews Milborn (Beerae M. Parker et Joh. Budden) in agro Dorſet. natus, et inter monachos Cernenſes in primis literarum rudimentis inſtitutus fuit. (Holland. *Additam. ad Camden.*) Oxonii in collegio Balioſenſi ſtudiis academicis et in primis juri civili et pontificio ſedulo incubuit, et ſupremos in hac facultate adeptus eſt honores. Controverſis cauſis in Arcuata curia patrocinans advocatus fuit. A. MCCCCLIII principalis hoſpitii Peckwaterenſis apud Oxoniam; et ob juris ſcientiam et prudentiam ab archiepiſcopo Cantuar. Thoma Bourchier multis eccleſiaſticis dignitatibus auctus fuit. A. MCCCCLVIII conſtitutus fuit praeben-

praebendarius de Fordington et Writhlington. in ecclesia Salisbur. et rector ecclesiae S. Dunstani ad occidentem in suburbio Londinensi. A. MCCCCLXXIII magister scriniorum regiorum, et anno sequ. archidiaconus Wintoniensis. A. MCCCCLXXV praebendarius de Dynre et S. Ducumani in ecclesia Wellensi; et anno sequ. archidiaconus Bercherensis. A. MCCCCLXXVIII. 9 die Augusti episcopus Eliensis electus et consiliarius regius renunciatus erat. A. MCCCCLXXXIV ob suspicionem quod Lancastrensi familiae nimium faveret a rege in turrim Londinensem conjectus, et ex hoc ergastulo libello supplice academiae Oxoniensis liberatus, in castello Brechiniensi apud Wallos commissus fuit curae Henrici ducis Buckinghamiae. Inde ad insulam Eliensem et postea in Galliam aufugit. Mutata rerum facie a rege Henrico vii consiliarius intimus, et versus finem A. MCCCCLXXXVI jussu ejus a monachis Cantuar. archiepiscopus Cantuar. electus atque a papa confirmatus fuit. A. MCCCCLXXXVII summus Angliae cancellarius et A. MCCCCXCIII pileo cardinalitio sub titulo S. Anastasii ab Alexandro vi donatus fuit. Extat *Decretum ejus de exequiis episcopi*. In *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 619. *Epistola ejus continens statuta de vita et moribus clericorum*. Ibid. p. 619. seq. *Monitio ejus abbati S. Albani de visitatione et corrigendis moribus*. Ibid. p. 632. seq. Scripsisse dicitur *Vitam et res gestas regis Richardi* iii. Lat. Vid. *History of K. Rich*. iii. written by Geo. Buck, p. 75. 76. Obiit circa finem mensis Septemb. A. MD nonagenarius, et in ecclesia cathedrali Cantuar. ante imaginem virginis Mariae tumulo illatus fuit. *Athen. Oxon*. i. 642. seq. M. Parker. *Antiqq*. p. 444. seq.

MORTON [JOHANNES] Quem (cum Juliana uxore) Willielmus provincialis ordinis fratr. Heremit. S. Augustini in Anglia admittit ad universa suffragia fratrum, etc. Dat. in conventu Ebor. MCCCCXXXVIII. Transtulit ex Latina in linguam Anglicanam *Bonaventurae speculum vitae Christi*. Pr. " Quaecunque scripta sunt, etc. These be the wordes of the." Mf. Bodl. NE. B. 3. 13. et Mf. bibl. coll. Univ. Oxon. O. 13. Haec translatio cum notis in priore pagina impress. extat Lond. MDXXX. 8vo. Et per. Caxton . . . fol. In praefat. ad *Speculum devotorum* Mf. Norwic. More 137. extat: Translata erat Bonaventurae *Vita Christi* per monachum ordinis Cartusiani. Extat etiam hic liber in Mf. bibl. Bodl. NE. B. 5. 4. Totum opus divisum est in 64 capita, et ea in septem partes, secundum septem dies in septimana Adventus Domini. In principio haec est rubrica: " Attende, lector hujus libri, prout sequitur in Anglico scripti, quod ubicunque in mar-" gine ponitur litera N. verba sunt translatoris in Anglicis, sive compilatoris praeter illa, quae in-" finite in libro scripto secundum eandem opinionem a venerabili doctore Bonaventura in Latino " *De meditatione vitae Christi*, et quando ponitur ad processum et verba ejusdem doctoris, inseritur " in margine B. prout legenti sive intuenti istum librum *Speculi vitae Christi* lucide poterit appa-" rere." In fine est haec rubrica. " Memorandum quod circa A. D. MCCCCX originalis copia " hujus libri, sc. *Speculi vitae Christi* in Anglicis praesentabatur London. per compilatorem ejusdem " reverendissimo in Christo patri et D. D. Thomae Arundell, Cantuar. archiepiscopo ad inspici-" endum et debite examinandum, antequam fuerat libere communicata: qui post inspectionem per " dies aliquot retradens ipsum librum memorato autori ejusdem libri, proprio vocis oraculo ipsum " in singulis commendavit et approbavit; nec non in autoritate sua metropolitica utpote catho-" licum publice communicandum fore decrevit, et mandavit ad fidelium aedificationem et haere-" ticorum sive Lollardorum confusionem. Amen." Hae notae in principio Mf. C. C. C. Cantabr. R. 2. Vide bibl. Bodl. Mf. Mus. 149. In Mf. codice Bodl. Digby NE. B. 3. 13. extant sequentes tractatus Anglicani hujus, ut videtur, vel autoris vel translatoris, *De tentatione, phantasia, etc.* Pr. " For als mekyl as the apostel." *De puritate animae*. Pr. " A sely Saule askyd of God." *Decem mandata quae Christus docuit sponsae suae*. *De horis canonicis*. Pr. " In libro qui dicitur " Legenda aurea." *Meditationes de passione Christi*. Pr. " Attende ergo ad singula." *Peccatorum confessio*. Pr. " I know me to God and to our Lady." *De tentatione*. Pr. " Beatus vir, etc. " Blessyd and ooly is the man." *Genealogia regum Angliae a conquest. ad Henr*. vi. (additis unicuique 10 vel 12 versibus Angl.) Pr. Will. Bastard. " This mighty William duke." Qu. annon Lydgati? *Institutionem vitae claustralis*. Pr. " Ad regnum coeli suspires mente."

MORS [RODERICUS] frater Franciscanus. Vide Henr. Brinkelow. Sub ejus nomine extat *Complaint to the parliament of England for the redress of bad laws*. Cap. xxv. " O mercyfull " father, almyghty God." Savoy . . . 12mo. Geneva by Mich. Boys . . . 12mo. et . . . 8vo. *Christiani lamentatio contra civitatem London*. Impr. " Jericho in terra promissa." MDXLII. 8vo.

MORUS [JOHANNES] patria Eboracensis, in collegio Christi Cantabrigiae primo scholaris, dein socius, et tandem ecclesiae S. Andreae apud Nordovicenses pastor diligentissimus inclaruit. Scripsit *Chronologiam sacram ab initio mundi ad* MDLXXXVIII. Pr. " The most certen way to " gather." Edit. post mortem autoris per Nic. Bownd. Cambr. MDXCIII. 8vo. " This (as Mr. " Bownd saith in his dedication) the first-fruits of his labors, hoping in time the rest may follow, " if the paucitie of Hebrue and Greek characters in this land do not hinder some, and the great " cost and charges of printing mapps be a stay and bane to others. For as in both these kinds, " there are certain of his labors finished, and have been long since ready for the press." Pr. pr. tr. " For as myche as every man." *Catechismum parvum*. *Conciones tres*. *His livelie anatomie of death, wherein you may see, from whence it came, what it is by nature, and what by Christ, tending to teach men to live and dy well to the Lord*. Lond. MDXCVI. 8vo. *His map of Palestine*. Fuller, *Cant*. 92. Obiit circa A. MDXCII, et in ecclesia S. Andreae Norwici ante suggestum humatus est,

 Vide

Vide H. Holland. *Herool.* p. 210. Quidam JOHANNES MORE tranſtulit in ſermonem Anglicum *Damiani de Goes hiſtoriam preſbyteri Joannis legationis Emanueli regi Portugalliae* MDXIII. Lond. MDXXXIII. 8vo.

MORUS [THOMAS] maximum ſeculi, patriae, et cauſae pontificiae ornamentum, filius Johannis equitis aurati, regii Banci juſtitiarii, Londini in vico Lacteo (vulgo Milkſtreet) natus A. MCCCCLXXX. Literarum tyrocinia in ſchola a S. Antonio (Stow. *Lond.* 65.) dicta poſuit. Dein favore Johannis Morton archiepiſcopi Cantuar. ad collegium Cantuarienſe, vel (ut alii malunt) ad aulam S. Mariae virginis eruditionis academicae gratia miſſus eſt. Ubi ſub auſpiciis Grocini, Graecae linguae praelectoris, et tutela Linacri annos nonnullos tranſegit, tametſi gradu apud Oxonienſes aliquo honeſtatum fuiſſe pro comperto non habemus. Dein Londinum ſe contulit, et in hoſpitiis juriſconſultorum Novo et Lincolnienſi juri municipali operam dedit, eoque loci per omnes gradus ad ſummum togatae laudis faſtigium aſcendit. Eumque proinde ſolo meritorum intuitu, rex Henricus viii magiſtrorum curiae Requeſtarum alterum, et equitem auratum fecit, nec non Scaccarii theſaurarium, ducatus Lancaſtrienſis cancellarium et legatum ad imperatorem et Galliae regem. Dein hiſce muneribus magna cum integritatis laude functum, ſummum Angliae cancellarium conſtituit A. 21 Henr. viii, quo officio tamen A. MDXXXIV ceſſit, et ad domum ſuam Chelſeienſem ſe contulit. Anno vero ſequente cum ſuprematum regium in eccleſiaſticis, et prolem Henrici viii per Annam Boleynam haeredes regni Anglicani non agnoſceret, turri Londinenſi mancipatus, 6 Julii A. MDXXXV decollatus. Vid. Burnet *Hiſt. reform.* lib. iii. p. 355. Herbert. *Hiſt. Henr.* viii. p. 401. edit. MDCLXXII. Scripſit Anglice, juxta editionem nepotis Gul. Raſtall. Lond. MDLVII. fol. et 4to. *A merry jeſt how a ſergeant would learn to play the frier.* Pr. "Wyſe men alway." Carmine. *Verſes on a hanging of painted cloth in his father's houſe.* Pr. "I am called chyldhood, "in play is all my mind." *Lamentation on the death of Elizabeth wife of K. Henry* vii. A. MDIII. Pr. "O ye that put your truſt and." *Verſes on the book of fortune.* Pr. "Myne high eſtate, "power." Praedicta quatuor opera juvenilia extant inter opera Anglica per Raſtell. Lond. MDLVII. fol. *The life of Picus earl of Mirandula.* Pr. ep. ad ſororem Joys Leigh. "It is and "of long time hath bene." *Picae Miranduli epiſtolas* v. lib. i. Pr. "It appereth by this epi-"ſtle." *Ejuſdem duodecim praecepta vivendi,* lib. i. "Whoſo to vertue eſteemeth hard the "waye." Verſu. *Ejuſdem* xii *ſpiritualis praelii arma.* Pr. "The pleaſure litle and ſhorte." *Ejuſdem* xii *amantis proprietates.* Pr. "To love alone and contempne." Haec Pici opera ſeorſum Lond. per Wink. Word. 4to. Pr. ded. tr. Joiſiae Leigh. "Hyt is and of long tyme." *Hiſtory of king Richard* iii. Pr. "King Edwarde of that name the fowrthe." Hanc ſcriptam circa A. MDXIII imperfectam reliquit: Latine etiam inchoaverat. Extat Anglice MDCLI. 8vo. Extat in Stowi *Chronico,* p. 434. Hollinſh. iii. 711. Corrupte in *Chronicis* Hardingi et Halli edita. *Memorare noviſſima, ſive de quatuor noviſſimis.* Pr. "If there were any queſtyon." Script. circa A. MDXXII. *Dialogue concerning hereſies and matters of religion,* lib. iv. "It is an olde ſay-"ing. Hyt ys an olde ſayd ſaw." 1 edit. ſeorſum . . . fol. 2da edit. MDXXXI. fol. Script. A. MDXXVIII. *Supplication of ſouls made againſt ſupplication of beggars.* Pr. "In moſt piteous wiſe." Seorſum . . . tempore Henr. viii. fol. Hic liber interdum vocatur *The ſupplication of purgatory written againſt that of beggars; made by Sim. Fiſh of Greys Inn gent. The confutation of Tindale's anſwer to Sir Tho. More's dialogues,* lib. ix. Pr. pr. "Our Lord ſende us now." Vel lib. viii duabus partibus, quarum 1 habet 3 priores, Lond. MDXXXII. ii habet 5 poſteriores, quorum ultimus eſt contra Barnes, Lond. MDXXXIII. fol. *Anſwer to John Fryth's book made againſt the bleſſed ſacrament.* Pr. "In my moſt hearty wyſe." *An apology: againſt a book entit.* "A treatiſe of "the diviſion between the ſpirituality and temporality." Pr. "So wel ſtand I not." cap. 50. Lond. MDXXXIII. 8vo. *The debellacyon of Salem and Bizance,* xxi chap. Pr. "If any man "marvail." Lond. MDXXXIII. 8vo. *Anſwer to the firſt part of the poiſoned book, which a nameleſs heretick has named* "The ſupper of our Lord," lib. v. Pr. "Would God, good Chriſten "readers." *A conſolatory dialogue againſt tribulation,* lib. iii. Pr. "Who would have went." Scriptus fuit hic liber a Moro noſtro A. MDXXXIV, dum in turri Londinenſi compactus eſſet, ſub titulo *Hungari.* Recuſus per Joh. Fouler Antwerp. MDLXXIII. 12mo. Nonnulli Hungarum quendam hunc librum conſcripſiſſe, Morum autem tantum in ſermonem vernaculum vertiſſe dicunt. *Treatiſe to receyve the bleſſed bodie of our Lord.* Pr. "The receyve the bleſſed bodie." Lovan. MDLXXII. *Treatiſe upon the paſſion of Chriſt.* Pr. "If it be (good Chriſten reader) true." *A godly inſtruction.* Pr. "Bear no malice nor evil." *A godly meditation,* Latine. "Vita per "offenſam Dei." *A devout prayer,* Latine. "Domine, multiplicatae ſunt." Lovan. MDLXXII. Pitſ. *Letter to the lady his wife.* Pr. "Maiſtres Alice in my moſt." *Certain letters* (iv, (1) ad regem. (3) ad Cromwell) written by him after he had given over the office of lord chancellor. Pr. "Right worſhipfull, in my moſt harty." *Certain letters* (xii, quarum plurimae ad filiam Margaret Roper) written by him while he was priſoner in the tower. Scripſit Latine opera ſequentia, 1 edit. Lovan. MDXVI. 4to. 2 edit. . . . MDXVI. 8vo. *Epitaphium ejus Latinum* praefigitur operibus ejus Latinis Lovan. MDLVI. fol. Pr. "Thomas Morus, urbe Londinenſi." Extat apud Weever. p. 522. 523. et Maur. Chauncei *Hiſtor. aliquot noſtri ſeculi martyrum. De optimo reipublicae ſtatu; deque nova inſula Utopia,* lib. ii. "Pudet me propemodum." Pr. "Quum "non exigui momenti." Baſil. MDXVIII. 4to. Lovan. MDXLVIII. 12mo. Colon. MDLV. Lovan. MDLX. 4to. Baſil. MDLXIII. 4to. Oxon. MDCLXIII. 8vo. Anglice cum notis per Rad. Robinſon, Lond.

Lond. MDLVII. 8vo. per Bern. Alfop. Lond. MDCXXXIX. 8vo. *Utopia* extat Italice Venet. MDXLVIII. 8vo. Juxta Pitfeum extat etiam Gallice et Germanice. *Progymnafmata.* Pr. " Mu- " rem Afclepiades ut apud fe." Bafil. MDLXIII. 8vo. *Epigrammata.* Pr. " Vereor, illuftriffime " princeps, dum." [Ita incipit dedicatio ejus *Carminis gratulatorii* in fufcepti diadematis diem Henrici viii et Catherinae reginae ejus.] Pr. carm. " Si qua dies unquam, fi quod fuit, Anglia, " tempus." Vid. Mf. Cotton. Titus, D. iv. Praeter *Carmen gratulatorium* hujus Thomae Mori dantur et alia in Mf. Cotton. l. c. (1) *In fubitum imbrem, qui in pompa regis et reginae largiter obortus, nec folem abftulit nec duravit.* Carmen. Pr. " Cum peterent." (2) *Ejufdem ad regem de aureo feculo per eum redeunte epigramma.* Pr. " Cuncta Plato cecinit." (3) *Ejufdem de rofa utraque in unum florem coalita epigramma.* Pr. " Purpureae vicinae fuit." Quibus etiam addendum eft alterum epigramma, fc. *Ad regem de fpectaculis equeftribus.* Carm. Iambico. Pr. " Quaecunque " reges ad Deum." Bafil. MDXVIII. MDXX. 4to. MDLXIII. 8vo. Lond. MDCXXXVIII. 8vo. *Luciani dialogos quofdam e Graeco in Latinum.* (Parif. MDVI. fol. Francof. MDXXXVIII. fol. Bafil. MDLXIII. 8vo.) *Cynicum.* Pr. " Quid tu tandem barbam." *Menippum, feu Necromantiam.* Pr. " Salve atrium domufque." *Philopfeudem, five incredulum.* Pr. " Potes mihi Philocles." *Pro tyrannicida.* Pr. " Cum duos tyrannos judices." *Declamationem de tyrannicida, ad imitationem Luciani.* Pr. " Non putaveram, judices." Bafil. MDLXIII. Parif. MDVI. fol. *Hiftoriam Richardi* iii. Pr. " Edvardus rex ejus nomine." Anglice extat Lond. MDCLI. 12mo. *Refponfionem ad convitia Martini Lutheri; five vindicationem Henrici* viii *regis Angliae et Galliae a calumniis Lutheri, fub nomine* Gul. Roffaei editam. Pr. ep. Gul. Roffaei Joanni Carcellio. " Si tu, mi Jo- " annes." Pr. lib. " Tota ifta fpirat epiftola." Lond. MDXXIII. 4to. 2 edit. *Expofitionem paffionis Domini ex contextu* 4 *evangeliftarum.* Pr. " Tot fancta verba quot." Mf. Bodl. NE. F. iii. 1. *Quod pro fide mors non fugienda eft.* Pr. " Vita per offenfam Dei." *Precationes ex Pfalmis contra tentationem,* lib. i. " Domine, quid multiplicati." Lugd. MDLXXII. MDXCVIII. 12mo. *Pfalmodiam Latinam,* Lovan. MDLXXII. Pitf. Haec opera Latina omnia (exceptis *Precationibus ex Pfalmis*) extant Lovan. MDLXVI. fol. *Epiftolas Latinas.* Bafil. MDLXIII. 8vo. In hac editione funt tantum xiii epiftolae, quarum x ad Erafmum, et longa illa ad Mart. Dorpium. *Epiftolae* xxiv *ad Erafmum, etc.* inter *Epiftolas* Erafmi et Melanchtonis. Lond. MDCXLII. *Epiftola Erafmo* alia extat inter *Epiftol.* Marpach. viii. 20. *Differtatio epiftolica de aliquot fui temporis theologaftrorum ineptiis, deque correctione tranflationis vulgatae Novi Teftamenti, ad Mart. Dorpium, theol. Lovan.* Pr. " Si mihi ad te venire tam effet liberum." *Epiftolam ad academiam Oxon.* MDXIX, *in laudem Graecae linguae.* Pr. " Dubitavi nonnihil, eruditiffimi viri." Oxon. MDCXXXIII. 4to. Vid. et aliam ad acad. Oxon. [in *Regiftro* F. F.] et *Poëmata quaedam in mortem Rob. Cottoni et Tho. Alleni.* Oxon. MDCXXXIII. 4to. *Epiftolam adverfus Pomerarium,* editam a Joh. Foulero . . . MDLXVIII. 8vo. Lovan. MDLXIX. Pitf. *Hiftory of the pitifull life and unfortunate death of Edward* v *and the then duke of York his brother.* Lond. MDCLI. 8vo. *Letter to Cromwell concerning the nun of Kent Elizabeth Barton,* Burnet. *Hift. Reform.* vol. ii. *App.* n. 21. *Epiftolam de fcholafticis quibufdam Trajanos fefe appellantibus,* edit. per Tho. Hearn. Oxon. MDCCXVI. 8vo. Scripfit etiam juxta Baleum et Pitfeum, *Contra Antimorum Brixii,* lib. i. De hoc libro haec accipe diftinctius: " Thomae Mori *Epiftola ad Germanum Brixium,* qui cum Morus in libellum ejus, quo " contumeliofis mendaciis inceffferat Angliam; lufiffet aliquot *Epigrammata* annis abhinc plus " feptem, jam intra fefquimenfem (in fumma Anglorum Gallorumque concordia, fub ipfum con- " ventum principum) edidit adverfus Morum libellum, fc. *Antimoron,* qui et ineptiis et virulentis " jurgiis fuum infamat authorem." Pr. " Non adeo tenere mihimet." Lond. MDXX. 4to. *Adverfus Chordigeram ejufdem,* lib. i. *Dialogum pro ceremoniis,* lib. iv. *De ecclefia contra Barnes,* lib. i. *De juftificatione operum,* lib. i. *In Auguftinum de civitate Dei commentarios. Dialogum de invocatione fanctorum,* lib. i. *Dialogum de peregrinationibus,* lib. i. *Dialogum de reliquiis,* lib. i. *Dialogum de veritate et unitate ecclefiae,* lib. i. *Difputationem contra Simonem Grynaeum,* lib. i. *De attritione et contritione,* lib. i. *In Angliae jura municipalia,* lib. i. *De afflictorum confolatione,* lib. i. Mf. Bale. Glyn. Thomae Mori Angliae quondam cancellarii *Opera omnia,* quotquot reperiri potuerunt; ex Bafileenfi A. MDLXIII, et Lovanienfi anni MDLXVI editionibus deprompta, diverfa ab iftis ferie difpofita, emendatiorque edita. Praefixae *De vita et morte Thomae Mori* Erafmi et Nucerini *Epiftolae*; ut et doctorum virorum de eo *Elogia.* Francof. ad Moenum et Lipfiae MDCLXXXIX. fol. Una ex filiabus Thomae Mori, (forfan Margareta Roper) tranftulit in fermonem Anglicum *Erafmi comment. in orationem Dominicam.* Ita nota in margine, fere ad finem Erafmi *Paraphr.* impr. Lond. tempore Henrici viii . . . 12mo. *Vita Thomae Mori* extat Mf. Arch. Bodl. Rot. A. et per Tho. Stapelton, tom. iv. opp. p. 988. Ad finem opufculorum quorundam Thomae Mori, Bafil. MDLXIII. 8vo. extat *Epiftola* Erafmi ad Uldricum Huttenium *De vita Thomae Mori*; et *Epiftola* Courini Nucerini de *Morte ejufdem Thomae.* Et Anglice per J. H. (Joh. Hoddefdon forfan) Lond. MDCLXII. 8vo. Et *The mirrour of virtue in worldly greatnes: or the life of Sir Thomas More, etc.* publifhed by T. J. Parif. MDCXXVI. 12mo. Et Maur. Chaunceus in *Hiftoria noftri feculi martyrum.* Mf. Cotton. Vitellius, F. 12. fol. Et Anglice Mf. bibl. Baliol. Oxon. inter impr. E. viii. 10. Vide Bal. viii. 69. Pitf. p. 717—722. *Hift. et Ant. Oxon.* tom. ii. 358. feq. *Athen. Oxon.* i. 36. feqq. Fuller's *Worthies,* ii. 208. Blunt. p. 396.

MORWEN [JOHANNES] feu MORENUS, patria Devonienfis, fcholaris collegii C. C. Oxon. A. MDXXXV electus. Poftea focius, artium magifter, linguae Graecae praelector, et S. theol.

baccalaureus admissus. Fuit canonicus eccles. S. Pauli London. et Bonnero a sacris domesticis, Strype *Eliz.* 42. A. MDLVIII, 14 Maii collatus ad ecclesiam S. Martini de Ludgate: quae vacabat per ejus privationem 8 Mart. MDLIX. *Reg.* Bonner. Julii 22 sequenti ad praebendam de Eald Elom. Ibid. Eodem die ad ecclesiam de Wyckham episcopi dioec. Lond. Newc. i. 147. Novemb. 28 seq. ad ecclesiam de Copford. Ibid. A. MDLIX mense Nov. ad vicariam de Ashelden dioec. Lond. Newc. i. 147. qua privatus. Newc. ii. 17. et 192. A. MDLVIII mense Febr. in carcerem Fletensem conjectus propter contemptum proclamationis regiae contra praedicatores; unde liberatus Martii 16, facta prius palinodia. Strype *Eliz.* 42. A. MDLXI vagus discurrebat per comitatus Cestriae, Staffordiae, et Lancastriae, et scripsisse vel saltem per plateas sparsisse fertur *Libellum famosum de incendio ecclesiae cathedr. S. Pauli*, cui respondit doctissimus Jac. Pilkintonus. Strype *Eliz.* 244. Scripsit *Epistolas ad D. Will. Roperum. Epitaphia diversa. Epitaphia 2 Graeca et 2 Latina in obitum Henrici et Caroli Brandon Suffolciensium fratrum*, Lond. MDLII. 4to. *Opuscula Graece et Latine.* Vide Mſ. bibl. Bodl. NE. F. iii. 13. Transtulit in Latinum sermonem e Graeco codice C. C. C. Oxon. *Artemii, S. Hilarionis et SS. martyrum passionem sub Juliano apostata: Cui praefationem longam de praesentia Christi in sacramento praefixit ad Mariam principissam.* Pr. pr. "Cum antiquorum nostrorum in." Mſ. bibl. reg. Westmon. 13. B. x. Transtulit in Anglicum sermonem *Quasdam Margaretae Roperi orationes Graecas et Latinas.* Claruit A. MDLI, vel potius MDLX; circa quae tempora canonicatu ecclesiae S. Pauli privatus erat. *Athen. Oxon.* i. 82. A. Wood ex Sander *De visibili monarch.* lib. vii.

MORWING [PETRUS] sive MORWYN patria Lincolniensis in academia Oxon. studiis philosophicis imbutus collegii Magdalenensis socius A. MDLII electus fuit. Cum Maria regnum auspicata esset, in regiones exteras cum aliis quibusdam academicis fugit. Elizabetha vero succedente, sodalitio restitutus artium magister admissus A. MDLIX, et eodem anno die 25 Januar. ordinatus diaconus. Strype *Grindal.* p. 37. Postea canonicus ecclesiae Lichfeldensis factus. Transtulit in linguam Anglicanam *Josephum de bello Judaico.* Pr. pr. transl. "Being moved and requested of a certain honest man, printer of London, Richard Jugge, studious in his vocation of the commoditie of this our country." Pr. lib. "According to those things that." Lond. MDLVIII. MDLXI. MDXCIII. 8vo. *The treasure of Enonimus, containing the wonderfull hid secrets of nature, touching the most apt times to prepare and distill medicines:* E Conrado Gesnero. Pr. pr. "The art of distillation, which they call Chymia." Pr. lib. "Destillation, not distillation, as learned." Lond. MDLIX. MDLXV. 4to. Claruit Lichfeldiae A. MDLXXIX. *Athen. Oxon.* i. 197. seq.

MORYS AB HOUEL AB TYDYR. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDXXX. Lhuyd. Davis.

MORYS AB JEVAN AB EINION alias DHUYVEX. Poëta Cambro-Britannicus incertae aetatis. Lhuyd. Davis.

MORYS LHUYD. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLX. Lhuyd. Davis.

MOUBRAY [MARCUS] natione Scotus, in adolescentia patriam reliquit, et in Italiam profectus, Bononiae Salicetum professorem juris civilis audivit, et tantos in ea facultate progressus fecit, ut ipse praelector publicus evaserit. Scripsit, ad cardinalem Brutiae Mecaenatem suum. *Lecturas in ff. vetus*, lib. i. Claruit A. MCCCLXXII. Dempst. xii. 902.

MOVEANUS Scotus scripsit, *De regulari vita ad monachos*, lib. i. *Decreta ecclesiastica*, lib. i. *Ad ecclesias Scoticas*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Claruit circa A. CCCCL. Dempst. xii. 868.

MOVEN [JOHANNES] natione Anglus, episcopus Londinensis, nulla tamen ejus apud Godwinum vel Whartonum mentio. Scripsisse dicitur *Ad suos parochos*, lib. i. Pitſ. p. 880. in *Append.*

MOUFETUS [THOMAS] sive Muffet, perperam a Pitseo Mussetus dictus, patria Londinensis, et ibidem primis pueritiae disciplinis imbutus fuit. Postquam Cantabrigiae (*Health's improvement*, p. 159.) annos nonnullos transegisset, ad exteras terras profectus est, et peragrata maxima Europae parte, omnibus sui temporis medicis et alchymistis praecharus, et in academia transmarina quadam medicinae doctor creatus fuit. In expeditionem Normannicam comitatus est comitem Essexiae ducem copiarum Angliae (*Health's improv.* p. 60.) In Daniam profectus est cum Peregrino Bertie, domino Willoughby, ordinem Periscelidis portante (Ibid. p. 294.) In patriam rediens, medicinae doctor incorporatus est Cantabrigiae A. D. MDLXXXII. (Mſ. Inett.) et Londini medicinam summa cum laude fecit. Tandem favore comitis Pembrochiae privatam vitam egit apud Bulbridge juxta Wilton. in agro Wilton. et in ecclesia Wiltoniensi tandem sepultus est. Scripsit *De jure et praestantia chemicorum medicamentorum dialogum apologeticum.* Pr. ded. Petro Severino, regis Daniae archiatro. "Quamdiu philochemiae animum adjeci." Francof. MDLXXXIV. 12mo. Ursell. MDCII. 8vo. et in vol. i. *Theatri chemici* Argent. MDCXXIII. 8vo. p. 70. *Epistolas quinque medicinales.* Pr. primae. "Venisse ad te quendam Galenicum." Extant cum priore Francof. MDLXXXIV. 12mo. Ursell. MDCII. 8vo. *Nosomanticam Hippocrateam, sive Hippocratis prognostica cuncta, ex omnibus ipsius scriptis methodice digesta*, lib. ix. Lat. Francof. MDLXXXVIII. 8vo. *Health's improvement; or rules comprising and discovering the nature, method, and manner of preparing all sorts of food in this nation.* Pr. "Diet is defined by very learned." Corrected and enlarged by Christoph. Bennet. Lond. MDCLV. 4to. *Insectorum, sive minimorum animalium theatrum.* Hoc opus ab Edw. Wottono, Conr. Gesnero, Thomaque Pennio inchoatum erat; perfecit

vero

vero Muffetus, et edidit dom. Theodorus de Mayern. Lond. MDCXXXIV. fol. Imperfecte antea ediderat Laur. Scholtzius A. MDXCVIII. Impreff. Anglice per J. R. M. D. Lond. MDCLVIII. fol. Claruit A. MDXC. Pitf. *App.* p. 916. *Athen. Oxon.* i. 248. feq.

MOULTON [EDMUNDUS de] Scripfit *Septuplum, five de peccatis tractatum.* Mf. in bibl. Caio-Gonvil. Cantabrig. 120. *Tabula alphabetica fuper tractatu peccatorum, qui dicitur* " Sep-" tuplum." Pr. " Cum labilis fit humana." Extat Mf. bibl. Oriel. Oxon. 29. Hic Edmundus videtur potius auctor fuiffe *Commentarii in hoc feptuplum.* Pr. commentarii. " Cum tantae " non fim auctoritatis." Mf. Caio-Gonvillenfe 120.

MOULTON [THOMAS] frater ord. Praedicatorum et S. theologiae doctor. Scripfit *Speculum falutis, continens peftilentiae remedia, planetarum regimen, etc.* cap. 120. Pr. pr. " I do " you wel to wytte, that thys." Lond. tempore Henr. viii. . . . 12mo. Lond. by Eliz. Redman. . . . 12mo.

MOUNSLOWE [ALEXANDER] fcripfit calendaria five prognoftica ad meridianum Oxonienfem referentia. *An almanacke and prognoftication for this prefent yeare of our Lorde* MDLXI. *wherein the entrie of the feven planetes into every figne of the zodiake is orderly fet furth with the motion of the moone, and the placing of the feven planetes with certaine notable fixed ftarres of the firft and fecond honor or magnitude—Placed and fet furth by Alexander Mounflowe, and referred to the meridiane of Oxforde.*

MULCASTER [ROBERTUS] juris municipalis ftudiofus. Tranftulit in Anglicum fermonem *Jo. Fortefcue de laudibus legum Angliae* lib. i. " It hapned to me of late." Lond. MDLXVII. 8vo. Una cum Lat. et notis Joh. Seldeni, Lond. MDCXVI. MDCLX. MDCLXXII. 8vo. Claruit circa principium regni Elizabethae, nuncupavit enim tranflationem dom. Johanni Walfhe, qui A. MDLXII juftitiarius Com. Banci factus erat.

MULTON [JOHANNES] Carmelita Norwicenfis et concionator affiduus. Scripfit *Sermones* xc *per annum,* lib. i. Claruit A. MCCCC. Bal. xii. 40. Pitf. p. 568. Quidam Johannes Multon, M. A. occurrit focius collegii Merton Oxon. circa A. MCCCCXVI, et obiit circa A. MCCCCXXXI. A. Wood. Mf. Merton.

S. MUNDUS Scotus, abbas in Argathelia. Scripfit *Fafcini et veneficiorum difquifitionem,* lib. i. Vixit A. DCCCCLXII. Colitur 15 April. Dempft. xii. 854.

S. MUNNU five FINTANUS MAC FULCAIN Hibernus, abbas monafterii Taghmunnenfis juxta Wexfordiam. Scripfit contra Lafetianum epifcopum Lechlinenfem *De controverfia Pafchali,* lib. i. Fatis conceffit grandaevus in coenobio fuo 12 cal. Novembr. A. DCXXXIV vel DCXXXV. War. p. 17.

MUNSHULL [NICOLAUS de] Anglus, grammaticus infignis. Scripfit *De generibus, declenfione, etc. nominum, five nominale; cum interpretatione Anglica,* lib. i. " Hic Deus, Anglice " Gode." Mf. in bibl. coll. Trin. Oxon. B. i. 10. Vide Mf. bibl. Bodl. fuper A. 1. Art. 93. *De conjugationibus, etc. verborum, five verbale,* lib. i. Pr. . . . " abo, bas, am, atum in fupinis, " to glyde." Mf. Ibidem.

S. MURDACHUS eremita Scotus ad lacum in Argadia maximum. Scripfiffe fertur *Hymnos Deiparae,* lib. i. Claruit A DCCC. Colitur 5 Octobr. Dempft. xii. 899.

MURE [JOHANNES] (Dempft. 484.) fupprior coenobii S. Crucis regalis ordinis S. Benedicti in Scotia. Scripfit, *Contra alchymiam,* lib. i. *De fecretis philofophorum,* lib. i. *Moralia decreta,* lib. i. *In fententias,* lib. i. Obiit A. MDLXXXV. 15 Novembr. Dempfter. xii. 917.

MURICHERODACHUS gente Scotus, S. Mariani comes ex Scotia in Germaniam venit, ubi factus erat monachus Benedictinus in coenobio Ratifponenfi. Scripfit, *Ad Scotos peregrinos,* lib. i. *Pro cultu imaginum,* lib. i. *De virtute S. Crucis,* lib. i. Claruit A. MCLVIII. Dempft. xii. 913.

MURILYNCH [JOHANNES de] ab oppido comitatus Somerfet. cognomen habens, monachus Glaftonienfis. Scripfit tractatum *De librorum perquifito fuo.* Mf. olim penes Gul. Fulman; poftea penes Ric. Davis; nunc in bibl. comitis Oxoniae. In Mf. bibl. Bodl. Laud. C. 118. continentur Jo. Sarifburienfis *De nugis curialium,* cum tabula; Solinus *De mundi mirabilibus,* cum tabula; Eutropius *De geftis Romanorum;* et Orofius *De Ormefta mundi,* ex *Perquifito* hujus Johannis (uti in principio et fine notavit, propria, ut videtur, manu) et fuit ifte liber complete fcriptus A. D. MCCCCVI. [per eundem Johannem.]

MURIS [JOHANNES de] five MURUS natione Anglus, philofophus, mathematicus et muficus infignis. Scripfit, *Ex ftellarum pofitionibus prophetiam,* lib. i. " Infra annum certe mundi." *Arithmeticam fpeculativam,* lib. i. Mf. Oxon. in bibl. publ. Impreff. Mogunt. . . . *Tractatum muficum,* lib. i. " Quoniam mufica eft de fono relato ad numeros." Mf. Bodl. NE. F. 10. 11. *Artem componendi* (metiendi) *fiftulas organorum fecundum Guidonem,* lib. i. " Cognita confonantia in " chordis." Ibid. *Sufficientiam muficae organicae editam* (ita habet Mf.) *a mag. Johanne de Muris, mufico fapientiffimo, et totius orbis fubtiliffimo experto.* Pr. " Princeps philofophorum Ariftoteles." Ibid. *Compofitionem confonantiarum in fymbolis fecundum Boëtium.* Pr. " Omne inftrumentum " muficae." Ibid. *Canones fuper tabulas Alphonfinas.* Pr. " Quia fecundum philofophum 4to. " phyficorum." Mf. Bodl. Digby 168. f. 132. *Collectionem prophetiarum de rebus Anglicis,* per Joh. de Muris. Mf. Cotton. Vefpaf. E. vii. 8. In Mf. Bodl. Digby 190. fol. 72. extat *Prologus in opus, cui titulus:* " Tractatus canonum minutiarum philofophicarum et vulgarium, quem com-" pofuit mag. Johannes de Muris, Normannus A. MCCCXXI, a quo eodem anno (verba funt au-

" toris) *Notitia artis musicae* proferendae et figurandae tam mensurabilis quam planae, quantum " ad omnem modum possibilem discantandi, non solum per integra, sed usque ad minutissimas " fractiones: *Cognitioque circuli quadraturae* perfectissime demonstratae: *Expositioque tabularum* " *Alphonsi* regis Castelliae: et *Genealogiae astronomiae* nobis claruit," etc. *Canones de eclipsibus.* Pr. " In oppositione habenda aliud." Mſ. Bodl. Digby 97. ubi habetur haec nota: " Hos canones " disposuit Johannes de Muris Parisiis in A. MCCCXXXIX in domo scolarium de Sorbona." *De conjunctione Saturni et Jovis* A. MCCCXLV. Pr. " Tres principes ex militia." Mſ. Bodl. Digby 176. Bal. xi. 74. Pitſ. *App.* p. 872. ſeq.

MURRITUS O GORMAN abbas de Knock juxta Louthiam A. MCLXXI edidit *Supplementum martyrologii Aeneae.* War. p. 56.

MYNYU [JONAS] ſcriptor antiquus Cambro-Britannicus. Davis. Lhuyd.

MYRTON [PATRICIUS] Aberdonenſis eccleſiae theſaurarius, cauſae pontificiae aſſertor ſtrenuus diſputationem cum Knoxo, etc. habuit A. MDXIX. Thin. Scripſit, *Pro catholica veritate,* lib. i. *De sanctis invocandis,* lib. i. *De capite visibili ecclesiae,* lib. i. *De purgatorio,* lib. i. Claruit A. MDLX. Dempſt. xii. 916.

N A N

NANMOR [DAVYDH] natione Cambro-Britannus. *Poëtica quaedam opuscula* ſcripſit, quae adhuc extant. Claruiſſe dicitur A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

NASSINGTON [GULIELMUS] advocatus curiae Eboracenſis. Scripſit rhythmis Anglicanis *Tractatum de trinitate et unitate, cum declaratione operum Dei, et de passione Jesu Christi.* Pr. " A Lord God of mightes moſt, fader." Mſ. in bibl. cathed. Lincoln.

NEAL [THOMAS] ſive NELUS apud Yeate in agro Glouceſtr. natus, ex ſchola Wintonienſi ad collegium Novum Oxon. miſſus, ibidem ſocius eligebatur perpetuus A. MDXL. Poſtea brabeo magiſteriali in artibus donatus, ſacriſque ordinibus initiatus, theologus cluebat egregius, linguarum Latinae, Graecae, et Hebraicae peritus, Bonnero epiſcopo Londinenſi a ſacris, S. theologiae baccalaureus, et tandem rector de Thenforth in agro Northampton. conſtitutus fuit. Cum Elizabetha rerum potiretur, Oxoniam ſe contulit, regius linguae Hebraicae profeſſor reſtitutus (Strype *Elizab.* p. 33.) poſt decennium vero munus ſponte abdicavit. Dicitur fuiſſe autor *Historiae consecrationis M. Parkeri* in Oenopolio ad ſignum capitis equini (Fuller's *Ch. Hist.* viii. 61.) Deinde ad aulam Cervinam, poſtea in Caſingtonam, villam quarto ab Oxonia lapide ſeceſſit, quia animo pontificius metuit poenas a ſacra ſynaxi et precibus Anglicanae eccleſiae abſentibus debitas. Scripſit *Dialogum in adventum reginae Elizabethae gratulatorium, inter eandem reginam et D. Rob. Dudleium com. Leicestriae et acad. Oxon. cancellarium.* Pr. " Siccine chara tuis." Carm. hexam. et pentam. Mſ. in archiv. bibl. Bodl. B. 67. *Gratulationem Hebraicam in adventum ejusdem reginae.* Mſ. ibid. Ibi etiam habentur collegiorum Oxonienſium imagines, a Bearblocko Exon. collegii ſocio delineatae, una cum verſiculis quibuſdam fundationem cujuſque enarrantibus a Nelo noſtro exaratis. Verſus iſti etiam extant in Europaei orbis academiis per Milonem Windſore. Pr. " Prima ſtat auſtralis domus ampla eccleſia Chriſti." Lond. MDXC. Tranſtulit ex Hebraeo, et Elizabethae Oxoniae A. MDLXVI agenti obtulit, *Rabbi Davidis Kimhi commentarios super Hoseam, Joëlem, Amos, Abdiam, Jonam, Micheam, Nahum, Habacuc, et Sophoniam.* Pr. ded. reg. Elizab. " Tritum eſt apud Graecos adagium." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 2. D. xxi. 1. ubi etiam extant *Rabbinicae quaedam observationes ex praedictis commentariis per Tho. Nelum.* Mſ. ibid. *Commentarios R. Davidis Kimhi in Haggaeum, Zachariam, et Malachiam prophetas. Quibus, auctarii loco, accessere breves quaedam observationes in eosdem prophetas, partim ex Hieronymo, partim ex aliis probatae fidei autoribus decerptae.* Pr. ded. Regin. Polo. " Qui res antehac ab ulti- " ma." Pariſ. MDLVII. 4to. Anno Chriſti MDXC, aetatis 71 monumentum ſibi poſuit in eccleſia Caſſingtonae; quando vero obiit, pro comperto non habemus. Pitſ. p. 769. *Athen. Oxon.* i. 249. ſeq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 138. Fuller's *Worthies.* i. 359.

NECHAMUS[a] [ALEXANDER[b]] inter ſuae aetatis ſcriptores locum poſcit plane honorificum, quem et per me modo accipiet; quanquam, quae ejus fuit in nullo non eruditionis genere peritia,

[a] Vide Weever in *Fun. mon.* p. 571. Mſ. Norwic. More, 958. [b] Doctor fuit Oxonienſis, ut conſtat in quodam ſermone in concilio Baſil. Hunc multa vera et utilia ſcripſiſſe fatetur vir ſui temporis omnium doctiſſimus Rogerus Bacon in *Opere suo minore,* cap. 7, cui tamen ob grammaticales quoſdam errores non pepercit, adeoque cum inter autores idoneos numerandum eſſe negat. Placeat Bacono ſua de hoc et aliis nonnullis celeberrimis auctoribus; quos pro ſuo libitu vellicat, cenſura; nobis vero auctor probatus, imo elegans et diſertus merito haberi debet Neckamus,

peritia, magnae eloquentiae laudatorem jure quodam optimo videtur expectare. Quid ergo faciam? An torrentis facundiae justis destitutus ornamentis tacebo? Praestabo certe quod potero; nec unquam committam, quicquid alii ingrati fecerint, ut tam clari hominis gloria silentio obscuretur. Nolo te igitur nescire, lector, Alexandrum Verolamii Catyeuchlanorum, vel, ut nunc loquuntur[c], Albani[d] natum fuisse. Nam in titulis veterum exemplariorum Alexander de Sancto Albano frequentiuscule appellatur. Petrus Blesensis, archidiaconus Badunensis, sic inscripsit literas: *Dilecto magistro, socio et amico, Alexandro de Sancto Albano.* Nunc ut ejus natalis locus mihi est percognitus, ita et ejusdem a pueritia institutio mihi non ignota; quando ipse in libro *De laude sapientiae divinae* suam vitam fusius, tanquam tenui penicillo in levi tabula, depingit his versibus:

Quod si forte fores claudat [tibi] Claudia, claustrum
  Martyris Albani sit tibi tuta quies.
Hic locus aetatis nostrae primordia novit,
  Annos felices, laetitiaeque dies.
Hic locus ingenuis pueriles imbuit annos
  Artibus, et nostrae laudis origo fuit.
Hic locus insigneis, magnosque creavit alumnos,
  Felix eximio martyre, gente, situ.
Militat hic Christo, noctuque dieque labori
  Indulgens sancto, relligiosa cohors.
Haec te suscipiet placido gratoque favore,
  Optabit tutor quilibet esse tuus.
Hic locus hospitibus sese debere fatetur,
  Quos admittit honor, janitor iste loci.
Hortarer te Parrisios partesque remotas
  Visere, sed terret me maris unda tumens.
Vix aliquis locus est dicta mihi notior urbe,
  Qua modici pontis parva columna fui.
Hic artes didici docuique fideliter, inde
  Accessit studio lectio sacra meo.
Audivi canones, Hippocratem cum Galieno,
  Jus civile mihi displicuisse neges.
Si suspecta tibi loca sunt solennia, nostrae
  Intra septa domus tutior esse potes.
Urbs vires experta tuas, Gurmunde, per annos
  Septem, ni fallor, vix tibi deesse volet.
Non moriar totus, dum tu servaris in esse,
  Cum sis ingenii gloria magna mei.

Est etenim in confesso, Nechamum, accrescente matura aetate, sectae canonicorum Augustinianorum se addixisse[e]; ea tamen lege atque omine, ut sanctius viveret, et quietius studeret: quorum utrumque ex voto assecutus est; usque adeo, ut ingentem canonicorum nomini gloriam, literis autem pristinum decus pepererit. Verissima loquor: nam pro religione tam integre observata visus est, et merito quidem, omnium dignissimus, qui gubernationem Coriniensis[f], alias Cirencestrensis, coenobii[g] acciperet, anno a Christo, ut ego didici, MCCXV. Porro quod literis suum decus asseruerit, abunde testantur ejus libri magno labore, at majore fructu in lucem editi. Quis crederet tantum reconditae eruditionis, illo praesertim saeculo, penes unum fuisse? Ego vero, ne fucum lectori faciam, ingenue fateor me ejus opera aliquando incredibili cum admiratione legisse; non quod nostri felicitatem temporis aequaverit, sed quod suae aetatis plerosque omnes diligentia, acumine, eloquentia etiam praecesserit. Usus est autem Asiatico quodam dicendi genere; nempe copioso, luculento, et florido. Nec unius tantum scientiae cognitioni strenuam navavit operam, per omnes doctas artes evagatus est. Atque his quidem modis in clarum oratorem, in philosophum, in theologum tandem evasit. Quid, quod et poësim summe dilexerit? Certe, cum in multis libris, tum praecipue in opere *De laude sapientiae*, in quo seipsum plane vicit, et in libello *De officio monachorum*, qui tamen ab aliquibus Anselmo, sed falso, ascribitur, se facilem juxta ac dulcem poëtam ostendit. Nihil ibi impolitum, nihil inconcinnum, nihil denique in-

mus, A. Wood. Mſ. Pitſ. [c] "Ad fanum." Mſ. Lel. Trin. [d] "Mense Septembri natus est ann. MCLVII "regi filius Ricardus nomine apud Windleshore, eadem "nocte natus est Alex. Necham apud S. Albanum, cujus "mater fovit Ricardum ex mamilla dextra, sed Alexan- "drum fovit ex mamilla sua sinistra." Ita Jamesius, *Coll.* vii. 34. ex Mſ. quodam penes comit. Arundel. Quidam Alex. de S. Albano frequenter occurrit testis cartarum Johannis de Oxon. episcopi Norvic. [e] Hic semel petiit monachatum apud S. Albanum, et scripsit abbati sic: *Si vis, veniam; sin autem.* Respondit abbas: *Si bonus es: venias; si nequam, nequaquam.* Et ille indignatus propter cognomen suum, transtulit se ad Cirencestriam juxta Boston Buriensem. Aperte autem hallucinati sunt Baleus, Pitseus, et cl. Cave, qui eum Excestriae habitum canonici regularis suscepisse tradunt. [f] Seu Excestriensis. Mſ. Lel. Trin. [g] Alex. Nechamus abbas Exon. Wharton. Usser. p. 414. Eum priorem S. Nichoiai Exon. fuisse affirmant additiones ad Camden. N. E. col. 30. A. D. MCCXIII electus Alexander Nequam in abbatem Cirencestriae. *Annal. Dunstable.* Mſ. Wharton. in bibl. Lambethana R. p. 66. 201.

venustum:

venustum: ut nihil interim dicam de materia ex ipso virtutis fonte limpidissimo ubertim scaturiente. Sed quid ego in unius libelli laude demoror? Effundam simul omnia ejus operum nomina. Edidit enim COMMENTARIOS *In Ecclesiasten* [h]. *In Cantica cantic* [i]. "Humilitas vera." *In Psalmos Davidis* [k]. "De horto Paradisi." *In symbolum Athanasii* [l]. *In Martianum Capellam* [m]. Scripsit praeterea *Correctiones Bibliae* [n]. *Mythologiam* [o]. *Quaestiones* [p]. *Prometicum*, carmine prosa intermista. "Sponte sua genius." *Exorcismum*, sive *Baptisterium*. "Huic operi talis praeponi-"tur titulus" *Vocabularium Biblicum* [q]. "Post haec de singulis libris Bibl." *Conciones* [r]. *Speculum speculationum*, lib. iv. [s] "Paradisum voluptatis subdiv." *Concordantias* [t]. *De laude D. virginis. De conversione D. Magdalenae* [v]. *De laude sapientiae divinae*, carmine elegiaco [x]. "Gloria, majestas." Ad Gurmundum, Claudiani coenobii abbatem, ac candidum suum patronum. *De rebus creatis in specie. De naturis rerum* [y], opus varium et elegans. "Forma decens [z]." *De utensilibus* [a]. "Cum re-"rum notitiam. *" *De vita monastica*, carmine elegiaco. . . . "Quid deceat monachum. [b]" *Isagogicum.* Quo opere de grammatica agitur [c]. Habes, studiose lector, nomenclaturas operum Nechami, quae hoc nostro tempore in bibliothecis Britannicis extant [d]: nunc reliqua, quae mihi de illo

[h] *De vanitate humanae fragilitatis*, lib. xii. "Superfluo detinerer labore." Ms. Oxon. coll. Corp. Christ. 45. Et Ms. in biblioth. Cotton. Tiber. A. 12. Item num 42. 114. 1. 108. 15. in *Catalogo* Bostoni Buriensis.

[i] Lib. vi. Pr. pr. "Humilitas vera dignitates feliciter." Ms. Langb. Bal. Oxon. lib. viii. Ms. in bibl. coll. Nov. cod. 185. In bibl. Baliol. cod. 38. 39. 40. Ms. bibl. reg. Westmon. 4. D. xi. Cantabrigiae in bibl. publ. cod. 122. et in aula Pembroch. cod. 152. Ms. in bibl. Lambeth. 23. fol. et in coll. Nov. 43. Pr. primae praef. "Humi-"litas non solum soror est obedientiae." Pr. secundae praef. "Ortus deliciarum Paradisi." Lib. i. habet cap. 16. Pr. primi. "In principio creavit." Lib. ii. capita 24. iii. 25. iv. 24. v. 18. vi. 25. [k] Lib. i. "De horto "deliciarum Paradisi." Ms. Oxon. coll. Jesu. 45. Item Ms. bibl. reg. Westmon. 2. C. xi. Ms. Oxon. in bibl. publ. NE. E. 7. c. 8. apud Boston. Bur. num. 82. 15. 153. 10.

[l] Lib. i. "Caput aquilae principis avium visum ab Eze-"kiele," apud. Boston. Bur. num. 82. 166. 115. 65. Et Ms. Bodl. NE. E. 6. 11. E. 7. 8. [m] Sive, *De nuptiis Mercurii et Philologiae super Marcianum*, lib. ii. "Mar-"ciani Minei, felicis capellae." Ms. Bodl. Digb. 221. Suspicor esse glossam ejus in Martianum Mineum (Pits.) quod opus habetur Ms. Cantabrigiae in coll. Trin. class. 1. cod. 18. Item coll. Corp. Christi N. xvii. et xxiii. Est hoc opus Martiani, lib ix. Ms. bibl. coll. Merton. Oxon. Q. ii. 7. cum comm. Pr. "Marciani," etc.

[n] *Correctorium Bibliae*, manu M. Parkeri Alexandro Nequam (qui plura in eod. vol. opuscula habet) tributum, incipit, "Publica collegi cupiens prodesse pusillis." Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Q. 10. [o] Seu *Scintillarium*, lib. iv. "Fuit in Aegypto ditissimus." Ms. Bodl. NE. B. 5. 2. Ms. Bodl. sup. A. 1. Art. 86. f. 139. Ms. Bodl. Digb. 221. Ms. Cantabr. coll. Trin. class. 1. 18. Liber ejusdem argumenti et principii ascribitur Albricio Londinensi, p. 288. [p] Lib. i. apud Boston. Buriens. num. 20. 65. [q] Lib. i. "Post haec de singulis libris "Bibliae." Hoc et *Concordantias* unum solummodo opus absolvere existimat Cl. Langb. A. Wood. Ms. Pits. *Super Vetus Testam. et Novum*, in bibl. S. Petri Gloc.

[r] *Octodecim*, lib. i. De sermonibus auctoris nostri consule Ms. Norwic. More 131. [s] Lib. iv. "Prologum "voluptatis subdividit." (Ms. bibl. reg. Westmon. 7. F. i.) huic Alex. canonico Circestriae ascript [t] Bibliorum, lib. v. "Primus liber agit de his, quae per."

[v] Lib. i. "Ad mensam Domini veniens haec." Bostonus Buriensi S. Edm. monast. [x] Heroico. Lib. vii. (Pr. "Gloria, majestas") in quo subinde assurgit tantum non ad justam eloquentiam. Ita Lelandus, *Coll.* iii. 253. qui librum inveniebat in bibl. Hidensi. Ms. coll. Caii Cantabr. D. 2. et coll. Trin. class. 25. ser. 4. Ms 10.

[y] Lib. vii. Ms. olim in bibl. Lumleiana cod. 33. [5. Bost. Bur. num. 82. 1114. 1. 10. 12. et Ms. reg. Westmon. 12. F. xiv. et 12. G. xi. Et Ms. Oxon. C. C. C. 45.] Titulus Ms. Oxon. C. C. C. 245: ita *Alexandri Necham de naturis rerum, sive commentarii in libros Genesios et Ecclesiastae* Ita fere etiam codex ejusdem collegii 45. Item Ms. Oxon. coll. Magdal. 139. Librum Alex. Necham *De naturis rerum* ded. acad. Oxon. D. Joh. Somerset. in *Regist.* F. epist. 218. [z] "Admiratione "digna." Ms. in bibl. G. Copi, nobilis Angli, vol. 62. Ms. continens libros iv. hujus tituli et principii Alexandro de S. Albano ascript. extat in bibl. reg. Westmon.

[a] *De nominibus utensilium.* Pr. pr. "Materia hujus li-"bri sunt nomina utensilium." Pr. l. "Qui bene vult "disponere." Ms. Cott. Titus. D. xx. * "Praecedat noti." Ms. Cantabr. in coll. S. Petri Ms. 24. et in Archivis Caii et Gonvilli Ms. H. 29. [b] *Et qualis debeat esse*, versu. Ms. Bodl. Digb. 65. f. 18. "Legi tamen hunc li-"bellum (inquit Lel. *Coll.* iii. 28.) cum titulo Anselmi; "sed verisimilius est Necham scripsisse, erat enim doctior "Anselmo carmine." [c] Ms. Oxon. in coll. Merton. P. iv. 5. Art. [d] Scripsit etiam *De fabulis poëtarum*, lib. i. *Commendationes vini*, carmine, lib. iii. "Dum cor-"pus curas, studeas subducere curas." Ms. Norwic. More, 131. Praefigitur quasi prooemium carmen (20 vers.) ejusdem Alexandri Thomae, abbati Claudiocestriae. Pr. "Munus, sed munusculum" *Novum Anianum*, lib. i. "Vincere quos levis nequit." *Novum Aesopum*, lib. i. "Ingluvie cogente lupus dum devor." *In metamorphosin Ovidii*, lib. i. *Carmina diversa*, lib. i. "Cortice nudato "Tisarantus," etc. *Ad viros religiosos*, lib. i. "Taedia "nulla chori tibi sint nec." *Lectiones Scripturarum*, lib. i. *Expositionem in* ii *libros priores de anima*, lib. i. "Interro-"gasti me, honoret te Deus." Ms. coll. Oriel. Oxon. 28. Extat impr. Venet. MCCCCLXXXI. *De mulieri forti*, lib. iii. "Splendor paterni luminis in hoc." [Splendor radii solaris in casside] apud Boston. Buriens. num. 82. 42. 20. 28. Ms. Bodl. NE. D. 5. 13. Et Ms. Oxon. coll. Jesu 45. *De differentia spiritus et animae.* Ms. Oxon C. C. C. iii. et 114. *Super utrumque Testamentum*, lib. xiii. "Praemissa "descriptione originis." *De officio monachorum*, lib. i. *De adventu Domini* (*Sermones ab adventu Domini*, Bost. Bur.) lib. i. "Post susceptam praedicandi functionem." In bibl. S. Albani et Rames. apud Boston. Bur. *De nativitate Mariae*, lib. i. "Egredietur virga de radice." *De annunciatione ejusdem*, lib. i. (serm. 6. apud Boston. Bur.) "In "hoc versu lectionis evangel." In bibl. S. Edm. Bur. apud Bostonum in *Catalogo*. *De desponsatione Joseph.* lib. i. *De assumptione virginis*, lib. i. "Quae est ista, quae ascendit per." *Repertorium vocabulorum* [*Bibliae*] *alphabetice*, lib. i. "Licet "nonnulli circa vocabula." Ms. hujus tituli et pr. in bibl. Bodl. Laud. 33. Ms. Oxon. coll. Mert. P. 3. 1. Art. et N. 1. 12. Art. *Prologus de rhetorices figuris.* Ms. Oxon. coll. B. Joh. abaco sec. T. 88. *Moralia evangeliorum*, lib. iv. "In-"tentioni quatuor evangelistarum." Ms. antiq. in coll. Linc. Oxon. Arch. Austr. 27. *De fide, spe, et charitate*, lib. i. In bibl. Rading. apud Bostonum Bur. in *Catalogo* *Cur filius incarnatur*, lib. i. "Operis immensi quoniam Deus." *De virtutibus*, lib. i. *De vita et morte, seu de longitudine et brevitate vitae*, Ms. Oxon. C. C. C. 114. *De praeceptis decalogi*, lib. i. *Regulas in theologiam*, lib. i. Bal. Pits. In codice bibl. Bodl. NE. E. 4. 8. cum *Corrogationibus Promethei* (de quibus statim) est tractatus hujus tituli; cujus Pr. "Omnis scientia suis nectitur regulis." Ms. etiam extat in bibl. Bodl. NE. A. 4. 8. et Norwic. More, Ms. 907. *De accentu in mediis syllabis tractatum.* Ms. Cantab. in bibl. coll Corp. Chr. Q. x. *In libros meteorologicorum*, Ms. coll. Mert. Q. i. 13. Art. *Tractatum dubii generis*, Ms. ibid. Scripsit etiam secundum Bal. et Pits. *In proverbia Salomonis*, lib. i. "In primo opere Salomonis." In Ms. Oxon. coll. Jesu 45. In libros *Proverbiorum* quaedam in principio et fine. *Super Ezekielem*, lib. i.

(a) *Corrogationes, quas vocat, Promethii de difficilioribus sacrorum Bibliorum locis*, lib. iv. "Ferrum cito rubiginem "ducit." *De difficilibus verbis Bibliae*, lib. i. In bibl. S. Edm.

illo ſunt cognita, perſequar. *Annales Corinienſis coenobii* tribus ſeriatim annis, nec ulterius, ejus mentionem faciunt: unde ego conjectura ducor, Alexandrum tertio ſuae praefecturae anno (nam alia inſignitum fuiſſe dignitate hactenus non legi) mortem obiiſſe [e]. Quod autem ſequitur, a multis audivi, et, ſi recte memini, in libro Joannis Roſſi Verovicenſis, *De epiſcopis Vitarum*, ſive *Wicciorum*, legi; nempe illum ſepultum eſſe [f] in ipſo clauſtro coenobii, quod Vigorniae, ut nunc loquuntur, celeberrimum eſt. Cujus et hoc epitaphium:

Eclipſin patitur ſapientia, ſol ſepelitur,
Qui dum vivebat, ſtudii genus omne vigebat.
Solvitur in cineres Neccham, cui ſi foret haeres
In terris unus, minus eſſet flebile funus.

Dixerit hic aliquis, quid fuit in cauſa, quo minus Corinnii inter canonicos ſepeliretur? Huic ego reſpondebo, magnam ei fuiſſe cum quodam epiſcopo Vigornienſi familiaritatem; cui comes facundus erat, cum Italiam et Romam, principem rerum urbem, inviſeret. At mihi non liquet, num Italiam, ante acceptam monaſterii gubernationem, an poſtea, petierit. Nihilominus mihi quidem mea conjectura quodammodo perſuadet, ut credam Alexandrum, nondum abbatem, comitem Vigornienſis antiſtitis in Italia fuiſſe, nec tum primum illam vidiſſe regionem; ſed et alias ſaepe Galliam ſimul et Italiam, ſtudendi gratia, celebraviſſe. Atque hinc etiam tam illuſtrem ſibi e bonis literis famam comparaſſe. Adde huc, quod amicitia, quae illi cum Vigornienſi accreverat, ita ſtabilis poſtea ſemper permanſerit, ut ſola dirimeretur morte; tum, ut veriſimile eſt, ingruente, cum ille ſe ad epiſcopum de more contuliſſet. Haec ego de ejus ſepultura prolixius forſitan, quam neceſſe fuit; ideoque finem dicendi facerem, niſi me Alexander, Eſſebienſis monaſterii prior, interpellaret. Non hic audeo quidquam in re obſcura pronunciare. Fieri tamen potuit, ut Nechamus ex priore Eſſebienſi abbas Corinienſis factus ſit; et carmen *De faſtis*, quod Eſſebienſi adſcribitur, ſtylum Nechami quodammodo refert. Per me tamen ſuo quiſque gaudeat judicio. Ego hoc ſolum ago, ne Alexandri Eſſebienſis fama ſilentio prematur. Quare ejus carminis guſtum cultoribus muſarum in praeſentia exhibebo. Sic ille *De D. Andrea* cecinit:

Quem primum proprio coeli rex ore vocavit,
Andreas aderit primus in ore meo.

Sic etiam *De Epiphania*:

Una dies tribus eſt praeclarus inclyta geſtis,
Inque tribus triplicem continet illa typum.
Chriſtum, feſta, fidem decorabant amne Joannes,
Et vino Chriſtus, muneribuſque magi.

Et rurſus *De Annunciatione D. Virginis*:

Angelicis verbis dum credit foemina, Verbi
Fit mater, Verbum, quod Deus eſt, fit homo.

Ibidem *De Philippo*:

A Scythica pellit tenebras regione Philippus,
Et radiis fidei barbara regna nitent.

S. Edm. Bur. *Tractatus Alex. Nequam ſuper Prometheum.* Pr. "Quoniam . . . grammaticae partes ſint." Mſ. Ben. Q. 10. coll. C. C. C. *Alexandri Nequam corrogationes Promethei.* Mſ. Bodl. NE. E. 4. 8. Ita etiam Mſ. Laud. L. 47. Incipit primo a grammatica, utrum grammatica ſit ars; mox de vitiis ſermonis, et barbariſmo, ſoloeciſmo, etc. tum de figuris, ſive proprietatibus excuſabilibus, ut metaplaſmo, etc. deinde de tropis, poſt de figuris conſtructionis; tum de orthographia, de accentibus; et tum demum addit, "Poſthaec de ſingulis libris bibliothecae [Bibliae] aliquas "dictiones proferre libet in medium, ut quandoque de accentu dijudicemus, quandoque de ſignificatione: — et "primo occurrit Geneſis." Atque ita primum omnes libros Veteris Teſtamenti delibat, deinde et Novi ſimiliter. Pr. "Ad Novi Teſtamenti ſeriem me verto." etc. Mſ. Norw. More 907 ſunt Biblia Hieronymi Latina, ad quorum finem, *Explicit Bibliotheca. De puritate Mariae*, lib. i. (a) *Elucidarium bibliothecae*, lib. i. "De ſingulis bibliothecae libris." Extat Mſ. bibl reg. Weſtmon 2. D. viii. et Mſ. 12mo. ſed abſque auctoris nomine, in bibl. coll. Caii, et Gonv. Cantabrigiae, manu ſat antiqua. Plura de hoc Mſ. vide apud Cave. (a) *Novi Teſtamenti expoſitiones*, lib. i. "Ad "Novi Teſtamenti ſeriem me verto." (a) *De figuris et tropis*, lib. i. *Diſtinctiones verborum*, lib. i. "Amor eſt "appetitus rei propter." *De humilitatis gradibus*, lib. i. "Auguſtinus. Vera humilitas eſt." Bal. Pitſ. — *Tractatus Alex. Neckam de tribus viribus animae.* In matriculario biblioth. monaſt. Burgi S. Petri. U. v.——*Doctrinale grammatices*, carmine, cum explan. Lud. de Guaſchis, Venet. MCCCCLXXXIII. fol. aſcriptum Alexandro cuidam grammatico Dolenſi, al. De villa Dei, huic noſtro Neckamo attribuitur (forſan male) a Cl. Hyde in *Catalogo* bibl. Bodl. His adduntur a Boſt. Burienſi liber, qui dicitur *Feſtivale.* *Quaeſtiones ſecundum magiſtrum Alex. de S. Albano.* Pr. "Quaeritur, utrum Abraam." Mſ. Lamb. 95. 4to.

[e] Obiiſſe fertur A. D. MCCXXVII. Bal. Vide Wood. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 62. Fuller, *Worth.* ii. 25.

[f] An. MCCXVII magiſter Alexander, abbas Cireceſtriae, obiit apud Kemſeye, et ſepelitur Wigorniae. *Annal. Wigorn.* Anno MCCXVII, magiſter Alexander, cognomento Nequam, abbas Ciceſtriae, literarum ſcientia clarus, obiit. *Annal. Waverl.* Ita tantum in impr. Sed Weeverus citat plura ex Mſ. Cotton. *Annalium Waverl.* ſc. diem obitus eſſe pridie cal. Feb. et ſepultum eſſe apud S. Albanum. *Monum. Funeral.* p. 572. "Dr. Neckham univ. Oxon. abbas de Ci"renceſtre, ſepelitur apud Worceſtre, eo quod epiſcopus "Wigorn. nollet epiſcopum ſepeliri apud abbatiam ſuam "de Cirenceſtre, eo quod excommunicatus fuit de . . . . "Doctore Neckham de curia Romana veniente." *Collect.* Will. Worceſtre. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. M. et H. Whart. L. 95. in bibl. Lambeth.

De Edmundo quoque *Martyre* hos verſus ſcripſit :

Hoſtis eum tandem vinclis et verbere torquet,
Imber telorum tertia poena fuit.
Ille polo mentem, gentili colla mucroni
Tradit, et efficitur victima ſacra Deo.

En, quem ſum pollicitus, guſtum Alexandrini carminis exhibui. Tu nunc mecum, candide lector, et Corinienſi et Eſſebienſi ex aequo applaude, ac vale. Ex *Lelando*.

NECTANUS Scotus, epiſcopus Aberdonenſis, ſcripſit *Vitam S. Davidis regis Scotiae*, lib. i. *Vitam S. Margaretae reginae*, lib. i. Claruit A. MCXI. Dempſt. xiii. 953.

NECTON [HUMFRIDUS] NECHODUNUS, patria Nordovolgus[a], veſtem Carmeliticam Nordovici accepit; hoc animo, ut literas una cum virtute altius imbiberet. Tam honeſtum votum ſecuta eſt etiam et ſua felicitas. Nam cum collegiani viderent, quam eſſet acri ac expedito ingenio, aequum putabant, ut recta ad publicas ſcholas proficiſceretur. Laetus itaque Grantam venit academiam[b], felicium ingeniorum altricem; nec ullum ante inſigni diligentiae locum reliquit, quam, exhauſtis liberalium ſcientiarum fontibus, lauream, ſtudiorum praemium, conſecutus fuiſſet, favente Gulielmo Ludano, epiſcopo Anguillariano, amico maximo. Vos igitur, Carmelitae, qui nunc Grantae eſtis, et quot poſt aliis erunt in annis, Hunfredum candidis lapillis notate. Primus etenim veſtrae ſectae fuit, qui pileum, quique annulum, ſacra theologici nominis inſignia, ibidem accipere meruit. Quinetiam concinite hoc carmen in veſtrum modo gratia natum :

Laudibus Hunfridum meritis ſuper aſtra feramus,
Cui data Grantanae laurea prima ſcholae.

Sed jam ne nimius in ornando munere videar, tantum ſignificabo, Hunfridum ſcripſiſſe *Quaeſtiones*[c] quaſdam et *Sacras conciones*[d], ut illa judicavit aetas, doctas[e]. Vixit ſub Edovardo, a regno Gulielmi primo; obiit[f] anno D. MCCCIII. Ex *Lelando*.

[a] Nordovolgius, Pitſ. Sudovolgius, Bal. [b] Ibi anno Domini MCCLIX SS. theologiae doctor creatus eſt. Pitſ Bal. add Lel. *Epit*. Mſ. A. D. MCCLIX. Carmelitae intraverunt primo novum locum Cantabrigiae; quo tempore fr. Umfridus de Neckton aſſumpſit doctoratum in theologia eodem in loco. Mſ. Bal. Sloan.

[c] *Ordinarias*, lib. i. [d] *Dominicales* xiv. lib. i. "Omnia debitum dimiſi tibi." Hae a quibuſdam tribuuntur fratri Joanni Foulſham. Mſ. Bale. Sloan.

[e] Scripſit etiam, *Lecturas ſcholaſticas*, lib. i. *Super articulis theologicis*, lib. i. [f] Obiit (ſi recte computat Johannes Baleus Anglus in *Collectaneo* ſuo de eruditis ſcriptoribus) A. D. MCCCIII. Nordovici ſepultus. Lel. *Epit*. Mſ. Trin. Nordovici in ſuo coenobio ſepultus. Bal. iv. 24. Pitſ. p. 388. Fuller, *Hiſt. Cant*. p. 20.

NENNIANUS gente Scotus, patria Elginenſis, profeſſione Franciſcanus, ſic dictus, quia ſcripſit *Deflorationem Nennii*, lib. i. Claruit circa A. MCCC. Dempſt. xiii. 965. ex indice Deirenſi.

NENNIUS[a] in noſtro locum quodammodo poſcit catalogo, et per me quidem libenter habebit: ſed ejus gloria, olim illuſtris, ita modo obſcurata eſt, ut quo potiſſimum pacto luci reſtituam, ſane dubitem. Ne tamen ingrati ſilentii aliquando arguar, excutiam omnes antiquitatis forulos: ſic enim futurum eſt, ut ſi non magnam feneſtram ad lucem, ſaltem rimam oculato lectori aperiam. Dicam igitur quid mihi nuper contigit, dum obequitarem per Eboracenſem provinciam. Inviſebam abbatem Eurovallenſis coenobii in ipſis ripis Euri fluminis (a quo una cum tota late circumjacenti regione nomen ſumpſit) poſiti. Is omnem mihi humanitatem, perlecto principis diplomate, oſtendere; et in bibliothecam ſuam, libris bene refertam, recta deducere. Tum ille ad publica munia; ego vero, et avide quidem, ad vetera exemplaria: inter quae unum ſe mihi obtulit, cum hac inſcriptione: "Nennius de origine Britanniae[b]." Titulus hic mihi prima fronte adblandiebatur; putabam etenim me theſaurum aliquem nactum. Sed cum operis aliquantulum guſtaſſem, de ſpe illa aliquantulum decidi: nolui tamen librum prius deponere, quam perlegiſſem. Quis unquam liber tam inepte ſcriptus eſt, ut nullum prorſus ab ejus lectione fructum ſperare queas? Certe hunc ego ex illa lectione fructum cepi, ut deprehenderim, ſciolum aliquem monachum id in Nennii gratiam, quod quidam etiam in Gildae *Hiſtoria* fecit, praeſtitiſſe: nempe totum opus ſplendidis mendaciis, anilibus fabulis, et prodigioſa barbarie confudiſſe[c]. Ita tandem evenit, ut pro vero Nennio emerſerit neſcio quis fictitius et ſubornatus nugator. Neque pauci quidem ex vetuſtiſſimis au-

[a] Nennius, natione Britannus, Elvodugi et Beulani diſcipulus, poſtea in monaſterio Bangorenſi literis operam dedit, et tandem ejuſdem loci abbas evaſit. [Hunc eundem fuiſſe cum celebri illo abbate Dinotho, qui diſputatione cum Auguſtino habita anno DCXIII inclaruit, et lanienam Bannochorenſem aegre evaſit, cenſent Baleus, aliique; an recte, docti judicent. Sane temporum ratio ac rerum circumſtantiae apprime congruunt. Cave. Ex hac clade ad Ceſtriam evaſit, et Cambriam, propinquaſque Scotorum inſulas peregrinavit, ut Chriſtianam propagaret confirmaretque religionem. [b] Extat Nennii liber, *Hiſtoria Britonum*, ſive *Eulogium Britanniae*, Oxon MDCXCI. Edidit notaſque adjecit Thomas Galeus; ſed in ea editione id obſervatum velim, multa in Nennii codicem perperam irrepſiſſe, quae ad marginem olim annotavit commentator vetus, fortaſſe Samuel Beulani diſcipulus. Exempla ſubjiciam: "Vel a Britone, filio Iſioconis, qui fuit filius Alani, de "genere Japhedi dictus" et "De Vecta, quam Britones "inſulam Guid Guith vocabant, quod Latine divortium "dici poſſit." Sunt et alia quamplurima, quae operae pretium eſſet recenſere, ni ſubleſtae pariter fidei et autor foret, et ejus interpres. Baleus refert Nennii fuiſſe *Hiſtoriam* in bibl. Carmelitarum Nordovici, in quam annotationes addidit Samuel Britannus. [c] In *Collect*. tom. iii. p. 4. Lelandus (ſub titulo Jorevallenſis monaſterii) eandem duram ponit ſententiam de Nennii *Hiſtoria*: ſc. "Scribit "confuſe, et ſine judicio, ſordidis etiam verbis, non dubi- "tans fabulas ſubinde interſerere pluſquam aniles." De Nennii *Hiſtoria* vid. *Epiſt*. Cl. Uſſerii ad G. Camden. *Epiſt*. Camd. p. 76. "Fit mentio cujuſdam Nennii

toribus

toribus per hujusmodi nimium diligentes defloratores funditus interierunt: unum tamen erat, vel in ipso libelli exordio, quod solum ex multis diligenter notavi; hoc est, Nennium cujusdam Elbodi discipulum fuisse. Hinc multis disquisivi anxius locis, num alibi extaret Nennius. Inventa tandem duo, multo cum labore, exemplaria, plane antiquissima; ex quibus deprehendi non incorruptam autoris historiam. Multa illic de Britannorum origine, et genealogiis, ac urbibus; tum de Arturio, et Saxonum tyrannide [d]. Liquet eum Britannum fuisse ex multis vocabulis, quae interserit, Britannicis; studuisse quoque illum in finibus Scottorum Hiberniensium; de quorum rebus gestis pauca, sed antiqua scribit. Inciderat Henricus Venantodunensis quadringentis abhinc annis in Nennii historiam, sed nomine ignotam; id quod eo maxime liquet loco, quo fortia Arturii bella recitat [e]. Ex *Lelando*.

" in *Vita* Finani." Ita nota in margine Mf. [d] Scripsisse fertur Nennius, *De origine Britannorum*, lib i. *De urbibus eorundem*, lib. i. *Eulogium Britanniae*. *Apologiam quandam*. *Cosmographiam mundi*. *Additiones Gildae*. Addunt etiam, *Antiquitates Britanniae*, et *Χρόνικον*, et librum *De mirabilibus*. Sed bene monuit Galeus, omnes hosce libros notos fore, si unum noveris; nec enim si tituli apud varios autores tibi diversi occurrant, tot ibidem et codices requiras. In edita Nennii *Historia* omnes fere praedicti libri (qui capitulorum nomina potius merentur) hoc ordine inveniuntur: (1) *Praefatio Nennii*, p. 93. edit. Oxon. Haec a quadam recentiore manu addita fuit, quia in ea occurrunt verba sequentia: " Egimus itaque haec nostris infirmioribus subveniendo, " non majoribus invidendo, octingentesimo quinquagesimo " octavo anno Dominicae incarnationis, vigesimo vero " quarto Mervini regis Britonum." (2) *Apologia Nennii*. Pr. " Ego Nennius, S. Elbodi discipulus." p. 94. (3) *Capitula historiae*. Pag. 94. (4) *Historica orthographia de sex aetatibus mundi*. P. 98. Idem forsan cum *Cosmographia mundi*. Pr. " A principio mundi." (5) *De prima inhabitatione Britonum Britanniae insulae*. Princ. " Britannia insula a Britone." Hic videtur continere libros *De origine Britannorum*. *Antiquitates Britanniae*. *Additiones Gildae*. *Chronicon*. Et *Eulogium Britanniae*. (6) *De urbibus Britannorum*, p. 115. Pr. " Prima civitas " Britanniae ipsa est." (7) *De mirabilibus Britanniae*, lib. i. Hunc se scripsisse fatetur Nennius in cap. 65 non autem editus est a Galeo. Libri supra recitati 4, 5, 6, 7. Mf. extant in bibl. More Norwic. 91. Gildae Sapienti ascripti. Quaedam Nennii opera habentur Mf. in bibl. publ. Cantab. et in bibl. coll. Corp. Christi. Mf. F. v. et Misc. M. p. 7. et in bibl. Lumleiana; et in coll. S. Trin. Cantabr. ut vult Pitseus. [e] Hic Nennius Bannochorensis claruisse fertur anno DCXX. Vide Cave, p. 449. ii. 217. Bal. i. 74. Pitf. p. 106. Galei praef. Dempsterus (xiii. 950.) Nennium hunc Scotiae doctorem esse, et in insulis Hebridibus obiisse refert.

NEOTUS [a] Aldulphi, alias Ethelwolphi, filii Ecberti, regis Visi-saxonum, ut quidam refert, reguli apud Cantios filius erat: quod ego vix dum satis instructus (nam et ex gente orientalium Anglorum alias ortum esse legi) non confirmo; confirmaturus tamen eum studiosissimum fuisse omnium bonarum artium, et vitam Glessoburgensi [b] coenobio duxisse coelebem. Scribunt multi, fuisse illum Alfrido Magno, Visi-saxonum regi, sanguine conjunctum, ac consuetudine familiarem; et solatio praeterea gratum utilemque insperato, cum Ethelingiae Somurotrigum a Danis misere premeretur: postremo incentorem fuisse, ut scholam Anglicam Romae ab Ina, rege Visi-saxonum, inchoatam, et ab Offa Merciano auctam, repararet; eademque pietate scholas novas Isidis [c] ad Vadum constitueret. Illud non est omittendum, quod seniculus Coriniam eremeticae vitae propenso studio petierit. Nomen loco postea inditum NEOTESTOKE a cultore, ubi et diem vitae claudens supremam, sepulchro conditus est, non fine sanctitatis opinione [d]. Reliquiae usque ad Eadgari principis potentissimi et fortunatissimi tempora ibi conquievere. Tum demum ab Ethelrico, viro inter Venantodunenses nobilissimo, et Ethelfleda ejus uxore; foemina vix comparabili, ad Ernulphi curiam, alias EINESBURY, translatae sunt: statimque erecta in ejus gloriam ecclesia, locus vulgo dici coepit SANTE NEOTE, Latine fanum Neoti. Dani, publica Angliae clades, loco postea vim intulerunt. Fama equidem praedicat, reliquias inde Crulandiam traductas, et pace confirmata, postliminii jure suo fano redditas. Refecit fanum Neoti Rosa, nobilissima foemina circa tempora Henrici, ejus appellationis primi, regis Angliae. Vidi ego, excussa hujus monasterii bibliotheca, duos non * eleganteis de vita Neoti libellos [e], sed suppresso in utroque codice autoris nomine. Unus in liturgia ejusdem templi in usu erat; alter partim prosa, partim etiam carmine scriptus, affectatam nescio quam eloquentiam potius, quam historiae fidem integram exhibuit. Ex *Lelando*.

[a] Neotus Aldulphius, Bale. Pitf. [b] Sub auspiciis S. Dunstani. A. Wood. loco ut infra. [c] Ubi noster Neotus SS. theologiae praelector erat. A. Wood. loco ut infra. [d] Scripsit *Ad Alfredum regem de vivendi ratione*, lib. i. *Ad Martinum papam* ii. *pro confirmatione academiae Oxoniensis epist*. *Sermones et exhortationes*. *Annales rerum ab Alfredo gestarum*. Mf. Pitf. A. W. Obiit pridie cal. August. anno DCCCLXXXIII. Bal. ii. 23. Pitf. p. 167. *Hist. Oxon*. i. 14. [e] Unum edidit Gulielmus Ramsey. legit Mf. add. Bal. Mf. Lel. Trin. * Forte legendum *non ineleganteis*.

S. NERIUS monachus Scotus scripsit *De divina gratia*, lib. i. Claruit A. CCCLXIX. Colitur 14 Septembr. Dempst. xiii. 958.

S. NERVUS monachus Mailrosensis, dein abbas de Killos creatus A. MCLXXIV. Scripsit *In leges claustrales*, lib. i. Post mortem inter sanctos annumeratus. Colitur 14 April. Dempst. xiii. 963.

S. NETHALENUS episcopus et confessor Scotus scripsit, *Manuale officii divini*, lib. i. *De mysterio incarnationis*, lib. i. *De articulis fidei*, lib. i. *De donis Spiritus Sancti*, lib. i. *Ad rudes neophytos*, lib. i. Claruit A. CCCCLII. Colitur 8 Januar. Dempst. xiii. 956.

NEVILL [ALEXANDER] Cantabrigiensis; patria Cantianus (praefat. ad Lambard. *Perambulation*) natus MDXLIV. A. D. MDLXXXI. 6 Julii cooptatus est in ordinem magistrorum in artibus

bus (una cum Roberto comite Essexiae) Alexander Nevill armiger; idem nempe qui Norfolciam descripsit, et Kettum cecinit. Ms. Inet. Fuit unus ex eruditis illis, quos M. Parkerus in familia sua aluit. Strype in *Vita Grindal.* 196. Et secretarius ejus tempore mortis archiepiscopi MDLXXV. Strype in *Vita Parker* 497. Edidit *Tabulam heptarchiae Saxonicae*, citatam ab Hollinsh. i. 139. *Academiae Cantabrigiensis lacrymas tumulo D. Philip. Sidneii sacratas.* Princ. ded. comiti Leycestr. " Philippi Sidneii clarissimi equitis." Lond. MDLXXXVII. 4to. *Kettum, sive de furoribus Norfolciensium Ketto duce*, lib. i. Lond. MDLXXV. 4to. Princ. dedic. Edmundo archiep. Ebor. " Cogi- " tanti mihi (praesul)" Et Lond. MDLXXXII. 8vo. Idem Anglice Lond. MDCXV. 4to. *Norvicum.* Princ. " Ne me, lector optime, existimes vel." Lond. MDLXXV. 4to. *Ad Walliae proceres apologia.* Princ. " Omnium jam poene sermone." Lond. ex offic. Henr. Binniman. MDLXXVI. 4to. *Lucii Annaei Senecae tragoediam quintam.* Lond. MDLXXXI. 4to. sc. *Oedipum* ad doctorem Wotton. susceptorem. " This sixteenth year of my age." Haec versio, industriae ejus primitiae, peracta fuit anno MDLX, aetatis 16. *Carmen in obitum M. Parkeri* praefix. *Ketto* in edit. MDLXXV. Extat etiam apud Strype in *Vita Parker.* 499. Hic Alex. Nevill *Titi Livii operà* in linguam Anglicam transferre meditabatur anno MDLXXVII 3 Maii. *Collect.* out of the old books belonging to the stationers. In bibl. Joannis More olim episcopi Norwic. extat *Cartularium S. Gregor. Cantuar.* cujus coopertorio corinaceo inscribitur

MDLXV.

Injuriosa quid non delebis vetustas!
Et tamen O nobis quae monumenta reservas. Alex. Nevyll.

Sepultus Cantuariae in capella ecclesiae cathedralis una cum Thoma fratre ejus ibidem decano. *Athen. Oxon.* i. 190. 339. Vide epitaphium apud Battely *App.* 7. in quo obiisse dicitur anno MDCXIV. 4 Octobr.

NEVIL [GEORGIUS] frater magni illius Warwicensis comitis Ricardi Nevil in collegio Baliol. Oxon. [Leland. *Coll.* iii. p. 672] literis academicis imbutus; episcopus Exon. A. MCCCCLVIII; tunc artium existens magister (*Reg. eccl. Chr. Cant.*) academiae Oxon. et summus Angliae cancellarius, et tandem A. MCCCCLXVI 5 id. Martii archiepiscopus Eboracensis renunciatus est. Quamprimum archiepiscopalem ascenderat thronum, edidit *Constitutiones provinciales* A. MCCCCLXVI. " Georgius, " etc. Etsi nonnullae constitutiones." Extant in tom. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 599. seqq. quarum particulares repetuntur passim in eodem tomo inter *Corpus constitutionum ecclesiasticarum* card. Wolseii, p. 662. 664. 667. 671. 673. 674. 675. 677. 679. Thomas Gascoign in verbo EPISCOPUS— " Noviter intravit in Angliam exemplar magnum peccati, quoniam papa Calixtus iii " licentiavit, seu dispensavit cum uno juvene sacerdote magistro artium Georgio Nevil, quod ipse " existens 23 annorum, vel circiter, haberet omnes proventus episcopatus Exon. et quod omnia " sua beneficia retineret—non autem consecratus, quousque attingeret aetatis suae annum 27.— " Ille Georgius filius Ricardi com. Sarum licentiatus Romae ad pecunias episcopatus Exon. colli- " gendas, sed non ad animas illius episcopatus Deo colligendas. Haec accidit A. D. MCCCCLVI." Obiit A. MCCCCLXXVI. 8 Junii, Blithlavae, et in ecclesia tumulatus est. Godw. ii. p. 63. seqq. *Regist. eccles. Ebor.* Nevil. et Ms. contin. Thomae Stubbs apud Ms. bibl. Bodl. Barl. 54.

NEWLAND [JOHANNES] alias NAILEHART electus abbas S. Augustini juxta Bristol. MCCCCLXXXI. Cessit ante A. MCCCCLXXXIV, quo tempore Rich. Walker fuit abbas. Occurrit dein iterum abbas A. MCCCCXCVIII. Whart. Ms. R. 197. in bibl. Lamb. Vir doctus saepies a rege legatus in partes transmarinas missus. Scripsit Latine *Historiam Hardingi et successorum suorum dominorum de Berkeley, et fundatorum coenobii sui.* Pr. " Ego Joh. Newland abbas." Ms. extabat apud castrum de Berkly: citat. saepissime in *Histor. familiae de Berkely* per Joh. Smith. MDCVIII. Obiit 2 Jan. MDXV. Ms. Whart. L. p. 663. in bibl. Lambeth. *Fasti Oxon.* i. p. 5. 6.

NEWTON [GEORGIUS] Vid. Dempster. p. 505. archidiaconus Dumblanensis. Scripsit, *Vitas episcoporum Dumblanensium et successionem istius ecclesiae usque ad sua tempora*, lib. i. *Quorundam sanctorum acta*, lib. i. Claruit A. MDV. Dempster. xiii. 959.

NEWTON [THEODORUS] Somersetensis, unus primorum alumnorum ecclesiae Christi apud Oxon. ubi magister artium creatus est. Canonicus Cantuar. admissus A. MDLX. Fuit rector S. Dionysii Backchurch London. Newcourt. i. 330. Extat sub ejus nomine *Carmen longum Latinum in mortem duorum fratrum Henrici et Caroli Brandoni, ducum Suffolc.* Inter *Epigrammata* varia ejusdem argumenti edita cura Tho. Wilson. Lond. MDLII. 4to. Obiit A. D. MDLXVIII.

NICASIUS philosophus et medicus eximius, patria Scotia relicta in Germaniam trajecit, ubi Othoni i imper. charissimus erat. Scripsit *Iter Augusti*, lib. i. *De morbis acutis*, lib. i. *De sanguinis missione*, lib. i. Claruit A. DCCCCL. Dempst. xiii. 966.

NICHOLAS [HENRICUS] Amstelodami natus; in Angliam se contulit tempore Edw. vi, et ecclesiae peregrinorum Londini se junxit, ibique multos erroribus suis inquinavit. Fuller, *Ch. hist.* lib. ix. f. 112. Heylin. *Presbyt.* 279. Extant sub ejus nomine *Terra pacis*; *a true testification of the spiritual land of peace, which is the spiritual land of promise, and the holy city of peace, or heavenly Jerusalem: and of the holy and spiritual people, that dwell therein*; *as also of the walking in the spirit, which leadeth thereunto. Set forth by H. N. and by him newly perused, and more playnly declared--Translated out of base Almayne.* Pr. pr. " In these true testimonies of the wor- " thy." Cap. 58. . . . 12mo. et Lond. MDCXLIX et MDCL. 12mo. *Comoedia*; *a worke in ryme containing an interlude of myndes, witnessing man's fall from God and Cryst*; *set forth by H. N. and by*

by him newly perused and amended. Translated out of base Almayne into Englisch. Pr. pr. "Behold "and consyder, how that now in the last tyme." Cap. 17. . . . 12mo. [impress. forsitan extra Angliam] *Vox spiritus charitatis clamans, qua cunctae nationes ex mera gratia ad veram peccatorum correctionem, etc. vocantur.* Cap. 19. Lat. Germanice et Anglice. Pr. Angl. "In the time of the "beginning or rising." . . . MDLXXIV. et Lond. MDCXLIX 12mo. [Quod Christophorus Vitellus hunc tractatum transtulerit, incertum plane non est.] *The first exhortation of H. N. to his children, and to the family of love.* Pr. "O yee beloved children." . . . MDLXXIV. 12mo. *An introduction to the holy understanding of the glass of righteousness.* Cap. 25. Pr. "Strive not so for the "death by your error." Lond. MDCXLIX. 12mo. *The revelation of God, and his great prophesie.* Cap. 29. Pr. pr. "Forasmuch as that the God of heaven." Lond. MDCXLIX. 12mo. *Evangelium regni*, cap. 42. Pr. pr. "Consider on the time, O all ye people" Lond. MDCLII. 12mo. *A figure of the true and spiritual tabernacle.* Lond. MDCLV. 12mo. Vide nonnulla de vita hujus Nicholai in Joh. Rogers, *Display of the family of love.*

NICOLAUS [a] ANGLICUS inter Franciscanos non modo doctrinae, sed et pietatis quoque laudem tulit. Fuit, atque adeo nunc est, eritque innata quaedam literatis cupido videndi exteras gentes, urbes, ac rerum miracula. Id quoque consilio quodam fit: nam hac itur recta ad sapientiam, vel ipso Homero in *Odyssea* teste, dum Ulyssem, sapientiae exemplar absolutum, elegantissime juxta ac significantissime exprimit: id quod interpres Horatius his versibus ex Graeco desumptis Latine insinuat:

> Dic mihi, musa, virum, captae post tempora Trojae
> Qui mores hominum multorum vidit, et urbes.

Nicolaus igitur et Galliam et Italiam discendi cupidus petiit: id quod illi postremo et fructum et gloriam contulit. Incidit enim ei familiaritas cum Innocentio quarto, pontifice Romano, cui et ab auriculari fuit confessione. Munus denique a liberali accepit patrono, episcopatum Assisiensem, ut refert Thomas, Franciscanae scriptor historiae [b]. Ex *Lelando*.

[a] Nicolaus Franciscanus a Baleo dictus, Anglicus a Pitseo. [b] Claruit anno Christi MCCLX. Bal. xiii. 79. Pits. p. 887.

NICOLAUS DUNELMENSIS, monachus ordinis S. Benedicti, scripsit *Vitam S. Godrici eremitae*, lib. i. Erat ei a sacra exomologesi, resque illius omnes, partim quibus interfuit, partim ab ore ipsius Godrici, aliorumque certissimorum testium haustas, exploratissimas habuit. Nic. Harpsf. p. 407. Claruit A. MCLXIX. Pits. p. 231.

NICOLAUS DURHAM [a] sive DURAMUS inter Isiacos philosophus, idemque theologus fuit et primi nominis. Haereticorum opiniones invictus plane pugil contudit. Unde et ejus *Determinationum* liber enatus est. Scripsit etiam *Commentarios in Longobardum* [b]. Claruit circiter annum a Christo nato MCCCLX [c]. Ex *Lelando*.

[a] Nicolaus Durham, Dunelmi natus, et Carmelita in coenobio Novi-Castrensi. [b] Scripsit etiam *Contra Wiclevi articulos*, lib. i. Qu. an idem cum *Determ.* libro? *Originalia doctorum*, lib. i. Notabilem tabulam originalium, in duplo majorem illa communi. Ms. Bale Sloan. [c] MCCCLXX. Bal. vi. 40. Pits. p. 507.

NICOLAUS GLOCESTRIUS. Huic ascribitur *Historia tum sacra tum profana a nativitate Christi usque ad* DCCCXXXVIII. Ms. Cotton. Calig. A. iii. Cui praefixa sunt *Miscellanea varia theologica et philosophica*; *nec non quaedam de divisione orbis terrarum inter filios Noachi*; *et descriptio locorum praecipuorum in terra sancta.* Pr. "Si quis non dixerit semper patrem et filium." Quis fuerit, aut quando vixerit, haud constat.

NICOLAUS GRAECUS [a], a fano Albani, clarum utriusque linguae decus, quantum ego conjecturis non levibus colligere possum, bonis literis diligentissimus partim ad Isidis Vadum, partim Lutetiae Parisiorum invigilavit. Erat Robertus Capito, Lindisiorum episcopus, suo saeculo non modo eruditus ipse, sed literatorum omnium cultor atque [fautor] assiduus. Unde factum, ut Bacone, Basingo, Fizacrio, Shirovodo, Adamo Marisco, Blondo, Belloclivo, et Fernamio, Anglicae scholae proceribus, familiarissime uteretur. Accersivit praeterea Graecae studiosissimus eloquentiae Nicolaum, fani Albani tunc temporis incolam; cui ob insignem, variam, et expeditam Graecae linguae cognitionem, *Graecus* nomen inditum est. Hunc humanissime acceptum, tanquam comitem plane individuum, sibi suisque studiis arctissime conjunxit. De quo Nicolao Matthaeus Parisius haec scribit in ea parte *Historiae* suae, cui annus D. MCCXLII inscribitur: "Robertus transtulit e Graeca lingua in Latinam *Testamenta duodecim patriarcharum*, coadju- "vante Nicolao Graeco, clerico abbatis Sancti Albani [b]." Haec ille: unde et conjectura

[a] Nicolaus Graecus longe diversus est a Nicholao Albanensi. Hic Nic. Graecus occurrit canonicus Lincoln. A. MCCXLVIII. in *Reg.* dec. et cap. Linc. et A. MCCLX. (Ibidem.) 13. pont. Rob. Grosteft. uti patet ex Rotulis Rob. Grosteft. Magister Nichol. Graecus subdecanus institutus ad eccl. de Dachet (infra archidiac. Buckingham.) ad praesentationem abbatis et conventus de S. Albano anno quinto pont. Roberti Grost. teste Rotulo ejusd. episcopi archidiac. Buckinghamensis. Mag. Nic. Graecus testis cujusdam cartae abbatiae de Osney A. MCCLIX. Br. Tw. ☉ 83. Occurrit inter canonicos ecclesiae Lincoln. in continuatione ecclesiae S. Georgii in castro Oxon. abbatiae de Osney per dec. et capitulum Lincoln. Jul. MCCLIX. Cart. original Osney in thesaur. aedis Christi. [b] Labor Nicolai incipit, "Post "annos duos mortis Joseph;" opus vero Roberti sic, "Transcriptum est testamenti Ruben."

Nicolaum non dissimilem exhibuisse operam Capitoni in Damasceno et Dionysio, commentariis ejus illustratis [c]. Ex *Lelando*.

[c] Claruit hic Nicolaus anno MCCL. Bal. xiii. 33. A Pitseo non memoratur.

NICOLAUS HEREFORDENSIS sacerdos saecularis, Wiclevi discipulus et defensor strenuus, collegii Reginensis Oxon. socius, et S. theol. professor. Ob dogmata Wicleviana processus contra eum factus est Oxon. A. MCCCLXXXII, idcirco archiepiscopus Cantuar. literas scripsit ad excommunicandum eum et Philip. Repyndon. S. th. doctores, penult. Julii MCCCLXXXII. Aliae prodibant 2 Jun. MCCCLXXXVI. *Regist.* Braybrook. De quibus vide tom. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 159. seq. 167. seq. Scripsit *Determinationes scholasticas*, lib. i. *Wiclevianae doctrinae censuram*, lib. i. *De apostasia fratrum a Christo*, lib. i. *Adversus Petrum Stokes*, lib. i. *Sermones quadragesimales*, lib. i. *Conciones per annum*, lib. i. *Responsionem ad* XXIV *conclusiones damnatas in synodo* MCCCLXXXII. Pr. " Protestamur ut alias publice." Ms. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 72. a. Et *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. iii. p. 161. seq. *Recantationem* 19 Junii MCCCLXXXII Angl. Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 83. f. 70. Claruit A. MCCCLXXXII, quo recantationem fecit Londini in domo fratrum Praedicatorum. In senectute intravit ordinem Carthusianorum apud Coventre in domo S. Annae, matris B. Mariae virginis: et in eadem domo catholice vixit et obiit. Ms. Pr. Twyne A. ex Ms. Bodl. NE. B. 2. 10. Bal. vi. 92. *Hist et Antiq. Oxon.* ii. 117.

NICOLAUS LINCOLNIENSIS cancellarius. Lelandus, *Collect.* tom. ii. pag. 154. in *Vita S. Withburgae* meminit Nicolai archidiaconi Lincolniae inter eruditos praeclari, qui interfuit translationi sanctae praedictae. Scripsit *Sermones*; qui olim in bibliothec. monaster. Petroburgen. extabant.

NICOLAUS [a] LINENSIS doctorum Carmelitarum numero, et merito quidem, adjungendus est. Tantum etenim in studiis, quibus animum appulit, proficiebat, quantum nemo unquam sui ordinis, quod ego sciam, in Britannia nostra. Studiorum autem praecipuas partes in mathesi collocavit [b], quae quatuor disciplinarum orbem complectitur; videlicet arithmeticam, geometriam, musicam, et astrologiam. Possem hic pluribus verbis Nicolai eruditionem lectori commendare, sed me laudatore non eget [c]; non magis quam Gallofrido Chaucero, a quo in libro *De astrolabio* citatur una cum Joanne Somaeo, Carmelita, mathematicarum rerum scriptore. Satis laudabitur a suis libris, quos posteritati consecravit. Extant *Canones tabularum* [d], clari argumentum ingenii. Supersunt etiam ejus libelli *De natura Zodiaci* [e], et *De planetarum domibus* [f]. Floruit circiter annum D. MCCCLVII [g]. Erat praeter hunc alius Linensis, praenomine Alanus, qui theologiam Grantae profitebatur, et librum *De quadruplici Scripturae sensu* edidit. Fuit autem in pretio circa annum a Christo nato MCCCCXXIV, quo tempore Henricus sextus puerulus regnare coepit. Obiit Lini, unde oriundus fuit, et ibidem inter Carmelitas, homines sui ordinis, sepultus est. Memini me etiam Grantae aliquando vidisse *Aequatorium* Joannis de Linneriis, quod nomen a Linensi non multum differt, opus eruditis dignum auribus. Ex *Lelando*.

[a] Nicolaus Linnensis (de Leuca) ex oppido Lynnae in agro Norfolc. natus erat, et inter Carmelitas educatus. Verisimile autem est eum Oxoniae studuisse, quia *Calendarium* ejus calculatum est ad latitudinem Oxon. Illum fuisse Oxoniensem affirmat Hakluyt. i. 121. S. theologiae doctor erat. Ms. not. in *Calendar.* [b] " Anno MCCCLX navigabat ad insulas septentrionales ante hac Europaeis " incognitas, et loca astrolabio dimensus; dein has plagas " una cum quatuor magnis euripis libro descripsit ad R. " Edv. iii. cui titulus, *Inventio fortunata* (aliter *fortunae*) " qui liber incipit a gradu 54. usque ad polum." Ita Hackluit ex J. Dee, etc. 121. vol. i. [c] Qui Galfridum Chaucerum laudatorem habet, a quo. Addit Ms. Lel. *Epit.* [d] Gul Read, lib. i. " Volentibus prognosticare futuris." [*futuros* Ms.] Mss. in bibl. Ashmol. A. Wood. Ms. ejusd. princ. habetur in Ms. Bodl. Digb. 92. 97.
[e] Lib. i. " Ad honorem Dei et habendam " Ms. hujus pr. Bodl. Digb. 57. sub titulo *De judiciis universalibus*.
[f] Lib. i. " Invenit quidam [*vir* addit Ms. Sloan.] " ex sapientibus." Scripsit etiam *Calendarium*, ab ann. MCCCLXXXVII. ad ann. MCCCCLXIII. Ms. Bodl. Laud. G. 37. et D 137. et Ms. penes Cl. Henricum Worsleium. Vide excerpta ex ejus Mss. *Canones super novum Calendarium* fr. Nic. de Lenna, ordinis Carmel. quod incipit, ubi terminat *Kalend.* magistri Walteri de Elvedene, sc. MCCCLXXXVII. et durabit 76 annos, sc. ad MCCCCLXIII. ad longitudinem Oxon. Pr. " Quia Jesus Christus, mediator Dei et hominum," extant Ms. Macro. *De figuris et signis*, lib. i. " Primum signum est aries." Ms. ad finem dicti *Calendarii* penes dictum H. Worsley. *De sphaera judiciali*, lib. i. *Astrologorum dogmata*, lib. i. *De mundi revolutione*, lib. i. *De usu astrolabii*, lib. i. *Pro aegrotantibus*, lib. i. *De eclipsi solis*, lib. i. *De astrorum judiciis*, lib i. *De variis genituris*, lib. i. *Pro suis Carmelitis*, lib. i. Horum tractatuum astron. et astrol. plerique extant (ut videtur) in Mss Ashmol. A. Wood. [g] Floruit anno MCCCLXXXVI. Ms. not. in *Calendario*. Vide Bal. vi. 25. Pits. p. 505.

NICOLAUS [a] MONACHUS, cujus in vita Osburni Claudiani, paulo superius mentionem feci; referens videlicet, at alieno testimonio, qua fama, qua autoritate, quo denique judicio in literis enituerit. At a me illud mihi factum videtur paulo tenuius, quam tanti viri dignitas, ab Osburno paucis equidem sed magnifice laudati, posceret. Volentem vero me nunc fusius de tam illustri viro loqui materia justa paene deserit; nisi aequus lector huc aliquo spectare judicet Nicolaum, abbatem fani [b] Albani, qui librum non inelegantem *De conceptione virginis* [c] scripsit, et Hugoni,

[a] Nicolai cujusdam monachi Osbernus Glocestrensis mentionem in suis scriptis facit, referens qua fama, qua autoritate. Ita Ms. Lel. Trin. [b] Nicolaus de S. Albano, cujus abbatiae monachus, prior, et tandem abbas erat. " Nullum hujus nominis abbatem invenio in Catal. Alban." Apud Whart. Ms. R. 188. in bibl. Lambeth. Vide tamen *Annales Waverl.* in anno MCXCV. [c] Lib. i. " Saepenumero dulcissimae fraternitati."

fani

fani Remigii abbati, dedicavit [d]: temporis ratio in hac parte conjecturam vehementer auget meam. Quid quod et Gotcelinus Bertinianus, historiographus inprimis notus, in *Vita Withburgae*, Nicolai, archidiaconi Lindicollini, inter eruditos praeclari meminit. Nihil tamen hic temere definio [e]. Ex *Lelando*.

[d] Scripsit etiam, *Epistolas ad eundem*, lib i. "Venerabili patri domino Hugoni." *Epistola Nicolai, prioris S. Albani Mauritio monacho* extabat olim in bibl. monast. Petriburgensis Z. viii. Vide infra in Nic. Wallingford.

[e] Claruit anno MCXL. Bal. ii. 79. Pitf. p. 208.

NICOLAUS de SANDWICO, quem ego Mertonensis collegii alumnum fuisse non dubito, et Gulielmi Reade ejusdem collegii, nec non etiam aulae de Stapledon Oxoniae alumni, etc. magistrum; doctissimus et profundissimus theologus. Scripsit *Tractatum de quaestionibus theologicis in Oxon*. Pr. "Hodie intendo pauca tractare." Mf. olim in bibl. Tho. Allen, nunc Mf. Bodl. Digby 216. Inscriptio illius libri talis est: *Liber Gul. Read de coll. Merton. ex dono reverendi domini sui magistri Nicolai de Sandwico*. Ex tempore Gulielmi Reade, quando iste vir doctus floruit satis luculenter colligi potest. Br. Twyn. in princ. A. Wood Mf. P.

NICOLAUS WALLINGFORDENSIS monasterii prior. Qu. annon idem cum Nicolao de S. Albano (Leland.) quia coenobium Wallingfordense cella erat S. Albani monasterii. Scripsit *De vita et miraculis S. Edmundi regis*, lib. i. Hunc saepissime citat monachus quidam Buriensis in *Vita S. Edm.* qui Mf. extat in bibl. Bodl. NE. F. x. 6. Nicolaus prior Wallingford resignabat A. MCXCV. *Collect. T. Tanneri de abb. et prior. Angliae*. Quidam Nic. de Wallingford monachus, prior, et tandem abbas Burtoniae obiit 4 cal. Aug. MCCXXII. *Monast. Angl.* i. 273.

NICOLAUS WIGORNIENSIS prior, primo monachus Cantuariensis, Eadmero familiaris. Scripsit, *Epistolam ad Eadmerum, utrum Eboracensis ecclesia primatum super Scotos habeat*. Pr. "Electo per Dei gratiam." Extat Whart. *A. S.* tom. ii. p. 234. *Aliam ad eundem de matre S. Edwardi regis et martyris*. Pr. "Ea quae quaesisti." Mf. coll. C. C. Cantabr. 15—1. Obiit 24 Jun. A. MCXXIV. Whart. *Prefat. A. S.* tom. ii. p. 13.

NICOLLS [JOHANNES] juxta Dunraven sive apud oppidum Cowbridge in agro Glamorgan. natus, primum in Aula Alba (nunc collegio Jesu) deinde in collegio Aenei Nasi Oxon. studiis incubuit, sed nullo auctus gradu academiam reliquit, et curati officio functus est in agro Somersetensi apud Withycomb, et deinde apud Whitestanton. A. MDLXXVII in Flandriam se contulit, mox Rhemos, et dein Romam profectus; ibi ecclesiae pontificiae reconciliatus, in collegium Anglicanum admissus est. Post biennium in Angliam rediit, et palinodiam fecit errorum pontificiorum. A. MDLXXXI virtute literarum consiliariorum regiorum pecunia pro ipso colligebatur inter episcopos, etc. (Strype in *Vita Grindall.* 262.) anno tamen sequente in Galliam trajecit, ubi Rothomagi in carcerem ob tergiversationem compingitur, et rursus Romanam amplexus est religionem. Scripsit, *His pilgrimage, wherein is display'd the lives of the proud popes, ambitious cardinals, leacherous bishops, fat bellied monks, and hypocritical Jesuits*. Pr. ded. reg. Elizab. "Si vel privatae "utilitatis." Lond. MDLXXXI. 8vo. Dedicatio Latine, liber Anglice. *Declaration of his recantation, wherein he desireth to be reconciled and received as a member into the true church of Christ in England*. Pr. ded. dom. Odoeno Hopton. "Pater ille coelestis, vir praestantissime." London. MDLXXXI. 8vo. Dedicatio est Latina, liber Anglicus. *Oration and sermon pronounc'd before the cardinals at Rome* 27 Maii A. MDLXXVIII. Pr. ded. reg. Elizab. "Cum pedem pono, et me "infero in." Eadem oratio alio titulo insignitur: *An oration and sermon made at Rome by commandment of the four cardinals and the Dominican inquisitor*, etc. Pr. "Many there be, wel be-"loved." Lond. MDLXXXI. 8vo. *An answer to an infamous libell maliciously written and cast abroad against him*. Pr. ded. mercatoribus Emdae et Antverpiae. "As I was desirous to satisfy." Lond. MDLXXXI. 8vo. Praef. orationi et concioni. *Ad dom. Gulielmum Alanum epistolas plures*. Impress. ad finem Sanderi lib. iii. *De schismate*. Col. MDXC. *A true report of the late apprehension and imprisonment of John Nicolls minister, at Roan, and his confession and answers*. Rhemes MDLXXXIII. *Confessionem publicam, qua fatetur se multa mendacia contra summum pontificem, cardinales et catholicos Anglos protulisse eo tempore, quo in Anglia versabatur*, etc. Plura de viro hoc inconstante non invenio. *Athen. Oxon.* i. 215. seq.

NICOLS [THOMAS] qui in Insulis Fortunatis septem annos degebat, scripsit Anglice *Insularum Fortunatarum sive Canariarum descriptionem*. Pr. "Mine intent is particularly to." Extat apud Hackluit vol. ii. P. ii. p. 3.

NIDZARDE [ADAMUS] seu NIZARDUS artium magister [Oxoniensis Mf. C. C. C. Cantabr. O. 16. in *Catalogo* bibl. Syon.] in eadem academia grammaticam et dialecticen docuit. In poëtarum lectione frequens erat, ipse etiam poëta, ut ea ferebant tempora, haud mediocris. Musicam quoque multum dilexit, perite intellexit, et animum studiorum laboribus fatigatum musicis harmoniis non raro recreabat, depellens citharae dulci modulamine curas. Scripsit grammaticalia quaedam et poëtica, ex quibus invenio *Neutrale quoddam*, lib. i. "Aspirans precibus ve-"stris." Mf. olim in monast. Sion. Liber ejusdem praefat. et argumenti carmine Mf. bibl. Bodl. Digby 100. *Verborum significata*, lib. i. "Quoniam saxea distinguere." *De speciebus lapidum*, lib. i. "Evax rex Arabum legitur scripsisse." Mf. Digby. 28. f. 169. et Mf. bibl. Bodl. Laud. c. 3. Sed ego hoc opus *De lapidibus* certo existimo esse Marbodi, ut suo loco habetur. Bal. v. 63. Pitf. 447.

NIGER

NIGER AB HIRADOG [DAVID] in agro Flintensi, sive David Dhy o Hiradhig. A. Roberto Vaughan (*British antiquities revived.* p. 35.) doctor, ab Henrico Salesburio insignis mathematicus vocatur; quem titulum abunde confirmant vulgi etiam hodie de exorcismis ejus fabulae. Lhuyd. Ms. Scripsit, *Grammaticam Cambro-Britannicam.* Ms. in collegio Jesu Oxon. Ms. 30. in bibl. Hengurtiana, Mostiniana, etc. *Poëmata varia.* Claruit A. D. MCCCXL. Lhuyd, *Arch. Britan.*

NIGER [RADULPHUS] apud Buriam in agro Suffolciensi natus, operam bonis artibus in Anglorum bibliothecis conatu vigilantissimo dedit; crevitque per omnes doctrinae gradus, donec pervenisset ad altissimum theologiae sacrae magisterium. Gerardum Puellam magistrum suum vocat in *Praefat.* secundae partis *Moral. in libros Regum.* Rhetorices et dialectices in academia Parisiensi professor (Bulaeus) vide *Epistol.* 1173 Joh. Saresburiensis, cui familiaris erat. Addictus fuit partibus Thomae Cantuariensis, accusatusque coram Henrico ii, et perduellionis notatus, atque tandem in exilium trusus, atrociora quam subditum decuit, de tanto principe, mordaci etiam stylo scripsit in expulsionis suae vindictam. Scripsit, *Chronicon succinctum de vitis imperatorum, et tam Franciae quam Angliae regum a Christo ad* A. MCCXIII. "Etsi succensere sibi." Chronicon extat in bibl. regia Westmon. Ms. 13. A. xii. ubi ad finem 1155 manu continuatoris haec nota: "Hucusque protraxit hanc *Cronicam* M. Rad. Niger, qui accusatus apud prae- "dictum principem" sc. Henr. ii. "et in exilium pulsus, ob expulsionis injuriam, atrociora quam "decuit de tanto ac tam serenissimo rege mordaci stylo conscripsit, magnificos ejus actus, qui- "bus insignis ubique habebatur reticendo, atque prava ejus opera absque alicujus excusationis "palliatione replicando." Continuatur ad A. MCCVI. in Ms. regio. *Chronicon a condito mundo ad* A. MCLXXVIII, lib. i. "In principio creavit Deus." Ms. Cotton. Vespas. D X. 1. lib. iv. in Ms. eccl. cath. Lincoln. Pitseus putat utrumque haberi in bibl. C. C. C. Cantabr. Tractatus *Scala mundi* incipit "In principio," etc. Ms. collegii Armorum Norf. 5. An autem hujus Radulphi, an alius haud satis constat. Idem habetur M. coll. C. C. Cantabr. E. viii. ad tempora Edwardi iii. in quo consecrationes episcoporum Salisburiensium tantum notantur. *Gesta regis Johannis*, lib. i. "Vi- "ctoriosissimo Anglorum rege Ricardo." In Ms. C. C. C. Cantabr. A. viii. de gestis tempore regis Johannis, fratris regis Richardi sc. ab anno MCXCIX. ad annum regni regis Henrici filii ejusdem secundum; imo ad A. MCCXXXIV. "Victoriosissimo" etc. manu, ut videtur, Balei inscribitur Radulpho Nigro. Qu. annon eadem in M. Parisio? *Initia regis Henrici* iii. lib. i. "De- "functo Joanne Anglorum rege." *De regibus a Gulielmo*, lib. i. *Super Pentateuchum*, lib. vii. "Microcosmus minor mundus." *Super Eptaticon.* Olim Ms. in bibl. Buriensi. *Digestum in Numerum*, lib. vi. Pr. intr. "Mense primo die prima mensis." Ms. eccl. cath. Lincoln. F. 4. *Digestum super Leviticum*, lib. i. (Lib. v.) Pr. introitus. "Israelitici populi eductionem de Aegypto." Ms. in bibl. coll. Novi Oxon. 86. Et Ms. in eccl. cath. Lincoln. Et Ms. bibl. reg. Westm. 2. c. vi. 1. et 2. F. iii. et 3. B. ii. et 3. D. ix. *Super historias regum*, lib. xxiv. Pr. ded. card. "Re- "gum pia sollicitudine." Pr. introitus. "Scriptura veteris Testamenti secundum ordinem." Pr. lib. "In canonica scriptura Bibliae." Olim Ms. in bibl. Buriensi. Et Ms. in bibl. Lincoln. eccl. *Epithomen Veteris Testamenti*; *sive comment. in Paralipomena*, lib. vi. (Lib. ii.) Pr. ded. cardin. "Epithome Veteris Testamenti." Ms. in bibl. Lincoln. eccl. *De re militari et de tribus viis Hierosolymae*, lib. iv. Pr. "Peregrinatio est tota vita hominis." Pr. lib. "Militia Christiani ho- "minis." Ms. in bibl. aul. Pembroch. Cantabr. 76. 2. Ms. olim in bibl. Buriensi. Et Ms. bibl. eccl. Lincoln. *Pantheologicon*, lib. i. "Radulphus archidiaconus Glocestriae." *Philippicum, sive Interpretationes Hebraeorum nominum*, lib. i. Pr. ded. card. "B. Jeronimus librum de interpre- "tationibus." Ms. eccl. Lincoln. *Comment. in Esdram et Neemiam*, lib. iv. Pr. "Remedia- "rium lapsus humani." Ms. eccl. Lincoln. *De quatuor festis Mariae*, lib. i. Pr. ded. card. "Legi et legere audivi." Ms. eccl. Lincoln. Radulphus Niger scripsit 7 *Digesta super Eptaticum*; scripsit et *Moralia regum*, et *Epitomen Veteris Testamenti*, in *Paralipomenon*, et *Remediarium in Esdram*; scripsit etiam librum *De re militari*, et *tribus viis peregrinationis Hierosolymitanae*, et librum *De quatuor festivitatibus B. Mariae virginis*, et librum *De interpretationibus Hebraeorum nominum*; scripsit et haec *Chronica.* [Ita sc. ipse Radulphus de libris a se conscriptis in *Historia* sua Ms. in bibl. Tho. Allen.] Ad hunc porro Johannes Sarisburiensis multas epistolas conscripsit. Ms. A. Wood. Pits. Claruit A. MCCXVII. Bal. iii. 76. Pits. pag. 291.

NINIANUS [a] Britannus, cujus fama per literas notissima omneis Britannicae insulae partes, quas oceanus alluit, irradiat, non est, cum de illustribus agitur, temere silentio praetereundus. Quanquam exiguum quidpiam est in me, quod cognitum talem tantumque ab injuria oblivionis aliquando vindicet. Attamen fretus tum diligentia Bedae Girovicensis, tum cura Alredi Rhiaevallensis (quorum uterque vitam Niniani scriptam edidit) conabor, surculis amputatis, vitem olim et fertilem et generosam, ab excellentia, sed breviter, laudare. Ex Venetica duxisse eum originem provincia antiquitas adfirmabat, fratremque habuisse nomine Plebenium * et teneros in melioribus studiis annos collocasse [b]. Hinc, virili accrescente aetate, et Brigantes, Nortabrinorum gentem, et Novantes, maritimos illos, sedulus invisit: quorum sedes ibi erant, ubi nunc Begae promontorium, Luguballia et Gallovidia Pictica. Erant tenuia tunc temporis in Scottia Christianae religionis indicia,

[a] Vide Usser. in *Primord.* p. 668. Bedam, l. 3. c. 4. *Saxon. chron.* ann. DLX. * *Plebeium* Ms. Trin. [b] Martini Turonensis discipulus. Fordon. *Scotochron.* lib. iii.

a Pal-

a Palladio inducta; quae et Ninianus, perfuafione fidei Scottis maturior, promovebat. Utque aliquando majori tantam aggrederetur fucceffu curam, ftatuit Romam ipfam, tum approbatae eruditionis fontem vivum, petere. Quod cum feciffet fucceffu quodam egregio, et laudem inter Romanos quoque fibi comparaffet; coepit rurfus Pictorum, nondum in fide recte inftitutorum, conditionem deplorare. Hinc proceribus, atque adeo primati Romanae ecclefiae, caufam fignificanter infinuebat Picticam: unde, accepta pontificia dignitate et munere apoftolico, alacer et expeditus ad munia fufcepta fe contulit. Scotti redeuntem ulnis amplexere. Deinde et Pictos, populum filveftrem, vagum, et Britannorum fufo adhuc fanguine madentem, intrepidus concionator adibat. Ecce veneranda viri pietate et majeftate commota gens effera, colla Chrifti jugo fuavi, ut refert Beda tertio cap. libri tertii *Anglicanae hiftoriae*, tandem fubmifit. Imperabat eo faeculo Pictis Tudovaldus; ex ferocul͏o, addocente epifcopo, jam mitior factus, praedicationem de religione tolerabat. Poftremo, locus patria lingua *Withern* dictus, in fedem epifcopalem collatus eft: ubi poftea bella ecclefia ex quadratis conftructa faxis Candidae Cafae nomen accepit: quod et nunc fanum Niniani, urbs Gallovidiae prima. Perftitit ille in hac pietatis functione ibidem ad mortem ufque[c]. Picti, patroni memores, reliquiis fepulchro inclufis honorem juftum et jugem impendebant, vicinofque ad fimilia excitabant, ne viri coeleftis emoreretur in terris gloria[d]. Ex *Lelando*.

[c] Obiit 16 cal. Octobris anno CCCCXXXII. Bal. i. 43. Pitf. pag. 62. [d] Scripfit hiftoriam *Eulogium* dictam, fi Thinno fides (Hollinfh. vol. ii. 1591.) fed fallitur fine dubio. *Eulogium temporis* ab orbe condito ad MCCCLXVII fub nomine hujus Niniani extat in *Catalogo* Mfs. Johannis Dee. Mf. Afhmol. 1142. f. 63.

NOELLUS [GREGORIUS] theologus Anglus. Scripfit *Commentarios fuper lib.* i. *magiftri fententiarum*. Mf. Cantabr. in collegio S. Petri. Pitf. *App.* p. 844.

NORNELL [ROBERTUS] natione Scotus, profeffione miles exercitus domini de Arran. In carcere pro teftimonio Chrifti fcripfit Anglice vel Scotice *Speculum Chriftiani, extractum ex S. Scripturis*. Pr. ded. comiti Argetheliae, "Roulyng in mind the miferably." Edinb. MDLXI. 4to. *Carmina pia*. Ibidem.

NORRISIUS [JOHANNES] vir fane magnus, et inter maximos noftrae gentis hoc aevo duces celebrandus, qui fecundo-genitus Henrici Baronis Norrifii ex filia et altera haeredum baronis Williams de Tama, prima militiae tyrocinia in civili Gallorum bello fub Colinio admirallo pofuit; ordines in Hibernia juvenis fub Waltero comite Effexiae duxit; chiliarcha generalis Anglorum fub ordinibus in Belgio; marefcallus exercitus ordinum fub comite Hohenio, Momoniae praefes xii annos, etfi plurimum abfuerit; generalis auxiliarium Anglorum in Britannia Armorica. Sunt verba Camdeni in *Eliz. hiftor.* parte iv. A. MDXCVII. Vid. Dugdal. *Baron.* ii. 405. Et Stow, p. 805. ubi inter alia, quod A. MDLXXXVIII fuerit chiliarcha generalis ad Campum Tilburienfem; et anno fequenti marefcallus magni exercitus in Portugalliam tranfportandi ad fuccurrendum Don Antonio. A. MDLXXXVIII 13 April. magifter artium Oxoniae creabatur. *Fafti Oxon.* i. 137. Scripfit A. D. MDLXXXVII, *A difcourfe perfuading the queen to continue her fuccours to the united ftates, and not to make peace with Spain.* Pr. "Moft gracious queen, although it may feme." Mf. penes doct. Rivers e coll. Omn. Anim. Oxon. Obiit in Hibernia A. D. MDXCVII. Camden, l. c. *Fafti Oxon.* l. c.

NORRISIUS [PHILIPPUS] gente Hibernus in magna aula univerfitatis Oxon ftudiis academicis enutritus fuit, ubi tam fedulo ftudiis philofophicis et theologicis invigilavit, ut S. theol. doctoratu et praefectura aulae minoris univerfit. infignitus fuerit. Poftea in patriam rediens admiffus eft decanus ecclefiae S. Patricii Dublin. A. MCCCCLX. De ejus vita, converfatione, et fcientia laudabili literae teftimoniales a cancellario et academ. Oxon. extant *Regift.* F. *Epift.* 56. 126. 127. 128. 129. 130. 131. Dum Oxoniae commoraretur et poftea, incarcerationem, excommunicationem, et alia mala paffus eft a fratribus Mendicantibus, quibus faepiffime in concionibus et difputationibus infenfiffimus erat. In Mf. Linc. eccl. cathedrali F. 18. extat bulla papae Eugenii contra Phil. Norreys, S. theol. prof. Dublin. dioec. erroneas et haereticas opiniones comprehendens et recitans, dat. 9 kal. Sept. MCCCCXLIX. Scripfit, *Declamationes quafdam*, lib. i. *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. *Contra mendicitatem validam*, lib. i. Claruit A. MCCCCLX. Bal. xvi. 99. War. p. 77. Stanihurft. p. 42. *Hift. et Ant. Oxon.* ii. 62. i. 216.

NORTH [GEORGIUS] tranftulit in fermonem Anglicum *Sebaftiani Munfteri defcriptionem Sveciae, Gothlandiae, et Finlandiae*; ex Latino h. t. *The defcription of Swedeland, Gothland, and Finland; the ancient eftate of their kings; the moft horrible and incredible tiranny of Chriftian* ii, *king of Denmark, etc. collected out of fundry Latin authors, but moft chiefly out of Seb. Munfter, by Geo. North.* Pr. ded. magiftro Thomae Steukly armig. "All ancient hiftoriographers." Lond. MDLXI. 4to. *Philofophum aulicum per Philib. de Vienne*; (ex Gallico forte) Pr. ded. dom. Chriftoph. Hatton. "That noble Stoick." Lond. MDLXXV. 12mo.

NORTH [THOMAS] filius natu fecundus dom. Edvardi North domini de Kirtling. Studiis operam dedit in hofpitio Lincoln. tempore Mariae: Eques auratus fuit. Tranftulit in fermonem Anglicum *Antonii Guevarrae horologium principum*, lib. iii. [in edit. MDLXVIII quartum addidit.] Pr. ded. reginae Mariae. "The divine philofopher Plato." Lond. MDLVII. fol. MDLXXXII. 4to. *Plutarchi vitas*. Epift. ded. et praef. dat. MDLXXIX. Lond. MDCIII. MDCXII. MDCXXXI. MDCLVII. fol. Cambr. MDCLXXVI. fol.

NORTHALL [RICHARDUS] five NORTHALIS, filius praetoris (ut fufpicatur Baleus) Londinenfis, ejufdem cognominis in comitatu Middlefex. natus, et inter Carmelitas Londinenfes literis imbutus. Epifcopus Offorienfis in Hibernia A. MCCCLXXXVII confecratus eft, et legationem unam et alteram a R. Richardo ii ad Bonifacium P. obiit. Dein cancellarius Hiberniae, et tandem archiepifcopus Dublinenfis renunciatus eft. Scripfit, *Sermones per annum*, lib. i. *Ad ecclefiarum parochos*, lib. i. Fatis conceffit A. MCCCXCVII. Jul. 20. et in ecclefia fua humatus jacet. Bal. vii. 6. Pitf. p. 562. War. 127.

NORTHBROKE [JOHANNES] clericus, Exon. carceris et epifcopalis ibidem ergaftuli pro tempore incola (Lewis Evans. *Add. to Rurimund tables* MDLXV.) fuit paftor ecclefiae de Redclyff in Briftolia A. MDLXVIII. Strype *Eliz.* 524. 527. feq. et procurator cleri Briftol. in fynodo Londin. MDLXXI. A. MDLXXV praefentatus per reg. Elizab. ab vicariam de Berkley in com. Glocest. Atkyns *Glocest.* p. 269. Quidam Joh. Northbrook praefentatus ad eccl. de Walton in dioec. Well. 7 Octob. MDLXX. quam refignabat MDLXXVII. *Reg.* Wellen. Scripfit, *The poor man's garden*, Lond. . . . 12mo. *Spiritus eft vicarius Chrifti in terra. A brief and pitiie fumm of the Chriftian faith, made in the form of a confeffion, with a confutation of the papifts objections, etc.* Pr. ded. Joanni epifcopo Bath. Wellenfi. " If my power and ability." Lond. MDLXX. . . 12mo. *Treatife wherein dicing, dauncing, vain plays or enterludes, with other idle paftimes, etc. commonly ufed on the Sabbath daies, are by the word of God, and ancient writers, reproved.* Lond. MDLXXIX. 4to.

NORTHFELD [GULIELMUS] fcripfit *Expofitionem fuper librum de differentia fpiritus et animae.* Mf. olim penes Joh. Dee. Mf. bibl. collegii Corp. Chr. Oxon. 235. princ. deeft. *Expofitionem fuper diverfa opufcula Ariftotelis phyficorum.* Mf. olim penes Joh. Dee. *De fomno et vigilia*, lib. ii. Pr. " Sompnus autem et vigilia." Alia me latent, uti et tempus quo vixit. Pitf. *App.* 857.

NORTHONE [ROGERUS de] monachus, et A. MCCLX abbas S. Albani. Scripfit *Sermonum* lib. i. Quem manu propria fcriptum moriens abbatiae legavit. *De geftis fuis in regimine abbatiae.* Horum meminit fcriptor ejus vitae Mf. Cotton. Claudius, E. iv. Obiit Nov. 3. MCCXC. Ibidem.

NORTILA, epifcopus Scotus fcripfit *De effentia divina*, lib. i. Claruit A. DCCCCXIV. Dempft. xiii. 961.

NORTON [GULIELMUS] Francifcanus coenobii Coventrenfis, literis in utraque Angliae academia operam dedit. Opera Nicolai Lyrae fuper Biblia in tabulas redegit, et vocavit *Repertorium Lyrae*, lib. i. " Abacuc propheta deftructionem." Mf. Oxon. in coll. Lincoln. Pitf. Mf. bibl. Bodl. NE. A. i. 7. Mf. Oxon. coll. Merton. N. i. 12. Claruit circa A. D. MCCCCIII, quo anno in coenobio Coventr. compilavit *Tabulam Lyrae.* Ita Mf. nota in fine Mf. Merton. Bal. x. 38. Pitf. 577.

NORTON [JOHANNES] monachus Carthufianus in coenobio Montis Gratiae in comitatu Eboracenfi, ubi dictae domus procurator et tandem prior vi. evafit. Maximam coluit amicitiam cum doct. Gul. Melton, cancellario Ebor. qui *Epiftolas* five *Prologos* libris ejus praefixit. Scripfit, *Librum dictum fpiritualem muficam monachorum*, cap. vii. primum de triftitia habita prae multitudine verborum otioforum, et de confolatione divina ad eandem. Pr. " Nota cordialiter quod " quodam die." Mf. eccl. cath. Linc. I. 50. *Thefaurum cordium vere amantium*, lib. iii. " O vos " omnes qui laboratis." Mf. Ibid. *Revelationem gloriofam* [fibi factam A. MCCCCLXXXV.] *de anima cujufdam Carthufienfis clarificata per benedictionem beatiffimae virginis Mariae; et piiffimam et amorofiffimam lamentationem autoris pro ejus benedictione perpetua*, cap. x. Mf. Ibid.

NORTON [ROBERTUS] S. theologiae baccalaureus, vicarius ecclefiae de Alburgh in comit. Suffolc. (Strype in *Vita Parker.* 372.) poft deprivationem doct. Willoughby MDLXXII. Tranftulit *Pias quafdam Rodulphi Gualteri Tigurini homelias in Abdiam et Jonam.* Pr. " After we have " expounded the fermons." Lond. MDLXXIII. 8vo. Has edidit, uti videtur, poft mortem autoris, et praefatione ornavit Joh. Walker. S. theol. profeffor. A. Wood. Mf. Cat. iv. 51.

NORTON [THOMAS] patria Briftolienfis, alchymifta fui feculi peritiffimus. Scripfit *De lapide philofophico*, lib. i. *Ordinale alchimiae, five epitomen alchimiae*, lib. i. cap. vii. Anglico carmine. Pr. pr. " To the honor of God, one in perfones three." Mf. Afhmol. 57. Editum in theatro chimico Lond. MDLII. 4to. In Latinum tranflat. a Mich. Maiero M. D. et editum Francof. MDCXVIII. 4to. h. t. *Tractatus chymicus dictus Crede mihi feu ordinale. De tranfmutatione metallorum*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXXVII. Bal. xi. 66. Pitf. p. 666. Fuller's *Worthies*, iii. 35.

NORTON [THOMAS] de Sharpenhaule in agro Bedfordienfi, juris municipalis ftudiofus, qui auctoritate epifcopi Londinenfis fultus licentiam imprimendi libros conceffit: Collectioni enim Italicorum proverbiorum per Ch. Merbury Lond. MDLXXXI. 4to. praefigitur " The approbation of " Mr. Tho. Norton, counfellor and follicitor of the city of London, appointed by the bifhop of " London." In pretio temporibus reginae Elizabethae ob poëfin habebatur. Scripfit, *An epiftle to the queen's poor deceived fubjects of the north country drawn into rebellion by the earls of Northumberland and Weftmorland.* Pr. " Albeit I know not by what." Lond. MDLXIX. 8vo. Impr. cum Jo. Cheki *Hurt of fedition. A warning againft the dangerous practices of the papifts, and fpecially the partners of the late rebellion.* Pr. " The ftate of this realm confidered." Abfque nomine auctoris. Ibid. *A bull granted by the pope to Dr. Harding and others, by reconcilement and affoiling of Englifh papifts, to undermine faith and allegiance to the queen, etc.* Pr. " Be it known to all the " queens."

queens." Ibid. *A disclosing of the great bull, and certain calves, that he hath gotten; and especially the monster bull that roared at my lord bishop's gate.* Pr. " Experience of the lewdness." Ibid. *An addition declaratory to the bulls, with a searching of the maze.* Pr. " That ye be not deceived." Ibid. *Tres primos actus tragoediae* GORBODUC *dictae; quae coram regina in Alba Aula ab Interioris Templi alumnis acta fuit* Jan. 18. MDLXI. Lond. MDLXV. 12mo. *Tres primos actus tragoediae* Ferrex et Porrex *dictae, et sub ejus et Thomae Sackvilli domini Buckhurst nomine editae emendatius*, Lond. MDLXIX. MDLXX. 12mo. *Psalmos Davidis* xxvii transtulit in *rhythmos Anglicanos:* Extant ad finem vulgatae edit. Anglic. *Epistolam M. Parkero de puritanis* 16 Jan. MDLXXII. Strype in *Vita Parker.* 364. *Advice for proceeding with Campion in disputation.* Ibid. *App.* n. 74. *In Juelli episcopi Sarisb. mortem carmen Latinum.* Pr. " Falleris extinctum qui luges." Ad finem *Vitae* ejus per Humfredum. *Carmina duo vel tria praefixa libro Gul. Turneri contra anabaptistas. Tho. Norton's orations of Arsanes against Philip king of Macedon.* Lond. MDLXX. 8vo. Transtulit ex Latino in Anglicum *Petri Martyris epistolam ad Edw. ducem Somerset.* Pr. " You maye peradventure thynke." Lond. MDL. 12mo. *Calvini institutiones Christianae religionis.* Lond. MDLXII. fol. MDLXXXVII. 4to. *Alex. Nowelli catechismum majorem.* Pr. ded. tr. archiepisc. Cant. et Ebor. caeterisque episc. " May it please your good graces." Lond. MDLXX. MDLXXI. 4to. Claruit A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 77.

NORWELLUS [GULIELMUS] scripsit *Quasdam historias de rebus Anglicis.* Pits. *App.* p. 857. Quidam GUL. NORWELLUS habuit literas regis de praesentatione ad ecclesiam de Candlewyke-street London. 1 Mart. 3 Edw. iii. Item ad medietatem ecclesiae de Ekynton Cov. et Lich. 10 Febr. 3 Edw. iii. Ad ecclesiam de Baynton Ebor. 14 Aug. 5 Edw. iii. Ad praebendam de Treford Lich. dioec. 14 Dec. 6 Edw. iii. Ad praebendam de Nowell in ecclesia Southwell. 4 Octob. 7 Edw. iii. Ad custodiam magnae Garderobae regis 12 Sept. 9 Edw. iii. Ad praebendam in ecclesia de Wolverhampton 21 Jun. 12 Edw. iii. Baro de Scaccario factus 21 Jun. 14 Edw. iii. In Ms. Ashmol. 794. f. 102. dicitur quod hic Gul. praebendarius de Treford admissus est canonicus eccl. Lichf. in festo S. Mich. MCCCLV.

NORWODUS [THOMAS] frater Dominicanus. Scripsisse fertur *Super epistolam ad Romanos*, lib. i. *Super magistrum sententiarum*, lib. i. Claruit A. MCCCXX. Pits. p. 414. THOMAS de NORTHWODE S. th. professor collatus ad subdecanatum eccl. Lincoln. 18 cal. Jul. MCCCXXVIII. *Reg.* Linc. Burgh. Et 15 cal. Jun. MCCCXXIX. ad thesaur. ejusd. eccl. Ibid. Et 7 cal. Jun. MCCCXXXI collatus ad archidiac. Lincoln. Ibid. A. MCCCXL cancellarius Cantabrig. Wren. Ms. *Coll.* 14. Obiit A. MCCCXLIX. *Reg.* Gynewell.

NOTARY [JULIANUS] Gallus natione, antequam in Angliam veniret typographeum Parisiis exercuit. In codice *Aureae Legendae* Le Gros praefiguntur hujus autoris *Lives and histories taken out of the Bible*, sc. *the Old Testament person in Legend.* 1. *Adam.* Pr. " As we redde that yn the " beginning." continet 35. fol. Dein sequitur quod in aliis codicibus habetur. [Transtulit in sermonem Anglicum] *Legendam auream.* Pr. pr. " The hooly and blessed doctoure." Pr. l. " The tyme of the advent or comyng." Videtur transtulisse eam, quia in nota ad finem impressa haec habentur: " Thus endeth the *Legende* namyd in Latyn *Legenda aurea*, that is to saye in " Englyshe, the *Golden legende.* For lyke as golde passeth all other metalles, wherein ben con- " teyned all the hyghe and grete festys of our ladye: The lyves, passyons and myracles of many " other payntes, histories and actes, as alle alonge here afore is made mention; * whyche werke " I did accomplyshe and fynyshe at Tempell barr the xvi daye of Feverer; the yere of oure Lord " a thousand CCCCCIII. and in the xix yere of the reyinge of K. Henry the vii. by me Julyan " Notary." Dein in ultima pagina: " Thys emprynted at Temple barre by me Julian Notary, " dwellynge in S. Clemencys paryshe." Quaere igitur an sit translator, an tantum typographus? Si est translator, alia etiam opera ex Gallico in Angl. transtulit; quia in *Praefatione* haec habet.— " When I hadde perfourmed and accomplysshed dyverse werkes and hystories translated out of " Frenshe into Englyshe at the request of certen lords, ladies, and gentylmen, as *The historye of* " *the recuell of Troye*; *The boke of chess*; *The history of Jason*; *The hystorye of the myrrour of the* " *worlde*; *The xv bokes of the Metamorphoseos*, in which ben contayned the *Fables of Ovyde*; and " *The historye of Godfroye of Bulloyne*; *The conquest of Jerusalem*; wyth other dyverse werkes and " bokes—. Agaynst me here myghte some persons saye, that thys *Legende* in Frenshe, and an- " other in Latyn, and the thyrdde in Englyshe, which verayed in many and dyverse places, and " also many hystoryes were comprysed in the two other bokes, whyche were not in the Englysh " boke, and therefore I have written one oute of the said thre bokes, whyche I have ordered " otherwyse, than the saide Englyshe *Legende* is, whyche was so too fore made."

Alius ejusdem operis titulus talis: *Postilla, sive expositio epistolarum et evangeliorum tam de tempore quam de sanctis una cum ferialibus, etc. finit feliciter noviter impressum London. in achademia Juliani Notarii bibliopolae; impensis vero ejusdem moram suam trahentis juxta Templum barre sub intersignio trium regum* anno salutis MDIX. 10 Nov. *Aurea haec Legenda* rursus imprimebatur per W. Worde Lond. MDXXVII. fol. In hac editione *Praefatio* deest, et incipit cum vita Adami. Gul. Caxton typis mandavit *Legendam auream* A. MCCCCLXXXIII. cui hunc praefixit titulum: " Legend of " saintes, or the golden legend—taken out of three other legends, one in French, the other in " Lattin, and the third in English.—To which I have added the story of the masse, and the twelve " articles of our faith. Which worke I have accomplished at the commandment and request of

" my

"my very good lord William earl of Arundel, and have finifh'd it at Weftminfter this 20 day of "November, in the year of our Lord MCCCCLXXXIII. by me William Caxton."

* In Mf. Lambethano 72. *Legendam auream* continente, poft verba *Mention made* fequuntur haec; "which werke "was finifhed the 4th day of Septembre, the yere of our "Lord MDVII. Emprynted at London by Ric. Pynfon." Principium autem in eo deeft, et ultima vita eft S. Erafmi. Quaere an eadem; vel annon potius haec accurata verfio Jacobi de Voragine fit.

NOTHELMUS [a] a Beda infigniter in *Hiftoriae* fuae praefatione collaudatus eft, captata ex hominis non folum doctrina, verum etiam experientia occafione. Juvenis fpectatiffimae probitatis fanum. Pauli Magni, quod vertice Londini confurgit celfo, celebravit. Ferunt fcriptores aliquot, inter quos et Rodulphus Dicetenfis, decanus fani Pauli, annis abhinc plus minus quadringentis, monachos id temporis in ea fuiffe ecclefia imitanteis Melliti fui inftitutum. Ac cum robur ingenii juftum perfpicacis Nothelmum ad munia rerum aptiffimum compofuiffet, ex jufta enata cupido caufa videndi Romam, orbis olim reginam, ac fontem perennem, Heliconis inftar, bonarum artium facile omnium. Mature igitur comparato viatico, quo voluit, maxime alacer pervenit, multa de antiquitate Romanae ecclefiae, omnia vero Anglicanae expeditiffime didicit; ac in commentariolos memoriae gratia lucido redegit ordine [b]. Scribebat tum Beda Anglicanae gentis, adhortante Flacco Albino Eboracenfi, hiftoriam; unde et neceffe habuit, flores a Nothelmo collectos, in operis partem comparare. Ille a Beda certior factus, quae habuit optima, cum eo communicavit; opufque Bedae inchoatum, hoc pacto aliquanto felicius confummatum. Nothelmus tandem, fi recte memini, factus epifcopus [c]. Ex *Lelando.*

[a] Nothelmus prefbyter Londinenfis. [b] Scripfit Nothelmus, *Acta per Auguftinum*, lib. i. *Collectiones Londinenfes*, lib. i. *Homelias*, lib. i. *Ad Alcuinum et Bedam epiftolas.* Bale. *De vita S. Auguftini*, lib. ii. *De miraculis ejufdem*, lib. i. *De tranflatione ejus et fociorum*, lib. i. Pitf.
[c] Non Londinenfis, ut Baleus et Pitfeus tradunt, fed archiepifcopus Cantuarienfis. Pallium accepit Romae anno DCCXXXVI, et obiit 17 Octob. DCCXLI. juxta Flor. Wigorn. Anno DCCXXXIX, uti tradunt Bale. Pitf. Matth Weftm. contin. Bedae. Cantuariae tumulatus. Godw. i. 63, feq. Bal. ii. 8. Pitf. p. 141.

NOVA VILLA [RICHARDUS de] fcripfit *Super fententias.* Mf. bibl. Gonv. et Caii Cantabr. L. 13. Vocatur ibi *De Media Villa.* Citatur ab A. Wood. *Hift. et Ant. Oxon.* i. 125. Quaere annon idem cum Richardo de Media Villa five Middleton. Datur ejus *Comment. fuper fententias* Cantabr. in coll. Pembroch. Mf. iii. Et *Quaeft. in fententias.* Ibid. 113.

NOUVANT [HUGO] feu NUNANT patria Normannus, fed qui in academia Oxon. bonis literis olim operam navaverat. Clericus familiaris S. Thomae archiepifcopi Cantuar. et archidiaconus Oxon. archilevita Exonienfis: electus fuit epifcopus Litchfeldenfis A. MCLXXXV, et confecratus A. MCLXXXVI. Acerrimus monachorum adverfarius, monachos vi et armis e coenobio Coventrenfi ejecit, et eorum loco canonicos feculares fubftituit. Edidit fuper ejectione Gul. Longfhampii, epifcopi Elienfis et regni cancellarii, *Hiftoriam mirabilem*, lib. i. "Quae literarum "apicibus annotantur." Mf. in bibl. Bodl. Fairfax. 20. *Ad Ricardum Londinenfem* ep. i. "No-"verit tua difcretio, quod venerat." Obiit apud monafterium Beccherlewinum in Normannia 27 Martii MCXCIX, et ibidem fepultus. Bal. xiii. 31. Whart. *A. S.* tom. i. p. 436. Eum 6 kal. April. MCXCIX Cadomi mortuum et fepultum effe dicit. Vide Godw. p. 368. feq. Capitulum etiam unum aut alterum de vita hujus Hugonis edidit Wharton. (ex Giraldi Cambrenfis *Speculo ecclefiae* dift. ii.) *Angl. Sacr.* ii. 351.

NOVO CASTRO [HUGO de] oppido natali cognomen habens, et in coenobio Francifcanorum ejufdem loci frater iftius ordinis. Doctor Scholafticus vulgo cognominatus, eratque Joannis Duns fubtilis doctoris fectator diligens. Habetur unus ex xiv praecipuis doctoribus illius ordinis, qui in circuitu fepulchri praefati Duns nominibus aeri incifis leguntur, in ecclefia conventus veteris Minorum Coloniae. Idem hic Hugo eft qui A. MCCCXXII fubfcripfit determinationi patrum capituli generalis Perufini in quaeftione *De paupertate Chrifti et apoftolorum.* Wadding. *Script. ord. Minor.* p. 179. Scripfit, *De victoria Chrifti contra antichriftum*, lib. i. "Non "fum propheta, nec filius prophetae." *De finali judicio*, lib. i. *Super magiftrum fententiarum*, lib. iv. *Reportata fuper eofdem libros*, lib. i. Floruiffe fertur circa A. C. MCCLXXXIV. Bal. iv. 68. Pitf. p. 364. Waddingus l. c. eum in conventu Parifienfi fepultum effe dicit. Quidam Hugo de Novo Caftro [an hic de quo loquimur, dubium] Edwardi filii regis capellanus habet literas regis de praefentatione ad ecclefiam B. Petri Northampton. 1 Maii, 22 Edw. i.

NOVOBURGO [JOHANNES de] cujus coenobii canonicus erat, et tandem prior; regis Johannis capellanus et Henrici iii confiliarius. Vir prudens multas legationes ad finitimos reges obivit. Ad epifcopatum Carleolenfem a rege A. MCCLIV nominatus, fed canonici eum eligere recufarunt. Scripfit *Hiftoriam de bello inter Flandros et Gallos fub comitiffa Margarita*, lib. i. Obiit A. MCCLVII. Pitf. p. 336. M. Parif. ad ann. MCCLVII.

NOWELL [ALEXANDER] filius natu fecundus Johannis Nowell de Meerley magna in comitatu Lancaftrenfi, apud Read, in eodem agro in lucem prodiit anno Domini MDXI. In commenfalium collegii Aenei Nafi Oxon. numerum admittebatur anno aetatis 13. pofitoque ibidem jufto temporis fpatio laudabiles in logica et philofophia progreffus feciffe deprehendebatur, quo intuitu an. MDXXXVI gradum fufcepit baccalaureatus; nec diu poft focius collegii fui evafit, et A. MDLX.
fupremos

supremos in philosophia honores consecutus est. Vicesimo aetatis suae anno publicus logicae lector fuit in academia Oxoniensi. (*Confutation of Dorman.* f. 21.) Temporibus Edwardi vi scholam aperuit Westmonasterii (Hollingsh. i. 151.) discipulos suos in reformata religione fideliter enutriens. Rerum summa apud Mariam constituta, ut salva frueretur conscientia, cum academicis aliis ad exteros trajecit. In Germania commorabatur, donec sub initiis regni reginae Elizabethae in patriam reversus A. D. MDLX, canonicus ecclesiae collegiatae S. Petri Westmonaster. et ineunte proximo anno (Strype *Elizab.* p. 201. eum anno MDLX Novemb. 27, decanum installatum fuisse dicit. In *Grindall.* p. 38. tamen aliter) decanus ecclesiae cathedralis S. Pauli London. renunciatus fuit. Concionator erat assiduus, et ecclesiae reformatae adversus Anglos aliquos propter religionem pontificiam exules mordicitus defensor. Integro triginta annorum spatio conciones quadragesimales primam et postremam coram regina, cujus etiam delicta data occasione intrepide increpabat, obiit. Capellanus Grindali sermonem tempore consecrationis ejus habuit, 21 Dec. MDLIX. Strype in *Vita Grindal.* 33. 38. Fuit et archidiaconus Midlesexiae collat. 1 Jan. MDLIX. *Reg.* Grindal. Anno MDLX Dec. 3, collatus ad praebendam de Weldeland. Anno MDLXII Dec. 28 collatus ad ecclesiam de Hadham. *Regist.* Grindal. Anno MDLXIII praebendarius Cantuar. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. (Battely Somner. ii. 126. anno MDLX.) Anno MDXCIV April. 28 installabatur canonicus Windesoriensis, et anno sequente in principalem collegii Aenei Nasi a sociis electus S. theologiae doctoratu ab academia honestatus est; quae et primarium ei locum inter ejusdem facultatis professores omnes tum aetatis tum meritorum nomine adjudicavit. Ratione habita ad annum aetatis, quo quilibet collegium intravit, tredecim scholaribus Lancastrensibus stipendia assignavit; et scholam publicam grammaticalem Middletoniae in agro Lancastrensi fundavit. Eruditus erat theologus, et erga pauperes praesertim togatos, munificentissimus. Scripsit *Sermon on the 4th psalm before queen Elizabeth, at the opening of the parliament* MDLXII *at Westminster abbey.* Princ. " Davyd being troubled." Mſ. coll. Gonv. et Caii. Cantabr. n. 1183. *A Sword against swearers and blasphemers, shewing the lawfulness of an oath, and how great a sin it is to swear falsely, vainly, and rashly, enlarged with sundry examples of God's judgments upon perjured persons and blasphemers.* Lond. MDCXI. 8vo. Princ. praef. " The notable sayings of God's chosen." Princ. lib. " Christ, our most blessed saviour, in that." In hac editione inter prooemium et librum ipsum datur aliquod carmen, cujus initiales literae constituunt nomen Alexandri Nowell. In catalogo autem Maunselli bibliopolae hic liber ascribitur Edmundo Bicknoll. *A reproof of a book entitled* " A proof of certain articles in religion denied by Mr. Jewell, set forth by Tho. Dorman, bache-" lor of divinity." Lond. MDLXV. 4to. Princ. " Though many simple soules." *The reproof of Mr. Dorman's proof continued, with the defence of the chief authority of princes, as well in causes ecclesiasticall as civil within their dominions by Mr. Dorman maliciously impugned.* Lond. MDLXVI. 4to. Princ. praef. " Maister Dorman being desirous to pour out." *A confutation as well of Mr. Dorman's last book, entitled A defence, etc. as also of Dr. Saunder's causes of transubstantiation.* Lond. MDLXVII. Princ. praef. " Whereas the right end and office of all." Librum hunc ab episcopo London. et D. Cecil. secretario regio examinatum fuisse asseruit Strype *Elizab.* 506. *Catechismus, sive prima institutio, disciplinaque pietatis Christianae Latine explicata.* Lond. MDLXX. 4to. Item MDLXXI. MDLXXIV. MDLXXVI. Ibid. 8vo. MDXC. MDCIII. etc. Princ. pr. " Quum " mente tota in hanc curam." In linguam vernaculam transtult Tho. Norton. Lond. MDLXXI. 4to. Alius in *Epist.* ad M. Parker. " Cum seculi hujus mores." Cantabr. MDCXXXIII. 12mo. *Catechismus parvus pueris primum, qui edisc atur, proponendus in scholis.* Gr. Lat. Lond. MDLXXIV. 8vo. item MDLXXVIII. MDCLXXXVII. Ad M. Parker. arch. Cant. Princ. " Quum pietas funda-" menti." Graece edidit Gul. Whitaker MDLXXV. MDLXXVIII. etc. Lond. MDCLXXIII. 12mo. In linguam vernaculam transtulit alius quidam MDLXXVII. 12mo. Lond. MDLXXXVII. 8vo. Alex. Newelli prooemium huic Anglicae editioni praefixum differt a Latina edita MDLXXII. Anonymus etiam aliquis Hebraice vertit. *A conference had with Edm. Campion Jesuit in the tower of London.* ult. Aug. MDLXXXI. London. MDLXXXIII. Princ. " Master Campion's book being at large." *Carmina duo in obitum Buceri.* Vide Buceri *Scripta Anglica.* p. 910. *Carmen in mortem J. Juelli episc. Sarisb.* Princ. " Cognomen tribuit sors tibi." Extat ad finem Juelli per Humfredum. *Octastichon Latinum praefixum Thesauro Thom. Cooperi.* MDLXXIII. *Epistola M. Parkero.* in Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. *Epistola episcopo London.* MDLXV. Strype in *Vita Grindall.* 137. *Epistola dom. Cecyl.* MDLXIV. 8 Mart. Strype in *Vita Parker. App.* n. 29. Obiit Nowellus grandaevus, et 13 Febr. MDCI sepultus erat in capella S. Mariae infra ecclesiam cathedralem S. Pauli London. Vide epitaphium ejus in urbis Londini notitia per J. Stow. et in *Historia ecclesiae S. Pauli* per Cl. Dugdalium, p. 111. ubi effigies et ectypon tumuli. A. Wood. *Antiquit.* ii. 218. Parietes novae bibliothecae collegii Aenei Nasi ornantur tabella, in qua depictus est Alexander Nowell, hac descriptione insignita: " Alexander Nowellus, sacrae theologiae professor, S. Pauli decanus, obiit 13 Feb. anno Dom. MDCI. regni reginae Elizabethae 44. anno decanatus 42. aet. 95. cum neque oculi caligarunt, neque aures obtusiores, neque memoria infirmior, neque animi ullae facultates victae essent." Infra imaginem Nowellianam sic legis PISCATOR HOMINUM. Ant. Wood. *Antiq.* ii. 225. Vide H. Holl. *Herool.* p. 217. Fuller's *Ch. Hist.* xvii. 4. ubi citatur *Vita* ejus per Donaldum Lupton. *Athen. Oxon.* i. 313.

NOWEL [LAURENTIUS] filius Johannis apud Whalley in comit. Lancastr. oriundus. Primo in collegio Aenei Nasi Oxon. admissus, dein aedis Christi alumnus ab A. MDXLIX ad A. MDLIV

 mens.

menſ. Novemb. Poſtea Cantabrigiam abiit, ſed poſt ſuſceptum baccalaurei in artibus gradum Oxoniam rediit A. MDXLII. Anno proximo magiſter artium et ſcholae apud Sutton Coiſeld in agro Warwic. gymnaſiarcha; ubi moram trahens A. MDL. 9 Nov. diaconus ordinatus eſt. *Reg.* Rydley epiſc. London. Sed ex hac ſchola expulſus eſt (Dugdal. *Warwickſh.* p. 670.) dum regina Maria regnum adminiſtraret, et in aedibus D. Joh. Perrot apud Carew-Caſtellum comit. Pembroch. clanculum vixit; ac tandem ad exteros trajecit. Sub initia regni Elizabethae in patriam reverſus archidiaconus Derbienſis, decanus Lichfeldenſis, praebendarius de Appleford in eccleſia Ebor. ac praebendarius de Ferring in eccleſia Ciceſtr. Aug. 9. MDLXIII conſtitutus fuit. Wharton. *A. S. Praefat.* tom. i. p. 18. eum juriſconſultum hoſpitii Lincoln. vocat: ſed procul dubio errat clar. vir, quia Laurentius noſter aliquando vixit in hoſpitio Lincoln. in cameris fratris, juriſconſulti haud parvi nominis. A. Wood. Scripſit *Vocabularium Saxonicum*. Mſ. olim penes Seldenum, nunc in bibl. Bodl. Seld. ſuper 63; erat codex Gul. Lambardi ex dono autoris. *Collectanea varia* [omnia tranſcripſit, nihil de ſuo addidit] Quaedam Mſs. extant in bibl. Cotton. Vitellius D. vii. et Domitian. A. 18. Et apud Rad. Thoreſby *Duc. Leod.* 531. *Epiſtolam M. Parkero.* Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. i. 883. Obiit A. MDLXXVI. *Athen. Oxon.* i. 185. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. pag. 216.

NUCE [THOMAS] ſive NEWCE ſocius aulae Pembroch. Cantabr. MDLXII, et poſtea rector eccleſ. de Beccles, Weſton, etc. et vicarius de Gayſley: praebendarius eccleſiae cathedr. Elienſis MDLXXXVI. Tranſtulit ex Lat. in Anglicum carmen *Senecae tragoediam nonam*, cui titulus *Octavia*. Pr. "Octavia daughter to prince Claudius grace." Impreſſ. inter alias per Tho. Newton. London. MDLXXXI. 4to. Scripſit *Carmina duo ſatis longa*, 1 Angl. alterum Latine. Praefixa tranſlationi *Senecae Agamemnonis* per Joh. Studley. Lond. MDLXVI. 12mo.

NYCOLS [PHILIPPUS] patria Devonius. Scripſit Anglice *Hiſtoriam* xii *nunciorum Moſis*, lib. i. Pr. pr. "When Solomon had conſidered." Impr. London. . . 8vo. *Ad Angliae protectorem Edwardum*, lib. i. *Contra Criſpinum Exceſtrienſem canonicum, negantem S. Scripturam eſſe regulam fidei*, lib. i. Pr. ded. dom. Petro Carew. "Greate comforte it is to Chriſtes." Impr. Lond. MDXLVII. 12mo. *Contra Cornubienſium rebelliones*, lib. i. Claruit A. MDLVIII. Bal. par. poſt. p. 112. Quidam PHILIPPUS NICHOLLS verbi Dei miniſter inſtitutus ad eccleſiam de Kympton. dioec. Wellen. A. MDLXII. 23 Nov. ad praeſentationem Franc. Knollys militis. *Regiſt.* Berkley. Cujus extat *Relation of the third voyage made by Sir Francis Drake to the Weſt-Indies, in the year* MDLXXII, MDLXXIII. by Phil. Nicols preacher. Review'd and enlarged by Sir Fr. Drake MDXCII. Pr. lib. "As there is a general vengeance." Mſ. Sloan.

NYCOLS [THOMAS] juriſperitus Londinenſis (alias civis et aurifaber Londinenſis dicitur) e Gallico in Anglicum ſermonem tranſtulit *Thucydidis hiſtoriam de bello Peloponnenſium*, lib. viii. Pr. ep. tranſl. ad dom. J. Checum. "Conſydering, right worſhipfull ſir, that dyvers." Lond. MDL. fol. Ex privilegio Edw. vi patet, quod hic Thomas Nycols *alias Tranſlationes*, etc. typis mandare meditabatur. Claruit A. MDL. Bal. par. poſt. p. 108.

O C H

OCHAMUS [a] [GULIELMUS] juvenis Franciſcanae religioni adjecit animum, ut liber tandem a multis curis, libris toto pectore incumberet. Et quoniam futurum videbat, ut id rectius faceret, ſi paulo remotius a ſuis viveret; Lutetiam bonis avibus profectus eſt; ubi Joanne DUNS, homine Anglo, philoſopho illius aetatis juxta ac theologo doctiſſimo, praeceptore uſus eſt: a quo tam multa didicit, tam multa praeterea ſuapte induſtria, dum omnis generis autores legeret, perquiſivit, ut tandem Scottum ipſum, ſi non ſuperaverit doctrina, tamen aequaverit: uſque adeo, ut praeceptoris adhuc viventis argumenta, diſputationes, libros infringere, convellere, confutare ſolidis rationibus, idque publice in ſcholis, non ſit veritus [b]. Dixerit hic forſan aliquis, audacius quam prudentius ab illo factum, ut doctoris ſui autoritatem vellicaret, elevaret, minueret. Cui ego reſpondeo, veritatem, modo adſit modeſtia, longe praeferendam autoritati cujuſcunque praeceptoris. Inter haec ſecta quaedam Fratricellorum orta eſt, qui paupertatem Chriſti et apoſtolorum conſtanter praedicaverunt; inter quos et hic noſter Ochamus poſtea ſignifer fuit [c]. Nam librum *De pau-*

[a] Gul. Ockamus in vico cognomine Surreienſis agri natus, Wharton. Alii tamen (ut Volaterranus, etc.) perperam Hibernum faciunt, juxta War. Mſ. Fuit collegii Merton. Oxon. ſocius juxta A. Wood. *Hiſt. et Ant.* L. ii. p. 87. [b] Sectam philoſophorum *Nominalium* contra *Reales*, J. Scoti ſectatores inſtituit. [c] Franciſcanorum in Anglia provincialis factus eſt A. MCCCXXII. Wharton.

pertate

pertate Christi, strenui ducis officio functus, scripsit ad Joannem 23 [d] pontificem Romanum. Ille videns, ni maturius tantae pesti occurreret, suas opes, pompam, fastum perditum iri, totis viribus novam factionem radicitus extirpare contendit. Primumque universam sectam, et nominatim Petrum Picenum, quem Ludovicus imperator antipapam erexerat, una cum Ochamo fulmine minime secundo ecclesiasticae censurae [e] percussit. Territus hoc fulmine, sed, ut casus tulit, laesus nihil, Ochamus in Bavariam ad imperatorem confugit [f], a quo humaniter acceptus est. Hic ego, candide lector, neutrius partes approbo. Dicam tamen hoc unum libere et audacter, nunquam futurum, ut res Christianae bene procedant, quamdiu sacra fames autori sacerdotum animos possiderit. Non haec scribo, quod cum malignis et invidis consentiam, qui presbyteros fortunis omnibus violenter et praeter sanctas leges spoliatos vellent, quin potius aurea contenti mediocritate ac honesta munditie viverent. Nam ingentes thesauri rerumque splendor principum sunto, non sacerdotum; quibus saepe causa luxus fuerunt, continentiae vero nunquam. Sed per me non movebitur haec Camarina: quare ad Ochamum redeo, qui nobis multa praeclara ingenii sui monumenta scripta reliquit; de quibus ego haec vidi: *Commentarios in Porphyrium*. "Quoniam omne operans." *In praedicamenta*. *In libros peribermenias* [g]. *In libros elenchorum* [h]. *In sententias Petri Longobardi* [i]. *De decem generibus* [k]. *Summam logices ad Adamum* [l]. "Omnes logicae tractatores." *De pluralitate formae* [m]. *De invisibilibus*. *Defensorium logices* [n]. *Defensorium* alterum, quo convellit violentum Romani episcopi imperium [o]. *Invectivum contra possessiones Rom. pont* [p]. Vidi etiam tres libros Ochami, quorum primus *De privatione, de materia prima, de forma*, quae est principium, et *De forma artificiali*; secundus vero *De causis materiali, formali, efficiente, finali*; tertius *De mutatione subita* tractat [q]. *Super libros sententiarum*. "Circa prologum quaero." *Quodlibeta* [r]. *Sermones*. *De praedestinatione sanctorum*. *De sacramento eucharistiae*. *Dialogos inter praeceptorem et discipulum* [s]: justum volumen. *Disputationem inter clericum et militem* [t]. Scripsit praeterea (ut autor est Trittemius) hos libros, sed quos ego hactenus non vidi: *Contra Joannem 23* [v] *de paupertate Christi et apostolorum*. *Apologiam*. *Compendium errorum Joannis 22 pont. Rom.* [w] *De fautoribus baereticorum*, lib. 7 [x]. Legi aliquando libellum, cui titulus *Quodlibeta* [y] Joannis Ochamii, unde et alius a Gulielmi fuisse videtur [z]. Et quoniam in Trittemii mentionem

[d] 22. Mſ. Lel. Trin. [e] Sententia excommunicationis per dom. papam contra Will. de Okkam, ordinis Minor. natione Angl. MCCCXXVIII extat in registro memorand. Henr. Burgherst. episcopi Lincoln. [f] Ludovicum Bavarum a quo benignissime acceptus, et secretioribus consiliis adhibitus, calamum adversus pontificem pro imperatore strinxit; Petri Corbarii antipapae partes fovit; Joannis ambitionem et tyrannidem scriptis acriter oppugnavit; et imperatorem nulli, nisi Deo, in temporalibus subesse palam docuit. Wharton. Hanc sententiam contra omnium antagonistarum argumenta fortiter tenuit, et eorum objectiones tam clare refellebat, ut papa ipse (tanquam adversarius) eum *Doctorem invincibilem* cognominaret. A. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 169.

[g] Lib. ii. Hic cum duobus prioribus libris prodierunt cura Marci Beneventani Bononiae MCCCCXCVI. fol. sub hoc titulo, *Expositio aurea super totam artem veterem*. [h] Lib. ii. [i] Lib. iv. "Circa prologum primi libri sent. quaero utrum." Mſ. Oxon. in coll. Baliol. P. i. et Merton. N. viii. 5. et 11. (super librum primum tantum) Cantabr. in colleg. Caii. Mſ. L. 70. et L. 29 et G 9. Extant Lugd. MCCCCXCV. fol. Extat *Comment.* in primum sentent. . . . . MCCCCLXXXIII. [k] Lib. i. [l] Lib. i. "Dudum me, frater et amice." Pariſ. MCCCCLXXXVIII. fol. Venet. MDVIII. 4to. et MDXXII f. et MDXXXII. fol. et MDXCI. 4to. Oxon. MDCXXV.

[m] Contra Sutton. lib. i. [n] Lib. i. "Dominus potest "facere omne." In bibl. Franciscanorum Londini invenit Lelandus (*Collect.* iii. p. 49.) tractatum hujus Occami, qui vocatur, *Dominus potest facere omne quod fieri vult, non includit contradictionem*. [o] Lib. i. "Omni quippe "regno desiderabilis." Mſ. Oxon. in coll. Mag. citante Pitſ.

[p] Omittitur a Baleo et Pitseo. Forsan idem cum *Opere 90 dierum*, etc. [q] Hi tres libri iidem fortasse sunt cum alterutro horum: *Quaestiones in libros physicorum*, lib. viii. "Utrum privatio sit aliqua res." Mſ. Oxon. in coll. Merton. impr. Argentin. MCCCCXCI. et MDVI. Wharton. Venet. MDVI. 4to. Pitſ. vel *Philosophia naturalis, seu summulae in librum physicorum*. Pr. "Studiosissime "saepiusque rogatus." Venet. MDVI. 4to. et Romae MDCXXXVII. 4to. a Bonaventura Trulo Veliterno evulgatae. Wharton. *Occam super 8 libros physicorum*. Pr. "Valde reprehensibilis videtur, qui." Mſ. colleg. Merton. Q. ii. 9. Art. [r] *Magna*, lib. i. *Quodlibeta* vii. extant Argentinae MCCCCXCI. (Pitſ.) Pariſ. MCCCCLXXXVII. Argentor. MCCCCXI. Whart. *Quodlibeta quatuor* habentur in Mſ. colleg. Merton. N. viii. 11. [s] In tres partes distributus. Pr. mag. "In omnibus curiosus existis." Prima pars constat libris vii, et agit de potestate definiendi, quaenam sint assertiones catholicae, quaenam haereticae, etc. Vide Wharton. de hoc libro. Impr. Lugd MCCCCXCV. f. et apud Goldastum, tom. ii. Mſ. Oxon. coll. D. Joh. O. 70. [t] Sive, *Disputatio de potestate ecclesiastica et civili*, lib. i. "Miror, optime miles, in paucis." Pariſ. MDXCVIII. et apud Goldastum, tom. i. p. 13. (Whart.) Translat. in serm. vernaculum et edit. Lond. MDXL. 8vo. Latine etiam Londini per Th. Beillet . . . . . 12mo. Forte idem cum libro Ockami, impr. Lugd. MCCCCXCV. *De potestate pontificum et imperatorum*, quanquam Pitseus diversum facit.

[v] XXII. Mſ. Lel. Trin. [w] Pr. "Secundum Bok"king super Sacram Script." In hoc errores et haereses 77 a pontifice edoctos et praedicatos fuisse Occhamus contendit. Extat Lugd. MCCCCXCV. f. et apud Goldastum, T. ii. Wharton. [x] "In omnibus rebus curiosis."

[y] Quodlibeta Johannis Okam inceptoris. In bibl. Franciscan. Londin. Leland. *Coll.* iii. p. 50. Idem *De sacramento altaris*. Idem *Super sententias*. [z] Praeter haec scripsit G. Occamus *Majorem summam logices*, lib. iv. "Du"dum expletis lectionibus." Mſ. Cantab. in colleg. S. Petri 217 et Caii Mſ. H. 5. Extat Venetiis MDXXXII. Whart. MDXXII. Pitſ. Part. iii. Oxon. MDCLXXVII. 8vo. *De jurisdictione imperatoris in causis matrimonialibus*, lib. i. Extat apud Goldast. tom. i. p. 21. *Quaestionum 8 decisiones super potestate et dignitate summi pontificis*. Pr. "Sanctum "canibus nullatenus dandum." Lugd. MCCCCXCVI. f. et apud Goldastum, tom. ii. p. 313. *Centiloquium theologicum, omnem ferme theologiam speculativam sub centum conclusionibus subtilissime complectens*. Pr. "Anima nobis innata eo "potius." Lugd. MCCCCXCVI et MCCCCXCV. fol. Pitſ. *Opus nonaginta dierum, de utili dominio rerum ecclesiasticarum et abdicatione bonorum temporalium in perfectione status monachorum et clericorum, adversus errores Joannis papae*. Pr. "Doctoris gentium et magistri B. Pauli." Lugd. MCCCCXCV. f et MCCCCXCVI. et apud Goldastum, tom. ii. *De sacramento altaris*, lib. i. cap. 41. "Stupenda supernae munera." Extat Pariſ. MCCCCLXXXVII. Argentin. MCCCCXCI. fol. Venetiis MDI et MDXVI. Pariſ. MDXIII. 8vo. Huic tractatui edit. Pariſ. MDXIII. 12mo. praefigitur libellus ejusdem auctoris *De puncti, lineae, superficiei, corporis, quantitatis, qualitatis, et substantiae distinctione*. Pr. "Circa "conversionem panis in." *De corpore Christi*, lib. i. "Stupenda," etc. Mſ. Oxon. in coll. Merton. O. viii. 9. imperf. in fine. Argentorat. MCCCCXCI. Forsan idem cum priore. *Tractatum, quod Benedictus* xii *papa nonnullas haereses Joannis* xxii *amplexus est et defendit*. Mſ. Parisiis in bibl. Colbertina. *Epistolam ad fratres Minores in capitulo apud Assisium congregatos ann.* MCCCXXXIV. Mſ. ibid. Haec pleraque

tionem incidimus, admonendus est lector, Ochamum scripsisse contra Joannem 23, non 22, ut refert Trittemius, nisi vitium potius typographo imputandum. Floruit regnante Edovardo Arvonio. Obiit in Germania [a], et in quodam coenobio Franciscanorum apud Noricos sepultus est. Catalogus eruditorum Franciscanorum Nicholai Ochami [b] meminit: cujus et depraedicat libros *Commentarios* videlicet *In sententias Petri Longobardi*, et opus, cui *De verbo* titulus. Scripsi. libellum *De latitudine oppositionum* [c], ingeniosi indicium astrologi [d]. Ex *Lelando*.

pleraque ex Whartono. Quae sequuntur, fidem debent Bale et Pitseo. *De scientiarum ingressu*, lib. i. "Studio-"sissime saepiusque rogatus. *Correctiones Occami in oculum moralem*. Mſ. Cantabr. coll. Caii, G. 57. *Dialecticam novam*, lib. i. "Contradictio in Deo non est." *Compendium errorum Joannis* xxiii *papae*, lib. i. *Compendium theologiae*, lib. i. *De actibus hierarchicis*, lib. i. *In omnia opera Aristotelis* lib. plures. *Commentarios in metaphysicam*, lib. i. Mſ. in bibl. S. Petri 217. et Caii, K. 5. Cantabr.

[a] Obiisse fertur anno MCCCXLVII die 10 Aprilis, Monachii, in conventu sui ordinis sepultus. Waddingus vero et Willotus eum ante ann. MCCCL. 20 Sept. non decessisse, et Capuae potius tumulatum esse contendunt. Whart. Vide apud Pitseum epitaphia tum Monachii tum Capuae. Vide etiam plura de nostro apud Bal. v. 18. Pitſ. p. 457. seq. War. p. 66. Whart. *App.* ad Cave, p. 25. [b] Nicolaus Ockam Minoritarum doctor, et Oxonii praelector apud eos publicus. Mſ. Lel. Trin. SS. theol. doctor Oxon. et ibidem in sui ordinis coenobio praelector publicus decimus octavus. [c] *Oppositionum*, lib. i. Mſ. Trin.

[d] Praeter libros a Lelando memoratos, scripsit *Quodlibeta sophistica*, lib. i. *Astrologi judicium*, lib. i. Mſ. Trin. Hic ultimus forsan excogitatus erat a Baleo (quem sequitur Pitſ.) ex verbis Lelandi, *Ingeniosi indicium astrologi*. Claruit anno MCCCXX. Bal. v. 395. Pitſ. p. 410.

OCHINUS [BERNARDINUS] patria Italus, natus in academia Sienae. Romano pontifici a sacris confessionibus, et generalis ordinis Capucinorum, ut habet Sandius in *Bibliotheca antitrinit*. Ob nimis severam Romanae ecclesiae reprehensionem Italiam fugere a Paulo iii papa coactus est, inde in Germaniam (Augustae Italice praedicabat anno MDXLVI. Seckendorf. *Hist. Luth.* iii. 613.) et dein in Angliam se contulit (*Praef. concion. Anglic.*) Tandem in Poloniam concessit, et Arianis se junxit. Seckend. l. c. lib. iii. p. 613. Invitatus a Cranmero in Angliam venit una cum Petro Martyre mense Decembris MDXLVII. In *Praefat.* ad tr. *Concion.* dicit ipse, "aetatis 70 dum in "Anglia." In *Registro* Bonner, episc. London. datur: The archbishop of Canterbury's letter to Edmund bishop of London for Bernardyn's preaching, and to provyde forms for the Italians to sit, because their manner is not long to stand—dat. 27 Feb. MDXLVII. Annua pensione 100 marcarum e Scaccario fuit donatus a rege Edw. vi. Strype in *Vita Cranmer*. 400. Praebendarius fuit Cantuariensis 9 Maii 2 Edw. vi factus. Battely *Antiq. Cant.* p. 128. Anno tamen MDLIII. 15 Martii regnante Maria praebenda hac ob conjugium deprivatus fuit. *Regist.* eccl. Cant. Wharton. Mſ. F. 128. in bibl. Lambeth. Locarnensium ecclesiae pastor fuit anno MDLVI, uti testatur "Defensio verae doctrinae de coena Domini." Coelius Hor. Curio in dedic. translat. *Sermonum* de officio principis Edwardi vi, inter alia de Ochino haec habet: "Quem virum ob raram ejus et "senilem sapientiam ac sanctitatem jamdudum advocasti, ac inter primos istius divinae fabricae "architectos habere voluisti." Scripsit, *Risposta di Messer Bernardino Ochino alle false calumnie ed impie biastemmiae di frate Ambrosio Catherino*. Pr. "Sono pochi giorni che." MDXLVI. 12mo. *Epistola di Bernardo Ochino alli signori di Balia della citta di Siena*. Princ. "Si infin a hora ho "scritto a molti." Genev. MDXLIII. 12mo. Haec epistola etiam extat ad finem secundae partis *Sermonum*; ubi etiam habetur alia epistola ejusdem ad Mutium Justinopolitanum, qua reddit rationem de Italia relinquenda. Princ. "Sono alcuni giorni che mi." Dat. Genev. 7 April. MDXLIII. *Prediche*. Italice. 7 vol. 8vo. *His sermons*. Ippeswych MDXLVIII. 8vo. *Sermones de fide* xxii. lib. i. "Nissuno e che." Italice. MDXLIV. 8vo. *Conciones* XX *breves in Italia habitae*, *et Latine versae a Jos. Hochstetero*. Neoburg. MDXLV. 4to. Vid. Seckendorfii *Supplement*. *Sermones de fide, spe, et charitate*. Anglice per Gul. Whiston. Lond. MDLXXX. 4to. *Expositionem epistolae ad Romanos*. Ital. Princ. "Lo evangelio non e dottrina." MDXLV. 12mo. Latine reddit. Augustae Vindel. . . . 8vo. et 12mo. Princ. "Evangelium non est doctrina." Item cura Sebast. Castalionis Latine reddit. Sandius in *Bibl. antitr.* *Dialogum contra injustum papae Romani primatum*. Lat. Anglice per Jo. Ponet. h. t. *A dialogue touching the popes usurped authority*, Lond. MDXLIX. 4to. *Dialogum contra sectam terrenorum deorum contra Calvinum*, *etc.* N. D. Warnword. f. 49. b. *Dialogorum libros duos*; *quorum primus de Messia*, *continetque dialogos* xviii *inter Ochinum et Jacobum Judaeum*, dedic. comiti Bedford. "Credo ego nihil sacris." (Sandius) *Secundus est cum de rebus variis*, *tum potissimum de trinitate*, dedic. Nicolao Radzevillo; "Quoniam in reformatis ec-"clesiis." Italice. Basil. MDLXIII. 8vo. Latine ex translatione Seb. Castalionis, uti ex confessione Seb. Castalionis in epistola ad senatum Basil. Placcius i. 141. Et Belgice (Sandius.) *Catechismum de vera institutione Christiana*, *per modum dialogi inter ministrum et illuminatum*, lib. i. Italice. Princ. dedic. ecclesiae Locarnensi "Trovando mi per la eta gia." Princ. lib. "Se ben l'esser nostro." Basil. MDLXI. 8vo. et MDXCI. *Sincerae et verae doctrinae de coena Domini defensio contra Joach. Westphale et Lutheranos*. Princ. "Tametsi mortalium genus ubi recens." Tiguri MDLVI. 8vo. *Disputationem de praesentia corporis Christi in sacramento*, lib. i. Italice. Princ. ded. Donna Isabella Manriche. "Havendo gia a dare in luce." Princ. lib. "Havendo un Christiano detto." Basil. MDLXI. 8vo. Latine. Basil. 8vo. In hoc libro praeter *Disputationem* habentur *Sermones* xiii *de eodem argumento* Latine. Basil. Ad finem *Disputationis* habentur *Sermones* xiii *de missa*. Italice. *Conciones* XXV, *quarum posteriores* xiv *sunt de praedestinatione et electione*. Latine. Basil. 8vo. (Sandius) Translat. ex Italico in Anglicum per A. C. generosam. London. per J. Day. 8vo. Princ. "Ignorance specially of hevenly things." Impressa fuit haec versio, dum in Anglia vixit Ochinus, uti

uti ex praefatione patet. *Labyrinthos sc. de libero aut servo arbitrio, de divina praenotione, destinatione, et libertate disputatio* cap. 19. Elizabetham reginam Angliae. " Animadverto perdifficile." Lat. Basil. 8vo. *Dialogum de purgatorio.* Ital. Tiguri. MDLV. 8vo. Latine ex translatione Thaddaei Duni (Sandius) Princ. dedic. Francisco Lismanino. " Quanquam ego meos, quos quidam." Extat Gallice MDLXII. Et Belgice. *Sermones tres de officio Christiani principis.* Ital. Basil. MDL. 8vo. Latine versos a Coelio Horatio Curione. Princ. " Cum necesse sit homines congregari." Datur et ad finem Marsilii *De amplitudine misericordiae Dei*, transl. per Coelium. *De beneficio Christi*, lib. i. Sandius. *Quinque declamationes sacras in aliquot divi Jacobi locos.* Italice. Una cum *Sermonibus de officio Christiani principis*, a Coelio Horat. Curione in Lat. versas et impress. Basil. MDL. 8vo. *Commentarios in epistolam ad Galatas.* Italice MDXLVI. Sloan. Germanice Augustae MDXLVI. 4to. Seckendorf. *Apologos sacros* 100. Italice, Latine, Genev. Germanice. Belgice Dordraci MDCVII. 8vo. *A dialogue of Polygamis*, lib. i. ad Sigismundum regem Poloniae. Italice Basil. MDLXIII. Anglice Lond. MDCLVII. 12mo. *De divortio dialogum inter Ochinum et Meschinem.* Anglice; Lond. MDCLVII. 12mo. *Dialogum rationis et hominis* Germanice. (Sandius) Sunt qui nefandum librum " de tribus impostoribus" huic Bernardino tribuunt. De quo videsis Placitum i. 184. *Acta* etiam *Pilati* Bernardini esse dicuntur. Ibid. ii. 509. Obiit anno MDLXV. (Ms. Fulm.) Slavcoviae MDLXIV. (Sandius.)

OCCLEVE [THOMAS] OCLEFFUS sive HOCKLEFFE vir tam bonis disciplinis quam generis prosapia clarus, exquisita quadam Anglici sarmonis eloquentia post Chaucerum et Gowerum, quorum fuerat discipulus, patriam ornavit linguam. Scriptor erat per xx annos ad officium custodis privati sigilli pertinens, cui 20 Marcae annuatim ex Scaccario pendebantur. Humfredus dux Glocestriae patronus ejus singularis fuit, quem in carminibus mirifice celebrat. Juri municipali operam dedit in Chestres Inn; hospitium enim illud (ubi nunc pars aedium Somerset.) studiosis juris municipalis tunc patuit; vide G. Buck *De tertia Angliae academia*, cap. 25. " Ocklefe Anglus" (inquit Walsinghamus) " Berengarii opinionem adstrubat, in altari sc. manere " panem et vinum post consecrationem a sacerdote factam." Videtur tamen se ab omni haeretica pravitate purgare in libro *Consolatio sibi a sene oblata.* Scripsit Anglice, partim prosa, partim carmine, *Literam cupidinis.* Pr. " Cupide, unto whom commandement." Ms. Bodl. Digby. 181. vulgo inter opera tum Mss. tum impressa Chauceri habentur. Ms. Arch. Bodl. Seld. B. 24. *Planctum proprium*, lib. i. Pr. pr. " After that harvest inned hys sheves." Pr. lib. " Almighty " God has liketh his." Ms. Bodl. Seld. Supr. 53. *Dialogum ad amicum*, lib. i. " And ended " my compleint in." Ms. Seld. Ibid. *Fable of a certain emperess*, lib. i. " In the Roman actys " writyn." Ms. Seld. Ibid. Ms. Digby. 185. Ms. bibl. reg. Westmon. 17. D. vi. 2. In Ms. Laudiano h. t. *Fabula de quadam bona et nobili imperatrice Romana. Moralizationem hujus fabulae.* Prosa. Pr. pr. " My freend, aftir I trowe a work or two." Pr. lib. " The emperour that I " spake." Ms. Seld. Supr. 53. Ms. Diby 185. *Poem of the art of dying*, lib. i. " Sethen all men " naturally desire." Pr. " Nowe herkene a doctrino substantial." Ms. Seld. Ibid. Ms. bibl. reg. Westmon. 17. D. vi. 3. In Ms. Laudiano titulus ita: *The most profitable and holsomest craft, that is to cunne; lerne to dye. Nonan lect. in die Omn. Animarum; sive de coelesti Hierusalem*, lib. i. partim Prosa, partim Carmine. " To other thre parties." Ms. Seld. Supr. 53. Ms. bibl. reg. Westmon. 17. D. vi. 4. *Poem of a certain emperour.* Quaere an idem cum tract. *De coelesti Hierusalem.* In Ms. Laudiano extat h. t. *Here beginneth a prologue of the* ix *lessons, that is red over Allhalow day. De quodam Jonatha, et muliere mala*, lib. i. Pr. " Sumtyme an emporor prudent." Pr. " This boke to have ended." Ms. Seld. Ibid. et Digby. 185. In Ms. Laudiano h. t. *The tale of Jonathas, and of a wicked woman. Moralizationem hujus fabulae.* Prosa. Pr. " Thys emperour " above expr." Ms. Digby. 185. *Of the government of a prince ad Henricum* iv. lib. i. Est versio Anglica tractatus *Egidii de regimine principum*; uti apparet in fine Ms. Laudiani K. 78. " Hy " noble and myghty prince." Ms. Seld. supr. 53. Digby. 185. Ms. Ashmol. 40. Ms. bibl. reg. Westmon. 17. D. vi. 1. 17. D. xviii. In Ms. Bodl. Seld. Supr. 53. et Digby. 185. et Ashmol. 40. praefixus est libro *De regimine principis tractatus* ἀκέφαλος, quasi prologus modo dialogi inter patrem et filium. *The daunce death.* Ms. Seld. Ibid. et Laud. K. 78. *Consolationem sibi a sene oblatam.* Pr. " Musyng upon the restless bysynesś." Ms. Digby. 185. Ms. Norwic. More. 427. A. Wood. Ms. Pits. princ. Haec omnia, excepta *Epistola cupidinis*, sunt in Ms. Bodl. Laud. K. 78. *Epitomen chronicorum. Carmen ad crumenam vacuam.* " To you my purse, and to none " other." *Pentastichon ad regem.* Pr. " O conquerour of Brute Albion." Haec duo ultima *Carmina* Chaucero ascribuntur. Ms. Bodl. Fairfax. xvi. et in edit. Chauceri Lond. MDCII. f. 320. *Carmen Anglicnm de misericordia.* Pr. " Mercy after the word of Seynt Austyn." Ms. bibl. dom. Sim. Dewes. Baleus Ms. Glynn ait Ocklevum etiam scripsisse, *De fide servanda principibus*, lib. i. " Princeps benigne, cum te ornabit." *De theseo Atheniensi*, lib. i. " Tum esset, ut veteres hist. " tradunt." *De suis prodigalitatibus*, lib. i. " O pretiosum et in comparabilem." Transtulit etiam juxta eundem Baleum Ms. Glynn. *Aristotelem, Egidium, De regimine principum. Jacobum de Casalis de ludo scaccorum*, lib. i. Claruit A. MCCCCX. (MCCCCLIV. Thin.) Bal. vii. 40. Pits. pag. 587.

ODERICUS VITALIS natione Anglus, natus apud Attingesham vicum super Sabrinam fluvium situm anno MLXXV. 14 cal. Martii. Odelerii Constatii Aurelianensis, qui Rogerio comiti Scrobbesburiensi a consiliis erat, filius; puer quinquennis Siwardi nobilis presbyteri disciplinae a

patre commissus est; undecennis in Normanniam ad Mainerium Uticensis coenobii abbatem ablegatus, et ab eo inter monachos relatus. A. MXCI a Gisleberto episcopo Luxoviensi subdiaconus ordinatus est idibus Martii; deinde post biennium a Serlone Sagiensi episcopo diaconus; anno demum MCVIII a Gulielmo archiepiscopo Rothomagensi presbyter. Claruit A. MCXL, et in coenobio Uticensi totam exegit vitam. Scripsit *Historiae ecclesiasticae a Christo ad A. MCXLII libros* xiii. Primus in lucem edidit Andream du-Chesnium inter *Scriptores Normannicos*. Parif. MDCXIX. fol. Cave. p. 666.

ODINGTONUS [a] [GUALTERUS] ODENDUNUS, et GUALTERIUS EOVESHAMENSIS. Lelandus unum eundemque auctorem male distinguit, diversa illis assignans nomina et opera: unus Odendunus, monachus Eoveshamensis, alter Gualterius Eoveshamensis ipsi audit. De quo auctore Lelandi accipe calculum. ODENDUNUS, ut ego accepi, monachus Eoveshamensis fuit, idemque philosophus, ac mathematicus inprimis illustris [b]. Ac ne quis de fide meorum dubitet verborum, malo aequus lector ab ejus libris, quam a nostra pronunciet oratione. Scripsit autem librum *De mortibus planetarum*, qui et theoricam refert, ac almanac reversionis eorum: quo opere et *Paofacium* * *Judaeum* secutus est. Bertholetus medicus dixit mihi se aliquando legisse Odenduni elegantem *De mutatione aëris* libellum. GUALTERIUS, EOVESHAMENSIS coenobii monachus, bonas horas in optimis recte collocavit studiis. Et ne interim laboris aut vigiliarum severitas mentis vigorem, promptitudinem [c], alacritatem minueret, ad musicam, consilio peropportuno, se contulit, qua parte eousque tandem processit, ut concentibus harmoniae omnibus, vel ab ipsis artificibus instructissimus haberetur. Hanc ille dotem tam raram, ne sibi conservaret uni, *De re musica* [d] libellum consonantiae vel suavissime edidit. Concentus Boëtii melicus a doctissimis collaudatur. Gulielmus a Maildulphi-curia Osburnum Durovernensem primum in re musica facit. Richardus, abbas Fontanensis, idemque Claroval-lensis, summum quoque ab eadem tulit pretium. Liceat igitur et mihi, candida eruditorum benevolentias justas et Gualterio quoque simili calculo attribuere laudes, nomenque scriptoris aeternitati consecrare [e].

[a] Odingtonus Mf Lel. Trin. [b] Mathematicus insignis, qui suo tempore motum octavae sphaerae rectificavit per observationes per magnum torquetem desumptas. * *Brofacium* seu *Profucium* Mf. Lel. Trin. [c] *Et* inserit Mf. Lel. *Epit*, [d] Cui titulus *De speculatione musices*, lib. vi. Pr. " Plura quam digna de mu- " sicae specula " Mf. C. C. C. Cantabr. N. 25. Prima pars est de inaequalitate numerorum et eorum habitudine. Secunda de inaequalitate sonorum sub portione numerali et ratione concordiarum. Tertia de compositione instrumentorum musicorum, et de. . . Quarta de inaequalitate temporum in pedibus, quibus metra et rhythmi decurrunt. Quinta, de harmonia simplici, i. e. de plano cantu. Sexta, et ultima de harmonia multiplici, i. e. de organo et ejus speciebus, necnon de compositione et figuratione. Scripsit praeterea *De aetate mundi* librum, qui ab Aschenduno in *Summa* sua saepe citatur. *Declarationem motus octavae sphaera secundum mag. Gualterum Evesham, qui fecit considerationes suas Oxonii circa* A. C. MCCCXVI. Pr. " Me- " morandum quod stellae fixae alium." Extat in bibl. Bodl. Mf. Laud. 23. *Tabulas latitudinis planetarum*. Mf. bibl. Bodl. Digby 97. et 72. *Tractatum de alchymia*, qui dicitur *Icosedron*. Pr. " Alkymistae moderni temporis." Ibid. 119. A. Wood. Mf. Pitf. Ad finem hujus tractatus haec nota manu eadem qua liber: " Nemo pervertat vel oc- " cultet quod ego Walterus de Otyngton, monachus de " Evesham duxi caritatis intuitu manifestare; qui autem " fecerit, maledictionem Dei incurrat; sed amantibus sa- " pientiam gratis communicetur; et quia tractatus xx ca- " pitulis concludit *Ycocedron* nominetur." *Objectiones quae funt communiter a theologis modernis contra scientiam astronomiae, cum responsionibus suis* . . . Odyngton. Pr. " Hoc " usi sermonis grave sancti et catholici." Mf. Macro Baleus et Pitseus Lelandum secuti Odingtonum a Gualtero Eveshamensi distinguunt; undo illum A. MCCLXXX claruisse volunt. Bal. x. 73. Pitf. 362. hunc A. MCCXL. Bal. iii. 99. Pitf. p. 312. Mf. Lel. Trin. *Epit*. A. MCCL. Gualterus de Evesham monachus Cantuar. electus archiepiscopus Cantuar. 12 Henr. iii. A. D. MCCXXVIII. sed papa cassavit electionem. Tho. Wikes in isto anno. Gualterus de Evesham testis occurrit cartae Stephani Langton archiepisc. Cant. MCCXX in *Cartulario* archiep. 116.

ODONES multos in Britannia nostra floruisse, omnesque viros clarae eruditionis fuisse, ex antiquorum autorum lectione probe didici. Ego tamen, ne magnum scriptorum numerum adfectare videar, ex multis paucos, et praecipue Odonem Cantianum, pro meo instituto, ab injuria oblivionis vindicabo. Is etenim monachus fuit metropolitanae Cantiorum ecclesiae, ubi tamdiu virtuti, et doctis artibus studebat, ut socios sui collegii omneis facile superaverit: quo solo nomine non modo apud convictores suos, verum etiam apud Palatinos Thomae Becketi, Cantianae dioecesis archiepiscopi, familiares magnam sibi gratiam conciliavit. At inter caeteros Joannem Severianum, virum terse, nitide, et eleganter eruditum, fautorem et collaudatorem summum meruit habere. Ideoque non alienum erit vel in praesentia adferre longe honestissima testimonia, quibus ab illo, sed conjuncto semper Britone, musarum et carminis amatore maximo, celebratur. Illud certe ex prologo primi libri *Polycraticon* in primis se mihi offert:

Si sapis, Odoni studeas donare salutem,
Accipiatque Brito, te veniente, crucem.

Et rursus in *Euthetico* suo:

Odo libris totus incumbit, sed tamen illis,
Qui Christum redolent, gratia major inest.
Hic gravis Eumolpis, Encolpius hunc, et Adonis
Cum Gittone cavent, et Venus ipsa timet.
Cauta manus Britonis, Odonis et aurea lingua,
Dum Christum loquitur; plenus uterque fide.

Hi

Hi tibi ſint comites, illis tua cuncta revela,
Nam Brito quod ludis, quod ſapis Odo probat.

Et quoniam in Britonis mentionem incidimus lubet Severiani verſus, quos de eo in *Euthetico*, librum ſuum alloquens privatim ſcripſit, producere :

Invenies laetum Britonem, ſi caſeus adſit :
Plus tamen interdum gaudet adeſſe libris.
Nam quantum patitur Britonis natura, vel ordo,
Indulget libris, carminibuſque vacat.
Diſpenſanda domus illi commiſſa reſurgit,
Atque mali ſpecies, hoc veniente, fugit.
Non amat hunc Balathus, non Danus, Pamphilus odit,
Cui nihil eſt gravius, quam reſidere domi.

Sint haec ſatis de Britone : ad Odonem igitur recurro ; qui, procurantibus ſuis amicis, a Thoma Becketo, archiepiſcopo, praeſes coenobio S. Salvatoris deſignatus eſt. In qua celebri functione tantum abeſt ut permanſerit, ut multo magnificentiorem acceperit : ex priori etenim, mutato loco, Bellici monaſt. abbas factus eſt [a]. Eſt Bellum autem Sudo-ſaxoniae coenobium, eo loco ſitum, quo Gul. Nortomannus Haraldum, Anglorum regem, vicit, dejecit, interfecit. Sed quo autore abbatis nomen decuſque nactus eſt, non magis pronuntiare poſſum, quam an ſuperſtite, ac interfecto Thoma archiepiſc. a Cantiis ad Sudo-Saxones tranſlatus ſit. Hoc plane conſtat, quod in utraque provincia honorifice ſe geſſerit ; ac etiam quod Sacrae Scripturae cognitioni ſummam impenderit operam. Sim vaniſſimus, niſi Stocholegus, epiſcopus Londinenſis, theologorum, ſi ita dicere licet, theologiſſimus, nuper excutiens omnes bibliothecae Coggeſalenſis coenobii forulos, ita laudaverit Odonis in *Pentateuchum* commentarios [b], ut illos cum veterum theologorum monumentis fere pares fecerit. Quanquam nec in illis ſolis ejus emicuit doctrina. *Pſalterium* Davidis [c] lucide interpretatus eſt, et conciones ſuper *Evangelia Dominicalia* [d], et *Epiſtolas Pauli* [e], erudito auditore dignas, ſcripſit. Adde huc libellum, quem *De inventione reliquiarum* D. Milburgae [f] edidit. Apparet ex indice bibliothecae fani ſervatoris Durovernii Cant. Odonem ſcripſiſſe *Expoſitiones in vetus Teſtamentum*, et ſigillatim in *Libros Regum* [g] : ac librum *De moribus eccleſiaſticis*. Tres inſuper libros, *De vitiis et virtutibus animae*, egregios ſane compoſuit, et eoſdem cuidam epiſcopo, cujus nomen ipſe, datata opera, ſupprimit, cautus dedicavit. Crediderim opus Thomae Becketo, Cantiorum archiepiſcopo, fuiſſe conſecratum. Vidi etiam epiſtolas [h] ab eo non infeliciter ſcriptas *. Praeter haec credibile † eſt multa illum docte, apte, et luculenter concinnaſſe, quae nunc vel prorſus interciderunt, vel inter pulverem delitent et tineas [i]. Denique orationis ſeries hic poſtulat, ut ſignificem ejus obitus diem : ſed multo praeſtat tacere, quam temere quidquam de re incognita loqui [k]. Sepulcrum [l] tamen illius, cum nuper Belli eſſem, curioſiſſimis oculis contemplatus ſum : opus enim elegans eſt e Lydio factum marmore, vulgo etiam (ſi vera referunt monachi) olim ſacroſanctum : nam Odonem aetas illa inter ſanctos retulit. Inter haec unum reſtat, quod lectorem minime celabo : nempe Odonem patria lingua Wode dictum fuiſſe, quod vocabulum Latinis ſilva eſt. Dempta igitur *V* duplici, et mutato Epſilon finali litera in Omicron, pro Wode Odo vocatus eſt. Jam inſtat Odo [m], qui, regnante in Anglia Eadgaro, archiepiſcopi apud Cantios honore fungebatur [n], locumque inter ſcriptores noſtros

[a] Odo occurrit prior Cant. MCLXXIII, abbas dein Belli factus A. D. MCLXXV. Whart. *A. S.* tom. i. 138. ex Gervaſio. [b] Lib. v. " Operis ſubditi materia lex " eſt." Mſ. in bibl. coll Corp. Chr. Cantabr. Tantum eſt ſuper quatuor priores libros Moyſis, attamen in praef. intendebat v notis illuſtrare. Hic aſcribitur Odoni ſine aliquo cognomento. Commentarii in iv libros Moyſis ejuſd. princ Mſ bibl. Bodl NE. E. 6. 4. attribuuntur Odoni Murimuthenſi. [c] *Moralium ſuper Pſalmos*, lib i. " Beatus " vir, etc. Sciendum quod intentio Pſalmoram." Dividitur in libros iv ſecundum 4 cardinales virtutes : ita primus lib. *Juſtitia*, 2 *Fortitudo*. 3 *Prudentia*, 4 *Temperantia* inſcribatur. Mſ. coll. Baliol. L. 8. [d] Et Sanctorum lib. i. num. 79. " In die ille erit fons patens." Mſ. Tho. Bodl. NE. E. 5. 13. et in bibl. Baliol. K. 4. ſive 38. juxta *Catal.* Mſ. Langb. et Mſ. Greſham 23. *Sermones Odonis de Dominicis evangeliis habiti ad populum tertia Dom. poſt. Paſcha.* Pr. " Vado ad eum qui me miſit." Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 77.

[e] Omittuntur a Bale et Pitſ. [f] Lelandus *Coll.* iii. 5. meminit *Epiſtolae Othonis monachi de inv.* (Pr. " Mira- " cula quae autore Deo." Tunc extantis in bibl. Feverſham.)

[g] *In capita primi Regum*, lib. i. " Sigillatim in libros " Regum." lib. iv. [h] Lib. i. Extat *Epiſtola ad Adamum Igniacenſem quendam fratrem novitium*, in qua abſurda quaedam, et tantum non blaſphema habet de S. Benedicto, ejuſque inſtituto ; illique tribuit quae de Chriſto in S. Scriptura ἰδικῶς dicuntur, apud Mabillon. *Analect.* tom. i. p. 349. Hujus, ut videtur, Odonis ſunt epiſtolae aliquot apud Dacher. *Spicileg.* tom. ii. Cave. * Hic addit Mſ. Trin. *Extat et cujuſdam——libellum evolvebant* Quae ſub finem in Oxon. Mſ. et rectius quidem reperiuntur.

† Quidam inſerit Mſ. Lel. Trin. [i] Scripſit etiam Odo Cantianus *De libro vitae*, lib. i. *De onere Philiſthim*, lib. i. *Concionum in epiſtolas per annum*, lib. j. *Parabolas in laudem ejus, qui eſt Alpha et Omega*, lib. i. Mſ. Cantab. in coll. C. Chriſti. Pitſ. In Mſ. C. C. C. Cantab. K. xvii. 479. Odoni de Ceritona Parabolae hae attribuuntur. [k] Claruit (non, ut Pitſeus, obiit) circa A. D. MCLX. Bal. ii. 97. Pitſ. p. 226. Cave. p. 677. Obiit 13 (12. Obituar. S. Aug. Cant. in Mſ. Cotton. Vitell. C. xii.) cal. Febr. apud Whart. *A. S.* ex obituar. Cant. " Anno " MCC, menſe Martio, obiit Odo, abbas de Bello." *Annales de Bello. Annales Winton.* apud Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. 304. [l] In inferiori parte eccleſiae. " Abbas " Bellenſis mihi narravit *Vitam Odonis* apud ſe extare ſcriptam." Leland. *Coll.* iii. p. 66. [m] Odo Severus, ex Danis oriundus, in orientali Anglorum regione natus, utriuſque linguae, Graecae et Latinae, tam peritus fuit, ut quicquid vellet, aut ſermone ornato, aut qualicunque carminum genere, ut tunc erat, ex tempore proferre poſſet. Bale. [n] Epiſcopus Wiltonienſis (An. DCCCCXX. Matth. Weſtmon.) ſedem Rameſburiae habuit cathedralem Godw. non Wintonienſis, ut Birchingtonus. Vide Whart. *A. S.* ii. 79. Factus eſt archiepiſcopus Cantuar. anno DCCCCXXXIV. (DCCCCXLI. rectius Whart. *A. S.*) et obiit anno DCCCCLVII. Godw. DCCCCLVIII. M. Weſtm. *Mailroſ. Florent. Wigorn.* ut

ſtros ambit, quod D. Wilfridi Ebor. vitam[o] perſcripſerit[p]: at quoniam e Dania originem duxit, ſatis ſit illum leviter altigiſſe[q]. Ecce alius ſetingerit Odo[r], abbas Muremundenſis, cujus liber *De analecticis ternarii*[s] in Corinienſi, alias Cirenceſtrenſi, bibliotheca comparet[t]. Hunc pone ſequitur Odo Shirodunenſis[v], multarum concionum[x] non infelix ſcriptor[y], comitemque ſecum ducit Gulielmum Odonem, Dominicanum egregie ſuo ſaeculo literatum, de quo nos alio loco fuſius dicemus. Extat et cujuſdam Odonis dialogus[z] *De religione Chriſtiana et Judaica*, Leone et Odone interlocutoribus: titulus indicat hunc fuiſſe epiſcopum Rameſegani[a] etiam Odonis *De poenitudine* libellum evolvebant. Ex *Lelando*.

ut rectius videtur Whartone; ſed obitus ejus ex *Chronico Saxon* ad an. DCCCCLXI. referendus. Ob 4. non. Junii, DCCCCLVIII. Whart. *A. S.* i. 791. Martii, *Obituar.* Cant. Julii Capgr. [o] Carmine. Pr. pr. "Orthodoxae fidei "famulitio ancillatis." Epiſtola praefatoria extat in Whart. *A. S.* ii. p. 50. ſed qu. an haec ſit epiſtola vitae S. Wilfredi ab Odone conſcriptae, an epiſt. Odonis praefixa *Vitae Wilfredi* a *Fridegodo* conſcriptae? Videtur eſſe Epiſtola Odonis de tranſlatione reliquiarum praefat. Fridegodo in Mſ. Cotton. Claudius A. 1. [p] Scripſiſſe fertur, praeter *Vitam Wilfridi*, *Ad Floriacenſes monachos pro nepote Oſwaldo.* lib. i. *Defenſionem euchariſtiae*, ſc. *realis praeſentiae*, lib. i. *Ad ſuos ſuffraganeos*, ep. i. "Mirabili cunctipotentis po-"lorum." Extat in Malmſb. *Poëmata*, lib. i. *Epiſtolas*, lib. i. Eſt epiſt. *De tranſlatione reliquiarum S. Wilfridi.* (Pr. "Orthodoxae fidei famulitio.") Praef. Fridegodo in bibl. Cotton. Claud. A. 1. *Statuta ſynodalia*, lib. i. [q] Vide *Vitam Odonis* archiepiſc. Cantuar. ſcriptam per Oſbernum, monach. Cantuar. editam a Whartono *A. S* tom. ii. 78. Vide etiam verſus loco epitaph in hunc Odonem ex Mſ. Cotton. Bathley *App.* 2. Bonus cognominatus eſt, ſc. lingua vernacula ſe ᵹoꝺe, hodie THE GOOD. Whart. *A. S.* tom. ii. 86. [r] ODO MUREMUNDENSIS a Pitſeo omiſſus, mathematicus peritus. [s] Lib. i. "Quod dicendum "ſit de analyt." Mſ. Cotton. Veſp. B. 26. [t] Scripſit etiam *Dialogum de Chriſtiana religione et Judaica*, lib. i. *Analytica numerorum*, lib. i. *Chronicon*, lib. i. *In* v *libros Moyſis.* Mſ. in bibl. Bodl. Oxon. NE. E. 6. 4. Mſ. nota in margine Balei: *Forſan rectius adjudicand. Odoni Cantiano, quia ejuſd. principii.* —— Claruit circa A. D. MCLXXX. Bal. iii. 19. [v] ODO SHIRTON ſeu de Ceritona (de Syrentona, Mſ. Bodl. NE. F. x. 6.) monachus Ciſtercienſis et S. theologiae doctor. "Poſtea in academiis Anglicanis "operam dedit, Pariſios ſe contulit, ubi ſuae aetatis do-"ctiſſimus evaſit." [x] Scripſit *Sermones in evangelia Dominicalia* per Odonem cancell. Pariſ. (Prin. "Cum ap-"propinquaſſet," etc) editi a Matheo Mackerel Pariſ. MDXX. 4to. *Conciones* ejus *ſuper Evangelia* citantur in Mſ. Bodl. NE. F. x. 6. [y] Scripſit etiam *Homelias de tempore*, lib. i. "Cum appropinquaſſet," etc. Mſ. in coll. S. Petri Cantabr. *Homelias de ſanctis*, lib. i. "Ambulans Jeſus "juxta mare." *Opus* lx *parabolarum*, lib. i. "Quoniam, "ut dicit Gregorius." *Aliud opus parabolarum ad laudem ipſius qui eſt* A et Ω. lib. i. "Aperiam in parabolis os meum, "loquar." Mſ. C. C. C. Cantabr. K. 17. 479. Ita incipit pr. hujus Odonis *De brutis animalibus.* Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſc. L. 457. Tranſtulit etiam e Graeco in Latinum, commentariiſque illuſtravit *Aeſopi fabulas* ſeu parabolas; cui operi titulum dedit *Beſtiarium vel brutarium*, lib. i. "Iverunt ligna ut ungerent ſuper ſe." Extant *Narrationes Magiſtri Odonis de Ciringtonia*: i. "Quomodo "arbores elegerunt ſibi regem." Pr. "Iverunt," etc. Mſ. Greſham. 292. In hoc tractatu acerrime invehitur in monachos. *Poenitentiale*, lib. i. "Deſcendam in ortum, "meum, ut videam." Extabant *Odo de poenitentiis* Mſ. cl m in bibl. eccl. S. Pauli. Dugdale, *Hiſt. S. Pauli*, p. 282. *Partium opus*, lib. i. *Narrationes*, lib. i. *Summam quandam.* Pr. "Poenitentiam agite, appropinquabit enim." Mſ. in coll. Nov. Oxon. 125. *Summa magiſtri Odonis de Selython. Speculum laicorum.* Mſ. in bibl. Bodl. citat. in A. Woodi *Hiſt. et Antiq. Oxon.* i. 20. Claruit anno MCLXXXI. Bal. iii. 18. Pitſ. p. 244. [z] Tribuitur a Baleo Odoni Muremundenſi. [a] *Rameſienſes.* Mſ. Lel. Trin.

ODO [GUILIELMUS] Vide ſupra HOTHUM.

ODONIUS [OSWALDUS] dictus quia archiepiſcopi Odonis ex fratre nepos erat, parentibus Danicis nobiliſſimis ortus (A. Wood. Mſ. O.) primis literarum elementis a Fridegodo imbutus Eadmer. apud Whart. *A. S.* tom. ii. 193. Eccleſiae Wintonienſis primo canonicus, dein decanus; mox ſaeculum reliquit et monachum induit in coenobio Floriacenſi. Poſt aliquot annos in patriam rediit, et A. DCCCCLX. epiſcopus Wigornienſis factus, indeque ad archiepiſcopatum Eboracenſem tranſlatus A. DCCCCLXXI retento etiam epiſcopatu. Occurrit archiepiſcopus Cantuar. A. DCCCCLXIX. *Monaſt. Anglic.* i. 231. a. Clericorum conjugatorum inimicus, et monachorum fautor. Scripſit, *Ad Odonem avunculum epiſtolas*, lib. i. *Ad Abbonem monachum*, epiſt. i. "Praeſcientia Dei mona-"chus." *Ad fratres dum eſſet Floriaci*, lib. i. "Oſwaldus ſupplex monachus." *Statuta ſynodalia*, lib. i. Eadmerus vitam ejus ſcripſit, quam edidit Wharton. *A. S.* tom. ii. p. 193. Obiit 27 Febr. DCCCCXCII. Godw. ii. 17. 18. Pitſ. p. 180. Bal. ii. 40. 2 cal. Mart. Whart. *A. S.* tom. ii. 210. Flor. Weſtm. 2 id. Martii. Stubbs.

ODO SCOTUS a patria dictus, in Gallia peregrinans habitum S. Franciſci induit, et eundem ordinem in Scotiam primus intulit, et Galweiae monaſteriolum fundavit. Scripſit *De miraculis a ſe viſis*, lib. i. *Ad fratres ſuos*, lib. i. Obiit Galweiae A. MCCXLI, poſt mortem inter ſanctos relatus; colitur 25 Martii. Dempſter. xiv. 974.

S. ODRANNUS Scotus, S. Patricii diſcipulus, ſcripſit, *Ad Hibernos*, lib. i. *Pro veritate catholica*, lib. i. Martyrio coronatur in Hibernia A. DIX. Colitur 27 Octob. Dempſt. xiv. 986.

OENGUS MAC TIPRAIT ſacerdos, vel (ut alii habent) abbas de Cluainfata Boëtan. Scripſit *Hymnum.* Pr. "Martine, te deprecor." Obiit A. DCCXLV juxta *Annales Ultonienſes.* War. p. 35.

OGILBY [ALANUS] patria Scotus, toto oriente peragrato Conſtantinopoli aliquando vixit, dein Venetiis ſedem fixit, rerum naturalium et linguarum Orientalium peritia clarus. Scripſit, *De virtutibus herbarum*, lib. vi. *De balneis*, lib. iii. Mſ. imperfect. penes Dempſterum. Claruit anno MCCCCLXXI. Dempſter. xiv. 975.

OGYLBY [GUALTERUS] Dempſter. 513. Galterus Ogilvius ſingulari exundans eloquentia, adeo ut hominem verborum copia, ſermonis ubertate, venuſtate ſententiarum, non modo delectare, ſed laſcivire et luxuriare diceres. Hector Boeth. in *Vita epiſc. Aberd.* Scripſit, *Rhetorices flores*, lib. i. *Orationes varias*, lib. i. Vixit et profeſſus eſt in Montano (forte collegio Montacutio) Lutetiae. A. D. MDXX. Dempſter. xiv. 995. Mackenz. vol. ii. 376.

OHEIRNANE [THOMAS] patria Hibernus, decanus Corcagienſis, ſcripſit, Latine, *Ad Jocobum Staniburſtum epiſt. plures.* Stanihurſt. p. 42.

OLDCASTLE [JOHANNES] eques auratus et dominus de Cobham, Wyclevi aſſertor ſtrenuus. Haereſeos in ſynodo cleri Cantuar. provinciae A. MCCCCXIII damnatus eſt, ac ut reus laeſae majeſtatis in turrim Londinenſem conjectus. Ex turri Londinenſi per noctem elapſus in Cambriam fugit. Sed poſt triennium [Fox, quadriennium] denuo captus, ac Londinum perductus A. C. MCCCCXVII 14 Dec. in Aegidii campo ferreis catenis ſuſpenſus, igne vitam finivit. Scripſit Anglice, *Ad parliamentum Angliae* 18 Rich. ii *Concluſiones* xii. " Prima concluſio, quod Anglorum." Lat. Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 163. f. 80. a. *Agricolae querimonias*, lib. i. " Chriſtus Jeſus, qui erat " de." Quia ab Oldcaſtello diſperſus erat hic liber, illi attribuit Baleus, ſed Wiclefo debetur. Uſſer. *Dogmat.* 159. *Symbolum fidei ſuae.* Pr. " I John Oldcaſtell knyght, lord of Cobham, " wolle, that all criſtyn men wyte." Ex *Reg.* Arundel. in vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 355. ſeq. Vide Fox. p. 558. 560. 566. *Confeſſionem et abjurationem.* Pr. " In Dei nomine, " Amen. Ego Johan." etc. Extant ſub ejus nomine in Waldeni *Faſcic. Zizan.* Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 163. f. 90. Fox. 565. Sed notae Balei et Foxii in margine hanc confictam eſſe tradunt. Bal. vii. 63. Fox. *Martyrol.* p. 557. ſeqq. et p. 643.

OLDUS [JOHANNES] doctrinae evangelicae ſecundum reformatos praedicator in civitatibus Coventr. et Litchf. et dioeceſi illa (*Praefat.* ad *Confeſſionem*) Durante perſecutione propter ſex articulos tempore Henrici viii in Staffordienſi agro vixit, ubi hoſpitio exceptus a Roberto Wiſdome et Thoma Becon, a quo elogio ornatur in libro, cui titulus *Jewell of joy* (Strype in *Vita Cranmer.* p. 276.) tempore Edwardi vi fuit unus ex praedicatoribus itinerantibus, et comitatus eſt regios viſitatores in agrum Lincoln. (*Praefat.* ad *tranſlat. Eraſmi* in *S. Pauli epiſtolas.*) Favore amici ſui doctoris Hugonis Latymer ab Anna duciſſa Somerſetenſi praeſentatus erat ad vicariam de Cobington in comit. Warwick. (*Praefat.* ad *Epiſt. canonicas*) Et ſede vacante Herefordenſi 6 Edw. vi literae patentes eum canonicum eccleſiae Heref. conſtituerunt. Mſ. Cotton. Julius, B. 9. Regnum auſpicante Maria in Germaniam aufugit. Scripſit, *Confeſſionem antiquae et catholicae fidei, juxta ordinem* xii *articulorum ſymboli vulgaris.* Angl. lib. i. " My moſt lovynge frends and brethren." Southwark. MDLVI. 8vo. A. Wood. Mſ. Cat. iv. Hic liber dicitur impreſſus eſſe cum privilegio regali, attamen multa continet fidei Romanae tunc temporis in Anglia florenti contraria. *Defenſionem regis Edw.* vi *et eccleſiae Anglicanae ab eo reformatae contra calumnias, etc.* Angl. " Foraſ- " much as the preachers in England." Waterford. MDLV. 8vo. *Praefationem et concluſionem pias per* J. O. *ad conferentias inter Nic. Ridley et Latimer.* Angl. Pr. pr. " Grace and peace, etc. " Good Chriſtian reader" . . . MDLVI. 24to. Tranſtulit in ſermonem patrium *Eraſmi paraphraſes in epiſtolas D. Pauli ad Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, et Hebraeos,* lib. x. Pr. ad lectorem. " Foraſmuche (mooſt gentle reader) as " every." Lond. MDXLIX. fol. ——— *in epiſtolas canonicas,* lib. vii. Pr. ded. Annae duciſſae Somerſet. " Conſydering (moſt vertuous and excellent lady)" Lond. MDXLIX. fol. *Rod. Gualteri homelias de antichriſto,* lib. i. Southwark. MDLVI. 8vo. Hujus tranſlationis meminit Cranmerus in *Confutatione veritatum* non ſcript. *Gardineri de vera obedientia,* lib. i. Vixit exul A. MDLVII. Bal. ix. 62.

OLILLUS rex Momoniae Hibernorum ſupremus. Sub ejus nomine extat *Poëma pervetuſtum deplorans caſum* vii *filiorum in Mucromio praelio.* Obiit circa A. CCXL. O. Flaherti *Ogyg.* p. 326. 328.

OLIPHANTUS [RICHARDUS] illuſtri natus familia in Scotia; Italiae in academia Paduenſi educatus, ubi medicinae ſtudiis ſe addixit. Poſt reditum in patriam Aberdoniae Carmelitam induit, et theologiae operam dedit. Mox Romam proficiſcens Ticini morbo detentus erat, ubi primus ſui ordinis theologiam publice praelegit. Scripſit *Lecturas ſcholaſticas,* lib. i. *Commentarios ſacros,* lib. i. Utrumque opus prodiit Venetiis. *De conciliis oecumenicis,* lib. i. Claruit A. MCCCLXIII. Dempſt. xiv. 891.

OLIVARIUS [PETRUS] Valentinus ſcripſit *In Trogum Pompeium, ſive Juſtinum, et in epiſtolas familiares Ciceronis chorographica* alphabetice ad Edwardum principem Walliae inſcripta. Pr. ded. " Mitto ad te libellum chorographicum, Edvarde." Epiſtola data eſt ex muſeo ſuo Londinenſi. Ibi ait ſe jam deſudare in illo juſto volumine *Geographiae* et rei nauticae invictiſſimo regi patri tuo dicato. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 15. C. I. *Annotationes in Pomponii Melae deſcriptionem ſitus orbis.* Baſil. MDXLIII. Pariſ. MDLXXVII. fol. *Annotationes in Solinum.* Baſil. MDXLIII. fol. Quaere tamen an harum autor *Annotationum* idem ſit cum Petro autore *Chorographicorum*; quia hic ſe Petrum Johannem Olivarium nominat in *Annott. Rationem legendae hiſtoriae.* Pr. ded. Edw. vi. " Cum multis ex rebus." Mſ. reg. Weſtmon. 12. A. liv.

OLIVERIUS MALMSBURIENSIS monachus, et mathematicus inſignis, adeo ut apud vulgus MAGUS audiverit; poſt ſecularium enim literarum ſtudia, curioſis artibus, quod monachis commune tunc erat, et mente et animo ſe totum dedidit. Scripſit *Aſtrologorum dogmata,* lib. i. *De planetarum ſignis,* lib. i. *De geomantia,* lib. i. Claruit A. MLX. Bal. ii. 51. Pitſ. p. 187.

OLNEY [JOHANNES] ab inſula natali juxta Gloceſtriam cognominatus, monachus ordinis Carthuſienſis. Scripſit *Miraculorum B. Mariae virginis* lib. v. " Ad honorem D. virginis Ma- " riae." *Meditationes ſolitarias,* lib. i. Claruit A. MCCCL. Bal. v. 72. Pitſ. p. 474.

S. OMERO [JOHANNES de] patria Norfolcianus. Publicati erant rythmici verſus *De Norfolcienſium moribus,* ſeu *Deſcriptio Norfolciae* (ironice) per quendam monachum Petroburgenſem.

Pr. " Exiit edictum ab Augusto Caesare." Ms. Cotton Titus, A. xx. 43. In defensionem patriae scripsit *Impugnationem descriptionis de Norfolciensium moribus seu Norfolciae per quendam monachum burgensem.* Rhythmice. Pr. " Edictum fingitur factum a Caesare." Ms. Cotton. Titus, A. xx. 44.

S. ONANUS diaconus Scotus scripsisse fertur *In varios Scripturae locos*, lib. i. Claruit A. MX. Colitur die 23 Decemb. Dempst. xiv. 984.

ONLEY [ROGERUS] sive BOLINGBROK [Quaere, Whether his name was BOLINGBROOK ONLY: for Stapleton (vide *Counterbl.* f. 61.) charges Fox with feigning the name ONLY by a mistake of Harding, for the common word *only*: Vide supra Hardingum] in occidentalibus Angliae plagis natus, Oxoniensis academiae alumnus et philosophus, Eleonorae Cobham ducissae Glocestrensi (D. Humfredi uxoris) a sacris; Wiclevista, et Necromantiae accusatus fuit. Scripsit *De sua innocentia*, lib. i. *Contra vulgi superstitiones*, lib. i. Laqueo mortem passus est Londini. A. MCCCCXLII. Bal. viii. 4. Fuller, *Ch. Hist.* iv. 172.

OPICIUS [JOHANNES] Anglus, ut mihi verisimile videtur, poëta optimae notae. Scripsit, carmine Latino, *De regis Henrici* vii *in Galliam progressu.* Pr. " Bella canant alii Trojae, pro- " strataque dicunt." *De ejusdem laudibus sub praetextu Rosae purpureae. Dialog. inter Mopsum et Meliboeum.* Pr. Mops. " Quae te cunque tuis tanto Meliboee capellis." *Exhortationem mortalibus, ut Christi natalitium* (MCCCCXCVII) *concelebrent.* Pr. " Ilicet O nonas inter quae est prima sorores." Ms. omnia autographa in Cotton. Vespasian. B. iv.

OPILIO [LUCAS] Colcestriae in agro Essex. natus; poëta valde facetus, in poëmatibus et rhythmis Skeltono non inferior. Scripsit Anglice *Adversus veritatis osores libellos aliquot.* Transtulit in metra Anglicana *Psalmos aliquot.* Claruit A. MDLIV. Bal. par. post. p. 109.

ORESME [NICOLAUS] Anglus. Dicitur hic decanus fuisse Rothomagensis, cui vulgo adscribitur *Versio Bibliorum Gallica:* Attamen P. Simon (in *Histoire critique*) hanc versionem asserit esse Petri Comestoris historiam Biblicam a Guiscardo Molinaeo, A. D. MCCXCVII. Gallice versam. Placcius ii. 471. Scripsit, *De motibus sphaerarum*, lib. i. " Ad pauca respicientes de." Ms. bibl. Savil. 16. A. Wood. Ms. Pits. princ. *Divinationum*, lib. i. Ms. olim penes Joh. Dee. *De proportionibus proportionum*, lib. i. Ibidem. Ad finem Gabr. Poweli *Disput. de antichristo*, lib. ii. Lond. MDCV. 8vo. habetur *Bulla Luciferi ad praelatos pontificiae ecclesiae*, qui se in apostolorum locum successisse gloriantur ante annos 213. a Nicolao Orem S. theol. doctore conficta. Pr. " Lucifer prin- " ceps tenebrarum, circa." Quidam Nicolaus Oresmius Lexoviensis episcopus Caroli v Franc. regis praeceptor claruit A. MCCCLXXVIII. Scripsit *De mutatione monetarum*, quae extat in *Bibl. patrum*, tom. ix. c. 661. Multos ille libros Aristotelis, Ciceronis, et aliorum autorum convertit in Gallicam linguam. Ita *Index autorum in bibl patrum Paris.* MDCLIV. fol. tom. xvii.

S. OTGERUS diaconus Scotus, evangelium Christi in Belgio propagavit. Scripsit *Pro synodo Germanica* lib. i. Claruit A. DCCLVII. Sepultus est in ecclesia Montis Petri juxta Ruraemondam, cujus urbis patronus est. Dempst. xiv. 970.

ORLETON [ADAMUS de] male exaratur de ORBETONE in Trivet. *Contin.* p. 26. juris canonici professor, inductus in praebendam de Wendeshe eccl. Wellen. de mandato apostolico, 2 Sept. MCCCX. *Regist.* Drokenesford. Episcopus primum Herefordensis, provisus MCCCXVI, 7 cal. Maii[a] (Adam Murimuth) deinde Wigorn. et tandem Winton. Scripsit, *Responsiones ad appellationem contra ipsum propositam* anno Domini MCCCXXXIV. Princ. " Ad detegendam falsitatem ma- " teriae." Ex Ms. dom. rog. Twysden evulgatas inter *Decem Scriptores*, fol. 2763. *Quaedam ad Johannem P. de rebus quibusdam et controversiis ad ecclesiam suam spectantibus.* Ms. bibl. Cotton. Vitell. E. iv. 9. Godwin. Obiit 18 Jul. MCCCXLV.

[a] His *Congé d'Elire* was dated 7 Apr. MCCCXVII. He received the temporalties July 13, was consecrated Sept. 22 following, and in October or November MCCCXXVII he was translated to Worcester by the pope, had restitution of the temporalties made to him 2 March following, and 1 Dec. MCCCXXXIII was translated to Winchester by papal provision, and had the temporalties restored 23 Sept. MCCCXXXIV. Le Neve *Fasti eccl. Angl.*

ORMESKIRCUS [ROBERTUS] patria, ut videtur, Lancastrensis, frater Carmelita, S. theologiae doctor Oxoniensis. Scripsit contra Stockum et tres praedicatores *Tractatum de confirmatione ordinis Carmeli secundum libros et jura.* Pr. " Quod fratres ordinis B. Mariae genitricis Dei." Ms. Bal. Sloan. 4to. f. 197. *Scutum breve Carmelitarum de ordinis etiam confirmatione a jure communi.* Pr. " Romani pontifices et jura canonica regulam ordinis B. Mariae genitricis Dei de " Monte Carmeli, et institutionem ab antiquo approbare." Ibid. Ubi fol. 138. sunt *Excerpta ex his tractatibus—Capituli provincialis Doncastr.* MCCCLXXVI celebrati mentionem faciens: " Tunc " temporis degebam ego Rob. Ormeskirk procurator Windesorae in conventu Oxoniarum." Claruit A. MCCCLXXX et Oxoniae tandem obiit. Bal. xii. 10. Pits. p. 541. In Ms. *Epit.* Lel. f. 118. ita de auctore nostro: " Robertus Ormeskyrk, Oxoniensis Carmelita, scripsit pro suo or- " dine contra aemulos ejusdem, lib. i."

OROSIUS Anglorum historiographus, ita a Gulielmo Malmsbur. *De Antiq. Glaston. eccl.* p. 332. dictus, qui ibi citatur tanquam post A. D. MLXXXI vivens, unde diversus haud dubio est a Paulo Orosio, qui seculo quinto floruit. De quo vide Vossium *Hist. Lat.* lib. ii. cap. 14.

ORUM [JOHANNES] collegii Universitatis Oxon. alumnus A. MCCCXCIX (Ms. Smith) et A. MCCCCVI, MCCCCVII, commissarius Richardi Courtney cancellarii Oxon. S. theol. professor; et

 occurrit

occurrit A. MCCCCX in *Reg.* Wellensi canonicus ecclesiae illius cum A. 9 Hen. iv. ad praebendam de Holcomb in ecclesia Wellen. collatus fuisset. A. MCCCCIX 4 Januar. fuit admissus praebendarius de Friday Thorp in ecclesia Ebor. Et A. MCCCCXI archidiaconus tam Cornubiae quam Barnstapliae. Eodem anno 21 Decemb. praesentatus est ad ecclesiam de Rode, quam permutabat 13 Apr. MCCCCXIV pro ecclesia de Kaynaston dioec. Sarum. A. Wood. Ms. C. 33. et 93. A. MCCCCXXVIII, Feb. 18. ad cancellariatum ecclesiae Exon. collatus. Scripsit *Lecturam super Apocalypsin in ecclesia Wellensi.* Pr. " In nomine Jesu. Flecto genua mea ad patrem," etc. (Breviloquium S. Bonaventurae incipit " Flecto," etc.) Ms. bibl. Bodl. super D. i. Art. 123. Sunt alia in hoc libro anonyma forsan huic Johanni ascribenda. Extant " Replicationes contra iv doctores in theologia " in iv lib. Sentent." in Ms. coll. Corp. Chr. Oxon. 116. Quaere an hujus Johannis sint? Claruit circa A. D. MCCCCX, et forte obiit circa A. MCCCCXXXVI, quia Will. Tytham mense Sept. A. MCCCCXXXVI collatus fuit ad cancellariatum Exon. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 62.

OSBERNUS, sive OSBURNUS[a], a Trittemio Osbertus dictus, praecentor Durovernensis, et unicus sui temporis phoenix, tota Europa a crassissima barbarie occupata, tanquam sol novus, radios sui ingenii per libros non morituros toto nostro orbe sparsit. Quare nemo mirabitur illa tempestate monachos in pretio fuisse maximo, cum intelligat hujus fortis homines ex illa secta prodiisse. Facile, inquam, facile raram hominis virtutem vidit Lanfrancus Italus, tum Gulielmi Victoris beneficio Durovernensis archiepiscopus et Angliae primas; junxitque illum sibi arcta amicitia; cui adjecit etiam imperium, sed dulce, sed utile, sed honestum: exegit enim ab illo, quod alias sua sponte fecisset: id est, ne stylum tersum, elegantem, floridum otio sineret rubiginem contrahere. Jamque Aelphegus martyr a Dacis cruentissimis, regnante Ethelredo, principe infortunatissimo, Grennovici, quarto a Londino milliario, impie trucidatus, coepit signis quibusdam clarescere, usque adeo ut divorum numero adscriptus sit. Quae res ut toti orbi innotesceret, Lanfrancus provinciam Osberno designavit, ut libro edito, tanti martyris vitam, virtutes, miracula mundo et aeternitati consecraret: quod ille tam egregie praestitit, ut nullum elegantiae, si tempora recte consideres, omnem autem locum admirationi reliquerit. Vis paucis, candide lector, intelligere qualis, quantusque fuit? Unius Gulielmi Meldunensis in hac parte testimonium multorum instar erit. Accipe igitur quid libro secundo *De regibus Anglorum* scribat: " Plura et non contemnenda de viro (Dunstanum, " Cantiorum archiepiscopum, intelligit) volentem dicere revocat Osbernus Cantuariensis qui ejus " vitam Romana elegantia composuit, nulli nostro tempore stylo secundus, musica certe omnium " sine controversia primus." Nullus mihi nunc restat amplius dicendi aut laudandi locus, nisi velim, post tanti viri suffragium, solem, ut est in proverbio, lucerna accendere. Quare tantum monstrabo pauca ex multis, quae conjectura est, illum scripsisse: nam hi libri quod sciam, soli extant: *De vita Dunstani*[b]. *De vita Aelphegi*, prosa[c] et carmine[d]. *De re musica*[e], cujus et libri Gulielmus a Meildulphi-curia in quarto libro *De regibus Anglicis* meminit, quo loco Goscelinum Bertinianum a musica commendat his verbis: " Musicae porro primam palmam post Osbernum " adeptus.[f] " Ex *Lelando.*

[a] Osbernus patria Cantianus, a pueritia in coenobio Cantuariensi educatus, postea ibidem monachus, praecentor, et supprior. Whart. [b] Lib. ii. " Universis catholicae " ecclesiae matris, etc. Multorum saepe ac venerabilium " virorum." Ms. Harl. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. H. 2. et I. 12. Ms. Gresham. 16. Ms. Cotton. Tib. D. iii. Vitel. D. xv. pp. Ms. Lamb. 159. fol. Pr. l. " Regnante " magnifico rege Ethelstano." Extant apud *Acta sanctorum Antverpiensia* Maii, tom. iv. p. 344. et Mabillonii *Acta Bened. Saec.* v. p. 654. Horum librum primum ex cod. Lambethano edidit, annotationibusque illustravit cl. Whartonus *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 88. Primus codex Ms. extat sine praefat. in Ms. bibl. Bodl. Digb. 110. [c] Lib. i. prosa. Pr. pr. " Omnibus in fide Christi manentibus, etc. " Si coelestis sententia." Pr. lib. " Principium nascendi " splendidissimus." [d] Versu, lib i. Pr. " Ut super " omnes melos." Compendium hujusce *Vitae* extat apud Capgravii *Legendam novam*, atque exinde apud Surium die 19 Aprilis. Genuinum Osberni opus evulgarunt *Actorum Antverpiensium* collectores die 10 Aprilis, imperfecte tamen. Edidit ex cod. Lambeth. notasque adjecit Whartonus, *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 122. Extat etiam Ms. in bibl. Cotton. Otho, A. 12. et Vitellius, D. 17. et Tiberius, D. 3. et Nero, C. vii. et in coll. Jesu Oxon. Ms. Ast Ms. bibl. Bodl. Digb. 110. caret praefatione. Pitseus refert, *Vitam Aelphegi per Osbernum* Ms. extare tum versu tum prosa in bibl. S. Bened. Cant. *Aelphegi vitam* scripsit Osbernus monachus Durobernenis, vir suo tempore eloquentia valens incredibili. Scripsit etiam Osbernus *Translationem S. Aelphegi a Londonia ad Cantuariam*, lib. i. " Quia venerandam " B. Martyris." Extat mutila ex Harpsfeldii *Hist. eccl.* apud *Acta sanctorum*, Antwerp. die 19 Aprilis. Perfectam edidit Whartonus ex codice Lambeth. *Angl. Sacr.* tom. ii. p. 143. *De vita S. Odonis*, archiep. Cantuariensis. Pr. " Venerabilis Christi confessor Odo nobilibus." Ms. Langb. 159. Extat apud Mabillon. *Saec. v. Act. Bened.* Extant omnes *Vitae* ab Osberno conscriptae in Whart. *Angl. Sacr.* vol. ii. p. 73. An vita S. Odonis, quae extat, Osberno, aut Eadmero adscribi oporteat, non disputo; eam tamen Osberni fuisse potius quam Eadmeri fatetur stylus. Utrum Bregwini *Vita*, quae nuper publici juris facta est, Osbernum habuerit autorem, merito ambigitur: Illa Johanni Tinmoutho attribuitur. [e] Praeter libros supra memoratos scripsisse fertur, *Vitas S. Martini, Odilonis, Maiolae, et aliorum*, lib. i. Ms. in bibl. coll. Corp. Chr. Cantab. juxta Pitseum. *Epistolarum familiarium* lib. i. *De vocum consonantiis*, lib. i. *Panormiam*, lib. i. " Cum in nocte " hyemali," etc. (Bal.) Hic ascribendus est Osberno Glocestr. [f] Vide de Osberno Lelandi *Cygneam cantionem*, p. 68. Ex *Obituario Cant.* constat Osbernum obiisse 4 cal. Dec. Whart. Claruit anno MLXXIV. Bal. ii. 54. Vide Cave, ii. p. 344. Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. praef. p. viii. etc. Pits. p. 189.

OSBERNUS sive OSBURNUS[a], monachus CLAUDIANUS, sive GLOUCESTRENSIS, vir praeter omnem illius aetatis sortem in Latina lingua elegans juxta ac facundus. In philosophia etiam magna cum felicitate versatus; tum praeterea tam exactus theologus, ut etiam cum veteribus ipsis (absit invidia dicto) conferri possit. Deum immortalem! quantum ille laudis

[a] Osbernus Claudianus. Pits. p. 207. Glocestrensis. Bale. ii. 78.

suo

ſuo peperit coenobio, dum monachus monachos literis inſtruit, format, adornat! Quantum ille bonarum horarum in ſcribendis libris bene collocavit! neque interim tamen ſuae eloquentiae nervos in canoras nugas, et ingenii oſtentationem intendebat. Sacras literas aggreſſus, magno animo maxima quaeque praeſtitit; illas meditabatur, illas fere ſolas interpretabatur. Quo nunc autem ſpiritu, quo judicio, qua denique fide illud fecerit, doctorum eſto judicium. Illud vero, quod in commentariis ſuis, dialogis plerunque uſus ſit, cum philoſophis et theologis probatiſſimis, tum Graecis, tum Latinis commune habet. Eſt enim in dialogis neſcio quid latentis gratiae, quod lectoris animum delectet, rapiat, detineat. Hamelino, abbati ſuo tantae eruditionis nomine, ter ac quater charus erat. Familiaritate uſus eſt Nicolai, neſcio an ejuſdem coenobii monachi; quem in *Prologo dialogi ſui in Geneſin* hominem ſanae doctrinae ac eximiae ſcientiae appellat. Multa ſcripſit, quae aliquot abhinc annis ornamento maximo fuerunt Claudianae bibliothecae. Sed cum illuſtriſſimus rex noſter Henricus, ejus appellationis octavus, palatinam ſuam bibliothecam Londini adornaret, libri ab Oſburno ſcripti a Claudia in bibliothecam regis tranſlati ſunt; quos modo nuſquam alibi gentium extare arbitror: nam erant archetypi in nulla novo exemplaria, quantum colligere poſſum, tranſcripti. Sed nunc ad indicem librorum, quos per dialogos ſcripſit [b]: *In Geneſin. In Exodum. In Deuteronomium. In Numeros.* Qui ſequuntur continua oratione, non autem per dialogos ſcripti ſunt: *Super* [c] *librum Judicum*, libr [d]. vi. ad Gilibertum epiſcopum Herefordenſem. *De incarnatione Domini* [e]. *De nativitate Domini* [f]. *De paſſione* [g] *Domini*, vel *De ſacramentis paſſionis Chriſti. De reſurrectione Domini* [h]. *Panormia* [i] *ad Hamelinum abbatem*; et hic liber nunc ex tot ſolus in bibliotheca Claudiana extat. Vixit, regnante Henrico primo, et Stephano [k]. Ex *Lelando*.

[b] In bibl Bodl. regia Weſtmonaſter. extat Mſ. codex folio grandi 6. D ix. idem cum codice a Lelando memorato: continens opera ſequentia Oſberni monachi Gloceſtr. *Dialogus primus Oſberni in quaeſtionibus de Geneſi.* Pr. "Cum "ego et Nicolaus meus vir." *Dial. in Exodum.* Pr. "Debitae ſponſionis colloquium." *Dial. in Leviticum.* Pr. "Ex quo, mi Oſborne, ad pollicitum." *Dial. in Numerum.* Pr. "Vera fatebor, nec eſt veris." *Dial. in Deuteronomium.* Pr. "Quamvis plurimae artes et."
[c] Super opus. Mſ. Lel. Trin. [d] Lib. v. Bal. ii. 78. Pitſ. p. 207. vi Mſ. Lel Trin. Pr. dd. Gilberto, etc. "Cum plurimae artes et diſciplinae." Mſ. reg. Weſtmon. 6. D. ix. [e] Pr. "De Chriſti incarnatione ſcripturus." Ibid. [f] Pr. "Solet nativitas redemptoris." [g] Pr. "Eſt laudandus redemptor." Ibid. [h] Pr. "Poſtquam "de ſacramentis paſſionis." Ibid. [i] *Quaſi vocabularium*, lib. i. "Cum in nocte hyemali," etc. Hic liber a Baleo etiam Oſborno Cantiano adjudicatur. [k] Claruiſſe ferunt Oſbernum Gloceſtr. anno MCXL. Bal. ii. 78. Pitſ. pag. 207.

OSBERNUS WESTMONASTERIENSIS coenobii, prior ſcripſit *Vitam S. Edwardi regis et confeſſoris*, cap. 30. Pr. ded. Alberico legato, "Quia tibi, antiſtes Dei electe." Pr. pr. "Inſignia virorum fortium geſta." In Mſ. A. 2. coll. C. C. Cantabr. ſunt *Geſta ſanctorum* manu antiqua in quarto. Codicem claudit *Vita Edwardi regis et confeſſoris prolixa abbreviata ex tractatu domini Oſberni Weſtmonaſt. prioris.* Illi praefigitur *Excerptum epiſtolae dom. Oſberni prioris Weſtmonaſt. ad Albericum legatum epiſcopienſem.* Whart. Mſ. L. pag. 61. in bibl. Lambeth.

OSBERTUS DUMBLANENSIS epiſcopus ſcripſit *Orationes facundiſſimas*, lib. i. *Hymnos de ſanctis*, lib. i. *De cauſis ſecundis*, lib. i. *De praedeſtinatione*, lib. i. Obiit A. MCCXXXI. Dempſt. xiv. 981.

OSBERTUS JEDBURGENSIS monaſterii ordinis canon. S. Auguſtini, primus abbas creatus anno MCXLVIII. Scripſit *Ad Davidem* ii *regem fundatorem*, lib. i. *De fundatione monaſterii ſui*, lib. i. *Regulam ad fratres*, lib. i. *Acta capituli*, lib. i. Obiit A. MCLXXIV. Dempſt. xiv. 979.

OSBERTUS [a] Stocha Claranae alumnus, monachus fani Petri, quod Londini celeberrimum eſt, virtutem et bonas literas praeter caetera quaeque merito excoluit. Non defuit inſtituto, tam undecunque honeſto, ſuum praemium: nam eo nomine praeſes ſecundarius [b] monachis Petrinis ſuffragio publico deſignatus eſt. Auxerat in immenſum gloriam fani Petri Eadveardus rex, Ethelredi filius primus regum ſui generis ibidem moriens ſepultus eſt. Fuit ille quidem vir magnae ſimplicitatis, et apud pleroſque ſanctitatis calculo celebris. Noluit Oſbertus tam clari principis vitam et facta illuſtria poſteritati obſcura eſſe; et opportune arrepto calamo, *Vitam* tanti herois accurata perſcripſit [c] diligentia, nec minori elegantia aut fide. Opus vero dedicavit Alberico, legato Innocentii pont. Rom. Scripſit etiam *Vitam Ethelberti* [d] martyris; quem librum dedicavit Giſleberto, epiſcopo Henoforthenſi [e]. Ex *Lelando*.

[a] Oſbertus de Stoke, Claranae urbis alumnus. Mſ. Lel. Trin. Clarentius, vel de Stokeclare dictus, ab oppido natalitio in agro Suffolcienſi. [b] Id eſt, prior. Vid. *Monaſt. Angl.* i. 361. In coll. Fr. Thin. Anſtis Mſ. e libro Elienſi, extat epiſtola, cujus principium ſic ſe habet: "Excellentiſſimi ſenatus Elienſis eccleſiae ingenuis patribus municipii Clarenſis indigena conſenator capitolii eorum Oſbertus." Et paulo inferius, "Oſbertus, prior Daventrenſis eccleſiae." [c] *Vitam S. Edwardi*, lib. i. "Reverendiſſimo domino Alberico." Pr. "Innocentii ſummi pont. ſanctaeque Rom. eccl." Epiſtola Alberico extat Mſ. Cotton. Vitell. A. xvii. Suſpicor idem eſſe opus cujus abbreviatio reperitur Mſ. Cantab. in bibl. C. C. Chriſti W. 2. [d] Lib. i. "Glorioſus orientalium Anglorum "rex." Mſ. ibid. "Summo acceptus rex." Mſ. bibl. coll. Univ. Oxon. P. 7. Mſ. C. C. C. Cantabr. W. 2. cui Oſberti nomen affigit M. Parkerus. [e] Scripſit etiam *De vita, tranſlatione, et miraculis S. Edburgae, monialis Winton*, lib. i. "Fidelibus in Chriſto ſororibus." Olim in bibl. Rameſ. et Fr. Praedic. Thefford. apud Boſton. Burienſem. Ex quibus multa excerpſit Lelandus *Collect.* tom. i. p. 337. *Miracula martyris Edmundi*, lib. i. "Cum laureatus Dei martyr. cap. "13." Tempore regis Henrici primi quaedam." Mſ. bibl. Bodl NE. F. x. 6. ad finem *Hiſt. aureae* Jo. Tinmouth. lib. xxii. c. 4. *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. "Innocentii ſummi pontificis." *Epiſtolas plures*, (2 vol. apud Boſton. Bur.) lib. i. "Praeclaros virtutum titulos." Mſ. in bibl. Lumleiana, unde nunc in Cotton. Vitell. A. xv Vita Dunſtani apud *Surium* 19 Maii noſtro aſcribitur, ſed male. Whart. *A. S.* tom. ii. 14. In Mſ. Cotton. Vitell. A. xvii.

Epiſtolae

Epistolae sunt hujus Osberti de Clara 38. (prima Alberico praefixa vitae S. Edwardi) in quibus praecipuae sunt *Epistola ad Adelidem abbatissam Berching, de armatura castitatis.* Pr. "Inter illustres." *De conceptione B. Mariae virg. ad Warinum priorem Wigorn.* Pr. "Rogasti me, pater." *Versus in laudem Henrici Novi R.* Pr. "Dux illustris Normannorum." Floruit ab anno MCVIII ad MCXL, quod ex epistolis ejus in bibl. Cotton. asservatis constat. Whart. l. c. Claruit anno MCXXXVI. Bal. ii. 75. Pits. pag. 204. 205.

OSBERTUS SCOTUS natione, canonicus ordinis S. Augustini in coenobio regio S. Crucis juxta Edinburgum, et tandem ibidem abbas. Scripsit *Acta S. Davidis fundatoris*, lib. i. Obiit A. MCXLI. Dempst. xiv. 980.

OSMUNDUS, episcopus Severianus, quamvis Nortomannus, locum tamen inter Anglos quodammodo ambit. Is Hermanno Flandro, ejusdem urbis primo antistiti, successit, vir praeter generis nobilitatem (erat enim Gulielmo mag. sanguine conjunctus, dignitate autem comes Sagiensis, et postea comes Durotrigum, ac Angliae cancellarius) et literas, ad maximas res gerendas compositus, id quod ex ejus factis liquido apparebit. Namque ut primum pontificiis infulis ornatus fuit, augustam basilicam ab Hermanno Severiae inchoatam ad umbilicum perduxit, extantibus etiam nunc tantae molis ruinis. Deinde viros, ut illa tulerunt tempora, doctissimos liberalitate sua in collegium canonicorum adscivit. Utque ipse [a], tanquam antesignanus, caeteris, qui una cum illo militabant, exemplo ad virtutem esset, nobilem bibliothecam, comparatis in hoc optimis juxta ac antiquissimis illustrium autorum monumentis, Severiae posuit. Quid ego hic plura de ejus clarissimis factis et virtutibus longa orationis serie adnecterem? Quae fecit, omnia notiora per scriptores sunt, quam ut nostro ulla parte calamo indigeant. Quare non frustra conabor tantum solem exigua et male lucida nostri ingenii facula accendere, contentus tantum docere quod a Ranulpho Higdeno Castrensi didici; nempe Osmundum scripsisse *Canones* [b], quos bona pars presbyterorum Anglicorum in liturgiis celebrandis observant: tum praeterea *Vitam D. Aldhelmi* [c], emisso libello, posteritati dedicasse. Floruit [d], Gulielmo Nortomanno Anglis imperante. Primum autem tumulatus fuit Severiae, de cujus antiquitate abunde dicemus in libro *De civili historia*; ibique non inglorius ad multos annos jacuit. Deinde cum Pons Hornamensis, cui nunc Neoseveriae inditum nomen, ex humili pago in justam usque civitatis magnitudinem adcrevisset; et nova basilica, qua vix ulla magnificentior, ibidem posita a Richardo Pauperculo fuisset; illuc [e] ex veteri urbe translatus est, ac divorum numero ascriptus. Ex *Lelando*.

[a] Amore tanto erga literas flagrabat, ut ipse nec libros scribere, nec scriptos ligare fastidiret. Malmsb. [b] *Canones officiorum ecclesiae*, lib. i. *Consuetudinarium ecclesiae*, lib. i. Vide tamen annon idem liber? [c] Hinc erravit Baronius, qui eum Anselmi vitam scripsisse refert. Godw.

[d] Obiit Anno MXCIX 4 die Dec. juxta Obituar. Sarum. Et 3 non. Decemb. feria 6. juxta Florent. i. et Simeon. Dunelm. Et 3 Dec. juxta Godw. 4 Dec. viz. dies obitus ejus constituitur dies festus. A. Wood. Ms. Godw.

[e] Sepultus nunc jacet inter Capellas Salve regina et S. Stephani juxta Obituar. Sarum. translatus est illuc MCCCCLVII. 23 Julii Calend. Ms. Whart. S. 138. in bibl. Lambeth. In capella, sc. B. Mariae, ubi saxo marmoreo inscribitur anno MXCIX. Godw. Vide Bal. xiii. 14. Godw. p. 388. seq.

OSTOPHORUS [a], Pharensis monasterii alumnus, in albo illustrium virorum a me ponendus, ita probe omnes adolescentiae suae annos cum humanioribus tum divinis literis consecravit, ut non prius in virum evaserit, quam nomen decusque ab insigni eruditione sibi comparaverat. Lubet igitur in ejus gratiam pauca de Phario, sive Pharensi monasterio, sed quae venerandam referant antiquitatem, dicere. Pharos editissima specula est, aequori prominens, in ea parte Eboracensis provinciae, qua Esca fluvius in mare se exonerat; olimque a Saxonibus STREONESHALC dicebatur, Latine autem, Beda interprete, Sinus Phari. Sed jam antiqui nominis nulla prosus apud incolas mentio: nam recentiora saecula locum PRESBY, deinde et WHITBY appellaverunt. Hic Hilda, Begae vestalis quondam discipula, relicto sacrarum virginum collegio, in Cervinia, alias HERTPOLE peninsula, ostio Thesis fluminis adjacenti, sito, novum monasterium, favente Oswio, Northumbriae rege, foeminis juxta ac viris sacrum, posuit. Ex quo postea tot clara utriusque sexus lumina prodierunt, ut insolito quodam virtutum fulgore totam late Britanniam illustraverint. Neque ego haec sine Bedae testimonio adfirmo, qui eadem 20 cap. quarti libri *Ecclesiasticae historiae* scribit. Nos tamen, nobilium foeminarum grege relicto, pauca ex multis doctorum nomina subjiciemus. Prodierunt itaque ex monasterio Pharensi, tanquam ex literarum foecundo alveario, Bosa, qui, expulso Wilfrido, Deirorum provinciae episcopus designatus est. Deinde Aetla et Joannes; quorum ille Durocastrensis, hic Eboracensis episcopus fuit. Prodiit et Wilfridus Magnus, Eboracensium antistes, una cum Tattofrido, viro cum doctrinae, tum ingenii plane excellentis; qui electus in episcopum Wicciorum, ante diem obiit, quam consecraretur: quo mortuo, Boselus successit, et Boselo Ostophorus, de quo nunc scribimus. Is tamen non paucos ante annos, relicto Pharensi monasterio, Theodorum, Cantiorum archiepiscopum, ut Graecae linguae gustum acciperet, adivit. Postea etiam Romam profectus est, ut studiis suis colophonem adderet. Quae omnia cum ex animi sententia perfecisset, in patriam non inglorius rediit. Divertens ad Wiccios, quibus tunc Oricus rex praefuit, ibique post multam evangelii messem factam, ipso procurante Boselo, episcopus [b] designatus est. Sed, pro dolor! saevientibus postea barbaris Dacis per omnia fere mo-

[a] Ostforus Godwino et Pitseo, et Osfertus Pitseo. Rectius, juxta Bedam, Oftfor. [b] Anno DCXCI. Godw. et eodem anno archiepiscopus Cantuar. renunciatus ab Aethilfredo, sed ante consecrationem defunctus est; sc. exeunte anno DCXCI. Whart. *A. S.* vol. i. 470.

nasteria Angliae, ignis edax, quantum ego divinare possum, quicquid olim scripsit Ostophorus [c], penitus absumpsit. Ex *Lelando*.

[c] Scripsisse fertur *Homelias eruditas*, lib. i.——Claruit A. DCXC. Bal. Obiit A. DCCIV. Pits. Sed quaere annon antea; quia Egwinus consecratus erat episcopus Wiccienfis anno DCXCIII. Godw. Vide Bal. i. 85. Pits. p. 114. Godw. p. 500. seq.

OSWALDUS ANGLICUS a patria Carthusianus a professione dictus, Parisiis monachum induit, et inde per Angliam, Scotiam, et Hyberniam ordinem suum propagavit. A. MCCCCXXIX Jacobus i Scotorum rex monasterium Carthusianorum in oppido Perthi fundavit, et ei hunc Oswaldum praefecit. Scripsit, *De correctura librorum sui ordinis*, lib. i. *De remediis tentationum*, lib. i. *Portiforium*, lib. i. Ms. in bibl. C. C. C. Cantabr. K. x. *Meditationes solitarias*, lib. i. *Epistolas ad amicum suum Joannem Gersonem*, lib. i. Transtulit e Gallico in Latinum *Gersonis opera quaedam*, lib. i. Claruit A. MCCCCL. Bal. viii. 16. Pits. pag. 644. Obiit 17 calend. Octob. A. MCCCCXXXVII. Dempst. xiv. 976.

OSWALDUS [a], monachus Vigorniensis, genus non ignobile ab Oswaldo, episcopo Vigorniensi, duxit. Et quoniam propheta in sua, ut aiunt, inglorius patria; voluit non inconsulte foris studiorum in bonis artibus inchoatorum circulum absolvere, et famam non morituram inde sibi comparare. Monasteria Galliae Belgicae celeberrima faustissimis plane avibus petiit, fanum videlicet Bertini, fanum Vedasti, et Corbeiam; deinde et fanum Dionysii Parisiensis ac Latiniacum, nobile Fursaei nobilioris opus, postremo et Floriacense coenobium. At interim fanum Bertini praeter caetera toto excoluit pectore: quo loco non passus animum iniquo torpescere otio; literis strenuam certe impendebat operam, et eruditissimum in illis regionibus quemque arctissima sibi devinxit consuetudine, devinctumque singulari candore quodam felix detinuit. Constantinum [b], monachum Floriacensem, grammaticum insignum, praecipuum inter amicos transmarinos habuit: usque adeo, ut amor plane eximius excitaverit Constantinum, impuleritque transmittere epistolam non inelegantem, versibus elegiacis scriptam, ad Oswoldum, episcopum Vigorniensem, hominem mediocriter eruditum, at interim eximie pium, ut vel hinc antistes intelligeret, quanti ejus consanguineum sodalem individuum faceret. Oswoldus haec videns Constantini strenue diligentiam in literis persecutus est, et librum *Sacrarum precationum*, partim carmine, partim soluta oratione, contexuit. Extat et ejus *De componendis epistolis* opusculum, instar epistolae [c]. Tantum memini reperisse me duos lucubrationum Oswoldo codices; unum Glessoburgi Somurotrigum, alterum Ramesegae Fennicolarum [d]. Ex *Lelando*.

[a] Oswaldi vitam scripsit Eadmerus. Extat Londini MDCXCI. Eum antea designavit Folcardus, monachus Cantuariensis. Extant etiam et alia de eo scripta, quae apud Capgravium et Mabillonium *Saec*. v. in parato sunt.

[b] Hunc esse necromanticum, et Oswaldi librum *Precationum sacrarum* esse *quasdam invocationes* non minus impie quam inepte afferit biliosus Baleus.

[c] Scripsit etiam, *De cdendis carminibus*, lib. i. In coll. Corp. Chr. Cantabr. Ms. K. x. adhuc extat S. Oswaldi, episcopi Wigorn. *Portiforium*, sic dictum, quod illius olim fuerit ab eo ecclesiae Wigorniensi legatum. Ms. Wharton. in bibl. Lambeth. Y. 11.

[d] Claruit anno MX. Bal. ii. 43. Pits. p. 181.

OSWEN [JOHANNES] typographus Londinensis an Gippovicensis. Transtulit in Anglicum sermonem, *S. Ambrosium de oppressione*. Lond. MDL. 16°. *Calvini tractatum docentem quid viro pio inter pontificios degente agendum*. impr. Gippovici per Joh. Oswen. MDXLVIII. 8vo.

OTTEBY [JOHANNES] musicus peritissimus. Scripsit *De proportionibus musicis*. Pr. "Quid est proportio?" Ms. Lambeth. 142. 4to. Claruit A. D. MD. Ms. Lambeth. l. c.

OTTERBURNUS [ADAMUS] patria Scotus, advocatus regius sub Jacobo v dominus de Auldhame, consiliarius regius, unus ambassiatorum regis Scotiae ad tractandum de pace cum rege Angliae. Rymer, *Foeder*. vol. xiv. 21. advocatus MDXXVIII. Ibid. xiv. 275. Legatione ad Henricum viii Angliae regem anno MDXXXIV functus est (Hollinsh. ii. 937.) Buchanani praeceptor. Scripsit *Carmina varia*, lib. i. Dempst. xiv. 982.

OTTERBURNUS [NICOLAUS] canonicus Glascuensis et officialis Laudonensis 23 Apr. MCCCCXLVIII. Rymer, *Foeder*. xi. 214. vicarius de Edynburgh MCCCCLIV. Ibid. 349. Rotulorum regis Scotiae magister. MCCCCLVII. Ibid. 404. Clericus registri regis Scotiae; unus commissariorum pro Treuga, MCCCCLIX. Ibid. 423. Cum Wilhelmo Scotiae cancellario, Joanne episcopo Dunkeldensi in Geldriam legatus, ut Mariam ducis Geldriae et Juliacensis filiam Philippi ducis Burgundiae, Brabantiae neptem Carolo vii Francorum rege Camaepo Jacobo ii regi uxorem peteret. Scripsit *Acta suae legationis*, lib. i. *Epithalamium Jacobi* ii. lib. i. Prodiit typis Aldinis Lutetiae . . . Claruit A. MCCCCXLVIII. Dempst. xiv. 978. A. MCCCCLV. Rymer, *Foeder*. vol. xi. 365.

OTTERBURNUS [a] [THOMAS] sive ODEROBURNUS, Franciscanus, imprimis philosophiae ac theologiae insudavit; in quibus cum pedem felicius promovisset ille, putabat et suas esse partes historiae cognoscendae studere, quae vitam facile rectam informet, et a flagitiis alieno deterreat exemplo. Praestitit hoc integre inter alia severioris notae negotia; atque ea quidem diligentia insigni, ut et ipse historiam rerum Anglicarum [b] in seriem eleganter redactam conscriberet, atque una

[a] Thomas Oterburn. Oxon. in studiis philosoph. ac theol. operam navavit sedulam, et tandem publicus in coenobio sui ordinis praelector evasit, numero 65tus. A. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon*. i. p. 76.

[b] A Bruto ad Henr. v. Pr. "Nactu

una eodem opere in lucem produceret. Prologus *Scalae chronicorum* meminit *Historiae* Otreburni. Ego tamen, quod sciam, vidi eam nunquam. [c] Ex *Lelando*.

" Nacto olim otio a tumulta saeculi." Mf. Cotton. Vitell. F. ix. 3. Haec historia citatur apud Stow. p. 339. et seq. Hist. ad Edw. iii. ejusd. pr. extat Mf. Cotton. Julius, A. viii. Praeter hanc historiam scripsisse asserit Pitseus. *De successione comitum Northumbriae*, lib. i. *Opusculorum* lib. i. [c] Claruit anno MCCCCXI. Bal. vii. 55. Pits. p. 594. Tho. de Otterburn praesentatus per regem ad ecclesiam de Hadesco (dioecesis Norw.) 3 Oct. Pat. 7 Ric. ii. p. 1. Tho. Otterburn, rector ecclesiae paroch. de Chyngeford (institutus 7 Nov. MCCCXCIII. Newcourt. *Hist. Lond.* ii. 148.) Lond. dioec. ordin. presbyter 19 Sept. MCCCXCIV. ex *Reg.* Braybrook episcopi Lond.

OTTERBURNUS [THOMAS] natione Scotus, Parisiis educatus. Scripsisse fertur, *De laude patriae*, lib. i. *Chronici Scotiae epitome*, lib. i. Claruit A. MDXXXII. Dempst. xiv. 983.

OUEN AB DAVYDH Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLX. Lhuyd. Davis.

OUEN GUYNEDH. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLX. Lhuyd. Davis.

OUEN KEYVEILIOG natione Cambro-Britannus. Scripsit sermone vernaculo *Hirlas Ouen*. Pr. " Guaur pan dhuyre gaur a dhoded." Mf. in lib. rub. Hergest. Claruit A. D. MCLXVII. Lhuyd.

OUEN AB LHYUELYN AB Y MOEL. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

OVINHELUS [JOHANNES] Oxoniensis theologus, e sodalitio eorum qui se a Carmelo Phoeniciae Monte cognominant. Vir valde celebris per suam aetatem erat, non modestiae solum sed et doctrinae solidae titulo. Qui post justos labores in sacris studiis collocatos, Caletum ultra mare in Morinorum terram vocatus, et suorum inibi fratrum collegio praefectus, multas divinarum literarum expositiones tam e cathedra quam suggestu solenniter pronunciavit. Etymologiis et verborum proprietatibus invicem comparatis, Scripturas concordare fecit, plures earum ad animae negotium, et justitiae opera, ejus saeculi more, trahens: alias vero ad ecclesiam per tropos, alias ad rerum coelestium contemplationem per mysticos sensus referens. Unde tandem exaravit, et posteris legenda reliquit. *Exempla Scripturarum*, lib. i. (Mf. Bal. Sloan. *Notabilia quaedam* titulum facit) " Refert magister in historiis." *Sermones per annum*, lib. i. " Salvator tuus venit solvere." *Distinctiones rerum variarum*, lib. vi. Et *alios plures tractatus* ac libros edidit. Caleti, quod alio nomine Gesoriacum Ptolemaeus vocat, ab hoc saeculo Ovinhelus migravit. A. D. MCCCCXXXVIII sub Henrico vi, et illic sepultus est. Bal. xiii. 98. Ex *Lelando*.

OUTRED [MARCELLINUS] Quidam Marcell. Outred collatus ad praebendam de Prato Min. in eccles. Heref. Sept. 6. MDLXI. Quidam hujus nominis institutus 18 Jan. MDLXV in vicariam S. Petri Colcestr. Newc. ii. 179. Et A. MDLXXIV. 15 Jan. vacabat rectoria de Est-Mersey Essex. per resignationem Marc. Outred. Ibid. p. 414. Quis auctor noster fuerit haud constat. Transtulit in sermonem Anglicum *Michaelis Copi commentar. in Proverbia Salomonis*. Lond. MDLXXX. 4to.

OUTREDUS monachus Dunelmiae, S. theol. professor Oxoniensis. Scripsit contra fratres Minores sermonem *De periculis in falsis fratribus*. Pr. " Confirmat Hesther regina." Mf. in bibl. Baliol. Oxon. cxlix. Langb.

OWEN [GEORGIUS] a Lelando in *Encomiis* celebratus. In dioecesi Wigorn. natus, collegii Mertonensis socius electus A. MDXIX. Medicinae doctor MDXXVII. Regiis majestatibus Henr. viii et Edw. vi medicus, et collegii Medicorum Londin. sodalis. Thomae Keys auctor fuit translationis *Paraphraseos Erasmi* in St Marcum. Vide ejusdem Thomae dedic. reginae Catharinae. Scripsit *A meet diet for the new ague, set forth by Mr. Dr. Owen*. Pr. " First abstain " from wyne." Lond. MDLVIII. fol. Obiit 10 Octob. MDLVIII, et sepultus jacet in ecclesia S. Stephani in Walbrook juxta London. *Athen. Oxon.* i. p. 111. Vide Lelandi *Trophaea. Praefat.* doctoris Goodall in *Hist. colleg. medic.*

OWEN [GUTRYN] (GYTTYN Lhuyd) Cambro Britannus; patriarum antiquitatum investigator maxime sedulus. Scripsit ex *Annalibus* Conwayensibus et Stratfluriensibus *Historiam principum Walliae ab* A. MCLVII *ad sua tempora*. Eam forte Anglice transtulit Humphr. Lhuyd, et ediderunt Dav. Powel et Wyll. Wynn. Claruit tempore Edw. iv regis Angliae. Wyll. Wynn. Praef. ad *Histor. Cambr.*

OWEN [SIMON] chirurgus apud Kingstonam haud vulgaris famae. Scripsit *Chirurgica quaedam*. Mf. penes doct. Tyson. Claruit A. MDXLIV.

OWEN [THOMAS] apud Condoveram in agro Salop. natus, Oxoniae vel in aede Christi vel in aula Lateportensi studiis academicis imbutus fuit. Hinc ad jurisperitorum sodalitium Londin. hospitium Lincolniense nuncupatum, se contulit, ibique legis municipalis scientia penitissime instructus evasit. A. MDXC serviens ad legem, et tandem unus justitiariorum ad communia placita designatus est. Scripsit *Reports in the common pleas*. Lond. MDCLVI. fol. Fatis concessit 21 Decembr. MDXCVIII, et ad partem australem chori ecclesiae colleg. S. Petri Westmon. sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 294.

OXENEDES [JOHANNES de] monachus Hulmensis, scripsit *Chronicon ab adventu Saxonum ad* A. D. MCCXCIII, citatum a Whart. *A. S.* tom. i. 405. Mf. Cotton. Nero, D. ii. 3. imperf. in princ.

OXFORDIUS [JOHANNES] seu OXONIENSIS, Henrici Oxon. Burgensis filius. A. Wood Mf. Pits. et Rad. de Diceto *Imag. Hist.* Decanus, non archidiaconus Sarisburiensis (quod vult Godwinus)

winus) Clarendonensi concilio praesidebat A. MCLXIV. Cum Gilberto Foliotho, aliisque politicis viris in causa regis Henr. iii contra Tho. Becketum Senonis in Gallia, et Romae apud Alexandrum papam iii legatione pompose functus est. In Siciliam etiam A. MCLXXVI missus est ad R. Gulielmum circa sponsalia Johannae regis Henrici filiae. A. MCLXXV. 26 Novemb. in episcopum Norwicensem consecratus est (Whart. *A. S.* tom. i. p. 409.) Cicestrensem ante fuisse antistitem autores sunt Bal. et Pitf. qua in re hallucinatos fuisse constat. A. MCLXXIX fuit justitiarius itinerans. Inter Britannicarum historiarum consarcinatores post Galfredum Monumetensem, teste Boëthio, praecipuus habebatur. Scripsit, *Anglicam historiam*, lib. i. *Pro rege contra Bechetum*, lib. i. *De itinere in Siciliam*, lib. i. *Orationes et epistolas*, lib. i. Vide Mf. Bodl. Digby 36. *Fasciculum de cartis et contractibus* (Dugd. *Orig.* 56.) Pr. " Cum humana conditio vergat." Mf. Norwic. More 290. Ad finem haec nota : " Explicit modus et ars componendi cartas, cyrographa, con-" ventiones, etc. secundum Johannem de Oxonia." Quaere tamen annon auctor hujus libri diversus fuerit ab episcopo Norwicensi, quia in formis cartarum saepe meminit A. MCCLXX, MCCLXXI, etc. et annorum Edwardi regis, filii Henrici. Lelandus fatetur istum autorem fuisse *Scalae chronici* ; sed minus recte, cum Otterburnus Minorita in ea allegetur. Fatis concessit 2 Junii (4 non. Jul. Mf. Cott. Nero, C. 5. Et 4 non. Jun. Mf. Bodl. Laud. B 16.) MCC, et in ecclesia sua cathethedrali juxta episcopum Herebertum tumulatus est. Bal. iii. 42. Pitf. 265. Godw. p. 484.

OXRACK [JOHANNES] sacerdos, in academia Oxon. studiis philosophicis et theologicis imbutus. Scripsit *In Aristotelis posteriora*, lib. ii. " Quemadmodum fatetur Aristoteles." Hos olim in bibl. monasterii Ramesеiensis vidit Baleus. Bal. xii. 33. Pitf. *App.* p. 880.

P A C

PACAEUS [RICHARDUS] vulgo PAICE, patria, ut videtur, Wintoniensis, in familia Thomae Langton episcopi Winton. enutritus, cujus beneficio literis grammaticalibus instructus, in academia Paduensi, Bononiensi, et Ferrariensi literarum studia prosecutus est. Ita de educatione verbis propriis libro *De fructu qui ex doctrina percipitur*, p. 27. " Th. Langton " Wintoniensis episcopus decessor hujus qui nunc vivit, cui eram a manu minister, quum notasset " me longe supra aetatem (ut ipse nimis fortasse amans mei judicabat) in musicis proficere : Hujus, " inquit, pueri ingenium ad majora natum est, et paucos post dies in Italiam ad Patavinum gym-" nasium, quod tunc florentissimum erat, ad bonas literas discendas me misit, annuasque impensas " benigne suppeditabat." Et in testamento Thomae Langton episc. Winton. sequentia habentur : " Item lego Ricardo Pace, scolari meo, Bononiae studenti pro exhibitione sua pro 7 annis in " 10 libras pro quolibet anno." Whart. Mf. L. p. 466. in bibl. Lambeth. Paduae Cuthbertum Tonstallum et Gul. Latimerum praeceptores habuit ; Bononiae Paulum Bombasium. Tract. *De fructu, etc.* p. 99. 6. 103. In patriam reversus Oxonii apud Reginenses bonis literis operam dedit, deinde in familiam Christophori Bainbrigge, archiepisc Ebor. et tandem in curiam regiam ascitus est ; ubi primarius regis secretarius factus. A. MDXIV praebendarius Eboracensis et archidiaconus Dorsetensis. A. MDXVIII, 16 Febr. collatus ad archidiaconatum Colcestriae. A. MDXIX, 12 Maii admissus ad vicariam de Stebenhith. Ejusdem anni 22 Octob. collatus ad praebendam de Haliwell sive Finnesbury in eccl. S. Pauli London. Et 25 ejusdem mensis et anni decanus D. Pauli London. renunciatus. A. MDXXI, 16 Dec. collatus ad praebendam de Comb et Harnham in ecclesia Sarum. Et A. MDXXII decanus Exoniensis factus. Legationes multas feliciter obiit. Apud Helvetios regis fuit orator A. MDXVII. Apud Venetos A. MDXXIII. MDXXV. Vid. Rymer, *Foedr.* xiv. 2. et 96. Hic Richardus " tribus mensibus, tres simul linguas, Hebraeam, Chaldeaeam, et " Arabicam, me quoque docente (inquit Wakefeldus in *Orat. de tribus linguis*) non impigre di-" dicit, vir in linguis 5 principalioribus, principe Pio non inferior." De qua insigni ejus in linguis peritia testis est *Praefatio* in *Ecclesiasten*. Vide Erasmi elogium hujus Pacei in *Epist.* Gulielmo Montjoio praefixa secundae editioni *Adagiorum*. Nic. Wilson in *Epist.* praefixa translationi Fisheri *Concionis* per Pacaeum illum mirifice laudat, et praecipue ob benefacta in acad. Cantabrig. Amicitiam coluit arctissimam cum Joh. Coleto, Joh. Clark, Tho. Linacro, Th. Moro, Gul. Latimero, Cuthb. Tonstallo, Gul. Stokisleo, Paulo Bombasio, Erasmo, Andr. Ammonio, et aliis. Scripsit *De fructu qui ex doctrina percipitur*, lib. i. Pr. " Librum hunc, O doctissimi " viri, non adeo brevem unius spatio mensis scriptum mirabimini." Basil. MDXVII. 4to. Hunc librum, dum Constantiae orator regius degebat, scripsit. *Orationem de pace nuperrime composita et foedere percusso inter Henricum Angliae regem et Francorum regem in aede Pauli habitam.* Pr. " Quum non vulgares, sacratissime." Lond. MDXXVIII. 4to. Et Mf. Bale Glynn. *Epistolas ad*

Edw.

Edw. Laeum [una ad Laeum pro Erafmo inter *Epift. eruditorum virorum* contra Lei virulentiam. Bafil. MDXX. 4to] *et Erafmum Roterod.* [extat una *Epift.* ad Erafmum inter *Epift. Erafmi.* Lond. MDCXLII. fol. Pr. " Petro Lufio quem in proximis."] Lond. MDXX. 4to. *Praefationem in Ecclefiaften recognitum ad Hebraicam veritatem, et collatum cum tranflatione* LXX *interpretum, etc.* Pr. " Quum nuper ad facrarum literarum."—4to. *Exemplum literarum ad R. Henr.* viii. A. MDXXVI. [*Epift.* H. viii. hoc anno de Rob. Wakefeldo, qui fcribere intendit de divortio in ejufdem Roberti *Syntagmate de Hebraeorum codd. incorruptione.*] *De illegalitate matrimonii regis Henrici cum Catharina*, fcript. A. MDXXVII. Ad finem Rob. Wakefeldi Kotfer codicis eft *Anglica epiftola* Henrico regi hujus Ricardi, dat. apud Sion A. MDXXVII. in qua meminit libri hujus argumenti a fe confcripti, auxiliante Rob. Wakefeldo. Antequam tamen narraretur reginam a fratre regis defuncto carnaliter fuiffe cognitam, librum pro regina ope Wakefeldi fcripfit, uti patet ex *Epift.* Wakefeldi ad Fifherum ad finem Kotfer codicis. *De lapfu Hebraicorum interpretum*, lib. i. *Ad Conftantienfes*, lib. i. *Orationes ad principes*, lib. i. *De reftitutione mufices*, lib. i. *Collectanea numerorum*, lib. i. In libro *De fructu*, etc. p. 64. de arithmetica et numeris tractans dicit: " De quibus in praefentia ideo tacebo, quod Pacaeus conftituit longe plura exactius de numeris " fcribere, ad quam rem perficiendam multa jam in *Collectaneis* parata habet." *Carmina diverfi generis*, lib. i. Tranftulit ex Anglico in Latinum *J. Fifheri epifcopi Roffenfis concionem in Joh.* xv. 26. *habitam Londini eo die, quo Martini Lutheri fcripta publico apparatu in ignem conjecta funt.* Pr. " Saepe accidit, ut quum dies." Cantabr. MDXXI. 4to. Tranftulit e Graeco in Latinum *Demonactis philofophi vitam*, lib. i. " Fore equidem putabam, ut nos." *Plutarchum de commodo ex inimicis percipiendo*, lib. i. " Video te, Corneli pulcherrime." *Eundem de modo audiendi*, lib. i. " Meas de modo audiendi." *Apollonium Tyaneum de morte*, lib. i. " Nullius rei mors eft." *Simplicii praefationem in categorias Ariftotelis*, lib. i. " Longa, pater ampliffime." Ita teftatur autor in libro *De fructu*, etc. p. 103. ubi circa hanc *Praefationis* tranflationem facetum profefforis Ferrarienfis exemplum. Ex Wolfaei invidia et regis ira ex Italia revocatus et carceri mancipatus fuit, quibus aerumnis oppreffus ad infaniam redactus eft: (Cui animi judicio deftituto mag. Ric. Sampfon deputatus conftitutus eft 10 Octobr. MDXXIX. *Reg.* Stokefley epifc. Londin.) Et tandem fatis conceffit vix quinquagenarius apud Stepney juxta Londinum A. MDXXXII. [*Reg.* Stokefley, A. MDXXXVI 28 Junii obiiffe dicit.] Bal. viii. 67. Pitf. p. 712. *Athen. Oxon.* i. 29. feqq. Whart. *Hift. epifc. et dec. London.* p. 237. feq. Weever, *Funer. monum.* p. 540.

PACKINGTONUS[a] [GULIELMUS] five PACHENDUNUS[b], fcriba et a thefauris Edovardo Nigello, principi incomparabili, et filio Eadveardi Vindeleforani, tum etiam oculatiffimus ejus rerum geftarum teftis omnium, aggreffus eft magno facta maxima animo domini fui percelebrare, et publica orbi oftendere. Agebat vitam id temporis bellicofus princeps inter Vafcones, et ftudium Gulielmo de fcribenda hiftoria vehementer indies accrevit; unde, correpto alacriter calamo, hiftoriam lingua Gallica fibi familiariffima confcripfit, fplendori principis confulens: hoc tamen auctario luculento, ut praefigeret illuftria quaeque a nono imperii Joannis[c] regis anno ufque ad fui temporis progreffum; quo opere et diligentiam expreffit incredibilem, et fidem hiftoriographo digniffimam. Ex *Lelando*.

[a] Gul. Packington, Bal. vi. 68. Godw. Pachenton. Pitf. p. 530. Claruit circa A. D. MCCCLXXX. [b] Thefaurarius hofpitii regii. Ita epift. Edw. iii vel Ric. ii ad papam de eod. promovendo. Mf. Norw. More ix. f. 21. cuftos garderobae R. 30. Jul. Pat. 3 Ric. ii. p. 1. cancellarius Scaccarii 6 Jan. Pat. 4 Ric. ii. p. 2. Will. de Pakyngton inftitutus in rectoriam de Wretham Orient. in comit. Norf. 19. Feb. MCCCXLIX ad praefentat. domini regis. *Reg.* Norwic. iv. 119. 20 Octob. 1 Ric. ii. Will. de Pakinton habet cuftodiam hofpitalis S. Leonardi in Derby; et 5 Oct. habuit praefentationem ad praebendam in libera capella de Hafting. Pat. 1 Ric. ii. p. 1. Thefaur. hofp. regii prov. ad praeb. in ecclefia Lincoln. Pat. 2 Ric. ii. p. 1. Permutatio inter Will. Pakinton rectorem de Ivingho (Lincoln. dioec.) et (Edw. Cherdeftock. rect. de Skyrbek, 6 Dec. 50 Ed. iii in liter. Pat.) Ric. de Medford, canonicum et praeb. in capella regia infra caftrum de Windfor, 3 Nov. MCCCLXXXI. ita in *Regift.* Bokingham epifcopi Lincoln. Fuit praebendarius de Wilmecol. in eccl. colleg. de Tamworth, 13 Ric. ii. in liter. pat. Praebendarius in ecclefiis Ebor. et Linc. Battely, 156. praefentatus per regem ad ecclef. de Wermouth, Dunelm. dioec. Pat. 4 Ric. ii. admiffus archidiaconus Cantuar. 7 id. Nov. MCCCLXXXI. Mf. Afhmol. 794. iv. Mf. Wharton. L. pag. 20. in bibl. Lambeth. Occurrit decanus capellae regiae B. Mariae Stafford. MCCCLXXXIV. in *Reg.* Spencer. epifcopi Norwic. vi. 98. quem decanatum rex dedit ei 12 Nov. 4 Ric. ii in liter. pat. Rex etiam dedit ei decanatum S. Martini magni 20 Jan. 13 Ric. ii. Ibid. Gul. Pakington decanatum Litchfeldenfem refignavit an. MCCCXC. 30 Apr. Wharton. *A. S.* tom. i. 466. Teftamentum Gul. Pakington, archidiaconi Cantuar. et praebendarii de Riccale in ecclefia Ebor. probatum 7 Octob. MCCCXC. A. Wood. Mf. C. 46. Praeb. de Mapefbury in ecclefia S. Pauli Lond. vocabat per mortem Will. Pakington 25 Julii, MCCCXC. Ita in *Regift.* Braybrook, epifcopi Lond. Praebenda de Leighton-bufard in ecclefia Lincoln. vac. per mortem Willielmi de Pakington, archid. Cantuar. 25 Jul. MCCCXC. Ita in *Reg.* Bokingham, epifcopi Linc.

[c] Incipit *Chronicon* ab anno ejus nono. Multa ex hoc *Chronico* excerpfit et Anglice reddidit Lelandus, *Collect.* tom. i. p. 637.

PACWODE [JOHANNES] Anglus fcripfit *Lecturam de fepulturis.* Mf. in bibl. *Reg.* Weftmon. . . . circa tempora Richardi ii fcript.

PAGE [GULIELMUS] fcripfit *Of the duties of widdows and in commendation of that ftate.* Mf. Bodl. B. ii. 12. A tract intituled *Woman's worth.* Mf. Bodl. Archiv. A. 98. inter Mfs. Bodl. 3087.

PAGET [GULIELMUS] apud Wednefboriam in agro Staffordienfi natus: de quo Fox i. edit. p. 509. ita: " He was an earneft proteftant, read Melanchton's rhetorick openly in Trinity " hall Cambridge, and was with his mafter Gardiner a maintainer of Dr. Barnes, and all the " proteftants that were in Cambridge." Fuit 23 Henr. viii clericus figneti. 32 Henr. viii clericorum

clericorum concilii sacri unus; clericus privati sigilli; et clericus parliamentorum. 33 Henr. viii legatus ad Galliae regem. 35 Henr. viii dom. regis secretarius; et eques auratus. 4 Edw. vi eques ordinis periscelidis; regii hospitii contrarotulator; ducatus Lancastrensis cancellarius; baro Paget de Beudsert; et legationibus variis ad imperatorem et Galliae regem functus; tempore reginae Mariae privati sigilli custos. Scripsit *Epistolas quamplurimas:* quarum volumen continens negotiationes in legatione sua Gallica A. D. MDXLI. MDXLII. extat Ms. in bibl. Caio-Gonvil. colleg. Cantabr. Class. D. 103. Obiit A. D. MDLXII, vel ante 1 Jul. MDLXIII, et in ecclesia parochiali de Draiton in comit. Middlesex. humatus. Epitaphium carm. Lat. D. Gul. Pagetti baroni de Beaudesert per Tho. Chalonerum inter poëmata Lond. MDLXXIX. 4to. p. 354. Vide *Dugdale Baron.* ii. 390. Fuller's *Worthies*, ii. 210.

PAGULA [GULIELMUS de] alter. Postquam adolescentiam bonis literis in academiis dedicarat, vicarius evasit ecclesiae Winkfeldensis prope Forestam de Windsor. Composuit *Summam summarum de jure canonico pariter ac divino.* [Ita Nota Ms. in Ms. Lambeth. 124. 4to. Ms. Thin. Anstis] lib. v. "Ad honorem Trinitatis omnipotentis." *Oculum sacerdotis dextrum*, lib. i. "Cum "ecclesiae quibus praeficiuntur." In codice Ms C. C. C. Oxon. 145. est liber hujus princ. intit. *Pupilla oculi*, sed non est Johannis de Burgo, quia p. 146. illum citat. Ms. in bibl. coll. Baliol. 76. (James) Ms. bibl. coll. Univers. O. 12. lib. iii. sed ibi videtur tantum esse unus. *Oculum sacerdotis sinistrum*, lib. i. "Ignorantia sacerdotum populum." Hic tractatus in Ms. Norwic. More. xxii. intit. *De ignorantia sacerdotum.* In cod. Baliol. 80. (James) Ms. extat "Quoddam additamentum oculi sacerdotis, quod vocatur *Cilium oculi sacerdotis* (in quo agitur de confessione, absolutione, celebratione missae, etc.) Pr "Omnis utriusque sexus cum ad discretorum, etc" Ms. Langb. p. 100. In Ms. bibl. collegii Novi Oxon. 292. Pars oculi sacerdotis intit. in tribus partibus divisa. princ. i. "Cum ecclesiae," etc. Princ. ii. "Multi sunt sacerdotes et pauci." Et haec pars vocatur dextra pars, etc. princ. iii. "Ignorantia sacerdotum, etc." In Ms. C. C. C. Cantabr. O. xviii. est *Pupilla oculi Johannis de Burgo.* Et ibid. Ms. al. xii. est *Pupilla oculi sive de sacramentis.* In Ms. Norwic. More 56, datur (1) *Oculus sacerdotis.* (2) *Dextera pars oculi.* (3) *Sinistra pars oculi.* Extant etiam ibid. cod. 76. *Speculum religiosorum*, lib. i. "Accipite, vos religiosi, disciplinam meam, et non." *Speculum praelatorum*, lib. i. *Ad Edwardum* iii. lib. i. Horum omnium meminit nota antiqua in Ms. Lambeth. 124. 4to. Ms. Thin. Anstis. Obiit circa A. D. MCCCL, et in sua ecclesia sepultus est. Bal. v. 100. Pits. 476.

PAINTER [GULIELMUS] clericus officii armorum intra turrim Londinensem. Scripsit *The palace of pleasure 1st volume*; *containing* lx *novels out of Boccacio.* pr. ded. comiti Warwic. "Provoked or rather vehemently." Lond. MDLXVI et MDLXIX. 4to. et 2 vol. Lond. MDLXXV. 4to. *The palace of pleasure*, *second volume*, *containing* XXXIV *novels.* Pr. ded. dom. Geo. Howard. "Every "science having in peculiar." Dated as the other from his house near the Tower of London. MDLXVII. 4to. Hujus secundi voluminis datur alia editio 8vo. impressa per Tho. Marsh. Editio alia primi voluminis Lond. MDLXXV. 4to. est impressa per H. Prinneman. Quidam GULIELMUS PAINTER Ludimagister scholae de Sevenoke in comitatu Cantiae A. MDLX Gul. Fulconis antiprognostico Latinae editionis *Tetrastichon* praefixit. Et transtulit in sermonem Anglicum. *Gul. Fulk Antiprognosticon* pr. epist. ad Gul. Fulk. "Our familiaritie is such." Lond. MDLX. 12mo. Ms. Ashmol. in bibl. Bodl. 302.

PALMER [JOHANNES] Anglus genere ac natione, utriusque juris peritus ac doctor, nihil in ecclesia, rigidus censor, judicari aut discuti volebat sine conciliorum, canonum, ac decretorum autoritate. In *Registro* Cantuar. Molash. (Ms. Tanner. f. 157. 158.) quaedam de strage haereticorum in Bohemia relata sunt coram toto concilio Basil. 28 Maii MCCCCXXXIV per Mag. Joh. de Palamard auditorem curiae Romanae, et tunc legatum circa partes Bohemiae ex parte concilii praedicti. In Ms. Baliol. coll. Oxon. cont. *Acta concilii Basil.* i. 593. vocatur Johannes Polemar, auditor S. Palatii et archidiaconus Barcinonensis. Scripsit *Contra quartum articulum Bohemorum, ejusve defensorem magistrum Petrum Anglicum pro dominio et possessionibus temporalibus cleri*, lib. i. "Excelsus ille propheta David." Olim in bibl. Norwicensi Bal. Extat in museo Tanner. viii. p. 250. Claruit A. MCCCCXXXIII. Bal. xiii. 97. Pits. 623. Vid. *Hist. et Ant. Oxon.* i. p. 215.

PALMER [ROBERTUS] Anglus, frater ordinis S. Trin. de redemptione captivorum, scripsisse fertur *De redemptionibus per ejusdem ordinis fratres usque ad suum tempus factis.* Vixit A. D. MCCLIV. Nic. Anton. in *Bibl. Vet. Hispan.* lib. viii. p. 66.

PALMER [ROBERTUS] procurator conventus Cartusian. Lond. MCCCLXXXI. et prior primus S. Annae juxta Coventriam. *Monast. Angl.* i. 963. Edidit *Concionem babitam ad crucem Paulinam in Malach.* i. 2. 3. Anglice. Lond. MDLXXXI. 8vo.

PALMERANUS [THOMAS] sive PAMERSTONUS sive HIBERNICUS natus apud Palmerstown juxta Le Naas in agro Kildarensi. In academia Parisiensi studiis sedulo invigilavit, ibique S. theologiae doctor Sorbonicus renunciatus. Dein in Italiam progressus, in monasterio Aquilae in finibus regni Neapolitani obiit, ubi sepultus est. Claruit A. MCCLXIX. War. MCCLXX. Wadd. MCCXC. Bal. Stanihurst. Scripsit *Flores doctorum*, lib. ii. 1. "Abiit in agrum et collegit spicas." 2. "Bonum est in cibo cum gratiarum." Hoc opus inchoaverat Joh. Gualensis sub titulo: *Manipuli florum*, sed imperfectum relinquens, a Thoma nostro perfectum erat. Impr. Venet. MDL. Lugd. MDLV. 8vo. Paris. MDLVI. 8vo. Lugd. MDLXVII. Antverp. MDLXVIII. MDLXXVI. MDLXXX. Colon. MDLXXIX. MDCXVI. Ms. extat in bibl. coll. Lincoln. Oxon. 58. procedit ordine alphabetico. Ad finem

finem haec nota. "Explicit manipulus florum compilatus a mag. Thoma de Hibernia, quondam "socio de Sorbona: et incepit Joh. Galensis ordinis fratr. Minorum doctor in theologia istam ta-"bulam, et magister Thomas finivit," etc. Ita etiam Mſ. bibl. Merton. O. iii. 1. In eodem codice continetur *Libellus de scriptoribus ecclesiasticis, eorumque scriptis*; quem nota haud antiqua in principio libri etiam huic Thomae tribuit. Pr. "Notandum quod libros originalium sanctorum." Continet nomina, principia, et fines librorum S. Dionysii, S. Augustini, S. Ambrosii, S. Jeronymi, S. Gregorii, S. Bernardi, S. Hilarii, S. Isidori, Joh. Chrysostomi, Rabani, Prosperi, et Damasceni, Anselmi, Ricardi de S. Victore, Hugonis de S. Victore, Alquini, et Alani, diversorum autorum Tullii, Boetii, Senecae. Hic libellus extat etiam in Mſ. Merton. O. iii. 1. sed sine nomine autoris. *De Christiana religione*, lib. i. *De illusionibus daemonum*, lib. i. *De tentatione diaboli*, lib. i. *De remediis vitiorum*, lib. i. *Flores biblicos*. Et, ut autumat Waraeus *Promptuarium morale Sacrae Scripturae*, editum a Luca Waddingo Romae, MDCXXIV. Bal. xiv. 89. War. p. 60. Wadding. p. 326. seq.

PALMARIUS[a] [THOMAS] sive PALMERUS, Domin. inter theol. sua non caruit laude. Erat enim maxima in literis exercitatione; tum praeterea ingenio felicissimo, et ad nodos disputationum solvendos expeditissimo. Romanae schisma ecclesiae tunicam Christi inconsutilem quidem illam dividebat. Quare Palmarius, nobile Coleduni[b] secutus exemplum, libro elaborato, divisionem resarcire pius[c] contendebat. Hinc famae pars non postrema ejus, suffragio eruditorum hoc etiam agente, accrevit. Scripsit etiam libellum *De veneratione imaginum*[d]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Palmer, coenobii Dominicanorum London. prior. S. th. doct. Fox. Mſ. Oxon. coll. Merton. N. vi. 2. [b] *Viri etiam eruditi*, Mſ. Lel. Trin addit. [c] Unde scripsit *Super facienda unione*, lib. i. Olim in bibl. Westmon. *Lel.* iii 48. [d] *Sanctorum* (Mſ. Lel. Trin.) lib. i. *Nunquid domini nostri crucifixi*. Mſ. in bibl. colleg. Merton. Oxon. N. vi. 2. Olim in bibl. Dee. Scripsit etiam *De veneratione sanctorum*, lib. i. "Tractatum de sanctorum veneratione." *De originali peccato*, lib. i. "Ego cum sim "pulvis et cinis." Mſ. Merton. ibid. *De peregrinatione*, lib. i. "In materia peregrinationum." Mſ. hujus pr. et arg. immed. sequitur in Mſ. Merton. ibid. ubi multa de peregrinatione ad Cantuariam. *De indulgentiis quoque*, lib. i. Claruit anno MCCCCX. Bal. vii. 47. Pitſ. p. 591, 592. an. MCCCCXIII assedit Thomae Arundel in condemnatione Johannis Oldcastell. Fox. 567.

PALSGRAVE [JOHANNES] patria Londinensis, in academia Cantabrigiensi philosophiae alumnus gradum baccalaurei artium suscepit. Postea Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi studiis philosophicis et Gallicae linguae operam dans magister artium evasit. Praeceptor erat in lingua Gallica Mariae, regis Henrici vii filiae, cum qua post mortem Ludovici, regis Galliae, Angliam repetiit, et eandem linguam juvenes nobiles docuit. A. MDXXXI. Oxonii literis incubuit, et ibi S. theol. baccalaureus creatus, quo tempore regius erat sacellanus. Praeceptor erat in lingua Latina duci Richmondiae. (Bayntoni *Prooem.*) A. MDXXXIII. 3 Octob. collatus erat ad ecclesiam S. Dunstani in Oriente. *Reg.* Cranmer. Primus forsan fuit qui regulas linguae Gallicae typis mandavit; alii tamen quos ipse in *Prooemio* recenset, illas scriptis consignaverunt ante eum. Scripsit *L'esclaircissement de la language François ad Henr.* viii. Lib. iii. pr. ep. "Desirous to do some humble "service." Lond. MDXXX. fol. Cui praefigitur *Praefatio* prolixa Anglice cum (1) Tabula substantivorum. (2) Adjectivorum. (3) De pronomine. (4) De numeralibus, etc. Anglice. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Annotationes verborum*, lib. i. "Mox ut factum denunciant." *Annotationes participiorum*, lib. i. "Dictio quae in nostra lingua." Transtulit in patrium sermonem et explicavit Acolasti comoediam scriptam per Gul. Fullonium Hagiensem; cui titulus *The comedy of Acolastus translated into our English tongue, after such a manner as children are taught in the grammar school.* pr. epist. transl. ad Henr. viii. "Whan I consyder with myself." Lond. MDXL. 4to. Claruit A. MDXL. Bal. ix. 18. Pitſ. p. 703. *Athen. Oxon.* i. 55. seq.

PANDERUS scriptor Hibernus edidit *De salute populi*, lib. i. In quo ostendit causas calamitatum Hiberniae, et remedia praescribit iis temporibus aptata. Claruit temporibus Edw. iv. Edw. v. Rich. iii. Henr. vii. et fortasse sub Henr. viii. War. p. 77.

S. PANDIONIA regis Scotiae filia e patria aula fugiens, in Angliam evasit, et vitam eremiticam in villa Eltesleiae (ubi postea monialium domus ejus memoriae dicata) in agro Cantabrig. egit. Scripsisse fertur *De virginitate servanda*, lib. i. *Soliloquium animae*, lib. i. Aetas incerta. Dempst. xv. 997.

PANDULFUS philosophus Anglus scripsit exactissimos quosdam libros *De subterraneis meatibus; et de omnibus quae intra terrae viscera sunt, concavitatibus et cavernis.* Sed operum tituli sicut tempus, in quo vixit, me latent. Pitſ. *App.* p. 889.

PANETARIUS [PATRICIUS] Scotus Lutetiae educatus, ubi professor erat, inde in patriam rediens Jacobo iv a sacris consiliis erat. Scripsit ad regem *Politicas observationes*, lib. i. Claruit A. MDXX. Dempst. xv. 1023.

PAPARO [JOHANNES] Romanus, presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso, legatus ab Eugenio iii in Hiberniam et Scotiam missus, quatuor pallia secum detulit, quae in synodo habita mense Martio A. MCLII. quatuor archiepiscopis tradidit Armachano sc. Dubliniensi, Casseliensi et Tuamensi. Scripsit *Canones synodales*, quorum tituli duo sunt; *Contra symoniam et usuram. De decimis dandis. Ad ecclesias Scoticas*, lib. i. Concilio finito per Scotiam iter faciens Romam reversus est. A. Wood. ex Jo. Hagustal. War. p. 110, 111. Dempst. xv. 1024.

PARFEIUS [GULIELMUS] patria Denbighensis, Roberto Assaphensi episcopo ab epistolis. Latine composuit *Speculum juvenum uxores impetuose affectantium, in quo plurimos foeminarum vipe-*

rinos

rinos mores, quibus extremam trahantur ad pernitiem, ex omni pene genere eruditorum selectos sole clarius deprehendent. Lib. i. praefatio data 18 kal. Jan. juventuti Angliae. "Rogatu impulsuque quo-"rundam virorum." Lond. MDXLVII. 12mo. Claruit Denbigae. Anno MDXLVII. Bal. par. post. 105.

PARIS [JOHANNES] sive PARISIUS. Historicus Anglus. Scripsit, *Historiam universalem seu memoriale historiarum ad* A. D. MCCCXXII. Lib. i. "In exordio rerum." Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. B. 8. Quaere tamen an fuerit Anglus. *Flores historiarum*, lib. i. Ms. in bibl. Gualteri Copi. Pits. *App.* p. 880.

PARISIUS [a] [MATTAEUS] Albanensis coenobii monachus [b], meo quidem judicio, dignus est, qui inter nostrae gentis *Scriptores* numeretur. Nostratem autem fuisse, quamvis Parisius dictus sit, mihi quidem constat. Nam Parisiorum cognomen olim apud Anglos erat, quemadmodum et nunc, celebre; nisi quis sentiat illum a vulgo Parisiensem nominatum, quod aliquando Lutetiae Parisiorum studuerit. Sed in hac re, utpote incerta, nihil volo statuere; multo rectius auspicaturus a re perinde memorabili ac certa, quae praesens negotium belle ornet, ac illustret. Canutus Magnus, Danorum simul et Anglorum princeps, duo praeclarissima monachorum coenobia a fundamentis erexit: quorum unum apud Fennicolas octo, aut eo amplius, passuum millibus a Nordovico, principe non modo Nordovolgiae, verum etiam, excepto Londino, totius Britanniae civitate, distans, hodie floret, et a vulgo fanum Benedicti appellatur; quanquam antiquitus Holmus, quod insulae situm referret, dicebatur: cui coenobio nunc praeest Repsius [c], episcopus Nordovicensis, vir profecto candidissimus, et mihi familiariter cognitus, tum praeterea theologus ad unguem doctus; alterum vero ejusmodi nominis in Noruvegia construxit. Holmus Britannicus religionis normam quam diligentissime observabat, Noruvegiano paulatim ad luxum declinante: id quod cum Innocentio, pontifici Romano, innotuisset, studebat morbo quotidie invalescenti opem ferre. Jamque de medico coepit solicite agere, quo tempore Matthaeus Parisius cum literarum tum praecipue virtutis calculo ei commendatus est. Scripsit igitur ad Albanensis coenobii praesidem, ut Matthaeum in Nordovegiam ad Holmenses monachos transmitteret; quo illic religio conspurcata pristinae restitueretur puritati. Ille vero Romani mandata facere, et Matthaeum, honesto instructum viatico, mari ac ventis commendare. Nolo hic longa oratione lectori, brevitatis forsan amatori, molestiam adferre. Pervenit ille quidem ad Holmenses [d] salvus et incolumis; religionis puritatem ad pristinum statum revocavit, magnamque merito gratiam apud monachos inivit. Posteaque patriam repetiit, exceptus magno cum Albanensium applausu. His modis primus illi ad immortalitatem gradus adcrevit. Restat modo, ut de secundo gradu, qui totus ex literis consurrexit, aliquid dicam. Domum reversus, assidue, quemadmodum et ante fecit, studiis vacabat; ac doctos viros, quotquot tunc temporis in Britannia claruerunt, impensissime coluit. Unde variam sibi multarum rerum cognitionem pariebat. Quid dixi, sibi pariebat? immo patriae potius et posteritati. Nam cum prudens vidisset historiam rem esse cordatis hominibus in primis necessariam, auspicatus ab ultimo anno imperii Henrici secundi, Anglorum regis, acta nostrae gentis usque ad 37 annum Henrici tertii maxima cum diligentia, juxta ac fide perscripsit [e]: cui et postea multarum rerum scientia auctus, appendicem titulo *Additamentorum* annexuit. Simili quoque diligentia in illustrandis memorabilibus viginti duorum abbatum Albanensium factis usus est: incipiens videlicet a Vilogodo, primo Albanensis coenobii abbate, et in Gulielmo, cujus tempore calamum non segniter exercuit, operi summam manum imponens. Atque adeo hinc fateor me didicisse bonam partem antiquitatis Verolamiensis municipii. Scripsit etiam *Vitam* Eadmundi Richii, Cantiorum archiepiscopi, omnia tamen a Richardo Vicanio, et Rogero [f] Bacone prius edoctus. Hic plura conantem me dicere de Matthaeo Parisio, materia deserit [g]. Ex *Lelando.*

[a] Matthaeus Parys, seu Parisius Anglus. Ms. Lel. Trin.

[b] Anno MCCXVII. in coenobio S. Albani religionis suae habitum suscepit. Cave.

[c] Videsis de Repsio Godwinum in episc. Norwic.

[d] Anno MCCXLVIII. ad monachos Holmenses in Norwegia transmissus est Matthaeus. Cave.

[e] Scripsit Matthaeus, *Historiam ab Adamo ad conquestum Angliae*, lib. i. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. C. ix. Et Ms. olim in bibl. Sidneiana. Pits. Hanc integram fere in priorem *Florilegii* sui partem transcripsit Matthaeus Westmonast. Cave. *Historiam majorem*, seu, *Rerum Anglicanarum historiam a Gul. Conquestoris adventu ad annum* 43 *Henrici* iii *Angliae regis:* viz. ab anno MLXVI. ad ann. MCCLIX. Historiae hujus partem priorem ad annum usque MCCXXXV Matthaeus ex Rogeri Wendover *Chronico*, paucis excisis, nonnullisque additis, verbatim fere descripsit. Appendix ab anno MCCLX ad MCCLXXIII. quae ad calcem historiae reperitur, Gulielmo Rishangero, S. Albani itidem monacho debetur. Pr. l. "De chronographia, id est, temporum descriptione locuturi." Ms. in bibl. C. C. C. Cantabrig. C. v. C. x. et in bibl. Lumlei. Pits. Extat Lond. MDLXXI. Tiguri MDLXXXIX. fol. MDCVI et cum *Vitis Offarum, abbatum S. Albani*, et *Additamentis*, cura Gul. Watsii (qui glossarium, lectiones varias, et notas apposuit) Lond. MDCXL. fol. et secunda vice MDCLXXXIV. fol. editio vero MDCXL non parum praestat. Cave. *Continuationes historiarum, ib. ab anno* MCCL. *ad ann.* MCCLIX. "Dominus rex fuit apud Winton." *Descriptionem mundi*, Ms. lib. i. "Castrum Doverense in ipsa "rupe." *Historias Hibernensium*, Ms. lib. i. "Magnus Patri-"cius Hybernorum." *Vitas duorum Offarum, Merciae regum, S. Albani fundatorum.* Pr. "Inter occidentalium "Anglorum reges." Extant Londini MDCXL. et MDLXXXIV. *Gesta* xxii *abbatum*. Addidit etiam xxiii Joannem; sed ejus vitam Lelandus non viderat. Extant Lond. MDCXL. et MDCLXXXIV. Pr. "Hic praenotantur nomina." *Additamenta chronicorum ad Hist. majorem.* Extant Lond. MDCXL et MDCLXXXIV. *Vitam S. Thomae, arch. Cant.* Ita Ms. Cotton. Claud. E. iv. f. 536. *Vitam S. Wolstani episcopi*, lib. i. *Vitam S. Guthlaci*, lib. i. *Vitam Edmundi archiepiscopi*, lib. i. Haec nusquam jam comparet. Vide Cave ii. p. 430. *De passione D. Amphibali et Albani*, lib. ii. *Historiam minorem*, sive *Epitomen Majoris historiae*, ab. ann. MLXVI. ad MCCL. in qua interim plurima sunt, quae in *Majori historia* frustra quaeras. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. l. c. Et sub D. vii. Confer hanc historiam cum Ms. Cotton. Claud. D. vi. ubi vide praef. ante A. D. MCCLI. Librum *De sacramentis*. Ms. in coll. Novo Oxon. [juxta Catalogum Ms. Jamesii] ascripsit cl. Cave huic Matthaeo, uti Placcius i. 170. Librum etiam *De virtutibus*, Ms. in coll. Merton. Oxon. N. iv. 6. Art. similiter huic Matthaeo attribui clar. Cave, juxta Placcium i. 19[?].

[f] Rectius Roberto.

[g] Matthaeus Parisiensis ea styli simplicitate, ea vero fide et libertate annales conscripsit, ut quum de verbis illum minime solicitum esse queraris, forte

tasse

tasse in rerum interim pondere, in morum legumque nostrarum examine, in veterum demum historiarum et annalium indagine abunde ejus comprobaris judicium. Est itaque cur in hujusce scripturis, vita, aut libris illustrandis, Lelandi diligentiae aliquid adjiciendum sperem, aliquid etiam in ejus de Matthaeo commentariis immutandum. Vir erat ab Henrico ejus nominis tertio ad annales hujusce gentis conscribendos designatus: intima ei cum Henrico intercessit familiaritas, intercessit etiam saepenumero palatii et mensae consortium; ideoque, quo magis eo nomine in parato ei fuit rerum in Anglia gestarum notitia publicorumque munimentorum copia, magis etiam fortasse suspecta esse solet historici fides et integritas. Sed ab omni adulationis suspicione satis se liberavit Matthaeus, qui non solum, uti ipse testatur, regem ipsum ad faciem redarguerit, sed et omnium vitia, regum, episcoporum, paparum, sine ullo prorsus discrimine acriter perstrinxit et aperte. Nec itaque mirum esse possit, si Bellarminus, et Baronius, aliique pontificii scriptores, utcunque Matthaei historiam collaudent, dicacitatem tamen et invidiam passim coarguant. "A quo liber (inquit Baronius) siquis demat calumnias, "invectivas, dicacitates, et blasphemias in apostolicam se-"dem frequenter iteratas, aureum sane dixeris commen-"tarium, utpote quod ex publicis monumentis totidem "verbis redditis (ut dictum est) egregie contextum et coag-"mentatum videatur." Erat sane Matthaeo summa vitae sanctimonia, erat illi cum omnibus bonis communis patriae amor, ejusque conservandae studium; ideoque et aliorum luxui libidinique minime pepercit, et alienigenarum in Anglia, sive a rege, sive a papa evectorum, honores, dignitates, divitiasque aegre tulit, et audacter improbavit. Scripsit vir integerrimus *Rerum in Anglia gestarum historiam a Gulielmi conquestu*, viz. anno MLXVI, *an ann. Henrici tertii* 35. viz. ad finem anni MCCL; ubi in fine *Chronici* apponuntur haec verba notatu non indigna: "Hic ter-"minantur fratris Matthaei Parisiensis, monachi S. Alba-"ni, *Chronica*; quae pro utilitate posteritatis subsecuturae, "Dei pro amore, et beati Albani Anglorum protomartyris "honore, ne memoriam eventuum modernorum vetustas "aut oblivio deleat, literis commendavit. Fluxerunt uti-"que ab incarnatione Domini viginti et quinque annorum "quinquagenae, nec est visum quod anno jubilaeo, i. e. "quinquagesimo, celebraretur pascha suo loco proprio, "viz. 6to cal. Apr. nisi hoc anno ultimo." Hic itaque subsistere statuit Matthaeus, nec auctarium ejus a Lelando visum unquam fuisse verisimile est; sed mutata postea sententia, eundem et vitae et annalium suorum finem habuit A. MCCLIX, i. e. Henrici tertii 43. eo enim anno obiit ad fanum S. Albani. Id interim non celandum est, a Rogero de Wendover, priore de Belva, scriptore ejusce aetatis non ignobili, multa desumpsisse Matthaeum, eumque aliquando verbatim exscripsisse, praesertim ante Henrici tertii annum decimum nonum. Vide Seld. in *notis* ad Eadm. p. 169. Obiit vero Rogerus A. D. MCCXXXVII. Gulielmus Rishanger, qui in historiarum contexendarum munere Matthaeo successit, ejus etiam historiam ad ann. Henr. tertii ult. continuavit, et obiit A. D. MCCCXIII. In bibl. Cotton. Claud. E. iv. est *Historia abbatum S. Albani ad Thomam Ware*, ubi in fine vitae Johannis ii abbatis (n. xxiiius.) qui obiit MCCLX est capitulum, *De obitu Matthaei Parisiensis, monachi S. Albani et historiographi.* "Eodem quoque tempore floruit et obiit Dominus Matth. "Parisiensis, monachus ecclesiae B. Albani; vir quidem "eloquens et famosus, innumeris virtutibus plenus, histo-"riographus et chronographus magnificus, dictator egregius, "corde frequenter revolvens, *Otiositas inimica est animae.* "Quem quidem ubi nunquam fecerat praesentia cogni-"tum, partibus remotis fama reddiderat divulgata com-"mendatum. Hic vero a multis retroactis temporibus "usque ad finem vitae suae chronica diligenter colligens, "gesta magnatum tam secularium quam ecclesiasticorum, "necnon casus et eventus varios et mirabiles, in scriptis "plenarie redegit, mirabilemque ad posterorum notitiam "praeteritorum reliquit certificationem. Inerat ei tanta "subtilitas in auro et argento caeteroque metallo in scul-"pendo, et in picturis depingendo, ut nullum post se in "Latino orbe creditur reliquisse secundum. Igitur exem-"plo ipsius operibus insudemus salubribus incessanter, ut "cum ipso praemiis remuneremur coelestibus. Amen." Vide Bal. iv. 26. Pitf. p. 337. seqq. Cave, p. 718. seq. Blunt. *Censura celebr. autor.* p. 288. Watsii *Prooemium*, etc. Harpsf. Sec. xiii. c. 25. Bellarm. *De script. eccles.* A. MCCXLV.

PARKER [GUALTERUS] patria Cornubiensis, sacris ordinibus initiatus. Scripsit *Dextram partem oculi sacerdotis*, lib. i. Vide supra GULIELM. DE PAGULA. *Sinistram partem oculi sacerdotis*, lib. i. *Conciones quoque plures*, lib. i. De aetate ejus non constat. Bal. xii. 61. ex biblioth. Londin. Pitf. *App.* 848.

PARKER [HENRICUS] filius Wilhelmi equitis aurati, 21 Henr. viii. baro regni Angliae titulo Domini Morley creatus. Scripsit Anglice *Comoedias et tragoedias*. Lib. plur. et *Rhythmos plures*. *Vitas Sectariorum*, lib. i. *Expositionem Psalmi* xciv (xciii.) Deus ultionum Dominus, lib. i. pr. ded. regi Henrico viii. "If I had, most Christian prince." Lond. MDXXXIX. 8vo. Transtulit in sermonem Anglicum *Vitam Pauli Aemilii per Plutarchum*. Ad Henr. viii. Pr. epist. "Amongst "all the lyves of the nobyll." Mf. bibl. Bodl. Laud. H. 17. videtur esse autograph. regi Henrico dedicatum. *Vitas Hannibalis et Scipionis per Plutarchum ex Latinitate Donati Accioli.* Pr. ded. regi Henr. viii. "When I remembred, most Christen kyng." Mf. bibl. reg. Westmon. 17. D. xi. *Historiam papae maletractantis Fridericum imperatorem, per Massuetium Salernitanum.* Pr. ded. regi Henr. viii. "Senek wryteth in one of hys." Ibid. 18. A. lxii. *Salomonis Ecclesiasticen cum longa paraphrasi.* Pr. ded. regi Henr. viii. "Of old and ancient usage it hath." Ibid. 17. D. xiii. *Vitam Thesei per Plutarchum ex Latinitate Lappi Florentini.* Pr. ded. regi Henr. viii. "Andreas Alciates wrightithe." Ibid. 17. D. ii. *Epistolam Senecae* xcii *cum parte epistolae* xviii. Pr. ded. principissae Mariae. "I most humbly pray your moste." Ibid. 17. A. xxx. *Somnium Scipionis.* Pr. ded. princ. Mariae. "Most noble princes, I do ymagine." Ibid. 18. A. lx. *S. Athanasii titulos in libros Psalmorum ex Latinitate Angeli Politiani.* Pr. ded. princ. Mariae. "If "it should seme superfluous." 17. C. xii. *Johannis de Turre Cremata expositionem in Psalm.* xxxvi. pr. ded. princ. Mariae. "I do remembre most." Ibid. 18. A. xv. *Erasmum de laude B. Mariae virginis.* "St. Gregorie most noble." Ibid. 17. A. xlvi. *Thom. Aquinatem in salutationem angelicam.* Pr. ded. princ. Mariae. "So doth it dayly appere most." Ibid. 17. C. xvi. *Historiam Pauli Jovii.* Pr. ded. regi Henr. "Thys boke, most Christen kyng." Mf. autogr. Gresham. 8. In bibl. reg. Westmon. 18. B. xxi. est. *Richard Hermite of Hampole his commentary upon seven of the first psalms* quem cum epistola praefixa ad principem Mariam straenae loco misit Henricus Dominus Morley. Pr. epist. "That singular vertue." Claruit A. MDXL. Bal. par. post. p. 103.

PARKERUS [a] [HENRICUS] ſive PARCHERUS, Carmelita ex ſocietate Dunocaſtrenſi, famam ab eruditionesibi peperit. Hic anno D. MCCCCLXIV ſacram in ſuggeſtu Paulino *Orationem* habuit, qua Chriſti paupertatem inſinuavit, et ſcriptam poſtea edidit [b]. Comparent et hujus in libros *Meteororum* [c] *Ariſtotelis commentarii*, ut mittam libellum *Concionum*. Ex *Lelando*.

[a] S. theologiae doctor Cantabrigienſis. Pitſeus.

[b] Lib. i. "Simul in unum dives et pauper." In chronico anonymi Mſ. Balei Cotton. Titus, D. x. f. 82. "A. "MCCCCLXIV 16 cal. Octob. praedicabat—— Chriſtum "ſuo tempore mendicaſſe, viros eccleſiaſticos inde nihil "proprii poſſidere debere, etc. qua ex re ſubortum eſt ſchiſ-"ma inter Seculares et Religioſos." In Mſ. Lel. Trin. ita: "Chriſti paupertatem humilem ſuperbientibus praelatis "objecit, eorum improbans faſtum, ſcriptamque poſtea "edidit. Hinc incommoda multa cum ſocio Thoma Hol-"deno perferens (qui ſimilia fecerat) palinodiam compul-"ſus ſuper tribus articulis in eodem loco Londini cecinit. "Scripſit poſtea lectiones xxxiv in *Meteora Ariſtotelis*."

[c] Lib. iv. "Intentio philoſophi in hoc primo." Praeter *Conciones* ſcripſiſſe fertur Anglice *Dives et pauper*. *A compendious treatiſe upon the Ten Commandments*. Lond. MCCCCXCIII. fol. by Pinſon. Lond. Wink. Word. MCCCCXCVI. MDXXXVIII. MDLXXXVI. 8vo. A. Wood. *Athen. Oxon.* i. c. 46. In *Add.* Joh. Balei ita: "Iſtum edidiſſe credo fa-moſum illum dialogum de x praeceptis, ſub titulo *Divitis et pauperis*; qui incipit: *Dives et pauper*." Bal. viii. 29. Pitſ. p. 660.

PARKER [HENRICUS] in aula Magdalen. Oxon. educatus; muſices peritiſſimus, baccalaureus in ea facultate factus eſt A. MDII. Scripſit *Compoſitiones muſices*. Mſs. in Schola Muſicae Oxon. Claruit A. MDII. *Faſti Oxon.* tom. i. 5.

PARKERUS [MATTHAEUS] filius Willelmi et Aliciae Norwici in lucem editus 6 Aug. MDIV, in ſchola patria grammaticalium ſtudiorum curriculo abſoluto, collegii Corporis Chriſti Cantabrigiae primo clericus, dein ſocius, electus fuit, poſtea decanus collegii Stokenſis in agro Suffolc. admiſſus 10 Sept. MDXXXV. *Reg.* Norwic. xiv. et S. theol. profeſſor. ac Elienſis eccleſiae praebendarius inſtitutus eſt; A. MDXLII. 27 Febr. admiſſus ad eccleſiam de Aſh London. dioec. *Reg.* Bonner. A. MDXLIV. penult. Aprilis inſtitutus in eccleſiam de Burlingham S. Andr. dioec. Norwic. *Reg.* Repps. Succeſſu temporis collegii Corp. Chr. magiſter, decanus Lincolnienſis, et praebendarius de Coringham in eadem eccleſia praeſentatus a rege Edw. vi. Fuit rector de Landbeach prope Cantabrigiam et reginae Anne Bulleniae a ſacris. Beneficiis his omnibus temporibus Marianis exutus fuit, quia uxoratus. Poſtquam regina Elizabetha regnum adepta fuiſſet, electus eſt archiepiſcopus Cantuar. et conſecratus 17 Dec. MDLIX. De eo Whart. *A. S.* tom. i. *Praefat.* xviii. ita: "Huic "praeſertim reſtitutam hiſtoriae Anglicanae lucem debemus; ab hoc unico eccleſiae Anglo-Saxoni-"cae notitiam et monumenta accepimus. Ipſe omni doctrinae genere cumulatiſſimus, antiquitati "Anglicanae illuſtrandae plurimum inſudavit, aliiſque ut eandem ſuſciperent provinciam, autor "fuit. Libros e monaſteriorum et eccleſiarum bibliothecis projectos, diſcerptos, et per tabernas, "per foeda loca diſſipatos conquiſivit, melioris notae hiſtorias luce publica donavit; viros erudi-"tos ad parile ſtudium incitavit, eoſdemque voto ſuo obſequentes praemiis lautiſſimis, et digni-"tatibus eccleſiaſticis provexit; alios in familiam ſuam aſcivit, quos ad antiquitates noſtrae gen-"tis enucleandas muneribus provocavit, et exemplo praeivit." Scholam grammaticalem fundavit apud Rochdale in agro Lancaſtr; et benefactor erat collegiorum Corporis Chriſti Cantabr. Caio-Gonvill. et Aulae S. Trinitatis. De quibus vide *Hollinſh.* vol. iii. p. 1261. Scripſit et edidit *Concionem in mortem M. Buceri ex Eccleſ.* iv. 7, 8, 9. *How we ought to take the death of the godly.* "Juſtus ſi morte praeoccupatus." Inter *Opp.* Buceri. Baſil. MDLXXVII. f. p. 892. Et in *Hiſt.* Buceri. Argent. MDLXII. 12mo. Anglice Lond. by Jugg. tempore Edw. vi. Fuit ea tranſlata per Tho. Newton. Lond. MDLXXXVII. 24to. Vide Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. x. *De antiquitate eccleſiae Britannicae et privilegiis eccleſiae Cantuarienſis cum archiepiſcopis ejuſdem* lxx. Pr. "Omnibus lae-"tam jucundamque." Lond. MDLXXIII. fol. Hanov. MDCV. fol. Hoc opus a M. Parkero ſcriptum affirmat Fr. Thyn. apud Hollinſh. iii. 1275. 1435. Vide Cujacii judicium de hoc libro et Somner. p. 273. Vide *Praefat.* S. Drakii praefixam ſuae editioni. Obſervationes in M. Parkeri *De antiquitate Britannica* editiones per Ric. Smith. gener. et antiquarium. Hic liber excuſus fuit Londini MDLXXII; in eodem ipſo anno denuo Londini auctior et emendatior editus eſt; emendatum ſeu correctum, et non noviter excuſum fuiſſe ex impreſſione librorum liquido conſtat: In pleriſque enim paginis in ſingulis lineis a prima ad ultimam cujuſlibet paginae verbatim, et in literarum diſpoſitione cujuſlibet lineae punctualiter hic liber cum altero illo emendato concordat; in iis ſolum paginis diſcrepans, in quibus aliquid in correcta illa editione de novo additum vel correctum fuit. Nec veriſimile eſt duas ejuſdem libri editiones uno eodemque anno tantillae emendationis cauſa imprimendas fuiſſe, cum minori diſpendio facilius ex diligentiore correctione editio depravata emendari, quam de novo excudi poſſit. *Vitam Matthaei Parkeri* ultimi archiepiſcopi Cant. hoc libro deſcriptam, nec Londinenſis illa correctior editio, nec editio hujus libri Hanovienſis ibidem A. D. MDCV. fol. excuſa in ſe habent. *Vita M. Parkeri* in alio exemplari dictae emendatae editionis Londinenſis ineſt; etſi in altera deſit; fortaſſe id accidere potuit ex incuria bibliopegi, vel ex aliqua alia occaſione omitti potuit ex altera earum. Ex priori illa emendata Londin. editione ſuſpicor emerſiſſe editionem Hanovienſem ante dictam, ac inde omiſſionem *Vitae Matthaei* archiepiſcopi in Hanovienſi editione accidiſſe, eadem vita omiſſa in exemplari. Hanovienſis editio non habet nomina regum et archiepiſcoporum (ante hunc librum poſitum) nec tractatum de acad. Cantabrigienſi huic libro adjunctum; ad manus Hanovienſis typographi forte non devenit. In correctiore editione Londinenſi in *Vita Auguſtini* primi archiepiſcopi pag. 3. et in Hanovienſi editioni inſeruntur quaedam, ſc. paginae ſex vel folia tria, quae in hoc libro deſiderantur. Et in p. 96. hujus

96. hujus libri quaedam adduntur in libro illo correctiore, et in editione Hanoviensi, quae in hoc libro desunt. Et in praefatione libri, et in diversis aliis locis hujus libri hinc inde diversa verba (et clausulae quaedam) addita vel immutata reperiuntur; quae omnia ex Hanoviensi illa editione suppleri possunt. Pag. 96. hujus libri sunt nomina diversorum testium cuidam constitutioni, quae in illa alia emendatiore editione omissa sunt. *Catalogus librorum*, quos archiepiscopus ille Parkerus dedit universitati Cantabr. ponitur excusus in ultima illa correctiori Londin. editione. In hoc libro praeter *Vitam M. Parkeri* huic libro additam, et praeter paginarum aliquot defectum in *Vita Augustini episcopi* pag. 3. et in Praefatione libri lineas aliquot hoc libro omissas nihil fere aliud notatu dignum inveni, quam inter correctiorem Londinensem vel Hanoviensem editionem et Londinensem primam editionem. Praeter has editiones hujus libri antedictas, extat altera quaedam Londinensis editio; in qua lacuna illa (seu pagina blanca) quae inest in plerisque aliis editionibus in *Vita M. Parkeri* archiepiscopi a pag. 443 ad 449 hujus editionis suppletur cum aliis quibusdam additis, quae in ulla alia editione suppleta non observavi. In hoc supplemento notandum est, quod progressus Elizabethae reginae per Cantium A. D. MDLXXIII descriptus est; unde liquet quod supplementum illud (et consequenter editio libri) factum fuit anno sequenti ad minus, post priorem editionem Londinensem; in quo supplemento scriptum est, quod Elizabetha regina secundo die mensis Martii A. D. MDLXXIII. a regia Hamptonia Grenovicum se contulit pag. 447. lin. 35. In praefatione hujus libri ad lectorem multa omittuntur, quae in alia correctiori Londin. editione, et in Hanoviensi editione habentur. Attamen ad finem Praefationis in hoc libro et aliis editionibus haec clausula (sc. *Cujus tota laus ei tribuenda est*, etc.) omisso nomine archiepiscopi variatur, cum in hoc libro in eadem clausula nomen archiepiscopi hoc modo exprimitur, sc. *Cujus tota laus summo ac divino antistiti domino Matthaeo Cantuar. archiepiscopo tribuenda est, qui* etc. Inde verisimile est hunc Matthaeum archiepiscopum hujus libri fuisse autorem, si huic praefationi fides adhibenda sit. Quid Sam Drakius in elegantissima hujus libri editione A. MDCCXXIX praestiterit, omnibus liquido constat ex emendationibus ac annotationibus doctissimis. Edidit notisque illustravit Joh. Poineti, episc. Winton. *Librum secundum de sacerdotum connubio contra Tho. Martinum.* principio Elizab. Whart. *Append.* ad Strype in *Vita Cranmer.* pag. 262. Vid. Strype *Cranmer.* pag. 331. Scripsit tempore reginae Mariae *Defensionem sacerdotum connubiorum legibus imp. regni Angliae sancitorum contra Thomam Martin.* Anglicus titulus talis: *A defence of priestes marriages establish'd by the imperial lawes of the realm of England, against a civilian, namyng himself Thomas Martin, doctor of the civil lawes goyng about to disprove the said marriages*, etc. London. by John Kinston for Ric. Jugge, printer to the qu. majesty, . . . 4to. Pr. pr. editoris. "Where by chaunce came "into my hands of late." In hac praefatione dicitur quod auctor tempore reg. Mariae et Philippi obierit. Et dicit: "Now because I would nether adde to another man's writing, neither dimi-"nishe the same, I have presented unto thee, good reader, the whole booke as it is." Pr. pr. Autoris ded. Philippo et Mariae R. R. "As Almighty God the merveilous Creatour." Ad p. 22. et pag. 23. *General considerations.* Pr. "As it standeth all men in hand." p. 36. *The examination of Dr. Martin's first chapter.* Pr. "In this shamelesse lying book." In margine citat doct. *Ponette's apology and first answer to Martin's booke*; quae verbatim Ponetti est usque ad pag. 57. Continet paginas 274. "Quiet of this our natural countree. Amen." Alia hujus libri editio continet paginas 359 praeter indicem. Printed at London by Richard Jugge, printer to the queen's majesty—cum privilegio regiae majestatis. Additamentum paginarum dicitur esse M. Parkeri, et ob citationem (pag. 335.) Juelli episcopi Sarum. scriptum post mortem Poneti. Hunc librum Parkero ascribit apologista *Pro praxi curiae ecclesiast.* London. MDXCIII. 4to. Part. ii. p. 109. Scripsit *Epistolas, et praefationes, ac orationes varias*; quarum *quatuor de promotione sua ad archiepiscopatum* extant Anglice in *Append.* tom. ii. Burnet. *Hist reform.* p. 353. seq. Et n *Vita* ejus per Jo. Strype *Append.* dantur sequentes: *Letter to doctor Stokes.* n. iii. *Letter to queen Katerine's counsel in behalf of Stoke college.* n. vi. *His discourse against alienation of the revenues of the church.* Pr. "In omni actione." n. vii. *Journal of his life till he was made archbishop.* Pr. "A. D. MDIV. 6 Aug." Litera G. et T. n. ix. *Letter to the queen, persuading her to marry.* n. xiv. *Letter to secretary Cecil about the marriage of the clergy.* n. xvii. *Letter to the bishop of London about conformity.* 30 Januar. MDLXIV. n. xxvi. *Letter to the bishop of London about licences for preachers.* 12 May. MDLXV. n. xxxii. p. 63. *Letter to the same about the book of orders; and suspension of non compliers.* 28 March. MDLXVI. n. xlviii. *Letter to the lady Bacon, vindicating himself to the lord keeper.* 6 Febr. MDLXVII. n. lvi. *Letter to the queen in behalf of Dr. Barth. Clerk.* 19 June. n. lxxix. *Oratio ejus coram synodo 9 Maii* MDLXXII. n. lxxxi. *His preface before the new translation of the Old Testament.* Pr. "Of all the sentences." n. lxxxiii. *His preface before the New Testament.* Pr. "The New Testament so called." n. lxxxiv. *Letter to lord Burghley; concerning some books and his Antiquitates Britannicae.* n. lxxxix. *Letter to the same about the earl of Leicester and the puritans.* 18 Febr. n. xcv. *Letter to the same about the see of Norwich.* 11 Apr. n. xcix. *Letter to secret. Cecil, declining a conference with the bishop of Aquila.* n. cvi. *De epistolis et orationibus ejus* dum cancellarius erat Cantabrigiae vide Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. D. *Articles for the diocesses to be enquired of in the archbishop's metropol. visitation.* Strype in *Vita Parker. App.* n. xi. *Mandatum episcopo London. pro reformatione calendarii. Concil. M. Brit. et Hib.* tom. iv. p. 224. *Statutes for the hospitals of St. John's in Canterbury and St. Nicolas in Harboldown.* Strype in *Vita Parker. App.* n. xii. *Ordinances accorded by the archb. of Cant. etc. in his province.*

province. Ibid. p. 47. *Articles for the metropolitical visitation.* A. MDLXVII. Ibid. p. 86. seqq. *Statutes for the hospital of Eastbridge in Canterbury.* Ibid. p. 93. *Articles for the diocese of Canterbury at the archbishop's visitation.* MDLXIX. *Conc. M. Brit. et Hib.* vol. iv. p. 257. *Determinationem jurisdictionis episcopi Lincoln. et archidiaconi Lincoln.* 10 Julii MDLXXII. Strype in *Vita Parker. App.* n. lxv. *Statuta pro curia de arcubus* A. MDLXXIII. *Conc. M. B. et Hib.* t. iv. p. 273. seq. *Injunctiones in visitatione eccl. cathedr. Cantuar.* Ibid. p. 275. seq. et Strype in *Vita Parker. App.* p. 168. seq. M. Parkero adscribuntur *A brief and lamentable consideration of the apparel now used by the clergy of England.* A. MDLXV. Strype *Eliz.* p. 455. *An examination for the time of a certain declaration lately put in print in the name and defence of certain ministers of London, refusing to wear the apparel prescribed by the laws and orders of the realm.* Ibid. p. 481. Transtulit *Psalmos Davidis in rithmos Anglicanos.* Strype in *Vita Parker.* p. 33. *A godly and necessary admonition of the decrees and canons of the councel of Trent, celebrated under Pius* iv *bishop of Rome* MDLXII et MDLXIII. *Written for those godly disposed persons sakes, who look for amendment of doctrine and ceremonies to be made by general councils.* Translated out of Latin. Imprinted at London by Joh. Day MDLXIV. Strype *Eliz.* p. 377. *The entrance of the emperor into Augsburg* MDXXX *translated out of a French book; printed at Antwerp,* MDXXX. by M. *Parker.* MDLXIX. Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. G. p. 359. Auspiciis hujus archiepiscopi editae sunt historiae *Matthaei Parisiensis: Matthaei Westmonasteriensis: Asserii episcopi Schirburnensis: de vita Alfredi literis Saxonicis,* cui praefigitur prooemium archiepiscopi: *Giraldi Cambrensis: Thomae Walsinghami, etc.* Vid. Stow. *Hist.* p. 679. Fuller. *Hist. Eccl.* xvi. 60. 108. *Biblia maximi voluminis multa opera correxit et edidit* M. Parkerus. Hollinsh. iii. 1261. *Vitam* ejus conscripsit Johannes Strype. Lond. MDCCXI. fol. Extat vetus vitae ejus editio h. t. *The life of the* lxxth *archbishop of Canterbury presently sittinge, englished, and to be added to the* lxix *lately set forth in Latin.* Imprinted MDLXXIV. Obiit 17 May MDLXXV, et in capella Lambethensi humatus jacet. Bal. ix. 88. Godwin. 217. seq. *Athen. Oxon.* i. 687. H. Holland. *Herool.* p. 177.

PARKHURST [JOHANNES] filius Georgii, natus apud Guilfordiam in com. Surr. literis grammaticalibus in schola collegio S. Mariae Magdal. Oxon. vicina, philosophicis et theologicis in collegio Merton. Oxon. imbutus fuit. Hujus postremi collegii socius probaticius eligebatur A. MDXXIX et post triennium absoluto philosophiae curriculo artium magister admissus, sacrisque ordinibus initiatus, ad rectoriam de Clyve episcopi in comit. Glocestr. collatus erat, quam cum episcopatu postea in commendam retinuit. (Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. B. v.) Cum regina Maria regnum auspicaretur ad transmarinas oras profugit, et Tiguri sedem figens in exilio egit usque ad initium regni Elizabethae, quo tempore in patriam reversus episcopus Norwicensis renunciatus est A. MDLX. et post sexennium S. theologiae doctor. Scripsit *Epigrammata in mortem duorum fratrum Suffolciensium Caroli et Henrici Brandon.* Lond. MDLII. 4to. Ex his quaedam citat Fr. Thin. apud Hollinsh. iii. 1237. In edit. Lond. MDLII. extant epigrammata iii in mortem duorum fratr. Suffolc. inter alia ejusdem argumenti. Secundum Balaeum scripsit Henrici et Caroli Sudovolgiae ducum epitaphia iii. Caroli Brandoni eorum patris epitaphia ii. Catherinae reginae Angliae epitaph. i. In clarissimam puellam Mariam ejusdem reginae filiam, carmen. Janae reginae Edw. vi matris epitaph. ii. Omnia extant in *Collect. epitaph.* per Tho. Wilsonum Lond. MDLII. *Ludicra seu epigrammata juvenilia.* Pr. pr. "Scripsimus olim succisivis." Pr. lib. "Ludicra cur placuit." London. MDLXXII. 4to. *Epigrammata seria.* Lond. MDLX. 8vo. *Vitam D. Jesu Christi carm. Lat.* Pr. "Absque viro facta est faecunda Deipara, natum." Brevis est, et cum carmine uno et altero sacro extat in libro precum privatarum. London. MDLXVIII. 24to. *Volumen epistolarum partim Latine Rodolpho Gualtero, Henr. Bullingero, Johanni Wolfio, Josiae Simlero, Ludovico Cavalero, et aliis exteris; partim Anglice de dioeceseos et ecclesiae Anglicanae statu circa annos* MDLXX. MDLXXI. MDLXXII. MDLXXIII. MDLXXIV. Mſ. Norwic. More. 125. Harum 4 vel 5. extant in Strype in *Vita Parker.* 248. 450—452. *Epistolas* v M. Parkero Mſ. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 477. etc. *Epistolam* i. Foxio. Strype *Eliz.* 368. *Apocrypha* a sapientia Salomonis ad finem Macchabaeorum transtulit in patrium sermonem. Obiit 2 Febr. MDLXXIV. aetatis 63, et in nave ecclesiae cathedr. Norwic. tumulatus est. Bal. ix. 94. *Athen. Oxon.* i. 179. seq.

PARKYN [ROBERTUS] capellanus sive curatus de Adwick super Stratum juxta Doncaster. Scripsit carmine Anglicano *Historiam beati Jesu.* Mſ. in museo Thoresb. pag. 531. Claruit A. MDXLVIII. Ibid.

PARMETORYE [RICHARDUS] transtulit in linguam vernaculam *The history and interpretation of a wonderful thing, in the which the aire was seen to burn in many countries of Germany in the beginning of our Lord* MDLXI. *the third day after Christmass, i. e. on Childermass day. . . . and of certain other olde and new wonders joyned thereunto. Written in Latin by Conrad Bolovetus of Tridemont.* Lond. MDLXI. 12mo.

PARRINCHIEF [JOHANNES] hortatu D. Spenser bonarum artium studiis deditus Brackleiae (ubi vel ludimagister vel curatus fuit) vixit A. MDLXXII. Ibi enim data est epistola dedicatoria dom. Laur. Humfredo, collegii Magdalen. Praesidi praefixa suo *Apothegmatum, exemplorum, etc. Libro ex Lycosthene, Brissonio, et aliis collecto.* Pr. epist. ded. "When Iphigenia, right worshipfull." Lond. . . 12mo. Scripsit etiam *Epitomen martyrologii Joh. Foxii.* Hujus meminit in praefatione libri prioris; an vero unquam impressa fuerit, haud constat.

PARTRICH [PETRUS] S. theol. baccalaureus Oxon. unus inquisitorum haereticae pravitatis A. MCCCCXIII ; et deinde S. theol. prof. unus nunciorum a domino rege Angliae ad regem Arragoniae MCCCCXXVIII. Rymer. *Foeder*. x. 407. Licentiam habuit ad aurum exportandum, qui de licentia regis ad generale concilium Basileense pro clero regni Angliae profecturus est 18 Dec. MCCCCXXXII. Rymer. *Foeder*. x. 532. 533. Fuit cancellarius ecclesiae cathedr. B. Mariae Lincoln. residentiariusque in eadem, et officialis, sede episcopali ibidem vacante, 17 Maii MCCCCXXXVI. *Reg*. Norwic. ix. 84. et praebendarius de Sutton in Marisco. MCCCCXXXVIII. *Reg*. Alnwik. Extat *Provocatio Petri Partrich. cancell. Lyncoln. in concilio Basileensi* A. MCCCCXXXIII, *nomine archiepiscopi Cant. et episcoporum provinciae ejusdem*. Ms. bibl. Bodl. Digby. 66. *Tabula super Cowton a Petro Partriche compilata*. Ms. bibl. eccl. Lincoln. Hic jacet mag. Petrus Partrich sacrae paginae professor, quondam cancellarius istius ecclesiae, qui obiit 10 Jan. A. D. MCCCCL. epitaph. in Ecclesia Lincoln. Ex *Collect*. Sandersoni.

PARTRIDGE [JOHANNES] collegit et edidit *The treasurie of commodious conceits and hidden secrets call'd the Goodwives closet of provision*. Pr. ded. Rich. Wistow, chirurgo. " After " that I had taken." 2 edit. Lond. MDLXXVII. 12mo. MDXCI. 8vo.

PARYS [GULIELMUS] in Anglia cujusdam ecclesiae archidiaconus. [Quaere annon hic sit Gulielmus Parisiensis] Scripsit *Commentarios in Psalterium*, lib. i. Hos olim vidit Balaeus in bibl. regia. *De virtutibus et vitiis*. Ms. De aetate ejus non constat. Bal. xii. 74. Pits. *Append*. pag. 857.

PASCHALIS[a] [JOANNES] Sudovolgus, inter Carmelitas Gippovicensis collegii religioni operam dabat, inde ad scholas Grantanas fausto sidere translatus fuit. Longo vero post tempore, cum ex academiae suffragio theologici nominis titulos accepisset, Gippovicum rediit, magnumque eruditionis suae specimen palam ibi exhibuit. Jam fama viri ad aures Gulielmi, episcopi Nordovicensis, pervenerat. Is vero probum et doctum desiderans, quem sibi a suffragiis haberet, mature curavit, ut Paschalis, annuente Romano, episcopus designaretur. Gulielmus obtinuit quod voluit, et Paschalis in episcopum Scutariensem, accepta sine re ulla dignitate, consecratus est. Parabat tamen illi qualiscunque dignitas aditum ad majorem : nam Eadveardus a Gulielmo Victore tertius usque adeo ejus applaudebat concionibus, ut illum Tavensi episcopatu[b] donaverit. Senserat et ante conciones suas, quas frequentissimas habuerat, populo perplacuisse. Quare multas ex illis vehementis eloquentiae plenissimas selegit, selectas Latinitate donavit, ac in tres distinxit libros[c]. Tandem fato concedens[d], anno D. MCCCLXI, in Tavensi basilica sepultus fuit. Ex *Lelando*.

[a] Thomas vocatur a Whartono Ms. R. 131. in bibl. Lambeth. Joannes Paschallus familia ortus nobili Paschallorum, qui in com. Suffolc. etiamnum florent. Godw. Cathusianus Ipswicensis. Idem [b] Designatus est episc. Landavensis 3 Jun. MCCCXLVII. Idem. [c] Scripsit *Homilias* lxvii. *de tempore*, lib. i. " Qui habet mandata mea et " servat ea." Ms. Bale Glyn. *Homilias* [lxxx.] *de sanctis per annum*, lib. i. Pr. " Erat Andreas frater Simonis Pe- " tri." Ms. Bale, Glyn. et in bibl. reg. Westmon. 7. B. 1. hic autem numerum serm. non observat. *Conciones per annum*, lib. i. quarum lxvii. vidi in uno vol. Pr. " Qui ha- " bet," etc. Ms. Bal. Sloan. *De Christi passione*, lib. i. " Expedit vobis ut unus moriatur." Ms. Bale. Glyn. *Lectiones Scripturarum*, lib. i. *Disputationes quoque*, lib. i. [d] Obiit 11 Octob. MCCCLXI. Bishtonae et in capella B. Mariae sub lapide marmoreo jacet humatus. God. i. pag. 636. [A. MCCCLXI. apud. Lan. in dioec. sua. ita in *Regist*. Islip.] A. MCCCLX, juxta Birchington. p. 45. Vide Bal. v. 97. Pits. p. 496.

PASLATENSIS monachus quidam anonymus scripsit *Chronicon ab initio mundi*, lib. i. Claruit A. MCCCCLII. Dempst. xv. 1011.

PATERNUS patria Scotus, reclusus Paderburnensis. Vid. *Praefat*. in bibl. Patr. xvii. vol. Paris. MDCLIV. fol. Scripsit *Praedestinationes*, lib. i. Exustus est in cella sua ex incendio exire nolens A. MLVIII. Dempst. xv. 999.

PATESHULLUS[a] [PETRUS] Augustinianus, prima studiorum suorum tempora inter Oxonienses satis feliciter collocavit. At postquam Whitoclivus *De realibus universalibus* librum, ut tum bonis videbatur, pestilentem edidisset, manum alio vertebat, curiose evolvens famosos libellos, qui tum veluti ab orco coeperunt prodire. Nec contentus[b] tantum legere, sed laudare etiam, quantum temporis opportunitas patiebatur. Eoque tandem crevit hominis insania, ut Whitoclivo paralysis violentia è medio jam sublato, palam inceperit novas res praedicare, antiquorum rituum autoritatem convellere, mysteria, et usus sacramentorum in dubium vocare. Contigit autem, ut hujus tragoediae prooemium caneret circiter nonum annum imperii Richardi Burdegali, Anglorum regis ;[c] quod illi pessime cecidit : nam paulo post sibi timens in Boëmiam profugit, ubi inter Hussitas non parvo tempore plane antesignanus erat. Valebat etiam plurimum disputandi acumine, et ingentem telorum vim ex veterum autorum armariis desumpserat, quibus catholicos non raro, sed per dolum feriebat. Accessit huc praeceps audacia, commune fraterculorum malum ; qua tam temere ferebatur, ut non dubitaverit miscere coelum terra, et mare coelo : et libellis famosissimis Augustinianos stringere, convellere, lancinare. Hic ipsus est, quem Aeneas Sylvius 49. capite *Historiae Boëmicae* Petrum Anglicum[d] appellat, hominem in elenchis plurimum confiden-
tem.

[a] Petrus Pateshullus, SS. theol. doctor Oxoniensis. Pits. Vide de hoc Pateshullo *Hollinsh*. iii. 455. [b] *Erat* addit Ms. Lel. Trin. [c] *Quod Augustinianis pessime cecidit, dum eo atque Jacobinos famosissimis libellis stringeret, convelleret, lancinaret*. Ms. Ibid. [d] Errat Lelandus, qui pro Pateshullo Petrum Anglicum (*Payne* aliquando appellatum) et

tem. Sed nunc, ut aequi judicis partes agam, dicam aperte, libere, audacter, quid de Petro sentiam. Principio bonum fuisse virum nec possum, nec volo adfirmare; quandoquidem parum reverenter, ne dicam absurde, de aliquot ecclesiae sacramentis sentiebat. Totis tamen adfirmabo viribus bene factum ab illo, quod pontificem Romanum avaritiae, superbiae, tyrannidis admonuerit. Habes, optime lector, idque paucis meum qualecunque de Petro judicium. Superest, ut scias, multos olim ab hoc Petro libros in lucem emissos [e]; postea tamen edictis principum ac pontificum severissimis vulcano consumptori traditos fuisse. Hinc est, quod jam nusquam, quantum ego sciam, compareant. Hoc interim constat, Gualterum Dissum [f] Anglum, legatum Urbani sexti, pontificis Romani, Petrum, diplomatis beneficio, liberasse a jugo Augustinianae sectae [g]: a quo tempore ita Londini concionatus est, in fano Christophero sacro, atque adeo alibi, ut ejus auditores comminarentur collegio Augustinianorum faces. Tantum audet praeceps seditiosi vulgi temeritas [h]. Ex *Lelando*.

et ab Aenea Sylvio commemoratum habet. Videsis *Hist. et Ant. Oxon.* i. 117. 215, 216. [e] Scripsit, secundum Baleum, *Super Hildegardis prophetias*, sive *Vitam fratrum mendicantium*, lib. i. "Salvator noster Jesus Christus, qui." Extracta quaedam ex hoc libro habentur inter coll. Joh. Balei, Mf. Cotton. Titus D. x. f. 88. *Defensorium Armachani*, lib. i. "Sedens super flumina flevi Babylonis." *Novam cantilenam* [*de fratribus* add. Bal.] lib. i. "Vox "in Rama resonat, libens lachrymari." *Lamentationes fratrum*, lib. i. "O quis dabit capiti pelagus aquarum." *Risus natalicios*, lib. i. "De nihilo nihil est, et nihil sem-"per erit." *De flagitiis Augustinensium*, lib. i. *De nequitiis Dominicanorum*, lib. i. *Mandata legis evangelicae*, lib. i. *De desolatione ecclesiae*, lib. i. *Lecturam theologiae*, lib. iv. *Determinationes aliquot*, lib. i. *Postillationes S. Scripturae*, lib. i. *Sermones in papismo*, lib. i. *Sermones contra papismum*, lib. i. Haec Baleus. *Contra haereticos opusculorum* lib. i. Pitf. *Rithmos in defensionem Ricardi Armachani ac Ricardi Killingtoni, decani Londinensis, contra fratres*, lib. i. Mf. add. Bal. Lel. Tr. [f] *Carmelitam* addit Mf. Lel. Tr.
[g] Et ejusdem pontificis fecisse capellanum honoris. Bale.
[h] Scribit Th. Walsinghamus ad ann. MCCCLXXXVII, quod moriens noster recantavit. Pitf. Vixisse fertur anno MCCCXC. Bal. viii. 2. Pitf. p. 555.

S. PATRICIANUS episcopus Scotus in Mona insula, scripsit, *Documenta ad fideles*, lib. i. *De persecutione Saxonica*, lib. i. Martyrium passus est a Saxonibus circa A. DXXXIV. Dempster. xv. 1012.

PATRICIUS NEPOS S. Patricii, post cujus obitum in Britanniam trajecit. Scripsit *Vitam patrui sui S. Patricii.* Claruit circa A. D. Sepultus est Glastoniae. War. p. 104. Jocelin. de Furnes, c. 186.

PATRICIUS ut erat vir in primis eruditus, juxta ac bonus, ita ejus a me vita posteritati luculenta, ornata, splendida oratione tradenda esset; nisi Gulielmus Meildunensis, monachus inter scriptores sui saeculi clarus, hanc provinciam praeoccupasset. Nos itaque, ne nihil fecisse videamur, ex duobus Gulielmi de *Vita Patricii* libellis (nam tertius, quem pollicetur, toties a me quaesitus nusquam comparet) pauca, sed quae maxime illustria, colligemus. Potitus, presbyter ex Cambria, quae in divisione tertia Britanniae pars est, oriundus, Calpurnium genuit; qui postea diaconus factus, ex Conche [b] Patricium cognomento Succet, genuit; cui postea nomen divo a Germano [c] Altisiodorensi Magonius, et a Caelestino, P. R. Patricius, teste Mariano Scotto, inditum est. Huic Banavona, alias Nantechor dicta, viculus litoralis campi Tabernarii, qua recta ex Cambria in Hiberniam navigatur, locus non modo natalis [d] erat, verum etiam educationis. Ibi etenim Christianae religioni a quodam Gornia initiatus est; ibi literis operam dedit; et cum Lupida, parvula sorore sua, foemina magnae postea continentiae et virtutis, feliciter, parentibus omnia abunde ministrantibus, vixit. Jamque annos natus erat plus minus sexdecim, cum ecce Scotti, piratae infestissimi, ex Hibernia depredatum ad loca litoralia minimum vicinae Britanniae navigantes, Patricium, nescio quo casu, captum cum magna juvenculorum turba abducunt. Deinde ad suos reversi, ingenuum adolescentem pro servo vendunt cuidam [e] Milucho, qui illum statim pascendis per deserta porcorum gregibus destinavit. Sed quamdiu serviverit [f], ex Gulielmo non satis liquet. Scribit tamen dato pretio manumissum fuisse, dominumque postea poenitudine ductum, cogitavisse de repetendo servo. At Patricius, secundo vento usus, festinanter abierat; ita tamen, ut per mare, per terras multa pericula [antea] sit passus, quam ad parentes perveniret. Erat circiter haec tempora Germanus [g], episcopus Altisiodorensis, vir magnae eruditionis simul ac virtutis, in summo pretio non modo apud Gallos suos, verum etiam apud Britannos; quos semel atque iterum a Pelagiana haeresi, et Saxonum violenta tyrannide liberos fecit. Hunc Patricius libertati restitutus, tanquam praeceptorem et patronum observavit, dilexit, coluit; nec ante ab ejus recessit latere, quam totos duodeviginti annos exegisset. Quo longo spatio tantum per omnes cum [gg] eruditionis, tum virtutis numeros profecit, quantum illi ad immortalem gloriam satis erat. Senserat haec Germanus, cupiensque virum

[a] De Patricii vita rebusque gestis vide *Acta Sanctorum* vii. 517. Usserii *Primordia*, c. 17. pag. 815. Flahert. *Ogyg.* c. 82, 85. p. 391. *Mon. Angl.* i. 10. Bal. i. 44. Pitf. p. 90, 91. Dempst. xv. 1001. Camden. *Epist.* p. 236, 238, 245. Cave p. 331. War. p. 101. [b] Soror S. Martini Turonensis archiepiscopi. *Mon. Angl.* i. 10. Consanguinea, Joc. de Furnes. [c] Cujus discipulatui se tradidit. *Mon. Angl.* i. 10. [d] Patricius natus est in oppido Nemthur, hodie Kirk-Patrick dicto, inter fretum Dumbrittonae et urbem Glasguens. sito, an. circiter CCCLXXI. War. Cave. l. c. natus A. D. CCCLXI. (Joh. Glaston. Mf. f. 38.) *Mon. Angl.* i. 10. [e] Milchoni regulo paganissimo in Aquilonali parte ejusd. inf. principanti. Joc. de Furnes. [f] Serviebat sex annos Joh. Glaston. Mf. Joc. de Fur. [g] Cum illo 18 annos S. Patricius degit. Joc. de Furnes. Dum in Galliis cum Germano erat, habitum monasticum a S. Martino Turonensi suscepit. Id. cap. 22. [gg] In quatuor linguis, Britannica, videlicet, Gallica, Hibernica, et Latina peritus et expeditus erat; Graecam etiam ex parte noverat. Id. cap. 185.

justis modis illustrare, commendatissimum per epistolas ad Coelestinum, P. R. una cum Segetio [h] presbytero misit; a quo non multo post ad Hibernos apostolus [i] missus est, ut fidem et Christi evangelium praedicaret. Nam Palladius, qui paulo ante eo se contulerat, non ferens ignotae gentis barbariem, Britanniam petiit; ubi et diem obiit. Illud interim non praetereundum silentio, Piranum Hibernum, Domuelis filium, cujus fanum in Corinia ad Sabrinum litus eminet, Patricio Romae fuisse familiarem. Fervebat jam Patricius cura provinciae sibi delegatae: itaque Hiberniam [k] recta profectus est, ubi tonitru et fulmine verbi evangelici multos ab idolorum cultura deterruit. Longum hic esset singula enarrare, quae ille ibidem magna cum totius gentis gloria, tum utilitate fecit [l]. Quare ego in praesentia tantum unum, sed quod reliqua omnia tanquam circulo complectatur, apponam; nempe illum tam diu, tamque strenue in promovendo evangelii negotio laborasse, ut ab illo tempore Hiberni, gens antea effera et pertinacissime pagana, Christianam religionem acceptam in hanc nostram usque aetatem servaverint. Ferunt Carantocum Britannum, filium Ceretici reguli, Hiberniam petiisse in Patricii gratiam, et accepto Cernachii nomine, causam una promovisse evangelicam. Unde et postea in ejus memoriam quaedam civitas Cirnacum dicta. Hic ordo orationis postulat, ut breviter attingam, quo pacto, jactis in Hibernia sanctae fidei seminibus, in patriam redierit, vitaeque extremum diem clauserit. Conantem tamen scribere Gulielmi deserit autoritas, qui talibus verbis secundum de *Vita Patricii* libellum claudit: "Nunc "ad ejus in patriam gratiosum reditum, et ad coelos gloriosum transitum dirigam mentem simul "et stylum." Haec ille. Sed ego multis in locis, et praecipue Glessoburgi Somurotrigum, quaesivi tertium, quem pollicetur, libellum, nec tamen inveni. Nihil enim erat in exemplari Glessoburgensi, a quo omnia integra expectabam, quam in eo, quod paulo ante inveneram Medimnae, alias CHRISTES-CHYRCHE, antiquiori vero nomine Saxonico TWINHAMBURNE. Si integrum exemplar vel illic vel alibi uspiam invenissem, multa clara, quae jam lucem desiderant, fecissem. Nihilominus quod hic deest, aliunde, quantum licet, resarcietur. Scribit Gul. Meildunensis in libro suo de *Antiquitate Glessoburgensi*, Patricium Hibernos ad fidem convertisse anno a Christo nato CCCCXXXIII, deinde solitariae vitae amore ductum, in patriam rediisse, et inter eremitas Avalonianos (Glessoburgus antiquitus Avalonia dicebatur) totos triginta novem annos vixisse, ibidemque, cum ageret undecimum supra centesimum annum, fato concessisse [m]; ac in veteri ecclesia, quae, regnante Henrico, secundo Anglorum rege, tota conflagravit, sepultum fuisse. Quid, quod in eodem libro refert eremitas Avalonianos una cum Patricio veterem ecclesiolam, opus Fugatii et Damiani, Eleutherianorum, ruinas minantem eo loco reparavisse, quo nunc fanum Michaelis in monte, cognomento *Turrito*, prope Glessoburgum eminet, per totam late Somariam conspiciendum. Sed neque illud silentio praetereundum, quod ibidem refert; nempe Patricium dum Turriti montis antiquum oratorium repararet, inter neglectas reliquias librum tantum non consumptum carie reperisse; in quo descripti erant *Actus apostolorum*, una cum rebus a Fugatio et Damiano in Britannia gestis. Cave putes haec vana esse: Gul. Meildunensis in hac parte non alterius quam ipsius Patricii testimonio utitur; qui *De antiquitate Avalonica* [n], sed brevissime, scripsit. Et hic opportune quidem, quoniam in mentionem ejus scriptorum incidimus, admonendus est lector, illud, quod in libro de *Vitis sanctorum Britannorum* typis excuso, Patricio attribuitur, fragmentum esse hujus libelluli, sed mutilum admodum, et concisum. Meildunensis autem veneratus chartulae, quamvis brevis, vetustatem, in suum de *Antiquitate Glessoburgensi* librum totum paene transtulit. Scripsit etiam Patricius *Odoeporicon* [o] sive *Itinerarium*: qui liber, titulo *Confessionis*,

[h] Sergetio. Id. [i] Anno CCCCXXXII missus est Romam, ubi episcopus Hibernorum consecrabatur (Joc. de Furnes) et inde in Hiberniam. War. Cave. Anno CCCCXXV missus in Hiberniam. Joh. Glaston. f. 39. [k] A. CCCCLXXV venit S. Patricius ad Hiberniam. Hic constituit, ut Psalmi antiphonatim cantarentur a choro in chorum: nam antea Epistolam et Evangelium recitabant. *Chron. Malmesb.* Lelandi *Coll.* i. 373. A. CCCCXXXII S. Patricium ad Hibernos appulisse probat Flahert. *Ogyg.* c. 90. et obiisse A. CCCCXCIII.

[l] CCCL episcopos consecravit, DCC ecclesias fundavit, MMMMM clericos ad sacerdotium promovit S. Patricius. Joc. de Furn. c. 185. Ecclesias ccclxv condidisse, totidemque episcopos, cum tribus presbyterorum millibus, ordinasse, lx mortuos suscitasse, et xii hominum millia baptizasse dicitur. Cave. [m] Dierum, laborum, ac gloria satur, tandem obiit A. CCCCXCIII die 17 Martii, aetatis suae 122. Cave. *Ogyg.* p. 40. 16 cal. April. 123 aetatis anno Joc. de Furn. De aetate S. Patricii consulat lector *Elucidationem* vii. Dav. Rothei in Joc. de Furnes *Vitam S. Patricii*. Messinghami *Florileg.* p. 136. [n] Sive, *Carta S. Patricii*. Pr. "In nomine Domini nostri Jesu." Edita (tanquam, si quae alia, spuria) a cl. Wareo Lond. MDCLVI. Octob. et in Gul. Malmesbur. *Antiq. Glaston.* Oxon. MDCLXXXIX. p. 300. *Mon. Angl.* i. 11. [o] Sive, *Confessio in epistola ad Hibernos explicata*, qua totius vitae suae ac praedicationis rationem reddit. Pr. "Ego Patricius peccator rusticissimus." Cave. Ms. olim extabat in bibl. eccl. cath. Sarum. Ware. Scripsisse etiam fertur *Epistolam ad Coroticum, regulum Cambro-Britannicum*, qua crudelitatem reguli istius, qui multos ex Hibernis a se conversos occiderat, insequitur. Pr. "Patricius peccator, indoctus scilicet." Ms. Ibid. *Canones* xxxi *in synodo ab S. Patricio factos*. Pr. "De eo "quod mandastis." Editos in *M. Brit. et Hib. Concil.* tom. i. p. 6. *Canones* ix *antehac ineditos*. Pr. "Omnis "mundialis sapiens, si sapiens." Magnum volumen quod dicitur *Canain Thadruig*, etc. Vid. Joc. de Furnes c. 185. *Canones* xxxiv *in synodo episcoporum Patricii, Auxilii, et Iscernini*. Pr. "Gratias agimus Deo patri." Extant in *Concil. M. Brit. et Hiber.* tom. i. p. 2. seq. et Ms. C. C. C. Cantabr. N. vii. De concilio ab illo celebrato post reditum a Roma vide Joc. de Furnes, c. 168. *Canones alios aliquot*. Pr. "Quis ergo audet scindere veritatem." *Proverbia nonnulla Latina et Hibernica*. Pr. "Satius est nobis "negligenter." Ms. C. C. C. Cantabr. O. 20. literis Saxonicis. Horum meminit Joc. de Furn. c. 185. *De tribus habitaculis, sive, De gaudiis electorum et poenis damnatorum*, lib. i. "Tria sunt sub omnipotentis Dei." Extat in tomo ix operum S. Augustini, cui a quibusdam tribuitur. In Ms. Norwic. More. 55. S. Patricio ascribitur. *De abusionibus saeculi*, lib. i. "Primus abusionis gradus est, si "sine." Hic liber habetur inter opera Cypriani et Augustini suppositiția. In eo reperiantur sententiae nonnullae, quae sub Patricii nomine citantur in antiquo codice Ms. coll. S. Bened. Cantab. et a Cathwulpho in epistola ad Carol.

fessionis, nescio quam apto, a Meildunensi in libro primo de *Vita Patricii* frequentiuscule citatur. Quae praeterea ille scripsit, in obscuro omnia: tantum valet tempus edax, et invidiosa vetustas, etiam in clarissimorum virorum monumentis. [Illud interim constat, eam aetatem tam solicitam fuisse in conscribendis miraculis a Patricio editis, ut orbi volumen idem natum exhibuerit. Unde et haec Meildunensis libro de *Vita Patricii* secundo refert. De talibus quippe [p] sexaginta sex libros compegit antiquitas.] Hic finem dicendi libenter facerem, nisi quorundam assertiones, dicentium Patricium non Glessoburgi, sed Duni in Hibernia sepultum fuisse, me ad partes revocarent. Quare necesse habeo aliquid respondere, et praecipue Bedae, qui tanquam antesignanus procurrit, in primis negotium mihi facturus vel unico hemistichio; quod tamen ne pusillum videatur, totos hos septem versus, ex suorum *Epigrammatum* libro selectos, intrepido ore, tanquam victoriam reportaturus, pronunciat:

Istam Patricius sanctus sibi vendicat aulam,
Quem merito nostri summo venerantur honore:
Iste medeliferi monstravit dona lavacri.
Hic nobis Christum Dominumque Deumque colendum
Jussit, et ignaram docuit bene credere gentem.
Calpurnus genuit istum, alma Britannia misit,
Gallia nutrivit, tenet ossaque Scottia felix.

Ecce ut cauda feriat; non tamen statim ita me uno solo ictu invalidum reddet, quin facile sentiat, et quod *nostro sequitur de vulnere sanguis*. Nam ego primum Bedae antiquitatis Britannicae ignorantiam impingam; praesertim cum Patricius ipse scribat se, postquam ex Hibernia rediisset, praefuisse paucis eremitis Avalloniam incolentibus. Deinde objiciam Benignum, Hibernorum episcopum, qui Avalloniam venit, ut Patricium, a quo baptizatus et educatus fuerat, inviseret; forsan et vitam ibidem solitariam duceret. Nam ejus tumulus adhuc ostenditur propter lacum Feranium, qui tribus aut quatuor passuum millibus distat a Glessoburgo. Tertio oponam frequentissimas antiquorum Hibernorum in Avalloniam itiones, et coenobiolum nomine BEKERY, id est, insula Hibernorum, in silva Wirallensi prope Glessoburgum olim situm. Quid aliud, obsecro, sibi voluit ille frequens Hibernorum concursus in Avalloniam, quam ut suum apostolum vivum viderent, vel mortui cineres exoscularentur? In summa: autoritatem Meildunensis Bedae autoritati, veluti *clavum clavo trusurus*, opponam. Nam ego in hac parte, et merito quidem, Meildunensem praefero; quem constat omnes inscriptiones, tabulas donationum omnes, denique et sacros tumulos, una cum libris vetustissimis (quorum ingens erat Glessoburgi, antequam conflagraret, numerus) fidelibus, juxta ac curiosis oculis perlustrasse, sententiamque certam de Patricii sepultura tulisse. Sunt qui scribant, duos olim fuisse Patricios [q], viros clarissimos, et hinc natum esse errorem de sepulchro Patricii, Hibernorum apostoli. Sed heus lector! vide ne *Scottiae* vocabulum in Bedae carmine te fallat. Ille etenim de more suo Scottiam pro Hibernia ponit, quod eam antiquitus Scotti incoluerint. Quanquam ea pars nostrae insulae, quae olim a Britannis Albania, a Ptolemaeo Britannia minor, a Sexto Rufo Britannia secunda dicta est; nunc vulgo Scottia appellatur. Haec sunt, quae de Patricia doctos scire volui. Ex *Lelando*.

rol. M. apud du Chesne *Script. Francic.* tom. ii. 666, 667. Patricii tamen non esse ob styli discrepantiam et versionem Hieronymianam usurpatam censet Wareus, nisi quod a Patricio Hibernice conscriptum, a recentiore manu Latine versum esse suspicetur. Cave. Haec omnia collegit, ac partim recensuit, partim tunc primum cum notis edidit vir Cl. D. Jac. Waraeus Lond. MDCLVI. 8vo. *Sermonum*, lib. i. *Sermonem.* Pr. " Siquis intraret, in aliquod ergastulum." Sub Patricii nomine confinxit Richardus Stanihurstus, quem in *Vita S. Patricii*, lib. ii. Antwerpiae edidit A. MDLXXXVII eundem recusum dedit Messingamus ad finem *Florilegii sui Hibernici.* Paris. MDCXXIV. Locum vero illi inter Patricii opuscula concedere noluit Waraeus. Cave. *Epistolam de legatione sive missione ad Hibernos*, primum editam a Gerardo Vossio, deinde in bibliotheca Patrum. Colon. MDCXVIII. Spuria habetur. Cave. *Historiam Hiberniae ex Ruano*, lib. i. *De futura electorum vita*, lib. i. Idem esse opinatur Waraeus cum eo, qui supra *De tribus habitaculis dicitur.* *Abjectoria numero* ccclxvi sive *Abgetoria.* De his *Abgetoriis* vid. Waraeum *Script. Hibern.* p. 103. *Ad Avalonicas incolas*, ep. i. Forte ea, quae supra *Charta Patricii* dicitur *Ad Hibernicenses ecclesias, et ad suos Britannos*, epist. plures. [p] *Camd.* 797. Sexaginta sex scriptores in Patricii actis conscribendis sedulo olim occupatos fuisse. Libelli 66. scripti fuere de gestis S. Patricii, quorum pars maxima, principantibus Gurmundo et Turgesio, consumpta periit incendio. Ita Joc. de Furnes. c. 186 Extant cura Thomae Messinghami in *Florilegio* suo, Paris. MDCXXIV. f. *Sequentia de S. Patricio ex vet. missali.* Pr. " Laeta lux " est hodierna." *Hymnos duos de S. Patricio ex vet.* Mss. Pr. 1. " Ecce fulget, clarissime." Pr. 2. " Jesu corona " praesulum." *Vita S. Patricii per Joc. de Furnes.* cap. 196. Tractatus *De purgatorio* S. Patricii ex Henr. Salteriensi Maris. Davide Rotho, etc. Extant apud Messinghamum Paris. MDCXXIV. fol. [q] Fuit alius Patricius abbas in Hibernia florens circa A. D. DCCCL. qui de Hibernia veniens in Angliam, apud Mon. Glaston. die S. Barthol. obiit, eo quod Hibernicos convertere non potuit. Joh. Tinmouth. *Hist. aurea*, lib. xv. cap. 60. Ms. bibl. Bodl. Bever. Ms. Trin. Tres fuere Patricii sancti. Joh. Glaston. Vide *Monast. Angl.* i. x. Usser. *Primord.* cap. 17. Bal. i. 44. Pits. p. 90. 91. Cave *Hist. Liter.* p. 331, 332. War. *Script. Hib.* p. 101. seqq. Dempster. xv. 1001.

PATRICIUS [JOHANNES] (Dempst. 541.) Banfiensis, Franciscanus Aberdoniensis, ingruente reformatione cum LXXX fratribus solum vertit, et in Belgium trajecit A. MDLIX. Scripsit *Sermones ad fratres de patientia evangelica*, lib. i. Ms. Audomari et Tornaci. *Summarium legis divinae*, lib. i. *Contra haereses nascentes*, lib. i. *Acta disputationis suae*, lib. i. *De missae sacrificio*, lib. i. Extat Anglice inter Mss. Worsl. *Liber Prophetiarum* temp. Edw. vi vel reginae Mariae scriptarum Anglice; in quo quaedam cuidam Johanni Patryk attribuuntur. Dempst. xv. 1025.

PATRICIUS

PATRICIUS abbas Hibernus, cui nomen debet antrum in lacu Derg, S. Patricii purgatorium dictum. Mſ. C. C. C. Cantabr. A. iv. 35. eſt *De purgatorio S. Patricii.* Et Mſ. N. xiii. 6. eſt *Narratio quaedam de S. Patricio et ejus purgatorio in Hibernia.* Scripſit *Homiliarum* lib. i. *Epiſtolas ad Hibernos*, lib. i. Claruit A. DCL. Obiit et ſepultus eſt in coenobio Glaſtonienſi. War. p. 43.

PATRINGTONUS [STEPHANUS] ſive PATRENDUNUS, [a] Carmeliticae ſectae profeſſor, multa cum gloria lauream theologici nominis apud Iſiacos [b] accepit. Deinde Londinum, civitatem multo celeberrimam, petiit, facturus in ſacris coram plebe concionibus utile aliquod cum literarum, tum ingenii ſui ſpecimen. Certe facile credi non poteſt, quanta hominum turba ad praeſentiam novi praedicatoris convolaverit. Unde uſque adeo in immenſum ejus excrevit fama, ut paulo poſt vel a principibus viris ad regiam Henrici quinti vocatus ſit; ne ipſa nobilitas tam claram evangelii interpretationem deſideraret. Princeps autem, audita ejus eloquentia, ſtatim hominem deamare incepit; ac, cognita a fide digniſſimis ejus vitae integritate, conſultore ſimul et monitore illo in auriculari confeſſione uſus eſt. Porro, ne virtus ſuo careret munere, Stephanum Meneviae [c] Demetarum epiſcopum deſignavit. Acceſſit et alius honos: nam in Ceicaſtrenſis eccleſiae pontificem electus fuit; qua tamen dignitate, cauſa licet mihi incerta ſit, non gaviſus eſt [d]. Profecto adducor ut conjiciam importunam in cauſa fuiſſe mortem, vel animum minime ambitioſum. Summe coluit Thomam Vallidenum, ſui ordinis ac loci hominem, non magna tum quidem aetate, ſed eruditione plane maxima provectum. Quare percupiens rem gratiſſimam tam ſingulari amico facere, ita eum principi ſuo commendavit, ut et praedicandi, et auricularis confeſſionis munia doctus doctiſſimo, tanquam per vices tradiderit. Sed lector forſitan elenchum ejus librorum opportune hic expectat. Cognoſcat igitur Stephanum hos libros poſteris reliquiſſe; videlicet *Determinationum* lib. [e] Contra Vicoclivum. *In epiſtolam Pauli ad Titum* lib. i. "Hanc epiſtolam "ſcripſit." *Super ſententias* lib. iv. [f] *Commentarios in Theodolum* [g]. *In fabulas Aeſopi* [h]. *Quaeſtionum* [i] lib. i. *Sacrarum concionum* lib. ii. [k] *Epiſtolarum* lib. i. [l] Obiit diem extremum Londini vigeſimo ſecundo die Septemb. anno D. MCCCCXVII. Sepultus eſt ibidem, non ſine celebritate, inter Carmelitas ſuos. Ex *Lelando.*

[a] Stephanus Patringtonus, patria Eboracenſis.

[b] Apud quos SS. theologiae doctor evaſit, et mox factus eſt praeſes provincialis ſui ordinis in Anglia MCCCXCIX. A. MCCCLXXXIX 14 Jan. licentia conceſſa fuit fratri Stephano Patrington S. th. pr. ord. Carmel. de Conv. Lincoln. legendi et praedicandi in eccleſia Lincoln. in abſentia cancellarii. (*Acta capit. Linc.* lib. v.)

[c] Anno MCCCCXV (MCCCCXIV. Walſingham) cal. Febr. proviſus. Temporalit. cuſtodia epiſcopatus Menevenſis conceſſa 6 April. MCCCCXV. Rymer, *Foed.* vol. ix. 217. Reſtituta 16 Jun. MCCCCXV. Ibid. 260. Conſecratus ab Henrico Cant. 19 Jun. MCCCCXV. in eccl. coll. Maidſton. *Reg.* Chichel.

[d] A. MCCCCXVII concilio interfuit Conſtantienſi, ibique auctoritate papali ad Ciceſtriam tranſlatus. Godw. Electus et poſtulatus epiſcopus Ciceſtrenſis, Mſ. Bal. Sloan. ſed ante aſſecutionem epiſcopatus obiit; et capitulum licentiam eligendi iterum petiit 13 Jan. MCCCCXVII. Rymer, *Foed.* ix. 537.

[e] Lib. i.

[f] "Patres in Chriſto reverendi atque"

[g] *Aeglogas*, lib i. "Aethiopum terras, etc. aeſtas." Gloſſam in paſtorale carmen Theodoli.

[h] Lib. i. "Quae alteri commodavit, repetere."

[i] *Ordinariarum* lib. i. "Utrum omnis clericus exiſtens."

[k] *Sermones* lxxii *de tempore*, lib. i. "Hoſanna in excelſis." Marcin. *Sermones de ſanctis*, lib. i. De illis ita in Mſ. Bal. Sloan. *Sermones de tempore et de ſanctis, quos variis temporibus coram rege Henrico* v (iv potius) *poſt conqueſtum et aliis regni proceribus, puta domino Henrico Walliae principe, et coram domina Katerina Angliae regina et duciſſa Lancaſtriae, quorum omnium fuerat confeſſor.*

[l] Frater Stephanus Patrington. Scripſit praeterea *Repertorium argumentorum*, lib. i. "Quod viator non poſſit per." *De ſacerdotali functione*, lib. i. "Opus fac Evan"geliſtae." *Contra Nicolaum Herforde*, lib. i. "Illu"ſtriſſimo principi ac domino." Pro quatuor ordinibus Mendicantium epiſtolam ſolempnem et prolixam ad dominum Johannem ducem Lancaſtriae conc. Nicol. Hereford, et alios haereticos deſtinavit A. D. MCCCLXXXI. Mſ. Bal. Sloan. *Collectanea quaedam*, lib. i. "Quis eſt iſte qui "venit de Edom." *Ad archiepiſc. Cantuar. contra ſtatutum parliamenti, ne quis ingrederetur ordinem Mendicantium ante an. aetatis* 21. lib. i. "Reverendiſſimo in Chriſto "patri, Thomae Arundel archiep. Cant."

[m] Stephanus Patrington teſtamentum condidit 16 Nov. MCCCCXVII, probatum 29 Dec. MCCCCXVII. Mſ. Wharton R. 6. ex *Regiſt.* Chichel. in bibl. Lambeth. Bal. vii. 43. Pitſ. p. 596.

PATTEN [GULIELMUS] Londinenſis, unus judicum tribunorum militum in expeditione Scotica 1 Edw. vi, et, ut videtur, clericus ac rector eccleſiae S. Mary Hill London. Diarium enim ejus datum eſt out of the parſonage of St. Mary Hill London, 28 Jan. MDXLVIII. Fuit hiſtoricus et in vivis eo tempore quo Franc. Thin *Catalogum hiſtoricorum Anglic.* A. MDLXXXVI compoſuit. Hollingſh. iii. 1591. Scripſit *The expedition into Scotlande of the moſt woorthely fortunate prince Edward duke of Somerſet*, etc. Pr. ded. dom. Will. Paget. "Havynge in theſe laſt warres." Lond. MDXLVIII. 12mo. Maxima ejus pars rurſus impreſſa in Hollingſh. tempore regis Edw. vi. *A calendar of the Scripture, wherein the Hebrew, Chaldean, Arabian, Phoenician, Syrian, Perſian, Greek, and Latin names of nations, countries, men, women, idols, cities, hilles, rivers, and other places in the Bible mentioned, by order of letters are ſet down and turn'd into Engliſh by Will. Patten*, London MDLXXV. 4to.

S. PATTO Scotus monachus ordinis S. Benedicti, abbas primus coenobii Amarbaricenſis, et a Carolo M. epiſcopus Verdenſis ii. Scripſit *In Pentateuchum Moſis*, lib. i. Claruit A. DCCCX. Colitur 30 Martii. Bal. xiv. 34. Dempſt. xv. 1000.

[*] PAUL de [GULIELMUS] PAGANERUS Carmelita, corrupte a quibuſdam Gulielmus de

[*] Hunc Lelandus Gul. Paganerum vocat, Baleus et Pitſeus Paghamum, ſive de Pagula; omnes male, ut ex archivis regiis liquet, in quibus diſerte Gul. de Paul appellatur. War. epiſcopi Miden. p. 35. In Mſ. Bale. Sloan. ſemper Gul. Pagany vocatur.

Pagula dictus, ex agro prodiit Eboracensi [b]. Usus est non modo Isiaci [c], verum etiam Lutetiae Parisiorum familiaritate, et docta consuetudine Joannis Valsingamii [d], hominis sui ordinis, ad cujus exemplum ita se suaque formavit studia, ut gravis simul ac eruditus ab optimo quoque inter nostros Carmelitas judicatus sit. Hinc data postea occasio, ut, Genuam pro publica causa missus, a concilio ibidem per Carmelitas celebrato, [e] praeses provincialis Angliae atque Scotiae redierit. Successit et huic honori, exacto triennio, alter, nempe episcopatus Midensis [f]. Scripsit autem hos libellos: *De perfectione intellectus* [g]. *De notitia actuali* [h]. *De veritate formali* [i]. Erant haec plane argumenta divino digna ingenio, quale Paganerum habuisse credibile est [k]. De ejus morte, tanquam in re mihi ignota, quod scribam non habeo [l]. Ex *Lelando*.

[b] Cantiano, Ware. Cantuariensi, Lel. *Epit.*

[c] S. theologiae doctor fuit Oxoniensis. Pits.

[d] Roberti Walsingham, (Lel. *Epit.*)

[e] Prior provincialis, in capitulo Cantabr. MCCCVII electus. Ms. Bal. Sloan. Rexit tres annos, et ex tunc fertur mansisse in provincia Scotiae, et ibi vitam terminasse. Ibidem. [f] Per Clementem v Rom. pontificem. Lel. *Epit.* Provisione papae Joannis xxii ab Edw. iii temporalibus restitutus 24 Jul. MCCCXXVI.

[g] Lib. i. " Intellectus humanus suum habet."

[h] Lib. i. " In intellectu creato quaedam vis est."

[i] Lib. i. " Utrum veritas sit formae substantial."

[k] Scripsit etiam *Lecturam sententiarum*, lib. iv. *Placita theologica*, lib. i. *De ente rationis*, lib. i. " Rectitudo " motus est, ut philosophus." *Quaestiones ordinarias*, lib i. *Conciones populares*, lib. i. [l] Claruit circa A. D. MCCLXXX. Bal. iv. 52. Pits. p. 363. Ware. 123. Lel. *Epit.* Sedit 22 annos, et obiit 26 Julii, MCCCXLIX. Vide etiam GUL. de PAGULA supra.

S. PAULO [JOHANNES de] scripsit *De virtutibus simplicium medicinarum.* Pr. " Cogi- " tanti mihi de simplicium." Ms. bibl. O. A. Oxon. Q. vii. 10. Art. *Breviarium medicinae*, lib. v. " Assiduis petitionibus me . . . compendiose." Ms. Norwic. More 103. Quaere tamen an Anglus fuerit.

PAULUS ANGLICUS a patria cognominatus, doctor decretorum. Errores Romanae curiae et ecclesiae graviter perstringens scripsit *Aureum speculum, sive dialogum inter Petrum et Paulum*, lib. iii. Extat apud Goldastum, *Monarch.* tom. ii. p. 1527. Claruit A. MCCCCIV. Whart. *App.* Cave. p. 78.

PAUNTLEY [JOHANNES] scripsit Latine, verbis Anglicanis quamplurimis interspersis, *Sermonem in exequiis Walteri Troucester abbatis Gloverniae*, 3 Jul. MCCCCXII. Pr. " Fluvius egre- " diebatur de loco." Ms. Bodl. Laud. D. 42. In eodem codice habentur partim Anglice partim Latine *Sermones* circiter xxxv. Pr. " Quomodo stabit regnum." qui forsan eidem Johanni attribuendi sunt.

PAYNE [JOHANNES] scripsit *Epistolam Latinam Gulielmo Parseio, praefixam ejusdem Gul. Speculo juvenum.* Lond. MDXLVII. 12mo. Pr. " Etsi multa sunt (optime vir) quae me." Data e curia regis.

PAYNE [PETRUS] PAGANUS FREING, INGLYS sive ANGLICUS, CLERK, sive CLERICUS cognominatus, apud Hogh oppidum tribus a Granthamia milliaribus distans natus, patre Gallo sive Franco, in academia Oxon. studiis enutritus, ubi grammaticae, philosophiae, et theologiae tam sedulam navavit operam, ut gradu magisteriali, et aularum S. Edmundi Albaeque juxta portam orientalem praefectura ornatus fuerit. Disputationem habuit cum Thoma Waldensi, et aliis Carmelitis de mendicitate voluntaria Christi. Tandem metu fratrum solum vertit, et in Bohemiam se contulit, ubi libros et dogmata Wiclevii evulgavit. In Ms. Ashmol. Oxon. 789. fol. 98. sunt duae epistolae regis Henrici vi, 1. ad D. Jo. Burian de Gussensheim nob. Bohemum, qui Petrum Payne in Bohemia cepit et in castro suo custodivit; 2. ad papam de hoc Petro, A. D. MCCCCXL. Iste Petrus furatus fuit sigillum commune universitatis Oxon. sub quo scripsit haereticis Pragensibus, quod Oxonia et tota Anglia sit fidei Pragensium, exceptis falsis fratribus Mendicantibus, addicta. Tho. Gascoign in verbo *Appropriatio* et *Episcopus*. A. MCCCCXXXV (vel potius MCCCCXXXIII) cum Bohemorum legatis concilio interfuit Basileensi, ubi Hussitarum articulos pro virili propugnavit. Vixit cum fratribus monasterii Sclavorum in Praga. Obiit Pragae A. MCCCCLV. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 216. Scripsit, secundum Baleum, qui *Clerk* et *Payn* male distinguit, *De temporali dominio cleri*, lib. i. " Haec sunt verbaquae hesterna [a]." *De praedestinatione et arbitrio*, lib. i. *Contra ceremoniarum abusiones*, lib. i. *Pro utraque sacramenti specie*, lib. i. *Concilium esse supra papam*, lib. i. *Ad antichristi synagogam*, lib. i. *Contra Mendicantes fraterculos*, lib. i. Bal. vii. 86. 97. Scripsisse praeterea videtur, durante concilio Basileensi, *Contra plenam pontificis potestatem. De tributo a viris ecclesiasticis per ipsum regem, nec impetrata a papa autoritate, exigendo, quoties justi belli necessitas efflagitaret.* Huic libello initium fecit " Est opinio aliquorum, quod papa," etc. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 216.

[a] Joh. de Palmer responsionem et replicationem edidit contra Mag. Petrum Anglicum super hac materia. Scripsit etiam hic Petrus argumenta quaedam *De punitione peccatorum mortalium tam in clericis quam laicis*; ad quae quidam mag. Egidius . . . respondit.

PAYNELL [THOMAS] patria Lincolniensis, canonicus ordinis S. Augustini in coenobio Mertonensi comit. Surr. Inde Oxoniam missus in sui ordinis collegio S. Mariae virg. studiis invigilavit. Postea prior cujusdam coenobii prope Londinum constitutus est, et post dissolutionem ejus rectoria de Cotingham in agro Ebor. donatus, partim Londini (ubi rector fuit ecclesiae Omn. Sanctorum Honylane, quam resignabat ante 21 Febr. MDLX. Newc. i. 252.) partim Oxoniae in collegio S. Bernardi vitam egit reliquam. Scripsit Anglice *The pithye and moost notable sayings of all Scripture,*

Scripture, gathered by T. P. after the manner of common places. Pr. ded. "To my lady Maryes good "grace. Notwithſtanding that this my collection of Scripture." Lond. MDL. 12mo. MDLX. 8vo. Eſt epitome Veteris et Novi Teſtamenti per capita: cum duabus tabulis. *Pandects of the evangelical law*, Lond. MDLIII. 8vo. *A table of many matters contained in the Engliſh works of Sir Thomas More.* Pr. "A ſtraunge faſhion of abjuration." Praefixa operibus Th. Mori per Gul. Raſtal evulgatis, Lond. MDLVII. fol. *A fruitful book of the common places of all St. Paul's epiſtles.* Pr. ded. mag. Thomae Argall. "Your gentleneſs, right worſhipful Mr. Argall." Lond. MDLXII. 8vo. *Preface to the book of meaſuring of land, as well of woodland as plowland.* Pr. "It is mooſt "communely ſene." Southw. temp. Henr. viii. . . . 8vo. Scripſit Latine, juxta Baleum, ad Edward vi *Ex antiquorum patrum commentariis ſelectos floſculos*, lib. i. "Memini, inclytiſſime rex." Tranſtulit ex Latino in Anglicum ſermonem *Of the contempt of the world; written by Eraſmus*, lib. i. Pr. ded. tranſl. Mariae reg. Dotariae Galliae. "In tyme paſt, princeſs moſt excellent." Lond. MDXXXIII. 12mo. *A moſt profitable treatiſe againſt the peſtilence*, Lond. MDXXXIV. 8vo. *The mirrour or glaſs of health*, Lond. MDXXXIV. 8vo. *Of the medicine guaicum, and of the French diſeaſe. Written by Ulrich Hutten.* Pr. pr. tranſ. "Not long ago, after I had tranſlated." Dated from Merton Abbey MDLIII. Lond. MDXXXVI. MDXXXIX. MDXLI. 8vo. *Of the compariſon of a virgin and a martyr, writt. by Eraſmus.* Pr. ded tranſl. Johanni Ramſay domino priori Merton. "This lyttel and fruitfull book." Lond. MDXXXVII. 8vo. *Cyprianus's ſermon on the Lord's prayer.* Pr. ded. tr. mag. Ant. Denney. "This ſermon by me tranſlated." Lond. MDXXXIX. 8vo. *Dares Phrygius's faithful and true ſtory of the deſtruction of Troy.* To Sir John Bourn the king's ſecretary. Pr. ep. "After that this hiſtorye." Lond. MDLIII. 8vo. *A devout prayer, expedient for thoſe that prepare themſelves to ſay maſs. Written by St. Ambroſe.* Lond. MDLV. 8vo. *Brief chronicle of all the earls of Holland. Writt. by Hadrianus Barlandus.* Lond. MDLVII. 8vo. *Salerni regimen ſanitatis.* Pr. ded. tr. Joh. Comiti Oxon. magno cam. Angliae. "Redyng of olde auctors and ſtories." Lond. MDXXX. MDXLI. 4to. *The regimen of health, teaching all people how to govern them in health.* Lond. MDLVIII. MDLXXV. 8vo. *Of the examples of virtue and vice, gathered out of the holy Scripture. Writt. by Nic. Hannape.* cap. 134. Pr. ded. tr. reg. Elizabethae. "Althoughe your "gracious life to all mens." Lond. MDLXI. 8vo. *Fruitfull treatiſe of well living, containing the whole ſumm and effect of all virtue. Writt. by S. Bernard.* Ded. to princeſs Mary, daughter of K. Henr. viii. Lond. by Tho. Petite . . . 8vo. Tranſtulit etiam juxta Baleum ex Lat. in Angl. *Conſtantium Felicium Durantinum de ſeditione Catilinae*, lib. i. Pr. ded. Henr. viii. "When I "conſider howe we are bound." Lond. MDXLI. 4to. *De aſſentatore et amico; ex Plutarcho*, lib. i. *Flores virtutum majorum*, lib. i. *Auguſtini ſermones* xii. lib. i. *De teſtamento et ejus partibus*, lib. i. *Indeclinabilia juriſperitorum*, lib. i. *Flores ſanctorum doctorum*, lib. i. *De decimis et jure patronatus*, lib. i. *Compendium vitae Chriſtianae*, lib. i. *De decimis perſolvendis*, lib. i. *De modo loquendi et tacendi*, lib. i. *Baſilium de conſolatione*, lib. i. *Vivem de officio mariti*, lib. i. E Graeco in Anglicum. *The precepts teaching a prince or a noble eſtate his duty. Writt. by Agapetus* . . . 8vo. E Gallico in Anglicum *The civility of childhood, with the diſcipline and inſtitution of children*, Lond. MDLX. 8vo. *The aſſault and conqueſt of heaven.* Pr. ded. Mariae dotariae Franciae. "Seing the tyme and "ſeaſon of ghoſtly war." Lond. MDXXIX. 4to. Correxit et typis denuo mandavit *Saluſtium de bello Jugurthina prius per Alex. Barclaium Anglice redditum*: cui epiſtolam dedicatoriam praefixit Antonio vicecomiti Montague. Pr. "A friend of myne, moſt honourable lord." Claruit A. MDL. Obiit A. MDLXIII. Bal. ix. 71. *Athen. Oxon.* i. 144. ſeq.

PEACHAM [HENRICUS] verbi Dei apud North-Mimes in comit. Hertford. miniſter. Scripſit Anglice, *Hortum eloquentiae, in quo omnes grammaticae et rhetoricae figurae continentur.* Pr. "When we conſider, and call to mind." Lond. MDLXXVII. 4to. Ded. Johanni Elmer, epiſcopo London. A. Wood. Mſ. Cat. iii. *A ſermon on the three laſt verſes of the third chapter of Job, tending to the conſideration of God's providence, planting of patience, and applying conſolation.* Pr. ded. comitiſſis Cumbriae et Warwic. "That part of human wiſdom." Lond. MDXCI. 12mo. Claruit A. MDXCI.

PAVO [a] [REGINALDUS] ſive PEACOCK, relicta Cambria, patrio ſolo, Iſidis ad Vadum ſe contulit, ubi regalis collegii alumnus deſignatus, operam non modo eloquentiae, verum etiam prudentiae

[a] Reginaldus Peacock. Tho. Gaſcoign in *Diction. theolog.* in verbo *Regnum* ita:—" Reginaldus Pecock, Wallen- "ſis origine, epiſcopus Ciceſtrenſis antea Aſſavenſis fuit "quondam ſocius collegii de Oriel in Oxonia, et doctor "fuit Oxonienſis in theologia; et nec ante gradum illum "nec poſt gradum fecit aliquem actum in ſcolis pro forma, "ſed recepit illum gradum per diſpenſationem, i. e. per "diſſipationem ſeu licentiam ad malum per regentes in "Oxonia. Et ego Tho. Gaſcoigne novi quod ipſe Pecock "proviſus tunc in epiſcopum Ciceſtrenſem [l. Aſſavenſem] "per media Willelmi ducis Southfolciae, et Walteri Hart "epiſcopi Norwicenſis incepit in theologia ſub quodam "monacho Ciſtercienſis ordinis, quando ego praedictus "Dr Tho. Gaſcoign fui cancellarius Oxon. circa A. D. "MCCCCXLV—Reg. Pecock contempſit ſcripta veterum "patrum, quia ſcripta ſua naturali ratione non probabant— "et cum alii produxerunt patres adverſus ipſum, reſpondit, "*Tuſh, tuſh, vah ſcriptis doctorum, quare vos non allegatis voſmet cum eſtis doctores?*— Tenebat etiam ſymbolum apoſtolorum non eſſe factum ab apoſtolis Chriſti, "ſed ab aliis: et penitus rejecit articulum de deſcenſu Chriſti; ideo ipſe Pecock aliud ſymbolum fecit, "rejecto antiquo," etc. Vide ibidem longam hiſtoriam de regin. Peacock, Br. Twyn. ℞ 197. Auctor noſter S. theologiae baccalaureus et collegii Whittingtoniani Londini magiſter praeſentatus eſt a priore et conventu Cantuar. ad eccleſiam S. Michaelis in Riola, 19 Jul. MCCCCXXXI. Whart. Mſ. L. ex *Regiſt.* Cant. in bibl. Lambeth. et Whart. Aſſaph. etc. p. 349. Epiſcopus Aſſaphenſis deſignatus A. MCCCCXLIV. ad ſedem Ciceſtrenſem tranſlatus anno

dentiae humanae dedit; ita tamen, ut eadem fretus, divinam quoque in partem ſtudiorum maximam facile admitteret. Felicia haec principia taleis habuere ſucceſſus, qualeis virtus ſuo promittit cultori, nempe optimos. Jam ſtudiorum orbem abſolverat, et inſignia theologi ſeveri ſuprema acceperat. Tanta igitur viri eximie docti latere quidem gloria non potuit. Acceſſitus ille, aulae et principi ſic ſubſerviebat, ut brevi fortunis amplis donatus ſplenderet, ac tandem epiſcopus Ceicaſtrenſis apud Sudo-ſaxones deſignaretur. Hactenus omnia vel rectiſſima. Poſtrema tamen primis minime reſpondebant: nam rationem, ut fertur, ſtudiorum, una cum fortuna mutabat; qua parte non contentus, in Scripturae interpretatione ratam ſequi orthodoxorum ſententiam, ingenio, quod plane acerrimum habebat, ac judicio fretus ſuo, eo erroris tum concionando, tum ſcribendo pervenit, de euchariſtia parum recte ſentiens, ut a ſynodo epiſcoporum coactus ſit Lamithi, praeſente Thoma Aruntovallenſi [b], archiepiſcopo Cantiorum, novae doctrinae rationem reddere. Multa utrinque dicta. Poſtremo palinodiam convictus in fano Pauli [c] cecinit; ubi, combuſtis, quos ſcripſerat, libris, moerens et inglorius, ac dignitate epiſcopali privatus, tenui ad poſtremos vitae annos ſorte contentus eſt. Atque adeo hae vices rerum humanarum ſunt. Vidi aliquando libellum de ejus *Palinodia* [d] ſcriptum. Ex *Lelando*.

A. MCCCCL. Summo animi ſtudio Wickleviſtis, quo vulgo Lolhardos vocarunt, in eccleſiae Romanae ſinum reducendis incubuit; cui operi ad extremam uſque aetatem intentus plurimos tam vernaculo quam Latino ſermone libros edidit. Whart. De ejus opinionibus etc. conſulas *Hiſtor. et Antiq. Univ. Oxon.* in anno MCCCCLVII. et Whartoni *App.* ad Cavei *Hiſtor. liter.* p. 125. ſeqq.

[b] Boucherio (Mſ. Lel. Trin.) anno MCCCCLVII. Bal. Whart. Wood. " Libros damnabant praelati 21 Nov. " MCCCCLVII. comburebant 4 Decemb. ejuſdem. anni Mſ. " Trin. add. Bal."

[c] 4 Decembris.

[d] Extat apud Fox. p. 709. apud Stow. p. 402. Abjuratio ejus Angl. et Latine. Mſ. bibl. Aſhmol. 789. f. 138. Proceſſus abjurationis hujus Reginaldi extat inter *Geſta Johannis Whethamſtede*, fol. 117, etc. Mſ. in collegio armorum. Scripſit *De fide* [idem eſt cum *Donato* et ejus ſequace] lib. ii. Pr. pr. " For as moche as the boke is " callid." Mſ. bibl. Bodl. arch. B. 1. Anglice, forma dialogi inter patrem et filium, Mſ. extat in colleg. Trin. Cantabr. Liber poſterior una cum excerptis ex priore nonnullis, prolixa editoris praefatione illuſtratus, in lucem editus eſt a clar. Whartono, Lond. MDCLXXXVIII. 4to. *Repreſſorem nimiae cleri reprehenſionis*, lib. v. Mſ. Cantabr. in bibl. publ. claſſ. iv. fig. 3. in folio, cap. 59. Anglice. Hujus libri ſyllabum et excerpta quaedam edidit cl. Whartonus, p. 126 ſeq. Hunc librum in ſcripto ſuo vocat *Provoker*. Gaſcoign in verbo *Fides*. *Juſtam doctorum aeſtimationem*, Lat. *Juſtam S. Scripturae aeſtimationem*, lib. iii. Angl. *De religione Chriſtiana. De matrimonio. De implendis* iv *tabulis*; cujus tertia pars de uſuris agit. *De extenſione* iv *tabularum. De ſacerdotio. De Chriſtianae fidei regula. De fide et ſacramentis*, lib. ii. Lat. *Donatum* [ſive clavem Chriſtianae religionis, per modum dialogi inter patrem et filium] *in religionem Chriſtianam ducturum*. Pr. " Whereas the booke ycalled." *Donatum Chriſtianae vitae*, Mſ. in bibl. Bodl. A. Wood. Mſ. Pitſ. *Donati ſequacem*, ſeu *Appendicem*. Richardus Jameſius hos duos libros ferme deſcripſit in *Collect.* xiv. 49. *Provocatorem Chriſtianorum*. " The follower of the devout." Mſ. bibl. Theyer. 257. *De Evangeliis conſiliis. Demonſtrationem Chriſtianae fidei. De baptiſmo. De euchariſtia. Praeconem. De ſignis in eccleſia, ſive de cultu. De doctrina. De eccleſia*. Latine. *De fabulis legendarum. De baptiſmo et poenitentia. Logicam* in lingua vulgari in uſum laicorum. *Lectiones academicas. Defenſorem. Declaratorium. Symbolum*. Tho. Gaſcoig. Diction. verbo *Chriſtus* p. 692. ita: " Mag. Regin. Pecock Ciceſtr. epiſ opus, ſcripſit in ſymbolo ſuo magno Anglicano, quod apoſtoli non fecerunt " ſymbolum noſtrum commune—Sed iſtud ſymbolum " epiſcopi Pecock fuit Londoniis ad crucem Pauli declaratum pro nullo, autoritate archiepiſcopi Cantuar. et epiſcoporum utriuſque provinciae A. D. MCCCCLVII, in " Dominica infra octavas S. Martini." Revocatio opinionum haereticarum Regin. Pecock extat vol. iii. *Concil. M. Britan. et Hib.* p. 576. *Ad Godhardum Minoritem epiſtolam*. Mſ. in bibl. Gualteri Copi. Citatur a Gaſcoig. verbo *Fides. Divinum officium. Enchiridion. De providentia Dei. De libertate Evangelica. De ſaecularium poteſtate. De aequalitate miniſtrorum. De legibus et doctrinis hominum. De communione ſub utraque ſpecie. Contra mendicitatem impiam. De ſua palinodia. Contra Conſtantini donationem*. Hoc ultimum continetur in tertia parte *Repreſſoris*. *Pauperis ſpeculum*. Mſ. Anglice in bibl. Teniſon. Whart. in Uſſerii *Auctar. Allegationem de concluſionibus ſuis ad Johannem* [Stafford] *archiepiſcopum Cantuar*. Pr. " Reverendiſſimo, " etc. Ego Reginaldus Aſſav. Epiſcopus S. paginae profeſſor " coram vobis dico et allego, quod nuper propter cauſas rationabiles me moventes poſui et tenui, ac in ſcriptis publicavi apud crucem S. Pauli quaſdam concluſiones veras, etc." Br. Twy. A 236. Stowus refert. pag. 402. eum ſcripſiſſe *Of the juſt appraiſing of the Holy Scriptures, in three parts. The book of worſhipping*. " Iſte Reginaldus" (verba ſunt Thomae Gaſcoign in *Diction.* verbo *Epiſcopus* p. 708.) " plures libros Anglicanos per xx annos edidit et " ſcripſit. Et notum eſt pluribus quod eoſdem cancellavit " manu ſua propria, ut falſos libros, et poſtea, jam ut dicitur a diverſis, plures edidit et ſcripſit libros in Anglico, " pejores prioribus." Stowus, p. 402. ait Peacocum in vertendis Anglice S Scripturae libris multis annis inſudaſſe, eoque inter alia nomine ab invidis epiſcopis damnatum eſſe. Sed eſt error manifeſtus, uti Whartono videtur in *Auctar. Hiſt. dogm.* p. 444 Vid. not. in marg. Hollingſhead iii. 646. Quid illi poſt palinodiam contigerit, parum conſtat. Tradunt nonnulli eum in carcere nece clandeſtina ſublatum eſſe; alii in aedibus epiſcopalibus ad mortem uſque incarceratum; plures vero in coenobium receſſiſſe, dato illi ex reditibus epiſcopalibus exiguo quodam ſtipendio. Whart. l. c. In Mſ. Aſhmol. 789. f. 142. Proceſſus extat, et quod mandato archiepiſcopi Cantuar. in monaſterio Thorneienſi incluſus fuerit.

. . PEARCE the Black Monk; de quo vide Aſhmol. *Theat. chymicum*. Scripſit *Treatiſe upon the elixir* . . . 4to. Ludovicus Combachius inter opera Ripleii hunc tractatum numeravit, quod perperam feciſſe ex Baleo patet, ut etiam ex Mſ. exemplari iſtius tract. (quod Aſhmolaeus vidit) ante aetatem Ripleii exarato.

PECHAMUS [a] [JOANNES] ſive PECKHAMUS Franciſcanae ſectae ſtudioſus imitator, videns, id quod frequentiuſcule accidere ſolet, paucos in ſua patria illuſtres eſſe, etiam ſi merita accedant; multos vero foris cum per literas, tum per alias virtutes plurimas clariſſimos fuiſſe, fauſto ſidere Lutetiam Pariſiorum petiit. Ibi tam diu ſtudiis, quae in Anglia recte inchoaverat, inſiſtebat, donec a doctis et haberetur et eſſet magnus philoſophus juxta ac theologus. Quanquam non ea ſemper animi ſeveritate fuit, ut nulla niſi ſublimium rerum lectione mentem paſceret. Nam et poëtas non raro, animi

[a] Joannes Peckam, patria Suſſexienſis, apud Ciceſtrenſes natus. Cave. Pueritiam in coenobio Lewenſi, adoleſcentiam Oxoniae (ubi Minorita factus eſt) exegit. Godw.

recreandi

recreandi gratia, in manus ſumpſit; et, quod magis eſt, ipſe ſcriptitavit carmina [b], ad quae, ut erat naturali facundia, tantum non natus videbatur: ſed ea tum linguarum barbaries, florentibus interim ingeniis, ita in familiaritatem irrepſerat, ut majori arte quam eloquentia verſus ſcripſerit. Poſt haec, unde abiit, rediit, id eſt, ad ſuos Anglos; et in Iſidis Vado publice praelegebat, proximus a Bongeio, excellentis famae viro, non ſine totius academiae cum applauſu, tum etiam admiratione. Hanc ejus virtutem Franciſcani omnes libenter agnoſcebant, et, facto conventu, collegiis ſuis, quotquot in Anglia erant, illum gubernatorem ſtatuerunt. Non longum tamen apud ſuos manſit, quin accerſitus Pariſios reviſeret [c]. Deinde, fama advocante, Romam, principem rerum urbem, adiit: ubi lector, ut vocant, Palatinus [d] conſtitutus eſt. Circiter haec tempora Robertus Chiluuarbius, archiepiſcopus Cantiorum, a Gregorio, pontifice Romano, factus eſt cardinalis, et epiſcopus Portuenſis. Quare Romanus Pechami virtutes novis honoribus illuſtrare volens autoritate ſua, ſed violenta, illum Cantiis [e] archiepiſcopum deſignavit [f]. Haec fere omnia, ſed non tam dilucide, Nicolaus Trivetus, in Eadveardo, cognomento Longo, ſcripſit. Poſt acceptam vero pontificatus dignitatem, nihil magis dignum memoria fecit, quam quod ſynodum in Anglia celebraverit; in qua leges purioris vitae ſacerdotibus praeſcripſit [g]. Sed nunc, quid librorum ediderit, dicendum. Scripſit autem multos libros, de quibus hi, qui ſequuntur, extant. *Quaeſtiones de vanitate rerum mundanarum* [h]. *Super ſententias*, lib. iv. *Quodlibetum. De vanitate* [i], lib. i. *De paupertate* [k]. *Quaeſtiones de ſacramento Euchariſtiae. Haereſeôn a ſe damnaturum*, lib. i. *Itinerarium* [l]. "Confitebor tibi, Domine." *De ſphaera.* "Corporum mundanorum." *Perſpectiva* [m]. "Perſpectiva cum ſit una." Quam et Geſnerus in catalogo ſcriptorum collaudat, prelo Venetiis commendatam, et a L. Gaurico illuſtratam. *Epiſtolarum*, lib. i. [n] *De myſterio Minorum. Conſtitutiones provinciales* [o]. Vixit regnante Henrico tertio, et Edwardo cognomento longo; obiit [p] exactis in epiſcopatu annis xiii, et ſepultus apud Cantios. Ex *Lelando*.

[b] *Licet impolita et agreſtia, proximus a Thoma Bongeio, ad quae*, Mſ. Lel. Trin. [c] Lutetia deſerta, Lugdunum ſe contulit, quo juris civilis et pontificii ſtudio vacaret. In hac eccleſia canonicatum adeptus eſt, quem nunquam poſtea dimittere voluit, ſed uſque ad mortem tenuit. (Cave.) Hunc etiam retinuere ſucceſſores ejus omnes per ducentos pene annos. Godw. [d] In *Beveri Continuatione* dicitur in papae palatio auditor cauſarum. Cave. Godw.

[e] In Mſ. addit Lel. Trin. [f] Conſecratus eſt in principio anni MCCLXXVIII. Godw. De papae ab eo extorſione, diſcordia cum Gaffardo, archiepiſcopo Ebor. et de optimo ejus eccleſiae regimine, vide Godw. Cave. Wharton. [g] Fundavit collegium de Wingham, comitatus Cant. De ejus munificentia erga fratres Minores Oxon. Vide *Hiſt. et Antiq. Oxon.* i. p. 74. [h] Lib. i. "Non is utique liber inutilis erat." [i] *Saeculi* addit Mſ. Lel. Trin. Lib. i. [k] *Chriſti contra Gul. de S. amore*, cap. 16. ſc. 1. *De perfectione evangel. in genere.* 2. *De perfectione propria Salvatoris.* 3. *De perfectione apoſtolorum.* 4. *Evacuat dolos frivolarum tergiverſationum.* 5. *Contra evang. paupertatis impugnatores.* 6. *Paupertatis inſignia et commendationes.* 7. *Quod evang. pauperibus convenit vivere de eleemoſynis, tam datis quam mendicatis.* 8. *Contra vituperatores mendicitatis.* 9. *Prob. quod hi pauperes non teneantur vivere de labore manuum.* 10. *Repelluntur calumniae in vitam et . . . . . fratrum Minorum.* 11. *De perfectione omnium religioſorum.* 12. *De perfectione poenitentium.* 13. *De perfectione omnium Chriſtianorum.* 14. *De perfectione praelatorum.* 15. *Qualiter religioſis poſſunt praelatorum officia convenire.* 16. *Per quas perſonas debeant finalia pericula evenire.* Pr. lib. "Quis dabit capiti meo aquas, etc. Conſideranti." Mſ. olim penes Edw. James, aedis Chriſti canonicum (A. Wood. Mſ. xciv.) nunc Mſ. coll. Corp. Chriſti Oxon. 182.

[l] *Sive, canticum pauperum* (Mſ. Trin.) lib. i. "Confitebor," etc. Mſ. olim penes Joh. Dee. "Hic Johannes carminum erat dictator egregius." Ita *Continuatio Beveri*, f. 177. b. [m] *Particularis*, Mſ. Trin. lib. i. quam, etc. Mſ. extat. in coll. S. Petri Cantab. cui titulus, *Perſpectiva communis*, lib. i. (iii Mſ. Bodl. Digb. 28. 98) Pr. "Inter philoſophicae conſiderationis." Extat etiam cum figuris, per L Gauricum emendata et diſtincta Venet. MLIV. Pitſ. Lib. iii. Colon. MDXCII. 4to. Col. Agr. MDLXXX 4to. MDCXXVII. 4to. Norib. MDXLII. 4to. Pariſ. MDLVI. 4to. [n] *Epiſtolarum ad Oxonienſes*, lib. i. Vide Mſs. in coll. Omn. Anim. Oxon. G. ii. 8. Epiſtolae 4. impreſſae extant in *App.* ad H. Whartoni *Hiſtor. epiſcoporum Lond.* p. 269. *Epiſtolae* aliae vii. extant in *Append.* ad *Hiſtoriam epiſcoporum Aſſaven.* p. 372. [o] Lib. i. "Ne quis per ignorantiam ſe excuſet." Mſ. Bodl. NE. C. 2. 5. Scripſit etiam [*Locos ex utroque teſt. ſeu*] Mſ. Trin. *Collectanea Bibliorum*, lib v. "Deum, qui te genuit, dereliquiſti." Extant Colon. MDXIII. Pitſ. ibid. MDXLI. et Pariſ. MDXIV. Cave. *Locorum ex utroque teſtamento*, lib. i. *Poſtillam in Cantica canticorum*, lib. i. "Diſſolveris, filia vaga." *In Threnos Hieremiae*, lib. i. "Tempus plangendi et tempus." *Quaeſtiones quodlibeticas*, lib. i. "Inter theſauros ſapientiae et ſcientiae." *De x praeceptis*, lib. i. "Duo ſunt mandata Dei praecipua." *Super ſymbolo*, lib. i. "Credimus ſanctam Trinitatem eſſe." *Speculum eccleſiae* [*Sacerdotale*, Mſ. Mert.] *de miſſa*, lib. i. "Dicit apoſtolus ad Epheſios." Mſ. coll. Corp. Chr. Oxon. 155. et Mſ. coll. Mert. O. 1. 4. Art. Extat ſub nomine Hugonis cardinalis, et eſt quaſi *Rationale miſſalis. Speculum animae*, lib. i. "Audi, Domine, et vide et inclina." *Poſtillam ſuper Marcum*, lib i. *De Trinitate*, lib. i. Mſ. in bibl. Lumleiana. *Meditationem de corpore Chriſti*, lib. i. "Ave vivens, hoſtia, veritas, et vita." Mſ. Norw. More 784. Mſ. Cantab. in coll. C. Chr. Miſc. L. 693. ubi haec nota additur: "In hoc habetur opus Alcuini Angli, Bedae diſcipuli, opus rarum." In Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 2. A. ii. 14. datur auctoris noſtri *Meditatio de ſacramento. De paſſione Domini*, lib i. "Pullus aquilae ſanguinem languet." *Pſalterium meditationum, ſeu ſalutationum B. Mariae*, lib. i. "Mente concipio laudes conſcribere." Mſ. coll. Sid. Suſſ. Cantab. 14. Mſ. Norw. More xxi. carmine. Continet tantum verſus 44. forſan imperf. Nomen auctoris non apponitur, ſed hujus eſt principii. *Quaeſtiones ordinarias*, lib i. "Utrum theologia ex duobus." *Sermones dominicales* xxv. lib. i. "Honeſte ambuletis ſicut in die." *Collationes de omnibus Dominicis* (ſc. in *Epiſt. et Evangelia*) *per annum*, lib. i. Mſ. Cantab. in aula Pembroch. Mſ. Bodl. Laud. L. 61. Imperf. in princ. *Officium S. Trinitatis*, lib. i. Mſ. in bibl. reg. Weſtmon. 10. B. ix. 5. Hoc approbatum a ſummis pontificibus, idem eſſe putatur, quod adhuc in Breviario legimus. Vide Barth. Gavanti *Comm. in miſſale Romanum* MDCXXVIII. fol. *Sequentiam de Trinitate* edidit, quae incipit, "Deum trinum adoremus, tres in uno." Mſ. Bale. Glynn. *De ratione diei Dominicae*, lib. i. "Ecce chariſſime, ſingulis feſtis." *De peccatis capitalibus*, lib. i. "Quaeſtio eſt de peccatis capitalibus." *Lecturas Oxonienſes*, lib. i. *Quodlibeta ſcholaſtica*, lib. i. Pr. "Quaeſita ſunt de Deo plura." Prima quaeſtio, *Utrum Deus praedeſtinatum ab aeterno. Quodl.* XXVI extant Mſ. colleg. Mert. N. viii. 1. *Contra inſipientem*, lib. i. "Perfectus omnis erat, ſi ſit ſicut." *De perfectione evangelica*, lib. i. "Quis dabit capiti meo aquam?" Forſan cap. 1. tractatus *De paupertate Chriſti* ſupra memorati: ita enim inſcribitur et incipit, *Conſtitutiones dom. Joh. Peckham Cantuar. archiep. editae in concilio Redingenſi* 3 kal. Aug. A. D. MCCLXXIX. Incip. *De inſtitutionibus et deſtitutionibus.* "Audiſtis, fratres conſcripti." Extant in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. ii. p. 33. ſeqq. *Ordinationes ejuſdem in domibus religioſis*: abbatiſſae et conventui de Godeſtowe. Ibid. pag. 37. ſeqq. *Quaedam tuitio libertatum ſcholarium Oxon. per archiepiſc. Cant. promulgata in concilio Redingenſi.* Ibid. p. 39. ſeq.

Statuta quaedam Joh. Peckham Cant. archiep. Incip. "De "eucharistia custodienda. Dignissimum eucharistiae sacra-"mentum." Ibid. p. 48. seq. *Constitutiones ejus editae in concilio Lambethensi.* Incip. "Ab exordio nascentis eccle-"siae." Ibid. p. 51. seqq. *Mandatum ejus de monialibus et de episcopis in excommunicationis sententiam incidentibus.* Incip. "Licet tam venerandae leges Romanae." Ibid. p. 61. *Literae ejus contra exemptos non venientes ad concilium provinciale pro ecclesiis appropriatis.* Ibid. pag. 63. *Literae ejus Edwardo regi Angliae de libertate ecclesiae.* Incip. "Excellentissimo principi." Ibid. p. 64. seq. *Literae ejus episcopo Exon. pro magistro Philippo, archidiacono Barnestopol. ne molestetur propter absentiam.* Ibid. p. 67. *Literae ejus domino Papae de literis suspectis exhibitis in concilio apud Novum Templum, London.* Ibid. p. 67. seq. *Epistola ejus domino regi pro dom Almarico de Monteforti.* Ibid. p. 71. seq. *Processus ejus habitus in partibus Walliae.* Incip. "Isti sunt articuli intimati domino Lewellino principi "Walliae." Ibid p. 75. *Ordinatio super querelis et appellationibus officiali Cantuar. per subditos fratres et suffraganeos illatis.* Ibid. pag. 77. *Ejusdem epistola procuratoribus provinciae Cantuar. ecclesiarum de promotione negotiorum in curia Romana.* Ibid. p. 78. seq. *Alia ejusdem procuratoribus in curia Romana de statu ecclesiae Anglicanae.* Ibid. p. 80. seq. *Alia eisdem de statu ecclesiae Anglicanae et conventu episcoporum apud Lameth.* Ibid. p. 81. seq. *Literae ejusdem domino London. episcopo et aliis episcopis suffraganeis Cant. prov. contra Wallenses.* Ibid. p. 82. seq. *Commissio facta episcopo Exon. ad archiep. Cant. super articulis contra archidiac. Cornubiae.* Ibid. p. 83. *Literae ejus continentes factum Hereford. episcopi in summa.* Ibid. p. 83. seq. *Literae ejus de processu contra decanum de Wolverhampton Tedisium de Camilla, in summa.* Ibid p. 85. seq. *Commissio facta decano Herefordensi ad excommunicandum Wallenses.* Ibid. p. 87. *Ejusdem processus contra episcopum Winton.* Ibid. p. 88. *Literae ejus domino London. episcopo pro synagogis Judaeorum London. destruendis.* Ibidem pag. 88. *Literae ejus domino Matthaeo S. Mariae in porticu diacono cardinali de bonis Cantuariensis ecclesiae a Rob de Kylwarby archiepiscopo avectis, restituendis.* Ibid. p. 89. *Literae ejusdem episcopum Bath. et Willielmum constituentis vicarium.* Ibid. p. 89. seq. *Aliae eidem de commissione sibi facta in dioecesi Assavensi.* Ibid. p. 90. *Epistolae ejus duae, ne jus patronatus tractetur in curia regis.* Ibid p. 90. seq. *Publicatio sententiae archiepiscopi contra facinorosos, qui in ecclesia S. Pauli London. enormia scelera patrarant.* Ibid. pag. 91. *Archiepisc. Cantuar. responsum ad literas Martini IV papae, de pecunia Terrae sanctae subsidio destinata, a rege sublata.* Ibid. p. 97. seq. *Responsum ejusdem ad epistolam episcopi London. de jure Cant. ecclesiae.* Ibid. p. 98. seq. *Epistola alia ejusdem ad Richardum episc. London. de causis primae instantiae in curiam archiepiscopalem tractis.* Ibid. p. 99. *Statutum ejus contra impetrantes prohibitiones regias.* Ib. p. 100. *Literae ejus domino regi, de sacrilegiis, incendiis, et aliis hujusmodi in guerra Walliae perpetratis.* Ibid. p. 101. seq. *Aliae eidem pro pristinis juribus ecclesiae Wallensis conservendis.* Ibid. p. 103. *Epistolae ejusdem duae ad Edwardum primum regem Anianum episcopum purgantes, et ut gregi suo superintendere illi liceat, petentes.* Ibid. p. 103. seq. *Epistola ejus ad Anianum episcopum Assavensem, continens consilia, injunctiones, et ordinationes eidem, et clero suo Assavensi data.* Ibid. p. 104. seqq. *Injunctiones per eum datae ecclesiae Menevensi.* Ibid. p. 106. seq. *Literae ejus cancellario et magistris ac scholaribus universitatis Oxon. devitandis erroneis opinionibus in scientiis.* Ibid. pag. 107. seqq. *Literae ejus cancellario Oxon. vel ejus vices gerenti, contra priorem fratrum Praedicatorum.* Ibid. p. 109. seq. *Aliae episcopo Lincoln. directae pro universitate Oxon.* Ibid. p. 111. seq. *Literae ejus omnibus cardinalibus praesentibus in curia Romana directae de erroribus suscitatis per Praedicatores.* Ibid. p. 112. *Literae ejus cancellario etc. universitatis Oxon. ad reconciliationem cum episcopo Lincoln. hortantis.* Ibid. p. 113. *Petitio Cantuar. archiepiscopi et suffraganeorum ejus super gravaminibus illatis ecclesiis Cantuar. provinciae per curiam regiam.* Ibid. p. 117. seq. *Literae ejus episcopo Cicestrensi de bajulatione crucis archiepiscopi Eboracen.* Ibid. p. 119. *Literae ejus Olivero Lincoln. episcopo contra errores fratrum praedicatorum.* Ibid. p. 120. seq. *Literae ejus de jure ecclesiae Cantuar. servando.* Ibid. p. 123. *Haereticae quaedam opiniones per dom. archiep. Cant. declaratae et damnatae.* Ibid. p. 123. seq. *Literae ejus episcopo Lincoln. pro visitatione universitatis et studii Oxon.* Ibid. p. 127. seqq. *Literae ejus contra Eboracen. archiepiscopum.* Ibid. p. 128. *Articuli observandi per rectores et vicarios Cantuar. dioecesis et jurisdictionis.* Ibid. p. 128. seq. *Literae ejus conservatoria pro fratribus Minoribus, quod possint audire confessiones et absolvere omnes fideles indistincte, irrequisito consilio et assensu absque licentia paroch. presbyter.* Ibid. p. 168. seq. *Mandatum ejus archidiacono Cantuar. pro sabbatis observandis.* Ibid. p. 174. seq. *Aliud decano et capitulo Exon. pro fratribus Minoribus civitatis Exon.* Ibid. pag. 175. Scripsit etiam noster *Expositiones in constitutiones Othonis et Othoboni*, lib. i. Mf. Cantab. in aula Pembroch. 145. *De confessione fratribus facta*, lib. i. "Tandem quae sunt "fratri." *Super confessionibus fratrum*, lib. i. "Novella "quaestio quae nobis." *Tractatum pauperis*, lib. i. Tractatus hujus J. P. cui titulus, *Canticum pauperum pro dilecto*, extat Mf. bibl. Cotton. Vesp. D. xiii. 9. et Mf. C. C. C. Oxon. 182. *Dialogum Francisci et paupertatis*, lib. i. "Inter caeteras praeclar." *Pro S. Bonaventura*, lib. i. *De Minorum paupertate*, lib. i. *Contra Ricardum Clapoelum* Fitf. Knapwell. Bale lib. i. *Contra priorem Cistercienfium*, lib. i. "Super tribus sceleribus, et." *Carminum diversorum*, lib. i. In Mf. Digby. 166. f. 68. Mf. Norwic. More. 272. habetur *Carmen*, in quo coram curia Romana *Mundus* adversus claustrales religiosae vitae professores querens inducitur; *Religio* contra eos defendit, praesertim fratres Minores et Praedicatores. Papa sententiam fert pro Religiosis. Pr. "Christi vicarie, monarcha." In Mf. Bodl. Laud. I. 3. diserte tribuitur Peckamo *Meditatio*, carmine, quae vocatur *Philomela*. Pr. "Philomela praevia tem-"poris amoeni." Mf. Bodl. Digb. 28. f. 24. Mf. Bodl. Laud. F. 72. f. 55. *Apologeticon*, lib. i. *Apologiam synodalium statutorum*, lib. i. *Dissertationes Thomae et Peccami*, lib. i. Mf. Oxon. in coll. Merton. *De numeris in S. Scriptura, et eorum mystica interpretatione tractatum*, lib. i. cap. 40. "Quia domine Jesu Christe, teste." Mf. Oxon. in coll. Lincoln. Verum an Joannis nostri sit, dubitare licet (ait Cave) tum quod a Baleo inter Peckami opera non recensetur, tum quod in codice coll. Oxon. Lincoln. Arch. Austr. 16. auctor ex ordine Praedicatorum fuisse dicitur. Errat autem clar. Caveus, nam in Mf. Lincoln. auctor ex ordine fratrum Minorum fuisse dicitur. Hic tractatus etiam Peckamo ascribitur in vet. *Catalogo* Mf. in monast. Syon. Mf. C. C. C. Cantabr. O. 16. *Expositionem regulae S. Francisci*, lib. i. Hanc frequenter citat Gul. Woodfordus in libro contra Armachanum. *Notabilia metaphysices*, lib. i. "Uno modo dicitur quod non." *Mathematica rudimenta.* lib. i. "Scripsi dudum rogatus." Opus hujus principii et auctoris, *Perspectiva* dictum, extat Mf. Bodl. Digb. 218. Vide supra notas in *Perspectivam*. *Theoricam planetarum*, lib. i. P Obiit Cantuariae 6 id. Jan. A. D. MCCXCII. Bal. iv. 64. Pitf. p. 380. seq. Cave. p. 740. Godw. p. 140. seqq. Obiit apud Mortlake 6 id. Dec. anno MCCXCII, sepultus 14 cal. Jan. in ecclesia sua in parte Aquilonari, juxta locum martyrii D. Thomae Mart. *Ex Registro* Mf. Cantuar. apud Wharton. *A. S.* tom. i. 117.

PECHTWINUS episcopus Candidae Casae scripsit *In Matthaei evangelium commentarios.* Mss. in bibl. Pauli Petavii senatoris Parisiensis. Obiit A. DCCXCIX. Dempst. xv. 1013.

PEHTWINE alias HEHTWINE consecratus A. DCCLXII. 16 cal. Aug. praefuit annis xiv. Obiit anno Dom. DCCLXXVI. 13 cal. Octob. *Annales Petrib. Saxon.* Vide Gibson. *Chron. Saxonicum*, p. 62.

PECTELINUS sive PECHTHELM. Episcopus Candidae Casae scripsit *Epistolas ad Accam coepiscopum*, lib. i. Obiit A. DCCXXXI. Dempst. xv. 1026.

PEEL [JACOBUS] scripsit *The pathway to perfectness in accompts between debtor and creditor.* . . . MDLXIX. fol.

PEELE [GEORGIUS] patria Devoniensis, alumnus aedis Christi Oxon. A. MDLXXIII constitutus, felici marte philosophiae curriculum post sexennium absolvit. Poëta et comoediarum ac tragoe-

tragoediarum scriptor celeberrimus scripsit *The famous chronicle of K. Edward* i. *sirnamed Edw. Longshank*. Lond. MDXCIII. 4to. *The Life of Llewellin of Wales*. Ibid. *The sinking of queen Elinor at Charing Cross, and of her rising again at Potters Hith, now named Queenhith*. Lond. MDXCIII. 4to. *The love of K. David and fair Bathsheba, with the tragedy of Absalom*, Lond. MDXCIX. 4to. *Alphonsus emperor of Germany. Tragedy. The honour of the garter, A poem*: Inter libros impressos Musei Ashmolaeani n. 677. tractatus quartus. *A farewell to Sir John Norris, and Sir Francis Drake*, Lond. 4to. *Fragmenta quaedam poëtica in libro* " England's Helicon." *A book of jests or clinches*. Claruit A. MDXCIX. Quo tempore autem mortuus sit, haud constat. *Athen. Oxon*. tom. i. p. 300.

PEEND [THOMAS] sive DE LA PEEND, generosus scripsit carmine Anglico *De hermaphrodito, et Salmaci fabulam ex Ovidii Metamorph. cum morali*. Pr. epist. " When I had employed some time." Pr. lib. " Dame Venus once by Mercury comprest." Epist. ded. Nicolao St. Leger armig. data e museo e contra Hospit. Servientium in vico a cancellariatu dicto. A. MDLXIV. Lond. MDLXV. 8vo. Ad finem est ejusdem *Explicatio prosaica verborum quorundam poeticorum*, quae in poëmate occurrunt. Ex *Praefatione* liquet, eum magnam partem *Ovidii Metamorphos*. in Anglicum carmen transfudisse, sed ab alio praeventum manum de tabula subtraxisse. *Carmen Anglicum* praefixum *Senecae Agamemnoni* Anglice reddito a Joh. Studley. Lond. MDLXVI. 12mo. A. Wood. Ms. *Cat*. i. 422.

PEERIS [GULIELMUS] presbyter, D. Henrico v comiti Northumbriae ab epistolis. Scripsit carmine Anglicano *Historiam familiae nobilissimae Perciorum*, h. t. *Wil. Peeris's discente of the Lorde Percis, in verse*. Pr. pr. " Cronykills, and annual books of kings." Ms. bibl. reg. Westmon. 18. D. ii.

PEERSON [ANDREAS] procurator erat universitatis Cantabrigiensis anno MDXLVIII vel MDXLIX. Sacellanus et eleemosynarius archiepiscopi Parkeri: Praebendarius Cantuar. post mortem Johannis Bale, anno MDLXIII: Rector ecclesiarum de Wrotham, Brastede, et Chedingston in decanatu Shoram. Dicitur in editione Bibliorum, quae *Bishops Bible* vocantur, transtulisse *Libros Ezrae, Nehemiae, Esther, Job, et Proverbia*: quia sub finem Jobi apparent literae A. P. C. quae Andream Peerson Cantuariensem denotant. Claruit anno MDLXXV. quo funebri solemnitati archiep. Parkeri interfuit, unus supremae ejus tabulae executorum. Strype in *Vita Parker*. p. 403. 404. 510.

PELAGIUS [a] Britannus in ipsis Cambriae finibus, quantum ex reconditis antiquorum scriptorum monumentis intelligo, natus fuit; quamvis alii aliter sentiant, Britannum continentis eum subinde facientes; cum interim liqueat, Armoricae potius, quam Britanniae continentis nomen tum in usu fuisse. Communis praeterea consensus autorum nostrae gentis omnium de ejus mecum consentit patria. Notius vero viri nomen est Graecis et Latinis theologis, quam ut nostra illustratione indigeat ulla. Nos tamen, quia ejus tempora prima vulgo eruditorum ignotissima sunt, non recusabimus aliquo lumine ignorantiae tenebras, crassioreis illas, discutere. Legi semel, iterum, atque adeo tertio, Pelagium monachum fuisse Bannochorensem [b]. Erat olim Bannachorus coenobium monachorum amplissimum, juxta ac celebratissimum, in ripis Devae fluminis situm, plus minus quatuordecim passuum millibus supra Devam, quae et alias Legionum urbs. Atque haec ideo refero, ne quis putet eo aliquando loci stetisse illud, quo nunc Bannachorus, sedes episcopalis, Monae prospicit litora. In quo errore videtur Meildunensis haesisse: laudator interim veteris loci his verbis in *Historia regum*: "——quorum incredibilem nostra aetate numerum fuisse indicio sunt in " vicino coenobio tot semiruti parietes ecclesiarum, tot anfractus porticuum, tanta turba rude-" rum, quantam vix alibi cernes. Vocatur locus ille *Bangor*, tunc monachorum famosum rece-" ptaculum, nunc mutatus in episcopatum." Beda cap. 2. secundi libri *Anglicanae hist*. sic hujus monasterii meminit, quo loco de synodo ab Augustino, Anglorum apostolo, celebrata scribit: " Venerunt septem, ut perhibent, Britonum, episcopi, et plures viri doctissimi, maxime de nobilissimo " eorum monasterio, quod vocatur lingua Anglorum BANGORBURCH: cui eo tempore Dinoth " abbas praefuisse narratur." Et rursus ibidem de monachis Bannachorensibus ab Ethelfrido, Nortabrinorum rege, crudeliter occisis hoc addit: " Erant autem plurimi eorum de monasterio BAN-" GOR, in quo tantus fertur fuisse numerus monachorum, ut cum in septem portiones esset cum " praepositis sibi rectoribus monasterium divisum, nulla harum portio minus quam trecentos " homines haberet, qui omnes de labore manuum suarum vivere solebant." Haec Beda. Ego alias legi, bonam partem monachorum frequentiuscule manuaria usam fuisse opera; partem vero reliquam exquisite doctam, scribendis in sacram scripturam commentariis, tum populum docendo, omne collocasse studium. Ad Pelagium revertor, quem monachum fuisse Bannachorensem superius docui; et modo abbatem quoque ejusdem monasterii fuisse doceo; nec id a me factum sine luculento nostrorum testimonio. At quo loco prima in literis ingenii pericula fecerit, non pronuntio. At incrementa disciplinarum magna sibi Bannachori comparasse, facile crediderim. Erat in

[a] Videsis de Pelagio Burton. *Comm. in Anton. Itiner*. p. 131. Usser. *Primordia*, c. 7, 8, 9. fere totus enim est in Pelagianae haereseos historia: Mackenzie contra Stillingfleet, p. 65. *Historiam Pelagianam*, per Hen. Noris, Patav. MDCLXXVII. fol. Ranulph. Cestr. *Polychron*. l. 4. c. 31.

[b] Tradunt nonnulli Pelagium fuisse abbatem apud famosum illud monasterium de Bangor, quod per decem millaria a Deva, sive Chestria distat. Bomium hoc est Antonini M. P. x. A *Bonio* et *choro* monasterium est dictum. Usserius, c. 8. id Bomium appellat. Vid. Stillingfl. *Orig*. c. 4. Cave, *Hist. lit*. p. 291. Harrison, *Descript. of Brit*. p. 26.

homine

homine et alacritas et vigor ingenii plane incredibilis : unde altiora et feveriora indies meditabatur. Pigebat eum inglorium quodammodo domi fe perpetuo continere. In Galliam igitur mature profectus eft: et quoniam Britanni infulares paulo ante, imperio Maximi tyranni, in Armoricam commigraffent, cognitam invifit gentem ; et quos illa aluit eruditos, magna fibi conjunxit familiaritate. Deinde per univerfam expatiabatur Galliam, urbes et coenobia celebriora invifens ; et ea maxime, in quibus literarum florebat exquifita cognitio. Dumque haec ageret, incidit in quendam Julianum Campanum, paulo ante ob corruptos mores epifcopali defunctum munere, eoque catholicis infenfum ; quem arctiffima fibi poftea devinxit confuetudine. Non defuit recondita Juliano doctrina ; mores candidi, mens integra, fincera, recta defueré potius. Infecerat jam longo tempore Ariana pravitas orbem ; fed ea confilio, prudentia, autoritate catholicorum, tum maxime divini verbi virtute acriter primum caftigata, deinde etiam et fublata penitus. Invidit nefcio quis cacodaemon ecclefiae fuae tranquillitati reftitutae. Ecce Pelagius et fuccentor Julianus, novo audacter invento dogmate, privatis quibufdam primum tacite inftillato, ac mox, fixis alte radicibus peffimis, late propagato, fimplex eruditorum vulgus corruperunt. Divina ante in fua ftabat jufta exiftimatione gratia. At tum coeperat per illos humana cura, induftria, voluntas, facta denique, munere fuperni fpiritus potius, quam ullo naturae noftrae per fe pravae inftinctu bona, in opinionis pretium excrefcere ; ufque adeo, ut gratiae elevatae et laboranti catholicis neceffe fuerit humeros fupponere, liberique arbitrii laudes importunas tollere. Ex hiftoria liquet Pelagium editis libris Hieronymo, atque adeo Auguftino, Sacrae Scripturae interpreti in primis illuftri, negotium, et quidem perplexum, exhibuiffe. Honorius Auguftodunenfis in libro *De viris illuftribus* trium librorum *De* [c] *fide Trinitatis*, tum libri *De* [d] *actuali vita*, meminit in Pelagio. Profper Aquitanicus, D. Auguftini olim difcipulus, fic in Pelagium, praeceptoris caufa, in libro *Epigrammatôn* infurgit :

> Aut hunc fruge fua aequorei pavere Britanni,
> Aut huic Campano gramine corda tument.

Rurfus et hoc diftichon in libro *De ingratis* fcribit :

> I procul, infana impietas, artefque malignas
> Aufer, et autorem comitare exclufa Britannum.

Notius eft, quam ut indice egeat, Auguftinum, libris accurate fcriptis, Pelagium ac ejus fectatores concuffiffe, protriviffe, denique viciffe. At interea Britanniam repetiit calumniator, et literarum profeffores facrarum nova pefte infecit ; quae et poftea per totam late infulam mifere graffata eft, animarum difpendio magno. Quod cum feciffet, Galliam repetiit, victoriam canturus iniquam. Malum vero in Britannica ecclefia ufque adeo invaluit, ut proceres ejufdem coacti auxilium a Gallis petere ; quo tempore Germanus epifcopus femel atque iterum morbo crefcenti manum adhibuit medicam. De fynodis ab eo celebratis in Britannia, Heirericus, qui D. Germani vitam fcripfit, luculente multa refert. Beda etiam earundem cap. 17. primi libri *Anglicanae hiftoriae*, et in Zenone meminit. Quid, quod et Thomas Bredovardinus, Cantiorum archiepifcopus, recentioribus faeculis caufam Dei contra Pelagium, edito infigni volumine, defendit ? Qui vero Pelagii finis fuit, non pronuntio. Crediderim exulem in terra peregrina aliqua obfcure obiiffe. Ex *Lelando*.

[c] Hi libri ante diffeminatam haerefin fcripti fuerunt. Pelagium de Trinitate recte fenfiffe patet ex libello fidei ejus. Cave. [d] Liber εὐλογιῶν, [*Eulogiarum* lib. et *De actuali converf.* lib. diverfi funt apud Baleum] five *Honeftorum fermonum de actuali converfatione* : five *Liber teftimoniorum* ; in quo ad Cypriani exemplum e SS. Scripturis fententiarum capitula collegit. Quae capitula Pelagio ex hoc libro fint objecta, docet tum Hieronymus *Dialog. adv. Pelag.* tum Auguftinus *De geft. Palaeftin.* c. 2. 3. 4. 5. 6. Cave. Scripfit praeterea *Expofitionum in epiftolas Paulinas* lib. xiv. Vid. Cav. p. 292. *Epiftolam ad Demetriadem de virginitate.* Pr. " Si fummo ingenio." Habetur inter opera Hieronymi et Auguftini, utrique falfo afcripta. Cave. *Libellum fidei ad Innocentium papam.* Extat tum poft Zozimi papae ad Africanos epifcopos epiftolam *Concil.* tom. ii. p. 1563. tum inter opera Hieronymi, tom. iv. p. 98. fub titulo *Explanationis fymboli ad Damafum* Hieronymo olim afcriptus erat. Cave. *Epiftolas ad viduam duas*, unam *confolatoriam*, alteram *Exhortatoriam*. Bina fragmenta exhibet Hieronymus lib. iii. contra Pelag. totidem Mercator in *Commonit. unicum.* Auguftinus lib. *De gefta Palaeft.* c. 6. Cave. *De libero arbitrio* lib. iv. Horum fragmenta paffim profert D. Auguftinus lib. *De gratia Chrifti*, cap. 4. 7. 10. 18. 28. 29. 39. 43. lib. *De peccat. origin.* cap. 13. Cave. *De natura.* Hunc, data opera refutavit Auguftinus libro *De natura et gratia* ; ubi plurima operis Pelagiani fragmenta reperire eft. Ea in unum collecta dedit Garnerius *Append.* ad par. i. operum Mercatoris p. 373. Cave. *Epiftolam ad Paulinum et aliam ad Conftantium. Epiftolas ad Auguftinum duas. Ad eundem defenfionem fidei* epift. i. *Ad presbyterum quendam amicum de rebus Diofpolitanis*, lib. i. *De vigore epiftolarum*, lib. i. " Primum quaeritur." Bale. *De moribus clericorum*, lib. i. Bal. *Ad Bonifacium comitem*, lib. ii. Idem. *Ad Albinam et Melaniam*, lib. i. Idem. *Epiftolas ad diverfos*, lib. i. Idem. Claruit anno CCCCXVIII. Cave. p. 291. Bal. 1. 28.

PEMBRIGIUS Dublinienfis, ut opinor, claruit A. MCCCXLVII. Scripfit longe majorem partem *Annalium Hiberniae* a Gul. Camdeno editorum ad calcem Britanniae A. MDCVII, nempe ufque ad A. MCCCXLVII. War. p. 68.

PEMBRIDGIUS [THOMAS] Oxoniae in aede Chrifti educatus. Scripfit ad Elizabetham reginam poëma dictum *Mutuis auxiliis ftant omnia.* Carmen longum hexam. et pentam. Pr. " Mu-" nera cunctarum repetentis munera rerum." Mf. bibl. reg. Weftmon. 12. A. xxxi.

[a] PENBICHILLUS, Ifiacus, et frequenter et argute in fcholis philofophicis difputabat.

[a] Mr. W. Penbygul. Mf. Lamb. 393. Penbugillus fophifta, vulgariter Penbogull, magifter Ifiacus, Bal. Pembogull, feu magifter Pembogullus, patria Devonienfis, civitate Ifcae. Pitf.

Poterat

Poterat id quidem pro suo quodam jure facere, nam et fontes dialectici acuminis prius exhauserat. Extat libellus ab eo ingeniose compositus *De divisione entis in praedicamenta* [b]. Ex *Lelando*.

[b] Praeter librum *De divisione*, etc. Pr. "Pro materia "praedicamentorum breviter." Mſ. Lamb. 393. scripsisse fertur *Logica universalia*, lib. i. "Pro universalium notitia "juvenibus." Mſ. Ibid. *Expositionem in Isagogen Porphirii*. Pr. "Quia Aristoteles in libro praedicamentorum." Mſ. Ibid. Bal. xi. 25. Pitſ. in *Append.* p. 890.

PENCAYR [DAVID] orator conspicuus, et manu scriptoria diebus suis vir excellentissimus hic in *Cronica* quam edidit. Sic Rossus in *Histor. Reg. Angl.* p. 12. Mſ. Cotton. Vespaſ. A. xii. Hollingſh. vol. i. 6.

PENDLETON [HENRICUS] patria Lancastrensis literis operam dedit in collegio Aenei Nasi Oxon. ubi studiorum philosophicorum curriculum emensus, et tempore Edw. vi baccalaureus et doctor in S. theologia renunciatus fuit. A. MDLIII 4 Jun. habuit literas reginae patentes de praesentatione ad praebendam de Cloughton in ecclesia cathedrali Lichfield. Rymer. *Foeder.* vol. xv. 345. A. MDLIV 11 April. collatus ad praebendam de Raculo Ersland in ecclesia S. Pauli London. *Regist.* Bonner. A. MDLIV 14 Febr. collatus ad ecclesiam S. Martini Outwich London. dein ad ecclesiam S. Stephani Walbrook. MDLVI. Sub ejus nomine extant *Homiliae in ecclesiis dioec. London. legendae*. Angl. Lond. MDLIV. MDLV. 4to. Inter *Homilias* a Bonnero editas Lond. MDLV. 4to. sunt duae hujus Henrici; quarum una est *De ecclesia*, sc. quid est, et quisnam ejus usus; altera *De ecclesiae auctoritate*. *Disputationes contra Laurentium Saunders, Johannem Bradford, Bartlet Green, et alios Protestantes.* Harum pars aliqua impressa est in Joh. Foxii *Actis et monumentis* ecclesiae. Religioni pontificiae addictissimus fuit. An autem A. MDLVII mortuus fuerit, ut *Regist.* Bonner suggerere videtur; an vero, regnante Elizabetha in carcerem detrusus ibi vel alibi obierit, incertum est. Claruit A. MDLXI. *Athen. Oxon* i. 138. Newcourt. i. 204.

PENKETH [THOMAS] sive PENCOIDUS [a] homo Augustinianae sectae, tantus erat in acumine disputandi, quantus suo tempore nemo fere alius. Delegerat sibi juvenis unicum praeceptorem, videlicet Joannem Scottum, ad cujus exemplum ita se suaque omnia formavit studia, ut non ovum ovo, nec lac lacti similius, quam ille magistro. Possem ego hic Pennochetum suis depingere coloribus; malo tamen, ut ejus virtus honorificis exterorum autorum testimoniis eluceat. Sic etenim videbor nihil patriae, nihil gratiae, nihil adfectui dedisse. Age igitur, pro me loquatur Ambrosius Coriolanus, homo Romanus: "Hic doctor subtilissimus sic Joannis Scotti opera mente "habet soluta et trita, ut si perdita essent, ea posset facillime reficere: cui omnes multum sophi- "stae debent; quoniam ipse ejus opera elucidavit, emendavit, et in publicum dedit. Multos in "dialecticis, in philosophia, et theologia edidit tractatus, et quidem subtilissimos." Hactenus Ambrosius. Nunc Jacobi Bergomensis accedat calculus: "Eam ob doctrinae magnitudinem ex "Anglia in Italiam vocatus, Patavii publico salario diu sacram theologiam docuit." Audivisti, optime lector, qualis quantusque foris fuerit. Superest, ut etiam intelligas, quem domi honorem gesserit. Ex Italia rediens, unanimi consensu Augustinianorum, nostram insulam incolentium, accepit magistratum maximum, nempe provincialem. Mortuus est Londini vigesimo die Maii, anno D. MCCCCLXXXVII. Hic opus est appendice, ut incuriam Ambrosii Coriolani et Jacobi Bergomensis mea diligentia corrigam. Neuter etenim illorum nominatim meminit alicujus operis a Pennocheto editi. A me igitur, candide lector, cognosce, quod *Commentarios in metaphysica Aristotelis* [b], et luculentum opus in *Sententias* [c] scripserit. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Penketh, Bal. Pemchettus, Pitſ. Coenobio Warringtonensis frater A. MCCCCLXXXIII una cum Rad. Shao pro conculcanda regis Edwardi iv progenie, iniquis concionibus egit, ut Ricardus iii regni usurpator contra jus fasque regni ejus solio plene potiretur; propter quod facinus postea famam et aestimationem amisit Penkethus. Bal. Pitſ. Vid Hollingſh. iii. 725. [b] Lib. xii. *Quaestiones Antonii Andreae ord. Minor. super* xii *libros Metaphysicae emendatae per ven. fratrem magistrum Thomam Penketh ord. fr. Augustin.* . . . MCCCCLXXX. fol.

[c] Lib. iv. Scripsit etiam *Castigationes in Scoti quodlibeta*, lib. i. Extant Nurimb. MCCCCLXXIV et MCCCCLXXXI. 2 vol. fol. *Quodlibeta Johannis Duns Scoti, subtilis theologorum monarchae per Thomam Penchet Anglicum in studio Patavino ordinarie legentem diligenter castigata.* Ita nota in fine. *Summam dialectices*, lib. i. *Elucidationes naturalium*, lib. i. *Philosophantium praeceptiones*, lib. i. *Annotationes in Augustinum*, lib. i. *De arte sermocinandi*, lib. i. "Quam- "vis unica et certa ars sit." *Actus magistrales*, lib. i. *Placita theologica*, lib. i. *Ordinarias disputationes*, lib. i. *Conciones ad utrumque statum*, lib. i. *Lectiones in Scotum*, lib. i. Et alibi Mſ. Lel. Trin. "Thomas Anglicus (cog- "nomine Penketh) Gesneri testimonio in catalogo scripto- "rum elucet. Cui aliorum opinione instructus *Summam* "*logices Aristotelicae*, quae impressa circumfertur Thomae "Aquinatis nomine, attribuit. Sunt et qui putant Her- "veum Britonem operis autorem fuisse. Quo autem flo- "ruerit saeculo, non hercle possum liquide exprimere; "tantum conjectura usus temporibus Edwardi quarti a- "scribo." Bal. viii. 47. Pitſ. p. 675.

PENNANT [HYU] or Sir HUGH PENNANT, scriptor Cambro Britannicus; de quo consule *Archaeol. Britan.* p. 257. Claruisse dicitur tempore regis Henrici viii. Lhuyd.

PENRY [JOHANNES] ab odio quo episcopos ecclesiae reformatae Anglicanae prosecutus est, Martinus Marprelate, id est, praelatorum pestis, dictus, inter montana Wallensia in comit. Brecknocensi natus, primo Cantabrigiae in collegio Divi Petri in studiis philosophicis institutus artium baccalaureus evasit A. MDLXXXIII. Mox Oxoniam abiit, ubi in aula S. Albani commensalis, et A. MDLXXXVI artium magister admissus. Mox sacris ordinibus initiatus frequenter Oxoniae, dein Cantabrigiae, verbum divinum praedicavit. Sed Anabaptistarum et Brownistarum erroribus inquinatus se ecclesiae Anglicanae et episcopis infestissimum praestitit hostem; editis contra eos his libris Anglice, *A view of some part of such public wants and disorders as are in the service of God, within*

her majesty's country of Wales; with an humble petition to parliament, etc. . . . MDLXXXVIII. 8vo. Pr. pr. " I am not ignorant, beloved in the Lord." Liber ejusdem fere tituli impressus per Jos. Barnes MDLXXXVII. 8vo. *A defence of that which hath been written in the questions of the ignorant ministry and the communicating with them. Against Rob. Some D. D.* Cambr. Pr. " There being " two things, Mr. Dr. Some, wherein." . . . MDLXXXVIII. 8vo. *Exhortation unto the governors and people of her majesty's country of Wales, to labour earnestly to have the preaching of the gospel planted among them.* Pr. pr. com. Pembroc. " How many and dangerous." . . . MDLXXXVIII. 8vo. In secunda editione sunt rationes quaedam contra mutos pastores fini libri annexae. *Theses Martinianas, num.* cx. *contra episcopos per Martinum Juniorem.* Pr. " I see my doings and " my course." Ded. Joh. archiepiscopo Cantuar. Ad finem libri est *Epilogus Martini Junioris. The just censure and reproof of Martin Marprelate to Martin Junior.* Ibid. Pr. " Who then I and " boyes will need be pistlemaking." *Protestation of Martin Marprelate, etc.* Pr. " Thou canst " not likely be ignorant." . . . MDLXXXIX. 12mo. *His appellation to the high court of parliament from the archbishop of Canterbury.* Lond. MDLXXXIX. 8vo. *Dialogue, wherein is plainly laid open the tyrannical dealings of the lords bishops against God's children.* Pr. " O Lord God, and " most mercifull father." . . . MDLXXXIX. 4to. Dialogus hujus argumenti et, ut videtur, autoris inter Puritanum et Papistam, Ambidextrum, et Idololatricum . . . MDLXXXIX. 12mo. *Treatise, wherein is manifestly proved, that reformation, and those that sincerily favour the same, are unjustly charged to be enemies unto her majesty and the state.* Pr. " The gods of England, beloved in the " Lord." . . . MDXC. 4to. *Contra Thomam Cooperum episcopum Winton.* h. t. *Ha'ye any work for a cooper.* Coventr. MDXC. 4to. In edit. London. MDCXLI. 4to. Pr. epist. praef. ad sacerdotes terribiles. " O brethren, there is such a deal of love." In *Epilogo* dicit etiam se aliud opus moliri contra Cooperum intitulatum: *More work for a cooper. Librum contra doct. Bridges episc. Oxon.* h. t. *Oh! read over Dr. John Bridges, for it is a worthy work.* Pr. " Right poysonid persecut- " ing." Ded. convocationi . . . 4to. *Epitome of the first book of Dr. John Bridges against the Puritans.* Pr. " Why, my cleargi masters, it is even." . . . 4to. *An epistle to the terrible priests of the convocation house,* 4to. *The state of the church of England,* 8vo. *Petition for peace,* 8vo. *His apology. Of prelatic ministry* . . . MDCIX. 4to. *History of Corah, Dathan, and Abiram, Numb.* xvi. *applied to the prelacy, ministry, and church assemblies of England.* Pr. " It is certain " and apparent that." MDCIX. 4to. *Demonstrationem disciplinae ecclesiasticae.* Pr. ded. praelatis eccl. Angl. " Manie and most evident have been our." Hanc huic auctori ascribit libellus, cui titulus: *An almond for a parrot.* Alii Udalo ascribunt. Stebenhithae tandem (Stepney vulgo audit) haud procul a Londino comprehensus propter libellos ejusmodi famosos, plebem Anglicanam ad seditionem aperte concitantes, capite in Regio, quod vocant, banco damnatus est, et 29 Maii (*Praefat. ad hist. Corah, etc.*) A. MDXCIII in parochia D. Thomae a Watering cognominata, suspendio necatus. *Athen. Oxon.* i. 258. seqq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 342.

PENTYNGE [THOMAS] frater ordinis Carmel. Scripsit *Sermones de tempore.* Pr. " Haec " quid sunt Johannis v.? Karissimi, eo fine facta sunt creata singula." Ms. coll. Bal. Sloan. 4to. fol. 205.

PERCIVALL [JOHANNES] a pueritia studiis bonarum literarum institutus, in academiis patriis, praesertim Oxonia, philosophiae et theologiae sedulo incubuit. Postea Carthusianus monachus factus est, et, si Pitseo et Petreio (*Bibl. Carthus.* col. MDCIX. 8vo. p. 212.) fides adhibenda sit, prior sui ordinis in coenobio Parisiensi. Scripsit *Compendium divini amoris,* lib. i. " Hominem " ad videndum Deum." Paris. MDXXX. 8vo. *Epistolas ad solitarios,* lib. i. Claruit A. MD juxta Bal. et Pits. MDII juxta A. Wood. MDL juxta Petreium. Bal. viii. 51. Pits. 685. Petreius. l. c. *Athen. Oxon.* i. 4.

PERCIVAL [RICHARDUS] generosus Anglus, scripsit *Dictionarium Hispanico-Anglicanum.* Pr. " *A* the first letter in." Lond. MDXCI. Secunda editio aucta per Jo. Minsheu, Lond. MDXCIX. 4to. et Lond. MDCXXIII. fol. *Grammaticam linguae Hispanicae.* Pr. " Grammar is an arte." MDXCI. Secunda editio auctior per Jo. Minsheu, Lond. MDXCIX. Prima editio *Dictionarii et grammaticae* per R. Percivallum habet titulum *Bibliothecae Hispanicae,* Lond. MDXCI. 4to. Videtur mortem obiisse ante A. MDXCIX.

PERCY [PETRUS] presbyter et canonicus collegii Madensis in comit. Cantii. Scripsit *De lapide philosophorum.* Pr. " Solidatura ad Y. reg." Ms. Ashmol. 1406. iv. Claruit apud Madum A. MCCCCLXXXVI.

PERCYE [RICHARDUS] in aede Christi Oxon. studiis philosophicis et juridicis sedulo incubuit, et Octob. 13 MDLXXVIII in jure civili supremos nactus est honores. Fuit commissarius domini archiepiscopi Ebor. et A. MDXCI rector ecclesiae de Setrington in agro Ebor. constitutus, ubi obiit 10 Nov. MDXCVIII. A. Wood. *Fasti Oxon.* i. 117. *Librum de reformatione legum ecclesiasticarum doctoris Haddoni* ad finem fere perduxit. Vide Swinburn in *Praefat.* ad 1 edit. *De testamentis.* Lond. MDXC. 4to. *Petition of the puritans, with Dr. Sutcliff's answer.*

PERDICIS prophetae meminit *Historia Britannica,* quam in Hibernicis inventam insulis citramontanus quidam Blasius Briagus, equorum domitor, sed interim eruditus, in Italiam traduxit. Fingit autem *Historia,* perdicem avem Rivalloni, Britannorum regi, sacra facienti in templo ap-

* De Perdice vide Pits. p. 64. Bal. p. 11.

paruisse,

ruisse, et prophetice multa admonuisse; quae jam ut apertius, fusius, denique significantius appareant, ipsa Pontici Virunnii, qui *Britannicam* in epitomen redegit *historiam*, verba in medium adducam: "Post hunc successit Rivallo: cum triduum pluvia cruenta pluisset, et muscarum af-"fluentia, quibus homines moriebantur, huic sacrificanti in templo Dianae, perdix magnitudine, "et varietate pennarum incredibili advolans, locuta est prophetiam: quam, quia Gildas nobili "epigrammate est complexus, et grandi marmore in eodem templo res notata idiomate per-"vetusto, non curo memorare." Hactenus Epitomarius. Me quoque in praesentia juvat Perdicis causam diligenter, curiose, accurate etiam excutere; ne posteritas aliquando causetur umbras luminis possidere locum. Perdicem avem locutam fuisse, quantumvis verborum detinear metaphoris, et poetarum figmentis umbraticis, non possum adduci, ut credam. At facile possum credere, vati divinarum rerum studioso, et prophetiae coelesti dono insigni, Perdicis fuisse ab excellentia consulto inditum nomen. Inter aves, si phoenicem excipimus fabulosam, nihil perdice elegantius, venustius nihil: sed neque sagacius. Qua autem industria, qua cura, quo denique ingenio nidificet, narrant rerum naturalium investigatores, prudentiae miracula avi attribuentes. Ovidius quoque in *Transformationum* libris ingeniosum perdicis inventum in Daedalo narrat. Si laudem Naso inventori dedit famamque carmine, ipse interim laudandus, qui rem tam elegantem elegantius expressit; quid obstat, quo minus et ego a Perdice Britanno collaudato, si non gloriam, at interim gratiam consequar? Et quoniam quae paulo superius ex *Britannica* desumpsimus *historia* non modo ad Perdicis laudem plurimum conferunt, verum etiam majestatem quandam incredibilem, et antiquitatis sacro-sanctae ipsissimam imaginem prae se ferunt; lubet singula ibidem expressa, depulsis tenebris, lucidissima facere. Principio, ubi de sanguineo imbre fit mentio, neminem attonitum, et incredulum minus [forte *nimis*] detinere debet; cum constet interim, et sanguinem aliquoties pluisse in Britannia. Flaccus Albinus, Eboracensis, in epistola quadam ad Ethelredum, Nortabrinorum regem, sic scribit: "Quid significat pluvia sanguinis, quam quadragesimali tem-"pore Eboraci vidimus? nonne potest putari, a borealibus poenas sanguinis venire super populum? "Muscarum etiam plaga, quoniam et hoc ad rem pertinet, Britannis cum Aegyptiis, atque adeo "gentibus aliis communis erat; videlicet poena flagitiis debita." Sacra vero in Dianae templo facta, cum ritu quodam conspirant Britannorum vetustissimo. Colebant Britanni insulam silvis, et ferarum gregibus abundantissimam. Hinc Dianae numen illis et celebre et magnum. Nota Bruti, Britannorum parentis ter maximi, ad Dianam, quam unice excoluit, oratio:

Diva potens nemorum, terror silvestribus apris,
Cui licet anfractus ire per aethereos.

Sunt qui putent, hos versiculos non a Galfredo Monemutensi scriptos, sed apud Gildam inventos, et ab interprete suo loco appositos. Quisquis eos scripsit, certe eleganter scripsit, sic vena aurea Romanum leporem exprimit. Primi versiculi caput refert nescio quid Statianum. Postremo, perdicem locutam esse, et prophetae adimplevisse munus; haud diversum est ab aquillae nobili facinore, quae fata Paladuri urbis Durotrigum olim magnificentissimae cecinit. Et ut placet etymon nominis Aquilae, ita certe non displicet in Perdice annotatio. Illud interim audire volupe est, inscripsisse priores dicta Perdicis memorabilia marmori, gratum posteritati spectaculum, dum reliquum. Quam vellem legisse, aut intellexisse potius patrium illud antiquissimum idioma, ut vel inde probe intelligerem, qui characteres antiquae Britannorum linguae, quae compositio; aut, ut illud non succedat, versus saltem Gildae interpretis vidisse. Tempus edax utrumque abstulit Perdicis nomen. Ex *Lelando*.

PERDIX [PETRUS] composuit *Tabulam super Cowton in sententias abbreviatum* per Joh. Sharp. Ms. in bibl. Baliol. Oxon. p. 299. Cat. Langb. Quaere an idem cum PETRO PARTRICH; quem vide.

PEREGRINUS [GULIELMUS] poëta per eam aetatem excellens regem Ricardum in expeditione contra Saracenos Terram Sanctam incolentes comitatus, carmine descripsit *Odoeporicon Ricardi regis*, lib. i. Hoc opus Huberto archiepiscopo Cantuar. et Stephano Turnham, duci rei militaris scientissimo, nuncupavit. Claruit circa A. MCC. Bal. iii. 45. Pits. 266. Vossius. p. 441.

S. PEREGRINUS quidam regis Scotiae Germani filius, qui ex peregrinatione Hierosolymitana xlii annos totos eremum incoluit, partemque Apennini a suo nomine appellari fecit, ubi et templum ei sacrum ingenti concursu in ditione Mutinensi. Scripsisse fertur *Orationes et orandi modum*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. Obiit A. CCCCLXIV. Colitur 1 Augusti. Dempst. xv. 1005.

PERKINS [GULIELMUS] apud Marstoniam juxta Coventriam in lucem editus, fuit collegii Christi Cantabrigiensis socius et theologus insignis. Aegrotavit, et diem ultimum obiit Cantabrigiae A. MDCII,—nonnisi quadraginta quatuor annos natus. Opera ejus extant Anglice Cambr. MDCIII. et tribus voluminibus Anglice Cambr. MDCVIII, MDCIX. London. MDCXII, MDCXIII. MDCXVII. MDCXXVI. MDCXXXI. MDCXXXV. Anglice. Genev. MDCXI. Vol. i. London, MDCXXXV. fol. *The foundation of Christian religion gathered into sixe principles.* Pr. ded. "To all ignorant "people; poore people, your manner." Pr. lib. "What doest thou beleeve?" *The golden chaine: or the description of theologie.* Pr. ded. "To the Christian reader." Pr. lib. "The body "of Scripture is a doctrine." Et Latine per Conr. Waldkirck. Basil. MDXCIV. *An exposition of the Symbole, or Creed of the Apostles,* To—Edward Lord Russel, earl of Bedford. Pr. ded. "Right

"Right honourable. Excellent is the ſaying." Pr. lib. "I beleeve in God." Et Cantabr. MDXCV. 4to. ſeorſum. *An expoſition of the Lords prayer.* To—earl of Bedford. "Right honourable, if you conſider." Pr. lib. "After this manner therefore." *A treatiſe tending unto a declaration, whether a man be in the eſtate of damnation, or in the eſtate of grace.* To Valentine Knightly Eſq; "Sir, I pray you conſider." Pr. lib. "A reprobate hath in his mind." *A caſe of conſcience, the greateſt that ever was, how a man may know whether he be the childe of God, or no.* Pr. pr. "To the godly reader. In God's church commonly." Pr. lib. "Church, "many among us." Et ſeorſum. Lond. MDXCII. 8vo. *A direction for the government of the tongue.* Pr. pr. "Chriſtian reader, lamentable." Pr. lib. "The governement of the tongue." Et Cambr. MDXCIII. 8vo. *Two treatiſes,* 1. *Of the nature and practice of repentance.* 2. *Of the combate of the fleſh and ſpirit.* Pr. pr. "God hath beſtowed on us." Pr. lib. "Repentance is "a worke of grace." *How to live, and that well, in all eſtates and times.* Pr. pr. "Good reader, "if thou." Pr. lib. "The juſt man." *A ſalve for a ſicke man.* To—lady Lucie, counteſs of Bedford. Pr. ded. "The death of the righteous." Pr. lib. "The day of death." Et Cambr. MDXCV. 8vo. *A diſcourſe of conſcience.* Pr. ded. "To Sir Will. Piryam, knight. Right honourable, It cannot be." Pr. lib. "Conſcience is a part of the underſtanding." *A reformed catholike.* Pr. ded. "To Sir Will. Bowes, knight. Right worſhipful, It is a notable policie." Pr. lib. "And I heard another voice." Hiſpanice a Gul. Maſſon. London. MDXCIX. 8vo. In hunc librum animadvertit Guil. Biſhop, libro h. t. *Reformation of a catholic, deformed by Will. Perkins.* Part. 1. A. MDCIV. Part. 2. MDCVII. 4to. Vid. ſupra in GUIL. BISHOP. *A declaration of the true manner of knowing Chriſt crucified.* Pr. pr. "It is the common ſinne." Pr. lib. "It is the moſt excellent." *A graine of muſterd ſeede.* Pr. ded. "To—Margaret Counteſſe of Cumberland. Right honour. The kingdome of heaven." Pr. lib. "It is a very neceſſary." *The true gaine.* Pr. ded. "To Sir Edw. Dennie, knight. It is a concluſion." Pr. lib. "But "the things which were." *A warning againſt the idolatry of the laſt times.* Pr. ded. "To—Henry, earle of Kent. Right honour. Great hath beene." Pr. lib. "Babes, keep yourſelves." Cambr. MDCI. 12mo. *A treatiſe of God's free grace, and mans free will.* Pr. ded. "To Sir "Edw. Dennie, knight. Right worſh. It is a thing moſt." Pr. lib. "Jeruſalem, Jeruſalem." *A treatiſe of the vocations or callings of men.* To Robert Taillor Eſq; "Experience teacheth." Pr. lib. "Let every man abide." Vol. ii. Lond. MDCXVII. fol. *The whole treatiſe of the caſes of conſcience, diſtinguiſhed into three bookes.* Pr. ded. "To—Edw. Lord Dennie. Right hon. There "is no one doctrine." Pr. lib. "The Lord hath given me." *A commentarie, or expoſition upon the five firſt chapters of the epiſtle to the Galatians.* Pr. ded. "To—Rob. lord Riche. The "holy Scriptures." Pr. lib. "Paul an Apoſtle." Cum continuatione ſexti capitis per Rodolfum Cudworth. Ἐπιείκεια: *or a treatiſe of chriſtian equity and moderation.* Pr. ded. "To—Sir Tho. "Heſkith, etc. Right hon. and worſh. how famous in all." Pr. lib. "Let your moderation." *A treatiſe of man's imaginations.* To—Sir Tho. Holcroft. Pr. ded. "That waighty charge of Salo-"mon." Pr. lib. "And the Lord ſaid in his heart." *His probleme of the forged catholiciſme, or univerſalitie of the Romiſh religion—againſt Jodocus Coccius his Theſaurus catholicus.* Pr. lib. "It is unpoſſible for any Popiſh." Idem forte Latine reddit. a Sam. Ward. Cantabr. MDCIV. 4to. *A Chriſtian and plaine treatiſe of the manner and order of predeſtination, and of the largenes of God's grace.* Perkinſius Latine hunc tractatum perſcripſerat; Franciſcus Cacot et Thomas Tuke Anglice reddiderunt. Pr. ded. "To—Sir Peter Buck, knight. Right worſh. amongſt the manifolde "points." Pr. lib. "Predeſtination is the counſell of God." *The arte of prophecying; or a treatiſe concerning the ſacred and onely true manner and methode of preaching.* Ex Latino Perkinſii Anglice reddidit Thomas Tuke. Pr. ded. "To—Sir Will. Armin, knight. Sir, many and ex-"cellent benefits." Pr. lib. "The art or facultie of prophecying." Secunda editio hujus tractatus Latine prodiit Cantabr. MDXCII. 8vo. *A digeſt or harmonie of the bookes of the old and new Teſtament.* Pr. ded. "It was a cuſtome among the Gentiles." Pr. lib. "A digeſt or harmonie." Latine verſ. Hanoviae MDCII. 4to. Vol. iii. Cambridge MDCIX. fol. *A godly and learned expoſition of Chriſt's ſermon in the mount.* in Matth. v, vi, vii. "In this chapter and the two." *A clowd of faithfull witneſſes, leading to the heavenly Canaan: or a commentarie on the xith chapter to the Hebrewes.* Pr. "Now faith is the ground." Lond. MDCXXII. 4to. *A godly and learned expoſition or commentarie upon the three firſt chapters of the Revelation.* Pr. "The revelation of "Jeſus, etc. Before we come." *The combate betweene Chriſt and the devill diſplayed: or a commentarie upon the temptations of Chriſt.* Pr. "Then was Jeſus, etc. The eleven firſt verſes." *A powerful exhortation to repentance: upon Zephan.* ii. 1, 2. Pr. "Search yourſelves, etc. The "prophet in the firſt." *A treatiſe of the duties and dignities of the miniſterie.* Pr. "If there "be with him, etc. In this chapter." *A fruitfull dialogue betweene the Chriſtian and the worldling, concerning the ende of the world.* Pr. "Chriſtian, Well overtaken." *A godly and learned expoſition upon the epiſtle of Jude.* Pr. "Jude (or Judas) a ſervant etc. The general ayme." *A diſcourſe of the damned art of witchcraft.* Pr. "Thou ſhalt not ſuffer, etc. This text containeth." *A reſolution to the country-man, proving it utterly unlawfull to buie or uſe our yearly prognoſtications.* Pr. "Good reader, I have, etc." *A ſhort ſurvey of the right manner of erecting and ordering a family, according to the Scriptures.* Pr. "Of Chriſtian oeconomie, and of the familie." Scripſit etiam *Praefationem* ad volumen iii nunquam editam. *Expoſitionem in pſalmos* xxxii *et c.* *Confutationem*

tionem catechismi Canisii. Conciones plures. Transtulit in sermonem Anglicum *Tractatum de electione ex operibus Hieron. Zanchii.* Pr. " We say, that the elect alone be." London. MDXCII. 12mo. Cum casu ejus conscientiae. sc. *Quomodo cognoscat aliquis*, etc.

PERKINS [JOHANNES] sive PARKINS Oxoniensis, juris municipalis studiosus fuit in Interiori Templo Londini. Scripsit Gallice, cum Prooemio Latino de legibus Angliae, *Explanationes in* XI *capita juris*, lib. i. " Quia usus rerum secundum rectam." Lond. MDXXX. MDLXVII. MDCI. 12mo. Gallice Lond. MDCXXXIX. 24to. In A. Wood. Mſ. vol. iii. ita: *Tractatus perutilis, sive explanatio quorundam capitulorum, viz. Graunts, Faitz, Feoffments, etc. valde necessaria.* Lond. MDXXXII. 8vo. Postea Anglice versus, Lond. MDCXLII. 8vo. Obiit A. MDXLV. Bal. xi. 92. Pits. 732.

PERN [ANDREAS] capellanus regis Edwardi vi, et unus e sex itinerantium concionatorum. Fuit collegii D. Petri Cantabrigiensis magister, decanus Eliensis, et rector de Balsham in comitatu Cantii, ubi claruit. MDLXXIV. Strype in *Vita Parker.* 47. In patrium sermonem transtulit *Ecclesiasten et Canticum canticorum.* Sub finem Bibliorum, quae *Bishops Bible* dicuntur A. MDLXVIII, sunt hae literae, A. P. E. quae Andream Pern, Eliensem denotant. Ibid. 404. *Tres ejus epistolae ad archiepiscopum Parkerum* extant in Strype in *Vita Parker.* p. 175. 480. 484. Videtur etiam fuisse archiepiscopo Whitgift a sacris domesticis, et obiisse subito Lambethae. Vide *The just reproof of Martin Junior.*

PERROT [JOHANNES] in comit. Walliae Pembrociano natus (Hooker in Hollinsh. i. 133.) eques auratus, fuit primo praeses Monasteriensis provinciae; deinde pro-rex Hiberniae ab anno MDLXXXIV. (Jan. 3. MDLXXXIII. *Cabala* pag. 336.) Scripsit, jussu reginae Elizabethae A. D. MDLXXXII, *His opinion for suppressing the rebellion, and the well governing of Ireland.* Pr. " I " have found the charge that." Extat impress. ante librum continentem *Historiam regiminis Hiberniae sub dom. Joh. Perroto ab* A. MDLXXXIV. ad MDLXXXVIII. Lond. MDCXXVI. 4to. *His letter to the parliament in England*, 17 Jan. MDLXXXIV, *about the state of Ireland.* Pr. " Most high " and noble assembly, the duty." Ibid. p. 44. *His letter to the lords of the councel.* 31 Jan. MDLXXXV. *Cabala*, p. 337. A. MDXCII. 17 Apr. criminis laesae majestatis accusatus et condemnatus fuit. Stow. p. 765. Captivus in turri Londinensi obiit 3 Novemb. MDXCII. Stow. Ibid.

PERROT [ROBERTUS] apud Haroldston in agro Pembroc. natus, musicus insignis, ejusdem facultatis doctor, et collegii Magdal. Oxon. organista. Notis musicis illustravit et composuit *Hymnos varios sacros.* Obiit Oxoniae 20 April. MDL, et in ecclesia S. Petri in oriente Oxon. sepultus est. *Fasti Oxon.* i. 23.

PERRY [HENRICUS] patria Camber; literis academicis imbutus in aula Glocestrensi Oxon. Post susceptum supremum in artibus gradum in patriam rediit, ubi beneficio aliquo ecclesiastico donatus est. A. MDXCVII. baccalaureus S. theologiae e collegio Jesu admissus est. Scripsit *Dictionarium Cambro-Britannicum.* Mſ. usus est Joh. Davies in contexendo suo *Dictionario Britannico-Latino. Rhetoricam Britannicam.* Lond. . . Lhuyd. *Archaeol. Britan.* pag. 256. Claruit circa A. MDLXXX et MDXCVII. *Athen. Oxon.* i. 291. Lhuyd. Davis.

PERYN [GULIELMUS] patria Salopiensis, professione Dominicanus, inter sui ordinis fratres Oxoniae educatus erat; inde Londinum petens, concionator contra haereticos acerrimus emicuit. Et cum Henricus viii papae suprematum abnegaverat, solum vertit. In patriam rediens circa annum MDXLIII factus est baccalaureus in theologia Oxonii. Tempore regis Edwardi vi vel clanculum vel in partibus transmarinis vitam egit. Ipse A. MDXLVII. 19 Jun. recantabat in ecclesia parochiali de Undershaft London. ubi antea festo S. Georgii praedicaverat doctrinam licitum et bonum esse adorare imagines, etc. Stow. 594. Regnante Maria prior domus fratrum praedicatorum S. Bartholomaei M. in Smithfield London. fuit. Scripsit, *Three godly and most learned sermons of the most honourable and blessed Sacrament of the altar; preached in the hospital of St. Anthony in London: on* Hoc est corpus meum. Pr. ep. ded. Bonnero. " Althoughe the corrupt state." Lond. MDXLVI. MDXLVIII. *Spiritual exercises and ghostly meditations, and a near way to come to perfection and life contemplative*, lib. i. ad moniales Kath. Palmer, ordinis S. Brigittae, et Dor. Clement, ordinis S. Clare. Pr. " After long and much stryfe." London. MDLVII. MDXCVIII. Gallice Cadomi MDXCVIII. 8vo. *De frequenter celebranda missa*, lib. i. Claruit A. MDLVII. Bal. par. post. iii. Pits. 751. *Athen. Oxon.* tom. i. 103. seq.

PETRE [GULIELMUS] filius Johannis Petre de Torbryan in comit. Devon. primo in collegio Exoniensi Oxoniae in studiis academicis institutus; inde in socium collegii Omnium Animarum cooptatus, ubi tandem juris civilis doctor, et (juxta Camdenum *Epist.* p. 239.) professor; ac aulae Peckwateriensis principalis constitutus est; in magno favore apud Cromwellium fuit, et auctoritate visitatoris monasteriorum inclaruit. Consiliarius regum Henrici viii et Edwardi vi et reginarum Mariae et Elizabethae fuit. In septem legationibus ad exteras regiones se virum sapientem et eruditum praestitit. Extant hujus Gulielmi Anglice, *Liber peregrinationum; in quo continentur varia documenta ad civilem conversationem spectantia*; in forma *Dialogi inter imaginationem, rationem, et hominem.* Mſ. colleg. Caio-Gonvill. Cantabr. E. 19. *Epistolae variae.* (1) To Sir Will. Cecil. MDLIII autogr. Mſ. Ashmol. 1720. (1) To archbishop Parker. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. p. 579. Obiit 13 Januar. MDLXXI. Vid. Camden. *Elizab.* in A. MDLXXII. Dugdale *Baronage* ii. 415. *Fasti Oxon.* i. 53.

PETROCUS honesto inter Cambros loco natus[a], ubi maturos pervenerat ad annos, relicta patria, in Hiberniam secundis ventis navigavit. Ibi studiorum insolito quodam conflagrans amore, praeceptores eximie doctos excoluit; nec manum prius de tabula sustulit, quam totos viginti annos in lectione bonorum autorum exegisset. Quaesitus hac laboriosa scientiae thesaurus cura, tandem inventus est; qui jam ne deliteret, inventor Hibernicas gazas in Coriniam transtulit, et videndas omnibus exhibuit. Regnabant eo in Corinia saeculo duo reguli, fama celebres, Theodorus et Constantinus; quorum cum liberalitate tum pietate adjutus, locum condendo aptissimum monasterio, aliquot passuum millibus a Sabrino distantem litore, accepit; cui nomen patria lingua Bosmanach a monachis inditum est. Extat Petroburgi libellus *De sepultura sanctorum Anglorum*; ex quo liquet, Credanum, Medanum, et Dachunum, viros sanctitate vitae illustreis, et Petroci imitatores, in Bosmanach fuisse sepultos. Guronus eremita, sanctitate vitae conspicuus, hunc prius incoluerat locum. Aethelstanus longo post tempore Coriniam victor penetrans, Petroci monasterium reparavit et auxit. Sed non longo post tempore canonicis, quos praebendarios vocant, locum dederunt. . . . . . comes Moridunensis et Corinianus, frater uterinus Gulielmi primi, regis Angliae, fanum Petroci[b] praediis spoliavit omnibus. Algarus nobilis, et Gulielmus Guarvestius, episcopus Iscanus, fundos, canonicis Augustinianis in loci possessionem adductis, solicite in jus pristinum reduxerunt. Ex *Lelando*.

[a] Patria Scotus Dempster. Scripsit *De vita solitaria*, lib. i. Claruit circa ann. DLXIV. Bal. i. 60. Pitf. pag. 98. Dempst. xv. 1007. [b] *Patrocstow*, vulgo *Padstow*. Pitf. [falso.]

PETRUS ANGLICUS frater Dominicanus S. theol. doctor. Scripsit *Tabulam insignem super glossam ordinariam*, lib. i. Claruisse fertur circa A. MCCCXL. Bal. xi. 22.

PETRUS[a] fano servatoris, quod juxta portam veterem Londini nuper enituit, canonicus fuit. At quo loco prima sacrorum rudimenta studiorum imbiberit, incertus sum. Conjectura interim nostra eum tum Isiacorum, tum Parisiorum scholas, more doctis tunc Anglis consuetissimo, celebrasse. Hoc constat fuisse illum theologum omnibus numeris eruditissimum[b]. Id quod facile deprehendere licet ex ejus *De Messiae adventu*[c], *id est, Jesu Christi contra Judaeos, sive De reparatione lapsi*, opere undecunque magnifico; quod per dialogos concinnatum, interlocutoribus Petro et Simone, dedicavit Simoni Longoduno, Cantiorum archiepiscopo[d]. Nec minus liquet ex volumine, cui titulus inscribitur *Pantheologus*[e], monumento videlicet aeterno Godefrido Lucio, Simenorum episcopo, dedicato; quod tanquam sacrae Lexicon Scripturae posteris exhibuit[f]. Ex *Lelando*.

[a] Petrus a fano Servatoris sive S. Trinitatis, SS. theologiae doctor et archidiaconus Londinensis. Ita in tit. libri *Remediarii conversorum*. Mf. bibl. reg. Westmon. 7. A. vii.

[b] "Petrus de Cornubia prior 4tus creatus est 7 id. Maii, "A. D MCXCVII et obiit non. Jul. MCCXXI et sepultus est "in medio capellae B. Mariae virginis, quam ipse aedificavit. Qui quidem prior praecipuus doctor in omnes "doctores Anglicos suo tempore floruit; per triennium "cum quodam Judaeo subtili disputans, ipsum convertens "concanonicum suum fecit. De sua disputatione diversos "libros composuit, ac etiam *Pantheologon*, *De reparatione* "*lapsus*, *De duabus corrigiis praedestinationis et reprobationis*, et plures alios perutiles penes nos et alios ha-"bitos in diversis locis ad laudem Trinitatis [*Sermones*."] *Registrum* prioratus S. Trinit. Lond. per Tho. Axbrigge penes Jo. Anstis armigerum. [c] Lib. iii. "Dilectissimo "domino suo, etc." [d] Archidiacono. Mf. Lel. Trin. Stephani archiepiscopi fratri juniori. Bal. Pitf.

[e] *Theologiae*, lib. iii. "Solent impostores inter preciosi." Mf. Baliol. Oxon. 81. Langb. 75. James. De hoc opere audi ipsum auctorem in epist. dedic. ad 4tam partem ejusdem: "Librum totalis operis mei socii nostri *Pantheo-*"*logum* vocant, eo quod in eo rationes, et identitates, et "diversitates nominum ac rerum totius theologiae, quae "sermonibus faciendis sunt aptiores, conscriptas inveniunt. "Prima pars nominatur David, eo quod in ea sola Da-"vidis verba exponuntur, cum quibus tamen verba alia "sacrorum librorum enodantur; secundum autem partem "Salomonem, et tertiam partem prophetam, quae duae "prae parvitate in uno volumine coartantur, nominavimus. "Quarta autem pars, quae nunc praescriptione nominis "tui nobilitatur, omnes Scripturae auctoritates, quas re-"liquae partes omiserunt, sollicite colligit, et dignationem "vestram sibi nomen imponere deposcit." Mf. Oxon. coll. Lincoln. arch. Bor. 29. Prima pars *Pantheologi*, quae dicitur David, continet lib. xiii. quorum primus *De rationalibus*. cap. 47. ii. 50. iii. 50. iv. 48. v. 30. vi. 14. vii. 35. viii. 36. ix. 13. x. 16. xi. 89. xii. 48. xiii. 5. Pr. ded. "Radulpho archidiacono Colcestr. Aliquis aliquem, ego." Pr. pr. ad Henr. de Northampton. "Vir desideriorum "sollicitus." Pr. lib. "Deus in Scriptura sacra tribus mo-"dis." Mf. Oxon. coll. Merton. O. viii. 6. "Deus mul-"tipliciter dicitur in S. Script." Mf. in bibl. Baliol. Oxon. lxxxi. Langbain. lxxv. James. Sed continet hic codex de libris xiii. (quorum omnium capitula in principio libri exhibet Index peculiaris) tres tantum priores; quorum primus habet cap. 19. (60. Mf. Linc.) secundus cap. 120. tertius cap. 76. (75. Mf. Linc.) Mf. Langb. p. 91. Hoc idem opus vocatur ab auctore pars quarta, et ad Godefridum episcopum Winton. dedicatur. Pr. pr. "Euge "serve bone et fidelis." Pr. lib. ut supra in cod. Ball. libros etiam 13 continet Mf. Linc. Secunda pars *Pantheol.* quam *Salomonem* nominat, habet etiam lib. xiii i. 24. ii. 40. iii. 38. iv. 30. v. 29. vi. 10. vii. 49. viii. 36. ix. 12. x. 20. xi. 33. xii. 34. xiii. 3. Pr. pr. Radulpho arch. Colcestr. "Solent impostores." Pr. lib. "Deus creator "omnium et judex." Mf. Merton O. viii. 7. Pars tertia *Pantheologi* (sive *Propheta*) Pr. "Dii aurei sunt senes phi-"los." Lib. xiii. i. 15. ii. 38. iii. 33. iv. 29. v. 21. vi. 10. vii. 32. viii. 23. ix. 9. x. 13. xi. 10. xii. 33. xiii. 4. Mf. ibid. Extat in bibl. reg. Westmon. 7. C. xiii, xiv. E. viii. F. iv. Item Mf. coll. B. Joh. Oxon. p. 77.

[f] Scripsit praeterea *Contra peccata*, lib. vi. "De beata mentis fe-"licitate." *De virtutibus*, lib. vi. "Secunda pars hujus "operis." *Remediarium conversorum*, lib. ii. "Reveren-"do patri Ricardo Londini de beata mentis solitudine." Mf. bibl. reg. Westmon. 7. A. vii. et Mf. Oxon. Mert. N. iv. 9. Cantabr. in bibl. publ. Mf. xi. Mf. Bodl. Laud. D. 2. Hoc *Remed.* in Mf. Mert. Petro Blesensi ascribitur. *Sermones eruditos*, lib. i. [lib. ii. "Licet fere omnes ho-"minum nationes."] *Revelationes*, seu *Visiones de statu mortuorum*. Mf. in bibl. Lambeth. 51. fol. Whart. *Angl. Sacr.* i. p. 113. *ex Sanctorum vitis et actis*. Sancroft.——Transtulit etiam noster e Gallico in Latinum, *De terra Palaestinae*, lib. i. Claruit anno MCCXXX. Bal. iii. 90. Pitf. p. 306.

PETRUS HIBERNICUS philofophus et theologus egregius vixit Neapoli in Italia A. MCCXL. ubi in ftudiis philofophicis praeceptor erat Thomae Aquinatis. Scripfit *Quodlibeta theologica.* Videtur obiiffe Neapoli. War. p. 59. Stanihurft. p. 43.

PETRUS PERUSINUS BIZARRUS A. MDLXIII. (vel MDLXVII. juxta Strype in *Vita Parker.* p. 255.) praebendarius factus ecclefiae Salifburienfis de Alton Pancrace, fuit in fervitio comitis Bedford. Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. v. A. MDLXX a Cecilio Secretario veniam obtinuit exteras adeundi regiones, partim ad imprimendum libros fuos, partim ad annunciandum nova ftatum regium vel ecclefiam concernentia. Scripfit *De principe tractatum : ad reginam Elizabetham.* Pr. " Cum in hac mortalium vita." Mf. reg. Weftm. 12. A. xlviii. *Epiftolarum volumen ad Cecilium.* Italice. Mf. penes Strype in *Vita Parker.* 255. Claruit Londini MDLXI. 25 Dec. quando epiftola dedicatoria data eft reginae Elizabethae. Tempore regis Edw. vi hujus meminit Joh. Bradford in epift. ad M. Bucerum Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Mifcell. C. 299.

PETRUS RIPPONENSIS collegii canonicus faccularis: Rogatus a Galfredo archiepifc. Eboracenfi, fcripfit *S. Wilfridi patroni vitam,* lib. i. *Miracula illius,* lib. i. Claruit anno MCXC. Bal. iii. 33. Pitf. p. 257.

PETTIE [GEORGIUS] filius Johannis, in agro Oxonienfi natus, aedis Chrifti Oxon. alumnus A. MDLXIV. et exacto quadriennio artium baccalaureus renunciatus exteras regiones, ftudiorum profequendorum caufa, perluftravit. Scripfit *A petite pallace of Pettie his pleafure.* Pr. " As " among all the bonds." Bis impreff. Londini. Lond. MDCVIII. 4to. Vertit ex Gallica in vernaculam linguam *The civil converfation of Mr. Stephen Guaffo,* lib. iii. [quartum tranftulit Barth. Young] tr. ded. dominae Norrice : " Good madame, the force of vertue." Dated from his lodgings near Paul's MDLXXXI. Lond. MDLXXXVI 4to. Obiit apud Plymoutham menfe Julio MDLXXXIX. *Athen. Oxon.* tom. i. 240.

PETYT [GULIELMUS] PARVUS, [a] five Brillendunenfis, canonicus Novoburgenfis monafterii, propter filvam Cuculinam fiti, fuit. Humanioribus juxta ac divinis ftudiis tantopere adhaerebat, ut nullam fere horam recte collocatam putaret, nifi in doctorum librorum lectione. Hanc fanctam hominis aviditatem ego non poffum non vehementer approbare ; cum quod otium nimium, religionis peftem plane maximam, excutiat ; tum praecipue quod virtutis quofdam igniculos in animo excitet. Senferat Robertus [b], abba Bellolandienfis coenobii vicini, honeftum et liberale Gulielmi ingenium ; cupienfque literarum nomine cum illo amicitiam inire, multis modis hominem fibi devinxit, et tandem familiariffime ufus eft. Vides jam, lector optime, quo in pretio olim apud monachos doctrina fuerit : nunc vero, O luxuriem ! O facram defidiam ! quam nullo pene in honore fit, vides. Sed hic ab inftituto non erit alienum meo breviter narrare, quo pacto humanitati Roberti abbatis refponderit. Illi, quod unum praeftare potuit, fuas dedicare non indoctas lucubrationes ; ex quibus extant *Commentarii in Cantica canticorum* [c], opus intra unius anni fpatium ad umbelicum deductum. Porro fenior factus, hiftorias, quas juvenis mirum in modum coluit, avidiffime repetiit. Utque fructum etiam in hac parte aliquem produceret, fcripfit et ipfe *De Anglis hiftoriam* [d] ; quam nuper in Fontana, alias Wellenfi bibliotheca reperi [e]. In cujus prologo vir alioqui fatis fani judicii Gallofridum Arturium, Monumetenfem, tam petulanter laceffit, tam invidis morfibus lacerat, ut conductum ad id facile putes : cujus judicium fecutus Polydorus, et faepe et libenter Gallofridum vellicat, alieni operis interpretem. Quare mihi uterque ad partes merito vocandus, nifi effent ex aequo penitioris antiquitatis Britanniae ignari. Qualifqualis fuit Gallofridus, ego certo fcio Polydorum coactum, nifi prius habuiffet tacere, Gallofridum fexcentis in locis fequi. Sed ifta miffa facio ; contentus indicare, Gulielmum fuiffe celebrem [f] circa tempora [Richardi Leonini.] Ex *Lelando.*

[a] Gulielmus Petyt feu Parvus, Bridlingtonenfis. Mf. Lel. Trin. Gulielmus Litle fe Gallice Petit, et Latine Parvum cognominat. Pitf p. 270. Citatur fub nomine Gul. Parvi faepiffime in Hollingfh. iii. R. Steph. etc. Bridlingtonae in agro Ebor. natus anno MCXXXVI. Cave. A monafterio Neuburgenfi, ubi educatus fuerat, Neubrigenfis dictus. S. theol. doctor. Mf. Oxon. coll. Mert N. vii. 14.

[b] Rogerus interlineatus in Mf. Lel. Trin. Rogerus ii. abbas de Bellalanda, qui vixit A. D. MCXLI. juxta Leland. *Coll.* iii. p. 35.

[c] Lib i. " Crebra petitionis tuae " poftulatio." Olim in bibl. Regin. Cantabr. in cujus codicis fine haec, quae fequuntur, adfcripta erant : " Gulielmus natus fuit in Bridlingtona, qui canonicus factus in " Neoburgo, ad petitionem Rogeri, abbatis de Bellaland " explanationem in *Cant.* cant. intra unum annum fcripfit " et edidit. Leland. *Coll.* iii. 16. Extabat etiam in bibl. Neoberg. apud Leland. iii. 35.

[d] Ab anno MLXVI. ad MCXCVII. Lib. v. *Hiftoriam gentis noftrae, id eft, Angliae.* Pr. pr. E. abbati de Rieval. " Literas fanctitatis veftrae fufcepi, quibus." Mf. Cant. in coll. C. Chrifti H. vi. Prodiit Antw. MDLXVII et MDLXXVII 8vo. Heidelberg. MDLXXXVII. Auctior vero, et cum notis Jo. Picardi, Parif. MDCX. 8vo.

[e] Scripfit etiam *De Anglorum regibus,* lib. ii. " Primum " oftendenda origo caufae " *Commentarios alios,* lib. i. *Sermonum* lib. i. *Hiftoria mifcella Gulielmi, viri religiofi, canonici Noriburgi, ad Edilredum, ni fallor,* h e. *Ailredum abb. Rievallis,* in qua res Angliae praecipue narrantur, definit libro quinto. Mf. Cotton. Vefp. B. vi. 6. Vide D. Powel. epift. dedic. ad D Henricum Sidney Pontico Virunnio praefix.

[f] Obiit anno MCCVIII. aetatis 72. Cave. Bal. iii. 53. Pitf. p. 270. Cave. p. 691. Voff. *Hift. Lat.* p. 452.

PEVERELLUS [THOMAS] five PEPERELLUS [a], Carmelitici inftituti fectator, Ifiacas

[a] Thomas Peverell, patria Sudovolgus, SS. theol. doctor. Oxon. A. MCCCXCVII. (Ware.) MCCCXCVIII. (Bale. et Pitf.) Epifcopus Offorienfis (Leghlienfis, Rymer, *Foed.* viii. 62.) in Hibernia (per papam provifus. Pat. 19 Rich. ii.) a Ricardo ii renunciatus, anno fequente ad Landavenfem, et rurfus anno MCCCCVII. ad Wigornienfem fedem tranflatus. In Mf. Bodl. Arch. Seld. B. 21. dicitur " fr. Thomas Peverell Carmelita, malae vitae et converfationis inhoneftae " femper vixit et vivit in curiis dominorum et dominaram, " prout fama publica laborat et teftatur."

fcholas

ſcholas celebravit; unde et theologi ſacrum nomen adeptus eſt. Virtutem hominis et dignitas ſecuta eſt: videlicet [b] epiſcopatus Lantavanus, deinde et Bravonienſis. Balaeus meminit *Quaeſtionum theologicarum* [c], a Piperello editarum. Obiit cal. Mart. anno D. MCCCCXVIII. [d] Ex *Lelando.*

[b] Videlicet Oſſorienſis in Hibernia, Landavenſis, et tandem Wigornienſis. Mſ. Lel. *Epit.*

[c] Lib. i. "Utrum B. Joannes Baptiſta teſtimonium per-"hibendo de Chriſto Deo placuit." Scripſiſſe etiam fertur *Sermones ſolennes*, lib. i. *Ordinationes ſui cleri*, lib. i.

[d] Obiit (Wigorniae Lel. *Epit.* Mſ.) apud manerium ſuum de Hambury in Salſo Mariſco A. MCCCCXVII (MCCCCXVIII. Bale Mſ. Sloan.) 1 Martii, et in eccleſia cathedr. Wigorn. ſepultus. Bal. vii. 49. Pitſ. p. 598. Godw. p. 518. Ware, p. 127. In eccleſia Carmeli juxta Oxon. ſepultus. Whart. *A. S.* vol. i. 805. Obiit MCCCCXVII. 23 Aug. A. Wood, *Antiq. Oxon.* i. 104. et fide Tho. Habington.

PHAIER [THOMAS] gente Britannus, patria Pembrochienſis, Oxonienſis academiae aliquandiu alumnus fuit; deinde ſtudiis juris municipalis in hoſpitio Lincolnienſi Londini ſedulo invigilavit. Poſtea medicinae ſe totum dedit, et ejuſdem facultatis doctor A. MDLIX Oxoniae creatus. Tandem in patriam ſe contulit, ubi in medicinae et poëſeos exercitiis reliquam egit vitam; fuit et regis ac reginae advocatus conſilii de tuendis marchiis Walliae. Scripſit *Of the nature of writts*, lib. i. *Exemplar of common places for the writing of ſeveral ſorts of inſtruments*, lib. i. Pr. pr. "Conſydering the great utilitie." Lond. MDXLIV. *The regimen of natural life*, lib. i. Ex Gallico tranſl. Pr. "The body of man is compact." Lond. MDXLIV. MDXLVI 8vo. MDL. MDLIII. 24to. *A goodly bryefe treatiſe of the peſtylence, with the cauſes, ſigns, and cures of the ſame*, lib. i. Pr. "After that G. Almighty father." Ibid. ſimul impreſſ. *Declaration of the veynes of man's body, and to what dyſeaſes and infirmities the opening of every one of them doe ſerve.* Pr. "It is not unknown to any whiche." Lond. MDXLIV. MDXLVI. 8vo. MDL. MDLIII. MDLX. 24to. *A book of children*; ſc. *De aegritudinibus puerorum.* Pr. "Although I doubt not every." Lond. Ibid. *Remedies or preſcriptions of phyſic for the body.* Writt. by Henr. Holland. Lond. MDCIII. 4to. *Verſes of Owen Glyndour's being ſeduced by falſe prophecies, took upon him to be prince of Wales*, A. MCCCCI. Extant in primis editionibus libri Gul. Baldwyn cui titulus: *The mirrour of magiſtrates*, Lond. MDLIX. *Tragoediam Oweni Glendor.* Pr. "I pray thee, Baldwine, ſith." In Will. Baldwyn's *Mirrour of magiſtrates. De natura ſimplicium*, lib. i. Anglice. Hoc opus pollicetur in praef. ad librum *De aegritudinibus puerorum. Carmen breve Anglicum praefixum tranſlationi militiae praeceptorum Jacobi com. Purlilienſis* per Petrum Betham. Lond. MDXLIV. 8vo. Tranſtulit in Anglicos rhythmos. *Libros ſeptem priores Aeneidos Virgiliani*; ded. reginae Mariae. Pr. "I "that my ſlender." Lond. MDLVIII. 4to. Libros viii. ix. et partem x edidit cum vii prioribus Gul. Wightman. Lond. MDLXII. 4to. Cui editor praefixit epiſtolam dom. Nicol. Bacon. Reliquos, quos morte praeventus non tranſtulit Phaierus, finiit Th. Twyne et edidit Lond. MDLXXXIV. MDXCVI. 4to. Obiit apud Kilgarran in agro Pembroch. A. MDLX. Bal. par. poſt. p. 107. Pitſ. p. 740. *Athen. Oxon.* i. 134. Chaloner *De illuſtr. viror. encomiis*, p. 356.

S. PHILANUS epiſcopus Scotus. Scripſit *De meditatione ſanctorum*, lib. i. *Homilias*, lib. i. *Epiſtolas ad eccleſiam ſuam*, lib. i. Claruit A. DCCIII. Colitur 9 Januar. Dempſt. xv. 1003.

PHILIPPE [FRANCISCUS] domeſticus dom. Thomae Goodrich, epiſcopi Elienſis et magni cancellarii Angliae. Tranſtulit in linguam Gallicam *Librum precum publicarum, etc.* h. t. *Le livre des prieres communes de l'adminiſtration des ſacremens, et autres ceremonies en l'Egliſe d'Angleterre: Traduit en François par François Philippe, ſerviteur de monſieur le grand chancelier d'Angleterre.* De l'imprimerie de Thomas Gualtier, imprimeur du Roy en la langue Françoiſe pour les iſles de ſa majeſté. Pr. ded. epiſc. Elienſi. "Ceſt choſe toute notoire." MDLIII. 4to.

PHILIPS [MORGAN] patria Monumetenſis, Academiae Oxon. alumnum ſeſe tradidit A. MDXXXIII; et A. MDXXXVIII in ſocium collegii Oriel. electus erat. Poſt triennium artium magiſter admiſſus ſacros ſuſcepit ordines, et A. MDXLVI aulae S. Mariae principalis conſtitutus eſt. A. MDXLVIII diſputationem publicam habuit cum Petro Martyre. Poſtea gradu baccalaureatus in theologia ornatus fuit; et, regnante Maria, ad praecentoratum in eccleſia Menevenſi evectus eſt. Caeterum cultum divinum, reformante Elizabetha, ſolum vertebat, et Duaci aut Lovanii reliquam vitae partem agebat. Scripſit *Defence of the honour of Mary queen of Scotland, with a declaration of her right, title, and intereſt to the crown of England*, lib. ii. Pr. "It were to be wiſhed, that as "God." Leige MDLXXI. 8vo. Librum hunc ope duorum eruditorum papiſtarum dom. Antho. Brown, et Joh. Carryl, juriſconſultorum conſcriptum eſſe aſſeritur Strype in *Vita Grindal.* p. 150. *A treatiſe ſhewing that the regimen of women is conformable to the law of God and nature*, lib. i. (Tertius eſt liber vindiciarum) Pr. "Albeit, good reader, you have now." Leige MDLXXI. 8vo. Duos hos libros quidam Johanni Leſlaeo epiſcopo Roſſenſi aſcribunt, etſi ſub nomine Morgani Philips editos. *Diſputationem de euchariſtiae ſacramento in univerſitate Oxon. habitam contra D. Petrum Martyrem* 31 Maii MDXLIX. Lond. MDXLIX. 4to. Obiit Lovanii vel Duaci A. MDLXXVII. *Athen. Oxon.* i. 188. ſeq.

PHILIPPUS de S. FRIDISWIDA, prior ſcripſit *De miraculis S. Fridiſwidae, quae inſecuta ſunt tranſlationem ipſius Fridiſwidae Oxon.* Mſ. extat in bibl. Bodl. Digby. 177. A. D. MCLXXX. Lib. i. "Domini ac Salvatoris noſtri." A. Wood. Mſ. Pitſ. princ. Claruit A. MCLXXX. A. Wood. Mſ. xlix. A. MCLXXXVIII. Kennet *Ambroſden.* p. 144. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 55.

PHILIPPUS LEYCESTRENSIS abbas ſcripſit Anglice *Breves expoſitiones x. mandatorum.* Mſ. Cotton. Veſpaſ. A. xxiii. 2. Qu. an hic fuerit PHILIPPUS REPINDON?

PHILIPPUS SCOTUS abbas S. Jacobi in suburbio Herbipolitano xvii. scripsisse fertur *Epistolam ad Carolum* iv *imperatorem de privilegiis sui coenobii.* Obiit A. MCCCLXI. Dempst. xv. 1014.

PHILIPPUS SCOTUS alter, Scotorum in monasterio Herbipolitano abbas; cujus tempore coenobium illud in tantam penuriam incidit, ut a monachis relinqueretur; et Laurentius episcopus Herbipolit. novam fundationem inierit, non pro monachis Scotis, sed Germanis. Scripsit Philippus *De miserabili monasterii sui desolatione*, lib. i. Obiit A. MCCCCXVII. Dempst. xv. 1015.

PHILLIPS [JOHANNES] scripsit *The perfect path to paradise, containing divers most ghostly prayers and meditations for the comfort of afflicted consciences.* Lond. MDXC. 12mo. *A summons to repentance.* Lond. MDLXXXIV. 8vo. Quaedam de terrae motu 6 April. MDLXXX. scripsit. Vid. Abrah. Fleming. Vid. A. Wood. *Cat.* iv. 59. 1580. Quidam JOHANNES PHILIP e collegio reginali Cantabrigiae scripsit *A lantern to light ladies to the palace of honor, by the exemple of the empress Florence.* Carmine. pr. ded. Mariae comitissae Cant. "Incouraged through the bounty of "your." temp. Elizab. 12mo. *A commemoration of Margaret countess of Lenox, who died at Hackney* 9 Mart. MDLXXVIII. Pr. pr. prosa. "Right honourable and vertuous ladies, when flo- "rishing." Lond. MDLXXIX. 4to.

PHILOMELUS [THOMAS] sive NITHINGALE, patria Londinensis, ibidem sub cura Gul. Lilii educatus, dein Oxoniam missus, ubi studiis philosophiae et juris Caesarei operam dedit sedulam. Legum baccalaureus factus est A. MDXV. Ob poësin clarus fuit. Scripsit *Elegias tres in mortem Gul. Lilii*, lib. i. "Plangite, Pierides, facundus." *Super obitu Johannis Coleti*, carmen. Pr. "Multum defleat Lacedaemon." Claruit A. MDXXIV. Bal. ix. 4. Pits. p. 700. *Athen. Oxon.* i. 21.

PHILPOT [JOHANNES] sive FILPOT, filius dom. Petri Philpot equitis Baln. natus apud Compton in comit. Hantoniensi, primis literarum rudimentis in schola Wintoniensi imbutus est; unde Oxoniam missus socius collegii Novi electus A. MDXXXIV, ubi linguas Graecas et Hebraicas apprime addidicit, et juri caesareo operam dedit. Abhinc exteras regiones visendi cupidus in Italiam profectus est, et post reditum exposuit *Epistolam S. Pauli ad Romanos* in ecclesia cathedr. Winton. Tempore Edw. vi archidiaconus evasit Wintoniensis; sed, regnante Maria, haereseos suspectus in carcerem compingitur, et post annum integrum cum dimidio a Bonnero ad flammas damnatus est. Scripsit *Epistolas Hebraicas*, lib. i. *De proprietate linguarum*, lib. i. *Disputationem synodicam*, Lond. MDLIII. mense Octobr. Pr. "Whereas divers and uncertain." Lib. i. Ita Fox. p. 1388. 1 edit. et p. 1410. 1446. Pr. "Cum passim plurimi iidemque." *The examinations of John Philpot*, Lond. . . . 8vo. Extant etiam in Fox. p. 1795. *An apology for spitting upon an Arrian, with an invective against the Arrians, etc.* Ibid. ad finem *Examinationum. De vero Christiani sacrificio*, lib. i. *Supplication to K. Philip and Qu. Mary.* Pr. "In humble "wise complaineth." Fox. p. 1829. *Letters to the lady Vane.* Pr. "The principal spirit of "God the father." Idem. p. 1837. Vid. *Epistolas* Mss. coll. Emanuel. Cantabr. *Letters to the Christian congregation, that they abstain from mass.* Pr. "It is a lamentable thing." Id. p. 1831. Idem hoc cum *Oratione*, quae eodem modo incipit. Ms. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. *Exhortation to his sister.* Pr. "God the eternal father." Id. p. 1834. *Epistolas ad Johannem Careless* sex. Id. p. 1833. *A pious prayer to be said at the stake.* Id. p. 1830. In sermonem patrium transtulit *Calvini homilias*, lib. i. *J. Chrysostomi contra haereses*, lib. i. *Coelius Sec. Curio, concerning the true and ancient autority of Christ's church against Anth. Forebell of Mutina.* Pr. ded. duci Somerset. "Philosophie in the firste boke." English'd by John Philpot. Ms. bibl. reg. Westmon. 17. C. ix. Vivus igne concrematus est 18 Dec. A. D. MDLV, aetatis 44, in campo Fabrili, vulgo *Smithfield* London. Bal. viii. 89. *Athen. Oxon.* i. 95. seq. Fox. p. 1795.

PHINCH [RICHARDUS] scripsit *The Epiphanie of the church, shewing evident notes and signes of eyther church*, ded. dom. Nic. Ridley episc. London. Lond. MDL. 4to. Et in editione Lond. MDXC. 4to. hic titulus: *The knowlege or appearance of the church gathered out of the H. Scriptures, declaring and plainly shewing both the church that cannot but erre, and also the church that cannot err, with so evident notes and manifest signes of either of them, that no man reading it, needeth be in doubt, which he should believe.* Pr. pr. "The contention betwixt ours and." Nulla datur dedicatio episcopo Ridleio; et ex multis locis patet librum hunc tempore Edwardi vi scriptum fuisse.

PHISAIA [RICHARDUS] Anglus, frater Dominicanus, S. theologiae doctor, scripsit *Super magistrum sententiarum*, lib. iv. *Opusculorum*, lib. i. Claruit A. MCCLXX. Pits. p 348.

PHREAS [JOANNES] [a] conterraneus meus, Londini natus, ea felicitate coelitus donatus est, ut is ex numero Anglorum primus mihi quidem esse videatur, qui barbarie patriam foede gravatam, labore honesto, atque adeo utili, plane valetudini pristinae, qua imperantibus Romanis supra hominum opinionem omnem floruit, integre restituit. Illius hoc tale tantumque beneficium, in posteros collatum, nisi pro dignitate collaudarem, et autorem pro meritis magnis vel universo orbi

[a] Joannes Phreas, vulgo Free vel Phree, patria Bristoliensis, uti colligit A. Wood. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. p. 76. ex antiqua annotatiuncula in veteri Ms. in Arch. bibl. Bodl. A. 180. et in *Cosmographia* hujus autoris Ms. in bibl Baliol. Oxon. K. 2. Sed alia nota in eodem libro in bibl. Baliol. ait Johannem Free natum esse in civitate London. et pro Londinensi electum, admissumque fuisse socium atque juratum in collegio Baliol. Ms. Langb. Juxta Stowum, *Lond.* p. 191. fuit eques auratus; et juxta Rymer, *Foeder.* xi. 93. capitalis baro scaccarii regis MCCCCXLV.

7 N notum

notum non facerem, profecto omnium ingratiſſimus a bonis dicerer. Juvat igitur ejus vitam, virtuteſque inimitabiles poſteritati opportune, ſolicite, religioſe conſecrare. Prima apud Iſiacos ſolidioris literaturae fundamenta, collegii Baliolani ſocietate donatus, jecit. Excrevit autem ingenii aedificium pulcherrimum vel ad faſtigium uſque et miraculum. Initiatus tandem ſacris, evangelicus praeco evocatus eſt a quodam amico, ut fano Mariae Montanae [b], quod Ventae Belgarum [c] celebre admodum eſt, praeeſſet. Quo et ille mature profectus eſt; ita tamen, ut nunquam amorem vehementiſſimum, quo perpetuo erga eloquentiam et doctas artes adfectus erat, vel tantillum ceſſator deponeret. Frequens Ventae Belgarum, alias BRIGHTESTOW, tunc temporis mercatorum turba in Italiam ſubinde navigantium; a quibus ubi plenius intellexerat, quam ingeniorum fertilitate beata eſſet, de tranſmigratione in eam, corraſo viatico, nocte dieque cogitavit: tandemque vela ſecundis commiſit Zephyris, et Italiam pervenit [d]. Fama tandem refert Guarinum [e] ſenem, philoſophum et oratorem, Ferrariae, non ſine laude ingenti, docere. Accurrit, praelectori aſſurgit, philoſophiam repetit, cognitionem herbarum medicarum praecipue excutit, legibus etiam civilibus operam, eamque ſedulam, dat, et chorum eruditorum Italorum humanitate magna candore majori demeruit. Inter quos et Carbonem, oratorem Ferrarienſem, coluit, a quo in *Funebri oratione*, qua Guarinum laudat, laudatur et ipſe. Artem medendi Ferrariae in ſcholis publicis, confluentibus undique eruditis, primum docuit; deinde et eandem Florentiae et Patavii: ubi et inſignibus medici publico conſenſu literatorum procerum donatus eſt. Poſtremo et Romam petiit, ac illuſtria eruditionis pericula multa, duce philoſophia, comite vero eloquentia, oſtendit; quo tempore Joannes Tipetotus, Anglus, comes Brangonianus, unicum doctrinae inter nobiles ſui ſaeculi lumen, civilem fugiens diſſenſionem patriae, merito magni fecit Romae virtutes Phreae. Non erat eo tempore Romae, qui linguam utramque felicius exhauſerat. Scripſit *Epiſtolas* elegantiſſimas et *Carmina*. Legi ejus verſus [f] perfluenteis, in quibus Bacchus expoſtulat cum capro vitem arrodente, dedicatos vero Joanni Tipetoto, Mecaenati ſuo; cui et conſecravit libellum *Syneſii de laude Calvitii* [g] interpretatum, ut quidam affirmant, majori Latine cum gratia, quam Graece a Syneſio ſcriptum. Tranſtulit in Latium *Diodori Siculi bibliothecam Graecam* [h]: quod opus Itali Poggio vaniſſime attribuunt Florentino. Vidi ego exemplar, quod et archetypum fuiſſe certe puto, in cujus primi folii margine haec recentiori manu ſcripta reperi: "Paulus, Romanus pontifex, propter tranſlationem ſibi dedicatam, Fream epiſcopatu Badoniae donaverat; "quod cum accepiſſet, ſupervixit menſem unum, et obiit Romae nondum conſecratus." Hactenus ex libelli margine. Sunt qui putent competitorem aliquem praeſenti veneno, clam dato, Phream e medio ſuſtuliſſe. Incidi aliquando in libellum ab eo *De rebus geographicis* [i], ut ego colligere potui, conſcriptum. Rogante quodam nobili Italo, epitaphium neſcio quod barbarum a monumento Franciſci Petrarchae [k] ſublatum; Phrea Britannus novum ac elegans tumulo juſſus ſuperaddere, quod et adhuc apud me extat. Extat *Epiſtola* longe, ſi ego quicquam recte judico, elegantiſſima, qua Omnibonus Leonicenus [l], phoenix ſui ſaeculi, Fream, philoſophum incomparabilem, tantum non ad ſidera extollit. Beatus etiam Rhenanus homo candidus, ex hac in Syneſii libellum *De laude Calvitii* a Phrea editum, et a Leoniceno accurate collaudatum, commendandi Freae virtutes anſam accepiſſe videtur opportunam. Talia enim refert: "Joannes, Phrea, quod "non ſine publico Britanniae, quam nunc Angliam vocant, honore dixerim, utramque linguam "percalluit; bonas literas ſumma cum laude non paucos annos, idque in Italia, docuit." Ferunt Fream ex arte medica in Italia ingentem aureorum collegiſſe numerum, divitemque obiiſſe [m]. Ex *Lelando*.

[b] S. Michaelis ſuper montem. A. Wood. Ita enim ſe habet nota alia in cod. Baliol. ſc. "Iſte magiſter Johannes "Free beneficiatus erat Briſtolliae, quoniam rector S. "Michaelis ibi in monte; et plures ibi habuit manentes de "affinitate, quos ibi novi, poſtquam ego ſum effectus vica-"rius ibi S. Michaelis et prior Kalendarum."

[c] Alias Briſtow. Mſ. Lel. Trin. [d] Impenſis Gulielmi epiſcopi Elienſis in Italiam profectus eſt: uti ex epiſtolis patet. [e] Inter Freae epiſtolas una extat praceptori ſuo Guarino Johannes Anglicus (ita enim ſe vocabat cum ad exteros ſcriberet.) In Mſ. G. 9. bibl. Baliol. ſunt Guarini Veronenſis epiſtolae plenae elogiis hujus Freae.

[f] Heroico carmine olim viderat Lelandus in bibl. coll. Jeſu Cantabr. *Collect.* iii. 13. [g] Epiſtola Freae Johanni Tipitofto a B. Rhenano edita mutila eſt et detruncata. Lel. *Collect.* iii. 13. Pr. pr. tr. "Solent qui in librorum "interpretatione." Pr. lib. "Dion aurea praeditus lin-"gua." Baſil. MDXXI. 8vo. Haec eſt editio B. Rhenani, ſed nulla datur epiſtola Johanni Tipitofto. Hunc librum Anglice edidit Abrah. Fleming, Lond. MDLXXIX.

[h] Lib. vi. "Magnas merito gratias rerum." Vide Vinc. Obſopaci praefat. edit. Graecae Diodori, Baſil. . . . 4to. ubi Poggius male audit. Mſ. in bibl. Baliol. "Contuli," inquit Lelandus, *Collect.* iii. 58. "hunc librum," ſc. Mſ. Baliol. Diod. Siculi, "cum impreſſo exemplari et fere "conveniebant, ita tamen ut impreſſus codex quandoque "haberet quae in ſcripto codice deſiderabantur. Quare "jam fere in hac opinione ſum, ut putem Phraeam non "fuiſſe interpretem, ſed Poggium." Tranſtulit etiam *Xenophontis quaedam*, lib. vi. "Cum plures qui Graecas et "Latinas." [i] Lib. i. "Mundus et hoc quod alio no-"mine coelum." Mſ. Langb. Lel. Ex principio patet hunc librum eundem eſſe cum Mſ. bibl. Baliol. cui titulus, *Coſmographia mundi, cum naturis arborum, plantarum, ſpecierum diverſarum, etc.* Opus vero illud omnino collectitium eſt, et ex rebus ab *Hiſtoria Plinii naturali* deſumptis conſtat, incipiendo a libro ejus ſecundo, et ad 20mum uſque pergendo. De quo Leland. *Col.* iii. 58. ait, "viſus eſt mihi "iſta ex Plinio deſumpſiſſe." In Mſ. Br. Twyn. Q 285. *Coſmographiae libros* iv Romae ſcripſit doctor medicinae et juris civilis Romae et Paduae. [k] Pr. "Tuſcia me ge-"nuit." [i] Haec epiſtola in laudem Phreae olim extabat in cod. coll. Jeſu Cantabr. Lel. *Collect.* iii. 13. Scripſit etiam *Epiſtolam ad D. Papam Paulum de ſex libris Diodori Siculi poetice fabulando more Gentilium, etc.* Mſ. in coll. Bal. Oxon. Pr. "Nullus antea quantumvis praeclarus." *De coma parvi facienda*, lib. i. *Epiſtolas* x, *quarum* v *ſcriptae ad epiſcopum Elienſem ex Italia*, Mſ. Bodl. NE. F. ii. 20. *Epiſtola* i ad Joh. Tipitoftum extat Mſ. in eccl. cath. Lincoln. [m] Obiit Romae ſub finem anni MCCCCLXIV. A. Wood. Anno MCCCCLXV. Bal. Pitſ. Mſ. Trin. add. Bal. Bal. viii. 28. Pitſ. p. 655. ſeq. *Hiſt. et Ant. Oxon.* tom. ii. p. 76.

PICKEN-

PICKENHAM [OSBERTUS] five PICHONAMUS* Carmelitae, vitam modis omnibus illustrare cupio. Tales etenim erant ejus virtutes, ut jure quodam optimo vel hac nostra aetate suas laudes poscant. Sed quoniam inter exteros bonam vitae partem transegit, multa, quae ille immortalitate plane dignissima fecit, usque adeo nobis incognita sunt, ut pauca, eaque tenuia, tantarum rerum vestigia maneant. Quae tamen illa sint et me narrare, et vos cognoscere aequum est. Osbertus non contentus domi obscure vivere, Lutetiam Parisiorum, academiam tunc temporis Europae florentissimam, profectus est; ubi cum discendo, tum docendo tantus non modo philosophus, verum etiam theologus evasit, ut ingens auditorum numerus ad ejus praelectiones, tanquam ad sacrosanctum oraculum, convolaret. Communibus igitur academiae suffragiis pileatorum theologorum numero adscriptus fuit. Videbuntur fortassis alicui haec praeconia ad adfectum dicta. Sim bis et ter vanus, si Laurentius Burellus, homo Gallus minora ulla scribat. Itaque ejus versus apponam:

Anglia quem genuit, sequitur sanctissima proles
Carmeli, proprio jure vocata suo,
Hic est Osbertus, Anglus cognomine dictus,
Quin certe potius Angelus ipse fuit.

Magnum est hoc Burelli testimonium: ego tamen aliquanto majus adferam. Scripsit etenim libros ingenii ac eruditionis plenos, videlicet *Quodlibeta* [b], *Replicationes* [c], *Quaestiones* [d], *Determinationes* [e], *De conceptione D. Virginis*, *Sermones*, denique et in *Sententias* [f], elaboratum opus [g]. Cave ne temere contemnas nomina nostro eleganti saeculo parum usitata; nam licet aetas illa eloquentia, non item doctrina caruit. Postremo cum multos annos Lutetiae studuisset, relicto Parisiis magno sui desiderio, in Britanniam reversus est. At quam diu a reditu in patriam vixerit, aut quibus inter Carmelitas honoribus functus sit, non possum adfirmare. Unum hoc certo scio, quod Londini in collegio Carmelitarum sepultus est. Id ego ex ejus tumulo Gallice inscripto nuper didici: nihil tamen illic nec alibi de anno ejus obitus inveni. Quare Trittemium secutus, Osbertum Ostrovodi [h] synchronium facio [i]. Ex *Lelando*.

* Osbertus Pickenham, (Bale) Pickinghamus, (Pitf.) e coenobio Linnensi in Nordovolgia Carmelita, Bale. Pitf. Anglicus vocatus, passim in Bal. Sloan. Mf.

[b] *Quodlibeta duplicia*, lib. ii. " Utrum ex puris naturalibus." [c] lib. i. " Utrum voluntas creata sit potentia." [d] *Sententiarum* lib. iv. " Pro introductione " sententiarum." [e] *Theologiae* lib. i. " Utrum sit possibile Deum per."

[f] *Lecturas*, lib. iv. " Conclusio " una proposita haec." [g] Scripsit etiam *De clara Dei visione*, lib. i. *Postillas Bibliorum*, lib. i.

[h] *Stephani Eyton Aquaeduni synchronum*. Leland. *Epit.* Mf. [i] Claruisse fertur circa A. D. MCCCXXX. Bal. v. 16. Pitf. p. 422.

PICKERING [THOMAS] canonicus, ut videtur, Bridlingtonensis scripsit *Cronicon de Bridlington*. Ex quo plurima hausit Thinnus, quae extant Mf. Cotton. Cleopat. C. iii. 22. THOMAS PYKERING occurrit abbas de Whitby A. D. MCCCCLXXXI. Dodsw. Mf. 131. f. 74. In Mf. Miscell. vii. f. 65. etc. penes Cox Macro incipiunt *Cronicae genealogiae dominorum de Chirk et Penkethlyn ab adventu Normannorum*, fol. 65. a. *Successio episcoporum Hereford ab* A. MLXXIX. ad Thomam Spofford. Ibid. *Historia genealogica regum Angliae ab* A. MLXVI *ad* MCCCCLVIII. Ibid. b. ad f. 71. *Genealogia regum Scotiae a Malcolmo ad Jacobum Steward* ii. fol. 72. a. *Genealogia familiae de Piercy a Willelmo* i *ad Henricum Percy* ix. *circa A.* MCCCCLIV. f. 73. a. *Genealogia familiae de Tyson*, f. 75. a. Ad finem haec notula: " Radulphus Cure filius et haeres Willelmi Cure militis istam rotulam describi fecit, quae scripta erat in die S. Paulini archiepiscopi A. MCCCCLVIII. per manus fratris Thomae Pickering tunc praecentoris monasterii SS. Petri et Hildae de Whitby."

PICUS [JOHANNES] five PIKE, historiarum et antiquitatum Anglicanarum indagator diligentissimus, scripsit *Suppletionem historiae regum Angliae, quantum ad reges Saxonum, Danorum, et Normannorum, extractam usque ad mortem regis Johannis*. Pr. " Ante gesta regum et pontificum." Mf. Cotton. Julius, D. vi. 1. In Mf. Gresham 220. f. 91. post auctoris nomen *De compendio Brome* additur in titulo. In Mf. Bale. Glynn. Pr. ita: " Gesta ante initium regum et pontificum." Hunc libri titulum Bal. et Pitf. in duos libros diviserunt *De regibus Anglo-Saxonum*, lib. i. *De regibus ex Danis*, lib. i. Hos libros in epitomen redegit Gul. Hormannus coll. Etonensis vicepraepositus. Claruit A. MCXV. Bal. ii. 61. Pitf. p. 195.

PIGG [OLIVERUS] five PYGGE, A. MDLXIX ad vicariam S. Petri et ad rectoriam Omnium Sanctorum ecclesiae Colchestriae collatus fuit; et A. MDLXX. ad rectoriam de Abberton comit. Essex. Newc. ii. 3. 164. 179. An ille autem auctor fuerit duorum qui hic sequuntur librorum, haud certo constat. Scripsit *A comfortable treatise on the latter part of the fourth chapter of the first epistle of St. Peter from vers.* 12 *to the end.* Lond. MDLXXXII. 8vo. *Meditations concerning prayer to allmighty God for the safety of England, when the Spaniards were come into the narrow seas* MDLXXXVIII. *As also other meditations for delivering England from the cruelty of the Spaniards.* Pr. pr. " Many are the wayes by the which." Lond. MDLXXXVIII. 8vo. Cujusdam PYGGE Puritani praedicatoris in comitatu Hertford. mentio fit p. 37. in *The conspiracy for pretended reformation*. Lond. MDXCII. 4to. An hic an ille autor librorum fuerit, nescio.

PILKINTON [JACOBUS] Lancastrensis patria, ibid. apud Rivyngton in parochia de Bolton natus; in bonarum artium studiis in collegio D. Joh. Baptistae Cantabrigiae enutritus socius collegii admissus Mart. 26. MDXXXIX; diaconus concionator MDXLVIII; et S. theol. baccalaureus MDLI. Reformationi religionis addictus, temporibusque Marianis exul, Basileae aliquando vixit; et Genevae

vae Sacram Scripturam congregationi Anglicanae exposuit. In patriam reversus electus erat magister collegii D. Johannis, et regius theologiae professor Cantabrigiensis. Deinde ab Elizabetha regina A. MDLX nominatus fuit ad episcopatum Dunelmensem; ubi sedit annos circiter 16. Scripsit *Concionem in restitutione Buceri et Fagii.* Cantabr. A. MDLX. Pr. " Beatus vir qui." Hujus summa extat ad finem Buceri *Scriptor. Anglic.* Basil. MDLXXVII. f. p. 940. Vid. Fox. 1 edit. MDLV. *Expositionem in Nehemiam:* sc. *in v priora capita* [morte praeventus hanc *Expositionem* autor imperfectam reliquit.] Pr. " Although there be divers opinions." Lond. MDLVIII. editam a Joh. Fox. *Expositionem in Aggaeum.* Pr. pr. " Althoughe the commen usage of dedicating." Lond. MDLX. 12mo. *Expositionem in Abdiam.* Pr. pr. " Lyke as in Aggeus, my endeavor and pur-" pose." Lond. MDLXII. 8vo. Conjunctim, Lond. MDLXII. 8vo. *Of the causes of the burning of Paul's Church, against a libel cast in the streets of Westchester,* A. MDLXI. Pr. " Our Saviour " Christ, when the Devill." Lond. MDLXIII. 8vo. *Expositionem in Ecclesiasten, utramque Petri epistolam, ac Paulum in Galatas.* Bal. *Refutation of popish questions and cases of conscience.* Strype, *Elizab.* 228. *Disputationem cum doctore Glin Cantab.* 24 *Jun.* MDXLIX. Fox. p. 1384. In parte *Registri,* etc. tempore reg. Elizabethae 4to. in bibl. Bodl. Mſ. Hyper. Bodl. 9. 14. est *Epistola consolatoria* (contra usum vestium pontif. in sacris) *scripta a magistro doctore Pilkenton postea episcopo Dunelm.* circa A. MDL. [rectius pro MDLXX. in Mſ. episcopus enim erat multo ante A. MDLXX.] Pr. " Grace and peace with." *A long English letter to the earl of Leicester in behalf of the refusers of habits,* dat. 25 Octob. MDLXIV. in *Append.* Strype in *Vita Parker.* n. XXV. *Deus cui vult miseretur, quem vult indurat.* Tractatus Jacobi Pilkintoni, dum erat studens Cantabrigiae. Pr. " Humana temeritas cum audet." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. B. p. 223. *Epistolas tres Matth. Parkero.* Mſs. coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. i. 519. et Strype in *Vita Parker.* 182. Obiit apud Aukland 23 Januar. MDLXXV, aetatis 55, et ibi sepultus; postea vero translatus ad ecclesiam cathedr. Dunelmensem. Bal. p. p. 113. *Athen. Oxon.* i. 690. Fuller. *Ch. Hist.* xvi. 109.

PINNER [CAROLUS] in antiquo Burgo Southamptoniensi natus, atque e schola Wintoniensi in collegium Novum Oxon. cooptatus, socius perpetuus renunciatus fuit A. D. MDLXXV; postea gradu in jure civili ornatus vicariam de Wotton-Basset in agro Wilton adiit, ubi ob singularem ad maximum plebis Christianae fructum concionandi facultatem popularibus omnibus acceptissimus. Edidit conciones varias, viz. 1. *A sermon upon the words of St. Paul the apostle unto Timothy,* 1 *epist.* iv. 8. *preach'd at Marlborough at a publick assembly of ministers.* Oxon. MDXCVII. 8vo. 2. *Honour all men, love brotherly fellowship, on* 1 *Petr.* ii. 17. *at Marlborough* MDXCV. Dedic. dominae Annae dominae de la War. " Madame, when at the request." Lond. MDXCVII. 8vo. 3. *A sermon preach'd at Marlborough in Wilts on* 1 *Tim.* iv. 16. dedic. Mr. John Baylife, one of the masters of the town of Marlborough. " Sir, your willingness to have been present." MDXCVI. 8vo. Claruit A. D. MDXCVII. *Athen. Oxon.* i. 291.

• PIPERNO [REGINALDUS de] Anglus, Dominicanus, scripsit (racemos post Tho. de Aquino colligentem) *Postillam in Joannem,* lib. i. " Vidi dominum sedentem super solium." Mſ. Oxon. coll. Merton. O. v. 9. *Lecturas et sermones,* lib. ii. Haec olim vidit Baleus in bibliotheca Ramesiensi. Bal. xiii. 32. Pitſ. *App.* p. 894.

PITSEUS [JOHANNES] scripsit partim prosa, partim versu *The poor man's benevolence to the afflicted church.* Pr. " Welbeloved in our Saviour." Lond. MDLXVI. 12mo.

PITT [JOHANNES] clericus scripsit *The wish of a poor wisher, wishing health and salvation to all men.* Lond. MDLXXXII. 8vo.

PITT [THOMAS] in epitomen redegit *Ant. Corrani conciones in Ecclesiasten.* Oxon. MDLXXXV. 8vo.

PLATT [HUGO] ex hospitio jurisconsultorum Lincolniensi apud Londinenses armiger et eques auratus, scripsit *Manuale sententias aliquot divinas et morales complectens, partim e S. patribus, partim e Petrarcha decerptas.* Lond. MDXCIV. 8vo. *The jewell house of art and nature, containing divers rare and profitable inventions,* etc. Lond. MDXCIV. 4to. Item Lond. MDCLIII. 4to. Additur *A discourse of minerals, stones, gums, by D. B. A discoverie of certain English wants, which are royally supplyed in this treatise.* Lond. MDXCV. 4to. *Of coal balls for fewell, wherein seacoal is, by the mixture of other combustible bodies, both sweetned and multiplied.* Lond. MDCIII. 4to. *Garden of Eden; shewing how to order trees, flowers, herbs,* etc. Londini saepius impress. sexta editio prodiit MDCLXXV. 8vo.

PLEGMUNDUS[a] autoritate quadam vel justissima poscit in eruditorum numerum referri: id quod multis abhinc annis factum diligentia scriptorum exquisitissima: inter quos et Asserius Menevensis partes egregie praestitit suas; cujus in *Annalibus* haec adeo verba sunt: " Deinde et " Plegimundum, Mercium genere, Dorobernensis ecclesiae archi-praesulem[b]; venerabilem scili-" cet virum sapientia praeditum; Ethelstanum quoque, et Vuerwolphum, sacerdotes et capel-" lanos, Mercios genere, eruditos: quos quatuor Ealfridus[c], rex de Mercia, ad se evocaverat, et multis honoribus ac potestatibus extulit in regno Occidentalium Saxonum, exceptis his, quae Plegimundus archiepiscopus, et Werfridus in Mercia habebant. Quorum omnium doctrina et

[a] Plegmundus omnium sui temporis doctissimus. Godw.
[b] Factus archiepiscopus Cantuar. anno DCCCLXXXIX vel potius DCCCXC. Vid. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 99.
[c] Aluredus.

sapientia

" sapientia regis indesinenter desiderium crescebat, et implebatur: nam die noctuque quandocunque " aliquid otii haberet, libros[d] ante se recitari imperabat. Non enim unquam sine aliquo eorum " se esse patiebatur, quapropter pene omnium librorum notitiam habebat." Haec Asserius. Gervasius Durovernensis, qui vitas Cantianorum archiepiscoporum posteritati commendavit, sic de Plegmundo scribit: " Successit Plegmundus, qui in Cestria insula, quae dicitur ab incolis " PLEGMUNDESHAM, per annos multos * eremiticam duxerat vitam." Hactenus in gratiam Plegmundi, viri longa dignissimi memoria[e]. Ex *Lelando*.

[d] Librorum suorum tituli non inveniuntur in Baleo x. 32. vel Pitseo, p. 892. [e] Obiit 4 non. August. anno DCCCCXXVI. (Bal. Pitf.) A. DCCCCXV. (Godw. p. 69. seq.) Rectius A. DCCCCXXIII, ut *Chron. Saxon.* * *Plurimos* Ms. Trin. pro *Multos*.

PLEGWINUS[a] et linguarum cognitioni politarum, et reconditis naturae mysteriis prompta juxta ac expedita advigilabat diligentia: proinde siquid obscuri, luxati, aut parum lucide interpretati occurreret, judicio eruditorum maturo prudenter quidem usus est. Et quoniam Bedae imprimis censuram magni faciebat, apud eum, orta de sex aetatibus mundi quaestione, per literas accurate egit, ut accuratius responderet in causa haerenti. Beda, pro solita sua humanitate, candore quoque et facilitate, justa rem omnem cura scripto explicuit libello: qui et adhuc spirat, ac inter Bedae epistolas locum occupat non ingloriam. Ex *Lelando*.

[a] De Plegwino Lelandum exscripsit Baleus x. 24. Claruit anno DCCXXX. Idem l. c.

PLEMMYDII et ORONII nomina, Graecam originem referentia, vulgo eruditorum non modo incognita sunt, sed ne audita quidem unquam. Crediderim vero causam esse bella, Pictis, Scottis, Hibernis, denique et Saxonibus Britanniam immisericorditer devastantibus, quo minus illustria antiquitatis cum nomina, tum monumenta posteritati innotuerint. Hanc ego tam insignem cladem dum animo volvo revolvoque, de gloria antiqua quidem illa Britanniae, patriae meae, restituenda cogor profecto tantum non desperare: tam sunt obducta omnia crassis tenebris, et temporum iniquitate. Unicum morbo remedium est, solicite domi forisque disquirere, forulos omneis excutere, bibliothecas denique penitus introspicere. Disquirenti autem candidus se mihi offert Lilius Gregorius Gyraldus, Ferrariensis, antiquarius magnus, idemque in omnibus linguis artibusque, virum quae decent liberalem, plane exercitatissimus. Is adeo secundo *De historia poetica* dialogo haec, homo suavis, in Britanniae nostrae tum laudem tum gloriam refert: " Britanni, tametsi penitus, ut ait poëta, nostro orbe divisi, poëtas semper amaverunt, atque " inter eos Plemmydius, Oronius, et Gildas celebrati fuerunt." Optime sit Gyraldo, qui haec in lucem protulit. Utinam et autoris nomen desideratum una cum luculento testimonio in medium produxisset. Ex *Lelando*.

PLOUGH [JOHANNES] filius Christophori in oppido Nottinghamensi natus. Multos annos in studio bonarum artium apud Oxoniam posuit, et baccalaureus juris civilis A. MDXLIII renunciatus. Postea rectoratu ecclesiae S. Petri apud Nottinghamum donatus est. Regnante Edw. vi cultus protestantium professorem sese ac vindicem acerrimum praestitit; quamobrem, sceptro ad Mariam devoluto, solum vertit et Basileam profugit. Elizabetha regnum auspicante, in patriam redux 18 Febr. MDLIX ad vicariam de Est-Ham archidiacon. Essex. collatus fuit a Grindall. episc. Lond. quae per mortem ejus ante mensem Novembrem A. MDLXII. Newc. ii. 302. vacabat. Ms. C. C. C. Cantab. Miscell. iv. 31. Scripsit *An apology for the protestants against Miles Hogeard of London, hosier*, lib. i. *Treatise against the mitred men in the popish kingdom*, lib. i. *The sound of the doleful trumpet. Super adverbiis Eucharisticis.* Obiit ante mensem Novembr. A. MDLXII. Bal. par. post. p. 3. *Athen. Oxon.* i. 126.

PLOWDEN [EDMUNDUS] filius Humphredi, ex familia antiqua et generosa apud Plowden in agro Salop. oriundus. Per tres annos philosophiae et medicinae incubuit Cantabrigiae; mox quatuor annos in iisdem studiis posuit Oxoniae, ubi anno MDLII. licentiam obtinuit ad praxin medicinae et chirurgiae exercendam. Sed a medicina ad jus municipale deflectens, Londinum se contulit, ac in Medio-Templo anno aetatis 20 et 30 Henrici viii. *(Praef. ad Reports)* juris studio se dedit. A. MDLVII praelector erat in vacatione aestivali, et post triennium (tunc serviens ad legem) in quadragesimali. Scripsit lingua antiqua Gallica, seu potius Normannica *The commentaries or reports of divers cases, being matters of law, and arguments thereon, in the reigns of K. Edw.* vi, *queen Mary, and queen Elizabeth in* ii *parts.* Lond. MDLXXI. 78, 79. etc. fol. et Lond. MDCXIII. fol. Indicem addidit Will. Fleetwood. record. Lond. In *Epitomen* redacti fuerunt hi *Commentarii*, Lond. MDCLIX. 8vo et postea in linguam vernaculam translati a Fabiano Hicks, armigero. *Queries, or a moot book of choice cases, usefull for the young students of the common law.* Saepe impressa, translata, et in methodum redacta a H. B. ex hospitio Lincoln. armigero. Lond. MDCLXII. 8vo. Fatis tandem concessit 6 Febr. MDLXXXIV—MDLXXXV et in ecclesia ad societates Templariorum spectante sepultus. *Epitaphium* videsis apud Dugdal. *Orig. jurid.* p. 180. Vide Fuller's *Worthies*, iii. pag. 6.

PLUSIC [THOMAS] medicus Anglus. Scripsit praeter alia *Praescriptiones quasdam medicas.* Ms. bibl. Worsleianae.

PLUTO [RICHARDUS] Durovernensis, ut ego conjecturam facio, monachus famae incrementum magnum, doctrinae adminiculo solidae, sibi comparavit: utque illud immortale aliquando, luculento aliquo ingenii monumento, faceret, apud se, decreverat. Studuerat philosophiae tum naturali, tum ethicae; et in ea longe supra sortem communem profecerat. Collectis igitur quaestionibus, quas accurate tractaret, librum elimatum carmine composuit, cui titulus *Unde malum* [a]; quem et ego Veroduni Bernardinorum coenobio, inter caeteros antiquae notae codices reperi. Index bibliothecae sani Servatoris Duroverni Cantiorum ampliora hac refert serie: Richardus Pluto scripsit libellum, cui titulus *Unde malum* [b]. Item *De gradibus virtutum. De virginitate. De bono mortis. De loco et temp[ore]* [c]. Ex *Lelando*.

[a] Carmine elegiaco, lib. i. Pr. pr. " Janua clausa diu, " nunc appe." Pr. lib. " Pluribus in dubium venit." Leland. *Coll.* iii. 10. [b] Idem Index habet etiam, *Ric. Pluto versifice de summo bono* apud Leland. *Coll.* iii. 189.
[c] Praeter libros a Lelando memoratos, scripsit *Ecclesiasticam historiam Anglorum*, lib. i. " Illustrissimo duci Nor- " mannorum." *De inquisitione boni*, lib. i. *De arte iconica*, lib. i. *In canones apostolorum*, lib. i. *Super opere Philonis*, lib. i. *Aequivoca* (xi) versu. Pr. " Pauca no- " tare volo communia nomine solo." Ms. Bodl. Laud. I. 45. f. 159. Claruisse fertur anno MCLXXXI. Bal. iii. 16. Pits. p. 245. seq.

PLIMMODUNENSIS [ROBERTUS] [a] sive PLYMTON, canonicus, postremas famae partes a literis non accepit. Hunc ferunt archidiaconum Tutonessinum [b] aliquando fuisse, et Domnonios suos evangelica doctrina sancte instituisse. Hujus vero pietatis exemplum vel adhuc apparet luculentum, cui nomen a *Poenitentia* inditum [c]. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Plymton, patria Devoniensis.
[b] Totenesie. Ms. Lel. Trin. [c] Hoc *Poenitentiale* olim in bibl. abbatiae Leicestrensis. Lel. *Collect.* iii. 43. Scripsit praeterea, *Conciones Dominicales*, lib. i. Claruit anno MCCCXX. Pits. p. 408. Bal. iv. 99. Fuller's *Worthies*, i. 263. Quidam Rob. de Plymton fuit electus abbas Tavistock. ann. MCXXXI. et obiit an. MCXLV. 12 cal. Febr. juxta *Annal. Tavistock.* in Ms. Bodl. Digb. 81.

POLENIUS [ROBERTUS] [a] vir in omni genere literarum instructissimus, multis nominibus perpetuam gloriam, tum hoc praecipue meritus est, quod depopulatis ab Haraldo, primo ejus appellationis Anglorum rege, Isiacis scholis manum [b] adjecit. Nam ad id temporis jacebant semirutae, et sine scholasticorum frequentia. Non passus est hanc ulterius desaevire calamitatem, quin laboranti et extremam ruinam minanti academiae utrumque humerum supponeret. Id fecit partim consilio, fortuna, industria, partim eruditione, qua praenitebat. Quotidie enim in scholis publicis, jam utcunque restauratis, docebat; nullum non lapidem, ut est in proverbio, movens, quo Britannica juventus doctis expolita linguis floreret. Dumque haec ageret, multa dictabat ipse, plura scripsit. His modis ita late hominis undecunque docti fama divulgata est, ut pontifex Romanus, quo casu incertum, illum ad se vocaverit; vocatumque magnis honoribus ornaverit: inter quos non minimus fuit, quod, pontifice annuente, cancellarius Romanae ecclesiae [c] designatus sit. Non hic illum nova dignitas ab antiqua studiorum consuetudine [d] avocavit: nam et Romae multa scripsisse fertur. Sed, nobis fatis egregia invidentibus, nihil hactenus ejus librorum vidi; utinam posthac aliquando [e] liceat. Haec ego cursim ex libro Joannis Rufi Verovicensis de *Academiis Britannicis* annotavi. Vixit, regnante Henrico primo, Anglorum rege. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Polenus, Pullus, Pulcy, Pollen, et Bullen dictus, Lutetiae educatus, in patriam veniens, Exoniam appulit, indeque Oxoniam contendit ac sedem ibi figens, studium theologiae bonarumque artium, jamdiu neglectum, renovavit anno MCXXXIV. Vid. A. Wood. *Hist.* i. p. 49. ii. p. 31. Archidiaconatu Roffensi donatus erat. Ibid. i. 49. Circa hunc annum obiit (Godw.) at Gallici scriptores (exceptis Castanaeo nom. Cardin et Morino) tradunt Pulleynum anno MCCVIII ad archiepiscopatum Rothomagensem promotum fuisse, et anno MCCXXI obiisse. Cave.
[b] Vid. *Chron. Osneiense* citatum a Camdeno in Oxon. Robertus Polenius scripturas divinas, quae in Anglia obsoleverant, apud Oxoniam legere coepit. [c] Cardinalis S. Eusebii a Celestin. ii. creatus est A. MCXLIV. cancellarius dein Romanae ecclesiae a Lucio ii. designatus. Claruit itaque MCL. [d] Academiae Oxon. memor plurima diplomata in favorem ejus a curia Romana impetravit. A. Wood. [e] Scripsit *Sententiarum de Trinitate*, lib. viii. Pr. " Irrationabilium rationabilis." Ms. bibl. reg. Westmon. 10. B. v. *Ut in hoc volumine lectori.* Extat codex Ms. eodem, quo vixit autor saeculo scriptus, in bibl. S. Germani in suburbio Paris. ex quo plura protulit Jo. Morinus *De sacram. poenitentiae* lib. i. c. 18. n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Olim Ms. extitit in bibl. Copi. Tandem integrum opus edidit Hugo Mathout Benedictinus, Paris. MDCLV. fol. Cave, *Hist. lit.* p. 669. *Sermones de communi sanctorum*, Ms. in codice Puteano. Cave. *Sermones* xx mss. extant in bibl. Lambeth. Ms. 134. 4to. Pr. " Magnum quidem et " difficile, Cave l. c. *De contemptu mundi*, lib. i. " Care fra- " ter, considera quae dicit." *In Apocalypsin Joannis*, lib. i. " Sopitam plerumque concupiscentiam." *Super Psalmos aliquot*, lib. i. " Prima quinquageni pulli super Psalterium." Pr. " Spiritus sanctus praevidens grave." Ms. in bibl. regia Westmon. 10. B. v. *Super doctorum dictis*, lib. iv. " Ho- " stis humani generis undique." *Opus suorum sermonum*, lib. i. *Praelectiones aliquot. Comment. sententiarum*, lib. iv. Balei *Add.* Lel. Ms. Trin. Bal. ii. 81. Pits. p. 210. Cave. *Hist. liter.* p. 669.

POLE [JOHANNES] seu POLUS ex nobili familia oriundus; post imbibitas in patriis academiis liberales artes, Galliam peragravit, et discendi studio tandem Italiam adiit; ubi invento Richardi Anglorum reguli et Suevorum ducis tumulo, de ejus filia Walburga multa collegit, et in ordinem redacta collectanea edidit *Vitam Walburgae virginis*, lib. i. *De miraculis ejusdem*, lib. i. In reditu ex Italia cujusdam ecclesiae Coloniensis canonicus factus est; ubi claruit A. MCCCCXXX. et Coloniae tandem sepelitur. Bal. vii. 81. Pits. p. 622.

POLUS [REGINALDUS] regali ortus sanguine, filius Richardi et Margaretae, apud Castrum Stourtonense in agro Stafford. mense Martio A. MD. natus; literis grammaticalibus apud Carmelitas Oxon. et philosophicis in collegio B. Mariae Magdal. imbutus, Hebraeam linguam a Rob. Wakefeldo addidicit. Artium baccalaureus A. MDXV. Socius collegii Corporis Christi ab ipso fundatore A. MDXXIII nominatus fuit; verum quia tunc absens erat, nunquam admissus. Postea decanus

decanus collegii Wimburnensis, dein ecclesiae cathedralis Exoniensis. Haud diu post in Italiam trajecit, et Paduae studiis invigilavit. Magnam ibi familiaritatem contraxit cum Petro Bembo, Nicolao Leoniceno, Sadoleto, Erasmo, et Longolio. A. MDXXXVI. 11 cal. Jan. purpureo galero ornatus legationes varias papales obiit. In conclavi bis papa electus, honorem illum recusavit, et vitam privatam egit usque ad initium regni Mariae, quando in patriam legatus missus a regina archiepiscopus Cantuariae designatus fuit. Scripsit *De non dissolvendo connubio regis Henr.* viii. *et Catherinae*, lib. i. Mf. Vide Strype, in *Vita Cranmer.* p. 6. *App.* num. i. *Pro unitatis ecclesiasticae defensione ad Henr.* viii. lib. iv. " Quid ad te hoc tempore," Romae MDXXXVI. fol. Argentor. MDLV. fol. Romae MDLXII. 4to. Ingolstad. MDLXXXVII. 8vo. Postea omnia quae invenire potuit, exemplaria hujus libri (praeterea quae amicis tradiderat) collegit, et flammis mandavit ipse cardinalis. Jac. Pilkinton causarum combustionis S. Pauli libro Fab. Wyther librum hunc in Anglicum sermonem transtulit Lond. . . . 16mo. Huic libro praefationis vice apponitur *Unitatis eccles. defensio* ad Edwardum Henrici filium. *Orationem ad imperatorem contra evangelicos cum scholiis Athanasii.* Pr. " Equidem testor et patriae amorem, quem." . . . MDLIV. 4to. Excerpta ea est ex libro pro *Unitatis ecclesiast. defensione. Oration or speech in the parliament house*, 27 Nov. MDLIV. Foxii *Acta et gesta ecclesiae* hoc anno. *Epistolam ad P. Julium* iii. *de reformatione Angliae* MDLIV. ult. Novemb. Ibid. *Orationem pro pace.* Italice. Pr. " Sacra Caesarea Maesta essendo." Venet. MDLVIII. 4to. Et Latine eodem anno. *Reformationem Angliae ex decretis reg. Poli cardinalis* MDLVI. lib. i. " Reginaldus, miseratione divina." Romae MDLXII. 4to. Lovan. MDLXIX. 8vo. Venet. MDLXII. 12mo. *De concilio Tridentino*, lib. i. " Cum negotii ipsius gravitas." Venetiis apud P. Manutium MDLXII. 4to. et 12mo. Romae MDLXII. 4to. Dilling. MDLXII. 8vo. Lovan. MDLXVII. fol. et MDLXIX. 8vo. Extat etiam in *Canones et decreta concilii Tridentini*, per Phil. Labbe. Paris. MDCLXVII. fol. *De baptismo Constantini imperatoris*, lib. i. " An nos tam " asseveranter." Impress. una cum libro priore Latine . . . MDLVI. Romae MDLXII. 4to. Dilling MDLXII. Venet. MDLXII. 12mo. Lovan. MDLXVII. fol. *De summo pontifice Christi in terris vicario, ejusque officio et potestate: in modum dialogi inter card. Urbinatem et Polum*, lib. i. cap. 51. ad Julium cardinalem, dat. in conclavi ex cella sua A. MDL. " Etsi imbecillitas." Lovan. MDLXIX. 8vo. *De eucharistia ad Cranmerum*, lib. i. Strype, *Cranmer.* 382. *Instructiones ad D. Thom. Goldwell.* Pr. " After ye have made." Strype, *Cranmer. App.* lxxv. *Epistolam ad Cranmerum.* Ibid. num. lxxxix. *Of restoring the goods to the church*, lib. i. Written to K. Philip and Q. Mary. *De natali die Christi*, lib. i. *Comment. in Esaiam. Comment. in Davidis hymnos. Catechismum Dialogum de passione Christi. De modo concionandi. Homelias tres. Statuta academiae Cantabrigiensis edita* 15 Aug. MDLVII. cap. xv. " Cum in visitatione istius universitatis," Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. x. p. 83. *Articulos in visitatione dioec. Cantuar.* Fox. 1969. Hollinshed. iii. 1162. *A treatise of justification books* 2. Inveniebantur manu cardinalis scripti in custodia camerarii sui Henrici Pyning. Lovan. MDLXIX. 4to. et MDLXXVIII. *Instructiones ad episcopos Angliae de absolvendis clero et populo.* Strype, in *Vita Cranmer. App.* num. lxxxi. *Exhortationem in concilio Tridentino*, lib. i. *Epistolarum*, lib. i. *Epistola ad Jac. Sadoletum episcopum Carpentorat.* extat inter Sadoleti *Epistolas* Lugdun. MDLIV. 8vo. *Epistola ad dominos de privato consilio tempore Henr.* viii. Pr. " Cum vestras literas accepi." Mf. Caio-Gonvil. n. 1191. *Epistola ad reg. Elizab.* 4 Nov. MDLVIII. Anglice. Strype, *Elizab.* p. 50. ex Mf. Cotton. Vespaf. F. iii. *Epistolarum* volumen extabat in museo privato A. MDCLXXXV. ex quo evulgavit Burnet. duas; unam Italice ad papam, alteram ad Philip ii regem Hispaniae, Latine. Lond. MDCLXXXV. 4to. Transtulit in sermonem vernaculum: *Sessionem sextam concilii Tridentini de justificatione. Augustinum de fide et operibus.* Utrique extant una cum libro *De justificatione*, Lovan. MDLXIX. 4to. *A sermon of St. Chrysostome of praying unto God. Sermon of S. Basil of fasting. Certain sermons of S. Leo the great on the same argument. A notable sermon of S. Cyprian of alms-deeds. Vitam cardinalis Poli* Italice Lud. Becatellus; Latine transtulit Andreas Dudithius, Venet. MDLXIII. 4to Recusa est cura Henr. Wharton. Lond. MDCXC. 12mo. *Observations on the life of card. Pole, by Will. Lyd. alias Joyner*, Lond. MDCLXXXVI. 8vo. *Bernardi Tomitani Clonicus, sive de Reginaldi Poli card. laudibus carmen.* Pr. " Te, cui commissa est patrii gregis altera cura." Mf. bibl. colleg. Univers. Oxon. P. 6. Venet. MDLVI. 8vo. Obiit 18 Novemb. MDLVIII. et Cantuariae sepultus jacet. Bal. ix. 100. Pitf. p. 757. seqq. *Athen. Oxon.* i. 113. seqq. Fuller's *Worthies*, iii. 41.

POLLARD [LEONARDUS] S. theol. baccalaureus institutus fuit Sept. 11. MDLIV. praebendarius Wigorn. et praebendarius de Burgo S. Petri Dec. 23. MDLIII. quam dignitatem resignabat Junii 30. MDLV. Et anno sequente praebendarius ecclesiae Westmonasteriensis admissus. Fuit minister ecclesiae Parvae Mariae apud Cantabrigienses; Item rector de Ripple in comit. Wigorn. Scripsit *Sermones quinque.* Pr. ded. Ric. episcopo Wigorn. " Consydering with myself." Edidit et correxit Bonnerus, Lond. MDLVI. 4to. Obiit ante Martium anni MDLVI. Mf. A. Wood. C. xx.

PONETUS [JOHANNES] patria Cantianus, Cantabrigiae in collegio Reginali (Bal.) vel Regio (Godw.) philosophicorum aeque ac theologicorum studiorum curriculum emensus est, ubi Graecarum literarum publicus professor, et tandem A. MDXLVII. (Mf. Inett) S. theol. doctor renunciatus. Fuit Thomae Cranmero archiep. Cantuar. a sacris domesticis (Strype in *Vita Cranmer.* p. 331.) a quo ad ecclesiam S. Michaelis Crooked Lane London collatus 15 Nov. MDXLIII. Newc. i. 486. Tenuit etiam vicariam de Ashford in comit. Cant. et rectoriam de Towen in dioec. Bangor. A. MDXLV. 9 Jan. ad canonicatum in ecclesia Cantuar. praesentatus erat *Regist.* Cant. Et

2

Et fuit procurator capituli Cant. et cleri dioecefeos ejufdem in convocatione A. MDXLVII. Tria haec beneficia ecclefiaftica cum canonicatu in commendam habuit cum epifcopatu Roffenfi. Rymer. *Foeder.* xv. 241. Fuerat etiam collatus 12 Jun. MDXLV. ad rectoriam de Lavante *Reg.* Cranmer; fed eam refignabat. Propter conciones eloquentiffimas A. MDL. Epifcopus Roffenfis ab Edwardo vi conftitutus, et eodem anno ad fedem Wintonienfem tranflatus eft. Vir erat egregie doctus, Graecam linguam callebat ad amuffim; Italicam quoque et Germanicam mediocriter. Mathematicarum porro fcientiarum ad miraculum ufque peritus, et magna vi dicendi praeditus. Scripfit partim Anglice partim Latine, *De ecclefia ad regem Edwardum*, lib. i. Tiguri MDLIII. 8vo. *De miniftrorum conjugio*, lib. i. "Multi palam fatentur defendi." Saepius citatur a Martino in cap. xi. xii. xiii. (in xi. citat hujus libri fol. 41.) *Defenfionem ejufdem matrimonii*, lib. i. "Si "homines tam praefto." *Apologiam in T. Martini blafphemias de coelibatu cleri*, lib. iii. "Ubi incipi- "am primum," prima pars Angl. impreffa in partibus tranfmarinis . . MDLV. 12mo. . . MDLVI. 8vo. A. Wood. Mf. Cat. iv. Secundam partem non finivit autor, hujus tamen exemplar in manus M. Parkeri pervenit, qui illud additionibus propriis auctum edidit in principio regni Elizabethae. Strype in *Vita Parker*. 504. feq et Whart. *Obferv.* ad finem p. 262. *Catechifmum Latinum ad regem*, lib. i. "Cum brevis et explicata." Catechifmus hic Edwardi vi compilatus erat a dom. Cranmero, Ridleio, etc. (ita Rich. Smith in *Scuto fidei cathol.*) et poft proclamationem regiam praefixam ita incipit: *Catechifmus brevis, Chriftianae difciplinae fummam continens, omnibus ludimagiftris autoritate regia commendatus.* Lond. MDLIII. 12mo. Ad hunc *Catechifmum* in fcholis terendum monet regem Edwardum in concione de coena Dominica. *Axiomata eucharistiae*, lib. i. "Ex his verbis *Hoc eft corpus.* A. MDLXXVI Argentinae publicabatur *Diallacticon eucharistiae de reali praefentia.* An idem, et an Poneto, vel D. Ant. Cook (Scaligeriana apud *Placcium* i. 107.) afcribendum, dubium eft. *Diallacticon Joh. Poneti de veritate, natura, atque fubftantia corporis et fanguinis Chrifti in eucharistia.* Pr. "Pacem aliorum quaerere pulchrum." Lond. MDLXXXVIII. 4to. *Concionem apud Weftmon. coram rege* xiv *Martii de recta coenae dominicae adminiftratione, in Matth.* xiii. 4. Angl. Pr. "In my laft fermon, mofte." Lond. MDL. 24to. Ad finem hujus fermonis eft *Precatio adverfus Turcam et Papam.* Pr. "Hevynly father, full well." *Papiftae detectionem*, lib. i. *De detortis eorum fcripturis*, lib. i. *Homelias per totum annum*, lib. ii. *In Paulum ad Coloffenfes*, lib. i. *Ad reginam interrogationes*, lib. i. *Praemonitionem ad Anglos*, lib. i. Hanc admonitionem citant autores Puritanici, quia Ponetus in ea fuperpellicium vocat *A porters weed at Billinfgate. De principio et fine regni Papiftici Angl.* Lond. MDXLIX. 4to. Quaere an fcriptus an tranflatus fuerit hic liber ex Bern. Ochino. Liber ejufdem tituli tranflatus fuit ex Germanico per Gul. Lynne et impreffus MDXLIX. Praef. tr. Bern. Ochini. Tranftulit ex Latino fermone in Anglicum, *Tragoediam Bernardini Ochini* De injufto papae Romani primatu, ejufdemque extirpatione, Lond. MDXLIX. 4to.) *Dial.* ix. Pr. ded. Ochin. Edw. vi. "Although God of his "mere goodnefs hath geven." *Homelias ejufdem plures*, lib. i. *Ex Graecis autoribus*, lib. i. Afcribitur huic Johanni Poneto liber h. t. *The book of politike power, and of the obedience, which fubjects owe to kings and other civil governors, with an exhortation to all true Englifhmen* (idem cum *Praemonitione ad Anglos* fupra) *compyled by* D. I. P. B. R. W. (an doct. Joh. Ponet bifhop (of) Rochefter (and) Winchefter.) MDLVI. Pr. pr. "Content thyfelf to read." Pr. lib. "An oxen, fheep, goates." Reprinted. . . MDCXLII. 4to. Summam rerum adminiftrante Maria in Anglia nihil tuti fibi exiftimans, profugit in Germaniam, ubi diem obiit Argentorati, nondum quadragenarius Apr. 11. MDLVI. (Godw.) Aug. 11. (Bal.) Bal. viii. 92. Godw. p. 299.

PONTIUS[a] [NICOLAUS] in Maridunenfi mufeo bonis literis ac virtute impenfius ftudebat. Praecipua vero ejus ftudiorum omnium cura in theologia fola quidem commode repofita fuit. Seditio Vicocliviana, malo tum invalefcente, Ifiacas infecerat fcholas, et animos multorum ad res novas proclivcis illexerat. Non tulit hanc injuriam tam apertam in catholicos factam, et, inita cum Richardo Flemingo nobili contentione in fchola Ifidis Vadi publica, fic caufam egit communem, ut victoriam ab hofte facile reportaret. Prodiit tandem liber excuffae teftis contentionis, et vis hoftilis fenfim diminutionem patiebatur[b]. In pretio fuit Pontius, regnante in Britannia Henrico Bullenbrocho[c]. Ex *Lelando.*

[a] Nic. Punt five Ponter, A. Wood. Mf. Merton. "Vir "non indoctus, malignus oppugnator Wiclevi et Ric. Fle- "myng, fundatoris collegii Lincoln." Twyni ℞ 131. Vide Fuller. iv. 168. [b] Scripffe fertur *Opus contra Wiclevistas*, lib. i. *Determinationis quoque*, lib. i. In catalogo fociorum collegii Merton. apud Oxoniam poft nomen ejus habetur haec nota: "Hic determinavit contra "opiniones Wiclyf contra Ric. Fleming epifcopum Lin- "coln. fundatorem collegii Lincoln. Oxon."
[c] Claruit anno MCCCCX. Bal. vii. 35. Pitf. p. 588. Occurrit in rotulis coll. Merton. an. 10 Hen. iv. A. Wood. Mf. Merton.

PONTIUS[a] [THOMAS] monachus et abbas Auguftiniani coenobii, quod nuper Duroverni floruit, magnam ex eruditione laudem cum domi, tum foris fibi comparavit. Quare juvat tam praeclarum virum aliquo virtutis exemplo, fed illuftri, doctorum auribus quam commendatiffimum tradere. Romam venerat tempore Joannis xxii. et ibidem quod voluit accepit, nempe abbatis infignia[b]. Talis etenim ejus aetatis fervitus erat, ut pinguioris fortunae abbates vel inviti cogerentur Romam falutare. Hic illi magna fuit cum Thoma Guallenfi, Dominicano, familiaritas,

[a] Thomas Pontius feu Pontinus claruit anno MCCCXXXII. Bal. v. 36. Pitf. p. 427. [b] Tho. Poncy S. th. doct. electus abb. S. Auguftini MCCCXXXIV. 1 Martii, benedictus Avinionae 2 Idus Junii. Obiit Id. Sept. MCCCXLIII. Thornei et *Chron. S. Auguft.*

cujus

cujus et ingenium et literas Romani in magno sane habuerunt pretio. Peperit autem haec familiaritas Pontio immortalem gloriam: nam cum pontifex Romanus in celeberrima disputatione asseruisset beatorum animas non visuras Deum ante supremi judicii diem, et Guallensem adversarium habuisset; adeo Joannis autoritatem non est secutus, ut Guallensis partes defenderit, et de eadem re luculentum postea libellum [c] ediderit. De Pontio qui plura cognoscere cupit, legat Gulielmi [d] Thornegi *De abbatibus monasterii Augustiniani historiam.* Ex *Lelando.*

[c] "Thomas, abbas Augustinianus (sc. Cantuar.) scripsit "librum, quem inscripsit, *Collectiones de rebus theologicis,* "quod opus extat in bibliotheca Augustiniana." Ita Joh. Twine inter *Collect.* vol. iv. f. 115. Annon huic Thomae ascribendum? [d] Gulielmi Thorni seu Thornegi legit Ms. Lel. Trin.

POOR [RICHARDUS] sive PAUPER, ex decano Sarisburiensi episcopus electus est Cicestrensis A. D. MCCXV; post biennium ad ecclesiam Sarisburiensem translatus, ubi ecclesiae cathedralis pulcherrimae fundamenta posuit, quae hodie superest, maximum hujus plagae ornamentum. Ad Dunelmensem episcopatum A. D. MCCXXVI evectus. Obiit apud Tarent domum sanctimonialium in agro Dorset. suae fundationis A. D. 15 Apr. MCCXXXVII. Whart. *A. S.* tom. i. 734. Scripsit *Constitutiones synodales*, A. MCCXXIII. Pr. "Cum nec rugam nec maculam. Extant in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 599. seqq.

PORDER [RICHARDUS] clericus institutus ad vicariam de Fingringhoe Essex. 24 Maii MDLXVII (Newc. ii. 267.) ad rectoriam eccl. S. Petri Cornhill London. 26 Jan. MDLXVII (Newc. i. 567.) ad rectoriam de Hedingham Sible. Essex. 12 Febr. MDLXVIII. (Newc. ii. 324.) Transtulit in Anglicum sermonem *Athenagoram de resurrectione mortuorum.* Pr. tr. ded. Gul. Fleetwood. "It is true, right worshipfull Sir." Lond. MDLXXIII. 8vo. Edidit Anglice *Concionem in Zephan.* i. 1—6. *contra idololatriam et usuram, habitam in eccl. D. Pauli London.* 15 *Maii* MDLXX. Pr. ded. praetori, etc. London. "Beinge thorowlye perswaded, right honourable." Obiit ante 7 Jan. MDLXXIV, quando ecclesia S. Petri Cornhill vacabat per ejus mortem. Newc. i. 526.

PORLOND [RICHARDUS] patria Norfolciensis in coenobio Norwicensi Franciscanum induit. SS. theologiae doctor et professor in suo coenobio fuit. Scripsit *De Christi passione* lib. i. "Christus passus est pro nobis." *Sermones aliquot*, lib. i. Haec olim fuere in bibliotheca monasterii Norwicensis. Bal. xi. 68. Pits. p. 898. *App.* Wadding. p. 306.

PORTU [MAURITIUS de] sive O FIHELY, Hibernus in comitatu Corcagiensi non procul a Baltimora natus; frater Franciscanus in coenobio sui ordinis aliquando Oxonii studiis invigilavit. Inde in Italiam profectus, ubi Paduae literis theologicis et philosophicis, praecipue in legendis Jo. Duns Scoti operibus, operam navavit sedulam. S. theologiae tandem doctor creatus praelectiones in ea facultate publice ibidem habuit. A. MDVI. archiepiscopus Tuamensis renunciatus est a papa Julio ii. A. MDXII primis duabus sessionibus concilii Lateranensis interfuit. Anno sequenti in patriam rediit. Caeterum Gallovidiae, ubi primum appulit, antequam ad sedem suam perrexisset, fatis concessit 25 Maii MDXIII, et in ecclesia fratrum Minorum ibidem humatus jacet. Scripsit *Expositionem accuratissimam in quaestiones dialecticas D. Joh. Scoti in Isagogen Porphyrii.* Pr. "Quia intentio praesentis lucubrationis." Ferrar. MCCCCXCIX. fol. Venet. MD. MDIV. (hujus editionis principium est: "Commentarii nostri quos super quaestiones") MDXII. et MDXIX. fol. *Commentar. doct. Joh. Scoti in* xii *libros metaphysicorum Aristotelis emendata, et quotationibus, concordantiis, et annotationibus decorata.* Pr. ded. cardinali Grimani. "Quum ab teneris unguiculis." Venet. MCCCCXCIX. 4to. MDIII. MDV. MDVII. fol. *Epithomata in insigne formalitatum opus de mente doctoris subtilis.* Pr. "Pro ampliori declaratione." Paris. . . 8vo. Venet. MDXIV. MDXVII. fol. *Dictionarium S. Scripturae, sive distinctiones theolog. alphabetice.* Pr. "*Abjectio:* Circa abjectionem nota." Venet. MDCIII. fol. in verbo *Extinguere* desiit. Prima sc. pars usque ad F. fere. Ms. vero integrum extat Ms. bibl. Bodl. NE. A. 3. 5. Sed Langbainio (v. 54) videtur ipsa scriptura aliquem Mauritium hoc Tuamensi antiquiorem designare; praeterea idem opus Ms. extat in collegio Merton. Oxon. ex dono Tho. Bloxhami, qui socius fuit A. MCCCCLXVI. *Enchiridion fidei*, Venet. MDIX. MDXVI. 4to. *Theoremata de mente Scoti.* Venet. MCCCCXCIX. 4to. MDXIV. 8vo. *Castigationes in libros* iv *sententiarum scripti Oxoniensis*, Paris. MDXIII. fol. Lugd. MDXX. *Reportata ejusdem recognita.* Paris. MDXVIII. *Notas et postillas in universa fere Scoti opera.* Habentur in postrema editione Scoti operum Lugdunensi. *Librum distinctionum.* Ms. in bibliothecis fratr. conv. Ravennae et Assisii. *In vitam Scoti.* Ms. apud fratres Ravennae. *Compendium veritatis*, lib. iv. *Epistolas* DC *ad Jo. Camersium.* De his vide Jo. Camer. in Solini *Polyhistor.* cap. 35. *Additiones marginales et concordantias in formalitates Antonii Syreti et Stephani Burliferi.* Pr. "Cum superioribus diebus in forum." Venet. MDII. fol. *Fr. Mayronis comment. in sententias et quodlibeta, edita, correcta, et decorata summa cura atque solertia hujus Mauritii dum theologiam publice in alma univers. Patavina legebat.* Pr. epist. "Non ignoras, rev. protonotarie." Venet. MDVII. fol. *Distinctiones Mauritii* . . . . Pr. "Circa abjectionem nota qualiter." Ms. coll. Merton. N. viii. 7. et O. iv. 4. Quaere tamen an nostri? War. p. 78. seqq. Whart. *App.* Cave. p. 197. *Athen. Oxon.* i. 9.

Y POSNED poeta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Davis.

POTENTINUS natione Scotus, Columbani discipulus cum eo Luxovium profectus, inde cum eo expulsus. Dein Galliam peragrans ad Constantiam in Armorica tandem venit, ubi monasterium fundavit, et eidem praefuit. Scripsit *Ad monachos collectos* lib. i. *Epistolas ad Columbanum*, lib. i. Claruit A. DCXXI. Dempst. xv. 1019.

POUNTNAIUS [ADAMUS] quem et PARVUM quidam auctores cognominant. Bale. Pitf. In quibufdam Londinenfium bibliothecis obtulerunt fe mihi hujus autoris codices, quorum funt tituli: *Tractatus logices*, lib. i. "Penes tractationem terminorum." *Super dictionibus Bibliorum* lib. i. Et in hoc pofteriori opere Alexandrum Neckamum eft probe imitatus. Bal. par. poft. p. 49. Pitf. *App.* 820.

POUNTNEY [EDMUNDUS] Vid. Edm. Riche.

POWELLUS [DAVID] patria Denbighenfis in matriculam univerfitatis Oxon. circa A. D. MDLXVI admiffus ad collegium Jefu recenf. fundatum fe tranftulit, et tanquam ejufdem membrum exacto ftudiorum philofophicorum ftadio artium magifter evafit anno MDLXXVI. Sacris ordinibus initiatus vicarius ecclefiae de Ruabon comit. natalis, praebendarius 2. port. praebendae de Lanvair ecclefiae cathedr. Affavenfis, et S. theol. profeffor renunciatus eft. Anno MDLXXXV domino Henrico Sidneio Walliae praefidi a facris domefticis fuit. Scripfit *Annotationes in Itinerarium Cambriae, fcriptum per Sylv. Giraldum Cambrenfem.* Lond. MDLXXXV. 8vo. Franc. MDCIII. ad Phil. Sidneium equitem dedic. "Tria funt omnino." *Annotationes in Cambriae defcriptionem fcriptas per Sylv. Giraldum.* Pr. Annotat. in c. 1. "Veterum Britannorum reliquiae." *De Britannica hiftoria recte intelligenda epiftola ad Gul. Fleetwood, civitatis London. recordatorem.* Pr. "Cum ad te nuper falutandi." Hi duo ultimi cum primo imprimuntur libro. Emendavit quoque et in lucem edidit *Hiftoriam Britannicam per Ponticum Virunnium*, lib. vi. Lond. MDLXXXV. 8vo. ad Henr. Sidneium militem. Pr. "Duae res funt, colendiffime." *Hiftoriam Cambriae, a Caradoco, monacho Lancarvanenfi, confcriptam, per Humphredum* vero *Lloyd Anglice verfam, caftigavit, auctioremque reddidit*, ac Londini Anno MDLXXXIV. typis mandari curavit. Ad Henr. Sidneium equ. auratum. Pr. "It is the manner of moft writers." Operam impendit *Dictionario Britannico*, fed morte praereptus, illud imperfectum reliquit. Obiit et fepultus jacet in ecclefia Ruabonenfi circa A. D. MDXC. *Athen. Oxon.* i. 245. feq. Will. Neve eum anno MDXCIX obiiffe dicit.

POWELL [EDWARDUS] patria Camber, academiae Oxon. alumnus, et, ut videtur, collegii Orielenfis focius fuit. Poftquam curriculum ftudiorum philofophicorum feliciter emenfus effet theologiae fedulo infudavit, et fupremos in ea facultatis honores adeptus eft. Anno MDI factus eft rector de Bledon in dioec. Wellen. Et anno MDIII. 26 Julii collatus ad praebendam centum folidorum in ecclefia Lincoln. *Regift.* Gul. Smyth, epifc. Mox ad praebendam de Carlton in ecclefia Lincoln. et A. MDVIII ad praebendam de Bedmifter in ecclefia Sarum, et MDXXV. Octob. 28 ad praebendam de Sutton in Marifco. *Regift.* Joh. Longland epifc. Lincoln. Unus ex advocatis erat reginae Catherinae, quando divortium agitabatur; acerrimus difputator contra Lutheranorum dogmata. Vide controverfias ejus cum Latimero Briftolii apud Fox. 1 edit. p. 1309. 1314. 1317. Bulla Leonis papae data 30 Nov. MDXIV, conceffa Edv. Powell S. T. P. ad tenendum tria quaecunque beneficia etiam curata et incompatibilia. *Regift.* Audley Sarum. Scripfit *Propugnaculum fummi facerdotii Evangelici ac feptenarii facramentorum numeri adverfus Mart. Lutherum, fratrem famofum et Wicklefiftam infignem*, lib. iii. Lond. MDXXIII. 4to. Pr. pr. "Quum ego jam-"dudum opus fane." In epift. acad. Oxon. regi Henrico viii, poftquam recenfuiffent fcriptores iftius academiae contra Lutherum F. F. f. 46. ita: — "Editionem tamen doctoris Poweli, tan-"quam praecipuam et lucidam quandam gemmam vifum eft nobis feligere. Is fiquidem ut eft "vir fumma gravitate et eruditione, praeter impenfas frequentiaque ejus itinera, tantam in hac re "exhibuit vigilantiam, ut nifi eum eximia efferemus laude, videremur plane injurii aut potius in-"humani. Hanc fuam editionem in duos potiffimum digeffit libellos, quorum alter de fummo "extat pontificio, euchariftiaeque facramento; pofterior de reliquis fex facramentis." Epiftol. i. in dicto *Regiftro* Oxon. F. F. *Tractatum de non diffolvendo Henrici regis cum Catherina divortio*, lib. i. [Stow in *Chronico*, p. 581. dicit fe hunc librum impreffum in 4to. vidiffe] *Contra Lutheri captivitatem Babilonicam*, lib. i. Hunc Pitfeus Edvardo, Baleus vero Joanni Powell, ejus ut videtur fratri, afcribit. Tandem cum fupremam regis in rebus ecclefiafticis poteftatem aut fucceffionem neutiquam agnofceret, in carcerem impingebatur, et laefae majeftatis reus compertus, carro ad patibulum in agro vulgo Smithfield dicto erectum deportatus, a fufpendio femivivus deartuatus eft 30 Julii MDXL. *Athen. Oxon.* i. 53. Pitf. 729. Bale. P. ii. p. 102.

POWELL [JOHANNES] Cambro Britannus; forfan fuit ftudens collegi Regii Henrici viii, nam in Mf. Le Neve MDLV. coll. Reg. al. Fridifwidae Oxon. penfio Johannis Powell xvi fol. xviii den. recenfetur. Scripfit adverfus Lutheri captivitatem Babylonicam *Propugnaculum ecclefiae*, lib. i. Hoc opus vidit Baleus in bibl. regia. Claruit A. MDXXX. Bal. par. poft. p. 102.

POWNELL [ROBERTUS] natus apud Barwicum in agro Dorfetenfi; A. aetatis XL prefbyter ordinatus 1 Maii MDLX. Strype in *Vita Grindal.* p. 40. Regnante Maria unus praedicatorum apud Arrow in Helvetia; primo Elizabethae unus fex praedicatorum Cantuariae. Strype *Eliz.* 291. Tranftulit e Gallico in Anglicum *A moft pithye and excellent epiftel to animate all trew Chriftians unto the croffe of Chryfte. With a preface to the reader.* Pr. pr. "As there ys nothynge more re-"quyfite." Pr. ep. "Amongeft other neceffary things . . . MDLVI. 12mo. *Petri Du Vall dialogum ecclefiam in afflictionibus confolantem ex Pfalmo* CXXIX *defumptum* . . . MDLVI. 8vo. *The temporifour, compyled in Latin by W. Mufculus tr. into French by Mr. Val. Pulleyn; and out of French into Englifh by R. P.* (*Robert Pownell*) iv dial. Pr. pr. tr. "In callyng to my remembrance." . . . MDLV. 12mo. *The admonition and refolution of Caelius Secundus Curio againft all* fuper-

superstitious and erroneous practices. tr. out of French by R. P. Pr. " The brethren being as yet " in Babylon." *A most fruitfull prayer for the dispersed church of Christ, very necessary to be used of the godly in the days of affliction, compiled by R. P.* Pr. " O most omnipotent, magnificent." Among John Bradford's *Meditations*, edit. Lond. MDCXIV. 24to.

POYNGZ [FRANCISCUS] eques auratus. Transtulit in sermonem vernaculum rogatu Dom. Antonii Poyngz fratris *Tabulam Cebetis.* Pr. " It chaunceth us to walk in the temple." London. (tempore Henr. viii.) 12mo.

POYNTZ [ROBERTUS] sive POINS ex antiqua et generosa familia oriundus, apud Alderlie in agro Glocestr. natus, e schola Wickamica ad collegium Novum Oxon. missus, ubi postquam curriculum philosophiae A. MDLX absolvisset, academiae et patriae valedixit, at Lovanium se contulit. Scripsit, *Testimonies for the real presence of Christ's body and blood in the blessed sacrament of the altar, set forth at large, and faithfully translated out of* vi *ancient fathers, which lived far within six hundred years.* Pr. pr. " Least thou shouldest wonder." Lovan. MDLXVI. 8vo. *Certain notes declaring the force of those testimonies, and detecting sometimes the sacramentaries false dealing.* Ibid. *Miracles perform'd by the eucharist.* Claruit A. MDLXVI. Pitf. *App.* p. 903. *Athen. Oxon.* i. 152.

PRICE [HENRICUS] patria Londin. scholaris collegii D. Joh. Baptistae Oxon MDLXXXIV. aetatis LXXXI admissus; deinde socius, artium magister, et capellanus dom. Henrici Lea, equitis Oxoniensis: tandem S. theol. baccalaureus, et rector ecclesiae de Fleetmarston in comit. Buck. constitutus fuit. Scripsit, *Epicedium in obitum Henrici comitis Derbiensis.* Oxon. MDXCIII. 4to. Lat. *Aquilae volatum; sive concionem apud crucem Paulinam in Luc.* xviii. 37. Lond. MDXCIX. 8vo. Angl. *Conciones alias varii argumenti*; quae MSS. adhuc delitescunt. Vide MS. Tho. Barlow. Obiit 2 Febr. MDC apud Woodstock prope Oxon. et humatus jacet in capella collegii S. Joh. Bapt. Oxon. Epitaphium videsis *Hist. et Ant Oxon.* lib. ii. p. 312. *Athen. Oxon.* i. 306. seq.

PRIME [JOHANNES] filius Roberti, natus in parochia D. Crucis (vulgo Holywell) Oxon. literisque grammaticalibus in schola Wickhamica Winton. imbutus, Oxoniam missus fuit, ubi collegii Novi socius A. MDLXX admittebatur. Postea artium magister sacris ordinibus initiatus fuit; et tandem A. MDLXXXIII S. theol. doctor renunciatus. Adderburiae in comit. Oxon. verbum divinum annunciandum suscepit, quod sane indefessus praestitit, non sine summo populi Christiani fructu. Scripsit, *A short treatise of sacraments generally, and in speciall of baptism, and of the supper.* MDLXXXII 8vo. *Treatise of nature and grace; with answers to the enemies of grace upon incident occasions offered by the late Jesuits notes on the N. T.* Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Sermon briefly comparing the state of king Solomon and his subjects, together with the condition of Q. Elizabeth and her people, preached at St. Mary's, Oxon.* 17 *Nov.* MDLXXXV. *on* 1 *Kings* x. 9. Oxon. MDLXXXV. 8vo. *Exposition on the Galatians.* Oxon. MDLXXXVII. 8vo. *The consolations of David applied to Q. Elizabeth, in a sermon at St. Mary's Oxon.* 17 *Nov.* MDLXXXVIII *on Psalm.* xxxiii. 4. Oxon. MDLXXXVIII. 8vo. Pr. ded. Thomae Cooper, episc. Winton. " Poems, rimes, and verses, some." Obiit Adderburiae 12 April. MDXCVI, inque viculi ejus ecclesia sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 285.

PRINGTON [JOHANNES] historiographus Anglus scripsit *De rebus Anglicis chronica quaedam.* Pitf. *App.* p. 880.

PRIOR [GUALTERUS] (Dempster. 668.) de Calco, Benedictinus vir probus et literatissimus cum Angelramo sive Ingeltramo Scotiae cancellario ac episcopo Glascoensi ac Salomone decano Glascoensi Eboracum profectus disputationibus acutissimis dignitatem ecclesiae Scoticae contra impotentiam Rogeri Eboracensis archiepiscopi, mare coelo miscentis, nec ambitionem suam capientis, egregie est tutatus. Scripsit, *Pro ecclesiae Scoticae immunitate,* lib. i. Contra Rogerum Eboracensem. *Appellatio ad curiam Romanam,* lib. i. *Epistolas ad diversos,* lib. i. Florebat A. MCLXIV. Dempst. xix. 3197.

PRISCUS Culdaeus Scotus scripsisse fertur *Contra Ethnicorum superstitiones,* lib. i. Claruit A. CCXC. Dempst. xv. 1017.

PRISCUS alius episcopus Scotus scripsit *Homilias de sanctis,* lib. i. Claruit A. DXXXI. Dempst. xv. 1004.

PRISE [JOHANNES] sive PRISEUS. Vid. JOH. RHESUS.

PROCTOR [JOHANNES] patria Somersetensis, scholaris collegii corporis Christi Oxon. electus A. MDXXXVI postea socius collegii Omnium Animarum, et A. MDXLIV laurea magisteriali cohonestatus ludimagister scholae Tunbrigianae in comit. Cantii designatus fuit. Doctus juvenis vocatur a Standicio in libro suo *De script. non transferend.* Scripsit, *The fall of the late Arian.* Pr. ded. Principissae Mariae. " After that I had given our late." Lond. MDXLIX. 8vo. *History of Wyat's rebellion.* Pr. ded. reginae Mariae. " It hath been allowed, most." Lond. MDLIV. MDLV. 12mo. . . . 24to. Transtulit e Latino in Anglicum, *Vincentii Lirinensis librum de catholicae fidei antiquitate et universitate adversus prophanas omnium haereseon novationes.* Ita tit. in bibl. Patrum. Titulus versionis ita: *The way home to Christ and truth leading from Antechrist and errour made and set forth in Latine tongue by that famous and great Clerk Vincent, Frenchman born, above eleven hundred years past, for the comfort of all true Christian men, against the most pernicious and detestable craft of heretikes, which in his tyme by all subtile ways devised to obscure and deface the doctrine and religion of the universal church. And now this same work is englished, and by the queen's highness authorised, to be set forth for the relief of divers English men, which yet stand in doubt, whether they may go to heaven in the peace and unitie of the christian church, or to hell in*

the

the dissension and confusion of heretikes. Pr. ded. transl. reginae Mariae. "We have with our "great harmes tried." Pr. pr. "In this new and miraculous raigne." [Praefatio invehitur adversus reformationem.] Lond. MDLIV. 12mo. Datur etiam alia versio vel editio hujus libri absque dedicatione et praefatione Lond. MDLIV. 12mo. Claruit A. MDLV. *Athen. Oxon.* i. 97.

PROBUS Hibernus qui *Vitam S. Patricii* 2 libris complexus est, quae habetur in tomo iii operum Ven. Bedae, cui falso a quibusdam tribuitur, ut e fine libri secundi constat; ubi autor nomen suum prodit his verbis: "Ecce habes, frater Pauline, a me humili Probo, postulatum nostrae fraternitatis "indicium," etc. Claruit circa tempora Bedae. Messingham *Tract. praeamb.* § 5. Et War. p. 49. circa finem seculi decimi.

PROFACIUS Hebraeus, in Anglia olim, ut fertur, ex Judaeorum genere natus, cum in ea adhuc habitarent regione. Vir erat in mathematicis scientiis valde eruditus, et edidit *Tabulam motus octavae sphaerae*, lib. i. Extant etiam *Operatio novi quadrantis editi a mag. Profacio Martilensi; et correcti a Petro de S. Adomaro.* Pr. "Accipe ergo tabulam aeneam." Mf. Bodl. NE. C. 3. 4. in qua in tabula civitatum Oxonia agmen ducit. Unde videtur Profacius Oxoniae tum studuisse. Mf. coll. univ. Oxon. c. 12. *Tractatus quadrantis novi compositi a mag. Profacio Hebraeo* A. D. MCCLXXXVIII et correctus ab eodem A. MCCCI. Pr. "Cum stellarum scientia." Mf. bibl. Univ. coll. Oxon. c. 12. *Almanach Profacii.* Pr. "Cum volueris scire." Mf. Ibid. p. 66. Claruit circa A. MCCLX. Bal. x. 74. ex Lelando.

PROPHETA [JOHANNES] a vaticiniis, et JEJUNATOR a jejuniis 40 dierum (Dempst. 392.) dictus, quibus de causis non vulgaris sanctitatis vir habebatur in Germania, Gallia, Italia, Terra sancta, et Anglia, per quas regiones peregrinavit. Scripsisse fertur *Vaticinia de mutanda religione*, lib. i. *Precum sanctissimarum synopsin*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Exhortationes ad clerum*, lib. i. *De Terra sancta*, lib. i. Claruit A. MDXXXI. Dempster. ix. 734. xvii. 1037.

PROUDE [RICHARDUS] nauta Anglus. Scripsit *A new rutter of the sea for the north parts.* Pr. "Barwick lieth South and North." . . . Will. Copland. 8vo. Claruit A. MDXLI.

PRYME [HENRICUS] puerorum informator in quodam monasterio. Scripsit *Commentarios in Erasmi syntaxin novam.* Claruit A. MDXXXIX. *Athen. Oxon.* i. 8.

Y PROL poëta Cambro-Britannus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

Y PRYDYDH BYCHAN O DHEHEYBARTH poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCLXXX. Lhuyd. Davis.

PRYDYDH BREYAN poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

PUELLA [GERARDUS] aliis vocabulo Gallico La Pucelle. Neustrius an Anglus sit nescio, inquit Balaeus natione Anglus. Pitf. Rog. Croilandenf. in *Quadril.* Electus erat ad episcopatum Coventr. et Lichf. A. D. MCLXXXII. Vir magnae literaturae et honestatis. Bal. ex *Chron. Rob. Montensis.* Plura Gerardum scripsisse Rogerus Croilandensis in *Vita Thomae* refert, sed operum tituli non occurrunt. Bale. Clericus fuit D. Ricardi archiepiscopi Cantuar. de quo Gul. Thorn. col. 1821. ista prodit: "Habebat Ricardus archiepiscopus duos commensales clericos, jurisperitos, "veritatis tamen et justae justitiae aemulos, M. Gerardum de Pucella, et Petrum Blesensem. Hi "duo inter omnes mundi tunc temporis aestimabantur, nec immerito, eloquentiores." Wharton. *A. S.* vol. i. 435. Obiit 12 sive potius 13 Januar. MCLXXXIV et Coventriae jacet sepultus. Bal. xiii. 27. Pitf. *App.* p. 842. Godwin. p. 368.

PULLANUS [JOHANNES] patria Eboracensis, primo collegii Novi Oxon. vel clericus vel capellanus, et A. MDXLVII postquam ante triennium gradu magisteriali ornatus fuisset in numerum alumnorum seniorum aedis Christi assumptus erat; nunquam tamen vixit in collegio Merton. ut habet Balaeus. A. MDLII. 7 Jan. ad praesentationem regiam admissus fuit ad rectoriam S. Petri Cornhill London. Mf. Cotton. Julius B. 9. et *Reg.* Rydley episc. Lond. Qua privatus fuit tempore reginae Mariae. *Reg.* Bonner. Fuit capellanus ducissae Suffolc. et doctrinae reformatae addictus, quapropter temporibus Marianis primo clanculum delitescere, deinde Genevam profugere coactus est. Postea Elizabetha summam rerum administrante ad archidiaconatum Colcestriae A. MDLIX. 13 Dec. admissus (*Reg.* Bonner.) Et A. MDLXI. 12 Sept. collatus est ad praebendam de Wenlokesburn. (*Reg.* Grindall.) In Newcourt. ii. 192. dicitur praesentatus fuisse ad ecclesiam de Copford. comit. Essex. per dominam reginam 8 Mart. MDLIX. Tempus autem mortis ejus haud recte, ni fallor, exprimitur. Vixit A. MDLXIII apud Thurring sex milliaribus a Colcestria distans. *Reg.* Grindall. 70. Scripsit, *Tract against the Arians.* Transtulit in rythmos Anglicanos *Ecclesiasten Solomonis*, lib. i. *Historiam Susannae*, lib. i. *Historiam Judith*, lib. i. *Historiam Hester*, lib. i. *Testamenta* xii *patriarcharum*, lib. i. Obiit A. MDLXV archidiaconatus Colcestr. vacabat per ejus mortem 16 Jul. MDLXV. *Reg.* Grindall. Bal. ix. 83. *Athen. Oxon.* i. 148.

PUNT [GULIELMUS] quis et qualis fuerit ex confessione St. Morris tempore reginae Mariae apud Fox. 1 edit. p. 1605 patet: "He is and hath been a great writer of divelish and erroneous "books of certain mens doings, and doth convey them over, and causeth them to be there "imprinted and brought over to the great hurt of the ignorant people." *A ballade made against the pope and popery, by Will. Punt.* London. by Will. Hyll. tempore Edw. vi.

PUPWELLUS Sophista magister artium Oxoniensis, philosophus egregius. Scripsit *Quaestiones difficiles*, lib. i. "Sciendum quod Aristoteles dicit." Hae Mf. olim extabant in bibl. Oxon. Aetas latet. Bal. xii. 21. Pitf. *App.* p. 892.

PURVEIUS

PURVEIUS [JOHANNES] artium magifter Oxonienfis, interpres vocum obfcurarum et gloffographus infignis (A. Wood. *Hift et Ant. Oxon.* i. 186.) Lollardorum librarius, et Wiclevi gloffator a Waldeno dictus. Fuit Wicliffianarum doctrinarum fequax, quamobrem a Thoma Arundell in caftro Saltwodenfi incarceratus A. MCCCXCVI et tandem tormentis graviffimis coactus eft vii articulos recantare apud crucem Paulinam, poftea vero, A. MCCCCXXI, rurfus carceri mancipatus ab Henrico Chichleio archiepifcopo. Scripfit, *Orationem foli Deo effe dirigendam*, lib. i. *Concordiam Scripturarum et canonum*, lib. i. *De obliquo cleri ftatu*, lib. i. *Super libera verbi functione*, lib. i. *Commentarium in Apocalypfin*, lib. i. "Apocalypfis quafi diceret." Hic ex mag. Wiclevi lectionibus publicis per Purvaeum collectus, et nunc per Mart. Lutherum ante 100 annos intitulatus A. D. MDXXVIII fine autoris nomine Witembergae fuit excufus. Scripfit Purvaeus hunc librum A. MCCCXC. *Ad parliamentum Angliae*, lib. i. "Prima conclufio haec eft." *Revocationem* vii *articulorum haereticorum coram archiepifcopo in concilio London.* lib. i. "In Dei nomine, Amen. Ego Johannes," etc. Mf. bibl. Bodl. Muf. 163. f. 86. *Symbolum fuae fidei*, lib. i. *Pro doctrina Wiclevi*, lib. i. *Ad regem et concilium*, lib. i. *De profanatione coenae Dominicae*, lib. i. *Injuftas effe cleri poffeffiones*, lib. i. *De fynagoga Antichrifti*, lib. i. *De vero facramentorum ufu*, lib. i. *De verbi divini efficacia*, lib. i. *De poteftate clavium*, lib. i. *De miniftrorum conjugio*, lib. i. *De votis et mendicitate*, lib. i. *De cleri punitione*, lib. i. Bal. vii. 50.

PYE [GULIELMUS] PICUS Latine dictus, patria Sudovolgus, focius collegii Oriel Oxon. electus eft A. MDXXIX, ter procurator academiae Oxon. et tandem S theol. doctor renunciatus. A. MDXXXIII. 8 April. Will. Pye Scholaris 23tio anno aetatis inftitutus ad rectoriam de Bradfield monachorum Suff. ad praefentationem prioris et conventus de Butley. *Regift.* Norwic. xiv. f. 24. refignavit eodem anno. Ibid. f. 27. A. MDXLV archidiaconus Berrocenfis factus eft, et regnante Edwardo vi religionis reformationem approbavit. Et A. MDXLVII, 17 Octob. inftitutus fuit ad rectoriam de Ryfby. *Reg.* Norw. xvii. 131. Sed temporibus Marianis pontificiorum fuperftitioni addictior A. MDLIII, Aug. 29 in decanum Ciceftrenfem electus, A. MDLIV. 22 Maii praebenda de Lytton in ecclefia Wellenfi, et rectoratu de Chedfey in comitatu Somerfet. donatus eft. Scripfit *Orationem coram patribus et clero habitam*, etc. Octob. MDLIII. Lond. MDLIII. 12mo. *Difputation with archbifhop Cranmer and bifhop Latymer at Oxon.* Vide Joh. Fox *Act. et Monum.* in A. MDLIV. Obiit A. D. MDLVII. *Athen. Oxon.* i. 103.

PYNCEBEK [GUALTERUS de] monachus S. Edmundi. In Mf. Norwic. Mori 839. fol. pergam. eft Cartularium abbatiae S. Edmundi, dictum *Album regiftrum veftiarii*, ad cujus fol. 25. habetur haec rubrica: "Memorandum, quod frater Walterus de Pyncebek, monachus S. Edmundi, ad perpetuam rei memoriam compofuit iftud volumen: intendens in eo, vita comite, facultate permittente et exemplari interveniente; primo, omnia placita inter abbatem et conventum S. Edmundi ex una parte, et homines ejufdem villae ex altera, ab origine mundi, ufque in praefens habita Scripturae redigere, una cum concordia per dominum regem et confilium fuum inter eos facta. Item omnia feoda militum pertinentia monafterio S. Edmundi. Infuper collationes omnium ecclefiarum domino abbati fpectantium, et taxationes earundem. Ac etiam omnes libertates a diverfis regibus S. Edmundo et fuis ab initio ufque in praefens conceffas, et earum allocationes, et ubi debent inveniri; *Regiftra* viii hundredorum et dimid. et omnes terreras monafterii. Et fi dictus frater Walterus aliqua de caufis praenotatis deficiat; acceptet lector voluntatem pro facto, et dicat animae fuae propitietur Deus, Amen, Amen. Incipiebatur enim fcribi A. D. MCCCXXXIII et anno regis Edwardi tertii a Conq. octavo." Habentur in hoc libro tantum *Placita inter abbatem et Villam S. Edmundi et regiftra hundredorum.*

Q U A

QUADANOCUS Scotus, difcipulus et peregrinationis focius S. Winoci. Scripfit *Vitam S. Winoci magiftri*, lib. i. Claruit A. DCXCVIII. Dempft. xv. 1035.

QUEMMERFORD [NICOLAUS] Waterfordiae in Hibernia natus, Oxoniae ftudiis philofophicis operam dedit, ubi baccalaureus artium A. MDLXII admiffus: inde in patriam reverfus facros ordines fufcepit, et beneficium aliquod ecclefiafticum confecutus eft; quo, religionis caufa exauthoratus folum vertit, et S. theol. doctor in academia Lovanienfi renunciatus eft 23 Junii MDLXXVI. Scripfit *Anfwers to certain queftions propounded by the cityzens of Waterford. Divers fermons.* Et alia. Claruit A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 200. feq.

QUESNELLUS [PETRUS] frater Francifcanus, ut videtur, Norwicenfis; juris et theologiae ftudiis clarus. Scripfit, *Directorium juris in foro confcientiae et judiciali*, lib. iv. Pr. "Si quis ignorat,

" ignorat, ignorabitur." (1) *De summa trinitate et fide catholica de septem sacramentis.* (2) *De iisdem sacramentis ministrandis et accipiendis.* (3) *De criminibus quae a sacramentis impediunt, et de poenis iisdem injungendis.* (4) *De iis quae ad jus et judicium spectant* ordinate dirigendis. Quae olim Mss. in bibl. Norwicensi juxta Pitseum. Operis praedicti liber primus et tertius et magna pars secundi extat Ms. coll. Merton. Oxon. P. ii. 6. Pits. *App.* p. 890.

QUINTINUS Scotus e patria expulsus cum Edw. i rege Angliae Scotiam devastavit; Parisios se contulit scripsit versu *Querelam de patriae miseria*, lib. i. Lutetiae MDXI. Claruit circa A. MCCCCXX. Dempst. xv. 1034.

QUIVIL [PETRUS] ex canonico Exoniensi episcopus electus, Cantuariae consecratus est. 4 Id. Nov. MCCLXXX. Sub ejus nomine extant *Constitutiones synodales*, A. MCCLXXXVII. Exoniae editae. Pr. " Altissimus de terra creavit medicinam." Ms. olim penes Tho. Allen nunc Bodl. Digb. 35. autogr. in bibl. cathedr. Exon. unde impressae in *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. ii. p. 129. seqq. *Modus exigendi confessiones, poenitentiasque injungendi sacerdotibus Exon. dioeceseos observand impositus.* Pr. " Altissimus." Ms. Bodl. Digby 35. et *Concil. M. Brit. et Hibern.* tom. ii p. 161. seqq. Inter alia hujus episcopi de sede Exon. optime meriti benefacta, non praetermittam appropriationem rectoriarum de Stoke-Gabrielis, et S. Newlini cancellario, ut theologiam et decretalia canonicis praelegeret. Obiit 3 Octob. MCCXCII. Godw. i. 462. 463. *Monast. Angl.* i. 931. A. MCCXCI obiisse dicit.

R A B

RABANUS cognomento Magnentius Maurus, natione Scotus, Alcuini Angli theologi praeclarissimi quondam auditor, discipulusque conjunctissimus, omni sub eo in Anglia bonarum literarum genere Eboraci atque alibi mirabiliter profecit. Ricobaldus Ferrariensis, Ptolemaeus (Leucensis) Volaterranus, et alii quidam hunc Anglum fuisse affirmant. Bal. Vide etiam Dempst. xvi. 1036. Dicitur Bedae fuisse discipulus; et Cantabrigiae floruisse Johannis Erigenae auditor. Nic. de Cantil. *Hist. Cant.* Ms. In Ms. Cotton. Vitell. A. xii. extat quod Gildas fuit magister Rabani; Rabano enim dedicavit *Opus de computo.* Fuit gente Francus, patria Fuldensis, in coenobio Fuldensi monachus: A. DCCCX a Ratgario abbate scholae Fuldensi praefectus est. A. DCCCXXII abbas Fuldensis factus est. A. DCCCXXXVIII abbatiae cura deposita ad aulam se contulit. A. DCCCXLVII archiepiscopus Moguntinus evasit. Obiit 4 Febr. DCCCLVI. Testimonia et elogia illustrium scriptorum de Hrabano praefixa operibus Colon. MDCXXVII. Hrabani vitae duae extant. Princ. primae. Pr. " Scriptores rerum ecclesiasticarum." Secunda per Trithemium, Scripsit tom. i. *Excerptionem de arte grammatica Prisciani*, lib. ii. Pr. " Auctoritas philosopho-" rum ostendit." *De universo*, lib. xxii. *sive etymologiarum opus* ad R. Ludovicum. Pr. ep. ded. " Audita bona opinione vestra." Pr. lib. " Primum apud Hebraeos Dei." Ms. bibl. coll. Novi Oxon. 159. ubi tractatus hic inscribitur *De naturis rerum*, Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. P. 12. *De laudibus sanctae crucis partim versu, partim prosa*, lib. iii. Pr. crucis primae: " Rex regum " dominus mundum." Ms. in bibl. coll. Omn. Anim. Oxon. G. i. 1. Pr. prol. " Hortatur nos " lex divina ad." Pr. lib. i. " Ecce imago salvatoris membrorum." . . . A. MDIII. Prodierunt seorsum Phorcae MDI. Aug. Vindel. MDXCV. fol. Extat etiam Ms. in coll. Trinit. Cantabrig. 219. Extant apud Boston. Buriensem, num 42. 32. 19. 35. 20. Tom. ii. *Comment. in Genesim* ad Freculphum, lib. iv. Pr. pr. " Magnorum virorum conamen." Pr. lib. " In principio etc. Pluri-" ma super." Ms. in bibl. Baliol. Oxon. M. 19. et Ms. coll. Trinit. Cantabr. 197. 198. Colon. MDXXXII. 8vo. Apud Boston. Buriens. num. 15. 19. 10. 82. 43. 124. *In Exodum*, lib. iv. " Exodus exitus dici potest." Pr. praef. " Inter caeteras Scripturas." Colon. MDXXXII. 8vo. Apud Boston. Bur. num. 124. 156. *In Leviticum*, lib. vii. rectius Cave. (iv. Bale.) Pr. pr. " Arduum opus et ultra proprias vires." Pr. lib. " Sequentis libri, id est, Levit." Apud Boston. Bur. num. 124. *In Numeros*, lib. iv. " *Numerorum* librum multiplicibus." *In Deuteronomium*, lib. iv. Pr. pr. " Decursi igitur tuis parendos praeceptis." Pr. lib. " " Filii Israel castra mo-" verunt." Commentarii isti omnes Freculfo Lexoviensi nuncupantur, et prodierunt simul Colon. MDXXXII. 8vo. Notandum quod Cave *Hist. lit.* ii. p. 272. 273. habet: " *Commentarii* " *in Genesin* tantum Rabani sunt; reliquum Pentateuchi Walafrido Straboni debetur." Tom. iii. *In librum Judicum:* ad Humbertum episcopum, lib. ii. " Post mortem Josuae consuluerunt." Pr. pr. " Acceptis literis sanctitatis tuae." *In librum Ruth*, lib. i. " Scrutantibus ergo historiam." *In* iv *libros Regum:* ad Hilduinum abbatem, lib. iv. Pr. pr. " Cum venerationem tuam, sancte pater." Pr. lib. " Fuit vir, etc. Dicamus primum." Apud Bost. Bur. n. 163. *In Paralipomenon* lib. ad Ludovicum regem, lib. iv. Pr. pr. " Cum saepius jamdudum per alios." Pr. lib. " Adam, etc. " Decimus

"Decimus ab Adam." Mſ. in bibl. coll. Baliol. Oxon. F. 15. *In Judith*, lib. i. (rectius vii. Bale.) Pr. pr. "Summe pater, rerum qui verbo." Pr. lib. "Domine electe et merito." Mſ. in bibl. Baliol. l. c. cap. xxi. "Arfaxat itaque rex," etc.. Quidam quaerendum putant. *In Esther:* ad Emmam reginam, lib. i. Pr. pr. "Liber Hester quem Hebraei." Mſ. bibl. Baliol. l. c. *In cantica Veteris Testamenti quae ad matutinas laudes per septimanam dicuntur comment.* ad Ludovicum R. Pr. "Nuper quando ad vos in cellula." *In proverbia Salomonis*, lib. iii. (rectius i. Bale.) "Parabolae "Graece Latine dicuntur." *In librum Sapientiae:* ad Orgarium archiep. Mogunt. lib. iii. Pr. pr. "Quotiescunque praesentiam tuam." Pr. lib. "Diligite, etc. Admonet sapiens." *In Ecclesiasticum:* ad eundem, lib. x. Pr. pr. "Sciens benevolam intentionem." Pr. lib. "Omnis sapientia, etc. "Principium." Prodierunt seorsum cura P. Pesselerii, Parif. MDXLIV. fol. Tom. iv. *In Jeremiam comprehensis ejus Threnis*, lib. xxx. (xx rect. Bale.) "Post commentariolos quos mea par-"vitas." *Comm. in Threnos* S. Hieronymo male inscribi solet. (Bellarm. *De scriptor.*). Prodierunt seorsum Basil. MDXXXIV. fol. *In Ezechielem:* ad Lotharium, lib. xx. Pr. pr. "Quantum vos "animi mei." Pr. lib. "et factum est etc. Usus." *In Maccabaeorum libros*, lib. iii. Sunt duae in eos praefationes. Prima ad Ludovicum R. Franciae. Pr. "Cum sim promptus animo." Pr. lib. "Et factum est postquam percussit." Secunda ad Geroldum, sacri palatii archidiaconum. Pr. pr. "Memini me in palatio Vangionum." Mſ. in bibl. Bodl. Arch. B. 21. Mſ. in coll. Baliol. Oxon. M. 19. Mſ. in coll. Omn. Anim. Oxon. 31. Duae hae praefationes habentur in aliquibus Bibliorum editionibus, uti in Mſ. coll. Novi Oxon. 6 et 7. Apud Bolton. Bur. num. 19. 42. 43. 82. 127. Tom. v. *In Evangelium S. Matthaei* ad Haistulphum archiepiscopum, lib. viii. Pr. pr. "Memor "illius praecepti, quod." Pr. lib. "Expositionem scripturus super.—Expectationem itaque ve-"stram." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. M. iv. Ad cujus finem versus Rabani. Pr. "Matthaeus "Levi comitem." Mſ. coll. Bal. M. 19. In Mſ. Mert. coll. Oxon. N. ii. 6. sunt libri tantum duo. *Postillae in Matthaeum* secundum Rabanum. Pr. pr. "Cum post ascensionem Domini." Pr. lib. "In ipso exordio satis ostendit." *In xiv Pauli epistolas ad Samuelem episcopum*, lib. xxx. rect. (23 Bale.) "Venerando fratri Lupo in." In Mſ. bibl. Bodl. Laud. 75. *Rabanus in epist. ad Romanos et Corinthios duas.* Pr. pr. "Ut rerum notitia habeatur." Pr. ded. ad Samuel. "Ex quo vos "primum vidi." Pr. ded. ad Lupum. "Postquam desiderabili praesentia." In bibl. Aulae Pembroch. Cantabr. 81. 2. extat *Rabanus super epistolas S. Pauli*, sc. *duas ad Corinthios, ad Galatas, et Ephesios* (a libro i. ad xix. inclus.) Pr. "Corinthii sunt Achii." Mſ. codici additur notula: "Hincmarus archiepiscopus dedit ecclesiae Remensi" *Homilias de nativitate Domini et festis praecipuis per annum*; Item *De virtutibus:* num. 61. ad Haistulphum archiepiscopum. Pr. "Jussioni-"bus tuis obtemperans." *Homilias* xci *super epistolas et evangelia a vigiliis Paschae usque ad* xv *Dominicam post Pentecosten, tam de tempore, quam de sanctis, ad Lotharium imper.* Pr. "Cognoscat "almitas vestra." In bibl. coll. Merton. Oxon. O. vii. 4. sunt Rabani *Omeliae* 4. in evangelia quaedam. *Homiliam de Evangelio.* Pr. "Liber generationis Jesu Christi." *De septem signis nativitatis Domini*, lib. i. "Multa signa Dominus." *Allegorias in universam S. Scripturam alphabetice.* Pr. "Quisquis ad Sacrae Scripturae." Tom. vi. *De clericorum institutione et ceremoniis ecclesiae*, lib. iii. "Domino re ac relig. Haistulpho," etc. Extat in *Bibl. Patrum*, Parif. MDCLIV. tom. x. col. 559. Et in *Collectione divinorum officiorum* per Mich. Hittorpium. Parif. MDCXXIV. fol. Pr. "Cum te, sancte pater, pro." apud Bost. Bur. 15. 19. 10. 82. 43. 42. *De sacris ordinibus, sacramentis divinis, et vestimentis sacerdotalibus ad Thiotmarum.* Pr. "Sicut me rogasti, amande." *De disciplina ecclesiastica ad Reginaldum*, lib. iii. "Quadam die, cum quietus." *Ad Bonosum abbatem de videndo Deo, de puritate cordis, de modo poenitentiae*, lib. iii. Pr. "Apostolica nos admo-"net sententia." *Regulas de ministris ecclesiae.* Pr. "Presbyter si uxorem duxerit." *De quaestionibus canonum poenitentialium ad Herebaldum episcopum*, lib. iii. Pr. "Oportet hominem pri-"mum per humil." [magna pars deest] Prodierunt a Steuartio editi in *Auctuario Canisiano* Ingolst. MDCXVI. p. 635. Epist. i. prodiit in Balusii *Append. ad Reginonem.* Parif. MDCLXXI. 8vo. p. 465. *De vitiis et virtutibus, de peccatorum satisfactione et remediis sive poenitentiis*, lib. iii. "Cogitans ergo mecum." Parif. MDLX. 12mo. imperfecte edit per Fr. Morellum. Sex isti libri Halitgario rectius adjudicandi sunt; sub cujus etiam nomine extant apud Canisium et in *Bibliotheca Patrum.* Cave. *Poenitentium*, lib. i. ad Otgarium archiepiscopum cap. 29. (40) constans. Pr. "Quamdiu vos, sancte pater." Editum cum notis Ant. Augustini arch. Tarracon. Venet. MDLXXXII. (MDLXXXIV.) 4to. *Quota generatione licitum sit matrimonium, ad Humbertum epistolam.* Ibid. Pr. "Nuper venerunt ad me literae." *De consanguineorum nuptiis, et magorum praestigiis*, lib. i. ad Bonosum. Ibid. Pr. "Magnorum virorum et clarissimorum." *De anima et virtutibus ad Lotharium*, cap. xii. Pr. pr. "Quum nobilitatis vestrae ingenium." Ibid. *De ortu, vita, et moribus antichristi*, lib. i. "Antichristus, quia Christo in multis." Ibid. *Martyrologium.* Pr. "Octa-"va Dominicae nativitatis est." A Canisio primum editum *Antiqu. lect.* tom. vi. p. 687. Prologus est una cum versibus ad Grimoldum abbatem a Mabillonio editus; habetur *Analect.* tom. iv. p. 326. *Poëmata de diversis.* Pr. ad Paschalem papam. "Pontificalis apex primus et in orbe sa-"cerdos" a Christophoro Browero soc. Jesu cum notis edita Mogunt MDCXVII. 4to. *Comment. in regulam S. Benedicti*, cap. 73. Pr. pr. metrice. "Quisquis ad aeternum mavult contendere." Pr. pr. prosa. "Cum turbas plurimorum.- Hoc Smaragdo abbati debetur." *Glossas Latino-barbaricas de partibus humani corporis.* Pr. "*Homo* ab *humo* dictus est." A Goldasto editas *Rerum Alemann.* tom. ii. Francof. MDCVI. *De inventione linguarum ab Hebraea usque ad Theotiscam, et de notis*

notis antiquis librum. Pr. " Primo omnium literae Hebraicae." A Goldasto editum. Ibid. Omnia Rabani opera hactenus enumerata in unum collecta, in sex tomos distributa, cura Georgii Colvenerii Duacensis academiae cancellario, prodierunt Colon. MDCXXVII. fol. *Poëmata quaedam*, a Baluzio edita Miscell. tom. iv. *Epicedion in suam vitam*; et *Epigram. in fratres Fuldenses carm.* extant *Bibl. Patrum*, tom. x. p. 561. Paris. MDCLIV. *De praedestinatione Dei contra Gotteschalcum*, epist. iii. [Prima ad Hincmarum. Pr. " Proximo vere hoc est." Secunda ad Notingum episcopum. Pr. " Nuper quando ad." Tertia ad Heberardum com. Pr. " Referentibus nobis."] a Jac Sirmondo evulgatas Paris. MDCXLVII. 8vo. quarum duae posteriores extant etiam in Oper. Sirmond. tom. ii. p. 1291. Paris. MDCXCVI. fol. Eodem anno in Ughelli *Hist. Ital.* tom. iii. editae. Epistola i. Hincmaro contra Gotteschalcum extat in Marlot. *Hist. Rhem.* i. 407. *De computo*, lib. i. a Baluzio edit. *Miscell.* tom. i. p. 1. apud Bolton. Bur. 35. 95. *Contra Judaeos*, lib. i. Sub Rabani nomine a Chiffletio editum Divionae MDCLVI. qui Amulioni Lugdunensi debetur. Cave. *De chorepiscopis ad Drogonem episcopum Metensem*, lib. i. " Postquam per nos transeuntes." *De filiorum reverentia erga parentes* ad Ludovicum imper. lib. i. cap. xii. " Quam placita fuerit omni- " potenti." Haec duo ultima opuscula primum edita sunt ex Ms. bibl. Regis Galliae a Baluzio ad calcem tom. i. p. 285. Operum Petri de Marca edita Paris. MDCLXIX. fol. *Epistolam ad Reginbaldum chorepiscopum*; et *Opusculum de chorepiscorum ordinationibus*: quae edita sunt *Concil.* tom. viii. p. 1845. *Epitaphia Lotharii imperatoris et Irmingardis Augustae. Contra eos qui oblationem puerorum secundum regulam S. Benedicti destruere volebant*, lib. i. Ita testatur Rudolfus in vita Hrabani. Ms. etiam extat adhuc in coenobio Mellicensi, Mabillon. *Analect.* ii. 531. *Homelias super epistolas et evangelia a natali Domini ad vigilias Paschae.* Harum meminit tom. v. 626. in epist. ad Lotharium praefixa *Homeliis* xci. *In Josue* ad Fredericum episcopum Ultrajectinum, lib. ii. (iii. Bolland.) " Domino beatissimo." Ms. apud Petr. Franc. Chiffletium Divionae. Bolland. *In Esdram et Nehemiam*, lib iv. *In Tobiam*, lib. i. *In Jobum*, lib. i. *In Psalmos*, lib. i. *In Ecclesiasten*, lib. i. *In Cantica canticorum*, lib. i. *In Esaiam prophetam*, lib. viii. " Domino reve- " rendissimo et in." *In Danielem*: ad Ludovicum regem, lib. iii. Hoc constat ex praefatione in Maccabaeos. *In prophetas minores*, lib. xii. *In evangelium Marci*, lib. iv. *In evangelium Lucae*, lib. iii. *In evangelium Johannis*, lib. i. " Inter omnia divinae historiae." *In epistolas canonicas*, lib. vii. *In acta apostolorum*, lib. i. Pr. pr. " Lucas medicus Antiocensis." Pr. lib. " Primum " quidem etc. Id est, evangelium." Ms. bibl. Baliol. Oxon. M. 19. Ms. Norwic. More 45. *In Apocalypsin Johannis*, lib. i. Olim in bibl. Coll. Regin. Cantabr. ubi viderat Lelandus *Collect.* iii. p. 16. *De universali natura*, lib. i. " Universitatis disputatio." *De divinis officiis*, lib. i. Apud Boston. Bur. num. 35. 23. 46. *De proprietate verborum et rerum*, lib. xxii. Quaere tamen annon hi Bartholomaeo Anglico debentur. Item annon hic liber idem sit cum libro: *De rerum naturis etimologiis verborum, et de mistica earundem rerum significatione*, lib. xxii. Pr. " Audita bona " opinione vestra." Ms. bibl. Bodl. Laud. I. 78. Hrabanus ipse in praefatione ad Ludovicum regem hunc titulum operi dat, *De sermonum proprietate et mistica rerum interpretatione. De corpore et sanguine Domini*, lib. i. cap. 64. Pr. " Dilectissimo," etc. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. V. ii. 8. Item *De sacramento eucharistiae sive de corpore et sanguine Domini*, cap. 57. Pr. ded. " Dilectissimo filio, etc. Novi igitur nec." Pr. lib. " Qui Deum cuncta creasse." Opus nunc primum recens editum ex bibl. Cuthb. Tunstalli, Colon. MDLI. 12mo. Vide Cave. *Hist. lit.* ii. p 272. Apud Bost. Bur. num. 20. 53. 46 1. 42. 161. *De opere Christi*, lib. i. *De Benedictionibus patrum*, lib. i. *Epistolarum ad diversos*, lib. i. *Epist. ad Heribaldum episcopum Antissiodorensem.* Paris. MDCLXXI. 8vo. *De virtutibus numerorum*, lib. i. Haec Baleus xiv. 40. His addit Cave, *Hist. lit.* p. 542. *De vita S. Mariae Magdalenae*, cap. 53. " Dulcissimae dilectricis Christi." Ms. in bibl. col. Magdal. Oxon. 41. theol. *Expositionem de paschate et agno paschali.* In Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. K. 17. h. t. *Rabanus de agno Paschali.* Pr. " Tol- " lat unusquisque agnum, etc. Quia." Item *De paschate*, Pr. " Praeceptum est populo Ju- " daico." Hic tractatus a Lelando *Collect.* iii. 190. olim in bibl. eccl. Christi Cantuar. fuisse dicitur. *Glossarium Latino Theotiscum in tota Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti.* Cujus exemplar venerandae antiquitatis in Germania repertum bibliothecae Caesareae intulit Lambecius, uti ipse prodit *Comment.* lib. ii. p. 416. Vide *Serarium rerum Moguntiae*, lib. iv. p. 631. Mabillon. *Analect.* tom. iv. p. 626. Scripsit etiam *Epistolam ad Heribaldum episcopum Antissiodorensem*, Paris. MDCLXXI 8vo.

RADCLIFF [JOHANNES] transtulit ex Anglico in Latinum *Alexandri Severi sententias et res gestas.* Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. A. iv. *Precationes seu meditationes, quibus animus excitatur, ut patienter ferat omnes calamitates et infortunia, atque ut negligeret incertas vanitates hujus mundi, etc.* collectas ex sacris quibusdam operibus per Catharinam quondam reginam Angliae. Pr. ded. Patri. " Quoniam legi, honoratissime pater." Ibid. 7. D. ix.

RADOCLIVUS[a] [NICOLAUS] sive RADCLYFF fani Albani coenobii celeberrimi monachus, noctes atque dies libris incumbebat; reputans secum, neque id quidem male, omne tempus funditus perire, quod studio non impertiretur aliquo. Ex qua longe honestissima industrii animi opinione hinc voluptas, illinc secuta est utilitas. Quae enim, obsecro te, candide lector, voluptas major vel optari unquam potest, quam ut mentem divina rerum optimarum lectione pascas, informes, illustres? aut quae major rursus utilitas, quam ut, cum ipse sapias, alii multi, per te probe instructi, simili etiam perfruantur felicitate? Quorsum haec? Certe non alio quam ut ostendam Radoclivum non

[a] Nicolaus Radclyf.

majorem

majorem ex ſtudiis ſuis voluptatem, quam rempublicam utilitatem accepiſſe. Namque cum vidiſſet perfidum Wicoclivi de euchariſtiae ſacramento dogma in lucem prodiiſſe, non putabat ſatis eſſe, quod ſibi ſaperet, niſi plebem etiam indoctam, et vulgus literatorum (illam frequente divini verbi declamatione, hunc edito per dialogos[b] invictae veritatis libro, cui titulus erat *Viaticum*[c] *ſalubre animae immortalis)* a tanta et tam periculoſa peſte averteret. Haec ego Fontaneti Somurotrigum, cum nuper inter veterum autorum theſauros verſarer, de Radoclivo didici[d]. Illud certe aegre fero, quod apud monachos Albanenſes ita ejus gloria obliterata ſit, ut ne de nomine quidem iſtic, quamvis olim archidiaconus, jam cognitus. Utinam per me aliquando tam illuſtris ſit, quam fuit regnante in Anglia Richardo ſecundo[e]. Ex *Lelando.*

[b] Quorum interlocutores ſunt Nicolaus Niger monachus et Petrus [ſc. Stokes] quos in diverſis opuſculis Wiclevus canes nigrum et album appellat. Add. Bal. Mſ. Trin.
[c] *Immortalis,* ſive *De ſacramento euchariſtiae* (Ita Lel. *Coll.* iii. 16. ubi dicit hunc librum olim in bibliothec. Regin. Cantabrigienſ. extitiſſe) lib. ii. "Cum tortuoſus et callidus ille ſerpens."
[d] Scripſit etiam *Super imaginum cultu,* lib. i. "Utrum ſit licitum Chriſtiano." *Quaeſtiones quoque varias,* lib. i. In Mſ. biblioth. regiae Weſtmonaſt. 6. D. x. In hoc Mſ. habentur Nicol de Ratcliff *dialogi* varii inter Petrum et Nicol. 1. *De primo homine.* Pr. "Petrus. Reverende magiſter et domine "prout." 2. *De dominio naturali.* Pr. "Nicolaus. Petrus, "finito primo." 3. *De obedientiali dominio.* Pr. "Petrus. "Dominium naturale tantum." 4. *De dominio regali et judiciali.* Pr. "Petrus. Totis meis viſceribus." 5. *De poteſtate Petri apoſtoli et ſucceſſorum.* Pr. "Petrus. Salva-"torem noſtrum pro ſtatu." 6 *De eodem argumento contra Wiclevum.* Pr. "Petrus Perge, quaeſo, ulterius." Idem Nic. de Radecliff, monachus S. Albani, et archidiaconus ejuſdem loci, et SS. th. prof. *De viatico animae,* lib. i. *Quod eſt diſputatio contra Wiclevum de Euchariſtia.* Pr. "Univerſis Chriſti fidelibus praeſentis opuſculi ſeriem." cap. 107. dialog. ſimiliter. Idem *De votis monachorum.* Pr. "Utrum vota religionis caſtitatis." Idem *De imaginum cultu.* Pr. "Utrum ſit licitum Chriſtiano imagini." Idem *De ſchiſmate papali.* Pr. "Utrum pro ſcandalo "ſchiſmaticae." In Mſ. Harleian. xlii A. xi. citantur liber hujus Nic. *Contra errorem Wiclevi de homine ſalutifero*; et *Invectiones ejuſdem contra Wiclevi opiniones.*
[e] Claruit anno MCCCXC et in ſuo coenobio tandem obiit. Bal. vi. 80. Pitſ. p. 543. Fr. Nic. de Radeclyf, monachus S. Alb. S. th. prof. [fuit] praeſentatus ad prioratum de Wymundham 5 Feb. MCCCLXVIII. *Regiſt.* Norwic. v. 84. Archidiaconus monaſt. S. Albani (prius prior de Wymundham) occurrit in electione abbatis Johannis de la Moote 9 Octob. MCCCXCVI, ubi concionem in domo capitulari fecit. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. ſub B. 3. Forſan obiit ante MCCCCI quando in electione Gulielmi Heyworth. Nich. Titlyngton occurrit archidiaconus. Ibid.

RADCLIFFIUS [RADULPHUS] patria Ceſtrienſis, in ſtudiis academicis in collegio Aenei Naſi Oxon. egregie inſtitutus Huchiniae in agro Hertfordienſi ludum literarium aperuit in coenobio, quod paulo ante Carmelitarum fuit: ubi ad adoleſcentium pudorem exuendum, elocutionem formandam, et memoriam exercendam theatrum parvum extruxit, et quotannis populo vel tragoedias vel comoedias exhibuit. Scripſit, *De nominis et verbi pugna,* lib. ii. "Digniſſimus im-"perator et eſſe." *De patientia Griſildis,* com. i. "Exemplar ut ſim muliebris." *De Meliboeo Chauceriano.* com. i. "Peregre profecto Meliboeo." *De Titi et Giſippi amicitia.* com. i. "Tenebricoſa nocte hac procel." *De Sodomae incendio,* trag. i. "Quidnam eſt quod haud ita." *De Jo. Huſſi damnatione,* trag. i. "Ex quo noviſſime aderam." *De Jonae defectione,* com. i. "Si cuiquam a tenebrarum." *De Lazaro ac divite,* com. i. "Viris mulierum garritum." *De Judith fortitudine,* com. i. "Tacite ſecum et in ſinu." *De Jobi afflictionibus,* com. i. "Nil "ex me boni oritur ad." *De Suſannae liberatione,* trag. i. "Solymannus Turcarum rex." *De puerorum inſtitutione,* lib. i. *Epiſtolas ad tyrones,* lib. i. *Orationes extemporales,* lib. i. *Congratulationem pacis,* lib. i. *Locos communes,* lib. i. *De triplici memoria,* lib. i. *Epigrammata,* lib. i. Haec omnia vidit Baleus in autoris muſeo. Claruit A. MDLII. Bal. viii. 98. Pitſ. p. 747.

RADCLIFF [THOMAS] in agro Leiceſtrenſi natus, et frater eremita ordinis S. Auguſtini in coenobio Leyceſtrenſi, S. theologiae doctor et tandem epiſcopus, ſed cujus ſedis non meminere Bal. et Pitſ. Hic obſcure indicat eum Lincolnienſem epiſcopum eſſe, forte quia Leyceſtria eſt in ejus dioeceſi. Fuit concionator egregius. Wharton. *A. S.* tom. i. 778. meminit Thomae cujuſdam Radcliff, epiſcopi Dromorenſis in Hibernia, et chorepiſcopi Dunelmenſis, qui obiit paulo ante MCCCCLXXXIX. Idem habet Waraeus *De praeſulibus.* p. 93. Scripſit, *Lecturas ſcholaſticas,* lib. i. *Pro introitu ſententiarum,* lib. i. *Conciones ad vulgum,* lib. i. Claruit A. MCCCLX. Bal. vi. 14. A. MCCCLXX juxta Pitſ. p. 504.

RADINGES [GULIELMUS] patria Bathonienſis, [Dempſterus Scotum vocat] profeſſione Carmelita. In academia Oxon. per aliquot annos literis operam dedit, et ibidem S. theologiae doctor renunciatus eſt. Poſtea Londinum acceſſit, et ibi cum aliis doctoribus et legumperitis ſub archiepiſcopo Cantuarienſi Roberto Winchelſeio templarios examinavit. In Mſ. bibl. Bodl. NE. N. 5. 2. teſtis occurrit contra templarios. A. MCCCX. Scripſit, *Examinationes templariorum,* lib. i. "Ad perpetuam rerum memoriam." *Quaeſtionum quarundam in theologia,* lib. i. "Utrum via-"tor invite mereri." Claruit A. MCCCXII. Bal. x. 77. Pitſ. 402. Dempſt. xvi. 1048.

RADULPHUS, ſani ALBANI monachus, inter ſcriptores illuſtres locum ſibi deſignari poſcit illuſtrem. Qua parte et ſi alias a Joanne Frumentario in libro *De viris illuſtribus,* qui et vulgo *Granarium,* exquiſite collaudetur, non me pigebit tamen meum in praeſentia calculum apponere. Annis abhinc plus minus decem Verolamium me contuli, municipii veteris Romani ruinas curioſe inſpecturus: quod cum feciſſem, diverti ad fanum Albani, muris collapſae urbis vicinum. Hic me quidem monachus eleganter eruditus, cui a regia curia nomen, vir antiquitatis omnis ſtudioſiſſimus, theſauros pergamenicos monaſterii ingentis officioſiſſimus mihi oſtendit. Inter quos et Radulphi carmen, opus terſum, canorum, rotundum, ex heroicis conſtans *De vita Albani* compa-

comparuit [a]. Matthaeum Parisium, monachum sani Albani, de Radulpho in *Historia* sua nullam fecisse mentionem admirarer; nisi poene constaret eum, Matthaeo mortuo, a literis orbi inclaruisse. Haec pauca habui, quae communia in gratiam Radulphi cum doctis esse omnino volui [b]. Ex *Lelando.*

[a] Praeter *Vitam Albani* scripsisse fertur *Historiam Alexandri Macedonis* [ex Pompeio, Trogo, et aliis, Mf. Add. Bal. Trin.] lib. v. "Macedonia ante a nomine Emathi." Haec autem Galf. Hemlingtono tribuitur (Pitf.) quem vide. In Mf. Trin. uno libro haec *Historia* comprehendi dicitur. Et in Mf. Add. Bal. Trin. ex Pompeio, Trogo, et aliis conscripta. [b] Obiit anno MCLI et in suo coenobio sepultus jacet. Bal. ii. 84. Pitf. p. 213. Quidam Radulphus Gubiun abbas fit S. Alb. MCCCCXLVI juxta Rad. de Diceto *Imag*. Obiit Radulphus abbas S. Albani, capellanus episcopi Lincoln. MCLI. 2 non. Jul. Parif. in ann.

RADULPHUS [a] COLEBURGENSIS, Franciscanus, causam strenuissime agebat literariam in scholis Isiacis; deinde etiam et Lutetiae Parisiorum. Adamus Mariscus, antesignanus praelectorum collegii Franciscani, quasi miles jam emeritus, provinciam interpretandi sacras literas, tanquam per manus, Coleburgo tradidit. Ille alacer et plane expeditus injunctum pulcherrime obibat munus, magno auditorum cum fructu, majorique gloria sua. Thomas *Franciscanae* scriptor *historiae*, honorificam hujus Radulphi facit mentionem [b]. Ex *Lelando.*

[a] Radulphus Coleburgensis, SS. theol. doctor Oxon. Idem fortasse cum Radulpho Cole, cancellario universitatis Oxon. annis MCCXXXIII, MCCXXXIV. idem forte, qui Radulphus archidiaconus Cestriensis nuncupatus, qui cancellarius academiae Oxon. anno MCCXXXI fuit. A. Wood, *Hist. Oxon.* ii. 392. [b] Claruisse fertur anno MCCLXX. Bal. x. 70. ex Lelando. Pitf. *App.* p. 893.

RADULPHUS de DUNSTAPLIA, scripsit *Vitas et passiones S. Albani et S. Amphibali*, versibus eleg. Mf. Cotton. Claudius, E. iv. 3. Quidam RAD. DE DUNSTAPLIA. ord. Min. conv. Northampton. admissus ad audiendas confessiones A. MCCC. *Reg.* Dalderby, episc. Lincoln. f. 15.

RADULPHUS ELEEMOSYNARIUS, Visimonasteriensis coenobii alumnus, Benedictinas sanctiones religiosissime coluit; idemque bonas literas tanto animi studio prosecutus est, ut majori nemo homo facile potuerit. Praecipuas tamen studiorum partes, ut pium monachum decuit, theologiae consecravit. In qua tantum promovebat, quantum haec nostra felicia tempora collaudarent. Conciones igitur de rebus sacris frequentes cum privatim in suo collegio, tum etiam publice in nostra urbe habuit; quibus ita auditorum suorum animos contemplatione rerum coelestium inflammavit, ut sordes rerum humanarum facile contempserint. Viderat hanc honestissimam in formandis bonis moribus sedulitatem Laurentius abba, genere Nortomannus, vir quidem, ut ex ejus libris apparet, bene doctus; et Radulphum prae caeteris suis monachis omnibus, arcta quadam familiaritate sibi conjunxit. Deinde etiam, ne artes sine honore essent, praefecit illum coenobiolo suae ditionis, ut liberrime, tanquam in alto, sed sancto otio, studeret, simul et scriberet. Est locus non longe ab Henolega, foro celebri in ipsa Tamesina ripa posito, dissitus, quem Hurstelegam vocant; ubi etiam nuper monachi Christo Opt. Max. serviebant. Fuit hic non paucos per annos; et, mortore Laurentio abbate, *Conciones*, quas olim pro populo gravissimas habuerat, coepit non sine summa industria in unum volumen cogere: eratque mox novum opus dedicaturus suo abbati, nisi mors talem sibi patronum, nondum absoluto libro, abstulisset [a]. Postea tamen quod Laurentio destinaverat, Gualterio abbati, ejus successori, dedicavit. Scripsit praeterea *Homilias* [b], opus luculentum, in quibus Sacrae Scripturae locos non obscure interpretatur. Legi et hunc fuisse tandem abbatem Visimonasteriensem. Sed jam mihi rogandus est lector, ut patientem praebeat aurem, dum ego aliquid, conjectura tantum usus, de Radulphi cognomine leviter attingam. Annis abhinc duobus fui in bibliotheca Nordovicensi, bonis refertissima libris, inter quos erant *Homiliae* titulo Radulphi Actonis [c]; quas puto, quanquam exemplaria nondum contulerim, easdem esse cum *Homiliis* hujus, de quo nunc scribimus, monachi. Haec mea est conjectura de cognomine Radulphi. Ex *Lelando.*

[a] In bibl. August. Cantabr. Lelandus (*Coll.* iii. 12.) ait Radulphi, monachi et eleemos. Westmon. *Omelias viginti ad Laurentium, abbatem ejusdem loci*, extitisse, quae incipiebant, "Nunquid capies Leviathan hamo."

[b] Scripsit *Homelias in Epistolas*, lib. i. "Ecce dies veniunt, dicit Dominus." *Homelias in evangelia*, lib. i. "In illo tempore cum appropinquasset." Bale. *De precatore*, lib. i. [c] De hoc, ab eleemosynario plane diverso, vide supra. Claruit eleemosynarius anno MCL. Bal. ii. 89. A. MCLX Pitf. p. 223. et Westmonasterii tandem obiit.

RADULPHUS LONDINENSIS, theologus Anglus, scripsit opus *De electione* (*lapsu*) *et reparatione hominis, quod vocavit* ELECTUARIUM; *eo quod electus, extractus, et confectus sit de variis libris, tractatibus, et sermonibus tam autenticis quam magistralibus*: unde dicitur etiam *Liber librorum*, cap. 57. Pr. "Consideranti diligentius quid sit homo." Mf. in bibl. Lumleiana; nunc in bibl. Lambethana. Mf. 142. Pitf. *App.* p. 893.

RADULPHUS MAILROSENSIS abbas, primo autem Kinlossensis, opera Johannis de Salerno presbyteri cardinalis tit. S. Stephani in Monte Coelio, Innocentii iii per Scotiam et Hiberniam legati, ad episcopatum Dunensem evectus A. MCCII. Scripsit *Acta concilii Perthani*, lib. i. *Ad suos Mailrosenses*, lib. i. *Epistolas ad Johannem legatum*, lib. i. Obiit circa A. MCCXIII. War. p. 54. Dempst. xvi. 1063.

RADULPHUS RADIPTORIUS frater ordinis S. Francisci, S. theologiae doctor Oxoniensis, scripsit *Comment. in Vetus et Novum Testamentum*, lib. plures. *Super sententias*, lib. iv. *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. Claruit A. MCCCL. Bal. v. 81. Pitf. p. 479. Wadding. *Script. Ord. Minor.* p. 290.

RADUL-

RADULPHUS REMINGTONUS historicus Anglus; fuit clericus Eboracensis et notarius publicus, qui interfuit illi processui Cantabrigiae, qui habetur in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. in libro, qui dicitur *Miscellanea Cantabr.* f. 135. ut est in quadam nota ante Petrum Ickham in bibl. publica Cantabrig. A. Wood. Mſ. Pitſ. Scripsit *Annales*, lib. i. Mſ. bibl. C. C. C. Cantabr. O. xiii. Pitſ. *App.* p. 893.

RADULPHUS ROFFENSIS de TURBINE cognominatus a Bromtono, tom. i. *Angl. Sacr.* p. 760. patria Normannus, monachus Cadomensis, dein abbas Sagiensis. In Angliam veniens A. MCVIII episcopus Roffensis factus est, et A. MCXIV ad sedem Cantuariensem translatus. Quaere an hic Radulphus alius fuit a Radulpho monacho Cadomensi, qui cum Lanfranco in Angliam venit, et ex priore Roffensi abbas de Bello A. MCVII electus erat. Vide Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 392. Scripsit *Quasdam homelias*, lib. i. " Intravit Jesus in quoddam." Mſ. bibl. Bodl. Laud. D. 49. *Epistolam ad Calixtum* ii *papam, querentem de injuria sibi et ecclesiae Cantuar. illata, in consecratione archiepiscopi et causis ecclesiae Ebor.* Pr. " Quoniam, exigentibus malis nostris." Ibid. et *Concil. M. Britan. et Hib.* vol. i. p. 396. seqq. *Epistolam ad Henricum* i *de Eadmero. Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 394. *Alias Alexandro, regi Scotorum, de eodem.* Ibid. p. 395. 396. 405. Obiit 20 Octobr. MCXXII. Bal. x. 43. Godw. p. 96.

RAGGEDUS [PATRICIUS] episcopus Corcagiensis, quo nomine annis MCCCCXV et MCCCCXVI concilio Constantiensi interfuit, ubi magnam sibi conciliavit famam. A. MCCCCXVII episcopus Ossoriensis renunciatus est. Scripsit *Acta concilii Constantiensis.* Obiit 20 Augusti, vel, ut alii, Aprilis A. MCCCCXXI. War. p. 76.

RAIMUNDUS sive WEIMUNDUS, natione Scotus, monachus Benedictinus Saviniensis, et tandem episcopus Sodorensis A. MCLI. Scripsisse fertur *Sermones ad monachos*, lib. i. Dempst. xvi. 1081.

RAINHAMUS, philosophus Anglus, Oxoniensis academiae alumnus, Aristotelis studiosissimus, Scripsit *Quaestiones in physicam*, lib. viii. " Quaestio, est quid sit abstrahere." Pitſ. *App.* p. 893.

RAINALDE [THOMAS] medicinae doctor Cantabrigiensis A. MDLXVII, scripsit Anglice *Declarationem virtutum novi cujusdam olei, imperialis dicti*, etc. Venetiis MDLI. 8vo. *The birth of mankind, otherwyse named the woman's booke*, lib. iv. It was translated great part out of Latin by an anonymous; but very much corrected, with the addition of several new medicines, and a long preface by Tho. Raynalde physition. Pr. pr. Raynaldi. " Here in the beginning of this " present." Lond. MDLII. MDLXV. 4to.

RAINOLDE [ROBERTUS] scripsit *The foundation of rhetorick.* Pr. ded. dom. Rob. Dudley. " Aristotle the famous philosopher." Impr. tempore reg. Elizab. . . . 12mo. Recantatio cujusdam Rob. Raynold, clerici, 16 Aug. MDLIX. Strype *Eliz.* 170. Et Rob. Reinold LL. D. institutus in praeb. Winton. Nov. 25, MDLVIII, quae vacabat per ejus mortem Aug. 15. MDXCV. In *Fast.* Le Neve.

RAINOLDS [GULIELMUS] sive REGINALDUS, in vico Pynhoe haud procul ab Exonia in comitatu Devoniae in lucem editus fuit. Collegii Wintoniensis alumnus erat, singulisque pueritiae disciplinis quam optime imbutus ad collegium Novum Oxoniae transferebatur, ubi peracto probationis biennio, pleno socii jure donatus A. MDLXII; et A. MDLXVI gradum magisterialem ac sacros ordines suscepit. A. MDLXXII sodalitio Novi collegii valedixit, et ad Aulam Cervinam se transtulit, ibique ut communis commensalis vixit. Hucusque religioni reformatorum addictissimus erat; frater autem Johannes e collegio Corporis Christi Oxon. ad pontificiorum propendebat. Unde acerrimum inter eos (alii vero inter Johannem et Edmundum perhibent) certamen theologicum obortum est, quo alter alterum superavit, neutro tamen victoriam qualem speraverat adepto, siquidem in partes adversas uterque declinavit, seque hic reformatis, ille pontificiis adjunxit. *Epigramma* de hoc certamine per doct. Guliel. Alabastrum videsis in Pet. Heylini *Cosmograph. Hist. et Ant. Oxon.* lib. ii. p. 139. Aliam conversionis ad fidem pontificiam rationem assignat Rob. Persons in *Historia controversiae coram rege Galliae inter episcopum d'Eureux, et dominum Plessis Mornay*, imp. A. MDCIV. p. 57. 58. et Pitseus, p. 790. Inde Gulielmus noster ad exteros trajecit, et Romam pervenit, ubi A. MDLXXV. se ecclesiae pontificiae reconciliavit. Interim rectoria de Lavenham in com. Suffolc. ad quam institutus erat A. MDLXXI 18 Mart. vacabat per ejus deprivationem A. MDLXXVIII 26 Mart. *Reg.* Norwic. Peragrata Italiae et Galliae maxima parte contendit Rhemos, ubi benevole exceptus erat a cardinale Alano tunc temporis collegii Anglicani praeside, qui Gulielmum paulo post theologiae et Hebraicae linguae praelectorem fecit. Scripsit sub nomine Gul. Rossaei *A refutation of sundry reprehensions, cavils, and false sleights, by which Mr. Whitaker laboureth to deface the late English translation of and catholic annotations of the N. T. and the book of discovery of heretical corruptions.* lib. i. cap. 17. " Being appointed by those, under whose." Parif. MDLXXXIII. 8vo. ubi nomen Gul. Rainolds in titulo apparet. *De justa Christianae reipubl. in reges impios et haereticos auctoritate, justissimaque catholicorum ad Henricum Navarraeum et quemcunque haereticum a regno Galliae repellendum confoederatione*, lib. i. Antwerp. MDXCII. 8vo. *Catholic faith concerning Christ's last supper, against Berengarius and Bruce*, lib. i. Antwerp. MDXCIII. 8vo. Hic Bruce fuit Robertus Bruce Scotus. *Paraphrase on the New Testament*, lib. i. Mſ. in bibl. Benedictinorum Anglorum Delowariae. *Calvino-Turcismum*, i. e. *Calvinisticae perfidiae cum Mahumetana collationem, et dilucidam utriusque confutationem*, lib. iv. per modum dialogi. " Samuel, magna tua amicitia." Antwerp. MDXCVII. Colon. Agrip. MDCIII. 8vo. Hunc librum Reginaldus morte praeventus ad finem non perduxit; extremam vero manum addidit Gul. Gifford, ecclesiae Insulensis decanus, qui epist. ded. et praefationes

tiones addidit. Marlot. *Hist. Rhemens.* Responsum huic libro tulit auctor cujus nomen literis T. M. S. exprimitur, libro h. t. *De Turco-Papismo. Hoc est, de Turcorum et Papistarum adversus Christi ecclesiam et fidem conjuratione, eorumque in religione et moribus consensione et similitudine.* Lond. MDXCVIII. MDXCIX. 4to. MDCIV. 8vo. *Provocationem ad protestantes*, lib. i. Paris. MDLXXXIII. Transtulit ex Anglico in Latinum *Omnia Thomae Hardingi opera*; praefixo Prooemio. *Gul. Alleni cardinalis opus contra justitiam Britannicam*, lib. i. multo auctius. Obiit Antwerpiae 24 Aug. A. MDXCIV, aetatis 50, et in choro ecclesiae Biguinarum humatus jacet. Marlotus, *Hist. Rem.* tom. ii. p. 835. eum obiisse et sepultum esse Remis asserit. Pits. 790. seq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 139. *Athen. Oxon.* tom. i. 267. seq.

RAINOLDUS [RICHARDUS] Cantabrigiensis e collegio Trinitatis medicinae doctor creatus A. MDLXVII. Ms. Inett. Scripsit *De statu nobilium virorum et principum.* Pr. ded. Thomae duci Norfolc. " Motus claritudine splendoris." Ms. Stillingfl. 160. *Rhetoricam*, uti asserit Will. Fulwood, in libro *Enemy of idlenesse about writing epistles*, MDLXXI. fol. 7. a. his verbis: " Whoso " will more circumspectly and narrowly entreat of such matters, let them read the retorike of " maister doctour Wilson, or of master Richard Rainolde." *Chronicle by Rich. Peynolds* . . . . 4to. Claruit principio regni Elizabethae.

RAMSAY [ALEXANDER] patria Scotus, professor in academia Santandreana, Scripsit *Panegyricos Latinos*, lib. i. *Castigationem veterum Dionysii Halicarnassaei interpretum Latinorum*, lib. i. *Notas in D. Paulini opera*, lib. i. Obiit anno MDLXXII. Dempster. xvi. 1049.

RAMSEYE [GULIELMUS] alter, (Dempst. 564.) patria Scotus, Georgio Buchanano studiorum in Galliis comes, Conimbricae etiam professionis collega, cum ille haereseos insimularetur e Lusitania in Gallias remigravit, et in academia Lugdunensi Batava, tunc primum oriente, bonas literas professus est. Scripsit *Judicium de Lusitanis, ad Vallium senatus Burdegalensis praesidem*, lib. i. Ms. in bibl. Lugduno-Batava. Obiit in patria in Fano S. Andreae philosophiae professor circa A. MDXC. Dempst. xvi. 1068.

RAMSEY [JOHANNES] verbi divini minister scripsit *A corosyfe to be layed hard unto the hearts of all faithfull professors of Christes gospel, gathered out of the Scriptures.* Pr. " Brethren, " ye know we be all baptised." temp. Edw. vi. . . . 12mo. *A communication, or a dialogue between a poor man and his wife, wherein thou shalt find godly lessons for thy instruction.* . . . Jo. Day, 8vo. Claruit tempore Edwardi vi. Vide A. Wood. Ms. Cat. iv. 57. 1585.

RAMSAEUS [PETRUS] Aberdoniae episcopus, scripsit *Varias ecclesiae sanctiones*, lib. i. *Decreta ad sacerdotes*, lib. i. Obiit A. MCCLIV. Dempst. xvi. 1060.

RANDOLPH [THOMAS] apud Badlesmere in agro Cantiano natus, fuit aedis Christi Oxon. alumnus, legum baccalaureus A. MDXLVII, et notarius publicus. A. MDXLIX principalis aulae Lateportensis factus 28 Jun. 7 Edw. vi. obtinuit licentiam exteras visendi regiones per quadriennium; quo tempore alumni aedis Christi locum retineret et pignore se obligaret quod in transmarina aliqua academia studiis incumbere vellet, matrimonium non contraheret, et post reditum Tit. Digest. *De fidejussoribus et mandatoribus* legeret. Inde Lutetiae eum studiis operam dedisse ante A. MDLVI constat ex Claud. Buxerii *Rithmomachia* f. 41. Redux legum doctor renunciatus et ab Elizabetha regina ter et decies in Scotiam, ter in Russiam, et bis in Galliam legatus missus fuit. Postea eques auratus, camerarius scaccarii regii, et contrarotularius Veredorum per totam Angliam generalis constitutus. Scripsit *An account of his embassage to the emperor of Russia*, A. MDLXVIII. Pr. " The 22 daie of June in the yeere." Extat apud Hakeluit, vol. i. p. 376. Edit Lond. MDXCIX. sive Par. ii. p. 399. Edit. Lond. MDLXXXIX. *Instructions given to, and notes to be observed by James Bassendine, James Woodcock, and Rich. Browne, for the searching of the sea, and border of the coast, from the river Pechora to the eastwards*, A. MDLXXXVIII. Pr. " Imprimis " when your bark." Vid. Hakeluit, vol. i. p. 406. *Two letters: one to Buchanan, and one to Peter Young, schoolmaster to the king of Scotland*; both dated from London MDLXXIX. March 15. Printed among Buchanan's epistles, publish'd by Oliphant. Lond. MDCCXI. 8vo. Obiit Londini 8 Jun. MDXC, et in ecclesia S. Petri apud Paul's Wharf sepultus jacet. *Athen. Oxon.* i. 244.

RANULPHI [a] MONACHI obiter memini paulo superius in *Vita Richardi Eboracensis*; ubi de tredecim monachorum commigratione a Mariano coenobio ad Fontes. Hic, quoniam fama scriptorem fuisse confirmat, in medium afferam id, quod Hugo Kirchostallensis de eo in *Historia*, quam *de rebus Fontani coenobii* concinnavit, praedicat: " Sigwardus, episcopus Bergensis in Nor- " vagia, ad monasterium Fontanum venit, et conventum monachorum cum Ranulpho abbate se- " cum deferendum magnis precibus impetravit anno D. MCXLV, et eundem Lysanovo monasterio " donavit" Saxo Grammaticus in *Historiae Danicae* libro x. haec recitat: " Nec minus Nor- " vagia Bernardi ex Anglia profecti saluberrima admonitione profecit." Hactenus Saxo. Hunc ego Ranulphum Bernardinum fuisse certe puto. Ex *Lelando*.

[a] Ranulphus Bernardinus sive Cistertiensis. Baleus xiii. 68. ex Lelando.

RASTALL [GULIELMUS] filius Johannis Rastall typographi, et Elizabethae uxoris ejus, sororis D. Thomae Mori, natus erat Londini, et ibi literis grammaticalibus imbutus A. MDXXV aetatis 17. academiae Oxon. alumnus factus philosophiae operam dedit. Inde nullo auctus gradu ad hospitium jurisperitorum Londini Lincolniense abiit, et tantum in studiis juris municipalis progressum fecit, ut praelector in vacatione aestivali 1 Edwardi vi designatus esset. Sed Romanae religioni

religioni addictissimus tempore Edw. vi solum vertit, et Lovanium se contulit: sed fatis eo functo in patriam rediit, et a regina Maria serviens ad legem, et unus justitiariorum communis banci constitutus est. Ineunte vero regno Elizabethae rursum Lovanium se recepit, et ibi reliquam vitae partem commoratus est. Scripsit *Librum dictum* THE CHARTUARY, Lond. MDXXXIV. *Tabulam annorum aerae Christianae et regni cujuslibet regis a Gul. Conquestore.* Anglice. Pr. "The fyrste "number before the month." Lond. MDLXIII. 8vo. MDLXXV. Cum *Continuationibus*, Lond. MDCVII. MDCXXXIX. 8vo. Alii Johanni Waley typographo ascribunt. *Tabulam in Stamfordi placita coronae.* Pr. "Abettors." Lond. MDCVII. 4to. *An exposition of the terms of the law, with the old tenures*, lib. i. Gallice. vulgo *Les termes de la ley.* Lond. MDLXXIX. MDCII. 8vo. Et auctius ac correctius per T. Blount MDCLXVII. 8vo. *Collectionem statutorum ab initio Chartae magnae usque ad* A. D. MDLVII. Anglice; methodo alphabetica. Pr. "Heere have yee, gentle readers, "a collection." Lond. MDLIX. MDLXXII. MDLXXXIII. MDXCI. fol. Et cum *Continuatione ad* 43 *ann. reginae Elizabethae.* Lond. MDCIII. fol. *A collection of entries, of declarations, barrs, replications, rejoynders, issues, verdicts*, etc. Pr. "This booke intituled." Lond. MDLXVI. MDLXXIV. MDXCVI. fol. *Indices in Antonium Fitzherbert, et alios libros juris municipalis.* Lond. MDXCVIII. 8vo. *Vitam D. Thomae Mori*, lib. i. et Opera ejus Anglica. Lond. MDLVII. fol. Pr. ded. reginae Mariae. "When I considered with myself." *A book of presidents, with additions of divers necessary instruments.* Lond. MDCIV. 8vo. *Table of the concurrence of the years of our Lord God, with the years of the kings of England.* Lond. MDCVII. 8vo. *Opera contra Juellum*, quae a Pitseo, p. 764. et Fuller. *Ch. hist.* xvi. 75. nostro Gulielmo ascribuntur, Joanni Rastall theologo attribuenda sunt. Fatis concessit Lovanii, 27 Aug. MDLXV, et sepultus est in ecclesia S. Petri. Pits. p. 764. *Athen. Oxon.* i. 147. seq.

RASTALLUS [JOHANNES] patria Londinensis, et in ea civitate typographus (A. MDXXXIII. Ms. Ashmol. H. 3. vi.) quam artem exercuere olim viri summa doctrina instructi, qualis erat noster Rastallus, quippe mathematices, cosmographiae, historiae, juris municipalis et theologiae peritissimus. Uxorem duxit Thomae Mori sororem. Propter pontificiam religionem zelo flagrans, multos in defensionem Mori et Fisheri edidit libros. At Baleus asserere videtur, eum ante mortem errorum puduisse et palinodiam cecinisse. Scripsit *Naturam naturatam*, lib. i. "Exuberans divi- "nae potentiae gratia." Comoedia est de descriptione trium mundi partium, Europae, Asiae, Africae, figuris exornata. *De indulgentiis*, lib. i. "Licet certi ac indubii sitis." *Anglorum regum chronicon*, lib. i. "Quisquis in veteribus legere." h. t. *The pastyme of the people, the cronycles of divers realmys, and most specially of the realm of England, brevely compiled and emprinted in Cheapesyde at the sign of the Mearmaid next to Pollysgate*, cum privilegio. In summitate prologi apparet Johannes Rastall. Incipit in margine Aeneas; dein sequitur Ascanius, Silvius, etc. Imago regis Gulielmi Conquestoris et aliorum regum usque ad Rich. in fine. Joh. Rastall cum privilegio regali. Fol. *Canones astrologicos*, lib. i. *Dialogos de purgatorio*, lib. iii. ante A. MDXXXII. Tho. More's *Works*, p. 355. *Apologiam ad Jo. Frithum*, lib. i. *De bonis operibus*, lib. i. *De oratione*, lib. i. *Abrasionem papismi*, lib. i. In Ms. bibl. Bodl. Ashmol. H. 3. vii. est tractatus *Of gentylness and nobylyte carm. Angl. per modum comoediae inter Mercatorem, militem et aratorem.* Pr. "O what a "gret welthe and" . . . 4to. Ad finem, "Johannes Rastell me fieri fecit." Qu. an autor an typographus? *Ecclesia Johannis Rastalli* . . . MDXLII. fuit inter libros prohibitos tempore Henr. viii. *Legum Anglicarum vocabula explicata*, lib. i. Pr. pr. Johannis Rastall. "Like as the universal "world." Gall. et Lat. Lond. per Tottel. MDLXVII. 8vo. *Indices Ant. Fitzherbert*, lib. i. Hi duo libri non Gulielmo filio (ut nonnullis placet) sed Johanni nostro ascribendi. *Tabulam libri magni abbreviamenti librorum legum Anglorum per Ant. Fitzherb.* part. iii. Pr. pr. "Haud constat "ignotum esse quod." Praef. Latine, sed tabula Gallice. Lond. MDXVII. fol. Transtulit e Gallico in Anglicum *Abbreviationem statutorum ante tempora Henrici* vii. Cui addidit *Abbreviationem statutorum a principio Henr.* vii *ad* 19 *Hen.* viii. Pr. prooemii Johannis Rastall. "Because that "the laws of this realm." Lond. 19 Henr. viii. 12mo. Obiit Londini MDXXXVI. Bal. viii. 75. Pits. 725. *Athen. Oxon.* i. 44. seq.

RASTELL [JOHANNES] Glocestriae in lucem editus, literarum elementa in schola Wintoniensi hausit, collegii vero Novi socius A. MDXLIX admissus anno sequenti academiae et patriae valedixit, ac religioni pontificiae addictissimus existens Lovanium se contulit, inde Antverpiam, ubi A. MDLXIV A. M. et S. theologiae candidatus erat. A. MDLXVIII Romam abiit, ubi in societatem Jesu admissus est. Inde in Germaniam Augustam Vindelicorum missus est; et tandem rector collegii sui ordinis Ingolstadii evasit. Scripsit *Confutation of a sermon pronounced by Mr. Jewell at Paul's Cross.* Pr. pr. "To testifie my duty and service." Antwerp. MDLXIV. 8vo. *Copy of a challenge taken out of the confutation of Mr. Jewell's sermon.* Antw. MDLXV. 8vo. *Reply against an answer falsly entit. A defence of the truth.* Pr. pr. "The more worthy of love." Antw. MDLXV. 8vo. *Brief view of the false wares packed up in the nameless apology of the church of England.* Pr. pr. "The church of England, gentle reader." Lov. MDLXVII. 8vo. *Treatise entitl. Beware of Mr. Jewell*, lib. ii. Pr. pr. "The worthiness of a certain booke." Antw. MDLXVI. 8vo. *The third book declaryng by examples out of the ancient councells, fathers, and later writers, that it is time to beware of Mr. Jewell.* Antw. MDLXVI. 12mo. Obiit senex Ingolstad. MDC. *Athen. Oxon.* i. 306.

RATCLIFF [AEGREMONT] five EGKEMONDIUS filius Henrici comitis Suffexiae. Vir turbido ingenio, et in rebellione feptentrionali MDLXIX inter primarios poftea laefae majeftatis convictus et profcriptus. Camd. Abiit in Hifpaniam, et per Galliam deinde ad Flandros feceffit. Digby *Compl. Embaff.* p. 184. 189. Poftea captus, in arce Londinenfi compactus fuit, ex qua liberatus effe, magnifque promiffis excitatus effe dicitur ad tollendum Johannem Auftriacum in Belgium. Hujus faltem criminis accufatus in caftris ad Namurcum morte affectus eft, A. D. MDLXXVIII. Camd. in anno. Vide *The estate of the English fugitives*, p. 5. Tranftulit ex Gallico in vernaculum *Politique difcourfes, treating of the differences and inequalities of vocations, as well publique as private, with the fcopes and ends, whereunto they are directed*, lib. iii. Princ. dedic. dom. Fr. Walfingham "The counfel given us by the ancient." London. MDLXXVIII. 4to.

RAULYN [JOHANNES] fcripfit *Sermones quadragefimales*; quorum prima et fecunda pars extitit olim in bibl. mon. Sion.

RAWLEY [SIMON] fcripfit *Brevem et fuccinctam hiftoriam ab Adamo ad Henricum* vi. Hanc ab A. DCCCLIV ad MCCCXCIX in *Epitomen* (quae Mf. extat Cotton. Vitellius, E. xiv. 6.) reduxit Jocelinus.

RAYTHER [PHILIPPUS] natione Anglus, S. theol. doctor Parifienfis; prior provincialis ordinis Carmel. in Hibernia, fcripfit *Varia.* Floruit A. D. MCCCCXXV. Haec omnia ex *Collect.* Joh. Balei Mf. Sloan. f. 78. 119.

REDAEUS [a] [GULIELMUS] five READE, Maridunenfe illuftravit collegium [b] partim eruditione fua infigni, partim etiam collatis librorum thefauris, exaedificata nobili bibliotheca. Inter caetera cura fuit illi mathefis maxima: unde et ejus *Tabulae aftronomicae* [c] natae funt. Haec juvenis. Imago ejus in muro bibliothecae Maridunenfis depicta eft [d], addita hac infcriptione: "Gulielmus Redaeus, epifcopus Ciceftrenfis, magifter in theologia, profundus aftronomus, quondam "focius iftius collegii, qui hanc librariam fieri fecit." Maturior vero annis factus theologiae impendio infudabat; ac ejus profeffionis dignitate fuprema infignitus, fit tandem epifcopus Ceicaftrenfis [e]: quo tempore Ambrolegae propter ripas Aruntis fluvii caftellum operis egregii erexit [f]. Erat et Robertus Redaeus [g], vir non indoctus, quartus a Gulielmo epifcopus [h] Ceicaftrenfis. Ex *Lelando.*

[a] Gul. Reade in dioecefi Exon. natus (A. Wood Mf. Godw.) S. theologiae doctor, et gratia Sim. Iflip, archiepifcopi collegii Winghamenfis comit. Cant. praepofitus. Godw. p. 556. Primo collegii Exon. dein collegii Merton. focius fuit. A. Wood. Mf. Mert. Occurrit collegii Mert. vicecuftos an. MCCCLIII. A. Wood. ibid. Forte archidiaconus fuit Roffenfis: Ita enim nota in princ. Mf. Bodl. Digb. 216. "Liber magiftri Gul. Reede, archidiac. Roffenfis, ex dono Nic. de Sandwyco," etc. [b] Benefactor colleg. Exon. Oxon. (*Hift. et Antiq. Oxon.* ii. 101.) colleg. Merton. (ibid. p. 86.) colleg. Baliol. (ibid. p. 83.) colleg. Regin. (p. 113.) collegii Novi (p. 151.)

[c] Pr. "Anni collecti. Tempus communis." Mf. in bibl. Afhmol. A. Wood. in Bodl. Mf. Digb. 57. fup. A. 1. art. 94. et Mf Bodl. Digb. 72. 97. *Almanack*, five *Tabula folis pro* 4 *annis, fc.* MCCCXLI. MCCCXLII. MCCCXLIII. MCCCXLIV. Mf. Bodl. Digb. 176. autogr. ut videtur. *Tabulae radicum mediorum motuum omnium planetarum in annis Chrifti collectis fecundum magiftrum Will. Rede fuper meridiem Oxon.* Pr. "Anni Chrifti" collecti MCCCXL. Mf. Bal. Sloan. De tabulis Gul. Redaei cenfuram per Joh. Holbrocum non duxi omittendam. qui in praefatione ad *Tabulas Cantabrigianas* Mf. Bodl. NE. F. 10. 11. haec habet: "Nec fupervacaneum nec inutile cuiquam videri "debet poft *Tabulas Oxonienfes*, quas egregius vir Gulielmus, Ciceftrenfis antiftes, compofuit, has *Cantabrigianas* fuperinduci, cum illae et augium calculatione deficiant, et quod ad argumentum Mercurii attinet, falfam "radicem fupponant; unde in annis collectis pene in quatuor fecundis fallunt. Dabit igitur veniam veritatis amicus, fi falfa cedant veris, et novis fupervenientibus vetera funt projecta. Ad haec, inter antiftitis tabulas ponantur afcenfiones fignorum in circulo recto, quibus permifcuit Arzachel tcam tabulam aequationis dierum, quae "fupponit augem folis in 17mo gradu Geminorum effe; "quoniam vero aux folis pervenit modo ufque ad primum "gradum Cancri, patet eam his noftris diebus nimis a vero "remotam." Haec ille. Scripfit etiam Redaeus *Brevem hiftoriam a condito mundo adfuum tempus.* Ex hac collectanea quaedam haufit Ric. Jamefius viii. 151. *De vitis archiepifcoporum Cantuar.* Ex hoc citatio in Cl. Twini vel Langbaini R 147. Vide A. Wood. Mf. Pitf. In codice Cotton. Julius. B. iii. funt libelli horum titulorum et ejufd. manus. Pr. *Hift. imper.* "Adam. cum effet 130 annorum." Nihil habet de Anglicis. Pr. *De vitis archiepifc. Cant.* "S. Auguftinus, natione Romanus." Dein fequitur alia *Hiftoria ab orbe condito ad* MCCLXVII. (multa de rebus Anglicis.) Pr. "A principio mundi "MMMDCCCC. erat." *Canones tabularum ad meredicm Oxon.* Pr. "In nomine Domini Jefu Chrifti. Volentibus prognofticare." Mf. bibl. Bodl. fup. A. 1. Art. 94. Mf. Bodl. Digb. 48. Ex Mf. Bodl. Digb. 97. hi canones videntur non a Redaeo ipfo effe confcripti. A. Wood. *Hift. et Antiq. Oxon.* acad. i. p. 181. citat Guliel. Read *De vitis pontificum* Mf. Ejus *Chronica de pontificibus a S. Petro ad Gregorum* xi. fc. continuatio Ricardi Cluniacenfis ab Innocentio iii ad Gregorium xi. Primi xii abbates Ciftercienfis ord. extant Mf. Cotton. Julius. B. iii. 1.

[d] Praeter hujus Gulielmi imaginem, multa ejufdem inftrumenta aftronomica in collegio Mertonenfi fervabantur. Harrifon, *Defcript. of Brit.* p. 141

[e] Provifus ad epifcopatum Ciceftren. ab Urbano v. 5 id. Oct. anno pont. vi. i. e. A. MCCCLXIX. *Regift.* Wittlefey.

[f] Obiit circa initium Octob. vel finem Septembris, ann. MCCCLXXXV, et fepulturam accepit coram fummo altari in cancello ecclefiae de Selefey in dioec. Ciceftr. Baleus xi. 13. et Pitfeus in *Append* p. 857. nihil habent de hoc Gulielmo, quod non ex Lelando excerptum eft.

[g] ROBERTUS REDAEUS, Dominicanus, epifcopus Carleolenfis factus anno MCCCXCVI, et eodem anno ad fedem Ciceftrenfem tranflatus. Profeffionem fecit 12 Martii. MCCCXCVI, uti in *Regift.* Arundel. Obiit MCCCCXVII. Godw. p. 557. Robertus Rede, epifcopus Ciceftr. teftamentum condidit MCCCCXIV 10 Aug. probatum MCCCCXV. 6 Julii, extat in *Regift.* Chichley. Wharton. [h] *quoque* inferit Mf. Trin.

READE [a] [JOANNES] five RUFUS, Dominicanus, ad calamum venit, fed minus expedite quam ego interim optarem. Illud conftat ftudiorum fuiffe, et lectione antiquitatis impendio delectatum. Unde ne fruftra operam cognitioni rerum dediffe aliquando videretur, praeclara quidem multa *De imperatoribus*, nec minora *De pontificibus Romanis* in numerum fedulus collegit [b]: ac

[a] Johannes Rufus, Reade, five Redad, Pitf. corrupte pro Redhead patria Cornubienfis. Praeter libros ii *De imperatoribus et pontificibus*, fcripfit *Annales fuae patriae*, lib. i.

collecta

collecta tandem sacrosanctae posteritatis memoriae magna plane cura; nec diligentia inferiori commendavit. Erat hoc *Chronicon* annis abhinc paucis Ventae Icenorum in bibliotheca Carmelitarum[c]. Ex *Lelando*.

[c] *compendiosum ac vetustum* addit Mſ. Lel. Trin. Claruiſſe fertur circa A. D. MCCLXIV. Bal. iv. 70. Pitſ. p. 365.

READING [ROBERTUS] monachus S. Petri Weſtmonaſterienſis, ſcripſit *Annales rerum Anglicanarum ab* A. MCCXCIX *ad* MCCCXXV. Pr. "Anno MCCXCIX celebravit rex." Mſ. Cotton. Cleop. A. xvi. 10. Inter Mſs. Stillingfleet ſunt *Excerpta ex Cronica Thomae Sprott*; ad cujus finem eſt haec nota: "Fr. Ric. Reding monachus Weſtm. collegit librum qui dicitur *Flores hiſtoriarum*, "ſicut vidi in libro primo hujus *Hiſtoriae*, quantum adhuc habentur in monaſterio praedicto de "manu praedicti Richardi ſcriptum; ſed hunc complevit Matthaeus canonicus S. Pauli, dictus "Pariſienſis, ſicut in ſecundo libro habetur. Anno Domini MCCL, et continuat. uſque ad A. D. "MCCCXIII."

RECLUSUS [GUALTERUS] frater ordinis eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit *De mundi contemptu*, lib. i. *De vita ſolitaria*, lib. i. *Meditationes quoque*, lib. i. Claruit A. D. MCCLXXX. Bal. iv. 49. Pitſ. 360.

RECORDUS [ROBERTUS] generoſo ſtemmate apud Cambro-Britannos oriundus, Oxoniam miſſus eſt A. MDXXV, et A. MDXXXI ſocius collegii Omn. Anim. electus. Decurſo philoſophiae ſtadio ad rhetoricam, matheſin, maxime autem arithmeticam ſe totum convertebat; in quibus tantos brevi progreſſus fecit, ut omnes coaevos antecellere videretur. Linguam Saxonicam bene calleba*t*, uti notae marginales ejus in Alex. Eſſebienſem Mſ. C. C. C. Cantabr. E. ii. demonſtrant. Medicinae etiam operam dedit, cujus facultatis doctor renunciatus Cantabrigiae A. MDXLV. Scripſit *The grounds of arts, teaching the perfect work and practice in arithmetic, in whole numbers and in fractions.* Lond. MDXL. et Lond. MDXC. 8vo. Pr. ded. Edw. vi. "The excellencie of man's "nature." Et Lond. MDLXXIII. 12mo. Cum *Additionibus* Johannis Dee. Et deinde cum *Addit.* Joh. Mellis, Rob. Norton, Rob. Hartwell, et R. C. MDCXXIII. 8vo. Extat etiam Lond. MDC. MDCXVIII. 8vo. *The whetſtone of wit, containing the extraction of roots, the coſſick practice, with the rules of equation, and works of ſurd numbers.* Lond. MDLVII. 4to. *The pathway to knowledge, containing the firſt principles of geometry, as they may be moſt aptly applied unto practice, both for the uſe of inſtruments geometrical and aſtronomical, and alſo for projection of platts in every kind,* lib. iv. Pr. ded Edw. vi. "It is not unknown to your." Lond. MDLI. MDLXXIV. 4to. et MDCII. 4to. ubi tantum duo priores libri, *Concluſiones et theoremata geometriae* continentes, extant. *The caſtle of knowledge, containing the explication of the ſphere, both celeſtial and material; and divers other things incident thereunto.* Pr. "As love of learning and zeale." Lond. MDLVI. fol. MDXCVI. 4to. *The urinal of phyſic; or the judicial of urines.* Lond. MDLXVII. MDLXXXII. 8vo. MDXLVIII. 12mo. MDXCIX. et MDCLI. 8vo. cum addito tractatu *A detection of unſkilfull phyſicians.* Praeter haec ſcripſit juxta Baleum et Pitſeum *Anatomiam quandam*, lib. i. *Coſmographiae iſagogen*, lib. i. *De auriculari confeſſione*, lib. i. *De negotio euchariſtiae*, lib. i. *De arte menſurandi*, lib. i. *De arte faciendi horologium*, lib. i. *De uſu globorum*, lib. i. *De peregrinatione hominis*, lib. i. *De origine nationum*, lib. i. *De ſtatu temporum*, lib. i. *Mutationes regnorum*, lib. i. *Imaginem reipublicae verae*, lib. i. *De effectibus creaturarum*, lib. i. Vide *Praefationem* ejus libro *The grounds of arts* dicto praemiſſam, ubi ampliores horum a ſe edendorum librorum titulos invenies. Operam dedit in corrigendo et augendo ex Galfrido Mon. *Chronico Roberti Fabiani* impreſſo a Johanne Kyngſton Lond. MDXCIX. fol. Vid. *Praefat.* Joh. Kyngſton, et pag. 20. 33. Tranſtulit *Euclidis opera*, lib. iv. Hanc verſionem innuiſſe videtur Joh. Dee in *Carmine encomiaſtico* ad finem *Arithmeticae Recordi.* Obiit in carcere Banco regio dicto, ubi ob aes alienum detentus erat, ſub initium anni MDLVIII. Bal. viii. 93. Pitſ. 745. *Athen. Oxon.* i. 104. ſeq.

REDE [RICHARDUS] hiſtoricus Anglus ſcripſit *Nova chronica ad tempora Henrici* vi. Citata a Foxo, p. 783.

REDMAN [JOHANNES] primum collegii Corporis Chriſti Oxon. alumnus, dein Lutetiam Pariſiorum ſe contulit; poſtea in patriam reverſus in collegio S. Johannis Cantabrig. multos annos in ſtudiis bonarum literarum poſuit, ubi A. MDXXXVII S. theol. profeſſor admiſſus; mox academiae Cantabr. orator publicus; magiſter ſeu cuſtos collegii ſive aulae Regiae infra villam et univerſitatem Cantabr. vocatam The King's Hall, quam ſurſum reddidit in manus regis 29 Octob. 38 Henr. viii. (Rymer. *Foed.* xv. 92.) et primus magiſter collegii Trinitatis Cantabrig. per chartam fundationis factus. Fuit archidiaconus Taunton, et convocationi MDXLVII et MDL interfuit, ac praebendarius de Mylverton in eccleſia Wellenſi (A. Wood. Mſ. C.) 116. et praebendarius eccleſiae Weſtmonaſterienſis. Scripſit *Opus de juſtificatione.* Pr. "Juſtificari eſt ex impio juſtum "fieri." Antw. MDLV. 4to. *Hymnum, in quo peccator juſtificationem quaerens rudi imagine deſcribitur.* Pr. "Jeſu ſalus mortalium." Ibid. *The complaint of grace.* Pr. "Marvel not although "I, being." Lond. MDLVI. 8vo. edit. a Tho. Smith, ſervo reginae Mariae, tranſlat. per J. Young Cantabrigienſem. Multis in pr. edit. omiſſis recenſuit ex Mſs. Will. Craſhaw et edidit Lond. MDCIX. 12mo. *Reſolutions concerning the ſacraments.* Extant apud Burnet *App. Hiſt. Reform.* *Reſolutions of ſome queſtions relating to biſhops and prieſts.* Ibid. *Communications*, etc. Vide Fox. *Geſta eccl. Anglic.* in A. MDLI. p. 1360. Primam *Liturgiae Anglicanae* editionem contexere juvit, A. MDXLIX. *Carmen Latinum in obitum M. Buceri.* Pr. "Et tu, livor edax." Apud Fox. 1 edit. 1558.

1558. *Epistolam ad Latimerum*, Fox. 1 edit. 1308. al. 1736. *Sententiam de coelibatu sacerdotum in defensione connubii sacerdotum, autore Poneto vel M. Parkero*, p. 268. Ms. etiam in Miscell. coll. Corp. Chr. Cantab. A. p. 174. et Miscell. 400. autogr. Opinionem suam de justificatione juxta protestantium doctrinam moriens declaravit, et obiit Westmonasterii versus finem mensis Novembris MDLI, aetatis 52, et in ecclesia collegii S. Petri sepultus jacet. Pits. p. 741. *Athen. Oxon.* i. 80. seq. Alex. Nowel. *Confut. Dorman.* Lond. MDLXVII. 4to. f. 12. b. Strype in *Vita Parker*. 47.

REDING [ROGERUS] sive REDMAN, scripsit *In epistolas D. Pauli.* Mss. extat in bibl. Trinit. Cantabr. 301. Ms. coll. Trin. ita intit. *Epistolae Pauli secundum . . . Rogeri de Reding.* Pr. "Principia rerum requirenda." Ms. ejusdem pr. et arg. est in bibl. Bodl. NE. C. iv. 2. Item in bibl. eccl. cathedr. Lincoln. ubi codex sequentem habet titulum: *Magistri Petri glossa in epistolas B. Pauli.* Item *Commentarii in D. Paulum ad Romanos* (Johannis Salisburiensis) juxta Pitseum hoc principium habet.

REED [GULIELMUS] scripsit, mandato domini Johannis Pollard, *Of the good governaunt and keepyng of hawkes*, lib. i. "I William Reed of Tewkesbury." Ms. Stillingfleet. Claruit Tewkesburiae, A. D. MDLVIII.

REGANUS [MAURITIUS] servus et interpres Dormitii filii Murchardi, regis Lageniae; claruit A. MCLXXI. Scripsit satis diligenter *Historiam de rebus in Hibernia gestis suo tempore*; quam quidam amicus ejus in versus Gallicos transtulit; unde Anglice etiam reddidit dom. Geo. Carew equ. aur. Momoniae praeses, et postea comes Totnesiae. Fragmentum hujus *Historiae* Gallicis rythmis Ms. extat in bibl. Lambeth. Hib. A. cum translatione in prosam Anglic. War. p. 56.

REGINALDUS ARBIRBROTHENSIS coenobii primus abbas a rege Scotiae Wilelmo ad Alexandrum papam legationem obiit; unde scripsit *De legatione sua*, lib. i. *Historiam Scotiae*, lib. i. Romam profectus est A. MCCXV et postea cardinalis creatus. Obiit A. MCCXLII. Dempst. xvi. 1064.

REGINALDUS CANTUARIENSIS ecclesiae S. Augustino dicatae monachus ordinis S. Benedicti, scripsit ex Suida, Hieronymo, et aliis, versu, *De vita Malchi*, *Byzantii*, ad Baldwinum, S. Andreae primicerium. Pr. ep. "Plures id ipsum quod tu me." Ms. bibl. Bodl. Laud. K. 3. Et Ms. Cotton. Vespas. E. iii. 12. 13. ac libros v continere dicit. Baleus lib. i. Pr. "Praelia "gesturus, ludos." In codice Laudiano et Cottoniano habentur alia Reginaldi *Poemata* sc. . . . . *Satyra ad aemulos. Laus sepulchri S. Augustini, sociorumque ejus.* Ad Gislebertum abbatem Westmonaster. Lambertum abbatem Bertinianum; Anselmum archiepiscopum; et Anselmum nepotem ejus; Jocelinum monachum, aliosque. In calce habentur versus quidam Thomae archiepiscopi (Cant) ad Reginaldum de Malcho suo. Mabillon *Analect.* i. 293. ex Ms. monasterii S. Taurini Ebroicensis edidit *Epistolam Hildeberti episcopi Cenomannensis ad Reginaldum hunc in laudem carminis de historia Malchi.* Hildebertus obiit A. MCXXXVI. Unde patet Reginaldum antea floruisse.

REGINALDUS DUNELMENSIS monachus scripsit ad Hugonem episc. Dunelm. suasu amici sui Ethelredi abbatis Rhievallensis. *Vitam et miracula S. Godrici Heremitae*, lib. ii. Primus cap. 170. Secund. 21. Pr. epist. ded. "Cum caeteri per Angliam." Pr. pr. "Cunctorum "animos novitas. Pr. lib. "Facta digiti Spiritus S." Ms. bibl. Bodl. Laud. E. 47. Scripsit etiam ad Ethelredum abb. Rhievall. *De miraculis novellis* (sc. post Bedae tempora) *S. Cuthberti*, cap. 130. Pr. ep. ded. "Piissimo, etc. Pietati tuae debemus." Pr. pr. "Saepius multa sancto- "rum miracula." Pr. lib. "Venerandus conf. Cuthbertus non mortis." Ms. bibl. Bodl. Fairfax vi. fol. 44. 47. *De stemmate et miraculis S. Oswaldi regis:* ad Henricum quondam sub-priorem Dunelm, cap. 76. Pr. epist. "Antiquata innovare dispersa congregando." Pr. lib. "Veteres "coelestis depositi." Ibid. f. 136. *De vita et miraculis S. Ebbae virginis.* Pr. "Ad vos clamat "de Seyr." Ibid. p. 164. Claruit A. MCLXV, ut patet ex Mirac. S. Cuthberti, cap. 75.

REGINALDUS [GUALTERUS] seu RAINOLDS, Reginaldi cujusdam pistoris Windesoriensis filius (Whart. *A. S.* vol. i. 532.) regis Edwardi i sacellanus, et ab eo rectoria ecclesiae Wimbertonensis donatus. Edwardi secundi juventuti regendae praefectus, Whart. l. c. Fuit canonicus ecclesiae S. Pauli London. Wharton. l. c. archidiaconus Cantuariensis A. MCCCXIII. *Regist.* eccl. Cant. in bibl. Norwic. Mori fol. 141. Praesentatus erat per Thomam comitem Lancast. ad ecclesiam de Raundes archidiac. Northampton. MCCCVI. *Regist.* Dalderby episc. Lincoln. quam resignabat proximo anno. Ab Edwardo ii factus est Angliae thesaurarius, mox cancellarius, deinde A. MCCCVIII Wigorniensis episcopus, et tandem archiepiscopus Cantuar. A. D. MCCCXIII. Godw. p. 148. Dum archiepiscopus, tria dicitur celebrasse concilia, unum Londini, alterum Oxonii, tertium Lambethae. Certum est eum in concilio Lambeth. constituisse, ut clerici ex singulis argenti libris redituum suorum quadrantem contribuerent pro salario ad Hebraicam lectionem Oxonii publice fundandam. Pauca admodum, quod sciam, eruditionis suae monimenta posteris reliquit. Saltem constat eum in conciliis, quae celebravit, scripsisse sub titulis sequentibus: *Constitutiones provinciales.* "Et primum in Londinensi." *De scrutinio in ordine faciendo.* Pr. "Cum quanta" *De clericis peregrinis.* Pr. "Cum quanta." *De temporibus ordinandorum.* Pr. "Cum quanta." *De sacra unctione.* Pr. "Sacerdotes." *De sacramentis iterandis.* Pr. "Sacerdotes." *De officio archidiaconi.* Pr. "Sicut ecclesiarum." *De celebratione missarum.* Pr. "Linteamina." *De sponsalibus.* Pr. "Matrimonium." *De poenitentiis et remissionibus.* Pr. "Sacerdos." *De appella-*

pellationibus. Item *De appellationibus in concilio Oxon.* Pitf. p. 419. feq. Paulo aliter et accuratius *Conftitutiones* hujus archiepifcopi Cantuar. recenfentur vol. ii *Conciliorum M. Britanniae et Hibern.* *Injunctiones factae in capitulo ecclefiae Chrifti, et ibidem relictae,* 4 *id. Decembris,* A. D. MCCCXV. "Clamofa infinuatione." *Concil.* vol. ii. p. 455. feq. *Ordinatio de modo et forma interponendi fequeftrationes fructuum, cum occafio poftulaverit.* Ibid. p. 497. feq. *Conftitutiones provinciales editae in concilio Oxon.* MCCCXXII. Ibid. p. 512. feqq. Obiit 16 cal. Decemb. MCCCXXVII.

REGINALDUS [HENRICUS] A. MDL 22 Dec. inftitutus fuit ad rectoriam ecclefiae S. Mary Somerfet. ad praefentationem dom. regis, et privatus ea ante 28 Aug. MDLIV. Newcourt. i. 456. Henry Reginald, clerk, chaplain to the bifhop of Rochefter, and parfon of our Lady of Somerfet at Broken Warffe London, had a licence to hold pluralitie, 16 Mart. MDLI. Mf. Cotton. Julius, B. 9. A. MDLXIV, 18 Septemb. ad praefentationem reginae inftitutus ad vicariatum de Ramfey, Effex; qui vacabat per mortem ejus 30 Apr. MDLXXV. Newcourt. ii. 485. Tranftulit ex Latino in Anglicum *Chriftophori Hegendorpii fermones domefticos in ufum pii patrisfamilias.* Pr. "Amonge all other benefytes." Gippovici MDXLVIII. 8vo. cum praefixo colloquio ejufdem Hegendorpii *De oratione dominica.*

REIDUS [DAVID] Dumblanenfis, in academia Aberdonenfi educatus. Scripfit *Declamationes veteri ritu,* lib. i. *Contra Jezabel Anglicanam pro Maria Scotorum regina,* lib. i. *Querelam ad Europae principes fuper reginae morte nefaria,* lib. i. Philofophiam profeffus eft Tholofae anno MDLXXXVI. Dempfter. xvi. 1094.

REMINGTON [ROBERTUS] fcripfit *Hiftoriam de geftis regum Angliae.* Pr. "Non folum "audiendis S. Scripturae." Citatur a Londin. *Antiq. Cant.* p. 61. A. Wood. Mf. P. pr. Sed ab aliis afcribitur Petro de Ickham. Mf. extat Bodl. Laud. ix. 61. et Bodl. Digb. 172. imperf. in fine.

REMYSTON [THOMAS] monachus de Salley et S. theol. doctor, fcripfit *De meditatione cuidam anachoritae,* fc. *Memento homo quod mifer es.* *Meditationem divini amoris.* *De regula vivendi* xii capitula. *Meditationem laudis divinae et fpei incentivam.* *Meditationem divini amoris defiderativam.* Omnia Mfs. olim in biblioth. Sion.

RENHAM [[HENRICUS] De ejus libro, qui dicitur fuiffe clauftri Roffenfis per Joh. Priorem. *Ariftotelis phyficorum,* lib. viii. Pr. gloff. "Intelligere poteft dicere." *De coelo et mundo,* lib. iv. Pr. "Summa, i. e. complementum." *De vegetabilibus,* lib. ii. Pr. gl. "Hoc "dicit, quia in ifto dono." *Meteorum,* lib. iv. "Poftquam praeceffit, fc. in libris Naturalibus." *De generatione et corruptione* ii. Pr. gl. "Ita in libro Phyficorum." *De memoria et reminifcentia.* Pr. "Refiduorum determinandorum de 7." *De anima,* lib. iii. Pr. "Quoniam de rebus hono-"rabilibus." *De morte et vita.* Pr. "Ponit duas caufas longitudinis." *De differentia fpiritus et animae.* *De fompno et vigilia.* Pr. "Et quies ab actu fentiendi." *De fenfu et fenfato.* Hunc librum fcripfit Henr. de Renham et audivit fcholis Oxoniae, et emendavit et gloffavit audiendo. *Liber Clauftri Roffenfis* per Joh. Priorem.

RENNIGER [MICHAEL] vulgo RHANGER, patria Hantonienfis focius collegii S. Mariae Magdal. Oxon. admiffus A. MDXLVII, et poft biennium laurea magifteriali redimitus. Poft obitum regis Edwardi in exteras regiones trajecit, Argentoratum conceffit, ibique inter Anglicanos exules egit. Regnante mox Elizabetha in patriam rediit, et conftitutus fuit reginae a facris (Strype *Eliz.* 237.) praebendarius et archidiaconus Winton. et rector ecclefiae de Crawley in comit. Hanton. ac procurator cleri Winton. dioec. exiftens fubfcripfit articulis fynodi MDLXII. A. MDLXVI. occurrit cancellarius ecclefiae Lincoln. ibique S. theol lector; dein A. MDLXVII. in eadem ecclefia praecentor, ac tandem A. MDLXVIII fubdecanus (*Acta capit. Lincoln.* Mf.) et A. MDLXXXIII 1 Jul. collatus ad praebendam de Reculverfland in ecclefia S. Pauli London. *Reg.* Ailmer. Scripfit *Carmen longum in mortem duorum fratrum Suffolcienfium Henrici et Caroli Brandon, etc.* Lat. Pr. "Quamvis luctificos oftendunt carmina vultus." Lond. MDLII. 4to. *De Pii v et Gregorii* xiii *furoribus contra Elizabetham reginam Angliae.* Epift. ded. ad reginam. "Nunquam ad fcribendum "mentem." Lond. MDLXXXII. 8vo. *Syntagma hortationum ad Jacobum regem,* cap. vii. "Inter "honoraria intimae et flagrantes." Lond. MDCIV. 8vo. *Exhortationem ad verum amorem et fidelitatem erga reginam.* Anglice. Pr. ded. reg. "Moft humble I befeech." Lond. MDLXXXVII. 8vo. *Tractatum contra proditiones, rebelliones, etc.* Angl. Pr. "Now I will bring forth the uglie "monfter." Impreff. cum *Exhortatione.* *Ad Ponetum epifcopum Winton.* Carmine. lib. i. *Orationes et epiftolas.* *Praefationem* praefixam *Hiftoriae monafterii Weftmonafterienfis* a Joh. Flcete confcriptae. Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Q. v. 1. Tranftulit e vernaculo in Latinum *Jo. Poneti epifcopi Winton. de facerdotum connubio,* lib. i. "Si tam in procinctu et expedito." *Revocationem Ric. Smithi,* lib. i. "Divinus ille propheta David." Obiit apud Crawley 26 Aug. MDCIX. et fepultus eft in cancello ecclefiae ibidem. Bal. ix. 73. *Fafti Oxon.* i. 70. 73. 160. *Hift. et Ant. Oxon.* ii. p. 197.

REPINGDALE [JOHANNES] (Mf. Bale. Sloan. femper REPINGHALE) patria Lincolnienfis; coenobii Carmelitarum Stanfordiae frater, S. theologiae doctor Cantabrigienfis; Johanni epifcopo Lincolnienfi a facris confeffionibus erat, ad cujus petitionem idem Repingdalus Latine fcripfit, eique nuncupavit. *Sermones dominicales* lxxxiii, lib. i. "Domino fuo fideliffimo Joanni." Pr. "Rex tuus venit tibi." Mf. Bale. Sloan. *Sermones* xlii *de fanctis ad varios ftatus extravagantes* ad dom. Lincoln. Pr. ded. "Domino fuo." Pr. lib. "Miferere populi tui, Domine." *Conciones fynodales*

7 T lib. i.

lib. i. *In visitationibus episcopi*, lib. i. Claruit A. MDXXX, et Stamfordiae demum obiit. Bal. v. 67. Pitf. p. 469.

REPINGTONUS [a] [PHILIPPUS] sive RHEPENDUNUS, a literis suo saeculo commendatissimus, in numero scriptorum merito quidem ponendus. Sic fama, sic memoria, sic virtus jubet, quibus pro dignitate obtemperandum certe. Scholis in Isiacis sub ipsum adolescentiae florem multa tulit fecitque, diligentia plane admirabili usus; quam nec ante intensam remittebat, quam scopum attigisset destinatum. Tum vero instructissimus philosophus idemque theologus, doctorum sedulo imitatus exemplum, ad scribendum se totum contulit, multaque non infeliciter commentatus est; e quibus extant in *Evangelia* [b] lucubrationes. Non caruit virtus suo praemio [c]. Nam principis benevolentia, translato a sede Lindisiorum episcopali Henrico Bellofortio, viro nobilissimo, ad Ventam Simenorum, Lindo praeficitur Philippus [d]. Hic non pigebit eruditum admonere lectorem, me aliquando incidisse in velitationem, quae hinc Alexandri Nechamii, hinc Philippi Rhependuni ingenium exacuit. Ferunt hoc distichon ab Alexandro editum fuisse:

Phi nota foetoris, lippus malus omnibus horis;
Phi, foetor lippus: semper malus ergo Philippus.

Ad haec profecto argutissime, relicto aculeo, molesto, urgenti, alteque infixo, Philippus sic respondit:

Es niger et nequam dictus cognomine Necham,
Nigrior esse potes, nequior esse nequis.

Scrupulus nunc suboritur, quis hic Rhependunus sit. Constat Nechamum abbatem fuisse Coriniensem circiter annum D. MCCXXV [e]. At Rhependunus, de cujus vita hic agitur, Richardo Burdegalensi imperante in Anglia, floruit [f]. Tantum hoc lectori, sed non e tripode, significabo, accepisse me aliquando quendam fuisse Philippum Rhependunum, coenobii Loegrini abbatem, synchronium familiaremque Nechamii: cujus et ego distichon falsum illud, de quo superius, fuisse arbitror. Baleus in *Collectaneis* suis meminit Philippi Rhependuni, canonici, haereseos accusati anno D. MCCCLXXXII [g]. Ex *Lelando*.

[a] "Philippus Repington, canonicus Leicestrensis, in aula "Lateportensi Oxon. literis operam dedit. Ineunte aetate "Wiclevi dogmata strenue propugnabat, sed palinodiam "canere coactus est anno MCCCLXXXII." Vide *Hist. et Ant. Oxon.* in eodem anno.

[b] *Dominicalia*, lib. i. Pr. pr. "Evangelicae tubae comminatio." Pr. l. "Dominici adventus tempus quater." Ms. Cantab. in colleg. Caii, K. 56. et in aula Pembr. Ms. 49. Scripsit etiam *Defensorium Wiclevi*, lib. i. *Pro doctrina* [*ejus de moribus*, *Add.* Bal. Lel.] *morali ejusdem*, lib. i. *Homelias per annum*, lib. i. "Evangelicae tubae comminatio." Vide supra not. [b]. *Sermones* Repington extabant olim Ms. in bibl. eccl. S. Pauli. Dugdal. 283. *De saeculari dominio*, lib. i. *Quaestiones disputatas*, lib. i.

[c] SS. theol. erat, abbas Leycestrensis, cancellarius academiae Oxon. etc. Vide *Reg.* de Leycestr. per Gul. Charite in Ms. Cotton. Vitell. F. 17. ubi haec habentur: "Phil. Repindon abbas Ley-"cestr. elect. MCCCXCIV." f. 36. "Memorandum, quod "Henr. iv, finito magno bello in campo Salopiae, et vi-"ctoria habita, confestim fecit proclamationem per totum "exercitum suum, si aliquis servus abbatis Leycestr. fuerit "ibi. Statim venit unus servus dicti abbatis, cui rex tra-"didit annulum de digito suo, donans ei c solidos, percipiat "[forte, *praecipiens*] cum omni festinatione pergeret ad do-"minum Philippum, abb. Leycestr. et nullo modo quie-"scat, donec traderet ei dictum annulum, et diceret ei, "*quod rex vivit habens victoriam de inimicis suis, benedictus* "*Deus.*" Ibid.

[d] "Episcopus Lincolniensis (provi-"sus ab Innocentio vii papa 13 cal. Decemb. *Reg.* Arun-"del.) consecratus est 29 Martii MCCCCV, et post triennium "(Sept. 18, MCCCCVIII.) purpureo insignitus galero a Gre-"gorio xii, tit. SS. Nerei et Achillei."

[e] Alexander Neckam floruit circa A. D. MCCX, longe ante Repingdoni tempora.

[f] 12 Maii MCCCCXX Episcopatui sponte cessit, cum factus esset cardinalis. Ita W. Le Neve in *Fastis*. "MCCCCXIX ecclesia Lincoln. per "resign. Philippi, episcopi Lincoln. per ipsius procur. in "manus domini Martini papae v, vicesimo die Nov. anno "praedicto in curia factam, et in crastino ejusd. diei auto-"ritate domini papae admissam vacavit, et a primo die "mensis Februarii idem Philippus, olim episcopus, ab omni "exercitio jurisdictionis penitus abstinebat." Ita in *Reg.* Repingdon. Fuit superstes anno MCCCCXXII. Pat. 1 Hen. vi. p. . . . m. 17. Obiit ante MCCCCXXIV. Ita W. Le Neve in *Fastis*. Testamentum ejus probatum erat 1 Aug. MCCCCXXIV. Ita *Reg.* Chicheley. Sepultus est in ecclesia cathedr. Lincolniae [forte *Buckdenae*] prope Grostheadum. Bal. vi. 90. Pitf. p. 586. Godwin. p. 356. Epitaphium habetur apud W. Le Neve in hunc modum:

Marmoris in tumba simplex sine felle columba
Repington natus jacet hic Philippus humatus.
Flos Adamas cleri pastor gregis et preco veri,
Vivat ut in coelis quem poscat quique fidelis.

[g] Extat Ms. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 67. a. *Ejus et Nic. Hereford. responsio ad* xxiv *concl. damnatus in synodo* MCCCLXXXII. Pr. "Protestamur ut alias publice:" et Angl. Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 83. Et in vol. iii. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 161. seqq. *Ejus et Nicol. Heref. recantatio in domo fratrum Minorum*, 19 *Jun.* MCCCLXXXII. *coram archiepiscopo Cantuar.* Ibid. Vid. *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 172. *Restitutio domini Phil. Repyngdon, canonici Leycestr. ad actus scholasticos et pristinam famam per Willielmi archiep. Cant. mandatum*, dat. 23 Oct. MCCCLXXXII. extat apud Twinum A 262. et in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 169. et 172. seq.

RESTITUTUS LONDINENSIS episcopus, interfuit synodo Arelatensi A. CCCL. (Whart. *Lond.* 6. A. CCCXIV.) Scripsisse fertur *De Arelatensi synodo*, lib. i. *Ad Hilarium Pictaviensem epistolas* plures. Bal. x. 5. Pitf. p. 83.

RETINALDUS, natione Anglus, in epitomen redegit *Plinii historiam naturalem*. Pr. pr. "Retinaldus ego servus Christi." Ms. in bibl. Baliol. Oxon. cxlvi. Ex *Praefatione* hujus operis haec transcripsit Langbainius: "Sane de Plinio partem quidem majorem censui negligendam— "rogatu fratrum hoc tantillum duxi raptim excipiendum, ex quo prius ordine revoluto volumine "tanquam ab ingentis immensitate sylvae rarissimos excerpens ramusculos. Quocunque vero "modo super omissis censuerint lecturi, noverint profecto nihil scribentis calamum transiisse ne-"glectum, quod non vel quantitate enormitas, vel alterius situs hemisphaerii nobis ignotum, vel "certe nominum barbaries abdicasset inusitatum; nec enim nunc ut olim *Chronica* produnt, in "Anglia Graeci viget usus idiomatis." Ex his constat (inquit Langb.) Retinaldum hunc Anglum

fuisse. Mss. Langb. Ball. p. 174. Codex Baliolensis scriptus erat, ut videtur, circa A. D. MCCCCXX.

REVELL [TRISTRAMUS] Anglus, linguarum Graecae et Latinae peritus. Transtulit in sermonem vernaculum *Fr. Lamberti paradoxa*, lib. i. *Ejusdem summam Christianitatis*. Lond. MDXXXVIII. 8vo. Ejus *Apocalypsin* abbreviavit. Claruit A. MDXLVI. Bal. par. post. p. 105.

REYNHAM [GULIELMUS] Carmelita in conventu Linnensi, Cantabrigiae in studiis philosophicis instructus, confessor domini Henrici i ducis Lancastriae, fuit cum eodem duce in partibus transmarinis; et obiit in Vasconia, sepultus in conventu Aquensi vel Aquisitensi. Hunc inter scriptores ordinis Carmelitani memorat Baleus *Collect.* Ms. Sloan. 4to. f. 118. Librorum vero tituli nulli ibidem habentur.

RHAIADR [JEVAN] scriptor Cambro-Britannicus. Floruit A. D. MCCCCLXXX. Davis.

RHYDHERX [JEVAN AB] AB JEVAN LHUYD Poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis. Quaedam extant in Lhuyd.

RHESUS [JOHANNES] AP RISE, sive PRISEUS, ex antiqua et generosa familia apud Cambro-Britannos oriundus; academiae Oxon. in aula Lateportensi alumnus, et ibi, ut videtur, juris caesarei baccalaureus. A. MDXLVI, a duce Somersetensi eques auratus creatus est. Scripsit, *Contra Polyd. Vergilium, Fidem historiae Britannicae*, lib. i. Pr. ded. Briano Tuke. "Quandoquidem "ut accepi, vir ornatissime." Ms. Cotton. Titus, F. iii. Pr. lib. "Ut haec insula Brytannia Al-"bion." Ms. Bale. Glyn. *Defensionem regis Arthuri*. Annon eadem cum libro priori? *Historiae Britannicae defensionem*, lib. i. Ad Gul. comit. Pembr. "Etsi diu quidam ingens." Editam ab autoris filio Richardo . . . MDLXXIII. 4to. *Descriptionem Cambriae*. Auxit et finivit Humf. Lloid, transtulit vero in sermonem Anglicanum David Powel et edidit Lond. MDLXXXIV. 4to. Extat etiam Anglice. Oxon. MDCLXIII. 4to. *De variis antiquitatibus*, lib. i. *Tractatum de eucharistia*, lib. i. *Of the restitution of the coyn*. Pr. ded. reg. Mariae. "For as much as your lo-"ving." Ms. coll. Novi Oxon. 317. script. MDLIII. Claruit A. MDLIII. Bal. ix. 47. Pits. 738. *Athen. Oxon.* i. 89. seq.

RHETOR FORTIS [JOHANNES] vulgo RUTHERFORD (Dempst. 585.) Glascuensis (Hatton JADBURGENSEM vocat) eandem Conimbricam cum Buchanano et Ramsaeo professionem exercuit, et sibi metuens, illis haereseos accusatis, in Gallias remeavit, et tandem in patria professor philosophiae in collegio S. Salvatoris S. Andreae. Scripsit *Logicam*, lib. iv. *Collationem philosophiae Platonicae et Aristotelicae*, lib. i. *Collationem D. Thomae Aquinatis et Scoti in philosophicis*, lib. i. *Praefationes solemnes Lutetiae et Conimbriae habitas*, lib. i. Extat typis Wechelianis. *De arte disserendi commentaria*. Edinburg. MDLXXI. Obiit apud Fanum S. Andreae A. MDLXXV. Dempst. xvi. 1069.

RHISIART JORVERTH, MAB JORVERTH VYNGLUYD. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd.

RHISIERDYN. Poëta Cambro-Britannicus. *Carmina* ejus quaedam extant in *Libro Rubro Hergestiano*. Claruit circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

RHYS BRYCHAN. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MD. Lhuyd.

RHYS BRYDYDH, alias LHUYD. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Scripsit *Kyuydh i Ouyn Kyrvruy*. Lhuyd.

RHYS AB DAVYD AB ENNION. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd.

RHYS GOχ O ERYRI. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCXX. Scripsit *Marunad Lhyuelyn moel y Pantri, etc.*

RHYS KAIN. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLXXX. Lhuyd. Davis.

RHYS AB KYNURIG GOχ. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCXX. Lhuyd. Davis.

RHYS LHUYD AB DAVYDH AB ENNION. Idem, ut suspicatur Lhuydius, cum RYS AB DAVYDH AB ENNION.

RHYS LHUYD AB RHYS AB RIKKART. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Extat ejus *Kyuydh ir Bad urth vynd i Ynys Enthi*. Lhuyd. Davis.

RHYS MEIGEN. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

RHYS NAMNOR. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

RHYS PENNARDH. Poëta Cambro Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

RHYS TEGANUY. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

RHYS [M'REDYDH AB] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCXL. Lhuyd. Davis.

RIBVERBIUS [ROBERTUS] sacerdos Anglus, postquam literas humaniores et philosophiam in patriis academiis hauserat, in Galliam trajecit, et Lutetiae metaphysicam publice professus est. Deinde S. Dominici habitum assumpsit, et theologiae tam sedulo invigilavit, ut Parisiis ejusdem facultatis licentiatus factus sit, et tandem sui ordinis praeses provincialis evaserit. Scripsisse fertur *De divisione S. Scripturae*, lib. i. *In epistolam ad Romanos*, lib. i. *In epistolas ad Corinthios*, lib. i. *De differentia spiritus et animae*, lib. i. *Super librum de causis*, lib. i. *De instantibus*, lib. i. Claruit A. MCCL. Pits. p. 323.

RICEMARCHUS, sive RICEMARUS, filius Sutien sive Sulgheim episcopi Meneven. episcopus Menevensis factus est A. MLXXXVIII. loco patris defuncti. Scripsit *Vitam S. Davidis*. Pr. "Dominus noster, quamvis omnes sanctos." Ms. bibl. Bodl. NE. F. 7. 2. et Digby 112. Extat in codice

codice pervetusto in bibl. Cotton. Vespas. A. 14. et Ms. C. C. C. Cantabr. A. 2. Quaedam de S. Davide omissa in legenda ejus per Giraldum edidit Wharton. *A. S.* tom. ii. 645. Vide Mss. Bodl. F. 2. 7. *Epigramma*, carmine Latino ex Ms. Gul. Bedel episcopi, Usher *De rel. vet. Hib.* Fuller, *Eccl. Hist.* ii. 149. Obiit A. MXCVI. Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. *Praef.* xxv. p. 649. Godw. p. 605. Cave. *Hist. lit.* ii. 348.

RICHARD [THOMAS] monachus ord. Benedict. in abbatia de Tavestock, agri Devon. literis academicis in aula Glocestr. Oxon. imbutus. Transtulit in carmina Anglicana rogatu Rob. Langdon. Armig. *Boëtii libros* v *de consolatione philosophiae.* Impr. in eod. monast. Tavestoc. MDXXV. 4to.

RICHARDUS abbas monasterii S. ALBANI. Extat ejus tractatus mathematicus, qui dicitur *Albion*, in iv partes divisus. Ms. bibl. Bodl. Laud. F. 55.

RICHARDI [a] ANGLICI frequens apud eruditos mentio. Crediderim studuisse eum Isiaci et Lutetiae Parisiorum. Notior mihi alia parte nulla est, quam ex libris editis. Constat eum suo saeculo in philosophiae, matheseos, et medicinae cognitione imprimis eluxisse. Scripsit librum *De signis prognosticis* [b], alterumque *De urinis* [c]*:* tum etiam *Anatomiam*, Galenum secutus; et *Correctorium alchymiae* [d]. Alia quoque multa scripsisse eum fama refert, quae temporis obscurat invidia [e]. Grantae Girviorum in bibliotheca Petrina [f] extat volumen *De re medica*, autorem praeferens Richardum; nec tamen pronuncio eundem esse cum hoc nostro alchymico. Constat Richardum edidisse volumen, cui *Repressiva* titulus; at nescio an idem opus sit, quod et Petrina in bibliotheca eminet [g]. Symphorianus Campherius Richardi Anglici meminit [h]. Hic, quoniam in alchymiae mentionem incidimus, commode lectorem admonebo, fuisse quendam Arturium, Anglum, in Alchymiae cognitione admirabilem; cujus de eadem opusculum olim in bibliotheca fani Servatoris Duroverni extitit. Gesnerus, conjectura ductus, addit libellum *De signis febrium* Basileae impressum. Ex *Lelando.*

[a] Ricardi medici Angli frequens. Ms. Trin. Lel. *Epit.*
[b] Lib. i. *De signis morborum*, lib. i. "Finis medicinae ita "laudabilis." [c] *De urinis*, lib. i. "Utrum crassities "ventris sit in." *De regulis urinarum*, lib. i. "Quinque "circa urinam attenduntur." In Ms. Oxon. coll. Novi 167. habetur: Magister Ricardus *De urinis*. Pr. "Circa "urinas quinque sunt pensanda." [d] Lib. i. *Speculum alchimiae*, lib. i. [e] "Volumen quoddam *De re medica* autorem fert Ricardum, et *Repressiva, ac De signis febrium*, *Addit.* Ms. Trin. Lel. *Epit.* [f] Hic codex Ms. continet secundum Pitseum, *Tabulas quasdam, in quas fecit commentarios et glossulas. De crisi*, lib. i. *De phlebotomia*, lib. i. *Summam de criticis diebus*, lib. i. *De pulsibus*, lib. i. "Qua- "tuor canones et signa universalia." Ms. Oxon. in coll. Nov. 167. *De modo conficiendi et medendi*, lib. i.
[g] Scripsit etiam, praeter *Repressivam* et *De signis febrium*, *De febribus*, lib. i. *De re medica*, lib. i. *De anatomia, Galeni more*, lib. i. [h] Claruit anno MCCXXX. Pits. p. 305. Bal. iii. 92.

RICHARDUM [a] ANGLICUM, alias SACRISTAM, at Latinius a functione aedituum, virum fuisse adprime doctum, ex Augustino Acgaeo Phrisone medico, praeter communem sortem erudito, didici. Itaque rem dignam memoria fecero, si quae mihi privatim narravit, literatis omnibus significavero. Accipe igitur quae ille mihi tradidit: "Locus est in Phrisia non procul ab urbe Gru- "ningensi, quod vocatur fanum Bernardi in AEDIERTH, id est, terra Adonis, quae per alluvio- "nem accrevit, quam Phrisones patria lingua VERT appellant: ubi nunc Cisterciensium mona- "chorum coenobium reliquiis D. Richardi, cujus *De harmonia* liber egregius extat, famosissi- "mum." Haec meus Acgaeus poene ad verbum. At quo tempore floruerit Richardus, aut cujus sectae monachorum fuerit, ille ne verbum quidem unum. Mihi vero contigit, cum paucis abhinc annis illustrissimus Henricus octavus, rex Angliae, Eboracum, urbem olim Brigantum dominam, inviseret; ut diverterem Ripodunum, urbem etiam Brigantum, quondam fama nobilem; et casu reperirem Hugonis, monachi Kirchostallensis, librum *De origine et rebus praeclare gestis Fontani monasterii celeberrimi*, unde haec, quae sequuntur, de Richardo didici: "Erat tunc tem- "poris in monasterio Clarevallensi praecentor quidam, Richardus Fastolphus [b] nomine, abbas "quondam vallis Clarae, natione Anglus, et in civitate Eboraco ortus, vir vitae probatae et reli- "gionis consummatae, familiaris admodum pro vitae merito sancto patri Bernardo, et Henrico "Murdachio, abbati Fontano, ac postea archiepiscopo Ebor. a quibus factus est Fontanus abbas a "primo proximus [c]." Haec ille [d]. Ex *Lelando.*

[a] Richardus Anglicus sive Sacrista. Bal. xiii. 70. ex Lelando. Richardi Anglici, medici insignis, sub anno MCCXXX mentionem facit Pitseus, p. 305.
[b] Secundus abbas de Fontibus. Floruit temporibus D. Bernardi, peregreque profectus, Clarevalli mortuus est et sepultus. Leland. *Coll.* tom. iii. p. 42. Scripsit *Homeliarum* lib. "Ecce venit rex." Ms. olim in bibl. monast. de Fontibus. Lelandus ibidem. *De musica*, lib i. Hic idem videtur esse cum Anglici libro *De harmonia.*
[c] Claruit anno MCL, et tandem Clarevalliae obiit. Bal. xiii. 71. Pits. p. 216. [d] "Vidi librum ejus *Homeliarum* elegantem, lucidum, et divinum. Claruit "regnante Stephano tyranno, Clarovallae tandem mor- "tuus et sepultus." *Addit.* Ms. Leland. Trin.

[RICHARDUS] CAMBRIUS historicus scripsisse fertur quaedam *De rebus Anglicis.* Pits. *App.* pag. 895.

RICHARDUS CANONICUS Augustinianae sectae in monasterio, quod Londini Trinitati sacrum erat, florebat; literarum, ut multi erant id temporis monachi, amator maximus, et qui bona tempora melioribus studiis impendebat; nullum non movens lapidem, quo tandem, si id fieri quidem posset, circulum absolveret: quod quanquam votis omnibus minime adsecutus est (pauci enim hunc scopum pertingunt) tamen sua laude minime fraudandus est; nam in magnis

rebus

rebus vel voluisse satis. Illud ausim affirmare, talem ab illo acceptam materiam, quae facundissimum rhetorem, et poetae quantumvis divini musas omnes pulchre exerceret. Scripsit enim *Itinerarium* [a] prosa et carmine, in quo Richardi primi, Anglorum regis, expeditionem in Sultanum, Babyloniae regem, et perfidos Saracenos depingit, et quasi prae oculis ponit. Carmen tantum, ut ingenue fatear, legi, quod mihi omnino non displicuit. Num plura [b] scripserit, mihi non constat. Hoc satis constat, illum in pretio fuisse [c], regnante Ricardo rege; cujus inclyta facta si quis perscribere vellet pro dignitate, totas Athenas exhauriret. Hic finem cogitabam, sed me quidem Gulielmus de Canno, gente Anglus, alio festinantem detinet. Is carmine heroico idem cum Richardo argumentum non infeliciter, ut illa ferebat aetas, pertractavit; opusque jam absolutum Huberto, Cantiorum archiepiscopo, et Stephano Turnamo, capitaneo rerum bellicarum expertissimo, dedicavit. Breviter haec quidem de Gulielmo poeta, at loco, nisi admodum fallor, peropportuno. Ex *Lelando*.

[a] Mf. Cotton. Faust. A. vii. 1. continet *Gesta Ricardi R. Angliae, et regis Franciae, et imperatoris Alemanniae.* Pr. pr. "Solet nonnunquam accidere, ut res." Pr. lib. "Anno Verbi incarnati MCLXXXVII." In prologo: "Nobis historiam Hierosolymitanam tractantibus non indigne fides debetur, qui quod vidimus testamur." Ultimum caput est *De repatriatione, et navigatione, et infortuniis R. Ricardi.* "Explicit itinerarium," etc. Mf. C. C. C. Cantabr. H. 3. absque auctoris nomine, R. canonici nomen autem manu recentiori apponitur. Hoc *Itinerarium* Cl. Gale edidit Oxon. MDCLXXXVII. f. inter v. scriptores sub nomine Galfr. et in prima hujus libri linea A. MCLXXVII. pro MCLXXXVII ponendum: uti legit Fr. Thinn in *Deflorationibus desumptis ex Ricardo canonico S. Trinitatis.* Vinesalvi. Vid. Mf. Anstis. [b] Scripsit etiam *Itinerarium una peregrinantium*, lib. i. Mf. in coll. C. C. Cantabr. citante Pitseo. *Gesta R. Ricardi*, lib. i. "Aegrotante Henrico rege Anglorum." Mf. ibid. citante Pitseo. *De poenitentia*, lib. i. Pitf. *Epigrammatum*, lib. i. [c] Claruit anno MCC. Bal. iii. 44. Pitf. p. 267.

RICHARDUS CICESTRIUS (forte idem cum Roberto Chichester, patria Devon. cujus meminit Risdonus in *Descriptione Devon.* A. Wood. Mf. Pitf. Vide Fuller. *Worthies* i. 263.) Chichester vel de Cirencestria cognominatus, monachus Benedictinus in coenobio S. Petri Westmonasterii. Scripsit *Historiam ab Hengisto ad* A. MCCCXLVIII, quam in duas partes divisit; quarum primam intitulavit *Speculum Historiae*, lib. iv. "Post primum insulae Britannicae." Secunda autem vocatur *Anglo-Saxonum Chronicon*, lib. v. "In historico namque contextu." Pars utraque Mf. reperitur Cantabr. in bibliotheca publica. 248. Codex bibl. publ. Cantabrig. continet hujus Richardi de Cirencest. *Speculum historiale de gestis regum Angliae ab* A. CCCCXLIX ad A. MCCCXLVIII. *Historia* continet p. 516. in fol. et quat. solummodo libros complexus est (totidem enim prima pars constat) in A. MLXVI definit. Secunda pars *Historiae* praelibatae de gestis regalibus a quinto libro sumet initium, quam a nativitate Willelmi i. Angliae regis praefatus Fr. Richardus inchoare decrevit. Secunda pars desideratur. Mf. Whart. L. p. 59. in bibl. Lambeth. Mf. C. C. C. Cantabr. G. 8. *Chronicorum epitomen*, lib. i. "Hieronymus ad Eugenium." Mf. in coll. Corp. Chr. Cantabr. 19—9. *Tractatus mag. Richardi de Circestre super symbolum majus et minus*, in bibl. Petroburg. T. iv. *Librum de officiis ecclesiasticis*, lib. vii. "Officium ut." Cujus meminit Gul. Wydeford, qui hunc Ricardo Cirencestrensi in sua determinatione contra *Trialogum Wiclefi* artic. i. f. 96. 1. tribuit. Mf. A. Wood. Pitf. Vide infra RICH. WICHIUM. Claruit A. MCCCXLVIII. Bal. v. 87. Pitf. p. 462.

RICHARDUS DIVISIENSIS monachus Wintoniensis, chronographus diligentissimus. Scripsit *Ad Robertum olim priorem Wynton. ad Cartusiam migratum de rebus tempore Richardi* i, *et de gestis ipsius in Palaestina*, lib. i. Pr. pr. "Venerabili patri et semper Domino Roberto olim priori Wynton. etc. Si bonum est quod inchoavit." Pr. lib. "Anno igitur ab incarn. Domini MCLXXXIX, Ricardus ex Alienor." Mf. Cotton. Domitian. A. xiii. 2. Et Mf. C. C. C. Cantabr. O. 13. *Epitomen rerum Britannicarum*, lib. ii. "Brytannia major insula est." [*Praefatio* meminit praesentis diei sc. MCCI.] Mf. C. C. C. Cantabr. O. 13. Excerpta quaedam extant inter Mf. James xvii. Claruit A. MCXC. Bal. iii. 28. Pitf. p. 255.

RICHARDUS DOMINICANUS frater, natione Anglus, scripsit *De virtutibus*, lib. i. *De significationibus quorundam vocabulorum Veteris Testamenti*, lib. i. Pitf. *Append.* p. 895.

RICHARDUS DOVERENSIS coenobii prior, post mortem Thomae Becketi archiepiscopus Cantuariensis electus A. MCLXXI. (MCLXXIII. Wharton.) Scripsit *Contra suos perturbatores*, lib. i. *Ad Petrum Blesensem epistolas plures. Ad Henricum regem* epist. plures. *Ad tres episcopos*, epist. i. *Ad suos episcopos* epist. i. *Ad sacerdotes tractatum.* Mss. in C. C. C. Cantabr. citante Pitseo. Obiit 17 Febr. MCLXXXIII. (14 cal. Martii MCLXXXIV. Wharton.) Halingae. Cantuariae vero sepultus. Bal. iii. 21. Pitf. p. 250. Godw. p. 112, 113.

RICHARDUS [a] EBORACENSIS, monachus fani Mariae, quod et Eboraci ad Isurum flu. magnificentissime situm erat, vitam plane continentissimam adolescens duxit, bonis literis et pietati unice studens: unde et abba vicarius ibidem constitutus est. Maturis postea annis pertaesus vitae, ut sibi videbatur, non satis austerae, Fontes commigravit, duodeno monachorum choro doctissimorum atque optimorum comitatus, ac Cistertiensium sectae se addixit, anno a Christo nato MCXXXII, pr. [b] non. Octobr. Hujus tam undecunque illustris chori sic meminit Hugo Chirchostallensis in libro *De origine Fontani coenobii*: "Egressi una cum eo Richardus sacrista, Ranulphus, Thomas,

[a] Richardus Eboracensis, Bal. x. 46. ex Lelando: Omittitur a Pitseo. Richardi Melchethamii Pitseus mentionem facit in *App.* p. 897: An idem cum hocce nostro, dubium est. Citat ibi Lelandum, qui nullum habet ejus cognominis, sc. Melchethamii. Videsis Ric. Mesinum etiam apud Pitf. in *App.* p. 897. [b] *primo non.* Mf. Lel. Trin.

" Gamellus, Haymo, [c] Robertus de Suella, Galloſridus, Gualterus, Gregorius, Gervaſius, Rodol-
" phus, Alexander." Haec ille. Quid ego dicam de horum vel eruditione vel pietate? Ut breviter ſuprema attingam, fuere ſuo ſaeculo clariſſima mundi lumina. Ex *Lelando.*

[c] *Rogerus de Suella.* Ibidem.

RICHARDUS [a] ELIENSIS ſive ANGUILLARIANUS monachus, in ipſis Girviorum paludibus, qua inſula, ab anguillis nomen deſumens, molli conſurgit clivo, ſacroſanctae cognitionis ſtudio ſe totum contulit: hac tamen lege plane aequiſſima, ut ſucceſſivis libere horis hiſtoriarum ſcriptoribus invigilaret; unde et utrinque tandem, veluti ex agris ſolicite cultis, laeta excrevit ſeges, quam nec ſibi avarus uni conſervavit. Anguillarianae res geſtas inſulae deſcribere magno ſtudio aggreſſus, majori conſummavit [b]. Hinc prima inſtitutio eccleſiae, cui nomen a loco Cratilli vallis, per Auguſtinum, Anglorum apoſtolum, poſitae Ethelberti Magni conſilio, cognita eſt. Hinc etiam liquet Ethelredam reginam, filiam Annae, orientalium Anglorum [regis] monaſterii fundamenta ibidem, tanquam in ditione paterna, jeciſſe: utque haec poſtea violentia Angeri et Ubbonis miſere concuſſa fuerint; ac poſtremo beneficio Ethelwolphi, epiſcopi Simenorum, reſtituta, et inſigniter aucta fuerint. Sic ille antiquitatem ſui collegii, alioquin perituram, optimo ſane conſilio, integram conſervavit, ac tandem in lucem emiſit [c]. Ab ejus obitu opus a quodam incerti nominis monacho, ſed ejuſdem loci incola, inſigni acceſſione exauctum eſt [d]. Ex *Lelando.*

[a] Ricardus Eligenſis. Bal. Pitſ. Prior factus Elienſis anno MCLXXVII antea ſupprior erat. [b] Principium hujus Ricardi *Hiſtoriae* eſt. " Cum animadverterem excel-" lentiam." Ita Thinn. Mſ. *Hiſt. Elienſis*, lib. iii. ita incipit in Mſ. Bodl. Laud. L. 69. [c] Scripſit *De inſula Eligenſi*, lib. i. *Geſta ſui coenobii*, lib. i. *Continuatio Thomae Elienſis* (per Ricardum) *ab* A. MCVII *ad* MCLXXIX, extat (rejectis miraculorum narrationibus) apud Whart. *Angl. Sacr.* i. p. 615. Pr. " Sancti Spiritus, qui unicui-" que," etc. Sed quaere, an ſit auctor hujus *Contin.* cum ſaepiſſime citat *Hiſtoriam* Ricardi. Vide *Praef.* p. xlv. *Hiſtoria de converſione abbatiae Elienſis in epiſcopatum.* Pr. " Poſt mortem igitur Ricardi abbatis." Extat apud Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 678. *Sermones quamplures*, lib. i. " Aſcendet ſicut virgultum coram." Apud Boſton. Bur. num. 169. *Carmina diverſa*, lib. i. *Epiſtolas familiares*, lib. i. [d] Obiit ante ann. MCXCV. *Praef. Angl. Sacr.* i. xlv. Claruit MCCXX. Bal. iii. 82. Pitſ. p. 296. *Catalogus hiſtoricorum Britann.* a Thinno ſcriptus, memorat, duos RICARDOS ELIENSES, qui de eodem argumento, ſc. Elienſi eccleſia, ſcripſerunt. Holinſh. Epitaphium cujuſdam Richardi, Elienſis abbatis, Mſ. Digb. in Bodl. 65. f. 13. Vide Cave ii. 395. RIC. DE ELY, theſaurarius Angliae, poſtea epiſcopus London. auctor erat (ut Fr. Thinno placet) *Dialogi de ſcaccario*, vulgariter Gervaſio Tilberienſi aſcripti.

[a] RICHARDUS ELTELESGANUS, parochus Elteſlegae, villae ruſticae apud Grantanos, homo pius et mediocriter eruditus, putabat ſuas maxime partes eſſe, ut Pandionae virginis, patris reguli Scotiae tyrannidem fugientis, cujus et reliquiae Elteſlegae conquieſcunt, vitam ſimul et virtutes orbi teſtatiſſimas facere: quo nomine locum in hoc *Catalogo ſcriptorum* mea cura obtinet. Ex *Lelando.*

[a] Ricardus Elteſleius. Bal. xii. 66. ex Lelando, Pitſ. *Append.* p. 895.

RICHARDUS FRATER PRAEDICATOR ſcripſit *Confutationem Alcoranii* . . . MDL. fol.

RICHARDUS FULDENSIS abbas, natione Scotus, ſcripſit *Chronicon ſuccinctum*, lib. i. *Repertorium theologicum*, lib. i. Claruit A. MXCVIII. Dempſt. xvi. 1080.

RICHARDUS GRECKLADENSIS ordinis S. Auguſtini canonicus regularis in coenobio Cric vel Crickeſlad, non longe a Walſinghamio in agro Norfolc. Scripſit *De teſtamento patrum*, lib. i. *De connubio Jacob*, lib. i. *Homiliarum ad populum*, lib. i. Anglice. In ſuo coenobio obiit et ſepultus eſt circa A. MCCCX. Pitſ. p. 397.

RICHARDUS HAGUSTALDENSIS, patria Northumbrius, monachus, et A. MCXLIII prior Haguſtaldenſis, ſcripſit *Hiſtoriam de ſtatu et epiſcopis Haguſtaldenſis eccleſiae*, editam inter *Decem Scriptores Hiſt. Angl.* col. 285. ſeqq. Mſ. in bibl. publ. Cantabr. citante Pitſeo. *Geſta regis Stephani*, lib. i. " Anno inc. Verbi MCXXXV ab." Mſ. bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. F. v. Et apud *Decem Scriptores*, col. 309. ſeqq. *De bello ſtandardii*, lib. i. " Mox autem aliqui eorum." Mſ. bibl. C.C.C. Cantabr. F. v. Et apud *Decem Scriptores* col. 309. ſeqq. *Geſta regis Henrici* ii, lib. i. " Anno igitur Dom. incarnat. MCLVI." *Chronica brevis a principio mundi ad . . . Henricum* v *imperatorem*, lib. i. " Adam 130 annorum." Mſ. bibl. C. C. C. Cantabr. F. v. 4. Ita incipiunt *Chronica* Bedae adſcripta. Mſ. Merton. N. vii. 8. Obiit A. MCXC. Bal. iii. 32. Pitſ. p. 258. Cave. p. 687. longe ante MCXC. Whart. *Praefat. Angl. Sacrae* vol. i. xlviii.

RICHARDUS LEYCESTRENSIS ſcripſit *De articulorum ſimboli diſtributione ſecundum numerum apoſtolorum.* Mſ. olim in biblioth. Sion.

RICHARDUS MAGNUS ſive WETHERSHED cancellarius (non decanus, ut Godwin.) Lincolnienſis, archiepiſcopus Cantuar. conſecratus A. MCCXXIX. Scripſit ſecundum Pitſeum *Provinciales conſtitutiones in ſynodo Weſtmonaſterienſi*; quarum tituli ſunt: *De temporibus ordinandorum.* Pr. " Quia quidam." *De clericis conjugatis.* Pr. " Si qui clerici." *De celebratione miſſarum.* Pr. " Praecipimus." *De Simonia.* Pr. " Nulli licet." *De poenitentiis et remiſſionibus.* Pr. " Cum anima." In Lindwodo numerus et ordo titulorum variat. Vid. *Append. Provinc.* p. 10. *Canones* xxxvii, in concil. Weſtmonaſt. habitos. *Concil. M. Britan. et Hib.* vol. i. p. 474. ſeq. *De fide*

fide et legibus, lib. i. *De sacramentis*, lib. i. *De universo corporali et spirituali*, lib. i. Obiit in oppido S. Gemmae Roma rediens A. MCCXXXI. 3 Non. Aug. M. Parif. Pitf. p. 307. Godw. pag. 127. 128.

RICHARDUS[a] MAYDSTONUS, five VAGENIACENSIS linguae nostra vernacula MAYDESTON, sed corrupte pro MEDWEGETON dictus, inter Carmelitas Alaunofordensis conventus in honore plane maximo fuit. Quare a nostro non alienum erit instituto, paucis indicare, quibus ad illum gradibus conscenderit. Primus certe ex diligentia, qua literas assidue colebat, natus est: proximum vero dedit Isiacorum academia, ubi non modo doctorum virorum consuetudine utebatur, verum etiam theologi insignia accepit. Porro et tertius accessit ex gratia, quam sibi magnam apud principes viros, ac praecipue Joannem Gandavensem [b] ducem Mediolanensem, comparavit. Supremus autem, qui Richardum vel ipsis aequavit fastigiis, per editos libros excrevit. Scripsit ille, ut, lector, sis sciens, *Super sententias*, lib. iv. "Dux virginitatis tu es." *Contra haereticos*[c], lib. i. "Fluat ut ros eloquio." *De paupertate*, lib. i. [d] *Sacrarum concionum*, lib. iii. [e] "Refulsit sol." *Commentarios in Cantica cant.* [f] "Exhauriri nequit." *Contra praepositum collegii Mariani. Quaestionum*, lib. i. *De concordia regis Richardi et civium.* [g] "Tullius in laudem." *Flosculorum ex opere Augustini* [h] *de civitate Dei*, lib. i. [i] Clausit diem vitae suae ultimum Alaunovadi anno Dom. MCCCXCVI, [k] et ibidem tumulatus est. Ex *Lelando*.

[a] "Ricardus Maydston, ab oppido natali in com. Cant. "cognominatus. Primum socius collegii Mertonensis Oxon. "dein Carmelita Ailsfordensis, Oxoniae tandem rediens "studiis theologicis operam dedit in sui ord. coenobio, et "istius academiae S. th. doctor, et, ut aliqui volunt, publi-"cus praelector evasit." [b] Cujus confessor erat, ut ex titulo libri ejus. Mf. bibl. Bodl. Muf. 163. patet.

[c] Lecturam Oxoniis MCCCXCIV. Pr. "Fluat," etc. Mf. Bale Sloan. [d] *Protectorium pauperis*, lib. i. "Con-"stituit eam super excelsam." Mf. bibl. Bodl. Muf. 163. f. 160. [e] *Sermones de tempore*, lib. i. "Refulsit sol "in clypeos aureos." Coram regni proceribus, ut et *Sermones de sanctis*, lib. i. *Ad clerum conciones* XVI lib. i. "Pul-"cherrimam foeminarum elegi." *Sermones Oxonienses*, lib. i. "Fili, recordare, quia recepisti bona." [f] Lib. i.

[g] *Concordiam in R. Ricardum* ii *et cives Londinenses* A. D. MCCCXCIII, carminibus hexam. et pentam. Pr. "Tul-"lius in laudem tantam." Mf. bibl. Bodl. Muf. 165.

[h] *Compendium D. Augustini*, lib. i. "Flores ex B. Au-"gustino de civit." Mf. Bale. Sloan. memorat *Notabilia quaedam, sive extracta ex Augustino de civitate Dei.*

[i] Scripsit etiam secundum Baleum et Pitseum, *De sacerdotali functione*, lib. i. "An quilibet constitutus in ordine "sacerdotis, teneatur ex vi ordinis ad officium praedi-"candi." Mf. Bale Sloan. *Contra Joannem Ashwardby*, vic. S. Mariae Oxon. lib. i. "Utrum Christus ennume-"rans in evangelio." Mf. bibl. Bodl. Muf. 165. *In canticum Moysi*, lib. i. "Vir mitissimus, prophetaque praeci." Vide infra *Determinationes*. *Canones in annulum philosophicum* [instrumentum sic dictum] *quod factum erat an.* MCCCXLVIII *et descriptionem ejusdem*. Pr. "Quamvis "coeli terraeque conditor." Mf. in Bodl. NE. D. 1. 7. Mf. Bodl. Digb. 98. imperf. *Determinationes*, lib. i. *Lecturam cum determinationibus*. Pr. "Audite, coeli, etc. "Vir mitissimus, prophetaque." Harum una et altera e postremis extant Mf. bibl. Bodl. Muf. 165. reliquae excisae sunt. *Precationes metricas*, lib. i. "Kyrie eleeson, "miserere, Pater pie." In Mf. Bale. Sloan. titulus est *Letania quaedam metrice*. *In septem psalmos* (Anglice) lib. i. "Ad honorem Dei, qui nos redemit." *Lecturas scholasticas*, lib. i. [k] Calend. Junii. Mf. Bale. Sloan.

RICHARDUS PRAEMONSTRATENSIS canonicorum istius ordinis abbas erat (Albae ecclesiae cognom.) sed cujus in Anglia coenobii incertum. Scripsit *De officiis missae, sive de differentiis in canone missae*, lib. i. "In virtute S. crucis, et in." Mf. bibl. Bodl. NE. B. 3. 7. Et in Mf. bibl. C. C. C. Cantabr. K. 17. *De canone missae et de differentiis in crucibus faciendis*, etc. *Quaestiones de sacramento altaris*, lib. i. "Notandum quod quaedam sacramenta." Mf. C. C. C. Cantabr. K. 17. *De computo ecclesiastico*, lib. i. "Manifestiores sunt effectus." *De mysteriis sacrorum*, carmine, lib. i. "Scribere proposui quae myst." Mf. bibl. Univ. coll. Oxon. C. 16. Mf. C. C. C. Cantabr. G. 13. ita incipit, et dicitur esse *Carmen Hildeberti de missa*. *Vitam D. Ursulae*, lib. i. "Universis Christi virginibus." *Chronicon ab* A. D. MLXIV *ad* A. MCCLXXXIV. Mf. Bale Glynn. Claruit A. MCXC. Bal. iii. 34. Pitf. p. 255.

RICHARDUS RUFUS, CORINIANUS [a], non modo Isidis in Vado, sed in insula quoque Parisiorum tanta cum felicitate melioribus invigilavit artibus, ut late ejus orbi fama innotesceret: id quod luculente testatur Thomas, *Franciscanae* collector *Historiae*. Notius est hunc profectum fuisse in Franciam, una cum Haymone, viro undecunque laudatissimo, quam ut in praesentia

[a] Corinianus seu Cornubiensis. Mf. Lel. Trin. Nulla ratione aut auctoritate fultus Pitseus Baleum et ejus auctorem Lelandum erroris accusavit, quia Rufum et Cornubiensem eundem faciunt. Hujus Ricardi meminit Rog. Bacon. in *Compendio studii theol.* cap. 4to. his verbis: "Ricardus Cornubiensis (ita habet Mf. Baconi) famo-"sissimus apud stultam multitudinem, sed apud sapien-"tes infamis et reprobus propter errores, quos invene-"rat et promulgaverat, cum solempniter legebat *Senten-"tias*.——Idem postquam legerat *Sententias* Oxoniae A. "D. MCCL ab illo anno remansit multitudo in hujus "magistri erroribus usque nunc, sc. per XL annos et "amplius, et maxime invalescit Oxoniae, sicut ibidem "incepit haec dementia." Ita Barlovius ex Baconi *Compendio* in margine Pitsei. Ex hoc patet illum floruisse A. D. MCCL. A. Wood. Mf. Pitf. Compures Richardi Cornubienses se nobis offerunt obviam in Mss. Unus occurrit canonicus Ebor. A. MCCXXII (6to. pontif. Guilielmi Gray) et cancellar. Ebor. A. MCCXXV. *Rot.* Walteri de Gray. apud Dodsworth. C. xix. 134. A. MCCXXVII. A. Wood. Mf. C. 70. Alius subd. ad eccl. de Skremby in archidiaconatu Lincoln. institutus 5to. pont. Rob. Grostest. Ita in *Rot.* ejusdem alius occurrit 6to. pontif. Thomae Corbridge, sc. MCCCV. canon. Ebor. Ita *Registr.* Corbr. Alius prior de Kirkby in comit. Warwic. circ. MCXC. *Monast. Angl.* i. 563. Alius admissus canonicus Lincoln. per provisionem papalem MCCCXXX, uti patet ex *Reg.* dec. et cap. Lincoln. Alius praebendarius Eboracensis provisione papali renunciatus est 14 cal. Febr. MCCCXX. Ita in Greenfeld. *Registro*. Vide A. Wood. Mf. C. 31. Alius occurrit canon. Ebor. 1 Henr. iii. in literis pat et alter praebendarius de N. Newbald ex dono regis 3 Edw. ii. Ibid. Fuit consanguineus regis; patet ex literis Patent. 5 Ed. ii. De Richardo Ruffo, praebendario de Twiford. in ecclesia London. MCXCII. Vide Newcourt. *Histor. London.* tom. i. 70. 216.

insinua-

inſinuatione indigeat ulla. Juvat tamen hic Thomae Franciſcani verba in medium adferre; non quod eloquentiam, ſed fidem potius ſpirent: "Richardus Rufus, Cornubienſis, qui eo tempore, quo frater Helias religionem turbavit, Pariſiis ingreſſus eſt: ubi poſtea curſorie [b] legit *Sententias* [c], et admirabilis philoſophus judicatus eſt [d]." Vidi aliquando *Commentarios* Cornubienſis in *ſex principia, praedicamenta*, et libr. *Priorum* et libros *Poſteriorum*. Sed relinquo lectoris judicio, num a Rufo, an alio editi fuerint. Erat denique in pretio et Gothoſridus Cornubienſis, Carmelita, aetate aliquanto recentior, at ſcriptor interim non contemnendus [e], ut ex his apparet, qui illuſtrium Carmelitarum vitas ſcripſerunt. Ex *Lelando*.

[b] *Curioſe*. Mſ. Lel. Trin. [c] Extant Pariſiis. Pitſ. [d] Claruit noſter anno MCCLXX. Bal. xiii. 80. Pitſ. p. 348. *App*. p. 895. [e] Mſ. Lel. Trin. ita. "Qui et Gul. Ludlingtoni partibus olim adhaerebat. Vidi ejus *Commentarios in ſex principia*, in *Praedicamenta*, et in *Libros poſteriorum*. Excellentis ingenii homo erat, ut ex his apparet—ſcripſerunt. Sed lectori judicium relinquo." Vide ſupra in GODOFREDO CORNUBIENSI.

RICHARDUS THEOLOGUS [a] quoniam in Richardorum Anglicorum mentionem incidimus, lubet RICHARDUM THEOLOGUM medico adjungere. Is diſcendi quodam ſtudio ardentiſſimo, relicto natali ſolo, impiger Pariſios petiit: ubi partim legendo, partim etiam docendo ac ſcribendo talem ſibi gloriam comparavit, qualem nec aetas haec noſtra cantitare ceſſat. Collegium D. Victoris, quod Lutetiae nobiliſſimum eſt juxta ac antiquiſſimum, pietate excolebat vel rariſſima; unde factum, ut et ipſe Victorinis ſe adjungeret ſocium canonicis. Quae ſors vitae tam fauſte ei illuxit, ut tandem inter ſuos proximum a primo locum acciperet. Multa Victorini de hoc Richardo Anglico etiam nunc praedicant; cum eruditionem, tum pietatem hominis depraedicantes. Multa ſcripſit vir ſuo ſaeculo undecunque doctiſſimus [b]. Ego vidi ejus *De duodecim patriarchis* librum [c], teſtem luculentae doctrinae optimum [d]. Ex *Lelando*.

[a] Ricardus Anglicus, canonicus, et tandem prior (ſi Pitſeo fides) eccleſiae S. Victoris Pariſ. alius a Ricardo Scoto de S. Victore cognominato. Bale. [b] "Alius a Ricardo illo, quem vocant de S. Victore." Addit Mſ. Trin. Lel. *Epit*. [c] Scripſit praeterea, *De arbore Nebuchadonoſor*, lib. i. *Super Jobelem*, lib. i. *Expoſitiones in Nahum*, lib. i. *Super Ad me clamat*, lib. i. *Super Eccleſiaſten*, lib. i. *Super Exiit edictum*, lib. i. *Sermones devotos*, lib. i. *Opus poenitentiale*, lib. i. *In orationem Dominicam*, lib. i. *Sex genera contemplationis*, lib. i. *De conceptione Mariae*, lib. i. *Expoſitiones in Pſalterium*, lib. i. *Sententias Scripturarum*, lib. i. [d] Claruiſſe fertur anno MCCXL, et Lutetiae tandem ſepultus eſt. Bal. iii. 99. Pitſ. p. 311.

RICHARDUS WALLINGFORDUS ſive VALINGOFORDUS ab oppido ejuſdem nominis in ipſa Tameſis ripa poſito, ubi natus fuit, ſic dictus, cujuſdam Gulielmi, fabri ferrarii in ſua arte peritiſſimi, filius erat; a quo ad ludum literarum tranſmiſſus, non levia, dum adhuc puer eſſet, acris ingenii indicia dedit. Quare poſtea, curante id patre [a], Iſiacum, vicinam academiam, petiit; ubi in collegio Maridunenſi [b], pro aetate impendio profecit. Jamque exegerat in bonis literis bonam adoleſcentiae partem, cum coeleſtis quidam monaſticae vitae amor in ejus animum irrepſerit. Ille igitur tempus non differendum ratus, continuo D. Albani monaſterium famoſiſſimum, quod ruinis Verolamii municipii olim nobiliſſimi adjacet, adivit, et in Benedicti verba juravit. Quod ſanctum hominis propoſitum adeo ſtudium, quo erat mirifice erga literas adfectus, non retardavit, ut multum certe promoverit. Nam a curis ſolutus omnibus, per otium licuit liberrime vacare libris; quibus cum abbas, non malus rerum aeſtimator, videret illum omnino deditum, juſſit, ut mature Iſidis Vadum repeteret: id quod fecit, atque lubens. Quid ego hic loquar, qua poſtea uſus ſit induſtria, ut rerum cauſas penitius ſcrutaretur? Quid ejus labores et longas vigilias, quas arithmeticae, aſtronomiae, et caeteris id genus artibus impendebat, commemorem? Certe hoc conſtat, tam numeroſe doctum fuiſſe, ut cum poſt paucos annos ad coenobium ſuum reverteretur, ſolus ex tanto monachorum numero viſus ſit dignus, qui titulo ſcientiae in mortui abbatis locum ſuccederet [c]. Electus itaque in monaſterii praeſidem, dignita-

[a] Matre Iſabella, Mſ. Cotton. Claud. E. iv. "Patre adhuc puer et vix decem annorum orbatus, a bonae memoriae Wilielmo de Kirkeby, priore Walingfordiae, ob ſolam docilitatem ingenii et indolem bonae ſpei poſt non multos annos adoptatur in filium; cujus eleemoſynarum ope ſuffultus, grammaticam et philoſophiam Oxoniis didicit circiter per ſex annos, et determinans in artibus juxta morem, viceſimo tertio aetatis ſuae anno ſaeculo valefecit, et in monaſt. S. Albani devote ſuſcepit habitum monachalem. Exercitatus igitur per triennium converſatione clauſtrali, denuo ad ſtudium literarum per bonae memoriae Hugonem abbatem, et conventum Oxonias deſtinatur; ubi per novem annos continuos in philoſophia et theologia ſtuduit indefeſſus, quo ad uſque communi magiſtrorum decreto ad lecturam libri *Sententiarum* licentiam tanquam ſufficiens mereretur. Nec ſilentio tranſeundum eſt, quomodo e duobus non ſine gemitu eum conqueri frequenter audivimus: De uno, quod tam citus, tam immaturus extra clauſtrum, ac etiam ante plenam redditionem divini ſervitii, more clauſtri, ad ſtudium eſt emiſſus: De altero, quod, omiſſis aliis philoſophiae ſtudiis amplius quam oportuit, doctrinalibus mathematicis, in quibus fuit apprime eruditus, operam magnam dedit; viz. circa ſpeculationem concluſionum ariſmetricae et geometriae, aſtronomiae et muſicae, ſicut ſcripta ejus et inſtrumentorum opera huc uſque teſtantur; qua curioſitate diſtractus, minus in reliquo philoſophiae et theologiae profecit ſtudio; quod dolebat. Veruntamen in opponendo aut reſpondendo per ſcolas communi judicio magiſtrorum non inſufficiens habebatur, quo minus ad lecturam ſententiarum ſtatum bacularii eſt adeptus." Mſ. Ibid.

[b] Hic Lelandum falli notat A. Wood. Mſ. Merton. ex errore *Catalogi ſociorum Mertonenſium*, qui hunc Ricardum pro Roberto quodam de S. Albano ſocio ibidem circa ann. MCCXCIX ſufficit. Ludov. Carlyon autem in notula quadam in Mſ. Norwic. More 8:c. diſerte ait celebrem hunc aſtronomum Ric. de S. Albano "ſocium eſſe domus ſcholarium de Merton." [c] "Male audit hic abbas ob libros datos et venditos Ricardo de Lyri clerico

dignitatem potius quam animum, quem habebat literarum appetentiſſimum, mutavit [d]. Namque cum jam per amplas licebat fortunas, voluit illuſtri aliquo opere non modo ingenii, verum etiam eruditionis ac artis excellentis miraculum oſtendere. Ergo talem horologii [e] fabricam magno labore, majore ſumptu, arte vero maxima compegit, qualem non habet tota, mea opinione, Europa ſecundum; ſive quis curſum ſolis ac lunae ſeu fixa ſidera notet, ſive iterum maris incrementa et decrementa, ſeu lineas una cum figuris ac demonſtrationibus ad infinitum poene variis conſideret: cumque opus, aeternitate digniſſimum, ad umbilicum perduxiſſet, *Canones* [f], ut erat in matheſi omnium ſui temporis facile primus, edito in hoc libro, ſcripſit, ne tam inſignis machina errore monachorum vileſceret, aut incognito ſtructurae ordine ſileret. Albion [g], ſi recte memini, hoc genus organi dictum eſt ab autore, de quo Joannes Stubius mathematicus multa refert. Inciderat ille in exemplar, ſed mutilum, unde quod deerat in Albione ſupplevit. Pars Albionis inſtrumenti *Saphe* [h] dicta, Norembergae impreſſa eſt. Scripſit praeterea quadripartium *De ſinibus* [i], *De menſuratis* [k], et, ut ego accepi, alia opuſcula cum *De rebus arithmeticis, tum aſtrologicis:* atque adeo conjectura eſt libellum *De computo* [l], quem ego titulo Rogeri, abbatis Albanenſis, nuper vidi in bibliotheca Vimundenſis coenobii, quod a Nordovico, urbe celebri, ... millibus paſſuum diſtat, hujus Richardi quanquam corrupto nomine, opus fuiſſe [m]. Sed heu caſum et ſortem miſerabilem! inter ſtudia incidit Vualingofordus in peſſimam corporis habitudinem, quae poſtea illum foeda et inamabili leprae ſcabie perfudit. Unde, a ſuis tantum non derelictus, coactus eſt monaſterii ſepta deſerere [n], et intra muros Verolamii tumultuario opere domum ſibi aedificare; ubi non multo poſt tempore, ingraſſante morbi contagione, diem obiit. Extat adhuc domus in ſimiles, ſi caſus tulerit, ſervata uſus. Vixit regnante Richardo ſecundo [o]. Ex *Lelando*.

" clerico portanti ſigillum privatum regis. Dedit 4. ſc. " Terentium, Virgilium, Quintilianum, et Jeronymum " contra Rufinum; et vendidit 32 libros pro 50 lib. argenti. " Poſtea tamen cura ſucceſſoris et dono ejuſd. Ricardi epi- " ſcopi Dunelm. omnes abbatiae reſtituti." Ob hoc facinus eum acriter perſtringit *Vitarum abbatum S. Albani* autor in Mſ. Cotton. Claud. E. iv.

[d] " Laudibus " igitur hujus abbatis aſcribitur, quod *Regiſtrum* de geſtis " nobilioribus ſuo tempore contingentibus, ad futurorum " notitiam compoſuit; *Decretales et conſtitutiones* capitu- " lorum provincialium et ſuorum praedeceſſorum, ſuum " monaſt. et ordinem concernentium, ſuis additis, in " unum compilavit; ſuper prologum regulae S. Benedicti " optime compoſuit; privilegia etiam ſui monaſt. notabi- " lia et neceſſaria ad modum tabulae breviter compilavit; " plures etiam libros et inſtrumenta de aſtronomia et geo- " metria, et aliis particularibus ſcientiis, in quibus ſuper " omnes ſuo tempore excelluit, compoſuit, inter quae " praecipuum inſtrumentum aſtronomiae antea inviſum, " *Albion* quaſi *totum per unum*, ethimologice vocitavit. " Tantae fuit gratiae et ſapientiae, ut in liberalibus ſcien- " ſcientiis et artibus mechanicis ſummos etiam magiſtros " ſua ſapientia vinceret, et ſuos conſiliarios in utroque " jure apprime eruditos ſuo concilio anteiret.—Intem- " periem etiam ſive ſerenitatem aëris, et alia plurima " eventura ſua arte aſtronomica ſolebat praedicere." Ibid. f. 198.

[e] " Thomae de la Mare abbatis ſumpti- " bus et induſtria, artificio magiſtri Laurentii de Stokes, " horologiarii praecipui, et cujuſdam ſui commonachi " Willielmi Walſham vocitati, qui pene in opere manu- " ali et ſculpendi ſubtilitate cunctos regionis artifices " ſuperaverant, ſuperius diale et rota fortunae per abba- " tem Ricardum eorum omnium magiſtrum, primitus diſpo- " ſitum, ſed ſua cita morte et aliis expenſis urgentioribus " interim omiſſum, nobiliter ſunt perfecta; cujus ſumptus " propter operis magnitudinem et ſubtilitatem ad C. " marc. et amplius ſunt aeſtimata." Mſ. *Hiſt. vita Thomae abbatis S. Albani* ad finem *Suppl. Hiſt. aureae*. Mſ. C. C. C. Cantabr. ſub B. 3.

[f] Lib. iv. [Lib. i. B. P.] (i. 24. ii. 30. iii. 42. iv. 17. Mſ. C. C. C. Oxon. 144.) Pr. lib. " Diſtantia centri deferentis ſolaris a centro terrae." Mſ. Norwic. More 678. et Mſ. Bodl. Laud. F. 55. Pr. pr. " Albion eſt geometricum inſtrumentum." Mſ. Norw. Hoc eſt pr. *Collectionum* Simonis Tunſtede de Albione. Nota haec ſubſequens (manu antiqua) codici Bodl. Laudiano praefigitur: " Sciendum eſt, quod dominus Ricar- " dus, abbas mon. S. Albani, primo compoſuit iſtum " librum, et per eum excogitavit et fecit inſtrumentum " illud mirificum quod dicitur Albeon. Sed poſtea Si- " mon Tonſtede, S. theol. prof. quoddam mutavit tam in " libro quam in inſtrumento, ſicut patet ſtudentibus in " iſto libro; quoddam etiam ſuperaddidit." Lib. iv. hujus Ric. et Simonis Mſ. extant C. C. C. Oxon. 144. Poſt *De ſcript. Albionis* in Mſ. Harley. xxxiv. b. 20. ſunt tabulae aſcenſionum ad elevationem poli Oxon.

[g] Quod nomen non ſolum alludit ad monaſterii ſui nomen, ſed denotat totum opus (*all by one*) per unum ſolum compactum fuiſſe. Bale. Pitſ. Johannes de Whethamſtede, abbas S. Albani, in *Granario* (Mſ. Cotton. Nero. C. vi.) *De inventoribus rerum mathematicorum*, haec habet: " Albeo- " nam utique, quae in ſe unica omnium aliorum inſtru- " mentorum commoditates legitur continere, adinvenit " primitus Ric. de Walingfordia, abbas olim monaſt. " Albanenſis; vir ſiquidem in arte aſtronomiae adeo ſuf- " ficienter eruditus, quod a ſuo tempore uſque in prae- " ſens non ſurrexit ſibi ſimilis quoad Anglos."

[h] Cap. 24. libri ſecundo eſt de Saphea.

[i] *Demonſtratis*, lib. iv. [lib. i. Bale. Pitſ.] " Quia canones non " perfecte." Mſ. Bodl. Digb. 168. et 178. 190. Item Mſ. Bodl. NE. F. 10. 11.

[k] Annon pro *demonſtratis?* Hujuſce libri /nullam mentionem faciunt Bale et Pitſ.

[l] Pr. " Aſſiduis petitionibus." Leland. *Collect.* iii. 25.

[m] Scripſit praeter libros a Lelando memoratos, *De judiciis aſtronomicis*, lib. i. " Ad perfectam notitiam eorum." Vide infra *Exaſrenon*. *De chorda et arcu*, lib. i. " Arcus " dicitur pars circumferentiae." Mſ. hujus princ. in Bodl. Digb. 178. ſub titulo, *De ſinubus et arcubus in circulo inveniendis.* Mſ. Langb. *De diametris*, lib. i. Mſ. in bibl. Lumleiana. *De ecclypſibus ſolis et lunae*, lib. i. Super quo ſcripſit tabulas Ludovicus Carleon, ut habetur inter libros Mſ. bibl. Luml. Pitſ. In Mſ. C. C. C. Oxon. 144. poſt *Albion* et *Rectangulam* et tabulas quaſdam ſequitur pars *Tractatus de ecclipſ. ſolis et lunae*. Pr. " Inter omnes " ſtellarum errantium." Annon hujus auctoris? *De rectangulo*, inſtrumento ſic dicto, ſc. de ejus compoſitione, et de operatione cum eo, lib. i. " Rectangulum in remedium taedioſi et difficilis." Mſ. olim in bibl. Th. Allen. nunc in Bodl. Digb. 168. Item Mſ. Bodl. Laud. F. 55. et Mſ. C. C. C. Oxon. 144. et Mſ Norwic. More 820. *Exaſrenon prognoſticorum temporis*, lib. i. Pr. " Tho' the " perfect knowledge of the." Anglice Mſ. Bodl. Digby 67. Idem cum libro *De judiciis aſtron.* juxta cl. Langb. Mſ. A. Wood. Pitſ. Bal. *Add.* Lel. In Mſ. Cotton. Claud. E. iv. f. 197. extant — *Conſtitutiones hujus Ricardi abbatis pro fratribus apud Redburn commorantibus.* Pr. " Inpri- " mis tres fratres clauſtrales." Nec non *Quatuor orationes ſacrae ab hoc Ricardo editae et uſitatae.* Pr. " Do- " mine Deus omnipotens, pater." Ibid. f. 212.

[n] De derelictione abbatiae S. Albani nulla mentio in vita ſua Mſ.

[o] Claruit MCCCXXVI, quo anno *Albion* confecit (Mſ. Bodl. Digb. 168 *Praeſ. Rectang.*) et *Rectangulum* (Mſ. C. C. C. Oxon. l. c.) et in coenobio ſuo tandem honorifice ſepultus. Bal. v. 19. Pitſ. p. 418. Eodem anno ſc. MCCXXXVI, abbas electus eſt. *Vitae abbatum S. Albani* in Mſ. Cotton. Claud. E. iv. Obiit 10 cal. Jun. MCCCXXXIV. Ibid.

RICHARDUS WESTMONASTERIENSIS monachus ſcripſit *Speculum hiſtoriale de geſtis regum Angliae uſque ad Gul. Conqueſt.* lib. iv. Pr. pr. " Prudentiae veterum mos inolevit." Pr. lib. " Poſt primum inſulae Britannicae." Mſ. olim penes Joh. Stow. ita nota Mſ. Jocelini. Mſ. Cotton. Nero, C. iii.

RICHE [EADMUNDUS] [a] ſive DIVITIUS, filius Eadveardi DIVITII, alias RICHE, Abbanduni [b] natus fuit; quod oppidum ſitum in ripa Ochidis fluvii diſtat quatuor ab Iſidis Vado milliaribus, et ab antiquioribus Saxonibus SEUKESHEM vocabatur: ubi educatus ad ipſos pubertatis annos, quo tempore parentum cura docendus Iſiacum tranſmiſſus eſt, non ſine felici, ut poſtea plane apparuit, omine. Nam ita ibi ſe cum omni literarum, tum etiam virtutum genere, exercuit, ut brevi ingentem ſui nominis famam late ſparſerit [c]. Erat illis diebus Rogerus Baconus apud Oxonienſes bonorum ſtudiorum amatoribus ſignifer, cujus familiaritate et opera Eadmundus aſſidue utebatur; ſed ut multis aliarum virtutum titulis Bacono ſuperior fuit, ita, niſi ego plurimum fallor, eruditione inferior. Has utique virtutes honos, ut umbra corpus, ſecutus eſt. Primus tamen fuit, cum theſaurarius collegio Severianorum, ſive Sariſbirienſium canonicorum, deſignaretur [d]; ſecundus, qui et maximus ſtatim ſucceſſit. Mortuo etenim Richardo Magno, archiepiſcopo Cantiorum, communibus ſuffragiis, et Henrici tertii applauſu archiepiſcopus factus eſt [e]. Non ille, tanta auctus dignitate, principi blandiebatur, imo libere reprehendebat, quod Aeleonoram, ſororem ſuam, parum juſte, conjugem Simoni Montofortio, Ligeriano comiti dediſſet: unde factum eſt, ut principi parum gratus eſſet, et multis quotidie injuriis adficeretur; de quibus cum poſtea Romae coram Gregorio nono, vel Coeleſtino quarto, pecunia corrupto, conqueſtus fuiſſet, parum aut nihil profecit. Itaque in Angliam reverſus, ſenſit adverſa omnia, et maxime quaeſtores Innocentii quarti, qui tum ſtrenue regem una cum plebe ſpoliabant, ut beatiſſimus pater Nocentius Fredericum imperatorem, comparata pecunia, bello fortiter impeteret. Quare poſt aliquantulum temporis videns partes ſuas longe eſſe inferiores, Pontiniacum, Galliae coenobium, quaſi exul, adivit; deinde Saſiacum monaſterium, ubi etiam [f] obiit, exactis in epiſcopali functione octo annis; ſed corpus Pontiniacum delatum poſtea et ſepultum. At nunc lector forſan oblitum me eſſe putabit librorum, quos ſcripſit. Non equidem; quanquam ego ſolum hactenus ejus librum vidi, cui titulus *Speculum* eſt [g]. Poſſem hic multa de ejus in ſanctorum numerum relatione et miraculis inſerere [h], niſi Robertus Divitius [i], ejus frater, omnia etiam edito libello jam olim perſcripſiſſet [k]. Ex *Lelando.*

[a] S. Edmundus, filius Raynoldi le Rich et Mabiliae uxoris. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* p. 9. [b] Londini natum nonnullis placet. Godw. [c] Oxonii in coll. Univ. (ut videtur) educatus, et gradus magiſteriali ornatus, deinde Lutetiam contendit, ibi gradum in SS. theol. doctoralem haud immerito conſecutus, Oxoniam rediit, ubi in ſcholis conductitiis ab anno MCCXIX ad MCCXXVI *Ariſtotelis elenchos* (primus omnium in hac academia) praelegit. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. p. 81. ii. 9. 61. Dum Oxonii ſtuduit, magnam partem com. Oxon. Gloceſtr. et Wigorn. peragravit, verbum Dei praedicans. Godw. p. 130.

[d] Edm. de Abendon. theſaur. Sarum. 12 Hen. iii. Vide *Monaſticon Angl.* i. 960. [e] Conſecratus eſt archiepiſcopus Apr. 2, MCCXXXIV. Godw.

[f] Obiit 16 Nov. MCCXLII. Cave. Godw. 16 cal. Dec. MCCXL. M. Pariſ. Whart. *A. S.* tom. i. 115.

[g] Scripſit *Speculum eccleſiae*, lib. i. cap. 30. Pr. pr. " In nomine dulciſſimi Domini, etc. Iſte liber eſt." [" Hic " incipiunt." Mſ. Norw. More 878.] Mſ. Bodl. Laud. G. 9. et L. 24. et Mſ. Bodl. NE. B. i. 21. Extat in *Bibl. Patrum* tom. xxv. p. 316. et in Mſ. Norwic. More 475. et in Mſ. C. C. C. Cantabr. K. 6. cap. 35. ult. " Quid eſt vivere humiliter." Rob. Copland edidit Lond. . . . . 4to. *The myrrour of the chyrche*, cap. 31. " Videte vo- " cationem veſtram." Annon tranſcr. hujus Edm. In ed. Lond. MDXXI. 4to. ſcribi dicitur ab S. Auguſtino de Abyndon. et R. Coplandi verſus prae ſe fert. Langbainio hic tractatus videtur non ab S. Edmundo, ſed ab alio religioſo compoſitus, qui tamen hunc ei titulum facit. In Mſ. Bodl. NE. E. 5. 9. extat Anglice ſermo S. Edm. de Pountney, vocatus *Speculum S. Edmundi*, ſive *Speculum eccleſiae*, xxxii cap. Pr. primi, " Se ȝe ȝoure clepinȝe." Vide Nic. Bellew. *De contemplanda Deitate*, lib. i. " Videte ad quid " vocati eſtis." Eſt principium libri *Speculi*. Extat Gallice in bibl. Bodl. Mſ. Digb. 20. quem Guilhelmus Beufu, Carmelita Northamptonenſis, in Latinum ſermonem transfudit. Bal. iii. 96. Pitſ. Liber hic idem forſan cum *Speculo contemplationis* hujus Edm. Gallice continens vii peccata mortalia, vii virtutes, x praecepta, etc. Pr. " Les " vii mortales pecchez ſont." Mſ. Bodl. Digb. 98. Porro extant *Oratio ejus* (Gallice tetraſtich. 12.) " Duz ſere Jeſu " Criſt aiaz." Mſ. Bodl. NE. B. 3. 18. *Ejuſdem orationes* x. (Lat.) Pr. " Domine Jeſu Chriſte, rex gloriae." Mſ. Bodl. ibid. *The ſeven ſacraments ſhortly declared of ſeynt Edmonde of Pounteney.* Pr. " St. Edm. of Pountn. ſeythe " that baptyme." Mſ. Norw. More 690. Adeas, ſi velis, Lyndwoodum, apud quem occurrunt Edmundi noſtri *Conſtitutiones ſynodales* xii, piae ſane et ſalubres. Vide titulos canonum xix apud Pitſ. p. 309. Extant apud Lindwoodum edit. Oxon. MDCLXXIX. fol. *Append.* p. 11. et in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 63. Pr. " Imprimis igitur " in virtute Spiritus ſancti." Vide Mſ. Norwic. More 235.

[h] Inter ſanctos relatus eſt ab Innocentio iv, MCCXLVIII. Godw. a Caliſto iii. MCCCCLVI. Cave, p. 716. In Mſ. C. C. C. Oxon. 154. Sunt teſtimonia Ric. Drinſtable, ord. Praed. Stephani ſubdiaconi, hujus arch. cubicularii et ſecretarii, Roberti, can. ord. S. Aug. olim cubic. et ſecretarii, Euſtachii monachi, ejus capellani, de ſanctitate hujus Edmundi. [i] Robertus Divitius, natus Abendoniae, Oxoniae educatus, cum fratre ſaepius Romam profectus.

[k] Scripſit enim *De vita Edmundi archiepiſcopi*, lib. i. " B. Edmundus Cantuar." [archiepiſcopus, Mſ. Cott. Julius, D. vi.] Mſ. Cott. Cleop. B. i. 2. Olim in bibl. Thetford. Lel. *Coll.* iii. 23. In cod. Cottoniano Jul. ſunt duo diverſa ejuſd. pr. et argumenti. *De tranſlatione ejuſdem*, lib. i. *Exegeſim in canonem S. Auguſtini*, lib. i. Bale Mſ. Glyn. Pitſ. *Edmundi archiepiſcopi Cantuar. Liber de reſurrectione, etc.* MDXIX. 8vo. Claruit anno MCCXLVI. Bal. iii. 97. Pitſ. 319.

RICHESDALE [JOHANNES] rector eccleſiae de Rodington, ſcripſit *Sermonem de purificatione Virginis.* Pr. " Paraſti lumen ad revel." Mſ. in bibl. Baliol. n. 149. Langb. quem librum ſcripſiſſe hunc Johannem autumat clar. Langbainius ex aliorum ſermonibus maxime, ſed et ſua nonnunquam ſymbola collata, qualis eſt *Sermo* praedictus. Claruit circa A. D. MCCCLX.

RIDEVALL [JOANNES] [a] ſive REDOVALLENSIS e ſodalitio Franciſcanorum [b], humani-

[a] Joannes Ridevall. [b] Aliqui tamen Auguſtinianum fuiſſe contendunt. Mſ. Lel. Trin.

oribus

oribus juxta ac divinis literis se totum vel lubentissime obtulit. Tanta non potuit suo carere alacritas successu: nam hominem gloriae fugientissimum fama percelebravit. Hinc necesse habuit libros scriptitare, quibus, tanquam luculentissimis indicibus, specimen non protritae cognitionis palam faceret. Concinnavit igitur elaboratos *In duodecem libros Augustini de civitate Dei commentarios* [c]. Edidit etiam *Commentarios in Fulgentii Mythologicon* [d]. Majora deinde aggressus. *Elucubrationes in Psalterium Davidis, et Pauli epistolas* [e] edidit [f]. Ex *Lelando*.

[c] Lib. xxii. Pr. " Magnus Dominus et laudabilis." In 1. 2. 3. 6. 7. libros Mf. C. C. C. Oxon. 186. 187.

[d] Lib. iii. " Intentio venerabilis viri Fulgentii." Mf. episc. Norw. More 211. Cantabr. in bibl. publ. Mf. 113. 3.

[e] Lib. xiv.

[f] Scripsit etiam *Super Cantica*, lib. i. " Diligenti discretione cautum est." *In evangelium S. Joannis*, lib. i. *Moralem expos.* ccxviii *fabularum in Metamorphosi Ovidii*, lib. i. " In hujus expositionis initio." Mf. Cantab. in bibl. publ. 113. 3. *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *Quaestiones ordinarias* viii. lib. i. " Primus articulus quaestionis." *In Valerium ad Rufinum de uxore non ducenda*, lib. i. " Loqui perhibeor et " tacere non." In Mf. Norw. More 211. est lib. hujus principii et argumenti, qui praecedit hujus Joannis *Commentarium in Fulgentium*. Claruit anno MCCCXXX. Bal. v. 37. Pitf. p. 425.

RIDLEY [LANCELOTUS] in Academia Cantabrigiensi literis institutus, in aula Reg. S. theol. baccalaureus A. MDXXXV, et doctor A. MDXL evasit. Mf. Inett. Fuit linguarum Hebraeae, Graecae, et Latinae peritus, unus ex sex praedicatoribus ecclesiae Cantuar. (Strype in *Vita Cranmer.* 94.) A. MDXLI et MDLX. Strype in *Vita Parker.* 72. Mf. C.C.C. Cantabr. Miscell. xx. p. 85. et 1563. Ibid. Miscell. v. Religionis reformatae causam, regnante Edw. vi, pro virili defendebat et concionibus crebris sincere Dei verbum vulgo praedicabat. Sub regina Maria vero ad papismum revertit; et deprivatus fuit beneficio ecclesiastico ob conjugium 15 Martii MDLIII. *Regist.* eccles. Cantuar. Whart. Mf. F. 128. in bibl. Lambeth. Scripsit Anglice *In Paulum ad Ephesios*, lib. i. Pr. pr. " Grace, mercy, etc. Many and dyvers causes." Lond. MDXL. 8vo. Meminit Gul. Tolwyn in *Recantatione* A. MDXLI, ubi damnatur. *In eundem ad Philippenses* lib. i. Pr. pr. " Grace and peace from God the Father." Cantuar. by John Mychel. 8vo. *Ad Colossenses quoque*, lib. i. " Because the word of God." Lond. MDXLVIII. 12mo. *Comment. in Josue*, lib. i. *In Evangelium Matthaei*, lib. i. *In ultimas epistolas Johannis*, lib. ii. *In canonicam Judae*, lib. i. Hujus meminit in *Praefatione lectori* ad *Comment. ad Ephesios.* Annon idem cum anonymi Anglica *Expositione in Judam*. Pr. pr. " In thys epistel (most bening redar) doth." Lond. by W. Copland. . . . 8vo. *De xiii abusionibus missae*, lib. i. Bale Mf. Glyn sequentes ei attribuit libros: *In duas ultimas epistolas Johannis*, lib. ii. Latine. *In Paulum ad Thessalonicenses*, lib. ii. vel *In secundam Thessalonicens.* lib. i. *De conjugio ministrorum*, lib. i. Claruit circa A. MDLV. Bal. ix. 37.

RIDLEY [NICOLAUS] ex antiqua et generosa familia apud Willymondswyke in Northumbrensi agro natus (juxta Fox. 1 edit. 1293. apud Tyndale natus) literis grammaticalibus Novi Castri in Tynam imbutus, inde Cantabrigiam missus, qua post susceptum baccalaurei in artibus gradum relicta, Oxoniam se contulit, ubi inter socios fundationis Skirlavianae in collegio Universitatis 15 Apr. MDXXI clectus eorum societati se aggregare noluit. Dein aliquandiu Parisiis apud Sorbonenses studiis operam dedit. Mox Cantabrigiam reversus academiae procurator A. MDXXXIV (Mf. Inett. Fox. 1771.) postea S. theol. doctor, et A. MDXL aulae Pembrochianae magister admissus. A Cranmero vicarius de Hern in com. Cantii, praebendarius Cantuariensis, et circa A. D. MDXLI unus ex sex praedicatoribus ecclesiae Cantuar. evasit. A. MDXLV, 25 Novemb. admissus praebendarius S. Petri Westmonast. A. MDXLVII, 17 Maii institutus ad vicariam de Saham in comit. Cantabr. dioec. Norvic. (*Reg.* Reppf. Norvic. 127.) Fuit regi Edwardo vi a sacris, et episcopus Roffensis, ac licentiam regiam habuit cum episcopatu Roffensi in commendam habere vicarias de Hern. in com. Cant. et de Saham in com. Cantab. et duas praebendas, sc. Cantuar. et S. Petri Westmonast. Rymer *Foeder.* xv. 165. A rege ad episcopatum Dunelmensem nominatus (Fox. 1771.) et A. MDL, April. 1, ad sedem Londinensem translatus fuit. Scripsit *Treatise concerning images, not to be set up, nor worshipped in churches.* Pr. " First the words of the " comm." Fox. p. 2128. *Answers to certain queries concerning the abuses of the mass.* Pr. " No " man can take to himself any thing." Mf. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. et Burnet. *Hist. Reform.* tom. ii. *App.* p. 123. *Brief declaration of the Lord's Supper.* Pr. " Many things confound." . . . MDLV. et MDLXXXVI. 8vo. et Oxon. MDCLXXXVIII. 4to. Latine per Gul. Whyttyngham, Genev. MDLVI. h. t. *De coena Dominica assertionem e carcere scriptam.* Pr. " Cum duae res sint " quae mihi." Latina autem versio in principio unam aut alteram sententiam habet, quae non est in originali. Libro huic respondit Alban Longdale S. T. professor e coll. D. Joh. Cantabr. in *Confutatione catholica Nic. Rydley de eucharistia.* Par. MDLVI. 4to. *Certain godly and comfortable conferences between him and Mr. Hugh Latimer during the time of their imprisonment.* Pr. " A " bishop ought to be unrepr." Lond. MDLV. MDLVI. et MDLXXIV. 8vo. Et in partibus transmar. MDLVI. 12mo. Editioni Londinensi additur *A treatise against the errour of transubstantiation.* Et iterum cum *Praefatione* Henrici Whartoni, Lond. MDCLXXXVIII. 4to. In Mf. Bodl. NE. B. 2. 7. extat *Conferentia una contra missam.* Pr. " All worldly respects put apart." Et in Fox. 1 edit. 1285. extat *Altera cum Antonio quodam.* Pr. " All men do much marveyle." *A friendly farewell; written during his imprisonment at Oxford, unto all his true lovers a little before his death.* Pr. partis i. " At the name of Jesus Christ let." Pr. part. ii. " Farewell, my dearly beloved " brethren." Lond. MDLVIII. Extant apud Fox. p. 1770. 1776. *A piteous lamentation of the miserable*

miserable state of the church of England, in the time of the late revolt from the gospel. Pr. "Alas "what misery is." Lond. MDLXVI. 8vo. Extat in Fox. p. 1778. *A comparison between the comfortable doctrine of the gospel, and the traditions of the popish religion.* Ibid. *An account of a disputation at Oxford,* A. MDLIV. "I never yet, sithens I was born." Prodiit Latine cura Gilb. Ironside, Oxon. MDCLXXXVIII. 4to. *The way of peace amongst all protestants; being a letter sent by him to bishop Hooper, with observations upon it.* Lond. MDCLXXXVIII. 4to. *Letter of reconciliation written to bishop Hooper.* Lond. by Sam. Johnson MDCLXXXIX. 4to. *De abominationibus sedis Romanae et pontificum Romanorum.* Strype in *Vita Cranmer.* p. 343. *Annotationes in Tonstali libros de transubstantiatione.* Ibid. *Collectanea ex evangeliis et D. Paulo, tribus doctoribus ecclesiae Graecae sc. Origene, Chrysosthomo, et Theodoreto, et tribus ecclesiae Latinae, sc. Tertulliano, Augustino, et Gelasio, de verbis institutionis Coenae Dominicae figurative intelligendis.* Ibid. *Tres positiones de sacrificio missae expiatorio.* Ibid. *Epistolas ad fratres in diversis carceribus.* Ibid. *De electione et praedestinatione.* Ibid. p. 350. Vid. *Literas Martyr.* in bibl. Eman. Cantabr. f. 70. *Judicium ejus de epistolis decretalibus,* sc. *Clementis, Anacleti, Lucii, Pontiani, et aliorum vetustissimorum pontificum.* Pr. "Ego sane sentio esse suppostititias." Ms. bibl. Eman. Cantabr. l. c. finit ita: "Haec "ego respondenda esse censeo Bradfordo meo ad suam quaestionem de autoritate harum epistolarum." *Annotationes in duas Watsoni conciones quadragesimales coram regina.* Ms. Ibidem. *Certain matters wherein Steven Gardiner, bishop of Winchester, varyeth from other of the papists, and from himself, as touching the sacrament of the Lord's Supper.* Pr. "Other say that the body." Fox. 1 edit. 1384. *Answer to M. Ant. Constantius.* Ibid. p. 1503. *Articles to be enquired of in the visitation of the diocese of London* MDL. *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. iv. p. 60. seq. *Injunctions given at the visitation of the diocese of London.* MDL. Burnet. *Hist. Reform.* tom. ii. *App.* n. 52. *His letter to the preachers within the diocese of London, setting out the sins of that time.* Ibid. n. 58. *His letter to the protector concerning the visitation of the university of Cambridge.* Ibid. n. 59. *Diverse letters.* Strype in *Vita Grindall.* 19. Strype in *Vita Cranmer. App.* lxxxvi. Strype in *Vita Parker.* 29. Fox. 1504. 1464. 1724. Mss. *Epist. Martyr.* in bibl. Eman. Cantabr. Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 401. Martyrium passus est in fossa civitatis Oxon. e regione collegii Baliolensis 16 Oct. MDLV. Bal. viii. 84. Godw. p. 251. *Athen. Oxon.* i. 94. seq. Holland. *Herool.* p. 156. Fox. p. 1717. 1378. 1387. 1426. 1441. 1463.

RIGA [PETRUS de] sive REMENSIS. [Hunc cum Petro episcopo Aginnensi A. MCCLXIII confundit Altamura *Bibl. Dominic.* in A. MCCLXIII.] Cave. (*Hist. liter.* i. 682.) hunc Gallum esse vult; sed ex *Rubrica* in Cod. Ms. collegii Caio-Gonvill. Cantabr. D. 7. constat hunc virum doctissimum fuisse natione Anglicum, quae ita habet: "Incipit prooemium in librum qui dicitur "*Aurora magistri Petri natione Anglici canonici, ecclesiae Remensis, quae vulgo dicitur S. Dionysii le* "*Bestun.*" Vide etiam *Bullam sive epistolam* Clementis P. de approbatione librorum Radulfi Nigri; ubi dicitur, quod Guido episcopus Senocensis "priorem partem moralium regum tradidit magistro "Petro Anglico canonico et aliis canonicis in commune ad inspiciendum et examinandum." Ecclesiae Rhemensis cantor et canonicus fuit, et scripsit *Heptateuchum,* quem *Auroram* vocavit, duos *Libros regum* et quatuor *Evangelia* metrice reddens juxta Caveum, l. c. *Auroram, sive paraphrasin metricam librorum historicorum Vet. et Novi Testamenti.* Pr. pr. "Fraternae caritatis quasi." Ms. Lambeth. 530. 531. Opus metricum insigne super Biblia, quod *Auroram* vocavit, juxta Simleri *Epit. Gesneri* his titulis: *In Genesin,* lib. i. *In Exodum,* lib. i. *In librum Ruth,* lib. i. *In Regum libros* iii. *In Cantica canticorum,* lib. i. *In quartum Regum,* lib. i. *In Danielem,* lib. i. *In Tobiam,* lib. i. *In Job.* lib. ii. *In Judith,* lib. i. *In Hester,* lib. i. *In libros Maccabaeorum, In evangelicam historiam,* lib. i. *In Actus Apostolorum,* lib. i. *Recapitulationum,* lib. i. *De grammatica,* lib. i. Et multa alia. In *Praefatis* autem opusculis libros historicales mira brevitate exposuit; observata diligenter lege metri, historico, allegoricoque sensu singula declaravit. Simler. l. c. Daumius *Praefat* ad *Lect. D. Hieronymi theologi Graeci dialog. de Trinitate* subjunctae, pag. 10. "Petri de Riga *Aurorae*—prima ἔκδοσις in membranis a nob. Barthio ad me pervenit, qui librum "*Hester* inde de adversaria sua transcripsit; unum etiam et alterum exemplum Lipsiae in biblio- "theca Paulina custoditur: Interpolavit autem postea Parisiis Aegidius Levita, nescio quis, cujus "*Praefationem* vide apud laudatum Barthium *Animadv. ad Gul. Bitronem,* p. 755. Is forte Ae- "gidius Leoninis versibus adjecit *Jobum, Threnos Jeremiae, Canticum canticorum, Acta Apostolica;* cum haec omnia a prima editione absint, et alio metro utantur." Placcius ii. 540. Claruit A. MCLXX. Cave. *Hist. liter.* i. 682.

RIGHTWISE [JOHANNES] sive RITWISE, apud Sawl in agro Norfolcensi natus, literis grammaticalibus in schola Eatonensi imbutus, inde socius coll. Regii Cantabrig. electus A. MDVII; Postea hypodidascalus, dein archididascalus scholae Paulinae London. Scripsit *The tragedy of Dido out of Virgil.* Quam tragoediam coram card. Wolsaeo magna cum laude egit. *Tetrastichon in laudem G. Lillii.* Ad finem Gul. Lilii *De moribus.* Antwerp. MDXXXIV. 12mo. *Hexastichon in laudem ejusdem* praefixum Gul. Lilii *De Nom. et Verb.* Antwerp. MDXXXIII. 12mo. *Distichon* i. praefixum libro Gul. Hormanni *Vulgaria puerorum* dicto. Recognovit et adauxit cum nominum et verborum interpretamentis *Gul. Lilii de generibus nominum et verborum praeteritis et supinis regulas,* Antwerp. MDXXXIII. 12mo. Lond. MDXXXIX. 12mo. Pr. interp. "Apollo, Deus, "quem Graeci Solem." Obiisse fertur A. MDXXXII. *Athen. Oxon.* i. 17.

RIKES

RIKES [RICHARDUS] Anglus, frater obſervantiae, tranſtulit ex Latino in Anglicum *Adriani Savorini veram imaginem Chriſtiani amoris*. Pr. " In all our actions either private." Edit. Lond. MDLXXXVII. 12mo. ab Antonio Munday, camerarum reginae ſervo. Claruit circa A. MDXL.

RIMSTON [GULIELMUS] ſive REMINGTON, monachus de Salley, agri Ebor. ordinis Ciſtertienſis. In academia Oxon. literis operam dedit, ubi tandem gradu doctorali in ſacra pagina ornatus erat. Fuit etiam cancellarius Oxon. et catholicae doctrinae contra Wickleviſtas propugnator ſtrenuus. Scripſit *Dialogum inter catholicam veritatem et catholicam pravitatem, contra Wickleviſtas*, lib. i. " Quadraginta quinque concluſionibus." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 3. 12. *Concluſiones catholicas circiter* L; *ſive doctrinam ſimpliciter literatorum contra haereſes nuper in Anglia exortas*, lib. i. " Beatiſſimus Paulus apoſtolus uſque ad tertium coelum." Mſ. Ibidem. *Ad quendam anachoretam*, lib. i. *Sermones duos in ſynodo Ebor.* A. MCCCLXXII. unum in illud thema: *Luceat lux veſtra coram hominibus*: ſecundum ibidem A. MCCCLXXIII. in iſtud: *Videte, vigilate, et orate*. Mſ. olim in bibl. Tho. Allen ex aula Glocest. Oxon. Vide Mſ. Digby 122. In Mſ. Norwic. Mori 475. eſt tractatus inſcriptus *Stimulus peccatoris ſecundum Willelmum Rymtoun*; *continens motivas meditationes ex S. Scripturae et Sanctorum ſententiis compilatas, praeſertim ex ſententiis B. Auguſtini, B. Bernardi, et venerabilis Anſelmi, quae ſcripta ſunt ad quendam monachum anachoritam.* Pr. pr. carmine. " Qui vacat in cella, cupit hoſtis vincere bella." Liber proſa. Hic forſan idem cum Balei libro ſupra. Claruit circa A D. MCCCXC. Bal. vii. 14. Pitſ. p. 553.

RINGSTEAD [a] [THOMAS] ſive RINGOSTADIUS, Dominicanus, ſui ſacculi clarus theologus, relictis ſcholis Britannicis, Galliam atque adeo ipſam petiit Italiam, quo facilius orbem ſcientiarum conſummaret: et, ne lapidem omnem non moviſſe in re literaria videretur, Romam, uberrimum eruditionis fontem, inviſebat. Ubi tandem a pontifice Romano cognitus, et in familiaritatem vocatus, non levia virtutis ſuae munera accepit. Primo etenim magiſtratu donatus eſt, quem vulgo *Poenitentiarium* vocant; deinde etiam, creſcente erga illum Romani benevolentia, epiſcopus Banchorenſis factus eſt [b]. Ille vero tanta laetus fortuna, pontifici Romano gratias, quantas potuit, maximas agebat: pauloque poſt patriam repetiit, humaniſſimis Romani literis Edovardo tertio, Anglorum regi, commendatus. Scripſit autem ſuper *Parabolas Solomonis* [c]: quanquam ego illud opus Iſcae Devoniorum vidi, niſi vitium ſit librarii, ſub nomine Richardi [d] Ringoſtadii. Illud certe ſatis admirari non poſſum, quod Leander Albertus, qui diligentiſſime *De illuſtribus viris praedicatorii ordinis* ſcripſit, nullam de Ringoſtadio faciat mentionem [e]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Ringſtead ſenior. Quaere an patria Huntingdonenſis, quia parentes in coen. Huntendon. ſepulti erant. Primum academiae Cantabr. dein Oxonienſis alumnus. S. theol. doctor Oxon. *Faſti Oxon.* i. 22. Pitſ. Mſ Lel. Trin. [b] anno MCCCLVII. [c] Lib. i. lect. 183. [181. Mſ. Trin.] Pr. pr. " In abditis [*abſconditis* ibid.] " parabolarum converſabitur." Pr. l. " Parabolae Salom, etc. Circa principium hujus libri advertendum." Mſ. Lamb. 33. fol. Oxon in colleg. Baliol. xxxiv. colleg. Trinitatis, Cod. 2. et Linceln. Arch. Au[?]r 18. Cantabr. in coll. S. Petri Cod. 259. et in bibl. Lumleiana. " Au- " tor fuit haud dubio vir multae lectionis, tam ſacrae " quam profanae. Autores melioris notae, tum claſſicos, " tum recentiores, paſſim citat: ſtylum habet praeter " ſacculi ſui genium floridum." Ita Langb. Mſ Baliol. [d] Idem opus extat Mſ. in bibl. Bodl. Oxon. (idem enim principium habet) et ab A. Wood in *Athen. Oxon.* i. p. 656. aſcribitur Ricardo Ringſtede, priori Novitiorum in colleg. Glocest. Oxon. anno MCCCCLII. Qui Ricardus fuit monachus Burienſis (A. Wood. Mſ. Pitſ.) ſupprior monaſterii Burienſis, et procurator abbatis dicti monaſterii in capitulo generali ordinis Benedict. Northamptoniae MCCCCXLI. (*Reg.* Bur. Novell.) necnon commiſſarius magiſtri Gilberti Kymer, cancell. Oxon. MCCCCL. *Reg.* A. a a f. 83. Thomae autem Ringſtedo ſeniori adjudicantur etiam opera ſequentia: *Lectura ſententiarum*, lib. iv. *Gloſſae ſuper Pſalterium*, lib. i. *Diſtinctiones theologiae*, lib. i. " Ab. Acona Poſſidonius Rhodius." *Placita theologica*, lib. i. *Sectiones in Scripturam*, lib. i. *Ad clerum Oxonienſem*, lib. i. *Praedicationes ſolennes*.

[e] Claruit MCCCLXX, et tandem in ſua eccleſia ſepultus. Bal. vi. 43. Pitſ. p. 507. ſeq. Obiit in coenobio Dominicanorum Salopiae 6 id. Januar. MCCCLXV. (*Reg.* Iſlip.) Teſtamento mandavit corpus ſuum in coenobio canon. S. Auguſt. ſepeliri, et inter alia legata, quae videſis apud Godwinum, dedit ad ſtudioſorum pauperum ſuſtentationem 100 libras. Godw. p. 646. ſeq. Thomas Ringſtede junior, decretorum doctor, et vicarius de Mildenhale in comit. Suffolc. ſcripſit *Sermones de tempore*, lib. i. " Factus " eſt ſermo Domini ad me." *De feſtis ſanctorum*, lib. i. " Dies dominica ab hora diei Sab." *De communi ſanctorum*, lib. i. " In illa rubrica duo notantur." *In commemorationibus*, lib. i. " B. Mariae commemoratio." *Gloſſas in Epiſtolas et Evangelia totius anni. Poſtillas ſive lectiones* clxxx. Mſ. in bibl. Baliol. l. c. Claruit MCCCCXL. Bal. vii. 92. Pitſ. p. 630. Tho. Ryngſted LL. doct. collatus fuit ab epiſcopo ad decanatum colleg. B. Mariae de Campis in Norfol. 23 Octob. MCCCCXXVI. *Regiſt.* Alnwik, epiſc. Norw. ix. 91. Decanatum reſignavit 17 Aug. MCCCCXLIV.

RIPLEY [a] [GREGORIUS] ſive RIPOLEGUS [b], Carmelita, jactis ſtudiorum fundamentis [c], tandem fanum Botolphi [d] excoluit, emporium propter Lindi fluminis ripas celeberrimum: ubi

[a] Gregorius Riplay, Georgius in Mſ. C. C. C. et in *Theatr. chimic.* Aſhmol. necnon etiam a Baleo et Pitſeo dictus. [b] " Georgius Ripleye, jactis in Italia ſtudio- " rum fundamentis, tandem ex regulari canonico Carme- " lita factus." [Ita Bal. *Epit.* Mſ. Trin.] Apud Ripley in agro Surreienſi natus. Camd. Alii potius credunt eum patria Eboracenſem. El. Aſhmol. not. in *Theatr.* p. 457. Vide etiam Fuller. *Worth.* iii. 203. Revera autem in Hollandia ortum habuit. [c] Lovaniae ſtuduit *Ep. ad regem Edw.* iv. Mſ. Item in Italia. Mſ. C. C. C. Oxon. 168. et *Theatr.* Aſhmole. [d] Primum canonicus regularis ord. S. Auguſtini apud Bridlington, coenobium in agro Ebor. ſed ex Italia rediens, diploma conſequutus eſt a papa Innocentio viii, eum ab ordinis ſui regulari obſervantia abſolvens, quo magis ſtudiis vacaret: quod cum canonici non admitterent (Bal.) quod ei conceſſum erat a ſuis (Pitſ.) in fano S. Botolphi Carmelitam induit circa A. Ch. MCCCCLXXXVIII, et anachorita ibi vixit uſque ad obitum A. D. MCCCCXC. Aſhmol. Bal. viii. 49. Pitſ. p. 677. Poſt reditum Oxoniae ſtuduit, et ſcripſit *Compendium alchymiae*. Vide *Praefat.*

majeſtate et gloria patroni illius loci commonitus, *Botolphi vitam*, quanta potuit diligentia maxima, perſcripſit[c]. Ex *Lelando*.

[c] Scripſit *Vitam Botulphi abbatis*, lib. i. *Vitam S. Johannis Bridlingtoni*, lib. i. " Sacratiſſimae recordationis Joan-" nes." *Hiſtoriam compaſſionis* [*glorioſae virginis*] *Mariae*, lib. i. " Gaudia praeclara coeli, tua praeſtat." Quam ſtatutum eſt in capitulo [Carmelitarum] Aylesfordiae A. D. MCCCCLXXXIX, in perpetuum celebrari in feria ſexta ante Dominicam palmarum vel feria 4ta praecedenti, ſi aliud feſtum evenerit. Mſ. Bal Sloan *Theoricam quandam*, lib. i. " Requiram primum, mi domine, pro." *Concordantias Guidonis* [*philoſophi Graeci*] *et Raimundi* [*Lullii*] lib. i. " Aſſerit Raimundus de lapidis." Bale. Pitſ. " Rai-" mundus loquens de lapidis fermento." *Secreta philoſophorum*, lib. i. [*De putrifactione, vel*, Bal. *Add.* Lel.] *Alcumiſtarum myſteria*, lib i. Dialog. " Dum ſol in ariete, " Phoebuſque lucet." Angl. Pr. " When ☉ in ♈ and " Phoebus ſhines bright." Extat in *Theatro chim.* p. 381. *Practicam caeremonialem*, lib. i. " Locuti ſumus de do-" ctrina figurae." *Caſtellum* xii *portarum*, lib. i. " Lux " incomprehenſibilis, ac majeſtatis." Hoc opus eſt de calcinatione, ſolutione, ſeparatione, conjunctione, putrefactione, congeliatione, multiplicatione, projectione, et ſimilibus. Bal. *Add.* Lel. *Epit.* *Dictata aegri*, lib. i. " Multipliciter philoſophi loquebantur." *De magia naturali*, lib. i. *Compendium Alchymiae*, lib. i. " Exordium " hic coepit alchymiae." Mſ. in bibl. Lumleiana. Extat Angl. ſermone ligato Mſ. C. C. C. Oxon. 168. Mſ. Norw. More 145. Pr. pr. " Here foloweth [beginneth impreſſ.] " the compound." Pr. L. " O lyght incomprehenſible " and glorious majeſtye." Prodiit Lond. MDXCI. 4to. et MDCLII. in *Theatro chimico*, operâ Mercuriophili Angli, Eliae Aſhmol. Latine etiam vertit Ed. Kellaeus. Hoc opus compoſuit auctor A. D. MCCCCLXXI. *Carm.* ad finem in *Theatr. chim.* Dividitur in xii portas. Qu. annon idem cum *Caſtello* ſc. ſupra recenſito: Exordium fere idem eſt. *Artem brevem vel clangorem*, [*practicam ceremonialem*, Bal. *Add.* Lel.] lib. i. [*De Mercurio et*] *de lapide philoſophico*, lib. i. Rithmice. *Dialogorum ſuorum*, lib. i. *Cantilenam* [*de lapide phil. ſeu de phoenice*] Pr. " En philoſophantium in hac cantilena." Mſ. Bale. Sloan. *Carmina et epiſtolas*, lib i. *Viſionem*. Pr. " When buſie " at my boke, I was upon a certen night." *Theatr. chim.* p. 374. . . . *Epiſt. ad R. Ed.* iv *de lap. philoſophorum* (Carm.) Pr. " O honerrable lord, and moſt victorious " knight." Mſ. C. C. C. Oxon. 168. Extat in *Theatr. chim.* Lond MDCLI. 4to. His addidit Pitſeus. . . . *Medullam philoſophiae*, lib. i. Pr. dd. " Conatus ego tra-" ctare." Dedicatio tantum extat in *Theatr. chimico*, p. 389. Pr. " Geo. Nevel, archiepiſcopo Ebor. Right noble lord " and prelate deere." . . *Pupillam alchimiae*, lib. i. Pr. pr. " Imprimis intellige, quando Avicenna." *Terram terrarum* [al. *Terrae philoſophicae*] lib. i. " Accipe ter-" ram de terra." *Experimenta philoſophica*, lib. i. *De rerum temperaturis*, lib. i. *Philorcium alchimiſtarum*, cap. 18. Pr. " Poſtquam ego Georgius Riplaeus." A. Wood. Mſ. Pitſ. Mſ. in bibl. colleg. Trin. Cant. 360. Extat inter *Opera chimica* Riplaei edita a Ludov. Combachio Caſſellis MDCXLIX. 12mo. Aſhmol. nota in *Theatr. Chim.* 456. *De mercurio et lapide philoſophorum* (proſa) Pr. " Ca-" riſſime fili, inſtruam te in hac." *Clavem aureae portae*. Pr. " Cum clauſa eſſet via veritatis." Hujus aliqua pars Dunſtano archiepiſcopo tribuitur. *Viaticum, ſive varia practica Georgii Riplaei*. Pr. " Rec. Jovem calcinatum, " et pone." *Accurationes et practicas Raymundinas*. Pr. " Primo principaliter ſcire debes" Haec Pitſeus. Porro extat in *Theatr. chim.* p 393. *Chimicus alius tractatus*. Pr. " Take heavy, ſoft, cold, and drye." In eodem libro etiam p. 375. habentur verſus in laudem emblematicae ſchedae a Georgio (ut veriſimile eſt) Riplaeo inventae. Opera omnia chemica Riplei edita ſunt Latine a Lud. Combachio Caſſellis MDCXLIX. 12mo. ubi ſequuntur opuſcula alio quam hic ordine. Vide El. Aſhmol. in notis ad *Theatr. chim* p. 456.

RISHANGER [GULIELMUS] anno aetatis 21 habitum monachalem ordinis S. Benedicti aſſumpſit apud fanum S. Albani. Poſt Mathaei Pariſienſis mortem hiſtoriographus regius erat ſub Henrico iii, Edw. i, et Edw. ii. Scripſit *Chronicorum opus ab anno* MCCLIX *ad ſua tempora* Joanni abbati nuncupatum. [Ita in *Rubrica*, ſed revera incipit ab A. MCCLXI ad MCCXCIII, ad inſtantiam Johannis abbatis. Mſ. Cotton. Claudius D. vi.] lib. i. " Sunt quaedam vetuſtatis indi-" cia." Quod opus puto eſſe illam *Collectionem hiſtoricorum tractatuum*, quae habetur Mſ. Cantabrigiae in collegio S. Benedicti. Quod opus ſcribit Th. Walſinghamus ad A. MCCCXXII ſuo tempore aſſervatum fuiſſe in monaſterio S. Albani. Pitſ. *Continuationem Math. Pariſ. ab* A. MCCLX *uſque ad ultimum annum regis Henrici* iii, lib. i. " Rex Henricus componit cum rege." Mſ. in bibl. Lumleiana. Pitſ. *Annales Edwardi* i. lib. i. (" Anno Domini MCCC ſeptimo nonas") Mſ. bibl. Reg. Weſtmon. 14. C. 1. *De Bellis Lewes et Eveſham inter regem Henricum* iii *et barones annis* MCCLXIII. MCCLXV. lib. i. " Quamplurimorum incommendabilis inolevit." Mſ. Cotton. Claudius D. vi. *De controverſia ſuper electione Scotorum regis*, lib. i. " Ad regiae celſitudinis Angliae." Mſ. ibid. f. 135. *Quoniam rex Edwardus conſtituit Johannem de Balliolo regem Scotiae*, lib. i. " Convenientibus apud Norham." Mſ. ibid. f. 136. *De jure regis Anglorum ad Scotiam*, lib. i. " Sanctiſſimo in Chriſto patri." Mſ. ibid. et Mſ. in bibl. Regia Weſtmon. 14. C. 1. In codice hic poſtremo memorato ſub principio eſt haec nota: " Memorandum, quod ego frater Williel-" mus de Riſhanger cronographus, die inventionis ſanctae crucis anno gratiae MCCCXII, qui eſt annus " regis Edwardi filii regis Edwardi quintus, habui in ordine 41 annos et in aetate 62 annos. Hic " eſt liber ſancti Albani." Obiit A. C. MCCCXII, aetatis 62, monachatus 41, et in coenobio ſuo ſepultus jacet. Bal. iv. 94. Pitſ. 403. Voſſius *Hiſt. Lat.* p. 473. 790.

RISHTON [EDVARDUS] familia antiqua et generoſa in agro Lancaſtrenſi oriundus, ad collegium Aeneanaſenſe in academia Oxon. amandatur circa A. D. MDLXVIII. Hic philoſophiae et mathematicis ſtudiis operam dedit, et anno MDLXXII brabeum baccalaurei in artibus ab academia expetiit. Poſtea Duacum trajecit, et in collegium Anglicanum ibidem admiſſus, poſt aliquantulum temporis artium magiſter evaſit. Inde Romam anno MDLXXVII contendens, percurſis ſtudiis theologicis circa A. MDLXXX ſacerdos factus fuit. Dein patriam repetiit, ubi comprehenſus Turri Londinenſi mancipabatur. Cuſtodia deinde poſt triennium liberatus [Qu. annon examinatus et condemnatus fuerit cum Campiano A. MDLXXXI, menſe Novemb. Stow. p. 695. veniam obtinuit MDLXXXIV. Fuller. *Ch. Hiſt.* xvi. 170.] ad Gallos ſe contulit, et in academia Muſſipontana in Lotharingia theologiae invigilavit. Abhinc peſtem evitandi gratia aufugiens, eodem morbo correptus prope S. Manhou decubuit anno MDLXXXV. Scripſit, *Synopſin rerum eccleſiaſticarum uſque ad* A. D. MDLXXVII. *Profeſſionem fidei* xxiv *articulis confirmatam*. *Rerum pro*

religione

religione catholica ac in Turri Londinensi gestarum ab A. D. MDLXXX *ad A. usque* MDLXXXV *indiculum sive diarium.* Pr. " Praeter eos carceres in civitate London." *Religiosorum et sacerdotum nomina, qui pro defensione primatus Romanae ecclesiae per martyrium consummati sunt sub Henrico* viii. Pr. " Johannes, Roffensis cardinalis." *De schismate Anglicano,* lib. i. Haec omnia, praeter primum, Sanderi tractatui *De schismate* adduntur, quasi ejusdem continuatio, in edit. Colon. MDLXXXV. Edidit et auxit Nic. Sanderi *De origine et progressu schismatis Anglicani* libros; et *Praefationem* addidit de occasione et causis hujus editionis. Pr. " Cum nuper ex Anglicano car-" cere." Colon. Agr. MDLXXXV. 8vo. *Schema per provocationem catholici ad protestantem doctum de differentiis inter visibilem ecclesiam Romanam, et occultum ac inauditum protestantium coetum.* Pr. " Firste, seing it cannot be denyed." Duaci MDCLXXV. 12mo. Pits. 787.

RISTONUS [NICOLAUS] sive RISCODUNUS [a], cum literarum, tum quietis amator plane maximus, misertus calamitatem, quae ecclesiam sua institutione sibi undique recte cohaerentem in partes disciderat, modis agebat omnibus, ut eam rursus sartissimam, tectissimamque efficeret: quo nomine, divini armatus verbi fulmine, librum edidit [b], illustre animi erga concordiam optime adfecti specimen [c]. Ex *Lelando.*

[a] " Nic. Risheton cler proc. in cur. Rom. MCCCXCI." Rymer. *Foeder.* vol. vii. 702. Praeb. de Pole in eccl. de Crediton 14 Ric. ii. . . . . S. Steph. in eccl de Beverle 22 Ric ii. " LL. D. unus nunciorum domini regis Angliae " MCCCCI." Idem, viii. 301. MCCCCIV. Ibid. 368. MCCCCVIII. Ibid. 511. MCCCCXXVIII. Idem, x. 390. " Persona de Clyve in dec. de Shorham. 2 Hen. iv. LL. " pr. causarumque sacri palatii apostolici auditor MCCCC V." Rymer. *Foeder.* vol. viii. 376. " Praeb. de Netherhaven " (Sarum) 4 Jul. 9 Hen. iv." Pat. " Institutus ad rect. " S. Dionisii Backchurch London. 3 Jan. MCCCCXXX, ad " praes. prioris et cap. ecclesiae Christi Cant." Newc. *Hist. Lond.* i. 330. " 25 Jan. MCCCCXLIII gratia concessa " est domino Nic. Ryshton, baccal. utriusque juris, ut in-" cipiat in jure canonico." *Reg.* Canc. Oxon. A a a. f. 32. 6. [b] Cui titulus, *De tollendo schismate.* Leland. *Collect.* iii. 48. eum in bibliotheca Westmonaster. olim fuisse dicit. [c] Scripsit etiam *Sermonum* lib. i. Claruit anno MCCCCX. Bal. vii. 57. Pits. p. 592.

RITTERUS [RAPHAEL] Londinensis Anglus, doctor Anti-trinitarius. Scripsit *Brevem demonstrationem, quod Christus non sit ipse Deus qui Pater, nec ei aequalis.* Huic opusculo respondit D. Joh. Wigandus, episcopus Pomesaniensis, in libro cui titulus *Nebulae Arianae* etc.... MDLXXV. 8vo. in quo Ritteri liber totus continetur. Vid. Christoph. Sandii *Biblioth. Anti-trinitariorum* pag. 84.

ROBERTS [GRIFFITH] doctor scripsit *Grammaticam linguae Britannicae.* Mediolani tempore regis Henr. viii. *Alia contra reformatos,* temp. Elizabethae reginae. Claruit temporibus Henr. viii et Elizab. Lhuyd. *Epist. archaeol.* 228.

ROBERTS [JOHANNES] transtulit in sermonem vernaculum *Catalogum episcoporum Romae schismaticorum,* Lond. MDXXXIV. 8vo. Cui praefigitur prolixa autoris *Praefatio*; et additur *Cardinalis Benonis vita Gregorii* vii. Et *Vita Henr.* iv, *imperatoris Germaniae.* Ms. A. Wood. Cat. ii.

ROBERTSONUS [ANDREAS] Scotus, scripsit *Epithalamium Jacobi* vi, *et Annae Scotorum regum,* lib. i. Obiit Edinburgi anno MDXCV. Dempster. xvi. 1092.

ROBERTSON [THOMAS] patria Eboracensis primo collegii Regin. Oxon. alumnus, dein collegii Magdal. semi-commensalis, scholae grammaticalis vicinae magister, et tandem collegii illius socius. A. MDXXXII, 16 Apr. collatus ad praebendam de Welton Westhall in eccl. Lincoln. A. MDXXXIII, 17 Mart. ad praebendam Sleford. et A. MDXXXVI, 29 Martii, ad praebendam de Gretton in eadem ecclesia *Reg.* Joh. Longland. Renunciatus fuit S. theol. doctor A. MDXXXIX et A. MDXL. Octob. 30. Thesaurarius ecclesiae Sarisburiensis, et eodem anno archidiaconus Leicestriae. A. MDXLVI vicarius de Wakefield in agro natali, et A. MDLVII decanus Dunelmensis, quo munere sub initio regni Elizabethae ejectus est. Grammaticae et literarum humaniorum peritissimus operam dedit A. MDXLIX in contexenda ecclesiae Anglicanae *Liturgia.* Scripsit ad Joh. Longland, episcopum Lincoln. in usum suae scholae Henteanae, *Annotationes in Gul. Lilii libros de Latinorum nominum generibus, de verborum praeteritis et supinis, etc.* Pr. " Prodiit superio-" ribus annis." Basil. MDXXXII. MDLII. 4to. *De nominibus heteroclitis,* lib. i. " Adorsus de " heteroclitis scribere." Ibid. Idem forte quod a principio " Quae genus," etc. in *Grammatica Regia* sub nomine Rob. Robinson habetur. *De verbis defectivis,* lib. i. " Sed nunc ut totum " percurras ordine verbum." Ibid. *Compendium, sive de arte versificandi,* lib. i. " In hac versi-" ficandi methodo." Ibid. Scripsit etiam *Resolutions of some questions concerning the sacraments.* Burnet. *Hist. Reform.* vol. i. *App.* n. 25. *Resolutions of questions relating to bishops and priests.* Ibid. *Carmen* (xxx versibus) praefixum *Catholicae Ridlei confutationi* per Alb. Langdal. Paris. MDLVI. 4to. Claruit A. MDLX: Ubi vero et quando obiit pro comperto non habemus. Bal. xi. 91. Pits. p. 732. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 194. *Athen. Oxon.* i. 135. seq.

ROBERTSONUS [THOMAS] alter, natione Scotus, sacerdos Glascoensis, ab ipso altari, dum sacra perageret, raptus, et truculenter occisus a Barone Boidio A. MDLXIV. Scripsit *Contra ministros,* lib. i. " *De invocatione sanctorum,* lib. i. *De sacramentis,* lib. i. Dempst. xvi. 1045.

ROBERTUS S. ANDREANUS episcopus (Dempst. 571.) scripsit *Statuta ecclesiastica,* lib. i. Extat in bibl. Joannis Bongarsii. Claruit A. MCXXVIII. Obiit A. MCLVIII. *Chron. S. Cr. Edinburg.* Whart. *A. S.* tom. i. 16. Dempst. xvi. 1079.

ROBERTI

[a] ROBERTI ANGLICI nomen recitat Henricus Cornelius Agrippa in *Epiſtola nuncupatoria* ad *Joannem Tritemium abbatem.* Philoſophiae penetralia omnia tam anxie perſcrutatus eſt, ut magiam neſcio quam praeſtigioſam magnis auſis aggreſſus ſit ſcribere, et in lucem emittere [b]; in quod opus et caſu, haud ſcio an utili, incidit Agrippa: quo autore, Robertum una cum Geſnero inter ſcriptores noſtrates connumero [c]. Ex *Lelando.*

[a] Robertus Perſcrutator a Baleo et Pitſeo dictus, patria Eboracenſis, frater Dominicanus. [b] Scripſit *Comm. in ſphaeram Johannis de S. Boſco.* Pr. " Una ſcientia eſt " alia nobilior." In fine ſic: " Finita eſt compilatio ſuper " materiam de ſphaera coeleſti ad majorem introductionem " in Monte Peſſulano ſtudentium, quam compilavit mag. " Rob. Anglicus, et finivit A. D. MCCLXXII. ſole exi- " ſtente," etc. Mſ. quondam in bibl. Th. Allen. nunc in bibl. Bodl. ex dono ejuſdem Tho. Mſ. Bodl. NE. C. 3. 15. et Mſ. Bodl. Digb. 48. *De magia caeremoniali*, lib. i. *De impreſſionibus aëris*, lib. i. " In anno Chriſti MCCCXXV. " in civitate." *Correctorium alchymiae*, lib. i. " Cum " omnis rerum emendatio." *De mirabilibus elementorum*, lib. i. *De myſteriis ſecretorum*, lib. i. Tranſtulit etiam ex Arabico in Latinum ann. MCCLXXII (uti ex nota in fine liquet) *Atkindum de judiciis.* Pr. pr. " Quanquam poſt " Euclidem Theodoſii." Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 91. A. Wood. Mſ. xciv. Apographum rec. Mſ. Aſhmol. 179. Vide *Praefat.* in Langb. xii. 17. [c] Claruit anno MCCCXXVI. Bal. v. 23. Pitſ. 419.

ROBERTUS DOMINICANUS Anglus, S. theol. doctor ſcripſit *In Jobum*, lib. i. *In Danielem prophetam*, lib. i. *In S. Matthaeum*, lib. i. *In S. Lucam*, lib. i. *In S. Joannem*, lib. i. Haec olim Mſs. in bibl. fratrum praedicatorum Bononiae extitere. Pitſ. *App.* p. 901.

ROBERTUS, DUMFERMELINENSIS abbas (Dempſt. p. 575.) factus A. MCLXXXVIII, poſtea regni cancellarius, in ſynodo Edimburgenſi depoſitus A. MCCLI, juxta Dempſterum. Scripſit *Provocationem ad papam*, lib. i. *De cauſa ſua ad clerum*, lib. i. Dempſt. xvi. 1088.

ROBERTUS GLASTONIENSIS monachus, et mox prior eccleſiae cathedralis Wintonienſis; et tandem A. MCLXXI abbas Glaſtonienſis electus. Male dicitur Weſtmonaſterienſis abbas (Whart. *A. S.* tom. i. 207. Rudb.) Scripſit *De actibus Willelmi et Henrici epiſcoporum Wyntoniae*, lib. i. Hunc citat Rudborn apud Whart. *A. S.* tom. i. 194. Whartonus, l. c. p. 324. male hunc librum aſcribit Gualtero, ſucceſſori Roberti.

ROBERTUS GLASTONIENSIS ſcripſit, ſive ex Beleto aliiſque collegit, *Speculum eccleſiae.* Pr. " Eccleſia materialis ſive corporalis." Mſ. Cotton. Tiberius, B. xiii. 3. Nomen autoris additum eſt manu recenti.

ROBERTUS GLOCESTRENSIS poëta et hiſtoricus Anglus. Pitſ. *App.* p. 900. Fuller's *Worthies*, i. 358. Scripſit carminibus Anglicanis *Cronicon Angliae a Bruto ad* . . . Pr. " England is right good. I wene hit is londe beſt." Mſ. Bodl. Digby 205. Huic libro apponitur nomen Rob. Gloc. manu recenti; et codex noſter definit in principio regni Edwardi i, ſed abrupte. Et videtur hiſtoria inferius deducta eſſe. Ita etiam definit Mſ. Norwic. More 35. ubi in proxima pagina incipit hiſtoria Angliae proſa vernacula in principio Edw. i, ubi definit poëma: Haec hiſtoria proſa continuatur uſque ad tempora Henrici vi, ubi imperfecta definit. In codice Roberti Glouceſtr. in collegio Armorum Lond. proſa rhythmis intermixta eſt.

ROBERTUS HOUNDESLOW ab oppido natalitio in agro Middleſex. cognomen habens, et in coenobio ordinis S. Trinitatis pro redemptione captivorum ibidem educatus (A. Wood. Mſ. Pitſ. in domo fratrum S. Trinitatis Oxon. eum educatum eſſe vult) et tandem ſui ordinis in Anglia, Scotia, et Hibernia praeſes provincialis. Scripſit *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. *Sermones ſynodales*, lib. i. Claruit A. MCCCCXXX. Bal. vii. 87. Pitſ. p. 614.

[a] ROBERTUS LEICESTRIUS, ſive LEGROCASTRENSIS, ſplendidam ex literis gloriam ſibi comparavit, quo titulo inter Franciſcanos totus eluxit. Scripſit *Commentarios* [b] Longobardum illuſtranteis, *Quodlibeta* [c] etiam, ac libellum *De paupertate Chriſti* [d]. Colligo hunc fuiſſe Guil. Hereberti ſynchronium [e], inſtructus ſerie catalogi *De ſcriptoribus Franciſcanis* editi. Ex *Lelando.*

[a] Robertus Leiceſtrius (Pitſ.) de Leyceſtria (Bale.) ab oppido natali cognomen habens, inter ſui ordinis fratres Oxoniae educatus, ubi SS. theol. doctor, et ejuſdem facultatis in coenobio ſuo praelector publicus, numero 48us.

[b] Lib. iv. [c] Lib. i. [d] Lib. i. Scripſit etiam *De computo Latinorum*, ad Ricardum Swinfeld (A. Wood.) epiſcopum Hereford. lib. i. " Operis injuncti [*inventi* Mſ.] " novitatem." Hunc epiſcopum Bale. et Pitſ. perperam Robertum vocant: nullus enim erat Robertus epiſcopus Hereford. ab ann. MCLXXXVI ad MCCCCV. Liber ejuſdem principii et auctoris Mſ. extat in Bodl. Digb. 212. hoc titulo a cl. Langb. inſignitus, *De ratione temporum, ſive de computo Hebraeorum, aptato ad kalendarium Latinorum.* Dividitur in iv partes. Literae capitales cujuſque capitis κατ' ἀκροστιχίδα collectae, hanc ſententiam exhibent: " O " Jeſu pie, minorum mentes poſſide." *De computo Hebraeorum*, lib. i. " Prima earum [*acrarum* Mſ.] eſt a creatione " mundi." Mſ. in Bodl. Digb. 212. *De ratione temporum*, lib. i. " Ad planiorem et pleniorem praeſcripti tra- " ctatus." Mſ. ibid. Liber hujus pr. videtur cl. Langb. eſſe " Explicatio tabularum in libro *De ratione tempo-* " *rum.*" *Lecturas ſcripturarum*, lib. i. *Diſtinctiones*, lib. i. Cujus operis mentionem facit liber Mſ. Cantabr. in aula Pembroch. Pitſ. [e] Obiit Litchfeldiae anno MCCCXLVIII. et in ſui ordinis coenobio illic ſepultus. Bal. v. 74. Pitſ. p. 461. A. Woodo autem videtur (*Hiſt. et Antiq.* i. 75.) illum antea occubuiſſe, quia ſcripſit *Computum* anno MCCXCIV. Vixit tamen anno MCCCXXV. Ibid. ii. 70.

ROBERTUS MOLENDINENSIS, ſive MELUDINENSIS, Herefordenſis epiſcopus, LOTHARINGUS dictus a patria et corrupte LOSINGA. Majoribus quibuſdam in Gallia Belgica ſcholis praefuit, et Gulielmo Notho in Anglia regnante ad curiam ejus trajecit, a quo A. MLXXIX (Godw. MLXXI. Bal.) epiſcopus Herefordenſis nominatus. Plurimum, ut tradunt hiſtorici, in philoſophia, rhetorica, arithmetica, muſica, et aliis quae per demonſtrationes fiunt, diſciplinis valebat. Scripſit *Deflorationes Mariani*, ſcil. *de annis Domini ad modum computi*, lib. i. " Annus ſolaris " habet iv tempora." Mſ. Bodl. NE. D. i. 13. Pr. pr. " Quia chronicae novae Dominicorum."

Mſ. Bodl. NE. F. 3. 15. In hoc Mſ. extant ſub nomine Mariani Scoti, et in illo libro mentionem facit anni vigeſimi Gulielmi Conqueſtoris tanquam praeſentis, in quo opus illud exaravit. A. Wood. Mſ. Pitſ. In bibl. Lamb. Mſ. 142. fol. datur cum continuatione ad A. MCXXXI. Editae ſunt hae *Deflorationes*, ut Whartono *A. S.* tom. i. *Praef.* xxiv. videtur, loco integri Mariani, Baſil. MDLIX. In Mſ. Bodl. Digby 201. *Polychron.* lib. vii. cap. 2.— Obiit Walterus Hereford. epiſcopus, cui ſucceſſit Rob. Lotharingus omnium liberalium artium peritus, abacum praecipue lunarem, computum et curſum aſtrorum rimatus. Erat tunc temporis Marianus Scotus et monachus apud Moguntiam Memanniae incluſus, qui longo ſolicitudinis ſuae otio chronographos ſcrutatus, diſſonantiam cyclorum Dionyſii Exigui contra evangelicam veritatem et primus et ſolus animadvertit. Itaque ab initio cycli annos ſingulos recenſens 22 annos, qui cyclis praedictis deerant, ſuperaddidit magna et diffuſa *Chronica* commentatus. Quem librum Robertus iſte ita ſplendide defloravit, ut jam magis valere videatur ipſa defloratio, quam ingentis iſtius voluminis diffuſio. *Sermones per annum*, lib. i. *De ſacramentis eccleſiae*, lib. i. *De ſtellarum motibus*, lib. i. *Mathematicas tabulas*, lib. i. *De lunari computo*, lib. i. Secundum Boſtonum Burienſem ſcripſit *Super Geneſin. Super Exodum. Super Leviticum. Super Numerum. De connubio Jacob. Super libros Regum. Super Pſalterium. Super* xii *Prophetas. Super Cantica.* pr. "Vox ſponſi." *Super Matthaeum. Super Epiſtolas Pauli. Super Apocalypſin* lib. "Revelatio, quae Graece d. Apoc." *Sententiarum*, lib. ii. "Quemadmodum." Primus liber continet partes xvi et capitula. . . Secundus non per partes dividitur, ſed tantum per capit. cci. De his libris *Sententiarum* ita Lelandus, qui eos vidit olim in bibl. Burienſi, *Collect.* iii. 271. Robertus Melundinenſis, epiſcopus Hereford. ſuper *Sententias, ſive de ſacramentis Veteris Teſtamenti* ſcripſit duo pulchra juxta ac doctiſſima volumina. Pr. pr. "Nonnullorum ſcribendi conſuetudo." Pr. lib. "Quemadmodum." Adhuc extant in bibl. reg. Weſtmon. Mſ. 7. C. ii. 1. et 7. F. xiii. 2. Vide N. Harpsfeld. *Hiſtor.* p. 380. qui Boſtoni Burienſis catalogum opp. Roberti hujus recenſet. Obiit A. MXCV in menſe Junio, Malmeſb. 6 cal. Julii, feria 4 Florent. feria 3 Hoved. et in eccleſia ſua humatus eſt. Bal. xiii. 13. Pitſ. *App.* 902. Godw. p. 531.

[a] ROBERTUS OXFORDIUS ſive OTTANFORDUS, vir Praedicatorii ordinis, tanta cum eruditionis, tum ingenii felicitate praeditus erat, ut ſive de diſciplina Ariſtotelica, ſeu de ſacris literis queſtio eſſet, copioſe, graviter [b], docte potuerit diſſerere. Creditur autem hanc virtutem e fontibus Thomae Aquinatis, cujus ſynchronius fuit, hauſiſſe. Illud conſtat Robertum tam ſancte in ejus verba juraſſe, ut in Aegidium Romanum, Auguſtinianae ſectae profeſſorem, Aquinatis dogmata ſubinde impugnantem, librum bene aculeatum ſcripſerit [c]. Praeterea Henricum Gandavenſem [d] ſimili de cauſa mille telis confodere, quemadmodum ex edito libro apparet, non dubitavit [e]. Ex *Lelando.*

[a] Robertus Oxfordius, Mſ. Lel. Trin. Bal. Pitſ. Robertus Orford, aliis Rodolphus Orphodius. Altamura in biblioth. Praedicat. [b] *et docte* inſerit Mſ. Trin. [c] Lib. i. [d] Lib. i. [e] Scripſit etiam *Contra quoſdam Sorboniſtas*, lib. i. *Determinationes varias*, lib. i. *Protectorium Thomae Aquinatis*, lib. i. Bale. *Contra Jacobum Viterbienſem*, lib. i. Pitſ. Claruit anno MCCLXX, Bal. iv. 38. Pitſ. p. 352. Et ann. MCCXCV. Altamura in eod. ann.

ROBERTUS [a] SALOPIANUS eadem opera et religionem et literas excoluit, quae poſtea ei vel ornamento eximio fuerunt. Nam cum Salopiani jam praeſes deſignaretur monaſterii, a Gomericis comitibus inſtituti, et Guenvreae, alias Wenfridae exuvias, e Cambria tranſlatas, penes ſe retineret; decrevit ingenii periculum clarum aliquod publice exhibere. Unde, conſultis Roſſis et Ruthenis gentibus Cambriae limitaneis, elegantulum de *Vita Guenvreae* [b] librum, dedicatum Guarino, monachorum Vigornienſis eccleſiae primo, publicum fecit. Hinc multa de Trefonte, villa virginis natalitia, deque virgine ipſa, et ejus origine; de Caradoco, impuro amatore; de Bennone et ejus monaſterio; denique de Guitheriaco, una cum Alerio inſtitutore referuntur [c]. Ex *Lelando.*

[a] An idem cum Roberto Salopienſi, epiſcopo Bangor. circa A. D. MCCX, de quo vide Godwin. et Sylv. Gyraldi *Diſtinct.* iii. c. 7. etc. [b] *Wenfridae*, Mſ. Lel. Trin. Bale. lib. ii. Pr. "Domino et patri Guarino reverendo priori Wygorniae." Extat impr. . . . MDCXXXIII. 8vo. Mſ. nota Langb. in A. Wood. Mſ. Pitſ. Mſ. Cotton. Claud. A. v. 6. incipit. "Quanto opere regis arcana." [c] Claruit anno MCXL. Bal. ii. 76. Pitſ. p. 206.

ROBERTUS SWAPHAM monachus Burgenſis S. Petri et Celerarius. Scripſit *Continuationem hiſtoriae Burgenſis monaſterii ab* A. MCLXXV *ad* A. MCCL. Mſ. penes dec. et capit. Petrob. Lond. MDCCXXIII. fol. per Joh. Sparke. *Praefat. Patr. hiſt. Petr.* A. Wood. Mſ. Pitſ. princ. Non ſcripſit totam *Hiſtoriam eccleſiae Burgenſis* (uti ſentit Seldenus *Praef. ad Decem Scriptores*, et alii) Candidus enim ab A. DCLV ad A. MCLXXV protraxerat. Obiit circa A. MCCLXXI. Patr. *Praef. Hiſt. Petroburgenſis.*

ROBERTUS de SYRESTON monachus Dunelmenſis ſcripſit *Carmen in laudem Johannis Foſſor prioris.* Pr. "Hic prior eccleſiae praeſentis." Claruit circa A. MCCCLXX. Whart. *A. S.* tom. i. 768.

ROBINSON [EDVARDUS] patria Scotus, Lutetiae educatus, monachus et tandem prior coenobii Aberdonenſis ordinis S. Trinitatis pro redemptione captivorum. Scripſit *Excerptiones S. Scripturae.* Mſ. olim in dicto coenobio. Claruit anno MCCCCXVII. Dempſter. xvi. 1083.

ROBINSON [NICOLAUS] gente Cambro-Britannus, in collegio Reginae Cantabrig. in studiis philosophicis ac theolog. enutritus, socius, et tandem S. theol. doctor admissus. Fuit M. Parkeri archiepiscopi capellanus; et archidiaconus Merioneth. sub quo nomine *Articulis* A. MDLXII subscripsit. A. MDLXVI, Octob. 20, episcopus Bangorensis consecratus erat. An ipse autem vel alius hujus nominis rectoriam ecclesiae de Sheperton dioec. Lond. possederit A. MDLXI videant alii. Scripsit *Commentarios exemeros rerum Cantabridgiae actarum, cum serenissima reg. Elizabetha in acad. Cantabrig. advenerat*, A. D. MDLXIV, Aug. 5. Ms. olim penes Arth. Charlet. *Concionem in Genes.* iv. *In process of time it came to pass, that Kain.* Pr. " Let the heavy and fearfull curse." Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. D. p. 319. *Tractatum de vestium usu in sacris.* Ita enim Tho. Cooperus in consultatione ejusdem argumenti M. Parkero Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. F. . . . " Cum abhinc biennium postquam eruditissimi praesulis Robinsoni lucubratio de hac quae- " stione in publicum prodiisset." *Duas epistolas M. Parkero.* Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 499, etc.

ROBINSON [RADULPHUS] in comit. Lincoln. natus, in academia Oxon. studiis philosophicis egregie imbutus, collegii Corporis Christi socius fuit. Transtulit notisque illustravit *Thomae Mori Utopiam.* Pr. pr. tr. " Thou shalt understand, gentle reader." Lond. MDLI. 12mo. Secunda editio per Abr. Vele . . . 12mo. Et MDLVI et MDLVII. 12mo. *Fasti Oxon.* i. 63.

ROBINUS [JOHANNES] sive ROBYNS, patria Staffordiensis, Oxoniam in literis humanioribus et theologicis erudiendus amandatus est A. MDXVI, et A. MDXX in collegii Omn. Anim. Oxon. socium cooptatus. Postea gradum magisterialem suscepit, et sacris ordinibus initiatus, capellanus regis Henr. viii factus. Deinde canonicus ecclesiae Christi Oxon. et S. Georgii Windsor. et tandem reginae Mariae a sacris fuit. Mathematicus et astrologus sui aevi peritissimus habebatur. Scripsit *De culminatione fixarum stellarum, etc.* Pr. " Cum 2. 3. 4. 5. grad." *De ortu et occasu stellarum fixarum, etc.* Pr. " Cum 1. 2. 3. 4. 5." *Annotationes astrologicas, etc.* Haec tria in Ms. Bodl. Digby 143. *Annotationes de Edw.* vi. *etc. De prognosticatione per ecclipsin, etc.* Mss. haec olim omnia extitere in bibl. Thomae Allen ex aula Glocestr. nunc in bibl. Bodl. Cui accesserunt ex dono dom. Kenelmi Digby, *Commentaria de portentosis cometis*, ad Henr. viii, lib. i. cap. vii. " Quanquam omnes philosophiae." Ms. in bibl. reg. Westmon. 12. B. xv. Vidit ea olim Baleus in bibl. regia. *De accidentibus futuris* ad Henr. viii. Pr. " Cum tua in me singu- " laris." Ms. in bibl. Ashmol. 186. Autograph. ut videtur. In eodem libro ejusdem manus sequitur *De causis sterilitatem generantibus*, lib. i. Pr. " Veteres illi philosophi in quibuscunque." Obiit 25 Aug. MDLVIII, et sepultus jacet in capella S. Georgii Windesor. Bal. xii. 28. Pits. *App.* 880. *Athen. Oxon.* 106. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 178.

ROCHFORD [JOHANNES] eques auratus, studiorum gratia Galliam et Italiam peragravit. Scripsisse fertur *Tabulam in M. Westmonast. Flores historiarum*, lib. i. " Prima pars, capitulum i. " Prologus. De opere principali 6 dierum." Ms. coll. Omnium Animar. Oxon. G. iii. 14. *Notabilia extracta ex Josephi Antiquitatibus*, lib. i. In prologo sic continetur : " Multos autem mag- " nitudo rerum." Ms. Ibidem. G. iii. 18. Collecta anno 8 Henrici iv. *Ex Ranulphi Polychronico* lib. i. *Extractus Chronicarum Cestrensis ecclesiae per Jo. Rochfort a Christo nato ad* MCCCCX. Pr. " Jeronimus ad Eugenium in epist. xliii." Ms. Cotton. Vitellius, D. xii. 1. Claruit A. MCCCCVI. Bal. vii. 4. Pits. p. 581.

ROCHUS Carthusianus monachus, patria Londinensis, studendi gratia Parisios profectus est, et tandem coenobii alicujus sui ordinis prior. Scripsit *Dialogorum* lib. i. *Epigrammata Latina*, lib. i. *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Carmina varia*, lib. i. Claruit A. MCCCCLXX. Bal. viii. 37. Pits. p. 661.

RODERICUS, sive RORICUS WITTONUS Anglus, frater Franciscanus. Scripsit *Sermones de tempore ab initio Adventus usque ad Pascha*, lib. i. Pits. *App.* p. 907.

RODES [HUGO] in capella regia Edw. vi serviens. Composuit carmine Anglico *The boke of nurtur for men servants and children, or of the governaunce of youth, with* Stans puer ad mensam. Pr. pr. " Ther is few things to be understood." Pr. carm. " Alle ye that wolde learn, and wold " be called wyse." Lond. tempore Edw. vi . . . 4to. Claruit tempore Edwardi vi.

RODINGTON [JOHANNES] patria Lincolniensis, professione Franciscanus in coenobio Stanfordensi; philosophiae et theologiae operam dedit in academiis Oxon. et Paris. et S. theologiae doctor tandem evasit. Praeses erat provincialis sui ordinis in Anglia. Scripsit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. " Da mihi intellectum, ut sciam." *In textum Sententiarum*, lib. i. " Circa hanc " distinctionem quaerendum." *Quaestiones disputatas*, lib. i. " Utrum sacramenta novae legis." *Quaestiones ordinarias*, lib. i. " Circa Dei potentiam principium." *Quaestiones extraordinarias*, lib. i. " Utrum visio divinae essentiae." *Quodlibeta majora*, lib. i. " Ut habetur xxxviima quaestio." *Quodlibeta minora*, lib. i. " Secundum B. Augustinum de civitate." *Replicationes scholasticas*, lib. i. *Determinationes theologiae*, lib. i. Obiit Bedfordiae A. MCCCXLVIII. Bal. vi. 27. Pits. p. 462.

RODULPHUS [a] VAGENIACENSIS, Anglice MEDWEGEDUNE, corrupte MAIDESTON, egregie profecit in bonis omnibus disciplinis, qua Isidis Vadi nomen academia celeberrima retinet. Amplior postea in eisdem homini fuit proventus Lutetiae Parisiorum, ubi ingenii acri-

[a] Radulphus Maydeston seu Vageniacensis. Ms. Lel. Trin. Hujus mentio non habetur in Baleo (quanquam Godw. quaedam de Maidstono ex Baleo citat) aut Pitseo.

oris

oris periculum frequens in scholis exhibuit publicis. Hujus insignem eruditionem Matthaei Parisii *Historia* luculente exprimit. Reversus ille domum, fit Henrico tertio tandem cognitissimus, a quo et Maisevetum [b] episcopus constitutus [c]. Sextus jam ab accepta dignitate pontificia agebatur annus. Ecce arctioris vitae studium eum ab episcopatu ad collegium Franciscanorum [d] deduxit. Antoninus in *Chronicis* suis facto hoc modestum addidit testimonium: "In tantum autem fratres illi in partibus illis fuerunt sanctitate famosi, ut non solum Monachellus Abbandunensis, qui fuit receptus ad ordinem Minorum, sed et Radulphus Herefordensis, et quidam abba cum multis aliis ordinem intrarunt, et tam humiliter conversati sunt, ut et ipse episcopus et abba lapides pro constructione conventus portarent." Hactenus Antoninus. Ex *Lelando*.

[b] Seu Herefordensium. Mf. Lel. Trin. [c] Herefordensis episcopus factus anno MCCXXXIV. Godw. 2 idus Novemb. juxta *Annal. Cestr.* et in festo S. Martini consecratus, juxta *Annal. Theokesb.* [d] Oxoniae anno MCCXXXIX. Lel. *Coll.* i. 345. Godw. 16 cal. Jun. [Jan. Westm.] juxta *Annales Londin.* Reliquam aetatem Glocestriae degens, ibi post quinquennium decessit, ibique jacet sepultus. Godw. p. 536. Claruit A. D. MCCL. *Additam.* Balei Mf. Lel. Trin.

ROGERS [DANIEL] filius Johannis de Derytend, in parochia de Aston comit. Warwic. Anno aetatis 13, regnante Maria, religionis gratia patrem in exteras regiones comitatus apud Francofurtum agebat; ubi literis humanioribus, praesertim Graecis, sedulo incumbebat. Mortua Maria, in patriam reversus Oxoniam se contulit, et anno MDLXI, brabeum magisteriale in artibus consecutus est. Vir multifaria eruditione et linguarum peritia insignis (Norden. p. 40.) in familia dom. Henrici Norris vixit, tanquam secretarius ejus annis MDLXVIII. MDLXIX. *Cabala.* 160. 170. Postea factus erat clericus conciliorum sacrorum reginae, et multas gessit legationes ad ordines Belgii MDLXXV. ad dom. Johannem de Austria MDLXXVII. ad urbem Elbingham MDLXXX. (Mf. Harl. xxxiii. c. 9. ubi titulus doctoris ei datur in instrumento) ad regem Daniae MDLXXXVIII. De captivitate ejus Camdenus et Buchananus ita: "Ille sc. Dan. Rogers, cum nuper regiae majestatis ad Aulam Caesaream per Belgium iter haberet, a Parmensibus militibus abductus fuerat in Westphaliam, et jam tertium mensem detentus." Camden. in *Epist.* dat. MDXCI. Et "Dan. Rogers, communis noster amicus, ante quatuor menses captus est a Germanis, qui regi Hispaniae militant," etc. Buchan. *Epist.* p. 84. Scripsit *Odas*, *Epigrammata*, *Epitaphia*, etc. *in laudem et mortem Joh. Juelli, episcopi Sarisbur.* Vide ad finem *Vitae Juelli* per Humfredum. De hujus viri scriptis vide Camdenum in *Britannia* cap. De moribus et consuetudinibus Britannorum. *Epistolas tres G. Buchanano* inter *Epistolas* Buchanani edit. London. MDCCXI. 8vo. *Dan. Rogersii Albimontii Angli ad Stephani Malescoti Catechesin προσφώνησις*, Carmine Latino xvi Distich. Basil. MDLXVII. 8vo. *Carmina* praefixa Ortelii *Theatro* et Rad. Age *Descriptioni academiae Oxon.* MDLXXVIII. Mf. Cotton. Titus x. continet *Antiquae Britanniae observationes* manu propria hujus Danielis Rogersii: sc. *De etymologia nominis Britanniae*; *de agricultura Britannorum*; *divisione Britanniae antiqua*; *historia antiquit. Britanniae per singulos imperatores Romanorum usque ad Valentinianum* iii; *de inscriptionibus antiq. Britanniae*; *de vestitu et moribus vet. Britannorum*; *de lingua et politeia vet. Britannorum.* Inter *Illustrium et cl. virorum epistolas selectiores* etc. Centur. ii. Lugd. Bat. MDCXVII. 8vo. habetur *Epistola Dan. Rogersii Adriano van der Mylen*, dat. Britae 12 Nov. MDLXXV, una cum ejusdem *Elegia ad Gul. Cecilium Baronem Burleigh.* Pr. "Jam quartum fatis, Burghlaee, prementibus orbem." Carm. hexam. et pent. 8vo. Obiit mense Febr. MDXCI—II. Janus Gruterus in *Epist. Camden.* dat. 2 Aug. MDXCI, de obitu D. Rogersii condolet. *Epist. Camd.* p. 34. Sepultus est in ecclesia parochiali de Sunbury in Middlef. *Athen. Oxon.* i. 246.

ROGERS [JOHANNES] (alias MATHEW in sententia condemnat. Fox. i. edit 1029.) patria Lancastrensis in aula Pembroch. Cantab. in literis academicis institutus, et sacerdos secundum missale pontificium ordinatus fuit. Postea Lutheri dogmatibus favens academiae et patriae valedixit [A sacris erat mercatoribus Anglis Antwerpiae, ubi *Bibliorum* cum Tindallo et Coverdalo perfecit translationem. Dein uxorem ducens, Wittebergam adiit. Fox.] et in Germaniam trajecit, ubi Wittebergae sedem figens aggressus est novam *Bibliorum* in linguam vernaculam versionem, quam summa fide et industria perfecit, examinatis Hebraeorum, Graecorum, Latinorum, Germanicorum, et Anglorum exemplaribus. Hoc opus immensum adjunctis *Praefationibus* et *Annotationibus* utilissimis ex M. Luthero, Henrico viii sub nomine Thomae Mathew nuncupavit, Hamburgi MDXXXVII. Diu in Saxonia vixit, et cujusdam ecclesiae in Saxonia superintendens fuit. In patriam vero tempore Edw. vi reversus primo rector S. Margaretae-Moses Londini, dein vicarius S. Sepulchri Lond. May 10. MDL; et mensis Aug. die 24. seq. praebenda S. Pancratii in ecclesia S. Pauli a Ridleio donatur. (*Reg.* London. et Newc. i. 196.) et theologiae praelector in eccl. cathedr. D. Pauli. H. Holland. p. 158. Johanni Hoopero tanquam primus non-conformista jungitur. Fuller. *Eccl. Hist.* vii. 402. Regina Maria summam rerum administrante carceri mancipatus et tandem vivus concrematus Febr. 4. MDLV. ac fuit proto-martyr in illo regno. Newcourt. l. c. Thorsby *Duc. Leod.* p. 505. Scripsit *Historiam a condito mundo.* Angl. lib. i. *Indices Bibliorum*, lib. i. "Abominatio coram Deo sunt." *Melanchthonis considerationes de interim.* Angl. Pr. pr. tr. "Because I with great grief." London. MDXLVIII. 8vo. *Conciones per annum*, lib. i. *In Evangelium Joannis*, lib. i. *Lectiones in Paulum*, lib. iv. *Ad suos paroecianos*, lib. i. *Ad filios ex carcere*, lib. i. "Give yere, my Children, to my words." Fox. 1 edit. 1263. ubi potius ascribendum censet Roberto Smith. Extat Mf. inter *Epist. Mart.* bibl. coll. Emanuel. Cantabr. sub nomine Thomae Matthew.

Matthew. *Examinationes suas coram Steph. Gardiner.* Fox. p. 1484. seq. differunt in pluribus ab impr. Foxii et extant inter *Epist. martyr.* bibl. Eman. Cantabr. Transtulit in sermonem vulgarem, praeter *Biblia Melanchthonis*, *Homelias*, lib. i. *Locos communes ejusdem*, lib. i. *In Danielem* quoque lib. i. Bal. viii. 83. Fox. p. 1484. etc.

ROGERS [JOHANNES] academiae Oxon. alumnus, scripsit *The displaying of an horrible sect of gross and wicked hereticks, naming themselves the Family of love.* London. MDLXXIX. 8vo. Pr. pr. "When I began to write of this doctrine." *The lives of the authors of the Family of love; viz. David George, and Henry Nicholas.* Pr. "David George, born in Delphe." Ibid. *Answer to certain letters maintaining the opinions of those of the Family of love.* Pr. pr. "Since the "imprinting of this book." Ibid. *An Answer unto a wicked and infamous libel made by Christopher Vitel, one of the chief English elders of the pretended Family of love.* Pr. ded. dom. Fr. Walsingham "Havyng before this set forth." London. MDLXXIX. 8vo. Claruit A. MDLXXIX. *Athen. Oxon.* i. 198.

ROGERUS ALBANUS ab oppido natalitio in agro Hertford. cognomen habens; Carmelita Londinensis. Scripsit *Progeniem regum Britanniae ab Adamo ad Henr.* vi (rotulo magno) lib. i. "Considerans Chronicorum prolixitatem." Ms. Oxon. in coll. Regin. B. 5. 3. Ipsissimus rotulus fuisse dicitur, quem regi Henrico autor praesentavit. *Compendium historiarum Bibliae ab Ada ad Christum*, lib. i. "Considerans historiae sacrae prolixitatem." Rotul. membr. pulchre depict. inter Mss. Norwic. More 495. Ms. Cotton. Otho D. 1. Est series sanctorum patrum, a quibus per Leviticam et regalem tribum Christus originem habuit, ab Adam inchoans per patriarchas, judices, reges, prophetas et sacerdotes ejus contemporaneos usque ad Christum. (Ex prologo.) Hujus principii et prologi est Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. E. 1. ita intitul. *Compendium Veteris Testamenti secundum magistrum Petrum Pictaviensem cancellarium ecclesiae Parisiensis.* Claruit A. MCCCCL, et Londini tandem obiit et humatus est. Bal. xii. 71. Pits. p. 643.

ROGERUS de CESTRIA monachus Benedictinus in coenobio S. Werburgae ibidem. Scripsit *Polycratica temporum a mundi origine ad* A. MCCCXIV, lib. vii. Pr. pr. "Intrabo in agros prisco- "rum." Pr. li. i. "Julius Caesar divinis humanisque." Ms. Cotton. Julius E. viii. *Additiones* xxv. Pits. [xv. Bal.] *Annorum*, lib. i. "Septimo anno R. Edwardi." In Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. A. 6. *Polycraticon.* Pr. pr. "Intrabo" etc. manu nupera Rogero Cestr. ascriptum. Septimus liber ab adventu Normannorum usque ad aevum nostrum, quod est sub regno Edw. iii post conquestum definit in A. D. MCCCXXXVIII. In Ms. Lambeth. 69. f. est *Cosmographia secundum Rogerum monachum Cestrensem.* Pr. "In praesenti opusculo, quod Cosmographia dicitur." Pauxillum differt a Ranulphi Higdeni libro primo *Polychr.* nisi quod Rogerus *Prologum* praemiserit, capita priora quinque omiserit, stylum saepius plerumque in pejus mutaverit, et autores, quos semper citat Radulphus, saepius tacuerit. Vide Ms. Lambeth. Claruit A. MCCCXXXIX. Bal. v. 48. Pits. p. 438.

ROGERUS, CRULANDENSIS monachus, ac postea praeses Friscodunensis [a] coenobioli, in aestuario Lindisino siti, ab eximia doctrinae cognitione famam sibi clarissimam peperit. Utque erat erga viventem Becketum Cantianum illum ardenti adfectus amore; ita et mortuum superstitione auctus, usque adeo magni fecit, ut accurata diligentia de ejus *Vita* librum in sex [b] divisum partes et scriberet, et publicum faceret, dedicato [c] opusculo Henrico, abbati Crulandensi [d]. Inceptum vero illud ultimo anno imperii Richardi Leonini, regis Angliae, auctum etiam decimo quarto anno regni Joannis [e] regis, et editum [f]. Ex *Lelando.*

[a] *Frisconiensis*, Ms. Lel. Trin. [b] *septem libr.* Bal. Pits. Liber i. habet cap. 59. ii. 78. iii. 62. Princ. pr. "Amantissimo domino suo Henrico, etc. Gloriosum gloriosi." Pr. lib. "Beatus igitur Thomas, Londoniensis urbis indi- "gena." Lib. tres priores, una cum *Epistola Henrici abbatis* librum ad. . . . arch. Cant. mittentis, Ms. extant bibl. Bodl. Mus. 22. Tres libri (in pr. mutili) cum quarto, cap. 15. *De gestis post martyrium.* Ms. extant in bibl. coll. Univ. Oxon. F. 2. Haud plures fuisse libros conjicere licet. [c] *Opere tam magno Henrico.* Ms. Lel. Trin. [d] Scripsit etiam secundum Pitseum, *De epistolis S. Thomae*, lib. i. Multae extant Thomae epistolae abbreviatae in *Vita Thomae* per Rogerum, sed alium *Epistolarum* librum hunc auctorem collegisse, non facile credam. [e] Sc. anno MCCXIII. uti est in fine *Praef.* unde haec priora habet Lelandus. [f] Claruit anno MCCXIV. Bal. iii. 69. Pits. p. 286.

ROGERUS ELIENSIS monachus, dein supprior. *Hist. Petrob.* 186. 187. Cujus extant *Sermones.* Ms. olim in bibl. monast. Petriburg. X. iv. *Quaedam utilia secundum mag. Rogerum suppr. Eliensem.* Ms. ibidem Z. iv.

ROGERUS [a] Bernardinae sectae professor, Fordano in monasterio propter Axi fluminis ripas tum doctis artibus, tum pietati, insolito quodam animi ardore, noctes atque dies invigilavit: deinde et in transmarinis partibus, ut ego colligo, apud Belgas, quo tempore et fama ingens de Elizabetha, virgine Sconaugiani monasterii, per orbem evolavit. Hinc factum, ut Rogerus *Revelationes* [b] *Virginis*, a sancto acceptas Spiritu, collectas in volumen, beneficio Gulielmi Savignensis [c], redigeret, ac Baldevino, tunc abbati Fordano, dedicavit; et *Encomium deiparae Mariae* [d], versibus canoris scriptum, tanquam parergon operi adjiceret, quod et ante, per Sigmundum monachum, ad Baldevinum miserat [e]. Ex *Lelando.*

[a] Rogerus Cistertiensis. [b] *Revelationes Elizabethae*, lib. ii. "Omnes qui lecturi sunt." [c] *abbatis* addit Ms. Trin. [d] Lib. i. Scripsit etiam *De* xi *millibus virginum Coloniae occisarum*, lib. i. "Vobis qui pios affectus." Ms. Cotton. Otho. A. xii. 8. Claruit A. D. MCLXXX. Bal. iii. 23. Pits. p. 246.

ROGERUS de HATFIELD Anglus, juriſconſultus, ſcripſit *Lecturam in tit. Clementinarum de regularibus*. Pr. " Ut proſperiores in prima gloſſa." Mſ. in bibl. reg. Weſtmon.

ROGERUS HENOFORTENSIS [a], ſive HEREFORDENSIS, philoſophus idemque mathematicus excellentis notae fuit. Cum ante paucos annos bibliothecam Claranam avidis colluſtrarem oculis, hujus nomen libello inſcriptum commode ſe mihi obtulit. Erat *Theorica planetarum* [b]; cujus generis et alter ibidem libellus, autorem ex titulo Robertum Capitonem, Lindocolinum, agnoſcens, comparuit. Legi alias libellum Rogeri hac inſcriptione inſignem: *Introductorium in artem judiciariam aſtrorum* [c]. Scripſit etiam Herefordiae anno D. MCLXX. *Collectaneum annorum omnium planetarum* [d]. Erat et quidam [e] Joanes Herefordenſis, Franciſcanus, cujus lexicon, titulo *Tabulae originalium*, extat. Ex *Lelando*.

[a] In academia Cantab. educatus. Bal. iii. 13. Pitſ. p. 237. Hunc eundem cum Rogero Infante (de quo infra) eſſe vult Br. Twynus. Vide Mſ. A. Wood. Pitſ.

[b] Lib. i. " Diverſi [*univerſi.* Mſ. Bodl. NE. F. x.] " aſtrologi ſecundum diverſos." Mſ. Oxon. in bibl. publ. Digb. 168. Mſ. Bodl. NE. F. 10. 11.

[c] Sive, *De quatuor partibus judicii aſtronomiae*, lib. iv. " Quoniam regulas artis aſtronomicae." Mſ. Bodl. Laud. E. 105. f. 134. mutilus in pr. Mſ. bibl. Bodl. Muſ. 64. mutil. in fine, Mſ. Seld. ſupr. 76.

[d] Lib. i. Scripſit etiam *De rebus metallicis*, lib. i. *De ortu et occaſu ſignorum*, lib. i. " Orizon rectus eſt circulus." Mſ. bibl. Bodl. NE. F. 10. 11. *Expoſitiones Alphidii*, lib. i. Claruit anno MCLXX. Bal. iii. 13. Pitſ. p. 237.

[e] De Johanne Herefordenſi vide ſupra.

ROGERUS HEREFORDUS [a], ut ego colligo, Grantae Girviorum philoſophiae et mathematicis rebus operam dedit aſſiduam, quam et ſucceſſus felix ſecutus eſt. Metallorum indagator erat plane maximus; unde, jam artifex factus, *De rebus metallicis* elegans contexuit opuſculum: quod et Grantae, in bibliotheca Petrina, vidi. Erat autem ſub eiſdem aſſeribus *Alphidii de creatione metallorum* libellus. Ex *Lelando*.

[a] Vide *Hiſt. et Antiq. Oxon.* i. 53.

ROGERUS ROGET, ſive ROYSETH Anglus, S. theologiae doctor, Franciſcanus. Scripſit *Comment. in magiſtrum Sententiarum*. Pr. " Amice, aſcende ſuperius." Mſ. Aſſiſii. Wadding. *Script. ord. Min.* p. 312.

ROGERUS de S. IVONE, fr. Rog. de S. Yvone, ordinis Fr. S. Auguſt. conv. Lond. preſbyter ordinatus in capella de Stevenheth 11 Mart. MCCCXC. *Reg.* Braybr. epiſc. London. Scripſit *Contra Joannem de Veteri Caſtro* (Oldcaſtle) ubi agit contra haereticos et Lollardos. Ita Leland. *Col.* iii. p. 15. qui viderat hunc librum in bibl. collegii Regin. Cantabrig.

ROGERUS SARISBURIENSIS ab oppido natali cognominatus, in ejus urbis collegio (ut inquit Baleus) juvenis bonas gnaviter excoluit artes. Scripſit *Expoſitiones morales in Evangelia dominicalia*, lib. i. Mſ. Greſham 231. *Super Pſalterium*, lib. i. " Nos debemus eſſe viri non " effoeminati." Mſ. olim in bibl. canonicorum de Newham juxta Bedeford. Lel. *Col.* iii. 9. In matriculario bibl. Petroburgenſis extabant U. v. *Verborum ſignificationes ſuper librum Sententiarum ſecundum mag. Rogerum Sariſburienſem. Sermones de Dominicis diebus*. Pr. " Dicit Eccle- " ſiaſticus verbum dulce." In illis ſaepe citat gloſſam in S. Scripturae contextum: Unde non videtur adeo antiquus. Mſ. olim in bibl. Prior. Lanthonienſis, poſtea penes Henr. Parry. Mſ. A. Wood. Pitſ. Claruit A. MCLX. Bal. x. 56. Pitſ. p. 224.

ROGERUS, SYONENSIS coenobii frater, ſcripſit Anglice *Sermones varios*. Mſ. olim in bibl. mon. Sion.

ROKEBY [GULIELMUS] alias ROKESBY, patria Eboracenſis (in Halyfaxia natus, ubi in capella ab ipſo fundata prope eccleſiam cor ejus ſepultum eſt. Dodeſw. 160. f. 60) juris canonici doctor. A. MCCCCXCVI 24 Nov. inſtitutus erat ad rectoriam de Fakenham Dane in comit. Norfolc. ad praeſentationem magiſtri et ſociorum aulae Regiae (nunc coll. Trinitatis) Cantabrigiae, quae vacabat per ejus mortem ante 12 April. MDXXII. *Regiſt.* Norwic. xiv. 174. A. MDVII epiſcopus Midenſis et regi a ſanctioribus conſiliis fuit; mox A. MDXII ad archiepiſcopatum Dublin. tranſlatus, et tandem A. MDXV ſummus Hiberniae cancellarius. In ſynodo A. MDXVIII coacta edidit *Provinciales conſtitutiones*. Pr. " Preſbyteri Conactenſes et Ultonienſes." Mſ. in Libro Rubeo eccleſiae Oſſorienſis, impr. in tom. iii. *Concil. M. Brit. et Hiber.* p. 660. Obiit 29 Nov. MDXXI, et in eccleſia S. Patricii Dublin. humatus eſt. War. *De praeſul.* p. 117.

ROLANDUS. In bibl. reg. Weſtmon. 12. B. xii. 2. eſt Mſ. *Reductorium phyſiognomiae*, lib. v. Pr. ded. duci Bedford. " Mihi dudum mandatum daretis." Iſte Rolandus medicus fuit Johannis ducis Bedfordiae, regentis regnum Franciae et locum tenentis R. Henrici vi.

ROLLANDUS (Dempſt. 565.) ſubdecanus eccleſiae Glaſcuenſis, poſtea frater Dominicanus, ſcripſit *De dilatatione ordinis S. Dominici*, lib. i. *Quaeſtiones arduas*, lib. i. *Reſolutorium Sententiarum*, lib. iv. Claruit A. MCCCCLXXXI. Dempſt. xvi. 1051.

ROLLAND [JOHANNES] Scotus natione, ſcripſit Scoticis rhythmis *Curiam Veneris*, lib. iv. Pr. pr. " As the perfite prudent philoſopher." Edinb. MDLXXV. 4to. Claruit apud Dalketh. MDLXXV. Vide de Johanne Rollando Fuller's *Ch. hiſt.* v. 251.

ROLLOCUS [HERCULES] Scotus (Dempſt. 565.) per multos annos ſcholam Edimburgenſem rexit. Scripſit *Obſervationes in quoſdam autores Graecos et Latinos*, lib. i. *Orationes*, lib. i. *Panegyrin de pace in Gallia conſtituenda Pictavii*. MDLXXVIII. . . . (Hatton.) *Carmina diverſi*

generis, lib. i. Extant quamplurima inter *Delitias poëtarum Scotorum*, P. ii. p. 323. Amstel. MDCXXXVII. 12mo. Praecipua sunt (1) *Epithalamium in conjugium Jacobi* vi *regis Scotiae et Annae principissae.* (2) *Apologia contra calumnias Theonis cujusdam.* (3) *Sylvae* vii. (4) *Poëmata varia.* Obiit Edimburgi A. MDLXXXVI. Dempster. xvi. 1070.

ROLLOCUS [ROBERTUS] (Dempst. 566.) patria Scotus, religione reformatus rector academiae Edinburg. et ecclesiae ibidem minister, scripsit *Comm. in Ephesios*, ad Jacob. vi. lib. i. " Quae " res me induxit." Edinb. MDXC. 4to. Genev. MDXCIII. MDCX. 8vo. *Comm. in Danielem* ad Jacob. vi et Annam conjugem, lib. i. Pr. ep. ded. " Libri Danielis ut duae sint." Edinb. MDXCI. 4to. Sanctandr. MDXCIV. 4to. Genev. MDCI. MDCXX. 8vo. *Comm. in Romanos*, lib. i. " Cum " mecum reputarem." Genev. MDXCVI. MDCVIII. 8vo. *De vocatione efficaci*, lib. i. " Cogitanti " de eo in." Edinb. MDXCVII. 8vo. Herb. Nass. MDC. MDCXVIII. 12mo. Anglice MDCIII. 4to. *Comm. in Johannem una cum Harmonia ex* iv *Evangelistis in mortem, resurrectionem, et ascensionem Domini.* Pr. " Cui quis ecclesiae consecrat." Genev. MDXCIX. MDCVIII. 8vo. Anglice. Ms. Hatton. *Homilias in passionem et resurrectionem Christi.* Anglice. *Comm. in selectos aliquot Psalmos*, lib. i. Genev. MDXCIX. 8vo. Edinb. MDCX. 8vo. *Analysin in epist. ad Galatas*, lib. i. Lond. MDCII. Herbipol. MDCIII. Edinb. MDCX. 8vo. *Comm. in Colossenses.* Pr. " Colossae fuerunt urbs." Edinb. MDC. 12mo. Genev. MDCII. 8vo. Anglice per Joh. Hamelton, Lond. MDCIII. 4to. *Comm. in Thessalonicenses*, lib. i. In primam, Edinb. MDXCVIII. 8vo. Herbonae et Genev. cum prior. MDCII. 8vo. In utramque, Herb. MDCI. 8vo. Cui annectitur *Analysis in epist. ad Philemonem cum notis Joannis Piscatoris. In secundam epist.* Anglice, Lond. MDCVI. 4to. *Analysin in Philemonem.* Genev. MDCII. 8vo. *Analysin in epist. ad Hebraeos*, lib. i. Edinb. MDCV. MDCX. 8vo. *Analysin dial. in epist. ad Romanos.* Edinb. MDXCIX. 8vo. *Comm. in epist. ad Corinthios.* Genev. MDCII. 8vo. *Catechismum.* Ms. Hatton. *Explicationem historiae Jobi.* Col. Agr. MDLXXIV. 4to. *Duo carmina Latina* Rob. Rolloci praefixa sunt *Onomastico poëtico* Tho. Jacchaei. Edinb. MDXCII. 4to. Extat Geo. Robertsoni *Narratio vitae et mortis Rob. Rolloci.* Edinb. MDXCIX. 8vo. Obiit Edinburgi A. MDXCI. (Hatton. MDLXXXIX.) Dempst. xvi. 1071.

ROSINUS Floridus unus ex Culdaeis episcopus (Dempst. 564.) scripsisse fertur *Contra Severianum et Julianum episcopos Pelagianos*, lib. i. *Ad ecclesias Scoticas antidotum*, lib. i. *Epistolas ad P. Coelestinum*, lib. i. *Epistolas ad Palladium*, lib. i. *Sermones de sanctis*, lib. i. Claruit circa A. CCCCLXI. Dempst. xvi. 1067.

ROLLUS [ROBERTUS] Oxoniensis, scripsit *Epigrammata varia :* quorum ix contra papam inscripsit Johanni Baleo MDLIX. Pr. ded. " Quod antehac auditione tantum." Extat Ms. Balei Cotton. Titus, D. x. f. 78. *Carmen* praefixum Edwardi Grantae *Spicilegio Graecae linguae.*

ROMANUS presbyter Scotus (Dempst. 563.) scripsit *De celebratione paschae pro ecclesiae catholicae ritu*, lib. i. *De tonsura clericorum*, lib. i. Claruit A. DCLX. Dempst. xvi. 1066.

ROMOALDUS Scotus (Dempst. 573.) scripsit *Summarium rationum, quibus persuasa Elizabetha Mariam Scotiae reginam neci tradidit, cum earundem rationum confutatione.* Pr. " Senatum " populumque Anglicanum." Colon. MDCXXVII. 12mo. Claruit A. MDLXXXVIII. Dempst. xvi. 1084.

RONANUS, sive ROVANUS, presbyter Scotus in partibus transmarinis educatus. Ritus Romani in paschate celebrando contra Finanum strenuus defensor. Scripsisse fertur *De paschae celebratione*, lib. i. Claruit A. DCLX. Bal. xiv. 20.

RONANUS alius, priore antiquior, episcopus Scotus, scripsit *De tonsura clericali*, lib. i. Claruit A. DCIII. Colitur 17 Febr. Dempst. xvi. 1038.

ROO [JOHANNES] sive ROE, in hospitio Grayensi London. legibus municipalibus operam dedit ; et ad gradum servientis ad legem ascitus fuit A. D. MDXI. Dugd. *Orig. jurid.* Hollinsh. Scripsit *Comoediam vocatam* . . . Quae acta fuit in hospitio Grayensi apud festum natalis Domini A. D. MDXXVII, et quia cardinali Wolsaeo displicuit, autor degradatus erat et carceri mancipatus. Hollinsh. vol. iii. 894.

ROPER [GULIELMUS] filius Johannis et Janae uxoris, patria Cantianus. Uxorem duxit Margaretam filiam viri clar. Thomae Mori ; prothonotarius erat supremae curiae Banci regii per 54 annos. Scripsit *Vitam D. Thomae Mori*, lib. i. " Forasmuch as Sir Thomas More knight." Ms. in Archiv. bodl. B. 44. et in scholae publ. Colchestr. bibliotheca. Hanc ediderunt Hearnius Oxon. MDCCXVI. 8vo. et Lewis, Lond. MDCCXXVIII. 8vo. Fatis concessit 4 Januar. MDLXXVII, aetatis 82, et sepultus est in capella ecclesiae S. Dunstani Cantuariae. *Epitaphium* ejus extat apud Somner 341. *Athen. Oxon.* i. 41.

ROPER [JOHANNES] patria Bercheriensis, semicommensalis collegii S. Mar. Magdal. Oxon. dein artium magister, et A. MCCCCLXXXIII, socius perpetuus admissus fuit. Postea in eodem collegio praelector philosophiae S. theol. baccalaureus, praelector sententiarum et A. MDII S. theol. professor publicus D. Margaretae ab ipsa fundatrice nominatus : mox ecclesiae S. Mariae Oxon. vicarius ; principalis aularum Salesurriensis et S. Georgii ; ecclesiae Christi canonicus A. MDXXXII, et tandem rector ecclesiae de Witney in comit. Oxon. constitutus. Scripsit jussu regis Henrici viii *Tractatum contra doctrinam M. Lutheri.* Obiit A. MDXXXIV mense Maio, et sepultus est, ut videtur, in capella collegii S. Mariae Magdal. *Athen. Oxon.* i. 34. seq.

ROPER [MARGARETA] filia natu maxima dom. Thomae Mori Angliae cancellarii, Londini in aedibus patris nata, nupta Gulielmo Roper de Tenham in comitatu Cantii armigero ; foemina

mina Graecis Latinisque literis doctissima. Scripsit *Epistolas varias*; quarum tres ad patrem extant ad finem opp. Anglic. dom. Thomae Mori. Lond. MDLVII. fol. Transtulit in sermonem vernaculum *Eusebii historica quaedam. Erasmi comment. in orationem Dominicam.* Ita nota in margine fere ad finem Erasmi *Paraphr.* impress. Lond. tempore Henr. viii. 12mo. Fuller. *Worthies*, ii. 209.

RORICUS (Dempst. 564.) patria Scotus, Lutetiae educatus, monachum Argentinae induit, et tandem factus abbas Scotici in suburbio Herbipolitano monasterii. Scripsit *Carmina sacra*, lib. i. Obiit A. MCCCCXLVII. Dempst. xvi. 1047.

ROSCELINUS (Dempst. 573.) patria Britannus, sive (ut Dempsterus mavult) Scotus, vir doctissimus; Petri Abaelardi magister, haereseως de Trinitate suspectus, illam abjuravit in concilio Rhemensi et tandem episcopus factus est. Scripsisse fertur *De Trinitate*, lib. i. *De philosophia Aristotelica*, lib. i. *Contra reales pro nominalibus*, lib. i. Claruit A. MCXI. Dempst. xvi. 1085.

ROSSUS [a] [JOANNES] aut si mavis RUFUS, quem patria lingua ROWSE vocant, Verovici, urbe magnae olim celebritatis, ut ex reliquiis venerandae vetustatis etiam nunc apparet, natus simul et educatus fuit; donec maturiores anni philosophicos poscebant praeceptores. Tum vero Isidis Vadum [b] petiit, altum aliquid in re literaria inchoaturus. Ubi tantum abest, ut operam perdiderit suam, ut ex illa fructum multo uberrimum acceperit. Inter caetera tamen incredibili usus est diligentia legendis autoribus, qui de rebus nostris scripserunt. Unde tam exactam, tam variam, tam denique luculentam Britannicae antiquitatis cognitionem sibi comparavit, ut multos ex nostris longo, inquam longo, praecesserit intervallo. Non miraberis, lector, quod Rossum ita tibi laudaverim: ipse dixeris dignissimum laude fuisse. Nam ut undecunque certam antiquitatis cognitionem sibi compararet, ad Cambros primum, Britannorum reliquias, profectus est. Inter quos cum multa cognitu certe dignissima percunctator curiosus didicisset, multaque oculatus testis vidisset; simili diligentia per totam fere insulam usus est. Adde huc, quod multarum bibliothecarum forulos excusserit: in quo opere diutiuscule et Bellositi, et Grantae, claris nostrae Britanniae academiis, versatus fuit. Jam copiosam simul et divitem rerum maxime memorabilium supellectilem collegerat, quae ne per incuriam dilaberetur, contulit se ad quietem, rem scripturienti in primis necessariam. Est locus, in colle positus, propter ripam Avonae fluminis, distatque vix mille a Verovico passibus, ubi constans fama est Guidonem, comitem Verovicanum, famosissimum pugilem quidem illum, relicta urbe, strepitu, et armis, vitam aliquando vixisse solitariam. Vicinia locum a cultoris nomine, Clivum Guidonicum [c] appellat. Extat in clivo ecclesia * D. Magdalenae, cujus poenitudini bonus comes multum tribuebat, sacra. Comites Verovicani memoriae recentioris aream ecclesiolae circumjacentem muro utcunque alto cinxerunt; aedes in usus unius aut alterius sacrificuli extruxerunt; fundulos etiam vicinos liberaliter adjecerunt. Hunc locum Joannes Rossus, ex ea natus familia, quae Ragelegam [d] incolit, non procul ab Alauni castro, homo minime ambitiosus in possessionem, annuente vel Verovicano comite, vel Eadveardo quarto, accepit. Vidi multa loca, in quibus natura varia lusit amoenitate; nullus tamen, in primo conspectu, magis unquam meis adblandiebatur oculis. Nacto in hunc modum honesto otio, et aurea fortunae mediocritate, expeditus et alacer scribendi munus aggressus est; quod nunquam postea; nisi cum ipsa vita deposuit. Quo longo tempore multa chartis commendavit; ex quibus quaedam ad umbilicum deducta aliis communia fecit, quaedam in schedulis imperfecta moriens reliquit. Ego haec, quae sequuntur, vidi et legi: *De antiquitate Verovicensis urbis. De episcopis Vuiccensibus*, lib. i. [e] *De antiquitate Clivi Guidonici. De comitibus Verovicensibus* [f]. *Contra pseudohistoriam antiquitatis Grantanae. De antiquitate academiarum Britannicarum*, opus imperfectum. Scripsit praeterea *Chronicon*, justum volumen, cui in gratiam urbis suae titulum indidit *Verovicum*. Porro bibliothecam instituit in ipsa porticu australi fani S. Mariae Verovici. Unum defuit Rosso, homini alioqui solide erudito, nempe torrens illa eloquentia: quod tamen solo aetatis imputandum vitio. Si in nostrum saeculum, tam undecunque felix, incidisset, plane tulisset omne punctum. De morte ejus, tanquam in re ignota, nolo temere aliquid adfirmare. Vixit usque ad primos annos Henrici septimi, et Verovici obiit 14 Januarii anno D. MCCCCXCI; sepultus est ibidem in fano Mariae consecrato, ut ex *Epitaphio* inscripto apparet. Ex *Lelando*.

[a] Johannes Rufus vel Rowse etiam dictus.

[b] Ubi in collegio Baliolensi literis operam dedit, uti colligit A. Wood ex *Praef.* libri *De regibus*, ubi de Tiptofto comite Wigorniensi in sodalitio isto artes academicas edocto sic loquitur: "Novi illum in universitate Oxon. "tempore meo conscholarem." *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 77. ubi magister artium evasit et postea canonicus Osneiensis constitutus fuit. Thin.

[c] Hodie Guy-cliffe, vel Gibliffe. Cambr. Brit.

* *Eccl. fabr.*, Mf. Trin.

[d] A Rossis Brinklowiensibus ejusdem comitatus oriundus, si Dugdalio *Ant. Warw.* fides adhibenda sit.

[e] Citatur a Gul. Whitlock in *Cronico Lich.* Mf. Ashmol. 770. *Historiam* hanc scripsit anno XLII a recessu Oxon. et mansionis in Guycliff; et continet plurima frustra alibi quaerenda. Pr. ded. Henr. vii. "Cum ad celsitudi-"nem," etc. A. Wood. in *Hist. et Antiq. Oxon.* p. 4. citat *Johannis Rossi historiam regum Angliae ad* A. MCCCCLXXXVI. Mf. in bibl. Cotton. ex bibl. Thomae Alleni, sub effigie Vespas. A. 12. et in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. H. in quo quaedam habet contra distinctores villarum. Mf. Allenianum Brianus Twinus (uti in nota ad A. Wood. Mf. Pitf. habet) mutuo habuit, sed paulo ante mortem Alleni idem D. Roberto Cotton dedit. *Johannem Rossum de coronis regno Angliae annexis* in bibliotheca Alleni se vidisse asserit Usserius, *Epist.* Camden. p. 86.

[f] Rotulam Mf. quorum ibidem imagines, arma Gentilitia, gestaque omnia, atque sub fine haec habentur carmina:

Jo. Rous hoc junxit heroum nobile stemma,
Warwick quem genuit, senior fuit incola Gwycliff,
Artibus Oxon. donatus honore magistri
Qui Britonum varia studiose chronica lustrans
Scriptis ex variis opus hoc conjecit in unum
Per quod quisque comes propriis donabitur armis,
In Warwick successurus feliciter haeres.
Fecit hic ut ducum redeat prae mortua vita.
Vivat hic ergo deum . . . nescia saecla.

Adjicitur

Adjicitur effigies ipsius Rossi ad vivum delineata cum cucullo et habitu magistrali una cum insignibus suis. A. Wood. Rotuli hujus Anglice transcriptum cum armis Gentilitiis extat Ms. Ashmol. 839. *The history of the life and acts of Ric. Beauchamp earle of Warwick, who died A. D.* MCCCCXXXIX. *illustrated with fifty five curious pictures in folio of his most memorable exploits, by Joh. Ross.* Pr. "This Pagent shew-" eth the birth." Ms. Cotton. Julius, E. iv. Bal. viii. 53. Pits. p. 682. *Hist. et Antiq. Oxon.* lib. ii. p. 77.

ROSE [a] [ROBERTUS] sive ROSSUS, e famoso illo Carmelitarum sodalitio, quod est Nordovici, prodiit; ac inter bonarum artium professores, qui illo saeculo in Isidis Vado floruerunt, non minimus fuit. Nulla etenim philosophiae penetralia erant, ad quae ille partim labore, partim ingenii felicitate aditum non fecerat. Rursus nulli in theologia recessus tam abditi, quin, accepta boni spiritus face, curiose indagaverit. Denique, ut ego de ejus virtute nihil amplius addam, extant *Commentarii*, quos in librum Aristotelis de *Animalibus* [b], et in *Genesin* [c], in *Exodum* [d], in *Leviticum* [e], ac in *Ecclesiasticum* [f], et *Pauli ad Titum* [g] *Epistolam* scripsit, luculentissimi solidae eruditionis testes. Haec ille quidem et alia multa Isiaci meditatus est, ac tandem deprompsit. Interea Nordovicum alumnum suum tam longo tempore absentem esse indoluit, nec dolori modum imposuit ullum, quam revocatum et praesentem laetis oculis vidisset. Ille vero parenti redditus [h], inter libros et studia consenuit; ac demum moriens 16 die Decembris, anno a Christo nato MCCCCXX inter sui ordinis primates tumulatus est. Ex *Lelando*.

[a] Robertus Rose, Bale. Rosus, Pits. SS. theol. doctor Oxon. [b] *De animalium naturis*, lib. i. "Equa im-" praegnata, si odoraverit candelam extinctam, abortiet" Ms. Bale. Sloan. Tabulavit Aristotelem *De animalibus*, Ms. Bale. Sloan. 4to. f. 119. Scripsit *Tabulam* famosam *de animalibus*. Ibid. f. 200. [c] Lib. i. "Ad imagi-" nem quippe Dei factus." [d] Lib. i. "In Genesi" namque qui est primus." [e] Lib. i. "Nunc spi-" ritualem intellectum exigi." [f] Lib. i. "B. Augu-" stinus in suo libro *De haeresibus*." Ms. Sloan. Bale. [g] Lib. i. "Erudi filium tuum, ne desperes." Scripsisse etiam fertur *Sermones per annum*, lib. i. *Lecturas theologiae*, lib. i. [h] Post reditum ad Nordovicenses, sui coenobii prior factus est. Bal. vii. 59. Pits. p. 600.

ROTELAND [HUGO de] transtulit ex Latino in Gallicum metrum *Historiam fabulosam de quodam Capaneo equite*. Pr. pr. tr. "Qui bons countes viet entendre." Ms. Cotton. Vespas. A. vii.

ROTHERAM [RICHARDUS] patria Eboracensis, collegii Baliol. Oxon. socius; S. theol. professor, cancellarii commissarius, et dein ipse cancellarius Oxon. Fuit cancellarius ecclesiae Hereford. ab anno MCCCCXXXVIII ad MCCCCXLVIII. Collatus fuit 3 Julii A. MCCCCXLVIII ad cancellariatum ecclesiae Exon. A. Wood. Ms. C. 50. et f. 96. Scripsit *De pluralitate beneficiorum* lect. v. Pr. "Necesse est ut scandala veniant." Ms. in bibl. coll. Baliol. Oxon. LXXX. Ms. Langb. Claruit anno MCCCCXL. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 75.

ROTHWELLUS [a] [GULIELMUS] frater ordinis S. Dominici. In sui ordinis coenobio Londini bonis literis et theologiae operam dedit. Hunc Lelandus pro more suo, nomine haud multum dissimile ROVELUM vocat, et haec de eo commentatur: "ROVELUS fraterculus, at interim nescio" cujus sectae, non dissimilem [Ms. Lel. Trin. legit *a sui saeculi doctoribus in studiis*] ab Alcoxio in" studiis methodum secutus est, paremque cum famam tum laudem publico doctorum suffragio," adeptus est; quo tempore locis exquisite delectis majestatem operis *Sententiarum* promovit, auxit," illustravit." Scripsit *Commentarios in epist. S. Pauli ad Romanos*, lib. i. "Ad evidentiam do-" ctrinae." Ms. olim in bibl. eccl. S. Pauli London. Dugdale. *Ad Corinthios*, lib. ii. "Epistola" haec dividitur in partes." *Ad Galatas*, lib. i. "Incipit argumentum in epistolam." *Ad Ephesios*, lib. i. "De ista epistola dicit Haymo." *Ad Philippenses*, lib. i. "Philippenses sunt Ma-" cedones." *Ad Colossenses*, lib. i. "Haec ad Colossenses epistola habet." *Ad Thessalonicenses*, lib. ii. "Argumentum in epistola ad Thessal." *Super Sententias*, lib. iv. "Quaeritur quid sit" sacramentum." Ms. super *Librum Sententiarum* olim in bibl. ecclesiae S. Pauli London. Dugdale. Et in bibl. Fr. Praedic. Oxon. Leland. *Collect.* iii. p. 58. *Postillum in Judicum librum*, lib. i. *In Regum historiam*, lib. iv. *In Psalterium Davidis*, lib. i. *In ecclesiasticum*, lib. i. *Conciones plures*, lib. i. *De principiis naturae*, lib. i. *De potentiis sensitivis*, lib. i. *De intellectu*, lib. i. *Quaestiones scholasticas*, lib. i. Haec reperit Baleus in registro bibliothecae Praedicatorum Londinensium. Claruit circa A. MCCCLX. Bal. v. 92. Pits. 487. seq.

[a] Ms. Lel. Trin. ita legit pro Oxon. Ms. Rovelus.

ROTZ [JOHANNES] patria Gallus apud Dieppam natus. In Anglia diu vixit et regi Henrico viii servus erat. Magna cura composuit et delineavit in usum regis Henrici *A book of hydrography so called, being an account of the compass, elevation of the pole, latitude, sea coasts*, etc. A. MDXLII, in 18 very large skins of parchment. Ms. in bibl. reg. Westm. 20. E. ix. Scripsit etiam eodem anno *Traicte de differences de compas aymante, et de certains poincts notables dicelluy conteynantz le fait de navigations*. Pr. ded. regi Henr. viii. "Nous lisons es histoires anciennes." lib. iii. Ms. Ibidem.

ROUCEBY [GUALTERUS] abbas Eveshamensis. [Non occurrit tamen inter abbates in Ms. Wharton R. 210. 211.] Forte monachus erat burgi S. Petri. Composuit vel potius scripsit *Psalterium*; cui praefigitur *Calendarium*, in cujus margine notantur obitus abbatum quorundam, aliorumque virorum illustrium. Ms. in bibl. Bodl. Tho. Barlovii 49. [vix tamen auctoris nomen meretur ob hoc *Psalterium*, quod optime scriptum est.] Obiit 4 Id. Maii A. MCCCXLI. A. Wood. Ms. Pits. in princ.

ROVE-

ROVELUS. Vid Guil. Rothwell.

ROULAND [DAVID] in Anglesfeia natus, iter per Galliam et Hispaniam fecit. Transtulit ex Hispanica in linguam vernaculam *Historiam facetam Lazarilli de Tormes.* Pr. epist. ded. dom. Tho Gresham. " When I had read over." Lond. MDLXXXVI. 12mo.

ROW [BRIANUS] apud Macclesfeldiam inter Cestrenses natus, primo in schola Etonensi, dein in collegio regali Cantabrigiae in literarum studiis institutus est; ubi scholaris admissus 26 Maii MCCCCXCIX, postea socius, et S. theol. baccalaureus, unusque disputantium coram Henrico vii in adventu ad Cantabrigienses fuit. Scripsisse fertur *Praefationem* in Barkeri *Scutum inexpugnabile.* Fuit hoc systema logicae scriptum a Barkero, vocato *Sophista* e collegio regali Cantabr. Hatcher Mſ. Inett. *In laudem divae Mariae epigramma.* Ibid. *In adventu Henrici* vii *ad Cantabrig. carmina.* Ibid. *Orationem cum cardinalis Wolsaeus Cantabrigiam venerat* A. D. MDXX, quae extat inter Mss. colleg. Corp. Chr. Cantabrig. Miscell. P. p. 165. In bibliotheca aedis Christi Oxon. extat *Psalterium* ad decantanda in choro officia ecclesiastica accommodatissimum secundum ritum et usum ecclesiae Sarum. Paris. MDXIX. fol. In cujus post titulum versa pagina datur *Epistola* Briani Row. Princ. " Brianus Row omnibus praepositis ecclesiarum quae sunt in Anglia, et animarum " custodibus salutem in Domino sempiternam. Maxima illa a Deo immortali"— " Hic liber prodit " in lucem pulcherrimis formis excusus, quem egregius doctor Sampson et quidem in collegio regali " Cantabr. a mendis, quibus depravatus esset—repurgavit."

ROWBOTHUM [JACOBUS] bibliopola Londinensis. Transtulit ex Gallico in Anglicum *The pleasaunt and wittie play of Chess.* Pr. ded. transl. dom. Roberto Dudley. " As the grave and " weighty affairs." Lond. MDLXII. 12mo. Tractatulus hic primum in Italico sermone compositus fuit; et dubium est an a Robothamo translatus fuerit. Praefixit ei longam *Praefationem.*

ROYE [GULIELMUS] In *Praefatione* Gulielmi Tindali in *Parabolam impiae Mammonis,* hic Gulielmus videtur fuisse monachus Grenovicensis, qui cum Tindalo commoratus per aliquot tempus ejus studiis promovendis austero animo et moribus auxilium tulit, et deinde Argentinum abiit, ubi scripsit *Inter patrem Christianum et filium contumacem dialogum Christianum,* lib. i. " Ignotum vobis non est charissimi." *Adversus cardinalem Wolseium,* lib. i. " Progredere, parve " libelle." Idem forte hic fuit frater Roy, quem D. Thomas More meminit scripsisse *An exposition on the* vii *chapter of the epist. to the Corinthians.* More *Opp. Anglic.* p. 342. Claruit A. D. MDXXX. Et juxta Morum in Portugallia flammis consumptus est. Bal. par. post. p. 102.

S. RUADANUS a S. Finano episcopo Clonardensi educatus, et presbyter ordinatus. Is in Momoniam, profectus, Lurchoae al. Lothrae coenobium construxit, ibique abbas praefuit. Scripsisse fertur *Contra Diarmod regem,* lib. i. *De mirabili fontium in Hibernia natura,* lib. i. *De miraculosa arbore.* Obiit Lothrae A. DLXXXIV, 17, ut videtur, Aprilis: nam festum ejus eo die agitur. War. p. 13. De Ruano Hybernico, historico, Campian. *Hist. Hib.* lib. i. c. 7. a Patricio baptizatus vixit 1005 annis, sc. longius quam Methusalem. Br. Twyne 8 115.

RUBETIUS [THOMAS] patria Scotus, monachus Benedictinus, S. Waltheni comes individuus. Scripsisse fertur *Decreta synodalia,* lib. i. *De vita S. Waltheni,* lib. i. *De miraculis ejusdem,* lib. i. Claruit A. MCLI. Dempst. xvi. 1087.

RUBEUS [HELIAS] apud oppidum Tripellaunense in comit. Cantabrig. in lucem editus; academiae Cantabrigiensis alumnus fuit, ubi aliquot annos in studiis philosophicis et theologicis posuit; dein capellanus regius. Scripsit *Contra nobilitatem inanem,* lib. i. Claruisse fertur A. MCCLXXX. Bal. iv. 48. Pits. p. 362.

RUDBURN [THOMAS] senior dioec. Sarum, apud Rudborn comit. Wilton. natus (A. Wood. Mſ. Merton.) In collegio Merton. Oxon. in studiis philosophicis enutritus academiae procurator constitutus fuit A. MCCCCII. A. MCCCCXI praesentabatur ad ecclesiam de East-Deping dioec. Lincoln. archidiaconus Sudburiensis 13 Mart. MCCCCXIII admissus. A. MCCCCXVI custos collegii Merton. A. MCCCCXVII capellanus regis cum rege Henr. v in Normanniam abiit (Mſ. Merton. P. iii. 16.) A. MCCCCXIX, 18 Jun. admissus praebendarius de Husborn (*Horton* A. Wood. Mſ. Glynn.) et Burbach in ecclesia Sarum. (A. Wood. Mſ. C. 141.) A. MCCCCXX cancellarius academiae. A. MCCCCXXIX archidiaconatum Sudbur. permutabat cum decan. de Tamworth. *Reg.* Norw. ix. 92. Et tandem A. MCCCCXXXII episcopus Menevensis factus. A. Wood. Mſ. Glynn. Magnum hujus Thomae Elogium in *Epistola academiae Oxon.* missa dom. P. Eugenio iv ut confirmaret electionem, dat. 3 Octob. MCCCCXXXIII. *Regist.* F. ep. 75. Scripsit *Chronicon perpulchrum,* lib. i. *Epistolarum ad Tho. Waldenum et alios* lib. i. Claruit A. MCCCCXXXV. Bal. vii. 53. Pits. p. 599. Godw. p. 612. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 87.

RUDBURNUS [THOMAS] sive RODOBURNUS [a], monachus Ventanus, in famoso illo D. Petri coenobio religioni operam dedit: in qua cum pedem bene promovisset, alia restabat cura, nempe ut eruditis animum exornaret artibus. Itaque magnum omnis generis veterum autorum numerum

[a] Thomas Rudburn, junior; Pitseo Radburn dicitur. Fuit monachus S. Swithini, non in monasterio Novo quod ab Hida nomen accepit, uti Bal. et Pits. asserunt. Junior dictus est, ut a Thoma Rudburno seniore, episcopo Menevensi distingueretur, qui etiam *Chronicon de rebus Anglicis* contexuit. Scripsit *Historiam brevem de rebus Wintoniensibus a Lucio rege ad tempora Henrici* vi, lib. i. " Tempore quo humanae salutis." Mſ. in bibl. Cotton. Galba A. xv. Partes ejus prima et posterior extant in Whartoni *Angl. Sacr.* tom. i. pag. 179, 180, 181. 285. seq. Est schema, non epitome *Historiae majoris.* Scripta fuit circa A. MCCCCXL. Vid. Usser. *Primord.* cap. 6. pag. 66. Pas-

sim.

merum ſibi comparavit : deinde tot dies ſimul et noctes legendo utiliter collocavit, quot gratam, variam, multam illi in rebus magnis cognitionem pepererunt. Unum tamen erat, quod inter ſtudia non leviter curavit, videlicet ut ſeriem et tempora rerum geſtarum memoriae commendaret. Nam hiſtoriam multum ad civilem pertinere vitam non male judicabat. Sed nec ſatis eſſe putavit ſibi tantum in hac parte conſulere, niſi etiam et patriae, cui debere, ſe aliquam ſui partem recte credebat, prodeſſet. Calamum igitur exeruit, aliorum imitaturus in ſcribenda hiſtoria induſtriam. Et quoniam res geſtas Angliae magis quam exterarum gentium diligentem deſiderare videbat ſcriptorem, eas tanquam optime ſibi cognitas, in primis ab injuria oblivionis vindicandas eſſe cenſuit. Quid multis verbis opus eſt? *Hiſtoriam* noſtrae gentis feliciter inchoavit, et conſummavit. Joannes Roſſus, Verovicanus, magnus hiſtoriae et antiquitatis amator, non modo Rodoburni teſtimonium aliquoties citat, verum etiam ſcribit ſe ejus praeſentia, et colloquio aliquando uſum fuiſſe. Haec paucula mihi ſunt de Rodoburno cognita. Ex *Lelando*.

inſi citat Vigilantium *De Baſilica Petri*; Dolenſem *De geſtis Dacorum ſuper Anglos* *Breviarium chronicorum ſeu hiſtoriam minorem a Bruto ad* 18 *Henr*. iii. viz. MCCXXXIV, lib. i. "Multi nobiles ac pietatis ſtudio." Mſ. olim in bibl. Lumleiana Mſ in bibl. Cotton. Nero A. xvii. Prologus extat *Angl. Sacr*. i. pag. 287. *Hiſtoriam majorem*, lib. v. Hanc ex duobus codicibus, uno in bibl. Lambeth. Cod. 183. altero in coll. Corp. Chr. Cantabr. 8—6. in principio et fine mutilis edidit Clar. Whart. *Angl. Sacr*. tom. i p. 181. Quem *De rebus Hidenſis monaſterii* Balaeus et Pitſeus Rudburno inſcripſit librum ex errore ſaepius indicato natum arbitror. Whart. Claruit circa A. MCCCCL. Whart. *Praefat*. ad *Angl. Sacr*. tom. i. p. 26. ſeqq. A. MCCCCLXXX. Bal. vii. 95. Pitſ. p. 668.

RUDDOKE [THOMAS] ſcripſit ad Thomam epiſcopum Elienſem A. MDLI. *A remembrance for the maintenance of the living of preachers and miniſters now notably decayed*. Pr. "Offering "this brief declaration." Lond. MDLI. 12mo.

RUDOLPHUS Scotus (Dempſt. 572.) monachus et abbas monaſterii Aberbrothaei, et (ut videtur) tandem epiſcopus. Scripſit *Monita ſalutaria ad Alexandrum regem*, lib. i. Claruit A. MCCXV. Dempſt. xvi. 1082.

RUFFI [CONRADUS] Dominicanus Sterlingenſis. Scripſit, *Abbreviationem expoſitionis D. Thomae in Evangelia*. *Homiliam ſuper evangelium*. "Stabat juxta crucem," etc. *Homiliam in illud. Extollens vocem mulier quaedam*, etc. Claruit anno MCCCXIX. Dempſt. iii. 325.

RUGOSUS [ROGERUS] Franciſcanus, S. theologiae doctor. Scripſit *Super magiſtrum Sententiarum*, lib. iv. "Utrum aliquis in caſu poteſt." *De maximo et minimo*, lib. i. Pitſeus, *App*. p. 906. Eundem eſſe vult cum ROBERTO RUGGE cancellar. Oxon.

S. RUMOLDUS (Dempſt. 558.) natione Scotus, evangelii Chriſti frequens apud Belgas concionator monaſterium inſtituit apud Mechlinienſes, a quibus memoria ejus colitur quotannis 1 Julii. Scripſit, *De contemptu mundi*, lib. i. Martyrium paſſus A. DCCLXXII. Dempſter. xvi. 1044.

RUPESCISSA [JOHANNES de] alias Cutcliff, natus apud Gammage in agro Devon. Fuit frater ord. Minorum. Scripſit contra papam et corruptos cleri mores tempore Edw. iii. Fuller ex Mſ. Northcot. Scripſit in vinculis ad quendam cardinalem *Revelationum*, lib. i. *Super Sententias*, lib. iv. Et quaedam alia. In *Catalogo* bibl. Bodl. ſub nomine Johannis de Rupeſciſſa extant *Liber de confectione veri lapidis philoſophorum*. p. 226. Baſil. MDLXI. f. et p. 191. Urſellis MDCII. 8vo. *Liber Lucis*. Ibidem. *De conſideratione quinteſſentiae omnium rerum*. Baſil. MDXCVII. 8vo. *Prophetiae, et liber inſcriptus Vade mecum in tribulatione* p. 494. vol. ii. *Faſciculi rerum*, etc. per Browne.

RUSHE [ANTONIUS] in dioeceſi Norwicenſi natus, A. MDLIV admittebatur ſocius collegii S. Mariae Magdal. Oxon. et A. MDLVIII lauream magiſterialem in artibus obtinuit. In Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miſcell. i. 581. datur *Epiſtola* Nicolai Wotton ad M. Parker dat. June MDLXI commendans mag. Antonium Ruſhe ad archididaſcalatum ſcholae regiae Cantuar. in qua educatus erat. Vid. Ibid. xx. 85. Anno MDLXVI. S. theol. doctor Cantabrigienſis renunciatus. (Mſ. Inet.) Fuit reginae Elizabethae a ſacris: Anno MDLXVII. eccleſiae Windeſorienſis canonicus: Anno MDLXIX rector eccleſiae de Orgariſwreek ex patronatu eccleſiae Cantuar. canonicus ſecundae praebendae eccleſiae Cantuar. decanus Ciceſtrenſis June. 10. MDLXX et concionator eloquentiſſimus. Scripſit *A preſident for princes; wherein is to be ſeen by the teſtimonie of ancient writers, the duty of kings, princes, and governors*. Pr. ded. reg. Elizab. "If Ptolome kynge of Egypt." Lond. MDLXVI. 4to. Et alia. Diem obiit ultimum 1 April. MDLXXVII et tumulatus eſt in capella S. Georgii Windeſoriae. Mſ. Aſhmol. 850. f. 337. *Athen. Oxon*. i. 187. Somn. *Antiq. Cant*. Battel. edit. P. ii. 124.

RUSSEL [GULIELMUS] Sodorenſis epiſcopus edidit *Conſtitutiones ſynodales*. Pr. "Ad "paſtorale ſpectat officium." Extant in *Monaſt. Angl*. i. 716. et tom. iii. *Concil. M. Brit. et Hib*. p. 10. ſeqq.

RUSSEL [GULIELMUS] ſive ROSSEL frater Franciſcanus, primo de conventu Stanford Lincoln. dioec. A. MCCCCXXIV, et tandem A. MCCCCXXV. gardianus domus fratrum ejuſdem ordinis civitatis London. Scripſit *Contra decimas perſonales quaeſtiones*. An vero extent plane neſcio: ſic tamen ſcriptum legimus inter *Statuta quaedam vetera academiae Oxon*. Mſ. bibl. Bodl. NE. C. 2. 6. "Inſuper tu jurabis, quod nullas quaeſtiones per fratrem Will. Roſſel, ordinis Minorum, nuper "poſitas et praedicatas contra decimas perſonales, et in noſtra univerſitate Oxon. nec non in "venerabili concilio epiſcoporum A. D. MCCCCXXV celebrato London. ſolenniter damnatas, nec "alicujus

" alicujus earum sententiam tenebis, docebis, vel defendes efficaciter, publice aut occulte; nec " aliquem doctorem, tentorem, vel defensorem hujusmodi ope, consilio vel favore juvabis." In libro *Epistolarum univ. Oxon.* F. fol. 4. b. extat *Epistola* univ. Oxon. Henrico archiep. Cant. et praelatis Cantuar. provinciae pro decimis personalibus solvendis. dat. MCCCCXXV. In Mf. Ashmol. 789. fol. 72. extat *Epistola* academiae Cantabr. MDXXVI. 8 cal. Junii ad Henricum archiepiscopum et synodum contra has positiones hujus Gulielmi. In *Registri* Chichley. archiep. Cant. parte ii. f. 35. datur conclusio erronea hujus fratris Will. Russel. " Religiosus potest concumbere cum muliere, et " non mortaliter peccare." Quoad hanc conclusionem idem Willelmus submisit se in convocat. London. MCCCCXXIV. Et in alia convocatione ibidem A. MCCCCXXV, comparuit idem Willelmus, notatus de conclusione alia erronea, circa decimas personales (quod non cadunt sub praecepto divino, saltem ut solvantur parochiali curato; et quod licet unicuique nisi consuetudo in contrarium fuerit ipsas in pios usus pauperum dispensare:) Dicitur scripsisse quaedam eandem conclusionem confirmando. *Processum contra eundem* et ejus *Recantationem* videsis in *Regist.* Chichl. P. ii. f. 44. seqq. cum *Epistolis* utriusque academiae adversus ejus opiniones, et in tom. iii. *Concil. M. Brit. et Hibern.* pag. 438. seqq.

RUSSEL [JOHANNES] illustri ortus stemmate, archidiaconus Bercheriensis admissus 28 Febr. MCCCCLXV, resignabat A. MCCCCLXXVI. A. Wood. C. 101. 135. Fuit juris canonici doctor; rector ecclesiae de Toucestre 6 Aug. MCCCCLXXI. *Reg.* Chedworth. Secundarius in officio privati sigilli A. MCCCCLXXII. Rymer. *Foeder.* X. 737. collatus ad praebendam de Mora in eccl. S. Pauli London. 9 Jul MCCCCLXXIV. *Reg.* Kemp. episc. Lond. A. MCCCCLXXVI episcopus Roffensis consecratus. Whart. *Angl. Sacr.* i. 381. Fuit Edwardi principis informator: et A. MCCCCLXXX ad sedem Lincoln. translatus, post triennium accademiae Oxon. cancellarius electus. Praeter splendida haec munera in ecclesia et academia erat custos privati sigilli, et regni cancellarius. Scripsit, *Super jure Caesaris et papae*, lib. i. *Commentarios in Cantica*, lib. i. Primum opus vidit Baleus in bibl. regia; alterum in *Epitome* Josiae Simleri. *Lecturam in vi libr. Clementinarum. Injunctiones monachis Burgi S. Petri.* A. D. MCCCCLXXXIII. Mf. Lamb. 36. 4to. *Excerpta ex libro Thomae Waldensis de sacramentalibus*, lib. i. " Ex epist. etc. habetur quod licitum." Mf. bibl. coll. Univ. Oxon. 17. L. Hic liber videtur esse autoris autographus; in ejus enim principio haec habetur nota: " Ego " Johannes Russel, episcopus Lincoln. fatigatus hoc anno MCCCCXCI Oxon. cum multis haereticis, " postquam pervenit in manus meas liber fratris Thomae Waldensis, venerabilis doctoris *Contra* " *Wicleviftas*, quorum insanissima dogmata multos nostrae religionis Anglicanae populares infecerunt, cogitavi aliqua excerpere ex eodem libro *Super sacramentalibus*, in quae Lollardi ipsi " maxime invehuntur. Unde successores nostri, et sui assistentes consiliarii in inquisitionibus " haereticae pravitatis aliqua paratiora inveniant ad confusionem errantium, quam aut nos ante " habebamus, aut ipsi successores habuissent, istis non habitis. Remaneant igitur hi quaterni in " *Regist.* episcopi Lincoln. quicunque fuerit pro tempore. Quicunque hunc titulum deleverit, " anathema sit." Joh. Lincoln. manu propria in festo Epiphaniae apud Woborn. A. MCCCCXCI, secundum computationem ecclesiae Anglicanae. Ad finem etiam libri occurrit hujusmodi clausula: " Prosequatur residuum qui voluerit; satis nobis sit, hos octo quaternos ex multis congestis auctoritatibus in hoc compendium adduxisse in octo septimanis; plura executuris si opportunitas et " valetudo correspondissent." Jo. Lincoln. manu propria, dat. Woburnae in festo Epiphaniae A. MCCCCXCI, sec. comp. eccl. Angl. Obiit apud Nettleham juxta Lincol. Jan. 30 MCCCCXCIV, et in ala meridionali ecclesiae cathedr. sepultus est. Rymer. *Foeder.* xii. 136. *Reg.* Morton. f. 94. *Reg.* Smith. episc. Lincoln. Vid. Godw. i. p. 359. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 19. 413. seq. Epitaphium ejus ex *Descript. eccl. Lincoln.* per Sanderson.

Quis sum, quae mihi fors fuerit, narrabo: Johannes
Russel sum dictus, nomen servans genitoris.
Urbs Wentona parit, studium fuit Oxoniense,
Doctorem juris me Sarisburia donat
Archidiacono, legatum mittit in orbem
Rex, et privatum mandat deferre sigillum,
Cancellari regni tunc denique functus
Officio, cupii dissolvi vivere Christo.
Ecclesiasque duas suscepi pontificales,
Roffa sacra primum Lincolnia condit in unum
Anno milleno c quater atque viceno
Bis septem junctis, vitalia lumina claudo.

RUSSEL [JOHANNES] frater ordinis Minorum. In Mf. coll. Merton. Oxon. O. vi. 12. sunt *Lecturae fr. Johannis Russel, ordinis Minorum, super Apocalypsin.* Pr. " Statuit septem pyra" mides unam." *Postilla fr. Jo. Russel, ordinis Minorum, in Canticum canticorum.* Pr. " Cogi" tanti mihi Canticum." Mf. bibl. Lambeth. 180. fol. Et in bibl. regia Westmonast. 18. A. lxxvi. extant *John Russell's treatise of the unioun betuixt the tua realmes. Ejusdem of the deuty of ane Christiane Prince.*

RUSSEL-

RUSSELLIUS [a] [PETRUS] Chordiger, Isidis Vadum, urbem longe celeberrimam, parentem et altricem studiorum habuit. Ille vero, ne tam clarae parentis pietati, juxta ac expectationi de se magnifice conceptae aliquando non responderet, cogitabat suas esse in primis partes bonas horas omneis in literis collocare melioribus: id quod ingenuus praestitit, eximiam a facto laudem tandem consecutus. Fit enim virtutis nomine Chordigerorum in Britannia primas; a qua dignitate non tam laudem sibi peperit, quam eidem dedit. Postremo, admonitus titulo praenominis sui, D. Petrum et ipse Petrus celebrare cupiebat. Jamque animo volutanti, qua id potissimum efficeret ratione, succurrit statim [b] *Petri Epistola canonica:* quam ille, tanquam mnemosynon sui patroni, *Commentariis* illustravit non indoctis. Floruit circa tempora imperii Henrici Bullenbrocani, regis Angliae. Ex *Lelando*.

[a] Juxta Pitseum, S. theologiae doctor Oxoniensis inclaruit A. MCCCCX. [b] Utraque, Bal. qui Lelandum verbatim exscripsit. Bal. xi. 30. Pits. p. 590.

RUTGERUS (Dempst. 564.) Scotici monasterii in suburbio Herbipolitano ad fanum S. Jacobi abbas. Scripsit *De legitimo consessu concilii Constantiensis*, lib. i. *Acta ejusdem concilii*, lib. i. Obiit A. MCCCCXVII. Dempst. xvi. 1046.

RUTHAL [THOMAS] sive ROWTHAL, Cirencestriae in agro Glocestrensi natus, Oxoniae studia philosophica theologica sedulo excoluit, et in utrisque supremos consecutus honores, circa A. MD Cantabrigiam abiit, cujus academiae cancellarius A. MDIII renunciatus est; dein archidiaconus Glocestr. et A. MDV decanus Sarisburiensis; et tandem A. MDIX episcopus Dunelmensis electus. Regi Henrico viii ab epistolis et sanctioribus consiliis factus A. MDVI; et custos privati sigilli A. MCCCCXCV. 29 Nov. Tho. Routhall decretorum doctor collatus ad rectoriam de Bocking. in Essex. (Newc. ii. 69.) A. MDII 18 Sept. installatus per procuratorem in praebend. de Timbrescomb. eccl. Wellen. *Reg.* Wellen. A. MDIV 19 Jan. ad praebendam de Leighton Buzard in eccl. Lincoln. *Reg.* Gul. Smith. Scripsit, jussu regis Henr. viii, *De totius regni Angliae statu* librum. De quo vide Wharton. *A. S.* tom. i. 780. et Hollinsh. iii. 796. Obiit Londini 4 Febr. MDXXII, et in ecclesia S. Petri Westmon. humatus est. *Athen. Oxon.* i. 661.

S. RUTHIUS (Dempst. 547.) discipulus S. Columbae, episcopus Scotus, scripsit *Sermones de sanctis*, lib. i. *De vita monastica*, lib. i. Claruit A. DCVI. Colitur 27 Decembr. Dempster. xvi. 1036.

RUYS [RICHARDUS] Anglus, Franciscanus, scripsit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. "Materia divinarum Scripturarum." *Quaestiones varias*, lib. i. Olim in bibl. monast. Norwicensis. Quare tamen annon idem cum Richardo Rufo, apud Lelandum. Bal. xii. 17. Pits. *Append.* pag. 898.

RYCE [RICHARDUS] Suffolciensis, scripsit *Invectivam contra leviora quaedam vitia*, lib. i. "Whereas in the notable workes of many famous." Lond. by Joh. Kyngston. . . . 12mo. Denuo edita cum *Praefatione* Rob. Crowlei. Lond. MDLXXIX. 8vo. Transtulit ex Lat. in Anglicum *The right institution of Baptism, set forth by Herman bishop of Colen.* Pr. pr. tr. "Yf the profane "authoure." Lond. by Rob. Wyer. . . 12mo. *Musculum de matrimonio et sepultura.* Pr. "In "as moch as amonge all other holy ordinances." Lond. ab eodem.

RYCH [BARNABAS] ordinum ductor. Scripsit Anglice *An allarm to England, foreshewing what perilles are procur'd where the people live without regard of martial law.* Lond. MDLXXVIII. *Discourse concerning the decay of warlike discipline.* Ibid. Claruit anno MDCXII. Ms. A. Wood. Cat. i.

RYCKES [JOHANNES] primum frater Franciscanus in sui ordinis coenobio Oxonii aliquot annos in studiis posuit, postea vero reformatorum doctrinam amplexus est. Scripsit *The image of divine love*, cap. 13. "Consideryng in my mind how." Lond. MDXXV. 4to. *Against the blasphemies of the papists*, lib. i. Transtulit in patrium sermonem et dom. Cromwello dedicavit *Othonis Brunfelsii prognosticon*, lib. i. Obiit Londini A. MDXXXVI. Bal. par. post. pag. 102. *Athen. Oxon.* i. 45.

RYMAN [JACOBUS] frater ordinis Minorum, poeta Anglicanus; floruit A. D. MCCCCXLII. Ms. Norwic. More. 945.

RYPPON [RICHARDUS de] scripsit *Articulos extractos ex regula S. Benedicti inquirendos in visitatione monachorum illius ordinis.* Ms. Cotton. Vitell. E. xii. 10.

RYST [JOHANNES] tempore suppressionis abbatiarum, jussu collegit (regio) *The charters of the foundations of divers abbeys, colleges*, etc. De quo Tho. Hearne in *App. ad Hemingium*, Oxon. MDCCXXIII. 8vo. p. 647. ita: "This Sir John, studious of Britains antiquities, left to his heirs in "writing divers excellent monuments, which do keep them too long from the sight of the learned. "He lyved in the year of Christ. MDXL."

S A L

SACROBOSCUS [JOHANNES] Vid. HALLIFAX.

SADELERUS [ANDREAS] in urbe Carliolensi natus. Fidei reformatae tenax temporibus Marianis ad exteros transmigravit, primo Lovanii vitam agens, et inde in terra Clivensi, ubi quorundam virorum nobilium liberos Bucholdiae literis instituendos suscepit; et demum Wesaliae archididascalus evasit. Multa ille soluta ac pedestri oratione conscripsit adversus pontificios, potissimum contra duos Minoritas, qui barbaris versibus in eum blateraverant. *Epigrammata* etiam et Epistolas plures tam ad Baleum quam ad alios edidit. Bal. xi. 100. Vixit anno MDLIX quando ultimam *Scriptorum Britanniae* editionem curavit Balaeus; cujus tum priori tum posteriori parti praefigitur carmen encomiasticum hujus Andreae; quod extat etiam in prima editione Ipswici impressa A. MDXLVIII, quo tempore Sadelerus erat apud Bucholdianos ludi-magister.

SADLEIRUS [RICHARDUS] Anglus. Scripsit *De procreandis, eligendis, in equile gubernandis, et ad usum civilem ac militarem parandis equis, ut cum prompti tum audaciores fiant, ad generosam Anglicanam adolescentiam experientia.* Pr. " Quanquam merito peritus dici eques." Mf. Norwic. More 368. Claruit A. D. MDLXXXVI.

SADLERUS [JOHANNES] de Oundell in comit. Northampton. Oxoniae educatus, ut videtur: Cui per multos annos comes Bedford. annuam exhibitionem erogarat. Transtulit in sermonem Anglicum, rogatu dom. Edm. Brudenell equ. aur. *Fl. Vegetii de arte militari*, lib. iv. ad comitem Bedford. " After I had first." Lond. MDLXXII. 4to. *Athen. Oxon.* i. 177.

SALAMON, GLASCOENSIS (Dempst. 589.) ecclesiae decanus. Scripsit *Pro causa Angelranni*, lib. i. *Monitorium ad Rogerum Eboracensem*, lib. i. *Appellationem ad papam. De jure ecclesiae Scoticae*, lib. i. *Sermones super Evangeliis*, lib. i. Claruit A. MCLXIV. Dempster. xvii. 1060.

SALESBURIUS [GULIELMUS] patria Denbighensis, in academicis studiis annos aliquot posuit in aula vel S. Albani vel Lateportensi Oxon. Inde Londinum se contulit, et in hospitio quodam cancellariae, vulgo *Thavies Inn* dicto, et postea in hospitio Lincoln. juris municipalis studio sedulo incubuit. Huic Gulielmo Salesburio de Llhanroast generoso, et Johanni Waley de Lond. typographo, literae patentes concessae fuerunt per septennium ad imprimenda *Biblia*, *Librum precum communium*, et alios libros in lingua Wallica, permissu duorum episcoporum Walliae. Strype in *Vita Elizab.* 391. Scripsit *A dictionary in Englysh and Welshe*, etc. lib. i. Pr. ded. regi Henr. viii. " Whereas amongeste other sondrye and manifold." Lond. MDXLVII. 4to. edit. mandato regis Henrici viii. Cui praefigitur *A treatyse of the Englyshe pronunciacion*, lib. i. Wallice. " A feisnic sydd un natur ac." Impr. cum *Dictionario*. *Introductionem ad rectam pronunciationem literarum Cambro-Britannicarum.* Pr. ded. Humfr. Toy bibliopolae. " Seeing that heretofore." Praef. secundae edit. Pr. ded. Ric. Colyngborn. " The natural inclination, the gentle amitie." Lond. MDL. 4to. et auctior, Lond. MDLXVII. 4to. *Battery of the popes bottereulx, commonly called the High Aultar.* Pr. ded. dom. Riche. " Even as I cannot refrayn but." London. MDL. 8vo. *Description of the world.* impr. Joh. Davies in *Grammatica Cambro-Britannica*, p. 213. citat Will. Salisburii *Rhetoricam.* Mf. ab Henrico Perrio interpolatam, et in lucem editam. *Epistolam satis longam ad archiep. Parker* A. MDLXV, quo tempore cum episcopo Menevensi vixit. Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. p. 491. Auxiliatus est Richardum episcopum Menevensem in translatione *Liturgiae* et *Novi Testamenti* in linguam Britannicam. *Praefat.* Gul. Morgan. ad translationem *Bibliorum* Britannicorum. *Novum Testamentum* transtulit in linguam Britannicam: Hoc ipse fatetur in *Praefatione*, et se ab episcopis Wallensibus ad hoc opus electum fuisse dicit. Duas huic libro praefixit *Epistolas*; unam dedicatoriam reginae Elizabethae. Pr. " When I call to remembrance:" secundam Wallice ad conterraneos suos. London. MDLXVII. 4to. Praeter haec Pitseus memorat *Glossarium Britannicum*, idem haud dubio cum *Dictionario* praedicto. Edidit etiam *Antiquitates et leges Howelis Dha.* In vivis fuit Londini A. MDLXVII. Bal. ix. 55. Pitf. 737. *Athen. Oxon.* i. p. 153. seq.

SALESBURY [HENRICUS] ex antiqua et generosa familia apud Dolbelider in comitatu Denbigensi oriundus. Ad aulam S. Albani Oxon. A. C. MDLXXXI aetatis circiter 20 missus est; sed postquam gradum magisterialem in artibus suscepisset, studio medicinae operam dedit, et academiae valedixit. Scripsit *Dictionarium Britannicum.* Mf. usus est Jo. Davies in componendo suo *Dictionario Britanno-Latino. Grammaticam Britannicam in usum linguae studiosorum succincta methodo et perspicuitate facili conscriptam.* Pr. ded. Henr. comiti Pembroch. " Cum mentis acie " despicerem." Lond. MDXCIII. 8vo. Claruit Denbighiae A. MDXCIII. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 257. *Fasti Oxon.* tom. i. 126.

SALIPHILAX (Dempst. 587.) bardus natione Britannus, scripsit *Genealogiam regum Britannorum*, lib. i. " Uti Lucas evangelista Dominicam." Claruisse putatur circa A. DCCCCLX. Bal. ii. 29. Pitf. p. 175.

SAMPSONIS, archiepiscopi Dolensis, *Vitam* Baldericus, et ipse ejusdem sedis antistes, accurata sane perscripsit diligentia, nullum omnino relinquens aut facundiae, ut illud tulit saeculum, aut fidei locum. Nos igitur, ne libri pereat autoritas, cujus exemplar tantum unum venerandae antiquitatis vidimus, sedulitate expedita utemur; et quae ille fusius tractavit, breviter expediemus. Sampson, Demetarum alumnus [a], in ea provinciola natus fuit, quae nunc Glatmorgania dicitur a regulo quodam Morgano. Illi pater fuit Ammonius Venetus, mater vero Anna; patruus Umbrael. Consultus Librarius, philosophus eo tempore eximii nominis, de puelli tum fortuna tum educatione, respondet tantum literis imbuendum esse. Traditur igitur curae Iltuti, viri insigniter docti juxta ac integri, qui monasterium in Morgania paulo ante instituerat. Crevit hic adolescens prudentiae et virtutis successu quodam profecto longe felicissimo; tandemque loco praefuit post Isanum [b], ut ego colligo. Deinde ad Pironis monasterium se contulit, ducens una secum fratres quatuor, quos habebat, uterinos, studiis sacris et pietate informandos. Piro diem obiit supremum: hinc Sampson abba designatus. Venerunt eo tempore ad Pironis monasterium quidam fratres de genere Scottorum, scientia non contemnenda illustres (nam Romae studuerant) quos ille literarum gratia vel in Scotiam usque secutus est. Postea, domum rediens, cuidam coenobio, a Germano Altisiodorensi constructo, praeficitur. Refert obscura quaedam *Historia*, Sampsonem, precibus Germani et Lupi, Eboracensem a rege Ambrosio archiepiscopum fuisse ad tempusculum designatum. Rossus, Verovicensis, idem adfirmat; additque, studuisse eum Crecoladae [c]: sed fides incerta. Sequentibus quoque annis conscendit Menevensem thronum; quem cum aliquandiu tenuisset, coactus peste icterica, depopulatrice tum Britannicae tum Saxonicae gentis, Dolum, Armoricanam urbem, a Britannis insularibus possessam cognatis suis, tristissimus petiit; ibique primus archiepiscopi munere, relicta perpetuum patria Britannia, functus est. Tantum praestitit ille Dolensi ecclesiae, quantum nulla dies memori unquam eximet aevo. Sunt qui scribant et credant, Sampsonem huc commigrantem, bonam partem librorum, a Britannis catholicis scriptorum, una secum transtulisse: commoditate, ut ei tum videbatur, opportuna; at, ut eventus docuit malus, importuna. Obiit Doli, ubi et magnifice sepultus est. Successit in episcopatu Maglorius Britannus, et ipse Sampsonis consanguineus, atque idem comes individuus: vir plane non minoris sanctitatis, quam eruditionis [d]. Ex *Lelando*.

[a] Samson Glamorganius. Bale. Demeta. Pits. [b] Vid. Usser. *Primord.* p. 524. [c] Vide supra in Alfrido, et Lelandi *Cign. Cant.* in voce ISIDIS VADUM. Ecclesia parochialis Crecoladae dicata est S. Samsoni. [d] Scripsisse fertur *De patientia in adversis*, epist. i. Claruit A. DLX, juxta Bal. i. 62. A. DLXVII, juxta Pits. p. 99. post annum DCCCC, juxta Godw. p. 603. *Vita et miracula S. Samsonis* ex antiquissimis membranis Floriacensibus, extant in bibl. Floriac. parte prima cap. 14. Pr. "Inter alia S. Samsonis mirifica gesta." Lugd. MDCV. 8vo.

SAMSON presbyter Scotus (Dempst. 579. Bal. par. post. 200.) Clementis peregrinationis in Germaniam, et controversiae cum Bonifacio socius. Scripsit *Super controversia cum Winifrido, Bonifacio*, lib. i. Claruit anno DCCL. Bal. xiv. 31. Dempster. xvii. 1040. Usser. *Epist. Hibern.* pag. 49.

SAMSON patria Norfolciensis, monachus, dein sacrista, tandem abbas Buriensis electus MCLXXX, anno aetatis 47, monachatus 17; et justitiarius itinerans. Fr. Thin. ex *Cron.* Joc. de Brakeland. Scripsit *De miraculis S. Edmundi regis*, lib. i. Hunc saepissime citat autor *Vitae S. Edmundi* in Ms. Bodl. NE. F. x. 6. Obiit 3 kal. Januar. MCCXI. *Monast. Anglic.* tom. i. p. 284.

SAMSON [RICHARDUS] in aula S. Trinitatis (A. Wood.) aut hospitio S. Clementis (Whart.) Cantabrigiae educatus, legum doctor creatus est. A. MDXIV cardinalis Wolsaei apud Nervios commissarius (*Epist. ad Erasm.*) A. MDXVII archidiaconus Cornubiensis. A. MDXXIII decanus Windsoriensis. A. MDXXVII, 18 Jun. admissus ad vicariam de Stebenhith. (*Reg.* Tunstall. episc. London.) A. MDXXVII, 28 Mart. collatus ad praebendam de Langford. in eccl. Lincoln. (*Reg.* Longland.) A. MDXXVIII, 11 Januar. archidiac. Suffolc. *Reg.* Repps episc. Norwic. Anno MDXXIX coadjutor Pacaeo decano Londinensi factus est. A. MDXXXII decanus Litchfeldensis. A. MDXXXIV Mart. 31 collatus ad ecclesiam de Hackney; tunc resignabat praebendam de Chesewike in ecclesia S. Pauli. (*Reg.* Stokesley) A. MDXXXV thesaurarius Sarum; dein regiae capellae decanus. A. MDXXXVI episcopus Cicestrensis, et eodem anno 24 Julii decanus S. Pauli London. electus. Tandem ad episcopatum Lichfeldensem translatus A. MDXLIII et Walliae praeses renunciatus. Saepe legatus (ut ait Ric. Morisin. in *Apomaxi.* p. 51.) serenissimi nostri regis ad Caesarem, ad regem Galliae, ad Margaritam Flandriae comitem, ac alios principes orbis viros. Vir inconstantis ingenii, primo pro primatu regio scripsit, dein primatum pontificium asserentibus favit, et hanc ob causam carceri mancipabatur. Rursus, eodem rege Henrico regnante, regiis partibus sese addixit; tempore vero Edwardi papalis autoritatis strenuus prodiit defensor. Scripsit *Orationem, qua docet, hortatur, admonet omnes potissimum Anglos, regiae dignitati cum primis ut obediant, quia verbum Dei praecipit, episcopo Romano ne sint obedientes, qui nullo jure divino in eos quicquam potestatis habet*, etc. Pr. "Nihil aliud est in sacris literis." London. per Tho. Berthlet. . . 4to. Extat etiam tom. ii. Brownii *Fascicul. rerum*, etc. p. 820. seqq. *In L Psalmos priores Davidicos explanationem familiarem.* Pr. ded. Henr. viii regi. "Posteaquam pro singulari tua benignitate." In *Epistola dedicatoria* papam et card. Polum acerrime perstringit. Lond. MDXXXIX. f. *Explanationem in L Psalmos sequentes.* Pr. "Quod jam diu et hanc et aliam." Lond. MDXLVIII. f. *Explanationem in D. Pauli Epistolam ad Romanos; et in priorem ad Corinthios.* Pr. ded. episc.

Lond. " Inter acerbas tuas moleſtationes." Lond. MDXLVI. 12mo. *Comment. in Epiſt. Pauli*, ſpeciatim in 1 Corinth. xi. laudat Joan. Whitus in *Diacoſio-Martyrio*, f. 86. *Contra quaſdam poſitiones Wiclevi*, lib. i. Mſ. Bal. Glynn. *Argumentum contra ſextum articulum Johannis Lamberti de S. Euchariſtiae ſacramento.* Strype in *Vita Cranmer. App.* num. 24. *Epiſtolam ad Eraſmum.* Extat in *Eraſm. Epiſt.* Lond. MDCXLII. fol. p. 174. Obiit apud Eccleſhall 25 Sept. MDLIV. Bal. ix. 36. Pitſ. p. 749. *Athen. Oxon.* i. 31. 117. 135. 672. Godw. p. 379. Whart. *Dec. Lond.* p. 240. ſeqq. *Angl. Sacr.* i. 458.

SAMSON [THOMAS] poſtquam Oxoniae literis academicis imbutus eſſet, Londinum ſe contulit, ubi in Templorum altero juri municipali operam dedit. Poſtea tamen ſacris ordinibus A. MDL ab epiſcopo Ridleio initiatus, concionandi vices conſtanter obibat uſque ad mortem Edwardi vi. Capellanus fuit exercitus regis Edw. vi in expeditione adverſus Scotos ſub duce domino Ruſſel. A. MDLI ab archiepiſcopo Cranmero ad rectoriam eccleſiae Omn. Anim. Breadſtreet London. collatus fuit; quam reſignabat A. MDLIII (Strype in *Vita Cranmer.* 192. Newc. i. 196.) A. MDLII menſe Febr. decanus Ciceſtrenſis factus erat a rege Edw. vi. Pat. Mſ. Cott. Julius, B. 9. Dum Maria rerum potiretur primo clanculum vixit, et tandem ſolum vertit ac Argentoratum profectus eſt. In principio regni Elizabethae in patriam reverſus epiſcopatum Norwicenſem ſibi oblatum reſpuit. A. MDLXI decanus aedis Chriſti Oxon. deſignatus fuit, quo munere ex ſententia M. Parkeri archiep. Cantuar. ejectus erat A. MDLXIV. Dein cuſtos xenodochii Wigſtoniani Leyceſtriae et theologiae praelector in collegio Whytingdoniano London. evaſit; quam lecturam ob paralyſin reſignabat A. MDLXXIV, uti habet Strype in *Vita Parker.* 543. A. MDLXX. 13 Sept. S. T. P. praebendarius S. Pancraſii (Newc. i. 196) ad officium poenitentiarii in eccleſia S. Pauli London. collatus erat. *Reg.* Sandys. Catharus erat, veſtium uſui in ſacris celebrandis et aliis ceremoniis eccleſiae Anglicanae haud omnino favit. Quia tamen doctorum virorum parvus eo tempore erat numerus, conciones ad populum habere aliquoties ei permittebatur abſque veſtibus albis et ſubſcriptione. Aliam fovit hac de re opinionem cum *Liturgiam eccleſiae Anglicanae* iconibus refertam reginae Elizabethae offerret. Strype *Elizab.* p. 298. et 432. Verſionem *Bibliorum* Genevenſem promovit. Strype *Eliz.* p. 222. Scripſit *Letter to the profeſſors of Chriſt's goſpel in the pariſh of Allhallows Breadſtreet, Lond.* Straſburg MDLIV. 8vo. *Warning to take heed of Fowler's Pſalter (ſent lately from Lovain) given by lame Tho. Samſon.* Pr. ded. fratri Roberto Aſke. " You did ſend late unto " me." dated at Leiceſter 10 Octob. MDLXXVII. Lond. MDLXXVIII. 8vo. *Brief collection of the church, and ceremonies thereof.* Lond. MDLXXXI. 8vo. *Prayers and meditations apoſtolike, gathered and framed out of the epiſtles of the apoſtles.* Lond. et Cantabr. MDXCII. 12mo. *Supplication to the queen and council, and parliament, for matters of the church.* MDLXXXIV. Strype *Eliz.* 435. *Praefationem de vita, etc. Joh. Bradfordi praefixit duobus ejus ſermonibus,* 1. *Of repentance.* 2. *Of the Lord's ſupper.* Pr. " Godly learned men." Lond. MDLXXIV. MDLXXXI. MDXCIX. 12mo. *Letter to lord Burleigh.* Strype *Eliz.* 82. 433. *To Edm. Grindall.* Strype in *Vita Grindal.* 301. Et in *Vita Parker. App.* n. 94. *To M Parker.* Ibid. 186. *To treaſurer Burleigh.* Ibid. *App.* n. 93. *Letters and anſwers to queſtions about habits.* Strype in *Vita Parker.* p. 165—173. Obiit 9 April. MDLXXXIX, et in capella hoſpitalis Wigſtoniani humatus jacet. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 254. *Athen. Oxon.* i. 239.

SAMPSON [a], monachus DUROVERNENSIS, quo loco fanum Servatori ſacrum eſt, aſſidua divinae Scripturae imprimis animum paſcebat lectione. Senſerat ex eo fructum quidem magnum labore; quo ne ſolus perfrueretur, late felicia ſparſit ſemina, frequenti ad populum concione habita. Extant quoque ejus in Claudiana bibliotheca *Homiliae* [b], opus elegans, eruditum, pium; ſed Latine ſcriptum [c]. Ex *Lelando.*

[a] Samſon Durovernius. Bale. Durovernenſis. Pitſ. [b] Pr. " Deponemus omnem malitiam." Lel. iii. 267.
[c] *Homiliis* addidit Pitſeus *Opuſculorum* lib. i. Claruit ann. MCLXX. Bal. x. 58. ex Lelando. Pitſ. p. 232.

SAMUEL [GULIELMUS] ſervus ducis Somerſetenſis, poſtea verbi divini praedicator, et exul tempore reginae Mariae. Scripſit carmine Anglicano *Epitomen ſtatutorum divinorum.* Lond. MDLI. 8vo. A. Wood. Mſ. Cat. iv. 126. *Epitomen librorum canonicorum Veteris Teſtamenti.* Lond. MDLXIX. 8vo. *Precem pro afflicta eccleſia Anglicana.* Hanc citat et defendit Rob. Crowleius in *Apologia ſua contra Cerberum.*

SAMUEL PRESBYTER Anglus; et, ut conjicio, Oxonienſis; utpote qui Gulielmi de Monte celeberrimi ſuo tempore Oxoniae theol. profeſſoris auditor diligens et admirator extitit; unde tractatum edidit, cui iſte titulus: *Collecta Samuelis Preſbyteri ex auditis in ſchola magiſtri Gul. de Monte ſuper Pſalmos.* Mſs. Bodl. ſupra D. 1. Art. 124. 2. *Collecta ex diverſis auditis in ſchola ejuſdem Will. de Montibus.* Continet theologica et moralia verſibus expreſſa, et ut plurimum commentariis ſuccinctis oratione pedeſtri explicata. Ibid. *Collecta Samuelis Preſbyteri ex Speculo Gregorii.* Pr. " De inani gloria in obedientia." Mſ. Aul. Pembroch. Cantabr. Ab iii. 65. Cod. juxta Cat. impr. 149. et 209. Quo tempore floruerit iſte Samuel non ſatis liquet. Br. Twyn. in princ. A. Wood. Mſ. Pitſ.

SANCTOFIDENSES numero quatuor [a], omnes candiduli, Carmelitae omnes, adſunt, et tacita modeſtia locum inter eruditos quodammodo petere videntur. Nunquam certe comittam, ut rem

[a] *quinto* (Mſ. Lel. Trin.)

tantillam

tantillam per me deſiderent; ideoque a [b] JOANNE Sanctofidenſi, utpote caeteris ſeniore, auſpicabor. Hic longo tempore in Iſiacis ſtudebat ſcholis, ac tantam ſibi per literas famam peperit, quantam academici facile quidem approbabant; ut recte apparuit, quo tempore illum theologi inſignibus exornaverunt. Deinde, collecta ex ſtudiis meſſe plane copioſa, contulit ſe ad fratres Burnamienſes ſui loci atque ordinis, inter quos reliquo vitae ſuae tempore gubernator manſit. Sed nunc, quos libros ſcripſit, indicabimus. Extant ejus *In Joannis evangelium commentarii* [c]. "Cum jam de "prologo." *Poſtilla in evangelium Joannis* [c]. "Sicut dicit apoſtolus." *Commentarii in Matthaeum* [d]. "Liber generationis." *Concordantiae operum Thomae Aquinatis* [e]. *De locis contrariis* [f]. *Sermones* lxiii [g]. "Veritas de terra orta." Obiit Burnamii anno D. MCCCLIX [h] decimo octavo die Decembris. [i] II. Nunc de GULIELMO dicendum eſt; qui, relicto Nordovicano collegio, Grantanas ſcholas tam diu coluit, donec eundem honorem, quem Joannes Iſiaci, ibidem accepiſſet. Scripſit et hic libros [k] aliquot ſophiſtico acumine non deſtitutos. Diem clauſit extremum Nordovici anno D. MCCCLXXII [l]. [m] III. Tertius eſt ROBERTUS, quem tantae non modo eruditionis, verum etiam ingenii in rebus maximis expediti virum fuiſſe conſtat, ut ab Urbano, ejus appellationis ſexto, pontifice Romano, in Hiſpaniam et Angliam nuncius magnae autoritatis miſſus ſit. [n] IV. PETRUS, Nordovicenſis coenobii alumnus, numero, non tamen eruditione, poſtremus eſt. Celebravit etenim Grantanam ſimul et Lutetianam academiam, ſacraque docti theologi utrinque tulit. Porro nec in ſcribendo ceſſator fuit: nam in *Petri canonicam* [o] non aſpernandos *Commentarios* edidit. Omitto *Concionum* [p], *Determinationum* [q], et *Quaeſtionum* [r] libros, quos illa aetas, et quae proxime ſecuta eſt, in magno ſane pretio habuit. Obiit mortem Nordovici octavo die Novembris, anno D. MCCCCLII [s], regnante in Anglia Henrico ſexto, principe meliori quam fortunatiori. [t] V. Cum haec perſcripſiſſem, BENEDICTUS Sanctofidenſis obtulit ſe mihi. Fuit ille quidem vir cum doctus, tum inſigniter prudens, et ad res agendas dexterrimus; quibus virtutibus Romae multis praeclaris viris innotuit, ac praeſertim cuidam Henrico Neapolitano, cardinali et epiſcopo Sabinenſi, cujus opera legationis munere in rebus eccleſiam Romanam ſpectantibus functus eſt. O ſacroſanctum fanum fidei! tibi certe multum debet Carmelus, et tu rurſus Carmelitis. Tu doctis alumnis Carmelum exornaſti; ille, quos a te accepit, ornatiores in tuam gratiam reddidit; uſque adeo, ut quamvis per te ſis non magni nominis oppidum, et Nordovicum dominam urbem agnoſcas, ex alumnis tamen immortalem famam ſperare poſſis. Ex *Lelando*.

[b] Joannes de S. Fide, patria Norfolcenſis. conv. Norw. Mſ. Bale. Sloan. 119. Bale. Pitſ.

[c] Ita recenſet Baleus v. 90. *Gloſſemata in Joannem*, lib. i. "Cum jam de prologo mentionem facere." *Encomium ejuſdem Joannis*, lib. i. "Chariſſimi doctores et "ſacrarum." *Praedictorum elenchos*, lib. i. "Abimelech "praelatus malus eſt." *In canonicam Joannis* [*cum Directorio*, Bal. *Add*. Lel. *Epit*.] lib. i. "Sicut dicit apoſtolus "Paulus." *Annotationes in eandem*, lib. i. "Accuſare pec"catorem ſolet ſua." Mſ. Bale. Sloan. recenſet——*In laudem S. Johannis evangeliſtae, de vocatione, paupertate, et virtutibus ejus*, lib. i. *Poſtillam in ejuſdem evangelium*, lib. i.

[d] Lib. i. "Liber," etc. *Directorium ejuſdem operis*, lib. i. "Adorare Chriſtum magi venientes." Bal. *Add*. Lel. *Epit*. memorat *Indices in Joannem et Matheum*, lib. ii.

[e] Lib. i. "Abſtinentia in ſecunda ſecundae" [f] Lib. i. "Venerabilis doctor Beda." [g] *de tempore* [*et de ſanctis*] lib. i. "Veritas, etc. orta eſt, vas liquore plenum." Mſ. Bale. Sloan. Scripſit etiam *Tabulam juris*, lib. i. "Alma mater eccleſia jure ſuo." *In Ariſt. de coelo et mundo*, lib. ii. "Philoſophus in prooemio oſtendit. *Sermones de ſanctis*, lib. i. *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Quaeſtiones diſputatas*, lib. i. *Collationes varias*. Pr. "Sufficit "tibi gratia mea." 2 Cor. xiii. "Secundum philoſophum "natura non habundat." Mſ. Bale. Sloan. Et Lel. *Epit*. *Add*. Bal Pitſeus catalogum operum hujus Joannis exhibet ſequentem, p. 483. ſub A. MCCCLIX. *In Evangelium S. Matthaei*, lib. i. "Liber generationis, etc. In hoc." *Directorium ejuſdem operis*, lib. i. "Adorare Chriſtum magi ve"nientes." *Gloſſemata in Joannem*, lib. i. "Cum jam de "prologo mentionem facere." *In canonicam ejuſdem*, lib. i. "Sicut dicit apoſtolus Paulus." *Annotationes in eandem*, lib. i. "Accuſare peccatorem ſolet ſua." *Encomium S. Joannis*, lib. i. "Clariſſimi doctores et ſacrarum." *Collationes ſeu collectiones Scripturarum*, lib. i. "Sufficit tibi gra"tia mea." *Lecturas Scripturarum*, lib. i. *Quaeſtiones diſputatas*, lib. i. *Sermones de ſanctis*, lib. i. *Sermones* lxiii. *de tempore*, lib i. "Veritas de terra orta eſt." *Tabulam juris*, lib. i "Alma mater, eccleſia jure ſuo." *Loca contrarietatum quae eſſe videntur*, lib. i. "Venerabilis doctor "Beda." *Concordantias D. Thomae*, lib. i. "Abſtinentia "in ſecunda ſecundae." *In Ariſtotelem de coelo et mundo*, lib ii. "Philoſophus in prooemio." *Horum omnium elenchos*, lib. i. "Abimelech praelatus malus eſt."

[h] Quidam frater Johannes de Sancta Fide, ord. Minor. convent. Norwic. occurrit MCCCCXXVI inter teſtament. iſtius anni probat. in *Regiſtro*. [i] Gul. de S. Fide, doctor theol. [k] Quorum catalogum dederunt Baleus vi. 45. et Pitſeus, p. 510. ſc. *Initiationes theologorum*, lib. i. "Benedicam tibi, antequam moriar." In *Epit*. Lel. titulus eſt, *In initiationibus theologorum orationes*. Mſ. Bale. Sloan. recenſet *Benedictiones quaſdam*, lib. i. "Benedicam," etc. *Determinationes*, lib. i. "An aliqua ſit cauſa remit"tendi correctionem fraternam." *De conceptione Mariae*, lib. i. "Utrum B. Virgo ſit in origi." *Quodlibeta*, lib. i. "An habens ſanctam fidem et uſum rationis ex lege Evan"gelii tenetur ſemper diligere Deum et proximum." Mſ. Bale. Sloan. *Sermones per annum*, lib i. Mſ. Bale. Sloan. etiam memorat *Alias quaeſtiones*. Pr. "Utrum B. Maria "de ſancta fide in tantum meruit."

[l] 25 Apr. Mſ. ibid. 4to. p. 51. Quidam Gul. de S. Fide praecentor Wellenſis circa MCXC, et praeſentatus ad eccl. de Kington (comit. Wilts) circa MCCXXV a Roberto abbate Glaſton. F. 17. et 61. [m] Robertus de S. Fide obiit in Hiſpania circa annum MCCCLXXXVI. Bal. xiii. 91. ex Lelando. Pitſ. *Append*. p. 901. [n] Petrus de S. Fide, prior Norvici, Mſ. Bale. Sloan.

[o] *Primam*, lib. i. "Cum ſolicitudo paſtoralis ſecun"dum." Scripſit etiam *In ſecunda Petri lect*. xxxviii. lib. i. "Quia paſtor gregis debet deſolatis."

[p] *Conciones ad clerum*, lib. i. "Relictis omnibus ſequuti "ſunt" Item *Sermones capitulares*, lib. i. "Joannes venit "in teſtimonium." [q] *Determinationes varias*, lib. i. "U"trum Dei verbum, ut clamat Evang." Mſ. Bale. Sloan. recenſet *Replicationes argumentorum*, lib. i. ejuſd pr.

[r] Nullum ſub hoc titulo librum agnoſcunt Bale et Pitſ. qui Petrum ſcripſiſſe tradunt, praeter libros ſupra memoratos, *Breviarium Sententiarum*, lib. i. "Reverendi mei, "articulus reſumptio [*reſumendus* Mſ. Bale. Sloan]" *Praeconia Petri Lombardi*, lib. i. "Aſſumpſit Jeſus Petrum in "montem." *Alphabetum theologiae*, lib. i. "Ab alio "dicitur aliquid eſſe." *Placita theologica*, lib. i. "Spon"ſabo te mihi in fide, ſummo." Ejuſd. pr. memorat *Determinationes* Mſ Bale. Sloan. *Pro* [*Lecturas in*] Mſ. B. Sloan. *ſua inceptione*, lib. i. "[*Aſcendit* addit Mſ.] Petrus "in ſuperiora domus. [s] "Diſpenſatio Nicolai papae "conc. magiſtro Petro de S. Fide, magiſtro in theol. or"dinis Carmel. de nobili genere procreato, ad acceptand. "quodcunque beneficium, curatum, vel non curatum— "dat. Romae kal. Mart. MCCCCXLVIII." *Regiſt*. epiſc. Norw. xi. 263. [t] De Benedicto de S. Fide vide ſupra.

SANDALIUS [THOMAS] monachus Cifterciensis ordinis, dein abbas de Sandal in Kyntyre. Scripsit *Super magistrum Sententiarum determinationes scholasticas*, lib. iv. *De baptismo*, lib. i. "Suscipio lubens." *Quaestiones controversas*, lib. i. Claruit A. MCCLVII. Dempst. xvii. 1068.

SANDERSONUS [JOHANNES] natione Anglus, patria Lancastriensis, academiae Cantabrigiensis alumnus, in collegio S. Trinitatis educatus. Sub Elizabetha regina propter contumaciam adversus magistrum et socios seniores collegio S. Trinitatis expulsus est (quo de vide Miscell. coll. C. C. Cantabr. P. p. 529. etc.) et religionis causa solum vertit, ac Romam profectus ibidem ad tempus unus erat ex presbyteris, qui praefuerunt xenodochio Anglorum. Inde per Galliam rediens factus est sacrae theologiae doctor, postea canonicus Cameracensis. Sed propter civilia bella fugere coactus Duacum se recepit, ubi circa A. D. MDLXXXI Pitseo familiariter cognitus erat. Scripsit *Dialectices praecepta*, lib. iv. ad card. Alanam. "Cum permagni reipubl. Christianae intersit." Pr. "Non necesse habeo." Antwerp. MDLXXXIX. 8vo. Oxon. MDXCIV. MDCII. MDCIX. A. Wood. Mf. Pitf. *Tabulas vel schema catechisticum de tota theologia morali*, lib. i. *De omnibus S. scripturae locis inter pontificios et haereticos controversis.* Hoc opus imperfectum reliquit. Cameraci fatis concessit A. MDC. Pitf. p. 799. seq.

SANDERUS [NICOLAUS] rectius SAUNDERUS, apud Charlewodam in agro Surriensi in lucem editus, in schola vero Wintoniensi pueritiae disciplinis imbutus, inter collegii Novi Oxon. socios numerari coepit A. MDXLVIII. Post triennium legum baccalaureus, mox Shaglingianus (uti vocant) professor legum constitutus. Quamprimum imperio potita est Elizabetha, Romam se contulit, ubi presbyter et SS. theol. doctor factus, cardinalem Hosium ad concilium Tridentinum comitatus est, et magnam sibi in hoc itinere conciliavit famam. Inde cum eodem cardinali Poloniam, Prussiam, Lituaniam, etc. perlustravit. Dein Lovaniae sedem fixit, ibi regius theologiae professor renunciatus; mox Romam reversus a papa Gregorio xiii legatus apostolicus missus est, primo in Hispaniam, dein in Hiberniam A. MDLXXIX, ut defectionem ab Elizabetha moliretur. Ibi tandem misere vitam finivit fame et frigore enecatus A. MDLXXXI, vel juxta Camdenum anno MDLXXXIII. Ut ejus legationi eo major accederet autoritas, catholici cappam cardinalitiam pro eo expetebant. Strype in *Vita Parker*. 377. Vid. Hollinsh. vol. ii. p. 178. Fuller. *Cent.* xvi. p. 169. Scripsit, *The supper of our Lord set forth according to the truth of the Gospel and cath. faith; with a confutation of such false doctrines, as the Apology of the church of England, Mr. A. Nowell's Challenge, or Mr. Jewell's Reply have uttered touching the real presence of Christ in the sacrament*, lib. vii. "If he that mainteneth a right." Lovan. MDLXVI. 4to. *A treatise of the images of Christ, and of his saints; and that it is unlawfull to break them, and lawfull to honour them. With a confutation of such false doctrine as Mr. Jewell hath uttered in his Reply concerning that matter.* Pr. pr. "My purpose at this time is to answer." Lovan. MDLXVII. 8vo. *A declaration which is the true church.* Pr. "I wrote of honouring of holy images." Haec praefigitur tractatui *De imaginibus. The rock of the church, wherein the primacy of S. Peter and of his successors, the bishops of Rome, is proved out of God's word.* Ad D. Mat. Parkerum. "I beseech your worship, not to." Lovan. MDLXVII. Audomari MDCXXIV. 8vo. *Brief treatise of usury.* Pr. "I did not "intrude myself." Lovan. MDLXVIII. 12mo. *De typica et honoraria imaginum adoratione*, lib. ii. Duci Albano. Pr. "Longe ab illorum opinione." Lovan. MDLXIX. 8vo. *Sacrificii missae et ejus partium explicationem*, lib. iii. Lovan. MDLXIX. 8vo. *Tractatum utilem, quod dominus in* vi *cap. Johannis de sacramento eucharistiae proprie sit locutus.* Ad Stanisl. Hosium. Pr. "Qui ob oculos sibi proponit." Antverp. MDLXX. 12mo. *De visibili monarchia ecclesiae ad P. Pium* v, lib. viii. "Cum duae sint res, Pie." Lovan. MDLXXI. fol. London. MDLXXII. 4to. Antverp. MDLXXXI. Wiceburg. MDXCII. fol. *De clave David, seu regno Christi, contra calumnias Acleri pro visibili ecclesiae monarchia*, lib. vi. Pr. ep. ad Phil. episcopum Placentinum. "Visibilem ecclesiae monarchiam." Wiceburg. MDXCII. fol. Romae MDLXXXVIII. 4to. *De origine et progressu schismatis Anglicani*, lib. iii. Pr. "Britannos ad fidem Christi." Edit. et aucti per Ed. Rishton. Colon. Agrip. MDLXXXV. Romae MDLXXXVI. Ingolst. MDLXXXVIII. 12mo. Colon. Agrip. MDXC. MDCX. cum *Append.* MDCXXVIII. 8vo. Extat Italice. . . Et Gallice. . . MDLXXIII. *De justificatione contra colloquium Altemburgense, sive de Lutheranorum dissidiis circa justificationem*, lib. vi. Pr. ded. collegiis Angl. Duaci et Romae. "Vetus est querela, fratres." Aug. Trevir. MDLXXXV. 8vo. Colon. Agrip. MDXCIV. 8vo. *De militantis ecclesiae Romanae potestate.* Rom. MDCIII. 4to. *De martyrio quorundam tempore Henr.* viii, *et Elizabethae. . .* MDCX. 8vo. *Athen. Oxon.* i. 204. seqq. His addit Pitseus, e Sanderi sorore natus. *Pro defensione excommunicationis a Pio* v *latae in Angliae regnum*, lib. i. *Contra Hesutium apostatam Jesuitam*, lib. iii. *Orationum, partim Lovanii, partim in concilio Tridentino habitarum*, lib. i. Tres ejus *Orationes* in scholis publicis Lovaniae habitae 14 cal. Jan. A. D. MDLXV. 1. *De transubstantiatione.* 2. *De linguis officiorum ecclesiasticorum.* 3. *De pluribus missis in eodem templo celebrandis.* Pr. ded. card. Hosio, "Optandum imprimis erat, "illustrissime." Antverp. MDLXV. 12mo. *De vita et moribus Thomae Cranmeri*, lib. i. *Responsionem servi fidelis subdito infideli*, lib. i. *De modo et necessitate audiendi missam*, lib. i. *Sedem apostolicam*, lib. i. Venetiis MDCIII. *Chronicon eorum, quae se praesente gesta sunt in Hibernia*, lib. i. *Epistolaram ex Hibernia ad P. Gregorium* xiii. lib. ii. *De libero arbitrio*, lib. i. Pitf. 773, 774, 775. *Epistolam nobilibus et generosis Hibernis*, Angl. *ad rebellionem eos suadentem.* dat. 21 Febr. MDLXXX. Strype in *Vita Parker. App.* n. 77.

SANDYS [EDWINUS] filius Gulielmi, patria Lancastrensis (Cumbriensis natus apud S. Begae fanum. Strype in *Vita Grindal.* 2.) apud Conisby natus ex antiquo et generoso stemmate. Fuit collegii S. Johannis academiae Cantabrig. alumnus, ubi procurator A. MDXLII, dein S. th. doctor A. MDXLIX. Aulae S. Catharinae magister et vicecancellarius A. MDLII, et renunciabatur. Regnante Maria in turrim Londinensem detruditur; et tandem inde liberatus in Germaniam trajecit, ubi exul Argentorati et Tiguri degit, quoad vixit Maria. In patriam rediens ab Elizabetha A. MDLIX episcopus Wigorniensis, anno MDLXX Londinensis, et A. MDLXXVI archiepiscopus Eboracensis constitutus est. Scripsit Anglice *Sermons on several occasions*, num. xxii. Pr. praef. "Of other things "besides." Pr. concionis i. "Our evangelical prophet Esaias." Lond. MDLXXXV. 4to. quae saepius impressae extant. Lond. MDCXVI. 4to. *Long vindication of himself against Sir John Bourne.* MDLXIII. Strype *Elizab.* p. 348. *His advice concerning rites and ceremonies in the synod* MDLXII. Ibid p. 297. *Orders for the bishops and clergy.* Ibid. p. 300. *Epistolas varias ad M. Parkerum.* Strype in *Vita Parker. App.* n. 13. Burnet. *Hist. reform.* tom. ii. *Append.* p. 332. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. 455. vid. Strype in *Vita Grindal.* p. 299. *Epistolam Parkhursto episc. Norwicensi.* Strype in *Vita Parker.* pag. 333. *Epistolam Bernardo Gilpin de episcopatu Carliol.* Fuller. *Ch. Hist.* xvi. 63. *Epistolam pastoralem episcopo Cestrensem.* Latine. MDLXXXIII. 13 Febr. Pr. "Intuenti mihi." Mſ. Caio-Gonvil. Cantabr. D. 37. p. 471. In *Bibliis sacris* in sermonem Anglicum convertendis suas egit partes MDLX. Ideo ante primum librum *Regum* et post secundum librum *Chronicorum* in *Bibliis episcopalibus* (*the Bishops Bible*) dantur literae E. W. pro Edwinus Wigorn. qui libros hos procul dubio in Anglicum sermonem transtulit. *Epistolam praef. translationi M. Lutheri super Galatas.* Lond. MDLXXVII. 4to. Obiit A. MDLXXXVIII. Augusti 8. [Jul. 10. (A. Wood. Mſ. C. 38. Et *Reg.* Ebor.] et in ecclesia collegiata Southwelliae humatus jacet. Blofeild. Godwin. Mſ. Wood. H. Holland. *Heroolog.* p. 207. Fox. 2086. Hollinsh. 545.

SANNUCO [GUALTERUS de] (Dempst. 597.) patria Gallus, S. theol. prof. ordinem Carmelitarum in Scotiam intulit A. MCCXLIV. Fuit provincialis Terrae sanctae. Mſ. Bal. Sloan. 3. eum GULIELMUM de SANDWICO nominat. Gul. Cave. lib. ii. *Hist. liter.* 435. Scripsit, *Super sententias*, lib. iv. *Chronica de multiplicatione sui ordinis per provincias Syriae et Europae, et de perditione monasteriorum Terrae sanctae*, lib. i. "Religiosi Carmelitae sicut in terra." *Declarationes suae regulae*, lib. i. *Decretales religiosorum*, lib. i. Claruit A. MCCL. juxta Dempster. xvii. 1078 et juxta Mſ. Bal. Sloan. 25. A. MCCLXX, vel MCCXC. Ibid. 28.

S. SARANUS (Dempst. 581.) abbas Scotus, scripsit *Super controversia de Paschate*, lib. i. *Epistolarum ad papas* lib. i. Claruit A. DCLXVI. Colitur decimo die Martii. Dempster. xvii. 1041.

SAVAGE [RICHARDUS] monachus S. Albani. Scripsit *Cronica Anglica.* Mſ. Cotton. Claudius E. iv. Vide supra SIMEON BYNHAM.

SAVILE [THOMAS] frater natu minor dom. Henr. Savile, natus apud Over-Bradley juxta Hallifax in agro Eboracensi. A. MDLXXX. socius collegii Mertonensis Oxon. electus; dein per varias Europae partes transiens, domum reversus collegii Etonensis socius, et A. MDXCII acad. Oxon. procurator evasit. Scripsit *Epistolas varias ad viros illustres.* Harum xv extant inter Gul. Camdeni et *Illustrium virorum ad Camd. epistolas.* London. MDCXCI. 4to. Obiit Londini 12 Jan. MDXCII, et corpus Oxoniae delatum in choro ecclesiae Mertonensis humatum est.

SAUNDERS [LAURENTIUS] in schola Etonensi literis grammaticalibus imbutus, inde scholaris collegii regii Cantabr. electus A. MDXXXVIII. Collegio valedixit antequam socius electus esset, Hatcher Mſ. Inett. et mercaturam paulo exercuit; dein Cantabrigiam rediit, ubi artium magister admissus. Fuit S. theol. praelector in collegio de Fodringhey-eo diruto theologiam praelegit in ecclesia cathedr. Lichfeld. mox rector ecclesiae de Church-Langton in comit. Leicestr. et eccl. Omnium Sanctorum Breadstreet London. (Newc. i. 246.) ac canonicus Eboracensis. Reformatorum dogmatibus addictus, religionis ergo flammis periit Coventriae 18 Febr. A. MDLV. Extant ejus *Epistolae in collectione epistolarum a Coverdalo.* Lond. MDLXIV. 4to. *Poemata quaedam:* horum unum ad socios carceris. Fox. i. edit. 1044. Fox *Act. et Monum.* 1493. Strype in *Vita Cranmer.* p. 292.

SAVONA (Saona) [LAURENTIUS GULIELMUS de] frater ordinis Minorum, in conventu Londinensi theol. doctor. Scripsit ad Gul. Waynfletum episcopum Winton. *Triumphum amoris Domini nostri Jesu Christi*, capit. vii. Pr. ded. "Omnium theologorum omniumque." Pr. pr. "Gloriosius quicquam atque laudabilius." Ex cujus *Epistola dedicatoria.* Whartoni *A. S.* tom. i. p. 326. elogium praedicti episcopi evulgavit. Mſ. Lambeth. 450. Scripsit etiam Cantabrigiae A. MCCCCLXXVIII. *Margaritam eloquentiae castigatae ad eloquendum divina accommodatam*, lib. iii. "Cogitanti mihi saepenumero." Impress. S. Albani. MCCCCLXXX. 8vo.

SAWTRE [JACOBUS] Inter libros Anglicos prohibitos tempore Henrici viii habetur *The defence of marriage of priests, made by James Sawtre.* Fox. 1 edit. 574.

SAWTREE [JOHANNES] monachus Thorneiensis. Scripsit *De lapide philosophico*, lib. i. cap. 15. "Immensas omnipotenti Deo." Mſ. in bibl. Worsleiana. Mſ. Bal. Sloan. ubi *Alkimia* intitulatur.

SAXLINGHAM [ADAMUS] Nordovolgianae regionis Carmelita, viriles attingens annos in Cantabrigiensi gymnasio artibus illis, quae tunc in pretio fuerant, diligentissimus invigilavit. Qui utriusque eruditionis divinae, ut vocant, et humanae nomine clarus, ac theologiae candidatus;

tus; ut et ejus fama apud posteros continua maneret, Latine continnavit *Conciones a se editas*, lib. i. "Amice, accomoda mihi tres panes. (Luc. xi.) Dilectissimi mei, B Gregorius xxx libr. *Moralium*." Ms. Bal. Sloan. 4to. f. 217. *Disputationes quoque*, lib. i. Et alia quaedam. Claruit A. a nato in salutem nostram Christo MCCCL, dum Edwardus tertius in Anglia regnaret. Haec Baleus ex Lelandi *Collectaneis*. Inceptor theologiae sepultus in conv. Norwicensi. Bale Ms. Sloan. 4to. f. 51. Bale ex Lelandi *Collectaneis*.

SAXTON [CHRISTOPHORUS] De quo haec accipe ex *Epitaphio* ejus apud A. Wood. Ms. lxxviii. 203. "Christophorus Saxton in Wakefeld, comit. Eborum natus, geometriae peritissimus, "literis ab Elizabetha regina receptis, dat. 28 Julii. anno regni 15, universam Angliam, novem "annis continuis, summo labore et industria oppidatim et vicatim peragravit, eamque integram, nec "non in comitatus divisim, curiosissime descripsit, tabulis aeneis insculpi curavit; denique ad perpe- "tuam rei memoriam, nominis sui laudem, et reipubl. Anglicanae emolumentum edidit et divulga- "vit anno salutis humanae MDLXXV." Inter literas patentes 19 Elizab. p. 9. habetur *A licence to Christ. Saxton to imprint maps for England or any county therein for ten years*; et anno MDLXXIX. 1 Julii. "A patent of arms granted to Chr. Saxton, by the name of C. S. of Dunningley in the "county of York, Gent. who by the command of the queen had made a *Geographical description* "*of the several shires of England*." Extat Ms. Ashmol. 858. *Cantiae* comitatum primo *Descripsit et sculpsit* MDLXXV caeterosque aggressus est sumptibus dom. Thomae Sackford libellorum supplicum magistri (Harrison *Descript. Britan.* p. 55.) cujus arma gentilitia in qualibet charta insculpta sunt: attamen regiis sumptibus hanc descriptionem factam fuisse dicitur. *Chartae ejus geographicae omnium comitatuum Angliae ac Walliae insculptae annis* MDLXXV, MDLXXVI, MDLXXVII, MDLXXVIII, *numero* XXXV *praeter frontispicium*; *coloribus distinctae*, Lond. anno MDLXXIX, MDLXXX. Quaere tamen an Harrisonus l. c. non hallucinetur. Constat enim, ni fallor, Norfolciam anno MDLXXIV, *Cantiam* autem MDLXXV insculptam fuisse.

SAYERUS [GREGORIUS, alias ROBERTUS] (ita sc. dictus ante ingressum religionis) natione Anglus, Cantabrigiensis academiae alumnus, religionis pontificiae gratia in Galliam trajecit, et in Anglorum collegio Rhemensi literis operam dedit; inde Romam adiit, ubi studiis theologicis se addixit; et tandem apud Montem Cassinum monachus Benedictinus factus, et paulo post in eodem coenobio publicus theologiae praelector. Postea Venetiis vixit in monasterio S. Georgii. Fuit monachus congregationis S. Justini de Padua. Scripsit *De sacramentis in communi*, lib. vi. "Sacris monimentis proditum." Venetiis MDXCIX, MDC. *Flores decisionum seu casuum conscientiae, ex doctrina consiliorum Navarri collectos*, lib. v. "Quamvis varia sint doctoris." Venet. MDCI. *Epitomen consiliorum Navarri*, lib. i. *Clavem regiam sacerdotum casuum conscientiae*, Venetiis. . . fol. Antverp. MDCLIX. fol. *Summam sacramenti poenitentiae ex Navarro*, lib. I. "Cum tanta sit humanae." Venet. MDCI. *De theologia morali, seu de censuris ecclesiasticis, poenis et impedimentis canonicis*. tom. i. lib. vii. "Celebre est illud." Venet. MDCI. Tom. ii. lib. xii. non prodiit. Obiit Venetiis in monasterio S. Georgii 30 Octob. MDCII. Pits. p. 800. Fuller. *CB. Histor.* xvii. 4.

SCAMBLER [EDMUNDUS] natus apud Gressingham in comitatu Lancastr. Cantabrigiae partim in collegio S. Petri, partim in collegio reginali literis academicis imbutus: fuit pastor privati coetus Protestantium tempore reginae Mariae (Fox. i. edit. p. 1700.) deinde vicarius de Rye in agro Sussex. praebendarius ecclesiae S. Petri Westmon. et Eboracensis, M. Parkero archiepiscopo Cantuar. a sacris. Anno MDLX episcopus Petriburgensis, et anno MDLXXXIV ad episcopatum Norwicensem translatus fuit. Scripsit *Medicamentum conscientiae desperantis*. MDLXI. 8vo. *Articulos* xxiii *religionis ad decanum et praebendarios ecclesiae suae*. Pr. "Sacra Scriptura in se continet." Extant in *Historia Petroburgensis ecclesiae*. p. 71. *Epistolam M. Parkero*. Ms. in C. C. C. Cantabr. Misc. i. 483. *Epistolam dominae reginae de statutis ecclesiae Petroburg. confirmandis*. in *App.* Strype in *Vita Parker*. n. lxiv. Obiit nono Maii A. MDXCIV. (7 Maii juxta A. Wood.) aetatis 85, et 3 Junii sepultus est in ecclesia sua. Godw. A. Wood. Ms. Blofeld.

SCANDALAUS e S. Columbae sociis alter (Dempst. 575.) monasterium rexit in Jona insula. Scripsit *Ad fratres in Jona*, lib. i. Claruit A. DCVI. Colitur die 5 Maii. Dempst. xvii. 1034.

SCHALBY [JOHANNES de] registrator domini Oliveri Sutton, et Johannis Dalderby episcoporum Lincoln. canonicus Lincoln. praebendarius de Bedford major; de Welleton et dein de Duneham et de Neuport in eccl. Lincoln. rector ecclesiae de Mumby Linc. dioec. MCCCXV. *Reg.* Dalderby. Scripsit *Martyrologium ecclesiae Lincoln. in quo multa ad historiam episcoporum, consuetudines ecclesiae*, etc. *spectantia*. Pr. "Quoniam ob defectum scripturae rerum bene gestarum memoria "saepe perit, ego Johannes quaedam contingentia statum ecclesiae Lincoln. praedictae, quorum "aliqua scripta reperi in archivis ecclesiae memoratae, aliqua a senioribus meis didici veritate fulciri, et aliqua fieri vidi, censui redigere in scripturam ad certitudinem praesentium et memoriam "futurorum." Ms. penes dec. et cap. Lincoln. Claruit A. MCCCXXII. Ibidem.

SCHARPIUS [PATRICIUS] academiae Glascuensis rector, scripsit *In orationem dominicam comment. ex patribus Graecis Latinisque*, lib. i. *Carmen Latinum* praefixum *Onomastico poetico* per Tho. Jacchaeum. Edinb. MDXCII. 4to. Obiit Glascuae A. MDC. Dempst. xvii. 1086.

SCHOLOKER [ANTONIUS] patria, ut videtur, Germanus; typographus Londinensis, habitans without Aldersgate MDLXVIII (in *Tractatu Vireti*) item in Savoy rents without Templebarre (in versionibus) et typographus Gippovicensis in parochia S. Nicolai. Linguam Anglicam vocat

"Our

"Our native tongue." In *Praefat.* ad *Sermones Ochini.* Scripſit *Praefationem lectori* praefix. *Concionibus Bernardi Ochini a Ric. Argentino tranſlatis et impreſſis Gippovici per Anton. Scholokerum* MDXLVIII. 12mo. Pr. "If the multitude of all nations." Tranſtulit ex Germanico in Anglicum *Ordinarium vitae religioſae.* Princ. pr. "Paule (goode Chriſten reader) the firſte to Timo- "the." London. 8vo. Et Lond. MDLXXVIII. 16. *Summam Bibliae.* Princ. pr. "For as much "as all healthe." Cui annectitur *Chriſtiana inſtructio pro omnibus.* Pr. "A man muſt know." Lond. . . 12mo. recuſ. Lond. MDLXXV. 16. Tranſtulit e Gallico P. Vireti *Collectionem variorum in S. Scriptura locorum orationem dominicam exponentium.* Princ. "Axe and it ſhall be given." Lond. MDXLVIII. 8vo.

SCHONAW [ANIANUS de] (natione forte Batavus, Bal.) frater ordinis S. Dominici, vulgo a Wallis dictus Y BRAWD DU O NANNY, i. e. niger fraterculus de Nanny. Hic Edwardo i dum princeps Walliae erat a confeſſionibus, illum in bellis ſanctis comitatus eſt. Anno dom. MCCLXVIII menſe Octobri evectus eſt ad epiſcopatum Aſavenſem, ubi ſedebat 24 annos. Godw. *De praeſul.* Scripſit *Super fabulis poetarum*, lib. i. Hic liber olim fuit in bibl. monaſterii Glaſton. Bale xiii. 37. Obiit epiſcopus anno MCCXCII. Godw. Febr. 5 anno MCCXCIII. Wharton. *Aſſav.* pag. 329. 324—330.

SCHULDORPIUS[a] [MARTINUS] Carmelita Suiterleganus, alias Blackeneganus, Grantae Girviorum[b] theologi titulo donatus eſt; cujus et *Conciones*[c] *ſacrae* Latine loquentes extant[d]. Claruit circiter annum D. MCCCCXXX[e]. Ex *Lelando.*

[a] Martinus Sculthorpius, patra Norfolcienſis. Bal. Pitſ. [b] *Theologici doctoris titulo.* Mſ. Lel. Trin. [c] Lib. i. "Regnabit rex et ſapiens erit." [d] Scripſiſſe etiam fertur *Determinationes* [*in Scripturam atque alia.* Mſ. Lel. Trin.] lib. i. [e] Et poſtmodum in ſuo ſepultus collegio. Bal. xii. 55. Pitſ p. 621.

SCONANUS (Dempſt. 598.) monachus anonymus ſcripſit *Chronicon Scotiae ad* A. MCCCCLXXXVI. Dempſt. xvii. 1079.

SCORY [JOHANNES] unus ſex praedicatorum Cantuar. occurrit A. MDXLIII, quod beneficium ei donavit Cranmerus, Strype in *Vita Cranmer.* p. 111. A. MDLI, Aug. 30 fuit conſecratus epiſcopus Roffenſis; et menſe Maio anni ſequentis taanſlatus ad ſedem Ciceſtrenſem; qua anno ſequente privabatur. In principio regni Mariae eccleſiae Romanae reconciliatus erat, poſtea tamen recantavit. Whart. *Obſervat. in Cranm.* p. 260. Tempore reginae Mariae exul, eccleſiae Anglicanae Embdenae ſuperintendens fuit. Strype in *Vita Cranmer.* p. 267. Regnante Elizabetha in patriam rediit, et fuit unus diſputantium ex parte Proteſtantium A. MDLIX. Strype *Elizab.* p. 89. hoc anno etiam ad ſedem Herefordenſem electus. Tranſtulit in Anglicum ſermonem *S. Auguſtinum de praedeſtinatione ſanctorum, et de perſeverantia ad finem uſque, cum determinatione duorum conciliorum oecumenicorum de eodem.* Pr. praefat. longae tranſlat. "He wrote not amyſſe." . . . . Tempore reg. Mariae. 8vo. *Contra pontificios et Anabaptiſtas, errores Pelagii reviviſcentes de libero arbitrio, et meritis contra gratiam liberam Chriſti. S. Cypriani concionem de mortalitate.* Pr. pr. tr. "I have for thy ſake, dear brother." Pr "Althoughe ther be many of you." Ejuſdem *Exhortationem ad martyrium.* c. xii. Pr. "Foraſmuche as, o moſt dear Fortunatus." Ejuſdem *Exhortationem de tenenda fide Chriſtiana.* Pr. "I had decreed and had fully." . . MDLIX. 8vo. Scripſit Anglice *Epiſtolam ad fideles in Anglia incarceratos propter defenſionem veritatis divinae.* Pr. "Who wyll not (deare "brethren in Chriſt) call the ſtate." Waterford MDLV. 8vo. *Sermon at the obſequies of the French king; upon Veniet hora*, etc. Strype *Eliz.* 130. *Epiſtol. ad M. Parker.* Mſ. C. C. C. Cantabr. Miſcell. i. 447. Strype in *Vita Parker.* 96. Obiit apud Whitburn in agro Hereford. 26 Junii MDLXXXV. Stow. 471. Vid. Fuller. *Hiſt. Eccl. Cent.* xvi. 178.

SCOTELLUS juris Caeſarei Andegaviae profeſſor (Dempſt. 598.) Scripſit *De juriſconſultorum ſucceſſione*, lib. i. Dempſt. xvii. 1080.

SCOT [CUTHBERTUS] collegii Chriſti Cantabrigienſis alumnus, et tandem S. theol. doctor MDXLVII. Mſ. Inett. vir praeſtantis ingenii et ſingularis doctrinae Bar. Dodington in *Vita Nic. Carri.* Lond. MDLXXI. 4to. Anno MDLIV 25 April. collatus fuit ad praebendam de Chamberlaynſwood in eccleſia S. Pauli London. *Regiſt.* Bonner. Penſio Cuthberti Scot nuper praebendarii in capella B. Mariae vocata ſepulchres Chapple in eccleſia cathedr. Ebor. vi. lib. xiii. ſol. iv. den. ſoluta. MDLV. Mſ. Le Neve. Anno MDLVI fuit epiſcopus Ceſtrenſis deſignatus; et anno MDLIX pontificiorum partes contra Proteſtantes diſputando tuebatur. Strype *Elizab.* p. 88. Sed ab Elizabetha regina ſede epiſcopali exutus in carcerem Le Fleete dictum detruſus erat; unde elapſus Lovanium abiit; ubi obiit. . . Scripſit *Oration made by Dr. Scot, biſhop of Cheſter, in the parliament houſe* 28 April. MDLIX. *againſt the bill of the Liturgy.* Pr. "This byll that hath bene here rede." Mſ. Cotton. Veſpaſ. D. xviii. 7. Mſ. Gonvil. et Caii. C. 4. n. 1183. Edita per Strype in *Appendice Annal. Reform. Elizab.* p. 27. *His ſpeech in parliament* 28 *Febr.* MDLIX *againſt the bill of the ſupremacy.* Princ. "My lord, and my lords all, I do perceive that." Edidit Strype ibid. pag. 12. ex Foxii Mſs.

SCOTUS [JOHANNES] Marianum in Germaniam ſecutus, induit monachum Benedictinum in coenobio Scotorum Ratiſponae. Scripſit *Odas ſacras*, lib. i. *Hymnos de ſanctis*, lib. i. Claruit A. MCLVIII. Dempſter. ix. 740.

SCOTUS [RADULPHUS] monachus in insula S. Columbae in aestuario Forthae, amicitiae gratia D. Bernardi conventum monachorum ex patria deduxit in locum, qui Walcelle dicitur, in Burgundia A. MCXXXII. Abbas S. Ebrulfi designatus est A. MCLXXVII. Scripsisse fertur *Expositionem in regulam*, lib. i. Dempst. xvi. 1035.

SCOTUS [REGINALDUS] patria Cantianus, in aula Cervina Oxon. educatus; inde nullo ornatus gradu ad Smeeth in comit. Cantii se contulit, et reliquam vitae partem studiis et hortis excolendis se totum dedit. Vide de eo Hollinsh. vol. iii. 1541: ubi dicitur, "that he was surveior "of the water works in Rumney marsh about MDLXXXIII, and afterwards imployd at Dover." Scripsit *A perfect platform of a hopgarden, and necessary instructions for the making and maintenance thereof, with notes and rules for reformation of all abuses, etc.* Pr. "To Will. Lovelace, serjeant at law. Sir, consideryng the whole course." Lond. MDLXXVI. 4to 2 edit. Et Lond. MDLXXVIII. 4to. *The discovery of witchcraft; wherein the leud dealing of witches and witchmongers is notably detected, the knavery of conjurers, the impiety of inchanters, the folly of southsayers, etc.* books xvi. Pr. pr. primae: "To Sir Rog. Manwood. In so much as I know." Lond. MDLXXXIV, MDCLI. 4to. *Discourse upon devils and spirits*, cap. 34. "There is no question nor theme." Ibid. *An account of the harbour of Dover, the reparation of it.* Pr. "In this year MDLXXXVI, certain." Extat in Hollinsh. vol. iii. a fol. 1535 ad 1547. Obiit apud Smeeth in comit. Cantiae A. MDXCIX. *Athen. Oxon.* i. 297.

SCRIBA [a] [ROBERTUS] cognomento, canonicus, quartus prior monasterii Brillendunensis, quod est in ora maritima Eboracensis provinciae, opus memorabile Gualterii Gandavensis, viri Nortomannicae nobilitatis, ita juventutem suam sacrarum literarum lectione exercuit, ut universum fere orbem Latinorum theologorum viderit, evolverit, intellexerit: unde factum est, ut et ipse, qua erat doctrina et judicio plane singulari, inciperet scribere, et nomen suum per libros immortaleis posteritati commendare. In quo negotio sedulae apis industriam non infeliciter aemulatus est: utpote et hinc et inde ex vernantissimis probatissimorum autorum pratis selectissimos flores delibans, quo suorum librorum alveos, exquisita cura concinnatos, adornaret, aethereoque melle paginarum favos stiparet. Non tamen ita antiquorum amoenissimos defloravit hortos, quin et ipse multa de fertili sui pectoris solo enata adderet. O sanctum saeculum! O sanctiores monachos! qui ita bona tempora in melioribus studiis collocaverunt, ut, victuris librorum monimentis, etiam nunc studiosos illiciant, rapiant, simul et detineant. Hujus generis monachus fuit hic Robertus, qui, nisi fallor, a scribendis libris Scribae nomen sortitus est. Sed jam ad librorum elenchum, quos ego praesens praesenteis in bibliotheca Brillendunensi vidi, atque adeo contrectavi; et, quantum per tantillum temporis licuit, curiose evolvi. *Commentarii* [b] *in Genesin. In Exodum* [c]. *In Leviticum. In Numeros. In Deuteronomium. In duodecim Prophetas* [d]. *Super Psalterium* [e]. *Super Matthaeum. Super Joannem. Super Epistolas Pauli* [f]. *Super Apocalypsin* [g]. *Dialogus De corpore et sanguine Domini. De ecclesia catholica* [h]. Floruit [i] imperante Henrico secundo, Anglorum rege, sepultusque est in claustro monasterii sui, ante fores capituli, cum hac inscriptione:

ROBERTUS, COGNOMENTO SCRIBA [k],
QUARTUS PRIOR.

[a] Robertus Scriba idem cum Roberto Bridlingtono. Pits. *Append.* [b] Horum plurimi Mss. sunt in bibl. S. Trinit. Oxon. et in bibl. Lumleiana. [c] Pr. pr. "Post col-"lectam quaestionum de operibus sex dierum in Genesi, "cupiens." Ms. in bibl. regia Westmon.

[d] Lib. xii. "Teste B. Hieronymo super." Olim in bibl. monast. Revesb. Vid. Leland. iii. 29. Ms. coll. B. Joh. Oxon. S. 84. T. 87. [e] Lib. i. *Breviarium in Psalmos*, lib. i. "A quibusdam fratribus diu rogatus."

[f] Lib. xiv. Olim viderat Lelandus in bibl. regin. Cantabr. *Coll.* iii. p. 16. [g] Lib. i. "B. Dionysii, Co-"rinthiorum ep." [h] Scripsit etiam [*Sermones*, Bal. *Add.* Lel.] *In Cantica canticorum*, lib. i. Pr. pr. "Tres "sunt qui testimonia dant in coelo." Pr. lib. "Osculetur "me osculo oris sui." Ms. in coll. Baliol. xix. "Sicut "dicit Bernardus." Ms. Langb. *In symbolum Athanasii*, lib. i. "Quicunque vult salvus esse." *In cantica bibliorum*, lib. i. "Cum in praecedentibus prophetiae." *In orationem Dominicam*, lib. i. "Unusquisque homo, qui Patrem." *De operibus sex dierum*, lib. i. *Sermones* quoque, lib. i. *Prophetias*, quarum aliquae sub ejus nomine extant in Ms. Worsl. p. 2. Ms. inter Bodleianos Codd. Mss. NE. D. i. 22. f. 77. f. 91. [i] Claruit anno MCLXXX. Bal. iii. 11. Pits. p. 242. [k] *Scriba, etc.* Ms. Lel. Trin.

SCRIMGER [HENRICUS] patria Scotus (Dempst. 586.) ex nobilissima familia Dudopae Deidonensis praefecti; suo aevo Latinae, Graecae, et orientalium linguarum peritissimus. In academia S. Andreae educatus, dein Lutetiae Parisiorum, postea apud Biturigum sub fr. Duareno legibus caesareis operam dedit; his studiorum thesauris ornatissimus in Italiam profectus, et per Genevam transiens philosophiam docuit. Hac relicta Augustae Vindelicorum Fuggerorum munificentia literas coluit; et dein Genevae redux MDLXIII, primum philosophiae, dein legum professor evasit. Latinitate donavit *Novellas Constitutiones* et eas notis illustravit, Graece tantum a se editas ex officina H. Stephani Paris. MDLVIII. Cum Mss. contulit, et correxit *Diogenem Laertium*; *Athenaeum*; *Strabonem*; *Basilicon libros*; *Phornuthum*; et *Palaephatum*; *Demosthenem*; Eusebii *Historiam ecclesiasticam*; Ciceronis *Philosophica*. Notae Scrimgeri in libros quamplurimos hic recitatos, pervenerunt in manus Isaaci Casauboni, qui earum aliquas sub proprio nomine edidit. Vide Casauboni editionem *Athenaei* . . . MDC. 8vo. Vide Buchanani *Epistolam Plantino typographo*—de Graecis scriptoribus praesertim *Strabone*, *Demosthene*, *Athenaeo*, Eusebii *Historia eccles.*—Ex Latinis, Ciceronis *Philosophica*, praesertim ex vetustissimorum exemplarium fide vel integritati restituti, vel infinitis mendis, quibus scatebant, opera et industria Scrimgeri repurgatis—penes nepotem

potem ex forore Petrum Junium, Buchanani collegam in rege instituendo—ex ultimis Allobrogibus in Scotiam translatis. Scripsit etiam *Epistolarum* lib. i. Una Latina Geo. Buchanano dat. Genevae Id. April. MDLXXII, inter *Epistolas Buchan.* Lond. MDCCXI. 8vo. p. 17. *Vitam Francisci Spirae, sub nomine Henrici Scoti.* Obiit Genevae A. D. MDLXXII, vel ineunte MDLXXIII. Mackenz. vol. ii. 471. seqq. Dempsterus (xvii. 1055.) A. MDXXIV eum obiisse dicit.

SCROPE [RICHARDUS] Gulielmi comitis Wiltoniae et Angliae thesaurarii frater, baccalaureus artium Oxoniae, doctor utriusque juris Cantabrigiae creatus, Galliam et Italiam lustravit, et Avenionae advocatus erat pauperum in curia Romana. In patriam reversus factus est prothonotarius apostolicus, decanus Cicestrensis officialis episcopi Lincoln. et Eliensis; thesaurarius Angliae constitutus MCCCLXXI. Custos liberae capellae de Tykhull et cancellarius academiae Cantabrig. A. MCCCLXXVIII. Whart. *A. S.* tom. i. 450. et *Coll.* Mſ. Wren. 26. Dein A. MCCCLXXXVI episcopus Coventrensis et Lichfeldensis, et tandem A. MCCCXCVII vel MCCCXCVIII archiepiscopus Eboracensis renunciatus est. Thomas Walsingham in A. MCCCCV haec de eo habet. Decollatus est juxta Eboracum 8 Junii A. MCCCCV, de cujus funesto exitu, ejusque causis vide Godw. p. 58. seqq. et Clementis Maydestone *Historiam de martyrio Ric. Scrope* in Whart. *A. S.* tom. ii. p. 369. Scripsit *Super epistolas Missarum quotidianas*, lib. i. "Fenestram faciens in arca." *Articulos contra regem Henricum* iv, lib. i. "In Dei nomine, Amen. Coram." Extant Whart. *A. S.* tom. ii. p. 362. et Mſ. Cotton. Vespaf. E. vii. 6. *Orationem quam habuit ante mortem.* Mſ. in coll. Lincoln. Oxonii. Arch. Austr. 65. Bal. vii. 36. Pitſ. p. 580.

SCROPE [STEPHANUS] historicus Anglus, frater Henrici domini Scrope. In academia Cantabrigiensi in studiis philosophicis et juridicis institutus, legum doctor, et A. MCCCCXIV cancellarius universitatis illius evasit. Rymer. *Foeder.* vol. iv. c. 158. A. MCCCC ad archidiaconatum Richmondiae collatus. Scripsit quaedam *De rebus Anglicis* circa A. D. MCCCXCIX. Claruit A. MCCCXCIX vel MCCCCXIV. Pitſ. *App.* p. 911. A. Wood. Mſ. C. 47.

SCROOPUS [THOMAS] alias BRADOLEGUS [a], ex nobili Scruporum, vel, ut alias lego, Scrobiorum, familia originem duxit; quam etiam claris virtutibus nobiliorem reddidit. Totus etenim studebat continentiae, unde primum ritibus Carmeliticis Nordovici se consecravit; deinde et vitam ibidem anachoreticam per quatuordecim annos duxit. Praefuit illo tempore Carmelitis Nordovicani collegii Cyrillus Garolandus, homo integritatis adprobatae, atque ab hoc praesidis nomine dignissimus. Is vero, consentiente Eugenio quarto [b], volentem nolentem Bradolegum e sancta latebra in lucem produxit; atque effecit, ut in Dromorensem [c] episcopum eligeretur. Post acceptam vero episcopatus dignitatem, Rhodianis militibus charissimus fuit: nam apud illos legati functione usus est. Praeterea Romae in pretio erat, magnamque cum Eugenio quarto, cui libros aliquot historicos *De rebus Carmeliticis* [d] dedicavit, gratiam inierat. Vixit ad decrepitam usque aetatem [e]. Mortuus est anno D. MCCCCXCI. [f] Sepulchrum ejus ostenditur Lovestofti, oppido maritimo, et limitaneo Sudovolgiae. Mihi perplacent haec duo postrema ejus epitaphii [g] carmina:

Venit ad occasum morbo confectus amaro;
Spiritus alta petit, pondere corpus humum.

Lubet hic aliquid adjungere, quod vicem coronidis suppleat. David Chiroburgus, Carmelita, vir in theologiae cognitione clarus, et Richardus Mesinus, ejusdem sectae theologus, Bradolegum praecesserunt: uterque episcopus Dromorensis, ille Luddoloci, hic Eboraci inter Carmelitas sepultus. Ex *Lelando*,

[a] Thomas Scroope, alias Bradley. Bal. Wood. Thomas Scropus ex oppido Bradleio natus. Pitſ. Primum monachus Benedictinus, dein frater Dominicanus, et tandem Carmelita. [b] Bulla Nicolai v papae de praefatione Thomae Scropbolton, alias Bradley, ord. fratrum Carmel. in episcopum Dromorensem dat. prid. Id. Jan. MCCCCXLIX, extat *Reg.* Norw xii. 214. Consecratus fuit Romae 1 Febr. MCCCCL. Ibid. [c] circa A. MCCCCXLVI. Bale. Munus vero abdicavit circa A. MCCCCLX et ad Norwicum rediit, ubi episcopi vicarius erat generalis. Pitſ. Viginti annis suffraganeus fuit Norwicensis. Mſ. Bal. Sloan. 4to. impr. A. MCCCCLXXII. *Reg.* Norwic. xii. 256. A. MCCCCLXXVII. Ibid. xii. 275. A. MCCCCLIV, 24 Nov. Tho Scrope episc. Dromorensis institutus in ecclesiam de Sparham Norwic. dioec. *Reg.* Norwic. xi. 34. 3 Junii MCCCCLXVI in vicariam de Trowse Norfol. Ibid. 155. 27 Maii MCCCCLXXVIII collatus ad vicariam de Lowestoft. *Reg.* Norw. xii. 60. [d] Scripsit *De Carmelitarum institutione.* Ad [*Joannem* Mſ. Bal. Sloan.] Ric. Blacney Benedictin. lib. i. Pr pr. "Invidia proprium est alterius." *De sanctis patribus ordinis Carmeli.* Ad eundem, lib. i. "Eo enim "quod Deus in sanctis." Pr. lib "In diebus illis fuit "vir de tribu Aaron." Mſ Bal. Sloan. In Mſ. Bodl. Laud. G. 9. script. A. MCCCCXXVI. *De origine et vita sanctorum* xvii *ejusdem*, lib i. "Quoniam Deus in sanctis suis toties." *De eodem ordine.* Ad Eugenium, lib. i. "Quoniam Esaias "propheta, cum de Christi." Mſ. olim extabat penes Baleum. *Compendium historiarum et jurium*, lib. ix. "Filii "prophetarum sunt fratres de." *Privilegiorum papalium* lib. i. "Dum praecelsa meritorum insignia." *De fundatione, antiquitate, regula, et confirmatione ord. Carmeli.* Mſ. olim in auctione Cecilii. Scripsit etiam *De sectarum introitu ad Angliam*, lib. i. *De sua profectione ad Rhodios*, lib. i. *Sermones de decem praeceptis*, lib. i. Transtulit in sermonem vernaculum et Cyrillo Garlandio, priori carm. Norw. dedicavit *Phil. Riboti Catalani de peculiaribus Carmelitarum gestis*, lib. x. "When our Lord hadde the peple." Mſ. Lamb. 192. f. [e] Cum senex esset, singulis feriis sextis in dioecesi Nordovicensi per patriam nudis pedibus obambulans divinae legis decalogum in pagis et agris docebat; omniaque sua in pios usus distribuebat. Bale.

[f] 15 (rectius 25) Januarii, centum fere annorum senex; anno consecrationis 45. Mſ. Bal. Sloan.

[g] In *Collect.* Balei Sloan. 4to. p. 131. 132. sequens *Epitaphium* fratris Thomae Scroope, episcopi Dromorensis edidit fr. Joannes Bale MDXXVI. "Sequitur *Epiodion* seu "*Epitaphium* venerabilis viri fratris Thomae Scrope de "Bradley, ordinis fratrum Carmelitarum. Hic factus in "aede religionis suae Norwici reclusus, ad Eugenium iv Ro"manae sedis antistitem de prima suae religionis institutione "opusculum scripsit in octo capitula divisum. Jubente "propterea summo pontifice anachoritorium dimisit, in "Dromorensem episcopum sublimatus, Rhodianorum quo"que legatus effectus, commissam sibi jussionem cum de"bita ad id gravitate peregit. Obiit tandem non sine sancti"tatis opinione apud vulgus anno salutis nostrae MCCCCXCI, "25 die mensis Januarii; ipso die conversionis sancti Pauli:
"

Praesulis eximii jacet hic venerabile corpus.
Carmelo dolor est, gaudia coelitibus.

Progenie

Progenie clarus, Scrouporum sanguine Thomas
Bradleya satus est, hunc fovit omne sophos.
Carmeli placuit Thomae vita, atque cuculli,
Norwico vitam semisepultus agit.
Carmeli cultor factus, fit et inde reclusus:
Plurima (quae superant) scripserat ille suis.
Praesertim scripsit de relligione parentum
Ordinis Heliae, virginis atque piae.
Inde per Eugenium tractus, per Hiberna Dromorrae
Promeruit tandem pontificale decus.
Sic sua se probitas statum provexit in altum
Mens syncera simul ambitione carens.
Iste legatus erat populis Rodiana per arva
Cum splendore pater nuncia celsa refert.
Gratia et hunc virtus vitam rexere per omnem,
Doctrinae et superis pectora sancta vacant
Concionando canit, quae sit lex inclita Christi
Et rectum ad superos scandere pandit iter.
Venit ad occasum morbo confectus atroci:
Spiritus alta petit, pondere corpus humum.
Ipsa (pii quae sit Pauli conversio) Jani
Lux, animae patris coelica regna parat. MCCCCXCI.

Bal. viii. 54. Pitf. p. 681. Ware. p. 133. Weever, *Funer. monum.* p. 768.

SEAGAR [FRANCISCUS] In rhythmos Anglicanos transtulit, notisque musicis ornavit *Psalmos quosdam Davidis.* lxxxviii. xxxi. li. xii. cxxx. cxxxviii. cxl. cxli. cxlii. cxliii. cxliv. cxlvi. cxlvii. cxlviii. cxlix. xliii. lxiv. cxx. lxx. Pr. ded. domino Russel. " When I had these Psalms " finished." Lond. MDLIII. 12mo. Scripsit carmine *A description of the lyfe of man, the world and vanities thereof.* Pr. " Who on earth justlye can rejoyce." impress. ad finem *Psalmorum.*

SECUNDINUS SECHNALLUS, vulgo SCHAGLINUS, filius Restituti Longobardi, venit in Hiberniam A. CCCCXXXIX. Scripsit *Hymnum in laudem S. Patricii, secundum ordinem alphabeti,* cujus initium est, " Audite, omnes amantes Deum," etc. Extat cura Waraei ad finem *Opusculorum D. Patricii* London. MDCLVI. 8vo. De hoc *Hymno* vide Joc. de Furnes *Vitam S. Patricii.* c. 177. 178. 179. Obiit apud Dunshaglin in dioec. Midensi, et in ecclesia sua ibidem humatus est, A. D. CCCCXLVIII, aetatis 75. War. p. 103.

SECUNDUS philosophus Scotus (Dempst. 583.) Athenas studiorum gratia profectus est, ubi aliquandiu bonis literis operam dedit. Scripsit *Responsa quaestionibus Hadriani imperatoris,* lib. i. Claruit A. cxx. Dempst. xvii. 1045.

SECURIS [JOHANNES] patria Wiltoniensis collegii Novi Oxon. alumnus tempore Edw. vi. Mox studiorum gratia Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi medicinae et astronomiae sedulam navavit operam. In patriam demum reversus Salisburiae medicinae praxin feliciter exercuit. Scripsit *Several prognosticons for the year* MDLXXVII, MDLXXIX, MDLXXX. *A compendium, or brief instruction how to keep a moderate diet. A detection and querimony of the daily enormities and abuses committed in physic, concerning the three parts thereof; that is, of the physicians part, the part of surgeons, and the part of poticaries.* Pr. ded. academiis Oxon. et Cantabrig. " Jampridem in animo " mecum constitueram." Lond. MDLXVI. 8vo. *A gret galley lately come into England out of Terra Nova, laden with physicians, surgeons, and poticaries,* etc. *Dialoguewise.* Hujus libri meminit tanquam impressa circa A. MDLIV. ad finem *Detectionis, etc.* Claruit Salisburiae A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 200.

SECURIS [MICHAEL] Sarisburiensis, medicinae doctor Oxoniensis. Scripsit *Paraphrasin in libellum Rogeri Baconis de retardanda senectute cum auctario.* Pr. " Literarios plurimos." Hanc fecit autor rogatus ab amico Thoma Candel, qui Baconis librum ei ante obitum commiserat. Mf. bibl. Bodl. Digby 202. *De medicorum antiqua origine.* Pr. " Cum de primaeva artium." Ibidem. *De medicorum catalogo.* Pr. " Cum nihil indomitae juventuti." Ibidem. *De medicorum acceptione.* Pr. " Quodcunque ab exordio mundi." Ibidem. *De medicorum moribus et conditione.* Pr. " De medicorum moribus." Ibidem. *De medicorum peritia.* Pr. " Progressus libris." Ibidem. *De medicinae et medicorum utilitate.* Pr. " Omnis scriptura." Ibid. *De medicorum privilegiis.* Pr. " Cum de medicorum." Ibid. *De victus ratione, bilis redundantia, etc.* Pr. " Tanta " reperitur." Ibid. *De epilepsia.* Pr. " De epilepsia ut aliquod conscriberem." Ibid. *De sudore epidemiali et pestilentiali.* Ad Johannem Capon, episcopum Sarisb. lib. ii. Pr. " Cum ego ex tempore." Ibid. *De pestilentia.* Pr. " Cui, quod tractatus sequens." Ibid. *De gonorrhoeae effectu.* Pr. " Cum fuissem nuperrime." Ibid. *De ilei et coli praecautione.* Pr. " Consultis principum me- " dic." Ibid. *De victus ratione attenuantis obesos.* Pr. " Pollicitus." Haec omnia autographa extant in Mf. Digbiano. Claruit A. MDLIII. Vide JOHANNES SECURIS.

SEDULIUS senior (Dempst. 128. 572.) patria Hibernus, S. Hildeberti discipulus; doctrinae causa Galliam, Italiam, Asiam, et Graeciam peragravit; episcopus, ut quidam volunt, Orretanus in Hispania. Hunc non agnoscit Nic. Antonius in *Bibl. Vet. Hisp.* lib. iii. c. 5. p. 201. quem consulas. Et Mabillon *Anal.* i. p. 364. Sedulium hunc seniorem Hibernum esse negat. Scripsit *Carmen paschale, sive de miraculis Christi* metrice, lib. v. " Paschales quicunque dapes." Macedonio abbati nuncupat. Cum *Comm. et enarrationibus* Ant. Nebrissensis, Basil. MDXLV. 12mo. Et Basil. MDLXXI. 8vo. Extat in *App. Bibl. Patrum,* per Marg. de la Bigne. Paris. MDCXXIV. f. p. 658. *Mirabilium divinorum* lib. iv. Carmine. Pr. pr. Macedonio abbati. " Prius quam me, ven. pater." Pr. lib. " Cum sua gentiles studeant figmenta poëtae." Ab Aldo Manutio Venet. MDII. 4to. Colon. MDXXXVII. 12mo. *Paschalis operis* lib. v. Prosaice. Hoc opus ex Cod. Pitheano evulgavit Fr. Juretus. Paris. MDLXXXV. *Veteris et Novi Testamenti collationem.* Carm. elegiaco. Pr. " Cantemus, socii, Domino cantemus honorem." Venet. MDII. 4to. Basil. MDXLV. 12mo. Mf. Cotton. Vesp. D. xxi. ubi principium deest. Et in *App. Bibl. Patrum,* p. 678. Hanc post Sedulii mortem edidit Turcius Rufus Asterius; cui proinde nonnunquam male inscripta legitur. Aldus Asterio adscribit, *Paeana alphabeticum de Christo.* Carmine Iambico. Pr. " A solis ortus car- " dine."

" dine." Venet. MDII. 4to. Baſil. MDXLV. 12mo. *App. Bibl. Patrum*, p. 679. Vide *Bibl. Patrum* varias editiones et earum *Praefat.* praeſertim *Praefat. in Bibl. Patrum* xvii. vol. Pariſ. MDCLIV. f. *Collectaneum in omnes Pauli epiſtolas*, lib. xiv. " Antequam apoſtolica verba." Et in impr. " Sci- " endum eſt quod in hoc prooemio." Edit. cura Joh. Sichardi Baſil. MDXXVIII. fol. Col. Agr. MDCXVIII. Hoc Cavus Sedulo juniori adſcribendum cenſet. *Hymnos tres.* Pr. " A ſolis ortus " cardine." Vide ſupra *Paeana alphabeticum.* Prodierunt Sedulii opera ab Aldo Manutio excuſa A. MDII. dein Baſil. MDXXVIII, MDXXXIV. et cum *Notis* Antonii Nebriſſenſis ibid. MDXLI. In *Sylloge Fabriciana* MDLXIV. denique in *Bibl. Patrum* tom. vi. p. 458. et in *Append. Bigneana*, p. 658. 911. Scripſit etiam *De ſignis et virtutibus*, lib. i. " Domino meo chariſſimo." *Geſta et miracula Chriſti*, lib. iv. " Expulerat quondam." *In Pſalmos Davidicos*, lib. i. *De factis Chriſti.* Proſaice. *Ad Caeſarem Theodoſium* lib. i. " Romulidum ductor." Verſus XV ita incipientes extant Mſ. in bibl. eccleſ. cath. Lincoln. B. ſive xxxii. In eodem codice tria prima folia hujus Sedulii *Epiſt.* nuncup. ad Macedonium praefixae cuidam operi ; ubi haec epigraphe : " Incipit ars " Sedulii poëtae, qui primo laïcus in Italia philoſophiam didicit ; poſtea cum aliis metrorum " generibus heroïcum metrum Macedonio conſulente docuit. In Achaia libros ſuos ſcripſit tem- " pore imperatorum minoris Theodoſii, filii Conſtantii." Pr. epiſt. " Prius quam me, venera- " bilis pater." Vid ſupra. *Mirabilium divinorum*, lib. iv. *Exhortatorium ad fideles*, lib. i. " Can- " temus, ſocii, Domino." *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. " Sedulius Scotigena." *Carmina diverſi generis. In majus volumen Priſciani*, lib. i. *In ſecundam editionem Donati*, lib. i. Haec duo opera grammatica autorem habent Sedulium juniorem. Claruit A. CCCCXXXIV. Cave. p. 336. 450. Bal. xiv. 9. 490. Ware. p. 4.

SEDULIUS JUNIOR (Dempſt. 580.) patria Scotus, ſive Hibernus, interfuit concilio Romae habito A. DCCXXI. (War.) ſive DCCXIV. (Bal.) ſub Gregorio ii. Scripſit *Collectanea in S. Matthaei evangelium.* Mſs. extant Pariſiis. *Expoſitionem ſuper primam editionem Donati.* Pr. " Imprimis " ſciendum eſt, quod." Mſ. Greſham. 43. *Statuta concilii Romae habiti*, lib. i. *In majus volumen Priſciani. In ſecundam Donati editionem. In artem Eutychii. Collectanea in epiſtolas D. Pauli.* Haec quatuor ultima huic Sedulio vel poſteriori, qui floruit A. DCCCXVIII attribuunt viri eruditi. Vid. Uſſer. *Primord.* cap. xvi. Claruit A. DCCXX. Bal. xiv. 28. War. p. 35.

SEGENIUS (Fiacnae filius). Dempſt. 572. quartus coenobii Huenſis abbas, ſcripſiſſe fertur *Monachorum regulam. Homelias et epiſtolas.* Obiit in coenobio ſuo 7 Apr. A. DCLI. Bal. xiv. 18. War. p. 23.

SEGIANUS (Dempſt. 584.) preſbyter Scotus, ſcripſiſſe fertur *Epiſtolas ad D. Hilarium, Joan. Diaconum, Joan. Primicerium, et Joannem ſervum Dei, locum ſanctae ſedis apoſtolicae tenentes*, lib. i. *Super celebrando paſchate*, lib. i. Claruit A. MDCLXVI. Dempſt. xvii. 1048.

SEGRAVUS [a] [GILBERTUS] ſive SEGREVUS, Iſiacarum ſcholarum aliquando ornamentum fuit, hoc titulo, quod in naturali rerum cognitione inſtructiſſimus, eximium philoſophi nomen doctorum ſuffragio comparaverit. Comparent paſſim cum in bibliothecis Iſiacis, tum alibi frequentiuſcule ejus et *Quaeſtiones* et *Quodlibeta* [b]. Ex *Lelando.*

[a] Gilbertus Segrave, ex Leyceſtrenſi patria fertur oriundus. Vide Burton. Canonicus Lond. 35 Hen. iii. " Decretorum doctor et canonicus Lincolnienſis." Wharton. " Non. Nov. MCCLXXIX Gilb. de Segrave ſubdec. fuit " praeſentatus per dominum Nic. de Segrave, patrem " ſuum ad eccleſ. de Kegworth, in archidiac. Leyceſtr." Ita in rotul. Ric. Graveſend. epiſcopi Lincoln. " Fuit " praeſentatus per Joh. archiepiſc. Cantuar. ad eccl. de " Herlauſton, in archidiac. Lincoln. 12 cal. Decembris " MCCLXXXXII." Rot. Oliv. Sutton. epiſc. Linc. " Diſpen- " ſatio eidem conceſſa pro pluralitate beneficiorum 11 cal. " Sept. MCCXCI." Ibid. " Inſtitutus ad eccl. de Ayleſton " in archidiac. Leyceſtr. 4 non. Aug. MCCXCII. Ibidem. " Rector fuit de Fenniſtanton in Huntingt. archid." *Reg.* Oli. Sutton. " Collatus ad praebend. de Milton in eccl. " Lincoln. 8 id. Febr. MCCXCVI." Ibid. Anno MCCCI " cuſtos capellae S. Sepulchri in eccleſ. Ebor. conſtitutus, " et exautoratus A. D. MCCCIII." Wharton. " Anno " MCCCII Joh. Dalderby, epiſcopus Lincoln. contulit " praebendam S. Martini in Berneſtall, in eccleſ. Lincoln. " vacantem, mag. Gilberto de Segrave, nato nobilis viri " quondam domini Nic. de Segrave, juris canonici profeſ- " ſori." *Reg.* epiſcop. Lincoln. " Item Gilbertus de " Segrave ſacriſta capellae B. Mariae SS. Angelorum " Ebor. per reſignat. Franciſci Gatani, 4 non. Auguſt. " MCCCIII." *Reg.* Carbrige. A. Wood. Mſ. C. 43. " Item " S. theol. D. canonicus Lincoln. collatus ad archid. Oxon. " 4 id. Dec. MCCCIII." *Reg.* Joh. Dalderby, epiſcopi Linc. Archidiaconus Oxon. Occurrit MCCCVI. A. W. Mſ. C. 243. " Gilb. Segrave, jur. can. prof. reſignat. eccle- " ſiam de Penne (in agro Buckingh.) MCCCIV." *Reg.* ibidem. " Memorandum quod quarto id. Martii MCCCXII " venit procurator domini Gailhardi de Mota, et exhi- " buit epiſcopo literas apoſtolicas, per quas apparebat, " dominum Clementem papam ſibi contuliſſe canonica- " tum, praebendam (ſc. de Milton) et archidiac. Oxon. " quos quondam mag. Gilb. de Segrave habuit in eccleſ. " Lincoln. per mortem ejuſdem mag. Gilberti, qui in " curia Romana diem ſuum clauſit extremum, vacan- " tes." *Reg.* ibid. " Sexto cal. Dec. MCCCXIII praebenda " S. Martini in Derneſtall Lincoln. vac. per conſecratio- " nem mag. Gilb. de Seagrave, ultimi praebend. in epiſco- " pum London." *Reg.* ibidem. Fuit praecentor eccleſiae " Paulinae, et epiſcopus Londinenſis A. MCCCXIII con- " ſecratus erat." Wharton.

[b] Obiit 15 cal. Jan. A. D. MCCCXVI. Whart. *De epiſcopis Londin.* p. 113. etc. Bal. xii. 97. ex Lelando. Pitſ. *Append.* p. 843.

SEGRICH [GULIELMUS] frater ordinis praedicatorum, ſcripſit *De proviſionibus eccleſiarum.* Mſ. olim in bibl. Sion.

SEGUARD [JOHANNES] equeſtris ordinis patre natus. Rhetor et poëta ſui temporis celeberrimus ludum literarium in urbe Norwicenſi aperuit. Scripſit *Metriſtenchiridion ad Rich. Courtney epiſc. Norwic.* proſa, lib. i. cap. 43. " Conſpicui meriti vir honeſti." Mſ. bibl. Merton. Oxon. Q. iii. 1. Argumentum operis ipſius intelliges verbis in *Praef.* ad lectorem. " Tibi ergo hunc " libellum, quem *Metriſtenchiridion* appelles volo—in quo diſtinctionem pedis metrici et metros et " verſus, naturamque generum metrorum principalium cum ſuis ſpeciebus, et notitiam metrorum

" communium, uti viz. hymnorum et Boëcii et Oracii habere potes verissimas." *Cathemetron*, lib. i. " Praesumptuosos et errantes in metris." In *Epilogo Metrificnchiridii* meminit cujusdam libri ex eo extracti *Cathemetron* dicti; sed hoc principium: " Praesumptuosos et errantes est principium " argumenti comoediae cujusdam, quam *Ludicra* ejus intitulat autor, cujus *Decretum Apollinis* est " epilogus." Mſ. bibl. Merton. Oxon. Q. iii. 1. *Decretum Apollinis*, lib. i. " In nostri Jovis no-" mine Amen." Ibid. *De miseria hominis*, lib. i. Mſ. in bibl. reg. Westmon. 15. A. xxiii. 5. *Carmina (epigrammata) diversi generis*. V. RR. magistro W. Richardo Altham Joh. Leylond. lib. i. " Metrica Bavius agit." Ibid. *Epistolas ad diversos*, lib. i. Haec omnia vidit Baleus in bibl. coll. Merton. Oxon. et in bibl. regis Edwardi vi. Claruit A. MCCCCXIV, Bal. vii. 56. A. MCCCCXX; Pitſ. p. 606.

SEISYLHT BRYVURX poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCLXXX. Lhuyd. Davis.

SEMPLE Poëta Scotus (Dempſt. 602.) cui patria lingua plurimum debet. Scripsit vernacule *Rhythmos*, lib. i. *Carmina amatoria*, lib. i. Obiit A. MDXCV. Dempſt. xvi. 1086.

SEMPRINGAMUS [GILBERTUS] ex Lindensi provincia oriundus, Jocelini [a] filius atque haeres, fuit corpore non admodum speciofo, sed mente ad omnes virtutes [b] plane composita; id quod ex ejus facile apparebit vita, quam nos hic paucis subjiciemus. Primis igitur adolescentiae annis Galliam studendi gratia petiit, ut quod corpori defuit, ad formam animi accederet. Eratque labor ille suo autori felix ac faustus: nam singulari quadam diligentia, tanquam duce multo certissima, usus, eo tandem pervenit, quo maxime voluit; nempe ad eruditionem, non pictam, non floridam, non ostentatricem quidem illam; sed gravem, solidam, modestam. Talis utique belle conveniebat viro, cui nihil prius unquam aut antiquius fuit, quam puram vitam purioribus moribus informare [c]. Ita demum, comparatis literis, non inglorius Lindesiam suam reversus est: ubi postea tot clara vitae undecunque sanctae exempla populo exhibuit, ut, confluentibus ad illum cum mulieribus tum viris selectissimis, coenobia brevi aliquot, praescriptis novis sed castissimis vivendi sanctionibus, erexerit [d]: quorum illud celeberrimum, atque adeo primum erat, quod in pago Sempringamensi [e], solo natali, construxit. Atque haec quidem ab illo acta, regnante Stephano tyranno. Postea vero Galliam repetiit, et decreta, quae suis sectatoribus praescripsit, Eugenio tertio, pontifici Romano, examinanda obtulit [f]. Romanus autem, collaudato hominis tam sancto instituto, novae sectae autoritatem addidit. Denique confecto pro animi sententia negotio, laetissimus domum rediit, vixitque, ut ego legi, centum aut eo amplius annos; quo tempore tredecim nobilium coenobiorum fundamenta jecit. Nuper etiam, ne hoc ignores, lector, incidi in librum *Epistolarum* ab illo majori cura, quam eloquentia scriptum; quem ipse unum ex multis, quos scripsisse [g] fertur, vidi. Hactenus de Gilberto [h], a quo nomen et originem sumpsere Gilbertini. Obiit nonis Febr. anno D. MCLXXXIX, sepultusque est Sempringamii, et ab Innocentio tertio in Divorum numerum relatus [i]. Ex *Lelando*.

[a] Jocelini equestris ordinis viri. Bal. iii. 25. natus an. MLXXXIII. [b] In margine Mſ. Lel. Trin. nota Bal. " Imposturae virtutes sunt Lelando." [c] Sempringhami severitatem et diligentissimam castitatis custodiam abunde collaudant Ealredus, Neubrigensis, et nuper Harpsfeldius, et Camdenus. Secta vero ejus ita excrevit, ut Gilbertinos fratres septingentos, sorores 1100 in suis coenobiis vivus habuerit. [d] In familia Roberti Bloet, episcopi Lincoln. aliquandiu versatus juxta Harpsf. *Hist. Sec.* xii. cap 27. a quo sacris ordinibus initiatus, et achidiaconatum ab episcopo oblatum respuit: ita *Vita* Mſ. Bodl. Digby 36. [e] A patre ad ecclesias de Sempringham et Tiringtona praesentatus est. Ibidem. [f] A. MCXLVI. [g] Scripsit praeter *Epistolas*, quarum una extat in *Vita* Mſ. Digb. 36. f. 64. *Gilbertinorum statuta*, lib. i. Mſ. penes D. Rogerum Twysden. (Mſ. Hatton) *Exhortationes quasdam*, lib. i. Bal. l. c. Pitſ. p. 253. Vide *Acta Sanctorum*, iii. 567. [h] Vide de isto *Elogium* Walteri Mape 1 dist. *De nugis curialium*. *Vita Gilberti* a Sempringhamensi quodam monacho conscripta, et Huberto, archiepiscopo Cantuar. nuncupata. Mſ. Cotton. Cleop. B. 1. 3. Pr. d. " Huberto. Divinae gratiae largitati tanto " novit." Cap. 56. Mſ. olim extitit penes Tho. Allen. nunc Mſ. Bodl. Digb. 36. ubi in capite nono meminit libri ab isto Gilberto conscripti *De constructione monasteriorum*. Mſ. A. Wood. Pitſ. [i] 3 Id. Jan. MCCII. ita habetur in *Vita* Mſ. Bodl. Digby 36.

SEMPRINGHAM [HENRICUS de] Vide *Histor. Petroburg.* p. 184. In matriculario monasterii Petriburg. E. iv. occurrit *Liber H. praepositi de Sempringham De oratione et inquisitione Dei*.

SENATUS [a], praeses monachorum Bravonii, principis Wicciorum urbis, coenobium suum, alioqui clarum, bonarum artium cognitione clarius reddidit: ita enim comparatum est, ut praeceptor eruditus discipulos ut plurimum sui simileis reddat. Hac factum ratione plane optima, ut societas Wicciorum, non numerus ad fruges consumendas, verum ad politioreis literas promovendas, natus videretur. Rogerus, ejusdem urbis episcopus, hoc calculo Senatum charissimum habuit, tum praeterea familiaritate sibi conjunctissimum. Extat liber *Epistolarum* [b] *Senati ad Rogerum episcopum*. Scripsit etiam *Pallii pontificii* [*rationem* [c].] Denique *Vitam Osuualdi* [d] *et Wolfstani* [e], episcoporum Bravonensium, victuris commendavit chartis [f]. In pretio autem fuit tempore

[a] Senatus Bravonius, sive Wigorniensis, monachus Wigorniensis, praecentor, et anno MCLXXXIX. prior electus. Whart. loco ut infra. [b] Lib. i. Mſ. extant in bibl. publ. Oxon. Bodl NE. B. 2. 1. in quibus agitur De usu pallii, De horis canonicis, etc A. Wood. Mſ. Pitſ. [c] Lib. i. Eundem arbitror cum *Epistola* ad Johannem, Duvelinensem archiepiscopum, in qua agit de indumentis sacerdotalibus. A. Wood. Mſ. Pitſ. [d] Lib. i. Vide Surium 15 Octob. Pitſ. [e] Lib. i. Vide eundem 19 Januarii. Pitſ. *Vita Wolstani* sub nomine Senati extat in bibl. Cotton. Claudius A. 5. 9. sed rectius Willelmo Malmsburiensi ascribitur. Whart. *Angl. Sacr.* tom. ii. 15. [f] Vidit Whartonus, *A. S.* tom. i. 548. hujus auctoris *Expositionem in canonem missae*, lib. i. Pr. d. Magistro Aluredo. " Voluntatis inmissiva dilectio urget." Mſ. Lambeth. f. 238. Mſ. C. C. C. Cantabr. E. 3 in *Bibliis Lat.* inter Machabaeos et Evang. *Tractatus magistri Senati Wigorniensis bibliothecarii, de concordia et dispositione canonum evangeliorum*. Pr. d. " Amico " suo et socio magistro Aluredo. Inter preciosa majorum " munera." Vide *Thesaur. Anecdot. Martenaei et Durandi*, tom. i. col. 484.

tempore Henrici Plantageniſtae, regis Angliae, Matildis imperatricis filii [g]. Ex *Lelando:*

[g] Prioratum ſponte abdicavit MCXCVI 20 Nov. obiit MCCVII. Whart. *A. S.* tom. i. p. 548. Ibid. tom. ii. *Praef.* p. xv. Pitſ. p. 237. Bal. iii. 10.

SENCHANUS TORPESTRIUS poëta antiquus Hibernus. Quaere annon idem cum Senchao filio Otilli *Ogyg.* p. 217. et p. 218. Senchaus filius Coelclinii dicitur. Scriptis commiſit *Leges patrias.* Claruit tempore Guarii regis Connaćtiae, circa A. D. DCL. *Ogyg.* p. 218.

· SENGHAM [GULIELMUS], humilibus ſed honeſtis parentibus natus, frater Auguſtinianus, ſcripſit *De fide et legibus*, lib. i. Hoc opus quidam tribuunt Gulielmo de Alta petra, Pariſienſi epiſcopo. Extat Mſ. in bibl. cath. Lincoln. Opus *De fide et legibus*, lib. v. cum *Tabula*, cui ſubjungitur haec nota: "Iſta *Tabula* praeſcripta facta eſt ſuper librum *De fide et legibus* a fratre Gul. Seng-"ham." Ita videtur Gulielmus non libri, ſed tantum *Tabulae* autor eſſe. *De clauſtro animae*, lib. i. *De profeſſione novitiorum*, lib. i. *De tentationum remediis*, lib. i. *Scripturarum explicationes*, lib. i. Claruit A. D. MCCLX. Bal. iv. 17. Pitſ. 339.

SEPHAMUS [EDWARDUS] ſcripſit *De nativitate Edwardi principis* librum, quem invićtiſ. Angl. regi et ejuſdem ſupremo capiti Henrico, ejus nominis oćtavo, dedicavit; cujus titulus primus: *Sententiae Caldaeorum in thema conceptionis Edwardi principis.* Pr. "Mars in horoſcopo "tempore conceptionis." Titulus ſecundus: *Sententia Haly Abeuragel in themo nativitatis Edwardi principis.* Pr. "Quando dominium triplicitatis luminaris temporis." Titulus tertius: *Sententia Pontani in thema nativitatis Edwardi principis.* Pr. "Qui, naſcente virgine, in lucem "venerit primos vitae annos." Titulus quartus: *Sententiae Leupoldi in thema nativitatis Edwardi principis.* Pr. "Univerſaliter, qui naſcuntur virgine aſcendente, erunt boni, caſti, amabiles." Extant in Mſ. Bodl. Laud. D. 39.

S. SERFUS (Dempſt. 574.) Scotus, ex Culdaeorum ſećta epiſcopus, verbum Dei in inſulis Orcadibus praedicabat. Scripſit *Conciones ad Orcadianos*, lib. i. *De religionis Chriſtianae myſteriis*, lib. i. *Epiſtolas ad Scoticas eccleſias*, lib. i. Claruit A. CCXCIII. Colitur 1 Auguſti. Dempſt. xvii. 1032.

SERLONES quatuor a literis commendant Britannici ſcriptores; quorum numero [a] qui primus, circiter Ethelſtani regis tempora in pretio fuit. Lis huic erat cum monachis avaris [b], ut ego conjećturam facio, fani Servatoris Duroverni Cantiorum; quo nomine inſtigatus ſcripſit libellum in *Sordes monachorum* [c], carmine ſibilos affećtante; ſed interim tam acri, vehementi, atque adeo aculeato, ut ſtigmata vulnerum majora nulla vel ſerpentes ipſi, quantumvis ſibilantes, reliquiſſent. Tam enim ingenioſe arguta ſunt, quae ſcripſit, Camarinam improborum movens, ut vel faſtidioſo cuivis, vel nauſeanti aures juxta ac oculos facile excitent. Uſus eſt, ut ipſemet fatetur, patrono et defenſore Odone, qui ex epiſcopo Sunnigenſi apud Attrebates in ripa Tameſina, factus eſt Cantiorum, mortuo Wolfhelmo, archiepiſcopus. Sunt, qui hunc pro [d] Sunnigenſi Vilugodunenſem, et Clarofontanum epiſcopum appellent. Utcunque ſit, ego libellum Serlonis monachomaſtigis reperi Clarofonti Durotrigum [e]. II. Secundus Serlo aliquot in locis Gulielmum Meildunenſem eximium laudatorem habet, et praecipue lib. iv. *De regibus Anglorum.* Is genere Nortomannus erat, et abba Gloecaſtrenſis [f] deſignatus beneficio Gulielmi Magni, de quo et haec Meildunenſis: "Quis "poſſit praeterire Serlonem, abbatem Gloecaſtrenſem, qui locum illum ex humili et paene nullo "ad glorioſum provećtum extulit [g]?" Godefridus, praeſes monachorum, qui Ventam Simenorum coluerunt, vir et ipſe literatiſſimus, ut ex eodem Meildunenſi liquido apparet, adjunćtus eſt Serloni hac commendatiſſimus laude: "Nec memoria Godefridi Wintonienſis ire debet in perditum, qui "temporibus his literatura et religione inſignis fuit. Literaturam teſtantur plures libri, plures et "*Epiſtolae* familiari illo et dulci ſtylo editae; maximeque *Epigrammata*, quae ſatyrico modo "abſolvit: praeterea verſus *De primatum Angliae laudibus.*" Haec et plura fautor Meildunenſis. Godefricus amicus Serloni incomparabili amico mortuo hoc diſtichon, epitaphii loco, conſecravit:

Eccleſiae murus cecidit, Serlone cadente,
Virtutis gladius, buccina juſtitiae.

III. Tertius Serlo [h] ex decano Severianae eccleſiae factus eſt abbas [i] Corinienſis [k], aliter Cirencaſtrenſis [l]. IV. Serlo denique quartus [m] ex canonico Eboracenſi factus monachus Fontanus [n], deinde

[a] Serlo Dorobernenſis, monachus S. Auguſtini Cant. Mſ. Lel. Trin. (Bal. Pitſ.) cognomento Paridiſus. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 65. [b] Serlonis *De contemptu mundi* verſiculi: Pr. "Mundus abit, res nota quidem, res utique "nota." Mſ. Cotton. Julius, A. 13. [c] *Monachorum libidines*, lib. i. Bal. "Quae monachi quaerunt, patrio mea jure "fuerunt." Apographum ex vetuſt. Mſ. extat in Mſ. Wood. in bibl. Aſhmole. Mſ. bibl. Bodl. Digb. 65. f. 58. et Mſ. ibid. *James*, xv. Serlonis verſus contra monachos, Mſ. bibl. Bodl. Super D. 1. Art. 58. [d] *pro Cornubienſi Wiltonienſem.* Quaere an fuerit epiſcopus Cornubienſis, ut referunt Bal. et Pitſ. [e] Scripſit praeterea *Homelias*, lib. i. Mſ. Trin. Claruit anno DCCCCLX. Bal. ii. 31. Pitſ. 175. [f] Factus abbas Gloc. MLXXII. 4 cal. Sept. [g] Scripſit, *Super oratione Dominica*, lib. i. "Protector noſter Jeſus Chriſtus." Quod opus Lelandus tribuit Serloni Grammatico. Bal. Mſ. extat in coll Corp. Chriſt. Cantabr. ſub. D. iv. 12. *Opus magiſtri Serlonis.* Unde videtur *Grammatico* attribui. [h] Preſbyter, Syredi et Leofledae (Lelando teſte) filius. Mſ. Lel. Trin. [i] Anno MCXXXI. Searlo, Sareſb. canonicus, a Simone Wigorn. benedictus in abb. Cirenceſtriae apud Blocceſham. *Contin. Florent.* [k] *Alias Exceſtrienſis.* Mſ. Trin. Monaſterii, quod alio nomine Exceſtrenſe dicitur. Bal. Pitſ.
[l] "Hic vir praeclare eruditus aliqua ſcripſiſſe fertur, et "claruiſſe A. D. MCXXIX." Addit Mſ. Trin. Bal. x. 44. ex Lelando. Pitſ. *Append.* p. 908. Obiit Serlo abbas Cirenceſtr. MCXLVII. *Ann. Winchel.* apud Whart. Mſ. R. 66.
[m] "Radulphi abbatis frater hac aetate poeta non con-"temnendus ex canonico." Addit Mſ. Lel. Trin. Serlo Grammaticus. Bal. Joannes Serlo. Pitſ. Frater Radulphi eruditi abbatis de Parco. Bal. Pitſ. Abbas Fontanenſis. (Pitſ.) [n] "Ord. Ciſtertienſis, corpore procerus, tan-"dem et abbas conſtitutus. Iſto dictante." Ita legit Mſ. Trin.

[o] Scripſit

8

inde et Kirchostallensis; quo dictante, Hugo Kirchostallensis perscripsit res gestas Fontani monasterii, ac originem una cum incremento Bernardinae in Anglia sectae. Haec cum scripsissem, incidi in catalogum librorum bibliothecae Ramesegange, a quo intellexi Serlonem, monachum Duroverni Cantiorum, scripsisse [o], nisi titulus fallit, *Commentar. in Pentateuchum* [p], libellum *Differentiarum* [q], ac alterum *De Proverbiis* [r]. Ex *Lelando*.

[o] Scripsit, *De bello inter Scotiae regem et Angliae barones*, (Carmine rithmico Latino,) lib. i. lxxii. versus. "David ille manu fortis, sceptrum." Mf. Cantabr. in coll. Corp. Christ. F. v. Extat inter *Decem scriptores*, col. 331. *De morte Sumerledi, regis Manniae*, lib. i. "David rege "mortis lege clauso." *De dictionibus dissyllatis*, lib. i. "Da-"ctyle conveniens digitis." *De dictionibus aequivocis*, lib. i. "Est vates arator, cultor telluris." Mf. coll. Trin. Dubl. Hos libellos expresse recenset Mf. Trin. in linea proxime praecaed. post verbum *sectae*: composuit *De dict. diff.* lib. i. *De dict. aeq.* lib. i. *Descriptionem belli inter regem Scotiae et barones Angl.* lib. i. *De interfectione Sumer.* lib. i. *De dictionibus univocis*, lib. i. *Super orationem Dominicam*, lib. i. Liber hic a quibusdam tribuitur Serloni Normanno.

[p] Lib. v. [q] Lib. i. *De differentiis nominum et verborum* carmine, lib. i. Pr. pr. "Dactile, quid latitas, exi, "quid publica." Mf. bibl. Bodl. Digb. 53. f. 1. et 12. Mf. in coll. S. Petri Cant. Hoc opus Serloni *Grammatico* a Pitseo tribuitur; sed in cod. Mf. Bodl. Digb. sunt versus ejusdem Serlonis *In conversione sua, quando factus est monachus Cistertiensis*: Pr. "Mundus abit, res nota." Unde Serlonem Grammaticum carminum *De diff. et proverb.* credere licet esse auctorem. [r] Partim Gallice, partim Lat. lib. i. "Pur suffreite de prud homme." Mf. Bodl. Digb. 53. f. 6. et 15. Claruit anno MCLX. Ball. ii. 91. Pitf. p. 223. Dempst. xvii. 1065. annos natus plus minus centum, quando Hugo scripsit, ut testatur ipsemet Hugo. Lelandi *Coll.* iii. 163. Obiit et sepultus est Fontibus. Ibid. 164. Serlo etiam alius, Parisiensis dictus, in Lelandi *Collectaneis* reperitur, qui rithmos scripsit *De filiis presbyterorum*, lib. i. "Rex "immortalis, qui longo tempore talis." Mf. Bodl. Digb. 65. f. 9. Bal. x. 44. In hoc libro invehit in canonem, quo filii presbyterorum irregulares fiunt, itemque in monachos et rapacitatem curiae Romanae. Mf. C. In Mf. Cott. Vitell. A. xii. sunt *Versus Serlonis Parisiensis ad Muriel sanctimonialem*. Pr. "Cum nostrum poscis carmen, quod inutile "noscis." *Ejusdem ad Virginem Deo dicatam versus*. Pr. "Pro corruptibili plenoque dolore cubili." *Ejusdem de capta Baiocensium civitate*. Pr. "Corde fero tristi, quod "tam cito capta fuisti. *Inv. in Gilbertum, abbatem Cadomi*. Pr. "Secretis mensis." *Ad Odonem Baiocensem*. Pr. "Si Deos cives nec per."

SERLO MAILROSENSIS monachus, et S. Adami, episcopi Cathenienfis, socius. Scripsit *Vitam Adami magistri*, lib. i. *De decimis*, lib. i. *Contra usuras*, lib. i. *Cartam libertatum Scotiae*. Martyrium passus est A. MCCXXII. Dempst. xvii. 1035.

[a] SERTORIUS, quem Fortanerium, autore Trittemio, nonnulli appellant, natus fuit in Cambria, sive, ut vulgo loquuntur, Wallia; vir, ut ex ejus vita liquido apparebit, maximis fortunis destinatus. Nam quamvis Francisci sanctiones humiles quidem illas juvenis profiteretur [b]; tamen quae erat ejus eruditio et virtus, ab universo Franciscanorum collegio Massiliae in ministrum, ut vocant, generalem electus [c]. Quid parva loquor? Romani pontificis beneficio archiepiscopus [d] Ravennatensis factus est. Deinde etiam, ut aliquid ad tantae dignitatis cumulum accederet, fit patriarcha Grandiensis [e]. Sed nec hic fortuna extremam honori metam statuit: adscitus enim paulo post fuit in numerum purpuratorum patrum [f], quos cardinales vocant. Ecce blandientis fortunae munera, quibus quos vult, beat. Quanquam, si mihi liceret dicere citra offensam id quod sentio, tantum abest, ut hujusmodi fortis homines beatos putem, ut mediocritatem tutam et privatam longe praeferam. Illud certe satis admirari non possum, quod nihil unquam, quantum memini, de hoc Sertorio legerim, praeterquam apud Trittemium. Quare conjectura est nomen a Trittemio corruptum, in quam partem, quoties de nostris scriptoribus mentionem facit, toties fere peccat. At jam superest, ut lector intelligat, Sertorium *Commentarios in libros Augustini De civitate Dei* [g] edidisse; et vixisse quo tempore Eadveardus tertius Angliae praefuit. Ex *Lelando*.

[a] Sertorius Gualensis. [b] In conventu Gorgoniensi in Aquitania. Pitf. [c] Anno MCCCLVI. Bale. Pitf. MCCCXXXIX. Godw. [d] Episcopus Massiliensis. Godw. [e] Gradensis. [f] Ab Innocentio vi, 17 Sept. MCCCLXI. Godw. sed ante susceptum pileum obiit Paduae, et in ecclesia S. Antonii sepultus erat Sept. MCCCLXI. Godw. MCCCLXII. Bale. Pitf. [g] Lib. xxii. Scripsit etiam *Quodlibeta disputata*, lib. i. *Lecturas theologicas*, lib. i. *Sermones ad utrumque statum*, lib. i. Bal. vi. 34. Pitf. p. 497. Godw. ii. 171.

SERVANUS episcopus Orcadum (Dempst. 573. Bal. par. post. p. 186.) Scripsit *Epistolas ad Orcadianos*, lib. i. *Epistolas ad ecclesias Scoticas*, lib. i. Claruit A. CCCCXL. Dempst. xvii. 1030. Bal. xiv. 7.

SETONIUS [ALEXANDER] patria Scotus, professione theologus, natalium splendore coruscus, et Jacobo v Scotorum regi a secretis conscientiae, in Angliam religionis causa, relictis fortunis homo piissimus venit. Bal. xiv. 67. Venit Londinum, ubi concionatoris assidui, (plerumque in eccl. S. Anthonii, uti recitat Fox.) partibus fungebatur, ast tandem per Gardinerum, episcopum Winton. et Bonnerum Londinensem compulsus fuit metu incendii, quae de captivo hominis arbitrio, ac justificatione per fidem docuerat, Londini A. D. MDXLI Decemb. ignominiose cum quodam Tolwino (parocho S. Antonii Lond. Fox.) retractare. *Recantatio* ejus una cum Tolwini extat seorsum Lond. MDXLI. 12mo. Scripsit *Processum suae examinationis*, lib. i. "Auditu percipiens, "candide lector." *In utramque Epistolam Petri*, lib. ii. *In canonicam Jacobi*, lib. i. *In Actorum* xviii *capita*, lib. i. *Conciones eruditas*, lib. i. Quaedam ex *Concionibus* excerpta extant in Fox. p. 1205. *Septem disticha Latina in laudem Mariae reginae Scotorum*, Hollinshed's *Scotl.* p. 387. Vide *Praef.* Leslei ad lib. viii. *Hist. Scot.* *Epistola ad regem Scotiae* extat in Petrei *Hist. Scotica*.

Obiit

Obiit anno MDXLII in domo Caroli ducis Suffolciae, cui a sacris domesticis erat. Bale. xiv. 224. Dempster. xvii. 1065. Mackenz. ii. 602.

SEYTON [GULIELMUS] medicus et chirurgus insignis, in sua facultate doctor erat Oxoniensis EXIMIUS cognominatus. Scripsit *De curatione chirurgica*, lib. i. "Potio Anglicorum ad plagas diluendas." Aliud de hoc Gulielmo non inveni. Bal. (ex offic. Londin.) xii. 94. Pitf. *App.* 858. Dempsterus, *Hist. eccl.* xvii. 1064. eum Scotum esse vult; et claruisse A. MCCCCXCV.

[a] SETON [JOHANNES] alias SALIDUNUS, Isiacis frequens in scholis penitioreis Aristotelis recessus curiose perscrutatus. Id quod cum fecisset, motus titillantis gloriae fama, ab assidua lectione animum alacer ad calamum adjecit; ac *Commentarios* in praeceptoris sui *Metaphysicen* [b] elaboratos concinnavit, et in lucem emisit [c]. Honestum hoc de Seduno Isiaco testimonium [d]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Setonus senior dictus, ad differentiam alterius, qui multo junior et Cantabrigiensis fuit, patria Scotus. Dempst. xvii. 1062. [b] Lib. xii. Pitf. [c] Claruit anno MCCCX. Dempst. Vide Bal. xii. 89. Pitf. *App.* p. 881. Quidam Johannes de Seton occurrit supprior Dunelm. eccl. an. MCCCXXXIII. Whart. *A. S.* tom. i. 762.

[d] "At quanto illustrius erit nostrum de Setono Grantano "suffragium dare, cui Musae leporem debent Atticum, "rhetorica facundiam, dialectica acumen, philosophia "prudentiam, denique divinae literae sincerum judicium. "Haec ego forsitan affectu quodam dixisse videbor: verbum igitur de hac re non amplius addam." Jo. Baleus: "Adulatoria haec sunt, et insigni mendacio referta, de hoc "ultimo Setono veritatis Christi adversario." *Addit.* Ms. Lel. Trin.

SETONIUS [JOHANNES] junior collegii S. Johannis Cantabrig. alumnus. Lelandus hoc de illo protulit. Huic Musae leporem debent Atticum, rhetorica facundiam, dialectica acumen, et philosophia prudentiam. Fuit Steph. Gardineri capellanus per septem annos et ab eo magni habebatur; incepit A. MDXLIV S. theol. professor, et installatus erat praebendarius eccles. Winton. Martii 19. MDLIII. A. Wood. Ms. C. 237. Anno aetatis 42 cum esset S. theol. baccal. fuit rector de Henton in com. Southampt. Scripsit *Dialecticam brevem.* Ad episcopum Winton acad. cancellarium. lib. i. "Reverendam tuam dominationem." Cum *Annotationibus* Petri Carterii Lond. MDLXX. MDLXXIV. 12mo. Cantabrig. MDCXXXI. 12mo. Quaere annon Joh. Setoni *Dialectica*, Lond. MDXLI. 8vo. impressa fuerit. *Carmen hexamet. et pentam. panegyricum in victoriam illustriss. dom. Mariae reginae, sive triumphus Mariae reg. Angliae, etc.* de Joanne Dudlaeo duce Northumbriae, redeunte Papismo. Pr. "Multa timor tremulus, sed plura amor efficit ardens." *De eodem triumpho Sapphicum.* Pr. "Magna reginae canimus trophaea." *In coronatione reg. Mariae carmen.* Pr. "Comica res olim cum spectaretur Athenis." *Pro artolatria carmen. (De veritat. corporis Christi in eucharistia.)* Pr. "Israel fugiens Memphim transit mare tuto." Haec quatuor *Carmina*, cum dedicatione ad Mariam reg. prosaica. Pr. "Carmina quaedam de veritate." edidit ex officina regin. Wolfii MDLI. 4to. Claruit A. MDLIII. Bal. ix. 58. A. MDLV. Pitf. p. 750. Vide Strype *Eliz.* p. 242.

SERWALUS sive SEWALLUS in academia Oxon. sub auspiciis S. Edmundi educatus; Eboracensis primo archidiaconus (A. Wood. Ms. C. 72.) dein decanus; tandem A. MCCLV cal. Octob. archiepiscopus Eborac. electus, et 10 cal. Aug. MCCLVI consecratus fuit. Tyrannidem papae super clerum Angl. pro virili oppugnavit; quam ob causam multa mala et excommunicationem passus est. Vid. M. Paris. in ann. Scripsit *Breviloquium* ad Alexandrum ii papam contra Jordanum decanum, lib. i. Vid. M. Paris. p. 937. 945. *Statuta synodalia*, lib. i. *Constitutiones Sewalli decani Ebor.* MCCLII reperiuntur in *Reg.* eccl. Ebor. in bibl. Cotton. Vitell. A. 2. f. 111. *Ad suos sacerdotes* lib. i. *Sermones et epistolas*, lib. i. Obiit 6 Id. Maii A. MCCLVIII, et in ecclesia sua cathedr. sepultus est. Dodsworth. xxviii. 22. Stubbs, *Act. pont. Ebor.* p. 1725. seq. Bal. iv. 23. Pitf. p. 336. Godw. ii. p. 44—48. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 81.

SETTLE [DIONYSIUS] servus dom. comitis Cumbriae; et dom. Martini Forbisheri comes. *Cujus ultimum iter navale in Freta N. W.* Anno MDLXXVII literis mandavit. Ad Geo. comit. Cumbriae. Pr. "It both is and hath been." London MDLXXVII. 12mo.

SEVERLE [JOHANNES] in academia Oxon. educatus, ubi tandem legum doctor evasit. In Sarisburiensi dioecesi vixit. Scripsit *Lecturas ordinarias*, lib. plures. *Lecturam extraordinariam*, lib. i. "Octavus de interdicto liber." Extabat olim in bibl. Nordovicensi. Bal. xii. 54. Pitf. p. 881. *App.*

SEVNYN [GUYLYM AB] poëta Cambro Britannicus. Claruit A. D. MCCCCL. Lhuyd. Davis.

SEYMOUR [EDVARDUS] filius Johannis de Puteo Lupino, vulgo Wolfhall, in comitatu Wilts. In academia Oxon. primum, et postea Cantabrigiensi humanioribus literis imbutus, post nuptias Henrici viii cum sorore sua Jana, comes Hertfordensis et dux Somersetiae creatus fuit. Regni Angliae et regis Edwardi vi protector inclaruit: et mense Novemb. A. MDXLVII cancellarius academiae Cantabrig. electus; de quo negotio extat *Epistola academ.* 14 Novemb. scripta Ms. in coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. P. p. 477. Scripsit *Epistolas varias*, quarum quatuor extant in Burnet. *Hist. Reform.* tom. ii. *App.* p. 108. 142. 154. 213. quatuor aliae in Fox. p. 1341. 1344. 1367. seq. *Literae ducis ad acad. Cantabrig.* sed scriptae per Checum vel Smithum, 9 Dec. MDXLVII. Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Misc. P. p. 479. *Epistolam exhortatoriam ad pacem, missam ad nobilitatem ac plebem, universumque populum regni Scotiae.* Pr. "Considerantibus nobis et modum." Lond. MDXLVIII. 4to. Nomine omnium regi a consiliis missa fuit. Anglice extat in Hollinsh. vol. iii.

vol. iii. 998. et Graftoni *Cronica.* *Articles offered to the king's majesty—to be declared on my behalf—* Pr. " Firſt that I do not." apud Burnet *Hiſt. Reform.* tom. ii. *Append.* p. 168. *Orationes duae ante mortem ejus* extant apud Hollinſh. iii. 1068. In ſermonem vernaculum tranſtulit *Joh. Calvini epiſtolam de conſolatione in adverſis.* Pr. " My lord. Altho' God hath given unto you." Lond. MDL. 24to. Praefixit *Epiſtolam* tranſlat. hujus opuſculi Calvini per Milon. Coverdale. Pr. " If they be worthy of prayſe." Lond. MDLXIX. 16mo. Baleus etiam addit: quod Anglice ſcripſerit *Spiritualem gemmam, ſive de cruce ferenda,* lib. i. " If they be worthy praiſe who for." Lond. MDL. 24to. Obiit capite decollatus in colle turri Londinenſi contiguo 22 Jan. MDLII. *Athen. Oxon.* i. 87. Bale. P. ii. 108.

SHADDESLEY [GUALTERUS] ſcripſit *De proviſionibus eccleſiarum.* Mſ. olim in bibl. Sion.

SHAKELTON [FRANCISCUS] clericus, inſtitutus ad rectoriam S. Johannis Bapt. London MDLXXXI, quae vacabat per ejus mortem ante 4 Febr. MDLXXXII. Newcourt. i. 373. Inſtitutus etiam ad eccleſiam S. Mildredae Poultney 9 Mart. MDLXXV, quae vacabat per ejus mortem ante 3 Jan. MDLXXXII. Ibid. p. 502. Tranſtulit in ſermonem vernaculum *Henrici Bullingeri his belief conteyning his judgment in the Lord's ſupper, with an expoſition on the ſixth article of the Chriſtian faith.* Lond. by Jo. Harriſon. 8vo.

SHAKLOCK [RICHARDUS] collegii Trinitatis Cantabr. alumnus fuiſſe dicitur, et inde expulſus ob errores quoſdam Semipelagianos, uti nota marg. in tranſl. Hoſii f. 68. 69. enarrat. Fuit magiſter artium et juris Caeſarei ſtudioſus Lovanii MDLXV. Tranſtulit in ſermonem vernaculum *Hier. Oſorii gemmam regiam ſive Portugallicam.* Pr. pr. tr. " For ſo muche as it is the." Antv. MDLXV. 8vo. A. Wood. Cat. iii. *Staniſlai Hoſii epiſcopi Wormenſis librum, cui titulus, Haereſium origo.* Pr. tr. ded. reg. Elizab. " Althoughe my faythefull and obedient." Antwerp. MDLXV. 8vo. Scripſit *Orationem pro regina, regno, et toto Chriſtianiſmo.* Pr. " Magne Deus, qui magna facis, " qui pectora regum." xxxiv verſ. tantum. Ad finem tranſlat. Hoſii. *Contra Gul. Haddon.* Vid. *Praefat.* 8vo. R. 36. Th. A. Wood. Cat. iv.

SHARPAEUS [a] [JOANNES] ut veteres teſtantur bibliothecae, inter philoſophos et theologos ſui ſaeculi illuſtris habitus eſt: ſed et controverſia, quae illi magna fuit cum Vicoclivianis, aliquid ad ſplendorem nominis attulit [b]. Nam lernas teterrimas quidem illas, nova virulentarum diſſertationum *De euchariſtiae ſacramento* capita alte exerentes, gladio evangelico acerrime inſectatus eſt. Caetera, quae fecit, in obſcuro ſunt. Ex libris autem, quibus ſe poſteritati commendavit, ego tantum vidi *Univerſalia ſuper libros phyſicorum* [c]. *Determinationem de ſacramento altaris* [d]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Sharpe, ſive Sharpus, vel Acutus. [b] " Perpende praepoſterum Lelandi judicium hoc loco: barbariſ- " mum ſophiſtam theologum illuſtrem vocat, pios docto- " res lernas, et Papiſtarum commenta frigidiſſima, imo ini- " quiſſima, gladium evangelicum." Mſ. Trin. *Add.* Bal.

[c] *Quaeſtiones phyſicorum* lib. viii. " Quaeſtio circa pri- " mum phyſicorum, eſt haec." Mſ. bibl. Oriel. 35. " Utrum tantum tria ſint intrinſeca." Mſ. perg. f. in colleg. Omn. Anim. Oxon. Q. vii. 1. et Mſ. in collegio Novo 238. et Baliol. xciii. Ad quorum duorum ultimorum Mſs. finem haec habentur: " Et in hoc finiuntur quaeſtiones aliquae " circa libros phyſicorum, ſuperficialiter collectae modo, " quo in ſcholis phyſicis Oxon. diſputari conſuerant." Mſ. Langb. p. 106. [d] Lib. i. " Multorum tam laico- " rum quam clericorum." Scripſit etiam *De orationibus ſanctorum,* lib. i. " Reverendi magiſtri et domini, cum " ſecundum ſeriem Evangelii." Mſ. Oxon. in collegiis Novo, 238. et Merton. O. vii. 3. Mſ. ejuſd. argumenti et principii in bibl. Harleian. Eſt determinatio pro orationibus ad ſanctos in ſcholis theol. Oxon. *De ſuffragiis viatorum,* ſc. *Utrum virtus miſſae et aliorum ſpiritualium bonorum militantis eccleſiae vivis valeat ad collationem gratiae, et defunctis ad mitigationem poenae?* (Ita in pr. Determinationis) lib. i. " Pertractata de orationibus ſanctorum." Mſ. Oxon. in collegiis Novo, l. c. et Merton. O. vii. 3. *Quaeſtiones de adoratione ſacrarum imaginum,* lib i. " Nun- " quid Domini noſtri Jeſu Chriſti." Mſ. ibid. *Declarationes nominum urbium et civitatum, quae habentur in ſacris Bibliis,* lib. i. Mſ. ibid. Pitſ. *De incarnatione Verbi,* lib. i. cap. xiii. " Praelibato tractatu de anima." Mſ. hujus princ. et argumenti extat in collegio Oriel. 35. ſed inſcriptio eſt, *W. de incarnatione,* etc. In Mſ. Merton. O vii. 3. inter alia hujus auctoris opera eſt *Expoſitio in Evangelium, In principio erat verbum,* etc. ubi multa hujus argumenti, ſed non principii. *Quaeſtiones de anima,* lib. i. " Utrum anima intellectiva ſit quoddam." Mſ. Oxon. in collegio Novo. 238. Et Mſ. perg. f. in coll. Omn. Anim. Q. vii. 1. Et Mſ. Baliol. xciii. Et Mſ. Merton. P. iv. 2. Art. *De peregrinatione,* lib. i. " In materia de peregri- " natione." Mſ. Merton. O. vii. 3. *De poteſtate ſacerdotii,* lib. i. " Ad ſacrificandum ut panem et vinum." Mſ. ibid. *De pluralitate beneficiorum,* lib. i. " Multa hujus argumenti " in determinatione *De ſuffragiis viatorum.*" Mſ. Merton. l. c. *Abbreviationes in Rob. Cowtonum ſuper* iv *libr. Sententiarum,* lib iv. " Utrum habitus theol. ſit." Mſ. ibid. et in bibl. Baliol. Mſ. L. 5. et coll. Lincoln. Arch. Auſtr. 12. Pitſ. *Quodlibeta abbreviata,* lib. i. " Utrum in di- " vinis eſſentialia ſint." Mſ. in coll. Lincoln. Oxon. Pitſ. Codici Baliolenſi L. 5. haec verba inſcripta ſunt: " *Quae-* " *ſtiones quodlibeticae* doctoris ſubtilis magiſtri Joannis " Dunſſe, quas abbreviavit doctor famoſus Joh. Sharp de " Hannonia [*Almania,* Mſ. in bibl. monaſt. Syon] qui fuit " ſocius coll. Reginae in univerſitate ſtudii Oxonienſis." Superfuit apud Reginenſes anno MCCCCII. A. Wood. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 117. *Quodlibeta diverſa,* lib i. *In quodlibeta Scoti,* lib. i. Hoc opus tranſcribi fecit Joh. Whethamſtede, dum ſcholaris Oxoniae fuit. Mſ. Cotton. Otho. B. 4. *Lectiones ordinarias,* lib. i. *Opuſcula logica,* lib. i. Mſ. Oxon. in coll. Novo et Merton. l. c. Pitſ. *De univerſalibus,* lib. i. " Quaeritur utrum aliqua ſunt uni- " verſalia in rerum natura." Mſ. Lamb. 69. 4to. et in collegio Novo Mſ. 238. *Quaeſtiones eorundem,* lib. i. *Abſtractum a Burlaeo ſuper Ethica,* lib. x. " Omnis ars et " omnis doctrina." Vide Mſ. in collegio Oriel. 35. Claruit anno MCCCXC. Bal. vi. 100. Pitſ. p. 546. Quidam Joh. Sharp preſbyter praeſentatus fuerat ad eccleſ. de Whitingham (archidiac. Richm.) 23 Maii MCCCLXIII. quam permutavit cum vicaria de Dalton in Fumes MCCCLXXVI. ita in *Regiſtr.* Richmond.

SHAXTON [NICOLAUS] natus in dioeceſi Norwicenſi, fuit collegii Gonvill. et Caii ſocius, et benefactor, ac praeſes hoſp. S. Aegidii Norwic. Parker. *Scelet. Cantabr.* A. MDXXXIII, Octob. 3, S. theol. prof. ad theſaurariam in eccleſia Sarum praeſentatus. A. MDXXXIV, 24 April. eleemoſynarius dom. Annae reginae praeſentatus ad praebendam Weſtmonaſt. Rymer. *Foeder.* xiv. 527. A.

MDXXXV, 22 Febr. electus episcopus Sarum; resignavit sedem hanc 1 Jul. MDXXXIX. A. MDLV sub Maria regina suffraganeus in dioecesi Eliensi factus. Extant sub ejus nomine Anglice, *Palinodia, continens* xiii *articulos facta in foro Ferrario* 16 *Jul.* MDXLVI *in confut. per Crowleum.* Lond. MDXLVIII. 12mo. Pr. tit. "The true copy of the submission." Pr. art. "Allmyghtie God by "the power of hys." Vid. Stow. *Histor.* 592. *Carmen ad uxorem pro incontinentia evitanda. Praef.* dictae *Confutationi* per Crowleum. Pr. "Receive this little ingredience." *Oratio ante lectionem S. Scripturae dicenda.* Pr. "O Lord Almighty, which long ago." Impr. in dorso tituli *Bibliorum Anglicanorum*, Southwark. MDXXXVII. fol. *Epistola Anglica ad Cromwellum*, apud Weaver. *Funer. Monum.* p. 102. Obiit in collegio Gonvill. et Caii A. MDLVI Aug. 4, et sepultus est in Sacello.

SHEFELDE [EDMUNDUS] vir nobilis ac regulus ex Lincolniensi patria oriundus, composuit inter caetera referente Grimoaldo *Sonettos* Italico more, lib. i. Nordovici demum in commotione rusticorum occisus fuit A. D. MDXLIX. Bale. part. ii. p. 106. Vide Nevilli *Kettum*, et Dugdal. *Baron.*

SHEPEIUS [JOHANNES] ab insula natalitia forsan cognominatus, episcopi Haymonis beneficentia a juventute educatus, et ab eo factus monachus Benedictinus Roffensis, et tandem A. MCCCXXXIII prior et S. theol. doctor Oxoniensis. Vir optimis moribus et conditionibus in scientia et literatura multipliciter insignitus. Whart. *A. S.* tom. i. p. 372. seq. Episcopus Roffensis A. MCCCLII electus, et A. MCCCLVI summus Angliae thesaurarius factus. Scripsit partim Oxonii, partim Parisiis *Sermones Vasconicos de tempore et sanctis*, lib. ii. Mf. in bibl. coll. Novi Oxon. 92. In principio hujus Mf. haec apponitur nota: "Liber magistri Will. Reed, episcopi Cicestr. cujus "partem primam et tertiam, quas scripsit ven. pater dom. Johannes de Schapeya episcopus Roffensis, emit de executoribus ejus; partem vero secundam emit de ven. patre Thoma Trylleck "episcopo Roffensi; sed quartam partem habuit ex dono reverendi dom. sui M. Nich. de Sand-"wico; quam Oxoniae reportari fecit. Oretis igitur pro . . . supradictis." *Sermones Vasconici de temporali et sanctis per D. Joh. de Schepeya excerpti cum tabula*; num. ciii. "Abjiciamus opera "tenebrarum." Videntur esse collecti ex vol. quodam *Sermonum*, quia columnae in margine apponuntur. *Sermones permixti de sanctis et temporali* Parisiis collecti; num. lxix. Pr. "Salutat "vos Lucas medicus." Sermones sunt completi: posteriores tamen xxix videntur esse pars tertii volum. Quinquagesimus est *Sermo in coena Domini* A. MCCCXLIII in eccl. Roffensi; quinquagesimus septimus in *Exequiis dom. Nic. Malameyn* MCCCCXLI; quinquagesimus octavus in *Exequiis dominae de Cobham* MCCCXLIV; sexagesimus die Cinerum apud Roffam MCCCLIII; sexagesimus primus in *Exequiis Stephani* . . . MCCCXLVII. Sexagesimus quartus ad crucem S. Pauli MCCCXXXVI. *Sermones editi, scripti, et praedicati per ven. patrem D. Jo. de Shepeya episcopum. Sermones Oxon. collecti per M. Nic. de Sandwyco.* Liber scholarium domus ven. patris dom. Will. Wykham episc. Winton. ex dono ven. patris Will. Reed episc. Cicestr. etc. *Sermonum volumen* iii *in univ. Oxon. habitorum.* Mf. bibl. coll. Merton. P. iii. 15. In principio hujus Mf. manu, ut videtur, Will. Reed, episcopi Cicestr. qui hunc librum ab executoribus dom. Joh. de Sheppeia emit, et collegio Merton. dedit, haec nota: "Tertium volumen *Sermonum* per dom. Joh. de Shepeia S. theol. D. monachum "Roffensem et postea ibidem episcopum pro suo tempore in universf. Oxon. collectorum." Unde patet Johannem hunc non auctorem, sed collectorem tantum fuisse *Sermonum*. Nomina auctorum sc. Gul. Hotoft, Manleverer, Wantage, Stanthaw, etc. saepe occurrunt. Nec tantum continet hic liber collectanea ex concionibus sacris, sed ex autoribus classicis, ex *Fabulis Aesopi*, ex *Senecae operibus*, *Virgilio*, *Theophrasto*, *Ovidio*, *etc.* Obiit 19 Octob. MCCCLX. apud manerium *The place* vulgo vocatum juxta Lambetham. Godw. p. 577. et Whart. *A. S.* tom. i. 378. Pitf. *App.* p. 881. In bibl. regia Westmon. Mf. . . . circa Rich. ii tempora script. continens opera jurisperitorum aliquorum Anglicorum sc. civilist. et canonist. ubi inter alia occurrunt duo opera brevia h. t. *Johannes Schepeye De ordine cognitionum.* Idem *De judiciis.*

SHEPESHEAD [JOHANNES] historicus Anglus scripsit, *Historiam de rebus Anglicis*, lib. i. Claruisse fertur A. MCCXLI. Pitf. p. 313. ex Jo. Stoo.

SHEPESHEVED [GULIELMUS de] monachus abbatiae de Croxton (sive Crokesden) in agro Staffordensi [Croxton fuit abbatia in agro Leicestrensi; Crokesden in agro Stafford. Shepishead oppidum in agro Leicestr. attamen abbatia Leicestr. fuit canonicorum Praemonstrantium; Stafford. autem monachorum Cistertiensium] Scripsit *Annales de rebus Anglicis ab* A. MLXVI *ad* MCCCLXXIV. Pr. "Anno incarn. Domini MLXVI ab initio mundi." Mf. Cotton. Faustina B. vi. 6. *Nomina monachorum* (Cistertiensium) *qui monasterium illud intraverunt.* Pr. "A. D. MCLXXVIII "Dominus Thomas de Wodestoke." Mf. ibidem. Ubi haec nota: "Willelmus de Shepische-"ved, qui haec nomina ad memoriam mortuorum et *Cronicas* sequentes ad solatium fratrum vivo-"rum compilavit."—*Chronicon* hoc continuatum ab aliis monachis. Claruit circa A. D. MCCCXX. Quidam Gul. de Shepished electus abbas S. Mariae Leycestriae 2 non. Octob. MCCLXX. Vid. Gul. Charite. Mf. Cotton. Hutton.

SHEPHARD [GULIELMUS] historiographus Anglus, scripsitque quaedam de rebus Anglicis. Pitf. Forsan idem est cum Gulielmo Shepesheved, qui, ut testatur Vossius, contexuit *Annales de Crokesden.* Mf. in bibl. Lumleiana. Incertae aetatis scriptor. Pitf. *App.* 858. Vossius, *De Hist. Lat.* p. 706.

SHEP-

SHEPHARD [JOHANNES] academiae Oxon. alumnus; artis musicae peritissimus, cujus facultatis doctoratu insignitus est MDLIV. Reliquit *Compositiones varias musicas*; quarum aliquae extant in libro *Divinorum officiorum et antiphonarum*, per J. Day, Lond. MDLXV, et per Jac. Clifford edito Lond. MDCLXIII. 8vo. Aliae Mss. habentur in archivis scholae musicae Oxon. *Fasti Oxon.* i. 80.

SHEPRAEUS [GULIELMUS] sive SHEPREVE, non longe ab Abendonia in agro Bercheriensi natus, scholaris collegii corporis Christi Oxon. admissus mense Februario A. MDLIV, postea socius, et A. MDLIX artium baccalaureus constitutus. Religioni pontificiae addictissimus, ad exteros trajecit, et Romam contendit, ubi ab archiepiscopo Bononiensi cardinali Paleotto benignissime exceptus est, et multos annos in ejus familia vixit. Romae S. theol. doctor creatus est. Scripsit *Miscellanea celebrium sententiarum Sacrae Scripturae*, vol. i. Ms. Fulm. *Commentarios in Epist D. Pauli ad Romanos, ex Latino, Graeco, Syriaco, Aethiopico*, vol. i. Ms. *Annotationes in D. Thomae Secundam Secundae a qu.* 47 *de prudentia ad* 97. vol. i. Ms. (Ms. Fulm.) *Notas in omnes Epistolas D. Pauli et Canonicas, de differentiis textus Latini a Graeco, et Syriaco*, vol. i. Ms. *Expositionem locorum difficilium in officio B. Mariae*, vol. i. Ms. *Connexionem literalem Psalmorum in officio B. Mariae virginis, et eorum corroborationem ex variis linguis Graeca, Hebraea, Syriaca, Chaldaica, Arabica, Aethiopica, etc.* Rom. MDXCVI. 4to. Obiit Romae in aedibus Severianis A. MDXCVIII. Pits. *App.* 859. *Athen. Oxon.* i. 291. seq.

SHEPREVE [JOHANNES] SHEPERY, sive SHEPRAEUS, in parochia de Radley juxta Abendon. com. Bercherien. natus; collegii corporis Christi Oxon. socius MDXXVIII constitutus, quinquennio exacto lauream magisterialem plaudente academia adeptus est. Mox factus est Graecae linguae in collegio illo praelector, dein Hebraicae regius professor A. MDXXXVIII. Vir memoria, poësi, et linguarum cognitione celeberrimus. Scripsit *Summam et synopsin N. T. distichis* ccclx *comprehensam*. Pr. "A priscis oritur Christus turbatur." Ms. C. C. C. Oxon. 266. Extat cura Joh. Parkhursti, Argentorati MDLVI. 8vo. Lond. MDLX. et Oxon. MDLXXXVI. 8vo. recognit. per Laur. Humphr. Extat etiam in *Gemma Fabri*, Lond. MDXCVIII. 12mo. *Hyppolitum Ovidianae Phaedrae respondentem.* Pr. pr. Ad M. Guadum. "Quem tibi non licuit, doctissime Gaude, li-" bellum." Pr. lib. "Reddo tibi miserae, quam das mihi Phaedra salutem." Ms. C. C. C. Oxon. 266. Evulgavit una cum *Praefatione* praelonga, argumentum epistolae cccl versibus comprehendente, Georgius Etheregius medicus Oxon. MDLXXXIV. 8vo. Antea impressum fuisse Oxoniae per Jos. Barnes asserit Lelandus *Collect.* iii. p. 214. Quaere tamen an in autographo Lelandi haec nota sit ejus, an Burtoni? *Vitam et Epicedion Johannis Claymundi Praesidis C. C. C. Oxon.* carm. hexam. et pentam. Pr. "Tristia quisquis ades." Ms. in coll. Corp. Chr. Oxon. 266. *Carmen de Christi corpore.* Hujus meminit Whitus in *Diacosio-Martyrion.* fol. 89. et Joh. Morwen in fine *Praefat.* ante translationem *Artemii*, etc. *Orationem in laudem Henrici* viii. Latine. Ms. in bibl. reg. Westmon. 16. A. ii. *Orationes duas ejusdem argumenti* Hebraice. Ibid. Ex Graeco in Latinum sermonem transtulit *Euripidis Hecubam. Senecae Herculem furentem.* Et *Basilii quaedam.* Obiit non Oxonii A. MDXLI, ut Bal. ix. 30. et Pits. p. 730. sed Amershamiae in com. Buckingham. mense Julio A. MDXLII. A. Wood. ex *Epist. Etheregii* in *Praefat.* ad Hippolitum vel MDXLIII. White in *Diacosio-Martyr.* p. 86. *Athen. Oxon.* i. 60. seq. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. p. 233. Vid. Lelandi *Encom. et troph.*

SHERREY [RICHARDUS] Londinensis, semi-commensalis collegii Magdal. Oxon. circa A. MDXXII, postea scholae grammaticalis vicinae magister, et A. MDXXXI artium magister constitutus. Scripsit *A treatise of schemes aud tropes*, lib. i. Pr. ded. mag. Thomae Brooke. "I doubt " not but that the title." Lond. MDL. 8vo. Transtulit e Latino in sermonem Anglicum. *Erasmi declamationem de pube instruenda.* Pr. "If thou wilt hearken unto me." Lond. MDL. 8vo. *Joh. Brentii homilias in caput* vi *Johannis.* Pr. ded. domino Wentworth. "When I had finished this " treatie." Lond. MDL. 8vo. *Epistolam S. Basilii M. ad Gregor. Nazianzenum de vita monastica.* Lond. per Joh. Day . . . 8vo. Claruit Londini A. MDL. Bal. par. post. p. 107. *Athen. Oxon.* i. 78.

SHERWYN [RADULPHUS] ipsius fundatoris gratia inter primos dom. Gul. Petre scholares in collegio Exon. Oxonii electus, ubi philosophiae et artibus humanioribus operam dedit sedulam. A. MDLXXIV artium magister, et in comitiis ipsius anni senioris magistri partes obivit. Postea solum vertit, et Duaci theologicis studiis se totum applicuit. Hinc Romam profectus est; inde rediens Remense collegium frequentavit A. MDLXXX. Marlot. *Hist. Rhem.* ii. p. 838. Paulo post in patriam reversus, Londinique comprehensus et carceri mancipatus, tandem capitali supplicio affectus est apud Tyburniam secus Londinum 1 Dec. MDLXXXI. [1 Sept. MDLXXXIII. Stow.] Scripsit *Discourse in the tower of London with Edm. Campian the Jesuit. An account of the disputations in Wisbich Castle, between Will. Fulke of Cambridge, and certain Rom. priests, who were prisoners there.* Utrique Mss. olim extabant penes Ric. Stanihurstum. *Epistles and letters to divers persons.* Quarum duae extant in *Concertatione ecclesiae catholicae.* Aug. Trev. MDXCIV. fol. 71. seq. *His opinion about justification, delivered at his execution.* Pr. "I acknowledge that in me." Printed with Peter White's *Animadversions* on it. Lond. MDLXXXII. 12mo. Pits. p. 778. *Athen. Oxon.* i. 209.

SHETH [HELIAS] patria Hibernus; academiae Oxoniensis alumnus. Scripsit *Carmina varia.* Claruit A. MDLXX. *Athen. Oxon.* i. 166.

SHIN-

SHINGLETON [ROBERTUS] patria Lancastrensis, in academia Oxon. in studiis philosophicis institutus fuit. Ob censuram temporum et hominum A. MDXLIII coram certis episcopis Londini palinodiam canere coactus fuit. Scripsit *Of the seven churches. Of the Holy Ghost. Comment-on, or explication of certain prophecies.* Ob convitia quaedam huic ultimo libro inserta, mortem passus est Londini 7 Mart. A. MDXLIV, 35 Henr. viii. *Of the seven ages of the World.* Pr. ded. reg. Henr. viii. "Pleasith your graciouse." Mf. bibl. reg. Westmon. Bal. par. post. p. 105. *Athen. Oxon.* i. 65.

SHIROBURNUS [a] philosophiae et theologiae cultor plane sedulus, et in scholasticis disputationibus tam acer, expeditus, acutus erat, ut laudem facile a studiosis omnibus emereretur. Extant hujus *Quodlibeta*, opus eo saeculo memorabile, quale et Harchelegus circa haec tempora edidit. [b] At [Harchelegus] Shireburnus, Ceicastrensis episcopus, vir longe alius notae; ut qui bonis artibus elimatam eloquentiam terse adjunxerit, et in rebus, quas praeclare gessit, nescio quid Italicum expresserit: unde et merito his nostris temporibus justam nominis gloriam consecutus est. Ex *Lelando.*

[a] Valde hallucinatus est Baleus, qui ex his Lelandi verbis Shiroburnum philosophum, eundem esse cum Roberto Shirburn, episcopo Cicestrensi tradit. "Rob. Shirburn "installatus fuit praebend. de Whitchurch eccl. Well. 20 "Maii MCCCCXC. archidiac. Taunton 16 Dec. MCCCCXCVI." Vid. *Regiftr.* Well. Decanus London. Wharton. *De episcop. Lond.* 232. Robertus Sherburn, filius nothus regis Ric. ii. Dodsw. 120. f. 14. "In coll. Novo Oxon. educatus, ad episcopatum Menevensem, post multas legationes feliciter functas, anno MDIV evectus, inde ad "Cicestrensem anno MDVIII translatus. Obiit vir munificentissimus 21 Augusti, anno MDXXXVI, aetatis 90." Godw. p. 560. Vide Mf. collegii Novi Oxon. num. 313. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 130. b. Bal. xi. 79 et Pitf. *Append.* p. 908. [b] Mf. Trin Lel. incipit:—"Shirburnus Cicestrensis episcopus, vir talis erat, ut qui," etc.

SHIRBURN [GULIELMUS] philosophiae ac theologiae cultor plane sedulus, tam expeditus erat in disceptationibus scholasticis, imo tam acer et acutus, ut facile laudem a studiosis omnibus demereretur. Ejus extant *Quodlibeta theologica*, lib. i. Quod hujus hominis opus eo seculo memorabile fuit; quale et Harkeleius circa haec tempora edidit. [Mf. Leland. Trinit. fol. 110. inter Tho. Ringsted et H. Harkeley] Claruisse fertur anno gratiae MCCCXC. An rector ecclesiae de Fulham fuerit, ut Newcourt. i. 607. afferit, videant alii. Bal. xi. 26. ex Lelando. Pitf. p. 553. seq.

SHIRLEY [JOHANNES] armigeri filius, qui multas exteras regiones itinerando emensus est. Collegit opera Geofr. Chauceri, Johannis Lydgate et aliorum virorum eruditorum. Quae in diversis voluminibus conscripta fuerant. Stowus ea se vidisse refert. *A boke cleped the abstracte brevyaire compyled of divers balades, roundels, virilays, tragedyes, envoys, complaints, moralites, storyes practysed, and eke devysed, and ymagined, as it sheweth here followyng, collected by John Shirley.* Mf. Ashmol. 59. ii. *A most pyteous cronycle of thorribill dethe of James Steward, late kynge of Scotys, nought long agone prisoner yn Englande yn the tymes of the kynges Henrye the fift, and Henrye the sixte, translated out of Latine into oure mothers Englishe tong bi your simple subject John Shirley.* Mf. penes Rad. Thoresby. *Ducat. Leod.* p. 530. *The boke clepyd* Les bones meures *translated out of French by your humble serviture John Shirley of London* MCCCCXL, *comprised in* v *partes. The first partie spekith of remedie that is agaynst the sevyn deadly sins. 2. The estate of holy church. 3. Of prynces and lords temporall. 4. Of comone people. 5. Of deth and universal dome.* Mf. in eodem vol. quod olim ad abbatiam de Selby pertinuit.

SHIROVODUS [GULIELMUS] sive SHIRWOOD, prima literarum incrementa accepit apud Isiacos in collegio Universali, quod ab Alfrido Magno, Anglorum rege, devictis truculentissimis Dacis, in gratiam bonarum artium institutum fuisse constat; secunda vero, quae et multo maxima fuerunt, Lutetiae Parisiorum, ubi longiuscule studuerat, accepit. Ita, utrimque comparata solidae eruditionis supellectile bene splendida, in Angliam non sine fortuna comite reversus est. Nam statim Lindensis, vel Lindocollinensis ecclesiae cancellarius [a] designatus fuit; qua dignitate tam recte usus est, ut magistratui dedisse potius honorem, quam ab illo accepisse videretur. Non enim vulgus canonicorum sequebatur, qui nacti fortunam uberiorem, se totum luxui, splendori, ventri, nulla habita honesti ratione, committunt; quin potius virtutes, et purioris notae disciplinas, quibus ante assueverat, tanquam res nullo morituras tempore, impendio promovebat. Possem hic multa, et ea quidem non levia, in medium adducere, quae fidem verbis meis facerent; brevitatis tamen gratia tantum unum, sed clarum, nobile, magnum, apponam. Florebant utcunque scholae, ab Alfredo rege Oxonii institutae, usque ad tempora Haroldi ejus appellationis primi; qui ut Dacus barbarus et immanis erat, ita ex nulla aut levi admodum occasione aedes scholasticis consecratas violavit, spoliavit, deturpavit: et, quod majus est, praedia omnia in honestissimos academiae usus data, spreta antiquarum donationum autoritate, prorsus abstulit: Illud certe sibi visus est beneficii loco fecisse, quod scholasticis collegii Universalis nudam domum habitandam reliquerit. Torquebat haec collegianos jactura, qui praeter male reparatas aedes usque ad imperium Henrici tertii Angli ne unciam quidem certi stipendii habebant. Quo tempore Shirovodus tam durum paupertatis telum insigni sua liberalitate excussit, erogato auro, quantum novis agris coemendis sufficiebat [b]. Atque haec fuit hominis erga Oxonienses pietas, quam Joannes Rossus, alias Rufus, Gaurovicensis,

[a] Thesaurarius. Rog. Bacon. ep. Clem. v. Vide Lelandi *Coll.* ii. 288. anno MCCLX. *Reg.* Lincoln. Inett.

[b] Quae de restaurando coll. Universitatis narrat Lelandus, ascribenda sunt Gul. de Dunelmia, qui diversus fuit a Gul. de Schirwood. Vide *Hist. et Ant. Univ. Oxon.* lib. i. 44. ii. 55. 56. 62.

rovicensis, in libello *De academiis Britannicis* mirum in modum extollit. Audivisti, humanissime lector, testimonium munificentiae plane honorificum. Quod sequitur tamen, de ejus eruditione elogium honorificentius est; cum quod literae fortunis praeferendae, tum etiam quod magnum aliquid a viro excellentis judicii, qualis fuit Rogerus Baconus, approbari. Is etenim in libello *De laudibus mathematicae artis*, Clementi iv, pontifici Romano, dedicato, quem ego nuper Oxonii in Maridunensi bibliotheca vidi, ita: "Shirovodum laudat, ut, quantum ad variam scientiarum cog- "nitionem pertinet, facile illi palmam tribuat [c]." Sed hic in loco lector admonendus est, hujus saeculi scriptores negligentissimos in illustrium virorum cognominibus fuisse; usque adeo, ut frequenter a loco natalitio, non raro etiam a dignitate, suppresso proprio nomine, aliud mutuo, sed parum apte, ad sumptum infarciverint. Qua parte Rogerus Baconus, vir alioqui inter doctos doctissimus, deliravit; qui pro Gulielmo Shirovodo, dignitati hominis applaudens, Gulielmum cancellarium Lincolniensem inscripsit. Fuit hic error id temporis tam communis, ut veniam certe mereatur. Ego tamen per omnes musas sanctissime dejerare ausim, nihil in toto hoc esse opere, quod me magis torserit, quam scriptorum crassa in supprimendis cognominibus incuria. Et ne longius petatur exemplum, quid incertius quam Gulielmum Shirovodum in Gulielmum Cancellarium Lincolniensem transformasse? cum Gulielmus sit praenomen multis commune; cujus tamen appellationis praeter Shirovodum in ecclesia Lindensi plures forsan fuerunt, atque adeo futuri sunt cancellarii. At totus hic, quantus quantus est, error monachorum et fraterculorum est; qui non contenti suis nominibus, nova vocabulorum portenta excogitaverunt. Vellem nunc quidem tantum uno contentus exemplo, ad finem properare, nisi aliud me pallio apprehenderet, juberetque paulum pedem sistere. Matthaeus, si recte memini, Parisius in Henrico iii, accuratis verbis Gulielmum de Dunelmo, virum literatissimum, celebrat; quem scribit Romae fuisse, atque quondam electum in archiepiscopum Rothomagensem; sed in suo ab urbe reditu, anno a Christo nato MCCXLIX obiisse, et Rothomagi sepultum esse. Hunc non ausim certo adfirmare eundem esse Gulielmum, de cujus vita nos in praesentia agimus; sunt tamen non pauca, quae mihi conjecturam faciunt. Nam tempora primum conspirant; tum praeterea facile adducor, ut credam, Matthaeum Parisium a Dunelmo, ubi Gulielmus archidiaconus fuit, cognomen, sed minus proprium, mutuo sumpsisse. Sed sint hae nudae tantum conjecturae: quare nos calamum alio transferemus, dicturi de uno et altero Shirovodo, scriptoribus non indoctis, memoriae tamen recentioris. Quorum Joannes [d], qui prior aetate, floruit, regnante Edovardo quarto; Rochoque, monacho Cartusiano, propter studiorum similitudinem (nam uterque musas amoeniores coluit, et carmina quam lubentissime cecinit) conjunctissimus erat. Hujus crediderim versus esse, quos nuper Shirovodi titulo in Fontensi coenobio legi [e]. Fuit aliquamdiu in Italia, et Angli causas egit: quo etiam tempore Graeca exemplaria, quorum studiosissimus erat, sibi comparavit, et in Britanniam advexit. Post multos vero annos Cuthbertus Tunstallus, doctissimus episcopus, doctissimi Shirovodi, episcopi Dunolmensis, Graecos thesauros Acholandiae reperit [f]. . . . . Dixerit nunc aliquis, satis exspatiatum esse me in hoc campo; at ne verbo quidem uno significasse, num Gulielmus Shirovodus aliquid librorum scripserit. Ergo, ut per omnia lectori etiam curioso satisfaciam, non recusabo aliis ostendere, quod in hac parte mihi cognitum. Fui duobus abhinc aut eo amplius annis Iscae Devoniorum. Ibi in bibliotheca Dominicanorum reperi librum *Super Sententias*, Shirovodi nomine inscriptum. Vidi etiam Grantae in publica bibliotheca *Distinctiones theologicas*, ejusdem Gulielmi opus [g]. Ecce jam sunt aperta omnia, quae mihi cognita de hoc autore. Siquis tamen sit, cui plura aut certiora nota sunt, ea veluti colophonem huic nostro labori addat [h]; tantumque aberit, ut gratias merito maximas non agam, ut me, siquem alium, promptum, facilem, benevolum auditorem habeat. Ex *Lelando*.

[c] Rogerus in Praef. *Operi minori* ad Clem. iv. sic scribit: "Quod adjicio probare potestis per sapientes famo- "siores inter Christianos tempore praesenti; quorum unus "est Fr. Albertus de ordine Praedicatorum, alius est ma- "gister Gul. de Shirewoode, thesaurarius Lincolniensis ec- "clesiae, longe sapientior Alberto; nam in philosophia "communi nullus major est eo." Vid. Twin. *Apol. antiq. acad. Oxon.* lib. ii. 240. [d] Joannes Shirwood, coll. univ. Oxon. alumnus, episcopus Dunelmensis creatus A. MCCCCLXXXIII. Godwin. S. th. professor, Dodsw. 131. ex *Registris* Ebor. fuit cancellarius ecclesiae cath. Exon. MCCCCLX. *Reg.* Epp. Oxon. F. f. 112. Archidiaconus Richmond. prius, ut ex libris ejus plurimis videre est in bibl. C. C. C. Oxon. Ita Mf. nota Twini in marg. Balei. Ad quam dignitatem admissus 14 Jul. MCCCCLXV. Factus praeb. de Masham. in eccl. Ebor 7 Aug. MCCCCLXXI. A. Wood. Mf. C. 59. S. th. professor, praebendarius de Thorp in ecclesia Rippon. 26 Feb. MCCCCLXVI. Ib. 85. Collat. ad ecclesiam de Haukridge (dioec. Well.) 1 Apr. MCCCCLXXIII. Ibid. 101. Fuit custos hospitii S. Nicolai in suburbio Ebor. 2 Mar. MCCCCXLIX a rege Henr. vi ratificatus; testibus literis patentibus. It. magister hospitii S. Edm. de Gateshead 19 Maii 7 Edw. vi. Vid. lit. patent.

[e] Scripsit *Epitomen de ludo arithmomachiae*, lib. i. ad cardinalem S. Marci, Angl. protect. in cur. Rom. "Cum, "reverendissime pater ac amplissime." Script. in cur. Rom. MCCCCLXXXII, ubi auctor fuit protonotarius sedis apostolicae. In pr. luget mortem Georgii Nevill, arch. Ebor. promotoris sui. Mf. in bibl. Ashmol. ii. 344. D. Bellous significavit mihi (inquit Lelandus *Coll.* tom. iii. p. 38.) Johannem Shirovodum scripsisse opusculum *De laudibus Angliae*, carmine. [f] Ex vivis excessit circa A. D. MCCCCXCIV. Godw. ii. p. 135. Bal. x. 61. Pitf. *App.* p. 882. [g] Scripsit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. Mf. Lel. Trin. *Distinctiones theologiae*, lib iv. Mf. Lel. Trin. *Conciones aliquot*, lib. i. [h] In vivis agebat cancellarius Lincoln. anno MCCLIX. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 61. Bal. iv. 9. Pitf. 321.

SHIRWODE [ROBERTUS] Coventriae in lucem editus. Oxoniae literas humaniores et theologicas addidicit, ubi (si Baleo et Pitseo fides, *Registra* enim tacent) S. theologiae doctoratu insignitus erat. Lovaniam profectus, Hebraicae linguae praelector loco Roberti Wakefeld, Angli, constitutus est circa A. MDXIX. Scripsit ad Joh. Webb, priorem Coventriae, *Librum Hebraeorum concionatoris*,

cionatoris, seu Ecclesiasticen, nuper ad veritatem Hebraicam recognitum, cum nonnullis annotationibus Chaldaicis, et quorundam Rabbinorum sententiis textus obscuros aliquos literaliter explanantibus, lib. i. Pr: "Nescio profecto quo fato contigit." Antverp. MDXXIII. 4to. *Conciones varias*, lib. i. Claruit A. MDXXIII. Bal. xi. 90. A. MDXXX. Pits. p. 706. *Athen. Oxon.* i. 25. seq.

SHUPTON [THOMAS] doctor in jure civili. Scripsit quaedam *De constitutionibus. De rescriptis In Clementinas. De judiciis.* Quae omnia Mss. habentur in bibl. reg. Westmon.

SHUTE [JOHANNES] transtulit in linguam Anglicanam ex lingua Italica *Andreae Cambini Florentini de origine Turcarum*, lib. i. *et de eorum bello* [pars haec non fuit scripta a Cambino] *contra Georgium Scanderbegium.* Pr. ded. dom. Ed. Fynes dom. Clynton. "For as muche, right "honourable, as the office." London. MDLXII. 4to. A. Wood. *Cat.* i. 9. Transtulit ex Lat. in Anglic. *Christianae instructionis per Petr. Viretum partem priorem.* Pr. ded. tr. dom. Rob. Dudleio eom. Leicestr. "When Hannibal a manifold." London. MDLXV. 4to. In *Praefatione* epistolam longam conscripsit contra Pontificios. Quidam Johannes Shute pictor Londinensis obiit 25 Sept. MDLXIII, et sepultus est in ecclesia S. Edmundi in vico Lumbardorum. Stow. p. 221. Hic in *Epitaphio* Anglicano laudatur ob scientiam variam, praecipue ob peritiam in arte architectonica: et memorantur ibidem opera quaedam ab eo edita.

SHUTE [JOHANNES] pictor et architectonicus, scripsit Anglice *De principiis artis architectonicae*, Lond. MDLXXXIV.

SIDNEIUS [HENRICUS] ex nobili et antiqua familia Sidnaeorum de Cranleigh, in comit. Surriensi (War. de Penshurst in comit. Cantiae) oriundus. Literis academicis imbutus in collegio Novo Oxon. ad aulam se contulit, ubi comes erat Edwardo principi, postea regi, qui eum maximo prosecutus est amore. A rege Edwardo vi creatus est eques auratus, et missus est legatus anno aetatis 22 ad regem Franciae; quo munere optime functus est. Sub Maria regina factus est Hiberniae pro-quaestor; justiciarii etiam munus bis solus obiit, et semel cum Hugone Corwino, archiepiscopo Dublinienfi. Ab Elizabetha postea factus est Walliae praeses, semel justiciarius Hiberniae, terque ejusdem regni prorex, ac ordine aureae periscelidis ornatus. War. Scripsit Anglice *Piam ad Philippum Sidnej. filium suum admonitionem*, Lond. MDXCII. 8vo. *Ad eundem Philippum epistolas duas.* Extant in collect. epistolarum ad finem *Vitae Jacobi Usserii* London. MDCLXXXVI. fol. *Epistolam unam ad Philippum filium.* Pr. "I have received 2 letters." Mf. Ashmol. 826. xcix. *Epistolam unam Anglicam ad D. Joh. Parkhurst episc. Norwicen.* Mf. Norwic. More 125. *Miscellanea de rebus Hibernicis*; *epistolae sc. ad reginam*, *consilium sacrum*, etc. Mf. Cotton. Titus B. 10. *Statuta regni Hiberniae usque ad sua tempora* typis mandavit. *Vita* hujus Henrici ab Edm. Molineux scripta extat apud Hollinsh. vol. iii. p. 1548. Obiit in palatio episcopali Wigorniae 4 Maii MDLXXXVI, et humatus est apud Penshurst in comit. Cantiano. Thomas White DD. preached the sermon at the funeral of Sir Henry Sidney. Lond. MDLXXXVI. 12mo. War. p. 136. *Athen. Oxon.* tom. i. 224. seq. Fuller's *Worthies* ii. 75. Hol. *Heroolog.* p. 68. Hooker, *Contin. Chron. Hibern.* p. 110, et 150. Hollinsh. vol. ii.

SIDNEIUS [PHILIPPUS] filius dom. Henrici ordinis aureae periscelidis equitis, Hiberniae proregis, et Walliae praesidis, natus apud Penshurstam in com. Cantiae 29 Nov. MDLIV, in aede Christi Oxon. literas humaniores perdidicit. Dein anno aetatis 18 peregre profectus est, et per triennium Galliam (tempore lanienae Parisiensis A. MDLXXII. Diggs *Embass.* p. 250.) Germaniam, Hungariam, Italiam, et Belgium perlustravit A. MDLXXVI legationem obiit ad Radulphum imperatorem. A. MDLXXX in secessu ab aula regia *Arcadiam* suam contexuit. A. MDLXXXV a regina Vlissingae et equitum Anglorum ad Belgas militantium praefectus constitutus est, in quo munere ex vulnere in proelio Zutphanensi 22 Sept. MDLXXXVI accepto mortem obiit 16 Novemb. (17 Octob. Hollinsh. iii. 1579.) Arnheimiae. Corpus ejus in Angliam transvectum in ecclesia cathedr. S. Pauli London. magna cum celebritatis pompa tumulabatur. In Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. p. 331. extat *Epistola* comitis Leicestriae ad archiep. M. Parker *pro licentia pro filio suo Phil. Sidney ad comedendum carnem tempore quadragesimali*, A. MDLXVII. Scripsit *The countese of Pembroke's arcadia*, lib. vi. "Here now have you." Multoties impress. London. fol. et 4to. editio sexta cum *Supplementis* D. Gul. Alexandri ad tertiam partem, London. MDCXXVII fol. Undecima et ultima editio cum *Additamentis* G. M. W. A. et R. B. prodiit Lond. MDCLXII. fol. Gallice extat a J. Baudoin. Paris. MDCXXIV. iii vol. 8vo. Et Germanice. . . Et recentiore stylo donata a domina D. Stanley. Lond. MDCCXXV. fol. *A dissasive letter to queen Elizabeth her marriage with Monsieur of France.* Pr. "Most feared, etc. To seek out excuses." Extat in *Scriniis Cecilianis*, London. MDCLXIII. 4to. *Cabala*, Lond. MDCLXIII. fol. p. 363. *Astrophel et Stellam.* Pr. "Loving in truth and fain." Lond. MDXCI. 4to. Ad finem *Arcadiae*, Lond. MDCXXVII. *An apology for poetry.* Pr. "When "the right virtuous." London. MDXCV. 4to. Ad finem *Arcadiae*, London. MDCXXVII. *Sonnets. Remedy of love.* Extant ad finem ultimae editionis *Arcadiae* MDCLXII. fol. *Ourania, a poem.* Lond, MDCVI. edit. per N. B. *An essay upon valour.* Pr. "Valour towards men is an." Extat inter Cottoni *Posthuma* Lond. MDCLI. 8vo. p. 321. Ab aliis dom. Thomae Overbury adjudicatur. *Almanzor et Almanzaida, a novel.* Lond. MDLXXVIII. 8vo. An ejus sit dubium est. *England's Helicon, or a collection of songs.* Lond. . . 4to. *Instructions describing what speciall observations are to be taken by travellers in all nations, states, and countries.* . . 12mo. *Epistolam ad fratrem de usu peregrinationis.* Pr. "My good brother, you have thought." Mf. bibl. coll. Univ. Oxon. L. 13. Mf. Norwic. More. 110. *Miscellaneous tracts*, Lond. MDCXXVIII. fol. In

rythmos Anglicanos redegit *Psalmos Davidicos*. Mss. in bibl. com. Pembroch. Wiltoniae. *De metaphrasi Psalmorum Davidicorum* ab hoc Philippo incepta vid. Gil. Logonomia. Ch. xxviii. p. 147. E Gallico Anglicum fecit magnam libri partem Philippi Mornaei *De veritate Christianae Religionis*. Perfecit Arthur Golding et edidit Lond. MDLXXXVII. MDXCII. 4to. Et Lond. MDCIV cura Thomae Wilcocks. De hujus Phil. Sidneii nobili nativitate, educatione, vita et morte ac virtutibus singularibus Dominus James Parrat scripsit librum. Howes *Continuat. Stowi*. p. 806. Vid. *Hist. Ant. Oxon*. ii. 265. Blunt. pag. 583. *Epitaphia tria* carm. Angl. in *The Phoenix-nest* edita a R. S. Lond. MDXCIII. 4to. *The manner of the whole proceeding at the funeral of Sir Phil. Sidney, which was celebrated at St. Paul's Cathedral*. 16 Febr. MDLXXXVI *in the self same order as the mourners were marshalled by Rob. Cook, alias Clarencieux, drawn and invented by Thomas Lunt gent. and graven in copper by Theod. de Bry*, London. MDLXXXVII, 13 *or* 14 *yards long, drawn of* 34 *copper plates finished* MDLXXXVIII. Mus. *Brit. Histor. Exequiae dom. Phil. Sidnei memoriae ab acad. Oxon. impensae*. Oxon. MDLXXXVII. 4to. *Acad. Cantabrig. lachrymae tumulo D. Phil. Sidnaei sacratae per A. Nevillum*. Lond. MDLXXXVII. 4to. *Peplus Phil. Sidnaei ab alumnis Novi collegii textus*. Oxon. MDLXXXVII. 4to. *Athen. Oxon*. i. 226. seqq. Fuller's *Worthies*, ii. 75. Holland. *Herool*. p. 71. Edm. Molineux apud Hollinsh. vol. iii. p. 1553. seqq.

SIGEBERTUS REX [a] Reodwaldi, orientalium Anglorum regis, filius, jure quodam suo locum in illustrium *Catalogo* virorum poscit; non quod aliquid posteritati editis a se libris tradiderit [b], sed quod bonas literas, literatus et ipse, in Britannia sepultas, tanquam ab orco, in lucem revocaverit. Quare operae pretium videtur talis ac tanti principis vitam paulo altius repetere. Sigebertus itaque adolescens ad publicas scholas, incertum a patre, an a Corpovaldo, fratre suo, in Galliam missus, ita Christianae religionis mysteria una cum doctis artibus imbibebat, ut cuncti de ejus indole spem multo maximam conciperent. Dumque sic in Gallia virtuti sedulo operam daret, Corpovaldus, ejus frater germanus, qui mortuo patri in imperium Ostroanglorum successit, a Ricberto tyranno, cum jam fidei sacramentis initiatus fuisset, occisus est. Quae calamitas in causa erat, ut Ostroangli, qui inceperant de religione Christi bene sentire, per tres postea annos in cultu idolorum perstiterint. Adfuit tamen Deus aliquis, qui tandem casum gentis miseratus acerbum, aut revocavit, aut a suis revocari jussit Sigebertum, virum et Christianum, et ad imperium natum. Rediens igitur, avitum regnum accepit, non sine summo populi cum gaudio, tum applausu. Utque erat ipse optime institutus in rebus omnibus, quae vel ad religionem, vel ad literas pertinent; sic praeter caetera cupiebat gentem etiam sui quam maxime similem facere. Fidem tamen eruditioni praeferens, ab ea, tanquam a re adprime necessaria, feliciter auspicatus est. Venerat circiter haec tempora in Cantium ad Honorium archiepiscopum Burgundus quidam, nomine Felix, vir cum doctissimus, tum sanctissimus; et qui non alio in Britanniam transfretaverat nomine, quam ut pomoeria Christianae urbis latissime promoveret. Honorius autem, laudato hominis proposito, utpote undecunque sancto, transmisit illum ad Sigebertum, talia jamdudum meditantem; a quo tanta cum humanitate acceptus erat, quantam hospes nemo facile expectare poterat. Agnovit Burgundus optimi principis erga se benevolentiam; et aliquo modo respondere cupiens, animum in hunc scopum intendebat, nempe ut Ostroanglos bonae vitae exemplis, et sana fidei doctrina Christo adquireret. Non defuit tam pio animo suus successus. Nam Ostroangli fidei praecepta edocti, se totos Deo O. M. consecraverunt; princepsque impendio delectatus apostoli et episcopi sui sanctitate, sedem ei de more statuit in litorali sed antiqua Sudovolcarum civitate; quam Ostroangli veteres quidem illi, ut ex numismatum inscriptionibus apparet, DONMOC appellabant; sed postea, invalescente episcopi autoritate, FELIXSTOW a vulgo, et a doctis *Felicia* dicta est: nostra tamen aetas reliquias urbis olim magnae, at nunc longa maris violentia multum diminutae, DUNEWIC vocat, et nos, ut Latinius personet, *Dunovicum*. Hactenus de fundamentis piae religionis bene jactis. Nunc vero locus postulat, ut ostendam, quo pacto literas in Britannia mortuas resuscitaverit. Viderat Sigebertus in Gallia literarum in publicis scholis exercitia, quae ingenuorum adolescentum animos, ad res clarissimas anhelantes, pulcherrime exacuebant: ideoque cum suo egit Felice, ut et Ostroangli simili fruerentur felicitate. Quid multis moror? Laudavit mentem docti regis erga bonas artes tam liberalem. Deinde communi consilio locum studiis aptissimum, Grantam nomine, decernunt. Fuit Granta [c] antiquitus, florente Britannia, urbs celeberrima, nomenque a Granta fluvio praeterlabente sumpsit; sed, ingruente Saxonum violentia, adeo tota concidit, ut Beda GRANTACESTRE civitatulam desolatam vocet; nec aliud hodie est, quam pagus humilis, solo nomine retento, ubi olim nobilis civitas. Non tamen omnis ejus gloria ita obscurata est, quin ex ruinis depopulatae urbis nova, et quidem pulcherrima emerserit, quam Angli in imperio utcunque confirmati, posuerunt etiam in ipsis Grantae ripis, uno a veteris stracturae loco milliario, atque a fluvio et ponte, quem sua lingua BRIDGE vocabant, GRANTBRIDGE appellaverunt: quanquam nunc a vulgo, sed corrupte, CAMBRIDGE [d] vocatur. Vides, candide lector, quo me Grantae antiquitas rapuit. Ad scholas igitur, unde abii, redeo.

[a] Sigebertus Pius dictus a Bal. et Pits.

[b] Baleus et Pitseus eum scripsisse tradunt, *Legum instituta*, lib. i. *Epistolarum*, maxime ad Desiderium episcopum Cadurcensem, lib. i. "Culminis vestri paginam." Extant duae ad Desiderium in Canisii *Antiq. Lect*. tom. v. P. ii. p. 544. 548.

[c] De Grantae antiquitate videsis Twinum in *Antiq. Oxon*. l. i. sec. 52. Parker. in *Honorio*. Camden. in *Britan*. p. 357. alias 433. Harrison. l. ii. c. 2. Polyd. in *Sigeb*. l v.

[d] Vide Lelandi *Carmina de antiquitate Cantabrigiae*, p. 76. Bedae *Hist*. l. iii. c. 18. et Burton. *Com. in Anton*. p. 201. in CAMBORICO.

Designato

Designato autem loco studiosae juventuti commodissimo, alia restabat cura, nempe ut aedes, paedagogos, stipendia compararet. Quae omnia nunquam satis laudatus princeps tam accurate fecit, ut nullis impensis aut laboribus pepercerit. Atque haec quidem origo, ut ego a doctissimis, juxta ac fidelissimis autoribus didici, Grantanae academiae, quae ex parvis, sed felicibus initiis in tantam excrevit cum magnitudinem tum gloriam, quantum nostrum hoc saeculum, si quis literas spectat, undicunque aureum, admiratur, suspicit, veneratur. Ex hac etenim academia, regnante illustrissimo rege Henrico octavo, tot insignes viri non modo in tribus linguis, verum etiam in omni disciplinarum genere ad unguem eruditi prodierunt, quot totam late Britanniam pristinae eloquentiae, quam olim a Romanis accepit, restituerunt. Nihil mehercle fingo, et testis optimus esse possum, ut qui Grantae, in collegio Christi nomini sacro, bonis artibus operam dederim, quo tempore haec felicitas claruit. Sed quid hoc rei est, quod alio properantem me Granta revocet? Certe aliquando libellum vidi (non illum intelligo Grantae nuper a quodam Germano, rhythmis Anglicis impressum) Latine scriptum, sed incerto autore [e], qui tam multa et magnifica de antiquitate Grantani gymnasii praedicat, ut a nullo fere fidem mereatur. Attamen vix adducor, ut credam antiquae Grantae olim fuisse celebres scholas, in quibus, Britannis unice cum Romanis conspirantibus, viri eruditionis selectae doctas artes una cum linguis profitebantur. Quanquam ab hac sententia non admodum abhorret Joannes Rossus, Verovicanus, in libro *De academiis Britannicis*; quamvis alias libellum, de quo modo locutus sum, telis omnibus impugnet. Hinc forsitan Sigebertus, audita rei antiquitate, novae Grantae novas scholas; quemadmodum post aliquot saecula Alfredus rex ad *Vadum Isidis*, id est, Oxonii, posuit. Quid, quod Eadveardus senior, Alfredi patris sui nobile secutus exemplum, fertur Grantanam academiam regia reparasse munificentia? Nunc iterum a literis ad rem Christianam. Fursaeus quidam Scottus, vir magnae eruditionis, simul et sanctitatis, ad Ostroanglos, jam fidei initiatos, venit: quem Sigebertus, quia sincere et indefessa diligentia plebi Evangelium praedicabat, non modo tenere dilexit, verum etiam Cnobheroburgo, castello maritimo, donavit; in quo statim Fursaeus, annuente rege, monasterii fundamenta jecit, quod postea a principibus Ostroanglorum auctum in immensum fuit. Denique, cum optimus princeps haec et hujusmodi multa alia nunquam moritura rite fecisset, Ecgrico, cognato suo, regnum commendavit, vitamque monasticam totis votis secutus est. Postea tamen nescio quis malus daemon tam sanctam illi invidebat quietem. Nam Penda, tyrannus Merciorum, Ostroanglis bellum indixit; cujus illi cum potentiam, tum immanitatem, utpote inferiores, veriti, Sigebertum e coenobio, forsan Cnobherburgensi (quod olim situm propter litus Sudovolcanum non procul a Blitheburgo, Fursaeum abbatem habuit) in proelium vocant, ut, illo presente, praesenti animo pugnarent. Quid faceret? unus multis praesentiam suam pernegare non potuit: arma tamen ferre prorsus recusavit, pro gladio virgam tantum manu gerens. Cumque ad manus ventum fuisset, inermis Sigebertus, una cum Ecgrico, et bona parte exercitus Ostroanglici, cecidit [f]. Haec finis erat principis, longa vita, nisi Superi aliter statuissent, plane dignissimi. Ex *Lelando*.

[e] Autor incertus vel Nicolaus Cantlow, vel Thomas Aulaby est: uterque enim scripsit *De origine Cantabrigiensis gymnasii*. Ms. *Add.* J. Balei, Leland. Trin.

[f] Interfectus erat Sigebertus anno DCLII. Bal. i. 78. Pits. p. 108.

SILEGRAVE [HENRICUS de] scripsit *Chronicon Angliae*; in quo continentur 1. *De primo adventu Anglorum in Angliam*. Pr. "De tribus Germaniae populis." 2. *De divisione Angliae in vii regna*. Pr. "Primum igitur erat regnum." 3. *De regibus Anglorum ad Henricum* iii. Pr. "Dominabantur ergo reges." 4. *Nomina pontificum Cantuar. ecclesiae*. Pr. "Augustinus, Laurentius." 5. *Descriptio Angliae per comitatus*. Pr. "Cantia, Suthsexia, Suthreya." 6. *De nominibus domuum religiosorum cum earum ordinibus et dd. in Scotia, et Wallia*. Pr. "Archiepiscopatus Cantuar.—S. Trinitatis.—Monachi nigri." Haec omnia habentur in Ms. Cotton. Cleopat. A. xii. 1.

SILK [ROBERTUS] frater Minor ordinis S. Francisci scripsit *Tabulam in fasciculum morum Johannis Spicer*. Ms. Bodl. Laud. F. 8 et 80.

SILVANUS (Dempster. 574.) archidiaconus Scotus scripsisse fertur *Flores Sacrae Scripturae*, lib. i. Claruit A. DCLXIII. Dempst. xvii. 1031.

SILVIUS sive WOOD (Dempster. 588.) Scripsit *Comparationem antiquae et hodiernae Italiae*, lib. i. Prodiit Mediolani. Claruit A. MCCLXX. Dempst. xvii. 1058.

SIMEONIS [a] claram facit mentionem Flaccus Albinus in libris *Epistolarum*, ut ex his verbis ad Calvinum apparet: "Simeon summus sacerdos, quem ego, licet indignus pater, nutrivi, educavi, et "ad perfectum perduxi virum: quem vos elegistis in pontificatus honorem." Extat praeterea epistola Albini ad ipsum Simeonem, qua collaudatum admonet officii, et alioqui sua properantem sponte concitat. Apud Albinum nulla de sede ejus episcopatus memoria: in Gallia fuisse eum episcopum mea quidem opinio est. Ex *Lelando*.

[a] De Simeone hoc nulla apud Baleum aut Pitseum mentio.

SIMEON ABBENDONENSIS, ut videtur, monachus. Extant *Excerptiones Simonis de primis fundamentis Abbendoniae, de abbatibus Abbendoniae, quae vel bona quaeve mala fecerunt*. Pr. "In "principio

" principio erat Verbum et Verbum." Mſ. Cotton. Vitellius A. xiii. 6. Deſinunt tempore Hugonis abbatis Abbendon. ſub cujus regimine forſan excerptor floruit.

SIMEON ANCHORITA Londinenſis. Sub ejus nomine extat *The fruit of redemption*, c. 31. Pr. " Lord my God, I deſire." Lond. Wink. Word. MDXIV. 4to. " Compyled by the anker " of London Wall, wretched Symon; approved by Richard biſhop of London." [Ita at finem libri.]

SIMEON ANGLICUS [Dempſterus Scotum, monachum Mailroſenſem dicit] a natione cognominatus, vir doctiſſimus, Alcuino chariſſimus, et, ut videtur, in praedicando Evangelio comes; ejus etiam opera ad epiſcopatum in Gallia evectus. Scripſiſſe fertur *Epiſtolas ad Alcuinum*, lib. i. *Homilias ad Germanos*, lib. i. Claruit A. DCCXC. Bal. xiii. 58. Pitſ. *App.* p. 908. Dempſter. xvii. 1069. Vide *Hiſt. Petrob.* p. 100.

SIMEON DOMINICANUS doctor Anglus. Scripſiſſe fertur *Super Iſaiam*, lib. i. *Super Hieremiam*, lib. i. *Super Ezekielem*, lib. i. *Super Danielem*, lib. i. *Super Proverbia Solomonis*, lib. i. *Super libros Maccabaeorum*, lib. i. *Super praefationes Biblicas D. Hieronymi*, lib. i. Pitſ. p. 909. in *Append.*

SIMEON DUNFERMELINENSIS abbas (Dempſt. 589.) legatus ad regem Angliae miſſus A. MCCLXX, et tandem officio abbatis privatus in concilio Stirlinenſi A MCCLXXV. Scripſit *Pro reſtitutione ſua ad regem*, lib. i. Dempſter. xvii. 1059.

SIMEON SODORENSIS epiſcopus edidit *Statuta ſynodalia et conſtitutiones ſuae dioeceſeos.* A. MCCXXIX. Pr. " Pro probationibus teſtamentorum." Extant *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 664. ſeqq.

SIMEON WARWICENSIS monachus ordinis S. Benedicti in coenobio B. Mariae juxta Ebor. et tandem abbas MCCLVIII. Scripſit *Hiſtoriam ſui coenobii.* Mſ. compact. cum libro Steph. Wittebienſis *De fundatione dictae abbatiae* in Mſ. Bodl. NE. A. 3. 20. Vid. A. Wood. P. pr. Collegit *Statuta generalia capitulorum S. Benedicti.* A. Wood. Mſ. Pitſ. princ. ex Br. Twyno. Obiit 4 non. Julii MCCXCVI. *Monaſt. Angl.* i. 395.

SIMMONS [EDVARDUS] in collegio D. Petri apud Cantabrigienſes educatus; qui multos eruditos tractatus conſcripſit. Th. Fuller. *Hiſt. Cantabr.* p. 31.

SIMON[a] FAVERESHAMENSIS ſuo ſaeculo vir non contemnendae eruditionis fuit: incubuit doctis ſtudiis Iſiaci; philoſophiae videlicet, et theologiae: unde tandem ſupremo theologorum choro tanquam lucidum acceſſit ornamentum. Concinnavit [b] *Quaeſtionum* numerum ex libris *Ethicorum*[c], *Meteororum*[d], et *Animalium*[e] Ariſtotelis, et in volumen redegit[f]. Ex *Lelando.*

[a] Simon de Feverſham, SS. th. pr. etc. Vide Prinn. iii. 1097. Eccleſiae Birtonenſis in com Cant. rector fuit

[b] " Et in volumina redegit Quaeſtionum numeros in Ethi- " ca," ita legit Mſ. Lel. Trin. [c] Lib. x. " Prima " concluſio hujus libri." Mſ. in bibl. Baliol. Oxon Mſ. Langb num. cviii. *De ſumma magiſtri Simonis Cantuarienſis de vitiis et virtutibus* in bibl. monaſter. Petriburg. X. x.

[d] Lib. iv. [e] Lib. i. Scripſit etiam *Super priora Ariſtotelis*, lib. ii. " Tria ſunt genera cauſarum in entibus." Mſ. Oxon. bibl. Mert. Q. ii. 8. Art. *Super poſteriora ejuſdem*, lib. ii " Quaeritur primo de demonſtratione." *Quaeſtiones ſuper tertium de anima*, lib. i. " Quaeritur de " intellectu noſtro, ut." Mſ. ibid. *De ſenſu et ſenſato*, lib. i. " Quoniam autem de anima ſicut." *Quaeſtiones ſuper libros phyſicorum.* Mſ. ibid. in pr. folium unum et alterum deeſt. *Quaeſtiones de ſompno et vigilia* Mſ. ibid. Pr. deeſt. *De juventute et ſenectute, aſpiratione et reſpiratione.* Pr. " Quia " philoſophus dicit hoc in princ." Mſ. ibid. [f] Claruit anno MCCCLXX. Bal. vi. 30. Pitſ. p. 505. Annon obiit ante MCCCXIII, quo anno Bernardus de Eyci occurrit archidiaconus Cantuar. Somner. Cant. octavo cal. Octob. MCCXC, archiepiſcopus contulit magiſtro Sym. de Feverſham eccleſiam de Preſton extra Feverſham. Ita in *Regiſtr.* Peckham f. 40. Robertus Wincheliey, archiepiſc. Cant. dedit Simoni de Feverſham archidiaconatum Cantuar (cui cedere eodem anno bulla proviſ. papali coactus fuit. Battely *Antiq. Cant.* 153.) 10 kal. Octobr. MCCCV. Somner. *Cant.* pag. 316.

SIMON MONACHUS coenobii Waldenſis, juris utriuſque peritiſſimus. Jus pontificium Cantabrigiae publice praelegit A. MCCXCVII. Scripſiſſe putatur *Comm. ſuper majorem partem juris.* Claruit A. MCCXCVII. Pitſ. *Append.* p. 909.

SIMONIS STOCHAEI[a], inter Cantios honeſto loco nati, virtutes, illuſtria facta, denique totam vitam multi quidem Carmelitici nominis profeſſores poſteritati diligentiſſime tradiderunt: me tamen nunquam pigebit aliquantulum laboris in eadem re impendere, et pauca ex multis, tanquam e copiae cornu, ſeligere. Simon igitur in ipſa adoleſcentia ſe totum ſolitudini et virtutibus conſecravit. Silveſtres illi fructus, ambroſiae dapes erant; ſcaturiens ex horridis rupibus aqua, nectar; cavae quercus et antra, purpureus torus. Unde etiam cognomen traxiſſe fertur. Quod quamvis ego non omnino adfirmo, ſic tamen Laurentius Burellus, Divionenſis, de Stochaeo verba faciens in libro *De illuſtribus Carmelitis*, ſcribit:

" Qui latuit quercu, celſo nunc vivit olympo;
" Nam populi ductor, doctor et ipſe fuit."

Cumque jam longiuſcule vaſtam coluiſſet eremum, accepit nuntium laetiſſimum; nempe Anglos paucos, at bene inſtructos, e Carmelo domum rediiſſe. Audiverat ille quidem antea multa de loci celebritate, et tacito ipſum apud ſe animo deveneratur. Itaque maturavit, ut ſui, id eſt, eremitici ordinis homines Alauni Vadum colenteis, non modo videret, verum etiam conveniret. Quid longa opus eſt oratione? Vidit, convenit, dexteram dexteris conjunxit: denique ſe ſocium etiam

[a] Vide *Diſſertationem de Simonis Stochii viſo*, etc. per Joh. de Launoy, Pariſ. MDCLIII. 8vo.

crescenti, non sine Anglici orbis tunc applausu, religioni adjunxit. Casta certe et undecunque probata erat vita Anglorum e Carmelo venientium; collata tamen cum Simonis claritate, visa plane subobscura. Illuxit haec claritas usque adeo in sociorum suorum oculis, ut divinum aliquod lumen coelitus in hominem delapsum, facile et dicerent et crederent. O tempora! O mores! Ubi nunc sunt ecclesiae Anglicanae lumina, quae per totam late insulam veluti coelestia coruscarunt fulmina. Cognita autem tam manifestis signis ejus, si ita dicere liceret, divinitate, curatum est, quibus tamen nescio modis, ut toti Carmelitarum religioni merito praeesset [b]. Tanta res est habere antesignanum, qui radiantem facem praeferat. Jam senex fuit Stochus; nec puduit tamen colophonem literis, quas non mediocriter juvenis hauserat, addere. Ergo Isidis Vadum academiam, ut hac nostra aetate, ita et olim florentissimam se contulit, nomenque decusque inter literatorum proceres meruit. Sed hic res memoria digna occurrit: nam quo tempore Stochus apud Isiacos studebat, nullus erat in urbe nec in suburbio locus Carmelitis designatus [c]. Ubi vero nunc est coenobium Carmelitarum extra muros bene amplum, olim erat alta et magnifica principum regia; inque illa, ne sis ignarus, lector, natus fuit Richardus, ejus appellationis primus Anglorum rex. Sic etenim didici a Joanne Rosso, Verovicensi, in libello *De academiis Britannicis*. Cavendum igitur ne quemadmodum reges aliquando palatiorum, et antiquarum urbium usum monachis permiserint, ita rursus vicissitudine quadam pro palatiis et urbibus ipsa petant coenobia. Sed ad Simonem redeo; qui, relictis Isiacis [d], Alauni Vadum, et gregem sibi commissum repetiit. Hic quoque aliquam nactus quietem, rem studiis apprime necessariam, calamo usus est, at praecipue in hymnis, et canonibus Carmeliticae professioni convenientibus. Inter haec senio gravatus erat: agebat enim annum vitae suae centesimum, et communis causa religionis illius in Gallia praesentiam mirum in modum desiderabat. Quapropter Burdegalam, nobilem juxta ac antiquam Galliae civitatem, se contulit, multaque ibidem in rem publicam sui ordinis excogitavit, scripsit, edidit [e]; ac non multo post obiit 16 die Julii [f], anno D. MCCLXVI [g]. Burdegalenses vero funus honorifice sepeliendum curaverunt. Porro non longo ab ejus morte tempore per Romanum divorum numero adscriptus est [h]. Nunc, sicut fabula fabulam tradit, ita Simon Stochus alium longe recentioris memoriae Stochum, praenomine Petrum [i], a me laudandum evocat. Fuit hic Petrus Carmelita Hichiensis collegii et tanto apud Isiacos, cum eruditionis tum ingenii nomine, in honore, ut proximum a supremo academiae magistratum gesserit. Factus igitur commissarius, sic enim vocant, non modo summo ornamento, verum etiam commodo academicis erat. Nam eo saeculo, quo ille fuit in pretio Stochus, sparserat nova dogmata Vigoclivus, contra quae acriter insurgebat [k], et, collatis signis, ut ex edito libro [l] apparet, pugnabat. Scripsit enim contra Philippum Repingdunum, canonicum, Oxonii haereseos accusatum anno D. MCCCLXXXII quo tempore et Nicolaus Henoforthus, alias HERFORD, accusatus fuit; sed an hic sit Repingdunus, qui *Homilias in Evangelia Dominicalia* scripsit, non possum certo pronunciare. Extat praeterea liber [m], in quo Stochus se clypeum hastamque pro Holchamo exhibet. Adde huc *Praeconia sacrae Scripturae* [n], opus non contemnendum. In summa, multa alia scripsit [o], quae saeculo sophistico valde placuerunt. Tandem exuto magistratu, Hichiam reversus est, ubi diem clausit supremum 18 die Julii, anno D. MCCCXCIX. Certe Joannis [p] Stochi, nisi in tempore se mihi obtulisset, non meminissem. Erat ille Dominicanus [q] et literatus; sed, quia parum candide sentiebat de Carmelitis, Joannes Cornutus, alias HORNEBY [r], edito libello, illum perstrinxit. Plura de Joanne Stocho in praesentia non occurrunt [s]. Ex *Lelando*.

[b] In synodo generali Carmelit. Aylesford. A. D. MCCXLV electus est universalis totius per Europam ordinis praeses.

[c] Vide *Hist. et Ant. Oxon.* ii. p. 8.

[d] Apud quos SS. theol. bacc. evasit.

[e] Scripsit Simon *Super tribus sceleribus*, sive, *De Christiana poenitentia*, lib. i. "Amos super tri-"bus sceleribus Judae." *Epistolas ad fratres*, lib. i. "Fra-"ter Simon, prior generalis." *Canones cultus divini*, lib. i. *Homelias ad populum*, lib. i. *Ad Christiparam virginem* antiphonas 2. *Flos Carmeli vitis florigera, etc.* "Ave, stella "matutina," etc. In Ms. Bale Sloan 4to p. 92. habetur *Legenda S. patris nostri Symonis Stock*, abbreviata per fratrem Rolandum Bouchier.

[f] Maii Bal. iv. 7. Pits. p. 345. Ms. Lel. *Epit.* Ms. Et Ms. Bale Sloan.

[g] MCCLXV. Bal. Pits. Lel. *Epit.* Ms. et Ms. Bale Sloan.

[h] Ejus *Vitam* diserte scripserunt Rosarius Vasco, Rolandus Bouchier Hannovius, et Nicolaus Harlemensis Batavus. Edidit etiam Joannes Cheron Simeonis nostri *Defensionem* 8vo. Paris. MDCLIII.

[i] Petrus Stokes, Bale. Stoccus, Pits. Stokys, A. Wood.

[k] De gestis hujus Stokysii contra Wickleviltas Oxoniae anno MCCCLXXXII vide *Hist. et Antiq. Oxon.* i. in eodem anno.

[l] *Contra Wiclevi articulos*, lib. i. "Pater in Christo re-"verendissime."

[m] *Defensorium Occami*, lib. i.

[n] Lib. i. "Adjuva me et salvus ero," etc.

[o] Sunt etiam et alii Petri Stockii libri, Gulielmo Courtnaeo, arch. Cantuariensi, viro nimirum nobilissimo, cujus in clientela erat, ut plurimum inscripti. Sunt vero *Commentarii in Biblia*, lib. i. *Praeconia sacrae Scripturae*, lib. i. "Adjuva me et salvus ero." *Ordinariae quaestiones*, lib. i. "Utrum voluntas recta ratione." *In magistrum Sententiarum*, lib. iv. *Conclusiones* liv. lib. i. "Nun-"quid praeter divinum adjutorium." *Lecturae scholasticae*, lib. i. "Liber, quem prae manibus habemus." *Collationes variae*, lib. i. "Pax vobis Joannis xxi chariss. *Replicationes lectionum*, lib. i. *De superioritate cleri*, lib. i. *Contra Nicolaum Herfordium*, lib. i. *Epist. ad Gul. archiepiscopum Cantuar.* Pr. "Placeat vestrae paternitati, benigne." Ms. in bibl. Bodl. Mus. 163. f. 68. *Contra* xxiv *conclusiones Wiclevi*, lib. Ms. Bale Sloan.

[p] "Stokesi, seu, ut "vulgi more loquar, Stokes, nisi." legit Ms. Lel. Trin. Joannes Stokes, Bale. Stoccus, Pits. patria Suffolciensis.

[q] In coenobio Sudburiensi. Bal. Pits. Cantabrigiae literis operam dedit, et ibi tandem S. theol. professor.

[r] Scripsit noster *Ad rationes ejus*, lib. i. *Contra Carmelitas*, lib. i. "Non potest ostendi jure aliquo. Iste *Deter-"minationes* scripsit *contra Carmelitas*, quod B. Mariae "fratres dicerentur, quo titulo et ipsi gloriabantur eo "loco, quod ejus apud eos imago Cantabrigiae portenta "multa, plebem dementante Satana, faceret, lib. i. "Non "potest," etc. Ita Bal. *Add.* Ms. Lel. Trin. Acris ea erat inter Dominicanos et Carmelitas controversia: quibus abunde suppetit otium, ea, quae utrinque scripta sunt, evolvant oportet; mihi vero sine literatorum dispendio, vel operum titulos visum est omittere, quos tu, si tanti esse putes, alibi reperias.

[s] Claruit anno MCCCLXXIV. Bal. vi, 49. Pits. p. 514. Quidam Johannes Stokes admissus praecentor ecclesiae Sarisb. 15 Jul. MCCCCLVII, obiit MCCCCLXVI. A. Wood. Ms. C. 129. Johannes Stokes,

Stokes, abbas S. Albani obiit 14 Dec. MCCCCLI. Ibid. xcvi. 113. Quidam Johannes Stokes monachus incepit in SS. theologia MCCCCXXX. Oxon in *Registro* Epist. F. f. 17. b. Alter Johannes Stokes occurrit episcopus Triburiensis, suffraganeus episcopi Litchf. MCCCCVII. Dugdale *Antiquit. Warwic.* 143. Item 25 Jan. MCCCCXXX. Johannes Stokes, LL. D. collatus ad praeb. de Weldelond in ecclesia S. Pauli, in *Registro* Gray, episcopi London. Extat *Epistola* academiae Oxon. Martino Papae in gratiam magistri Johannis Stokes LL. D. mense Nov. A. D. MCCCCXXIX, scripta in *Reg.* Epist. acad. Oxon. F. f. 12. Vide Newcourt. *Hist. Lond.* vol. i. 225. Magister Johannes Stokes LL. D. occurrit unus ambassiatorum domini regis Angliae ad regem Castellae, A. MCCCCXVI. Rymer. *Foeder.* vol. ix. 419.

SINCLARUS [HENRICUS] (Dempster. 593.) decanus Glascuensis et episcopus Roffensis. Fuit unus legatorum pro pace confirmanda inter Anglos et Scotos. A. MDLV. Hollinsh. *Scotl.* p. 360. Scripsit *Adversaria ad Historiam Scoticam sui temporis* Latine et Scotice. Fatis concessit Lutetiae ex incisione calculi kal. Januar. A. MCCCCLXVI. juxta Dempster. xvii. 1072. vel Jan. 2. A. MDLXII. juxta Hollinsh. *Scotl.* p. 381.

SINCLARUS [HENRICUS] alter (Dempst. 594.) nepos praedicti Henrici, decanus etiam Glascuensis, summae curiae senator et vice-praeses. Scripsit *Legum Romanarum ad leges Scotiae municipales reductionem*, lib. i. *Novas judiciarii ordinis leges*, lib. i. *Abrogationem juris antiqui*, lib. i. Claruit A. MDLV. Dempster. xvii. 1071.

SINCLARUS [JOHANNES] frater Henrici episcopi Roffensis decanus de Restalrig. Scripsit *Additiones ad apparatum Historiae Scoticae Henrici fratris*, lib. i. Obiit A. MCCCCLXVI. Dempst. xvii. 1073.

SION BRUYNOG. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDL. Lhuyd. Davis.

SION AB HOUEL AB LHYUELYN VYχAN. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

SION KERI. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDXX. Lhuyd. Davis.

SION LEIAV. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

SION PHYLIP. Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MDLXXX. Lhuyd. Davis.

SIWOLPHUS [a] MONACHUS, ut ego conjecturam facio, homo Transabrinus, religiosorum ejus saeculi [b] nunquam satis laudatam cum industriam, tum pietatem fortiter secutus, in lectione divinorum librorum felices horas felicius collocavit. Utque fere fit in tam assidua librorum evolutione, incidit in quaedam loca Geneseos, quae viri undecunque eruditi judicium desiderabant. Cogitanti de interprete Albinus, ornamentum sui saeculi, occurrit, cui libellum *De quaestionibus* transmisit. Albinus, intellecto ejus consilio, eisdem respondit [c]. Ex *Lelando*.

[a] Sigwolfus Bal. x. 26. ex Lelando. Pitf. p. 163. [b] Claruit anno DCCXC. Bal. Pitf. l. c. [c] *Respondit libello edito.* Mf. Lelandi Trin.

SKELTON [JOHANNES] ex antiqua sui nominis in Cumbria familia oriundus Oxonii literas humaniores apprime perdidicit, et poeta laureatus ibidem creatus ante A. MCCCCXC, et A. MCCCCXCVIII, 14 April. ad tit. mon. de Graciis juxta turrim London. ordinatus diaconus per Tho. episc. London. et presbyter 3 Jun. sequent. *Reg.* Savage episc. Lond. Rector ecclesiae de Dysse in comit. Norfolc. evasit. Praeceptor erat Henrici viii in juventute. Et propter ea quod uxorem habuit, et scommatibus fratres Dominicanos et cardinalem Wolsaeum lacessivit, ad asylum Westmonasteriense confugere coactus est, ubi humaniter a Johanne Islip abbate exceptus, ad vitae finem permansit. Britannicarum literarum decus et lumen ab Erasmo vocatus. Vid. *Oper.* tom. i. p. 1019. 1021. Quanti Gul. Caxton eum fecerit patet ex *Praefatione* ante versionem *Aeneidum Virgilii*. . . . "But I praye mayster John Skelton, late created poete laureate in the universite "of Oxenforde, to oversee and correcte this sayd boke. And t'addresse and expowne where as "shall be founde faulte to theym that shall require it. For hym I know for suffycyent to ex- "powne and englyshe every difficulte that is therein. For he hath late translated the *Epistles* "*of Tulle*, and the boke of *Diodorus Siculus*, and diverse other werkes out of Latyn into Englysh, "not in rude and olde longuage, but in polyshed and ornate termes craftely, as he that hath "redde Vyrgyle, Ovyde, Tullye, and all the other noble poetes to me unknowen. And also "he hath redde the 9 muses, and understand theyr musical scyences; and to whome of theyme "eche scyence is appropred. I suppose he hath dronken of Elycon's well." Scripsit partim carmine partim prosa. *Poemata et Satyras*, Lond. MDXII. 8vo. et MDLXVIII bibl. Ashmol. 935. ubi habentur ordine sequenti. [Vid. Cotton. Vitell. E. x. 28.] *Lauream coronulam*, lib. i. "Are- "ctinge my sight toward the Zodiak." *The bowge of court.* Pr. "In autumpne when the "sunne." Lond. by W. Word. . . 4to. *Of the duke of Albany's running away with* 100000 *Scots, etc.* Pr. "Rejoyce, England." *Psittacum loquacem*, lib. i. "My name is parrot, a bird of pa- "radise." *Id mortem regis Edw.* iv. Pr. "Miseremini mei, ye that be my frendes." Lond. . . 12mo. *Satyr against the Scotts.* Pr. "Against the proud Scotts clatteryng." Lond. . . 12mo. *Chorus de Dysse contra Scotos.* Lat. Pr. "Salve, festa dies, toto resonabilis aevo." Lond. . . 12mo. 10. Distich. *Chorus de Dysse super triumphali victoria contra Gallos.* Pr. "Salve, festa dies, toto "memorabilis aevo." Lond. . . 12mo. 8. Distich. *Accipitrem cave*, lib. i. "This worke de- "vised is." Lond. . . 12mo. *How every thing must have a time.* Pr. "Time is a thing, that "no man may resist." Lond. . . 12mo. *Preces ad Patrem, Filium, et Spiritum S.* Pr. "O "radiant luminary of light." London. . . 12mo. *De Eleonora Rummynge sive Elynour of Rummyng, the famous alewife of England.* Pr. "Tell you I chill, If that the wyll." Lond. John

Day. . . 12mo. Saepe impreff. Lond. MDCXXIV. 4to. *Cur ad curiam non venis*; *five fpeculum praelatorum et magnatum*, lib. i. " To hafty of fentence." . . Lond. Rytfon. . . 12mo. *Colyn Clout*. Angl. Pr. " What can it avayle To drive forth a fnayle," etc. Lond. by Ab. Veale. 8vo. et Kytfon. . . 12mo. *Philippum Pafferculum*, lib. i. " Pla ce-bo. Who is there who." Lond. Kitfon. . . 12mo. *Againft a comely Coyftrowne, that curioufly chawntyd, and curryfhly cowntred*. Pr. " Of all nations under the hevyn." *Contra alium cantitantem et organifantem afinum*. Decaft. Lat. *On a deadman's head, fent to him for a token*. Pr. " Your ugly tokyn." *To miftris Anne at the Key in Temmys ftrete*. Pr. " Womanhod, wanton ye want." *The book of the three fooles, which J. S. gave mylord cardinal: profe and verfe*: " The man that doth wed." *Epitaphia Adae Udderfale et Johannis Clerk nebulonis de Dyffe*, lib. i. Lat. et Angl. Sequitur tregintale. *Lamentatio urbis Norwic. in cineres redactae*. Decaft. Lat. " O lacrimofa lues nimis." *Contra poetaftrum quendam Scotum nomine Dundas, qui allegat Anglos caudatos effe*. Lat. et Angl. Pr. " Anglicus a tergo." *Admonitio ut omnes arbores viridi laureo concedant*. 7 Diftich. Pr. " Fraxinus in fylvis altis." *In Bedell quondam Belial incarnatum*. Pr. " Ifmal ecce." *In obitum com. Northumbr*. Pr. lib. " I wayle, I wepe." Mf. bibl. reg. Weftmon. 18. D. ii. 5. Pr. allocutionis ad libellum: " Ad dominum properate meum, mea pagina." Ibidem eft Mf. tetrafticon ad magiftrum Rukfhaw. S. T. prof. Pr. " Accipe." *In obitum Margaretae com. Derbiae matris Henrici* vii. 13 Diftich. Lat. *In obitum Henrici* vii *ad Joh. Iflip, abbatem Weftmonaft*. 12 Diftich. *Eulogium pro fuorum temporum conditione*. 18 Diftich. Lat. Pr. " Huc, pia Calliope, pro- " pera." *Contra linguas virulentas*, lib. i. " Quid detur tibi, aut quid." [Caetera non continet liber Afhmol.] *Epitaphia regum, principum, magnatum, nobilium, quorum duo, alterum in Henric*. vii, *alterum in Margaret. comitif. Richmond*. extant in *Epitaphiis Weftmonafter*. a Camdeno editis Lond. MDC. 4to. *De ftatu honoris*, lib. i. *De peccatis fugiendis*, lib. i. *Viam honoris acquirendi*, lib. i. *Artem ornate loquendi*, lib. i. *Artem bene moriendi*, lib. i. *Comoediam de virtute*, lib. i. *De Rofario et Principe*, lib. i. *Creationem Arthuri principis*, lib. i. *De quotidiana perfidia*, lib. i. *Dialogos de imaginatione*, lib. i. *Grammaticam Anglicam*, lib. i. *Adverfus Robertum Gaguinum Gallum*, lib. i. *Invectivam in Gul. Lilium*, lib. i. " Urgeor impulfus, tibi, Lille." *Tullii Academion tranflationem*, lib. i. *De bona deliberatione*, lib. i. *Angliae tubam*, lib. i. *Schedulam fuperioritatis*, lib. i. *De magnificentia comoediam*, lib. i. *Sales de domina Margeria*, lib. i. *Peregrinationem humanae vitae*, tranflat. ex Gall. lib. i. *Triumphos rubeae rofae*, lib. i. *Speculum principis*, lib. i. *Joannem Yvonem*, lib. i. *De porcorum grunnitu*, lib. i. *De gemitu acerinae radicis*, lib. i. *Ad Moyfi cornua precationem*, lib. i. *Theatrales ludos*, lib. i. *De Rofemundae thalamo*, lib. i. *De Minerva et Oliva*, lib. i. *De molitore ac fponfa*, lib. i. *Meditationes devotas*, lib. i. *Declarationes hymnorum*, lib. i. *Nationem ftultorum*, lib. i. *Apollinem fatiloquum*, lib. i. *De virgine Cantiana*, lib. i. *Amaforum teftamentum*, lib. i. *Cantilenas confolatorias*, lib. i. *Meditationem de D. Anna*, lib. i. *Contra pfeudopoetam*, lib. i. *De bono ordine comoediam*, lib. i. *Automedon meditandi amoris*, lib. i. *Methodos Skeltonidis laureati*, fc. *Praecepta quaedam moralia Henrico principi, poftea Henr*. viii, *miffa*. Dat. apud Eltham A. D. MDI. Principium deeft. *Carmen, ad principem, quando infignitus erat ducis Ebor. titulo*. Pr. " Si quid habes, mea Mufa." Mf. in bibl. cath. Lincoln. *Miferies of England under Henry* vii. Lond. . . 4to. *Epitaph of Jafper duke of Bedford*. Lond. . . 4to. *Carmen in vetuftam Hiftoriam Gallicam de bellis contra Saracenos*. Pr.

" Quamvis annofa eft, apice et fulcata vetufto
" Pagina trita, tamen fremit horrida praelia Martis
" Digna legi.
" Skelton loyall.
" I, liber, et propera regem tu pronus adora:
" Me fibi commendes humilem Skeltonida vatem." etc. Mf. C.C.C.

Cantabr. G. 9. Tranftulit ex Latino in Anglicum, *Diodori Siculi, lib.* vi *priores ex Poggii Latinitate*. Pr. pr. Poggii. " Moft reverend holy father." Mf. in C. C. C. Cantabr. viii. 5. *M. Tullii Ciceronis Epiftolas* et alia multa tranftulit juxta Caxtonum; uti fupra. In *Laurea coronula* recitat poëta opera quaedam fua: et meminit *Carminis in fanguinem Chrifti apud Afhridge*. Dantur et aliqua opera ejufdem inter Afhmol. l. c. p. 30, 31. Et *Diftichon* apud Hollinfh. iii. 878. Obiit 21 Julii A. MDXXIX, et in ecclefia S. Margaretae Weftmonaft. humatus jacet. Bal. viii. 66. Pitf. p. 701. feq *Athen. Oxon*. i. 22. feqq.

SKELTON [JOHANNES] frater Dominicanus, S. theol. profeffor Oxon. fcripfit *In Sententias*, lib. iv. Mf. Br. Twin. A. Wood. Mf. Pitf. princ. In Mf. C. C. C. Oxon. 116. eft *Replicatio* contra Johannem Skelton de ord. Praedic. in quartum librum *Sententiarum*.

SKENEUS [GILBERTUS] Scotus, medicinae doctor fcripfit Anglice *De pefte, ejufque caufis, fignis, et remediis*. Edinburg. MDLXVIII. 8vo.

SKINNER [RADULPHUS] in collegio Novo Oxon. educatus, cuftos ejufdem collegii electus fuit A. MDLI menfe Maio; et fub initio regni reg. Elizabethae decanus Dunelmenfis conftitutus. A. MDLXI, 22 Junii, palinodiam cecinit ad crucem Paulinam; " giving men warning " of a *Note book* which he had printed, and bade every man take heed of it, for it was very here- " fy." Strype *Elizab*. p. 234. Obiit A. MDLXII. Strype *Elizab*. p. 327. *Fafti Oxon*. i. 57.

SKINNER [VINCENT] juris municipalis in hospitio Lincoln. studiosus, fuit secretarius dom. Gul. Cecil. Transtulit e Latino in Anglicum *A discovery and plain declaration of sundry subtil practices of the holy inquisition of Spain. Set forth in Latin by Reginald Gonsalvo Montanus.* Lond. MDLXVIII. MDLXIX. 4to. Claruit A. MDLXIX. Strype *Elizab.* p. 541.

SKIRLAW [GUALTERUS] legum doctor. Notarius publicus subscripsit instrumento *De appropriatione ecclesiae de Tuxford, Nottingham. ultimo Maii* MCCCLVII. Dodsworth. 28. f. 152. ex *Reg.* de Thoresby. Eodem anno Idib. Januar. institutus erat ad ecclesiam de Preston juxta Chetwood Lincoln. dioec. *Regist.* Gynewell. Linc. A. CCCLXI Jul. 21, archidiaconus de East Riding Ebor. dioec. installatus. A. Wood. Mf. C. 74. A. MCCCLXX mense Novemb. factus praebendarius de Fenton in ecclesia Ebor. ibid. 33. 50 Edw. iii. praebendarius ad alt. S. Andreae in ecclesia Beverlacen. Patent. A. MCCCLXXVIII decretorum doctor, decanus S. Martini Magni London. unus nunciorum domini regis ad tractatum pacis apud Bruges *Regist.* Sarum. et Rymer. *Foeder.* vii. 184. A. MCCCLXXXI archidiaconus Northampton. *Regist.* Bokingham Linc. A. MCCCLXXXII praebenbendarius de Milton in ecclesia Sarum; et thesaurarius ecclesiae Lincoln. *Collect.* Inett. A. MCCCLXXXIII permutarunt Johannes Bacon, praebendam de Gillingham in ecclesia Moniali de Shafton, et mag. Walterus Skirlaw. Eodem anno factus praebendarius de Godestre in ecclesia S. Martini M. London. *Regist.* Bockingh. Lincoln. A. MCCCLXXXV factus episcopus Litchfeldensis et Coventrensis, deinde Bathon. et Wellensis; et tandem Dunelmensis: Et fuit benefactor collegiorum Dunelmensis et universitatis Oxon. Scripsit *De generatione et corruptione*, lib. i. Mf. in bibl. Eboracen. *De arte bene vivendi*, Mf. in bibl. Oxon. Univers. collegii B. xiii. quod Waltero huic adscribitur, potius debetur Gualtero Hylton. Obiit 24 Martii MCCCCVI, et in boreali parte ecclesiae Dunelmensis humatus est. Wharton. *A. S.* vol. i. p. 774. *Hist. et Antiq. Oxon.* lib. ii. p. 58. Vide partem testamenti ejus probat. 21 Apr. MCCCCVI. apud Mss. A. Wood. C. 33.

SKOGAN [JOHANNES] inter *Fabulas* ejus ab Andrea Borde editas, narratur Scoganum, dum Oxoniae studuisset, pestis evitandae gratia ad hospitale S. Bartholomaei secessisse; unde verisimile est eum Orielensis collegii alumnum fuisse. Fuit artium magister Oxoniensis; vir natura et ingenio facetus, regi Edwardi vi joculator, in cujus aula magnam vitae partem egit. Chaucero coaevus, uti patet ex *Carmine* ejus ad Scoganum in Mf. Bodl. Fairfax xvi. Scripsit *Comoedias quasdam*, lib. i. *A moral ballade to the princes, the D. of Clarence, the D. of Bedford, the D. of Gloucester, the king's sonns, by John Scogan.* Pr. "My noble sons, and eke my lords dere." impr. inter *Opera* Chauceri Lond. MDCII. f. 318. Impr. inter antiqua alia *Anglica Poëmata*, per Gul. Caxton. 4to. Poema hoc morale, serium et Scoganum alium, quam vulgo creditur, exhibet virum. *Facetias.* Pr. "On a time in Lent." Harum lx collegit et sermone patrio evulgavit Andreas Bord M. D. edit. 2. tempore Caroli ii . . . 4to. saepius impress. *Carmen* cujus principium "Fle fro the "pres," etc. Chaucero vulgo ascribitur; Skogano diserte tribuit Mf. C. C. C. Oxon. 203. Claruit A. MCCCCLXXX. Bal. xi. 70. In Mf. Br. Twyni 89. *Epitaphium* ejus.

SKUISH [JOHANNES] SQUISUS vel SQUISIUS, patria Cornubiensis, Oxoniae vel in collegio Exon. vel in aula Cervina studiis academicis imbutus, in familiam cardinalis Wolsaei receptus, cui ab intimis consiliis erat. Ex variis historiis contexuit *Abbreviationes chronicorum*, lib. i. *De descriptione hujus regni. De bello Trojano*, lib. i. "Cyprus filius Janon regnae." Claruit A. MDXXX. Bal. ix. 19. Pits. 709. *Athen. Oxon.* i. 26. Fuller's *Worthies*, 204.

SLADAEUS [GULIELMUS] Bernhardinae sectae imitator strenuus, vitam religiosam duxit inter monachos Buchofestensis coenobii, quod in Devonia positum est, et Derento flumine alluitur. Sed, quae tum fuerunt tempora, non erat pars religionis infima literis assiduam dare operam: id quod liquido apparuit, cum ex aliis multis, tum etiam ex hoc Gulielmo, qui nullum laborem, qui nullas vigilias detrectavit, quo minus vel ad ipsa eruditionis fastigia conscenderet. Incidit tamen casu parum secundo in solum, quod ingenium, quantumvis expeditum, acre, vividum exerceret rectius, quam divitem unquam fructum produceret. Excoluit enim spinosos sophistarum agros, qui aegre suis cultoribus justum fructum promittunt: recepit nihilominus tantam ab illa cultura messem, quantam facilius est sperare, quam habere. Et si quid messi defuit, aliunde accepit, quod proventus cumulum faceret: namque, ne tam solicitus labor suam frugem desideraret, pro fructu honorem messuit, quo tempore a suis in abbatem, non alio certe, quam literarum calculo, electus est. Nae illa dies inter faustas felicesque a Buchofestensibus semper numerabitur, quae talem ac tantum virum extulit. Solus etenim est, qui coenobium illud, quo te cunque verteris, illustravit; et cujus ibidem memoria etiam nunc recentissima est, cum ex aedificiis, tum etiam ex libris editis. Scripsit enim *Universalia super libros physicorum* [a]. *Quaestiones de anima* [b]. *Super Sententias* [c]. *Flosculos moralium.* Vixit regnante Richardo secundo [d]. Ex *Lelando.*

[a] Baleus habet *Super universalia*, lib. i. Mf. Lel. Trin. et *Super Physica Aristotelis*, lib. viii. [b] Olim in bibl. Buckfastr. Lel. iii. 258. [c] Olim in bibl. Fontana, Ebor. dioec. Ibid. 41. Praeter haec recensent *Quaestiones ethicorum*, lib. x. "Memoratio et reminiscibilis." Mf. in coll. Magd. Oxon. juxta Baleum. [d] Claruit anno MCCCLXXX. Bal. vi. 74. Pits. p. 530.

SLADIE [THOMAS] generosus. Scripsit *De antiquitatibus Maxstockiensibus*, lib. i. Hunc citat Rob. Gloverus (Mf. Ashmol. 844.) et ex eo quasdam notas excerpsit. Degebat Maxstochiae in agro Warwic. 13 Henr. viii. Mf. Ashmol. 844.

SLAPE [JOHANNES] scripsit *Practica de compositione navis, quadrantis, et cylindri.* Mf. olim in bibl. Tho. Allen.

SLIPPINGEN [ROBERTUS] (Dempst. p. 582.) Carmelita Perthanus, aliquot annos Lutetiae in studio theologiae posuit, et Sorbonicus doctor creatus est. Scripsit *Determinationes theologicas*, lib i. Claruit A. MCCCCX. Dempst. xvii. 1043.

SLOLAEUS [JOHANNES] frater ordinis S. Augustini, heremita in coenobio Norwicensi; studiis academicis Cantabrigiae operam dedit, ubi tam laudabiles in philosophia et theologia progressus fecit, ut theologiae doctor admissus sit. Tandem praeses sui ordinis per Angliam provincialis electus est. Scripsit *Sermones per annum*, lib. i. *Quaestiones varias*, lib. i. Obiit tandem apud Norwicenses, et ibi sepultus est 4 Junii MCCCCLXXVII. Bal. viii. 35. Pits. p. 666.

SMALFELD [MICHAEL] Bellensis, ut fertur, monasterii, quod est in Sussexiae patria, et Cisterciensis (Quaere, annon Bellum sit ordinis S. Benedicti ?) sectae monachus, impendio literarum studiosus fuit: quo tandem evenit, ut in eruditum juxta illam aetatem evaserit virum. In quo studio quum diutinum vitae suae cursum peregisset, cupiditas quaedam ejus excitavit animum, ut posteritati aliquem ex longis laboribus fructum dedicaret. Bonis igitur avibus negotium illud assumens, summa cura perscripsit *Summam Christianae doctrinae*, lib. i. Quod opus in praedicti monasterii bibliotheca olim apparebat, ut Lelandus ipse in suis *Collectaneis*, tom. iii. p: 66. refert. Bal. xii. 87. ex Lelando. Pits. *Append.* p. 887.

SMETON [THOMAS] natione Scotus, patria Dumblanensis, humaniores literas in collegio Claromontano Parisiis professus est, dein societati Jesu nomen inscripsit; tandem vero in patriam reversus Reformatorum dogmata amplectebatur, et academiae Glasguensis primarius fuit. Hatton. Scripsit *Orthodoxam responsionem ad virulentum Arch. Hamiltoni apostatae dialogum de confusione Calvinianae sectae apud Scotos impie conscriptum. In qua quaestio illa celebris de universalitate, successione, et Rom. episcopi primatu breviter et accurate tractatur.* Pr. ded. regi Jacobo vi. "Diuturna "mihi et perdifficilis deliberatio." Epist. data Glasguae mense Maio MDLXXIX. Edinb. MDLXXIX. 4to. *Epitaphium Metellani* (cujus in Italia comes erat) lib. i. *Historiam obitus Johannis Knoxii Scoticanae ecclesiae instauratoris, etc.* "Vetus est artificium et malitia Satanae." Impr. cum *Orthodoxa respons.* Edinb. MDLXXIX. 4to. Obiit Edinburgi A. MDLXXVIII. Dempst. xvii. 1054.

SMITH [EDVARDUS] Forsan idem qui in collegio Aeneanasensi Oxoniae studiis incubuit, et gradum baccalaureatus suscepit A. MDLXVI. In vernaculum sermonem transtulit *A discourse concerning the tranquillity and contentation of the mind, etc.* Lond. MDXCII. 4to. autore Joh. de L'Espine. *Fasti Oxon.* i. 97.

SMITH [GUALTERUS] scripsit carmine Anglicano *Twelve merry jests of the wyddow Edyth.* Pr. "This lying, crafty, and false widow." Lond. MDLXXIII. 4to.

SMITH [HENRICUS] filius Erasmi de Bosworth in agro Leicestrensi; natus apud Withcock in eodem agro. Admissus est collegii Lincoln. Oxon. alumnus A. MDLXXV aetatis 15, et A. MDLXXXIII magister artium factus est, tunc temporis inter aulae Cervinae studiosos enumeratus. Postea praelector erat apud ecclesiam de Clement-Danes London. ubi maximae notae concionator evasit; et *The silver tongued Smith* dictus. Scripsit *Conciones varias.* Pr. pr. "Because sickness "has restrained me." Quarum plurimae a seipso typis mandatae fuere annis MDXCI, MDXCII, MDXCIII; et A. MDXCIV prodiit Londini in 4to volumen concionum ejus xl. *The lawyers question. Three sermons in Luke* x. 25. Lond. MDXCV. 4to. *Conciones aliae* x. *cum precibus, etc.* Lond. MDXCVI. 4to. Hae postea recusae fuere, additis *aliis* xiii et *plurimis Dissertationibus, Precibus, Epistolis, etc.* inter quas est *Concio*, cui titulus *Sagittae Dei contra atheistas, etc.* quae in Latinum sermonem versa impressa fuit Oppenheimii MDCXIV. 8vo. *Jurisprudentiae, medicinae, et theologiae dialogum dulcem*; autore Henrico Smith theologo; carmine Latino. "Quo me Musa vocat?" Lond. MDXCII. 8vo. Ms. Bal. Sloan. editum per. Br. Cave avunculum H. Smithi et vicecomitem Leicestrensem. Fuller *Eccl. Hist.* xvi. 142. Claruit A. MDCXIII, et forsitan circa illud tempus obiit, vel A. MDC uti Fuller *Eccl. Hist.* xvi. 142. ex ore fratris asserit. *Athen. Oxon.* tom. i. 263.

SMITH [JOHANNES] filius Clementis eq. aurati et Dorotheae uxoris ejus, sororis Edwardi Seymour ducis Somersetensis, natus, apud oppidum Little Badew, in agro Essex. in academia Oxon. literas humaniores perdidicit. Postea exteras regiones visendi cupidus, varias Europae partes peragravit. Fuit in Gallia regis Edw. vi tempore; et sub multis extraneis principibus stipendia meruit, uti in principio instructionum habet. A regina Elizabetha eques auratus creatus fuit, et A. MDLXXVI legationem ad Hispaniae regem summa cum laude obiit. Scripsit *Discourse concerning the forms and effect of divers weapons, and chiefly of the musquet, calyver, and long bow.* Pr. pr. Ad magnates Angliae. "Even as the wisdom and humilitie." Lond. MDLXXXIX. MDXC. 4to. *Certain instructions, observations, and orders military, requisite for all chieftains, captains, higher and lower officers.* Pr. "The chief cause and principal:" Composed A. MDXCI. Lond. MDXCIV, MDXCV. 4to. *Instructions for enrolling and mustering.* Pr. "The chief thing of all others." Ibid. Claruit A. MDXCV. *Athen. Oxon.* i. 284.

SMITH [JOHANNES] patria Bercheriensis, socius collegii S. Johannis Oxon. tempore fundatoris electus, fuit artium magister A. MDLXIX, et postea ludimagister, ac vicarius ecclesiae S. Laurentii apud Readingam in eodem comitatu. Scripsit *The doctrine of prayer in generall for all men, that is, universally for all mankind.* Lond. MDXCV. 4to. *Athen. Oxon.* i. 286. Quidam JOHANNES SMITH scripsit *The use of the Gospel . . .* MDLXXX. 4to. Quidam JOHANNES SMITH scripsit *The bright morning star; or the resolution and exposition of the* xxii *psalm.* Cambridge MDCIII. 12mo. *A pattern of true prayer, being an exposition or commentary on the Lord's prayer.* Lond. MDCV. et MDCXXIV. 8vo. *Athen. Oxon.* i. 287.

SMYTH

SMYTH [JOHANNES] alius Faber Ferrarius dictus, ex Etonensis scholae paedagogo Dotechensis ecclesiae pastor constitutus, in caetera composuit *De expolitione thematis*, lib. i. nonnullaque alia. Claruit A. D. MDXL. Bal. par. post. 103.

SMITH [RICHARDUS] quem Stanihurstus *De script. Hibern.* p. 43. Hibernum facit, patre fabro ferrario, et Rathmackneiae ad tertium a Wexfordia lapidem natum asserit; alii vero rectius Anglum patria Wigorniensem (uti ipsemet testatur in titulo libri *De sacrif. missae*, Lovan. MDLXII.) tradunt, Oxoniae studia academica excoluit, ubi A. MDXXVII collegii Merton. Oxon. socius electus est; postea artium magister et academiae scriba sive registrarius evasit; dein rector de Cuxham in agro Oxon. principalis aulae S. Albani; theologiae praelector in collegio Magdalen; tandem S. theologiae doctor et regius theologiae professor publicus. A. MDXXXVII 9 Sept. admissus in magisterium collegii Whittingdonensis Londin. quo privatus est tempore Edw. vi, et restitutus tempore reginae Mariae. Newcourt. i. 494. Regnante Edwardo vi exauthoratus est, et Petrus Martyr locum regii professoris supplevit. Dein solum vertit, et primum apud S. Andream in Scotia vixit (Fox. 1443.) dein A. MDL Lutetiae Parisiorum theologiam professus et ibidem degit, uti titulus libri *De coelibatu* edit. Paris. eloquitur. Postea Lovanii professor factus est. Dum autem Maria regnum auspicata esset, officio professorio Oxoniae restitutus, canonicatu ecclesiae Christi ibidem donatus est. Maria vero extincta, omnibus beneficiis privabatur, et in Scotiam tendens custodiae Matthaei arch. Cantuar. a consiliariis regiis tradebatur (Epist. dat. 24 Aug. MDLIX. inter Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. p. 53.) Qua elapsus Duacum contendit et favore Philippi ii regis Hispaniae decanus ecclesiae S. Petri ibidem electus est. Lovanii vixit apud cruciferos mense Maii A. MDLXII. uti refert *Epist.* Gerardo decano Leod. *Praefat. de externo sacerdotio*; et A. MDLXIII theologiae praelector Duaci fuit, uti in libro *De libero arbitrio.* Scripsit *Assertion and defence of the sacrament of the altar*, lib. ii. Pr. ded. regi Henr. viii. "Mooste gratious sov. lord, "callynge to my." Lond. MDXLVI. 8vo. *Defence of the sacrifice of the mass.* Pr. ded. regi Henr. viii. "Most gracious soveraine lorde." Ibid. *An answer to all Martin Luther's, and his scholars reasons made against the sacrifice of the mass.* Ibid. Pr. libri secundi. "Now, good reder, "after I have." *Brief treatise setting forth divers truths necessary both to be believed of all Christian people, and kept also, which are not expressed in the Scripture, but left to the church by the apostles tradition.* Pr. "In thys boke, good Christen reader." Lond. MDXLVII. 8vo. *The declaration made at Oxford 24 July by Ric. Smith, upon his recantation made at Paul's Cross 15 May* MDXLVII. Pr. "Solomon saith, Dominus proteget." Vide Strype in *Vita Cranmer.* 171. et *Append.* num. 39. et Stow, p. 594. *Diatriben de hominis justificatione contra Petrum Martyrem.* Lovan. MDL. 8vo. *Defensionem sacri coelibatus sacerdotum et episcoporum contra Petrum Martyrem.* Pr. ded. Davidi Halyburtono. "Postquam diutius apud me." Pr. "De coelibatu sacerdotum "dissertatiuncula quaedam." Lovan. MDL. 8vo. Paris. MDLI. 8vo. *Confutationem quorundam articulorum de votis monasticis Petri Martyris Itali.* Pr. "Virginitas, inquit, aut continentia." Lovan. MDL. 8vo. *Disputation with bishop Ridley in the divinity school at Oxon.* Fox. 1448. *His sermon at Ridley's and Latimer's burning*; *Item speeches and orations.* Ibid. *A buckler of catholic faith of Christ's church, containing divers matters now of late called into controversy by the new gospellers.* Pr. ded. reg. Mariae. "The holy prophet, most virtuous." Lond. MDLV. 12mo. *Confutationem eorum, quae Phil. Melanchton objicit contra missae sacrificium propitiatorium.* Pr. ded. Phil. abbati Gertrudis. "Cum insignissima amplituda tua." Lovan. MDLXII. 8vo. *De missae sacrificio succinctam enarrationem et brevem repulsionem praecipuorum argumentorum, quae Phil. Melanchton, Joh. Calvinus, etc. objecerunt adversus illud et purgatorium.* Accessit *Epistola* ad lectorem docens, *quae ecclesia sit nobis tuto sequenda, hoc infelici seculo.* Ad card. Grandvellanum. "Dictu est admodum difficile." 2 edit. Lovan. MDLXII. 8vo. *Refutationem haeresis Joh. Calvini et Christoph. Carlili Angli, qua astruunt Christum non descendisse ad inferos alios, quam ad infernum infimum aut ad sepulchrum.* Pr. "Tametsi satis esse debeat." Lovan. MDLXII. 8vo. *Refutationem cavillorum, quibus J. Juellus conatus est Missae sacrum profligare atque abolere canonem ut antichristi praecursor.* Pr. "Joannes Juellus, pie lector, inter concionandum." Ibid. *De infantium baptismo contra Calvinum, ac de operibus supererogationis et merito mortis Christi adversus eundem.* Pr. epist. ded. Gul. a Pictavia praef. Turnensi. "Cum nuperrime praelo commisissem." Lovan. MDLXII. 8vo. *Defensionem externi et visibilis sacerdotii et propugnationem altarium cum confutatione communionis Calviniane.* Pr. epist. ded. Gerardo Dec. Leod. "Cum perspicerem, "vir praeclarissime." Lovan. MDLXII. 8vo. *De consiliis evangelicis et operibus supererogationis, contra Joh. Calvinum, Philipp. Melanchton, etc*, lib. i. "Philippus Melanchton de hoc genus operi-"bus." Lovan. MDLXII. 8vo. *Refutationem Joh. Calvini erroris de Christi merito et hominis redemptione.* Pr. "Quo clare videas, christiane lector." Lovan. MDLXII. 8vo. cum libro *De infantium baptismo.* *De libero hominis arbitrio contra Calvinum.* Pr. epist. Francisco episcopo Atrebatensi. "Quum epistolam D. Pauli ad" Lovan. MDLXIII. 8vo. *Contra libertatem jejunii*, lib. i. Anglice. *In apocalypsin*, lib. i. Hunc se vidisse refert Ric. Stanihurstus. *Confutation of a certain book called, A defence of the true and catholic doctrine of the sacrament, etc. sette fourth of late under the name of Thom. archbishop of Canterbury.* Pr. pr. "Take this booke, I heartily besech "the" . . . 12mo. De hoc libro agit in *Epistola ad Cranmerum* e Scotia Fox. p. 1443. in qua promisit (modo licentia et venia sibi a rege: concessa sit) infra sesquiannum scribere librum *De sacerdotum connubiis, etc.* Et dicit, si ibi, sc. in Scotia, manebat, coactus esset respondere archie-

piscopi

piscopi libro *De sacramentis*; et scribere librum *Locorum communium* contra dogmata reformatae ecclesiae Angl. ab Edw. vi approbata. Vid. Strype in *Vita Cranmer*. p. 255. Cui libro Cranmerus replicat in *Responso ad Gardiner*. MDLI. Strype, p. 256. *Tres ejus epistolae* extant Mss. C. C. C. Cantab. Miscell. ii. p. 109. et in Strype in *Vita Parker*, p. 47. seqq. Obiit Duaci professor theol. in schola ibid. 7 id. Julii A. MDLXIII, et in ecclesia S. Petri humatus jacet. Bal. ix. 46. Pits. p. 761. seq. War. p. 84. *Athen. Oxon.* i. 142. seqq.

SMITH [THOMAS] filius Johannis et Agnetis natus apud Saffron-Walden in agro Essex. Cantabrigiae in collegio reginali (Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. x. p. 413.) literis academicis imbutus; postea regiis sumptibus in Italiam profectus est, et domum reversus, publicus academiae Cantabrig. orator A. MDXXXVIII. dein Graecae linguae, ac postquam A. MDXLII legum doctor Cantabrigiae renunciatus esset, juris Caesarei professor regius evasit. Fuit cancellarius episcopi Eliensis et rector ecclesiae de Leverington comit. Cantabr. Et 32 Henr. viii clericus concilii reginae factus. Tempore Edwardi vi, ducis Somersetensis gratia, principalis regni secretarius constitutus, anno aetatis 33 A. D. MDLI eques auratus (Fox. i. edit. 808.) stannariae Cornubiens. seneschallus. decanus Carliolensis et praepositus Etonensis collegii factus. A. MDXLIX. 14 Octobr. cum duce Somersetensi turri Londinensi mancipatus fuit. Regnum ineunte Maria, omnibus dignitatibus spoliatus, pensionem annuam 100 librarum obtinuit. Regina Elizabetha eum decanatui restituit, unum secretariorum primariorum regni, et cancellarium ordinis periscelidis fecit, ac mense Decemb. A. MDLXXI legatum ad regem Galliae misit. Scripsit *De recta et emendata linguae Graecae pronuntiatione ad Gardinerum episc. Winton. epistolam.* lib. iii. dat. Cantabr. 12. Aug. MDXLII. Pr. "Magnum sane fructum voluptatis." Lutet. MDLXVIII. 4to. *De recta et emendata linguae Anglicae scriptione dialogum.* Pr. "Quintus, salve mi Smithe, Smith." Ibid. Quaere an idem cum libro *De orthographia* cujus meminit Johannes Baret Alveare? *The commonwealth of England, and the manner and Government thereof*, lib. iii. "They that have written heretofore." Lond. MDLXXXIII. MDXCIV. 4to. MDCXXXIII. 12mo. Latine per Joh. Budden. Lond. 12mo. et per Joh. Laet Antwerpiensem. Lugd. Batav. MDCXXX. 12mo. *De re nummaria*. . . *The authority, form, and manner of holding parliaments.* Lond. MDCLXXXV. Quaere an ejus. *Epistolas varias*: quarum xx plus minus extant in Dudl. Diggs *Compl. ambassador*. London. MDCLV. fol. *A letter concerning the peopling of the county of Ardes*. . . Impr. *Epistolam Rogero Ascham* dat. 20 Decemb. MDLXVIII. Inter *Epist.* cl. vir. ad Asham. *Epistolas duas M. Parkero.* Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. i. 641. x. 413. *A sharp letter to bishop Cox of Ely, about his denial to let the queen a lease of the manner of Somersham.* MDLXXV. Ms. Caio-Gonvill. Cantabr. C. 7. Vid. Gualt. Haddon. *Lucubrationes.* p. 282. etc. *A dialogue of the marriage of queen Elizabeth.* Pr. "As I was walking in "my garden." Ms. Norvic. More. 27. Ms. Ashmol. 829. *His reasons for the restitution of Calays 3 April.* MDLXVII. Pr. "The queen's majesty's demand for the restitution." Ms. Harl. xxxiii. C. 9. *Book upon the occasion of the rebellion in the north.* MDLXIX. Strype's *Elizab.* 554. *Instructions given to Sir Thomas Smith knight, privy counsellor, sent to the French King.* 3 Dec. MDLXXII. Ms. Ashmol. 829. Hoc opus scripsit in Gallia dum ibi legatus fuit. *Praefat.* ad rempubl. Angliae. MDLXXXIII. *His voyage and entertainment in Russia*, Lond. MDCV. *An old mould to cast new laws by: with K. James's declaration to both houses of the king's power in the parl. of Scotland in making laws*. . . MDCXLIII. 4to. Extract. ex libro *The common wealth of England.* Transtulit in rithmos Anglic. *Psalmos* xi, et composuit viii *Preces* metrice, et iii *Carmina* Angl. dum captivus in turri Lond. ageret MDXLIX. Pr. tr. Psal. cii. "Merciful lhe is and full of pitie the Lord." Ms. bibl. reg. Westmon. 17. A. xvii. In Ms. Tho. Martin—Sir Thomas Smith is said to be the autor of *Epistle to the Scots printed in Latin and English in the name of the protector and council.* Obiit mense Julio MDLXXVII, et humatus jacet in ecclesia de Theydon ad montem in agro Ebor. Leland. *Encom. et Trophaea* p. 87. Camden. *Elizab.* in A. MDLXXVII. Fuller's *Cant.* 81. 119. *Athen. Oxon.* i. 352. seqq.

SMYTH [THOMAS] reginae Mariae servus; edidit primum et reginae inscripsit *The complaint of grace by doct. John Redman.* Lond. . . 12mo. Pr. "Christ in his gospel." *Prayer in English for the queen with child.* Pr. "O Almighty Father, which diddest." Apud Fox. i. edit. 1016.

SNETESHAMUS[a] [RICHARDUS] Isiacas adolescens scholas petiit; ubi multa discendo, partim et docendo, ad eam tandem pervenit felicitatem quae ei laudem vel immortalem peperit. Functus est primo inter Isiacos, literarum et prudentiae titulo, munere; cancellarius videlicet factus circiter annum D. MCCCCXII[b]. In acumine disputandi nemini concessit, et praeterea, ut ea ferebant saecula, facundiae videbatur torrens inexhaustus. Scripturae mysteria sacrae in scholis publicis assidue multa cum eruditione interpretatus est. Hinc coaluit justum cui *Lectura*[c] titulus, volumen[d]. Ex *Lelando*.

[a] Ricardus Snetesham, Ms. Lel. Trin. "Ric. Snetesham de Shipdam, Norwic. dioec. socius colleg. de Oriel Oxon ordinatus presbyter 18 Sept. MCCCC." *Registr.* Braybroke, episcopi Lond.

[b] SS. theol. doctor erat Ricardus, et collat. ad cancellar. eccl. Exon. 12 April. MCCCCX. at nunquam cancellarius Oxoniensis, quo munere functus est Joannes de Snetisham anno MCCCCXIV. Vide *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 403. Attamen A. Wood in Ms. Merton. putat Ricardum fuisse cancellarium.

[c] *theologiae*, lib. i. "Fluvius egrediebatur de loco." Olim in bibl. Baliol. uti habet Lel. iii. p. 60. Extat Ms. in bibl. Baliol. *Lectio in Sententias* (seu potius in *Prologum glossa*) cujus initium est, "Fluvius," etc. in cod. 56. Jamef. f. 51. b. unius tantum paginae et in cod. 192. f. 36. Vide Ms. Langb. p. 320.

[d] Scripsit etiam *Ad quaedam dubia*, lib. i. "Dubia subscripta moveri possunt." *Abbreviationes*

viationes Rob. Cowtoni super Sententiarum lib. iv. " Utrum " habitus theologiae sit." Mſ. bibl. Merton. N. vi. 11. Art. *Contra quosdam articulos Wiclevi*, lib. i. Claruit anno MCCCCXX. Bal. vii. 66. Pitſ. p. 604. " 18 Sept. " MCCCCXIV rex conceſſit licentiam dilecto clerico noſtro " magiſtro Ric. Snetiſham, S. th. bacc. quod ipſe verſus " partes Franciae ſe divertere, et apud civitatem Pariſios " per duos annos proxime futuros pro Scotis ibidem exer- " cendis, cum tribus famulis—morari poſſit." Rymer. *Foeder*. vol. ix. 159. Joannes Snetiſham, S. th. pr. et coll. Merton. ſocius (in cujus gratiam literae commendatitiae miſſae ab acad. Oxon. Edmundo epiſcopo Exon. 4 Mar. MCCCCXXXVIII extant in *Reg*. F. epiſt. Oxon. 139) dictae eccleſiae cancellarius fuit conſtitutus 11 Martii eodem anno, et obiit MCCCCXLVIII. Occurrit cancell. Exon. MCCCCXLII. Mſ. Aſhmol. 789.

SOLIACO [HENRICUS de] vir de regia ſtirpe progenitus (Cart. Glaſton.) monachus Benedictinus, primo monaſterii Berdmonſeienſis prior, poſtea vero Glaſtonienſis abbas [nominatus abbas Glaſton. apud Pipewell MCLXXXIX. Hoveden.] ac tandem A. MCXCIII epiſcopus Wigornienſis, quam ſedem tenuit annis duobus. Quod ad rem literariam attinet eum ſcripſiſſe tradit Baleus *De inventione corporis regis Arthuri*, lib. i. Claruit A. MCXC. Bal. xiii. 28. Et obiit 24 Octob. MCXCV. Wharton. *A. S.* vol. i. 478.

SOLITARIUS, eccleſiae Cantuarienſis preſbyter, ſcripſiſſe fertur *Speculum eccleſiae*, lib. i. Pr. pr. " Peritiſſimi pictores, Ambroſius et Auguſtinus." Poſt prologum continet *Regulas quaſdam de orationibus ante concionem dicendis.* Item *Breves conciones pro diebus dominicis et feſtis per totum annum.* Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. K. viii. diſerte *Speculum* hoc fratri ſolitario tribuit. Quaere tamen an idem quod S. Edmundo archiepiſcopo Cant. adſcribitur. Vide Mſ. Bodl. NE. B. 3. 16. ubi nota mutuata eſt ex Solitario *Super Apocalypſin.* Bal. xii. 4. ex Joſiae Simleri *Breviario bibliothecae Geſneri.*

SOLITARIUS [HELIAS,] dictus (Dempſter. 335.) abbas Scotorum coloniae. Scripſit *De Scotorum peregrinorum innocentia ad Imperatorem.* Claruit A. MXXVII. Obiit A. MXLII. Colitur 12 April. Dempſt. viii. 631.

SOME [ROBERTUS] S. theol. doctor Cantabrigienſis. Scripſit Anglice *A treatiſe deciding ſeveral queſtions concerning the miniſtry, ſacrament, and church.* Lond. MDLXXXVIII. 4to. *A confutation of ſome of Mr. Penry's errors.* Ibid. *Tractatum de eccleſia. Tractatum de oppreſſione*, Anglice. Simul extant London. MDLXXXII. 8vo. *Tractatum de ſacramentis.* Lond. MDLXXXII. 8vo. *Confutationem plurimarum impiarum opinionum Henrici Barrow, Joh. Greenwode, etc. Anabaptiſtarum.* Lond. MDLXXXIX. 4to. *Concionem ad clerum*, Latine, in Hoſ. xiv. 3, 4. Anglice extat Lond. MDLXXX. 8vo. *Comment. in orationem Dominicam, articulos fidei et decem mandata.* London. MDLXXXIII. 4to. *De mortis Chriſti merito et efficacia, remiſſionis peccatorum per fidem certitudine, et juſtificantis fidei perſeverantia, tres quaeſtiones.* Hardovici MDCXIII. 8vo. *Athen. Oxon.* i. 259.

SOMERCOTE [LAURENTIUS] (Mſ. Norwic. More 216. SOMERTON vocat) in auſtralibus Angliae partibus natus; ab adoleſcentia grammaticae, rhetoricae, dialecticae et aliis bonarum artium ſtudiis ſedulam dabat operam. Fuit teſtis primus ordinationi vicariae de Wolpet factae per Walt. Norwic. epiſcopum pr. id. Apr. MCCXL. (*Lib. Nigr. Bur.* 144.) et officialis epiſcopi A. MCCXLVII. (*Stat.* eccl. Ciceſtr. Mſ. bibl. Univ. collegii Oxon. I. 148.) Canonicus erat Ciceſtrenſis et Richardi ii. epiſc. Ciceſtr. officialis A. MCCLIV. Mſ. Whart. F. 118. in bibl. Lambeth. A fratre ſuo vel ſaltem cognato Roberto Somercote cardinali ad curiam Romanam evocatus eſt, ubi factus eſt papae ſubdiaconus. Juris utriuſque peritia clarus, et theologus non contemnendus. Scripſit *Summam de formis electionum epiſcoporum*, lib. i. " Omnibus S. matris eccle- " ſiae, etc. Licet circa diverſas formas." Mſ. bibl. Bodl. NE. C. 3. 8. Mſ. Norwic. More 216. Mſ. Lambeth. 49. fol. ad cujus finem adnotatur: " Perfecta fuit haec *Summa* a Laur. Somercote " menſe Julii A. D. MCCLIV." Et Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 10. C. ii. 2. et ii. C. v. 2. *Abbreviata quaedam*, lib. i. " Omnibus S. matris eccleſiae." *Modum tractandi narrationes, Gallice*, lib. i. *Super articulis fidei*, lib. i. " Jeſu glorioſe, ſuavitatum omnium." Mſ. Bale Glynn. Claruit A. MCCXL. Bal. iv. 2. Pitſ. 311.

SOMERS [JOHANNES] ſive SOMERARIUS [a], Franciſcanus ex eo collegio, quod apud Gualteri Pontem, emporium Somurotrigum frequens, propter [b] Iveli fluminis ripas ſitum eſt, Iſiacis in ſcholis gloriam ab eruditione partam etiam nunc conſervat. Studuit philoſophiae, et matheſeos recondita myſteria omnia, felicitate quadam inſolita, ſignificanter aperuit. Extant ejus opuſcula Grantae Girviorum in bibliotheca Petrina. Vidi privatim ejus libellum *De quantitate anni* [c]. Ex *Lelando.*

[a] Johannes Somerius, ſive Summer. Pitſ. Fr. Joh. Somer ord. Praedic. de conv. Chelmesford ordinatus acolutus 2 Febr MCCCXCVIII. *Reg.* Braybrook, epiſc. Lond.

[b] " frequens prope Flueli fluminis." Mſ. Lel. Trin.

[c] Quaedam ex libro *De quantitate anni* excerpſit Ludov. Caerlyon. Praeter hunc librum ſcripſit *Ad Ricardum regem* [ſecundum ex Hippolyto, Iſidoro, Euſebio, Theophilo, Proſpero Victorino, Ciryllo, Roberto Lincolnienſi, Dionyſio Exiguo, Beda, Hilperico, Joanne de Sacro Boſco, et Rogero Bacono. *Addit.* Bal. Mſ. Lel. Trin. et Mſ. Norw. More 820.] *Calendarii caſtigationes*, lib. i. " Corruptio " calendarii horribilis eſt." *Tertium calendarii*, lib. i. " In hoc opuſculo *Tertii calendarii* ad merid. Oxon. compoſito an. Dom. MCCCLXXX. Mſ. Bodl. James viii. 337. Mſ. Bodl. Seld. ſup. 90. Edidit ex praecepto miniſtri ſui provincialis Thomae Henbery, et ad inſtantiam dominae Joannae Walliae et Cornubiae principis matris regis, A. D. MCCCLXXX. *Tertium calendarii*, lib. i. *Add.* Bal. Mſ. Trin. *Aſtrorum canones*, lib. i. *De facultate metrica*, lib. i. *Calendarium ad meridiem univ. Oxon. anno* MCCCLXXXVII. Pr. " Iſtud calendarium ſubſequens fuit." Mſ. Bodl. Laud. B. 27. *Tabulas de luna et aliis planetis, uti etiam medii motus ſolis in ſingulis 24 horis.* Mſ. Bodl. Laud B. 23. *Calendarium ad merid. Oxon.* MCCCLXXX. ad inſtantiam Johannae principiſſae Walliae. Pr. " Ad honorem Dei et " Virginis—et epiſcopi Ludovici. In hoc opuſculo *Tertio* " *Calendarii.*" Mſ. Bodl. Digby v. Item Mſ. Cott. Domit. A. ii. 1. Item Veſpaſ. E. vii. Hic codex diverſus

eſſe

esse videtur a *Tertio calendarii* supra recitato: *Chronica hujus Joannis* [quaedam brevis ab A. M ad MDXXXIII. Pr. " A. D. MII Dani interfecti in Anglia." Mſ. Cott. Domitian. A. ii. Faustina A. ii. Claruit circa A. MCCCXC. Bal. viii. 8. Pitſ. p. 545. tempore Henrici iv et v. Leland. *Collect.* iii. 17. Vid. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 76.

SOMERSET [JOHANNES] in academia Oxon. in literarum studiis enutritus, ut patet ex *Epistola* acad. ei missa. *Reg.* F. *Epist.* 218. Studiis etiam incubuit in aula Pembroch. Cantabrig. Fuller. *Hist. Cantabr.* 41. Medicinae operam dedit ac in grammaticis et rebus mathematicis peritissimus fuit. Memorand. quod A. D. MCCCXVIII, 28 Jul. Gul. abbas contulit regimen et magisterium scholarum grammaticalium in villa de Bury S. Edmundi magistro Johanni Somerset, artium et grammaticae professori et baccalaureo in medicina cum annua pensione xl solid. *Reg.* Bury Tiberius fuit magister in medicina et doctor regis A. MCCCCXXX. Rymer. *Foeder.* x. 450. *Regist. Eipst. Oxon.* F. *Epist.* 179, est gratias agens doctori Somerset ob officia erga universitatem; et rogans ut libros ab Humfredo duce Glocestrensi legatos academiae mittere curaret, 8 April. MCCCCXLVII. Ibid. *Epist.* 203, eidem Johanni pro consilio reliquos ducis Humfredi libros obtinendi, 28 Aug. MCCCCL. Ibid. *Epist.* 218, huic Johanni gratias agens pro libro Alex. Nekham *De naturis rerum* academiae donato. Ibid. *Epist.* 220, gratias agens pro aliis libris academiae eidem datis. Regis Henrici vi medicus et informator fuit. Scripsit *De ingratitudine universitatis Cantabrigiensis et specialiter contra socios collegii regis suo medio citius fundati.* Pr. " Quid tibi Cantebrigia dudum " dulcissima feci." Mſ. Cotton. Jul. F. vii. 43. Vide Fuller. *Hist. Cantabr.* 76. *Historiae* [Rogeri Wall, ita Fr. Thin. in *Continuat. Hist. Scot.* apud Hollinshed vol. ii. p. 434. ubi haec allocutio tum versu tum prosa extat] Thomae Elmham. Mſ. Cotton. Julius E. iv. 2. praefixa est *Allocutio scriptoris ad paginam*, ut quaerat M. Johannem Somerset, quem *aestatis sedem* appellat, regis medicum, in suum correctorem cum versibus in eundem. Smith. p. 2. a. *Opus ejus super metrica facultate* citatur in Mſ. coll. Merton. Q. iii. 1. Art. Et quaere annon *Ymnimetria* (Pr. " Qui " metri vitia vitabis.") et *Metrimetria* (Pr. " Ad cujuslibet metri denomin.") sint huic Johanni adscribendae. *De virtute olei olivae secundum Petrum de Crescentiis*, etc. " Prout compilavi de libro " Johannis Somerset, med. doct. residente in librario univers. Cant. MCCCCLXXI." Ita nota in Mſ. Bale, Sloan. 262. " Egregius artium medicinae doctor, Joh. Somerset donavit hunc librum me- " dicinae collegio D. Petri Cantabr. cujus tamen usum habebit M. Rog. Marchall per totam vi- " tam." Ita nota antiqua in princ. Claruit A. D. MCCCCXLI in familia regis apud Shene. Mſ. Norwic. More. 820. Vid. Newc. i. 753.

SOMERTON [JOHANNES] frater Praedicator in coenobio Nordovicensi, et sacrae theologiae baccalaureus. Forsan idem, qui academiae Oxon. alumnus fuit A. MCCCCXXXIX. *Reg.* Oxon. Aaa. Scripsit *Sermones per annum*, lib. i. " Emitte agnum, Domine, dominatorem." Bal. xii. 58. Pitſ. *App* p. 882.

SOMME [JOHANNES] ordinis fratrum Minorum scripsit *Calendarium ad meridiem Oxoniae.* A. MCCCLXXX. Mſ. Bodl. Digby. n. 5.

SOPHROCORDIUS [GEORGIUS] qui et WISCHIERT dicitur (Vid. Dempster. p. 598. et 666.) illustri familia in Scotia oriundus, Cantabrigiae in collegio Corporis Christi studiis incubuit A. MDXLIII. (Fox.) In Gallia eadem prosequebatur (Heylin. *Presbyt.* 140.) et apud Germanos Lutheri dogmata hausit, quae post reditum in patriam in Scotia primus sparsit, donec a cardinale Betonio igni damnatus est. Scripsit *Themata fidei contra Quintinum Kennedium*, lib. i. *De coena domini ex Luthero*, lib. i. *De fide sua*, lib. i. *Contra clerum Scoticum*, lib. i. *Examinationes et una aut altera oratio extant* Anglice Lond. MDXLVI. 12mo. Claruit A. MDLX. Flammis damnatus est a card. Betonio MDXLVII (Mart. 1. MDXLVI.) apud S. Andream. Dempst. xvii. 1082. et xix. 1193. Fox. 1267. Demsterus duos Georgios facit, unum Sophrocordium, alterum Wischiertum; unum autem eundemque fuisse constat. Quaere tamen annon librorum tituli quodamodo diversi frustra repetantur a Dempstero?

SOTHERTON [N.] Extat sub ejus nomine *The whole book of Psalms set to musick in* iv *parts, by several hands*, sc. *Tho. Cawston*, *R. Brimle*, *N. Sotherton*, *etc.* Lond. MDLXIII.

SOTHINDONA [ROBERTUS de] patria Anglus, regis Henr. iii. clericus et ab *Epistolis.* Rob. de Sotinden occurrit rector de Domerham A. D. MCCLII. Cartul. Glaston. F. 90. Praesentatus per abbatem et convent. Glaston. A. MCCXLVI. Ibid. F. 91. Obiit A. MCCLVII. Ibid. F. 108. Scripsisse fertur *Orationum* lib. i. *Epistolarum* lib. i. Claruit A. MCCL. Vide M. Paris in eodem anno. Pitſ. p. 322.

SOTHRAY [SIMON] monachus Benedictinus in coenobio S. Albani (Bal.) frater eremita ordinis S. Augustini (Pitſ. ex Jos. Pamphilo) Oxoniae literis operam dedit, ubi tandem S. theol. professor evasit. In libro *De praerogativis ordinis monastici* Mſ. Cotton Claudius E. iv. f. 3 7. ita de eo: " Simon de Southereia S. theol. professor, monachus S. Albani, multos per suas praedicatio- " nes ab errore Johannis Wicklef revocavit—Simon in arte versificandi praecipuus, in astrologia " peritissimus, in poetria doctissimus, inter cunctos regnicolas nostris temporibus habebatur." In Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. ad finem *Suppl. Hist. Aureae* ita: " S. theol. professor et prior de " Belvero occurrit in electione Johannis Moote in abbatem D. Albani 9 Octob. MCCCXCVI, et im- " mediate post electionem istam domum revocatus, prior dicti monasterii evasit. Ita etiam fuit A. " MCCCCI. in electione Gul. Heyworth." Scripsit *Super ecclesiae authoritate*, lib. i. *De sacramento altaris*, lib. i. *Contra Wiclevistas*, lib. i. *Almanak stellarum fixarum secundum Symonem*

2 *Southray.*

Southray. Pr. " Aries, Steder, Denepker." Mss. Bodl. Digby 98. [Solum extat pr.] Claruit A. MCCCLXXXII. Bal. vi. 83. Pits. p. 538.

SOTO [PETRUS de] natione Hispanus, patria Cordubensis, frater ordinis S. Dominici, Salamancae educatus, Carolo v imperatori et regi Hispaniae a sacris confessionibus. Postquam Philippus Mariam reginam duxerat in Angliam cardinalem Polum comitatus est; dein regia authoritate Oxoniam missus, ubi ad mortem usque Mariae in D. Thomam publice praelegit, et aliquando in absentia mag. Bruern, Hebraici professoris vices supplevit. De eo Nic. Anton. in *Bibl. Hispan.* ita: " Oxoniae perlatus a Philippo Hispaniarum principe recensque Anglorum rege, ut simul cum Jo-" hanne Villa Garcia ejusdem familiae, sc. S. Dominici, theologo caliginosi, illius gentis tot erroribus " obcaecati, ingenii tenebras orthodoxae doctrinae radiis excuteret." Tandem cum rege Philippo in Hispaniam redit, et ad concilium Tridentinum missus ibi mortem obiit mense Aprili A. MDLXIII. Scripsit Latine *Institutiones Christianas*, lib. iii. Augustae MDXLVIII. Antwerp. MDLVII. 16mo. *Adversus Joh. Brentium* Antwerp. MDLII. 16mo. *Defensionem catholicae confessionis et scholiorum circa confessionem illustr. ducis Wirtemburgensis nomine editam adversus Prolegomena Brentii.* Antw. MDLVII. 4to. *Doctrinae catholicae compendium in usum plebis Christianae recte instituendae.* Dilling. MDLX. 12mo. *De sacerdotum institutione*, lib. iii. Lovanii. MDLXVI. 8vo. Venet. MDLXVII. Colon. MDLXXIX. Brix. MDLXXXVI. Lugd. MDLXXXVII. 8vo. Nic. Anton. *Bibl. Hispan.* ii. 193, 194. *Athen. Oxon.* i. 141. seq.

SOTOVAGINA [HUGO] praecentor et archidiaconus Eboracensis ecclesiae, et ad D. Petri fanum praepositus. Scripsit *De vera amicitia carmen morale*, in quo descriptio veri amici; et contra simoniam nonnulla, lib. i. " Philosophus quidam quaesitus quid sit amicus." Ms. bibl. Bods. Digby 65. f. 11. *Distinctiones metrorum*, lib. i. " Surge, piger, quare dormis." *Epistolas et carmina.* [Versus quidam hujus Sotovaginae in Ms. Cotton. Vitellius A. xii. 24. Pr. " Hugo Sa-" cerdoti Willelmo, quae tria." De aetate hujus autoris non constat. Bal. xii. 79. Pits. *App.* p. 865. Ms. Digby. 65. Haguft. in *Bello Standardi.* Erat quidam Hugo Sotesby canonicus Litchfeldensis A. MCCXLII. Whart. *A. S.* tom. i. 446.

SOTYNTON [MARTINUS de] monachus, ut videtur, S. Augustini Cantuar. Scripsit *Glossas in* v *priores libros Decretalium.* Pr. " In hujus libri principio." Ms. C. C. C. Cantabr. O. 21. Claruit centuria XIII.

SOUTHBEY [JACOBUS] Anglus in arte medicinali peritus. Scripsit *Medicamenta praeservatoria et sanatoria hominum et equorum, etc.* Ms. olim penes A. Wood. A. Wood. Ms. Pits. Princ.

SOUTHWELLUS [RICHARDUS] historicus Anglus: Frequenter citatur ab Hollinshedo in vol. iii. 332. etc. temporibus Edw. ii et iii. Robertus vocatur ibidem, pag. 366. Citatur etiam in *Hist. Scot.* circa ista tempora p. 231, etc. Scripsit *De rebus Anglicanis chronica.* Pits. *App.* pag. 898. *Epistola* dom. Ric. Southwell militis dat. 21 Jun. MDLV extat apud Fox. i. edit. 1271.

SOUTHWELLUS [ROBERTUS] patria Suffolciensis, religionis pontificiae gratia solum vertit, et in regionibus exteris societatem Jesu ingressus est. Post aliquot annos in patriam rediens, ut Anglos ad fidem pontificiam revocaret, comprehensus est, et tandem mortem passus est Londini 3 Mart. A. MDXCV. Scripsit *Epistle of comfort to those catholicks, who lye under restraint.* .. MDCV. 8vo. *Supplicationem ad Elizabetham reginam*, lib. i. Anglice. *Epistle to his father, to forsake the world.* . . 8vo. et Lond. MDCXX. 8vo. *St. Peter's complaint, with other poems.* London. MDXCV. 4to. et MDCXX. 8vo. *Maeonice, or certain excellent poems and spiritual hymns: omitted in the last impression of Peter's complaint.* Lond. MDXCV. 4to. et MDCXX. 8vo. *Mary Magdalene's tears.* Ibid. *Triumphs over death: or a consolatory epistle for afflicted minds in the affects of dying friends.* Pr. pr. " If the Athenians erected an altar." Pr. lib. " If it be a blessing of the " virtuous." London. MDXCV, MDXCVI. 4to. publish'd by John Trussell. Scripta fuit haec *Epistola* in usum Tomae Howard, dein comitis Suffolc. in obitum sororis ejus Margaretae. London. MDCXX. 8vo. *Poemata spiritualia*, Anglice. *De mysteriis incarnationis Domini*, etc. Pits. pag. 794.

SOWLE [JOHANNES] sive SOULAEUS, sive DE ANIMA, professione Carmelita Londinensis, in sui ordinis coenobio Oxoniae educatus, ubi gradum in S. theologia adeptus est. Fuit doctor conventus Norvici. Ms. Bal. Sloan. Concionandi facultate celeberrimus; Johanni Coleto decano S. Pauli London. maxime charus erat. Scripta D. Pauli ab eo magni habebantur. Scripsit *Sermones ex S. Paulo*, lib. i. " Paulus servus Jesu Christi." *Divisiones thematum praedicabiles per annum.* Pr. " Abjiciamus opera tenebrarum." Alias tit. ita: " Notabilem divisionem the-" matum Epistolarum et Evangeliorum de temporali per circuitum anni." Scripsit A. MCCCCXCII. Ms. Bal. Sloan. *Conciones de tempore et de sanctis per annum*, lib. i. Ibid. " Formido mortis ceci-" dit." Obiit A. MDVIII, et Londini in ecclesia Carmelitarum sepultus est. Bal. ix. 13. Pits. 687. *Athen. Oxon.* i. 7.

SPARK [JOHANNES] comes D. Johannis Haukins: Scripsit Anglice, *Historiam navigationis D. Johannis Haukins ad Guineam in Africa; et inde ad Novam Hispaniam in America annis* MDLXIV *et* MDLXV, Pr. " Master John Haukins with the Jesus." Extant apud Hakluit pag. 523.

SPAUL-

SPAULDINGIUS [RADULPHUS] Carmelita Stenefordensis, Grantae Girviorum theologiam profitebatur[a]. Ejus libellus, *Aristotelis Elenchos*[b] subtiliter discutiens, olim in pretio fuit. Ex *Lelando*.

[a] " In ea ipsa facultate magister." Addit Lel. *Epit.*
[b] Lib. ii. quaestiones xlv. Mf. Bal. Sloan. 4to. 208. " Utrum de syllogismo sophistico." Scripsit etiam *Determinationes S. Scripturae*, lib. i. " Quaeritur utrum scientia " possit." Lel. *Epit.* *Sermones plures*, lib. i. Lel. *Epit.* Claruit (Bal. xi. 29.) obiit (Pitf. p. 550.) anno MCCCXC. et Stanfordiae sepultus est. Interfuit concilio Stanford. MCCCXCII. Bal. Mf. Sloan. 4to. f. 57.

SPEDE [ROBERTUS] scripsit *Compendium de curandis aegritudinibus particularibus.* Pr. " Pro dolore capitis ex caliditate." Mf. Bale Sloan.

SPENCERUS [EDMUNDUS] patria Londinensis, natus A. D. MDX et academiae Cantabrigiensis in aula Pembroch. alumnus poetarum Anglorum suae aetatis princeps. Ei dom. Philip. Sidney primus fuit Mecaenas; et titulo poetae laureati a regina Elizabetha ornatus. In Hiberniam abiit cum Arthuro domino Gray, barone de Wilton, prorege Hiberniae, cui fuit ab epistolis. Ob munera fideliter obita praediis amplis apud Kincolman in agro Corcagiensi remuneratus; sed paulo post a rebellibus sub comite Desmondiae e laribus ejectus, et bonis spoliatus. Inde in Angliam fugit et moerore enecatus obiit Westmonasterii A. MDXCIX, (alii MDXCVI, alii MDXCVIII.) et ibidem in ecclesia S. Petri prope Chaucerum sepultus est. Waraeus, p. 137. Stow *Epit.* p. 774. p. 517. Scripsit *De vanitate mundi*, Anglice. London. MDXCI. 4to. Et in editione Londin. MDCLXXIX. fol. habentur sequentia: *The Fairy queen*, lib. vi. " Lo I the man, whose Muse whilom did make." Lond. MDCIX. [et MDCXI. MDCXVII. fol.] Imperfectum est hoc poema, nam xii libros continere deberet. p. 329. *Two cantos of mutability*, quos partem septimi libri conficere verisimile est. *Prosopopoeia; or Mother Hubbard's tale.* Pr. ep. ded. Dominae Compton. " Most fair and vertuous " lady." Lond. MDXCI. 4to. *The shepherd's calendar.* Ded. dom. Phil. Sidneyo. *Eclog.* xii. " A " Shepherd's boy (no better him.") London. MDLXXXVI. 4to. Carmine Latino donatae sunt hae *Eclogae* per Theod. Bathurst. aulae Pembroch. Cantab. socium MDCLIII. 8vo. impress. Et ad finem *Opp.* Angl. Lond. MDCLXXIX. fol. Item per Jo. Dove, eccles. Christi Oxon. alumnum. Mf. Caio-Gonvill. C. 27. *Colin Clouts come home again.* ad D. Gualt. Raleigh. " Sir, that you may " see, that I am." *Astrophel, or six elegys on Sir Phil. Sidney's death.* Pr. " Shepherds that wont." *Prothalamion, on the marriages of the ladies Elizabeth and Catherine Somerset.* Pr. " Calm was " the day." *Amoretti, or Sonnets.* Pr. " Happy ye leaves, when as those lilly hands." *Epithalamion.* Pr. " Ye learned sisters, which have oftentimes." *Four hymns of love, beauty, heavenly love, and heavenly beauty.* ad Marg. comitissam Cumbriae et Mariam comitis. Warwici. " Hav- " ing in the green times of my." *Daphnaida, or an elegy on Douglas Howard, etc.* ad Hel. Marchion. North. " I have presumed humbly." *Complaints of the world's vanity.* sc. *The ruines of times*; ad Mariam com. Pembr. Pr. " Most honorable and bountiful lady, there be." *The tears of the muses*; ad dominam Strange. Pr. " Most brave and noble lady, the things." *Virgils gnat*; ad comitem Leicestr. Pr. " Wrong'd, yet not daring to express my pain." *The ruines of Rome by Bellay.* Pr. " Ye heavenly spirits, whose ashie cinders lie." *Muipotmos, or the fate of the Butterfly*; ad dominam Carey. Pr. " Most brave and bountiful lady, for so excellent." It. London. MDXC. 4to. *Visions of the world's vanity.* Pr. " One day, whilst that my daily cares did sleep." *Visions of Bellay.* Pr. " It was the time, when rest soft sliding down." *The visions of Petrarch.* Pr. " Being one day at my window all alone." *Two letters to Gabr. Harvey.* Praefat. edit. MDCLXXIX. *A letter to Sir Walter Raleigh, expounding the Fairy queen.* Pr. " Sir, knowing how " doubtfully." *Several short poems on sundry noble persons.* *Brittain's Ida.* Pr. " In Ida vale " (who knows not Ida vale?)" *A view of the State of Ireland; dialoguewise inter Eudoxum et Irenaeum.* Pr. " Eudox. But if that country of Ireland." In prose. Acerbe nimis librum hunc perstringit *Ogyg.* 367, etc. Scripsit praeterea, quae jam deperdita sunt, *Novem comoedias. Paraphrasin Cantici canticorum. Ecclesiasten. Horas Dominicas. Psalmos septem. The dying pelican. The sacrifice of a sinner. Stemmata Dudleyana. Purgatory. A sennights slumber. Epithalamium Thamesis. The hell of lovers.*

SPENSERUS [HENRICUS] *Collectiones* Henr. Spenseri, episcopi Norwicensis extant Mss. bibl. Bodl. James. 18.

SPENSERUS [THOMAS] filius Leonardi, patria Nordovicensis, monachus ordinis S. Carthus. apud Henton in agro Somerset. Oxoniae studiis theologicis aliquandiu operam dedit. Scripsit *Comment. in Epist. D. Pauli ad Galatas*, lib. i. *Trialogue between Tho. Bilney, Hugh Latimer, and W. Repps.* Obiit in coenobio suo A. MDXXIX. Bal. ix. 6. Pitf. p. 703. *Athen. Oxon.* i. 24.

SPERMANNUS [THOMAS] corrupte OPERMANNUS, frater Dominicanus, S. theol. doctor. Scripsit *Comm. in Genesin*, lib. i. *In Paulum ad Hebraeos*, lib. i. *In Canonicam Jacobi*, lib. i. *Quaestiones disputatas*, lib. i. Claruit A. MCCC. Bal. iv. 78. Pitf. p. 387.

SPERTE [THOMAS] rector ecclesiae de Uttecolne dioec. Exon. 9 Rich. ii. praebendarius de Fontmoll in eccl. Shafton. 13 Ric. ii. Legum doctor ecclesiae Wellensis cancellarius admissus 7 Aug. MCCCLXXXII. Le Neve *Fast.* Mf. *Epist.* Gilb. Stone f. 8. Scripsit *De decimis opusculum* Mf. bibl. reg. Westmon.

SPICER [JOHANNES] Minorita, Anglus. Scripsit *Summam, quae dicitur, fasciculus morum*; lib. vii. "Frater praedilectae, quia script." Mſ. Bodl. Laud. F. 6. 8vo. L. 24. Quidam Johannes le Spicer monachus Cantuar. et capellanus archiepiscopi frequenter occurrit in *Registro* ab A. MCCCXI ad MCCCXIX. *Regist.* Cantuar. penes episc. Norwic. More. f. 129.

SPITALL [HENRICUS] patria Scotus (Dempst. 583.) in academia Aberdonensi nascente, philosophiae professor. Scripsit *Facilem ad Aristotelicam sapientiam aditum*, lib. i. Claruit A. MDXX. Dempst. xvii. 1047. Mackenz. ii. 383.

SPRINT [JOHANNES] filius Johannis pharmacopolae Bristoliensis. In academia Oxon. studia literarum tractavit, et primo collegii Corp. Chr. dein aedis Christi alumnus electus. Fuit procurator cleri Winton. in synodo MDLXII, et praebendarius Winton. ecclesiae A. MDLXXII, et anno sequenti praebendarius de Bytton in ecclesia Sarum (Atkins, *Glocestr.* 285.) A. MDLXXVII archidiaconus Wiltoniensis, et A. D. MDLXXX decanus Bristol. et A. MDLXXXIII thesaurarius Sarum. ecclesiae evasit. Scripsit *Orationem gratulatoriam ad illustrissimos comites Warwicensem et Leycestrensem, Bristolliae habitam April.* MDLXXXVII. Pr. "Nunquam duos simul in coelo soles." Oxon. MDLXXXVII. 12mo. Obiit mense Febr. A. MDLXXXIX. *Fasti Oxon.* i. 110.

SPORLEY [RICHARDUS] circa A. D. MCCCCXXX monachus Westmonasteriensis factus. In codice Mſ. Cotton. Claudius A. viii. a pag. 16 ad 33. quindecim dantur capitula h. t. *Pro fundatione hujus abbatiae Westm. et dedicatione ejusdem ex antiquitate patet evidenter ex vetustissimo cronicarum libro veteri Anglorum sive Saxonum lingua conscripto*, cap. i. A primitivo tempore Christianae fidei. Ast ea sunt verbatim pars prima *Historiae fundationis, etc.* Johannis Flete, omisso prooemio et auctoris nomine. Sporleus tamen haud sibi attribuit compositionem hujus *Historiae*, sed aliunde extractam asserit in titulo hujus tractatus sequ. verbis: *Sequitur extractio et compilatio totius operis sequentis per fratrem Ricardum, quondam monachum ecclesiae Westm. anno Domini* MCCCCL. Mſ. Cotton. Claud. A. viii. p. 16. In eodem codice pag. 34. et sequenti datur auctoris nostri *Compilatio brevis collecta ex vetustissimis munimentis librorum de abbatibus, praepositis vel prioribus hujus ecclesiae Westmonast. a tempore sancti Gregorii papae et Seberti regis Essexiae et Midilsexiae hujus ecclesiae fundatoris, usque ad tempus sancti Wulsini abbatis et sancti Dunstani, tunc London. episcopi, postea Cant. archiepiscopi, hujus ecclesiae praecipui in religione renovatoris.* Inc. "Orbrithus primus abbas." Desinit "Alfricus abbas hujus ecclesiae Westm." In eodem codice a p. 36, ad p. 64. sequitur *Historia abbatum Westmon. a Wulsino ad Nicolaum Litlyngton, excerpta*, vel potius verbatim descripta, *ex Johanne Flete*. Sporleius opus suum hoc insignivit titulo: *Sequitur compilatio de omnibus abbatibus hujus ecclesiae Westmon. succedentibus praedictum abbatem Alfricum, excerpta de quodam laudabili opere fratris Johannis Flete, nuper prioris ecclesiae praedictae: cujus animae propitietur Deus. Amen.* Inc. "Sanctus Wulsinus natione Anglicus." Desinit, "Nicholaus Litlyngton de priore Westm." Obiit circa A. D. MCCCCXC. Mſ. Cotton. Claudius A. viii. Et *Monast. Anglic.* tom. i. p. 55.

SPROTTUS [a] [THOMAS] sive SPOTTAEUS, inter Augustinianos monachos, qui sunt Duroverni Cantiorum, celebris erat, non solum religionis, verum etiam solidae doctrinae titulo. Nae ego igitur essem parum candidus, si hominem tam clara dignum memoria silentio praeterirem. Itaque pro mea consuetudine id ei dabo, quod aliis nostrae gentis scriptoribus hactenus non inviderim; nempe lucem et famam, debita mehercule eruditorum praemia. Cum nuper per totam late Cantiam obequitarem, eruendae antiquitatis gratia, cujus, ob frequentissimum Romanorum et in Limenicum et in Rutupinum portum adventum, plenissima est; ac, data opera, Augustinianam bibliothecam, id est, divitem veterum exemplarorum officinam, inviserem, incidi, ut casus tulit, in Gulielmi Thorni, monachi Augustiniani, *Historiam*, qua ille abbatum suorum res gestas memoriae commendavit. Tum ego statim, quae mea fuit aviditas, legere incepi; cum ecce in ipso libri prooemio testaretur se defloratorem fuisse Spotti, qui luculenter suorum abbatum *Historiam* [b] scripsit ab adventu Augustini, Anglorum apostoli, in Britanniam, usque ad annum a Christo nato MCCLXXII. Sed quam hic vellem Thornum minus diligentem fuisse: nam dum suum ornaret munus, alieno forsitan injurius erat. Nusquam etenim illic apparet Spotti *Historia*, et verisimile est omnino periisse [c]. Extat tamen defloratoris Thorni volumen plane non contemnendum; in quo non solum abbatum Augustinianorum egregia facta, verum etiam regum Cantianorum subinde elucent. Sed de Thorno plura suo loco dicemus. Haec sola in praesentia habui, quibus Spottum doctorum memoriae commendatum relinquerem [d]. Quid si nunc et bibliothecam Augustinianam, cujus supra mentionem feci, posteritati commendem? An non hoc pacto antiquarum rerum admiratoribus gratum facerem? Accipite igitur, vos antiquarii, quae vulgo incognita sunt. Augustinus a Gregorio Magno in Britanniam missus, multa cum Latina tum Graeca exemplaria per amicos in Italia comparavit, et ad se deferenda curavit; quae omnia moriens, tanquam virtutis pignora, monachis suis reliquit. Graeca partim violentia temporis, partim igne, partim etiam furto sublata sunt. Ex Latinis autem codicibus, majusculis literis Romanis more veterum scriptis, hi etiam nunc extant, incredibilem prae se ferentes antiqui-

[a] Thomas Spotte. Bale. Spottus sive Sprottus. Pitſ.
[b] Lib. i. Mſ. olim in bibl. Gualteri Copi. Fragmentum hujus *Hist.* sc. ab anno MLV ad MCCII. Mſ. Cotton. Vitell. E iv. Haec eadem est cum *Cantuariensi historia*, quae a Baleo et Pitseo distinguuntur.
[c] Scripsit etiam (juxta Bale. Mſ. Glynn.) *Chronicon*, lib. i. "Lux vera, quae illuminat omnem hominem. In Mſ. coll. Corp. Christ. Oxon. 125. extat *Liber Thomae Sprot de librario S. Augustini Cantuar.* Sed videtur recentior Spotto.
[d] Claruit circa ann MCCLXXIV. Bal. iv. 42. Pitſ. p. 355.

tatis majestatem: videlicet duo volumina, *Quatuor Evangelia* complectentia, sed alius quam vulgaris interpretationis. *Psalterium* etiam ab ipso Hieronymo Damaso pontifici Romano dedicatum, quod quidem vel archetypum esse libenter crediderim. Insuper duo elegantissimi *in Psalmos Commentarii,* qui prae nimia vetustate lectorem non admittunt, nisi oculatissimum. Sed nusquam in illis comparent autorum nomina. Extant et ibidem Philippi *in Job Commmentarii,* ut alios multos non protritae notae autores, qui jam mihi per suos non occurrunt titulos, omittam. Qui vero Augustini aetatem secuti sunt archiepiscopi Cantiani et abbates hanc bibliothecam magnis studiis et impensis auxerunt. Inter quos tamen Theodorus Cilix et Adrianus Afer praecipui erant; uterque optimus, uterque plane doctissimus, et certe quibus tota restitutas linguas debuit Britannia. Nunc ut de incremento Augustinianae bibliothecae commode diximus, ita et de ejusdem decremento, nam rerum omnium vicissitudo est, paucula quaedam dicemus. Regnante Ethelredo, patre Edovardi tertii, depopulatores Daci Cantiorum metropolim immisericorditer devastaverunt: quo tempore quanquam utcunque parcitum sit Augustinianis, tamen in tanto tumultu defloratam fuisse bibliothecam verisimile est. Illud autem vel Gulielmo Thorno autore in confesso est, quod ecclesia Augustiniana conflagraverit anno D. MCLXVIII, quae calamitas magnam vim bonorum autorum, ut idem est testis, abstulit. At quae secuta est aetas, multo majorem libris intulit injuriam: nam indocti monachi Graecos codices non intellectos, et Latinos prae senio ipsis parum amabiles, in forulorum usus, ut nihil vilius dicam, discerpserunt. Ad nostra tamen tempora pars aliqua veteris bibliothecae integra permansit. Satis etenim novi multos praeclari nominis scriptores ab Augustinianis in Palatinam illustrissimi principis mei Henrici, ejus appellationis octavi, bibliothecam aliquot abhinc annis fuisse translatos. Atque ut in hac parte de meipso etiam pauca loquar: Sunt aliquot penes me exemplaria non indocta, ab Augustinianis sumpta, quae propediem in lucem prodibunt. Sed quo nunc prorepsi? Jamjududum finem forsitan expectabas, lector. Finis ergo hic esto. Ex *Lelando.*

SPYNE [JOHANNES] aliis SPINAEUS, Carmelita Bristoliensis, in coenobio Carmelitarum Oxoniae bonis literis incubuit, ubi tandem S. theol. doctor, et praelector in suo monasterio publicus evasit. Scripsit *Sermones ad clerum et populum in capitulo Cantabrigiae.* Pr. "Cum venerit, "etc. Rore benedictionis coelestis." Item alios MCCCCLVIII, quosdam vero MCCCCLXIX Et sunt *Sermones* quos vidi numero xviii. Alia quoque scripsit. Ita Baleus in *Collect.* Mss. Sloan. 4to. f. 206. Impressus Balaeus eum scripsisse ait *Conciones aestivales,* lib. i. "Cum venerit paracletus, "quem." *Disputationes solennes,* lib. i. Oxonii obiit 4 Octob. A. MCCCCLXXXIV. Bal. xi. 71. Pits. p. 673. Ms. Bal. Sloan. 4to 135. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 104.

SQUIER [ADAMUS] In Ms. coll. Baliol. Oxon. D. 23. dicitur quod habuit praebendam de Winterburn in ecclesia Sarum MDLXXI. *Reg.* M. Parker. fol. 142. Anno MDLXXVII 12 Jun. Adamus Squier S. T. P. collatus ad archidiaconatum Middlesex. *Regist.* Aylmer. Eodem die ad praebendam de Totenhale in ecclesia D. Pauli. Ibid. Fuit rector de Bosworth dioec. Lincoln. MDLXXX. Extat *Carmen Latinum, Graecum, et Hebraeum in obitum domini sui Joannis Juell.* ad finem *Vitae J. Juelli per Humfredum. Carmen Latinum* x *distichis in laudem Johannis Jones medici*; praefat. libri *De naturali generatione.* Lond. MDLXXIV. 4to. *Fasti Oxon.* i. 113.

STACY [THOMAS] collegii Regalis apud Cantabrigienses alumnus (In Hatcher claruisse dicitur ante fundationem collegii, Fuller's *Hist. Cant.* 75.) mathematices praesertim astrologiae peritissimus. Scripsit *Judicia revolutionum,* lib. i. Claruit A. MCCCCXL. Bal. xi. 49. Pits. p. 628.

STAFFORD [EDMUNDUS] juris civilis doctor. Scripsit tempore Henrici vi, vel Edwardi iv, *De judiciis.* Pr. "Super rubrica concordat." *Super rubrica* C. *De edendo.* Pr. "Igi- "tur continuatur rubrica ista." *Super rubr.* C. *De in jus vocando.* Pr. "Quaeritur primo igitur "super rubr." *De pactis.* Pr. "Dicit pro jure futuro per pactum." *Super rubr.* ff. *De jurisdictione omnium judicum.* Pr. "Quaeritur quot sunt genera." *Super rubr. Quod quisque juris in alterum.* Pr. "Nota ex lege ista." Haec omnia Mss. in bibl. collegii Novi Oxon. 179.

STAFFORD [HENRICUS] dominus Stafford, filius unicus illustrissimi Edwardi ducis Buckinghamiae; in utraque academia, praesertim Cantabrigiensi, in studiis humanioribus enutritus. In Anglicum sermonem e Latino transtulit Edwardi Foxii, episcopi Herefordensis librum, *De vera differentia regiae potestatis et ecclesiasticae; et quae sit ipsa veritas ac virtus utriusque.* Pr. ded. Edw. duci Somerset. "Among other great plages that this realme." London. tempore Edw. vi. 8vo. *Duas Erasmi epistolas contra Lutheranos.* Lond. MDLIII. 8vo. Obiit A. MDLVIII. Bal. par. post. 112. *Athen. Oxon.* tom. i. 108. seq.

STAFFORD [JOHANNES] de Tolston in com. Ebor. Collegit Gallice *Brevium judicialium originalium,* lib. i. "Dicitur *git* ad breve *de droit.*" Ms. Norwic. More 135. In eodem codice habentur etiam *Explicatio servitiorum et terminorum juris municipalis.* Pr. "Tener per servic de "chevaleir." *Regulae quaedam ad meliorem cognitionem linguae Gallicanae.* Pr. "Ego, *je, moy,* in "nominativo singulari." *De curia boranis et regalis.* Pr. "En primes coment quen."

STALBRIDGE [HENRICUS] Anglus; tempore regis Henrici viii innotuit: exul tempore reginae Mariae. Hic H. Stalbridge alias John Bale vocatur. Fox. 1 edit. 574. Scripsit Anglice to his countrymen *Epistolam contra episcopos pontificios Angliae.* Pr. "In my harte I wyshe "daylye." Basil. MDXLIV. 8vo.

STANBRIDGE [JOANNES] STANBERY ſive STENOBRIGUS [a], omnium Carmelitarum, qui ſua aetate doctis artibus Iſiaci incumbebant, facile primus fuit. Cujus eximiae laudis hinc academia, illinc Henricus, ejus appellationis ſextus, Anglorum rex, teſtem longe optimum ſe offert. Dedit etenim academia illi tot honorificos titulos, quot unquam antea erudito alicui tribuit. Tum princeps ipſe, percognitis ejus virtutibus, illius conſilio in rebus ad religionem pertinentibus uſus eſt. Deinde vero et praemia, erudito digna, candidus adjecit; Bannochorenſem videlicet pontificatum, ac poſtremo Henoforthenſem. Unum certe in homine erat, quod cordati vitio dabunt. Totus namque juraverat in autoritatem Romani pontificis, et ejus ſanctiones, quarum valde multae non malis hominibus vix ferendae videntur. Sed nunc ad libros, omiſſo Romano, quos ita inſcripſit. *Expoſitio in ſymbolum fidei* [b]. *De praemio Chriſtianis promiſſo* [c]. *De vario Scripturae ſenſu* [d]. *De caſu et fortuna* [e]. *De dote eccleſiae* [f]. *De vigore Decretorum* [g]. *De ſanctionibus* [h] *eccleſiaſticis* [i]. *Quaeſtiones theologicae* [k]. Praefuit Bannochorenſibus quinque annis, Henoforthenſibus viginti et amplius annis; inter quos moriens [l] anno D. MCCCCLXXIV ſepultus eſt. Nolo hic quenquam mirari, quod Stenoburgum in Henricianae aetatis ſcriptores non connumerem: cauſa equidem fuit, quod ſupervixerit, vel ad medios annos Eadveardini imperii. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Stanbery, Bale. Stanberius, Pitſ. diverſus eſt a Stanbrigio grammatico; in occidentali regni parte natus. Bale, in parochia de Bratton, alias Broadtown in comit. Devon. Fuller's *Worthies*, i. 253. Fuit S. theologiae doctor et profeſſor Oxonienſis, et claruit A. MCCCCXLIII. *Regiſt* Curiae canc. A a a. f. 30. Regis Henrici confeſſor Mſ. Bale. Sloan. Rex ei donavit praefecturam collegii Etonenſis, et paulo poſt (ſi Baleo et Pitſeo fides, nulla enim eſt apud Godwinum mentio) epiſcopatum Norwicenſem, quem Stanberio praeripuit Gulielmus Polus dux Suffolcienſis. A. MCCCCXLVII, 4 non. Martii a papa in epiſcopum Bangorenſem proviſus, et A. MCCCCXLVIII conſecratus fuit. *Reg.* Stafford. Cantuar. et Herefordiam tranſlatus A. MCCCCLII. Propter fidelitatem principi ſuo conſtantiſſimam egregie a Godwino celebratus. [b] Lib. i. "Ut magis com-"munitati proficiat tam literatorum quam ſimplicium in-"tendo per Dei gratiam aliquid de articulis fidei com-"pilare." *Opus* magiſtri Ricardi Ullerſton a Stanbery renovatum A. D. MCCCCLXIII, quod alter compoſuit A. MCCCCIX. Mſ. Bal. Sloan. 4to. 201.
[c] *De laboris univerſi praemio*, lib. i. "Reverendi ma-"giſtri patres et domini." In Mſ. Bal. Sloan. ita: *Collectarium quoddam.* Pr "Reverendi--domini, alias ut "audiſtis, eram pertractando textum libri quem prae ma-"nibus habeo perlegendum," etc. [d] Lib. i. "De ſacrae Scripturae ſenſibus diſtingui ſolet, quod aliquis ſit litera-"lis, et aliquis miſticus." Mſ. Bal. Sloan. [e] Lib. i. "Cauſa "per accidens eſt duplex." [f] Lib. i. "An liceat cle-"ricis et Chriſti ſacerdotibus vivere de poſſeſſionibus tempo-"ralibus et laboribus alienis." Opus magnum. Mſ. Bal. Sloan.
[g] Lib. i. "Utrum jura civilia, Decreta, et Decretalia ſint "a Deo et eccleſia ſufficienter approbata et autoritati ſa-"crae Scripturae aliqualiter aequata." Mſ. Bal. Sloan.
[h] *et judiciis.* ibid. additur. [i] Lib. i. "Utrum "conciliorum generalium ſanctiones et judicia poterunt "aliqualiter eſſe falſa." Ibid. [k] *Quaeſtiones ordinariae* [in collegio Etonenſi habitae et diſputatae. Mſ. Bal. Sloan.] Lib. i. "Utrum [de]viantis aliqua ſit evidentia certitudinalis, "quod non ſit involutus crimine mortalis peccati." Ibid. Scripſit etiam *De ſuperioritate eccleſiaſtica*, lib. i. "Utrum "princeps temporalium ſecundum juriſdictionem univer-"ſalem, ut verus monarcha, debet ſibi ſubjici illi qui prae-"ſidet in ſpiritualibus quoad omnia, qui eſt ſimpliciter "ierarcha." Mſ. Bal. Sloan. *De differentia poteſtatum eccleſiaſticarum.* Pr. "Utrum papalis dignitatis et prae-"ſidentiae principalis aequalis ſit poteſtas et concilii gene-"ralis." Ibid. *De poteſtate ſummi pontificis quoad leges humanas*, lib. i. "Leges humanas an papa poterit revocare, "et in S. Scripturae veritatibus quomodolibet diſpenſare." Ibid. *Super magiſtrum Sententiarum*, lib. iv. "Textum "libri, quem prae manibus." *Sermones coram rege*, lib. i. *Sermones ad clerum*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. *De vigore S. Scripturae*, lib. i. "Utrum tanta eſt autoritas "eccleſiae catholicae quanta eſt Biblicae ſeu Scripturae ca-"nonicae." Mſ. Bal. Sloan. *De regimine celebrantium*, lib. i. "Provocatus etiam per amicos." *De quatuor minimis*, lib. i. "Notandum ſecundum phyſicos, aqua et vinum "non miſcentur uſque ad minima." Mſ. Bal. Sloan. *Lecturas Oxonienſes*, lib. i. *Comment. et auctarium Ricardi Ullerſtoni.* lib. i. *De fato et fortuito*, lib. i. "Supereſt jam "ſcrutari de fato, et de hiis quae fato ſubſunt." Compoſuit etiam *Indices* in multos doctores *In D. Chryſoſtomum nemo laeditur.* tab. i. "Abnegare ſe qualiter quis debet." *In S. Auguſtini Confeſſionale*, tab. i. "Abyſſus abyſſum in-"vocat." *In eundem ſuper S. Joannem*, tab. i. "Abra-"ham. Ubi Deus Abrahae, ubi." *In eundem De doctrina Chriſtiana*, tab. i. *In Enchiridion ejuſdem*, tab. i. *De viſitatione infirmorum*, tab. i. *De cura agenda pro mortuis*, tab. i. *De laude charitatis*, tab. i. *De diſciplina Chriſtiana*, tab. i. *In homelias S. Gregorii*, tab. i. Et in alia aliorum opera. [l] inter Carmelitas Ludloae 11 Maii. Herefordiam delatus fuit, et a ſeptentrionali parte ſummi altaris tumulatus. *Epitaphium* ejus extat apud Godw. i. 545. Bal. viii. 34. Pitſ. p. 665. ſeq.

STANBRIGIUS [JOHANNES] ſive STANBRIDGE apud Heyfordiam in agro Northampton. natus, tyrocinio grammaticali Wintoniae defunctus, in collegium Novum Oxon. de more cooptatus eſt, perpetuuſque ſocius evaſit A. MCCCCLXXXI. Poſt quinquennium ibidem poſitum munere ultro ceſſit; tunc ſcholae Magdal. Oxon. hypodidaſcalus, atque mortuo tandem Anwokillo gymnaſiarcha factus eſt, ubi in erudienda juventute, ut videtur, ad mortem uſque feliciter laboravit. Scripſit et extat ſub ejus nomine *Embryon relimatum, ſive vocabularium metricum*, lib. i. Pr. pr. "Cum de Latinis vocabulis extemporale." Pr. lib. "Sinciput ex vertex, caput, occiput." Lond. Rich. Pynſon. MDXIII. 4to. primum jam edita ſaltem ſua editione. Prodiit Lond. per Rob. Wyer 4to. . . . circa A. MDXXII. 4to. Poſtea tempore reg. Elizabethae recognitum fuit a Thoma Newton Ceſtrienſi (Vid. Newton. *Epigr.* p. 128.) et tandem emendatius prodiit Lond. MDCXXXVI, MDCXLVII. 4to. et MDCLXIV. 8vo. Edit. decima cura Johannis Brinſlaei ſcholae Garmutenſis ludimagiſtri. *Accidentia ex Stanbrigiana editione nuper recognita et caſtigata lima Roberti Whittintoni Litchfeldenſis.* Pr. "How many parts of reaſon." Lond. Joh. Skot. 4to. Lond. . . . ſign of the mermaid by Poleſgate, 4to. *Parvulorum inſtitutio ex Stanbrigiana collectione.* Pr. "What is to be done whan an Englyſhe." Lond. by Wick. Worde . . . 4to. et Lond. MDXXVI. 4to. *Sum, es, fui of Stambrige.* Pr. "What nownes maketh." Lond. per Rich. Pynſon . . . 4to. *Gradus comparativum* (ita in tit.) *cum verbis anomalis, ſimul cum eorum compoſitis.* Pr. "What nowns make compariſon." Lond. MDXXXI. 4to. *De ordine conſtructionum*, lib. i. *Vulgaria Stanbrigiana*, lib. i. *Stanbrigii ab edendi formidine dehortantis hexaſtichon, praefix. R. Whittintoni*

Whittintoni libro De Syntaxi. Claruit A. MDXXII. Bal. xi. 88. Pitf. 689. *Athen. Oxon.* i. 18. 19. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 134.

STANDISH [HENRICUS] patria Lancastrensis, professione Franciscanus; partim in coenobio sui ordinis apud Oxon. partim Cantabrigiae studuit; et S. theologiae doctoratu tandem Oxoniae juxta A. Wood. Cantabrigiae juxta Godwin. ornatus est. A. MDXV disputavit cum Ricardo Kederminster, abbate Winchcumb. quod clerici criminum atrocium rei, in curia regis judicandi sint. Postea gardianus erat coenobii Minoritarum London. ordinis provincialis, capellanus regius; et 11 Jul. MDXIX Oxoniae consecratus episcopus Asaphensis. A. MDXXVI una cum domino Johanne Baker legatus ad regem Daniae. Et A. MDXXX reginae Catharinae a consiliis fuit in causa divortii; ipse tamen brevi post in convocatione sententiam pro rege tulit. Scripsit *Sermones in vulgum*, lib. i. *Contra versionem N. T. per Erasmum*, lib. i. Fatis concessit Londini Jul. 9. MDXXXV, et in ecclesia Franciscanorum ibidem humatus jacet. Bal. ix. 3. Pitf. 694. Godw. 663. *Hist. et Ant. Oxon.* tom. i. 77. *Athen. Oxon.* tom. i. 41. seq. Wadding. p. 167. Wharton. *Assav. episc.* 357. seq.

STANDISH [JOHANNES] patria Lancastriensis, Henrici Standish, episcopi Assaphen. nepos. A. MDXXIV in collegio Aenei Nasi Oxon. bonis literis invigilare coepit, dein A. MDXXVIII collegii Corporis Christi Oxon. scholaris electus; postea artibus ingenuis et studiis sacris sedulo operam navans; gradu doctorali in theologia decoratus erat A. MDXLII, et A. MDXLIII. 3 Dec. admissus ad ecclesiam S. Andreae Undershaft. *Reg.* Bonner. A. MDXLIV, 29 Jun. ad vicariam de Northall. *Reg.* Thomae episc. Westmon. Mox collegii Whityngdoniensis London. socius, rector de Wygan in comit. Lancastr. et A. MDL canonicus ecclesiae cathed. Wigorn. A. MDLII, 10 Jan. admissus archidiac. Colcestr. quam dignitatem resignabat A. MDLIII. *Reg.* Rydley. A. MDLIV, 19 Nov. collatus per Bonnerum ad rectoriam de Packlesham in Essex. Newc. i. 92. ii. 459. A. MDLVII. 21 Nov. collatus ad praebendam de Ealdelond. *Reg.* Bonner. quae praebenda vacabat per ejus mortem 31 Mart. MDLXX. *Reg.* Grindal. A. MDLVIII, Octob. 15, restitutus ad archidiac. Colcestr. *Reg.* Bonner. Vir fuit fide admodum lubrica, nam tempore regis Edw. vi multum in ecclesia reformanda laborabat; et uxorem ducebat. Regnum vero ineunte Maria uxorem reliquit, cultuque ac fide ecclesiae reformatae renunciatis, ad pontificios transivit, et scripsit *A little treatise against the protestation of Rob. Barnes at the time of his death.* Pr. pr. "To se the most victoryous and noble." Lond. MDXL. 8vo. *Treatise of the union of the church. Written to card. Pole*, Lond. MDLVI. Alias h. t. *A trial of supremacy, wherein is set forth the unity of Christ church militant, given to Peter, and his successor by Christ.* Pr. ded. card. Polo. "Althoughe Christes churche from the begin-" ning." Lond. MDLVI. 12mo. *Treatise against the translation of the Bible into the vulgar language.* Alias h. t. *A discourse wherein is debated, whether it be expedient that the Scripture should be in English for al men to reade that wylle.* (*A question to be moved in the high court of parliament.*) Pr. pr. "Whether it be necessary that the Scripture." Lond. 2 edit. circa MDLV. 12mo. Obiit A. MDLVI. Bal. par. post. P. 111.. Pitf. p. 752. *Athen. Oxon.* i. 97. seq. A. MDLIX, *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 216. Newcourt i. 92.

STANEGRAVE [ROGERUS de] Anglus, miles ordinis S. Joh. Jerusalem. Scripsit Gallice ad regem Edw. iii, *Charboclois d'armes*; *sive de conquestu Terrae sanctae*, lib. iv. Pr. ded. "Edward par la Grace glorieuse de Dieu." Mf. Cotton. Otho, D. v. Transtulit ex Lat. in Gallicum A. MCCCXXVIII, *Gul. archiepiscopi Tyr. De bello Antiocheno* lib. viii. "Les anciennes "istories."

[a] STANFORDUS [NICOLAUS] sive STENOFORDUS, plane dignissimus illustris titulo scriptoris; sed negligentia priorum obscuram ejus famam huic nostro reliquit saeculo; quo nomine profecto indoleo, utpote destitutus in causa honesta praesidio. Ne tamen lector omnino a spe decidat, quae mihi de eo sunt cognita, breviter expediam. Paucis abhinc annis cum per Bedefordianam obequitarem provinciam, intentus veterum librorum indagationi, veni ad Isiburnam coenobium Bernardinorum, ab Hugone Bulbecco, comite vicario, olim positum: nec inveniens thesauros pergamenicos, paulo ante igne consumptos, contuli me Verodunum, ubi et monasterium quoque Bernardinorum, ac bibliotheca antiquis refertissima exemplaribus: inter quae obtulit se mihi codex belle pictus, cui titulus *Moralitates Nicolai Stenofordi in Genesin* [b]. Ne te displiceat, lector, qualiscunque inscriptio. Continebat insignem quandam et expeditam rerum divinarum cognitionem. Sed nec defuit mediocris operi eloquentia. Inter legendum admirabar profecto hominem ejus aetatis tam argute, tam solide, tam significanter potuisse scribere. Hactenus de Nicolao Stenofordo [c]. Augustiniani suum depraedicant Gulielmum [d] Stenofordum, virum cum fama tum doctrina celebrem. Erat autem synchronius Valdebii Augustiniani [e]. Ex *Lelando.*

[a] Nicolaus Stanford Bale. Pitf. monachus Cisterciensis, uti conjicit Pitfeus. [b] Scripsit praeterea *Conciones aliquot*, lib. i. [c] Claruit circa A. D. MCCCX. Bal. iv. 87. Pitf. p. 398. [d] De Gulielmo Staunford vide supra. [e] "et Pissinensis episcopus, ediditque conciones sacras." addit Mf. Lel. Trin.

STANIHURST [GUALTERUS] filius Jacobi recordatoris Dublinensis. Transtulit in sermonem Anglicum *Innocentem de contemptu mundi.* Claruit circa A. MDLXXX. Stanihurst. p. 43.

STANIHURST [JACOBUS] patria Hibernus, orator insignis, legum municipalium peritissimus; saepius prolocutor in inferiori domu parliamenti Hiberniae. Scripsit Anglice *Orationes varias in parliamentis annis* MDLVII, MDLX, MDLXVIII, *tentis.* Latine *Pias orationes. Ad Corcagiensem*

cagiensem decanum epistolas plures. Obiit Dubliniae 27 Decemb. A. D. MDLXXIII, aetatis 51. Ric. Stanihurst. *Descr. Hibern.* p. 43.

STANLEY [THOMAS] ex nobili Stanleiorum comitum Derbiensium stemmate ortus, Oxoniae academica studia egregie excoluit, et constitutus fuit rector de Winwick et Wygan in comit. Lancastr. et de Badsworth in agro Ebor. et de Berwick in Elmet Ebor. Thoresby *Duc. Leod.* p. 234. tandem episcopus Sodorensis. Poëta haud contemnendus. Scripsit *Genealogiam suae familiae*, Carm Angl. frequenter citato a Weaver. *Fun. Monum.* p. 521. 530. etc. Obiit A. D. MDLXX. *Athen. Oxon.* i. 700.

STANNINGTONA [R. de] monachus vel frater Mendicans. Scripsit *Extracta ex libris physicorum Aristotelis.* Pr. "Quoniam ut dicit Aristoteles primo physicorum." Mf. Bodl. Digby 204. In eodem codice sunt etiam *Extracta ex libris Aristotelis De coelo et mundo.* Pr. "Summa cognitionis." *De generatione.* Pr. "De generatione et corruptione." *De meteororum libris.* Pr. "Postquam processit remmoratio." *De anima.* Pr. "Bonorum et honorabilium." Quae forsan eidem autori debentur.

STANTONUS, sive STENODUNUS [a], leviter, et tanquam per transennam, mihi cognitus: at ita interim tamen, ut eum intellexerim non modo philosophum melioris notae fuisse, verum etiam mathematicum, et quidem insignem, quod eruditionis genus multa felicia ingenia antiquitus commodissime plane exercuit. Extant ejus *In Tabulas Arsachelis canones*, opus non de trivio petitum, erutum potius ab ipsis sapientiae recessibus [a]. Ex *Lelando.*

[a] Stantonus mathematicus. Idem est cum Stantone quodam Scoto (Dempst. viii. 1070.) quem Dempsterus floruisse Parisiis A. MCCCCXII tradit. [b] Lib. i. "Scito "quod annus lunaris." Mf. Bodl. Digby 168 p. 85. [c] Lib. i. *atque alia composuit*, addit Mf. Lel. Trin.

STAPILARTUS [a] [GULIELMUS] Carmelita, inter Oxoniensis academiae ornamenta, et merito quidem, numerabitur. Talis etenim erat, qualem ne nostra aetas, quantumcunque aurea sit, inter doctos collocare dedignaretur: nisi forte elegantulus aliquis parvum esse existimet philosophiae, et theologiae penetralia vastissima quidem illa perlustrasse; et nisi sciolus aliquis humile quidpiam esse ducat principem locum interpretandi sacras literas Isiaci habuisse. Possem hic a multis virtutibus Stapilartum laudare; sed quoniam solam rem literariam agimus, volo illum in praesentia tantum a libris editis lectori commendare. Scripsit multa cum diligentia, nec impari felicitate, *Commentarios: In canticum Mosis* [b]. *In Esaiam* [c]. *In aliquos Psalmos* [d]. *De paupertate*, lib. i. [e] *Quaestionum ordinariarum* lib. ii. *Sacrarum concionum* [f] lib. Denique, si quaeras, quo tempore in pretio fuerit, quod ego didici, docere non gravabor: nempe illum theologiam Oxonii publice professum fuisse anno a Christo nato MCCCCLVI. Ex *Lelando.*

[a] Patria Cantianus, Carmelita Londinensis. Bal. Pitf. Cathedralis sive supremus in theologia praelector academiae Oxon. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 31. [b] Lectiones xii. "Audite, coeli, etc. Reverendi Domini." Mf. Bal. Sloan. [c] Lectiones xvi. "Visio Esaiae, etc. Magistri reverendi." [c] Lib. i. "Bonitatem et disclipinam "et scientiam." *Super Psalmum beati immaculati.* Pr. "Reverendi patres; hic Psalmus ex quatuor redditur." Mf. Bal. Sloan. Item *In inceptione sua.* Pr. "Montes "excelsi cervis sunt refugia." Ibid. Item super *Audite, coeli.* Pr. "Vir mitissimus, prophetaque praecipuus Moses." Ibid. [e] *Determination.* lect. iv. Pr. "Paupe"res fiducialiter." Ibid. [f] *ad clerum Oxon.* lib. i. "Praehonorandi magistri ac fratres." Bal. viii. 23. Pitf. p. 648.

STAPILTON [GULIELMUS] Sub ejus nomine extant *Prophetiae duae cuidam forestario in foresta de Inglewode traditae*, A. MCCCLXXIX. Pr. "Anno cephas mille canis."

STAPLETON [THOMAS] apud Henfield in agro Suffex. natus, primo in schola Cantuar. literarum humaniorum tyrocinia edidicit, dein ad scholam Wiccamicam Wintoniae missus fuit, e qua Oxoniam ad majora studia excolenda abiens, collegii Novi socius electus A. MDLIV. Postquam gradum baccalaureatus suscepisset, a doctore Christophorsono, episcopo Cicestrensi, utpote cui probe innotuerant viri merita, in canonicum ecclesiae suae cooptatus est. Imperii gubernacula suscipiente Elizabetha solum vertit, et primo Lovanium, et paulo post Parisios se contulit; inde in Flandriam reversus Duaci sedem fixit, ubi catechistes et S. theol. doctor factus. Post Lovanium vocatus regius S. theologiae professor, canonicus ecclesiae S. Petri de ecclesiae Hilberbeccensis decanus evasit. Operibus Stapletoni praefigitur *Vita ejus* per D. Henr. Hollandum, theol. licent. *Compendium studiorum Tho. Stapleton ad A.* MDXCVIII *ab ipsomet carminibus hexametris conscriptum.* Pr. "Anglia me genuit perhonesto stemmate natum." Opera ejus extant Parisiis 4 vol. MDCXX. fol. VOL. i. *De principiis fidei doctrinalibus ad Gregorium* xiii. lib. xii. Pr. "Si "Christus Dominus ac Salvator." Parif. MDLXXIX. MDLXXXII. fol. *Defensio successionis ecclesiasticae contra Gul. Fulconem*, lib. i. "Percommode accidit, Gulielme." *Relectio principiorum fidei doctrinalium ad alb. archid. Austriae.* Pr. "Majores nostri prisca et." Antw. MDXCII. MDXCVI. 4to. *Defensio autoritatis Ecclesiasticae circa S. Scripturae approbationem contra Gul. Whitakerum ad card. Alanum*, lib. iii. "Duo fere sunt, cardinalis amplissime." Antw. MDXCII. Pitf. *Triplicatio pro ecclesiae autoritate adversus eundem Whitakerum*, cap. xxiii. "Pudet me iterum, pigetque." In Mf. Lambeth 182. ejusdem forsan libri alius datur titulus: *De ecclesiae autoritate ex dictatis eximii viri Thomae Stapletoni SS. theol. doctoris, professoris controversiarum publici in acad. Duac.* Pr. "In quaestione de ecclesia duae sunt." VOL. ii. *De universae justificationis doctrina hodie controversa*, lib. xii. "Gravis est, Christiane lector, totius." *De justificatione.* Parif. MDLLXXXII. fol.

8 N Cui

Cui praef. *Epistola dedicatoria* longa Alexandro Pr. Parmensi. Pr. " Sapienter observarunt." *Speculum pravitatis haereticae per orationes vi quasi ad oculum demonstratae.* Pr. " Quod urbe jam " ante triennium." Duac. MDLXXX. *Orationes funebres* iv. " Quem in rebus omnibus quasi cir- " culum." Antw. MDLXXVII. *Orationes academicae miscellaneae* xix " Pervulgatum illud philosophi " dictum." Impr. . . MDCII. *Orationes catecheticae* xii, *sive manuale peccatorum de septem peccatis capitalibus.* Pr. " Cum propter admirabilem." Antw. MDXCVIII. *De magnitudine Romanae ecclesiae*, lib. ii. " Visio prophetica." Antw. MDXCIX. 4to. *A fortress of faith, first planted among us Englishmen, and continued hitherto in the universal church of Christ*, lib. ii. " Having at this " present publish'd the history." Antw. MDLXV. 4to. In *Appendice* ad *Histor. Eccles.* Bedae Anglice a Stapletono versam. *The horn-blast: or a reply to the answer of Rob. Horne, the false bishop of Winchester*, lib. iv. Lovan. MDLXVII. *Discourse of protestancy, and the first authors of it.* Hi ultimi tres tractatus Anglice primo a Stapletono conscripti fuere, post mortem ejus vero in Latinam linguam transfusi. VOL. iii. *Antidota evangelica in* iv *Evangelistas.* Pr. " Quum ante " annos 4." Antw. MDXCV. *Antidota apostolica in Acta apostolorum*, tom. i. " Nisi ea esset di- " vinae." Antw. MDXCV. Lond. MDXCVI. 8vo. *Antidota apostolica in Epist. Pauli ad Romanos*, tom. ii. " Quam hactenus, Christiane." Antw. MDCXV. *Antidota apostolica in duas epistolas ad Corinthios*, tom. iii. " Quem nunc in apost." Antw. MDXCVIII. MDC. VOL. iv. *Promptuarium morale in Evangelia dominicalia. Pars hyemalis. Pars aestivalis.* Pr. " Divina illa apostoli ad Roma- " nos." Antw. MDXCI. MDXCIII. 8vo. Venet. MDXCIV. 2 vol. MDCX. 8vo. Lugd. MDCII. 2 vol. 8vo. Colon. MDCXX. 2 vol. 8vo. *Promptuarium catholicum in Evangelia totius anni.* Pr. " Quod " ad majorem Dei gloriam." Colon. MDXCII. MDCII. Paris. MDCVI. 8vo. *Promptuar. cathol. super Evangelia ferialia totius quadrages.* Pr. " Postulat a me rever." *Proptuar. cathol. super Evangelia in festis SS. totius anni.* Pr. " Venite post me, etc. Locus appositus." *Tres Thomae, seu Res gestae D. Thomae apostoli, S. Thomae archiep. Cantuar. et Thomae Mori Angliae cancellarii.* Pr. " Non absque singulari divini." Duac. MDLXXXVIII. Col. Agrip. MDCII. 8vo. Praeterea extant sub ejus nomine *Ad replicam Jewelli contra sacrificium missae*, lib. i. Anglice. Lovan. MDLXVII. *Return of untruths against Mr. Jewell*, lib. i. Antw. MDLXVI. Transtulit e Latino in Anglicum Bedae *ecclesiasticam historiam*, lib. v. ad Elizab. reginam. " If the mind of men, " most." Antw. MDLXV. 4to. S. Audomoeop. MDCXXII. 8vo. *Frederici Staphili apologiam de S. Scripturae intellectu, tralatione, et de Lutheranorum concionatorum consensione.* Pr. pr. tr. " The " blessed apostle St. Paul, good." Translator praefixit *Prooemium* longum contra doctrinam Protestantium, etc. Antw. MDLXV. 4to. Obiit Lovanii 12 Octobr. A. MDXCVIII et in ecclesia S. Petri ibidem humatus est. Pits. p. 797. seq. *Athen. Oxon.* i. 292. seqq.

R. STAPULTON scripsit *Computum manualem.* Pr. " Ad habendum artificialiter dies." MS. Bodl, Digby 29. f. 13.

STARKEY [GALFREDUS] Vide GALF. GRAMMATICUS.

STARKEY [OLIVERUS] scripsit *Rhythmos in Ecclesiasten*, lib. i. *Discursum in Sallustium*, lib. i. Claruit A. MDL. Bal. xi. 94. Pits. p. 739.

STARKEY [THOMAS] rector ecclesiae de magna Mongeham tempore Henc. viii; postea admissus magister collegii S. Laurent. Pountney 26 Jan. MDXXXVI, quod vacabat per ejus mortem ante 22 Octob. MDXXXVIII. Newc. i. 389. Scripsit Anglice *Exhortationem ad populum, ut unitatem et obedientiam colerent, etc.* Impr. a Tho. Barthelet R. Henr. viii typographo . . . 4to.

STARNEFELDIUS [GULIELMUS] patria Cantianus, et Newendenensis coenobii in eadem regione Carmelita, doctorque Oxoniensis tam ex Lelandi *Collectaneis*, quam ex propria *Historia* mihi cognitus erat. Erat Newendenia solitudo quaedam et locus olim sylvestris, ad quam inter primos Carmelitae, quum e Palaestina in Angliam statim venissent A. D. MCCXLI ex prima eorum institutione divertebant. In hoc solitario loco, longo post tempore Gulielmus, ejus coenobii praeses factus, noctes atque dies libris incumbebat, secum volvens, tempus omne perire quod studio non impartiretur aliquo. Interim ille concinnavit *Historiam sui coenobii*, lib. i. " Quoniam secundum " philosophum primo meta." *Lecturas et conciones*, lib. ii. Atque alia quaedam nobis ignota. Claruit A. Christi MCCCXC, fuitque tandem Newendeniae sepultus. Bal. xii. 20. ex Joh. Lelando. Pits 554. Vossius, *De Hist. Lat.* p. 542.

STATHANUS, Bale. STEPHANUS, Pits. jurisconsultus eximius, Oxonii educatus, dein Londini studiis juris municipalis se totum dedit. Scripsit *Epitomen actionum municipalium*, lib. i. Vidit Baleus apud Rob. Recordum. Bal. xii. 59. Pits. *App.* p. 910.

STATHUM [NICOLAUS] Johannes dictus, et apud Morley comit. Derb. natus. MS. Ashmol. 816. Fuit unus gubernatorum hospitii Lincoln. et factus secundus baro Scaccarii 7 Edw. iv, MCCCCLXVIII. Scripsit *Epitomen annalium* libr. *tempore Henr.* vi. Lond. . . per Pynson. tempore Henr. viii. Dugd. *Orig.* 58. 257. Fuller's *Worthies*, p. 203.

STAVENBY[a] [ALEXANDER de] sive WENDOCK, sive CASTRENSIS, episcopus civitatis, quae antiquitus a Britannis Civitas legionum dicebatur, ab Antonino autem Deva a flumine celeberrimo ejusdem nominis praeterlabente vocata, claram sibi per literas, quibus floruit, famam compa-

[a] Alexander Wendock, vel Venedotius (Bal. et Pits.) de Seventby (Godw.) de Stavenby, Whart. *A. S.* i. 438. " Postquam ingenuas artes in patria didicisset, Italiam stu- " diorum causa petiit, et Bononiae pluribus annis studuit, " atque in Tholosano gymnasio theologorum scholas rexit. " Monachis Conventriensibus et canonicis Litchfeldensibus " de

comparavit. Haec illi fuit rectiſſima ſemita, qua ad illuſtriſſimi principis Henrici tertii, Anglorum regis, gratiam pervenit. Unde et poſtea Caſtrenſis epiſcopus factus: cum quo novo honore crevit etiam inſigniter principis favor; uſque adeo, ut nihil non ex ejus benevolentia ſperare potuerit. Ille tamen nihil elatior eo factus, relicta ad tempuſculum ſtudia, ut fortem epiſcopum decuit, repetiit; atque pulcherrima ingenii pulchrioris monimenta reliquit: inter quae extant *Commentarii ſuper Pſalterium* [b]. Ex *Lelando*.

" de jure eligendi epiſcopum litem moventibus, aſſignatus " eſt epiſcopus Litchfeldiae et Coventriae a papa Honorio iii noſter Alexander, qui conſecratus erat ab ipſo papa " Romae die paſchae 3 cal. Apr. MCCXXIV." "Dictus " eſt Alexander noſter epiſcopus Ceſtrenſis, ex eo quod " ſedes cathedralis dioeceſeos Litchfeldiae aliquando erat " apud Ceſtriam." Poſtquam Lichfeldiae ad occaſum Hibernum coenobium condidiſſet Minoribus fratribus, Andoverae deceſſit Decemb. 26. MCCXXXVIII, et Litchfeldiae ſepultus eſt in eccleſia ſua. Godw. 371.

[b] Praeter *Poſtillas in Pſalterium* reliquit *Sermonum ad populum*, lib. i. *Diverſarum in ſcholis lecturarum*, lib. i. Bal. Pitſ. In matriculario libri monaſterii Petriburgh. N. xiv. extant *Diviſiones* vii *capitalium vitiorum, cum ſpeciebus, et ramis, et circumſtantiis eorum*, ſecundum magiſtrum Alexandrum epiſcopum Ceſtriae. In Mſ. quodam Baliolenſi extant *Conſtitutiones Alexandri Coventrenſis eccleſiae miniſtri* (A. D. MCCXXXVII.) Pr. " Univerſis archidia- " conis per Coventriam," etc. Extant impreſſae in *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 640. ſeqq.

STAVESHAW [a] [THOMAS] ſive SHAVESTENUS, [b] inter eruditos Franciſcanos, qui Iſidis incolebant Vadum, educatus evaſit tandem eo loci in philoſophicarum et divinarum rerum cognitione ſublimi quidem illa, ut et ipſe eruditus cum diceretur tum haberetur. Poſtremo, ut ſtudiorum fructum ſuorum communem faceret, [operam dedit:] unde et liber enatus, [cui] titulus *Curſus moralis*; alterque *In Lucam*, videlicet *Collectanea* [c]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Staveſhaw, Bale. Straveſhanus et de Straveſhaw, Pitſ. in occidentalibus Angliae partibus natus, Minorita in coenobio Briſtolienſi. [b] *Briſtollienſis coenobii* addit Mſ. Lel. Trin. [c] Praeter *Curſum moralem* et *In Lucam collectanea* ſcripſit *Tabulam doctorum univerſalem*, lib. i. " Abſtinentia. Carnotenſis libro v." *In lecturam Guil. de Wara*, lib. i. " Abſolutum. Utrum ſuppoſitum " illud." *In lecturam Rob. Cowton*, lib. i. " Attributum. " An attributa diſting." [*Super correctiones*, *Add.* Bal. Mſ. Trin.] *In Delamarum contra Thomam*, lib. i. " Angelus. " Utrum angelus ſit compoſitus." *De ſalutatione angelica*, lib. i. *De excellentia nominis Jeſu*, lib. i. *Convertimini ad Deum*, lib. i. *Sermones diverſos*, lib. i. Obiit Avenionae anno MCCCXLVI. Bal. v. 73. Pitſ. p. 455.

STAUNFORD [GULIELMUS] filius Willelmi Londinenſis, natus erat in agro Middleſexiae A. MDIX. 22 Aug. In ſtudiis academicis aliquot annos poſuit Oxonii; inde ad hoſpitium juriſperitorum Grayenſe Londin. ſe contulit, ubi indefeſſa diligentia celeberrimus juriſconſultus evaſit, bis aut ter praelector ejuſdem ſocietatis electus. A. 37 Henr. viii fuit regis attornatus generalis. Rymer. *Foeder.* xv. 69. A. MDLIII nominatus erat reginae Mariae ſerviens ad legem, et proximo anno juſtitiarius Communis banci et eques auratus conſtitutus. Religioni pontificiorum addictiſſimus ſemper erat. Scripſit *Placita coronae*, lib. iii. " Plees del corone ſont les." Lond. MDLVII, MDLX, MDLXVII, MDLXXIV, MDCVII. 4to. *Expoſitionem praerogativae regiae*, etc. lib. i. " Al- " beit the lawes of Engl." Praef. data eſt in hoſpitio Gray. MDXLVIII. Impr. London. MDLXVII. MDLXVIII, MDLXXIII, MDCVII. 4to. Fatis conceſſit 28 Aug. MDLVIII, et in eccleſia parochiali de Hadley in comit. Middleſex. humatus jacet. *Athen. Oxon.* i. 106. ſeq. Fuller's *Worthies*, ii. 188.

STELLANUS preſbyter Scotus. Scripſit *De paſchate celebrando*, lib. i. *Epiſtolas ad Joannem, Hilarium et reliquos*, lib. i. Claruit A. DCLXVI. Dempſt. xvii. 1049.

STELL [JOHANNES] monachus coenobii Furneſienſis mandato et expenſis Gul. Dalton abbatis. Scripſit *Partem primam regiſtri ſui coenobii et ſeriem abbatum*: cujus pars extat *Monaſt. Anglic.* i. 705. Claruit A. D. MCCCCXII. *Monaſtic. Anglic.* i. 705.

STEPHANUS [a], Benedictinae ſanctionis monachus, omnem ſolicite volvebat lapidem, ut monaſticam vitam, paene extinctam apud Tranſabrinos crudeliſſimis Danorum incurſionibus, integre repararet; Reinfridi monachi Eoveſhamenſis reparatoris Girovici et Sinus Phari monaſteriorum, exemplum gnaviter ſecutus. Principio reſuſcitavit monachatum in Sinu Phari, ad oſtia Iſcae flu. de quo loco Beda frequentem facit mentionem. At non ex voto ſucceſſit hic primus conatus, impedientibus partim piratis, partim etiam repugnante Percio, illius loci poſſeſſore. Leſtinga, relicto Pharo, petita, nota domus olim Ceddo epiſcopo, ſimiles priori loco fortunas habuit. Poſtremo Stephanus taedio fractus, Alani, comitis Britanniae continentis et Richomontaniae, opem petiit. Ille, quae erat hominis humanitas, munificentia, pietas, Stephanum oratorem palatio una cum ſuburbio, quod extra borealem portam Eboracenſis urbis habebat, et fano Olavo conſecrato, donavit: hinc crevit loci fortuna beneficio Gulielmi Rufi regis, atque adeo aliorum nobilium. Haec Stephanus perſentiens, arrepto calamo, monachatus reparati, et collegii Mariani extructi juſtam poſteritati perſcripſit rationem [b]; exprimens videlicet eleganti libello, quantae difficultatis eſſet, religionem intermiſſam, et tantum non emortuam, priſtinae reſtituere valetudini. Floruit [c] induſtrius Stephanus tempore Gulielmi Magni et Guliel. Rufi, regum Angliae. Ejus autem imi-

[a] Stephanus Wittebienſis. Bal. ii. 57. Pitſ. p. 189.
[b] Scripſit *De reparato monachatu*, lib. i. " Quamvis " ſancta et una atque." Ita incipit liber *De fundatione abbatiae* Simoni Warwicenſi aſcriptus *Monaſt. Angl.* i. 383. Hoc initium quoque habet opus *De fundatione*, etc. vel ergo idem fuerint, vel error hic admittitur. A. Wood. Mſ. Pitſ. *De fundatione coenobii*, lib. i. Hoc opus Weſtmonaſterii vidit Baleus Collectanea quaedam ex hujus Stephani libro habet Leland. *Coll.* ii. 317. [c] Claruit anno MLXXX. Bal. ii. 57. Pitſ. pag 189. Praefuit abbatiae 24 ann. et obiit A. D. MCXII. Leland. *Coll.* i. p 26. A. Wood. Mſ. C. 88.

tatus

tatus tum studium tum diligentiam monachus quidam Marianus, de nomine mihi incognitus, attexuit historiae Marianae incrementa, usque ad tempora Eadveardi Vindelesorani, regis Angliae: sed hoc luculento interea commodo; ut hinc etiam memorabilia Nortabrinae gentis facta multa eluceant. Ex *Lelando*.

STEPHANUS, HIBERNICUS, sive de OXONIA, patria Hibernus, ordinis S. Francisci in conventu Montis Fernandi vulgo Multifernanae A. MCCLXIII, initiatus. Scripsit *Annales Hiberniae*, qui communiter vocantur *Montis Fernandi ab A. C.* XLV *ad* MCCLXXIV. Wadding. *De script. ord. Minor*. p. 320.

STERNHOLD [THOMAS] apud Awre in comit. Glocestrensi (Atkins, *Glocestr.* 238. Hollinsh. iii. 1087. Southamptoniae) natus; postquam Oxoniae in studiis bonarum literarum aliquot annos posuisset, ad aulam se contulit, ubi regibus Henr. viii, et Edward. vi ab intimis cubiculis et a vestibus fuit. Vir ob poesin et pietatem aulicis omnibus anteferendus. Fuit etiam 38 Henr. viii receptor generalis terrarum in comit. Ebor. ob crimen laesae majestatis evictarum. *Orig. letters to archb. of York*. Transtulit in rythmos Anglicanos *Davidis Psalmos* xxxvii. Pr. ded. regi Edw. vi. "Although, most noble sovereign." Lond. MDLI. MDLIII. 12mo. Genev. MDLXIX. fol. cum notis musicis. In edit. Genev. MDLVI. 12mo. translati dicuntur li psalmi, sunt tamen tantum xxxvii. [Sc. xvii. priores, xix, xx, xxi. xxiii. xxv. xxviii, xxix, xxx. xxxii, xxxiii, xxxiv. xli. xliii, xliv. xlix. lxiii. lxviii. lxxiii. lxxviii. ciii. cxx. cxxiii. cxxviii.] versi sunt per Tho. Sternhold. Argumenta cujuslibet psalmi rhythmice adduntur in prima editione divulgata per Hopkins, in qua desunt psalmi 23. 30. 33. In editione Genevensi haud pauci versus mutantur, uti ex *Praefatione* patet. Versio haec in ecclesiis nostris adhuc usurpatur et vulgo T. S. notatur. Obiit A. MDXLIX mense Augusto. Bal. ix. 79. *Athen. Oxon.* i. 76. Fuller's *Ch. Hist.* lib. v. 251. seq.

STETHIN [HENRICUS de] *Commentarius* ejus *in librum Sapientiae Salomonis* extat Mſ. bibl. Bodl. Laud. D. 107.

STEVENS [THOMAS] filius Thomae, patria Wiltoniensis, collegii Novi Oxon. alumnus; collegio societatis Jesu se addixit. Ex Italia in Lusitaniam, et inde ad Indiam Orientalem missus, ubi Goae in collegio suae societatis S. Paulo dicato vixit A. MDLXXXIII. Scripsit Anglice *Epistolam ad patrem de navigatione sua ad Goam*. A. MDLXXIX. Pr. "After most humble commen- "dations: These shall." Extat apud Hakluit p. 160. edit. Lond. MDLXXXIX. et Lond. MDXCIX. vol. ii. P. 2. 99. Vide Hakluit. p. 211.

STEVINS [GUALTERUS] correxit et auxit *Galfridi Chauceri tractatum de astrolabio*. Mſ. Bale Sloan. Pr. ded. Edwardo comiti Wilts. "When I had amended this litell." [Dicit se multas Chauceri conclusiones utpote falsas omisisse. Chaucerus quinque libri hujus partes promiserat, duas tamen edidit tantum] Claruit tempore Henrici vii, regis Angliae.

STEWART [JOHANNES] patria Scotus, Lutetiae educatus (Dempster. 599.) ubi philosophiam professus est, et tandem collegii Montis acuti rector electus. Scripsit *Contra venena Calvini antidotarium*, lib. iii. Obiit in collegio Montis acuti 6 Maii A. MDLXXXI. Dempster. xvii. 1083.

STEWARD [ROBERTUS] filius natu maximus Simeonis et Joan. WELLYS dictus a loco fortasse natali; monachus Eliensis, et circa A. MDXXII, prior ultimus. Post eversionem monasteriorum decanus primus ecclesiae hujus cathedralis factus est. Scripsit *Continuationem historiae Eliensis ab* A. MCCCCXLVI, *ad* A. MDLIV. lib. i. "Johanne Morton ad archiepiscopatum." Ex codice Lambethano edidit Wharton. *A. S.* tom. i. p. 675. *Genealogiam ejus e rotulis heraldorum extractam*, lib. i. "Fuit quidam vir nobilis." Whart. *A. S.* tom. i. p. 686. Rei heraldicae peritissimus erat, nam in *Historia Eliensi*, quam possederat (nunc in bibl. Lambeth.) apposuit unicuique episcopo arma gentilitia tam verbis quam coloribus delineata. In cod. Mſ. Bodl. Laud. 47. qui olim ad monasterium Eliense spectabat, sunt arma gentilitia hujus Roberti delineata, cum nota quadam historica de sua familia, propria, ut videtur, manu inserta. Claruit A. MDLIV. Obiit 22 Septemb. MDLVII, et in ecclesia cathedrali Eliensi humatus est. Whart. *A. S.* tom. i. *Praef.* xlvi. p. 685. 688. A. Wood. Mſ. C. 184.

STEWES [JOHANNES] (Dempster. 598.) officialis S. Andreae, unus e primis doctoribus, qui publice in academia ibidem praelegit. Scripsit *Synopsin Decreti Gregoriani*, lib. i. Claruit A. MCCCCXI. Dempster. xvii. 1081.

STICHILL [ROBERTUS] sacerdotis filius, monachus Dunelmensis; dein prior de Finkhall; episcopus Dunelmensis electus 30 Sept. MCCLX, consecratus 13 Feb. MCCLXI. Extant Mſs. in bibl. Dunelm. Num. 467. *Ejus constitutiones synodales*. Obiit in reditu a concilio Lugdun. in castro Arbreules sive Arbipeylles vocato 4 Aug. MCCLXXIV. Whart. *A. S.* tom. i. 739. etc.

STICKBORNE [JOHANNES de] scripsit *Quaestiones super lib. Porphyrii*. *Quaestiones in lib. Praedicamentorum*. *Quaestiones in lib. Perihermenias*. Mſs. extant in bibl. Caio-Gonvill. Cantab. 1018. sive Mſs. Log. 39.

STIGANDUS archiepiscopus Cantuariensis. De quo in *Beveri Cron.* Mſ. Trin. coll. Oxon. 62. "Vir, sicut pene caeteri tunc temporis in Anglia episcopi, illiteratus." Hunc scripsisse tradit Dempsterus *Pro causa Edgari regis ad regem Scotiae*, lib. i. *Pro se ad papam*, lib. i. Obiit circa A. MLXX. Dempst. xvii. 1088.

STILLINGFLEET [JOHANNES] frater hospitalis S. Johannis Hierosolym. composuit *Librum, in quo ecclesiae, capellae, cantariae et maneria, Militibus Templariis concessa consignata sunt*. Claruit A. MCCCCXXXIV. Atkyns *Glocestr.* p. 614.

STOCKER

STOCKER [THOMAS] ex generosa familia oriundus. Transtulit in sermonem Anglicum *Historiam de successoribus Alexandri M. ex Diodoro Siculo*, lib. iv. ex Gallico Claudii Seiselii. Pr. ded. transl. Ambr. com. Warwic. " As of late came into my hands." Lond. MDLXIX. 4to. *Petri Vireti notas in cautelas, canones, et ceremonias Missae.* Pr. ded. tr. dom. Burleigh. " Hav-" ing english'd, right honourable, this little." Lond. MDLXXXIV. 8vo. *Tragicam historiam belli civilis in Flandria per Theophilum, ab A. D.* MDLIX *ad* MDLXXXI, lib. iv. Pr. ded. tr. comiti Leicester. " After I had finished the translation." Dat. Lond. 15 Mart. MDLXXXV. Lond. MDLXXXV. 4to. Claruit London. MDLXXXIV.

STOKES [MATTHAEUS] Eatonae natus, et in schola ibidem educatus; unde ad collegium Regale Cantabrigiae A. D. MDLXXXI missus socius, et tandem superior bedellus, ac academiae registrarius admissus. Scripsit *Catalogum cancellariorum, vice-cancellariorum, et procuratorum academiae Cantabrig.* Obiit tempore Elizabethae reginae. Haec Fuller. *Worthies*. p. 135. ex Hatchero.

STOKESLEY [JOHANNES] in septentrionali Angliae plaga natus; collegii S. Mariae Magdal. Oxon. socius, electus A. MDII principalis aulae S. Mar. Magdal. et anno sequenti procurator acad. Oxon. borealis. Mox a collegio Magdalenensi ad vicariam de Willoughby, Warwic. comit. dein ad rectoriam de Slimbridge Glocestr. dioec. praesentatus. Postea fuit praebendarius capellae regiae S. Stephani, archidiaconus Dorset. capellanus Richardi Fox, episcopi Winton. cujus gratia ad archidiaconatum Surreiae evectus est. A. MDXXIII, 23 Mart. collatus fuit ad rectoriam de Ivechirche. *Reg.* Warham. arch. Cant. Postquam legatione ad papam et Carolum imperatorem ac diversas academias feliciter functus esset, episcopatum Londinensem obtinuit A. MDXXX, et regis eleemosynarius factus. De *Disputatione* ejus contra Fisherum *De fratris uxore non ducenda*, atque de *Responso ad Quaestiones de confirmatione*, vide Burnet. *Hist. reform.* vol. i. p. 129. 214. 221. 3128. Sub ejus nomine olim extabat *Liber asserens has tres conclusiones*, (1) *Quod Leviticae prohibitiones non tam de coitu incestuoso, quam de matrimonio illicito intelligendae sunt.* (2) *Quod morales sunt, et quod in Hebraica veritate recipiuntur, atque in* LXX *interpretibus Graece et in Chaldaeo.* (3) *Quod tam pro vivis quam pro defunctis cognatis scriptae dataeque erant.* Hujus revera auctor erat Rob. Wakefeldus, qui in domo hujus Stokislei hospitabatur, dum praedictis tribus *Conclusionibus* confirmandis operam impendebat. De hoc plagio quaeritur Wakefeldus in *Epistola Johanni Fishero* episc. Roffensi ad finem *Kotser codicis* inscripta. Stokisleum hunc elogio ornat Wakefeld. in oratione *De laudibus trium linguarum. His appeal to the king against the archbishop's visitation.* Pr. " First that the archbishop of Canterbury." Strype in *Vita Cranmer. App.* p. 21. seq. *Epistola prolixa* (scripta MDXXXVI.) *Reginaldo Polo, in qua res ab Henrico rege in causa religionis gestas defendit.* Wharton. *De episc. Lond.* p. 189. Cum Cuthberto Tonstallo *Epistolam prolixam* scripsit *contra suprematum papae ad card. Polum*, quae Anglice impressa est Lond. MDLX. 12mo. Obiit die suo natali sc. 8 Septemb. A. D. MDXXXIX, et sepultus jacet in capella S. Gregorii (S. Georgii, A. Wood. et Dugdale.) infra ecclef. cathedralem S. Pauli London. Wharton. *De episc. Lond.* p. 188. seq. *Athen. Oxon.* i. 673. Vid. Dugdal. *Hist. S. Paul.* p. 107.

STOKTON [ADAMUS de] ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini conventus Cantebrig. MCCCLXXV. Wren. e *Registro* Elien. Scripsit *Scintillarium poetarum.* Ms. bibl. coll. Trin. Dublin. A. 8.

STOCKTON [RICHARDUS] Dunelmensis ecclesiae monachus, scripsit *Tabulam de gestis episcoporum Dunelmensium usque ad* A. MCCCXXX. Ms. Cotton. Calig. D. iii. 1.

STOLBRANDUS, episcopus Scotus, Danorum crudelitatem fugiens in Maiam insulam cum multis aliis se contulit, ubi tandem a paganis istis occisus est A. DCCCLXXIV. Scripsit *Comm. in librum Job*, lib. i *De casu regni Pictici*, lib. i. *Historiam Britanniae*, lib. i. Fragmentum hujus olim Ms. extabat in bibl. regis Christianissimi. Dempster. xvii. 1033.

STONE [GILBERTUS de] ab oppido ubi natus est in dioec. Litchf. sic dictus, post tyrocinium in scholis trivialibus actum, Oxonium adolescens de more adiit. Ubi postquam liberalibus ingenuarum artium studiis defunctus esset, se totum jurisprudentiae facultati addixit, in qua tam felices fecisset progressus, ut in illius facultatis curriculo plane consummatus evaderet. Tandem vero a dom. Roberto Weyvile episcopo Sarum evocatus est, et in cancellarium illius ecclesiae electus, in quo officio permansit, donec Radulphus Ergham, praedicti Roberti successor, ad episcopatum Bathon. translatus est, qui secum etiam Gilbertum nostrum eo transtulit, quem ecclesiae Wellensis cancellarium et canonicum constituit. Radulpho autem extincto Gilbertus noster a Richardo Clyfford episcopo Wigorn. accitus est, et ab ipso in illius ecclesiae cancellarium admissus; adeo ut in tribus cathedralibus ecclesiis unum idemque multos per annos officium gesserit: non leve mihi crede, fidei integritatisque hominis argumentum. Quo temporis intervallo complures tum suo tum dominorum suorum nomine *Epistolas* in variis ecclesiae causis et negotiis non minus pie quam eleganter quidem conscripsit, quas in unum fasciculum collectas charissimo amico suo Jo. Langryshe, domus Carthusiensis de Waltham (lege Witham) in agro Somerset. priori, transmisit, et dedicavit. " Has quidem gravi et maturo stylo exaratas in bibl. publ. Oxon. (Ms. Super D. 1. " Art. 123.) vidi et legi (inquit Br. Twynus) atque ex iisdem quaedam excerpsi, quibusdam ex " altero opusculo, quod hactenus mihi nusquam occurrit, certior factus sum epistola tertia, quae ad " *Vitam S. Wolfadi* patroni prioratus canon. regular. de Stone a se conscriptam, et Gul. de Madely " priori illius domus dedicatam, praefatio dedicatoria esse videtur. Scripta autem est illa epistola " A. MCCCXCIX. Denique ex quadam ipsius ad Jo. Langrysh, priorem de Waltham, *Epistola* constat

 " Gilbertum

"Gilbertum istum post annos jam permultos in saecularibus curis et negotiis confectos, religionis "Carthusianae ingrediendae propositum habuisse: quod an praestiterit haud scio. Interim constat "eum circa A.D. MCCCLX floruisse." Haec Br. Twynus in princ. A. Wood. Mſ. Pitſ. Lit. pat. 7 Rich. ii. p. 2. . . 18 Febr. rex ratificat Gilb. Stone praebendam de Bucland Denham in ecclesia Wellensi. A. MCCCCI, in *Registro* Henr. Bowet. Gilbertus Stone quondam canonicus Wellensis. *Epistolae* hujus Gilberti erant cxxiii numero. Prima dicitur *Epistola Gilberti Stone, cancellarii episcopi Winton. ad archiepiscopum Cant.* Mſ. Cotton. Vitellius E. x. 17. Observandum tamen quod in assignando nomine officii hujus Gilb. Stone, admodum hallucinatus sit Br. Twynus; ipsum enim tot episcoporum cancellarium fuisse error est, uti patet ex *Fastis ecclesiae Anglicanae* per Le Neve editis. Si autem per cancellarium, secretarium, vel epistolographum intellexeris Stonium nostrum episcopis Sarum, Bath-Wellensi, et Wigornensi ab epistolis fuisse, libens concesserim. Claruit A. MCCCCIV. De hoc Gilberto Richardus James, Mſ. xxxi. in *Itinere Lancastrensi* num. 39. vel 40. haec habet:

"Four miles beyond Flint-Castle, where out [f. at] our age
"Doth yet behould a doting pilgrimage,
"Autors, that legends write and holy tales, etc."

In margine his verbis sequentia adduntur a Ric. James p. 6. "Gilbert de Stone, being for the "time a trimm man of his pen, was sollicited by the monks there to write their founder's or "saints life.—When he required some memoirs of him, they had none at all.—Wherefore in "a letter of his he sayes, it's no matter; for he would write them notwithstanding, a fine "legend after the manner of . . . . of Canterbury. And certainly most legends are written after "the manner of Gilbert.—" Haec in margine Mſ. describentis Holywell in comitatu Flint. habentur.

STONE [JOHANNES] frater ordinis Carmelitici in conventu Bristolliae, apud Cantabrigienses literis operam dedit. Scripsit *Sermones de tempore*. Pr. "In lege, perfectae libertatis, Jac. i. cap. reverendi domini famosi, constat triplex esse lex, naturalis rationis, lex Mosayca, et lex Christiana. Mſ. Bal. Sloan. 4to. 205. Quidam JOHANNES STONE magister ordinis Carmel. conventus London. prior, qui in conventu London. sepultus. Mſ. Bal. Sloan. 4to. 51.

STONHAM [GULIELMUS] scripsit *De certis quaestionibus juris*. Mſ. olim legatum a Tho. Wellys, advocato curiae consistor. Norwic. aulae S. Trinitatis Cantabrig. MCCCCLXXV.

STONUS [JOHANNES] vel STONAEUS, monachus Benedictinus ecclesiae Christi Cantuariae receptus fuit ad habitum monachalem in die S. Luciae virginis A. MCCCCXVIII. Whart. Mſ. L. p. 79. ex Mſ. C. C. C. Cantabr. Q. 8. A. MCCCCL fuit refectorarius, MCCCCLV subsacrista, MCCCCLVI magister ordinis, MCCCCLXI tertius prior, et MCCCCLXVIII factus stationarius (ita ipse Stonus in Mſ. *De obit.*) Scripsit *De obitibus et aliis memorabilibus sui coenobii ab* A. MCCCCXV *ad* MCCCCLXVII. *et alia etiam natabilia ad* MCCCCLXXII libros plures. Pr. "Will. Stone A. C. MCCCCXV. hunc librum "composuit MCCCCLXVII anno monachatus 50." Mſ. C. C. C. Cantabr. Q. 8. Hunc autorem fuisse *Martyrologii Cantuar.* putat RR. Gul. Sancroft. in nota praefixa Mſ. Lambeth. 20. fol. *Decreta quaedam*, lib. i. *Speculativas SS. patrum sententias de fide, spe, et charitate*, lib. i. Haec omnia extant Mſs. in bibl. C. C. C. Cantabr. Q. 8.

STOON monachus Carthusiensis. Scripsit carmine *Super versus Richardi Flemming quondam episcopi Lincoln.* Pr. "Patri Ricardo domino merito reverendo." etc. Mſ. Bodl. NE. D. 2. 1.

STORY [JOHANNES] in hospitio juris civilis Henxseyhall in parochia S. Aldati Oxon. educatus, baccalaureus juris civilis A. MDXXXI, et quadriennio elapso juris professor regius in dicta academia renunciatus fuit. A. MDXXXVII aulae Lateportensis principalis, et moderator scholae cujusdam juris civilis; A. MDXXXVIII ejusdem facultatis doctor admissus; et postea jus caesareum sub domino Mareschallo ad obsidionem Bononiae in Piccardia administravit. A. MDXXXIX, 20 Nov. Edmundus episc. London constituit eum vicarium suum generalem. *Reg.* Bonner. Fuit cancellarius episcopi Lond. N. Sander. *Visib. Monarch.* 712. Senator comitiorum regni tempore regis Edw. vi in carcerem ob liberas orationes contra regem juvenem conjectus; inde dimissus in Belgicas provincias transfretavit, ibique usque ad mortem regis Edw. vi commoratus est. Regnante Maria, munus cancellarii Londin. obiit, et quia religioni pontificiae addictissimus erat, odio magno reformatos prosequebatur. Senator parliamenti A. MDLVIII orationem habuit contra protestantes, cujus summa extat in Strype *Elizab.* 79. vid. 64. 535. Fox. 1. edit. 1728. N. Sander. *Vis. Mon.* pag. 662. 712. Maria extincta, solum vertit, et Antwerpiae in familia ducis Alvensis vixit. Tandem A. MDLXX insidiose captus in turrim Londinensem conductus fuit. Et quia juramentum de agnoscendo suprematu regio praestare renuebat, ad patibulum Tyburnense prope Londinum unco ducebatur, ibique suspendio propemodum enectus, membratim dissecabatur 1 Junii MDLXXI. Sub ejus nomine extant *Oration against Tho. Cranmer, archbishop of Canterbury*, A. MDLVI. *Discourse with Jo. Philpot, the martyr about matters of religion. Answer to examinations during his imprisonment in the tower of London*, MDLXX. *Speech at his execution at Tyburn*, 1 June MDLXXI. De vita ejus extant sequentes libri: *A copy of a letter lately sent by a gentleman student of the lawes, to a friend of his, concerning Dr. Story*. Pr. "According to your." *A declaration of the life and death of Dr. Joh. Story*. Pr. "Gentle reader, in this short." Both together. Lond. MDLXXI. 12mo. *An historical discourse of the life and death of Dr. Story, by Tho. Knell.* jun. in Engl. verse. Pr. "Can nature hide and not." Lond. MDLXXI. *Athen. Oxon.* i. 167. seq.

STOUGH-

STOUGHTON [GILBERTUS] juris municipalis in Interiori Templo Lond. ſtudioſus. Extant *Lecturae ejus* xvi *in quaedam capitula magnae chartae, habitae in vacatione autumnali* 3 Henr. viii. Pr. " Si quis comitum," etc. Mſ. Norwic. 707.

STOURTONUS [EDMUNDUS] monachus Glaſtonienſis, ſacrae paginae profeſſor. Joh. Glaſton. Mſ. Scripſit Johanni papae xxii *Dialogum in regulam Benedicti*, lib. i. *Super nominibus Mariae et Joannis*, lib. i. Mſ. Joh. Glaſton. inter Aſhmol. f. 29. *De nominibus Jeſu et Mariae librum*. V. Bal. xii. 98. ex Glaſtoniae *Regiſt*. *De laude B. Mariae virginis*, lib. i. Pitſ. *App*. p. 835. ex Mſ. Bodl. Oxon. In Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 4. 2. ita: " Secunda pars ſcripti *Stourton de laude*," etc. Claruit tempore papae Johannis xxii.

STOW [JOHANNES] monachus Benedictinus Norwicenſis, Oxoniae literis operam dedit, et ibi tandem S. theol. doctor evaſit. Synodo Baſilienſi interfuit. Scripſit *Acta Baſileenſis concilii*, lib. i. " Sacroſanctae generali ſynodo." *Diſputationes ſolennes*, lib. i. " In ſolio reſidens eminenti." *Collectiones varias*, lib. i. In quibus recitantur acta et ſcripta quaedam Adami Eſtoni cardinalis. Claruit A. MCCCCXL. Bal. xi. 44. Pitſ. p. 628.

STOW [THOMAS] juris caeſarei et canonici peritus; in jure civili baccalaureus. Extant *Lectura ejus de poenis*. " Si quis, ſuadente," etc. Mſ. bibl. reg. Weſtmon. Scripſit circa tempora Edwardi iv. *Lectura de procuratoribus*. Pr. " De officio vicarii." Ibid.

STRABUS. Hunc ſub nomine Walafridi Strabi memorat Baleus xiii. 9. Patria Anglus (Germanum vocat Cave.) venerabilis Bedae frater aut conſanguineus, ſi Pitſeo fides, Alcuini diſcipulus in Germaniam trajecit, ubi in propaganda fide Chriſtiana operam navavit ſedulam, et monachus evaſit Fuldenſis; ubi Rabani diſcipulus erat: dein coenobii S. Galli decanus, et tandem A. D. DCCCXLII Augiae majoris in dioec. Conſtantienſi abbas creatus eſt. Scripſit *Gloſſam ordinariam in Biblia*. Poſtea ab aliis aucta extat. Lugd. MDLXXXIX. et... vol. Antwerp. MDCXXXIV. fol. In Mſ. coll. Novi Oxon. 29. incipit *Expoſitio Rabani breviter annotata a Strabo ejus diſcipulo ſuper Exodum*. Praefatio in ſubſequens opus: 'Hujus libri quam ſubjectam cernis explanatiunculam, dom-'nus Rabanus de dictis ſanctorum Auguſtini, Jeronimi, Yſidori, Gregorii, et domni Bedae, et ali-'orum ſanctorum venerandis congregans, ſuis diſcipulis autoritate tradit catholica; quorum ego ulti-'mus Strabus ipſa, quanta potui brevitate, ne penitus de memoria laberentur, notavi, humiliter le-'ctorem depoſcens, ut, ſi quid extra lineam rectitudinis in illa poſitum invenerit, non magiſtro im-'putet, ſed meae tarditatis ignaviae; miſericorditer tamen mihi compaſſus, veniam tribuet poſtu-'lanti. Nec enim tutum eſt aliena damnare, qui propria virtute ſe non poteſt conſervare. Sciat ta-'men voluntatis mihi fuiſſe, fidei rectitudinem nunquam deſeruiſſe. Si quid autem fortaſſe in eo 'dignum invenerit, agat Deo gratias, et oratione profuſa magiſtro, cujus labore haec hauſimus apud 'Dominum perpetuam beatitudinem optare meminerit.

Hunc librum expoſuit Rabanus jure ſophiſta
Strabus, et impoſuit frivolus hos titulos.'

'Explicit *Expoſitio ſuper Exodum*. Incipit *Praefatio in Leviticum*. Sequentis libri, id eſt, *Levitici* 'breviſſimam adnotationem ego Strabus tradente [Mſ. ſic.] domino Rabano abbate, viro in multis 'ſcientiae divinae eloquiis ſpectabiliter adornato, quantum tenuitas ingenioli mei permittebat abbre-'viare curavi. Ut quia memoriae tenacitatem in me non cognoſco, ſaltem ad . . . gloſſularum 'recurrens aliqua eorum, quae mihi tradita ſunt, partem recognoſcam. Sed quia nequaquam hoc a 'notitia aliorum abſcondere valeo, obſecro te, quicunque legeris, ſi quid in eo ſecus quam decet di-'ctum inveneris; ut non illi, qui hoc de pleno ſapientiae fonte hauriens mihi transfudit, ſed meae 'inertiae deputare incipias, qui potui prae inopia ſenſus facile deviare. Studui tamen juxta fidem 'catholicam, quantum mihi fidei auctor concedere dignatus eſt, quae . . . in me ſeminata ſunt ad 'alimentum animae meae recondere. Erat autem in hujus libri expoſitione ductor Eſychius Jeroſo-'lymorum preſbyter, fide integer et veritate ſuffultus, cum caeteris ſanctis doctoribus. Lege feli-'citer Amen.' *Comm. in Geneſim*, lib. i. " In principio creavit Deus." *In Exodum*, lib. i. " Hu-" jus libri quam ſubjectam." Mſ. coll. Novi Oxon. 29. *In Leviticum*, lib i. " Libri Levitici " breviſſimam habent." Mſ. ibid. *In Numeros*, lib. i. " Synai interpretatur *rubus*." Mſ. Ibid. *In Deuteronomium*, lib. i. " Deuteronomium dicitur *ſecunda*." Mſ. Ibid. *In Libros regum*, lib. iv. *In Judith*, lib. i. *In Heſter*, lib. i. *In Sapientiam*, lib. iii. *In Eccleſiaſticum*, lib. x. *In Heremiam*, lib. i. *In Machabaeos*, lib. ii. *In Acta Apoſtolorum*, lib. i. *In Apocalypſin*, lib. i. " Sic-" ut in ſaecularibus literis." *Homeliarum*, lib. i. *Sacrorum hymnorum*, lib. i. ſive potius *Gloſſam ordinariam antiquam in Pſalmos*. Mſ. Bodl. in *Hyperoo* 187. *Hymnos ſacros* Pitſeus Oxonii in bibl. bublica extare dicit. *De exordiis et incrementis rerum eccleſiaſticarum*; et *De officiis eccleſiae*, lib. i. cap. xxxi. Pr. pr. ad Reginbertum. " In nomine Dei patris." Juxta Pitſeum in bibl. publ. Oxon. Prodiit inter alios ſimilis argumenti ſcriptores cura Joh. Cochlaei. Mogunt. MDXLIX. Item Venet. MDLXXII. 8vo. Et inter *Scriptores de divinis officiis* cura Melch. Hittorpii, Pariſ. MDCX. p. 661. et in *Bibl. Patrum*, tom. xv. *Ad Ludovicum Caeſarem*, lib. i. *Hortulum, ad Grimaldum abbatem*, Carmine. Pr. " Plurima tranquillae cum ſint inſignia vitae." Ingolſt. MDCIV. 4to. et Caniſii *Lect. antiq.* tom. vi. p. 672. *Viſiones Wettini, ad Grimaldum*. Pr. " Domino, etc. Ex quo, pater." Mſ. Bodl. Laud. F. 34. Impr. inter *Poemata* apud Caniſium, p. 575. Scripſit etiam, juxta Caniſium, tom. vi. P. ii. p. 140. *De comparatione mundanarum et eccleſiaſticarum dignitatum*, lib. i. *Epiſtolarum*, lib. i. *Gloſſam in* vii *epiſtolas catholicas*. *In epiſt. S. Hieronymi ad Marcellam de Hebraicis*

braicis nominibus. Eclogas tractatorum in Psalterio. Quae omnia Mss. penes Canisium. Scripsit etiam Walafridus Strabo *Vitam et miracula S. Galli abbatis*, lib. ii. Prosa. "Nisi me sacrarum "autoritas." Extant apud Surium 16 Octob. et apud Melch. Goldastum *Rerum Alemann. script.* tom. i. p. 233. et apud Messingham Florileg. f. 255. Scripsisse etiam fertur versu, quae Ms. extant apud coenobium S. Galli, *Vitam S. Othmari abbatis*, lib. i. "Finitis duobus libellis, quos "de vita." Habetur apud Surium 16 Novemb. et Melch Goldastum *Rerum Alemann.* tom. i. p. 277. Longe emendatior apud Mabillon. *Saec. Benedict.* iii. par. ii. p. 153. *Vitam S. Blaitmaci.* Pr. "Si tantam meruere suo pro carmine famam." Extat apud Canis. tom. vi. p. 572. et Mabillon. l. c. p. 439. et Messingham, *Floril.* p. 399. *De vita et fine S. Mammae sive Mamantis monachi*, cap. xxvi. Pr. "Urbem Cappadoces habitant." apud Canisium, l. c. p. 548. *Vitam S. Leudegarii.* Ibid. *Poëmata varia.* Pr. "Legistis, meminit vestra sagacitas." Extant apud Canisium, l. c. p. 542. et in *Bibl. Patrum*, tom. xv. p. 181. *Versus de exilio Judith, imper. Ludovici pii conjugis.* Pr. "Ex quo fama tui celebrem." Extant inter *Hist. Francorum scriptores, per du Chesne*, tom. ii. p. 338. *Sermonem de eversione Hierosolymae ad cap.* xix *Lucae.* Pr. "Quantum "Dominus omnipotens de." apud Canisium, l. c. p. 331. *Picturas historiarum Novi Testamenti*, Francof. MDCX. 8vo. Obiisse putatur circa A. DCCL. Pits. p. 145. A. DCCCXLIX. Cave. p. 533. 534. Bal. xiii. 9. Vide *Praef.* Melch. Goldasti in *Rer. Aleman. scriptores*, Francof. MDCVI. fol. *Analecta* Mabill. tom. iv. p. 630. 633.

STRACHANUS [JACOBUS] Merniensis, academiae Aberdoniae alumnus. Scripsit *De eucharistia*, lib. i. *De reliquis ecclesiae sacramentis*, lib. i. *De potestate papae, sive jure utriusque gladii et duarum clavium*, lib. i. *Disputationem solemnem cum Knoxio* lib. i. [A. MDLIX. Quaere de ea Leslaeum, lib. x. p. 574.] *Fulgam vulpis*, lib. i. Claruit A. MDLX. Dempster. xvii. 1077.

STRADELEGUS [a] [RICHARDUS] sive STRADLEY, Duri [b] Maisevetarum [c] juravit in verba Bernardi Clarevallensis; hac tamen proposita sibi lege, ut studium sacrarum quoque literarum religionis [d] instituto adjungeret. Tanta virtus justo non potuit carere praemio. Ecce ita illuxit Richardi inter suos sodales gloria, ut uni illi totius collegii fortunas, honorem, gubernationem [e] deferrent. Edidit *Commentarios in Evangelia* [f], et *Orationem dominicam* [g] ecphrasi illustravit [h]. Clivocurianus, vulgo Clebyri, nuper abba Durensis monasterii, vir reconditae antiquitatis non ignarus, mihi multa de Stradelego retulit [i]. Ex *Lelando*.

[a] Ricardus Stradley, in finibus Walliae natus, SS. theol. doctor Oxoniensis. A. Wood. Ms. Pits. pr.
[b] i. e. Coenobium de Dour in agro Hereford. male enim intelligit Lelandum Baleus, qui Ricardum monachum coenobii ord. Cisterciensis in oppido Herefordiae fuisse tradit.
[c] *seu Herefordiae* addit Ms. Lel. Trin.
[d] *suae* Ms. Trin. addit.
[e] *gubernationemque* Ms. Trin.
[f] Lib. iv.
[g] Lib. i.
[h] Scripsit etiam *Homelias multas*, lib. i. *In quosdam Sacrae Scripturae textus*, lib. i. Pits.
[i] Claruit circa A. D. MCCCXXXVI. Bal. v. 30. Pits. p. 434. Tempore Edw. iv. A. Wood. Ms. Pits. pr.

STRALOCHUS [ROBERTUS]. (Dempst. 585.) Aberdonensis, Lutetiae philosophiae professor. Scripsit *Praefationes solemnes ad auditores suos*, lib. i. Prodiit typis H. Stephani. *Compendium totius philosophiae*, lib. iv. Claruit A. MDLXIX. Postea in patriam rediit, ubi artem chemicam exercuit ad mortis usque diem. Dempst. xvii. 1052.

STRATFORD [JOHANNES] filius Roberti et Isabellae (Dugdal. *Warwicks.*) apud Stratfordiam ad Avonam in agro Warwicensi, ut videtur, natus, in collegio Merton. acad. Oxon. laudabiliter emenso literarum humaniorum stadio studiis juris civilis et canonici sedulam navavit operam. A. MCCCXI legum doctor procuratorum primarius pro academia Oxon. in causa contra fratres Praedicatores Romae fuit. *Rotul.* Digby 1. A. MCCCXVII, 13 cal. Jan. officialis episcopi Lincoln. existens collatus ad praebendam de Castre in eccl. Lincoln. *Reg.* Joh. Dalderby. A. MCCCXIX idib. Sept. permutabat ecclesiam de Stratford super Avonam cum archidiaconatu Lincoln. *Reg.* ibidem. A. MCCCXXII praebendarius de Bere in eccl. Sarum; et canonicus Eboracensis. Whart. Lond. A. Wood. Ms. C. 31. Whart. *A. S.* tom. i. 316. Decursis decani curiae de arcubus (Newc. i. 434.) decani Londinensis (Whart. *Lond.* p. 217. 218.) secretarii regii et legati officiis, opera Walteri, archiepiscopi Cant. ad episcopatum Winton. A. MCCCXXIII a papa provisus erat. Pro Gul. Melton archiepisc. Ebor. locum tenens thesaurarii factus 6 Nov. MCCCXXV, et anno MCCCXXXI, 28 Nov. cancellarius Angliae renunciatus est. Whart. *A. S.* tom. i. 316. et biennio post archiepiscopus Cantuar. electus. Scripsit *Literas contra exactores* ix *velleris regi in parliam. concessi*. In *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. ii. p. 659. seq. *Literas regis contra eum*; *et ejus responsa duo contra accusationes regis.* Ibid. p. 661. seqq. 671. 674. *Constitutiones in concilio provinc. Cant.* MCCCXLI *editas.* Pr. "Adeo quorundam animos." Ibid. p. 675. seqq. *Statuta et ordinationes pro bono regimine curiae de arcubus* A. MCCCXLII. Pr. "Johannes, etc. Cum ad Can- "tuar. curiae nostrae sinum." Ibid. p. 681. seqq. *Constitutiones editas in concilio prov. Cant.* MCCCXLII. Pr. "Quam sit inhonestum et reverentiae divinae contrarium." Ibid. p. 696. seqq. *Constitutiones alias editas in alio concilio Cantuar. in praesentia comprovincialium episcoporum*, A. MCCCXLII. Pr. "Sponsam Christi, sacrosanctam ecclesiam." Ibid. 702. seqq. *Sermones habitos in ecclesia Cantuar.* Quorum duos meminit Birchingtonus, sc. in illud *Eccles.* xlviii. "In diebus "suis non timuit principem." (2) In illud *Joel* ii. "Convertimini ad me in toto corde vestro." Confer, praeter ea quae in *Conciliis* annotata sunt, Ms. Bodl. Ashmol. 1146. Ms. Norwic. More 235. *Hist. Birchington.* Whart. *A. S.* tom. i. p. 27. Godwin. a pag. 151. ad 158. incl. Obiit in vigilia

S. Barthol.

S. Barthol. A. MCCCXLVIII Magfeldiae et in ecclefia cathedr. Cantuar. ab auftrali parte fummi altaris humatus jacet. Pitf. p. 460.

STRAVANELLUS [RICHARDUS] frater dominicanus, fcripfit *Bibliorum concordantias Anglicanas*, lib. i. Mf. Parif. in bibl. Dominicanorum. Claruit A. MCCXCV. Pitf. p. 383.

[a] STRODAEUS [RADUDPHUS] five STRODUS, Maridunenfi choro ornamento vel maximo fuit. Coluit enim flagrantiffimo amore eloquentiam et Mufas canoras. Illae rurfus cultorem ufque adeo redamabant fuum, ut veneres, gratias, et lepores in ejus abunde inftillarent ofculum. Vates autem tantis donatus muneribus, cantionem elegiacam voce fonora, liquida, arguta cecinit; cui et *Phantafma* [b] nomen a re inditum, tefte catalogo, illuftres Maridunenfis focietatis viros percelebrante [c]. Ex *Lelando*.

[a] Radulphus Strodus Italiam et Galliam peragravit.

[b] Radulphi lib. i. Scripfit etiam *Confequentiarum formulas*, lib. i. "Confequentia eft illatio confequentis." Extant cum *Comm. Alex. Sermonetae, etc.* Venet. MDXVII. 4to. *Obligationum* lib. i. Ibid *Sophifmatum ftrophas*, lib. i. "Redargutum dicimus refpondentem." *Summulas logicales*, lib. i. *Pofitiones contra Wicleuum* xviii. lib. i. *Itinerarium terrae fanctae*, lib. i. *Opufculorum* lib. i. Extat cum operibus Radulphi Feriburgi. Pitf. Ad finem Poematis Galf. Chauceri *De Troilo et Creffeide* haec habemus:

"(O morall Gower, this boke I directe
"To the, and to the philofophical Strode,
"To vouchfafe (ther nede is) to correcte,
"Of your benignities et zeles goode."

[c] Claruit Strodus in Italia MCCCLX. *Addit.* Bal. Mf. Trin. Anno MCCCLXX. Bal. vi. 44. Pitf. p. 509.

STUARTUS [ALEXANDER] Morravus, Alexandri ducis Albaniae filius, Jacobi ii Scotorum regis pronepos: Parifiis educatus, primo abbas Sconae, dein epifcopus Moraviae, et legatus ad Julium ii papam, a quo maxima eidem negotia adminiftranda concredebantur. Scripfiffe fertur *Acta legationis fuae*, lib. i. *Epiftolas pro patre ad Carolum Galliae regem*, lib. i. *Sorbonae laudes:* Oratio elegans Lutetiae prodiit typis Patiffoni. Claruit anno MCCCCLXXXIII. Dempfter. i. 62. Anno MCCCCLXXXIV. Dempfter. i. 77.

STUART [ROBERTUS] (Dempft. 582.) regio ftemmate ortus; frater Francifcanus. Scripfit *Vaticinia de rebus Scoticis*, lib. i. Claruit A. MDLII. Dempft. xvii. 1044.

STUBBS [GULIELMUS] Anglus, collegii Jefu apud Cantabrigienfes rector. Scripfit *Introductionem logices. Declarationem Scoti ad Secundum.* Claruit A. MCCCCXC. Mf. Fulman.

STUBBS [a] [THOMAS] STOBAEUS, five alias STOLBEZ, a Leandro Alberto [b], libro quarto *De illuftribus praedicatoriae fectae viris*, luculente celebratus eft. Scripfit librum, cui titulus, *Statutum contra impugnantes ecclefiafticas conftitutiones* [c]. *De ftipendiis praedicatoribus verbi debitis. De perfectione vitae folitariae. De arte moriendi* [d]. Ex *Lelando*.

[a] Thomas Stubbs, alias Stobaeus (Mf. Lel. Trin.) patria Eboracenfis, profeffione Dominicanus, S. theologiae doctor.

[b] *Bononienfi*, Mf. Trin. addit.

[c] *De conftitutis ecclefiae*, five *Scutum ecclefiae*, lib. i. *Contra ftatutorum ecclefiae impugnatores*, lib. i.

[d] Praeter libros a Lelando memoratos, fcripfit *Chronicon de archiepifcopis Eboracenfibus ad ann.* MCCCLXXIII, lib. i. "Super ftatu Eboracenfis ecclefiae." Mf. Cotton. Titus A. xix. Mf. C. C. C. Cantabr. N. 7. Edidit Cl. Twifdenus inter *Decem Script.* Lond. MDCLII. f. p 1685. Forte nofter folummodo *Hiftoriam archiepifcoporum Ebor. ad Turftinum* (Mf. Bodl. Digb. 140) continuavit ad fua tempora. Vide edit. et Mf. Extat Mf. in bibl. Bodl. Borlov. 25. cum *Contin.* et Mf. Cotton. Vitell. E. iv cum *Continuatione ad Wolfey. Meditationes quafdam pro confolatione contemplativorum*, lib. i. Pr. "Juftitia et judicium praeparatio." *Addit.* Bal. Mf. Trin. *In revelationes Brigidae*, lib. i. "Beata et venerabilis domina." *De mifericordia Dei*, lib. i. "Mifericordia fecundum etymologiam." His addidit Pitfeus. *Super Cantica canticorum*, lib. i. *Sermones de fanctis*, lib. i. *Sermones de tempore*, lib. i. *Officium completum cum miffa de nomine Jefu*, lib. i. *Officium de B. Anna*, lib. i. *De poenis peregrinationis hujus vitae*, lib. i. Claruit anno MCCCLXXIII. Bal. vi. 36. Pitf. pag. 512. feq. Cave. *App.* Wharton. pag 49.

STUDLEY [JOHANNES] in fchola Weftmonafter. literarum humaniorum tyrocinio exacto collegii S. Trinit. Cantabrig. alumnus factus eft. Tranftulit in fermonem vernaculum *Octavam tragoediam Senecae, cui titulus: Agamemnon.* Ep. ded. dom. Gul. Cecil. "When as I had, right "honourable." Lond. MDLXVI. 12mo. Et in editione Tho. Newton. Lond. MDLXXXI. 4to. Ejufdem quartam tragoediam, fc. *Hippolitum*; feptimam, viz. *Medeam*; et decimam, fc. *Herculem Oetaeum*; quae editae funt in edit. Tho. Newton. Lond. MDLXXXI. 4to. Tranftulit et auxit Johannis Balei *Acta pontificum Romanorum.* Ep. ded. Tho. comit. Effex. "Amonge many worthy "fayings." Lond. MDLXXIV. 4to. *Carmen Latinum* xx difticha habens confcripfit *in obitum D. Nic. Carri.*

STUKEY [JOHANNES] five STUCCHEIUS, monachus Benedictinus in coenobio S. Trinitatis Norwici, Oxoniae aliquot annos in bonarum literarum ftudiis pofuit, et tandem gradu doctorali in theologia infignitus erat. In A. Wood. Mf. Pitf. haec habentur. "Johannes Stooke, "frater ordinis S. Auguftini et provincialis totius ordinis; S. theol. doctor Cantabrig. Oxoniae "incorporatus A. D. MDXI. An idem fuerit, dubium eft." Scripfit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. *Commentarios Scripturae*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. Haec omnia olim vidit Baleus in bibl. eccl. cathedr. Norwicenfis. Bal. xii. 99. Pitf. *App.* p. 882.

STUREIA [THOMAS de] frater Eremita ord. S. Auguftini, S. theol. doctor. Scripfit *De facramentis*, lib. i. "Inter opera noftrae falutis." *Moralitates in Apocalypfin*, lib. i. "Vide angelum "Dei per." *Excerptiones philofophorum*, lib. i. *De utroque feculo prognofticon*, lib. i. *Declamationes quafdam*, lib. i. *In canonem miffae.* Pr. "Mere dignum et juftum eft nos agere." Mf.

Bodl. Digb. 4. *Postillas super* xii *prophetas Minores.* Pr. "Stabat mare super xii boves." Mſ. Bodl. Laud. D. 139. Quaere tamen an Thomas noſter autor, an vero poſſeſſor tantum fuerit Mſ. hujus. Claruit A. MCCCLXX. Bal. vi. 33. Pitſ. p. 506.

STURTEVANT [SIMON] Scripſit *Nomenclatorem Anglico-Latinum verborum primitivorum apud Graecos ex Johan. Scapulae Lexico contextum.* London. MDLXXIX. 8vo. A. Wood. Mſ. *Cat.* i. 192.

SUDBURY [GULIELMUS] monachus Weſtmonaſterienſis ordinis S. Benedicti, et S. theol. doctor. Mſ. Worſl. Opponens erat in theologia Oxoniae. A. MCCCLXXXII. *Praef.* ad *Tabulam Tho. de Aquino.* Scripſit *De proprietatibus ſanctorum,* lib. i. Pitſ. *De primis regalibus regni Angliae ad Richardum* ii, lib. iii. 1. *De regibus Angliae, qui in ſuis coronationibus fuerunt regalibus inſigniti.* 2. *De loco celeberrimo, ubi regalia reponuntur.* 3. *Quae ſunt illa regalia regni Angliae.* Mſ. Worſl. [Haec ab Aluredo rege primum manaſſe tradit, uti Nic. Harpsfield. p. 164.] *Tabulam ſuper Lyram.* Hanc vidit in bibl. eccleſiae S. Petri Weſtmon. Lelandus, *Collect.* iii. p. 45. In bibl. regia Weſtmon. 9. F. iv. extant *Tabulae Gul. Sudbury S. T. baccalaurei, monachi Weſtmonaſt. ſuper omnes libros S. Thomae de Aquino.* Opus 16 annorum. Pr. "Ut quorundam veſtrum "novit." In bibl. Norwicen. Mori lxvii. extat *Tabula* (ampla) *facta per fr. Will. Sudbury mon. Weſtmon. ſuper pupillam oculi, editam per mag. Joh. Burght et mag. Alanum Tylney.* Pr. "Abbas etiam quibus poſſunt abbates." Claruit circa A. MCCCLXXX. Mſ. Worſl. *Collectionum* ex Mſs. eccleſiae Weſtmon. per H. Keep. Pitſ. *App.* 859.

SUDBURIUS [SIMON] ſive TIBOLD, apud Sudburiam agri Suffolcienſis oppidum in parochia S. Georgii (Gregorii, Wharton.) ibidem parentibus Nigello Tibold et Sarra natus, in partibus tranſmarinis legum ſtudio ſedulo invigilavit, et ejus facultatis doctor evaſit. Dein papae Innocentio vi a ſacris domeſticis, et in Romana curia auditor rotae (Rymer, *Foeder.* vi 339.) poſtea proviſione papali cancellarius eccleſiae Sariſburienſis, et A. MCCCLXIV (Rymer. l. c. MCCCLXI.) epiſcopus Londinenſis, et tandem A. MCCCLXXV archiepiſcopus Cantuarienſis evaſit. "Vir erat "(inquit Walſinghamus) eloquentiſſimus, et incomparabiliter ultra omnes regni ſapientes ſapiens." Scripſit *Commiſſionem ad orandum pro ceſſatione peſtilentiae. Concil. M. Brit. et Hib.* vol. iii. p. 100. *Mandatum de tenendo feſtum S. Auguſtini.* Ibid. p. 106. *Reſponſum brevi regio contra bullas papae.* Ibid. p. 108. *Mandatum pro viſitatione dioec. Cantuar.* Ibid. p. 109. ſeqq. *Aliud de exceſſibus parochiae de Chering.* Ibid. p. 113. *Monitionem pro ſolutione ſylvae caeduae.* Ibid. *Aliam contra rectores non reſidentes.* Ibid. p. 120. *Mandatum epiſcopo London. ad orandum pro rege.* Ibid. p. 121. 146. *Literam comminatoriam epiſcopo Aſſavenſi.* Ibid. p. 122. *Literas contra quaeſtores.* Ibid. p. 131. *Mandatum ad denunciand. interfectores in eccleſia Weſtmon. excommunicatos.* Ibid. p. 132. *Statutum ſuper ſalariis preſbyterorum.* Ibid. p. 135. *Mandatum pro charitativa ſubventione pro fabrica eccleſiae Cantuar.* Ibid. p. 136. *Proceſſum contra cardinales papae rebelles.* Ibid. p. 138. *Diſpenſationem cum abbate de Malmeſbury.* Ibid. p. 142. *Publicationem ad tenendum vigiliam nativitatis B. Mariae virginis.* Ibid. p. 145. *Proceſſum contra archidiaconum Cantuar.* Ibid. p. 148. Nefarie decollatus eſt ſuper collem turris Londinenſis in commotione per Tilerum et Strawum, etc. excitata 14 Junii MCCCLXXXI. Whart. *A. S.* vol. i. p. 49. ubi extat *Vita Simonis* hujus ex *Speculo parvulorum.* Pitſ. pag. 537. Godw. pag. 168. ſeq. Whart. Lond. p. 134. ſeqq. Weaver. *Funer. Monum.* p. 743. ſeq.

SUETHUS [HUGO] vel SUEXTUS (SNEYTH. Mſ. Lambeth.) ordinis S. Dominici frater in academia Oxonienſi educatus, ibique doctor renunciatus. Scripſit Latine *De arte concionandi,* lib. i. "Sic dilatandi modus eſt ſermonibus aptus." Mſ. Lambeth. 353. *Sermones plures,* lib. i. Tempus quo floruit, haud conſtat. Bal. x. 39. Pitſ. *App.* 866.

SUIBNEUS ſive SWIFNETHUS anachoreta Clonmacnoiſenſis. Scribam optimum vocant *Annales Ulton.* "Praecipuus doctor qui inter Scotos fuit." *Chron. Saxon.* Gibſoni, p. 91. "Vir "in quaeſtionibus ſuper aſcenſione Dominica verſatiſſimus." In Angliam veniens A. DCCCXCI ad regem Aelfredum literatorum patronum in itineris initio obiit. Vide *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 15. War. p. 46.

SUINESIUS [HENRICUS] monachus Benedictinus, et tandem Glaſtonienſis abbas. Scripſit *Diverſi generis poemata,* lib. i. Sunt qui eum cum Henrico de Soliaco eundem eſſe volunt. Claruit A. MCXC. Pitſ. p. 258. Bal. Ipſw. edit. f. 253. b.

SUITHUNI [a] vitam et facta illuſtria Vuolſtenus et Lamfridus, monachi Ventani, ille carmine heroico, hic ſoluta oratione, ut alios inferioris notae ſcriptores omittam, quam diligentiſſime ſcripſerunt. Quare ſi ego in praeſentia idem praeſtare conarer, viderer forſan alicui meridiem velle facula clariorem reddere. Licebit tamen cum bona antiquorum ſcriptorum gratia, eouſque rem attingere, ſed lucide et breviter, quo aditus ad ejus in literis cognitionem, quod unum in praeſentia agimus, pateat. Regnante Ecberto, rege Viſi-Saxonum invictiſſimo, prodiit in lucem Suithunus, Anglicanae aliquando futurus ornamentum magnum eccleſiae. Aetas vero illius ubi matura eſſe

[a] Swithunus Wintonius. Bal x. 28. ex Leland. Pitſ. *App.* p. 911. Godw. p. 262. Preſbyter factus ab Helmſtano, epiſcopo Winton. uti extat in Lel. *Coll.* i. 25. monachus, dein praepoſitus ſive prior, et tandem an. DCCCLII epiſcopus Wintonienſis. Rudb. apud Whart. *A. S.* vol. i. 202. Videſis *Suithini hiſtoriam* apud Thomam Rudborn. *Hiſt. Winton. major.* l. iii. c. 2. Hunc in acad. Cantabr. ſtuduiſſe tradit Rudburnus. apud Wharton *A. S.* i. 203. Obiit 2 Jul A. DCCCLXII. aet. 46. Godw. A. Wood. Mſ. Vid. Whart. *A. S.* vol. i. 203. *Vita S. Swithini* (cap. vii.) Pr. "Glorioſo regi Anglorum." Mſ. C. C. C. Cantabr. A. 2. *Miracula S. Swithini.* Pr. "Temporibus religioſiſſimi." Ibid.

coepit, parentum follicita cura congregationi Ventanae ecclesiae, bonarum artium conservatrici, traditus est. Eluxit statim in adolescente alacritas ignescens illa ingenii ad linguarum cognitionem altis gradibus conscendentis. Quid multis verbis opus est? Eo tandem felix temporis curriculo pervenit, ut inter eruditos eximius et diceretur et crederetur. Illud etiam ab Ecberto, rege longe cum experientissimo, tum prudentissimo, abunde comprobatum est. Nam senioris cum filii haereditati prospexisset, intensius disquirebat, cui filium juniorem Ethelwolphum in literis accurate erudiendum committeret. Disquirenti Suithunus, celebri fama cognitus, functione vel dignissimus judicatus est. Gulielmus Meildunensis, in Ecbritho, hujus facti sic meminit, de Suithuno loquens: "Quocirca eum eatenus excoluit, ut et multa negotiorum ejus consilio transigeret, et filium Aldul-" "phum ejus magisterio locaret: quo pacto futurae praelusit felicitati adolescentis fortuna, ut a" "suo sanctissimo paedagogo addisceret, qualiter non rudis olim ad gubernandam rempublicam pro-" "cederet[b]." Puer Ventam Simenorum imperio patris deductus specimen conspicuum de se exhibuit, et literas, tanquam ex torrente vivo, ore pleno exhausit; et regno patris nec expectato nec optato, mundum contempsit fortiter, et se subdiaconum aeterno Deo consecravit. Ex *Lelando*.

[b] Athulphus rex in donationibus suis appellabat Swithinum doctorem et altorem suum. Ita *Vita S. Swithin.* in Lelandi *Coll.* i. 25.

SULBURY [GULIELMUS] abbas de Bello loco. Extat ejus *Propositio Martino* v; *pro acceleratione futuri concilii generalis* A. MCCCCXXV. 27 *Nov.* Pr. "Beatissime pater, Consideranti." Mf. Ashmol. 789. f. 86.

SULCARDUS, auctor Lelando incognitus, et idcirco *Catalogo scriptorum Britannicorum* haud annumeratus, multis encomiis a Baleo, et ex ipso a Possevino, Pitseo, et aliis extollitur. Ex *Historia* ejus patet, quod fuit monachus Westmonasteriensis; quod Vitalis abbas summo illum favore ab A. MLXXII ad MLXXXII prosecutus est; et quod vetus monasterii aedificium vidit, antequam dirutum, ac ab Edwardo confessore denuo aedificatum esset. Quod historiam ipsam attinet (praeter eam enim nihil aliud scripsisse mihi persuasum habeo) facile crederem Sulcardum jussu Vitalis "Libri memorialis sermonem honestum" (ut verba Vulcardi exprimunt) et planum in eloquium decentius ac magis floridum, ut Thrasonico putido poëticoque illius aetatis stylo sese accommodaret, mutasse. Tractatus Sulcardi sex foliis in membrana in quarto comprehenditur; et enarrat Historiam primae fundationis ecclesiae, et fabulosae ejus dedicationis a S. Petro; donationum eidem a rege Offa oblatarum; restaurationis monasterii illius a rege Edgaro et S. Dunstano factae; et reaedificationis ecclesiae, rege Edwardo Confessore sumptus erogante. Duo ejus dantur exemplaria h. t. *Hic incipit prologus de constructione Westmon. C. J.* Pr. "Venerabili" "viro et semper Dei servo." Definit, cedente non solum Angliae, sed omnibus vicini, regnis in gemitum. Mss. Cotton. Faustina A. iii. sub regno regis Henrici ii, et Mf. Titus A. viii. paulo recentiori manu scripta. Scriptum hoc auctoris nostri Baleus et Pitseus alio insigniunt titulo, eique nonnulla alia adjiciunt. *De chartis et rebus memorabilibus, et primo de constructione Westmonasterii, ad Vitalem abbatem* lib. i. "Sola liberalitas boni cordis." Mf. Bal. Glynn. Principium hujus libri idem quod supra codicum Cottonianorum. *De privilegiis ejusdem ecclesiae*, lib. i. "Nico-" "laus et Leo suscipiunt ecclesiam B. Petri." Ibid. In Mf. Cotton. Faustina A. iii. fol. 143. *Incipiunt capitula privileg. ecclesiae S. Petri Westmon.* Pr. lib. i. "Nicolaus et Leo suscipiunt eccle-" "siam B. Petri," etc. Nullius autem auctoris nomen tractatui huic, qui continet privilegia a papis diversis ecclesiae Westmonast. concessa, praefixum est: ideo alicui alii monacho Westmonast. aut historico pari jure ac Sulcardo attribuendum esse censeo. Qua de causa Baleus librum hunc Sulcardo acceptum referat, ipse videat. *Chronicon quoddam*, lib. i. *Sermones et epistolas*, lib. i. Claruit A. D. MLXX, et tandem in ecclesia Westmonasteriensi sepultus est. Bal. ii. 55. Pitf. pag. 188. *Monast. Angl.* i. 57.

SULGENIUS [JOHANNES] filius Sulgenii episcopi Menevensis in Ceretica nati. Scriptor seculi undecimi primus inter exteros fuit, qui Scotiam modernam Latine Albaniam scripsit. Scripsit versu Hexametro *Vitam patris sui.* Pr. pr. "Arbiter altithrone, nutu qui cuncta gubernas." Prologus extat in Mf. Cotton. Vitellius D. vii. Opus hoc literis Saxonicis exaratum, in quo nomen suum literis carminum capitalibus explicaverat autor, citatum a Londinense lib. i. *Ant. Cant.* pag. 36. [Ex *Annalibus Menevensibus* Whart. *A. S.* tom. ii. 649. A. MLXXXVIII. Sulgenius episcopus moritur] O Flaherti *Ogyg.* 346. ex Usser. *Primord.* p. 734. seq.

SULMO [THOMAS] SOLME, SOWLEMAN, vel SOLIMAN, in insula Sarnia vel Caesarea natus, Oxoniae studiis academicis imbutus, postea Henrico viii in lingua Gallica secretarius fuit constitutus. Historiae et antiquitatum Britan. callentissimus. Scripsit *The acts and ghests of St. Thomas archbishop of Canterbury. Select antiquities relating to Britain.* Gul. Harrison in *Descriptione Britanniae* p. 32. quaedam citat de insulis Sarnia et Caesarea ex Tho. Sulmone. Obiit Londini A. MDXLV, et in coenobio Carmelitarum humatus est. Bal. ix. 32. Pitf. p. 733. *Athen. Oxon.* i. 66. *Thomas Solme* scripsit *The Lord's flailehandled by the bishops powre thresher Tho. Solme, to drive the reader to the confession of one Christ.* Pr. pr. "Good reader: her thou hast as" "short." Chapt. i. *How we shall know God— With an exposition on the ten commandments.* Basil. by Theoph. Emlos. . . 8vo. *A work of justification* in Praefatione promittit conscribere. Thomas Some *Septem sermones Hugonis Latimeri coram rege Edw.* vi *habitos* A. MDXLIX *tempore quadragesi-*

dragesimali, brevibus characteribus descriptos, divulgavit, et Kathar. ducissae Suffolciae dedicavit. Pr. ded. "Whan man is born for man." London. MDXLIX. 12mo. Versus affixit libro Gul. Turneri, cui titulus: *A preservative or triacle against the poyson of Pelagius.* London. MDLI. 8vo.

SUMEREYA [GULIELMUS de] scripsit *Experimenta, sive viaticum, quod continet remedia pro passionibus cujuslibet membri humani corporis.* Pr. "Hujus opusculi series circa." Mf. coll. Corp. Chr. Cantab. A. xii.

SURDUAL [JEVAN AP HOUEL] poeta Cambro-Britannicus. Claruit circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

SURFLET [GULIELMUS] sive SURFLUCTUS [a], Carmelita, fanum Botolphi, nobile oppidum, incoluit. Deinde et Grantam Girviorum, gymnasium celeberrimum, petiit; atque ita strenue bonis incubuit artibus, ut inter doctorum choros, doctor et ipse, merito connumeratus. Supersunt *Sacrae*, quas Latine scripsit, *conciones* [b]. Obiit fani Botolphi, ubi et sepultus est anno D. MCCCCLXVI [c]. Ex *Lelando.*

[a] Surflet, Bal. Pitf. [b] Lib. i. Scripsit etiam *De vitiis et virtutibus*, lib. i. Et alia. [c] die 13 Novembris. Mf. Lel. Trin. Bal. xii. 91. Pitf. p. 657.

SUTHFELD [GUALTERUS] alias CALTHORP, regens in decretis apud Parisios A. MCCXLIII electus episcopus Norwicensis. Vir totius divini ac humani juris peritissimus. Edidit *Constitutionem synodalem* A. MCCLV *de libera dispositione primorum fructuum per curatos testantes.* In vol. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 708. seq. *Statuta synodalia cum additionibus Simonis successoris sui.* Ex Mf. bibl. Bodl. Digby 99. in vol. i. *Concil. M. Brit. et Hib.* p. 731. seqq. *Testimonium de potestate archiepiscopi Cantuar. in prioratu Cant.* Pr. "Omnibus, etc. Quoniam humanitatis "fragilitatis." Whart. *A. S.* tom. i. 174. Iste Walterus, mandato Innocentiae papae, qui regi decimam omnium bonorum ecclesiasticorum per triennium percipiendam concesserat, A. MCCLIV fecit *Descriptionem valoris redituum ad ecclesiasticos in tota Anglia spectantium.* Missis enim (verba sunt *Annalium Burton.*) per totum regnum praeceptis in singulis capitulis et decanatibus cujuscunque dioecesis, fecit decanum et tres rectores vel vicarios, qui fuerint majoris autoritatis, inquirere veritatem, et sub juramento certificare, quae sit justa aestimatio omnium proventuum ecclesiasticorum tam majorum quam minorum, et praedictas justas aestimationes in scriptis fideliter redigere, ad se transmittendas. Ita *Descriptio* Walteri cura habita in tabulas publicas descripta est, et, dato *Taxae Norwicensis* nomine, in cunctis fere cleri censibus deinceps usurpata fuit. Wharton. *A. S.* tom. i. 411. Obiit apud Colcestriam 19 vel 20 Maii MCCLVII. Norwici tamen in ecclesia cathedrali humatus. Godwin. p. 486. Whart. *A. S.* tom. i. 411.

SUTTON [GULIELMUS] collegii regalis Cantabrig. alumnus [Fuller. *Cantabr.* 75. eum ante fundationem collegii regalis claruisse dicit] Thomae Stacii astrologi celeberrimi discipulus. Scripsit, vel saltem transtulit in linguam Latinam cum suis additionibus, *De judiciis revolutionum*, lib. i. Claruit A. MCCCCL. Bal. xi. 51. Pitf. 642.

SUTTON [a] [THOMAS] alias SUDODUNUS, Dominici sectator non inglorius, multa tulit fecitque, sudavit et alsit, ut scientiarum cognitionem paulo subtiliorem adsequeretur. Nec vana quidem messis tanto respondebat labori, si vera sunt, quemadmodum non esse dubito, quae de eo Leander Albertus, Bononiensis, in libro quarto *De viris illustribus Praedicatorii ordinis* scribit. Secutus est autem in studiis suis religiosissime Thomam Aquinatem; usque adeo, ut quae ille doctissime, sed subinde obscure, commentatus est, hic non raro lucida oratione interpretatus sit. Non ita alte tamen in Thomae vestigiis haesit, quin et ipse pedem promoveret, et haec suo marte scriberet: *Commentarios super Psalterium. Summam theologiae. Super praedicamenta* [b]. *Super sex principia. Quaestionum librum. Quodlibeta* duo [c]. *De relatione. Super libros priorum* [d]. *Super libros Peribermenias* [e]. *De unitate formae* [f]. Floruit regnante Edovardo Longo [g]. Volo hic lectorem scire me nuper vidisse in bibliotheca Buchofestensi [h] *Quaestiones* et *Quodlibeta* Joannis Suthoduni [i]; cujus nominis praeses quidam provincialis Carmelitarum fuit, regnante Edovardo a Gulielmo primo quarto [k]. Ex *Lelando.*

[a] Thomas Sutton, quem nonnulli perperam vocant Suetonium. Bale. Pitf. Setonius, natione Scotus, Dempst. Primo collegii Mertonensis Oxon. socius, deinde habitum S. Dominici assumpsit (A. Wood.) et Lutetiam Parif. se contulit, ubi S. theol. doctor Sorbonicus creatus est. Bale. Pitf. [b] Lib. iii. [c] Hujus, colleg. Merton. socii *Quodlibeticae quaestiones* xxxv. Pr. "In disp. de quolibet. "quaesitum fuit de Deo creatore," extant Mf. in coll. Merton. O. 3. 10. Art. [d] Lib ii. [e] Lib. ii. Complevit scripturam Thomae de Aquino *Super Peribermenias*, apud Boston. Bur. In Mf Merton. Q. 1. 6. circa medium primi libri Aquinatis *Expositionis in libros de generatione et corruptione*, haec habentur: "Quoniam autem principium, etc.——hic terminatur Expositio fr. Thomae de Aquin. et incipit Expo- "sitio fr. Thomae de Sutton." Pr. "Quoniam, etc. "Postquam philosophus determinaverat."

[f] Praeter libros a Lelando recensitos scripsisse fertur *Super Aristotelis posteriora*, lib. ii. *Breviarium theologiae*, lib. iv. *Concordia theologorum*, lib. i. *Complementum Thomae* [*super Peribermenias*, Mf. Trin. addit Bal.] lib. i. *Contra aemulos et detractatores fratrum Praedicantium*, lib. i. "Quia "quidam aemuli fratrum." Mf. Oxon. in colleg. Lincoln. Arch. Austr. 17. In Mf. Merton. N. vi. 2. Art. est tractatus hujus principii et argumenti sed titulus est *De vita apostolica.*

[g] Claruit Thomas anno MCCXC Bal iv. 69. Pitf. p. 378. ann. MCCXCVIII. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii 87. Dempst. xvii. 1075. Oliv. Sutton, episcopus Lincoln. contulit archidiaconatum de Northampton. magistro Thomae de Sutton, canonico Lincoln. 5 id. Jan. MCCXC. uti patet ex *Regist.*

[h] *Bucfastensis*, Mf. Lel Trin. [i] JOANNES SUTTONUS, patria Eboracensis, Carmelita in coenobio Doncastrensi, SS. theol. doctor, Oxoniensis, electus est praeses provincialis vigesimus primus Londoniis MCCCCLXVIII, et rexit unum annum. Bale Mf. Sloan. 4to 133.

[k] Obiit MCCCCLXXIII, et Doncastriae sepultus jacet. Bal. xii. 96. Pitf. p. 664.

SWAN

SWAN [GULIELMUS] Roffenſis dioec. legum baccalaureus, procurator cauſarum in curia Romana; qui in Mſ. Cotton. Cleopat. C. iv. in legibus licentiatus, literarum apoſtolicarum abbreviator, et ſcriptor in Romana curia appellatur; qui, juxta Rymer. *Foeder.* x. 834. unus fuit nunciorum regis ad archiepiſcopum Colonienſem A. MCCCCXL; qui etiam, juxta Rymer. x. 481. tranſiturus erat cum literis regiis verſus imperatorem MCCCCXXX. Per bullam Innocentii papae ad proximum canonicatum in eccleſiis ſive S. Pauli London. ſive Ciceſtren. proviſionem habuit 4 Jul. MCCCCVII. Virtute hujus proviſionis 8 Henr. iv. factus eſt canonicus Ciceſtren. et praebendarius de Tytelworth in eadem eccleſia. Mſ. Bodl. Archiv. B. 21. Deſcripſit et in unum volumen redegit *Bullas pontificales, diſpenſationes, epiſtolas, etc. ad omnia fere negotia gentis Anglicanae ſpectantes, dum in curia Romana procurator erat.* Autographon, ut videtur, adhuc extat Mſ. in bibl. Bodl. Seld. Arch. B. 21. in quo multa habes alibi fruſtra quaerenda. Vid. Mſ. Cotton. Cleopat. C. iv.

SWANYNGTON [a] [PETRUS] ſive SUAVENDUNUS, Carmelita; quantum ego conjicere poſſum, contemporaneus fuit Hunfridi [b], primuſque ſui ordinis fuit, qui ſuprema theologicae dignitatis nomina ſuffragiis Oxonienſium adeptus eſt. Nam Simon Stochus, primus ejus ſectae tantum baccalaurei nomine inſignitus, apud Iſiacos erat. Certe Petrum notae eruditionis hominem fuiſſe vel hinc conſtat, quod cum Burdegalam, celebrem Galliae civitatem, ſtudendi, ut ego interpretor, cauſa veniſſet, unus e multis digniſſimus judicatus eſt, qui publice theologiam ibidem profiteretur. Quam licet ille provinciam primo detrectaverit; poſtea tamen, hortante ſimul et jubente Gerardo, homine Gallo, et ſupremo Carmelitarum praeſide, accepit. Deinde etiam ſcripſit ſuper *Libros Sententiarum* non indoctum volumen. Quae praeterea ſcripſit [c], in obſcuro ſunt [d], quemadmodum ejus obitus et ſepultura: niſi aliquis, conjectura ductus, Burdegalae obiiſſe illum et ſepultum eſſe dicat. Ex *Lelando.*

[a] Petrus Swanyngton, patria Norfolcenſis, Carmelita in coenobio Brunhamienſi. [b] Primus publice legebat in ſcholis Carmelitanis Oxon. Mecaenatem habuit Gilbertum, monachum Norwic. poſtea epiſcopum Hamarenſem.

[c] *edidit*, Lelandi *Epit.* Mſ. [d] Scripſiſſe fertur *Commentarios Sententiarum*, lib. iv. "Super Sententias xxxviii "quaeſtiones." Mſ. Bal Sloan. *Ordinarias quaeſtiones [et quodlibeta* xlvii.] lib. i. "Utrum aliquis ſpiritus malus." Mſ. Ibid. *Quodlibeta* xlvii, lib. i *Lectiones Scripturarum*, lib. i. Claruit anno MCCLXX. Bal. iv. 31. Pitſ. p. 346.

SWINCETUS [ROGERUS] SUICETUS, vel SUINESHEVEDUS [a]. Bis in Lelando occurrit, ſemel ſub nomine SUINESHEVEDI, ſemel ſub SUICETI. De illo ſequentem in modum commentatus eſt: "Suineſhevedus inter Maridunenſes [b] tam eximiae clarus erat, quam illius ſaeculi vel "ratio vel felicitas quenquam reddere potuerunt. Philoſophiam vero in primis charam habuit, "cujus dum ille receſſus penitiores multa diſquireret indagine, eo tandem pervenit, ut autoritate "et judicio quodam obſcuris naturae myſteriis lucem, dubiis fidem, denique in ſpeciem diſſonantibus acumine quodam inſolita conſonantiam addiderit. Extant ejus *In Petrum Longobardum* "*elucubrationes* [c]." De ROGERO SWINCETO talia refert: "Rogerus alias Rugerus Suicetus, mihi "leviter cognitus per Joannem Picum, Ludovicum Vivem, et Conradum Geſnerum indices. Anglum fuiſſe illi uno confirmant ore. *Catalogus* etiam *Scriptorum* a Geſnero editus, haec in ejus "memoriam recitat: Rugerus Suicetus, Anglus, maximum dedit incrementum calculationibus, "quae ſunt cavillationes ſtultarum ſubtilitatum, quas iccirco Joannes Picus, *Quiſquilias Suiceticas* "ſolitus erat aptiſſimo nomine nuncupare [d]." Ex *Lelando.*

[a] Rogerus Swinſcete, alias, ſed corrupte, Suicetus, Mſ. Trin. Rogerus Swinſhead, Bal. Pitſ. de quo in carmine contra monachos aſcripto Tryvillam in Mſ. Twyne δ 302.

"Subtilis Swynſhed proles Glaſtoniae
"Revera monachus bonae memoriae
"Cujus non periit fama induſtriae," etc.

[b] Poſt collegio valedixit, et cucullum induit apud Swinſhead in agro Lincoln. ordinis Ciſtercienſis. Bal. Pitſ. Hunc miris laudibus exornat Julius Scaliger. A. Wood. Mſ. Pitſ. Ricardus autem praenominatus eſt Swineſheadus ille, qui circa A. MCCCXLIX collegii Merton. ſocius erat. A. Wood. Mſ. Merton. [c] Lib. iv. "Utrum aliquis in "caſu ex praecepto." Bal. Pitſ. Mſ. Oriel. Scripſit etiam *In ethica Ariſtotelis*, lib. x. "In primo capitulo "libri primi." *De coelo et mundo*, lib. ii. "In primo de "coelo philoſophus." *Deſcriptiones motuum*, lib. i. "Mo- "tore primo primitus invocato." Mſ. Cantabr. in coll. Caii inſcribitur, *De motu coeli et ſimilibus*, lib. i. *Super arte Cabaliſtica*, lib. i. *De intentione et remiſſione*, lib. ii. "Penes quid habet intentio et remiſſio." *De diviſionibus* lib. i. "Quatuor ſunt diviſiones propoſit." *De inſolubilibus*, lib. i. "Circa finem ſeu terminum ultimum." In bibl. Bodl. Mſ. 98. Super A. 1. Art. hoc princ. eſt "Inſolubili- "um." Impreſſ. . . 8vo. A. Wood. Mſ. Pitſ. *Sophiſmata logicalia*, lib. i. *Ephemerides*, lib. i. *Mathematicas contentiones*, lib. i. *Calculationes aſtronomicas*, lib. i. qui per Johannem de Cypro emendatus et impreſſus dicitur Paduae. *Introductorium ad calculationem*, lib. i. extat Venetiis MDV. *Calculationes cum quaeſt. de reactione*, lib. i. Ibid. MDXX. Claruit A. MCCCL. Bal. vi. 2. Pitſ. p. 477.

SWINERTON [THOMAS] patria Staffordienſis, partim Oxoniae partim Cantabrigiae ſtudia academica egregie excoluit, et poſtquam ſacris ordinibus initiatus eſſet, doctrinam Lutheri amplexus eſt, ac Tho. Moro cancellario reformatos vexante, nomen Johannis Roberts ſibi aſſumpſit, et in Suffolcia Gippovici, Cantiaque Sandwici aſſiduam in Evangelio praedicando navavit operam. Maria ſummam rerum adminiſtrante ſolum vertere coactus, ad exteros trajecit, et Emdenae exul fatis conceſſit A. MDLIV. Scripſit *A muſter of ſchiſmatic biſhops, otherwiſe naming themſelves popes.* . . . 8vo. *The plots of papiſts:* (Baleus, *De papicolarum ſuſurris.*) *De tropis Scripturarum*, lib. i. Tranſtulit ex Latino in Anglicum *The life of Hildebrande, called Gregory the* vii. *Writt. by card. Benno.* Lond. MDXXXIV. 8vo. *The life of Henry the* ivth *emperor of Rome and Almayne.* Ibid. Bal. xi. 99. *Athen. Oxon.* i. 91.

SYLVIUS[a] forsitan incognitissimus huic nostro fuisset saeculo, nisi D.[b] Ausonius, Burdigalensis, ejus nomen ab interitu, maledico epigrammate asseruisset. Non ille tamen credidit aliquando futurum, ut versus, quos mordaci aceto et sale nigro aspserserat, Britanno gloriae ducerentur; quin potius medium traherent in perpetuum apud posteros opprobrium. Sed, summe Jupiter! quanta de spe opinionis decidit; cum ego, vel citra mediocritatem doctus, adsim conterraneum ab invidis Galli morsibus defensurus. Qua parte candidos lectores tantum rogatos volo, ut mihi in re annis abhinc mille acta liceret uti conjecturis, sed acutis, sed probabilibus, atque adeo ex ipsius Decii carminibus petitis. Ausonii epigramma sic incipit:

Sylvius ille bonus, qui carmina nostra lacessit,
Nostra magis meruit disticha Britto bonus.

An ideo meruit Sylvius virulentis impeti distichis, quod carmina Galli, eo tempore scribentis, quo Lat. lingua aliquantulum a puritate degeneraverat sua, non omnibus numeris probaverat? Hinc si poeta se laesum putavit, redeat ad vivos, ut et me etiam saevis versibus protelet; quando quidem, quod meum est judicium, aperte pronuntio, multa esse in ejus carminibus, quae mihi et aliis non perplaceant. Quare nae tu, Sylvi, dignus es honesta memoria, qui talia sive voce, seu calamo notaveris. Nunc adponam aliud dicterium nigro felle redundans, et ex eodem fonte petitum: *Nemo bonus Britto est.* O novum acumen! an ob hoc malus dicendus, quod originem a Britannia sumpserit? Salem hunc magis fatuum esse, nemo non sentit, quam ut delicato palato placeat. Accipe denique, ut cauda facetus vates feriat: *Nec se quit jungere Britto et homo.* Quid hoc erat aliud dicere, quam brutum non belle cum homine convenire? Bella mehercule notatio. Atqui tam recte conjunguntur brutum et homo, quam Gallus et homo. Vah! stolidus plane sum, qui non citius intellexerim causam, quae Gallum in Sylvium armavit. Britannus erat. In Galliam una cum Maximo, cujus forte et laudes[c] cecinit, transfretavit; unaque adfuit, cum totam late Armoricam in suam redigeret ditionem, et Gratianum imperatorem, olim Galli discipulum, vita privaret. Hinc aculeatum scil. epigramma. Hinc ingens odium in gentem Britannicam. Quare operae pretium duxi Sylvium suae non modo famae, verum etiam gloriae restituere, atque ab Ausonii invidia liberum facere. Sed scrupulus hic mihi volenti finem orationi imponere se injecit. Nam in codice impresso epigramma hujusmodi praefert titulum: "De quodam Sylvio bono, qui "erat Britto." Ex titulo non satis liquet, num Sylviobonus sit unicum necne vocabulum. Decius ipse dissecat. Rursus dubium, num *Bonus* sit agnomen, an adjectivum ironiae subserviens. Curiosius ego certe ista: quare ne verbum amplius. Ex *Lelando*.

[a] Sylvius Bonus, (Bale. Pitf.) [b] Vid. Ausonii *Epigrammata*. [c] Scripsit Britto *Maximi Caesaris laudes*, lib. i. *De bellis Armoricis*, lib. i. *Epistolas*, lib. i. *Poemata*, lib. i. *Invectivas in Ausonium*, lib. i. Claruit circa ann. CCCCX. Bal. I. 40. Pitf. p. 85. Dempst. xvii. 1057.

SYMEONIS [SIMON] ordinis fratrum Minorum, S. theol. professor, patria, ut videtur Hibernus. Scripsit *Itinerarium ejus et fratris Hugonis illuminatoris ex Hibernia in Terram sanctam* A. D. MCCCXXII. Pr. "Culmine honoris spreto." MS. C. C. C. Cantabr. G. 6. In itinere per Angliam egregia multa enarrat de diversis urbibus et locis Angliae.

SYRA, Eugenii iv Scotorum regis filia in Galliam trajecit, et in Campania sanctimonialium domum instituit. Scripsisse fertur *De sancta monica*, lib. i. *Meditationes*, lib. i. *Exhortationes ad sorores*, lib. i. Claruit A. DCXXXII. Dempst. xvii. 1037.

SYRACUSANUS [RICHARDUS] episcopus, patria Anglus, S. theologiae doctor. Vir ob insignem doctrinam et pietatem clarus. In Siciliam Joannem filiam Henrici ii Angliae regis, Gulielmo Siciliae regi nuptarum comitatus est, et ibi ad episcopatum Syracusanum evectus. Scripsit *Epistolarum* lib. i. Claruit A. MCLXXX. Bal. xiii. 74. Pitf. p. 244.

T A I

TAILER [FRANCISCUS] ecclesiae Claphamensis juxta Londinum rector. Scripsit sive Latine vertit *Lamentationes cum paraphrasi Chaldaica, masora magna et parva, et commentariis R. Shelomoh Jarchi et Aben Ezrae. Targum Hierosolymitanum in quinque libros legum. Targum prius in Estheram. Targum posterius in Estheram. Series praecationum totius anni juxta usum congregationum Judaeorum Germanorum. Capitula patrum. Examen mundi.* Omnia haec opera Taileri extant MSS. in bibl. Bodl. Laud. D. 36.

TAIL-

TAILLERUS [SIMON] unus e septem primi ordinis S. Dominici apud Scotos institutoribus; musices apud Scotos restaurator. Scripsit *De cantu ecclesiastico reformando*, lib. i. *De tenore musicali*, lib. i. *Tetrachordorum* lib. i. *Pentachordorum* lib. i. Claruit A. MCCXL. Dempster. xviii. 1135.

TALAUGERNUS [a] [JOHANNES] monachus Bravoniensis, Isiaci assiduam theologicis rebus impendebat diligentiam: unde et collegio theologorum primo adscriptus est. Excitavit mirifice hic honos ejus animum, ut literarii aliquid monimenti posteritati consecraret. Aggressus igitur praelectionem publicam in Isidis Vado, ea, quae inter legendum accurate annotaverat, in volumen, anno a Christo nato MCCCCXLVIII redegit [b]. Ex *Lelando*.

[a] Talangernus, S. theologiae doctor et professor Oxon. Pitf. [b] Lib. iv. *Nec aliud ab eo scriptum legi.* Ita Mf. Lel. Trin. Scripsit *Commentarios in Longobardum*, lib. iv. Bal. xi. 50. Pitf. p. 640.

TAILOR [ROULANDUS] juris civilis doctor Cantabr. MDXXXIV juristarum hospitii de Burden. Cantabr. principalis. Mf. Inett. In *Reg.* Norwic. inter alios ordinatos per Joh. episc. Calced. in eccles. cathedr. Norwic. 20 Dec. MDXXVIII—Rolandus Taylor Dunelm. dioec. ad ordines exorcistae et acoluti admissus est. In Mf. Cotton Julius B. 9. archidiaconatus Cornubiae ei concessus esse dicitur a rege A. MDLII, 3 Maii. Ille ipse forsan fuit qui A. MDXLII, Aug. 29, ad praebendam de Inkbarow in ecclesia Hereford. collatus erat et hac dignitate exutus A. MDLIII, A. MDLIV, ab archiepiscopo Cranmero rectoriam eccl. paroch. de Hadleigh in comit. Suffolc. obtinuit. Hujus extant *Epistolae variae*. Quinque extant inter *Epistolas Martyrum Marianorum* editas a Milone Coverdale. London. MDLXIV. 4to. A. MDLV, Febr. 9, in pascuo communi oppidi Hadleiani, Aldhamo viculo contiguo, vivus combustus fuit; cujus martyrii locus hodie muro circumseptus est.

TALBOT [JOHANNES] filius Willielmi, in Hibernia natus, artium magister fuit. Scripsit *Orationem in laudem comitissae Essexiae*. *Diversa epigrammata*. Stanihurst. p. 43.

TALBOTUS [RICHARDUS] illustrissimo ortus stemmate archiepiscopus Dubliniensis consecratus A. MCCCCXVII, ubi praefuit annos ferme 32. Scripsit *Adversus Jacobum comitem Ormondiae, quo ostendit abusus regiminis ejus, dum Hiberniae esset locum tenens*, lib. i. Obiit 15 Aug. MCCCCXLIX, et in ecclesia S. Patricii Dublin. sepultus jacet. War. p. 131.

TALBOT [ROBERTUS] apud Thorp in agro Northampt. natus, primis literarum elementis in schola Wickamica Winton. imbutus; inde ad collegium Novum Oxoniam abiit, et absoluto probationis tempore socius evasit A. MDXXIII. A. MDXLI, ecclesiae Wellensis praebendarius factus, et A. MDXLVII thesaurarius et canonicus Norwicensis. Vir erat antiquitatum Anglicanarum peritia clarus. Vide Strype in *Vita Parker*. p. 529. Scripsit *Annotationes in eam partem Itinerarii Antonini, quae ad Britanniam pertinet*. Pr. "Itinera hic sunt in Britannia:" desinunt in verbo LUGUVALLO. Extant in bibl. Cotton. Vitellius D. vii. et in bibl. Bodl. Hyperoo. 243. Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. M. et Mf. 12—4. ibid. et multipliciter auctae a Joh. Caio in 2 vol. Mf. in bibl. coll. Caio-Gonvill. Cantabr. B. 55. 33. D. 21. *Aurum ex stercore, sive Veterum aenigmatum et prophetiarum collectionem.* Ordine alphabetico. Pr. "Certe non est rarum." Mf. cum notis quibusdam Joh. Twine in bibl. C. C. C. Oxon. 258. *De chartis quibusdam regum Britannorum*, lib. i. Mf. C.C.C. Cantabr. Miscell. G. p. 139. Habentur cartae quaedam regum Saxonum monasterio de Abendon concessae, descriptae manu mag. Rob. Talbot. Obiit A. MDLVIII. Bal. ix. 718. Pitf. p. 737. *Athen. Oxon.* i. 107, 108.

TALBOT [THOMAS] apud Saleburiam in agro Lancastrensi natus, clericus fuit cartarum publicarum in turri Londinensi asservatarum, et rei genealogicae ac antiquariae peritissimus. Vid. *Praefat.* ad Philpot. *Catal. cancellar.* et Camd. *Britan.* ad finem capitis *De curiis Angliae.* Scripsit *Analecta quamplurima diversi generis ex quibusdam chronicis, chartis, aliisque autenticis registris, viz. epitaphia, genealogiae, et alia ad rem historicam spectantia.* Mf. bibl. Cotton. Vespaf. D. xxi. *Escaetorum inquisitiones de tempore regis Edwardi* iv. Mf. in collegio Heraldorum London. *Emmae encomium transcriptum e vetustissimo exemplari* MDLXVI, per Tho. Talbot inter Mss. Tanner. Claruit A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 108.

S. TANCO sive TATTO patria Scotus, abbas coenobii Amarbaricensis, et tandem ecclesiae Verdensis in Germania episcopus. Scripsisse fertur *In omnia Evangelia*, lib. i. Claruit A. DCCCXX. Colitur 13 vel 16 Febr. Dempst. xviii. 1105. Bal. xiv. 36.

TANETOS [JOHANNES] sive THANATENSIS ab insula natalitia cognomen habens, monachus Benedictinus ecclesiae Christi Cantuar. et ibi tandem praecentor. Mathematices studiosus; et musices peritissimus, unde in adornandis officiis ecclesiasticis secundum notas symphoniacas operam lubens dedit. Scripsit *De officiis Cantuariensis ecclesiae*, lib. i. "Quia propter diversas diversarum." *De quorundam sanctorum vitis*, lib. i. Claruit A. MCCCXXX, et Cantuariae tandem sepultus est. Bal. v. 27. Pitf. p. 423. cum A. MCCCXXX obiisse dicit.

TANNERUS [EDMUNDUS] (fortasse TONNORAEUS) S. theol. doctor, gente Hibernus. Scripsit *Lectiones in summam D. Thomae.* Claruit circa A. D. MDLXX. War. p. 85.

TARENT [THOMAS] Scripsit *Super librum tertium Sententiarum.* Mf. Bodl. Super D. 1. Art. 21.

S. TARKINUS episcopus Sodorensis. Scripsit *Historias nonnullorum sanctorum*, lib. i. *Canones ecclesiasticos*, lib. i. *De scala Jacob* lib. i. *Historiam ecclesiae Pictorum*, lib. i. *De Stephano*

phano martyre, lib. i. *Carmina sacra*, lib. i. Haec extare videntur olim in bibl. Dunkeldensi. Claruit A. DCCCLXXXIX. Colitur 30 Octobr. In Lismora requiescit. Dempst. xvii. 1118.

S. TARNANUS archiepiscopus Pictorum scripsisse fertur *Pro concordia ad reges*, lib. i. Claruit circa A. DCCC. Colitur 1 Junii. Dempst. xvii. 1116.

TARTAYS [JOHANNES] academiae Oxon. alumnus collegii Baliolensis socius et artium magister. Scripsit *Summulas logicales*, lib. i. *Quaestiones naturales*, lib. i. Haec duo Mss. extare dicit Balaeus in coll. Baliol. Oxon. *Problemata super universalia Porphyrii.* Pr. "Problema... "libello Porphyrii est hoc." Ms. Lambeth. 393. Omnia haec tria habentur Mss. in bibl. Joh. Theyer. cat. 185. A. Wood. *Problema de figuris.* Pr. "Utrum omnes figurae." Ms. Lamb. 393. *De aequivocis determinationem*, lib. i. "Nulla sunt aequivoca quorum." Ms. coll. Novi Oxon. 289. *De modis.* Pr. "Pro materia de modis." Ms. Ibid. Ex *Problematibus super universalia Porphyrii*, charactere Ms. rebusque nonnullis ibidem occurrentibus colligendum videtur, scriptorem temporibus Henrici iv et v floruisse. Bal. xii. 72. Pits. *App.* p. 183. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 75.

TATFRIDUS[a], monachus Sinus Pharii musei celebratissimi, in quo, Beda teste optimo, vel justus eruditorum enituit numerus, publico plane Saxonicae commodo ecclesiae. Bosillus, hujus loci alumnus (postea Wicciorum episcopus, ut quidam hoc versiculo cecinit, primus:

Antistes primus fuit Hildae Bosillus alumnus)

senio laborabat, et successorem solicite quaerebat. Hanc curam sic Beda 20 cap. libri quarti *Anglicanae Historiae* explicat: "Languente Bosillo, vir strenuissimus, ac doctissimus, atque excel- "lentis ingenii Tatfridus, ejusdem monasterio electus est antistes; sed priusquam ordinari posset, "morte immatura [b] praereptus est." Ex *Lelando.*

[a] Tatfridus Whitbiensis. Bal. Pharensis. Pits. [b] Juxta Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 469. obiit; et juxta Bal. x. 17. ex Lelando et Pits. p. 912. Claruit A. DCLXXX.

TATVINUS[a] Mercensis regionis alumnus, adolescentiae annos in optimis studiis feliciter exigens, tandem animum ad vitam monasticam convertit, et in Briodunensi[b] monasterio Benedictinis sanctionibus se totum pura mente dedicavit. Professionem quoque ita ad amussim sacris initiatus observavit, ut magnum merito, cum domi tum etiam foris, castae vitae exemplum haberetur. Insuper et huic virtuti, tanquam ad cumulum, aliam non minimam adjecit, nempe purioris eruditionis exactam cognitionem: in qua usque adeo praenituit, ut Briodunensis coenobii monachi, tanquam minora lumina, ab illo, utpote a sole, splendorem caperent. Hinc postea usu venit, ut cum Berchtovaldus, Cantiorum archiepiscopus, senio confectus moreretur, hic summo Anglorum pontificatui[c] Ethelbaldi, regis Merciorum, ut credibile est, opera destinaretur. Sed sit nostra oratio de tanti viri laude levis. Accipite quid Beda, autor illustris, de Tatvino scribit 23 cap. quinti libri *Historiae Ecclesiasticae Anglo-Saxonum*: "Pro quo [Berchtovaldum intel- "ligit] anno eodem factus est archiepiscopus, vocabulo TATWINE, de provincia Merciorum, "cum fuisset presbyter in monasterio, quod vocatur BRIODUNE." Et rursus ibidem: "Vir re- "ligione et prudentia insignis, sacris quoque literis nobiliter instructus." Haec ille. Quod si nunc aliquis paulo curiosior plura de Tatvini vita cognoscere cupiat, legat Godselini Galli, monachi Fani Bertini, *De vita Augustini, Anglorum apostoli*, librum, in quo multa praeclara sunt de archiepiscopis, qui Augustinum secuti sunt. Denique quae scripsit omnia, ita a tempore et Dacis, Britanniae depopulatoribus violentissimis, exhausta sunt, ut nihil fere ab illo olim editum nunc extet. Ego tamen, cum duobus abhinc annis essem Glessoburiae Somurotrigum, ubi coenobium est, non modo pulcherrimum, verum etiam totius insulae nostrae antiquissimum; et inter ingentes librorum thesauros veneranda plane antiquitatis monimenta versarer, inveni librum *Aenigmatôn*, quem Tatvinus hexametris versibus scripserat[d]. Neque hic lectorem celabo, quod ibidem repererim libellos Symposii, Aldhelmi, et Eusebii, qui de eadem materia scripserunt carmine non omnino improbando. Quanquam et antea repererim Ventae, in Hidensi monasterio Symposii et Aldhelmi *Aenigmata.* Vixit, regnante Ethelbaldo, Merciorum rege. Fato[e] concessit, postquam tribus annis Cantianam metropolin gubernasset; eodem anno, ut Gulielmus Meildunensis scribit, quo et Beda obiit. Ex *Lelando.*

[a] Tatwinus Mercius. Bale. [b] Seu Breutonensis. Ms Leland. Trin. (Bal.) Brentonensi. Godw. [c] Archiepiscopus consecratus est 10 Jun. DCCXXXI. Godw. *Carmina diversi generis*, lib. i. [e] Obiit 30 Jul. DCCXXXIV. Godw. p. 63. Bal. ii. 3. Pits. p. 128. Vide *Epitaphium* ejus a Beda conscriptum in Leland. *Coll.* ii. p. 113.
[d] Praeter *Aenigmatum* librum, efformarunt Bal. et Pitseus.

TAVELEGUS, [DAVID] TALLEY, TAULAEGUS, TOLLEY, seu TOWLE, apud Kingsbridge in agro Devoniensi natus; ad aulam S. Mariae Virginis Oxon. studiorum academicorum gratia missus fuit anno MDXVII, et decennio exacto gradu magisteriali honestatus. Philosophiae studio emenso medicinae operam impendit sedulam, ejusque facultatis baccalaureus A. MDXXXIV renunciatus in patriam reversus, ibi summa cum laude medicinam exercuit. Postea Oxonium rediit, ubi pueris in grammatica instituendis et praxi medicinae operam dans, inter seniores aedis Christi alumnos admissus est anno MDXLVII, aetatis 41. Scripsit *Progymnasmata grammaticae*

Graecae

Graecae in usum principis Edwardi, lib. i. "Octavus jam agitur annus." Praeter *Progymnasmata*, etc. memorat Pitseus p. 738. *Institutiones linguae Graecae*, lib. i. Habentur monachi in Bavaria in bibl. ducali. Quaere tamen annon hae *Institutiones* eaedem sint cum *Progymnasmata*, etc. *Themata Homeri*, lib. i. *Grammaticam regiam, quam ex aliis omnibus collegit.* Vixit A. D. MDLI. Bal. ix. 719. *Fasti Oxon.* i. 13.

TAVERHAM [JOHANNES de] frater ordinis Carmel. Norvicensis, et S. theol. prof. Cantabrigiae. Scripsit *Sermones varios*, lib. i. Pr. primi. "Jam hiems transiit, etc. Legitur, fratres "carissimi, verbum." Pr. secundi "Qui vocavit aquas, etc. Verba sunt Amos prophetae." *Carmina varia.* Obiit Norvici 19 Sept. MCCCCLI. Mſ. coll. Bal. Sloan. 4to. f. 51. 120. 207.

TAVERNER [RICHARDUS] filius Johannis, antiqua et generosa ortus familia, in Brisleia apud Norfolcienses A. MDV natus, et Cantabrigiae in collegio Corporis Christi literis academicis aliquandiu imbutus, Oxoniam a Wolseio evocabatur, fitque in sodalitio a cardinali nuper instituto inferioris classis canonicus. Aliquot annis in humaniorum artium et theologiae studiis positis, et gradu magisteriali suscepto, Londinum concessit, ubi primo in hospitio cancellarii, dein in Templo interiori juri municipali operam dedit sedulam. A. MDXXXVII opera Thomae Cromwelli clericorum sigilli minoris sive signetti alter evasit [5 Dec. 33 Henr. viii. Ric. Taverner, one of the clerks of the signet, was committed to the Tower for slandering the ladie Ann of Cleve. Mſ. Cotton. Titus, B. 1. f. 203.] Anno MDLII, licentiam a rege habuit, verbum Dei, etiamsi laicus esset, per totam Angliam praedicandi. Temporibus Marianis aulae regiae se plane subduxit: Elizabethae vero sceptrum capessenti epistolam Latinam, ejus ad solium accessum gratulantem obtulit, qua benigne accepta, regina eum ad dignitatem equestrem evexit. Postea eirenarcha et comit. Oxon. vicecomes evasit. Obiit in manerio suo Woodeatonae juxta Oxoniam 14 Julii A. MDLXXV, et in ecclesia parochiali ibidem sepultus est. Scripsit *The summ and pith of* cl *Psalms of David, reduced into a form of prayers and meditations, with other certain godly orisons.* Pr. pr. "Forasmoche as frequente and dayly." Lond. MDXXXIX. 8vo. *Recognition or correction of the Bible, after the best exemplars.* Lond. MDXXXIX. fol. *The Epistles and Gospels with a brief postill upon the same from Advent to Low sunday: And from after Easter till Advent.* 2 vol. Pr. pr. primae partis. "Forasmuche as, good Christian reader." Pr. pr. secundae partis. "Forasmuche as "diverse and sundry." London. MDXL. 4to. *Fruit of faith, containing all the prayers of the holy fathers, patriarchs, prophets, judges, kings, renowned men and women in the Old and New testament.* Lond. MDLXXXII. 12mo. *Poemata varia Latina et Anglica. The garden of wisdom, conteynynge pleasant flowres*, i. e. *propre and quicke sayings of princes, philosophers, and other sorts of men*, lib. ii. "You have here (good readers) a gardyne." Lond. MDXXXIX. 12mo. *Aliquot sententiarum flores ex variis collectos scriptoribus per Desid. Erasmum Roterod. una cum interpretatione Ric. Taverneri, sereniss. regi Angliae ab annulo signatorio.* Pr. pr. "Britannicae pubi. En edo hic vobis florentissima." Ex aula regia, Sept. MDXL. Lond. MDXL. 12mo. ex aedibus R. Taverneri. *Catonis disticha moralia ex castigatione D. Erasmi Roterod. una cum annotationibus et scholiis R. Taverneri Anglico idiomate conscriptis.* Pr. pr. "The cause, gentle children, that hath." Lond. MDLIII. 8vo. MDLXII. 12mo. *In mimum Publianum*, lib. i. "Alienum est omne quicquid." Ad finem *Catonis*. Lond. MDLXII. 12mo. *Catechismam fidei*, lib. i. "Quia non solum patres ac matres." *Proverbes or adagies gathered out of the chiliades of Erasmus, by Ric. Taverner, with new additions, as well of Latin proverbs as of Englysh.* Pr. pr. "Forasmoche as I thynke it wol be no les." Lond. MDXLV. MDLII. 12mo. Et cum additionibus. MDLXIX. 8vo. *Epistolas duas, unam M. Parkero.* Mss. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. p. 813. et P. p. 251. *Versus* praefixit translationi Anglicae Aeliani per Abr. Fleming factae Lond. MDLXXVI. Transtulit ex Latino in sermonem vernaculum *Robert Capito* (Grosthead) *his prayers on the Psalms.* Lond. MDXXXIX. 8vo. *Confession of the Germans, exhibited to the emperor Charles v in the council of Augusta* MDXXX, *to which is added the Apology of Melanchton of the said Confession.* Lond. MDXXXVI. 8vo. Pr. ded. Tho. Crumwello. "Who can not "onles he be mortally." *Common places of Scripture orderly and after a compendious form of teaching*, etc. Lond. MDXXXVIII. MDLIII. 12mo. MDLXXVII. 8vo. *Written by Erasmus Sarcerius.* Pr. ded. Henr. viii. "Divers mortal men." *An introduction to a Christian concord and unity in matters of religion; translated from Erasmus Roterod.* "De sarcienda ecclesiae concordia." Bal. viii. 96. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 263. *Athen. Oxon.* i. 182. seq.

TAVERNER [ROGERUS] a Pitseo, Jameseoque ROBERTUS male dictus, frater Richardi, patria Norfolciensis, academiae Cantabrig. alumnus, postea supervisor generalis regiarum sylvarum citra Trentam tempore Henr. viii, Edw. vi, et Elizabethae regine. Scripsit ad Elizabetham reginam A. MDLX, *A boke concerning the dearth of victuals and other inconveniences growing to the realm by the enhauncing the coin.* Post biennium reginae obtulit *Enquiries into the occasions of the present derth; with remedies for the same*, cap. 21. Pr. ded. reg. Elizab. "About two yeres "now past." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. 23—2. Obiit apud Upminster in comit. Cant. A. MDLXXXII. Pitſ. *App* p. 903. *Athen. Oxon.* i. 184. seq.

TAXTON [JOHANNES de] rectius TAXTER, monachus Buriensis. Scripsit *Annales ab orbe condito ad Edw.* i. incluſ. Pr. "In principio coelum et terra." Citat. a Whart. *A. S.* tom. i. 410. Mſ. Cotton. Julius. A. 1. In collegio Armor. Norf. 6. sunt *Cronica abbreviata a principio mundi usque ad A. D.* MCCLXXXVII. per Joh. Taxter monachum S. Edmundi. Vid. Thin. Mſ. Herald. 94. "In anno Dionyſ. MCCXLV. Vetere MCCLXVII. Hoc anno scriptor praesentis volu-

" minis habitum ſuſcepit monachalem, dictus de Tayſter, (Taxter Mſ. Cotton.) die S. Edmun-
" di." Claruit A. MCCLXVII. quo anno habitum ſuſcepit.

TAYLOUR [GULIELMUS] alias SARTOR, integerrimae vitae ſacrificulus, et artium Oxonii profeſſor, Joanni Wiclevo ob Evangelium favens, illius doctrinae firmiſſimus adhaeſit. Juxta Foxium fuit concionator Briſtoliae. Scripſit *De non invocandis ſanctis, contra Thomam Smith de Briſtol.* lib. i. Ex hoc quaedam excerpſit Foxius, p. 658. *Conciones vulgares*, lib. i. Londini in Smithfield flammis dedit poenas 2 Mart. (Fox. 1 Martii) MCCCCXXII. Bal. vii. 70. Fox. 658. ſeq.

TAYLOUR [JOHANNES] in ſchola Eton. et collegio Regali Cantabrig. educatus, ubi artium magiſter admiſſus. Poſtea cauſas apud Litchfeldiam egit. Tranſtulit et Anglicis exemplis ornavit *Valerium Maximum.* Claruit A. MDLII. Mſ. Cat. Hatcheri. In Mſ. Cotton. Cleopat. C. V. 3. eſt *Diarium geſtorum a 26 Junii ad 25 Octobris 5 Henr.* viii A. ſc. MDXIII, *in Gallia*; per Johannem Taylerum parliamentorum clericum. Pr. ded. Johanni Yong Angliae vice-cancellario ſive magiſtro rotulorum. " Quia pulchrum imprimis."

TECLANUS, Scotus, abbas monaſterii S. Jacobi juxta Herbipolim. Scripſit *Hymnos in laudem Deiparae virginis*, lib. i. *Epigrammata ſacra*, lib. i. Obiit A. MCCXVII. Dempſterus xviii. 1128.

TELIESINUS [a] ſuo apud Britannos ſaeculo vir tam clarae famae fuit, ut ejus ne dum quidem memoria oblivionis extremam ullam perſenſerit injuriam. Erat enim ex vatum ſive bardorum genere, quos Cambri antiquitus in pretio habuerunt plane maximo; ut communi ſcriptorum cum teſtimonio, tum fide conſtat. Mira ſunt, quae de eo Cambri referunt: nam praeter literarum multarum et hiſtoriae cognitionem variam, penitiorem, reconditam, prophetiae quoque donum rariſſimum, inſtinctu quodam divino, in ejus delapſum olim pectus audacter confirmant. Sunt qui putent familiarem fuiſſe eum Gildae hiſtoriographo, atque verſiculum hunc, qui Britannis familiaris eſt, ad vatem hunc pertinere:

Dulcia qui didicit ſapientis dogmata Gildae.

Ferunt etiam conjunctum fuiſſe conſuetudine quadam cum Mevino, tum Merlino Caledonio, alias Silveſtri, vatibus fama notiſſimis; uſque adeo, ut credant Caledonium, hoc autore, tam ſignificanter de adventu vulnerati in Avalloniam Arturii ſcripſiſſe [b]. Fragmenta quidem carminum multa hac etiam aetate circumferuntur in Cambria [c], quae et Bardi qualeſcunque vel hodie meditantur, ediſcunt, concinunt; putantes non levem ſibi partam eſſe gloriam, ſi Teliaſinum aliquid argutae reſonent cantiones. Cauſa equidem cur ita faciant, vel juſtiſſima eſt: habent enim a Telieſino profecta conſonantiam, cadentiam, dexteritatem, acumen, nervos, denique pondus et judicium; atque ita audita et intellecta admirantionem quandam, potius quam imitationem, magnifice oſtentant. Haec habui ex antiquitate deprompta, quae volui eruditis omnibus mecum eſſe communia. Ex *Lelando.*

[a] Ambroſius Telieſinus. Hollinſh. iii. 195. ubi fragmentum carminis hujus autoris. Thelieſinus Helius. Bale. Pitſ. Talieſin Ben-beirdh, i. e. Talieſinis protovates, apud Cambro-Britannicos dicitur Lhuydio in *Archaeol. Brit.* p. 263. [b] Scripſit *Acta regis Arthuri*, lib. i. *Carmina vaticinalia. Hiſtoriam vaticinalem*, lib. i. *Vaticiniorum quorundam* lib. i. *Fragmenta carminum*, lib. i. Et multa alia tam Britannice quam Latine, tum verſu tum proſa.

[c] Inter quamplurima opuſcula Talieſino falſo aſcripta, ſequentia cl. Lhuydius pro genuinis habet in bibl. Hengurtiana in membrana antiquitus exarata; ſc. *Muridinis [Sylveſtris] et Talieſini carmen amoebaeum Bangorii recitatum. Epicedium mille infantum. Bardorum area. Ornamenta. Inimica confoederatio. Remorae ſeu impedimenta. Elementa. Daronuy. Encomiaſticon. Cathedra. De ventis. De mulſo ſeu hydromeli.* Quaedam oda Telieſini vocata *Hunes* Mſ. citatur a D. J. Priſeo in *Defenſione Hiſt. Brit. De cerevisſia. Peſtes Aegyptiacae. In Conanum Garovinium ſatyra. De virga Moſis. Guith argoed Lhuyvein. Manubiae. Urieni Regedenſis compenſatio. Tolani Eylton epicedium. Epicedium Oueni Urieni Regedenſis filii. Uthurii epitaphium. Cunobelini cujuſdam incantatio. Incantatio Maldrovii.* Vid. Lhuyd. l. c. Floruiſſe dicitur anno DXL. Bal. i. 54. Pitſ. p. 95.

S. TERGUSUS ex Culdaeorum ſecta, epiſcopus Scotus. Scripſit *Homilias ex Sacra Scriptura*, lib. i. Claruit A. DV. Colitur 17 Novembr. Dempſter. xvii. 1119.

TERVANUS, Scotus, S. Palladii diſcipulus, Pictorum apoſtolus et archiepiſcopus. Scripſit *Exhortationes ad Pictos*, lib. i. *Contra Pelagianos*, lib. i. *Homilias ex S. Scriptura*, lib. i. Claruit A. CCCCXL. Obiit et ſepultus eſt Abernethae in Scotia. Dempſter. xviii. 1107. Bal. xiv. 8.

TESH [EDVARDUS] tranſtulit ex Gallica lingua in Anglicanam *Armamentum patientiae una cum ſeptem tribulationibus.* Lond. MDLVIII. 8vo.

TEU HYNA [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCC. Lhuyd. Davis.

TEU JEVANGK [JEVAN] Poëta Cambro-Britannicus. Scripſit *Marunad S^r. Ouen Guillim.* Claruit A. D. MDLXXX. Lhuyd. Davis.

TEU [GUYLYM] Poëta Cambro-Britannicus. Floruit circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd.

TEUKESBURY [JOHANNES] ab oppido natali in agro Gloceſtrenſi cognomen habens, Oxoniae humaniores literas et philoſophicas ſcientias didicit. An hic Johannes ſocius collegii Merton. circa A. MCCCXL fuerit, dubium eſt. A. Wood. Mſ. Merton. Scripſit *Sophiſmatum elenchos*, lib. i. *De raritate et denſitate*, lib. i. *De alterationibus*, lib. i. " Uniformiter conti-
" nue variari." *Superſtitiones* quoque, lib. i. *Opus chiromantiae*, lib. i. Claruit A. MCCCL. Bal. v. 86 Pitſ. p. 478.

TEUKSBURY [THOMAS] Franciscanus Bristolliensis, acad. Oxon. alumnus; musicus insignis. Scripsit *De quatuor principiis artis musicae*. Mf. Bodl. Digby. 90. Ob quam causam A. Wood. et *Catalogi* hunc librum Thomae de Tewksbury assignant, plane non video. Nota quidem in principio libri testatur hunc a fratre Johanne de Tewksbury conventui fratr. Minor. Oxon. donatum esse A. MCCCLXXXVIII, sed manifestum est illum Johannem non esse autorem; ideo non dubitavi hunc tractatum Johanni Hamboys ascribere. q. v. Claruit A. MCCCLI. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 5.

TEYSDALE [. . .] Extant *Libri naturales secundum magistrum Teysdale*. Pr. " Natura " quaedam est naturans." Mf. Bodl. NE. D. 13. 17.

THADAEUS five TATHEUS, abbas Scotorum Ratisponae; ad petitionem domini Conradi praepositi de Ilminster. Scripsit *Extracta de chronica fundationis Scotorum*. Pr. " Tem-" pore Pipini regis Rom." *Extracta de S. Kiliano, Virgilio et S. Lullo*: Extant in Canisii tom. iv. p. ii. pag. 473. et Messingham. *Florileg.* p. 324. Claruit A. MCCCCLVII. Canisius. l. c.

THANETO [ROBERTUS de] (five RICHARDUS; sola enim litera R praefigitur in Mf.) monachus ordinis S. Benedicti, ut ex fol. 56. col. 2. patet; et forsan coenobii S. Augustini Cantuar. Ad illud enim monasterium liber spectabat. Scripsit *Sermones de festis*. Pr. " Jacob be-" nedictiones daturus." Mf. Bodl. Laud. D. 64.

THEBACULUS, monachus primitivae apud Scotos ecclesiae. Scripsisse fertur *Conciones ad populum*, lib. i. *Epistolas ad ecclesias patrias*, lib. i. Claruit A. CCCLXIX. Dempst. xviii. 1131.

THEBITES BEN-CHORAT five CHORAE FILIUS origine Judaeus; natione vero Anglus. Astronomus et mathematicus insignis. Scripsit *De significationibus planetarum*, lib. i. *De capite et cauda Draconis*, lib. i. *Mathematum rudimenta quaedam*, lib. i. *De motu octavae sphaerae*, lib. i. *Demonstrationes in Almagestum*, lib. i. In bibl. colleg. Univers. Oxon. C. 12. extat Mf. h. t. *De hiis quae indigent expositione antequam legatur Almagestus*. Pr. " Equator major in " cujus." *Additiones in sphaerica Menelai*, lib. i. *De diffinitionibus*, lib. i. *De imaginationibus*, lib. i. In bibl. Bodl. extat liber in folio *De imaginatione sphaerae*. *De magia naturali*, lib. i. *De tribus imaginibus*. Francof. MDLIX. fol. Claruit A. MCXC. Bal. xii. 2. ex Lelando etc.

THELIAUS, qui et ELIUD, inter Britanniae proceres ecclesiae conspicuus erat: et quoties de rebus agebatur literariis, aut ecclesiasticis, judicium illius apud congregationem in pretio stetit magno. Contigit, ut Dubricius, Lantavanae proto-episcopus sedis, autoritate synodi archiepiscopus urbi Legionum ad Iscae fluenta designaretur. Non diu caruit gubernatore Lantava: nam Theliaus a patribus continuo surrogatus [b]. Ille vero muneri solicite invigilans, egregium se pastorem exhibuit; ac bonis artibus ecclesiae ministros erudiendos anxie curavit. Hic talem peperit sibi famam, qualem nulla certe unquam auferet dies [c]. Longa aetas, quae et ipsa morbus est, Theliaum e medio rapuit. Successit Odoceus monachus, doctrinae et pietatis nobile plane exemplar. Ex *Lelando*.

[a] Teliaus Landavius, nobilissima prosapia ortus in loco *Eccluis Gunniau* olim vocato, educatus sub Dubritio antecessore et Paulino. [b] Landavensis episcopus denunciatus anno DXII. [c] Scripsisse ferunt *Conciones ad populum pias*, lib. i. Et librum *De statutis, synodis, etc. Landavensibus*, qui adhuc asservatur ab episcopis Landavensibus; quem ego vidi et legi. Ex eo plurima excerpsit D. Henr. Spelmannus in librum suum *De Conciliis*. Mf. Hatton. *Instrumentum hist. Angliae* in bibl. Bodl. Claruit anno DL. Bal. i. 58. A. DLXIII. Pitf. p. 97. Festum ejus agitur 9 Febr. [Vid. *Acta sanctorum*, tom. iv. 303.]

THELOAL [SIMON] patria Cambro-Britannus; studiis legum municipalium incubuit in hospitio Interioris Templi, London. Scripsit Gallice *Le digest des briefs originals, et des choses concernants eux*, lib. xvi. Pr. ded. dom. Tho. Bromley. " Whithin three or four years after." London. MDLXXIX. 8vo. MDCLXXXVII. fol. Hujus Simonis *Epistola Latina* praefixa est Gul. Parfei *Speculo juvenum*. Impr. Lond. MDXLVII. 12mo. data e Castro Ruthenico. In Mf. Cotton. Vitellius C. ix. est *Vita Griffini regis Venedot.* a Thelwello jurisperito in Lat. versa. Pr. " Cum in Anglia regna-" ret." Quaere an hic Simon noster fuerit?

THEMISTOR [JOHAN.] Scotus. Scripsit *Dialogum de augmentatione*. Paris. MDLII. Hatton.

THEOBALDUS ANGLICUS monachus Carthusiensis. Scripsit *De progressu sanctorum patrum; sive de vitis hominum probatiorum a mundi origine ad suam aetatem*, lib. i. *De vita contemplativa*, lib. i. Claruit A. MCCCXX. Bal. v. 8. Pitf. p. 409.

THEOBALDUS ANGUILBERTUS, patria Hibernus, medicinae doctor Parisiensis. Scripsit *Mensam philosophicam*, lib. i. Paris. MDXXX. Claruit A. MDXXX. War. p. 82.

THEOBALDUS STAMPENSIS, natione Anglus; sacerdos saecularis; qui (si Baleo et Pitseo fide) Gallia et Italia peragratis, Romae factus est cardinalis tit. S. Sabrinae, " cujus rei, (inquit " Godw. ii. 169.) alibi nusquam mentionem reperi." Artium magister Oxon. et aulae ibidem alicujus praeses, inquit A. Wood. In quibusdam epistolis se magistrum Oxenfordiae, in aliis doctorem Cadomensem vocat. Scripsit *Contra errantem in theologicis*, lib. i. " Quisquis praedicet " aut." Prima *Epist.* inter Dacherianas est *De quibusdam in divina pagina titubantibus*. Pr. " Si quis praedicat et praedicando." *Disputationes aliquot*, lib. i. *Pro secularibus contra regulares Oxon.* lib. i. *Improperium in monachos, ad Thurstanum archiep. Ebor.* Pr. Thurstano etc. " Sic Christi summi potificis." Mf. bibl. Bodl. James. xx. *Epistolarum* lib. i. Quarum v extant ex Mss. T. Florentii Salmur. apud Dacher. *Specileg.* tom. iii. p. 132. De aetate hujus Theobaldi non

non consentiunt scriptores. Autor *Hist. et Antiq. Oxon.* ex Twyno eum A. MCXXXI floruisse, et tunc sexaginta, centumve scholares sub ejus tutela habuisse dicit tom. i. p. 49. Baleus vero *Cent.* x. 66. eum A. MCCL floruisse, et librum primo memoratum ad Rob. Grosthead nuncupasse dicit. Idem vero Baleus, *Cent.* xiii. 85. et Pitseus, p. 371. ad annum MCCLXXXIX retrahunt. Illum aetate Anselmi (vide Anselm. *Epist.* l. ii. 41.) et Ivonis (vide *Epist.* vii.) floruisse constat ex Dacherii *Praefat.* ad tom. iii. *Spicileg. Epistola* secunda in *Collect.* Dacherii scribitur ad Faritium abbat. Abbendon. Vide Cave. *Hist. liter.* p. 721.

THEODATUS [a], Saxonice FRITHONA dictus, magnifice per disciplinas a doctis acceptas in justam usque gloriae accrevit magnitudinem. Originem vero sui generis a nobili Visisaxonum gente traxit. Sacris operam dedit literis Duroverni Cantiorum, quo tempore Honorius, olim Gregorii, pontificis Romani, discipulus, metropoli praefuit; cui et ipse notus, juxta ac charus fuit; usque adeo, ut in ejus mortui locum succedere dignissimus judicatus [b] sit. Multa referunt de hoc episcopo literato Beda, Gulielmus a Meildulphi curia, et Gervasius, Durovernensis monachus, qui *Vitas archiepiscoporum Cantianorum* libro accurate scripto perstrinxit. Hoc quoque ad laudis cumulum ei accessit, quod unus omnium Saxonum dignus sit visus, qui [c] primus Cantianam regeret dioecesim. Quam hic mihi displicent rerum eventus infelices illi, qui nobis tot erudita ministrorum illustrium primitivae Saxonum ecclesiae monumenta funditus eraserunt! nomina paene tantum servata ab oblivione. De libris sane ab eis editis, quasi somnium et umbra, eaque inconstans [d]. Ex *Lelando.*

[a] Theodatus, sive Deusdedit, seu Adeodatus. Apud Frithonam in Westsaxonia natus. Pitf. [b] Archiepiscopus factus DCLV primus natione Anglosaxo. Ita Godwin. sed St. Birchingtonus in fine *Vitae Theodori archiepiscopi Theodati* successoris, haec habet: "Hucusque archiepiscopi "fuerunt monachi Romani:" Sed fortasse errat, cum non "solum Lelandus, sed etiam *Chronicon S. Crucis Edinb.* (Whart. *Angl. Sac.* vol. i. 154.) hunc Adeodatum gente Occidentalem Saxonem esse affirmant. [c] *Primus post Italos Cantianam* ita Mf. Leland. Trin. [d] Scripsit Theodatus *De suis praedecessoribus archiepiscopis Cantuariensibus,* lib. i. Baleus ex Lelando fere verbum verbo transcribens, nihil de hoc libro habet; sed Pitseus illum inepte finxit ex verbis Lelandi et Balei (*qui vitas archiepiscoporum*) quae de Gervasio Dorobernensi, non de Theodato dicta sunt. Obiit 14 Jul. MDCLXIV. Godw. p. 59. Bal. x. 11. Pitf. p. 109.

S. THEODATUS, ADEODATUS, sive THEODORUS, Scotus, relicta patria in exteris regionibus eremita egit, dein canonicus Lateranensis, et tandem episcopus Nivernensis. Scripsit *Psalterii explicationem,* lib. i. *De solitudinis laude,* lib. i. Claruit A. DCCLXXX. Dempst. i. 34.

THEODORICUS, patria Scotus, monachus ordinis S. Benedicti in coenobio S. Albani Moguntiae. Scripsit *Vitam S. Benedicti* versu, lib. i. *De translatione ejus in Galliam. Successiones Moguntinorum episcoporum. Theologicas determinationes,* lib. i. *Quodlibeta,* lib. i. *Epistolas ad populares,* lib. i. Claruit circa A. MXX. Voss. *Hist. Lat.* p. 365. A. MCCCXX. Dempst. xviii. p. 1134. Alii ad A. MCCCCXL referunt.

THEODORUS natione Cilix (Birchington apud Whart. *A. S.* tom. i. 2. Tharsis Siciliae natum dicit) apud Tarsum D. Pauli patriam natus, professione monachus; A. DCLXVIII, 1 Aprilis (7 cal. Apr. Beda, Wharton.) a papa Vitaliano consecratus est archiepiscopus Cantuariensis, et illico in Angliam cum doctissimo abbate Adriano missus. Post appulsum non solum ecclesiam secundum ritus ecclesiae Romanae constituit, in synodis duabus Herefordiae et Hethfeldae (de quibus vide Bed. lib. iv. c. 3. et 17. et *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 41. seq. 51. seq.) sed etiam bonarum literarum studium apud Anglos restauravit. Eo enim fine bibliothecam copiosam, tam Graecis quam Latinis literis instructam secum in Angliam advexit: quorum nonnulli, inquit *Antiquitatum Britannicarum* autor (p. 80.) seu Parkerus ille, seu Josselinus, Graeco idiomate conscripti apud nos manent, viz. *Opera Homeri* Graeco charactere ita eximie et exquisite descripta, ut librorum impressorum veritatem superent, volumen grande, charta etiam antiquior; *Homiliae Chrysostomi* folio pergamenae, *Psalmi Davidici, Hypomnesticon Josephi* eadem lingua. Birchington l. c. ait: "Hic "Graeca et Latina lingua eruditus ob harum eminentiam vocatus est Magnus Theodorus." Vide Lambard. *Perambulation of Kent,* p. 233. Mart. Polonum in *Vita Vitaliani papae.* Scholam etiam sive academiam Crecolade fundasse dicitur. Eruditissimus hic praesul scripsit *Poenitentiale.* De quo notandum est Theodorum nostrum, qui hunc morem a Graecis suis mutuarat, primum fuisse, qui occidentalibus *Libellum poenitentialium* rescripserat, quem alii postea aemulati sunt, adeoque omnium *Formularum poenitentialium* in ecclesia Latina fons et origo, jure merito haberi debeat. Hoc *Poenitentiale* omnibus, quae reperiri poterant, capitulis, aliisque praeclaris ecclesiasticae disciplinae monumentis adauctum, uberrimisque Jacobi Petiti *Annotationibus* ornatum prodiit Paris. MDCLXXVII. tomis duobus 4to. Quae ad Theodorum in istis tomis spectant sunt sequentia. In TOMO i. *Poenitentialis* xiv *capita.* Pr. "In ecclesia, ubi mortuorum cadavera." *Ejusdem capitula* lx. Pr. "Poenitentia illius anni unius." *Capitula* x *Synodo Hereford. a Theodoro oblata.* Extant etiam *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 41. seqq. *Alia capitula ex fragmentis a Dacherio editis. Capitula etiam Theodori ecclesiastica* cxx habentur apud Dacher. *Spicileg.* tom. ix. et in *Append. ad Concilior.* tom. vi. p. 1875. In Mf. C. C. C. Cant. i. 1. datur *Canon Theodori de ratione poenitentiae,* lib. ii. Primus habet 15 cap. Secundus 13. cap. 1. *De crapula et ebrietate.* Pr. "Si quis episco-"pus aut alius ordinatus." *Tituli* lxxviii. *libri poenitentialis. Poenitentiale Theodorianum cum quibusdam capitulis et canonibus ex ipso excerptis collatum.* In TOMO ii. *Dissertationes* quaedam *Petiti,* quibus *Theodorum* strenue defendit. Scripsit praeterea, juxta Baleum et Dempsterum, *Priorum patrum canones,* lib. i. Quaere annon in *Poenitentiali* includantur? *Ordinationes sui cleri,* lib. i.

De fide contra, Eutychen, lib. i. In fynodo Hethfeldenfi ad declarandam ecclefiarum Britannicarum fidem contra Eutychii et Monothelitarum haerefes, quinque oecumenica concilia fufcipiuntur. Cave. *Commentaria quaedam*, lib. i. *Epiftolas ad diverfos*, lib. i. *Epiftola Theodori ad Aethelredum regem Merciorum de amicitia inter fe et Wilfridum epifcopum Eboracenfem, quem injufte deponi curaverat Theodorus.* Redintegrata apud Gul. Malmefb. *De geftis pontificum*, lib. iii. f. 151. et *Concil. general.* tom. vi. p. 1383. *De pafchatis celebratione*, lib. i. In Mf. Cotton. Otho E. 13. funt *Statuta fynodorum* valde antiquo charactere, *ex collectione*, ut fertur, *Theodori archiep. Cant.* (Theodorus quidam citatur in titulis: *De fuibus manducantibus homines*; et *De efu equorum*.) Pr. pr. " Inter caetera autem concilia quatuor." cap. 67 contentarum: 1. *De epifcopo*. 2. *De prefbytero*. Ult. *De contrariis caufis*. Pr. lib. " Ego fum Dominus Deus tuus." Obiit 19 Sept. A. C. DCXC, aetatis 88, et primus [antecesfores enim in porticu ejufdem ecclefiae, non in ecclefia humati fuere] in ecclefia S. Petri vel Auguftini Cantuar. humatus eft. Bed. lib. v. c. 8. *Martyrol. Eccl. Chrifti.* Bal. xiii. 6. Dempft. xviii. 1106. War. 33. Godw. 50—62. Cave. p. 404. feq.

THEOPHANTUS, monachus Scotus, in monafterio juxta Herbipolim. Scripfit *Scholia in Juvenalem*, lib. i. Mf. penes Dempfterum. *De cometa quadam*, lib. i. Claruit A. MCCCXCVIII. Dempft. xviii. 1125.

S. THEWNANUS, abbas Scotus, fcripfit *Quorundam fanctorum vitas*, lib. i. Claruit A. DCLXXXIV. Colitur 23 Septembr. Dempft. xviii. 1123.

THINREDUS monachus et praecentor coenobii Benedict. Doverenfis; muficorum fui faeculi facile princeps. Scripfit *Informationem juvenum, five de legitimis ordinibus pentachordorum et tetrachordorum, ad Aluredum Cantuar.* lib. iii. " Quoniam muficorum in ecclefia." Mf. Bodl. fup. A. 1. Art. 80. ita: *De mufica et legitimis ordinibus, etc.* lib. iii. Claruit circa A. MCCCLXXI, et in fuo coenobio tandem fepultus. Bal. vi. 47. Pitf. p. 510.

THIRLEBY [THOMAS] ex regiftro eccl. parochialis de Lambeth. " A. D. MDLXX. " 28 Auguft, buried Mr. Th. Thurleby, doctor of the civil law, born in Cambridge, and ftudent " fometyme of Trinity hall there, and fometyme bifhop of Weftminfter, afterward bifhop of " Norwich, and in Q. Maries daies bifhop of Ely; who in the tyme of the noble king Edward " profeffed the truth of the holy Gofpel, and afterward in time of Qu. Mary retorned to papiftry, " and fo continued in the fame to his end, and died the queens majefties prifoner within my lord " grace's houfe at Lambeth." Ita Mf. Afhmol. 860. p. 512. Fuit legatus regius ad Imperatorem Germaniae A. MDXLV. Fox. 1 edit. 829. et ad regem Franciae. Strype in *Vita Cranmer.* p. 90. Scripfit *Epiftolam M. Parkero.* Mf. C. C. C. Cantabr. Mifcell. i. 389.

THOMAS ABYNDON Anglus, ut videtur, natione. Scripfit *Tabulam in Aegidium de regimine principum.* Pr. " Abominatio." Mf. coll. Omn. Anim. Oxon. G. i. 5.

[a] THOMAS, ANGLICUS, Gefneri teftimonio in *Catalogo fcriptorum* elucet; cui aliorum opinione inftructus, *Summam logices Ariftotelicae*, quae impreffa circumfertur Thomae Aquinatis nomine, attribuit. Sunt et qui putent Herveum Britonem operis autorem fuiffe. Quo autem floruerit faeculo, non hercule poffum liquido exprimere. Tantum conjectura ufus, temporibus Edveardi Arvonii, regis Angliae, afcribo. Ex *Lelando.*

[a] Thomas Jorfius, five Joyce, Thomas Anglicus faepe vocatus, de quo vide Thomam Guallenfem, et Gul. Macclesfeldum.

THOMAS, ARCHIDIACONUS Roberti Grofthead epifcopi Lincolnienfis, natione Anglus. Scripfit *De baptifmo*, lib. i. Claruit A. MCCLIII. Pitf. *App.* p. 913.

THOMAS BAJOCENSIS, five JUNIOR, Ricardi epifcopi Bajocenfis frater, et Thomae fenioris, archiepifcopi Ebor. nepos, capellanus regius, archiepifcopus Eboracenfis confecratus 27 Junii A. MCIX. Scripfit in ufum ecclefiae Ebor. *Cantus ecclefiafticos*, lib. i. *Officiarium ejufdem ecclefiae*, lib. i. Obiit 19 Febr. MCXIV. (non MCLXIX, ut Bal. xiii. 25.) Vide Godw. ii. p. 28.

THOMAS, DUNDRAINENSIS abbas, Scotus, conciliis Conftantienfi et Bafileenfi interfuit, ceu legatus regis Scotiae. Scripfit *De fchifmate deponendo*, lib. i. *De pontifice eligendo*, lib. i. *Acta concilii Conftantienfis*, lib. i. In Mf. coll. Baliol. Oxon. clxiv. extat Mf. *Sermo domini abbatis de Dundrainan de Scotia, et ambafsiatoris dom. regis Scotiae, coram concilio Bafileenfi Dominica tertia poft pafcha*, A. D. MCCCCXXXVI. Pr. " Petite et accipite." Claruit A. MCCCCXXXIX. Dempft. iv. 399.

THOMAS, EBORACENSIS[a], quartus inter praelectores Francifcanos, qui Ifidis Vadum celebrabant, non minorem ex elimata laudem lectione accepit, quam qui in eodem praeceflerant munere. Id liquido ex ejus faeculi fcriptoribus apparet; et maxime ex *Hiftoria* Thomae Francifcani. *Catalogus* quoque *illuftrium Francifcanorum* meminit ejus *Commentariorum in Ecclefiaftem*[b]. Senio poftremo ingruente, Eboracum, infignem fodalitio Francifcano urbem, petiit; ubi prius vitae diem primum, poftea vero fupremum vidit[c]. Ex *Lelando.*

[a] SS. theologiae doctoratu infignitus erat Oxoniae circa ann. MCCL; inde Cantabrigiam fe contulit. A. Wood. *Hift. et Ant. Oxon.* i. 72.

[b] *Epiftola Thomae, archiep. Ebor.* inter *Epiftolas Anfelmi.*

[c] Claruit, Bale; obiit, Pitf. A. Wood. circa A. D. MCCLX. Bal. x. 69. ex Lelando. Pitf. p. 340.

THOMAS, ELIENSIS monachus, fcripfit *Hiftoriam ecclefiae Elienfis a fundatione ad* A. MCVII, lib. iii. Mf. Cotton. Domitian. A. 15. Quaedam ex eo edidit Mabillon. *Act. Benedict.* Sec. ii. p. 739. Generalem *Praefationem* evulgavit Whartonus in *Praef.* ad tom. i. *Angl. Sacr.* p. xxxix. Epitomen quandam *Hiftoriae* praedictae edidit Whart. *A. S.* tom. i. p. 593. Claruit A. MCLXX. Vid. Gale *Hift. Elienfis ecclefiae.*

THOMAS [GULIELMUS] ex Cambria oriundus, academiae Oxonienſis alumnus, et baccalaureus juris canonici menſe Decemb. MDXXIX admiſſus. Italiam et Galliam per plures annos emenſus tandem in patriam rediit A. MDXLIX. Propter ſcientiam linguarum hodiernarum factus erat tempore Edw. vi clericus concilii ſacri, praebendarius eccleſiae S. Pauli, et rector de Preſthend in Wallia Meridionali. Strype in *Vita Grindal.* p. 5. Whart. *Specim. of errors.* Sed ineunte regno Mariae iſtis deprivatus fuit officiis, et tanquam laeſae majeſtatis reus, utpote qui rebellionem Wiati adjuvit, poenas dedit apud patibulum Tiburnenſe 18 Maii MDLIV. Stow. 623. ſeq. Hollinſh. Scripſit *Defenſionem Henrici* viii. *The hiſtory of Italy.* Ad Joh. comitem Warwic. " Thoughe " many wiſe and learned." Lond. MDXLIX. DLXI. 4to. *Principal rules of the Italian grammer, with a dictionary for the better underſtanding of Boccace, Petrarcha, and Dante.* [Padua ſcript. A. MDXLVIII.] Pr. " According to your requeſt." Lond. MDL. MDLXVII. 4to. *Le peregrynne*; *ſive defenſionem Henrici* viii, *ad Aretinum poetam Italum.* Mſ. Cotton. Veſpaſ. D. xviii. Pr. prol. ad Aretin. " Lyke as many tymes the wyld." Pr. lib. " Conſtrayned by misfortune." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. bibl. Sim. D'Ewes. *Politicorum communes locos, ſive methodus procurandi pacem regni, in uſum regis Edw.* vi. Pr. ded. regi. " Albeit that my groſs knowlege." Mſ. Cott. Veſpaſ. D. xviii. Ubi hoc modo dividuntur. 1. *Whether it be expedient to vary with the time.* 2. *What prince's amity is beſt.* 3. *Whether it be better for the commonwealth, that the power be in the nobility or commonalty.* 4. *Letters to Edw.* vi *concerning the reformation of the ccin.* 5. *His opinion concerning the kings outward affairs at that preſent.* 6. *His opinion concerning the realm within itſelf.* In Mſ. Cotton. Titus, B. ii. in lxxxv quaeſtiones hic liber reducitur. *Of the vanity of this world,* ded. dom. Annae Herbert de Wilton. Lond. MDXLIX. 8vo. *An argument wherein the apparel of women is both reproved and defended: Being a tranſlation of Cato's ſpeech, and L. Valerius anſwer out of the fourth decad of Livy,* lib. iv. by Will. Thomas. Pr. pr. " According " to your requeſt." Lond. MDLI. 12mo. *A Letter of William Thomas* extat in libro h. t. *An argument wherein the apparel,* l. c. Tranſtulit ex Italico in Anglicum ſermonem *Leges rerumpublicarum,* lib. i. *De pontificibus Romanis,* lib. i. *Joſaphat Barbaro, a Venetian, his two voyages into Tana and Perſia, tranſlated by W. T.* Pr. ded. regi. " When I conſyder the ſtate of foreign." Mſ. autogr. in bibl. regia Weſtmon. 17. C. x. Bal. par. poſt. 110. *Athen. Oxon.* i. 90. ſeq.

THOMAS HERBIPOLENSIS monaſterii abbas, natione Scotus ſcripſit *De fundatione* xv *monaſteriorum in Germania pro Scotis peregrinis,* lib. i. Obiit A. MCCCCXLII. Dempſt. xviii. 1130.

THOMAS HIBERNICUS. Vid. PALMERANUS.

THOMAS, KILWININENSIS coenobii prior, ſcripſit *Meditationes ſolitarias,* lib. i. Obiit A. MCCCCLXXXIII. Dempſt. xviii. 1141.

THOMAS, MAILORIUS eques auratus, a patria juxta Devam fluvium cognominatus. In hiſtoriis bene verſatus, anilibus tamen fabulis libros conſpergens tranſtulit ex Gallico in Anglicum, *Hiſtoriam Arthuri inclyti regis Britanniae et acta equitum menſae rotundae,* lib. iii. " It befell in the " dayes of the noble." Olim per Gul. Caxton. MCCCCLXXXV. fol. Alia editio impreſſa per Tho. Eſk. fol. Et recuſa Lond. MDCXXXIV. 4to. Claruit A. 9 Edw. iv. pr. ad edit. MDCXXXIV. Bal. viii. 52. Pitſ. p. 680.

THOMAS [a] MONEMUTHENSIS, profeſſione monachus, vir ſuo ſaeculo inter literatos nomen laudeſque emeruit. Judaei, perfidum genus hominum, et ſanguinem ſitiens Chriſtianum, in Britannia ſuae ſtirpis radices alte fixerant. Horum grex peſſimus Ventam Icenorum [b] precario incolebant, ea urbis regione et inſula, ubi Abrahami aula etiam nunc de nomine nota extat. Inter caetera quae ibidem ſcelera multa deſignaverunt, illud imprimis impium, quod Hugonem [c] quendam, puellum ingenuum, morti in Chriſti contumeliam tradiderint; deprehenſi ſceleris conſcii, et in crucem acti. Nec longo poſt tempore Judaei urbe omnino expulſi. Claruit miraculis Hugonis [d] ſepulchrum. Ergo, ne Hugonis Martyris vita et mors obſcura aliquando eſſent, poſteritati, rogatus Thomas Monemuthenſis, charum civibus Ventanis, et Deo pignus edito immortale fecit libello [e]. Ex *Lelando.*

[a] Thomas monachus Monumetenſis. Lel. *Collect.* iii. 25. Pitſ. Quaere tamen annon patria Monumetenſis et monachus Norwicenſis? [b] *ſeu Nordovicum,* addit Mſ. Lel. Trin. [c] *Gulielmum,* Mſ. Trin. Bale. Pitſ. [d] *Gulielmi,* Mſ. Trin. [e] Ad Gul. epiſcopum Norwicen. lib. vii. " Reverendae ſanctitatis patri." Lel. *Coll.* iii. 25. In bibl. Chriſticolarum Nordovici, *Vita S. Gulielmi Norwicenſis* (*Nordowicenſis*) *a Thoma monacho Monumetenſi ſcripta, ad Gul. epiſcopum Norwic.* Prologus carmine ſcriptus eſt. Pr. " Martyris egregii." Caetera ſcribuntur ſoluta oratione. Scripſit etiam Thomas *Miracula ejuſdem* (*Gulielmi,* Lel.) *Hugonis,* lib. i. Claruit anno MCLX. Bal. ii. 94. Pitſ. p. 226.

THOMAS NEWMARKET, de NOVO-MERCATU, ſeu de NOVO FORO, ab oppido natali in agro Cantabrigien. cognomen habens; Cantabrigienſis academiae alumnus, ubi mathematicus, rhetor, poeta, et theologus evaſit inſignis. Hunc eundem eſſe cum Thoma Merks, epiſcopo Carliolenſi parum recte ſentiunt Bal. et Pitſ. Scripſit, partim proſa, partim carmine, *Compendium rhetorices,* lib. i. cap. 10. " Ad rhetoricam dictandi facultatem." *De arte dictandi,* lib. i. " Di- " lectiſſime frater in Chriſto." In Mſ. Bodl. Seld. ſup. 65. eſt tractatus hujus argumenti et princ. qui epiſcopo Carliolenſi tribuitur. *Concionum* lib. i. *Expoſitionem Algoriſmi Dionyſii abbatis,* lib. i. Pr. pr. " Cum omnium artium inventores." Pr. expoſit. " Haec algoriſmi ars, etc. In iſto " prooemio." Mſ. Bodl. Digby 81. Mſ. coll. D. Petri Cantab. 38. 6. *Commentum in computum eccleſia-*

ecclesiasticum Dionisii, lib. i. Pr. "Omnium philosophorum discretissimi." Ms. Bodl. Digby 81. *De sphaera Sacrobosci*. Ms. coll. D. Petri Cantabr. 38. 7. *Epistolas ad diversos*, lib. i. "Vocate "coetum, sanctificate." *Carminum diversorum* lib. i. "Jam freta, fretus eo, transcurri." Claruit A. MCCCCX. Bal. vii. 60. Pits. p. 591.

THOMAS SALESBERIENSIS. An hic Thomas de Cobham subdecanus Sarisbur. fuerit incertum; an Thomas Salesbury, qui fuit canonicus Lincoln. et archidiac Bedford. et obiit 15 Nov. MCCCCLX. A. Wood. Ms. C. 168. Scripsit *Summam de arte praedicandi*, lib. i. cap. 107. "Humanae naturae conditio secundum genuinam." Ms. C. C. C. Cantabr. Q. 3. Pits. *App.* p. 916. Thomas subdecanus Sarisburiensis scripsit *Librum poenitentialem*. Pr. "Cum miserationes."

THOMAS de THANET, alias THOMAS de LA WAY de THANET, monachus S. Augustini Cantuar. scripsit et compilavit *Matriculam de variis chartis, libertatibus, privilegiis et possessionibus monasterii sui*. Pr. "In nomine Domini Jesu Christi." 4to. Ms. C. C. C. Oxon. Twyne. vol. iii. Claruit A. D. MCCLXXII.

THOMAS AB WILLIAM AB DAUYD, bardus sive poeta Cambro-Britannicus, concinnavit *Genealogias* quamplurimas *magnatum patriae suae*. Quae Mss. adhuc extant. Claruit A. D. MDX. Lhuyd.

THOMASIUS [THOMAS] in schola Etonensi educatus, scholaris collegii regalis Cantabrig. evasit MDLXXI, dein socius, artium magister, et academiae typographus. Scripsit *Dictionarium Latino-Anglicum*. Cantabr. MDLXXXVII, et alibi saepies. Hujus etiam Thomasii esse dicitur *Fabularum Ovidii interpretatio ethica, physica, et historica, tradita in academia Regiomontana a Georgio Sabino; in unum collecta et edita studio et industria T. T.* Cantabrig. MDLXXXIV. 12mo. Obiit ante A. MDXCII. Fuller's *Hist. Cambr.* 59. 75.

THOMIANUS episcopus Scotus scripsisse fertur *Epistolarum ad Hilarium et Joannem episcopos Romae* lib. i. *Super paschatis celebratione, contra Britannos*, lib. i. Claruit A. DCLXIV. Dempst. xviii. 1126.

THONDI [SIMON de] monachus Benedictinus in coenobio Mailrosensi, ac postea abbas Coggeshali A. MCLXXI electus, dein A. MCLXXIX episcopus Moraviae consecratus. Scripsit *Reformationem cleri*, lib. i. *De regia S. Malcolmi successione* lib. i. *In Epistolas Pauli*, lib. i. Obiit MCLXXXIV. Dempst. xviii. 1136.

THORALDUS [a], monachus RIEVALLENSIS, vir elimatae eruditionis, eo pervenit excellentiae, ut sociorum facile primus haberetur: nec minor de illo apud vicinos opinio. Mauritius, monachus non indoctus, a Rievalli ad gubernationem coenobii Fontani vocatus est, quam ille non infeliciter obibat provinciam; at tandem studio quietis provocatus, accersitum ad se Thoraldum, abbatem Fontibus praefecit. Facti meminit Hugo Chircostallensis his verbis: "Hic curam re"signavit Thoraldo, homini in Scripturis sacris non mediocriter edocto, et in liberalibus artibus "adprime erudito [b]." Ex *Lelando*.

[a] Thoraldus, sive Thoratus. Pits. p. 917. Claruisse fertur anno MCCXVI. Bal. x. 60. ex Lelando. Pits. p. 917. *App.* [b] Thoraldus, resignato officio, Rievallem reversus est. Lel. *Col.* iii. p. 167. ex Hugone Kirkstall. Whart. *Angl. Sacra*, tom. i. 748.

THORESBY [JOHANNES] vulgo THURSBY, in adolescentia studiis utriusque juris et theologiae Oxonii operam dedit. Propter pietatem et eruditionem regi Edw. iii maxime charus habebatur, cujus favore A. MCCCXLVII episcopus Menevensis designatus, dein A. MCCCXLIX ad Wigorniam translatus fuit. Summus Angliae cancellarius renunciabatur A. MCCCL. Cardinalitia dignitate tit. S. Sabinae a papa Urbano v ornatus; et tandem A. MCCCLII ad archiepiscopatum Eboracensem evectus est. Scripsit *Processum quendam contra fratres Mendicantes, qui praedicaverant, mortuaria non esse sacerdotibus aut aedituis tribuenda*, lib. i. "Pridem sanctissimus in Christo "pater." *Pastorale, seu injunctiones clericis prov. Ebor. datas, continentes Catechismum doctrinae Christianae*, lib. i. "Attendite, populus meus, legem." In *Commentario* hoc de vulgi institutione quem ad ecclesiarum pastores suae provinciae pro docendis laicis misit, *Symbolum apostolicum, Orationem Dominicam et decalogum* exposuit lingua vernacula. Ms. olim extabat apud Godwinum, nunc in bibl. Lambeth. Ms. 408. et 577. Apud Fox. 1. edit. 453. citatur *An old treatise* . . . "John Thoresby archbishop of York did do draw a treatise in English by a worshipful clerk, "whose name was Gatrike, in the which were contein'd the articles of bileve, the vii dedly Sinns, "the vii works of mercy, the ten commandments. And sent them in small pagines to the com"min people to learn it, and to know it, of which there ben yet many a copy in England." Vide Whart. *App.* ad Usserii *Hist. Dogm.* p. 430. seq. *Constitutiones editas* A. MCCCLXVII. Pr. "Johannes, etc. Officii nostri debitum exequimur." Vide *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. iii. p. 68. seqq. *Alias de judiciis*. Ibid. p. 666. *Alias de feriis*. Ibid. p. 666. *Alias de vita et honestate clericorum*. Ibid. p. 669. *Alias de donationibus*. Ibid. p. 671. *Alias de decimis*. Ibid. p. 672. *Alias de celebratione missarum*. Ibid. p. 674. *Aliam de clandestina dispensatione*. Ibid. p. 678. *Alias de homicidio*. Ibid. pag. 679. Obiit apud Thorpe 6 Novembr. (*Regist.* Ebor.) vel in festo S. Leonardi (*Contin.* Stubbs) A. MCCCLXXIII, et in capella B. Mariae in ecclesia cathedr. Eboracensi humatus est. Bal. vi. 75. x. 83. Pits. 513. Godw. p. 54, 55.

THORIE [JOHANNES] sive THORIUS, origine Flandrus, natus Londini, alumnus aedis Christi Oxon. A. MDLXXXVI admissus. Scripsit *Dictionarium Hispanicum*. Pr. "Abierto, *open*."

Ad

Ad finem tranſlationis *Grammaticae Hiſpanicae*. *Epiſtolas et Carmina ad Gabr. Harvey* A. MDXCIII extant ad finem libri Gab. Harvey, cui titulus *Pierce's ſupererogation*. Impr. Lond. MDXCIII. 4to. Tranſtulit ex Hiſpanico in Anglicum idioma *Anth. de Corro grammaticam Hiſpanicam*. Pr. pr. tr. "Gentle reader, many ſuppoſing." Lond. MDXC. 4to. *Barth. Philip LL. D. de conciliis et conſiliariis principum*. Lond. MDLXXXIX. 4to. *Franc. Valdeſii dialogum de officio*. London. MDXC. 4to. Claruit A. MDXCIV. *Athen. Oxon*. i. 252.

THORNAY [SIMON] monachus Rameſienſis, literis Oxoniae operam dedit, ubi gradu doctorali in theologia ornatus eſt. Scripſit *Super ſententias* lib. iv. "Quaeſtio eſt, utrum objectum." Mſ. olim in bibl. Rameſ. Monaſt. Bal. xii. 80.

THORNAEUS [GULIELMUS] monachus Auguſtinianus in Cantiorum metropoli, ita religioni operam dedit, ut in doctis tamen ſtudiis multum temporis, idque feliciter, collocaverit. Qua una virtute, quanquam et ille quidem multis aliis ſuſpiciendus, a me in praeſentia laudabitur. Cognoſcite igitur, candidi lectores, eum tanta uſum fuiſſe diligentia in illuſtrandis coenobii [a] ſui, quo vix clarius aut antiquius ullum habet Britannia noſtra, monimentis, ut res geſtas abbatum Auguſtinianorum ab ovo ad annum D. MCCCLXXV *Hiſtoria* [b] donaverit. Sed hic non praetereundum cenſeo, quod in tam longo opere autoritate Thomae Spotti, monachi ejuſdem coenobii, qui de eadem materia ſcripſit, uſus ſit. Non tamen ejus veſtigia uſque adeo curioſus preſſit, quin alia compendia ſubinde quaerens, multa invenerit, quae Spottum, hominem non ſegnem ſubterſugerant, multaque egregia, quae, illo mortuo, intervenerant, ſacroſanctae poſteritati dedicaverit. Jam audiviſtis, quae vos de Thorno cognoſcere volui [c]: quare ego alio calamum, quo et vos oculos convertite. Ex *Lelando*.

[a] "ſui rebus, quo—monumentum—abbatum ejuſdem "coenobii ab ovo," Mſ. Lel. Trin. [b] Mſ. C. C. C. Cantabr. G. vii. 8. *Cronica fr. Willelmi Thorne—ad* MCCCLXXV. Pr. Prol. "Valens labor et laude dignus." Extat inter *Scriptores decem Hiſt. Angl*. Lond. MDCLII. fol. p. 1757. Lelandus ex Thorneo multa excerpſit, quae in *Collect*. ii. p. 54. Mſ. reperies. "Chronicon, inquit ille, "Gulielmi Thornei deſinit in anno Dom. MCCCLXXV. "(ita etiam Baleus, et Mſ. Cantabr. Voſſius autem in anno "MCCCCXXV.) viz. in deceſſu Thomae abbatis; in capite "*Hiſtoriae* jam editae quadrageſimo, niſi vero ea, quae ſequuntur, ab aliena manu expoſita credideris, *Explicit* "*Chronicon Gul. Thorn. in anno* MCCCXCVIII." In bibl. Cotton. Mſ. Titus A. ix. eſt *Hiſt. abbatum S. Auguſtini ad* MCCLII, *Rogerum* ſc. ii. Pr. "Lux vera, quae illumi-"nat omnem hominem." In *Catalogo* Cottoniano auctori noſtro adſcribitur: quaere autem an jure? Praeter haec ſcripſiſſe fertur *Regum Cantianorum facta*, lib. i. *Vitas quorumdam ſanctorum*, lib. i. *Chronica de comitatibus, epiſcopatibus, abbatiis per totam Angliam*, lib. i. Mſ. in bibl. C. C. C. Cantab. G. vii. 7. Idem eſt quae ſupra *Chronicae*: ei equidem praefixa eſt *Tabula comitatuum et caſtellorum*, ſed non Gulielmo attributa. [c] Claruit anno MCCCLXXX. Bal. vi. 63. Pitſ. p. 529. Whart. *App*. ad Cavi *Hiſt. Liter*. p. 64. Voſſius, *Hiſt. Lat*. p. 540.

THORN [HENRICUS] inſtitutus ad eccleſiam de Eaſt-Dolyſh, in comit. Somerſet. 28 Jan. MDLXXI, quae vacabat per mortem ejuſdem A. MDLXXXVII. *Reg*. Wellen. Tranſtulit in ſermonem vernaculum *Phyſick for the ſoul neceſſary to be uſed in the agony of death; and alſo for thoſe in good health*. London. MDLXXVIII. 16°. *A ſermon of patience, and of the conſummation of the world*. Edit. cum priore. *Confutation of folly, containing ſelected queſtions, pithy anſwers, and ſyllogiſtical objections, touching places of holy Scripture, taken out of Lucas Loſſius Queſtions*. Pr. ded. Geo. Speke, armigero [diſcipulo ſuo] "St. Paul, right worſhipfull, the elect." London. MDLXXXIV. 8vo.

THORNE [ROBERTUS] Briſtolliae natus, mercator ſciſſor erat Londinenſis; tandem praetor Briſtollienſis. Scripſit Anglice *Declarationem Indiarum, aliarumque regionum nuper inventarum, et a Carolo imp. et rege Portugalliae captarum*, ad Henr. viii regem Angliae. Pr. "Experience "proveth." Mſ. Cott. Vitell. C. vii. *Ejuſdem argumenti ad doctorem Laeum regium apud Sivilliam legatum*. Pr. "I have received your letters." Ibid. c. vii. 10. Extant apud Hakluit Lond. MDLXXXIX. fol. p. 250. et MDXCIX. vol. i. p. 212. *A book and carde of the voyage to Cathaya*. Ita Mſ. nota Cipr. Lucar. ad Jo. Dee. in Mſ. Cotton. Vitellius C. vii. Claruit A. MDXXVII. Teſtamento legavit 4445 libras ad eleemoſynas. Sepultus eſt in eccleſia Templariorum Londini. (In eccleſia S. Chriſtophori London.) Stow. *Surv. Lond*. p. 193. Vide Stow. l. c. et Dugdal. *Orig*. p. 182. Fuller's *Worthies*, iii. 36.

THORDEN [GULIELMUS] monachus eccleſiae Chriſti Cantuar. Edidit *Conciones varias; quarum una in electione Thomae Bourchier, archiepiſcopi Cantuar*. MCCCCLIV. II cal. Maii in capitulo Cantuar. in Latinis in hoc themate, "Elegit nobis haereditatem ſuam." *Altera* 13 cal. Sept. MCCCCLIV poſt lectionem bullae papalis pro archiepiſcopo electo, in hoc; "Gaudium veſtrum "impleatur." *Tertia* in die Paraſceve MCCCCLX in navi eccleſiae Cant. in hoc; "Chriſtus pro "nobis mortuus eſt." Harum meminit Jo. Stone in *Hiſt. Mon. Cantuar*. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. Q. viii.

THORNTON [GILBERTUS de] capitalis juſtitiarius ad Placita communia A. 18 Edw. i. MCCXC. In compendium redegit *Henrici Bractoni ſummam de legibus et conſuetudinibus Angliae*. Vide Seldeni *Diſſertat. ad Fletam* inter *Opp*. tom. ii. p. 1038. 1048. Dugdal. *Orig. Judic*. pag. 57.

THORNTON [ROBERTUS de] ſcripſit carmine Anglico *The Romance of the death of Arthur*. Pr. "Now, great glorious God." Mſ. eccl. Cathedr. Lincoln. *The life of S. Chriſtopher*. Pr. "Lordynges, if it be your will." Ibid.

THORP

4

THORP [GULIELMUS] in septentrionali Angliae parte natus, dum Oxonii studia academica tractabat constans fuit Wiclevi auditor. Ex eo quod doctrinis Wiclevi favere videbatur in concionibus suis, in carcerem conjectus est a Tho. Arundel, archiepiscopo Cantuar. A. MCCCXCVII. Ex eo vero liberatus, post aliquot annos rursus in Saltwodensi castro compingebatur, ubi vitam finivit mense Augusti MCCCCVII. Scripsit *Conciones eruditas*, lib. i. *Ad impositos articulos*, lib i. "Dominus Deus, qui omnia novit." *Testamentum vitae ultimum*, lib. i. "Mathaeus apostolus "Christi." *Glossulas in Psalterium*, lib. i. *Abecedarium contra clerum papisticum*. Pr. "Awake, "ye ghostly persons, awake, awake." Extat apud Fox. p. 843. Bal. vii. 42.

THORP [GULIELMUS alius] frater ordinis Carmelitarum, sacrae theologiae magister in acad. Oxon. Thomae Walden familiaris. A. MCCCXIII unus haeretic. inquisit. auctoritate episcopi Lincoln. A. MCCCCXXVIII una cum Thoma Walden provinc. et aliis doctoribus consensit condemnationi Will. White presbyteri coram episcopo Norwic. Ms. Bal. Sloan. f. 58. Fuit vicarius generalis ordinis Carmelit. et visitavit provinciam Angliae A. D. MCCCCXXXII. Ibid. f. 78. Scripsit *In chronicas Angliae* tab. i. "Abbatia ex Bello quomodo constructa." Ms. Bal. Sloan. f. 204. Floruit A. D. MCCCCXX, et obiit Lynnae. Ibid. f. 119.

THORP [JOHANNES] Carmelita Norwicensis A. MCCCCXXI, et S. theologiae doctor Cantabrigiensis, unus ex quinque doctoribus erat, qui Gul. Whitum haereseως damnarunt. Doctor *ingeniosus* cognominatus erat, uti ex inscriptione tumuli ejus marmorei patet. Scripsit *In Apocalypsin Joannis*, lib. i. "Apocalypsis Jesu Christi." Ms. Bal. Sloan. *Consequentiarum regulas*, lib. i. "Juxta hunc textum in libro perihermenias." Ibid. *De sophismatibus*, lib. i. "Sophisma est "oratio deceptiva." Ibid. Obiit Nordovici 11 Augusti A. C. MCCCCXL. Bal. vii. 100. Pits. p. 628.

S. THOTNANUS, patria Scotus, socius S. Kiliani in peregrinatione ad mortem usque. Scripsit *Acta Kiliani magistri*, lib. i. Martyrizatus in Germania A. DCLXXXIX. Bal. xiv. 24. Dempster. xviii. 1108.

THURVAIUS [SIMEON] patria Cornubiensis, Tornacensis a patria dictus, in Anglicis academiis philosophia imbutus, Lutetiam se contulit, ubi plures annos in theologiae studiis posuit, et doctor tandem evasit. Scripsit *Summam theologiae*, lib. i. *Institutiones divinae paginae*, lib. i. Pr. "Sicut legitur in orthographia." Ms. Merton. O. iii. 4. Art. *Sententiarum quaestiones*, lib. iv. Ms. coll. Baliol. Oxon. 188. ita: *Quaestiones hujus Simonis* num. 101. Pr. "Hodierna disputa- "tione quaesitum est; utrum morale peccatum." In hoc codice Ms. *Quaestiones Simonis* continente sunt *Glossulae in libros* iv *Sententiarum*. Pr. "Summa divinae paginae in credendis." *Quaestiones quasdam*, lib. i. "Utrum omnis actio vertatur." Ms. in cod. S. Victoris. *Alias quaestiones*, lib. i. "Reverendissimo patri ac domino." Ibid. *In symbolum Athanasii*, lib. i. Ms. Ibid. *In Boethium de Trinitate*, lib. i. *De rerum naturis*, lib. i. *De Christiana doctrina*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. Ante mortem memoria et lingua privatus erat, si Baleo fides, ob blasphemias, etc. Claruit A. MCCI. Bal. iii. 47. A. MCCXVI. Cave p. 709. M. Paris. p. 173. Bulaei *Hist. acad. Paris.* iii. p. 8. 9.

THWAITES [EDWARDUS] De eo ita Statut. 25 Henr. viii. c. 12. "And one Edward "Thwaites gent. translated and wrote divers quaires and shetes of paper concerning the false fayn- "ed miracles and revelations of Elizabeth Barton."

THYNN [GULIELMUS] alias BOTEVILL, patria Salopiensis, apud Oxonienses studia academica tractavit, et supremus culinae regiae clericus ac director familiae regis Henrici viii fuit constitutus. *Opera omnia Chauceri* collegit, et in uno volumine typis mandavit, ac regi Henrico viii nuncupavit; quibus addidit *Castigationes Chauceri*, lib. i. "Inter excellentias omnes, gratiose." Lond. MDXLII. fol. Ob diligentiam in restituendis et corrigendis Chauceri operibus magnopere laudatur a Roberto Braham in *Praefat.* ad Lidgati *Translationem de bello Trojano*. MDLV. f. Claruit A. MDXLII. Bal. par. post. 103. *Athen. Oxon.* i. 61.

TIGERNACUS O BROIN, airenachus, sive archidiaconus Clonmacnoisensis. (Cluanensis cognominatus ab O Flaherty. p. 7.) antiquitatum Hibernicarum diligens indagator. Scripsit (partim Latine, partim Hibernice. *Ogyg.* p. 7.) *Hiberniae annales ad A.* MLXXXVIII. Ms. penes Wareum. Obiit A. MLXXXVIII. War. p. 51.

TILBERIUS [JOHANNES] sive TILBERIENSIS, natione Anglus, S. theol. doctor Oxon. concionator Londinensis, D. Thomae Cant. familiaris (Rog. Croiland.) tandem, ut quibusdam placet, factus est episcopus, sed cujus loci non invenio. Scripsisse fertur *Concionum*, lib. i. *Historiam gentis Anglicorum*, lib. i. Claruit A. MCXC. Pits. pag. 258.

TILLEY . . . scripsit *Historiam et antiquitates Angliae*. Ms. citatur ab A. Wood. *Histor. Oxon.* i. p. 45.

TILNEY [EDMUNDUS] scripsit *Florem amicitiae, sive de officio matrimonii*, lib. i. Ad reginam Elizabetham. "When I consider, most noble queen." Lond. MDLXXI. 12mo. Vide A. Wood. Ms. *Cat.* iii. p. 9. . . . MDLXXVII.

TILNEY [JOHANNES] sive TILLONEGUS [a] Carmelit. togam accepit Garieni. Est autem Garienum litoralis Nordov. civitas in ipsis Garieni fluminis ostiis, a quo nomen accepit, sita. Locum

[a] Joan. Tilney, sive Tilnaeus, coenobii apud Garienum prior, S. theol. doctor et professor Cantabrig. Pits. Fr. Joh. Tilney ordinis Minorum Colcestr. ordinatus fuit acolitus 19 Sept. MCCCCV. *Reg.* Rog. Walden. episc. London. f. 10.

vero ſtudiorum ſuorum nobiſcum communem Grantam Girviorum habuit; ubi non levia felicioris ingenii ſigna inter bonarum artium profeſſores partim docendo, partim diſputando, partim etiam ſcribendo oſtendebat. Extant adhuc ejus ſacrae *Conciones* [b] cordatae eloquentiae indices. Superſunt et quae *In Sententias* [c] et *In Apocalypſin* [d] ſcripſit. Grantae in magno fuit pretio, ne tempora ignores, circiter annum D. DCCCCXXX. Ex *Lelando*.

[b] *Conciones* xliv. lib. i. *Poſtillae ſive expoſitiones Tilney in Evangelium S. Johannis*. Pr. " In principio, etc. Mores " in iſtis verbis tanguntur." Mſ. Gonvil. et Caii. I. 9.
[c] *Compendium Sententiarum*, lib. i. " Utrum ſecundum " naturam divinam." [d] Lib. i. " Septem Eccleſiis " in Aſia ſpecialiter." Mſ. Bal. Sloan. vocat *Lecturam ad modum Poſtillae ſuper Apocalypſin*. Scripſit etiam *Lecturas ſcholaſticas*, lib. i. A. MCCCCLXXIV 26 Martii probatum eſt teſtamentum magiſtri Joh. Tylney nuper canonici Lincoln. *Reg*. EE. Dec. et cap. Lincoln. Bal. vii. 89. Pitſ. p. 620.

TIMOTHEUS, Scotus natione, coenobii S. Jacobi Majoris juxta Herbipolim abbas. Scripſit *De turbulento Franconiae ſtatu*, lib. i. *De bello civili*; carmine, lib. i. Obiit A. MCCCXCIX. Dempſt. xviii. 1129.

TINDALLUS [GUIL.] Vid. HITCHINS.

TIPTOFTUS [JOHANNES] ſive TIPETOTUS [a], genere admodum nobilis, at rebus praeclare geſtis nobilior, et ingenio ad bonas artes, certe omneis nato nobiliſſimus erat. Nos igitur talem, tantumque virum pro ſuis virtutibus graphice depingere et decet atque juvat, ejuſque vitam aeternitati commendare. Patre genitus eſt cum nobili, tum potenti Joanne Tipetofto, inter Anglicos proceres viro clariſſimo. Jocoſa mater, foemina incomparabilis, eum peperit. Natalis autem locus Everodunum [b], villa apud Grantanos elegans, non longe a Durovelo et Malduno diſſita. Educatio parentum cura longe optima: nam et bonis literis et virtutibus conſecratus eſt. Studuit autem, ut ego accepi, apud Iſiacos, diſertam turbam, in eo collegio, quod a Ballione nomen deſumpſit: ubi tunc temporis et nobilium juvenum corona celebris renaſcentem imbibebant eloquentiam. Jam erat majuſculus, et ejus pater, relictis terris, coelos petiit, quietis ſedem optatiſſimam. Neceſſitas illum a muſis laudatiſſimis additionem paternam, et aulicam pompam evocavit. Decreverat ante fortuna parens juvenem, omnibus ingenui animi dotibus florentem, nova acceſſione florentiorem reddere. Gliſcebat interea civile bellum; hinc Mediolanenſi [c], hinc Iſurovicano [d] de imperio, odio pluſquam Vatiniano, contendentibus. At Henriciani tunc potentiores erant, quibus et hic eximie favebat. Senſerat Henricus benevolum hominis erga ſe animum, et magnis illum merito honoribus inſignivit, tandemque Bravonii comitem [e] inſtituit. Ludovicus Carbo, Ferrarienſis, in *Oratione funebri*, qua Guarini virtutes ad ſidera evexit, ſcribit Tipetotum annos viginti quinque natum gazaphylacem [f] ſupremi nominis in Britannia fuiſſe creatum: poſteaque mare Britannicum [g] prudentia, et rei militaris peritia pacatum [reddidiſſe.] [h]

Una dies quandoque parens, quandoque noverca eſt.

Perſenſit Joannes vulneratos utrinque et Henrici et Eadveardi animos. Quare tranquillitatem rebus prudenter omnibus praetulit, ac, comparato viatico ſatis amplo, peregrinus voto magno ſacroſanctam Solymorum urbem mature petiit; ubi et aliquandiu vixit, regioneſque vicinas curioſe colluſtravit. Quin rerum omnium quaedam ſatietas eſt, quae cum ingruit, taedio perfuſi homines, de novitate cogitant. Italia prae ejus oculis ſtatim verſabatur; unde et ardor quidem ita vehemens obrepſit, ut, conſcenſa triremi, vela ventis committeret, Veneticamque urbem inviſeret, et gratus hoſpes aliquamdiu incoleret. Votum promovit felicitas; et Veneti obviis ulnis in litus deſcendentem complectuntur. Jam illi literarum memoria politarum, quas a teneris annis familiariſſimas ſemper habuit, in mentem venit; unde et ardore quodam accenſus vehementiſſimo, Patavium, vicinam academiam, omni bonarum diſciplinarum genere longe inſtructiſſimam petiit. Deum immortalem! quos ille tam celebri loco viros doctiſſimos invenit? Inter quos unus inſtar multorum Joannes Phreas, Anglus, titulis eloquentiae magnis, ſed legum Caeſarianarum, philoſophiae, et medicinae calculis majoribus in primis enituit. Hunc Joannes comes in amicum et familiarem delegit, et ita delectum, numeroſis officiis ſibi devinxit, ut nullum benevolentiae genus intactum reliquerit. Quid interim Phreas? Patroni ſui ingenuitatem, eruditionem, judicium denique ſuſpexit, admiratus eſt, coluitque; ac ei ad cumulum gloriae ingentem, libellum *De laude Calvitii*, ex Syneſio Graeco tranſlatum Latiniſſime, dedicavit. Ut interim omittam *Bacchi querelam in caprum de vite corroſa*, quam et carmine ad miraculum uſque eleganti edidit, ac eidem conſecravit. Operae pretium hic erit pauca ex hujus *Praefatione* in *Encomium Calvitii*

[a] De Tiptofto magno hujuſce inſulae ornamento videſis Waraeum *De ſcript. Hibern*. lib. ii. pag. 133. et Camden. *Britan*. p. 436. Hon. Johannes Typtoft miles Seneſcallus Aquitaniae factus eſt a Johanne epiſcopo Elienſi ſeneſcallus omnium curiarum epiſcopatus Elienſis infra comitatus Cantabr. Eſſex. et Herford. etc. MCCCCXXII. *Regiſt*. epiſcopatus Elienſis Mſ. Norwic. More clxx. f. 51. Creatus erat comes Wigornienſis anno 27 Henr. vi. A. MCCCCLVII. locum tenens Hiberniae; 1 Edw. iv Juſtitiarius Walliae ſeptentrionalis, et conſtabularius turris Londinenſis. 3 Edw. iv cancellarius Hiberniae. 4 Edw. iv familiae regiae ſeneſchallus. 7 Edw. iv deputatus Georgii ducis Clarentiae Hiberniae locumtenentis. 10 Edw. iv iterum ipſe locum tenens Hiberniae et conſtabularius Angliae evaſit. Dugdal. [b] *Everton*. Mſ. Lel. Trin. [c] *Lancaſtrenſ*. Mſ. Trin. [d] *Eboracenſi*. Ibid. [e] *Worceſter* ab Antonino vocat. *Branonium*: a Ptolemaeo *Branogenium*. [f] 2 Edw. iv, et 10 Edw. iv. [g] 32 Henr. vi, et 3 Edw. iv. [h] Mutilus in Mſs. locus in integrum reſtituitur ex ſententia poſtea uno alterove folio ſecutura.

decerpere,

decerpere, ut Tipetoti fama fusius eniteat. Sic enim *ille*: "Nam quid aequius est, quam "literarum et doctrinae monumenta illi deferre, qui de literatis hominibus optime meruit, "et a quo omnis liberalis, digna homine nobili, percepta doctrina est. Te solum enim omnium "principum, verbis autem utar, quibus usus est ad te Pius secundus, pontifex maximus, lacry- "mans prae gaudio, cum te audiret orantem, te solum, inquam, omnium principum haec "nostra conspexit aetas, quam virtute et eloquentia praestantissimis ipsis Romanorum et Grae- "corum imperatoribus comparare possimus. Atqui, ut reliquos silentio praeteream, neque inge- "nio, neque optimarum artium studio, aut Magno Alexandro, Graeciae principi, concedis; "aut Lucium Lucullum, Romanorum maximum imperatorem, te praestantiorem agnoscis. "Quorum hic quidem incredibili cum esset ingenii magnitudine, adeo philosophiae deditus erat, "ut in bello non multum sub ipsis pellibus otii relinqueretur. Ille vero se fassus est, ut ex *Epi- "stola* ejus *ad Aristotelem* constat, caeteros doctrina anteire maluisse, quam copiis aut opulen- "tiis. Quid de animi magnitudine? quid de prudentia? quid de liberalitate? quae tecum esse "nata videtur? quid de pietate vel in Deum, et humanitate erga omneis? quid denique de "aliis virtutibus tuis disseram, quibus non modo hac tempestate principes, sed quotquot fue- "runt, quos antiquitas coluit, quique futuri sunt, sine contentione ex superas? Quae quoniam ita "sint, Dii patrii, quorum sub munere nostra Britannia est, te tantum ac talem virum admonue- "runt, ut pacem quam bellum malles, ut terras, quas ipsi deserebant, relinqueres, neu te virum "integerrimum, et ab omni factionis scelere immunem, cum impiis et factiosis hominibus "miscendo commaculares. Sed si quando res Britannici imperii ad aciem novaculae deveniret, "quo proxime intestinis discordiis fere deducta est, is esses, qui tua sapientia antiquam gentis tuae "gloriam recuperares. Itaque et eorum monitis, et tuo sapientissimo parens consilio, quo futu- "ram longe quam acciderat provideras tempestatem, triremem conscenderis. Et magnanimos "illos imitatus heroas, quos navis Argo vexit, omnia mundi maria navigio emensus, universum "fere peragrasti terrae orbem, cunctisque gentibus beneficia impertiens, et divinitatem animi tui "manifestans, ubique nominis tui immortalem post te reliquisti memoriam. Sed postquam ex- "terni de te felicissimo hospite satis satisque diu gavisi sunt, ipsa nunc te patria, qua genitus, qua "educatus eras, vehementer orat, ut ad se redeas, et illi laboranti sis etiam felix. Maturanti au- "tem tibi ad genialem terram profectionem, hunc libellum dono damus, quo meae incredibilis "erga te pietatis, et tuorum item in me innumerabilium meritorum testis sit, et pignus perpetuum; "quem si tuo probatissimo judicio probatum iri intellexero, efficies profecto, ut ad reliqua "tuo nomine persequenda simus alacriores." Hactenus Phrea eloquentissimus, idemque doctissimus. Ludovicus Carbo, Ferrariensis, in *Funebri oratione* pro Guarino, accuratissime Tipetoti virtutes, et praecipue literas politiores illas, explicat his verbis: "Guarinum etiam audire desideravit il- "lustrissimus princeps Joannes Anglicus, immo Anglicus Vigorniae comes; ipse quoque ex antiquis- "sima regum Angliae prosapia ductus; qui paternam sapientiam imitatus, anno aetatis suae quinto "et vicesimo, quod ante eum accidit nulli, maximus Angliae thesaurarius creari meruit, qui summo "apud Anglos honori ducitur, secundo post regem; qui cum mare Britannicum prudentia sua, "et rei militaris peritia pacatum reddidisset, Hierosolymis [relictis] Musarum dulcedine captus, "triennium jam in Italia commoratus est; qui etiam nunc studiorum causa degit Patavii, Veneto- "rum humanitate detentus; qui literarum avidissimus, omneis, ut ita dixerim, Italiae biblio- "thecas [i] spoliavit, ut pulcherrimis librorum monumentis Angliam exornet; quem ego mitissimum "dominum meum appellare possim, et debeo. Vellet enim, nescio qua bona de ingenio meo "opinione permotus, me in Angliam ducere: cui certe lubens parebo. Sic nunc in me fuerunt "Ferrarienses ingrati." Haec Carbo et amicissime et verissime. Commigravit Tipetotus Romam, relicta consilio quodam Patavina urbe. Frustra sibi quidem visus est in Italiam venisse, nisi Romam, olim rerum dominam, Latinae etiam parentem eloquentiae, et antiquitatis, ut in Vaticana apparet bibliotheca, conservatricem, inviseret. Nullus per aliquot secula nobilitate insignis hospes urbi gratior erat Tipetoto; cujus humanitas, candor, splendor etiam, et facundia Ciceroniana illa Romanorum omnium cum oculos, tum mentes ita occupabant, et possidebant quoque, ut coelitus illum eo demissum, tanquam numen, non modo crederent, verum etiam colerent. Apparet ejus eloquentiae exemplum vel illustrissimum in *Praefatione*, quam Phreas *Encomio Calvitii* praefixit. Nam affirmat ille quidem Pium secundum, pontificem, audita ejus oratione longe disertissima, qua se totum illi et purpuratorum choro patrum concredidit, prae gaudio, quod inde acceperat, plane incredibili, lachrymas fudisse: utinam temporis iniquitate nobis non fuisset sublata illa divina plane oratio. Jam triennium in peregrinatione exegerat comes Joannes, gloriamque nunquam certe morituram sibi ex itinere longo, sed memorabili comparaverat, cum interim Ovidianum illud ei in memoriam rediret:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non sinit esse sui.

[i] Libros complures Mss. in Italia collectos bibliothecae publicae Oxon. dedit, qui, ut ex eorum *Catalogo* apparebat, marcis D valere deprehendebantur. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 50. In *Epist.* 259. Academiae Oxon. *Reg.* F. f. 121. mentio fit Tipetotum libros academiae Oxoniensi legasse, sed utrum eos unquam sortita fuerit haud constat: quia Eboracensem archiepiscopum in eadem rogant ut ad adipiscendum eos auxilio ipsis esse velit, nonis Nov. MCCCCLXX.

Unde

Unde Romam sui nominis praeconem eximiam reliquit, et deos penates repetiit, multa super seditione patria, multa super Phrea, magno utriusque eloquentiae ornamento, tum praeterea animae dimidio suae, multa denique super Omnibono Leoniceno et Ludovico Carbone, viris longe eruditissimis, ac illi una cum Phrea, communibus amicis, cogitans. Extat elegantissima *Epistola Omniboni Leoniceni de laude opusculi Synesii Graeci*, quod a Phrea Latinitate donatum est, ubi et haec leguntur: "Illustrissimo principi nostro (Tipetotum intelligit) me commenda, cujus desiderium ut aequiori animo feram, assuescere non possum." Haec ille de patrono inclyto. Eadveardus quartus Henricum sextum beneficio comitis Verovicani regali deturbaverat solio, quem rediens veneratus est Tipetotus: cujus imperio, anno regni ejus decimo, Avonduni Simenorum[k] praefuit judicio quorundam nobilium, inter quos Clapamus, qui regis majestatem ibidem in conflictu laeserant. Saevitum in noxios est; qui post mortem, a postico ad verticem acutis transfixi sudibus, in auras erecti malis exemplo fuere, sed tristi, et, uti plebs aperte dicebat, crudeli et insolito. Quo comes haec fecerit animo, alioqui misericors, non temere pronuncio. Unum hoc interim scio, hanc notam fuisse postea mortalem ei. Gratiam Eadveardi integram sibi conciliavit. Continuo ob nuptias ab Hispano oblatas, et a Verovicano comprobatas, Eadveardus persensiit hostem sibi vel infestissimum esse Verovicanum. Hinc et regio exutus ipse imperio: Henricus pristinae restitutus est dignitati. Nec longo post tempore Tipetotus in publico concessu nobilium suspectus, ut videtur, de amore erga Eadveardum imperio defunctum propensiori, capitis judicium pertulit; ac, Visimonasterio relicto, a praefecto Bellini castri, exutis sponte in mortis memoriam, ut ego accepi, crepidis, pedes ductus est ad Fluentanum carcerem, ubi et unam peregit noctem. Die vero crastina ad Turritum montem, locum suppliciis famosum, perductus est, ac securi percussus, quod populo triste spectaculum fuit. Gulielmus Caxodunus, Angliae prototypographus, haec, aut similia his Anglice refert in calce libelli, continentis Pub. Cornelii et Caii Flaminii orationes *De vera nobilitate*, de Tipetoto, quae ego Latine sic interpretor: "Intelligo comitem Vigorniensem pium ac nobilem, qui vita nuper misere sublatus est; cujus ego animam vestris praecipue commendo precibus. Deum immortalem! quanta illius herois virtutum cultoris, ac cordati ruina fuit! Quoties in memoriam revoco, atque mecum expendo ejus vitam, scientiam, virtutem, mihi quidem videtur, nisi Deus aliter constituerit, incomparabilem tanti talisque viri fuisse jacturam, modo recte ejus aestiment dignitatem una cum eruditione et experientia magistra conjunctam, ac solicitos labores in expeditione Hierosolymitana desumptos; postremo honores etiam, quibus a Romano pontifice et aliis multis illustratus fuerit usque ad extremam obitus diem. Quo tempore praesenti populo exemplum plane utile, a patientia moriendi dedit." Hactenus Caxodunus: cujus diligentia Ciceronis *De amicitia*[l] libellus, in Anglicam versus linguam Tipetoti opera, prelo commissus est, non sine honorifica *Praefatione*, quae comitis gloriam percelebrat aeternam. Impressit etiam Banatusii Magnomontani duas *Orationes*[m] in primis eleganteis: Pub. videlicet Cornelii et Caii Flaminii, qui rivales erant, Lucretia Fulvii filia incomparabili utrinque petita, quas ita terse, nitide, significanter etiam Tipetotus in linguam Anglorum vernaculam transtulit, ut dubites, majori an gratia ille scripserit, an hic interpretatus fuerit. Libellus plane elegantissimus est atque ingeniosus. Tantumque abfuit, ut Cornelius divitiis et stemmatibus innitens formam expectatam, operis illustre pretium, victor acceperit; ut Flaminius, melior quam ditior nobilitatis titulo, omne punctum una cum Lucretia, justo patrum cum suffragio, tum judicio tulerit. Illud non est silentio praetereundum, quod Caxodunus in impresso codice praeponit Tulii libellum *De senectute*[n] in gratiam Fastolphi,[o] nobilis Gallorum domitoris, in sermonem Anglicum conversum libello *Amicitiae*, cujus tamen interpretationis autorem, si recte memini, nullum nominat. Si mihi liceret conjectura uti ulla in re incognita, dicerem certe Tipetotum interpretem[p] utriusque fuisse. Praeter has translationes affirmat Caxodunus in *Praefatione* libelli *De amicitia*, hunc alia scripsisse multa, ut a doctis et fide dignis acceperat[q]. Optarem inter alia maxime extaret ut ejus *Latina oratio*, qua Romanum

k *Southampton*. Stow. *Annal.*

l Pr. "Quintus Mucius Augur Sevola, this was his name." Impr. per Caxton. MCCCCLXXXI. fol.

m Pr. Arg. "When th'empire of Rome most floured." Impr. per Caxton. . . . MCCCCLXXXI. fol.

n Pr. "My soverayn frende Atticus, how be it." Impr. per Caxton. . . MCCCCLXXXI fol. Nota in fine libri ait: "This was translated of the French, into which language it was translated by Laur. de Primo Facto." In Ms. Lel. Trin. haec extant. "In linguam Anglicanam vernaculam transtulit *Orationes* elegantes P. Cornelii et Caii Flaminii *De vera nobilitate*, Ciceronem *De Amicitia*, et Tullium *De Senectute*. Praeter has translationes alia illum edidisse affirmat Caxtonus: Ut est *Oratio apud fratres purpuratos*."

o Ita habet Praefatio: — whiche boke was translated "and thystoryes openly declared by the ordinance and desyre of the noble ancyent knyght Sir Johan Fastolf of the county of Norfolk bannerette, lyvyng the age of fourscore yere, exercysing the warrys in the royame of France, and other cuntrees, for the diffence and universal welfare of both royames of Englond and France by 40 yeres enduryngе the fayte of armes hauntyng under three kings Henr. iv, v, vi.

p Haud facile Lelando assentior. Tipetotus enim libelli *De amicitia* fuit interpres; versio autem libri *De Senectute* paraphrastica est.

q Scripsit *Orders made by John Tiptoft, earl of Worcester and constable of England, in the sixth year of Edw.* iv *for the placing of the nobility in all proceedings.* Ms. Cotton Tiber. E. viii. 35. *Orders and statutes for just and triumps by J. Tiptoft.* Ibid. 40. Et in Ms. Ashmol. 763. ita: *Ordinances, statutes, and rules made by John Tiptoft, erle of Worcester, and constable of England, by the king's commandment at Windsore*, 29 Maii 6 *Edw.* iv, *to be observ'd in all manner of justes of peirs within the realm of England*, etc. Pr. "First, whoso breaketh most speares." Scripsisse etiam dicitur *Petition against the Lollards*. Fuller. *Ch. Hist.* iv. 162. *Orationem ad Patavienses. Epistolas plures ad diversos*, lib. i. *Liber epistolarum* Johannis Tiptofti et amicorum ad eum, numero xx, quarum iv tantum sunt hujus Johannis sc. 1. Laurentio More. 2. Magistro

num Pontificem, Pium secundum, atque patres galeriferos in admirationem, antiqua usus eloquentia, deduxit. Tunc facile ex unguibus leonem aestimarent. Sublato capite Tipetoti, truncus statim delatus est ad fanum Dominicanorum Londini, propter Fluentanam portam, ubi et sepultus est inter duas columnas versus austrum. Joanna soror, fratris elugens tam triste fatum (nupserat enim Inguldesthorpio, Grantanae ditionis nobilissimo equiti) posuit sacellum, et sepulchrum in eo marmoreum, ubi in tabella haec inscriptio: "Fecit hanc capellam Joanna D. INGULDE-" STORPE, soror Joannis comitis, cum quo hic requiescit." Hic forsitan videbor lectori festinanti longiusculus. Quid facerem? sidus tam eximium suis radiis parte nulla defraudandum. Ex *Lelando.*

stro Joh. Fre. 3. Willelmo Atteclyff. 4. Magistro Vincentio. Ad Tiptoftum sunt epistolae 1. Galeoti Martii, Guarini Veronensis et Johannis Free et anonymorum. Mſ. eccl. Cathedr. Lincoln. Obiit ante nonas Novemb. MCCCCLXX uti patet ex *Epist.* acad. Oxon. *Reg.* F. Epist. 259. Et in ecclesia cathedrali Eliensi sepultus est. Dugdal. *Baronag.* tom. ii. p. 41. Bal. viii. 46. Pits. p. 664. seq. War. p. 132. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 50. 75. Et Mſ. Ashmol. 784.

TIRECHANUS, episcopus Hibernicus, discipulus Ultani. Scripsit *De rebus gestis S. Patricii*, lib. ii. Mss. adhuc extant. Claruit circa A. MDCLX. War. p. 23.

TIRINGTON [GUALTERUS] utriusque juris professor et doctor insignis, ob claram et multis ejus aetatis hominibus cognitam ipsius eruditionem inter legum scriptores merito numerandus advenit. Scripsit *Casus quorundam Decretalium*, lib. i. "Rex pacificus praemissa." *In quasdam constitutiones*, lib. i. "Cum in multis olim ante." Hos vidit Mss. Baleus in bibliotheca Ramesiensi. Tempus, quo floruit, ignoratur. Bal. xii. 67. Pits. *App.* 849.

TOBIAS[a] monachus, Doroverni Cantiorum educatus, praeceptoribus undecunque doctissimis, nempe Theodoro Graeco, et Adriano Afro, usus est: quorum virtutes tam feliciter aemulatus est, ut nullum prorsus diligentiae locum reliquerit. Unde tantus postea evasit, sive eruditas artes, sive linguarum elegantiam spectes, quantum illa saecula, et merito quidem, observabant, suspiciebant, venerabantur. Fieri hic potest, ut aliquis me putet eloquentiorem quam veriorem laudatorem. Cui, si quis talis erit, habeo hoc honorificum testimonium ex octavo capitulo quinti libri *Historiae Bedae*, quod opponam: "Tobiam pro illo consecravit, virum Latina, Graeca, et Saxonica "lingua atque eruditione multipliciter instructum." Et illud rursus ex 23 cap. ejusdem libri: "Cum eruditione literarum vel ecclesiasticarum, vel generalium ita Graecam quoque cum Latina "didicit linguam, ut tam notas ac familiares sibi eas, quam nativitatis suae loquelam haberet." Jam, ut meum de Tobia sit vanum praeconium, nemo, certo scio, tam temere stultus erit, ut non quamprimum Bedae, autoris minime mendacis, suffragium admittat: Quare nos reliqua, quae ad ejus vitam pertinent, paucis attingemus. Non diu fuit, quemadmodum nec esse decuit, tam clara virtus et doctrina sine suo et honore et gloria. Nam[b] Gebmundo pontifice mortuo, ipse a Berthovaldo, Cantiorum archiepiscopo, Rofensis ecclesiae antistes consecratus[c] est: quae provincia illi fuit magnae dignitati, paroecis vero suis majori usui. Nemo homo enim illo uno vel diligentius curam sibi commissam observabat, vel propius suorum res adversas aspiciebat. Sed, quae est fatorum malignitas, praeclara non diuturna sunt: non enim in episcopatu tot annos, quot per aetatem potuit, vixit; si autem vixisset, indubie, praeter alia, libros multos nobis, cedro dignissimos, reliquisset[d]. Quanquam quorsum haec vota? nam quos reliquit, Dacorum depopulatrix flamma in cineres, pro scelera! omnino redegit. Reliquisse autem sui ingenii monumenta, cum ex aliis argumentis multis, tum ex hoc praecipue apparet, quod Beda illum omnibus fere numeris eruditum fuisse non semel fateatur: id quod nunquam fecisset, nisi ex ejus prius libellis judicium accepisset. Restat nunc tantum, ut significem floruisse illum, regnante Vithredro rege in Cantia: mortuus autem est anno a Christo nato DCCXXVI, et sepultus Rofae Cantiorum in basilica S. Andreae. Ex *Lelando.*

[a] Tobias patria Cantianus. Pits. p. 124.
[b] Gesmundo, Mſ. Leland. Trin.
[c] Anno, ut videtur, MDCXCIII concilio enim Bacanfeldensi interfuit anno sequenti. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 330. ex Beda.
[d] Scripsisse fertur, *Homiliarum*, lib. i. *Epistolarum*, lib. i. Bal. i. 96. Pits. p. 124.

TODDEWORTH [GULIELMUS] juris civilis doctor. Scripsit *Super Rub.* ff. *De usu fructu accrescendo.* Pr. "Nota ex lege primo quod." *De praescriptione* XXX *vel* XL *annorum.* Pr. "Quaestio prima hic est." *De . . . ali exceptione.* Pr. (haud legi potest) Mſ. bibl. collegii Novi Oxon. 179. Scripta haec sunt tempore Henrici vi.

TOLMANNUS, natione Scotus, socius peregrinationis et martyrii S. Kiliani. Forte idem cum Thotnano. Scripsisse fertur *Ad Gosbertum de repudio cum Geilana*, lib. i. Claruit A. DCLXXXIX. Dempst. xviii. 1109.

TOMBLEY [ROBERTUS] Benedictinorum in Crolandiensi, ut fertur, coenobio institutum ab adolescentia professus, magnum contemplandae coelestis doctrinae suis posteris reliquit exemplum. Nulla praeterierat dies, cum per alias occupationes liceret, quin aliqua legeret, doceret, aut scriberet, ad aliorum, ut ipse putabat, aedificationem. Lelandus tamen in suis *Collectaneis*, solius ejus operis meminit, quod ille post suas *Lecturas* contexuerat: *Super Cantica canticorum*, lib. i. "Os sponsi, inspiratio Christi est." Mſ. olim in bibl. monast. Petrob. hujus principii. Leland. iii. 28. Et in bibl. Croyland. Lel. iii. p. 27. Extat Mſ. in *Canticum* ejusdem principii Gregorio M. adscriptum

adſcriptum in bibl. Baliol. Oxon. Mſ. 13. L. 12. Jam. Ita etiam incipit *Comm. in Cant. canticorum*, lib. ii. adſcriptum Radulpho abbati Fontinallenſi, edit. in Jac. Hommey *Supplem. Patr.* Pariſ. MDCLXXXVI. 8vo. p. 284. Bal. xii. 69. ex Lelando. Pitſ. *App.* p. 904.

[a] TOMPSONUS [JOANNES] ſive THOMAESONUS, quem Trittemius, nomine prodigioſe corrupto, CAMPSCEN [b] appellat, inter Carmelitas Blachenegani coenobii, ut ego accepi, educatus fuit; donec per aetatem licuit prodire, et ad altiora literarum ſtudia contendere. Ut autem cito prodiret, facile quidem faciebant, cum ejus erecta indoles, tum expedita ad muſas alacritas. Itaque Oxonienſibus commendatus eſt, ne virtutes, quae tam clare elucebant, ex otio nebulas contraherent. Tum ille, ut ad ſcopum, quo properabat, compendio perveniret, totos dies, menſes, annos ſtrenue laboravit: tandemque inter philoſophos et primae notae theologos locum obtinuit. Dedicavit autem ſuo faeculo, immo et noſtro, haec non ſpernenda literarum monimenta: videlicet *Quatuor ſuper Sententias*, lib. [c] *Moralia Sacrae Scripturae* [d]. *Commentarios in Eccleſiaſticum* [e]. "Ut recitat D. Auguſtinus." *In Evangelium Joannis* [f]. "De verbo materialiter." *In mythologias Fulgentii* [g]. *Sacrarum concionum* lib. iii. [h]. Denique, quantum ad tempus, quo vixit, colligo Thomae Lombaei ſynchronium fuiſſe [i]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Tompſon, ex oppido Tomſon in agro Norfolc. et ortum habuit et cognomen. Pitſ.

[b] Joannem quendam Campſenum ante Tompſonum 40 annos florentem, habet Pitſeus, p. 449.

[c] iv. [d] Lib. i. "Pulſatus fratrum inſtantiis co-" gor." *Indices horum moralium*, lib. i. "Abominatur "Deus ſex, ſcilicet." [e] *Lecturam ſuper Eccleſiaſticum*. Pr. "Omnis ſapientia, etc. Reverendi mei, prout "recitat B. Auguſtinus." Mſ. Bal. Sloan. *Item tabulam ſuper eandem*. Pr. "Abyſſus quid ſit," etc.

[f] *Poſtillationes*, lib. i. "De verbo materialiter [al. *moraliter*]" *Directorium earundem*, lib. i. "Abjicere tempo-" ralia quid ſit." [g] *Ex Ridevallo in Fulgentium*, lib. i. "Abrahae par erat conjugium." Tabulavit *Redenhacus ſuper methodias Fulgentii*. Pr. "Abraham pares in "merito fuerunt." Mſ. Bale. Sloan [h] Sc. *Ad clerum*, lib. i. "Benedicite, ſacerdotes Domini." *De ſanctis* xxiv, lib. i. "Ego mater pulchrae dilectionis." *De tempore* xviii. lib. i. "Exurget regere gentes." Scripſit praeterea *Lectionum* [*lecturarum*, Lel. *Epit*. Mſ.] *locos communes* [*ſive indices*, Lel. *Epit*.] lib. i. "Abyſſus quid ſit, et "cui." *Quadrageſimale*, lib. i. "Parce, Domine, populo "tuo." *Ex Trivetho de transformatis*, lib. i "Abbas a "monacho veneno." Tabulavit *Trevet ſuper libros Ovidii de transform.* Pr. "Abbas," etc. Mſ. Bale. Sloan Eſt hujus pr. opus praefix. *Triveti Comm. in Metamorphoſin Ovidii*, Mſ. colleg. Merton. N. vii. 5. *De mirabilibus mundi*, lib. i. "Lana terrae Abrahae, quae non." Tabulavit xiv libros *De mirabilibus mundi*. Pr. "Abraham, "lana terrae Abr." Mſ. Bal. Sloan. *Abbreviationis doctorum*, lib. plures. Haec opera omnia vidit Baleus in pulcherrima Carmelitarum bibliotheca Nordovici. Lel. *Epit*. Mſ. recenſet etiam *Directoria quaedam*, lib. ii.

[i] Claruit MCCCLXXX. Bal. vi. 66. Pitſ. p. 526.

TOMSON [ROBERTUS] natus apud Andoveram in agro Hantonienſi: mercator Briſtolienſis. Scripſit *Deſcriptionem navigationis ſuae ad Novam Hiſpaniam* A. MDLV. Pr. "Robert Tomſon "born in the town of Andover." Extat apud Hakluit. p. 580. Claruit Sevilliae in Hiſpania circa A. MDLX. Hakluit. p. 584. Fuller's *Worthies*, ii. 10.

TONNEYS [JOANNES] ſive THONEIUS [a], Auguſtinianae profeſſor ſectae, bonas literas, atque adeo eloquentiam magni merito fecit: quo judicio humaniores artes ſolicita excuſſit diligentia. Nec minori uſus eſt in ſacrarum rerum lectione cura. Senſerat deeſſe aliquid ad circulum, nempe Graecae cognitionem linguae. Accinxit igitur ſe maxima cum alacritate et promptitudine operi; ac, devoratis primis rudimentorum moleſtiis, igneſcens ad majora ſe contulit. Sed neque haec virtus juſto caruit honore: nam, a ſuis collaudatus, honorifica functione uſus eſt. Sunt qui putent multa ab hoc homine erudite fuiſſe inchoata, at non abſoluta, partim immatura morte, partim ſocordia fraterculorum in tenebris et ſilentio elanguiſſe, denique blattas ac tineas, pro dolor! paviſſe [b]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Tonneys, Bal. Tonneius, Pitſ. Norwici natus, et ibi inter Auguſtinianos educatus, deinde Cantabrigiam tranſmiſſus, ubi doctor theologiae evaſit. Pitſ. Fuit ſui ordinis provincialis per aliquot annos. Lel. *Collect.* iii. 53.

[b] Scripſiſſe tradunt Baleus et Pitſeus *Rudimenta grammatices*, lib. i. Lelandus in *Collect.* iii p. 53. ita de eo: "Joannes Tunneys ſcripſit libros aliquot *De re gramma-* "*tica*, quorum multa exemplaria ibidem (ſc. in bibliotheca "Auguſtin. London.) extant.—Obiit circiter primos Hen-" rici viii annos. Joannes Baleus, ſi recte memini, ſignifi-" cavit mihi ſe vidiſſe *Epiſtolam* Graece ſcriptam ab hoc "Tuneio." *De quantitate ſyllabarum*, lib. i. *De edendis carminibus*, lib. i. *Epiſtolas ad diverſos*, lib. i. *Orationes ad clerum*, lib. i. *Sermones ad populum*, lib. i. *Certamina ſcholaſtica*, lib. i. *Lecturas magiſtrales Cantabrigiae*, lib. i. *Collectanea* [*ſuarum concionum*, *Add.* Bal. Mſ. Trin.] *quaedam*, lib. i. *Facetias et rhythmos*, lib. i. Plura ejus opuſcula Londini ſunt per regis typographum Ricardum Pinſonum excuſa. Bale. Claruit A. MCCCCXC. Bal. viii. 55. Pitſ. p. 676.

TONSTALLUS [CUTHBERTUS] Vid. TUNSTALLUS.

TOPPING [. .] ſcripſit *De virtutibus et vitiis*. Pr. "De vitiis et virtutibus autoritates." Mſ. bibl. Baliol. M. 7.

TORKYNGTON [RICHARDUS] rector de Mulberton in agro Norfolc. qui peregrinationem inſtituit ad Terram ſanctam 20 Martii MDXVII, cujus rationem chartis mandavit ſub titulo *Peregrinationis ad Hieruſalem*. Mſ. penes Jacobum Wright armig. A. Wood. Mſ. P. in princ.

TORNA EGEAS, poeta antiquus Hibernus, autor *carminum variorum*. De quibus *Ogygia*, p. 404. ſeqq.

TOTANEUS natione Scotus, S. Columbae ſocius, abbas in Jona inſula. Scripſit *Regulam ad fratres*, lib. i. Claruit A. DCVI. Dempſt. xviii. 1114.

TOTHADUS, epiſcopus S. Andreae. Scripſit *De Britannorum malis*, lib. i. *In minores Prophetas*, lib. i. *Ad eccleſias Scoticas*, lib. i. Claruit A. MCLXX. Dempſt. xviii. 1130.

TOURES

TOURES [GULIELMUS de] patria, ut videtur, Scoto-Britannus, frater ordinis Minor. In Mf. Gresham 286. extant *Contemplations of finners for every day in the week: ex compilatione et tranflatione fratris Willelmi de Toures ord. minor.* Pr. " This brevit buke of fober quantite."

TRACIUS [RICHARDUS] filius Gulielmi de Todyngton in comit. Glouc. armigeri; Oxoniae emenfo ftudiorum philofophicorum curriculo laurea in artibus magifteriali cohoneftatus fuit. Scripfit *Of the preparation to the crofs and to death, and of the comfort under the crofs and death*, lib. ii. Pr. ded. Tho. dom. Crumwell. " When I confider the weak." Lond. MDXL. 8vo. Liber hic rurfus impreffus fub nomine Joh. Fryth. *The profe and declaration of this propofition*; " Faith only juftifyeth." lib. i. Ad Henr. viii. " Mofte vyctorious prince and prudent." *Treatife of the errors and blindnefs of the popifh clergy*, lib. i. *A moft godly enftruction, and very neceffary leffon to be learned of all chriften men and women before they come to the communion of the body and blood of our Saviour Jefus Chrift.* Pr. " St. Peter fayth that oure adverfary the Devyl." *Declaration of the facrament.* Lond. MDXLVIII. 8vo. *Confutation of the articles of papifme*, lib. i. *Letter to fecretary Cecil againft the crucifix in the queen's chapel.* A. MDLXV. 17 Apr. Strype *Elizab.* p. 471. Claruit A. MDLVII. Bal. ix. 53. *Athen. Oxon.* i. 102. Fuller's *Worthies*, i. 359.

TRAHAIHAM BRYDYDH MAUR poëta Cambro-Britannicus. Claruit A. D. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

TRAHERON [BARTHOLOMAEUS] antiqua et generofa familia apud Cornubienfes oriundus, Oxonium cum adolefcere coepiffet, philofophiae et eruditionis academicae gratia acceffit, ibique in collegio Exon. vel aula Cervina literas humaniores apprime edidicit. In Mf. Inett. Barth. Treherne frater Minor S. th. baccalaureus evafit Cantabr. MDXXXIII. Exteras regiones vifendi cupidus Germaniam et Italiam peragravit, doctos viros ubique audiens. Dein in patriam reverfus regi Edw. vi (13 Dec. 3 Edw. vi.) factus erat bibliothecarius cum annuo falario xx marcarum. Sed has literas patentes reddidit 1 Mariae. Rymer. *Foeder.* xv. p. 351. Et poftea decanatu Ciceftrenfi donatus eft circa menfem Septemb. A. D. MDLI, quem tamen refignavit ante menfem Febr. MDLII, quo tempore Thomas Samfon eo donatus erat. Hoc anno canonicatus Windeforienfis ei tradebatur. At vero rerum fumma ad Mariam devoluta, folum vertebat, et in Germaniam profectus fcribendis libris, tum profa, tum foluta oratione, fedulo operam dedit: praefertim fratrem Thomam perfuadere ftuduit, ut reformatis fe adjungeret. Edidit *Paraenefin ad fratrem Thomam*, lib. i. " Accipe munufculum noftrum Tho." *In mortem Henr. Dudlaei carmen* i. " Egregium " vero facinus mors." *In mortem fenioris Viati carmen* i. " Si quis erit flendus, fato tam." *In mortem Buceri carmen* i. " O nulla moriture die." Extat inter Buceri *Scripta Angl.* p. 910. *Analyfin fcoparum J. Cochlaei*, lib. i. *In teftamentum G. Tracy*, lib. i. *Epiftolas et carmina*, lib. i. *Expofition of a part of St. John's gofpel made in* (10) *fundry readings in the Englifh congregation againft the Arrians, now ftert up in England.* Ad fororem fuam Eliz. Palmel. " Thincke not to " much, good fifter." MDLVII. 12mo. et MDLVIII. 8vo. cum aliis praelectionibus, in quibus divinitas Spiritus Sancti, et ufus facramentorum probatur. *Expofition on the fourth chapter of S. John's Revelations, which treateth of the providence of God, made before his countrymen in Germany, with an anfwer made to the objection of a gentle adverfary.* Ad Rob. Parker, et Annam uxorem exules. Princ. ep. " While I labored to comforte." MDLVII. 8vo. Lond. MDLXXXIII. MDLXXVII. 8vo. *Expofitio in illud:* Ne nos inducas in tentationem. Princ. " Lead us, etc. God tempteth " and trieth." Impreff. ad finem libri praeced. edit. MDLXXVII. *Treatife of repentance. Anfwer to a privie papift.* Impr. MDLVIII. Tranftulit in linguam vernaculam. *The chirurgerie of John de Vigo*, lib. ix. Lond. MDXLIII. fol. MDL. 4to. MDLXXI. fol. MDLXXX. 4to. Lond. MDLXXXVI. 4to. cum correct. Geo. Baker (bibl. Norwic. More) Princ. epift. tranflat. ad Ric. Tracy. " God the " mighty governor." Princ. lib. " As Galene the prince of the phyficians." *The faid Vigo's little practice.* Lond. MDLXII. 8vo. Ad finem *Chirurgiae* lib. ix. fequitur *The abridgments of the works of John de Vigo*, lib. v. " Albeit we have fufficiently treated." *An interpretation of ftrange words ufed in the interpretation of Vigo.* Princ. " Abietis. Vigo in one or." Claruit circa annum Domini MDLXII. Obiit exul in Germania ante Elizabetham reginam Hollingfh. *Chron.* p. 1168. Fuller's *Worthies*, 204. Bale. viii. 94. *Athen. Oxon.* i. 137.

TREFNAUNT [LEWIS] poeta Cambro-Britannicus A. D. MDLX. Lhuyd. Davis.

TREGREG [RADULPHUS] fcripfit *De juramento calumniae* tractatum. Pr. " Si de ca- " lumpnia. . . . Notandum primo." Mf. in bibl. regia Weftmon.

TREILL [GUALTERUS] (Dempft. 619.) patria Scotus, legum doctor, papae Clementi vii familiariffimus, Avenionae referendarius et auditor fummus; ad epifcopatum S. Andreanum a papa provifus A. MCCCLXXXV. Columna ecclefiae et vas eloquentiae (ita Makculloch Mf. Stillingfl.) Scripfit *De curia Avenionenfi relationes*, lib. i. *Decreta fynodalia*, lib. i. *De Chriftiana militia*, lib. i. *Tractatus de jure civili*, lib. i. *Solemnes in jure canonico quaeftiones*, lib. i. *De excommunicatione*, lib. i. *De indulgentiis*, lib. i. Obiit A. MCCCC. Dempfter. xviii. 1143. Juxta Makculloh obiit in caftro S. Andreae, quod e fundamentis extruxit, MCCCCI.

TREMELLIUS [EMANUEL] A. MDLII, 25 April. in Mf. Wharton F. 124. ex *Libro confilii regii*, juffum eft, ut xx marcae, reliqua penfionis Emmanuelis Tremellii, lectoris Hebraicae linguae in academia Cantabrigienfi, folvantur pro dimidio anno ad feftum annunciationis B. Mariae. A. MDLII, 24 Octob. literae patentes conceffae Em. Tremellio, linguae Hebraicae lectori apud Cantabrig. de praebenda habenda in ecclefia Carliolenfi cum claufula *De non refidendo.*

Mf.

Mſ. Cotton. Julius, B. 9. Fridericus elector Palatinus Immanuelem Tremellium conſiliarium ſuum, legatum in Angliam ad reginam Elizabetham miſit A. MDLXVIII, cum epiſtola ad M. Parkerum archiep. Cantuar. cui reſponſum dat archiepiſcopus, in quo amicitiam ſuam cum Em. Tremellio agnoſcit. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. Miſcell. ii. p. 9. Ita et Cecilius in *Cabala*, p. 47. Tremellius in *Epiſtola dedicatoria* praefixa *Grammaticae* ſuae ad M. Parkerum dat. kal. Martii MDLXVIII, meminit quod poſt diſſolutionem ſcholae ſuae ante triennium propter peſtem, et in reditu ſuo in Angliam ob certa negotia, archiepiſcopus eum ſumma cum liberalitate per ſex fere menſes hoſpitio exceperit. Edidit librum חנוך בחירי יה i. e. *Initiatio electorum Domini:* Eſt catechiſmus per quaeſtiones et reſponſiones. Pariſ. MDLIV. 8vo. *Idem catechiſmus Hebraice et Graece* extat Pariſ. MDLI. 8vo. *Commentarium in Hoſeam*—excud. M. Barbirius et Th. Courteau. MDLXIII. 8vo. *Jonathae F. Uzzielis Chaldaica paraphraſis in* xii *Prophetas minores Latine verſa per Tremellium.* Heidelb. MDLXVII. 8vo. *Novum Teſtamentum Syriace* dedic. reginae Elizab. in qua videtur inſinuaſſe, ſe per aliquot tempus in Anglia degiſſe. Pariſ. MDLXIX. f. 2 vol. *Grammaticam Chaldaeam et Syriacam.* Pr. ded. M. Parkero. " Non ignoras, reverendiſſime domine, " eorum" p r Henr Steph. MDLXIX. 4to. Et cum notis Mſs. doctiſſimi Andr. Kingſmill in bibl. Tho. Tanneri, Aſaph. epiſc. Ex Syriaca in Latinam tranſtulit linguam. *Epiſtolas Pauli ad Galatas et ad Epheſios.* Pr. " Paulus apoſtolus non a filiis." Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. Miſcell. F. pag. 1. *Epiſtola Hebraea* ejus praefixa Ant. Rod. Cevallerii *Rudimentis Hebr. linguae Genev.* MDXCI. 4to. *Epiſtola* i *M. Parkero data*, Lond. 29 Junii . . . Mſ. coll. Corp. Chr. Cantab. Miſcell. ii. 253. *Epiſtola* i *eidem data* Francof. 16 Febr. MDLXVIII. Ibid. Miſcell. i. 827. Vide Buceri *Comm. in Epheſios* Baſil. MDLXII. fol. quibus praefixa eſt *Epiſtola Imm. Tremellii*, qui has praelectiones ex ore Buceri Cantabrigiae excerpſit.

TRENDALE [JOHANNES] monachus eccleſiae Chriſti Cantuar. et magnus aſtrologus. Scripſit *Opera quaedam*; ita *Regiſtr.* eccleſiae Chriſti Cantuar. Mſ. C. C. C. Oxon. Twin. iii. Claruit A. MCCCCXV. Ibid. Obiit circa A. MCCCCXXXIII. Magiſter menſae infirmariae in monaſterio Chriſti Cant. obiit MCCCCXXXIII, 3 Maii Dominica, anno monachatus 30. Hic ſubtilis valde fuit et eximius calculator, Liber Thomae Cawſton, ex quo Wharton Mſ. F. p. 112. in bibl. Lambeth.

TRESHAM [GULIELMUS] e familia equeſtri apud Newton in agro Northampton. oriundus, academiae Oxon. alumnus, collegii Merton. ſocius A. MDXV electus, et academiae regiſtrarius A. MDXXIII factus. In prima fundatione collegii aedis Chriſti canonicus ordine quintus nominabatur A. MDXXXII ob egregias ingenii dotes, et quod regis Henrici viii partibus in negotio divortii cum regina Catharina adhaereret. A. MDXLII, cum rex epiſcopatum Oxonienſem ex ruderibus abbatiae Oſneienſis fundaſſet, Gulielmus noſter ſecundae praebendae canonicus primus inſtituebatur. A. MDXXXIX admiſſus fuit ad praebendam de Middleton in eccleſia Ciceſtrenſi, quae vacabat MDLX. W. Neve. A. MDXLI. 27 Jun. Gul. Treſham S. theol. profeſſor et capellanus regius collatus ad praebendam de Aſgardeby. *Regiſt.* Joh. Longland epiſc. Lincoln. A. MDXLII inſtitutus ad rectoriam eccleſiae de Bugbrook in comit. Northampt. et A. MDLIX admiſſus praecentor eccleſiae Ciceſtrenſis. W. Neve. Academiae Oxon. commiſſarii ſive vice-cancellarii munus frequenter obivit. Scripſit *Diſputationem de euchariſtiae ſacramento in univerſitate Oxon. habitam contra P. Martyrem*, 28 *Maii*, MDXLIX. Lat. Lond. MDXLIX. 4to. Angl. Lond. MDLXVIII. fol. Mſ. in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon. Twyne, vol. ii. *Epiſtolam de hac diſputatione contra P. Martyrem ad regios conſiliarios.* Strype in *Vita Cranmer App.* 121. *Diſputationem habitam in ſchola theologica Oxon. contra Cranmerum, Latimerum, et Ridleium* A. MDLIV, impreſſam in Fox. *Act. et monum.* *Reſponſa ad quaeſtiones varias de ſacramentis*; circa A. D. MDXL. " I ſay this word Sacrament." Extant in *Append.* ad tom. i. Burnet. *Hiſt. Reform.* p. 202. ſeqq. Ineunte Elizabethae regno, canonicatu pulſus eſt, quod ſuprematum reginae in rebus eccleſiaſticis non agnoſceret, et ad Bugbrook receſſit; qua eccleſia privatus, fatis conceſſit A. MDLXIX, et in eccleſia ejuſdem choro ſepultus eſt. *Athen. Oxon.* i. 161. ſeq.

TREVENAUNT [JOHANNES] juris civilis doctor. Scripſit *De praeſcriptis verbis.* Pr. " Super Rubrica non laborat." Mſ. colleg. Novi Oxon. 179.

TREVISA [JOHANNES] patria Cornubienſis, apud Caradok natus (Fuller's *Worthies* ex Carew) collegii Exon. dein reginalis Oxon. ſocius; poſtea vicarius de Berkley in comit. Gloceſtr. Thomae baronis de Berkley capellanus, et canonicus eccleſiae collegiatae de Weſtbury in comit. Wilts. ſive Gloceſt. Dugd. *Bar.* i. 360. Varias regiones peragraverat, nam lib. i. cap. 47. *De calore thermarum Bathonienſium* notam inferens dicit, ſe balneaſſe apud Aken in Germania, et apud Egges in Sabaudia. Juſſu nobilis viri Thomae Dom. Berkeley patroni ſui benigniſſimi tranſtulit in ſermonum Anglicum *Utrumque Teſtamentum*, lib. ii. " Ego Johannes Treviſa, ſacerdos." Hujus tranſlationis meminit G. Caxtonus in *Praefat.* ad tr. *Polychronici.* *Bartholomaeum Hantvillum De proprietatibus rerum*, lib. xix. Pr. pr. tranſl. " True it is that after the noble. Hujus tranſlationis et editionis per ſeipſum (quae editio eſt in bibl. Norwic. More, Mſ. 477. et impr. circa A. MCCCCXCIV. fol.) meminit Winkinus de Worde in *Praefatione* ad *Polychronicon* his verbis: " This tranſlation was ended at Berkeley the 6 day of Feverer MCCCLXXXVII. 11 Rich. ii. " the yere of my lordes age ſyre Tho. Berkeley, that made me make this tranſlation 47." [Nota ad finem impreſſ. libri, et Mſ. Norwic. Sed in Mſ. praefatione et ded. tranſl. deſunt.] Impreſſ. 1. Lond. MCCCCLXXI. Dein a Tho. Berthlet. Lond. MDXXXV. Et tandem correct. et auctius a Steph. Batman. Lond. MDLXXXII. fol. *Ranulphi Polychronicon*, lib. vii. Pr. pr. domino Thomae

Berkley. "Welthe and worſhip to my worthy." Mſ. Cotton. Tiberius, D. vii. Huic verſioni ipſe nonnulla appoſita tamen ſemper diſtinctionis nota de ſuo intexuit, praeſertim de rebus Glocestrenſibus (Berkleienſibus) lib. ii. cap. 1. 2. contra monaſtici ordinis petulantiam ac ſuperſtitiones, quas ſaepius exagitare ſolet, pro more ſecularium ſacerdotum, quos contra monachos ſemper defendit. (vid. lib. i. 24. vi. 10. vii. 28.) Verſionem ad finem perduxit, uti ex nota calci annexa patet, A. MCCCLXXXVII. (rectius juxta Cod. Cotton. MCCCLXXXV.) die 18 Aprilis, [uti Mſ. nota ad finem Mſ. Cotton. In Mſ. Teniſoniano nota Treviſae, in lib. i. cap. 59. *De deſuetudine linguae Gallicae*, vocat annum praeſentem MCCCLXV, (ut male habet codex impreſſus) 9 Rich. ii, qui eſt A. MCCCLXXXV.] Adeo ut palam lapſus ſit, ſeu incuria ſeu errato typographico, Caxtonus, qui in fine verſionis a ſe typis impreſſae adnotavit eam finitam eſſe A. MCCCLVII. Illam enim immutato paulülum Anglicae linguae archaiſmo et a ſeipſo ad annum uſque MCCCCLX, Edw. vi. regis primum, continuatam typis impreſſam evulgavit Londini MCCCCLXXXII. fol. Gul. Caxtonus. Primus liber hujus tranſlationis *Polychronici* ſeorſum impreſſus erat a Caxtono Weſtmonaſt. MCCCCLXXX. fol. vulgò praefixus *Hiſtoriae Brute* dictae, quam eodem anno et volumine edidit Caxtonus. Ipſamet autem Johannis de Treviſa verſio a Caxtono nondum perpolita extabat Mſ. in bibl. archiepiſc. Teniſon. Whart. *App.* Cave. p. 48. Fuit Anglice continuatum ab A. MCCCLVII ad MCCCCXCV. (ita *Praef.* ſed eſt tantum ad A. MCCCCLX.) Lond. MDXXVII. Haec editio in ſuburbio Southwarcenſi a Petro Treveris impreſſa MDXXVII videtur ad amuſſim ſequi editionem a Winkino de Worde, ſumtibus Rogeri de Thornie editam A. MCCCCXCV, quia habet *Introductoria carmina* et *Praefationem* Winkini, in qua promiſit hoc *Chronicon* ab A. MCCCLVII. (ubi definit Treviſa) ad A. MCCCCXCV continuare; attamen hic tantum habentur Caxtoni *Additiones* ad A. D. MCCCCLX. In editione MDXXVII, eſt *Tabula* ampla ex editione MCCCCXCV deſumpta, ut videtur. Hujus meminit in *Praefatione* Winkinus. Scripſit *De utilitate tranſlationum. Dialogum inter patronum et clericum*, lib. i. "Syth the tyme that the gret and mighty." Praefixus eſt verſioni *Polychron.* Lond. MCCCCLXXXII. fol. *Continuationes Polychronici per* LV *annos ad A. ſc.* MCCCXCIX. lib. i. "Dum praefatum Polychronici." *Geſta regis Arthuri*, lib. i. *Britanniae deſcriptionem*, lib. i. *Hiberniae deſcriptionem*, lib. i. *De memorabilibus temporum*, lib. i. *Genealogiam Davidis regis Scotiae.* Haec Mſ. citatur ab Uſſer. *Dogm. Hiſt.* p. 123. In eodem libro p. 430, Whartonus adnotat Johannem Treviſam tranſtuliſſe in linguam Anglicanam *Richardi Armachani defenſorium curatorum.* In Cod. Bodl. Digby 233, eſt tranſlatio *Vegetii de re militari.* Pr. "In olde tyme it was the manere." Haec veriſimiliter Treviſae debetur, quia facta erat ad mandatum dom. Tho. Berkley; A. MCCCCVIII in vigilia Omnium Sanctorum finita. In eodem codice ſimili manu habetur tranſlatio, cum eleganti pictura monachi regi librum dantis, *Aegidii Romani de regimine principum.* Pr. "To hys "ſpecial, etc. politik ſentence that is." Forte Treviſa ejus auctor. Claruit A. MCCCXCVII vel MCCCXCIX, et obiit 13 Henr. iv. Bal. vii 18. Pitſ. p. 567. *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 188. ii. 95. 97. Fuller's *Eccl. Hiſt.* iv. 151. Whart. Mſ. L. p. 637. ex *Reg* Wigorn. in bibl. Lambeth.

TREVOR [Sir DAVYDH] Perſon Lhan Algo ym mon. Poëta Cambro-Britannicus. Scripſit *Carmina* quaedam vaticinalia. Mſ. Worſl. quae citantur etiam a Johanne Harvey in *Libro de prophetiis.* Lond. MDLXXXVIII. 4to. Claruit circa A. D. MCCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

TREVOR [JOHANNES] ſive SION TREVOR, patria Cambro-Britannus, tranſtulit e Latino in Britannicum *Vitam S. Martini* Claruiſſe fertur A. D. MCCCCLXXXVIII. Lhuyd.

TREVOR [MICHAEL[a]] ſive TREGORIUS, e Corinia oriundus, qui ſuo ſaeculo vel clariſſimus erat, hoc tempore noſtratibus tam obſcurus eſt, ut de ſola nominis umbra, idque pauciſſimis, cognitus ſit. At quanta nunc domi obſcurior, tanto foris illuſtrior. Cadomum etenim, civitas non parvi apud Gallos pretii, ejus cum literas, tum alias virtutes multas ſacroſancta memoria vel hodie laudat, praedicat, extollit. Nae ego igitur eſſem homo omnium, quos terra ſuſtinet ingratiſſimus, niſi talem ac tantum accurata oratione commendatum, et ab injuria oblivionis vindicatum, patriae communi noſtrae reſtituerem. Itaque neceſſe habeo paulo altius cauſam repetere, quae Tregorium Cadomum uſque perduxerit[b]. Henricus quintus, Gallorum domitor, aucto jam in immenſum imperio, Nortomanniam prius ditionis ſuae provinciam frequentabat; ubi ab eruditis quibuſdam admonitus deeſſe gymnaſium, rem felicibus ingeniis ſumme utilem juxta ac neceſſariam, ſolicite curavit, ut locus omnibus opportunus modis deligeretur. Curanti vero ſuccurrit Cadomum, urbs cum antiqua, tum celebris, et praeterea aliquot regum Anglorum ſepulchris nobilitata.

[a] Michael Trevor, Tregureius, vulgo Tregury. Idem forſan cum mag. Michaele Trewynnarde, qui reſignavit aulam cervinam A. MCCCCXLIII. uti patet ex *Regiſtro* Oxon. A a a f. 32. circa ea enim tempora floruit Oxonii Michael Tregory, teſte eodem *Regiſtro.* Fuit procurator academiae Oxon. 13 Henr. vi. *Reg.* F. f. 34. a. Collegii Exonienſis ſocius ac rector fuit temporibus Henrici iv et v. In *Regiſtro* Oxon. F. f. 18. Epiſt. 53. ſunt literae teſtimoniales academiae Oxon. in gratiam hujus Michaelis, artium magiſtri, dat. 4 Dec. MCCCCXXX.—"Atteſtamur quod praedictus magiſter, poſt longaeva ſtudia in facultate artium "magiſtratum adeptus, illaeſae opinionis conſtantia firmatus "regentiam ſuam finaliter complevit. Adeoque quamdiu "ſua praeſentia coetum noſtrum decoraverat, ſe in apicem "honoris protulerunt glorioſae actionis praeconia, et morum "gravitate praefulgens matura Dei amorem et hominum im"maculati nominis titulo vendicavit." Vid. ibid. f. 50. Deinde S. theologiae doctor et publicus ejus facultatis in academia Oxon. profeſſor evaſit. Michael Tregone collatus ad archidiaconatum Barum in eccleſia Exon. Jun. 16, MCCCCXLV; et A. MCCCCXLVII, 21 Jun. mag. Mich. Tregowe S. theol. prof. inſtitutus eſt in rectoriam de Swafield ad praeſentationem regis. *Reg.* Norwic. xi. 9. Defuncto tandem Talboto ab Henrico vi rege, cui a ſacris fuit, ad archiepiſcopatum Dublinienſem provectus eſt. Pat. 28 Henr. vi. p. 1. 25 Sept. rex conceſſit clerico ſuo mag. Michaeli Tregone, capellano conſortis reg. Margaretae reginae cuſtodiam temporal. archiepiſcopatus Dublin.——Temporal. reſtitut. ei 10 Febr. A. MCCCCL. Rymer. *Foed.* xi. 260.

[b] Illic profectus eſt Tregorius A. MCCCCXVIII.

Quare ibidem, quae ſurgenti bonarum artium paleſtrae neceſſaria erant, omnia mature fieri praecepit. Deinde etiam, ne quid omnino operi tam pulchre inchoato deeſſet, de gubernatore deſignando, cujus et eruditio et gravitas inſignis eſſet, coepit agere. Quo tempore didicit quendam eſſe Tregorium Iſiaci, virum omni diſciplinarum genere inſtructiſſimum, ac gravitate eximium. Illum igitur per literas accerſitum munifice, ut regem decuit, donavit, academiaeque ſuae praefecit. Haec fuit origo Cadomenſis ſcholae, quam aliquot pontifices Romani ſuis privilegiis celebriorem reddiderunt. Tregorius autem injunctum ſibi a principe munus optime cum publice legendo, tum multa ſcribendo [c], quae Gallis potius quam nobis nota ſunt, adminiſtravit. De ejus obitu [d] nihil hactenus accepi, quod certo referam. Ex *Lelando*.

[c] Scripſit *Lecturas in Sententias*, lib. iv. *De origine illius ſtudii*, [Cadomenſis puto] lib. i. *Ordinarias quaeſtiones*, lib i. Pitſeus addidit *Contra Henricum Abrincenſem*, lib. i. Sed hoc opus rectius ſupra Michaeli Cornubienſi adjudicatur. [d] Praefuit archiepiſcopatui Dublinienſi annos 22, et Tawlaghtae deceſſit Decemb. 21 anno MCCCCLXXI; unde corpus Dublinium delatum in eccleſia S. Patricii prope altare S. Stephani tumulatum eſt. War. p. 132. Bal. viii. 14. Pitſ. p. 662. *Hiſt. et Ant. Oxon.* tom. ii. p 31. 95.

TREW [JOHANNES] reformatae religionis fautor, eoque nomine in carcerem regii banci regnante Elizabetha impingitur. Scripſit *De ſectis quibuſdam religioſis et contra praedeſtinationem.* Pr. " Hitherto I have ſuffered much injury." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 2. 7. Claruit A. MDLV.

TRICKINGHAM [HELIAS] ordinis S. Benedicti monachus in coenobio Petroburgenſi, Oxonii literis operam dedit, et tandem S. theol. doctor evaſit. Scripſit *Temporum annales ab A.* DCXXVI *ad* MCCLXX, lib. i. " Ab origine mundi in prima." Olim in bibl. Jac. Waraei, deinde penes dom. comit. Clarendon. Claruit A. MCCLXX. Bal. iv. 32. Pitſ. 350. Cave ii. p. 436. Quidam mag. Helias de Trykingham fuit rector eccleſiae de Souche Lincoln. dioec. et obiit MCCCLXI. *Regiſt.* Joh. Gynewell. epiſc.

TRICLOUS [JOHANNES] hiſtoriographus Anglus. Scripſiſſe fertur *Chronica quaedam de rebus Anglicis*. Pitſ. *App.* 883.

TRIPPE [HENRICUS] artium magiſter, inſtitutus in eccleſiam S. Stephani Walbrook London. 10 Nov. MDLXXII, quam reſignavit A. MDCI. Newcourt. i. 540. Idem forte Henr. Trippe inſtitutus penultimo Febr. MDLXIX in rectoriam de North-Okenden comit. Eſſex. quam reſignavit A. MDLXXXII. Newc. ii. 447. Tranſtulit in ſermonem Anglicum *Paupertatis regimen ab Andrea Hyperio conſcriptum*. Lond. MDLXXII. 8vo. A. Wood. Mſ. Cat. iv.

TRISTVARDH, poeta Cambro-Britannicus. Claruit tempore Urieni Rhegedenſis A. D. DXL. Lhuyd. Davis.

TRIVETUS [a] [NICOLAUS] Thomae Triveti equitis filius. In ipſa adoleſcentia Dominicanis, qui Londini habitabant, ſocium ſe adjunxit. Ubi cum prima ſuae profeſſionis fundamenta recte jeciſſet, Oxonium [b] nobilem academiam petiit, oculos, animum, ſenſus denique omnes ad literas convertens, quas poſtea ibidem, tanquam e pleno fonte, vel ad ſaturitatem uſque hauriebat. Deinde, quae eſt aviditas hominum videndi rerum juxta ac locorum varietatem, contulit ſe ad Pariſios (ut ipſe fatetur in *Prologo Hiſtoriae ſuae*, quam *De ſex regibus Anglorum* ſcripſit, id eſt, a Stephano ad ultimos annos Edovardi Longi) quo orbem diſciplinarum, quem feliciter inceperat, felicius abſolveret. Non ille equidem labor ſuo autori vanus fuit, nam paucis annis aſſecutus eſt id quod voluit, nempe cognitionem ſcientiarum mire variam. Tum, ut fieri ſolet, patriae amor, et ſtudium videndi propinquos illius animum occupabat. Quare mature Londinum reverſus eſt, non ſine publica Dominicanorum, quibuſcum antea vixerat, laetitia; id quod manifeſte apparuit, cum paulo poſt ab eiſdem praeſes electus eſſet, non ſine totius collegii ſui cum utilitate tum honore. Exercebat enim adoleſcentes ſuae curae commiſſos per omnes gradus virtutis et literarum, partim docendo et ſcribendo, partim etiam honeſtae vitae exemplis. Sed hic interim ne ignores, lector humaniſſime, fuit illud ſaeculum non uſque adeo felix, ſi linguarum puritatem, ſi ſplendida orationis ornamenta, ſi vim eloquentiae ſpectes. Non defuit tamen materia omnis gravitatis, ponderis majeſtatis, etiam pleniſſima; quae virtutes, quamvis aureum illud eloquentiae flumen pleno alveo ſecum non deferant, habent tamen quod ſtudioſi laudent. Haec ego praeluſi, ne, ſi quiſpiam delicatulus offendat in Triveto, quod apud Latiniſſimos autores non legerit, autorem alioqui doctum prorſus repudiet. Reſtat autem, ut ſis ſciens quot ille ingenii ſui monimenta chartis et poſteritati commendaverit. Scripſit enim haec, quae ſequuntur: *Commentarios in Senecam tragoedum* [c] " Ru-" dis adoleſcentiae," etc. *In transformationes P. Ovidii* [d]. *In problemata Ariſtotelis. In librum*

[a] Ex *Hiſtoria* Nicolai Tripodis, alias Triveti, quam a Stephano inchoavit, et uſque ad mortem Edwardi filii Henrici tertii deduxit, conſtat filium eſſe Thomae Trivet militis juſtitiarii itineris et coronae. Ita autor in *Hiſt.* ſub anno MCCLXXII. Patria Nordovolgius erat. Bale. Pitſ. Wharton. Thin. [b] Ubi gradu doctorali ornatus erat. Bale. Pitſ. [c] *In declamationes Senecae* ix, lib. viii. [al. lib. ix] Pr. dd. " Magiſtro Joh. Leweſham, con-" feſſori regis Angliae. Exacto ſeptenario annorum cur-" riculo." Mſ. in bibl. regia Weſtmon. 15. C. xii. Pr. L. " Filii [al. *Liberi*] potentes alant parentes." Mſ. Cantab. in col. S. Petri Cod. 15. et in bibl. Lumleiana. Mſ ejuſd. tituli et principii in Bodl. NE F. 8. 6. *In tragoedias* [x. Mſ Bodlei] lib. ix. " Sicut docet Tullius, duo ſunt." Mſ. Oxon. in bibl. Bodl. NE. F. 8. 6. Mſ. Bodleianum habet libros x, et incipit, " Tria genera theologiae diſtingui." Extant apud Bolton. Bur. num. 173. 158. 165. *In Epiſtolas S. Pauli ad Senecam et Senecae ad Paulum comment.* Pr. " Lucius a luce dicitur." Mſ. Oxon. in bibl. Bodl. NE F. viii. 6. Hujus (ut videtur) auctoris *Expoſitio in Senecae ludicra de morte Claudii*, lib. i. " Claudius agere animam " cepit," habetur in eodem codice. *In alia opuſcula Senecae*, lib. i. " Rudis adoleſcentiae petulentiam."
[d] Lib. xv. " A veritate quidem auditum." Mſ. Oxon. in coll. B. Joh. ab. 2. T. 91. et in coll. Merton. Q. iii. 1. Art. et N. vii 5. et Mſ. Cantab. coll. Caii K. iii. 11.

Boëtii

Boëtii de consolatione philosophiae [e]. "Explanatio librorum." *In libros Augustini de civitate Dei* [f]. "Gloriosa dicta sunt." *In Valerii libellum de non ducenda uxore* [g]. "Mulier si primatum habeat." *Historiam sex regum Angliae, a Stephano ad ultima Eadveardi Longi tempora* [h]. *Historiam ab orbe condito ad Christi nativitatem* [i], quam dedicavit Hugoni de Engolisma, archidiacono Cantiorum. *De perfectione justitiae* [k]. "Insinuavit mihi nuper." *Commentarios in Genesin* [l]. *In Psalterium* [m]. "Humana natura." *In regulam S. Augustini* [n]. *Quodlibeta* [o]. *De officio missae* [p]. Vixit, regnantibus Edovardo primo, secundo, et tertio; cujus imperii anno secundo obiit [q] fere septuagenarius. Sepultus est autem Londini, in collegio Dominicanorum. Ex *Lelando*.

[e] Lib. v. Pr. pr. "Explanationem librorum Boetii." Pr. L. "Consolationes tuae laetificaverunt animam." Ms. Bodl. NE. D. i. 15. Oxon. et Ms. bibl. Theyer. 41. et 242. Ms. Norwic. More. 74. In praefatione sunt multa notatu digna historica de Boetio. Extat etiam nostri *Comment. in eundem de disciplina scholarium*, lib. i. "Boëtius in libro de "Trinitate." [f] Lib. i. "Gloriosa," etc. Ms. bibl. reg. Westmon. 14. C. xiii. 8. Ms. colleg. Merton. O. iii. 12. Art. Ms. Bodl. NE. F. viii. 6. et Ms. Bodl. Laud. L. 33. et Cantabr. in bibl. S. Petri Ms. 24. 2. In hoc opere conficiendo adjutorem habuit Thomam Walleis sive Anglicum. Extat sub utriusque nomine Mogunt. MCCCCLXXIII. fol. Lovan. MCCCCLXXXVIII. Tholosae MCCCCLXXXVIII. Venet. MCCCCLXXXIX. Friburgi MCCCCXCIV. fol.

[g] Lib. i. "Loqui, etc. Sciendum quod tres fuerunt "Valerii." Ita Ms. Oxon. coll. Lincoln. Arch. Austr. 17. et Ms. colleg. Univ. E. 8. [h] Sc. ab anno MCXXXV ad MCCCVII [MCCXVII. Ms C. C. C. C. MCCLXXII. Ms. Harl. xxxiii. C. 2.] Pr. "Atheniensium Romanorumque "res gestas." Edit. ex Ms. Glaston. ab Ant. Hallo Oxon. MDCCXIX. MDCCXXII. 8vo. Ms. in bibl. collegii Corp. Chr. Cantab. F. 10. Ms. Gresham. 46. Ms. colleg. Merton. Oxon. P. 4. 7. Art. Extat etiam edita a Luca Dacherio *Spicileg.* tom. viii. Sed editio haec multum differt a Ms. in bibl. Merton. *Historia* haec etiam inscribitur *Catalogus regum Anglo-saxonum, durante heptarchia*: Ms. Oxon. in coll. Merton. citat. *Annales regum Angliae, qui a comitibus Andegavensibus originem ducunt*, lib. i. "Atheniensium," etc. Ms. Cotton. Otho D. viii. [i] Liv. v. "Inter "eos, qui mundi concedunt." Hoc opus in biblioth. Buckfastre olim vidit Lel. *Collect.* iii. p. 257. Extat Ms. bibl. reg. Westmon. 13. B. xvi. et Ms. bibl. Theyer. 128. Porro extant *Historia a Christo ad suum tempus*, lib. i. *Hist. Angl. ab anno* MCCLXXXVII *ad* MCCCXXIII. Pr. "A. D. MCCLXXXVII obiit Honorius papa iv." Ms. Cotton. Nero, D. x. *De gestis imperatorum, regum, et apostolorum*, Gallice, lib. i Ms. in bibl. Magdal. Oxon. 45. Quaedam de S. Augustino ex hoc Gall. *Chron* edidit Spelmannus *Concil.* tom. i. p. 104. *Les cronicles qe frere N. Trevet escript à dame Marie la fille mounseignour le roi Edward le Fitz Henri* (a pr mundi ad temp. Edw. II.) "Por "ceo ge nous sumez avisez." Ms Gresham. 56. *Appendix ad chronica*, lib. i. [k] Olim in bibl. Carmelitarum Londini. Leland. *Collect.* iii. 51. [l] Lib. i. "Corruptio humanae naturae ex primo." [m] Ad Joannem, suum in Anglia provincialem, lib. i. "In Psalterio "decachordo psallam tibi." Ms. Bodl. supra M. 4. Art. 132. "Inter celebres Veteris Testamenti translationes." Leland. *Collect.* iii. p. 50. in bibl. Dominic. Londin. hi *Comment.* dedicantur Humphr. D. Glocest. *Regist.* Epist. Oxon. F. f. 67. b. [n] Lib. i. "Inter multas et va"rias, religiosam." Ms. Mus. Bodl. 143. Et Ms. in bibl. Lumleian. nunc in bibl. reg. Westmon. 8. D. ix. 2.

[o] *Theologiae*, lib. i. [p] Lib. i. [vii. Ms. Merton.] dd. ad Joh. episcopum Bath. et Well. Pr. ep. "Reve"rendo, etc. Mundanae machinae fundamenta." Pr. pr. "Fons," etc. Pr. lib. "Rogatus a quibusdam ut de "missa." Ms. in bibl. Lambeth. 150. fol. et in bibl. Burg. S. Petri et Spalding apud Boston. Bur. In colleg. S. Petri Cantabr. Ms. 62. 1. et colleg. Merton. Oxon. O. 8. 3. et in bibl. Croyland. juxta Bost. Bur. Ms. habetur *De missa et ejus partibus*, lib. vii. "Fons sapientiae ver"bum Dei." Extat etiam *Ordo missae*, seu *Speculum sacerdotale*. Sed forsan iidem sunt tractatus. Scripsit etiam noster *Annotationes temporum ab exordio mundi*, lib. plur. (v. *Add.* Bal. Ms. Trin.) Pits. Idem cum *Historia ab orbe condito, etc.* Bal. *In Exodum*, lib. i. "Deus visitabit vos, "et ascendere." *In Leviticum, ad Haimericum, sui ordinis generalem*, lib. i. *Expositionem librorum legis Mosaycae*. Ms. in bibl. collegii Mert. O. viii. 3. cui praefigitur *Epistola Haimerici* ex capit. generali gratias referens pro *Genesi* et *Exodo*. *In Paralipom n.* lib. ii. "Inter celebres Vete"ris Testamenti." *Supra sacra Biblia dicta sanctorum patrum concatenando*, lib. plur. *De computo Hebraeorum*, lib. i. Ms. in colleg. Merton. O. viii. 3. *De virtutibus*, lib. i. *De peccatis*, lib. i. *De scuto veritatis contra impugnantes statum perfectionis*, lib. i. *De fato, cum opusculis theologicis*, lib. i. Ms. Oxon. in bibl. Bodl. NE F. 8. 6. sunt *Quaestiones sex de fato*, et aliae quaedam *De sortibus, De miraculis, pollutione nocturna, etc.* quae fortasse huic debentur. *Quaestionum variarum* lib. i. Quaestio determinata per mag. Nicol Trivet de ordine Praedicatorum, *An omnia sunt admittenda, quae tradit ecclesia circa passionem Domini?* extat Ms. col. Corp. Chr. N. 7. Cantab. et Ms. bibl. reg. Westmon. 6. B. xi. 13. *Expositionem historiarum externarum, quarum fit mentio apud S. Augustinum*. Ms. Bodl. NE. F. viii. 6. ii. *De astronomia*, lib. i. *Super Titum Livium*, lib. i. *Super Juvenalem*, lib. i. *Canones de conjunctionibus, oppositionibus, et ecclypsibus solis et lunae. Super tres priores libros Sententiarum*. Pr. "Materia hu"jus primi libri potest trahi." Ms. Lambeth. 347. *Gesta temporum*, lib. i. Bale. Ms. Glynn. In codice Ms. Bodl. NE. F. 8. 6. saepius memorato, extant *Extractio compendiosa dictorum sive conclusionum ex politicis Aristotelis, cum notabilibus aliorum philosophorum* (viz. Tullii, Senecae, etc.) *adjectis*. Pr. "Tullius. Nulla vitae pars neque publicis." *Expositio in parabolas Salomonis*. Pr. "Quod dicitur in "parabolis." Quaere an haec opera Trivetum agnoscunt auctorem? [q] Obiit an. MCCCXXVIII. Thin.

TROKELOW [JOHANNES] monachus, ut videtur, S. Albani. Scripsit *Annales ab A.* MCCCVII *ad* MCCCXXIII. Pr. "Anno Domini MCCCVII, nonas Julii, Edvardo." Ultimum caput est *De morte And. Hercele*. Ms. Cotton. Claudius, D. vi. 8.

TRUMHERUS [a] ex nobili regum Nortabrinorum genere originem duxit, qui, cum maximae spei juvenis esset, relicto aulae strepitu et pompa, literas et sanctiorem vitam solicite quaesivit, ac invenit: unde et monachatus ei perplacuit. Hujus viri longe clarissimi scriptores veteres multi honestam fecere mentionem, inter quos et Beda Girovicensis. At ille, quisquis is fuit, qui *Vitam Osuuini*, regis Nortabrinorum et martyris, scripsit, unus instar multorum ejus vitam breviter, at interim significanter exprimit: cujus et haec verba sunt: "In Gedlingo, modo GILLINGER "vocato, non procul ab urbe Richemondiae sito, regina Eanfleda, Oswii regis uxor, et regis "Osuuini propinqua, in expiationem necis ejus, impetrata a rege Oswio licentia, monasterium [b] "construxit; in quo orationes assiduae pro regis occisi, et ejus, qui occidere jussit, animae salute "quotidie Domino deberent offerri; et virum devotum, nomine Trumherum, natione Anglum, "a Scottis ordinatum et edoctum [c], regis occisi propinquum, constituit abbatem: qui postea sub

[a] Trumherus Gedlingensis. Bal. Whart. Godwin. [b] Ingethlingese. [c] Apud Scotos educatus juxta Godwinum, et a Scotis episcopis consecratus. Whart. *Angl. Sacr.* i. 425.

"rege

" rege Merciorum Wolpherio, in provincia Merciorum et mediterraneorum Anglorum episcopus " effectus, gentium multitudinem ad fidem convertit." Haec ille. Praecesserant in sede Lichfeldensi Diuma et Ceolachus, homines Scotti; at Anglus ille tertius; cujus monumenta literaria[d], ut fertur, et credibile est, Danica tempestas, vehementissima quidem illa, abstulit. Ex *Lelando*.

[d] Scripsit Trumherus *De officiis ecclesiasticis*, lib. i. *Homilias ex S. Scriptura*, lib. i. *Epistolam ad ecclesias Scoticas*, lib. i. Obiit anno DCLXII. Whart. *Angl. Sacr.* i. 425. Godw. p. 363. Claruit anno DCC. Bal. i. 89. Pitf. p. 113. Dempst. xviii. 1145.

TRUMWINUS, monachus Streneshalensis, episcopus Pictorum. Scripsit *Decreta synodi*, lib. i. Claruit A. DCLXXX. Dempst. xviii. 1111.

TUCKA [BRIANUS] illustris generis eques auratus, et, Lelando teste, Anglicae linguae eloquentia mirificus. 14 Henr. viii. constitutus secretarius regis pro lingua Gallicana, cum stipendio centum marcarum annuarum. Ms. Ashmol. 861. Fuit clericus parliamentorum tempore Henrici viii. Ibid. et thesaurarius camerae regis 36 Henr. viii. Ibid. Anno MDXXVIII thesaurarius camerae et unus secretariorum regis cum Cuthberto episcopo London. legatus ad regem Franciae. Rymer. *Foeder.* xiv. 259. Adversus Polydorum Vergilium, quod in multis labefactasset patriae suae gesta edidit *Chronicon quoddam*, lib. i. *Chaucerumque elucidavit*, lib. i. Et alia fecit multa. Citatur inter autores unde *Chronicon* et *Historia* Hollingshedi desumpta sunt. Claruit anno Domini MDXL. Bale. par. post. 103. Juxta Stow. *Lond.* p. 292. Obiit anno MDXXXVI, et in ecclesia S. Margaretae Walbrook sepultus est.

S. TUDA, natione Scotus, episcopus Northumbrorum. Vid. Bedae *Eccl. Hist.* lib. iii. c. 26. Scripsisse fertur *Ad ecclesias Northumbricas*, lib. i. *De Paschae celebratione*, lib. i. Obiit circa A. DCLXIV (ante medium anni DCLXIV. Whart. *A. S.* vol. i. 693.) Colitur 21 Octobr. Dempst. xviii. 1144. Godw. ii. p. 93.

TUNBERTUS[a], a Mariano cathed. dictus, monachus, ut ego conjecturam facio, Lindisfarnanus, eo eruditionis famae pervenit, ut, exulante Wilfrido, secundus antistes Hagustalduno designaretur[b]: quo honore tribus annis functus, ac postea inter literas privatus consenuit, relicta[c] dignitate Cutheberto, cui et Eata statim successit. Argumentum ejus luculentae doctrinae vel hinc magnum colligere licet, quod praecipuus inter Bedae Girovicensis praeceptores annumeretur[d]. Ex *Lelando*.

[a] Tumbertus, a Baleo et Pitseo omittitur.
[b] Anno DCLXXXI. [c] A Theodoro archiepiscopo depositus est in synodo Twifordensi sub exitum anni DCLXXXIV. Causa depositionis latet. Successor ejus designatus est S. Cuthbertus, cui cum sedes Lindisfarnensis magis placeret, Eata Lindisfarnensem in ejus gratiam abdicavit, et Hagustaldensem accepit. Whart. *Angl. Sacr.* tom. i. p. 694. ex Bed. l. iv. cap. 28. [d] Tumbertus episcopus, monachus Glastoniae obiit A. D. DCCCLXVI. *Monast. Angl.* i. 8.

TUNDALUS, sive TUNGALUS, in Momonia natus, patria Casseliensis, vel, ut alii volunt, Corcagiensis, eques auratus. Sub ejus nomine extat *Visionum suarum* lib. i. " Cum anima mea cor- " pus exueret." Ms. coll. Magdal. Oxon. 53. Habetur etiam in *Sanctilogio* Jo. Tinmuthensis. et in *Speculo historiali Vincentii*, lib. xxvii. cap. 88. In Ms. Bodl. NE. B. 3. 16. male Fundalus dicitur. Vide supra. Claruit A. MCXLIX. Bal. xiv. 87. War. p. 55.

TUNSTALLUS [CUTHBERTUS] apud Hatchfordiam in agro Richmondiensi obscuris parentibus natus circa A. D. MCCCCLXXVI. Leland. *Collect.* viii. p. 43. Hollinsh. iii. 1185. Dicitur Lelando, *Itin.* viii. 27. fuisse filius nothus cujusdam Tunstali, et alterius filiarum . . Conyeris. In collegio Baliolensi Oxon. academicorum studiorum tyrocinia videtur posuisse circa annum MCCCCXCI. Quamdiu artibus ibidem vacaverit, et an gradu aliquo ornatus fuerit, non liquet. Postea pestem Oxonii grassantem evitandi gratia Cantabrigiam adiit. Exterarum deinceps gentium desiderio ductus Italiam invisit, ibique in academia Paduensi per ea tempora totius Europae florentissimae operam literis humanioribus, et juri civili, cujus facultatis doctoratum adeptus est, dedit. In patriam reversus, variis dignitatibus ornatus est. Anno MDVIII 24 Martii ad titulum beneficii sui, viz. ecclesiae de Stanhop, Dunelm. dioec. ordinatur subdiaconus per Ric. episcopum Lond. in ecclesia de Fulham. *Regist.* Fitzjames episc. London. Deinde cancellarius et vicarius generalis archiepiscopi Cantuar. Warhami factus ordinatur presbyter per Joh. Thornton, suffraganeum episc. 19 Aprilis MDXI, et fit judex curiae praerogativae 25 August. eodem anno. *Regist.* Wharham. Postea archidiaconatu Cestriae, et praebenda in ecclesia Ebor. anno MDXVI 12 Maii donatus erat. Non longe post magister rotulorum curiae cancellariae, praebendam de Comb et Harnham in ecclesia Sarum anno MDXXI 26 Maii obtinuit. *Regist.* Audley episc. Sarum: et mense Junio sequente decanus Salisburiensis constituitur. Inde ad episcopatum Londinensem anno MDXXII evocatus; custos privati sigilli anno MDXXIII 25 Maii, Rymer. *Foed.* xiv. 1. et tandem ad episcopatum Dunelmensem translatus anno MDXXX. [Anno MDLI regi Edwardo vi a secretis consiliis fuit, aetatis 76. Fox. 1 edit. 828.] Dum episcopus Londinensis erat, bibliothecam quandam Cantabrigiensem libris quamplurimis tum Mss. tum impressis ornavit. Fr. Thin. apud Hollinsh. iii. 1185. Religionis causa temporibus Edwardi vi episcopatu depellitur, cui restituitur initio regni Mariani. Ast anno MDLIX, rerum summa potiente Elizabetha, rursus depulsus, et in liberam custodiam Matthaei archiepiscopi Cantuar. apud Lambetham traditus est, ubi eodem anno diem obiit 18 Novemb. Scripsit *De arte supputandi ad D. Tho. Morum*, lib. iv. " Jam ante aliquot " annos,

"annos, mi More." Lond. MDXXII. 4to. Horum fini adjicitur *Appendix* ex Budaei libro *De asse* excerpta; in qua prisca Latinorum et Graecorum supputatio ad aestimationem pecuniae tum Gallicae tum Anglicae revocatur. Princ. "Operae pretium esse putavimus." MDXXIX. 4to. per Rob. Steph. Paris. MDXXXVIII. 4to. Argentor. MDLIV. *In laudem matrimonii orationem habitam in sponsalibus Mariae filiae Henrici* viii *et Francisci Francorum regis primogeniti.* Princ. "Vetustus omnium "gentium, omniumque nationum." Lond. MDXVIII. 4to. Paris. ex aed. Ascensianis . . . 4to. *A sermon on Palm sunday before K. Henry* viii *on Phil.* ii. *from verse* 5. *to* 12. London MDXXXIX. 8vo. et MDCXXXIII. 4to. Quaedam ex hac concione in Reginaldum Polum satis acerba habentur apud Hollinsh. vol. iii. p. 1164, 1165. *De veritate corporis et sanguinis Domini in eucharistia*, lib. ii. Lutet. ex offic. M. Vascosani MDLIV. 4to. Princ. "Quis dabit capiti meo aquam." In Ms. Lambeth. 140. fol. ad finem est ejusdem auctarium: *Hymnus in laudem Jesu.* Princ. "Jesu, "praeconia quis tibi sedula." Hoc opus absolutum est anno aetatis ejus 77, qui fuit annus Domini MDLI. *Compendium et synopsin in* x *libros Ethicorum Aristotelis.* Princ. "Quoniam fre- "quenter inter philosophos." Paris. MDLIV. 8vo. *Contra impios blasphematores Dei praedestinationis opus.* Princ. "Quoniam in hac tempestate." Antwerp. MDLV. 4to. *God'y and devout prayers in English and Latin*, MDLVIII. 8vo. *His and the letter of John Stokesly, bishop of London, to cardinal Pole*, Lond. MDLX. 8vo. et MDLXXIX. 4to. Princ. "For the good will that we "have." Extat apud Fox. p. 1065. et 1 edit. 613. Idem videtur esse cum libro apud Baleum ix. 35. h. t. *Contra primatum Romani pontificis. Praefationem in Jo. Redmanni de justificatione opus.* Princ. "Hac turbulenta saeculi nostri." Antw. MDLV. 4to. *Commentarios in Apocalypsin*, quos alii D. Ambrosio, alii Berenguardo tribuunt, qui sunt Oxonii Ms. in colleg. Corp. Chr. et Eboraci. [Hos auctor noster tantum edidit, non composuit] *In versione Novi Testamenti per Guilh. Tindallum plus quam bis mille corruptelas notavit. Elegantium sermonum* lib. i. *Epistola consolatoria ad regem Henricum* viii *post mortem reginae Janae.* Anglice. Ms. Cotton. Titus, B. i. 7. *Epistolarum ad Budaeum et alios*, lib. i. *Epistola regis Henrici* viii *contra Germanorum opiniones ad oratores—de utraque specie—collecta per Cuthbertum Dunelm.* et recognita manu regis Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. E. p. 1. Extant sub ejus nomine in *Append.* ad *Histor. Reform.* Gilb. Burnet. *Quod confessio auricularis sit de jure divino.* Pr. "Probari videtur ex illo." Latine in *App.* ad tom. i. p. 333. *His letter to the protector, proving the subjection of Scotland to England.* Pr. "Please it your Grace." Anglice in *App.* ad tom. ii. p. 97. *Responsa ad quaesita quaedam de missa.* Princ. "The sacrament of the altar was instituted." Anglice in *App.* ad tom. iii. p. 167. Obiit anno aetatis 85 et sumptibus archiepiscopi in ecclesia parochiali Lambethana sepultus est, concionante Alex. Nowel. cujus tumulo marmoreo *Epitaphium* a D. Gualtero Haddon compositum inscribitur. Vide *Encomia*, etc. in Joh. Lelando. Strype in *Vita Parker.* p. 47. Obiit 18 Nov. MDLIX, Ms. Bale. Glynn. 29 Nov. MDLIX, Ms. Ashmol. 860. p. 511. Strype *Elizab.* p. 145. Vid. *Athen. Oxon.* i. 127.

[a] TUNSTEDUS [SIMON] sive DUNOSTADIUS, Franciscanus, tantae vir famae suo fuit saeculo, ut unus visus vel dignissimus, qui universo Chordigerorum Anglicorum conventui praeesset. Philosophiam, quae reliquis adminiculatur artibus, multa industria, cura, labore etiam perdidicit: qua parte, *Aristotelis* admiratus *Meteora*, expeditus *Commentariis* opus alioqui illustre illustrius reddidit [b]. Ex *Lelando.*

[a] "Simon de Tunstede, patria Norfolciensis, ordinis "S. Francisci frater in coenobio Norwicensi, inde Oxoni- "am missus est, ubi S. S. theologiae doctor an. MCCCLI, "et tandem totius ordinis in Anglia praeses provincialis."

[b] Praeter librum in *Arist. meteora* scripsit artis musicae callentissimus, *De quatuor principalibus musices*, lib. i. "Quoniam circa musica, Deo auxiliante." Ms. Bodl. NE. D. 3. 8. Forte idem cum libello, cui titulus, *De musica continua et discreta, cum diagrammatibus.* Vide A. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii 5. Quaedam etiam mutavit et addidit Albioni Ricardi Walingford. Pr. "Albeon est in- "strumentum geometr." Ms. Bodl. Laud. F. 55. Ms. Norw. More 678. Vide infra in RIC. WALLINGFORD. Obiit anno MCCCLXIX, et sepultus jacet in coenobio sanctimonialium de Brusyard in comit. Suffolc. Bal vi. 35. Pits. p. 502.

TURGOTUS, prior Dunelmensis, et dein archiepiscopus Sanctandreanus A. MCIX consecratus. Obiit A. MCXV prid. cal. April. Scripsit juxta Baleum *De Scotorum regibus*, lib. i. *Chronica Dunelmensia*, lib. i. *Annales sui temporis*, lib. i. *Vitam Malcolmi regis*, lib. i. *Vitam Margaritae reginae*, lib. i. In Ms. Cotton. Tiber. D. iii. 45. *Translatio et vita S. Margaretae reginae Scotorum ad Mathildem reginam per Turgotum*, cap. xiv. Pr. pr. "Venerandae memoriae matris vestrae." Bal. ii. 60. Pits. 1115. Selden. *Opp.* tom. ii. p. 1145. seqq. Cave. ii. p. 378. Hollinsh. ii. p. 460. Stillingfl. *Praef. Orig. Britan.* p. 56. Wharton. *A. S.* tom. ii. p. 234.

TURNHAMIUS [ROBERTUS] Franciscanus, theologiae professor insignis, Lini, celebri Icenorum ad ripas Isidis emporio, collegio suorum magnifice praefuit. Erat hic Robertus patientissimus laborum, et eloquentia in concionibus sacris ad miraculum usque profluenti. Eadveardus princeps, cognomento Longus, bellicam expeditionem contra Saracenos, Assyriam incolenteis, parabat. Ad tantam quaesitus quoque orator vehemens, qui plebis in causa religionis animos excitaret. Turnhamius principi visus vel dignissimus, qui munus obiret. Sic tanquam signifer constitutus, Assyrios una cum Anglico exercitu petiit, ac officium non sine laude suum praestitit [a]. Ex *Lelando.*

[a] Claruit MCCLXXX. Bal. xiii. 82. ex Lel. Pits. *App.* p. 904.

TURBIDA VILLA [GEORGIUS de] vulgo TURBERVILL, filius natu minor Nicholai, ex antiqua et generosa familia apud Whitchurch in agro Dorset. natus, atque in schola collegii Wickhamiae prope Wintoniam literis grammaticalibus imbutus, ad collegium Novum Oxon. transmissus erat, cujus socius perpetuus evasit A. MDLXI. Spencero fuit familiaris. Hinc ad unum ex hospitiis Londinensibus juris municipalis studiis sacratis se contulit, et mox ab epistolis erat Thomae Randolph armigero, legato ad imperatorem Russiae. Scripsit *The book of falconrie or hawking.* Pr. praef. carmine. " I deeme that nor man doubts." Pr. pr. prosa. " We find this a " general rule." Lond. MDCXI. 4to. 2 edit. Cum eodem compactus est *A book of hunting, translated out of French, with last additions of the translator :* Quaere an sit hujus Turbervilli. *Poems describing the places and manners of the country and people of Russia :* Extant in Hakluyt's *Voyages*, vol. i. p. 384. seqq. *Epitaphs, epigrams, songs, and sonnets. Ad Annam comitissam Warwic.* Pr. epist. " As at what time, Madam, I first." Lond. MDLXX. 8vo. 2 edit. auctior Lond. MDLXXXVII. 8vo. *Carmen Anglicum ad finem historiae Lazar. de Tormes translat. a Davide Roland.* Lond. MDLXXXII. 12mo. Transtulit ex Italico in Anglicum ad fr. Nicol. *Tragical Tales.* Pr. ep. ded. " Albeit your many and great." Lond. MDLXXXVII. 8vo. Ad finem hujus editionis sc. a fol. 144 ad finem sunt *Epitaphs*, etc. *and three epistles in verse about Russia. Mantuani eglogas in rhythmos Anglicanos transtulit.* Lond. MDXCIV. et *Ovidii heroidum epistolas cum responsionibus A. Sabini.* Pr. ded. Thomae Howard vicecom. Hindon. (qui moriebatur ante annum MDLXXXII.) " Right noble. Indebt- " ed to your honour." Pr. tr. ep. Penelope Ulissae. " To thee that lingrest all too long." Lond. . . . by J. Charlewood, printer to the Howard family, 12mo. Et Lond. MDC. 2 edit. Claruit A. D. MDXCIV. Quando mortuus sit, non constat. *Athen. Oxon.* tom. i. p. 275.

TURBES [GULIELMUS] dictus, genere Normannus, primo monachus, dein prior, et tandem episcopus Norwicensis; Thomae Becketi partibus addictissimus. Scripsit *Contra laicos fratres epistolas tres.* Mf. bibl. Bodl. Digby 36. Obiit 16 cal. Januar. MCLXXIV, et sepultus est in presbyterio ecclesiae Norwicen. Wharton. *A. S.* vol. i. 409.

TURNBULL [GULIELMUS] (Dempst. 623.) primum privati sigilli custos, dein episcopus Dunkeldensis, et tandem episcopus Glascuensis, academiae ibidem fundator. Scripsit *Academiae Glascuensis statuta*, lib. i. *Ad academiae suae professores orationem.* Claruit A. MCCCCLVII. Dempster. xviii. 1146.

TURNBULL [HUGO] S. theol. professor; qui Patavii studiis incumbens religionem pontificiam amplexus erat; regnante tamen Elizabetha ecclesiae Anglicanae articulis subscripsit. A. MDLIV 30 Martii praesentatus a regina ad canonicatum ecclesiae Cantuar. vacantem per deprivationem Bernard. Ochini. Postea decanus Cicestrensis installatus 27 April. MDLVIII, qui locus vacabat per mortem hujus Hugonis 21 Dec. MDLXVI. In Mf. coll. Corp. Chr. Cantabr. Miscell. v. Decanus Cestriae fuisse dicitur; et Mf. ibid. xx. p. 85. ecclesiae Christi Cantuar. praebendarius A. MDLX. Vide Strype *Elizab.* p. 290. Extant ejus *Epistola M. Parkero archiep. Cant data Cantuariae. 5 Maii* MDLXVI. Mf. coll. Corp. Chr. Cantab. Miscell. i. p. 861. *Epistola Hugonis Turnbulli Angli, Patavii studentis ad Reginaldum Polum*, quem laudat ob zelum erga religionem papisticam. Mf. Twyne, vol. iv. in bibl. coll. Corp. Chr. Oxon.

TURNBULL [RICHARDUS] patria Lincolniensis, collegii Corp. Chr. Oxon. alumnus, et postea socius. Artium magister collatus per dom. archiep. Cantuar. 26 Sept. MDLXXXII ad rectoriam S. Pancratii Soperlane, London. Fuit curatus S. Mariae Colechurch, London MDLXXXIII. Newc. i. 448. 519. Scripsit *An exposition on the canonical epistle of St. James.* Lond. MDXCI. 8vo. *in* xxviii *sermons. Exposition on the canonical epistle of St. Jude.* Ibid. *in* x *sermons. Four sermons on Psalm* xv. Ibid. Omnia simul edita Lond. MDCVI. 4to. post mortem autoris. *Athen. Oxon.* i. 327.

TURNERUS [GULIELMUS] apud Morpeth in agro Northumbrensi in lucem editus, et Cantabrigiae ductu Hugonis Latimeri, emenso philosophiae stadio, medicinae studio se addixit, et socius collegii Pembroch. electus fuit. Parker. *Scel. Cantab.* Deinde ad theologiam sua studia convertit, et totam fere Angliam peragravit, in pagis et civitatibus verbum Dei, secundum dogmata Lutheri, praedicans. Quapropter carceri mancipabatur, et postea exinde liberatus in Italiam se proripuit, ubi Ferrarae doctor in facultate medica factus erat; deinde, regnante Henrico viii, Basileae, Argentorati, Bonnae, Coloniae, et in aliis Germaniae civitatibus degit. Ineunte vero Edwardi vi regno in patriam reversus, praebendarius de Botevant in ecclesia cathedrali Ebor. canonicus Windesoriensis, et A. MDL decanus Wellensis renunciatus erat. Ordinabatur presbyter A. MDLII 21 Decemb. *Regist.* Rydley. Circa haec tempora incorporabatur medicinae doctor Oxoniae, et Edwardi ducis Somerset. domini protectoris medicus factus: unde *Epistola* ejus praefixa *Nominibus herbarum, etc.* data est, from his grace's house at Syon A. D. MDXLVIII. 15 Mart. Tempore Edwardi vi, vel sub principio regni Mariae, membrum erat domus inferioris parliamenti. *Spiritual physic.* f. 1. b. et f. 44. b. Temporibus Marianis iterum ad exteros trajecit, et in Germaniam primo, inde Romam, et tandem Basileam contendit. Extincta vero Maria patriae et dignitatibus restitutus erat. De eo in Mf. C. C. Chr. Cantab. Miscell. v. ita: "Will. Turner, M. D. " decanus eccl. Wellen. presbyter doctus, residens, hospitalis, lic. ad praedicandum, conjugatus, " nullum habet beneficium praeter decanatum." Et a Strype in *Vita Grindal.* 98. illorum catalogo annumeratur, qui propter habitus A. MDLXIV a beneficiis sequestrati vel deprivati erant. Controversiam enim resuscitavit per librum scriptum, transcriptum, et publice divulgatum hac de materia

Habituum

Habituum ecclesiasticorum. Scripsit *The huntynge and finding out of the Romish fox, which more than seven yeares hath ben hyd among the bishops of Englande, after that the king's highness had commanded him to be dryven oute of the realm.* Basil. MDXLIII. 8vo. sub nomine Will Wraughton. Pr. ded. regi Henr. viii. " Althoughe sence the tyme." Hujus meminit Henr. Stalbridge in *Epist. contra episcopos.* *Avium praecipuarum, quarum apud Plinium et Aristotelem mentio est, brevem et succinctam historiam; adjectis Graecis, Germanicis, et Britannicis nominibus ad principem Edwardum.* Colon. MDXLIV. 12mo. Pr. " Prudens admodum, et, si quid ego." *The rescuing of the Romish fox; otherwise called the examination of the hunter, devised by Steph. Gardiner. The second discourse of the hunter at the Romish fox, and his advocate Steph. Gardiner.* . . MDXLV. 8vo. sub nomine Will. Wraughton. Pr. ded. Henr. viii. " It is not unknown unto your princely." *The hunting of the Romish wolf.* Pr. pr. " There hath rysen up of late." (tempore Mariae) 12mo. *A new dialogue, wherein is contayned the examination of the mass, and of that kind of priesthood, which is ordained to say mass, and to offer up for the remission of sin, the body and blood of Christ again.* Six speakers in this dialogue. Pr. pr. " Althoughe it be not belongyng unto my profession." London . . . 8vo. *New herball, wherein are contained the names of herbs in Greek, Latin, English, Dutch, and French, and in the apothecaries and herbaries, with the properties, degrees, and natural places of the same.* Part. ii. Part. i. ded. Edw. duci Somers. " Although, most myghty and chri-" stiane prince there." Lond. MDLI. fol. Part. ii. ded. Thomae dom. Wentworth. " It is not un-" knowen unto a great." Colon. MDLXII. fol. Antequam hoc *Herbarium novum* ederet, scripsit *Libellum continentem herbarum nomina Graeca, Latina, Anglica, Teutonica, et Gallica.* Pr. ded. Edw. Duci Somerset. " In a certin litle boke which I set." Lond. MDXLVIII. 12mo. Johnson. in *Praefat.* ad *Gerhardi herbarium.* *A preservative or triacle against the poyson of Pelagius, lately renewed and stirred up again by the furious sect of the Anabaptists.* Ad Hugonem Latymer. " The " same thing chaunceth." Lond. MDLI. 12mo. *A new book of spiritual physick for divers diseases of the nobility and gentlemen of England,* lib. iii. Ad duces Norfol. et Suffolc. " Right myghtye " princes." A. MDLV. 8vo. Liber hic falso impressus esse dicitur Romae per Marc. Anton. Constantium, alias vocatum, Thrasonem militem gloriosum. Typis enim Anglicis exprimitur et in titulo libri sunt quatuor versus Latini Gul. Turneri ad nobilem Britannum. Vid. Strype in *Vita Cranmer.* p. 357. Sub finem libri extant *Preces Danielis* ex cap. ix. *A book of the natures and properties as well of the baths of England, as of other baths in Germany and Italy.* Ad Edv. comitem Hertford. Pr. " After that I had bene in Itali." Collen MDLXII. fol. MDLXVIII. Pr. Hujus editionis: vicinis suis de Bath. Wellen. Windsor. *Treatise of the bath at Bath in England.* Ibidem. *Of the nature of all waters.* Ibidem. *Of the natures and properties of all wines, that are commonly used in England: with a confutation of them that hold, that Rhenish and other small wines ought not to be drunk, either of them that have the stone, the rheum, or other diseases.* Lond. MDLXVIII. 8vo. *Of the nature and virtue of triacle.* Ibidem. *The rare treasure of English baths.* Lond. MDLXXXVII. 4to. edit. per W. Bremer. Lond. MDCXXXIII. 4to. *Homely against gluttony and drunkenness.* " *Con-* " *tra Rob. Coccheum* [aulicum] scripsit libellum, dum in vivis esset Edvardus rex, clarissimus ille " medicus, et doctissimus theologus, Gul. Turnerus, in quo illius sententiam de peccato originali " refutavit." Ita Parkhurstus in *Epist.* Mf. Norwic. Mori 125. f. 23. *Preface to the translation of the summ of divinity by Rob. Hutten.* Lond. MDXLVIII. 12mo. " After that my scholar sometime " and servant Rob. Hutten." *Epistolam M. Parkero.* inter Mf. coll Corp. Chr. Cantab. Miscell. i. 867. Praeter hos libros memorat Baleus. *De arte memorativa,* lib. i. " Quamvis tam veteres " illi." *Ad unionem dissidentium,* lib. i. " Non est ignotum tuae." Transtulit Anglice cum notis suis, *The abridgment of Unio Dissidentium, conteining the agreement of the doctors with Scripture; and also of the doctors with themselves.* Pr. ded. domino Wentworth. " It is not unknown to your " Lordship." Lond. MDXXXVIII. 8vo. *De baptismo parvulorum,* lib. i. *De Hierosolymorum excidio,* lib. i. *Imagines stirpium,* lib. i. *De piscibus,* lib. i. *De lapidibus,* lib. i. *De metallis,* lib. i. *Epigrammata varia,* lib. i. Gisberti Longolii *Epitaphium.* Carmen jocosum ad papam pro Joanne Standicio. *Urbani regii de nova doctrina ad veterem,* lib. i. transtulit Angl. h. t. *The comparison of the old learning and the new.* Southwark MDXXXVII. MDXXXVIII. MDXLVIII. 8vo. *Palsgravi catechismum,* cap. xix. transtulit in Angl. sermonem, Lond. MDLXXII. 8vo. *Bibliorum translationem* cum Hebraicis, Graecis, et Latinis exemplaribus contulit et in multis correxit. Gulielmus noster *Historiam Gulielmi Neubrigensis* ex Mf. in bibliotheca Wellensi descriptam Antverpiam misit ad typographum regium W. Silvium, qui non modo certa capita a Turnero ipsi transmissa, sed etiam praefationem ejus omisit, inserendo suam illius loco. Datur adhuc exemplar Antverpianum cum Mss. correctionibus Turneri manu factis h. m. — " *Rerum Anglicarum* " lib. v. recens seu a tenebris opera Gul. Turneri, decani Wellensis, eruti, et in studiosorum gra-" tiam in lucem dati, Guilhelmo Neubrigensi autore: Cum rerum memorabilium locupletiore " Indice, quam in priori editione conscriptus fuerat. Accessere etiam Castigationes in priorem " editionem, una cum capitibus iv, quae tam in priori editione, quam in Wellensis ecclesiae ex-" emplari desiderabantur." Tho. Hearne *App. ad Hemming.* p. 650. 669. etc. Obiit 7 Julii MDLXVIII, et in cancello ecclesiae S. Olavi Hartstreet (Bal.) vel in ecclesia Crutched Friars (Strype in *Vita Parker* 47.) sepultus jacet. Bal. viii. 95. *Athen. Oxon.* i. 154. seqq.

TURNERUS [RICHARDUS] patria Staffordiensis, in collegio B. Mariae Magdal. Oxon. educatus, ubi etiam socius erat. Literae patentes pro praebenda in collegio Windsoriensi pro eo exierunt

exierunt 23 Dec. MDLI. Mſ. Cotton. Julius B. 9. Vicarii munere fungebatur apud Chartham in agro Cantiano. Unus ex ſex praedicatoribus in eccleſia Chriſti Cantuar. deprivatus ob conjugium 15 Martii MDLIII. Fuit vicarius Dartfordiae in Cantio; et vicarius de Hillingdon in comit. Middleſex. Strype in *Vita Parker*. 75. Newc. i. 650. *Regiſt.* eccl. Chr. Cantuar. Wharton. Mſ. F. 128. in bibl. Lambeth. Johannes Marbeck in componendis *Bibliae concordantiis* auxilio Richardi noſtri uſus eſt. Temporibus regis Edw. vi unus e quatuor fuit, quos regi ad vacantes in Hibernia epiſcopatus commendabat archiepiſcopus Cantuar. Sceptrum capeſſente Maria, ſolum vertit, et Baſileam contendit; ubi ſcripſit *An expoſition on the epiſtles of St. Paul to the Epheſians and Hebrews. Expoſition on the general epiſtle of St. James.* Claruit A. MDLVIII et obiit in exilio eodem anno. Bal. par. poſt. p. 113. *Athen. Oxon.* i. 112. ſeq. Strype in *Vita Parker*. 72. 75. et Strype in *Vita Cranmer*. p. 275.

TURNERUS [ROBERTUS] origine Scotus, natus apud Barnſtapliam in agro Devon. in collegio Exon. apud Oxon. per aliquod temporis ſpatium literis humanioribus imbutus erat. Mox autem academiae, parentibus, et patriae valedixit, et religionis pontificiae cauſa Galliam et Italiam peragravit, et in hujus metropoli in collegio Germanico literis operam dedit. Dein in academia Ingolſtadenſi publicus rhetoricae et ethicae profeſſor, ac tandem academiae rector, et duci Bavariae a ſecretis conſiliis conſtitutus fuit; amiſſo vero principis favore Lutetiam Pariſiorum abiit. Poſtea in Germaniam rediens, eccleſiae Wratiſlavienſis canonicus, et archiduci Ferdinando ab epiſtolis Latinis fuit, quem in Hiſtriam comitatus, Grattiae fatis conceſſit 28 Nov. MDXCIX. Scripſit *Commentarios in quaedam S. Scripturae loca*, lib. i. *Vitam Edm. Campiani*, lib. i. *Vitam et martyrium Mariae reginae Scotiae*, lib. i. *Orationes* xvii. *Tractatus* vii. *Epiſtolarum centurias duas.* Ingolſt. MDCII. 8vo. *Orationem et epiſtolam de vita et morte D. Martini a Schaumberg epiſcopi Eichſtat.* Ingolſt. MDXC. *Funebrem orationem in principem Eſtenſem.* Antv. MDXCVIII. *Orationum et epiſtolarum* ii vol. extant Col. Agrip. MDCXV. 8vo. In Editione Ingolſtadienſi MDCIX. 8vo. Roberti Turneri, Devonii oratoris et philoſophi Ingolſtadienſis, opera hoc ordine recenſentur: *Sermo panegyricus de D. Gregorii Nazianzeni corpore Romae ex B. virginis aede in Campo Martio ad Petri, ſumma pompa tranſlato.* Pr. ad Geo. Stobaeum. "Quid rerum novarum agitur jam "Romae." Ingolſt. MDLXXXIV. 8vo. *Sermo panegyricus de triumpho, quo Bavariae dux Erneſtus, archiepiſcopus Colon. et S. Romani imperii per Italiam archicancellarius, princeps elector fuit inauguratus epiſcopus Leodienſis.* Pr. ad Anton. Welſerum. "Is meus eſt, ac ſemper fuit ſenſus." Ingolſt. MDLXXXIV. 8vo. *Oratio ad epiſcopum clerumque Leodienſem nomine Gulielmi, utriuſque Bavariae ducis.* Pr. "Poſtquam Bavaria, ſeu verius in." *Narratio de morte, quam in Anglia pro fide Rom. catholica Edm. Campianus ſoc. Jeſu pater, aliique duo conſtanter opperierunt*, ex Italico ſermone facta Latina a Rob. Turnero. Pr. "Cum ex verbis quaſi mediis tenebris." *Orationes* xvi. Pr. dd. Antonio Welſero. "Si quid eſt in doctrina errati." Ultima eſt *De vita et morte* Mart. de Schaumberg, etc. Ingolſt. MDLXXXIV. 8vo. *Commentationes tres.* 1. In illud Matth. xxiii *Ecce mitto ad vos prophetas*, etc. 2. In illud Actuum ii. *Et factus eſt repente de coelo ſonus*, etc. 3. In illud Johan. i. *Miſerunt Judaei ab Hieroſolymis ut interrogarent eum*, etc. Pr. "Ea eſt "perverſitas humanis mentibus." Ingolſt. MDLXXXIV. 8vo. *Epiſtolae* xxix. Quarum ultima eſt ad Gul. Alanum Cardinalem de morte D. Martini de Schaumberg epiſcopi Eychſtadiani. Pitſ. p. 798. Fuller *Ch. Hiſt.* ix. 234. *Athen. Oxon.* i. 297, 298.

TURPYN [RICHARDUS] patria Leiceſtrenſis, apud Knaptoftam natus (Fuller.) Oxoniae educatus. Caleti ſub Henrico viii militiam exercens; Anglice ſcripſit *A Chronicle*: hiſtoriam ſui temporis complectens. Obiit Caleti circa A. MDXLI, in eccleſia S. Nicolai ſepultus. Bal. par. poſt. p. 103. *Athen. Oxon.* i. 59.

TURSTINUS, ſacerdos Anglus, eccleſiae Paulinae canonicus et ſacellanus regius, archiepiſcopus Eboracenſis deſignatus A. MCXIX. Juxta Flor. Wig. et Rad. de Diceto, electus fuit archiepiſcopus Ebor. die aſſumptionis B. Mariae apud Winton. MCXIV. Et juxta Order. Vital. p. 858. conſecratus a papa 14 kal. Nov. MCXIX. Scripſit *De origine coenobii Fontanenſis ad Gul. archiep. Cantuar.* lib. i. "Reverendiſſimo in Chriſto et eccleſiaſticae dignitatis." Collectanea quaedam ex hac extant apud Leland. *Collect.* tom. ii. Quaere annon hic tractatus idem ſit cum *Epiſtola longa Turſtini ad Will. archiepiſc. Cantuar. pro monachorum Benedict. egreſſione e coenobio Eboracenſi*, qui poſtea ordinis Ciſtercienſi ſe ſubdiderunt in monaſterio Fontanenſi, quae extat *Monaſt. Angl.* i. 735. *De ſuo primatu ad Calixtum papam*, lib. i. *Contra juniorem Anſelmum*, lib. i. *Conſtitutionem de debitis clericorum defunctorum. Concil. M. Brit. et Hib.* tom. i. pag. 412. Paulo ante mortem archiepiſcopatu ultro ceſſit, et monachum induit apud Pontem-fractum 12 kal. Febr. MCXL, et obiit 5 Febr. MCXL. Juxta *Contin. Flor.* nonis Februar. Juxta Gervaſ. in *Cron.* 12 kal. Febr. Juxta *Annal. Dunelm.* 2 id. Octob. et ibidem ſepultus eſt. Flor. Wigorn. Godw. ii. p. 29. 31. Bal. ii. 71. Pitſ. p. 206.

TUSSER [THOMAS] ex antiqua familia apud Rivenhallam in agro Eſſex. natus, primos pueritiae annos primo in collegio Wallingfordenſi, dein in eccleſia S. Pauli London. muſicae exercendae ſub inſigni ejuſdem artis magiſtro Joh. Redford, impendit. Grammaticae elementis imbutus erat in ſchola Etonenſi, inde ſcholaris coll. Regalis Cantabrig. A. MDXLIII (Hatcher. Mſ. Inett.) mox in aulam Regiam a Mecaenate ſuo dom. Paget vocatus eſt, ubi decennium vixit, et dein vitiorum et litium inter magnates temp. Edw. vi pertaeſus, ad vitam ruſticam ſe contulit; ac

ac primo Ratwodae, dein Gippovici in Suff. et Fairstadiae in Essex. etc. et Norwici degit. Tandem Londinum se recepit, unde a peste fugatus ad collegium S. Trinit. Cantabrig. profectus est. Scripsit rythmis Anglicanis Ratwodae in Sussexia *Hundred points of good husbandrie.* London. MDLVII. 4to. *Five hundred points of good husbandrie as well for the champion or open countrie, as for the woodland.* To lord Will. Paget. Cap. lvi. Pr. "Time trieth the troth in every thing." London. MDXCIII. MDCX. 4to. *The pointes of huswiferie.* To lord Paget. Pr. "Though danger "be mickle." Impr. cum priore. *The author's life.* Pr. "Now, gentle friend, if thou be kind." Obiit A. D. MDLXXX, et sepultus jacet in ecclesia S. Mildredae in the Poultry London. Fuller's *Worthies*, p. 334. Stow. p. 274.

TWETY [GULIELMUS] artis venatoriae peritissimus tempore Edw. ii. Extat sub ejus et Johannis Giffard nominibus *A book of venery, dialoguewise.* Pr. "Twety, now will we begin-"nen." Mf. Cotton. Vespas. B. xii.

TWIFORD [ROGERUS] vulgo GOOD LUCK, frater Augustinianus, S. theologiae doctor, et in dioecesi Norwicensi concionator frequentissimus. Scripsit *Itinerarium mentis in Deum*, lib. i. "Cum omnis scientia gerere." *Sermones eruditos*, lib. i. Claruit A. MCCCXC. Bal. vii. 17. Pits. pag. 549.

TWYNE [JOHANNES] filius Gulielmi, apud Bolingdon in agro Hanton. in lucem editus. In academia Oxon. curriculum philosophiae feliciter emensus est, et in Hospitio Novo tam sedulam studiis juris caesarei operam dedit, ut A. MDXXIV baccalaureus ejusdem facultatis admissus fuerit. Postea scholae Cantuariensis gymnasiarcha, et A. MDLIII ejusdem civitatis praetor urbanus electus fuit. Religioni pontificiae videtur addictissimus; in *Collectaneis* enim p. 6, Henricum viii; et p. 71, Mathaeum Parkerum; p. 168, Foxum non minus acerbe quam injuste conspurcavit. In visitatione ecclesiae cathedr. Cantuar. A. MDLX "Mr. Twyne scholmaster was ordered to "abstain from ryot and drunkeness, and not to intermeddle with any public office in the town." Mf. Miscell. C. C. C. Cantabr. xx. Scripsit *De rebus Albionicis, Britannicis, atque Anglicis commentariorum libros duos.* Ad Thomam Twinum filium. "Instituenti mihi, fili Thoma." Lond. MDXC. 8vo. *Collectanea varia ad antiquitates Britan. spectantia.* Mf. in bibl. C. C. C. Oxon. vol. i. Twini iii, ubi fol. 2. memorat *Illustrium virorum* aliquot *Vitas* a se scriptas sc. Tho. Robethoni, Th. Lupset, Rad. Banes, Th. Eliotae, Ric. Sampson, Th. Wriotheslee, Gul. Paget, Geo. Daio, Joh. Christopherson, Nic. Wotton. Sed nuda ibi extant nomina. Fol. 6. quaedam de Henrico viii. Fol. 63. epitomes duae in seipsum. Et fol. 95. videtur meditari lib. cui tit. *Vitae, mores, studia, et fortunae regum Angliae a Guil. conquest. ad Henr.* viii. *Locos communes ex poetis et aliis autoribus Romanis.* Coll. Twin. v. *Carmen Anglicum praefixum fratris Thomae translationi Humphr. Lhuyd. Comm-Britann.* Lond. MDLXXIII. 12mo. *De antiquitatibus Cantuariensibus.* Meminit hujus libri in *Comment. de rebus Albionicis.* Ita Somner. *Antiq. Cantuar.* in *Praefat.* qui eas deperditas luget. *A copy of the life of K. Henry* v, *following Titus Livius*—"belonging to master John Twine "of Kent; [a learned antiquarie and no less furnish'd with old outentyke monuments than ripe "judgment and skilfull knowledge for the perfect understanding thereof, as by the fruits of his "labours, part whereof he meaneth to leave to posterity, it will no doubt right evidently appear. "1 edit. Hollinsh. ad fin. Henr. v.] who (as I was informed) meant to leave to posterity some fruits "of his labors for the due understanding thereof." Obiit 24 (28, Mf. Twine 8 625) Novembr. A. MDLXXXI, et sepultus jacet in ecclesia S. Pauli Cantuar. *Athen. Oxon.* i. 202. seq. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 366. Vide *Lelandi Encomia* etc. p. 83. Somner. *Antiq.* p. 338.

TYCHBORN [NICOLAUS] ex hospitio interioris Templi London. Extant ejus *Lecturae* xiii *super statuta* ix, x, etc. *Marleberge*, habitae in inter. Templo in vacatione autumnali 1 Henr. viii. Pr. "De sectis siquidem faciendis, etc. Sur le primier." Mf. Norwic. More 707.

TYDYR [SION] Poëta Cambro-Britannicus. Obiit A. D. MDCII. Lhuyd. Davis.

TYDYR ALED, Poëta Cambro-Britannicus, cujus carmina varia extant adhuc in bibl. Cambro-Britannicis. Claruit A. D. MCCCCXC. Lhuyd. Davis.

TYDYR DHALH, Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCXC. Lhuyd. Davis.

TYDYR AB Y GUYN HAGAR, Poëta Cambro-Britannicus circa A. MCCCLXXX. Lhuyd. Davis.

TYDYR PENLHYN, Poëta Cambro-Britannicus circa A. D. MCCCCLX. Lhuyd. Davis.

TYE [CHRISTOPHORUS] in occidentali Angliae plaga natus, ob musices tum theoreticae tum practicae peritiam celeberrimus, gradu doctorali in eadem facultate Cantabrigiae A. MDXLV ornatus, et A. MDXLIX Oxoniae incorporatus. Cantor in capella regia erat, et organista ibidem tempore reginae Elizabethae. Composuit *Carmina multa divina et hymnos.* Extant in libro, cui titulus, *Divine services and anthems usually sung in the cathedrals and collegiate choires in the church of England.* London. MDCLXIII. 8vo. *Carmina alia sex partium*, quae extant Mf. in schola Musices Oxon. In metrum Anglicanum transtulit *Actus apostolorum.* "The Actes of the apostles "translated into English metre, with notes on each chapter to sing also, and play upon the lute, "very necessary for students after their studyes to fyne their wittes; and also for all Christians, "that cannot sing, to read the good and godly stories of the lives of Christ and his apo-"stles." Et eos notis musicis adaptavit. Qui impr. MDLIII 8vo. Princ. ded. regi Edw. vi, "Consydring well most." Pr. lib. "In former." Quatuordecim priora capita tantum tran-

-stulit.

2

ſtulit. Vide initium verſuum in Fuller's *Worthies*, ii. 244. *The hiſtory of Naſtagio and Traverſari tranſlated out of Italian into Engliſh by* C. T. forſan Chriſtopher Tye. Pr. " Lo (gentill reader) " thou haſt here paynted." Lond. MDLXIX. 12mo. *Faſti Oxon.* i. 73.

TYERY [NIC.] patria Anglus, vel ſaltem Gallus ſub ditione Anglica, quia in Anglia, vel potius Hibernia munus aliquod obiit tempore Henrici viii. Scripſit ad regem Angliae, partim Gallice, partim Anglice, *De moneta Angliae et Hiberniae, ejuſque reformatione.* Pr. " A tres illuſtre et noble " grace." *De moneta Franciae.* Pr. " Eſcus ſoleil de France au pourtraict." *De monetis papae, Hiſpaniae, Germaniae, aliiſque ſuo tempore uſitatis.* Pr. " Ducates de Rome, ou de chambre." *Numiſmata omnia elegantiſſime depicta cum eorum valore, pondere*, etc. Haec omnia Mſs. in codice Norwic. More 132. Claruit A. MDXXVI; citat enim edictum regis Franciae eo anno promulgatum de reformatione monetae Franciae.

TYLNEYE [ALANUS] compoſuit partem libri intitulati *Pupillam oculi.* Princ. " Humanae conditio naturae." Ita verba praefixa tabulae illius libri editi per mag. Joh. de Burght et mag. Alanum Tylneye. Mſ. Norwic. More 67.

TYNA, monachus et cellerarius Mailroſenſis. Scripſit *Acta magiſtri ſui Waltheni abbatis*, lib. i *De eleemoſynae bono*, lib. i. *Sermones quadrageſimales*, lib. i. Claruit A. MCLXIV. Dempſter. xviii 1133.

TYRIUS [JACOBUS] Scotus (Dempſt. 626.) ſocietatis Jeſu, et tandem generalis ordinis praepoſitus electus (Hatton.) theologus eximius, linguarum peritus, Romae et Lutetiae educatus (Thin.) Scripſit *De Calvini ſectae perverſitate*, lib. i. *De eccleſiae Scoticae antiquitate*, lib. i. *In omnia D. Thomae ſcholaſtica*, lib. i. Scripſit etiam juxta Thin. p. 464. *Ad fratrem epiſtolam* i. *Reſponſionem ad Knoxum*, lib. i. Obiit Romae A. MDXCII. Dempſt. xviii. 1150.

TYTLESHALE [a] [JOHANNES] ſive TITLESAULUS, a villa Nordovolgiae, Lichamo vicina, nomen accepit, a Trittemio Taceſphalus dictus [b], e collegio Carmelitarum, quod Nordovici celeberrimum eſt, prodiit. At famae ſuae partem maximam Iſiacae debet academiae, ubi vernantiſſimos doctarum artium flores, tanquam e copiae cornu, ſelegit: ſelectos vero tantum abeſt, ut marcere permiſerit, ut ex illis pulcherrimi operis corollas ſynchroniis ſuis et poſteritati dedicaverit. Dixerit aliquis, quos hic flores, quas narrat corrollas? Certe nil ego aliud volo, quam ut candidus lector intelligat, Titeleſaulum hanc ingenii ſui foeturam poſteris reliquiſſe, nempe *In ſententias* lib. iv. [c] *Determinationum* [d] lib. i. *In Apocalypſin*, lib. i. " Eſt autem Apocalypſis " Graecus ſermo." *Sacrarum concionum* lib. ii. [e]. In pretio fuit circiter annum D. MCCCLIV [f]. Obiit Romae. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Tytleſhale. [b] Hunc a Titleſhallo diverſum facit Pitſeus, attamen ambobus eoſdem aſcribit libros. Taceſphalum autem anno MCCCCXX, Titleſaulum vero anno MCCCLIV floruiſſe dixit. Hunc ſocium collegii Merton. fuiſſe tradit A. Wood Mſ. Merton. [c] " Utrum " a verbo incarnato ſecundum." [d] *Determ. in theologia* lib. i. " Utrum quaelibet notitia creata." [e] *Conc. de tempore* lib. i. *De ſanctis* lib. i. Scripſiſſe etiam fertur *Praelectiones Bibliorum* lib. i. *Quaeſtiones ſuper Ariſtot. de anima Joannis Didveſhali*, [*Tydenſhale.* Mſ. Oriel.] lib. i. " Philoſophus libro ſecundo phyſicorum." Mſ Oxon. in colleg. Oriel. 33. et Baliol. S. 16. Extant ejuſdem Joh. de Tydenſhale *Quaeſtiones ſuper Ariſt. de animalibus.* Pr. " Quaedam partes, etc. Circa iſtum librum primo." Mſ. Oriel. l. c. [f] Obiit circa A D. MCCLXXXIX. A. Wood. Mſ. Merton.

V A C

VACARIUS juriſconſultus celeberrimus: De quo haec Robertus Montenſis " Mag. Vacarius " gente Lumbardus, vir honeſtus et juriſperitus, cum leges Romanas ab incarnatione Do- " mini MCXLIX in Anglia diſcipulos doceret, et multi tam nobiles quam pauperes ad eum " cauſa diſcendi confluerent, ſuggeſtione pauperum *De codice et digeſto excerptos novem libros* com- " poſuit, qui ſufficiant ad omnes legum lites, quae in ſchola frequentari ſolent, decidendas, ſi quis eas " perfecte noverit." Vide *Script. Normannicos.* p. 983.

VALCART [GULIELMUS] (Dempſt. 670.) Aberdonenſis, Lutetiae humaniores literas profeſſus eſt. Scripſit *In ſphaeram Joannis a Sacro Boſco*, lib. i. Claruit A. MDLXXVII. Dempſt. xix. 1201.

VANDERNOTE. [JOHANNES] medicus et chirurgus regis Edw. vi. Batavus natione, ſi nomini fides. Romae tyrocinia artis chirurgicae poſuit, et Italiam, Lombardiam, et Belgium itinerando emenſus eſt, ibique medendi artem exercuit. Tempore regis Henr. viii in Angliam ſe contulit. Scripſit *The governance and preſervation of them that fear the plague*, cap. vi. Pr. pr. " To the honor of Alm. God." Lond. MDLXIX. 8vo. Publici juris factus fuit hic liber rogatu W. Barnard panni mercatoris Londinenſis, ſed conſcriptus erat tempore Edw. vi cum auctor medicus et chirurgus ejus eſſet, et per 18 annos eo tempore in Anglia vixiſſet.

VARREIE [THOMAS] (Fr. Thin.) vel VARROY natione Scotus, nobili ortus familia, S. theologiae doctor, ac primus praepoſitus Bethwaliae. Scripſit *De Otterburnenſi praelio*, lib. i. " Muſa refert fatum, fore." *Odas et rhythmos*, lib. i. Claruit A. MCCCXC. Bal. xiv. 55. Dempſt. xix. 1173.

VATAEUS

VATAEUS [a] [JOHANNES] sive WATE, circiter haec tempora, homo ejusdem ordinis ac instituti, cujus et Elvedenus, in pretio fuit: id quod ut perpetuum sibi faceret, et nomen suum non modo memorabile, sed et gratum quoque posteritati redderet, *Tabulam in aequationes domorum*, praefixo *Canone*, concinnavit: rara mehercule usus cum industria, tum proportione; usque adeo, ut omne in ea descriptione punctum tulerit. Ex *Lelando.*

[a] Johannes Vataeus, sive Wate, Cantabrigiensis academiae alumnus juxta Balaeum, Pitseo in collegio Gonvill. educatus fuisse dicitur. In Mf. Bodl. Digby 97. sunt *Canones et Tabulae aequationes planetarun ad merid. Oxon. cum expositione quadam* (collect. per Johannem quendam, quem Vataeum esse suspicor, citat Johannem Manduit, et *Tabulas* Walteri, et Oxoniensis fuisse dicitur.) Pr. "In unum col-"lecta quae ad dem." Tractatus idem datur inter Mss. Sloani sine auctoris nomine.

VATES [a] hic suo titulo, et gloria, et loco non celebrare, aut privatim nominare, plane indecorum esset: quando a Druidis et Bardis etiam, tum Graecorum, tum Latinorum testimonio judicioque magno, discernuntur, atque adeo hoc accessionis calculo, ut functionem caeteris non modo clariorem, verum etiam penitiori philosophiae cognitione auctam habeant. Quare sententia Strabonis e quarto *De Geographia* libro hic, et opportune quidem, repetenda est, ut praesentem ordine quodam expetito abunde illustret locum. Sic igitur ille: "Vates autem sacrificiorum, naturaliumque cau-"sarum curae dediti." Et Ammianus, at aliquanto fusius et significantius, haec eadem refert his verbis: "Batties vero scrutantes secreta et sublimia naturae pandere conabantur." Hactenus Ammianus. Quod vero *Batties* vocet Vates, jam primum ab eo didici, quanquam interim nec dubito illum hoc aliquando apud veterem et illustrem aliquem autorem deprehendisse. Ex *Lelando.*

[a] De Vatibus vid. Bal. i. v. *App.*

VAUGHAN [LUDOVICUS] scripsit *A new almanac or prognostication for the year* MDLIX. Lond. MDLIX. 8vo. Claruit Glocestriae MDLIX.

VAUSIUS [LAURENTIUS] DE VALLIBUS, sive VAULX, patria Lancastriensis, in academia Oxon. partim in collegio Reginali, partim in coll. Corp. Christ. in studiis philosophicis et theologicis institutus, sacellanus episcopi Glocestrensis, custos collegii Mancestriensis, et A. MDLVI S. theol. baccalaureus evasit. Imperium, adeunte Elizabetha, in Hiberniam profectus est, et inde in Germaniam inferiorem, ubi monachus factus est in coenobio S. Dionysii. Posthaec in patriam reversus ut populum ad fidem pontificiam retraheret, primo in comitatu Wigorniensi remanere jussus (Strype *Elizab.* 242.) deinde deprehensus in carcere quodam Westmonasteriensi compactus fuit, et in vinculis obiisse A. MDLXX (potius MDLXXI) et in *Regist.* eccl. S. Margaretae 24 Dec. MDLXXI in ecclesia vel coemeterio ejus sepultus esse dicitur. Scripsit *A Catechism, or a christian doctrine necessary for children and ignorant people.* Pr. pr. "When I did inwardly consider." Lov. MDLXVII. Antw. MDLXXIV. MDLXXXIII. MDXC. . . MDXCIII. MDXCIX. 8vo. et 12mo. *An instruction of the laudable customs used in the catholick church.* Pr. "Many wise and learned men." Hic liber in nonnullis editionibus h. t. insignitur: *The use and meaning of holy ceremonies in God's church. Godly contemplations for the unlearned. Certain brief notes of divers godly matters.* Pr. pr. "Where-"as in this great corruption. Haec tria edita cum *Catechismo* . . . MDLXXXIII. MDXCIX. 12mo. *Athen. Oxon.* i. 165, 166. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 117.

VAUX [NICOLAUS] filius dom. Gulielmi, apud Harwedon in agro Northamptoniensi natus, Oxoniae in literis academicis institutus, ubi in artibus humanioribus laudabiles fecit progressus, historiae et poesi maxime deditus. A Musis ad Martem sese convertens, virtutis suae tam insignia dedit specimina, ut eques auratus ab Henrico vii et baro ab Henrico viii creatus fuerit. De gestis ejus vide *Dugdal. Baronag.* tom. ii. p. 304. et *Athen. Oxon.* i. 19. Quod ad literas spectat, poeta sui temporis celeberrimus fuit. Scripsit *The paradise of dainty devises*, etc. London. MDLXXVIII. 4to. Obiit vir nobilissimus et doctissimus anno MDXXIII, mense Maio vel Junio. *Athen. Oxon.* i. 19.

VAULX [ROBERTUS] transtulit in sermonem vernaculum *Andr. Hiperius his two common places: In the first of which he sheweth the force that the sun and moon have over men: And in the second, whether the devils have been the shewers of magical arts*, etc. Lond. MDLXXXI. 8vo. *Fasti Oxon.* i. 84.

UDALL [JOHANNES] Puritanus insignis, olim minister verbi divini apud Kingston ad Tamesin. Scripsit *Dialogum de statu ecclesiae Anglicanae inter Diotrephem episcopum, Tertullum pontificium, Demetrum foeneratorem, Pandochum hospitem et Paulum verbi divini ministrum.* Pr. "Gentle reader, I have here set down" . . . MDCXXXVII. 12mo. *Obedientiam Evangelio*; *sc. duas conciones in Luc.* ii. 15—20. Ecclesiae apud Kingston. Pr. pr. "Seing it hath pleased "the Lord." Lond. MDLXXXVIII. 12mo. *Demonstration of the discipline, which Christ has prescribed in his word for the government of his church in all times and places, untill the world's end.* Vide doct. Sutcliff *Respons. petitioni Puritan.* cap. 3. Vid. Fuller's *Ch. Hist.* ix. p. 221. *Conciones.* Lond. MDLXXXIX. 12mo. et MDXCVI. 8vo. *Peter's fall*; *two sermons.* Lond. MDLXXXIV. 8vo. *Hebrew grammar of P. Martinius done into English*; *with a praxis on the* ist, xxvth, *and* lxviiith *Psalmes, and a short Dictionary, by J. Udall.* Leyden MDXCIII. 8vo. *True remedie against famine and warres*; *being five sermons on Joel* i. Lond. . . 8vo. *Commentarie upon the Lamentations*

tations of Jeremy. Lond. . . 4to. Obiit circa A. MDLXXXVIII, in carcere dicto *The white lyon Southwark:* Ita legitur in tit. *Dialogi.* Fuller. *Eccl. Hist.* loco citato dicit quod propter librum *Demonstration of the discipline* dictum, examinatus et condemnatus sit; sed ante diem executionis mortuus in coemeterio S. Georgii Southwark. humatus sit.

UDALLUS [NICOLAUS] sive ODOVALLUS patria Hantoniensis (In *Prefatione at Articulos Cornubiensium et Devonensium* eos alloquitur nomine conterraneorum; quaere annon Cornubiensis vel Devoniensis) scholaris collegii Corp. Christi Oxon. admissus A. MDXX, et socius probationarius A. MDXXIV. Lutheranis dogmatibus dum in academia studuit, addictus fuit: postea archididascalus Etonensis electus, ob severitatem insignis fuit; vide Tho. Tusser *Poemat.* p. 156. Dedit epistolam discipulorum gregi praefixam *Floribus ex Terentio* Londini ex coenobio monachorum ordinis S. Augustini pridie cal. Martias anno post Christum natum MDXXXIV. Et tandem canonicus Winsoriensis renunciatus. Scripsit partim Latine, partim Anglice, *Flores Latini sermonis ex tribus Terentii comoediis.* Pr. "Quanquam initio quidem ut." London. MDXXXIII. MDXXXVIII. per Bartlet. 12mo. Lond. MDLXVIII. MDLXXV. 8vo. Vide Newton. *Epigr.* p. 128 *Tertium et quartum libros apophthegmatum Erasmi* transtulit in linguam Anglicanam. Pr. pr. tr. "For as moch as the autor self in his preface." Lond. MDXLII. 12mo. *Epistolas et carmina ad Gul. Hormannum et Joh. Lelandum* lib. ii. Haec in linguam vernaculam convertit Laur. Humfr. *De interpret.* p. 523. *Catechismum papisticorum praesulum,* lib. i. "Autoritate ac testimonio." *Contra articulos Cornubiensium,* lib. i. "Having of late perused." Mf. in bibl. reg. Westmon. 18. B. xi. *Comoedias plures,* lib. i. In Tho. Wilsoni *Logica* p. 69. sunt quidem versus ambigui sensus ex *Comoedia* quadam hujus Nic. Udalli desumpti. *Epitaphium in M. Bucerum carm.* xxiv. "Siste gradum, viator, si nescis, ecce Buceri." Inter Buceri *Scripta Anglic.* Basil. MDLXXVII. f. p. 910. *Epit. in mortem fratrum Suffolciensium* viii distich. Inter alia Lond. MDLII. 4to. Transtulit in sermonem vernaculum jussu reginae Catharinae *Erasmi paraphrasin in Evangelia et Actus Apostolorum.* In praefatione se tantum transtulisse *Paraphrasin in Lucam,* et dispsuisse textus Evangelii (excepto Marco et Johanne) et Actus dicit. *Tres* etiam *Epistolas* praefixit; *primam* Edwardo vi, *secundum* lectoribus, *tertiam* Catharinae Parrae. Et *quartam* praefat. *Lucae,* dat. Lond. Sept. ult. MDXLV, ad Kathar. Parram. *Quintam* ad eandem. *Praefat. Paraphr. S. Johannis. Sextam* ad eandem ante *Acta Apostol.* Ex Praefatione ante *Acta Apostolorum* Udallus transtulisse videtur *Matthaeum* et *Acta Apostolorum.* Pr. ep. ad Edw. vi. "Most noble and most worthy "soveraign." Lond. MDXLVIII. MDLI. fol. *Petrum Martyrem de eucharistia,* lib. i. Pr. ded. Gul. Parr, marchioni Northampton. "Perusyng of late, right honourable." Extat etiam Mf. in bibl. reg. Westmon. 17. c. v. translatio hujus opusculi per anonymum dedicata domino protectori. Pr. ded. tr. "There is many and divers controversies." Dat. from Westminster. Lond. by Rob. Stoughton. . . 4to. *Tragoediam de papatu,* lib. i. *Compendiosam totius anatomiae delineationem per Tho. Geminum.* Pr. ep. ad chirurgos. "That whiche Galen in the vith booke." Pr. lib. "The bodye of man." Lond. MDLIII. fol. Claruit A. MDLII. Obiit A. D. MDLVII. Westmonasterii sepultus. Bal. ix. 45. Mf. Bale Glynn. *Athen. Oxon.* i. 88. seq.

UDARDUS, natione Scotus, primo monachus Cuprensis, postea episcopus Brechiniensis. Scripsit *In Cantica Salomonis,* lib. i. *In omnes Pauli Epistolas,* lib. i. *Homilias ad populum Scoticum,* lib. i. *Epistolas ad diversos,* lib. i. Claruit A. MCCXIV. Dempster. xix. 1191.

VENANTIUS [ROBERTUS] sive WAUCOP (Dempst. p. 669.) patria Scotus, a puero caecus, Parisiis educatus, ubi tantos fecit in theologia progressus ut doctor evaserit; postea a papa factus est titularis archiepiscopus Armachanus, et legatus a latere in concilio Tridentino. Scripsisse fertur *De legitimo concilii Tridentini consessu,* lib. i. *Ejusdem concilii acta,* lib. i. *De autoritate papae,* lib. 1. *Collecta canonum,* lib. i. Obiit Lutetiae in conventu Jesuitarum Nov. 10, MDLI. Dempst. xix. 1198. War. *Praeful.* p. 26.

S. VERANUS, Scotus, vitam religiosam egit in Gallia. Scripsisse fertur *Homilias de sanctis* lib. i. "Trecis magna religione asservatas." Claruit A. DXXI. Colitur 11 Nov. Dempst. xix. 1161.

VEREMUNDUS, natione Hispanus, apud Scotos educatus, et fani S. Andreae archidiaconus. Scripsit *Scotorum antiquitates a gentis origine ad sua tempora,* lib. i. Claruit A. MXC. Dempster. xix. 1174. uti et Mackenz. vol. i. Ind. Bal. xiv. 46. 1076. Stillingfleet. *Orig. Brit. Pref.* pag. xlix.

VERNAMUS [RICHARDUS] in schola B. Pauli sub auspiciis Gul. Lilii educatus. Scripsit *Methodum geographiae.* Citatur ad finem *Orat.* Nic. Carri London. MDLXXVI. 12mo. *Carmina varia. Carmen* praefixum Lilii *Propria quae maribus,* etc. Antverp. MDXXXIII. 12mo. *Tetrastichon Lat.* praefix. Lilii libro *De moribus.* Antverp. MDXXXIV. 12mo.

VERONUS [JOHANNES] natione Gallus, patria Senonensis, Aurelianis educatus (*Hunting. of purg.* f. 41. a.) Ludum literarium multis in locis apud Anglos aperuit, Latinasque literas magna cum felicitate docuit. A. MDLII 3 Jan. collatus per episc. Lond. Ridleium ad rectoriam S. Alphegi. Newc. i. 261. et A. MDLIX. 8 Nov. ad praebendam de Mora in eccl. S. Pauli London. et anno MDLX, 21. Octob. institutus ad vicariam S. Sepulchri London. Newc. i. 534. A. MDLIII, 16 Aug. in turrim Londinensem incarceratur, Fox. p. 1465. et 1 Elizabethae electus publicus theologiae praelector in eccl. cathedr. S. Pauli (Mf. nota in princ. libri *De libero arbitrio.*) Scripsit *Dictionariolum puerorum tribus in linguis Latina, Anglica, et Gallica conscriptum;* sc. *Dictionario* *Rob.*

Rob. Stephani Latino-Gallico Anglicam vocabulorum et phrasium interpretationem adjecit. Pr. "Quum linguarum, quas vulgares." Lond. per reg. Wolf. MDLII. 4to. corrected and enlarged by R. W. but the French left out. Lond. . . 4to. et Lond. MDLXXXIV. 4to. *Antidotum H. Bullingeri contra Catabaptistarum dogma* transtulit ex Latino in Angl. Pr. ded. tr. duci Somerset. "The blessed apostle S. Paul in the xxth chapter." Lond. MDXLVIII. 12mo. Et . . MDLI. 8vo. *The godly sayinges of the old faithful fathers upon the sacrament of the body and blood of Christ.* Pr. ded. dom. Jo. York, militi. "Men are wont for the most part." Sub calce *Epilogi* loco datur *An exhortation to all Christians about the due receiving the H. sacrament.* Pr. "Here ye "have, good Christen readers;" dated at Hackney Octob. 10. MDXLVIII. both printed at Worcester by Jo. Oswen. MDL. 12mo. *Certain little treatises set forth by John Veron Senonoys* ("The "Bible is the word of God.") ded. to Mr. Will. King, Mr. of the essay of the king's mint in Southwark, written at Hackney, 26 May MDXLVIII. 8vo. *A most sure and stronge defence against the Anabaptists; being three fruitfull dialogues, treating on the baptism of children, set forth by H. Bullinger transl. out of Latin into English.* Pr. ded. tr. mag. Thomae Fleetwood, comtroller of the mint in Southwark. "It is for naught, right worshipful sir." Worcester. MDLI. 12mo. *Contra sui temporis Arianos*, lib. i. *Grammaticam Gallicae linguae*, lib. i. *Quinque blasphemias in missa.* . . London. MDXLVIII. 12mo. *H. Bullynger's three dialogues between the Libertin or Anabaptist, and the trew obedient Christian, out of Latin.* Wigorniae impress. MDLI. per Joh. Oswen. 8vo. A. Wood. Ms. *Cat.* iv. 126. *Apologye, or defence of the doctrine of predestination.* Contra Jo. Champneis. Pr. ded. regi. "In the preface, which I did set." Lond. . . 8vo. *The huntynge of purgatorye to death, made dialoguewise.* Pr. ep. ded. ad com. Bedford. "Here I doe, "right honourable Lord." Lond. MDLXI. 8vo. Scriptus erat hic liber tempore Mariae. *Treatise of predestination; set forth by way of dialogue.* Ad reginam Elizab. "Some peradventure, "mooste mightie." A. MDLI. 12mo. et London. . . *Treatise of the free will. De libero arbitrio contra Pontificios et Anabaptistas ex lecturis in eccl. D. Pauli Lond. habitis dialogum.* Pr. ded. Rob. Dudlaeo. "For as muche as I have already." Lond. circa A. MDLXI. 12mo. *Treatise against the invocation of saints, and against images:* ded. to Sir Nic. Bacon. Pr. "Some be of "this opinion, right honourable sir." Lond. MDLXII. 12mo. *Zvinglii imaginem utriusque pastorum* transtulit in Angl. Pr. ded. tr. duci Somerset. "Consydering with myself, most redoubt"ed." Lond. MDL. 8vo. "At the end an account of the meeting of Mr. J. Hooper, bishop "of Glocester, and Dr. Cole, late chancellor at London; now warden of New Coll. at Marks "in Essex, July MDL." *Brevem semitam ad rectam Scripturae interpretationem.* Angl. Pr. "I "do marveil greatly, derely." Wigorn. MDL. 8vo. *Defensionem nuptiarum sacerdotalium contra Eustachimos.* Pr. "For as much as many." Lond. . . 12mo. *The overthrow of the justification of workes.* Ad dom. Montjoy. "Here have I added." Lond. MDLXI. 8vo. Floruit in Anglia circa A. MDL. Bal. xiii. 50.

VERUS [a] [ALBERICUS] ex nobilissimo cum Isiacorum, tum Claranorum, comitum stirpe ortus, in Bonaclea [b] villa Trenovantum, tribus a fano Osithae milliaribus dissita, talem a studiis sibi comparavit laudem, qualem vel nostro tempore facilius sperare, quam consequi licet. Locum vero vero laboribus et vigiliis commodum suis Chicensi in litore, fano Osithae, virginis regiae, nominatissimo, prudens delegit. Fuit ille recessus studioso quietus, placidus, amoenus. Tandem cum Verus maturos pervenisset ad annos, inter canonicos, canonicus et ipse, cum eloquentia tum doctrina excellens, secum cogitabat, quo potissimum memorabili officio specimen ingenii, literarum beneficio, amplum orbi apertissime ostenderet. Ecce autem loci, quem incoluit, et antiquitas et sanctitas prae oculis obversabantur, opem petentes, eamque praesentem, ne oblivione aliquando obscurarentur. Perplacuit ratio: unde et brevi pulcherrimus plane et cedris dignissimus *De genere, vita, et coenobio D. Osithae* prodiit libellus [c]: ex cujus lectione ingenue fateor, didicisse me bonam partem antiquitatis Ostro-Saxonici litoris, ac etiam Boccaniae, quae vallis Aeillecuriana subsidet [d]. Illud non est silentio pertranseundum scripsisse verum interfuisse quidem se, quo tempore translatio reliquiarum D. Hieronymi in Bethleem facta [e]. Ex *Leland.*

[a] Albericus Verus, filius natu secundus Alberici ii, comitis Oxon. et Adelizae uxoris ejus, filiae Gilberti de Clare. Dugdal. *Baronag.* i. 190. [b] i. e. Bentley in com'. Essex. sedes tunc temporis comitum Oxoniensium. Ibid. [c] *Vitam* ejus *S. Osithae* habes apud Surium, t. iv. die 7 Octob. Vossius *Hist. Lat.* p. 474. [d] Scripsit praeterea, si Baleo et Pitseo sit fides, *Antiquitates sui coenobii*, lib. i. Attamen Lelandus videtur asserere has in *Vita S. Osithae* contineri. *De Eucharistia* quoque, lib. i. [e] Baleus et Pitseus eum claruisse credunt circa A. D. MCCL. sed quum Dugdal. dicat patrem ejus ex hac vitam igrasse 5to anno regis Stephani, certum est hunc Albericum longe antea floruisse.

VEYSE [ROBERTUS] monachus Benedictinus in coenobio Hulmensi comit. Norfolc. Scripsit *Dictionarium*, quod intitulavit *Catholicon parvum*, lib. i. "Alma, virginem apud Hebraeos." Ms. olim Cantabrig. in collegii Reginae bibliotheca. Bal. xii. 44. Pitf. *Append.* p. 904.

S. VICTORE [GUALTERUS de] natione Anglus, superior abbatiae S. Victoris, tempore Ernisii abbatis S. Victoris. Scripsit *Contra Petrum Lombardum.* Bulaei *Hist. univ. Paris.* tom. ii. 300.

S. VICTORE [RICHARDUS de] natione Scotus, canonicus regularis S. Victoris prope muros Parisienses, ac demum prior per novennium. Obiit 6 id. Martii MCLXXIII, et in claustro sui coenobii juxta ostium eleemosynarii sepultus est. Bulaeus. *Hist. acad. Paris.* ii. p. 771. Scripsit *De exterminatione mali et promotione boni. De exterminatione mali*, lib. ii. "Quid est tibi, mare, "quid." *De promotione boni*, lib. i. "Omne caput languidum." *De statu interioris hominis*, lib. iii. (i. cap. 37. ii. 7. iii. 8.) "Sero quidem misi quod petenti." Ms. Bodl. Digby. 200. *De eruditione ejusdem*, lib. iii. *De praeparatione animi ad contemplationem*, lib. i. dictus "Benjamin minor." Prodiit

feorsum. . . MCCCCXCIV. 8vo. sub titulo *De* xii *patriarchis, sive de contemplatione minori. De* xii *patriarchis*, lib. i. " Benjamin adolescentulus in." Mſ. Bodl. Laud. F. 44. *De patriarchis, de studio sapientiae, et ejus commendatione.* Pr. " Benjamin." Mſ. C. C. C. Cantabr. T. 5. *Liber Benjamin.* Pr. " Benjamin, etc. in mentis excessu." Mſ. Bodl. NE. A. 3. 16. Digby 200. *De testamentis* xii *patriarcharum.* Pr. " Benjamin." Mſ. Merton. P. iii. 9. *De gratia contemplationis*, lib. v. " Surge, Domine " in requiem." *Benjamin major* dicti sunt hi libri. *Allegorias tabulae foederis*, lib. i. *De Trinitate*, lib. vi. [quilibet liber habet xxv capita] " Justus meus ex fide vivit." Parif. MDX. 4to. Mſ. Bodl. Muſ. 148. fol. 651. et Muſ. 184. Mſ. Merton. O. iii. 12. *De Trinitate*, lib. viii. " Si ad sublimia." apud Bolton. Bur. num. 94. *De tribus appropriatis personis in Trinitate*, lib. i. " Quaeris a me, mi Bernarde." *De incarnatione Verbi*, lib. i. *De Emanuele, dialogum contra Judaeos*, lib. ii. " Post illum quem superius." *Exceptionum vel divisionum* lib. iv. (Lib. x. Mſ. Cotton. Tiberius A. 10.) " Deus summe bonus et." [Librum qui dicitur *Excerptiones*, in quo breviter continetur divisio et materia omnium scientiarum, ac series historiae praecedentium temporum, et quaedam morales expositiones Sacrarum Scripturarum, falso Richardo huic adscriptum esse censet Bellarminus *De scriptor.* Diserte tamen ei tribuit Mſ. Cotton.] *De potestate ligandi et solvendi*, lib. i. " Quodcunque." Mſ. Merton. O. iii. 12. Et Mſ. C. C. C. Cantabr. P. 21. *De potestate clavium sacerdotalium.* Pr. " Quodcunque, etc. Quaeritis a me." *De autoritate Petri*, lib. i. " Quodcunque ligaveris super." *De meditandis plagis, quae circa finem mundi evenient*, lib. i. *De potestate judiciaria in finali judicio*, lib. i. " In regeneratione cum sedit." Mſ. Mert. O. iii. 12. *De spiritu blasphemiae*, lib. i. " Quae in Evangelio leguntur." Mſ. Merton. O. iii. 12. *De gradibus charitatis*, lib. i. " Vulnerata charitate." Mſ. Bodl. Laud. G. 40. *De* iv *gradibus violentae charitatis*, lib. i. *De gemino paschate*, lib. i. *Declarationes nonnullarum difficultatum S. Scripturae ad S. Bernardum*, lib. i. *Quomodo Spiritus S. est amor Patris et Filii*, lib. i. *De differentia peccati mortalis et venialis*, lib. i. " Quoniam quaestioni tuae." *De superexcellenti baptismo Christi*, lib. i. " Sanguine cognato, sanctitate domino." Mſ. Bodl. Digby 200. pene totum ab impresso diversum. *In die paschae, et de missione Spiritus S. homel.* ii. *De comparatione Christi ad florem, et Mariae ad virgam*, lib. i. *Quomodo Christus ponitur in signum populorum*, lib. i. *De differentia sacrificii Davidis et Abrahae*, lib. i. *De differentia sacrificii Abrahae et B. Mariae*, lib. i. *Expositionem difficultatum in tabernaculo foederis*, lib. i. Mſ. Bodl. NE. A. iv. 8. *De tabernaculo foederis.* Pr. " Per tabernaculum foederis." Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 9. *Explanatio tabernaculi foederis.* Pr. " Rogatus ab amicis." *De templo Salomonis ad literam*, lib. i. Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 9. *Explanatio super templum.* Pr. " Descriptio " templi Salomonis." *De concordia temporum regum Judae et Israel.* lib. i. Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 9. *Explanatio super libros regum sc. de successione Regum Judae.* Pr. " In hiis quem libro." *Mysticas annotationes variorum locorum in Psalmis Davidis*, lib. i. Pr. " Quare fremuerunt gentes," etc. In Mſ. bibl. reg. Westmonast. 3. B. xi. ita legitur: " Expositor hujus Psalterii fuit mag. Ricardus de S. Victore, ut " creditur." (Sed prorsus diversa est ab hujus *Annotationibus in Psalterium* impressis.) *In Cantica canticorum*, lib. i. " In lectulo, etc. anima quae. *De visione Ezechielis*, lib. i. *De visione Ezechielis prima et ultima* sc. *de aedificiis templi Ezechielis ad literam*, lib. i. cap. 20. " Multis divinae Scripturae multo." Mſ. Bodl. NE. F. 5. 8. C. 5. 14. Muſ. 184. Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 9. *Decisionem aliquot dubiorum apostoli*, lib. i. *De verbis apostoli*, lib. i. " Quaeris quomodo " ab apostolis." *Aliud opus de eisdem*, lib. i. " Ea quae de lege et apostolo." *In Apocalypsin S. Johannis*, lib. vii. (Bal. lib. i.) " Accipe, charissime." *Opera R. Victorii* prodierunt Parif. MDXVIII. MDLXXI. fol. Venet. MDXCII. fol. Colon. MDCXXI. Rothomagi MDCL. ii tom. fol. *Explanat. mysticam in totum Daniel.* lib. i. Cave lib. iii. Bal. Pr. " Quoniam illud Nebuchadonosor." Hujus magnam partem *Compendio allegoriarum in Danielem* suo intexuit Godefridus Tilmannus. Scripsit etiam juxta Baleum *De arca mystica* lib. v. " Mysticam illam Mosi," etc. *De* xlii *mansionibus*, lib. i. *Contra Judaizantes*, lib. i. " Ecce virgo " concipiet et pariet." *De instructione novitiorum*, lib. i. " Afferte Domino filios Dei." *De sacerdotio Melchisedech*, lib. i. *De* xii *apparitoribus*, lib. i. *De studio sapientiae*, lib. i. *De profectu monachorum*, lib. i. *In Esaiam prophetam*, lib. i. " Exponens illud ad me clama." *De verbis Esaiae*, lib. i. " In illa " die nutriet homo vaccam." *De Apostolorum actis*, lib. i. " Misit Herodes rex manus." *De oratione mentali*, lib. i. *De triplici holocausto*, lib. i. *De vitae novitate*, lib. i. " Expurgate vetus fermentum." *De officiis ecclesiae*, lib. i. *De diversis effectibus*, lib. i. *De visione Nebuchadonosor.* lib. i. " Quid est " illud quod." *De quatuor ventis in mare pugnantibus* (Vincentius) lib. i. " Videbam et ecce arbor " in." *Epitomen Bibliorum*, lib. i. *Chronicon a mundi initio*, lib. i. *In Threnos Jeremiae*, lib. i. *Adversus Andream Anglum Judaizantem*, lib. i. " In quendam." *Confessionale quoddam*, lib. i. *Quibus prosint eleemosynae*, lib. i. Extant etiam *Tractatus de spiritu et anima.* Pr. " Quoniam dictum est mihi." Mſ. Bodl. NE. A. iii. 16. *Sermones tres.* Pr. " Si manseritis in meo sermone." Mſ. Bodl. NE. A. iii. 16. *Explanatio super obscura verba Ecclesiastis.* Pr. " Memento creatoris." Mſ. C. C. C. Cantabr. N. 9. *De scientia et disciplina.* Pr. " Quia fratres, largiente Domino." Mſ. Bodl. NE. B. ii. 13. *Sermo in illud* Ductus est Jesus in desertum. Pr. " De serie lectionis evangelicae." Mſ. Bodl. Laud. F. 72. Apud Bostonum Buriensem haec etiam scripta Rich. Victorii habentur: *De arbore Nebuchadonosor*, lib. i. Et in Mſ. Bodl. Digby 200. *In somnium Nebuchad.* Pr. " Ego Nabugodonosor, etc. Quid " per domum intelligimus." *De sacrificio Abrahae*, lib. i. *Super Joelem et Naum*, lib. ii. apud Bost. Bur. num. 154. 43. 15. 82. *De tribus processionibus principalibus in honorem P. Alexandri* iii. Pr. " Exiit edictum." Mſ. Bodl. Muſ. 184. Digby 200. *Super Ecclesiasten. Super* Exiit edictum. *Sermones plures et devoti.* Liber qui dicitur *Poenitentiale.* Pr. " Humanum." Vid. Rich. de Flamesborg. *De oratione Dominica expos.* i. *De* vi. *generibus contemplationis tract.* i. *De conceptione B. Mariae tract.* i. *Super Psalterium expos.* i. *Super quosdam Psalmos, et de sententiis quarundam scripturam.* Pr. " Quare " fremuerunt, etc. Quid per gentes." Mſ. Bodl. Digby. 200.

VICTO-

VICTORIUS [ANDREAS] natione Anglus, sed adhuc juvenis factus est canonicus regularis ordinis S. Augustini apud monasterium S. Victoris Lutetiae Parisiorum, ubi praeceptorem habuit theologum et philosophum insignem Hugonem de S. Victore; et tandem istius aedis praelector renunciatus fuit. A Richardo de S. Victore Scoto, qui illi infensus amarulenta quaedam scripsit contra illum, graves in se molestias excitatas habuit. Bal. ii. 83. *Commentaria* scripsit *super Genesin ad literam*, lib. i. "Difficile fuerit omne rerum." *Super Exodum*, lib. i. "Iste secundus "liber Moysi tradit." *Super Leviticum*, lib. i. "Liber Leviticus sacrificiorum." *Super Numeros*, lib. i. "Quoniam multitudo numerum." *Super Deuteronomium*, lib. i. "Deuteronomii liber "ultimus." *Super Josue*, lib. i. "A nomine Israelitici ducis." *Super librum Judicum*, lib. i. "Prima tempore in praecedentibus." *Super libros Regum*, lib. iv. *Super Paralipomenon*, lib. ii. "In hac ultima dispositione." *Super Ecclesiasten*, lib. i. *Super Parabolas Salomonis*, lib. i. *Super Esaiam*, lib. i. "In explanando tam sancto." *Super Hieremiam*, lib. i. "Frequens est his qui "proph." *Super Danielem*, lib. i. "Ad commendationem Danielis." *Super Joelem*, lib. i. Claruit anno MCL. Bale. ii. 193.

VIDUUS [ROBERTUS] [a] ut ego a quodam Feldeo paene octogenario accepi, natus fuit Thacostedae, quae vicus limitaneus Ostro-Saxonum est. Hujus mater secundo nupserat cuidam grammatico, qui id temporis ludum literarium Thacostedae aperuerat. Ille, tum pietate uxoris motus, tum indole Roberti privigni optima delectatus, eum, quanta potuit sedulitate, in primis grammaticae rudimentis instruxit. Sementa foecundae injecta terrae, in herbam subito, mox et in latam segetem excrevere. Tempus aderat maturum, et Robertum bonae artes ad Isidis Vadum, academiam antiquam, nobilem, florentissimamque literis, evocaverunt; ubi cum dialecticam, philosophiam, et caeteras disciplinas liberales pleno combibisset ore, ad Musas etiam, et Helicona se contulit, inter quas et famam plane celebrem sibi comparavit. Interea obiit socer, et provincia scholae Thacostedensis Roberto oblata est, quam nec refutavit. Nobiles docuit pueros, inter quos, si vera referunt, Aquarius, qui nuper in procerum numerum cooptatus est, et Abrevicano [b] urbi, in ostio Tuesis fluminis sitae, praepositus eluxit. Deinde et Robertus natalis vici ecclesiae vicarius [c], favente fortuna, merito equidem designatus est. Conjecturae sunt quaedam, quae me eo perducunt, ut putem Viduum in Gallia et Italia, relicta scholae functione, aliquando studuisse: quod tamen non temere pronuncio. Fama praedicat poenitentiarium fuisse illum in fano Pauli, quod Londini celeberrimum est. Postremo Fontanam Murotrigum [d] cathedralem ecclesiam petiit, ubi et canonicus praebendarius designatus vicarias decani partes subiit, ac mores clericorum corruptos strenue castigavit. Hic etiam et concione frequenti ad Christianam plebem, et commilitones suos usus est. Egi aliquando cum Eadveardo Legio, archiepiscopo Isurovicano [e] de Roberto Viduo. Ille mihi praeclara de homine multa narravit; addiditque se puerum et vidisse, et convenisse illum. Musas suo saeculo tam feliciter coluit, quam qui maxime, usque adeo, ut a doctis in poësi et diceretur et haberetur facile princeps. Certe si vel ipsae Musae concinere vellent carmine, profecto tali concinuissent, quali Eadveardum Nigellum, Cambrorum dominum potentissimum et Gallomastigem, cum Hectore Trojano contulit [f]. Accepi hoc ab eo factum imperio Eadveardi quarti, Anglorum regis, cui et Viduus non modo cognitus, sed et gratissimus quoque fuit. Quo mortuo, et Richardo ejus fratre tyranno, Viduus sereniora vidit tempora; Henricumque septimum, sublatum civilibus bellis, regnantem excoluit. Extat libellus *Epigrammaton* Vidui, in quem casu hoc plane opportunissimo incidi. Joannes Redomannus, vir ad bonas artes omnes et eloquentiam natus, comparaverat sibi alicunde exemplar manu scriptum, in quo duo Tiburtinarum *Lucubrationum* libelli, a Roberto Flemingo, protonotario et decano Lindocollino, Sixto, pontifici Romano, dedicati apparebant. Adjuncta erat *Querela Bacchi* ob vitem a capro derosam, scripta quidem a Joanne Phrea, dedicata vero Tipetoto, comiti Brangoniano. Sequebantur ibidem Vidui *Epigrammata*, et, si recte memini, *Carmen* ejusdem, quo Eadveardum Nigellum principem cum Hectore tam venuste, tam eleganter, tam dextere etiam confert, ut omne veneris, leporis, denique et majestatis punctum mihi quidem facile tulisse videatur. Comparuit et inter *Epigrammata* laus Joannis Claimundi, qui id temporis adolescens Magdalenaicam societatem Isidis in Vado excoluit. Atque hi quidem duo *Epigrammatis* versiculi primi sunt:

Qua te laude canam, felix Claimundia proles,
Qui tantum imberbis undique ludis opus?

Forsitan hic quaeres, lector, quod opus Claimundo adscribat. Nihil hac parte pronunciare volo. Crediderim tamen Viduum ad *Commentarios* alludere, quibus Claimundus, etiamnum adolescens,

[a] Robertus Wedow, et Wydow, et Wydowe vocatur.

[b] i. e. *Berwic.* [c] Rob. Wedow in musica baccalaureus institutus in vicariam de Thaxted 22 Dec. MCCCCLXXXI ad praesentationem decani et capituli de Stoke, quae vicaria vacabat per resignationem ejus 1 Octob. MCCCCLXXXIX. Newcourt. ii. 582. Et Nov. 19, MCCCCXCIII collatus fuit per episcopum Lincoln. ad rectoriam de Chalfont S. Aegidii. Brown Willis.

[d] Murotrigum forsan pro Somurotrigum sc. *Somersetshire.* 16 Dec MCCCCXCVI installatus per procuratorem in praebendam de Comb secunda *Reg.* Well. 10 Sept. MCCCCXCVII in succentorem ecclesiae Wellensis. Ibid. 5 Febr. MCCCCXCVIII domos canonicales obtinet, quae fuerunt magistri Johannis Anstell. Ibid. 26 Febr. MCCCCXCIX protestantur residentiam. Ibid. 25 Maii MD installatur personaliter in subdecan. et praebendam de Holcumb Burnell. Ibid. 20 Sept. MDII constituitur seneschallus capituli. Ibid. [e] Eboracensi, sed Isurium vetus a fundamentis jam excisum et viculus Alborrow ibi emicat. [f] In margine Mf. Lel. Trin. manu Balei. Lelandus de Viduo:

Contulit Hectoreis arguta voce triumphis
Edwardum Viduus doctissimus ille Nigellum,
Et facti pretium tulit immortale poeta

Atticas

Atticas Auli Gellii noctes lucidas reddere, diligentia certe infinita elaborabat. Jam Viduus morbis fractus et senectute, quae et ipsa morbus est, cum immortalem ex literis et virtutibus multis famam sibi comparasset, moriens [g] Fontaneti corpus humo, animam Christo Servatori maximo, felici hora, commendavit. Relicti haeredes sepulto in Fontana ecclesia monumentum, una cum inscriptione, versus austrum posuerunt; ut et posteritas intelligeret, qualis olim Viduus. Ex *Lelando.*

[g] Obiit ante 4 Octob MDV, quo die magister Johannes Hans installatus est in praebendam in Holcomb vacantem per mortem Roberti Wydow. Et 5 Octobr. installat. in subdecanatum. *Reg.* Wellens.

VIGIANUS monachus Scotus. Scripsit *Conciones ad populum*, lib. i. *In Evangelium narrationes*, lib. i. Claruit A. M. Dempst. xix. 1164.

S. VIMINUS episcopus Scotus. Scripsit *Lecturam in Threnos*. lib. i. *Meditationes in Psalterium*, lib. i. Claruit A. DCCXV. Colitur 21 Januar. Dempst. xviii. 1155.

VINCENTIUS COVENTRIANUS [a], Carmelita imprimis celebris, Grantae Girviorum studuit: eratque primus sui ordinis, qui ibidem bonas publicae profiteretur artes [b]. Exemplo et alii hujus recte admoniti, causam solicite promovebant literariam. Inter quos et ii [c] in magno plane erant pretio Joannes [d]. Visidunus, proximus a primo, qui Grantae inter Carmelitas sacram interpretatus est Scripturam. In qua postea functione Gallus quidem, Gulielmus Pictavensis dictus, omneis docti viri partes exhibuit. Quartus accessit, videlicet Humfridus Nechodunus, cujus vitam paucis perstrictam hic [e] subjicio. Ex *Lelando.*

[a] Fuit Franciscanus. Vide Tho. Eccleston in Franciscanis sui ordininis. [b] "Hos inter suos Franciscanos Tho. "Franciscanus in suo *Chronico* numerat, saltem Vincen- "tium, Joannem, et Guilhelmum, cujus sententiae ego "quoque subscribo: potuit bene fieri, quod a fundatore "conducti Carmelitis legerint ab A. D. MCCLI, quo pri- "mas illic posuere sedes, ad A. D. MCCLIX, quo Hum- "phridus Necton ex Carmelitana familia primus doctora- "tum suscepit." *Addit.* J. Balei in Ms. Trin. Lel. Scripsit Vincentius *Expositorium missae*, lib. i. "Ut viris eccle- "siasticis innotescerent." *Repetitiones lectionum*, lib. i. Claruit ann. MCCLI. Bal. iv. 12. Pits. p. 324. An. MCCLIX. A. Wood. i. 54. [c] *hi*, Ms. Lel. Trin.
[d] *Weston seu* inserit Ms. ibidem. [e] *Postea subjiciam*, Ms. ibid.

VINOSALVO [GUALTERUS de] [a] Anglicus, vir, quantum illa permittebant tempora, splendidae, comptae, floridae eloquentiae, omnes nervos ingenii sui, quo praeditus erat plane acerrimo, in solam fere rem literariam intendebat. Itaque non contentus scholas tantum patrias frequentare, Gallicas quoque celebravit, et, nisi male colligo, Italicas etiam: nam constat illum Innocentio tertio, pontifici Romano, notum fuisse. Atque adeo hinc est, quod conjecturam facio, hominem aliquando in Italia fuisse, et Romae vixisse; ubi forsitan Innocentium candidum habere meruit patronum. Utcunque sit, non admodum laboro. Illud longe certissimum est, quod Innocentio librum, quem prosa et carmine hexametro *De arte dicendi* [b], ut illa judicavit aetas, doctum, ornatum, venustum scripsit, dedicaverit. Quo munere cum domi, tum foris gloriam sui nominis reddidit illustriorem, et, quod multo maximum, immortalitatem quodammodo sibi comparavit: non illam, quam pyramides, quam columnae, quam arcus triumphales, quam statuae, quam tabulae marmoreae, quam denique numismata pollicentur; sed longe aliam, utpote quae cariem nec sentiat, nec timeat. Sed sit meum leve in hac parte eulogium. Non itidem leve erit Joannis Frumentarii testimonium, qui in libro suo, cui titulus est *Granarium*, honorificam de Gualtero mentionem

[a] Galfridus Vinesauf, seu de Vino salvo, Ms. Trin. Gualterus, alias Galfridus de Vinosalvo. Gale. Nescio an fuerit hic prior S. Fridiswide A. Wood. Ms. Pits. Galfridus Anglicus, Vinesalf seu Venesauf. Selden. in *Praef.* ad *Decem Scriptores*. Nomen sortitus est a carminibus, quae de modo vites et vina conservandi, vina inversa, Gallice *vin moust*, seu deteriorata restituendi conscripsit: quod et Pitseus observavit.
[b] Lib. i. "Siquis habet fundare domum." Ms. Bal. Glynn. Scriptum est poema hoc post mortem regis Richardi, in eo enim accusat mortem ob necem istius regis. Ibid. Lelandus in *Collectaneis* citat carmina quaedam; Pr. "Neustria "sub clypeo regis defensa." Vid. Ms. Cotton. Julius C. 6. f. 15. *De nova poetria*. Ita Ms. bibl. reg. Westmon. E. xi. *De loquendi artificio*. Seld. l. c. sive *De modo et arte dictandi, et transferendi*. Pits. "Papa stupor mundi, si dixero." Ms. C. C. C. Oxon. 132. Pr. alius praef. [est princ. conclusionis Ms. Seld. sup. 65.] "Quem papae scripsi munus spe- "ciale." Ms. bibl. Bodl. Laud. H. 2. Mss. bibl. Bodl. Sup. A. 1. Art. 11. Ms. Digb. 104. mut. in fine. Ms. Seld. sup. 65. Ms. Digb. 64. cum glossa, sed mutil. in fine. Ms. Oxon. coll. Ball. K. 20. et M. 26. Ms. Cantab. coll. Trin. Class. 24. ser. i. cod. ii. et ser. 2. cod. 5. Et coll. Sid. Suss. K. iii. 11. Ms. C. C. C. Cantabr. Lib. al. i. Seldeniana. In C. C. C. Oxon. Ms. 144. sunt duo hujus libri exempla; primum in fine mutilum; secundum in principio mut. sed altero longe antiquius et glossa illustratum. In hoc codice etiam praefigitur argumentum hujus libri per Joh. Bamburgh, suppriorem de Tynmouth, qui librum dedit eidem mon. MCCCCXXXVIII, in quo haec habentur: "Causa efficiens "[hujus operis] est magister Galfridus Anglicus; causa fi- "nalis communis est et privata: communis est, instruere "lectorem in rhetorica, privata, negotium Ricardi regis An- "gliae, qui culpa nobis ignota papam offenderat." Ms. C. C. C. Cantabr. lib. al. i. inscribitur, *Documenta magistri Galfridi Vinestsauf de modo et arte dictandi et versificandi: sc. de principio naturali et artificiali, de modis ampliandi et abbreviandi materiam, de translationibus, determinationibus, stili varietate, et pronunciatione*, etc. Pr. "Tria sunt, circa "quae cujuslibet operis." Dicitur hoc opus typis excusum Viennae Aust. apud Wolfangum Lazium. Pits. Extat Oxonii opera Th. Gale editum. Cl. Seldenus quaedam ex hoc libro habet in *Praef.* ad *Decem Script.* p. 39. Liber hic *De arte dicendi* idem est cum illo, qui et *De nova poetria* dicitur, licet Baleus, et ex eo Pitseus, eos male distinxerit: imo tertium excudit Pitseus *De vinis et fructibus observandis*, qui non alius est a libro *De nova poetria*, uti olim notavit Seldenus. Alius autem haud dubio est, *Tractatus de plantatione arborum et conservatione fructuum*, continens in se breviter omnem modum inserendi arbores aromaticas, fructus conservandi, vites et vina cognoscendi, vina inversa seu deteriora reformandi, etc. Ms. in bibl. Gonvil. et Caii Cantab. cod. 74. Cave. Ms. bibl. Bodl. Mus. 151. Extat Ms. codex ejusdem argumenti Anglice, et inscribitur, *Godefridius super Palladium*. Pr. "The manner of settyngs of "treis is manyfold, and so commune, that we." Sed hic liber Galfridi de Vinosalvo aetatem non sapit, nisi forsan sit ejusdem translatio.

facit

facit. [c] Extat ejus ad imperatorem Romanum breve *Carmen*, quo ſupplex eum hortatur, ut Richardum Leoninum, Anglorum regem, interceptum reſtitueret. Incidi aliquando in libellum non inelegantem *De rebus ethicis*, qui bonos informaret mores. Extrema ejus pagella ſic inſcripta fuit: “ Galfridus Vineſave [d].” Stylus plane Vinoſalvum ſapiebat. Claruit ſub Richardo et Joanne regibus. Ex *Lelando*.

[c] Scripſit etiam *Ad Caeſarem pro Richardo liberando*, lib. i. *Monodiam in obitum regis Richardi* i. lib. i. Extant duo poemata *De glorioſo rege Richardo*, inter *Hiſtoriae Anglicanae ſcriptores*, Oxon. MDCLXXXVII. tom. ii. pag. 430. Prin. primi, “ Menſae delicias orditur ” et Bal. *Add.* Mſ. Lel. Trin. *De ſtatu Romanae curiae*, lib. i. “ Nuper apoſtolica Galfridus ſede.” *Ad Gulielmum Elienſem cancellarium*, lib. i. “ Quod papae ſcripſi munus ſpe- “ ciale.” Mſ. in coll. C. C. Cantab. citante Pitſeo et Bal. *Add.* Mſ. Lel. Trin. *Hiſtoriam*, ſive *Itinerarium Richardi Anglorum regis in terram ſanctam*, lib. vi. (Pr. Prol. “ So- “ let nonnunquam accidere”) ab aliis Richardo canonico, vel Richardo Diviſienſi, ab aliis Roberto monacho tributum, auctori ſuo nuper reſtituit doctiſſimus editor Oxonienſis, qui Galfridum noſtrum cum Gualtero Conſtantienſi ſeu Oxonienſi eundem facit. Prodiit haec *Hiſt.* ſed mutila et anonyma, in *Collectione Wicheliana geſtorum Dei per Francos*; integra nuper inter *Hiſtoriae Anglic. ſcriptores* Oxon. MDCLXXXVII, tom. ii. p. 247. ex Mſ. in bibl. publ. Cantabr. Mſ. bibl. Bodl. Laud. G. 81. eſt cod. antiq. *De expeditione Chriſtiana ſub Godefrido Bollen, pro ereptione Hieruſalem*, lib. vi. (“ De “ via et expeditione”) cui nota praefigitur manu antiqua, “ Autor hujus libri nominatur Godefridus.”

[d] Scripſit praeterea, ſecundum Pitſeum, *Enchiridion*, lib. i. Pr. “ Ad mare me videat.” Mſ. in bibl. Gonv. et Caii Cantabr. I. 7. *De promotionibus et perſecutionibus Galfredi, Eboracenſis epiſcopi.* Mſ. in bibl. C. C. C. Cantabr. citante Pitſeo.

VIRGILIUS, patria Hibernus, primo in Galliam trajecit, dein in Germaniam, ubi Saltzburgenſis epiſcopus factus eſt 17 cal. Julii DCCLXVI. Scripſit *Epiſtolam ad P. Zachariam contra Bonifacium de rebaptizatione*. *Epiſtolae* duae P. Zachariae de cauſa hujus Virgilii extant in *Sylloge epiſt. Hibern.* p. 47. *Gloſſarium a Melch. Goldaſto* in *Notis ad Columbanum* citatum. *De antipodibus*, lib. i. Obiit 5 cal. Decemb. A. DCCLXXXIV. *Vita et miracula* ejus autore *S. Eberhadi* epiſcopi Saliſburgenſis diſcipulo extat apud Meſſingham, p. 330. Bal. xiv. 82. War. p. 37. Caniſ. tom. iv. P. ii. p. 473.

VIRGILIUS [POLIDORUS] patria Urbinas, denariorum S. Petri in Anglia ſubcollector. A. MDIII, 6 Nov. praeſentatus ad rectoriam de Church Langton in archidiac. Leyceſtr. per Nich. Gryffin militem. *Reg.* Gul. Smith, epiſc. Linc. A. MDVII, April. 13 collatus ad praebendam de Scamleſby in eccl. Lincoln. quam reſignabat A. MDXIII. *Reg.* Ibid. A. MDVII archidiaconus Wellenſis, et praebendarius de Nonnington Herefordenſis factus. A. MDXIII, 11 Junii collatus ad praebendam de Oxgate in eccleſia S. Pauli London. *Reg.* Fitz James London. A. MDL grandaevus literas dimiſſorias nactus eſt ab Edwardo vi ut patriam reviſeret; quibus conceſſis Angliae valedixit et Urbini mortuus eſt A. MDLV. Rymer. *Foeder.* xv. 234. Scripſit Anglice *Hiſtoriae ad Henr.* viii. lib. xxvii. (rectius xxvi.) Pr. pr. “ Jam inde ab initio rerum humanarum.” Pr. lib. “ Britannia omnis quae hodie Anglia.” Baſil. MDXXXIV. MDXLVI. MDLVI. MDLVII. MDLXX. MDCXXXIV. fol. Gandav. MDLVI. 12mo. 2 vol. Et cura Ant. Thyſii. Lugd. Batav. MDLI. 8vo. Vide cenſuram hujus *Hiſtoriae* in *Hiſt. et Ant. Oxon.* i. 36. Opus hoc Polidorus rogatu Henr. viii. incepit, et laboraverat 12 annos A. MDXVII. *Epiſt. Matthaeo fratri praef. De invent. In Horatium*, Baſil. MDLXXX. fol. inter *Commentaria variorum autorum in Horatiam* cura Henrici Petri edita. *De prodigiis et ſortibus*, lib. iii. ad Franc. Mariam Urbini ducem; per modum dialogi inter Polydorum et Rob. Ridleium Cantabr. Accurate, ſed neſcio quam bene. Lond. MDXXVI. Baſil. MDXXXIII. MDXLV. MDLIII. 8vo. Lugd. MDLIII. MDLXXXIX. MDCXLIV. 8vo. Amſtel. MDCLXXI. 12mo. *De rerum inventoribus*, lib. viii. Ad Ludov. Odaxin. “ Sum equidem neſcius, “ Ludovice Odaxi.” Pr. epiſt. ad Matthaeum Vergilium fratrem (dat. Lond. MDXVII.) “ Red- “ dam tibi, frater ſtudiorum.” Primi tres libri prodierunt ſeorſum Argentor. MDIX. 4to. Libri viii Baſil. MDXXIV. MDXLV. MDL. MDLIV. 8vo. Francof. MDXCIX. 12mo. Genev. MDCIV. 8vo. . . . MDCVI. 8vo. Lugd. Bat. MDCXLIV. 8vo. Amſtel. MDCLXXI. 12mo. Anglice per Jo. Langley archididaſcalum Paulinum, Lond. MDCLXIII. 8vo. Abbreviat. Anglice per Tho. Langley. Lond. . . 12mo. Italice Venet. MDXLV. 12mo. Hiſpanice per Franc. Thamarum, Medina MDLI. 4to. *In orationem Dominicam*, lib. i. “ Dominicam precem quoties.” Baſil. MDLIV. 8vo. *Epiſcoporum Angliae catalogum.* Extat Mſ. apud Anglos exules; laudatur a Stapletonio. Princ. doctr. lib. xiii. c. 7. Whart. *Angl. Sacr. praefat.* tom. i. p. xiv. *De ritibus Chriſtianorum*, lib. v. “ Chriſtus “ Servator noſter, qui.” *Emendationes Gildae*, lib. ii. Hoc eſt principium *Epiſtolae ſuae Cuthberto Tonſtallo epiſcopo Lond.* praef. editioni Gildae . . . MDXXV. 8vo. “ Abhinc aliquot annos.” Epiſt. dedic. princ. dat. Lond. MDXIX. “ Jam inde ab initio.” In edit. Baſil. MDXXIV. f. quae ſecunda vel tertia fuit. *Adagiorum ad Guidonem (Paceam) ducem Urbini*, lib. i. Pr. ded. ad Guidonem Ubaldum Urbini ducem. “ Troezeni Atticae regionis.” Sunt *Adagiorum* libri duo. Secundus eſt Adagiorum divinorum Baſil. MDXXIV. MDXXXII. MDXLI. 8vo. Ad ultimae hujus editionis finem habetur *Johannis Chryſoſtomi de perfecto monacho, maloque principe libellus*, eodem Polydoro interprete. Pr. ded. Eraſmo Roterod. “ Tandem quod dediſti.” dat. Lond. 3 Id. Aug. MDXXVIII. *De patientia et ejus fructu; per modum dialogi inter Pinnium et Polydor. Virgil.* lib. ii. Pr. “ Per- “ vellem, Pinni, ut quemadmodum.” Baſil. MDXLV. MDLIII. 8vo. *De vita perfecta*, lib. i. “ Nunc tua certe, Virgili, patientia.” Baſil. MDXLV. MDLIII. 8vo. *De veritate et mendacio*, lib. i. Dialogus inter Pinnium, Henr. Cole, cuſtodem Novi coll. Oxon. et Polydor. Virgilium. Baſil. MDXLV. MDLIII. 8vo. *Epiſtolas eruditas*, lib. i. *De jurejurando et perjurio*, lib. i. Pr. ded. Joannil. duci Northumbr. dat. London Mart. MDLIII. “ Fidem Cicero lib. *Officiorum*.” Pr. lib.

"Scripsi librum antea in disputatione." Basil. MDLIII. 8vo. *Praefationem* Latinam libri Gul. Harrington. *In laudem matrimonii*; qui scriptus erat rogatu hujus Polydori. *Praefationem* in Nic. Perotti *Cornu copiae*. Bal. xiii. 47. *Fasti Oxon*. i. 4.

VIRGNOUS, eremita Scotus, S. Columbae discipulus. Scripsit *Visionem de morte S. Columbae*, lib. i. Claruit A. DCVI. Dempst. xix. 1170.

VIRLEY [HUGO] sive VEROLEGUS [a] togam Carmeliticam Nordovici accepit: postea bonis artibus Isiaci operam dedit, nomenque theologi [b], nobile eruditionis praemium, ibidem meruit, et accepit [c]. Consecravit autem hos libros posteritati: *Commentarios in Evangelium Matthaei* [d]. *Homilias super Matthaeum* [e]. "Reminiscamini [f]." *Determinationum* [g] lib. i. "Ignorantia fuit causa." *Quaestionum* lib. i. [h] *De figuris historiarum* [i] libr. bene luculentum. "Literalis sensus Sacrae Scripturae." Fuit in pretio circiter annum D. MCCCXLIV [k]. Hic manum de tabula tollere parabam, cum se mihi offerret alter Verolegus, praenomine Thomas; cujus sane perquam luculenti *Commentarii* extant *in Divi Pauli Epistolas*. Caetera, quae hujus autoris memoriam illustrarent, nondum mihi innotuerunt: ubi autem innotuerint, sedulo quidem, ne intereant, curabo. Ex *Lelando*.

[a] Hugo Virley. Bale. Pits. [b] Oxonii in publicis theologorum scholis praelegebat. Bale. Pits.
[c] "In veterum autorum lectione, tam oratorum quam "poetarum, immo tam historiarum quam theologorum, "omnibus pene suae aetatis doctoribus exercitatior erat." Cconsecravit. Ita legit Lel. *Epit*. Ms. Trin. Nota, quod antiqui Romani etiam his saeculis barbaris legi solebant, quia Baleus dicit, Hugonem in summis deliciis habere Plinium, Josephum, Justinum, Trogum Pompeium, Herodotum, Quintilianum, Aulum Gellium, Suetonium, etc. Vide Bal. [d] Lib. i. "Gesta spectabilia celeriter a memo-"ria." [e] Idem fortasse cum libro sub hoc ticulo in Bale. et Pits. memorato, *Collationes* xviii [*in Matthaeum* desunt in Ms. Bal. Sloan.] lib. i. [f] "Johannis quinto "quando homo non potest juvare per legem." Ms. Bale. Sloan. [g] xcvi lib. i. Lel. *Epit*. *Determinationes sive quodlibeta*. Pr. "Quaerebatur inter caetera in disputa-"tione." [h] *Quaestiones ordinarias*, lib. i. "Utrum "solis Dei amicis conferatur." Ms. Bal. Sloan. Item, *Alias quaestiones in theologia* xvi. Pr. "Utrum ignorantia "fuit causa peccati Adae." Ms. ibidem.
[i] Lib. i. Pr. pr. "Literalis sensus," etc. Pr. lib. "Sic-"ut dicit Hieronymus in *Epistola ad Paulinum*." Ms. ibidem. *Compendium figurarum Bibliae*, Ms. ibidem. 4to. Scripsit etiam Hugo *Placita theologica*, lib. i. *Praelectiones in Paulum*, lib. i. *Comment. in Paulum* Thomae Virley infra ascribuntur. *Lectiones Scripturarum*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. [k] In theologia licentiatur Oxoniae MCCCXXXIX. Bal. Ms. Sloan. Claruit A. D. MCCCXLIV. Bal. v. 52. Pits. p. 450.

VIRLEY [THOMAS] inter nostrae nationis theologos et divinae professionis magistros, meritum exposcit locum, ut qui in ea cultura nonnihil laboraverit. Fuit vir seculo suo ex frequentia theologicarum lectionum alicujus nominis: paucissimis tamen nostrae aetatis hominibus de nomine quidem nunc cognitus, tantum abest ut aliquid ejus librorum publicis teratur manibus. Ego tamen (inquit Lelandus) reperi illum scripsisse luculentos *Commentarios in omnes D. Pauli Epistolas*, lib. xiv. Bal. x. 96. ex Lelando. Pits. *App*. p. 916.

VITELUS [CHRISTOPHORUS] VITALUS sive VITELL; fuit faber lignarius, degens in Sudoverca prope Londinum, qui tempore regis Henrici viii in religione inconstans, tempore Edw. vi dissimulator, et Mariae tempore Arianus fuit, et in ergastulo Woodstreet Londini captivus detentus, donec primo Elizabethae errores suos ad crucem S. Pauli, praesente Grindallio episcopo Londinensi abjuraverit. Delphis in Hollandia, Henrico Nicholasio notus, errores ejus imbibit. Scripsit lingua vernacula *Testimonies of Sion of the fast stone of foundation layd therein of judgement and righteousness, and of holy priesthood, and spiritual oblation through Jesus Christ, brought forth through the Lord's elected minister Henry Nicholas*. Pr. "Blessed is he which watcheth." Printed and answered, paragraph by paragraph, by Jo. Rogers MDLXXIX. Ex lingua Hollandica in Anglicam transtulit *Henrici Nicholasi opera varia*. Anno MDLXXIX adhuc in vivis erat, postquam per spatium 36 annorum erroneas opiniones tenuerit, quas tamen recantavit. Vide Batman's *Doom*, p. 414. "I had not recanted, but continued to do mischief." MDLXXXI. Vide Jo. Rogers librum *About the family of love*; et *Praefationem* ad Gul. Wilkinson *Against the family of love*, ubi nonnulla de Vitellio.

VITELLIUS [CORNELIUS] homo Italus, Corneti, quod est maximum Hetruriae oppidum, natus nobili prosapia, omnium primus Oxonii bonis literis juventutem excoluit. Ita Polydorus Virgilius lib. xxvi. Quaere, an non fuerit ludimagister scholae grammaticalis in collegio Novo; vel juxta collegium Magdalenense Oxon. Harpsfield. *Hist. eccles*. p. 651, "Cornelius Vi-"tellius, qui primam suam orationem in collegio Wiccamensi habuit." Ast vereor ne in honorem conterranei sui veritatem infirmaverit; nam alii haud dubio ante hunc Italum ludos literarios aperuerunt. Scripsit *Annotationes in N. Perotti libellum, quo Plinii epistola ad T. Vespasianum corrigitur*. Basil. MDXXI. fol. *Defensionem Plinii et Calderini contra G. Merulam*. Francof. MDCII.

VIVES [JOHANNES LUDOVICUS] natione Hispanus, patria Valentianus; studiis primum philosophicis et philologicis in academiis Parisiensi et Lovaniensi, et postea jurisprudentiae et theologiae operam dedit sedulam. A. D. MDXVII Lovanii tunc vitam agens a fundatore inter primos collegii Corporis Christi Oxon. socios nominatus. A. MDXXIII in Angliam veniens Oxoniam se contulit, ubi in dicto collegio literas humaniores et jus caesareum academicis publice praelegit. Dein LL. doctor admissus; et principissae Mariae, filiae Henrici viii, praeceptor in lingua Latina constitutus. Tandem in Belgium rediit, et Brugis diem obiit ultimum A. MDXXXVI. (Possev.) MDXL (Guicc.) MDXLI (Thuan.) MDXLIII (Freher.) MDXLIV (A. Wood) Bruxellis MDXLV (Joh. White *Diacos*) Scripsit *De ratione studii, puerilis epist*. ii Ded. Catharinae reginae, dat. Oxon. MDXXIII.

MDXXIII. " Juſſiſti ut brevem aliquam." Impr. Lugd. MDXXXII. Et ad finem *Rudimentorum grammat. Tho. Linacri.* Pariſ. MDXXXIV. 4to. et Baſil. MDLVII. Et Tiguri MDLXII. *Exercitationem linguae Latinae*, lib. i. " Latinae linguae permagnae." Colon. MCCCCXCIV. 4to. *De conſcribendis epiſtolis*, lib. i. " Cum inſtituerem Idioquees." Cum libello Eraſmi ejuſdem argumenti Colon. MDXXXVI. MDLXXIII. 8vo. *De ratione dicendi*, lib. iii. " Qui humanae conſociationis." *De conſultatione*, lib. i. " Petis, vir clariſſime, ut de." Utrique Baſil. MDXXXVII. et Colon. . . . *Declamationes ſeptem.* Pr. " Declamandi exercitationem." Baſil. MDXXXVIII. Nic. Anton. ita: " *Declamationes ſex de praeſenti ſtatu Europae et Bello Turcico.*" *Pompeium fugientem*, lib. i. Querelam " Cnei Pompeii." *Fabulam de homine*, lib. i. " Si vacat, nobiliſſime Antoni." *In Pſeudodialecticos*, lib. i. " Quum exiſtimarem futurum Seleſtadii." . . . *In leges Ciceronis praelectionem.* Pr. " Credo ego vos mirari." *In convivia Fr. Philelphi praelectionem.* Pr. " Neſcii non eſtis." *In quartum rhetoricorum praelect.* Pr. " Beluas quas philoſophi." *In ſuum Sapientem praelect.* Pr. " Cuncti qui de corruptis." *Dialogum* Sapientem *inſcriptum.* Pr. " Audivi ſaepius Ludovi-" cum." *Aedes legum.* Pr. " Quum in humanam ſocietatem." *Iſocratis Areopagiticam orationem ſive de vetere Athenienſium republica* Lat. redditam. Pr. " Vetus quaeſtio eſt, quae varie." *Iſocratis Nicolem* Lat. redditum. Pr. " Dicendi artem qui." Baſil. MDXXXVIII. 8vo. *De corruptis artibus*, lib. vii. Pr. " Majorum praeclara facinora." *De tradendis diſciplinis ſive de doctrina Chriſtiana*, lib. v. " Cogitanti mihi nil." Hi duo tract. ſeorſum Lugd. Bat. MDCXXXVI. 12mo. Et . . . MDCXII. 8vo. Conjunctim ita: *De corruptis artibus et tradendis diſciplinis*, lib. xx. Et forſan continent v ſequentes tractatus. Antw. MDXXXI. Brugis MDXXXI. Colon. MDXXXII. Lugd. MDLI. Nic. Anton. *De prima philoſophia*, lib. iii. " De intimae naturae opificio." *De explanatione cujuſque eſſentiae*, lib. i. " Ex hac materia per." *De cenſura veri*, lib. ii. " Inſtru-" mentum examinandae." *De inſtrumento probabilitatis*, lib. i. " Mens humana quae eſt." *De diſputatione*, lib. i. " Veritatem non plene aut aperte." *Interpretationem allegoricam in Bucolica Virgilii*, lib. i. " Poetae olim Graeci majore." Mediol. MDXXXIX. 8vo. *In Georgica Virgilii praelect.* Pr. " Nolo praefari multa." Dantur Baſil. MDLXXXVI. *Annotationes in Virgilium. In Suetonium quaedam.* Pr. " Suetonium eſſe acephalum." Omnia ſuperius enumerata opera habentur in tomo primo operum Ludovici Vivis, Baſil. MDLV. fol. In tomo ſecundo quae ſequuntur: *De initiis, ſectis, et laudibus philoſophiae*, lib. i. " Credo neminem fore." *Animam ſenis, ſive praelect. in Ciceronem de Senectute*, lib. i. Pr. " Antequam Ciceronis Catonem." *Somnium, ſive praefationem ad Ciceronis ſomnium Scipionis.* Pr. " Utris prius gratulabor." R. Pater. Baſil. MDXXI. 4to. *Virgilium in Somnium Scipionis*, lib. i. " Non dubito futuros pleroſque." *Introductionem ad Sapientiam*, lib. i. " Vera ſapientia eſt, de." Hunc tractatum Gallice vertit Gul. Paradinus. Lugd. MDL. 8vo. *Satellitium animi, ſive ſymbola principum inſtitutioni potiſſimum deſtinata*, lib. i. " Solitum eſt principibus." Lugd. MDXXXII. MDLVI. 8vo. Baſil. MDXXXVII. Antwerp. MDXLVI. Amberg. MDXCIII. 8vo. Lipſ. MDXCIV. 8vo. MDC. 8vo. *Genethliacon Jeſu Chriſti*, lib. i. " Vetus conſuetudo eſt." *De tempore, quo natus eſt Chriſtus*, lib. i. " Mitto ad te, heros." *Veritatem fucatam, ſive in triumphum Chriſti praefat.* Pr. " Exigit haud dubie." *Chriſti Jeſu triumphum*, lib. i. " Novi ego pleroſque, venerande." *Clypei Chriſti deſcriptionem*, lib. i. " Decet " eum qui Chriſti." *Virginis Deiparae orationem*, lib. i. " Tum Franciſcus Chriſtophorus." *Meditationes* vii *in Pſalmos poenitentiales.* Pr. " Paucos admodum eſſe." *De paſſione Chriſti meditat. in Pſalm.* xxxvii. Pr. " Quaecunque in hac univerſitate." *Excitationes animi in Deum*, lib. i. " Deſtinemur omnes adeo." Baſil. MDXLIII. 16mo. *Comm. in precationem Dominicam*, lib. i. " Omnis paternae appellationis." *Preces et meditationes diurnas et generales*, lib. i. " Deus et " Pater Domini." Baſil. MDXL. Gallice verſ. per Godefridum de Billy. Pariſ. MDLXX. 12mo. *Sacrum diurnum de ſudore Chriſti*, lib. i. " Recipe nos, Chriſte." *De ſudore noſtro et Chriſti concionem.* Pr. " Quantum vos ad attente." *De veritate fidei Chriſtianae*, lib. v. " Magnas et " graves admodum." Extant ſeorſum Baſil. MDXLIII. MDXLIV. 8vo. Colon. MDLXVIII. 16mo. *De anima et vita*, lib. iii. " Nulla eſt rei alicujus." Baſil. MDXXXIII. Ludg. MDLV. 8vo. *De officio mariti*, lib. i. " Quum olim de inſtitutione." Brugis MDXXVIII. MDXXIX. 8vo. Baſil. . . . *De inſtitutione foeminae Chriſtianae*, lib. iii. " Movit me ſanctitas." Baſil. MDXXXVIII. Libri v juſſu Catherinae reginae Angliae a theſaurario Anglice verſi. Lond. . . . 4to. Gallice extant per Jacob. de Chadgy Lugd. . . . Antwerp. . . . 8vo. Hiſpanice per Jo. Juſtinianum Ceſarauguſt. MDLV. Anciae MDLXXXIV. 8vo. *De concordia et diſcordia*, lib. iv. ad Carolum v. cum in Italia inſtitutum eſſet concilium generale. " Quum in tanta continuatione." *De pacificatione*, lib. i. " Quum libros de concordia." Antw. MDXXIX. Lugd. MDXXXII. 8vo. *De conditione vitae Chriſtianorum ſub Turco*, lib. i. " Eſt inter Chriſtianos." Lugd. MDXXXII. . . . MDL. *De ſubventione pauperum*, lib. ii. " Peregrini et advenae officium." Pariſ. MDXXX. Lugd. MDXXXII. Gallice opera Jac. Girardi Lugd. MDLXXXIII. 8vo. *De communione rerum*, lib. i. " Sapientes quidam e " gentilitate." *Epiſtolas.* Pr. " Audio pacificatorias aliquot legationes." *Epiſtolarum farrago* ad Henr. viii regem Antwerp. MDLVI. 8vo. *De Bello Turcico dialogum.* Pr. Minos. " Poſſeſne no-" bis, Tireſia." In edit. Baſil. MDXXXVIII. tit. ita: *De Europae diſſidiis et Bello Turcico*, etc. *Epiſtolas* xvii *ad Eraſmum.* Pr. " Nunc primum renunciat mihi." Extant ad finem *Epiſt. Eraſmi* Lond. MDCXLII. fol. Et inter eaſdem *Eraſmi epiſtolas* habetur alia Vivis Eraſmo, p. 752. *De Europae diſſidiis et republica* liber ad Thomam card. Wolſey . . MDXXII. 8vo. Edidit *D. Aur. Auguſtini de civitate Dei*, lib. xxii. ad priſcae venerandaeque vetuſtatis exemplaria collatos, eruditiſſimiſ-

que

que commentariis illuſtratos ded. regi Henr. viii. Baſil. MDXXII. Pariſ. MDLV. fol. Antwerp. per Plantinum . . . fol. Lugd. . . . 8vo. Gallice per Gentianum Hervetum, Pariſ. MDLXX. f. Scripſit *De conſtruenda ſchola* librum quem miſit ad ſenatum urbis ſuae Valentinae. Adhuc ineditum. Nic. Anton. *Bibl. Hiſp.* *De corrupto jure civili.* Quod opus laudatur in *Elencho ſcriptorum juris.* Qu. " Annon pars tractatus de corruptis diſciplinis. *Deſcriptionem temporum et rerum Romanarum*; ſub Johannis Warſenii nomine editam Lovan. MDXXXIV. Ei tribuit Valer. Andreas. *Epiſtolam ad Henricum* viii *Angliae regem de Franciſco Galliarum rege a Caeſare capto. Epiſtolam de pace inter Caeſarem et Galliae regem, deque optimo regni ſtatu. In Ciceronem de legibus. De charitate Dei et proximi. De proſperis et adverſis. Argumenta in pleroſque libros Ariſtotelis.* Edita Baſileae per Oporinum cum operibus Ariſtotelis. *Uſum linguae Latinae. De Hiſpanis originibus* meditabatur aliquid producere, uti colligit Nic. Antonius ex notis ad lib. viii Auguſtini *De civitate Dei. Cenſuram de Mahummede et Alcorano.* . . . MDL. f. *Athen. Oxon.* i. 63. ſeqq. Freher. Blunt. p. 365. ſeq. Nic. Anton. *Bibl. Hiſp.* i. p. 552. ſeqq.

VIXAN [Sir DAVYDH] Glamorganenſis. Tranſtulit in ſermonem vernaculum Cambro-Britanicum *Odorici monachi itinerarium apud Indos.* Pr. " Lhymma y treithur o fordh y Braud " Odrig." Mſ. penes Edw. Lhuyd. Oxon. Claruit A. D. MCCCCLX. Lhuyd. *Arch. Brit.* 255.

VIXAN [EDNYVED.] Poëta Cambro-Britannus. Floruit circa A. D. MCCLXX. Lhuyd. Davis.

ULHETHUS [JOANNES] [a] ſive HULHETHUS, Carmelita, ut conjecturam facio, non tulit Armacani iniquitatem [b], qui fratrum mendicitatem aperto impugnabat marte. Quare novem ejus *Quaeſtiones* omnibus animi viribus [c] aggreſſus eſt, quibus et fortiter concuſſis, ſibi viſus eſt de hoſte profligato victoriam reportaſſe [d]. Ex *Lelando.*

[a] Joannes Ulheth, Carmelita. [b] *Livorem* [Lel. *Epit.* Mſ.] [c] Scripſit *Impugnatorium quoddam in* ix *propoſitiones domini Armachani circa materiam mendicitatis,* lib. i. [d] Floruit A. D. MCCCLXX. Mſ. Bal. Sloan. 4to. f. 118.

ULLERSTONUS [a] [RICHARDUS] ſive ULLERODUNUS, nondum tam aperte mihi eſt cognitus, quam optarem. Nihilominus operae pretium erit hominem poſteritati, tanquam in tranſcurſu, commendare. In confeſſo enim eſt illum cum in philoſophia, tum etiam theologia adprime eruditum fuiſſe, et in Iſidis Vado doctis invigilaſſe artibus. Nam ejus volumen *De articulis fidei*, ſive *De ſymbolo eccleſiae* [b], quod edidit anno D. MCCCCIX manifeſte probat, quam feliciter olim verſatus ſit in ſacroſancta quidem illa veterum theologorum lectione. Sed, heus tu! verum illud equidem, quod et vulgo dici ſolet, omnium rerum viciſſitudo Ulleroduni opus plane doctum in paucis bibliothecis tantum non neglectum, et pulvere obſitum, autore mortuo, longiuſcule delituit: quod tamen primo partus ſui tempore in magno fuit pretio. At hanc non tulit calamitatem Joannes Stenobrigus, Carmelita, vir cum aliis multis nominibus, tum hoc praecipue clarus, quod Ulleroduni *Symbolum* non modo in lucem revocaverit, verum etiam *Commentariis* ſuis anno D. MCCCCLXIII illuſtraverit. Adeo non poteſt virtus et doctrina longum obſcuro carcere claudi. Scripſit etiam illuſtreis *In Pſalmos Davidis commentarios* [c], quos Henrico Chichelego, Cantiorum archiepiſcopo, dedicavit: ſupereſt et *Defenſorium dotationis eccleſiaſticae* [d]. Ex *Lelando.*

[a] " Ricardus Ullerſton, patria Lancaſtrienſis, S. S. theol. " Oxon. doctor, Roberto Halamo, epiſcopo Sariſbur. et " eccleſiae Romanae cardinali, ſumma familiaritate junctus." Wharton. " Dioec. Ebor. ad omnes ordines per " licentiam domini admiſſus 19 Dec. MCCCLXXXIII." Ita in *Reg.* Braybrook, epiſcopi Lond. " Rector eccleſiae " paroch. de Beford, Ebor. dioec. ordinatus ſubdiaconus " 1 Jun. MCCCCIX." *Reg.* Clifford, epiſc. Lond. " Admiſſus praebendar. de Axford in eccleſ. Sarum 25 Mar. " MCCCCXV." A. Wood. Mſ. C. 138. " Collegii Reginenſis Oxon. [ſocius] eccleſiae Eboracenſis canonicus, et " tandem acad. Oxon. commiſſarius et cancellarius evaſit. " Wicliffi imitatoribus haud modice adverſabatur, quin " illos ex academia tollere omnibus modis ſatagebat." *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 117. [b] Lib. i. Vide ſupra in JOH. STANBERIO. [c] Lib. i. " Laudandum eſt valde " cum hi, qui." Mſ. Oxon. coll. Magdal. 115.

[d] (*per Conſtantinum*, Whart.) lib. i. " Viam veritatis " eligens ab initio." Olim in bibl. canonicorum Exon. Lel. *Collect.* iii p. 257. ſcripſit etiam *Super cantica eccleſiae*, lib. i. " Finita utcunque *Expoſitione Pſalm.*" Mſ. olim in bibl. monaſt. Syon. *Petitiones pro eccleſiae militantis reformatione ad R Hen.* iv *et Rob. Halam, epiſcopum Sarum*, etc. lib. i art xvi. Pr. pr. " Reverendo in Chriſto " patri." Pr. lib. " Quia tempore jam tranſacto." Mſ. coll. Corp. Chr. Oxon 183. " Quia ab S. apoſtolo mo" nemur." Extat Mſ. Cantabr. in bibl coll. Trinitatis Cod. 6. Oxon in collegiis Magd. 89. et Corporis Chriſti 183. et in eccleſia Sariſb. Jameſ Praefatio et quaedam excerpta ex hac petitione habentur apud *Hiſt. lit. App.* Whart. p. 86. 87. et Mſ. bibl. Langb. xii. 29. Extat pag. 1118 Concilii Conſtantienſis per Herman van der Hardt Helmſtad. MDCC. vol. primo. Tituli articulorum xvi. in *Petitione* Ricardi Ullerſtoni ſequuntur: Primus articulus erit *De ſummi pontificis ordinata electione.* Secundus *De Simoniae declinatione.* Tertius, *De legis Chriſti exaltatione.* Quartus, *Contra anomolam eccleſiarum appropriationem.* Quintus, *Propter idoneorum praefectionem.* Sextus, *Contra exemptiones.* Septimus, *Contra diſpenſationes.* Octavus, *Contra beneficiorum pluralitates.* Nonus, *Contra appellationes.* Decimus, *Contra privilegiorum abuſiones.* Undecimus, *Contra apoſtaſiam clericorum ſe ſaecularibus negotiis immiſcentium.* Duod. *Contra praerogativam cantorum et officialium in curiis dominorum reſidentium.* Tertius dec. *Contra extorſiones univerſaliter.* Quartus dec. *Contra ſuperfluum et nimis ſumptuoſum et inordinatum apparatum in clericis et eorum familia.* Quintus dec. *Pro cultu divino fructuoſius ampliando.* Sextus dec. *Pro pace inter regna Chriſtiana ſummopere procuranda.* Mſ. Langb. xii. 33. 34. Ad finem Mſ. C. C. C. " Explicit tractatus, qui intitulatur " *Petitiones*, etc. editus Oxoniae a mag. Ricardo Uller" ſton, doctore in theologia, A. D. MCCCCVIII." *De officio militari*, lib. i. " Sereniſſimo et illuſtriſſimo principi." Hic tractatus praeceptoris ſui Ricardi Courtenay precibus conſcriptus, et Henrico, Walliae principi, poſtea invictiſſimo Anglorum regi, nuncupatus, extat Mſ. in coll. Trin. Cant. Cod. 6. et in C. C. C. Cantabr. H. iv. f. 179. b. Vide *Praef.* in Mſ. Whart. Y. 26. in bibl. Lambethana. *Lectiones ordinarias*, lib. i. Claruit MCCCCXXX. Bal. vii. 85. Pitſ. p. 621. 622.

ULTANUS MAC CONCUBAR, episcopus Ardbracanensis, scripsit *Miracula S. Brigidae ordine alphabet*, lib. i. *Vitam S. Patricii. Hymnos quosdam.* Obiit apud Ardbracan in Midia prid. non. Sept. A. D. DCLV vel DCLVI. War. p. 22.

ULTANUS, alius priori coaevus, Tursaei frater memoratur Bed. iii. c. 19. et Bal. xiv. 80. Sed de scriptis nihil. Quidam S. Ultanus episcopus quiescit Glastoniae. *Monast. Angl.* i. 4.

ULTRICURIA [JOHANNES de] academiae Oxon. alumnus, scripsit quasdam *Propositiones*, quae, primum Romae condemnatae, deinde ab ipso in universitate Oxon. A. MCCCXLVIII publice revocatae fuerunt. A. MCCCXCII cum Angliae rege Richardo ii et aliis eximiis theologis interfuit Stanfordiensi concilio. Edidisse fertur *Super magistrum Sententiarum*, lib. iv. *Conciones ad utrumque statum*, lib. ii. *Sermonum* xii. lib. i. *De eucharistiae Sacramento*, lib. i. *Contra septem peccata mortalia*, lib. i. *Determinationes Oxonienses*, lib. i. *Itinerarium salutis*, lib. i. Eboraci obiit et sepultus est A. MCCCXCII. Pits. p. 556.

UNDERDOWN [THOMAS] filius Stephani Oxoniensis, transtulit in linguam Anglic. *Ovidii invectivam in Ibin, carmine ; et illustravit notis.* Pr. ep. ded. a Th. Sackvile dom. Buckhurst " In addressing my book, right." Pr. lib. " Whole fifty years be gone and past." Lond. MDLXIX. MDLXXVII. 8vo. *Heliodori historiam Aethiopicam*, lib. x. ad ed. com. Oxon. " As they " somewhat be more." Lond. . . . et MDLXXVII. 4to. Scripsit *An excellent history of Theseus and Ariadne.* Pr. pr. " Seynge the pricke whereunto the line." Pr. lib. " There dwelt some " time in Crete a kynge." Lond. MDLXVI. 12mo.

UNTON [HENRICUS] filius Edwardi Unton, equitis aurati, ex Anna comitissa Warwici, natus erat apud Wadley juxta Farringdon in agro Bercheriensi. In collegio Orielensi Oxon. literis humanioribus egregie imbutus, magnam Christiani orbis partem itineribus emensus est, et ob virtutem bellicam in Zutphaniae obsidione dignitate equestri donatus. Bis legatus missus ad regem Galliae; et in legatione postrema obiit A. MDXCVI 23 Mart. Scripsit *Legationis prioris*, sc. *Diarium* et *a* 13 *Jul.* MDXCI *ad Jun.* 12 A. MDXCII. Ms. bibl. Bodl. Mus. 8. Inter Mss. in Museo Thoresbiano (*Duc. Leod.* p. 519.) *A discourse of ambassages, compiled by Sir H. Unton ; which treats of the good gifts ambassadors must be endowed with, both as to body and fortune—Lastly, of the privileges of ambassadors in their own country after their return.* Ms. fol. *Epistolam Anglicam* praefixam *Tractatui de monarchia*, autore Carolo Merbury, Lond. MDLXXXI. 4to. ad cujus libri finem est *Collectio Italicorum proverbiorum*, quorum plurima Henrico Untono amico suo conjunctissimo accepta refert Marburius. Corpus ejus humatum jacet in familiae suae capella annexa septentrionali lateri ecclesiae de Farringdon 8 Julii MDXCVI. Fuller's *Worthies*, p. 94. *Epitaphium* ejus videsis apud Ms. Ashmol. 850. p. 117. Non longe post mortem prodiit liber carminum, cui titulus *Funebria nobilissimi et praestantissimi equitis D. Henrici Untoni ad Gallos bis legati regii, etc. a Musis Oxon. apparata. Athen. Oxon.* tom. i. p. 283. seq.

UNWONI [a], hominis non trivialiter eruditi, nomen semel tantum, cum Verolamii inter libros antiquissimos versarer, se mihi obtulit ; id autem quo casu acciderit, quoniam res cognitu non indigna est, enarrabo. Agebam dies aliquot apud fanum Albani, monasterium propter muros deserti Verolamii situm, ut aliquid antiquitatis Britannicae e thesauris bibliothecae, quae ibidem celebris est, eruerem. Tulit autem fortuna, ut in Matthaei Parisii, olim ejusdem coenobii monachi, historiam *De abbatibus Albanensibus* inciderem : cumque pervenissem ad vitam Eadmeri [b] abbatis, qui multum juxta ac strenue in perscrutandis neglectae urbis fundamentis laboraverat, idemque arculam libris Britannice scriptis refertam invenerat, illuxit mihi prae oculis celebris Unwoni memoria. Fuit ille quidem, teste Matthaeo, presbyter cum aetate venerandus, tum etiam multarum linguarum cognitione usque adeo excellens, ut ejus fama longe lateque per Britanniam spargeretur. Quare senem accersiri jussit Eadmerus, et venientis ad se opera in vetustis codicibus interpretandis usus est. Quaesiverit hic forsitan a me aliquis, quae fuerit librorum materia ? dicam. Unus, qui et praecipuus visus est, utpote auro et minio pictus, ac serico vestitus, D. Albani Verolamiensis, Britanniae protomartyris, res gestas continebat : caeteri Verolamiensium placita, antiquos ritus, et sacrificia diis patriis immolata docebant. Historiam Albani Eadmerus, adjuvante Unwono, transferendam in Latinum sermonem curavit. Caetera, pro dolor ! fatuus et idem poene impius abbas, non sine ingenti antiquarum rerum jactura, Vulcano commisit. Vixit, regnante Aedgaro, et Ethelredo [c]. Ex *Lelando.*

[a] Unwonus presbyter, patria Cambro-Britannus. Pits. p. 176. [b] *Cadmeri* perperam Pitseus. [c] Claruit Unwonus anno DCCCCLXX. Bal. ii. 33. Pits. p. 176. Unwona quidam, episcopus Legecestrensis, claruit DCCXCVIII. *Monast. Angl.* i. 127. interfuit concilio Calcuthensi, A. DCCLXXXV. Vid. *Concil. M. Brit. et Hib.* vol. i. p. 145. seqq.

VOLENSIS. Hujus librum *De laude Britonum* cap. 15. citat Tho. Rudborn. Whart. *A. S.* tom. i. 183.

UPTON [EDVARDUS] scripsit *Conclusiones* vii *proportionum.* Pr. " Ponatur quod A sit una " potentia." Ms. bibl. Bodl. sup. A. 1. Art. 98. *De actione inter elementa simplicia secundum magistrum E. Upton.* Pr. " Pono quod A sit ignis et B aqua." Ms. coll. Corp. Chr. Oxon. 116. *Tractatum de resolutionibus et expositionibus propositionum.* Ms. olim in bibl. mon. Sion. Pat. 7 Hen. v. 4 Febr. magister Johannes Castel praesentatus ad portionem in ecclesia de Wottesden, quam magister Edv. Upton. nuper obtinuit. Quidam E. Upon clericus tanquam procurator Rob.

 Wykeham,

Wykeham, inſtitutus erat ad vicariam de Ambreſden comit. Oxon. 12 Octob. MCCCII. Kennet *Paroch. antiq.* p. 542.

UPTON [JOANNES] ſive UPPODUNUS [a], Carmelita, tempore Nicolao antiquior, theologiae calculo inſignis, aliquando in ſcholis Iſiacis claruit; poſtea vero Thomae, ducis Clarani [b] ab auriculari confeſſione. Fertur hic multa ſcripſiſſe [c], at ego nihil interim eorum vidi. Obiit Coventriae anno D. MCCCCXLII [d]. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Uptonus, patria Lincolnienſis, in coenobio Stanfordenſi Carmelita, S. theol. doctor Cantabrig. Pitſ. [b] MCCCCXIX. Mſ. Bal. Sloan. [c] Praecipue *Sermones*, lib. i. Lel. *Epit.* per Bal. Mſ. Trin. Scripſit *Sermones eruditos*, lib. i. [d] Epitaphia duo hujus Johannis Upton obſcuriſſima nihil hiſtor. continentia habentur Mſ. Bal. Sloan. 4to. f. 52. Vide Stow. *London.* Bal. xii. 65. Pitſ. p. 636.

UPTON [NICOLAUS] [a] ſive UPPODUNUS, juriſconſultus, Caeſarum ac pontificum Romanorum decreta exquiſita legebat, excutiebat, ediſcebat induſtria; tandemque, Severianae [b] et Fontanae [c] factus eccleſiae canonicus, ad ſcribendum animum appulit. Erat tunc temporis in pretio Hunfridus dux Claudianus, literatorum decus plane maximum, cui et Uppodunus eruditionis nomine gratus. Cliens igitur juſtam gratulandi patrono quaerens occaſionem, concinnavit libros quatuor [d] *De re militari* et *Factis illuſtribus*, quorum, qui ultimus eſt, *De inſignibus Anglorum nobilium* tractat. Ex *Lelando*.

[a] Nicolaus Upton patria Devonienſis e veteri familia apud L'upton oriundus A. Wood. Mſ. xcv. 148. ex Riſdon; ſed A. Wood eum Somerſetenſem apud Upton natum mavult. A. MCCCCXVI admiſſus fuit in colleg. Novum Oxon. LL. baccalaureus exiſtens. *Reg.* Socior collegii Novi A. MCCCCXX, 8 Martii. Nic.Upton, ſocius collegii Novi Oxon. ordinatus fuit ſubdiaconus ab epiſcopo London. *Regiſt.* Rich. Clifford. Occurrit graduatus in jure canonico Oxon. MCCCCXXXVIII (A. Wood. Mſ. xcv.) in aula, ut videtur, Lateportenſi. [b] Praecentor erat eccleſiae Sariſburienſis admiſſus 14 Maii MCCCCXLVI. [c] LL. baccalaureus exiſtens admiſſus ad praebendam de Dynre in eccleſiaWellenſi 6 April. MCCCCXXXI. A. Wood. Mſ. C. 95. Nicolaus de Upton rector de Cheddeſey comit. Somerſet. et Johannes Bath rector de Stapulford dioec. Sarum permutant 2 Octob. MCCCCXXXIV. Ibid. A. MCCCCXLIII, April. 11. canonicus et praebendarius praebendae de Wildelond in eccleſia S. P. London. admiſſus. Reſignavit hanc praebendam MCCCCXLVI. *Regiſt.* Gilbert. *Epiſc. Lond.*

[d] Sic intitulatos a Baleo et Pitſeo. *Leges feciales*, lib. i. "Summum opificem, qui eſt Alpha et"—*De officio militari*, lib. iv. Pr. ded. Humfredo duci Gloc. "Summum "opificem," etc. Mſ. Cotton. Nero, C. iii. Mſ. in bibl. Lumleiana. *Delineationes inſignium*, lib. i. *De colorum inſigniis*; vel, rectius, *De inſignium coloribus*, lib. i. Mſ. in bibl. Lumleiana. Primo libro tractatur *De militia et nobilitate.* Secundo, *De bellis et actibus exercitis* in eiſdem. Tertio, *De nobilitate colorum in armis depictorum.* Quarto, *De regulis, per quas colores armorum diſcernuntur.* Scripſit *Of hawkynge, huntynge, fyſhynge, and blaſynge of armes.* Weſtmeſtre by Wynkyn de Worde MCCCCXCVI. 4to. Edidit cum aliis tractatibus Edwardus Briſſaeus, Lond. MDCLIV. 4to. Claruit A. MCCCCXLI. Bal. vii. 98. Pitſ. 635. Obiit A. MCCCCLVII. (A. Wood. Mſ. C. 129.) in eccleſia Sarum, ut videtur, ſepultus. A. Wood. Mſ. xcv. 149. 15 Julii A. MCCCCLVII praecentor eccleſiae Sarum vacabat per mortem Nicolai Upton. *Regiſt.* Beauchamph.

URBE [PETRUS de] Scripſit *Prothodon in jus, ſive tractatum de ordine et proceſſu judiciario, (in jure puta canonico et curiis Chriſtianitatis)* lib. iii. Praemiſſis nonnullis de origine juris perſonis in judicio intervenientibus praeparatoriis ad judicium, tractatum ipſum in tres partes dividit: quarum prima procedit a prima vocatione in judicium ad litem conteſtatam; ſecunda a lite conteſtata ad ſententiam diffinitivam; tertia inde, uſque ad effectualem executionem; ubi de appellatione. Pr. "Rex pacificus cunctorum cauſa effectiva." Mſ. bibl. Bodl. Laud. B. 11. Mſ. ejuſdem argumenti et principii. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. D. 4. et Mſ. coll. Trin Cantabr. claſſ. 24. ſer. i. cod. 29. Autor haud dubio Anglus, nam in inſtrumentis omnibus et formulis talem ſe fert; imo forte Herefordenſis, utpote qui mentionem ſaepe facit Nicolai decani Herefordiae MCCCCXII. Mſ. Langb.

URSULA, Cornubia. De hac et ſociis aeque varia ac mira narrant Legendiae et earum exſcriptores; inter aliam eam ſcripſiſſe ferunt *De arcanis viſionibus*, lib. i. *Documenta fidei*, lib. i. *Epiſtolas diverſas*, lib. i. Martyrium paſſa eſt A. MCCCCLIII. Pitſ. p. 88. Bal. i. 39. Dempſt. xix. 1168.

URSWICUS [CHRISTOPHORUS] quem eundem cum Bainbridgio praedeceſſore in decanatu Windeſorenſi, aſt inepte, cenſet Pitſeus, curiae civitatis London. anteceſſor temporibus Edwardi iv, Richardi iii, et Henrici vii; ultimo regi capellanus erat et eleemoſynarius, et ad Maximilianum Romanorum imperatorem, et Carolum viii, Gallorum regem, Franciſcum Britanniae ac Ludovicum Aureliae duces, alioſque principes legatus. Doctor erat in jure civili; reſignavit praebendam de N. Kelſey in eccleſia Lincoln. menſe Maio MCCCCLXXXV. *Reg.* Lincoln. Gul. Smyth; fuit rector eccleſiae de Chadſay MCCCCLXXXVII. A. Wood. Mſ. Anno MCCCCLXXXVIII 25 Maii decanus Eboracenſis, quo munere ſponte demiſſo canonicus Windeſorenſis et archidiaconus Wiltonienſis evaſit anno MCCCCXC. Fuit rector eccleſiae de Bradwell juxta mare in Eſſexia anno MCCCCLXXXVIII. 14 Nov. Newcourt ii. 74. Fuit cancellarius eccleſiae Exon. Vid. Le Neve *Faſti.* Praebendarius de Bedwind in eccleſia Sarum. Et anno MCCCCXCIII praebendarius de Botevant in eccleſia Eboracenſi. Anno MCCCCXCV, Nov. 10, inſtallatus erat decanus Windeſorenſis, et paulo poſt ſcriba nobiliſſimi ordinis periſcelidis. Anno MCCCCXCVI reſignavit archidiaconatum de Huntingdon. *Reg.* Linc. Gul. Smyth. Anno MDI Jun. 14, collatus fuit ad praebendam de Milton in eccleſia Lincoln. Ibidem. Eodem anno MDI fuit archidiaconus Surreienſis. Wharton. Mſ. L. 462. in bibl. Lambeth. Anno MDII 6 Octob. inſtallatus fuit per procuratorem in

praebend.

praebend de Eston ecclesiae Wellensis. *Reg.* Wellen. Anno MDIV 15 Novemb. fuit archidiaconus Oxon. et praesentatus ad ecclesiam de Gedney in archidiaconatu Lincoln. *Reg.* Linc. Gul. Smyth. Et anno MDXXII 6 April. archidiaconatus Norfolcensis vacabat per mortem mag. Christophori Urswick. *Reg.* xiv. 173. Episcopatum Norwicensem sibi oblatum respuit, et plenus dierum, ut reliquam vitae partem religiose et quiete transigeret ad Hackneiam (cujus ecclesiae rector erat. Stowe p. 796. pro qua rectoria permutavit praebendam eccl. S. Joh. Beverlacensis, 5 Maii MDII. *Regist.* Savage *Episc. London.*) juxta Londoniam secessit; ubi fatis concessit 24 Octob. MDXXI, et ex latere septentrionali ecclesiae parochialis ibidem sepultus jacet. Vide *Athen. Oxon.* i. 652. *Fasti Oxon.* i. 34. Composuit legationis suae tempore plura; sed titulos eorum operum non novi. Bale. xiii. 100. Epitaphium ejus extat apud Joh. Nordeni *Speculum Britanniae*, p. 24. et Weever *Funeral monuments*, p. 538.

USSERIUS [JOHANNES] patria Hibernus, praetor Dublinensis A. MDLXXIV. Scripsit *De reformatione Hiberniae tractatum* Mf. olim penes Jac. archiep. Armachanum. War. p. 85.

UTENHOVIUS [JOHANNES] ex honorabili familia oriundus, Emdenensis vel Frisius natione; ecclesiae Germanicae Londini pastorum unus tempore Edw. vi. Regnante Maria una cum Johanne a Lasco in Germania et Polonia commoratus est usque ad A. MDLIX, quando in Angliam rediit et primus ecclesiae Germanorum Londinensium pastor factus. Edidit una cum Joh. a Lasco *Simplicem narrationem de ecclesia Belgarum et aliorum in Anglia, instituta et dissipata . . .* MDLX. 12mo. *Epistolas duas M. Bucero scripsit*, Lond. MDXLIX, quae extant Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. 2. 269. 347. Claruit Londini tempore Edwardi vi, et reg. Elizabethae. Joh. Bradford in *Epist. ad M. Bucer.* Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. C. 299. Strype *Eliz.* 53. 119. 172. Strype in *Vita Grindall.* 42. 86. Val. Pollani *Praef. in tr. Myconii dialog.*

UTONUS [JOHANNES] monachus Benedictinus Cantuariensis. Annon idem cum Joh. Stone? A. Wood. Mf. Pitf. Scripsit *De obitibus et memorandis ecclesiae Cantuariensis.* Pitf. *App.* p. 883.

UTREDUS [a] [BOLEDUNUS] ex Transabrina gente oriundus, togam Benedictinam in Dunolmensi monasterio, principe totius Cuthobertinae ditionis loco, accepit: cum qua etiam postea per omnes castae religionis numeros tam bene crevit, ut a sociis suis unice diligeretur. Erat praeterea in illo ingenii alacritas, promptitudo, felicitas, quae quicquid aut diceret aut faceret, mirifice commendavit. Accessit ad haec animus literarum appetentissimus. His et similibus virtutum scintillis abbatis sui erga se benevolentiam provocavit; a quo non leve munus consecutus est; nempe, ut inter accolas Isidis Vadi bonis disciplinis liberius operam daret [b]. Quid ego hic accuratis verbis coner lectorem docere, quam acutus dialecticus, aut gravis philosophus tandem evaserit; aut quo studiorum insolito successu ad palmam theologici nominis pervenerit? Unum certe quod et verissimum est, audacter dicam (absit procul invidia) nunquam fuisse monachum in collegio Dunholmensi, quantum ad sacras literas pertinet, illo doctiorem. Eruditum tamen virum fuisse Laurentium, ejusdem coenobii priorem, novi; et fateor itemque Simeonem Praecentorem: at si cum Utredo conferatur, aequo judici facundior quam doctior videbitur. Porro non me latet Graiodunum, alias Greystonum, theologiae canditatum, ejudem loci monachum, probe, ut tempora sinebant, literatum fuisse; et *Commentarios* scripsisse *in Sententias.* Sed neque obscurus erat Gulielmus Ebbecastrensis; verum, cum hoc collatus autore, tantum non sordet: non quod Asiatico dicendi genere, id est, florentulo, et copioso, Utredus usque adeo valeat, sed quod sententiarum pondere et gravitate polleat. Mentiar, nisi idem dixerit, quisquis ejus libros cum judicio perlegerit. Et ne ignores, incidit in tempora, quae docti viri calamos abunde potuerunt exercere. Nam quo floruit tempore, Wicocliviana haeresis late per mortalium grassabatur pectora; invalescenti factioni, tanquam athleta invictus, medium se opposuit, ut ex hoc indice librorum, quos scripsit, liquido apparebit: *De eucharistia* [c]. *De divina praedestinatione. Contra blasphemos in Christum. De regia dignitate Christi* [d]. *Pro dotatione ecclesiae. De usu et abstinentia carnium* [e]. *De variatione professionis monachorum et aliorum. De perfectione vivendi. De regali et sacerdotali officio* [f]. *De non auferendis ecclesiae possessionibus ministris abutentibus* [g]. Missus [h] est inter alios

[a] Utredus Bolton. Bale. Pitf. Johannes Owtredus, mon. Dunelm. *Eulogium* Mf. Cotton. Galba E. vii.

[b] Auctor libri in defensionem fratrum, cui titulus, *Tryvitham de laude univ. Oxon.* (Mf. Cotton. Mf. Twin. & 300. etc.) in tres viros praecipue invehitur: 1. quendam Swinshed, monachum Benedict. Glaston. de quo supra. 2. abbatem de Louth-park, Cisterciensem. 3. hunc monachum Dunelmensem:

Jam loco tertio procedit acrius
Armata bestia duobus cornibus:
Hanc Owtrede reputo, qui totis viribus,
Verbis, et opere insultat fratribus.
Hic Scotus genere perturbat Anglicos,
Auferre nititur viros intraneos:
Sic sic, Oxonia, contra filios
Armas et promoves hostes et exteros, etc.

[c] *De sacramento altaris*, lib. i. [d] Lib. i. "Videns "esse planum, Dominum nostrum." [e] "Nunquid "licitum sit monachis ord. S. Bened. carnes edere, exce-"ptis debilibus et infirmis?" In utramque partem fuse disputat auctor. Mf. Cotton. Vitell. E. xii. 32. Doctoris Uthredi libellum *De institutis monachorum* citat Rudburnus apud Whart. *A. S.* tom. i. 220. [f] Lib. i. "Sicut "ex duobus, spiritu et corpore." Olim in bibl. Glaston. Lel. iii. 263. Disputabat in synodo Londinensi MCCCLXXIV pro papae suprematu etiam in temporalibus. *Eulogium* Mf. Cotton. Galba E. vii. [g] Lib. i. *Contra impugnantes dotationem ecclesiae*, lib. i. Scripsit etiam *Contra querclas fratrum* [praecipue Gulielmi Jordon Dominicani, Mf. Trin. *Add.* Bal.] lib. i. "Pericula in falsis fratribus." Mf. in museo Ashmol. inter rotulos Ant. Wood, et bibl. reg. Westmon. 6. D. x. 11. *Contra eorum mendicitatem*, lib. i. "Utrum "paupertas mendicitatis." [*Super Bernardum Clarevallensem*,

alios postremis annis Edveardi tertii, regis Anglorum, orator ad pontificem Romanum, ut ei collatione sacerdotiorum Anglicorum interdiceret [i]. Ex *Lelando*.

sem, Mf. Trin. *Add.* Bal.] *De praecepto et dispensatione*, lib. i. " Abbas supra regulam non est." *De perfectione religionis*, [*privatae* addit Mf. Lel. Trin.] lib. i. (Bal. Pitf.) *De perfectione vivendi in religione*, lib. i. " Pertractato superius de " substantialibus." Mf. C. C. C. Cantabr. Miscell. K. f. 310. *De substantialibus regulae monachalis*, lib. i. " Novitio " inquirenti, quare haec duo." Mf. ibid. f. 291. Olim in bibl. S. Albani. Vide Leland. *Coll.* iii. p. 273. *Pro monachis veris*, lib. i. " Abbas, prior, seu quiscunque praesi." *Meditationes devotas*, lib. i. Pr. pr. " Notandum, quod " meditationes sunt." Pr. 1. " Domine, recogitabo omnes " annos meos." Mf. Bale Glynn. Mf. Norwic. More 82. et Oxon. in bibl. Bodl. Mf. Sup. D. 1. Art. 50. f. 21. et in privata bibl. Gualt. Copi. *De diligendis inimicis*, lib. i. " Ad dilectionem inimicorum invita." *Sermones*, lib. i. Pitf. [h] A. D. MCCCLXXIII missi fuere ambassiatores ex parte regis et regni Utredus doctor in theologia et magister Joh. Shepeye LL. D. ad papam, ad supplicandum ut supersederet de reservatione beneficiorum, etc. Vide *Contin. Polychr.* per Joh. Malvern. Mf. in bibl. Lambeth. Whart. L. 101. et Rymer. *Foeder.* vol. vii. 41. [i] Claruit anno MCCCLXXX. Bal vi. 53. Pitf. pag. 528. Oxonii olim a Dominicanis haereseos accusatus erat, et, quod opiniones quasdam novas introduxisset, ab ecclesia eum proscindere nitebantur; ut habet Adamus Cistertiensis in epistola ad Simonem Cantuar. *Add.* Bal. Lel. Mf. Trin.

VYLE [HENRICUS de la] sive WYLY, natus in villa ejusdem nominis in agro Wilton. Oxoniensis academiae alumnus; consanguineus Walteri Merton, episcopi Roffensis, eoque nomine collegii Merton. socius. Dein A. MCCCVI academiae procurator. Favore Gualteri de la Wile, episcopi Sarum A. MCCCIX praebendarius de Durneford in ecclesia Sarum. Et A. MCCCXI praebendarius de Fordington et Writhlington in eadem ecclesia; et tandem A. MCCCXII ejusdem cancellarius evasit. Mf. Merton. A. Wood. Scripsit *In Aristotelem De anima*, lib. iii. " Quaeritur an " de anima possit esse." Mf. Oxon. in colleg. Magdal. 63. Claruit circa A. MCCCX. Bal. xii. 52. Pitf. *App.* p. 862.

W A A

WAADE [ARMIGELL] patria Eboracensis, studiis academicis operam dedit in collegio S. Mariae Magdal. Oxon. et gradu ibidem cohonestatus fuit A. D. MDXXXI. Postea Londinum se contulit, ubi jurisperitorum hospitio nomen suum inscripsit. Dein varias peragratus est regiones, et fuit inter primos insularum Americanarum exploratores. Scripsit *Observations in his travells. Carmen in obitum Suffolciensium fratrum.* Extat inter alia ejusdem argumenti Lond. MDLII. 4to. *Decastichon Latinum de receptione ducis Somerset a Londinensibus*; editum ab amico ejus Gul. Patten in praefat. ad *Expeditionis Scoticae diarium* Lond. MDXLVIII. 12mo. Post reditum in patriam factus est clericus sacrorum conciliorum regis (Henr. viii et) Edw. vi, et unus e conservatoribus regiae pacis in comitatu Middlesex. Anno MDLIX, Apr. 15. legatus fuit regius ad ducem Holsatiae. Mf. Harl. xxxv. c. 9. Censetur esse autor distichi hujus de morte reginae Janae et partu regis Edwardi:

> Phoenix Jana jacet nato Phoenice, dolendum
> Saecula Phoenices nulla tulisse duas. Hollinshed. iii. p. 944.

Fatis concessit apud Belsie in parochia de Hampsted in comit. Middlef. 20 Jun. MDLXVIII, et sepultus jacet in cancello ecclesiae de Hampsted. *Athen. Oxon.* i. 154. Fuller's *Worthies*, iii. 202. Vid. Mf. Ashmol. 835. Epitaphium ejus datur in *Chorogr. descript. com. Middlef.* per Joh. Norden. Lond. MDXCIII. 4to.

WADDING [PETRUS] Scripsit *De justitia et peccato originali. De peccatis actualibus. De libero arbitrio. De gratia, justificatione et meritis. De necessitate gratiae disp. Disput. de auxiliis seu gratia actuali. Disp. de effectu gratiae, quae est justificatio. De praedestinatione. De meritis. De purgatorio. De invocatione sanctorum, cultu imaginum et reliquiarum. De religione. De superstitione. De idololatria. De divinatione. De tentatione Dei. De blasphemia. De sacrilegio. De actu religionis. De voto. De juramento. De horis canonicis. De pietate. De justitia et jure. De judiciis et judice. De dominio. De praescriptione. De restitutione. De contractibus et donationibus. De mutuo et usura. De emptione et venditione. De monopoliis. De contractu societatis. Disput. de cambiis. De censibus annuis.* Mss. extant in bibl. Bodl. in Hyperoo Bodleiano. num. 16.

WADIGHAM [NICOLAUS de] cancellarius Lincolniae. Scripsit *Sermonem.* Pr. " Ecce " elongavi fugiens, ut dicit Job, militia est vita." Mf. C. C. C. Cantabr. N. 14. ante CCCC annos script.

WADLOCUS [JOHANNES] Deidonensis (Dempst. 664.) professione Franciscanus, et fuit ordinis per Scotiam provincialis. Scripsit *In meteora*, lib. iv. *De planetarum cursu, conjunctione, domibus, et veris judiciis nativitatum*, lib. i. *De terrae mensura*, lib. i. *De loco paradisi*, lib. i. *De maris proprietatibus*, lib. i. Claruit A. MDXLI. Dempst. xix. 1184

WADUS

• WADUS [LAURENTIUS] monachus Benedictinus ecclesiae Christi Cantuariae, professus die S. Theodori archiepiscopi MCCCCLXVII. *Catal. mon. Cant.* in Mss. C. C. C. Cantabr. N. 7. Scripsit vel transtulit A. D. MCCCCXCVII ex Herberto Boshamo et Joh. Exon. episcopo, *Vitam et res gestas S. Thomae archiepisc. Cautuar.* Pr. pr. tr. " O ye vertuous soverayns, spiritual and temporall." Mss. C. C. C. Cantab. N. 7. Pits. *App.* p. 885.

WAKFELDIUS [ROBERTUS] in septentrionalibus Angliae partibus natus, Cantabr. studia philosophica et theologica excoluit. Dein linguas discendi et exteras regiones visendi cupidus totam fere Europam perlustravit, et linguarum Latinae, Graecae, Hebraicae, Syriacae, et Chaldaicae peritissimus evasit; easque Tubingae, Parisiis, et Lovaniae publice professus est. In Angliam rediens regi Henrico viii charus, et a sacris illius et aulicis (ita in *Praefat.* ad *Orat.*) inclaruit. Mox, A. MDXXX, missus est Oxoniam, ubi academicis in refectorio aedis Christi linguas praelegit, et A. MDXXXII donatus est canonicatu ejusdem collegii, et baccalaureus S. theologiae creatus fuit. Postea Cantabrigiae etiam ex cathedra praelectiones habet, uti patet ex *Oratione De tribus linguis*; et rursus Oxoniae, sc. post editam orationem illam circa A. MDXX apud Sioniam degebat. Vide *Epistol. ad Joh. Fisherum.* Scripsit *Orationem de laudibus et utilitate trium linguarum, Arabicae, Chaldaice, et Hebraicae*; *atque idiomatibus Hebraicis, quae in utroque Testamento inveniuntur.* Pr. pr. ad R. Henr. viii. " Cogitanti mihi saepenumero." Pr. lib. " Cogitans apud " quos modo mihi." Impr. Londini a Winando Worde. In *Praefat.* ad *Orat.* ita: " Hujus " *Orationis* tertiam partem propter inopiam Hebraicorum characterum, quibus impressor caret, " nunc praetermittere coactus sum. In ea igitur de Hebraeorum codicum incorruptione; de " punctorum et apicum usu ac adinventione; de cantu Hebraeorum, et accentuum musicalium " laudibus atque utilitate; de erroribus lxx interpretum et Hieronymi; de idiomatibus Hebr. " quae in utroque Testamento inveniuntur; et quam Hebr. linguae cognitio theologis necessaria sit. " Spero me in ea id praestitisse de tropis Scripturae, punctis, positionibus, et nonnullis aliis rebus, " quod a nascente ecclesia, quod sciam, praestitit nemo, non dicam attentavit. Vide *Collectiones* ex hac *Oratione* inter Mss. Langb. xii. 241. ubi multa visu digna habentur de opere, autore, et seculi doctrina. *Paraphrasin in Ecclesiasten.* Pr. " Istae sententiae pareneticae" . . . . 4to. *Kotser codicis, quo praeter ecclesiae sacrosanctae decretum probatur, conjugium cum fratria carnaliter cognita illicitum esse, omnino inhibitum, interdictumque esse tum naturae jure, tum jure divino, legeque evangelica, atque consuetudine catholica ecclesiae orthodoxae.* Pr. " De Deuteronomica lege " quod fratris." Lond. (MDXXVIII) per Berthlet. 4to. In *Epistola ad Fisherum* meminit Stokislei episcopi London. *Syntagma de Hebraeorum codicum incorruptione.* Pr. praefat. longae contra Fisherum *De non ducenda fratria.* " Quoniam ipsum totum regis ac reginae negotium." Pr. op. " Illud vero, quod asserunt nonnulli." Lond. . . 4to. *Orationem Oxonii habitam in collegio Regio.* Pr. " Solent, auditores clarissimi, qui artem." . . 4to. Hanc sequitur *Epistola academiae Oxon.* regi gratias agentis pro Rob. Wakfeld. *Institutiones Hebraicas*, lib. i. *Laudes Hebraicae linguae*, lib. i. *De optimo statu reipublicae*, lib. i. *De pace*, lib. i. *De parsimonia. De fide et operibus*, lib. i. *De philosophia*, lib. i. *Lexicon Caldaicum.* Hoc summo labore compostum, cum non paucis aliis voluminibus Latinis, Graecis, atque Arabicis e domo (Roberti Wakfeldi) apud Morgate suffuratus est monachus olim Carthus. Ric. Collier, vicarius jam de Sittingborn. *Syntagm de incorrupt. cod.* p. 60. *De agriculturae laudibus*, lib. i. *Epistolas ad Thomam Bulleyn, comitem Wiltoniae, Joh. Fisherum, Ric. Pacaeum*, etc. . . 4to. Libros aliquos Hagenoae apud Anshelmum impressit. *Epist.* duci Ferdinando etc. ad finem *Orationis in laudem trium linguarum.* Circa A. MDXX rogatu D. Foxi (nomine regis) eleemosynarii regii stabilivit has tres *Conclusiones*: Prima erat, Quod Leviticae prohibitiones non tam de coitu incestuoso, quam de matrimonio illicito intelligendae essent: Secunda, Quod morales probarem eas fore, et quod in Hebraica veritate reciperentur atque in lxx interpret. Graece et in Chaldaeo: Tertia, Quod tam pro vivis quam pro defunctis cognatis scriptae dataeque erant. " Sed hunc librum sibi assumit J. Stokesleius episc. London. in " cujus domo vigilias pro tribus *Conclusionibus* istis, et quaestione inter nos agitata discutienda, non " parvas, crede mihi, passus sum," inquit Wakfeldus in *Epist. ad Fisherum* ad finem *Kotser codicis* . . . 4to. Obiit Londini 8 Octob. MDXXXVII. Bal. viii. 73. Pits. p. 727. *Athen. Oxon.* i. 46. 47.

WALCERUS, prior Malvernensis, cujus verbis qui non credebat, injuriam religioni fecit, ut dicit W. Malmsb. apud Gul. Thomas. *Antiq. Malvern. praef.* xciii. Transtulit in Latinum *Petri Ebraei Amphi librum de dracone.* Mss. Bodl. Hatton. 112.

VALDEBY[a] [JOHANNES] sive VALDEBIUS, Augustinianae cultor sectae, rem literariam domi forisque summa coluit industria; ita futurum putans, ut non modo sibi, verum etiam patriae suae aliquando utilis esset: quae opinio adeo illum non fefellit, ut magno usui nostrae insulae fuerit. Non igitur alienum erit a praesenti negotio, si ostendam, quibus modis patriae profuerit. Anno a Christo nato MCCCXCII concilium publicum celebratum fuit Stenofordae, oppido Lindensis provinciae non obscuro; in quo adeo Vicoclivianorum infirmabat, enervabat, infringebat vires, ut haereticam pravitatem e multorum pulmonibus radicitus extirpaverit. Extat liber, quem in ipsum Vicoclivum atque ejus sectatores omnes scripsit, tam memorandae testes vi-

[a] Joannes Waldeby, patria Eboracensis. Bal. Pits. Oxonii in coenobio sui ordinis literis operam dedit. A. Wood *Hist. et Ant. Oxon.* i. 117. Praeses sui ordinis per totam Angliam provincialis. Bal. Pits.

ctoriae. Sed et praeterea edidit luculentae *Interpretationis* libellos *in Orationem Dominicam*[b] *Salutationem Angelicam*[c], et *Symbolum apostolorum*[d]. Dignitatis a Richardo secundo munus magnum accepit, archiepiscopatum videlicet Dubliniensem[e]. Quantum autem ad annum ejus obitus, aut sepulturae locum ignarus tacebo[f]. Est nihilominus mea conjectura obiisse illum[g] in Hibernia, et Dubliniae sepultum esse. Erat circiter et haec tempora in pretio Robertus Valdebius[h], vir scientiae titulo clarus, idemque Augustinianus, et theologiae professor[i]; cui amplissimae, beneficio regum, fortunae oblatae; videlicet Adurensis[k], Dubliniensis, Ceicastrensis, Eboracensis episcopatus; qui ut honor supremus illi collatus est A. D. MCCCXCVII. Ex *Lelando*.

[b] *Itinerarium salutis*; *super Orationem Dominicam*, lib. i. (Ms. coll. Corp. Chr. Cantab. K. vi.) lib. ii. (i. 6. ii. 22.) Ms. colleg. Merton. N. vi. 2. (cui auctoris nomen subscribitur) Pr. "Septies in die laudem dixi tibi." Exordium vero in Ms. Bodl. Laud. F. 120. "Pater, etc. Haec epi- "stola est supplicatoria," est princ. quinti cap. primae partis. Alia *Expos. Orat. Dominicae* in eod. codice Bodl. Laud. F. 120. cujus auctor non constat, incipit; "Septies," etc. Vid. Ms. reg. Westmon. bibl. 7. E. ii. et 8. C. i. 2. Extat Ms. Lamb. 87. et 352.

[c] Lib. i. "Vas electionis, Paulus doctor gentium." Ms. Lamb. 87. 3. et Ms. in coll. Corp. Chr. Cantab. K. vi. hoc titulo: *Homiliae* v *super verba* v *salutationis Angelicae.* Ms. Bodl. Laud. F. 120. Ms. in bibl. reg. Westmon. 7. E. ii. 2. et 8. C. i. 2. et Ms. Merton. N. vi. 2.

[d] Ad Thomam abbat. S. Albani, lib. i. Homil. 14. "Cum in loco sacro de Tynmouth." Ms. Lamb. 87. 4. et reliq. Mss. ibid. Scripsit etiam *Expositionem in Decalogum.* Ms. Lamb. 87. 5. *Contra septem peccata*, lib. i. *Sermones* xii. lib. i. "Credo, Domine, adjuva incredulitatem." Est principium *Homeliae* xii *in Symbolum. De sacramento eucharistiae*, lib. i. "Ratione solemnitatis jam instantis." Vide infra Gul. Widofordum. *Lecturam theologiae*, lib. i. *Itinerarium salutis*, lib. i. Vide supra not.[b]. *Determinationes Oxonienses*, lib. i. *Conciones ad utrumque statum*, lib. ii. In Ms. Bodl. Laud. E. 74. habentur *Sermones per omnes Dominicas* (ita nota in fine) *totius anni cum quibusdam festis principalibus*, per Joh. Waldeby, S. theol. pr. ord. S. August. sub an. D. MCCCLXV. Pr. "Cum "appropinq. etc. Evangelium est laicis." *Super magistrum Sententiarum*, lib. iv. Pits. *Placita theologica*, lib. i. Pits. *Quaestiones ordinarias*, lib. i. Pits.

[e] "Quod tamen in "Robertum Waldebium rejiciendum potius putarem," addit Ms. Trin. Hunc Joannem esse archiepiscopum Dublin. non agnoscunt Baleus aut doctiss. Waraeus; Pitseus autem idem cum Lelando affirmat: forte errorem ducunt ex eo, quod frater ejus Robertus ejusdem sedis archiepiscopus erat.

[f] A conventu suo Ebor. ad locum solitarium de Tykkale se contulit. *Praef.* ad *Symbol. expos.*

[g] —*et sepultum esse Eboraci.* Ms. Trin. addit. Obiisse fertur Eboraci circa A. D. MCCCXCIII, et ibidem apud suos sepultus. Bal. vi. 87. Pits. p. 558. 31 Mart. Johannes de Waldeby clericus regis praesentatus ad eccles. de Blaby, Lincoln. dioec. Pat. 16. Ric. ii. p. 3. ad eccles. de Waltham juxta Grimmesby, Lincoln. dioec. 15 Dec. Pat. ibidem p. 2.

[h] Robertus Waldeby, frater Joannis (Bal.) natus in civitate Ebor. (Godw.) "Frater Eremita ordinis S. "Augustini in coenobio Tickellensi (comit. Ebor.) Edwar- "dum principem Nigrum in partes transmarinas comitatus, "Tholosae studiis operam dedit, et tandem ibidem SS. "theol. prof. evasit." War.

[i] *Tholosanus*, addit Ms. Lel. Trin. Fuit Oxon. e coll. Univ. nam ita nominatur in antiquis fenestris. A. Wood. Ms. Pits.

[k] "In "Vasconia, Dubliniensis archiepiscopatus in Hibernia A. D. "MCCCLXXXVII, Cicestrensis episcopatus A. D. MCCCXCV, "et Eboracensis archiepiscop. in Anglia A. D. MCCCXCVI. "Hic inter caetera scripsit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. "*Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Placita theologica*, lib. i. "*Sermones* quoque lib. i. atque alia. Obiit anno Domini "MCCCXCIX. Eboraci sepultus." Haec addit Ms. Lel. Trin. "Primum ad episcopatum Adurensem in Vasconia "(non Cadurcensem in Aquitania, ut quidam tradunt) "evectus, inde ad sedem Dubliniensem anno MCCCXCI "[MCCCLXXXVII. Godw.] translatus; mox anno MCCCXCV "ad Cicestrensem, tandem anno MCCCXCVI ad archiepiscopum Eboracensem." Warat. "Robertus Waldeby, S. "th. D. unus nunciorum domini R. Angl. in tractatu cum "Johanne filio Henrici pro rege Castellae et legionis se ge- "rente, MCCCLXXXIII." Rymer. *Foeder.* vii. 387. "Et "cum Petro rege Arragon." Ibidem 388. "Et cum "Carolo rege Navarrae." Ibidem 389. Scripsit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Quodlibeta varia*, lib. i. *Contra Wiclevistas*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. Fatis concessit 29 Maii (non 29 Januarii, ut alii) an. MCCCXCVII. Wever. *Funer. Monum.* Et Lel. *Epit.* A. MCCCXCVIII, juxta *Contin.* Stubbs, H. Whart. A. MCCCXCIX. Pits. Bal. et humatus est (Eboraci in eccles. sua cath. Bal. Pits.) Westmon. in media ferme capella S. Edmundi, vel, secundum Stubbesium, in capella S. Thomae. Epitaphium ejus videsis apud Waraeum, pag. 125. Bal. vi. 88. Pits. p. 566. Godw. ii. p. 57.

WALLDENUS [THOMAS] sive VALLIDENUS[a], inter clarissimae memoriae Carmelitas, quos nostra produxit Britannia, numerandus est. Altius igitur ejus vitam et virtutes repetamus, ne ulla unquam temporum oblivio nomen tam undecunque illustre obscuret. In primis certe exordii loco literae se offerunt, quas ille in Isidis Vadi gymnasio, tanquam e plano quodam scaturientis scientiae fonte, ita hausit, ut sublimium cognitione rerum contemporaneos suos facile omnes non modo aequaverit, verum etiam longo superaverit intervalla. Quis illo in re dialectica acutior, quis inter philosophos gravior, quis denique inter theologos sanctior? Sed nec ejus acumini, aut gravitati, aut sanctitati defuit judicium, nervosae eruditionis pars merito maxima. Porro et justam ad circulum addidisset eloquentiam, nisi in amoenioribus disertorum autorum campis expatiantem illum alio medium retraxissent ingens haereticorum numerus, qui multa plebem quotidie strage premebant; eoque facilius, sed violentius, quod jam tum navis Christianae ecclesiae inter varias longi schismatis procellas fluctuasset. Itaque ne virtuti, ne docti hominis officio non respondere videretur, statuit impios religionis hostes omnibus telis impetere. Principio tamen cum illis manum conseruit, qui in sectis religiosorum mendicitatem nimium insolenter, ut tum videbatur, vellicabant. Deinde cum Oldocastellanis, pravo et seditioso hominum genere, in ipsis Angliae visceribus excrescente, bellum gessit, tandemque victoriam reportavit: sed non priusquam principem ipsum, idque publice in suggestu, socordiae in tam periculoso malo admonuisset. Volo hic, candide lector, ut tecum iterum

[a] Thomas Netterus, ita nomen ante ingressum in ord. Carmelitarum, i. e. compositor retis (Gascoigne *Diction.* in verbo Poenitentia, ab oppido natali in agro Essex. Waldenus sive Waldensis dictus, Johannis et Mathildis filius, Oxonia relicta Carmelitarum ordinem ingressus est Londini (Cave) et per Johannem episcopum Glasguensem acolitus ordinatus est 19 Sept. MCCCXCIV et subdiaconus 5 Jun. MCCCXCV. *Reg.* Braybr. episc. Lond. S. theol. doctor Oxoniensis fuit. Gascoig. in verbo Poenitentia. Post reditum a concilio Pisano factus est praeses provincialis sui ordinis vigesimus tertius, anno MCCCCXIV. Cave.

atque

atque iterum nunquam ſatis laudatam Henrici regis modeſtiam expendas. Adeo certe liberam ac apertam concionatoris admonitionem aegre non tulit, ut ab illo gratia ſua digniſſimum duxerit. Tanti res eſt momenti principes, in loco, errati cum judicio admonere. Erat id temporis Stephanus Paterendunus, Carmelita, in maximo apud regem pretio: is omnibus modis curavit, ut Vallideni fama per regiam quam clariſſima eſſet; et tandem, quod voluit, effecit. Acceptus eſt hoc pacto a rege in concilii partem, ſive de republica, ſeu de religione quaeſtio eſſet. Soluſque a tota nobilitate pugil electus eſt, qui fulminante gladio evangelicae doctrinae perfidas Vigoclivienſium, Huſſitanorum, et Pragenſium turmas multaret, premeret, protereret. Commodum profecto id factum, nam tum Conſtantiae [b] indictum erat concilium, et rex neceſſe habebat illuc mittere inſignem aliquem pietate virum, qui multorum animos dictis regeret, et pectora mulceret. Orator igitur tam arduo negotio deſignatus eſt a rege Vallidenus (una cum Joanne Clynto, non parvi nominis theologo, atque Gulielmo Sturmio et Hartongo Clux, equitibus, qui eadem fungebantur legatione) et per literas concilii proceribus commendatus. Longum hic eſſet recenſere quid ille in concilio egerit, quam multa cum copioſe, tum graviter de rebus ad fidem pertinentibus diſſeruerit. At ſi quem juvat illa cognoſcere, clariſſima in ejus libris omnia inveniet. Hic locus valde opportunus ſe mihi offert, ut palam faciam, quos principes circiter tempora concilii ex praeſcripto Henrici, ejus appellationis quinti, adiverit. Udiſlaum, Poloniae regem [c], Alexandrum, Lituaviae ducem [d], et Michaelem, Pruſſiae gubernatorem, ad publicum pacis bonum, ut in mandatis acceperat, ſtrenue exhortatus eſt. Non fuit ejus apud tantos viros levis autoritas: nam, praeterquam quod perſuaſerit illis pacem eſſe rerum omnium optimam, impetravit etiam, ut Carmelitici nominis honos in tam remotis a ſuo orbe regionibus in pretio eſſet. Nam ante Vallideni adventum Carmelitae in illis partibus de ſola nominis umbra cogniti erant. Facta ſunt in gratiam, et preces oratoris nobilium collegiorum fundamenta, quae vel etiam nunc extant. Quid, quod ipſum etiam Sigiſmundum imperatorem honorifica legatione petierit, magnamque ex cauſa bene acta gloriam ſibi pepererit? Aliud eſt, quod poene praeterieram: nempe Vallidenum in concilio Piſano [e], non modo de fidei myſteriis coram Caeſare, et magno primatum numero diſputaſſe; verum etiam conciones habuiſſe. His atque aliis hujuſmodi negotiis non ſine ſumma cum felicitate, tum prudentia peractis, reverſus eſt ad ſuum principem; qui non longo poſt tempore in Vincentiano nemore, quod Lutetiae Pariſiorum adjacet, diem clauſit ſupremum [f]. Sed nec ſic Vallideni fama obſcurata eſt; nam tenello Henriculo regi, quam diu ſupervixit, et notus et charus fuit. Nunc eo pervenimus, ut operae pretium ſit, quoniam ſcriptorem optimae notae ornamus, librorum ſeriem connumerare, quibus aeternitati ſe conſecravit. Edidit autem *De re Grammatica*, lib. i. *Commentarios in Porphyrium* [g]. *In praedicamenta Ariſtotelis* [h]. *In libros phyſicorum* [i]. *In libros de coelo et mundo* [k]. *In libros meteororum* [l]. *In lib. de anima* [m]. *In metaphyſica ejuſdem* [n]. *In libros Ethicorum* [o]. *Introductionem ad naturalia* [p]. *Quaeſtionum naturalium*, lib. i. [q] *Sophiſmatôn*, lib. i. *De Evangelica veritate*, lib. i. *Super Sententias*, lib. iv. [r] *Defenſorium pacis* [ſ]. *Commentarios in Geneſin. In Exodum. In Leviticum. In Proverbia Solomonis* [t]. *In Acta Apoſtolorum. In Epiſtolas Pauli.* [u] *In Canonicam Epiſtolam Petri* [w]. *Doctrinale* [x] *eccleſiae in tres diviſum libros*, quos Martino quinto, pontifici Romano, dedicavit, tanquam opus elaboratum et excuſum. *De fide per dialogos*, lib. vii [y]. *Faſciculum zizaniorum* [z]. *De indulgentiis* [a]. *Quaeſtionum ordinariarum* lib. i [b]. *Determinationum* lib. i [c]. *De praeſcientia et praedeſtinatione* [d]. *De paupertate Chriſti*, lib. i. *De*

[b] Anno MCCCCXV. [c] Anno MCCCCXIX. Cave.

[d] Witoldum Lituaniae ducem, quem ad fidem Chriſtianam convertit. Cave. Bale. Waldenus ipſe in cap. 137. lib. v. *Doctrinalis.* "Cum iter agerem in Vienna praeclara civitate Auſtriae, cum jam veniſſem illuc iturus ad regem Poloniae ex nuncio regis Angliae Henr. v." [e] Anno MCCCCIX. Cave. MCCCCX. Bale. [f] In ſinu Waldeni noſtri anno MCCCCXXII. Cave. [g] *De praedicabilibus*, lib. i. "In materia univerſalium ante." [h] Lib. iii. [i] Lib. viii. "Cum omnis ſcientia cauſas." [k] Lib. iv. "Natura, etc. Hic liber de." [l] Lib. iv. "De primis, etc. Liber iſte." [m] Lib. iii. "Bonorum honorabilium."

[n] Lib. xii. "Reverendi patres, ſicut caetera."

[o] Lib. x. "Ariſtotelis Ethica narranda." [p] Lib. i. "Natura eſt duplex, naturans," etc. Mſ. Bodl. Sup. A. 1. Art. 98. fol. 150. [q] "Utrum diffinito naturae ſit vera."

[r] "In manibus ſuis abſcondit lucem." [ſ] Lib. ii. "Omni quippe regno deſider." [t] Liber hic a Baleo et Pitſeo haud recitatur. [v] *In Epiſtolam Pauli ad Romanos*, lib. i. "Accepimus gratiam, ad Romanos." Vocatur *Collatio in lecturam ſuper* XV *textibus primi ad Romanos.* Pr. "Accepimus." Mſ. Bale Sloan. Et *Lecturam* XV *textuum Pauli ad Rom.* Pr. "Paulus, etc. ſecundum Tulliana principia." Ibid. [w] Lib. i. "Aſcendit Petrus in ſuperiora." [x] *Doctrinale antiquitatum fidei eccleſiae catholicae* iii tom. Martino beatiſ. papae v etc. Primo tom. *De Deo, Chriſto, Petro, eccleſia, et religioſis.* Secundo *De ſacramentis*; Tertio *De ſacramentalibus* agit. Extant haec tria volumina a Badio Aſcenſio impreſſa fol. primum Pariſ. MDXXI, ſecundum ibid. MDXXII, tertium ibid. MDXXIII. Item Pariſ. MDXXXII. fol. Salmanticae MDLVI. fol. Venet. MDLXXI. fol. Pars ſecunda *De ſacramentis* extat Mſ. Cantabrig. in bibl. publ. 234. *Doctrinalis* liber tertius *De perfectis Chriſtianis evangelicis*, cap. 32. Pr. pr. "Saepe expugnaverunt, etc. Lacrimoſa proles matris." Mſ. coll. Merton. Oxon. L. 4. 1. juriſpr. et 2. Ejuſdem liber quartus cap. 47. Pr. pr. "Saepe expugnaverunt," etc. Repetita toties eadem. Mſ. ibid. *Doctrinalis* hujus libri priores quatuor Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. M. 3. *Doctrinalis eccleſiae Chriſti* libr. v. qui eſt *De ſacramentis*, cap. 164. Pr. "Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci." Mſ. coll. Lincoln. 77. Et Mſ. coll. Merton. l. c. Et Mſ. Oxon. coll. Magdal. 153. Idem liber quintus Mſ. extat in bibl. Bodl. NE. F. vii. 8. cui praemittuntur epiſtolae duae ineditae, prima papae Martini v ad Thomam Waldenſem. Pr. "Dilecte fili, etc. Gratiſſimum nobis munus." Secunda (quae etiam extat in Mſ. Merton.) Thomae Waldenſis ad Martinum papam v. Pr. "Martino beatiſſimo, etc. Deo gratias qui ſemper triumphat." Ejuſdem *Doctrinalis* liber ſextus, qui eſt *De ſacramentalibus*; cum epiſtolis duabus. Pr. pr. "Doctrinam ſalvatoris noſtri." cap. 169. Mſ. Bodl. NE. F. vii. 9.

[y] "In omnibus curioſius ſemper." [z] *Wicklevi cum tritico* (addit Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. "Inimicus homo hoc fecit." Mſ. olim penes Baleum (quod hodie extat in bibl. Bodl. Muſ. 163.) et Clar. Uſſerium. [a] Lib. i. *De indulgentiis, jejuniis*, etc. tom. iv. *Doctrinalis*, ſecundum Pitſeum. [b] "Propoſita quaeſtio rem difficilem."

[c] "Sicut intemerata mater eccleſia." [d] Lib. i,

divinatione,

divinatione, lib. i.[e] *De religione perfectorum*[f], lib. i. *De corpore Christi*, lib. i. *Sacrarum concionum* lib. i.[g] *Epistolarum* lib. i.[h] *Orationum ad principes*[i] lib. i. Hactenus de libris ab illo editis: superest vero, ut paucula quaedam de ejus morte adjiciam. Jam fere ad justam pervenerat aetatem homo nec fortunae nec honoris praeter modum appetens, cum illum res publica sui ordinis ex Anglia in Galliam evocaret. Transfretavit igitur, ac pervenit Rothomagum, civitatem bene sibi notam, ubi morbo correptus acutissimo, e vita migravit secundo die Novembris A. D. MCCCCXXX, et ibidem inter Carmelitas honorifice tumulatus est. Denique tot nobilium autorum volumina, majusculis literis Romanis scripta, Carmelitis nostrae urbis ex testamento reliquit, quot illa aetas duobus ad minimum aureorum millibus aestimavit. Unde, quamvis jam insigniter diminutus sit librorum numerus, nulla tamen est Londini bibliotheca, quae, vel multitudine, vel antiquitate exemplariorum, cum Carmelitana conferri possit. Ex *Lelando*.

[e] Hujus meminit in epistola ad Tho. Rudburn archidiac. Sudburiae. Mſ. Bal. Sloan. i. 95. [f] *Contra Wiclevum*, lib. i. in 26 capita divisum. "Saepe expugnaverunt me, "etc. Lachrimosa proles." Mſ. Bal. Sloan. Vide annon idem cum tertio libro *Doctrinalis*. [g] *Sermones* lxxxiii ad omnem statum de tempore et sanctis a Pascha usque ad Adventum. Pr. "Quis est qui vincit." Mſ. Bal. Sloan. *Sermones* xlvi *de tempore et de sanctis*, ad clerum et populum coram Henrico v. Pr. "In terra," etc. Mſ. Bal. Sloan. *Sermones* coram rege, lib. i. "In terra pax hominibus bo-"nae." *Sermones* ad clerum Oxoniensem, lib. i. "Cum "gratias egisset distribuit." *Sermo* unus in solemni funere regis Henr. v, apud Westmonaster. 6 Nov. MCCCCXXII. lib. i. "Rex, in aeternum vive; [*Nehemiae* cap. ii.] Do-"mini mei percelebres." [h] *Epistolarum* clxiv *ad diversos* lib. ii. "Venerabili in Christo patri Henrico, divina "provid. Eborac. archiepiscopo." Mſ. Bale Sloan.

[i] *Orationes. Responsio vesperialis in ecclesia fratrum Minorum tempore generalis concilii Pisis celebrati ad disputationem tenendam per Petrum de Candia*, Cardinalem, et postea Alexandrum v. Pr. "Reverende doctor. Tempus et re-"sponsionem cor." *Ad clerum in eodem concilio*, lib. i. "Dedi te in lucem gentium." *Coram Sigismundo Caesare*, lib. i. "Domine, si in tempore hoc." *Ad Constantiense concilium*, lib. i. *Propositiones ad regem Poloniae*. Pr. "Illustrissime princeps, caeteris regibus Christianis." Mſ. Bal. Sloan. Praeter haec scripsisse fertur *In Aristotelem de generatione et corruptione*, lib. ii. "Liber incipit de gene-"ratione." *Summulas logicales*, lib. i. "Nomen est vox "significativa." *Gravamina fratrum contra Oxonienses*, lib. i. "Supplicant reverendissimo in." "Fr. Tho. "Walden proposuit coram Henrico Cantuar. archiepiscopo "et omnibus Angliae praesulibus, xvii articulos super gra-"vaminibus fratrum Mendicantium, qui sunt in universſ. "Oxon. et Cantabr. ac aliis civitatibus et villis totius "provinciae Angliae, pro perpetuo remedio. A. D. MCCCCXXI." Mſ. Bal. Sloan. 99. [Tabulavit] *In remediarium conversorum*, lib. i. "De abstinentia, quae contra "ventris." *Collationes solennes*, lib. i. "Benedictionem "jubileam, Domine." *In sapientiam Philonis*, lib. i. *Lecturas ordinarias*, lib. i. *Epistolarum* — Collectanea quaedam ex his extant apud Baleum, *Coll.* Mſ. Sloan. f. 94. etc. Scripsit *Benedictionem super mag. fratrem Robertum Mascall Herefordensem episcopum in capitulo Ludlowiae in anno suo jubilaeo, sc. anno Dom.* MCCCCXVI. Pr. "Bene-"dictionem jubilaeam, Domine Pater." *Collationem in lecturam suam super Sententias in concursorio seu studio Norvicensi.* Pr. "Ascendit Petrus, etc. Reverendi patres et ma-"gistri, sicut ab imis." *Collationem in lecturam suam super Sentent.* Pr. "In manibus suis abscondit lucem." *Collationem ad mag. Will. Sulbery Cestercienſem de adoratione imaginum.* Pr. "Reverende domine et doctor, cum cunctae res." *Item ad mag. Johannem Wytham socium collegii Novi Oxon.* Pr. "Reverende domine doctor, cum in corpore." *Item ad Will. Ufford Carmelitam.* Pr. "Reverende doctor di-"vini eloquii." *Item ad Thomam Claxton praedicatorem.* Pr. "Reverende doctor, sicut intemerata mater." *Item ad Johannem Maule minorem.* Pr. "Reverende doctor, quam-"vis lasciva." *Item ad Henricum Colchester Augustinensem.* Pr. "Reverendi domini, secundum quod habet Augusti-"nus." *Collationem benedictionis in vesperiis magistrorum Will. Hesham et Johannis Upton Carmelitarum.* Pr. "Bene-"dictionem, prohibere, etc. B. Ambrosius lib. i." Epitaphium ejus decem distichis constans, habetur in Mſ. Bodl: Seld. sup. 41. Bale vii. 84. Pitſ. p. 616. seqq. Cave. *App.* Whart. p. 88.

WALDENUS, natione Scotus, apud Parisios educatus, ubi S. theologiae doctor Sorbonicus evasit. Dein monachum Benedictinum induit apud monasterium S. Germani in suburbiis Lutetiae. Scripsit *Compendium theologicum*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. *In minores prophetas*, lib. xii. *De coenobii sui antiquitate*, lib. i. *Dubia ex Aristotele*, lib. i. Claruit A. MCCCXCIV. Dempst. xix. 1183.

WALDEWINUS, juxta Bal. x. 51. Pitſ. p. 264. Wigorniensis episcopus circa A. MCC, quem tamen Godwinus et Whartonus haud agnoscunt. Scripsit *Sermones eruditos*, lib. i. "In tribus "maxime debent." Mſ. olim in bibl. Norwic. asservabatur. Bal. l. c. et Pitſ. l. c.

WALDRANNUS Scotus natione, decanus S. Galli apud Helvetios. Scripsit *Carmina quaedam*, lib. i. Extant apud Henr. Canis. *Ant. lect.* tom. v. Claruit A. DCXL. Dempst. xix. 1172.

WALE [ROGERUS] canonicus Litchfeldensis. Compilavit *Kalendare omnium statutorum ecclesiae Litchfeldensis*. Pr. "Absens ex quacunque causa non." Mſ. Cotton. Vitell. A. x. 5. Claruit A. MCCCCLIV. MCCCCLXXI. Mſ. ibid.

WALEY [JOHANNES] typographus Londinensis, conscripsit *Tabulas annorum regum Angliae et annorum Domini*. Lond. MDLXXI. 8vo. Quibus addidit *Regulas pro inveniendis terminis. Nomina collegiorum Oxoniae et Cantabrigiae, eorumque fundatores comitatus, civitates, et burgi, qui senatores ad magna parliamenti comitia deputant. Paroechiarum Londinensium catalogum. Nundinas et publicas vias per totam Angliam.* Lond. MDLXXXIX. 8vo. Vid. Muſ. *Brit. Hist.* auctius per W. W. Lond. MDLXXXVIII. 12mo. *A Welsh epistle of John Waley printer, at the end of Salesbury's Welsh dictionary.* Lond. MDXLVII.

WALKER [JOHANNES] concionator fuit Norwici A. MDLXVII, et dein praebendarius. Strype in *Vita Parker* 249. Procurator cleri Suffolc in synodo MDLXII. Strype *Eliz.* 290. A. DLXXI 10 Julii S. th. prof. collatus ad archidiac. Essex. *Reg.* Aylmer. quem resignabat MDLXXXV. Ibid. A. MDLXXIII 12 Nov. collatus ad eccles. de Layndon. Ibid. Newc. i. 73. A. MDLXXIV, Aug. 14, collatus ad praebendam de Mora in eccl. S. Pauli London. Ibid. Extat ejus *Conference with Edm. Campion* 27 Sept. MDLXXXI, Pr. "Gentlemen, ye shall understand." Lond. MDLXXXIII. 4to.

4to. *Longam epistolam dedicat. Gul. Blenerhasset armig.* praefixit *translationi Homiliae in Abdiam et Jonam Rod. Gualteri per Rob. Norton.* Pr. "It is no less benefit that." Lond. MDLXXIII. 8vo. Obiit ante 12 Dec. MDLXXXVIII, quo die praebenda de Mora vacabat per ejus mortem. *Reg.* Aylmer.

WALKINGTON [NICOLAUS] monachus Cisterciensis in coenobio de Kirkham. Scripsit *De virtutibus et vitiis*, lib. i. "Dominus dicit, Sancti estote." *Historiam Gualteri Espec*, lib. i. Claruit A. MCXCIII. Bal. iii. 35. Pits. p. 260. WALKINGTON [NIC.] *Narratio de bello inter Henr. i, et Ludovicum Grossum regem.* Pr. "Annus ab incarnatione Domini MCXIX. tunc." Ejusdem *Narratio de bello de standardo.* Pr. "A. Domini MCXXX . . 11 kal. Septemb. ac etiam." Ambo Mss. Cotton. Titus A. xix. 42.

WALKINTON [THOMAS] scripsit *De vita et honestate clericorum.* Pr. "Nunquid dans "pecuniam." Ms. in bibl. reg. Westmon. circa tempora Edw. iv. vel potius Rich. ii.

WALLUS [ROGERUS] heraldus. Scripsit *Acta Henrici v*, quae Johanni Somerset, med. doctori misit corrigenda. *Supplicatio ad dictum Johannem* prosa et carmine extat in *Continuat. hist. Scot.* per Fr. Thinnum, p. 434. Pr. *Supplicationis* prosa. "Vecors, inculta, pauper et." Pr. carm. "Fertilis aestatis florida sedis." Citat Stow. p. 360. Alii *Acta* haec Thomae Elmhamo tribuunt. In collegio armorum Nolfolc. xv. est *Vita Henrici v* prosa. Pr. "Lucerna sub modio "posita." Sub finem primae paginae lusus est nominis Rogeri Walli. Sub finem Ms. est *Supplicatio* Johanni Somerset ut supra; et finem libro imponit versus manu vetusta: "Claudatur muro "constat liber iste Rogero. Rogerus Walle."

WALLEYS [THOMAS] sive GUALLENSIS [a] a Leandro Alberto Bononiensi Thomas Anglicus de Malleis corrupte dictus, sancto quodam religionis ardore in ipsa conflagrabat adolescentia. Quare Dominicanorum gregi mature socium se adjunxit, sed tam modestum, tam probum, tam candidum, ut magnum facile amorem sibi apud illos conflaverit. Accessit huc etiam, id est, ad aliarum virtutum cumulum, quod tanta in literariis studiis diligentia usus sit, quantam illa aetas, et merito quidem, suspiciebat. Non illa tamen tempora pompam orationis, aut eloquentiae phaleras curioso perquirebant labore: quaerebant potius bonarum scientiarum nervos, qui non ori, sed animo ornamento essent. Quam rationem et hic noster Thomas in studiis suis secutus est, homo alias nec lucido dicendi ordine, nec mediocri destitutus facundia; id quod ex ejus operibus, quae posteritati consecravit, liquet. Dixerit hic aliquis, non esse illa vulgo eruditorum cognita. Nos igitur, ne quid studiosus lector desideret, indicem subjiciemus. Scripsit enim *Commentarios in Pentateuchum* [b]. *In Exodum* [c]. "Signa legem in discipulis." *In Leviticum* [d]. "Masculum immaculati offeret." *In Numer* [e]. "Recensiti sunt filii." *In Deuter* [f]. "Vide terram." *In Josue* [g]. "Surge et transi Jordanem." *In Judic* [h]. "Post mortem Josuae." *In Ruth* [i]. "Nota "quod Ruth." *In Esaiam* [k]. "Beatus [l] qui custodit verba prophetae." Haec ego aliquando, Budefordensem lustrans provinciam, in bibliotheca Verodunensi, optimis refertissima exemplaribus, inveni [m]. Quae vero sequuntur, a Leandro Alberto, libro iv. *De viris illustribus*, celebrata sunt:

[a] Circa eadem tempora tres occurrunt viri doctissimi iisdem nominibus indigitati, quorum sc. unusquisque Thomas Anglicus sive Gualensis vocatur; unde tanta oritur confusio, ut quaenam opera ad unumquemque spectant, nullo modo dignosci queat. Eorum vitas resque gestas distinguere operam dabimus; sed quomodo aut cui singula scripta sub Thomae Anglici nomine extantia ascribenda sunt, judicent eruditi. I. "Thomas Jorsius, sive Joyce "(de quo vide in GUL. MACLESFELDO) Anglicus et "Gualensis dictus, patria Londinensis, origine forsan "Cambro-Britannus, Alberti M. discipulus, ord. Dominicani frater, S theol. doctor, theologiae Parisiis [Oxoniae, *Hist. et Ant. Oxon.* i. 64] Londini atque alibi "praelector; postea sui ordinis per septem annos praeses "provincialis, Edwardo regi a confessionibus et secretis consiliis ascitus. Anno MCCCV. cardinalis et episcopus Sabinensis a Clemente v renunciatus est. Anno MCCCXI "Thomas hic a Clemente ad Henricum VII legatus, "Lugduni in itinere obiit; corpus vero Oxonii delatum, "apud Dominicanos sepultum est." Cave. "Ad annum "MCCCC posuerunt Trithemius et Oudinus; et Altamura "in quatuor scriptores Jorsium divisit, quos in saeculo xiv "collocavit" Ibid. De Jorsio vide plur. apud Bal iv. 80. Pits. p 401. Cave, p. 726 et *App.* p. 10. Ex *Reg.* Jo. Dalderby episc. Linc. constat, quod praebenda Austr. de Graham vacabat 4 cal. Martii, MCCCX, per mortem domini Thomae Jors, qui per tres dietas et ultra extra Romanam curiam obiit. II. "Thomas Gualensis sive Walleys, seu "Anglicus junior, patria Cambro-Britannus, in acad. Oxon. "educatus, et ibi SS. theol. doctor. Claruit anno "MCCCXXXII, quo Avenione coram tota aula pontificia "in solennitate S. Joannis evangelistae concionem habens, "doctrinam de immediata Dei visione fortiter asseruit, et "Joannem xxii [xxiii. Bale. Pits.] praesentem haereseos "damnavit. A pontifice igitur carceri mancipatus, mox "Galliae regis et academiae Paris. precibus eductus est." Cave. Scripsit igitur *Articulos haereticales et responsa*, lib. i. Ms. Cantab. in bibl. publ. Cod. 179. In Ms. Bodl. Laud. D. 80. habentur *Sermones* xcviii partim Dominicales, partim festivales. Prol. "Hora est jam nos de "somno, etc. Secundum hoc exponitur," etc. Ad finem ultimae concionis (Ms. Cantab.) invenitur haec nota, manu forsan propria Thomae scripta: "Ego fr. Thomas Waleys Anglicus, de ordine Praedicatorum fratrum, SS. "th. professor praemissa praedicavi publice coram multis "et in excommunicationem mei. Dictio aut opinio, quae "dicit animas sanctorum ante resurrectionem non videre "Dominum facialiter, est error manifestus, periculosus, "et scandalosus. Utpote de cujus praedicatione . . . . "scandalizatur ecclesia Dei aut non. Si sic, videtur "quod debueram excommunicari, quia urgente mea conscientia talia praedicavi; si non, paratus sum omnem "poenam subire mihi a quocunque judice imponendam."

[b] Primum *In Genesin*, lib. i. "Philosophus in libro *De* "*animalibus*." Ms. Lel. Trin. Deest in coll, Novo Ms. 30. Vide inter Thomae Aquinat. opera. [c] "Ecce populus filiorum Israel multus." Ms. colleg. Merton, O. viii. 11. Ms. in coll. Novo 30. [d] Pr. "Masculum et immaculatum." Ms. colleg. Merton. et Novi.

[e] Ms. Mert. et Novi colleg. 30. "Recensiti sunt "per nomina." [f] "Vade in terram, quam Deus "tuus dat tibi." Ms. coll. Novi. In Ms. Mert. pr. deest.

[g] "Transi Jordanem istum." Ms. colleg. Mert. et Novi. [h] Mss. ibid. [i] Lib. i. "Amaritudine replevit me." Ms. Mert. Nov. "Quocunque "perrexeris, pergam." [k] Lib. i. Ms. Merton, O. viii. 11. "Lavamini et mundi estote." [l] Ita incipit Ms. coll Novi: in Merton. pr. deest. Quaere inter opera Thomae Aquin. [m] Omnia fere haec opera Ms. Oxoniae in bibl. colleg. Novi, Merton. et Magdal. Pleraque autem (principiis paulum diversis) attribuuntur Johanni Wallensi, SS. th. ordinis Minor. in Ms. Bodl. Laud H. 10.

Commentarii in Pſalterium [n]. *In libros Auguſtini de civitate Dei* [o], qui et editus anno D. MCCCXXXII. *In Sententias* [p]. *De ſtatu animarum poſt mortem* [q]. Ego etiam legi ejus opus *De modo praedicandi* [r], quod Theobaldo de Urſinis, archiepiſcopo Panormitano, dedicavit. Meminit praeterea Trittemius *Commentariorum in Solomonem* [s], et *Cantica canticorum* [t]. Extat in bibliotheca publica Iſiaci liber, cui titulus *Campus florum* [u], a Guallenſi ſcriptus, copioſus videlicet *Juris canonici index* [x]. De tempore autem quo vixit, nec Leander nec Trittemius verbum unum. Ego conjecturam facio claruiſſe illum circa tempora Eadveardi ſecundi [y]. Sed jam commodiſſime mihi in mentem venit alter Thomas Guallenſis, ſive Walleus [z], qui et philoſophiam et theologiam magna cum laude Iſiaci in ſchola Franciſcana profeſſus eſt: id quod ibidem ante illum Robertus Capito, alias Groſteſt, Petrus quidam, poſtea inter Scottos epiſcopus, Joannes Veſamus, poſtea Lindenſis eccleſiae decanus, et epiſcopus Caſtrenſis, fecerunt. Et ne ſuus honos Thomae deſit, cognoſce, lector, eum, maturioribus vitae ſuae annis in epiſcopum Menevenſem conſecratum fuiſſe. Ex *Lelando*.

[n] Lib. i. "Beatus qui cuſtodit vir veritatem." Mſ. Oxon. in coll. Exon. 52. Extat Cantab. in aul. Pembroch. Mſ. 46. Wallenſis *Super duos nocturnos pſalmorum*. Extat *Opus aureum in* xxvii *pſalmos*. Venet. MDCXI. fol.

[o] Lib. x. "Fluminis impetus laetificat civitatem." Mſ. in coll. Merton. N. iii. 5. Art. et Baliol. LXXVIII. Oxon. Mſ. in Bodl. Laud. F. 89. L. 33. huic et Nicolao Triveto attribuunt. Extant Toloſae MCCCCLXXXVIII. fol. Mogunt. MCCCCLXXIII. fol. Venet. MCCCCLXXXIX. Friburgi MCCCCXCIV. fol. [p] Lib. iv. [q] Lib. i. "Memento mirabilium ejus quae." [r] Lib. i. Pr. dd. "Deſiderium veſtrum ſanctiſſimum". Pr. lib. "Cum prae-" dicationis officium ſit." Mſ. Norw. More. 237. Mſ. Oxon. in bibl. coll. Lincoln. Mſ. 67. et Bodl. Mſ. NE. A. 1. 8. imperf. Cantab. in bibl. S. Petri Mſ 99.

[s] Sc. *Proverbia ejus*, lib. i. "In abſconditis parabola-" larum conver." Ab aliis Roberto Holcot attributa. Extant Pariſ. MDX. 4to. [t] Lib. i. "Canticorum" liber additur quo." [u] *Juris canonici* lib. i. "Di-" ſciplinae clauſtrali deditus." In Mſ. Cantabr. coll. D. Petri 79. vocatur *Manipulus florum*. [x] Praeter libros ſupra Thomae Guallenſi juniori a Lelando adjudicatos, ſubnectenda ſunt alia Thomae Anglici opera, ſc. *Tractatus de naturis beſtiarum cum moralizatione*, Mſ. Merton. O. viii. 11. Art. *Comment. in Jeremiae prophetiam. In Threnos ejus. In Danielem. In libros Maccabaeorum*. Extat Pariſ. MDXCVI. 8vo. *In Epiſtolas canonicas*. Pariſ. MDXLIII. 8vo. Lugd. MDLVI. Antw. MDXCII. *In Apocalypſin. In Boetium de conſolatione philoſophiae*. Lovan. MCCCCLXXXVII. fol. Lugd. MDXIV. 4to. *Summa totius logicae Ariſtotelis*. Vide Leland. p. 246. in Tho. Anglico. Haec omnia extant in editionibus operum Thomae Aquinatis, Venet. MDXCIV. Antwerp. MDCXII. *In Boetium de diſciplina ſcholarium*, lib. i. *De conceptione B. Mariae*, lib. i. . . . . *Interpretatio Metamorph. Ovidii ſecundum ſenſum moralem*, lib. xv. Pr. pr. "A veritate" quidam auditum avertent." Pr. l. "Ovidius in primo" libro Metamorph." Mſ. Cantab. in archivis . . . . . Extat Pariſ. MDIX. 4to. ibid. MDXV. 12mo. Gallice tranſlata a Conrado Manſion. Brugis MCCCCLXXXIV. fol. Forſan autem haec interpretatio potius N. Triveto debetur. *In Proverbia et Eccleſiaſten*, lib. ii. Mſ. *Add*. Bal. Trin. *De formis veterum deorum*, lib. i. "A veritate qui-" dem auditum." xii. Mſ. *Add*. Bal. Trin.) *In duodecim prophetas minores*, lib. i. (xii. *Addit*. Bal. Mſ. Trin.) *Super Matthaeum*, lib. i. "Tria inſinuantur hoc loco." *In Paulum ad Hebraeos*, lib. i. "Beatus homo, qui ſperat in te." *De quatuor praedicabilibus ad omne genus humanum*, lib. i. Cantabr. in coll. S. Petri, ut vult Pitſeus. *Contra iconoclaſtas*, lib. i. *De temporibus in poteſtate Patris*, lib. i. "Non eſt veſtrum noſſe tempora vel." Apud Boſton. Bur. num. 170. *De inſtantibus et momentis epiſtola* extat Mſ. in bibl. publ. Cantabr. 179. et in coll. S. Petri, citante Pitſeo. *Tho. Anglicus contra Scotum in* 1 *Sententiarum*, Venet. MDXXIII. f. Admonendus eſt lector, quod multa aſcribuntur Thomae Aquinati, doctori Angelico, quae Thomam quendam Anglicum habent auctorem. [y] Vide Bal. v. 35. Pitſ. p. 429. ſeq. Cav. *App*. p. 29.

III. Thomas Guallenſis, archidiaconus Lincolnienſis, et eccleſiae ejuſdem canonicus a Groſteſto factus, et tandem epiſcopus Menevenſis, MCCXLVII. Pariſ. conſecr. fuit. 7 cal. Aug. MCCXLVIII. Wikes. Vir inter doctiſſimos ſui ſaeculi enumerandus, ſed ſcriptorum ejus tituli latent. Obiit an. MCCLV. Gregr. Cairguent. in *Chronico*. Vide Godw. i. 609. ſeq. *Hiſt. et Antiq. Oxon*. i. 64.

WALLINGFORDUS [JOHANNES] ſive de CELLA, non procul a viculo Stodham ex mediocri proſapia oriundus (M. Paris) Hic in juventute ſcholarum Pariſienſium frequentator aſſiduus ad electorum conſortium magiſtrorum meruit attingere; unde cum eſſet virilis aetatis, in grammatica Priſcianus, in metrico Ovidius, in phyſica potuit cenſeri Galenus (M. Paris) monachus S. Albani, dein prior Walingfordiae, et tandem MCXCV abbas S. Albani evaſit viceſimus primus. Idem. Fuit hiſtoricus Anglus et eundem eſſe cum abbate S. Albani tradit Galaeus. *Praefat. Hiſt*. tom. i. Scripſit *Chronica brevia regum Angliae*, lib. i. Mſ. in bibl. baronis Lumleii. In Mſ. Cotton. Julius, D. vii. ſunt, 1. *Quaedam aſtronomica fragmenta fr. Johannis de Walingford*. Pr. "Saturnus planeta frigidus et ſiccus." 12. *Pictura fratris Joh. de Walingford*. 16. *Chronica fr. Joh. de Walingford*. Pr. pr. "Conſiderans prolixitatem Cronicorum." Pr. "Anno ab incarn." Domini CCCCXLIX Anglorum." Haec in duas partes dividit Galaeus, quarum priorem tempora Saxonica et Danica tractare dicit, poſteriorem a conqueſtu ad A. MCCLVIII continuatam, ut opinatur Rad. Wendover, quia Joannes fato functus erat MCCXIV. Priorem partem, abbreviatis ſanctorum vitis, evulgavit Galeus inter *Hiſtoricos* XV *Oxon*. MDCLXXXIX. fol. p. 525. 18. *Nomina fratrum de profeſſione S. Albani defunctorum a ſuſceptione fratris Joh. de Walingford in eodem ordine* A. D. MCCXXXI [Si haec vera ſunt, abſque dubio diverſus erat Johannes hic hiſtoricus a Johanne abbate] *ad* MCCLVI, *quo anno* 19 *cal. Sept. apud Wymondham obiit*. Nota in Mſ. Cotton 46. ita: "Apud Wimondham Johannes de Walingford ſacerdos domini et ſcriptor hujus libri." *Tractatulos* xxxvii in hoc codice deſcripſit collector, qui veriſimiliter hic Jo. Walingfordus erat. Galaeus *Praefat*. haec de eo adnotat: "Valuit Johannes noſter et carmine pangendo; et videtur hiſtoriam vel hiſtorias memorabiles, verſu tradidiſſe poſteris. Certe apud multos, qui aut poſt eum ſcripſerunt, aut veteres ante eum hiſtoricos auxerunt et recenſuerunt, multa ejus citari carmina mihi ſatis conſtat." Obiit die S. Kenelmi regis A. MCCXIV. S. Albani M. Paris, *Vit. abb. S. Albani*, p. 1046. Cave. ii. 399. Pitſ. *App*. 883.

WALPOLE [HENRICUS] patria Norfolcenſis; bonarum literarum ſtudiis in utraque academia inſtitutus. A Puritaniſmo ad religionem pontificiam converſus Romam contendit; ubi in collegio

collegio societatis Jesu admissus est A. MDLXXXIV, aetatis 25. Inde in Hispaniam, mox in Belgium profectus. Tandem A. MDXCIII in patriam reversus, quia reginae suprematum in rebus Ecclesiasticis non agnoscebat, mancipabatur carceri, et 11 April. MDXCV Eboraci poenas laqueo dedit. Scripsit carmine Anglicano *Martyrium Edmundi Campiani, Jesuitae.* Ms. bibl. Bod. 1034. inter Mss. Laud. *Athen. Oxon.* i. 276.

S. WALPURGA, soror SS. Willebaldi et Wunibaldi, et eorum comes in Germaniam, ubi abbatissa evasit Heidenheimensis. Scripsit *Vitas SS. Willibaldi et Wunibaldi.* Pr. "Venerandis, imo "charissimis." Edidit Canisius, tom. iv. Par. ii. p. 481. Claruit A. DCCL. *Vita* ejus scripta a Philippo episc. Aichstadiano extat apud Canis. l. c. p. 559. Eadem etiam a Wolfardo monacho Hasenrietano extat. Ibid.

WALSGRAVE [JOHANNES] patria Anglus, professione Carmelita, apud Parisienses studiis operam dedit. Scripsit *Super Sententias*, lib. iv. *Quaestionum variarum* lib. i. Claruit tempore Edwardi iii. Ms. Fulman.

WALSH [EDVARDUS] Hibernus. Scripsit Anglice *Officium pro patria pugnantium. Reformationem Hiberniae per verbum Dei.* Claruit anno MDL. Stanihurst. p. 44. Quidam Edv. Welsh admissus praebendarius Hereford. 29 Aug. MDXXXI. *Regist.* Boothe episc. Heref.

WALSH [JABOBUS] gente Hibernus, academiae Oxon. alumnus, per aliquantulum temporis aulae Cervinae convictor; quem Stanihurst. lib. cit. artium magistrum facit. Scripsit *Epigrammata diversa*, lib. i. Transtulit in sermonem Anglicum *Sylv. Giraldi topographiam Hiberniae.* Vide Hackluyt de Jac. Walsh. Claruit A. MDLXXX. *Athen. Oxon.* i. 199, Stanihurst. Quidam Jacobus Welsh, vicarius de Compton episcopi dioec. Wellen. obiit ante 2 Octobr. MDCIV. *Reg.* Still.

WALSHAM [JOHANNES] S. theol. doctor Cantabrigiensis, scripsit *Quaestiones super Sententias.* Pr. "Utrum sola via fidei certificet." Has Mss. vidit Br. Twyn. penes doct. Edw. James. Nunc Mss. extant in bibl. C. C. C. Oxon. 182. A. Wood. Ms. Pits. princ.

WALSHEUS [NICOLAUS] in academia Cantabrig. in studiis philosophicis et theologicis laudabiliter institutus ecclesiae S. Patricii Dubliniensis cancellarius, et tandem episcopus Ossoriensis A. MDLVII fuit renunciatus. Scripsit *Conciones eruditas* Latine. Quae etiamnum extant Mss. *Novum Testamentum* in sermonem Hibernicum transferre aggressus est, sed coeptis finem dedit immatura mors: nefarie enim interemptus est in domo sua Kilkenniae, 14 Dec. A. D. MDLXXXV. et sepultus est in ecclesia cathedrali ibidem. War. p. 85. seq.

WALSINGHAM [FRANCISCUS] patria Cantianus, in collegio regio Cantabrigiae in studiis academicis institutus. Fuller's *Worthies, in Kent.* Cambr. 75. Fuit reginae Elizabethae a secretis, ducatus Lancastriae et ordinis Periscelidis cancellarius; Puritanorum partibus adhaesisse dicitur ab Heylin. *Presbyt.* de quo plura vide in *Cabala*, p. 408. Plura de eo ex *Epitaphio* in Dugdal. *Hist. Paul.* p. 99. Adolescens peregrinatus in exteras regiones, earum instituta, linguas, politiam ad civilem scientiam, reique publicae usum didicit. Juvenis exilium, Maria regnante, subiit voluntarium religionis ergo. Serenissimae reginae Elizabethae matura jam aetate orator fuit apud Gallum, turbulentissimo tempore, annis compluribus. Rursum bis in Galliam, semel in Scotiam, semel in Belgium super gravissimis principis negotiis legatione functus est, eique annis sedecim ab intimis consiliis et secretis fuit, ac per triennium cancellarius ducatus Lancastriae. Scripsit *Epistolas plus minus* CXXX *ad Cecilium, comitem Leycestriae, durantibus duabus legationibus in Galliam*; prima inter Aug. MDLXX et Aprilem MDLXXIII, secunda inter 22 Julii MDLXXXI et 12 Sept. MDLXXXI. Habentur eae in Sir Dudley Digg's *Compleat ambassador*, Lond. MDCLV. fol. *Epistolam* i *ad archiepisc. Whitgift pro puritanis quibusdam*, MDLXXXIII. Ms. Dugd. 80. Vide Fuller. *Ch. Hist.* xvi. 162. *Epistolas ad doct. Dee de reformatione calendarii.* Ms. C. C. C. Oxon. coll. Twin. i. *Epistolam ad archiepisc. Douglass, legatum Scotiae* MDLXXXVII. Ms. Ashmol. 1720. f. 115. *Epistolam ad dom. Critoy, secretarium Galliae*, impress. in *Cabala* 1663. fol. p. 406. Obiit in domo sua Londini in Sething Lane 6 April. MDXC, et proxima nocte absque ulla pompa funebri sepultus est in ecclesia S. Pauli. Dugdal. *Hist. Paul.* 99. Stow. *Hist.* p. 761. Camden. *Elizab.* in anno MDXC.

WALSINGHAMUS [JOANNES[a]] sive VALSINGAMIUS, quem Trittemius corrupte appellat WALSGRAM, Carmelitarum professioni vel Burnamiae, ut conjectura ducor, vel Nordovici initiatus fuit: deinde maturioribus annis Isidis Vadum, bonarum artium parentem certe foecundissimam, petiit, ibique ad paucos annos ingenii sui periculum faciens, alio se suaque studia transtulit, nempe Lutetiam Parisiorum[b]. Nec id quidem fecit ille sine magno successu: nam post justos labores in sacris studiis collocatos, ab illis in supremam theologorum classem receptus est[c]. Tum vero eruditione et fama illustris Avenionem[d], una cum Joanne Alerio et Petro de Casa, se contulit, brevique cum literarum, tum prudentiae nomine ita non modo Joannis xxiii[e]. verum etiam Benedict. xii. literatorum Mecaenatis, gratiam emeruit, ut eorum familiaritate non raro uteretur. Attamen non constat Valsingamium ullis ab episcopis Romanis auctum honoribus; tantum legi illum praesidem provincialem[f] sui ordinis fuisse: quanquam dignitatem viri ex literis potius, quam ex fortunae honoribus aestimemus. Scripsit *Super Sententias*, lib. iv. "Utrum theo-

[a] Johannes Walsinghamus ab oppido agri Norfolcensis mercatorio ortum et cognomen habens. Bal. Pits.

[b] Ubi doctor Sorbonicus evasit. Bal. Pits.

[c] Concilio Albiensi in Aquitania interfuit. [d] —— ut contra Gul. Ockamum disputaret. [e] xxii *Romani pontif.* habet Lel. Epit. [f] Numero undecimum factum anno MCCCXXVI (quo anno fr. Johannes Polestede fuit provincialis, Ms. Bal. Sloan.) Bal. Pits. Septimum potius electus A. D. MCCCXXIV. Ms. ibid. Rexit annos 5.

"logia

" logia [g]." *Quaeſtionum* lib. iii. [h] " Utrum relationes." *Determinationum* [i] lib. i. *Quodlibeta*, lib. i. " In diſputatione [k]." *In Proverbia Solomonis*, lib. i [l]. " Viam ſapientiae monſtrabo tibi." De ejus obitu nihil certi pronunciare poſſum [m]: ſed aliud eſt, quoniam in locum opportunum incidimus, quod pronunciare volo. Praeter hunc Valſingamium duo alii ejuſdem cognominis erant, quorum uterque eruditus; ſed famae minoris. Prior aetate Robertus fuit, Carmelita Nordovicenſis, et ab Iſiacis in ſupremum theologorum numerum electus [n]. Extant adhuc ejus ingenii monimenta, videlicet quatuor *Super Sententias* libri [o], *Quaeſtionum* [p] libri quatuor, *Quodlibeta* [q], et *In Eccleſiaſticum commentarii* [r]. Obiit [s] anno D. MCCCX. Unde apparet illum Joannem tempore praeceſſiſſe, cum primos tantum Eadveardi ſecundi annos attigerit. Supereſt Thomas [t], qui mihi plane ignotus eſt, praeterquam quod legerim in *Chronico Tinenſi* hunc duas *Hiſtorias*, unam brevem [u], alteram quidem longiuſculam [w] poſteritati tradidiſſe [x]. At, ut ego taceam, loquatur *Chronicon Tinenſe:* " Siquem ſcire delectat horum malorum nomina incentorum ſive ductorum" [Joannem Straminiam, et Gualterum Tegularium ſignificat] " una cum opinionibus, cur haec mala " diverſis provinciis uno eodem tempore, iiſdemque fere diebus infra Octavam feſti Corporis " Chriſti ſpecialius acciderunt, in *Chronicis majoribus* fratris THOMAE DE WALSINGHAM apud " ſanctum Albanum poterit reperire." , Sufficiant haec in praeſentia de tribus Valſingmiis [y]. Ex *Lelando*.

[g] *ſit ſcientia.* [h] Lib. i. Bal. Pitſ. *Quaeſtiones ordinarias.* Pr. " Utrum ens, verum, et caetera nomina." Mſ. Bal. Sloan. *Quaeſtiones ordinariae* et *Quodlibeta* Walſinghami Carmelitae olim in bibl. Carmel. Oxon. Leland. *Coll.* iii. p. 57. Vide tamen an Johannis an Roberti ?

[i] " Utrum efficaci ratione poſſit." [k] *Noſtra de quolibet.* Mſ. Bal. Sloan. " In diſputatione noſtra generali " de quolibet," etc. ita incipiunt *Quodlibeta* cujuſdam (ut videtur) Oxonienſis Mſ. in bibl. Baliol. Oxon. lvi. Jam. f. 154. [l] Scripſit *Poſtillam ſuper ſapientiam.* Pr. " Viam ſapientiae, etc. Prov. iv[to]. Prima lectio mea, " ſi recolitis, erat de curſu S. Scripturae, haec eſt de curſoria ejus expoſitione." Ita Mſ. Bal. Sloan. 4to. 207. Scripſit etiam *Quaeſtiones alias.* Pr. " Quod quidditas rei " naturalis." *Concluſiones diſputabiles*, lib. i. *Pro curſu Sacrae ſcripturae*, lib. i. *De eccleſiaſtica poteſtate, contra Ockamum*, lib. i. *Sermones* lx, lib. i. *Lecturas in theologia*, lib. i. In Mſ. Bodl. Digb. 41. eſt tractatus Angl. antiq. Johanni cuidam Walſingham attributus, ſub titulo, *Dictamen fratris Dawe Topias contra Jak Upland.* Pr. " Who " ſhal grante unto myne eye a ſtrong ſtreame of teres ?"

[m] Claruit circa A. D. MCCCXXX, et in Gallia ſepultus eſt. Bal. iv. 97. Pitſ. p. 423. Quidam Joh. de Walſingham occurrit monachus Elienſis MCCLXI. *Regiſtr.* Eli. Mſ. Aſhmol. 801. Frater Joh. Walſingham de conventu fratrum Minor. de Ware, ordin. acolytus 16 Dec. MCCCXCV de conventu Lond. ord. ſubdiac. MCCCXCVI. 23 Dec. in *Regiſtr.* Braybrook, epiſcopi Lond. fr. Johannes de Walſingham, canonicus prioratus de Cokesford, ordinis S. Auguſtini Norwic. dioec. confirmatus prior ibidem 15 Jan. MCCCCIV. Ita in *Regiſtr.* Norwicen. vi 314. [n] " Guielmi Ludlingtoni adverſus Gerardum Bononienſem hic " fortiter atque animoſe olim tuebatur cauſam," inſerit Lel. Epit. Mſ. Trin. [o] Pr. " Utrum theologia ſit ſcientia." Mſ. Bal. Sloan. " Verbum dulce multiplicat ani" mos." Bale. Pitſ. Ita incipiunt *Quaeſtiones theologiae*, juxta Bal. Mſ. Sloan. Olim extabant libr. *Super Sentent.* in bibl. Carmel. Oxon. Leland. *Coll.* iii. p. 57. [p] *Quaeſtiones ordinarias* (xii. Mſ. Bal. Sloan.) lib. i. " Utrum re" ſpectus veſtigialis formae, " etc. *Aliae quaeſtiones ordin.* lib. i. " Utrum ens, verum, et caetera nomina," &c. *Quaeſtiones ſolennes*, lib. i. " Utrum in divinis perſona pro" ducens," etc. *Quaeſtiones veſperiales* xii (quibus oppoſuit magiſter Will. Heyham) lib. i. " Utrum Chriſtus per ſu" um intellectum." [q] Pr. " In diſputatione de quoli" bet quaerebatur." Mſ. Bal. Sloan. Haec dividuntur in majora, lib. i. " Quaeſtio in eccleſia olim fuit." et minora, lib. i. " In iſta quaeſtione de quolibet." [r] Lib. i. " Sicut " dicit Auguſtinus, libello de." Scripſit etiam *Determinationes Scripturae* xliv, lib. i. " Ego ſum via, veritas, et " vita." *Contra Gerardum de Bononia*, lib i. " Iſte ad" verſus Alex. de Hales, Gerardum Bononienſem, Aegidi" um Romanum, Joannem Duns, Simonem de Feverſham, " Henr. de Gandavo, Thomam Sutton, Robertum Cow" ton, Ricardum Conyngton, et alios adhuc ejus aetatis " doctores ſcholaſticos determinavit per impugnationes ſub" tiliſſimas." Ita Johannis Balei *Add.* Lel. *Epit.* Mſ. Trin. *Conciones ad vulgum.* [s] Obiit menſe Januarii Nordovici MCCCX. Bal. iv. 83. Pitſ. p. 396. [t] Thomas Walſingham, patria Norfolcenſis, Oxoniae aliquando ſtuduit. " Ad fanum Albani monachus Benedictinus ac praecentor. " Homo in hiſtoriis colligendis diligens atque ſtudioſus erat. " An pretio ad id conductus fuerit, an ſuo marte hoc egerit " neſcio." Addit Lel. Mſ. Trin. [v] Ab anno MCCLXXIII ad an. MCCCCXXIII lib. i. " Anno gratiae MCCLXXIII, qui " eſt annus." Mſ. Cantab, in coll. Corp. Chr. C. iv. *manu* recent. Extat Londini MDLXXIV. fol. inter *Scriptores Normannicos* a Cl. Camdeno editos et recuſos Francofurt. MDCII. fol. " Atqui hiſtoria illa, quae hic *brevis* appel" latur, longiuſcula revera duplo major eſt, molem operis " attendas, non ſpatium temporis." A. Wood. Mſ. Pitſ.

[w] Ab anno MLXVI ad MCCCCXVII, ſive *Hypodigma Neuſtriae*, lib. i. " Magnificentiſſimo et —— Henric. etc. " Cogitanti mihi." Mſ. Cantabr. in colleg. Corp. Chriſti Lib. al. 38. Extat Francof. MDCIII, et Londini in aedibus Daii. MDLXXIV. fol. [x] Scripſit etiam *Auctarium Polychronici ab anno* MCCCXLII *ad* MCCCCXVII, lib. i. " Hoc " anno quinto die Junii." Mſ. in coll. Gonvil. et Caii Cant. Ita ex nota praefixa Mſ. Wharton. Y. 11. in bibl. Lambeth. *Acta R. Henrici* VI. Bal. Pitſ. Wharton lib. i. *Hiſtoria abbatum S. Albani ab Hugone de Everſdon uſque ad obitum Thomae abbatis.* (Pr. " Corpore bonae memoriae " Johannis.") Mſ. Cotton. Claudius E. IV. f. 182. haec nota antiqua poſt vitam Johannis abbatis : " Ex hinc uſque " ad obitum Thomae abbatis, ex ſtudio fratris Thomae de " Walſingham praecentoris." In bibl. collegii Johannis Bapt. Oxon. Mſ. W. 92. extat Tho. Walſingham *De generatione et natura deorum.* Mſ. W. 92. [y] Claruit Thomas anno MCCCXL. Bal. vii. 88. Pitſ. p. 629. Wharton. *App.* ad Cave p. 120. Thomas Walſingham, monachus S. Alb. et prior de Wimundham (praefectus 4 Sept. MCCCXCIV. *Reg.* Norw. vi. 195.) interfuit electioni Johannis Moote, abbatis S. Albani 9 Oct. MCCCXCVI, poſt electionem domum revocatus. Mſ. C. C. C. Cantabr. ſub. B. 3. Cantor et ſcriptorarius ejuſdem monaſterii erat tempore Thomae de Mar. abbatis. Ibidem. Quidam Tho. de Walſingham clericus praeſentatus eſt per regem ad rectoriam de Charleton ſuper Otmore 23 Dec. 24 Edw. I. in liter. Patent.

WALSINGHAM [REGINALDUS] monachus S. Edmundi, Rogero Computiſtae coaevus. Scripſit *Correctiones in Rogeri Computiſtae librum de expoſitione Bibliae* (uti dicit Rogerus ipſe in *Praefat.* Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 7. 1.) Mſ. Bodl. Laud. C. viii. Quae paſſim extant in dicti Rogeri libro.

WALTERUS [GULIELMUS] ſervus domini Henrici Marney, cancellarii ducatus Lancaſtriae. Scripſit *The ſpectacle of lovers: Dialoguewiſe in Engl. verſe.* Pr. pr. " Foraſmuche as " ydelneſs is rote of all vices." London, by Winkin Word . . . 4to. Tranſtulit in ſermonem vernaculum. *Hiſtoriam Titi et Geſippi.* Ibidem. *Hiſtoriam Guyſtardi et Sigiſmondi.* Ibidem.

WALTERUS

WALTERUS [HUBERTUS] apud West-Derhamiam in agro Norfolc. in lucem editus. Educatus in familia Ranulphi de Glanvill, supremi Angliae justitiarii, cujus opera factus est decanus Eboracensis A. MCLXXXVI; post triennium episcopus Sarisburiensis; et deinde summus Angliae justiciarius; A. MCXCIII archiepiscopus Cantuar. et tandem pontificis legatus atque cancellarius evasit. A. MCLXXXVI, dum rex Angliae moram fecerat apud Carleolum Rob. Botevile decanus Ebor. obiit, cui successit in decanatu Hubertus Walteri, clericus Ranulphi de Glanvile, dono regis. *Annal.* Lanercost. in bibl. Cotton. Hubertus decanus Ebor. et Rad. archidiaconus Hereford. justitiarii itinerantes fuisse dicuntur 32 et 34 Henr. ii. Dodesworth *Collect.* cxxi. Juxta Cart. Rading. Worsl. f. 178. Hubertus Walterus confirmavit omnes fructus et obventiones capellae S. Laurentii Rading. in usus hospitalis ejusdem loci ad sustentationem xiii pauperum, qui ibidem pro salute animae meae, etc. nec non Domini Ranulfi de Glanvil, et dominae Bertae uxoris suae, qui nos educarunt, etc. Vid. *Monast. Anglic.* ii. 624. De reipubl. administratione, de rebus bellicis, de litibus cum monachis Cant. etc. hic non est narrandi locus, consulas *Annales* tam ecclesiasticos quam civiles, praesertim Godwinum, p. 118. seqq. Scripsit *Constitutiones synodales*, lib. i. "Cum "in divinis officiis non fine." *In coronationem regis*, lib. i. "Non ambigo honestissimi ponti." *Invectiones in Giraldum Romae*, lib. i. [Propter aliquas inter Giraldum et Hubertum inimicitias forsan hoc parum honesto archiepiscopum describit elogio Giraldus *Dist.* lib. ii. c. 19. sc. Vir vivacitate quidem et animositate conspicuus, sed nec literalis eruditionis copia praeditus, nec intensioris forsan religionis gratia foecundatus.] *Epistolas et sermones*, lib. i. Inter *Epistolas* Petri Blesensis. Obiit 3 id. Julii A. MCCV apud manerium suum Tenhamense, et in ecclesia sua cathedrali sepultus jacet. Godwin. l. c. Bal. iii. 56. Pits. 273.

WALTER [JOANNES] sive GUALTERIUS [a], alumnus collegii, quod Gulielmus Perottus, Vicanus, celeberrimum Ventae Simenorum posuit, solidam sibi ab assidua in studiis industria laudem comparavit; quam et auxit maxime, quo tempore, Venta relicta, Isidis Vadum petiit, museumque Ventanae societatis magnificentissimum ab eodem Perotto, viro incomparabili, constitutum celebravit. Hic generosus ardentis animi erga bonas artes impetus eo hominem plane diligentissimum provexit, ut naturalium rerum penetralia ipsa ingrederetur, avidisque collustraret oculis. Inter haec et matheseos cura maxima ejus detinuit animum, ac detentum vel ad astra perduxit. Laetissimus ille vero, nova jam exauctus cognitione, *Canones in tabulas aequationis domorum* [b], opus rotundum juxta ac argutum, magno labore, et successu majori, edidit. Hinc postquam degustatis probatissimarum artium fontibus, sitim multo nectare restinxerat, veteres sodales Ventanos repetiit; inter quos consenuit. Ex *Lelando*.

[a] Joannes Walterus sive filius Walteri. A. Wood.

[b] Pr. pr. "In unum collecta quae ad idem." Pr. lib. "Volenti operari per tabulam sequentem." MS. Bodl. Sup. A. 1. Art. 94. Et MS Bodl. Æ. F. 10. 11. Et MS. Bodl. Laud. B. 23. Extat hujusmodi tabula in MS. Digb. 178. quae forte Johanni tribuenda est. Scripsit etiam *Tabulas ascensionum universalium*, lib. i. *Tabulam ad domificandum pro singulis domibus*. MS. Bodl. Laud. B. 23. In MS. Norwic. More 820. est *Tabula*, cui superscribitur haec nota manu Ludovici Carlyon. "Tabula diversitatis ascen-"sionis signorum pro omni terra habitabili secundum de-"clinationem Almeonis; et dicitur esse tabula magistri "Johannis Walteri, sed tamen certus sum quod non potest "esse vera," etc. Unam tantum paginam continet. E vivis excessit Wintoniae et ibi sepultus est circa An. Dom. MCCCCXII. Bal. vii. 58. Pits. p. 594. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 133.

WALTHAM [JOHANNES] monachus ecclesiae Christi Cantuar. S. theol. baccalaureus; scripsisse videtur *Conciones varias*; quarum una habita fuit in choro ecclesiae Cantuar. post electionem Thomae Bourchier archiepiscopi Cant. in hoc thema: *Gaudium vestrum impleatur*. Hujus meminit Joh. Stow, in *Hist. Mon. Cant.* MS. C. C. C. Cantab. Q. viii. Obiit 19 Aug. MCCCCLXXI, anno monachatus 53.

WALTHENUS sive WALDENUS alius, primo canonicus regularis, dein monachus Cistertiensis, abbas Mailrosensis, archiepiscopus Ebor. electus, et episcopus S. Andreae, et tandem monachus. Scripsit *De claustri bono*, lib. i *Evangelicorum flores*, lib. i. *Sanctorum vitas*, lib. i. Obiit A. MCXL. Dempst. xix. 1169.

WALTON [BERTRAMUS] Scripsit carmen Anglicum *Contra vitia monialium*, et *De ecclesiis Romanis, earumque reliquiis*. Principium deest. Extat MS. Cotton. Vespasian. D. ix. Claruit circa tempora Henrici vi.

WALTON [JOHANNES] canonicus Oseneiensis. Temporalia abbatis de Osney restituta Johanni Walton canonico ibidem 1 Nov. 31 Henr. vi. Rot. Parl. Transtulit in carmen Anglicum, rogatu Elizab. Berkeley A. MCCCCX, *Boethium De consolatione philosophiae*. Pr. pr. tr. "Unsuffysance of conning and of wit." Pr. pr. "The whyle that Rome was reigning in her "flore." Pr. l. "Alas that I wretch, whiles I was in welth." MS. Balliol. Oxon. B. 5. Impres. apud Tavistock MDXXV. 4to. Hic Joh. Waltoun (qui Waltham vocatur) ab A. Wood, MS. C. 80. dicitur fuisse rector de Stretton, quam rectoriam cum Tho. Brandon permutavit 26 Octob. MCCCLXXXI, pro subdecanatu Ebor. Testamentum ejus probatum 26 Nov. MCCCLXXXIV. Quo legavit collegio Balliol. *Biblia* sua, librum suum *Concordantiarum Nottingham in Evangelia et Psalmos*, etc. A. Wood. MS. C. 46.

WANTHAM [ROBERTUS] ſive VANTAMIUS, monachus Cernelii coenobii apud Durotriges tum antiqui, tum celebris, Latinos non infeliciter verſabat autores: et eadem opera vocabulorum origines, ac ſignificationes eorum, judicio doctiſſimorum grammaticorum, maxime proprias exquiſite diſcuſſit, et diſcuſſas in numerum eleganter redegit: ita ut, volumine jam confecto et perpolito, opus maturum orbi legendum emiſerit. Quod, dedicatum ſuo patrono et abbati Richardo Sinvellio, pervenit, quo caſu neſcio, ad Hunfridi, ducis Claudiani, manus, ac poſtremo ad auguſtam Iſidis Vadi bibliothecam. Ex *Lelando.*

* Bal. x. 36. ex Lelando. Pitſ. p. 905. *App.*

WANTHAM [ROBERTUS] monachus de Cerne in agro Dorſet. Scripſit carmine *De origine et ſignificatione verborum.* Claruit tempore regis Henr. iv. Hollinſh. vol. iii. p. 542.

WARD [GULIELMUS] tranſtulit ex Gallico in Anglicum idioma *Tres priores partes ſecretorum Alexii Pediemontani*, h. t. *Secretes and excellente remedies in phyſick, out of Frenche.* Pr. ded. com. Bedf. " It is not unknowne unto you." 1. Pars Lond. MDLVIII. MDLIX. MDLXVIII. MDLXXX. 4to. 2. Pars Lond. . . 4to. Et Lond. MDLX. 4to. 3 Pars. Lond. MDLXVI. MDLXXVIII. 4to. *Arcandam*; *his pleaſant book to find the fatal deſtinie, conſtellation, complexion, and natural inclination of every man and child by his birth, with an addition of phyſiognomie*, tr. by Will. Ward. 2 edit. MDXCII. 8vo. *Carmen Latinum continens* xii *diſticha*, cujuſdam Will. Ward praefixum to Robotham's *Treatiſe of Cheſſplay.* MDLXII. 8vo.

WARD [NICOLAUS] ſcripſit *De arte heraldica.* Vid. *Praefat.* Gerard Legh in *The accedence of armory.* Floruit circa A. D. MCCCCL. Ger. Legh. lib. cit. f. 26.

WARD [ROBERTUS] patria Dunelmenſis, ſocius collegii Merton. Oxon. electus A. MDXXXVI; poſtea artium magiſter, et philoſophiae praelector (ut vocant) Shaglingianus conſtitutus. Scripſit *Dialectica et philoſophica quaedam. Diſputationem in ſchola theolog. Oxon. habitam cum D. Nic. Ridlaeo* A. MDLIV. Extat Anglice in Foxii *Act. et Monum. eccleſiae.* Obiit Romae 14 Octob. MDLVIII. *Athen. Oxon.* i. 110. ſeq.

WARDLAU [GUALTERUS] S. theolog. profeſſor, canonicus Aberdonenſis MCCCLVIII. Rymer. *Foed.* vi. 105. archidiaconus Laudoniae in Scotia MCCCLX. Ibidem p. 207. Epiſcopus Glaſcoenſis, cardinalis a Gregorio xiii creatus, et legatus a latere per Scotiam et Hibern. Scripſit *De Fallacia aſtrologorum*, lib. i. *De inani divinationum vetitarum ſcientia*, lib. i. Joh. Fordun. *Scotichron.* v. cap. 59. (uti a Stillingfl. citatur p. xiv.) meminit *Genealogiae regis Scotiae*, quam huic Gualtero acceptam refert. Vid. Mackenz. contra Stillingfl. p. 134. Claruit A. MCCCLXX. Dempſt. xix. 1194.

WARDLAU [HENRICUS] (Dempſt. 665.) nepos magiſtri Walteri Wardlau, cardinalis Glaſquenſis, doctor juris et praecentor Glaſquenſis (Makcullock Mſ. Stillingfl.) epiſcopus S. Andreanus. Scripſit *Reformationem cleri*, lib. i. *Orationem in regni comitiis pro reformatione conviviorum et luxus*, lib. i. Claruit A. MCCCCXLI. Demſter. xix. 1190. Mſ. Mackcullock eum obiiſſe dicit in caſtro S. Andreae 6 April MCCCCXL. Quidam HENRICUS WARDLAU adoleſcens Burdegalae operam literis dans April. MDLXXXI, commendatus Eliae Veneto a Buchanano. *Epiſt.* pag. 86.

WARE [WEXILLUS] Anglus, ordinis S. Franciſci. Scripſit *In quatuor libros Sententiarum.* Mſ. Aſſiſſii. Wading. *Ord. Min. Script.* p. 332.

WARHAMUS [GULIELMUS] filius Roberti apud Okeham comit. Hantonienſis in lucem editus, e ſchola Wiccamica Winton. ad collegium Novum Oxon. tranſmiſſus, ſocius; legum doctor; aulae S. Edwardi praefectus; deinde advocatus in curia de arcubus A. MCCCCLXXXVIII. Praecentor Wellenſis A. MCCCCXCIII archidiaconns de Huntingdon MCCCCXCVI. 28 Apr. (*Regiſt.* Gul. Smith. epiſc. Lincoln.) rector de Cotenham dioec. Eli A. MD; rector de Shirborn S. Johannis dioec. Winton. MDI, et de Barlay comit. Hertford. et canonicus S. P. London. conſtituebatur. A. MCCCCXCIII, legatus ad Philippum ducem Burgundiae, et A. MCCCCXCIV, cuſtos rotulorum; mox A. MDII, epiſcopus Londinenſis, et privati ſigilli cuſtos; tandem A. MDIII ad archiepiſcopatum Cantuar. tranſlatus, ſummus Angliae cancellarius renunciatus erat. Wharton. *Epiſc. Londin.* 176. ſeq. Extant *Epiſtola ejus ad abbatem Glaſton. de corpore S. Dunſtani.* Pr. " Honorande frater." Wharton. *A. S.* tom. ii. p. 229. *Epiſtolae ejus* xiv *in libro epiſtol. Oxon.* F. F. in archiv. Bodl. A. Wood. Mſ. Glynn ita: " Complures extant *Epiſtolae* iſtius Warhami, cancellarii Oxon. *ad Oxo-*" *nienſes*, et illorum ad ipſum viciſſim in libro *Epiſt. acad. Oxon.* in turri Scholarum, quae pruden-" tiam et ſapientiam ejus abunde conteſtantur." *Epiſtola ejus ad Joh. Longland, epiſc. Lincoln.* qua gratias ei agit pro dedicatione *Sermonum*, et hortatur ipſum ad imprimendum plures. Epiſtola data eſt 19 Junii MDXXXI. Anglice. Extat in *Regiſtr.* Longland. Lincoln. f. 138. *Statuta et ordinationes ejus in curia audientia Lambeth. edita* A. MDVII. in *Concil. M. Brit. et Hibern.* tom. iii. p. 650. ſeq. *Mandatum ad inquirend. de libris N. T. in lingua vulgari editis.* Ibidem p. 706. ſeq. *Ordinatio de numero procuratorum curiae Cantuar.* Ibidem p. 710. ſeq. *A publick inſtrument made by him and other biſhops containing divers heretical and erroneous opinions conſidered and condemned.* Ibidem p. 727. ſeqq. Obiit A. MDXXXII, 23 Aug. Wharton. *A. S.* vol. i. 124.

WARIA [a] [GULIELMUS de] five VERUS, a Trittemio *Guarronis* corrupte dictus, a scriptoribus inter illustres Franciscanos numeratur. Sed, quoniam bonam vitae suae partem apud exteras gentes egit, pauca admodum mihi de illo sunt liquide cognita. Qualiacunque tamen ea sunt, per me silentio non peribunt. Studuit Lutetiae Parisiorum [b] annis jam maturus; ubi in philosophia Aristotelica, et theologia in quaestiones paene infinitas tunc temporis concisa, ita profecit, ut palmarium in scholis facile adeptus sit; id quod multo clarius lectori apparebit, postquam, me referente, intellexerit JOANNEM DUNS, argutorum sophistarum deum illum, Vero praeceptore usum fuisse. Nec hoc tantum Gulielmi nomen celebre facit: nam scripsit divinos *Commentarios in Sententias* [c]. *Petri Longobardi, episcopi Parisiensis*; quos illa aetas studio plane incredibili legebat [d]. Denique, si Trittemius recte computat, fuit Vuarus in pretio circiter annum Domini MCCLXX [e], quo tempore Henricus senex in Anglia regnavit. Ex *Lelando*.

[a] Gul. de Waria, ab oppido natalitio (Ware in com. Hertf.) cognominatus: corrupte a Willoto GUL. DE OONA dictus. [b] Prius Oxonii literis operam dedit, et (si Pitseo fides) ibidem S. th. doctor erat. [c] Lib. iv. "Quoniam "teste B. Augustino." Mf. apud Oxon. collegii Merton N. viii. 8. et 9. duo. [d] Scripsit etiam *Quaestiones ordinarias*, lib. i. *Quodlibetales quaestiones*, lib. i. *In opera Aristotelis*, lib. i. *Lecturas theologiae*, lib. i. *Contra Aquinatem*, lib i. Addit. Bal. Mf Trin. *Additiones ad Bonaventuram*, lib. i. ibid. [e] Claruit anno MCCLXX. Bal. iv. 37. Pitf. p. 349. Fuller. *Worthies*, ii. 25.

WARIUS [JOHANNES] Carmelita Dunkeldensis (Dempst. 664.) Scripsit *De metallorum generatione*, lib. i. *Quaestionum scholasticarum resolutorium*, lib. i. *Orationes de sanctis*, lib. i. Claruit A. MCCCCXC. Dempst. xix. 1185.

WARNERUS, HOMELIARIUS a frequentibus concionibus dictus, monachus Westmon. Scripsit *Fasciculum temporum*, lib. i. Hoc opus Wernero cuidam Westphalensi A. MCCCCLXXXIV florenti ascribit Bellarminus *De Scriptor.* *Homeliarum doctissimarum*, lib. i. *Deflorationes sanctorum patrum*, lib. i. Extant Basileae A. MCCCCXCIV. Claruit A. MXCII. Bal. x. 39. Pitf. p. 191.

WARNERUS qui scripsit *De venerabili sacramento, missarumque valore*, vixit A. MCCCCXC. Whitii *Diac. Martyr.* f. 71.

S. WASNULPHUS natione Scotus in Belgium trajiciens monasterium canonicorum apud Condatum instituit. Scripsit *Contra paganos ritus*, lib. i. *Epistolas ad S. Vincentium Hannoniae comitem*, lib. i. Claruit A. DCLI. Colitur 1 Octobr. Dempst. xix. 1156.

WASON [THOMAS] monachus et prior Glastoniensis. Scripsit *Indicem* [*exactum*] *notasque marginales in Historiam Glastoniensis ecclesiae per Johannem monachum.* Mf. Ashmol. 790.

WATERFIELD [THOMAS] archidiaconus Leghlinensis. Scripsit *Collectanea quaedam de rebus Hibernicis.* Claruit circa A. MDL. Ware. p. 83.

WATERSON [DAVID] Carmelita Scotus. Scripsit. *De viris claris ordinis sui*, lib. i. *Sermonum repositorium*, lib. i. Claruit anno MDXXIV. Dempster. xix. 1187.

WATKINSON [GULIELMUS] aedis Christi Oxon. alumnus; postea A. MDLXXIV, 13 Jun. praebendarius de Milverton in ecclesia Wellensi; procurator academiae; et A. MDLXXXVII S. theologiae baccalaureus evasit. Transtulit in patrium sermonem *Johannis Rivii librum De felicitate hujus aevi, et ingratitudine hominum erga Deum.* Lond. MDLXXVIII. 4to. *Ant. Sadeelis meditationes in* xxxii *Psalmum.* Lond. MDLXXIX. 8vo. Claruit A. MDLXXXVII. *Athen. Oxon.* i. 234. seq.

WATREMAN [GULIELMUS.] Cantabrigiensem *Sylva* ejus, aliud carmen Oxoniensem vocat. Transtulit ex Latino in vernaculum sermonem *Omnium gentium mores, autore Johanne Boemo*, lib. ii. [duos tantum libros priores *De Africa et Asia*] Pr. ded. com. Arundel. "Aftre what "time the barrein." Lond. MDLV. 12mo. Scripsit *Sylvam de obitu Suffolciensium fratrum.* Pr. "Cum nihil in terris magnorum nomine dignum." Extat inter *Epitaphia* edita per Tho. Wilson Lond. MDLII. 4to. *Carmen de eodem* 23 Distich. Pr. "Fratres Christus amat, fratrum concor"dia Christo." Ibidem. *Carmen in Cl. Janam, Angliae reginam et regis Edwardi* vi *matrem.* Ibidem.

WATSON [CHRISTOPHORUS] in collegio S. Johannis Cantabrigiae in humanioribus literis sufficienter institutus vitam contrivit apud Fr. Gawdy in Gawdy hall; ubi in linguam vernaculam transtulit *The histories of Polybius, of the warrs between the Romans and Carthaginians.* Princ. ded. "It was the common guyse." To which is added *An abstract of the acts of king Henry* v. London. MDLXVIII. 12mo. *Some collections about Durham out of Sim. Dunelm. Grayftanes*, etc. *by Christopher Watson.* MDLXXIV. Mf. Cotton. Vitellius C. ix. *Catechisme.* London. MDLXXIX. 8vo. Anno MDLXXXI. 12 Junii cum licentia Stationariorum registro inserebatur. "A lamentation "for the death of Mr. Christopher Watson minister."

WATSON [HENRICUS] transtulit ex Gallico in sermonem Anglicum *The church of evil men and women, whereof Lucifer is the head, and the members are all players, dissolute and lewd sinners reproved.* impr. by Wink. Word. 22 Aug. MDXI. 4to.

WATSONUS [ROBERTUS] patria Norwicensis, jurisperitus, in familia Cranmeri archiepiscopi Cantuariensis dispensator sive oeconomus. Beneficium ecclesiasticum ipsum habuisse constat ex *Aetiologia.* In principio regni Mariae Norwici incarceratus fere per biennium, et tandem patriae valedixit. Scripsit *Aetiologiam, in qua explicatur, quare deprehensus, unum annum et menses pene quatuor propter Evangelium incarceratus fuit: quaenam inter ipsum et ejus antagonistas in carcere habita fuit disceptatio de transubstantiatione et reali Christi praesentia in sacramento; et quo pacto*

corpore

corpore incolumi et illibata conscientia tandem expedivit eum Dominus, lib. i. " Quum omnes syn-" cere Christum." . . . MDLVI. 12mo. In *Aetiologia* sunt duae *Epistolae longae* ad Joh. Baretum theologum Norwicensem. Vixit in exilio A. MDLVIII. Bal. ix. 81. Hospini. *Hist. Sacr.* ii. pag. 243. b.

WATSON [THOMAS] academiae Cantabrig. alumnus, in collegio D. Johannis in philosophicis aeque ac theologicis studiis laudabiliter enutritus ejusdem tandem praeses fuit electus. A. MDLI aetatis 34 vel 35 S. theol. baccalaureus, ad rectoriam ecclesiae de Wyke in comit. Dorset. ab episcopo Winton. admissus (Fox. i. edit. 837.) deinde S. theol doctor et Gardinero episcopo Winton. a sacris. A. MDLIII decanus Dunelmensis factus, et A. MDLVII consecratus est episcopus Lincolniensis, quo munere Elizabetha primum regnante exauthoratus est, et in aedibus Londinensis episcopi primum, dein Eliensis, mox Roffensis liberius aliquandiu habitus: Tandem vero res novas moliens, in castrum Wisbicense compingebatur, ubi fatis concessit 27 Sept. MDLXXXIV, et in ecclesia parochiali ibidem sepultus est. A. MDLIX fuit unus disputantium ex parte pontificiorum. Strype *Elizab.* 88. 145. Strype in *Vita Grindal.* 78. In synodo Londinensi mense Octob. MDLIII contra reformatos disputabat, cujus certaminis argumenta extant apud Joh. Fox. p. 1412. 1415. et Oxoniae A. MDLIV 17 April. contra Ridlaeum. Fox. pag. 1451. Spripsit *Tragoediam Absalon dictam.* citat. in *Asckam Scholemaster.* f. 50. vid. fol. 22. *Carmina varia*, lib. i. *Carmen encomiasticum* xxii versuum in J. Setorii *Dialect.* Lond. MDLXXIV. 12mo. *Two sermons of the real presence before, Qu. Mary, on Rom.* xii. 1. Pr. " Obsecro vos, etc. Ys S. " Paule writyng to the Phylyppians." London. MDLIV. 8vo. *Wholesome and catholick doctrine concerning the* vii *sacraments*, concionibus xxx. Pr. " The catholike church of God." London. MDLVIII. 8vo. In Ms. Cotton. Vitellius C. ix. 3. extat *Historia episcoporum Dunelmensium per Tho. Watson* A. MDLXXIV. Quaere an noster Thomas ejus fuerit autor. Pits. p. 783. *Fasti Oxon.* i. 82. Godw. p. 36.

WATSON [THOMAS] patria Londinensis, in academia Oxon. literis humanioribus sedulam dedit operam; inde Londinum se contulit, ubi studiis juris municipalis invigilavit. Scripsit *Meliboeum, sive Eclogam in obitum D. Franc. Walsinghami eq. aur.* Pr. ep. ad Tho. Walsingh. " Ad " risum faciles soleo cantare Wapaeas." London. MDXC. 4to. *Amintae gaudia*, carm. Hexam. Lond. MDXCII. 4to. Ἑκατομπαθίαν, *or the passionate century of love.* (100. cop. of love verses) Pr. pr. " Courteous reader, if any thing." Lond. . . . 4to. *His first set of Italian madrigals.* Lond. MDXC. 4to. *Coluthi Thebani-Helenae raptus, paraphraste Tho. Watsono Londinensi.* Pr. ded. com. Northumbr. " Nuper in Aoniis campis ad Phocidis amnes." Lond. MDLXXXVI. 4to. *Sophoclis Antigone* interprete Tho. Watsono J. U. studioso, huic . . . pompae quaedam ex singulis tragoediis. derivatae, et post eas totidem themata . . refertissima eodem Th. Watsono autore. Pr. ded. carm. Lat. Phil. Howard. " Nobilibus praedives avis." Lond. MDLXXXI. 4to. Claruit A. MDXCIII. *Athen. Oxon.* i. 262. seq.

WATTES [PETRUS] monachus Carthusianus post monasteriorum dissolutionem doctrinas reformatas amplexus est, et uxorem duxit, ac a rege Edwardo vi ecclesia Wintertonensi in Norfolcia donatus est. In *Regist.* episc. Norwic. xvii. 195. dispensatio a Reginaldo Polo archiepiscopo Cantuar. et legato concessa est Petro Watts, presbytero Norwicen. dioec. ad exercendum medicinam et chirurgiam citra tamen incisionem, dat. MDLVI. Scripsit Anglice *De superioritate regia*, lib. i. *Super piorum hominum desiderio*, lib. i. *Super vana spe papistarum*, lib. i. Claruit A. MDXLVIII. Bal. xi. 96.

WATTON [JOHANNES] sacerdos Anglicanus. Patet autorem Anglum fuisse ex sententiis lingua Anglica ubique per totum librum interspersis. Scripsit *Speculum Christiani.* Pr. " Magna " est differentia inter praedicationem." Ms. C. C. C. Oxon. 155. Ejusdem tituli et principii est Ms. Bodl. Laud. G. 12. Item Ms. Rad. Thoresby 530.

WAWGHE [JOHANNES] sive WAWKE, Scotus, frater ordinis Carmel. conventus domus regalis fundator; doctor, ut fertur, Parisiensis. Varia scripsit. Ita Bal. coll. Ms. Sloan. 4to. f. 119.

WAYNFLEET [JOANNES] sive VENTOFLUCTUS [a], Carmelita, et Grantanae alumnus academiae, theologiae prudens studebat; cujus et celebri titulo ab eruditorum choro donatus est. Ejus liber *Determinationum theologicarum* [b] famae incrementa dedit [c]. Floruit tandem in collegio Carmelitano, quod in principe Lindiorum urbe situm est [d]. Ex *Lelando.*

[a] Waynflete, Lel. *Epit.* Ms. et Bal. Wanifletus, Pits. S. theol. doctor Cantabr. et in coenobio Lincoln. prior et regens. Ms. Bal. Sloan. Pitseus in coenobio Lindensi theologiae publicum professorem vocat. [b] *et Sacrarum concionum famae*—ita legit Lel. *Epit.* Ms. [c] Praeter *Determinationes* scripsit *Sacrarum concionum* lib. i. *Commentariorum Scripturae* libros plur. [d] " situm est, seu Lincolniae, " ubi theologiam publice legebat A. MCCCCXVIII." Ita legit Lel. *Epit.* Ms. Claruit A. MCCCCXVIII. Bal. xii. 50. Pits. p. 599.

WELLS [GULIELMUS] sive FONTANUS [a], communi appellatione WELLYS dictus, inter Augustinianos homines sui ordinis olim clarus erat. Hanc illi claritatem imprimis peperit virtus literaria; quam usque adeo coluit, ut caeteris magnum equidem inexhaustae diligentiae exemplum ostenderit. Quod si et facundia etiam diligentiae ex aequo respondisset, vel nostrae aetatis scriptoribus, ad ipsa eloquentiae fastigia totis nervis contendentibus, jam plane in honore esset. At

[a] Natus apud Wells in comitatu Somerset. doctor theologiae et 20 annos sui ordinis per Angliam provincialis, Pits. hoc

hoc per saeculum suum, quantum ad puritatem linguarum, rudiusculum, praestare non potuit. Calamo tamen ea praestitit, quae ego ingrato silentio praeterire nolo. Exaravit enim (cur non utar vocabulis eo tempore vulgo receptis?) *Distinctiones in Psalterium* [b], ut nihil loquar de acutis *Disputationibus* [c] et argutis *Concionibus* [d], quas ille chartis, ingeniorum servatricibus, commendavit. Vixit non incelebris Lini, ubi etiam quarto cal. [e] Aprilis, anno D. MCCCCXXI. mortuus est, et sepulchro conditus. Ex *Lelando*.

[b] Lib. i. "Per abyssum Scriptura designat."
[c] *Theologicis*, lib. i. [d] *Declamationibus vulgaribus*, lib. i. Bal. Pitf. Scripsit etiam *Actus cursorios*, lib. i. *Postillationes Evangeliorum*, lib. i. Inter scriptores tempore Henrici v. in secunda *Chronicorum Hollinshedi* editione, p. 584. mentio fit "Will. Walleis, a Black Fryer in Lynn, "and provincial of his order here in England, who made "a book of *Moralizations upon Ovid's Metamorphosis*, comparable to Postel's on Aesop's Fables.
[e] Nono calend. Aprilis. Bal. vii. 65. Pitf. p. 609.

WELLYS [JOHANNES] monachus Rameseiensis, et S. theol. doctor Oxoniensis, ac Wiclevitarum hostis infensissimus: De eo in Mf. Cotton. Otho D. viii. ad finem *Chronici brevis a Bruto ad* MCCCLXXXVIII. "A. D. MCCCLXXXVIII. apud Perusiam obiit ven. doctor, et malleus haereticorum mag. Joh. Welleys, monachus Ramseye, sacrae theologiae professor, et in curia Romana "totius ordinis monastici procurator; qui per tresdecim annos prior studentium Oxoniae, deinde "electus in procuratorem ab inceptione sua anno xi. in ecclesia S. Sabinae Perusiae est sepultus." De eo A. Wood. Mf. Pitf. "in replicatione cujusdam incept. Oxon. constat istum Wellys fuisse de "ordine Carmelitarum; qui scripsit *Quaestiones in lib. Sententiarum*, quarum impugnationem vidi "ac legi Mf." Sed forsan alius hic a monacho Ramefeiensi. Scripsit *De socii sui ingratitudine*, lib. i. "Salutem quam meretur, aut." *Epistolas ad diversos*, lib. i. *Pro religione privata*, lib. i. *Super cleri praerogativa*, lib. i. *Super Eucharistiae negotio*, lib. i. *Contra Nicolaum Herfordium*, lib. i. *Contra Wicliff. de religione perfectorum*. Hujusmodi librum scripsisse patet ex Mf. bibl. Bodl. 163. f. 53. b. Claruit A. MCCCLXXXII. Bal. vi. 82. Pitf. 540. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 189.

WENDELINUS Murdaci regis Scotiae filius, in exteras regiones peregrinans, Telviensis abbas evasit. Scripsisse fertur *Regulam monasticam*, lib. i. Claruit A. DCCXXX. Colitur 20 Octobr. Dempst. xix. 1153.

WENDOVER [ROGERUS] ab aliis WYNDORE et WINDLESHORE dictus, monachus et praecentor coenobii S. Albani, historicus insignis. Scripsit *Chronicon Angliae a Christo nato ad A.* MCCXXXV. lib. i. "Superius digestum est de floribus." Mf. olim penes D. Christ. Heydon. mil. Norfolcianum. Ita Mf. nota in principio Mf. bodl. Laud. L. 44. Vid. Mf. Cotton. Otho, B. v. In Mf. Cotton. Claudius, E. iv. est *Liber de praerogativis et dignitatibus ord. monastici*; cujus ultimum caput est *De monachis quibusdam S. Albani doctrina vel sanctitate celebribus. Ubi.* — "In nostro monasterio floruit Rog. de Wendover noster monachus, cui pene debent totius regni chronographi quicquid habent. Nam plane et perlucide ab initio mundi per annorum distinctionem "digessit cronica sua usque ad tempora regis Henrici a conquestu secundi." Matth. Parisius historiam hanc, additis nonnullis, transcripsisse dicitur. Claruit A. MCCXXXV, et obiit 2 non. Maii MCCXXXVI. Joh. Walingford. Mf. Cott. Julius, D. vii. Bal. xii. 57. Pitf. p. 292. 308. Vid. Watsii *Praefat.* M. Paris.

WENTWORTH [PETRUS] armiger, senator in inferiori comitiorum Angliae consessu. Scripsit, Anglice, *Exhortation to her majesty, to establish her successor to the crowne: With the author's opinion conc. the same.* Pr. "Most high and most mighty prince." . . . MDXCVIII. 8vo. Ob hunc libellum carceri, vulgo *The Gatehouse*, mancipabatur. *Tractatum de vero et legitimo reginae successore contra Dolman pro rege Scotorum.* Pr. "Sit I have received your letter." . . . MDXCVIII. 12mo. Obiit MDXCVII, uti patet ex titulo ultimi hujus tractatus.

WENTWORTH [PETRUS] alter, capellanus Thomae domino Darcy, institutus A. MDLXXVIII, 2 Dec ad rectoriam de Alberton in com. Essex. A. MDLXXXI, 14 Sept. ad rector. de Bromley, quae vacabat per ejus mortem 28. Maii MDC. A. MDLXXXII ad rector. de Gestinthorp et ad vicariam ibidem MDLXXXVIII. Edidit *Sermon on Psalm* ii. 10. 11. Lond. MDLXXXVII. 12mo.

WEREFRITHUS [a] sive WIROFRIDUS, eo tempore bonis artibus operam dedit, quo pars maxima Britanniae a barbarissimis Dacis usque adeo infestabatur, ut Musis vix ullo licuerit loco tute caput exerere. Quare mihi quidem videtur tanto majoribus praeconiis dignior, quanto in rebus adversis erectior ad virtutem. Sed nostris non hic eget laudibus, ut qui Gul. Meildunensem sui nominis praeconem plane clarissimum habeat. Quid ille? Certe hominem cum ab aliis multis, tum praecipue ab insigni collaudat eruditione, quam honor etiam suo tempore secutus est. Mortuo etenim Alwino [b], Vuicciorum episcopo, dignissimus visus fuit, qui succederet. Namque ipsa tempora male prospera, quodammodo poscebant virum vitae exemplis famosum, consilio prudentem, doctrina insignem: quae omnia in Wirofrido vel summa fuerunt, ut Asserius Menevensis, in suis *Annalibus* refert. Vixerat jam aliquandiu in episcopatu, famamque suam magnis meritis illustrem fecerat; cum ecce Alfredus rex, literarum amator multo maximus, bene multatis Danis, pontificem ad se a provincia sua evocavit. Quae autem causa fuerit, satis liquet. Optimus princeps academiam paulo ante ad Isidis Vadum instituerat; et, quod rarius inter reges, decreverat in suo palatio alere viros excellentis doctrinae, qui non modo literas profiterentur, verum etiam interpretationi Latinorum autorum sedulo incumberent. Itaque prima fuit cura, ut doctissimos viros

[a] Werefrithus, alias Werfridus, Mf. Lel. Trin. Werebertus. Hendferth, Malmf. Herefridus, Matth. Westm. Averefridus, Radulph. de Diceto apud Whart. *Angl. Sacr.*
[b] Anno DCCCLXXII. Godw. die pentec. 7 Junii,

 seligeret,

feligeret, qui rempublicam literarum promoverent: sed inter alios Wiccensis episcopus in aulam vocatus[c], tanquam antesignanus praenituit. Quid ego hic commemorem, quo pacto opinioni, quam de illo princeps conceperat optimam, satisfecerit; aut quae munera ei contulerit; aut quo modo libros a probatissimis theologis scriptos in linguam Saxonicam transtulerit. Sit unus e multis in praesentia exemplo, nempe *Liber dialogorum Gregorii* [d], pontificis Romani, quem in Saxonicam linguam vertebat. Caetera autem, quae longo vitae tempore egregie fecit, partim Dacorum violentia, partim antiquitas obscuravit. Denique exactis undecim annis post mortem Alfridi regis de bonis literis maxime meriti, obiit, id est, anno a Christo nato DCCCCXI [e]. Ex *Lelando*.

DCCCLXXIII. Whart. *A. S.* vol. i. 471. [c] Anno DCCCLXXXIV. [d] De hac translatione vide supra in ALFREDO. [e] Obiit an. DCCCCXV. juxta *Annal.* Wigorn. apud Wharton. *A. S.* i. 472 non A. DCCCCXI. Bal. x. 29. Pitf. p. 171.

WERKWORTH [THOMAS] in academia philosophicis studiis imbutus astronomiae peritus inclaruit. Scripsit *Tractatum de octava sphaera*. Pr. " Nota pro motu octavae sphaerae." Mf. Bodl. Digby 97. Claruit A. MCCCXCV.

WESHAM [ROGERUS] sive JOHANNES VESHAMIUS, inter Isiacos, studiorum gratia, multa fecit tulitque; adolescens cum optimae indolis, tum spei longe maximae. Unde et academiae proceres singulari erga eum adfecti candore. Tantumque adfuit, ut doctorum expectationem, ingentem quidem illam, de se conceptam falleret, ut pro magnis, quae sperabant illi, vel maxima facile exhibuerit. Praelegerat in scholis [b] Franciscanis, ab Agnello Pisano institutis, Robertus Capito, ornamentum clarum sui saeculi; jam rude donatus, tanquam emeritus, alio se contulit. Successit in ejus locum Veshamius [c], et recte confecto munere, Capitonis beneficio fit decanus [d] Lindianae [e] ecclesiae, ac tandem, regis [f] munificentia, episcopus [g] Coventrensis [h]. Ex *Lelando*.

[a] Rogerus, Mf. Lel. Trin. recte. Ita Godw. p. 323. Pitf. in *App.* p. 905. Bal. x. 68. [b] " Franciscanorum, " non Franciscanus tamen, ab A. P. invitatus, Robertus Ca- " pito." Ita legit Mf. Lel. Trin. [c] " Veshamius, qui " nec unquam Minorita erat, et recte," etc. ita legit Mf. Trin. Magister scholae Franciscanae Oxon. et archidiaconus Oxon. occurrit 3. pontif. Rob. Grotest. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 71.
[d] Rogerus de Wesham decanus Lincoln. MCCXL. (Rob. Grosthead) MCCXLV. (M. Paris.) Vide *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 393. [e] *Seu Lincolniensis*, addit Mf. Lel. Trin.
[f] Errat Lelandus, nam a papa, rege inconsulto, episcopus renunciatus est. Wharton. *A. S.* i. 440. [g] Consecratus Lugduni, ubi concilio tunc interfuit, anno MCCXLV. Episcopatui vero cessit anno MCCLVI, et post biennium diem obiit ultimum. Godw. p. 372. Vide M. Paris in ann. MCCXLV. [h] Obiit apud Brewode 20 Maii, MCCLVII, et Litchfeldiae humatus jacet. Whart. *A. S.* tom. i. ex *Annal. Burton*. Extant ejus *Instituta*, sive *Brevis expositio articulorum fidei*, etc. Pr. " Quoniam, secundum apostolum, nemo potest aliud." Mf. Bodl. NE. B. 3. 18.

WESSINGTON [JOHANNES] primo monachus, dein A. MCCCCXVI prior ecclesiae S. Cuthberti Dunelm. capituli generalis ordinis Benedict. in Anglia, apud Northampton congregati, praeses, A. MCCCCXXVI. Scripsit *De juribus et possessionibus ecclesiae Dunelm.* Pr. " Cum in quadam " contentione." Mf. Cotton. Vitellius, A. 9. *De origine ordinis monachalis, primum in V. T. et postea in N. T.* Mf. bibl. Dunelm. num. 534. *Sermones de festis principalibus tam de tempore quam de sanctis*, lib. ii. i. concion. 84. ii. 50. Pr. " Ascendam in palmam, etc. sicut ait B. in sermone hodierno. Palma crucis arbor vitalis." Mf. in bibl. Bodl. Laud. K. 55. Obiit A. MCCCCXLVI. Whart. *A. S.* tom. i. 789.

WEST [NICOLAUS] filius Johannis West, pistoris, apud Putneyam in agro Surr. juxta Fulham natus, et in schola Etonensi literis grammaticalibus imbutus, ad collegium regium Cantabrigiae A. MCCCCLXXVII missus est, ubi factionibus addictus, et furti reus, collegio et academia expulsus est (vid. Tho. Hatcher *De praeposito et sociis coll. regii Cantab. sub A.* MCCCCLXXVII. Postea vero restitutus ita mores reformavit, et studiis operam dedit sedulam, ut LL. doctor existens admissus sit thesaurarius ecclef. cathed. Cicestren. 8 Maii A. MDVII. *Reg.* Warham 242. Et SS. theol. doctor (in brevi regio de restitutione temporalitatum ei Legum doctor appellatur) A. MDX decanus Windsoriensis, et A. MDXV episcopus Eliensis evaserit. Legum Caesareae et pontificiae peritus a regina Catharina unus ex ejus advocatis nominatus. Scripsit *De non dissolvendo Henrici regis primo matrimonio cum Catharina*, lib. i. Obiit 28 Aprilis Whart. *A. S.* tom. i. 676. Alii 6 April. A. MDXXXIII. Pitf. p. 715. Godw. p. 331. *Athen. Oxon.* i. 653.

WESTON [HUGO] patria Leicestrensis. Inter Baliolensis collegii alumnos apud Oxon. admissus A. MDXXVI. Philosophicorum studiorum emenso stadia circa A. MDXXX baccalaureus in artibus et socius collegii Lincoln, ac deinde artium magister evasit. Mox medicinae studiis operam dedit, et A. MDXXXVIII rector collegii Lincoln. electus, ac A. MDXL gradu doctorali in theologia ornatus, professor D. Margaretae constitutus fuit. A. MDXLIV, 19 Maii, collatus ad ecclesiam S. Botulfi extra Bishopsgate. *Regist.* Bonner. A. MDXLVII archidiaconus Cornubiae in convocatione. *Synodalia* Mf. C. C. C. Cantabr. A. MDLIII archidiaconus Colcestrensis; et A. MDLV Octob. 23, admissus ad ecclesiam de Cliff infra decanatum de Shoreham. *Reg.* eccl. Cant. apud Whart. Mf. F. 129. in bibl. Lambeth. Hoc anno decanus Westmonasteriensis, et prolocutor domus inferioris convocationis emicuit. Ut autem Johannes Fekenham abbas Westmonasterio cum monachis restitueretur, ab hoc decanatu amotus, Windesoriensi A. MDLVI praefectus fuit. In adulterio comprehensus, decanatu et omnibus aliis beneficiis spoliabatur per card. Polum A. MDLVII, et in turrim Londinensem conjectus, cum iter Romam meditaretur causam injuriamque sibi factam coram papa exponendi gratia, sub initium regni Elizabethae, vadibus datis, e turri Londinensi emissus

emissus in domo cujusdam Winter, in platea vocato *Fleetstreet*, obiit Dec. 8 MDLVIII, et eodem die in hospitali de le Savoy London. sepultus fuit. Strype *Elizab.* p. 28. 30. Lelandus eum insignem oratorem et concionatorem fuisse dicit, qui multos conscripsit libros. Sub ejus nomine habetur *Oratio coram patribus et clero habita A.* MDLIII. 16 Octob. Pr. "Cum Demosthenes, "totius Graeciae lumen." Lond. MDLIII. 8vo. *Disputations with Cranmer, Ridley, and Latimer in the divinity school at Oxford.* A. MDLIV. Vide Joh. Foxii *Act. et monum. ecclesiae.* In cujus libri prima editione p. 845. dicitur "Anno aetatis 34, et Christi MDLI, eum doctorem S. theol. "creatum fuisse." *Precatiuncula pro felici reginae Mariae puerperio.* Extat apud Hollinsh. vol. iii. p. 1125. *Athen. Oxon.* i. 123. seq.

WESTON [ROBERTUS] collegii Omnium Animarum socius; procurator cleri Cov. et Lichf. dioec. in synodo subscripsit articulis MDLXII. Strype *Elizab.* 290. Regii professoris in jure civili deputatus; aulae Lateportensis principalis, et A. MDLXVI legum doctor, quando fuit decanus de arcubus et cancellarius Exoniensis nominatus a Milone Coverdallo episcopo. Strype *Elizab.* 292. A. MDLXX. decanus ecclesiae cathed. Wellensis fuit; et postea justitiariorum Hiberniae unus, dein ejusdem regni cancellarius. Scripsit, juxta Tho. Ryves, in *Apologia pro vicariis pauperibus*, p. 7. *De impropriationibus restituendis dissertationem satis prolixam* morte praeventus nunquam typis mandavit. *Epistolam Matth. Parkero archiep. Cantuar.* Extat Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. i. 825. Obiit 20 Maii MDLXXIII, et in ecclesia S. Patricii Dublin. humatus est. *Fasti Oxon.* i. 85. Newc. i. 444.

WESTPHALING [HERBERTUS] Londini natus; alumnus factus est aedis Christi Oxon. A. MDXLVII, aetatis 15, solitaque disciplinarum academicarum serie gradum attigit magisterialem A. MDLV. In clerum dein ascitus A. MDLXI, S. theol. baccalaureus, istius ecclesiae canonicus, et rector ecclesiae de Brightwell, juxta Watlington, in agro Oxon. evasit. Postea, A. MDLXV, S. theol. professor et thesaurarius ecclesiae S. P. London collatus 26 Sept. MDLXVII. *Regist.* Grindall. (Vide Wharton F. 78. canonicus Windsor. install. Mart. 30 MDLXXVII, et demum A. MDLXXXV Dec. 12. episcopus Herefordensis factus. Scripsit *Treatise of reformation in religion; divided into seven sermons, preached in Oxford on Matth.* xxi. 12, 13. Lond. MDLXXXII. 4to. *Two sermons touching the supper of the Lord, on* 1 *Corinth.* ii. 28, 29. *and on Matth.* xxvi. 26, 27, 28. *Carmen Latinum in obitum J. Juelli.* Ad finem *Vitae* per Humfredum. *Carmen Latinum in tertiam sepulturam Catherinae Petri Martyris uxoris.* Pr. "Quae fuit a nobis." Extat in *Historia Buceri*, Argent. MDLXII. 8vo. p. 209. Fato functus est Martii 1, A. MDCI, et in aquilonari parte transepti cathedr. Hereford. sepultus. Magnum de eo elogium videsis apud Godw. p. 546. *Hist. et Antiq. Oxon.* tom. ii. 266. Newcourt i. 107. *Athen. Oxon.* i. 314.

WETHERSETUS [RICHARDUS] [a] sive LEGROCATRENSIS, alias Grantebrigensis ab illustri aliqua functione, qua in academia usus est, studiorum felici proventu famam et fortunam splendidam comparavit. Vivens ecclesiae ornamento fuit Anglicanae. Hanc laudem nec moriens perdidit, relicto libro egregio, cui inscriptio *Summa* [b], alias *Speculum ecclesiasticorum* [c]; quo mores ministrorum ecclesiasticorum ad vitae exemplum honestae illexit, animavit, confirmavit denique. Scripsit et *Homiliarum* opus cognitione, eruditione, pietate renidens. Memini aliquando vidisse me libellum, cui titulus, [d] *Summa magistri Richardi de Wetheringseto, cancellarii Grantabrigiensis.* Hoc mihi nisi casus indicasset, proprium scriptoris nomen prorsus ignorassem. *Catalogus illustrium Carmelitarum* meminit Joannis Legrocastrensis, Angli, archiepiscopi Smirmanensis, hominis non ineruditi [e]. Denique memini me aliquando incidisse, dum forulos bibliothecae regalis collegii apud Isiacos excuterem, cujusdam Legrocastrensis mathematici libellum, *Computus* [f] titulo editum [g]. Ex *Lelando.*

[a] Richardus Wethersete, alias Cantabrigiensis dictus ab illustri —— uti extat in Lel. *Ep.* Ms. Lel. Trin. Alius a Richardo de Wethersted sive Magno, archiepiscopo Cant. de quo vide supra. [b] *Summa Ricardi de Burgo canc. Cantab.* Pr "Qui bene," etc. Ms. Bodl Digb. 103. (sed manu recent.) [c] Lib. i. "Qui bene praesunt, etc. Novit "apostolus." "Presbyter, Graece senex" Ms. Bodl. NE. C. 1. 5. Ms. Bodl. Digb. 103. *Tractatus magistri Ric. canc. de Cantebrug.* qui dicitur *Numerale.* Pr. "Qui bene, etc. "presbyter," Ms. C. C. C. Cantab. 3—13. Et Ms. bibl. Theyer 294. [d] *Summa theologiae magistri Ric. de Wetheringesfreth.* Pr. deest. Ms. coll. Novi Oxon. 145. [e] "Ineruditi, qui et *Sermones* scripsisse perhibetur." Ms. Trin. Lel.—in Gul. Leycestre, ubi haec clausula habetur. [f] Hic liber huic nostro a Pitseo adscribitur, ut etiam a Balco. [g] Praeter *Homelias*, et *De computo*, scripsit, *De virtutibus et vitiis*, lib. i. Ms. bibl. Theyer 112. *De sacramentis ecclesiae*, lib. i. Claruit anno MCCCL. Bal. v. 88. Pits. p. 472.

WEY [GULIELMUS] patria Devoniensis, collegii Exon. in academia Oxon. primo, ac deinde suscepto baccalaurei in theologia gradu, collegii Eatonensis socius. Tres longas peregrinationes suscepit; primum in Hispaniam, et alia bina in Terram Sanctam, quas tribus libellis descripsit, sc. *Itinerarium primum Will. Wey ad Terram Sanctam*, lib. i. "In Dei nomine, Amen. A. D. MCCCCLVIII. Ego Willelmus Wey." Ms. in bibl. Bodl. NE. F. 2. 12. *Itinerarium secundum* A. MCCCCLXXII. *aetatis* 55. *ad Terram Sanctam*, etc. Ms. Ibid. *Itinerarium peregrinationis mag. Willelmi Wey ad S. Jacobum in Hispania*, lib. i. "In Dei nomine, Amen. etc. A. MCCCCLVIII." Ms. Ibid. In eodem codice etiam habentur *Collectanea quaedam* ejusdem autoris. *Changes of mony from England to Rome and Venise. Provisio qualiter peregrini disponent se et pro se a Venetia ad Hierusalem; et contra:* Anglice, *The way to Hierusalem, and the holy places in that country.* (Rythmis Angl.) *Quid faciemus omni die in Terra Sancta, et de locis sanctis ibidem.* Pr. "Numerus

" merus dierum expectationis." *Decem materiae moventes devotos Christianos transire ad Terram sanctam.* Pr. " Prima materia movens est conquestus Christi." *Notabilia in Terra sancta.* Pr. " Primum notabile est." *Civitates et Villae a Calesia ad Romam, a Roma Venetiam,* etc. *De verbis Graecis, et qualiter peregrini loquentur in lingua illa. De civitate Venetiae et eorum dominiis,* etc. *Sermones dominicales super Evangelia : Sermones de principalibus festis et aliquibus sanctis.* Mſ. olim in bibl. Sion. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. p. 95.

WHELPDALE [ROGERUS] ſive GUELPEDALUS [a], philoſophiae alumnus, mathematicas excoluit artes, quae hominem altiora petentem ſublimem evehunt. Quare, ne operi atque adeo inſtituto tam undecunque honeſto deſit teſtimonium luculentum, certiorem lectorem facio, hunc aliquando duos edidiſſe libellos eleganteis : quorum unus *De Aggregatis* [b]; alter *De compoſitione continui ex non quantis* [c] : praeter haec et librum, cui titulus *Univerſalia* [d], edidit [e]. Ex *Lelando.*

[a] Rogerus Whelpdale (Mſ. Lel. Trin.) apud Greyſtochiam in com. Cumbr. in lucem editus, et in coll. Balliol. Oxon. educatus, inde ad colleg. Reginenſe tranſiit, ubi primo ſocius, dein praepoſitus emerſit. Tandem doctoratu in SS. theologia inſignitus, epiſcopus Carleolenſis renunciatus eſt anno MCCCCXIX. A. Wood. Godw. ii. p. 150.

[b] Olim (cum lib. *De compoſitione continui*) in bibl. Balliol. uti habet Lelandus *Coll.* iii. p. 62.

[c] Mſ. extat in C. C. C. Oxon. Cod. 116. *Textus ſolemnizatus a mag. Rogero Whelpdale in vico ſcolarum, cujus quaeſtio prima ſic ſe habet:* Nunquid, ſicut et omne continuum, linea vel planum eſt indiviſibilibus compoſitum, etc. A. Wood.

[d] Lib. i. " Cum univerſalium cognitio." Mſ. olim penes D. Jac. Wareum. A. Wood. Mſ. Pitſ.

[e] *Cum aliis,* Mſ. Lel. Trin. addit. Scripſit etiam *Summularum logicalium,* lib. i. *De quanto et continuo,* lib. i. *De rogando Deo,* lib i. Haec omnia in collegio Balliol. olim extitiſſe tradit Balaeus. In Mſ. Cantabr. coll. Magdal. 47. extat *Problema ſuper primum librum poſteriorum per Rogerum Whelpdale.* Claruit anno MCCCLXVIII. Bal. vi. 29. Pitſ. pag. 502. Fatis conceſſit 4 Febr. MCCCCXXII et in eccleſ. cathedr. S. Pauli London. humatus jacet. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 75.

WHETLEY [[GULIELMUS] ſive VETELEGUS [a] ſcholae cultor Iſiacae [b] in omni genere liberalium artium ſtrenue ſe exercuit. Erant eo ſaeculo, quemadmodum et hoc quidem noſtro, Boëtii in magna lucubrationes gloria : quare Vetelego Boëtiano operae pretium viſum eſt ejus libellum *De diſciplina ſcholaſticorum* [c] commentariis in gratiam pubis illuſtrare. Frequens eſt in bibliothecis libellus, olim a multis curioſe lectus : at nunc eloquentia eam excrevit foecunda in magnitudinem, ut qualecunque opus ſit, blattas et tineas modo paſcat [d]. Ex *Lelando.*

[a] Gul. Whetley (Bal. Pitſ.) alias Boetianus, Mſ. Lel. Trin. " Ego Gulielmus de frumenti lege, ratione inſcitiae " perſonae meae celando nomen villae, ex qua ſum oriundus." Praef. libri *De ſignis ſterilitatis :* ex quo libro etiam patet hunc Willielmum anno MCCCI Pariſiis ſtuduiſſe, et anno MCCCXVI ſcholas grammaticales Lincolniae rexiſſe.

[b] Inde Stanfordiam profectus ibi ſcholas rexit anno MCCCIX. A. Wood. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* ii. 167. Rector fuit de Yateſbury comit. Wilton. ut ex dedicatione R. epiſcopo Sarum ante Comm. in Boetium conſtat. Quidam. . . Whetelay occurrit ſocius coll. Merton. circa ann. MCCCX. A. Wood. Mſ Merton.

[c] Lib. i. " Hominum natura " multipliciter eſt." Mſ. Cantabr. in aula Pembroch cod. 119. et Oxon. in coll. Exon. Mſ. 43.

[d] Scripſit etiam *Super diviſiones ejuſdem* (ſc. *de Diſc. ſcholaſt.*) lib. i. *In Boetium de conſolatione,* lib. v. Tres ſunt dedicationes : 1. 2. Rogero Martivali epiſcopo Sarum. 3. Henrico Mansfeld, decano Lincoln. Pr. omnium, " Cum ſit dignum ac rationi " conſonum." In fine tamen diverſae ſunt. Princ. lib. " Philoſophiae ſervias, ut inde contingat." Mſ. Cant. in aula Pembr. 119. et Oxon. in coll. Novo. 264. Hujus meminit a ſe tranſcripti Joh. Whethamſtede Mſ Cotton. Otho. B. iv. *Epiſtolas ad diverſos,* lib. i. " Reverendo " viro ac domino Henrico. *De ſignis pronoſticis ſterilitatis.* Pr. dd. " Reverendo Heliae de Wetheley conſanguineo " ſuo. O Chriſto care, cum ante oculos." Pr. L. " Ter " trinis annis ecclipſis fabarum." Mſ. Oxon. colleg. Novi 264. imperf. Hunc librum ſcripſit anno MCCCXVI in feſto natalis Domini. *Duos hymnos de vita et moribus B. Hugonis epiſcopi Lincoln.* qui cum comm. ejus amplo extant in cod. Mſ. ibid. Pr. Hymn. " Producens, caelite pater." Pr. comm. " Materia iſtius hymni eſt." Claruit anno MCCCX. Bal. iv. 88. Pitſ. p. 400.

WHITAKERUS [GULIELMUS] natus in praedio vocato Holme, infra parochiam de Burndley in agro Lancaſtr. ab avunculo ſuo Alex. Nowello Londinum accerſitus in ſchola ſua Paulina literis puerilibus imbutus eſt. Inde ad coll. S. Trinitatis Cantabrig. ſe contulit, ubi primum diſcipulus, deinde ſocius evaſit. Et tandem S. theol. doctor ; A. MDLXXVII, 3 Febr. inſtallatus eſt praebendarius Norwicen. (A. Wood. Mſ. C. xx. 18.) Regius S. theol. profeſſor circa A. MDLXXIX. A. MDLXXX, 1 Octob. admiſſus ad cancellarium D. Pauli London (*Regiſt.* Ailmer.) A. MDLXXXVI collegii D. Johannis evangeliſtae praefectus electus eſt. A. MDXCV, 10 Maii, inſtallatus canonicus Cantuar. Plura de hoc eruditiſſimo viro in vita ejus reperies. Obiit A. MDXCV, 4 Dec. aetatis 47, et in capella D. Johannis Cant. humatus jacet. Operum TOMUS I. Genev. MDCX. fol. *Ad decem rationes Edm. Campiani reſponſio.* Pr. ded. Gul. Cecil. " Prodiit diebus hiſce proximis." 2 edit. London. MDLXXXI. 8vo. Rupellae MDLXXXV. 8vo. Lichae MDCIV. 4to. *Defenſio reſponſionis praedictae contra confutationem Joannis Duraei,* lib. x. Pr. ded. Gul. Cecil. " Quod initio futurum ſuſpic." London. MDLXXXIII. 8vo. Rupellae MDLXXXV. 8vo. *Diſputatio de Sacra ſcriptura contra Bellarminum et Stapletonum. Quaeſt.* vi. " Cum multi hactenus rem." Cantabr. MDLXXXVIII. 4to. *Praelectiones de eccleſia contra Bellarminum, Quaeſt.* vii. Poſtquam Chriſti " propheticum munus " Cantabr. MDXCIX. 4to. *Praelectiones de conciliis contra Bellarminum, Quaeſt.* vi. " Lucas Evangeliſta, *Act.* xv. 6." Cantab. MDC. 12mo. *Praelectio in* 1 *Timoth.* ii. 4. Ibid. *De peccato originali contra Stapletonum,* lib. iii. " Quam perperam ſcholaſtici autores." Cantabr. MDC. 12mo. *Cygnea Cantio, ſive ultima ejus concio ad clerum Cantabrigienſem paulo ante mortem.* 5 Octob. MDXCV, *in* 1 *Theſſal.* v. 21. *De praedeſtinatione.* Pr. " Quae duae virtutes " Chriſtianis." Cantabr. MDXCIX. 4to. Hardrovici. MDCXIII. 12mo. Annectitur *Vitae et mortis Gul. Whitakeri vera deſcriptio,* autore Abdia Aſhetono, S. theol. baccalaureo, collegii D. Joh.

Cantabr. socio. *Epicedia* in obitum Gul. Whitakeri. Operum TOMUS II Genevae MDCX. fol. *De authoritate S. Scripturae, contra Tho. Stapletonum*, lib. iii. " Prodiit auspiciis tuis, Domine." Cantabr. MDXCIV. fol. *Praelectiones in controversiam de Romano Pontifice*; *Quaest.* viii. " Monstra in " orbe multa olim." *Refutatio* xl *demonstrationum Nic. Sanderi, quod papa non sit Antichristus.* Pr. " Ex illa omni colluvie nostratium." Lond. MDLXXXIII. 8vo. *Fragmenta veterum haereseωn ad constituendam ecclesiae Pontificiae ἀποστασίαν collata.* Pr. " Quandoquidem Sanderus noster." *Thesis defensa in comitiis Cantabrigiensibus* A. D. MDLXXXII. *Quod pontifex Romanus est ille Antichristus, quem futurum Scriptura praedixit.* Pr. " Rem magnam aggredior, viri." London. MDLXXXIII. 8vo. Transtulit etiam, uti ex *Vita* constat, in linguam Graecam *Nowelli Catechismum.* Pr. ded. " Ἡ παλαιὰ ἐκκλησία ἡ." Pr. lib. " Ὄνομά σοι τί ἐστι;" London. MDLXXIV. MDLXXVIII, et MDCLXXIII. 12mo. *Publicas ecclef. Anglic. preces* in linguam Latin. et Graec. transtulit. Pr. ded. Alex. Novello, avunculo suo. " Ut nihil est in tota vita." Lond. MDLXIX. 12mo. Extat *Jewelli contra Hardingum disputatio.* Pr. epist. ded. " Quae praestantissimus." London. MDLXXVIII. 4to. MDLXXXVIII. Extant *Praelectiones de sacramentis*, *Quaest.* vi. " Postquam refutati " sunt in genere et in specie de S. Baptista." Francof. MDCXXIV. 4to. Ex ore titulum excepit J. Allenson D. Joh. Cant. socius, et tandem edidit Sam. Ward. Francofurti. *Praelectiones in priorem Epistolam ad Corinthios.* Pr. " Duas ob causas hanc Epistolam." Mſ. in bibl. Bodl. NE. B. 2. 11. *Commentarii in Cantica.* Pr. " In prooemio duo." Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 3. 21. *Praelectiones adversus universalem gratiam.* Pr. " Locus insignis." Hardrov. MDCXIII. 12mo. *Decastichon Graecum in obitum N. Carri*, impressum inter carmina ejus funebria. Lond. MDLXXI. 4to. *Responsionem ad Gul. Rainoldi refutationem diversarum criminationum*, etc. Anglice. Pr. " Whether Mr. " Rainolds were." Et cum epist. dedic. ad D. Gul. Cecil. Pr. " It is not unknown to your ho- " nour." Lond. MDLXXXV. 12mo. Et interprete H. Jackson Oppenhein. MDCXII. 8vo. *Articuli de praedestinatione etc. a Whitakero Lambethae propositi, et L. Andrews de iisdem judicium.* Lond. MDCLI. 8vo. *Fasti Oxon.* i. 117. seq. Fuller's *Cantab.* 96. seq. Freheri *Theatr.* p. 294. H. Holland. *Heroolog.* p. 213.

WHITE [GULIELMUS] sive ALBUS, in Cantia sacerdos, Joannis Wiclevi sectator et uxoratus. De eo in Tho. Waldeno. cap. 66. haec habentur: " Gulielmus cognomento Albus " sacerdos, et sub Willelmo praesule Norwicensi judici ecclesiastico praesentatus fatebatur, se docuisse " plerosque legem nubendi," etc. Mox subdit hunc Gulielmum fuisse autorem multorum libellorum defamatoriorum in clerum Angliae, in quodam parliamento regis Richardi. Br. Twyne." R 488. Scripsit *De veris sacramentis*, lib. i. *De baptismo et confirmatione*, lib. i. *De confessione et remissione*, lib. i. *De aequalitate potestatum*, lib. i. *De Antichristi sacerdotio*, lib. i. *De libera lege nubendi*, lib. i. *De virginitate et conjugio*, lib. i. *Ad parliamentum regium*, lib. i. *Contra Mendicantes*, lib. i. *De ciborum delectu*, lib. i. *De ceremoniarum abusu*, lib. i. *De observatione festivitatum*, lib. i. *De decimis subtrahendis*, lib. i. *De reliquiis et tumbis*, lib. i. *De possessionibus auferendis*, lib. i. *De cultu sacrilego*, lib. i. *Sermones ad vulgum*, lib. i. Nordovici demum captus pro xxx articulis per Gulielmum episcopum et Mendicantium doctores exustus fuit A. D. MCCCCXXVIII. (Fox. MCCCCXXIV.) mense Septembris. Bal. vii. 76. Fox. p. 662.

WHITE [JOHANNES] sive ALBUS, natione Scotus, et abbas monasterii Scotorum Ratisbonae ordinis S. Benedicti. Scripsit *Controversias*, lib. i. Obiit A. MDC in monasterio suo. Dempst. i. 47.

WHITE [JOHANNES] gente Hibernus, patria Clonmellensis, S. theol. baccalaureus. Scripsit Latine diversa pia epigrammata. Ric. Stanihurst. p. 44.

WHYTE [JOHANNES] sive VITUS, filius Roberti, apud Farnhamiam in agro Surreiensi natus, Wintoniae autem in studiis institutus, collegii Novi Oxon. socius A. MDXXVII evasit, ubi philosophiae et humaniorum literarum studiis invigilans, eos utrobique progressus fecit, ut gradum magisterialem adeptus scholae Wintoniensis gymnasiarcha deligeretur A. MDXXXIV; mox collegii Wiccamici Winton. custos, et rector de Cheyton prope Wintoniam A. C. MDLI, aetatis 40; (Fox. 1 edit. 845.) Et A. MDLIV episcopus Lincoln. A. MDLV. S. theol. professor creatus; et tandem A. MDLVII ad episcopatum Wintoniensem translatus. A. MDLIX fuit unus disputantium ex parte Pontificiorum. Strype *Eliz.* 88. Scripsit *Diacosio martyrion*, i. e. *Ducentorum virorum testimonia de veritate corporis et sanguinis Christi in eucharistia adversus Petrum Martyrem.* Lat. versu elegiaco. Pr. epist. ad Mariam reginam. " Et soror, et regis proles." Pr. l. " Azy- " mus ergo dies aderat, quum." Lond. MDLIII, et MDLIV. 4to. *Epistolam Petro Martyri.* Pr. " Si cogitationes tuas celare." Impress. simul cum *Diacosio martyrio.* *Epigrammatum* lib. i. *Carmina in matrimonium Philippi regis cum Maria regina.* Extant apud Hollinsh. iii. 1120. Fox. i. edit. 1004. *Disputationes, orationes*, etc. apud Fox. *Act. et Monum.* *Sermon preach'd at the funeral of queen Mary*, 13 Dec. MDLVIII *in Ecclef.* iv. 2. Mſ. in bibl. Ricardi Smith, secundarii de Poultrey Compter. 136. Propter hanc concionem et firmissimam erga dogmata pontificia adhaesionem a regina Elizabetha episcopatu privatus est A. MDLIX. Vide *Torturam Torti*, p. 146. et Strype *Eliz.* 145. Obiit apud Warnborow Austrabem in agro Hantoniensi die 11 Januar. A. MDLIX, et in ecclesia cathedrali Winton sepultus est. Non obiit in vinculis, uti Pitſ. p. 763, 764. asserit. *Athen. Oxon.* i. 130. seqq. Bal. ix. 97. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 136. Vid. Rob. Persons *Animadversions in the third part of a treatise entitl. Of three conversions of England.* Lond. MDCIV.

WHITE [PETRUS] patria Hibernus, in dioecesi Waterfordensi natus, Oxoniensis academiae alumnus, collegii Oriel. ibidem socius electus A. MDLI, et A. MDLV artium magister admissus. Postea in patriam rediit, et decanus Waterfordensis fuit constitutus. Decanatu vero A. MDLXV religionis causa ejectus, archididascalus factus scholae Kilkennensis a Petro Butler com. Ormondiae fundatae, quem ob optimam educandi pueros methodum mirifice laudat Stanihurst. *Descript. Hibern.* p. 27. Scripsit *Epitomen copiae Erasmi*, lib. i. *Epitomen figurarum rhetoricarum*, lib. i. *Annotationes in orat. pro Archia poeta*, lib. i. *Annotat. in orationem pro Milone*, lib. i. *Epigrammata diversa*, lib. i. Obiit circa A. MDXC. Stanihurst. *De script. Hibern.* p. 44. *Athen. Oxon.* i. 249.

WHITE [PETRUS] alter, natione Anglus; praedicator Londin. Scripsit Anglice *An answer to certain crabbed questions, pretending a real presence in the sacrament; together with a discovery of the Jesuitical opinion of justification guilefully uttered by Scherwin, at the time of his execution.* Pr. ded. comiti Warwick. " The shortenes of Satan's time." Lond. MDLXXXII. 4to. *A sermon against idolatry on Apoc.* i. 12, 13. London. MDLXXXI. 8vo. Claruit A. MDXC. *Athen. Oxon.* i. 249.

WHITHALK [NICOLAUS] theologus Losannensis per plures annos studiis invigilavit in collegio Merton. Oxon. Occurrit etiam collegii Corp. Chr. Oxon. sacrista A. MDLXXVII. A. Wood. Ms. Camdeni et Tho. Savilii communis amicus fuit; uti ex *Epist. Camdeni* liquet p. 13. 15. Scripsit *Christianae fidei ac verae religionis compendium, in locos communes digestum, et nunc primum in vulgus emissum.* London. MDLXXV. 8vo. Claruit A. MDLXXV. *Athen. Oxon.* i. 185. Nicolaus Weitehalk rector de Kingsdon dioec. Wellen. obiit A. MDLXXXVIII. *Reg.* Godw.

WHITEHEAD [. . . .] frater Augustinianus in coenobio Oxoniensi professus; mathematices peritissimus; inter alia scripsit *Commentarium in Euclidis elementa*; Anglice ab Henr. Billingesly translat. et edit. Lond. MDLXX. fol. Post coenobii sui eversionem Londinum se contulit, ubi a praedicto Billingesleio humaniter receptus est. Claruit A. MDXL. *Athen. Oxon.* i. 332.

WHITHEADUS [DAVID] patria Hantoniensis, ad academiam Oxoniensem missus, in collegio sive Aeneonasensi sive Omn. anim. quamdiu theologica aeque ac philosophica studia felici marte excoluit: quamdiu autem ibidem egerit, et an gradu aliquo academico auctus discesserit, haud constat. Tempore regis Henrici viii reginae Annae Bullenae a sacris fuit; ast rerum Anglicanarum gubernacula capessente Maria, ut intemerata frueretur conscientia ad exteros transiit, et Francofurti exul egit. Sub initia reginae Elizabethae in patriam rediens, in tertia *Liturgiae Anglicanae* editionae curam inter alios impendit, et a regina nominatus est ad disputationes contra Pontificios habendas. Tam eximia eruditione praeditus erat, ut a Cranmero ad episcopatum commendaretur, et ut regina, ipsi archiepiscopatum Cantuariensem, et praefecturam hospitalis vulgo dicti The Savoy obtulerit; ambo tamen respuit, sua sorte contentus. Scripsit *Lectiones et homelias in Pauli Epistolas.* In fine *Commentarii Petri Martyris in epistolam ad Romanos* impress. per H. B. Lond. MDLXVIII. fol. sequentia habentur verba " Faithfully perused by M. David Whitehead." *Tractatiunculus varias de Liturgia contra A. Horn.* Vide librum, cui titulus *Turbae Francofurtanae. Elogium Johannis Parkhursti*; vide apud Baleum ix. 91. et *Athen. Oxon.* i. 172. Fuller's *Worthies*, ii. 12. Holland. *Herool.* p. 173. Obiit anno Domini MDLXXI.

WHITEHEAD [JOHANNES] Hibernus. Scripsit *Declarationem de mendicitate contra Petrum Russel.* Pr. " Supposito secundum dom. Armachanum." Ms. bibl. Bodl. Digby 98. *Determinationem contra Fr. Gul. de E'dlesburgh ord. Praedic. de confessione.* Pr. " Reverendi magistri, " in actibus licet exilibus." Ibidem.

WHITHORNE [PETRUS] juris studiosus in hospitio Grayensi: A. MDL bello imperatoris adversus Aethiopes in Barbaria in obsidione Calibii, monasterii in Africa interfuit. *Praefat.* translat. Machiavelli. Ex Italico in linguam Anglicanam transtulit *Onosandro Platonico—of the captain general and his office.* Lond. MDLXIII. 8vo. *Nicol. Macchiavel's art of warr*, lib. vii. Pr. ded. transl. reginae Elizab. " Although commonly every man." Lond. MDLX. MDLXXXVIII. 4to. Cui addidit translator *Certain wayes for the ordering of soldiers in battel ray, and settyng of battails after divers fashions, with their manner of marchyng. And also figures of certain new platts for the fortifying of towns; and moreover, how to make saltpeter, gunpowder. and divers sorts of fire works.* cap. xliii, gathered by Peter Whithorne. Pr. " For to make a square battel." Lond. MDLXII. 4to. *W. Cutaneus his tables for ranking footmen to* 120000. Lond. MDLXXXVIII. 4to.

WHITINGDON [ROBERTUS] Lichfeldiae in lucem editus, Oxoniae in schola grammaticali collegio S. Mariae Magdal. vicina primis literarum elementis imbutus, A. MDXIII laureatus in grammatica et rhetorica magister creatus est; *Protovates* Angliae dictus. Gul. Hormannum et Gul. Lilium inimicos habuit. Scripsit *De difficultate justitiae servandae in reipubl. administratione.* In laudem Wolsaei. Pr. " Quae res in terris." Carmine Latino. Ms. Bodl. NE. D. 3. 22. *De quatuor virtutibus cardineis.* Panegyricum ad Wolsaeum. Pr. " Cum tuas multifarias virtutes." Ibid. In eodem codice habentur ejusdem *Epigramma ad Wolsaeum.* Pr. " Romuleos inter fasces." *Epistola ad eundem.* Pr. " Etsi complurimos fore non." *Vulgaria et de institutione grammaticulorum opusculorum, libello suo de concinnitate grammatices accommodatum, et in quatuor partes digestum.* Pr. " Cum saepius mecum nonnullos." Lond. Lat. et Angl. MDXXIV. MDXXVI. . . per Pet. Treveris 4to. Idem, ni fallor, cum grammatica Lond. MD. 4to. *Secunda pars grammatices, de syllabarum quantitate, accentu, et variis metrorum generibus*, lib. i. " Satis admirari ne-

" quo

queo quid." London. MDXVI. 4to. . . . 4to. Cui affigitur ibidem *Diomedis de accentu in pedestri oratione potius quam soluta observando, cum interpretamento Franc. Nigri.* Pr. "Accentus est vel "gravis vel acutus." Et Lond. per Petr. Treviris 4to. *De nominum appellativorum deorum, dearum, heroum, heroinarum, locorumque synonymis.* Pr. "Bethleemiticus citharoedus." Lond. MDXIV. 4to. *De epithetis deorum, dearum, heroum, heroinarum, clarissimorum virorum et animalium.* Pr. "Quum ad decori carminis." Haec ex *Synonymis Tullianis* (libro ita intit.) *Gul. Fontey* Synonymis et Gandensis epithetis corrogavit Whittingtonus. Ita G. Horman. in *Antibosc. De variandi formulis tam pedestri quam soluto sermone*, lib. i. "Cum innumerae formae sunt." *Experientias de virtutis immortalitate.* Pr. "Cum praeclarissimi autores." *De veterum Romanorum magistratibus*, lib. i. "Romanum imperium primo reges." Hi quinque ultimi tractatus simul impressi sunt Londini MDXIV. 4to. et per Win. Word. MDXXIII. 4to. *De octo partibus orationis*, lib. i. "Grammatica scientia est." Lond. MDXIII. MDXVI. MDXXIII. etc. 4to. Hoc opus acriter perstringit Gul. Hormannus ad finem *Antibossici*, et ait hoc furatum esse a magistro suo Stanbrigio. *De nominum generibus*, lib. i. Pr. pr. "Monent me, imo cogunt vestra." Pr. lib. "Omne Dei pro-"prium petit." Lond. MDXXI. MDXXIV. MDXXVI. 4to. ubi in Praef. ait: "a prima quam decennio "abhinc emisimus editione." Et ex officina Pet. Treviris MDXXVII. 4to. *De praeteritis et supinis*, lib. i. Pr. pr. "Grammaticae editiones certatim." Pr. lib. "Praeteritum primae formando." London. MDXXIV. MDXXVI. MDXXIX. 4to. Extat ex officina Ric. Pinsoni Lond. 4to. *Opusculum affabre recognitum* (sine nomine autoris) *De nominum generibus, de verborum praeteritis et supinis, verbis defectivis*, etc. Pr. pr. "Habes in manibus." Pr. lib. "Omne Dei proprium." etc. In multis concordat cum editione MDXXVI quae multo auctior et emendatior est. Si non sit aliud opus. *De nominum declinatione*, lib. i. "Rectis, as, es, a, simul." Lond. MDXXII. 4to. *De heteroclitis*, lib. i. "Quum de heteroclitis varia." Lond. MDXXIV, MDXXV. 4to. *Syntaxin*, lib. i. "Verbum cum "recto casu quintove." Lond. MDXXIV. 4to. Secunda editio MDXII. 4to. hunc titulum habuit: *De concinnitate grammatices sive constructione.* Pr. ded. Jo. Stanbrigio praeceptori, "Compertum "habes, perspicacissime vir." Hujus editionis praefatio est brevior; disticha attamen quaedam sunt in fine in posteriori editione desiderata. *Opusculum de syntaxi sive constructione recensitum.* London. MDXXXII. et per Win. Worde MDXXXIII. 4to. et Southwark. per Petr. Treviris . . . 4to. *Epistolam ad Gul. Hormannum.* London. MDXXI. 4to. *Responsiva contra Gul. Hormanni invectivas literas.* Carm. "Quas placide refovent citharae." London. MDXXI. 4to. Ad finem *Antibosci* Gul. Hormanni. *De verborum formis*, lib. i. "Octuples formas verborum." *De generibus metrorum*, lib. i. "Metrorum undeviginti generibus." *Opusculum R. W. in Oxon. laureati ad Henr.* viii *et Thomam card. Wolsaeum panegyrici et epigrammata.* London. per Winch. Word. MDXIX. 4to. Transtulit in Anglicum sermonem *Officia Ciceronis.* Latina correxit et una edidit. Pr. ded. transl. Henrico viii. "In commune bonum patriae, pie et optime princeps." Lond. MDXXXIV. MDXL. 12mo. In hac ultima editione dedicatio et praefatio desunt. *Senecam de moribus.* Lond. . . *Tullium de senectute.* Angl. et Lat. Pr. ded. Henr. viii. "Omnes longaevam vitam." Lond. per Joh. Biddell. . . . 12mo. et MDXL, in qua editione deest Dedicatio. *Erasmum de civilitate morum puerilium.* Pr. "If that Paule very excellent." Lond. MDXL. 12mo. Recognovit et castigavit *Accidentia ex edit. Stanbrigiana.* Lond. . . 4to. Claruit A. MDXXX. Bal. ix. 43. Pits. 709. seq. *Athen. Oxon.* i. 24. seq.

WHITLOCK [GULIELMUS] ex schola Etonensi ad collegium Regale Cantabrig. A. MDXXXVII missus: ubi postea socius et S. theol. baccal. evasit. Fuit vicarius de Prescot, et prebendarius de Curburg in ecclesia Lichfeldensi, et amicus Joannis Twini. A. MDLX, 2 Jul. institutus fuit ad rectoriam ecclesiae de Greenford M. in archidiac. Middlesex. quae vacabat per ejus mortem ante 15 April. MDLXXXIV. Newcourt. i. 615. Ms. C. C. C. Cantabr. Miscell. iv. 57. Hatcher. Ms. Inett. Scripsit *Additamenta ad Historiam veterem Litchfeldensem.* Pr. "Anno salutis huma-"nae DCCIII." Extant apud Wharton. *A. S.* tom. i. p. 444. *Continuationem praedictae historiae ab* A. MCCCLIX ad MDLIX. Princ. "Athelwaldus episcopus Litchfeldensis." Ibidem p. 448. ex Ms. Cotton. Vespas. E. 16. et ex auctiori codice penes Lanc. Addison decanum Litchfelden. In Ms. Ashmol. 770. est *Chronicon Lichf. ecclesiae*, descriptum, ut videtur, manu hujus Gulielmi, et ejus additamentis ornatum; quod aliqua habet quae frustra in *Anglia sacra* Whartoni quaesiveris. Post Historiam regum Anglo-Saxonum haec inseritur *Epistola.* "Charissimis confratribus W. W. "S. D. In excribendo *Cronicon* istud *Litchfeldense*, post computationem aetatum mundi, incipien-"tes a Bruto, praemisimus reges Britanniae desinentes in Vortigerno, sub cujus regno Saxones "primo hanc insulam ingressi sunt. Deinde seriem *Chronicae* nostrae verbatim praescripsimus "usque ad Gul. Norman. ducem. Supplevimus quaecunque in *Chronico* defuerunt propter inju-"riam et incuriam temporum et custodum. Si qua ornatus causa addita sunt, facile perspiciun-"tur post Appendicis carmen."— In *Historia* ante Vitam Rob. de Stretton hoc distich. confratribus:

Hactenus ex veteri decerpsi quaeque tabella.
Quod superest vobis, lectio nostra dabit.

Claruit Whitlocus circa A. D. MDLXX. Wharton. *Praefat. Angl. Sacr.* tom. i. p. 34.

WHITTING-

WHITTINGTON [OSWALDUS] mathematicae ſtudiis incubuit apud Dentonam in agro Eboracenſi. Scripſit *Certain tables, ſhewing the break of the day, with the twylight, the riſing and ſetting of the ſun, the length of the day and nighte, for every day throughout the year for ever, ſerving for the elevation of the Pole 54. gr. and 30 min. Whereunto is joyned a diſcourſe of the year, with the deſcription of the twelve months and ſignes; And alſo a littil treatiſe of the ſeven planets, with other rules and tables, ſerving for a general calender for ever.* Ded. to Sir Thom. Fairfax, one of the council for the North. Mſ. penes Rad. Thoreſby, *Ducat. Leodien.* p. 532. Claruit A. D. MDLXXXIV.

WHITUS [RICHARDUS] ſive VITUS, filius Henrici, apud Baſingſtokam in comit. Hanton. natus; in ſchola Wiccamica ſtudiorum fundamenta jecit, et A. MDLVII ſocius collegii Novi Oxon. electus erat. Lovanium deinde ac Patavium adiit liberales artes et jus civile ac pontificium addiſcendi gratia. Poſtea Duacum profectus eſt ubi regius juris profeſſor et comes palatinus conſtitutus eſt. Poſt obitum duarum uxorum diſpenſationem a papa Clementi viii obtinuit preſbyteratus ordinem ſuſcipere; et hac ratione canonicatum eccleſiae S. Petri Duaci conſecutus eſt. Scripſit *Aelia Laelia Criſpis. Epitaphium antiquum in agro Bononienſi adhuc videtur; a diverſis hactenus interpretatum varie: noviſſime autem a Ric. Vito Baſingſtochio amicorum precibus explicatum.* Patavii MDLXVIII. 4to. Pr. ded. Chriſtoph. Johnſon. Pr. "Non ſum neſcius." *Orationes quinque.* 1. *De circulo artium et philoſophiae.* 2. *De eloquentia et Cicerone.* 3. *Pro divitiis regum.* 4. *Pro doctoratu.* 5. *De ſtudiorum finibus.* Cum notis. Atrebat. MDXCVI. 8vo. Duas priores *Orationes* Chriſtoph. Johnſon divulgavit A. MDLXIV. Pr. "Quod ego ſemper optavi." *Notas ad leges decem-virorum in* xii *tabulis* Atrebat. MDXCVII. 8vo. *Hiſtoriarum Britanniae libros quinque:* 1. *Ab origine ad Brutum.* 2. *Ab illo ad Malmutium.* 3. *Ab hoc ad Heliam.* 4. *Ab iſto ad Lucium.* 5. *Ab eo ad Conſtantium, cum notis antiquitatum Britannicarum.* Atreb. MDXCVII. 8vo. *Hiſtoriarum Britanniae librum ſextum:* Quo vis armorum in campis, et autoritas literarum in ſcholis, atque religio Chriſtiana in orbe terrarum publicata demonſtratur. Cum notis. Duaci MDXCVIII. 8vo. *Hiſtoriarum Britanniae librum ſeptimum:* Quo verus ad eam inſulam Saxonum ingreſſus et permanſio declaratur. Cum notis. Duaci MDC. 8vo. *Hiſtor. Brit. librum octavum:* Quo vera cauſa excidii regni Britonum in inſula demonſtratur. Cum notis. Duaci MDC. 8vo. *Hiſtor. Brit. librum nonum:* Quo fundamenta regni et eccleſiae Anglorum in inſula Britan. exponuntur. Cum notis. Duaci MDCII. 8vo. Omnes hi novem libri ſimul impreſſi Duaci MDCII. 8vo. h. t. *Hiſtoriarum Britannicae inſulae ab origine mundi ad A. D. octingenteſimum libri novem priores. Explicationem brevem privilegiorum juris et conſuetudinis circa vener. ſacramentum Euchariſtiae.* Duaci MDCIX. 8vo. Pr. "Priuſquam accedo." *De reliquiis et veneratione ſanctorum.* Duaci MDCIX. *Orationum ſeptem ad Bernardium Paulinum papae Clem.* viii *Datarium librum unum.* Extat in *Hiſtoriis Britanniae. Brevem explicationem martyrii ſanctae Urſulae et undecim millium virginum,* lib. i. Duaci A. MDCX. 8vo. Claruit ſub finem ſeculi decimi ſexti. Et obiit Duaci A. MDCXII. *Athen. Oxon.* i. 381. ſeq. Pitſ. p. 806. ſeq.

WHYTE [HUGO] ſive CANDIDUS ſive ALBUS[a], jam annis maturus, vitae ſtudebat ſolitariae; unde et in Benedicti verba juravit: ita tamen ut eadem opera non modo religionem, verum etiam pro conſuetudine quadam ſua eruditionem mediis amplecteretur ulnis. Tam utile, honeſtum, ac undecunque ſanctum invigilantis animi ſtudium fructus, et quidem uberrimos, produxit. Petroburgus, nobiliſſimum juxta ac antiquiſſimum mediterraneorum Anglorum coenobium, in quo ille vitam ducebat plane continentiſſimam, dictorum teſtis vel fideliſſimus meorum. Unum erat, quod Hugonem praeter caetera detinuit, juvabat, delectabat; nempe rerum memorabilium et antiquitatis exquiſita cognitio: quam ut aliquando conſequeretur, nullum prorſus diligentiae locum reliquit. At erat interim cura haec praecipua, ut hiſtoriam Petroburgenſis eccleſiae, nutricis ſuae chariſſimae, gratus perdiſceret alumnus. Hinc, elaborata quadam induſtria, omnia diplomata a Merciorum regibus, tum aliis nobilibus Petroburgenſibus collata conquiſivit; et quicquid praeterea chartaceae ſupellectilis in forulis delituit, propenſa excuſſit induſtria. Tum vero, ut herba excreſcens fructum opportune produceret ſuum, originem ſui coenobii, ſucceſſus feliciſſimos, ac tandem fortunae per Danos crudeliſſimos, Angerum videlicet et Ubbonem, viciſſitudinem accurata perſcripſit diligentia[b]. Nec minori cura in reparato per Ethelwoldum, Ventae Simenorum epiſcopum, et Adulphum, Eadgari regis archigrammateum, monaſterio uſus eſt. In quo opere tam multa de primitiva Merciorum eccleſia, a Beda, viro alioqui tum docto, tum diligenti, prorſus intacta, ac praeterea de coenobiis ex Petriburgo enaſcentibus, collecta inſeruit, ut merito ſacroſanctae antiquitatis theſaurus eſſe videatur. Perduxit autem *Hiſtoriam* uſque ad imperium Henrici tertii[c], regis Angliae: quo tempore vixiſſe illum[d] credibile eſt. Ex *Lelando*.

[a] "Hugo Whyte, alias Albus, vel Candidus, Petroburgi in "Benedicti." Ita legit Mſ. Lel. Trin. Hugo Candidus (Bal. Pitſ. Voſſius) Whyte, aliis, quoniam Albus et facie decorus eſſet. Ita *Hiſt.* Hugonis continuator. Lel. *Coll.* i 17. Frater erat Giraldi etiam monachi Burgenſis. Lel. ibid. Idem forſan cum Hugone Petriburgenſi memorat Pitſeus (*App.* p. 865.) *De rebus quibuſdam Anglicis* ſcripſiſſe. [b] Haec *Hiſtoria* adhuc ſupereſt Mſ. et vulgo Swapham appellatur. Robertus enim Swaſſham Hugonis *Annales* continuavit, ideoque integrum libellum ſcripſiſſe olim exiſtimatus fuit. *Hiſtoria* hac in monumentis eccleſiae Petroburgenſis deſignandis nuper uſus eſt Simon Gunton, qui et eam auctori ſuo Hugoni reſtituit. Hugonem circa Henrici tertii tempora vixiſſe autumavit Lelandus, eodemque tempore hanc conſcriptam fuiſſe *Hiſtoriam* arbitratur Seldenus, ideo nimirum quod haec ad eam aetatem perducta ſit *Hiſtoria*. Hunc, uti ſemper fere, hauſit errorem Baleus, et ex eo Pitſeus: at in libro hoc ſe CCCCLXXXVII anno poſt Oſwaldi mortem monaſterio interfuiſſe diſerte pronunciat Candidus: ſi itaque in annum Chriſti DCXLIII Oſwaldi mors inciderit, floruit Hugo Candidus A. C. MCXXX. Perperam itaque etiam Voſſius eum extremis Henrici tertii temporibus floruiſſe aſſerit p. 425. Vide *Praef.* ad *Hiſtoriam eccleſiae Petroburg.* [c] *Collectanea* (in tom. i. f. 2. ad p. 20.) tamen ex hac Hugonis *Hiſt.* per ipſum Lelandum perducta ſunt tantum ad primum Gul. Watervile abbatis, quo tempore obiit Hugo. Lel. *Coll.* i. 17. Swaſham, *Continuator Hiſt. Hug* [d] Guntonus, *Hiſtor. Petrob.* 29. (ex *Reg.* Wittleſey) hunc Hugonem Album claruiſſe tradit temporibus

temporibus Ernulfi, Joannes, Henrici, Martini, et Gulielmi, abbatum Burgensium. Ernulfus autem abbas electus erat A. MCVII, et Gulielmus depositus A. MCLXXV. Autor noster supprior ecclesiae Petriburg. erat temporibus Martini et Gulielmi de Watervile. *Praef. Petrob.* Vidit combustionem monasterii anno MCXVI, uti patet ex Lel. *Collect.* tom i f. 2 b. Baleus iii. 70. et Pitf. p. 288. eum floruisse tradunt A. MCCXVII. Videsis plura de hoc Hugone, et operis ipsius compendiolum, in notis ad *Cygneam cantionem Petropolis*, p. 124.

WHYTFORD [RICHARDUS] patria, ut videtur, Cambro-Britannus, et in agro Flintensi natus: Oxoniae primum educatus; socius deinde collegii Reginae Cantabrig. electus, uti ipse diserte asserit in libro, cui titulus *A werke for householders*. Postea in familiam Ric. Fox episcopi Winton. ascitus, ei a sacris domesticis fuit. Demum seculo valedixit, et vota monastica suscepit secundum regulam S. Brigittae in coenobio Sionensi prope Brentfordiam in comit. Middlesex. et libros suos subscripsit hoc nomine: *The poore wretche of Syon.* In coenobio hoc ad eversionem ejus vixit. Thomae Moro, Erasmo Roterodamo, et aliis viris doctis familiariter notus. Scripsit *Work of preparation unto the communion, and also for householders to govern their families.* Pr. pr. "Where I had sent forth this." Lond. per Rob. Redman . . . 4to. Et MDXXXI. 12mo. Hoc opus cum *Monitione de cura familiae* ex *epist.* D. Bernardi Sylvestris translat. per R. Whitford recusum per Pet. Treveris, Southwark . . . 4to. *A book called The pype or tonne of the life of perfection. A work of the three vows of religion, contrary to the great heretics the Lutherans*, lib. iii. Pr. "This worke was wrytten." Lond. MDXXXII. 4to. *Treatise of patience*, xx cap. Pr. pr. "Good devoute reders, I made myne excuse as foloth." Lond. MDXLI. 4to. *A word of divers impediments and lets of perfection.* Pr. "But late I sende forth a lytle worke." Ibid. *De formanda confessione*, lib. i. Bal. Mf. Glynn. *Experientia mortis*, lib. i. "Venerabilis mater, devotaeque "sorores." Bal. Mf. Glynn. Tractatus hic impressus est Londini . . . 12mo. h. t. *A dayly exercise and experience of death*; *at the request of dame Eliz. Giles, late abbess of Sion.* Pr. pr. "In our "Lord God and most sweet." *Solitary meditations.* Transtulit in sermonem vernaculum, *Martyrologium secundum usum ecclesiae Sarisburiensis.* Pr. ep. ad lectores pios. "Many devoute persons, "specially religious." Lond. MDXXVI. 4to. *Martyrologii* singulis diebus additiones etiam proprias adjecit translator. *Psalterium Jesu.* Saepius impressum Angl. et Gallice. *St. Austin's rule.* [cap. vii. "Dere beloved relygious frendes." A. MDXIX.] Edidit hanc *Regulam* Latine et Anglice cum duabus *Expositionibus Hugonis de S. Victore* in Angl. translatis et propriis notis. Lond. MDXXV. 4to. Pr. pr. "Instantly required vii yeres ago." *St. Bonaventurae alphabetum religiosorum.* Pr. "*Amor* in Latino is *amity*." Prosa. Pr. "Always love poverty with vyle." Carmine. Lond. MDXXXI. 12mo. MDXXXII. 4to. *S. Isidorum de evitandis vitiis.* Pr. pr. tr. "Here "be many good and profitable." Quaedam etiam de suo adjecit, impr. ad finem libri *De patientia*, Lond. MDXLI. 4to. *S. Chrysosthomi homeliam tertiam De detractione.* Pr. pr. tr. "Thys "draught that followeth." Impr. ibidem. *S. Bernardi epistolam auream*, Pr. "If you intend to "please God." Lond. MDXXXI. 12mo. Et ad finem Angl. editionis B. *De imitatione Christi.* Lond. MDLVI. 12mo. *S. Bridgettae revelationes quatuor.* Lond. MDXXXI. 12mo. In bibl. Bodl. O. i. 8. Theol. Seld. est translatio e Latino in Anglicum *Speculi B. Mariae*, lib. ii. *cum prologis ad sorores Sionenses*, et impr. Lond. MDXXX. 4to. jussu dominae abbatissae Sion. Pr. pr. "Viderunt eam filiae Sion, etc. These wordes are." Quaere annon Richardus hic translator fuit hujus libri? Postquam monasterio ejectus esset, vir nobilis Gulielmus Montjoyus eum tanquam sacellanum domesticum in familiam suam recepit. Claruit A. MDXLI. Bal. ix. 15. *Athen. Oxon.* i. 59. seq.

[a] WIBURNUS [GUALTERIUS] sive VIBURNUS rectius mihi a libris, quam a tempore, quo floruit, cognitus est. Apparet enim eum probe, ut illa barbara ferebant tempora, in literis versatum fuisse, et praeterea carminum cultorem magnum enituisse. Unde et *Encomium Christiparae Virginis* carmine cecinit hexametro [b], illo saeculo plane non contemnendo; quod et postea rhythmicis praestitit versiculis [c]. Ex *Lelando*.

[a] Gualterus Wiburnus seu Wimburnus (Mf. Lel. Trin.) frater Franciscanus, ut videtur, Norwicensis. [b] Lib i. [c] "Et intitulatur, *De Maria et ejus filio*." Mf. Trin. addit. Scripsit praeterea *De Maria et ejus filio*, lib. i. "Mariae carmina quondam hexametra." *Carmina diversi generis*, lib. i. *Proprietates terrae*, lib. i. "Pulsante fra- "trum instantia, qui me" Has Baleus Mf vidit in bibl. Norwicensi. Claruisse fertur a Pitseo, p. 500. circa A D. MCCCLXVII. Bal. vi 24.

WICHINGHAM [JOHANNES] frater ordinis S. Francisci in coenobio Norwic. Cantabrigiae literis operam dedit. Scripsit *Sermones de tempore*, lib. i. "Humiliamini sub potenti manu." *Disputationes* quoque, lib. i. Claruit Cantabrigiae, A. MCCCLXII. Bal. xi. 16. Pitf. p. 497.

WICHINGHAMI, sive VICANI quatuor, ad numerum nostrum scriptorum accedunt, Carmelitae omnes, Nordovicensis collegii alumni omnes, theologiae candidati omnes, denique quasi synchronii omnes. Sed ego hoc unum pro jure meo faciam, ut Henricus Vichingamius primum obtineat locum. I. [a] Studebat ille Oxonii, ubi tandem theologi nomine donatus fuit. [b] Dedicavit posteritati *Commentarios in Esaiam et Apocalypsin*, *quaestionum theologicarum* librum unum, *Sacrarum concionum* libros tres. Obiit Nordovici decimo die Martii, anno D. MCCCCXLVII. II. Simon proximus erit [c], qui totus disputationum acumini insistebat: id quod fa-

[a] "Henricus Wichingamus, Nordovicensis Carmelita "Oxonii adolescens studebat, ubi —— fuit:" ita legit Mf. Lel. Trin. [b] "Inter veteres ille doctores divum "Hieronymum in deliciis habebat maximis; ac posteritati "dedicavit" —— ita legitur ibid. [c] Parisiis operam studiis bonarum artium dedit. Lel. *Epit.* Mf. Pal. Pitf.

cile apparet ex ejus *Quaeſtionibus ordinariis*, et *Quodlibetis*[d]. III. Eſto tu tertius, Richarde[e], qui diceris inter Carmelitas Burnamenſes aliquando floruiſſe, poſtea tamen veniſſe Nordovicum. Utcunque ſit, lectori ſatis in praeſentia erit cognoſcere, quod primum et ſecundum *Sententiarum* librum tuo illuſtraveris calamo; quodque ſacras *Conciones* cvi ſcripſeris. IV. Thomas[f] hic non dedignabitur ſe poſtremo poſitum loco; quando eruditionem nec tribuat locus, nec adimat. Literas procul a patria Coloniae Agrippinae quaeſivit, et invenit. At quo a ſuis remotior fuit, hoc jam mihi quae fecit, obſcuriora omnia. Nihil unquam ab illo ſcriptum vidi[g], ſcio tamen quis adfirmet illum autorem aliquot librorum fuiſſe. Sunt haec pauca quidem de Vichingamiis, ſed quae vera eſſe pernovi. Ex *Lelando*.

[d] Scripſit etiam *Lecturas in Scripturam*, lib. i. *Sermones* quoque, lib. i. Claruit A. MCCCLX. Bal. vi. 18. Pitſ. p. 493. [e] " Ricardus Wichingham Burnhamienſium " Carmelitarum coenobiarcha, et ſacrae, ut vocant, facul- " tatis lector, vitae exemplari literarum eruditionem ad- " junxit. Hinc lectori ſatis in"—ita in Mſ. Lel. Trin. Claruit A. MCCCLXXXI, et Nordovici tandem in ſui ordinis coenobio ſepultus. Bal. xi. 17. ex Lel. Pitſ. p. 535.

[f] Hunc Thomam inter hiſtoricos Angliae enumerat Fr. Thin. Vid. Hollinſh. iii. 1590. [g] " vidi, praeter " ſermones aliquot, ſcio tamen " ita habet Mſ. Lel. Trin. Scripſit *Sermonum* lib. i. Claruit MCCCLXXII. Bal. xiii. 88. Pitſ. p. 511.

WICHIUS [RICHARDUS] ſive DE LA WICH ab oppido natali in agro vel dioeceſi Wigornienſi cognomen habens; ſtudiis philoſophicis Oxoniae in collegio Univerſitatis, et Pariſiis, juris pontificii Bononiae (ubi praelector publicus) et theologiae Aureliae ſedulo invigilavit. In patriam rediens conſtitutus fuit cancellarius archiepiſcopi Cantuar. a S. Edmundo, et circa A. MCCXL. academiae Oxon. cancellarius; et epiſcopus Ciceſtrenſis. A. MCCXLV Lugduni a papa (M. Paris) circa quadrageſimam (Waverley) 8 cal. Dec. (Walingford.) conſecratus. Scripſit *De officiis eccleſiae*, lib. vii. " Officium ut ex debito fiat." *Statuta ſynodalia*. Pr. " Cum ex injuncto nobis officio." *Concil. M. Brit. et Hib.* tom. i. p. 688. ſeqq. *Ad P. Innocentium* iv, *contra regem epiſtolas plures*. Obiit 2 vel 3 Aprilis A. MCCLIII. Juxta *Annal. Winton.* MCCLII. 6 id. April. In *Bulla canoniz.* 3 non. April. Juxta Waverley MCCLII. Juxta M. Pariſ. Walingford. M. Weſtmonaſt. 4 non. April. MCCLIII. Juxta *Annal. Theokeſb.* MCCLIV. Poſt mortem ab Urbano iv inter ſanctos relatus eſt. Urbani iv Bulla de canonizatione, et ordinatio Bonifacii archiepiſcopi Cantuar. A. MCCLXII de obſervando ejus feſto. Mſ. C. C. C. Oxon. 154. *Officia in feſto*. Ibid. *Vitam* ejus ſcripſit Radulphus Bocking Dominicanus. Bal. iv. 14. Pitſ. p. 325. Godw. p. 553. *Hiſt. et Ant. Oxon.* ii. 61. 390.

WICHIUS [RICHARDUS] ſacerdos dioeceſeos Londinenſis, dogmatum Wiclevianorum ſectator. Scripſit *Confeſſionem et retractationem haereſis Wiclevianae*, lib. i. Mſ. in bibl. Lumleiana. Claruit A. MCCCXC. Et A. MCCCCXXX Londini crematus eſt. Fox. 701. Pitſ. *App.* p. 899.

WICKHAM [GULIELMUS] ſive WICKWANE fuit inſtitutus ad rectoriam de Yvingho dioec. Linc. 2 id. Febr. MCCLXIII. (Rot. Graveſend epiſc. Linc.) canonicus et praebendarius de Neubald in eccleſia Ebor. rector eccleſiae de Waugn. praebendarius Ripponenſis; cancellarius eccleſiae Eboracenſis, et poſt mortem Walteri Giffard in archiepiſcopum electus in feſto S. Albani, Romae conſecrabatur A. MCCLXXIX. 13 cal. Octob. (Stubbs, col. 1727.) Scripſit *Memoriale quoddam*, lib. i. opus variis doctrinae generibus refertum. *Epiſtolas* plus minus xx. dum cancellarius eccleſiae Ebor. eſſet, quae extant in principio cujuſd. Mſ. in pergam. de Placitis penes Rob. Hill, rectorem eccleſiae de Stanham MDCCXXI. Praeſulatu ſponte abdicato in Galliam diſceſſit, et Pontiniaci morbo correptus, ibi loci defunctus et ſepultus eſt 27 Aug. MCCLXXXV. (Godwin.) 7 cal. Sept. (Stubbs, col. 1727.) 6 cal. Sept. Mſ. Cott. Vitellius, A. 2. Bal. x. 72. Pitſ. p. 369. Godw. ii. 49.

WICKHAM [GULIELMUS] in Entfieldia comit. Middleſex. natus, in ſchola Eatonenſi tyrocinia humaniorum literarum abſolvit, ac ſocius collegii Regalis Cantabrig. et collegii Eatonenſis A. MDLVI; praebendarius Weſtmonaſter. A. MDLXX; canonicus Windſorienſis A. MDLXXI; decanus Lincoln. MDLXXVII, et poſtea epiſcopus Lincoln. renunciatus. *Orationem funebrem* habuit apud Burgum S. Petri 1 Aug. MDLXXXVII in obitum Mariae reginae Scotiae A. MDXCV. Sub finem menſis Martii ad ſedem Wintonienſem tranſlatus; eodem anno Junii 12. obiit. Scripſit *Librum ad monachos ſuae eccleſiae reformandos, optima methodo et in* xl *capitula diviſum*, teſte Tho. Martin, lib. i. cap. 2. in *Vita* Wickhami, Mſ. Twyne R 121. In contentis in fronte Mſ. bibl. Bodl. NE. B. 1. 21. ultimum locum occupat *Memoriale Gul. Wykeham, epiſcopi nobilis Wynton*; *qui plura opera fecit*.

WICKHAM [JOHANNES] ſacerdos Anglus, theologiae ſcholaſticae ſtudioſus, collegii Merton. alumnus et S. theol. doctor Oxon. Scripſit *Abbreviationes Gul. Notinghami in quatuor Evangeliſtas*, lib. i. " Abel. Super illo Chriſti dicto quaeritur." Mſ. vidit Baleus in bibl. Mertonenſi, N. vi. 2. Bal. xii. 11. Pitſ. *App.* p. 884.

WICKINGHAM [HENRICUS] Carmelita Norfolcenſis, S. theol. doctor Oxonienſis. Scripſit *In Eſaiam, lectiones* xviii, lib. i. " Quoniam, ut ait Hieronymus." Mſ. Leland. Trinit. Cantabr. *In Apocalypſin lectiones* xxx. lib. i. " Apertum eſt templum Dei in." Ibid. *Sermones hyemales*, lib. i. " Domine, ſalva nos, perimus." Ibid. *Sermones aeſtivales*, lib. i. " Eſtote factores verbi, " non." Ibid. *Sermones de ſanctis*, lib. i. " Gloria Libani data eſt ei, decor." Ibid. *De quadruplici adventu Chriſti*, lib. i. " Salvatorem expectamus Dominum." Ibid. *De conceptione Mariae*, lib. i. " An beata virgo fuerit in origine." Ibid. *Quaeſtiones theologicas*, lib. i. Ibid. Vidit Baleus ex ejus concionibus plus quam cxviii, tam in ſynodis et capitulis quam alibi praedicatis. Fatis

conceſſit

conceſſit Norwici 2 id. Martii (14 Martii Mſ. Bal. coll. Sloan.) A. MCCCCXLVII. Bal. viii. 6. Pitſ. 638.

[a] WICLEVUS [JOANNES] ſive WICOCLIVUS, vir magno et excellenti plane ingenio praeditus, in collegio [Cantuarienſi [b]] quod Iſiaci celeberrimum eſt, omnes eruditas artes tanta cum felicitate perdidicit, quanta ſui temporis nemo facile alius. Nam in philoſophia illa ſcholaſtica, acuminis oſtentatrice, principem locum obtinebat: tum praeterea in theologiae receſſus penitiores, et ſacroſanctos quidem illos, tam alte deſcenderat, ut a theologorum vulgo pro Deo tantum non habitus ſit: quo tandem calculo ſummis honoribus et inſignibus, quae in eruditos academia conferre ſolet, donatus eſt [c]. Ille vero, ut ſe vidit ejuſmodi auctum titulis, ſuamque tanti in ſcholis eſſe autoritatem, ut omnia, quae doceret, tanquam e tripode dicta, crederentur; primum fraterculorum mendicitatem cute tenus ſtringere coepit; nec multo poſt altis plagis vulnerare. Ut tamen bona pars ſcholaſticorum in hominem adfecta erat, ad haec praeludia connivebat. Deinde in publicis praelectionibus, atque alias privatim, vellicabat Romani pontificis aſtum, avaritiam, ambitionem, et tyrannidem; ſic putans futurum, ut Chriſtiana eccleſia, cognitis erroribus, reſipiſceret. O factum bene! ſi intra hos prudens ſe continuiſſet limites. Publica fama eſt illum poſtea perperam de euchariſtia ſenſiſſe, aliaque virulenta dogmata domi potius chartis inſcripſiſſe, quam in concionibus pronunciaſſe [d]. Quid tamen de hac re *Tinenſis monaſterii annales* ſentiant, in medium adducam: "Vicoclivus, doctor theologiae, incepit docere errores ſuos anno D. MCCCLXXVI. Fuit "ille annus ultimus imperii Edovardi a Gulielmo magno tertii." Haec ille. At non poſſum his verbis elicere, an ejus de euchariſtia errores, an de aliis ritibus eccleſiae adprime neceſſariis, intellexerit. Illud certe in animum inducere non poſſum, illum ſub tam ſeveris judicibus, eo ſaeculo, potuiſſe impune quicquam in ſacramentum altaris dicere [e]: impunitum vero illum non modo Iſiacum reliquiſſe conſtat, verum etiam, ſacerdotio non contemnendo munifice donatum [f], Luterovortum, Ligerianae provinciae emporiolum, petiiſſe, ubi, exactis quiete paucis annis, fato functus eſt et ſepultus. *Chronicon Tinenſe* teſtatur his verbis paralyſin eum cita morte abſtuliſſe [g]: "Anno "octavo Richardi ſecundi, die S. Thomae martyris, UUICLIF per omnia membra tactus eſt pa-"ralyſi, die autem S. Sylveſtri obiit." Quid hic reſpondebo vaniſſimis Polydori Vergilii vanitatibus, qui, in Edovardo a Gulielmo magno tertio, diſertis et accuratis verbis aſſerit Vicoclivum, ut

[a] "Joannes Wiclefus in ſeptentrionali Angliae parte na-"tus, in coll. Merton. Oxon. literis philoſophicis imbutus, "dein circa annum MCCCLX magiſter colleg. Baliol. emer-"ſit, et denique in praefecturam coll. Cantuarienſis Oxon. "ab ipſo fundatore nominatus 5 id. Dec. anno MCCCLXV. "Quo gardianatu anno MCCCLXIX [MCCCLXVII Whart. "Mſ. Y. 5. in bibl. Lambeth. ex reg. Langham] aſtu mo-"nachorum expulſus erat, qui aegre tulerunt virum ſecu-"larem monachis praeeſſe. Poſtea tamen in academia "commoratus eſt Wiclevus S. th. doctor, et demum eccle-"ſiae de Lutterworth in agro Leiceſtr. rector evaſit." A. Wood. Wharton. Vide Leland *Collect.* i. 423. ubi inter terras S. Cuthb. a rege Egredo epiſcopo datas occurrit Wigclif, cujus in margine annotavit Lelandus, *Unde Wycliff haereticus originem duxit.* [b] *Mertonenſi*, Mſ. Lel. Trin. In Mſ. Twini ♓ habetur notula Th. Alleni ex veteri regiſtro Merton. "J. Wiclif, doctor in theologia, qui nimi-"um in proprio ingenio confidebat, non fuit ſocius iſtius "domus, nec annum probationis habuit plenarium in ea-"dem." Lubet hac de re verba T. Barlovii, viri infinitae lectionis ſubjicere: "John Wickcliffe was communar of "Queen's college, after that probationer of Merton, and "head of Canterbury college." [c] Praeſentatus eſt per magiſt. et ſcholares aulae de Baliolo Oxon. ad eccl. de Filingham (archidiac. Stow.) 2 id. Maii, MCCCLXI. *Reg.* Ginewell epiſcopi Lincoln. [d] Inter *Acta concil. Baſil.* in bibl. colleg. Baliol. Oxon. vol. i. p. 593. in reſponſione Johannis Poleman [i. e. Johannis de Palmer] auditoris S. Palatii et archidiaconi Barcionenſis, ad propoſita mag. Petri Anglici, aſſeritur Wiclevum falſas opiniones concepiſſe, et clerum tam acri mordacitate perſtrinxiſſe, propterea quod epiſcopatu Wigornienſi exciderat. Twyne ☉ 117. In *Regiſt.* Sudbury, p. 199. MCCCLXXVII. 2 kal. Jun. anno pontif. vi bulla P. Gregorii xi. cancellario et univerſ. Oxon. fuit tranſmiſſa contra Joannem Wicliff, rectorem de Lutterworth —— ejuſque concluſiones —— quod has non permittant propoſitas eſſe —— illumque capi faciant. In eodem *Regiſtro*, p. 201. an. MCCCLXXVIII 11 kal Jun. vii pont. bulla ejuſdem papae archiepiſcopo Cantuar. et epiſcopo London. ut Joannem Wiclevum capi faciant —— ejuſque confeſſionem ſuper concluſionibus ſuis ſigillis ſuis clauſam et nemini revelatam per fidelem nuncium tranſmitterent. In eodem *Regiſtro* p. 203. alia bulla ejuſdem dat. eiſdem ad citandum J. Wiclevi ad comparendum coram papa infra ſpatium trium menſium. Et pag. 205. ibid. extat alia bulla ejuſdem dat. eiſdem, quatenus dominum regem, et natos regis, et nobiles viros, et principiſſam Walliae, alioſque magnates de Anglia, et conſiliarios regis faciant informari de concluſionibus erroneis Wiclevi, et requirant auxilium et favorem ad extirpationem talium errorum. Tunc ſequuntur in eodem *Reg. Concluſiones* xix. Et pag. 207. ibid. *Mandatum* extat Simonis, archiepiſcopi Cantuar. et Willelmi, epiſcopi London. autoritate apoſtolica contra concluſiones J. Wiclevi, et ad citandum eundem ad comparend. in eccl. S. Pauli London. infra 30 dies, dat. 15 kal. Jan. MCCCLXXVII. Et pag. 209. ibid. extat Gul. Berton et 12 doctorum definitio in concilio Oxon. condemnans duos errores de ſacramento altaris. [e] Anno MCCCLXXVII. Simon Sudburius, archiepiſcopus Cantuar. rationem doctrinae ſuae a Wiclevo exigens in ſynodo Londinenſi, Wiclevus, potentia et favore Joannis ducis Lancaſtriae et aliorum procerum fultus, cauſam ſuam intrepide egit, et impunis evaſit. Cave. Wharton. Anno MCCCLXXXII alia ſynodus coacta fuit Londini, ubi propoſitiones ab illo defenſae ix haereſeos, xiv erroris, damnatae fuere; ſed huic Wiclevus praeſens non ſtetit. Ibid. [f] Pat. 48 Ed. iii. p. 1. 7 Apr. magiſter Johannes Wyclif clericus habet literas regias de praeſentatione ad eccleſiam de Lutterworth. Pat. 49 Ed. iii. p. 1. 6 Nov. rex ratificat magiſtrum Jo. de Wycliff praebendarium praebend. de Bauſt. in eccleſia colleg. de Weſtbury, dioec. Wigorn. "Edwardus iii, et Ricardus ii, Angliae "reges, illum ſibi chariſſimum habuerunt; quorum ille "Wiclevum ad exteras regiones legatum miſit, iſte ſa-"cris domeſticis admovit." Cave. Wharton. "Anno "MCCCLXXIV Joannes, epiſcopus Bangor. Johannes Wi-"cliff S. th. pr. Will. Burton miles, et alii ambaſſiatores a "rege nominati ad tractandum cum pontifice Romano." Dodſworth, vol. vi. f. 123. ex rot. patent. 48 Ed. iii. parte prima. Rymer. *Foeder.* vol. vii. 41. Una cum quibuſdam baronibus ad ducem Mediolanenſem legatus fuit miſſus. Mſ. Twyne ♓ 246. [g] "Wiclevus Lutterwor-"thae ex paralyſi, qua integro fere laboraverat anno "MCCCLXXXVII, die ultimo Decembris in pace obiit, in "eccleſia ſua parochiali ſepultus." Cave. Whart. "Iſte "Wicliff fuit paralyticus per duos annos ante mortem "ſuam, et anno Dom MCCCLXXXIV obiit in die Sabbati "die S. Silveſtri in vigilia circumciſionis Domini. Et in "eodem anno, ſc. in die S. Innocentium, audiens miſſam "in eccleſia ſua de Luttyrworth circa elevationem ſacra-"menti

ut alia somnia praeteream, voluntarium exilium petiisse, ac magno postea apud Boëmos in pretio fuisse? Certe non aliud, quam ut historiae suae telam nodosam, impexam, impeditam, confusam, denique informem retexat: nam aliter qui possit honestam operi tam malis avibus incepto faciem inducere, mehercule non satis video; quantumvis suas Italicas cristas attollat. Nihil hic amplius mihi cum Polydoro, quandoquidem lector expectat, ut consueto more meo autorem ab editis libris notiorem reddam: id quod facile facere non possum. Quis enim nescit pontifices Romanos in omnes ejus lucubrationes dira execrationum fulmina contorsisse? usque adeo, ut plus quam capitale senserint vel γρῦ quidem a Vulcano liberum servare. Non defuerunt tamen, qui confidentissime Vicoclivi libros sibi retinebant, et in varia exemplaria transcribi curabant: unde factum est, ut non modo in Britannia nostra, verum et in Germania etiam nunc legantur [h]. Quanquam, ut casus tulit, ego plane ex multis paucos vidi. Vidi autem *De rebus sophisticis* [i] tres libellos, opusculum *De mandatis* [k], item aliud *De legibus, et veneno, De paupertate Christi, De coena Domini* [l]: in quo opere non defuerunt, qui putarent illum subscripsisse errori nescio cujus Ambrosii Ausberti [m]. Insuper memini me aliquando incidisse in ejus *Trialogum*, et librum *De realibus universalibus*, cujus mentionem facit Aeneas Silvius xxxv cap. *Historiae Bohemicae* [n]. Multa praeterea scripsisse fertur et

" menti altaris decidit percussus magna paralysi, et specialiter in lingua; ita quod nec tunc, nec postea loqui potuit usque ad mortem suam. In introitu autem sui in ecclesiam suam loquebatur, sed sic percussus est paralysi in eodem die, ut loqui non potuerit, nec unquam postea loquebatur. Haec dixit mihi dominus Joh. Horn, sacerdos octogenarius, qui fuit sacerdos parochialis [*de Lutterworth*, Lel.] cum Wycliff per duos annos usque ad diem mortis Wiclif; et mihi juravit sic dicendo, *Sicut respondebo coram Deo, novi ista fuisse vera; et quia vidi, testimonium perhibui.* Hoc ille dixit mihi doctori Gascoigne an. Dom. MCCCCXLI." Ita nota quaedam sub propria manu ipsius Thomae Gascoigne in quadam pagina ante *Historiam Ivonis Carnotensis*, quae sic incipit; "Assiriorum igitur rex." Ms. Londin. in biblioth magistri Bowyer Westmonast. nuper custodis rot. parliament. Ita etiam R. Jamesius, coll. viii. 134. et Lelandi *Coll.* ii. p. 371.

[h] "Innumera fere Wiclefus Latino pariter ac vulgari idiomate conscripsit, non vulgari sane eruditione recondita, si Waldenum ipsum, hostem Wiclevi juratissimum, testem adhibeamus; qui in epistola quadam ad Martinum v. se Wiclefi assertionum acumen, autoritatum copiam, rationum vehementiam, supra modum obstupuisse profitetur. Ducenta plusquam illius operum volumina pulcherrima conscripta, bullis aureis tegumentisque pretiosis ornata, a Subincone Lepore, archiepiscopo Pragensi, paulo ante concilium Constantiense publice concremata esse narrat Aeneas Sylvius (*Hist. Bohem.* cap. 35.) Haud minorem opusculorum numerum, quorum partem longe maximam ipse oculis usurparat, recenset Baleus. Omnia Wiclefi scripta in Anglia adhuc delitescere, et ex bibliothecis nostris, qua publicis, qua privatis, in lucem erui posse, lubenter crederem," inquit Wharton. Et Cochlaeus *Hussit. hist.* libr. i. ait: "Mihi quidem ex Anglia scripsit episcopus, esse sibi adhuc hodie duo maxima volumina Wiclephi, quae mole sua videantur aequare opera B. Augustini." Vide Canis. *Antiq. lection.* tom. iii. p. 524. "Mitto propensum Oxoniensis academiae in Wiclefum animum; adeo ut libri ejus ad concilii usque Constantiensis tempora in scholis publicis et collegiis communi decreto legerentur, ac singulis academiae gremialibus pervolvendi more recepto traderentur." Cave. Wharton.

[i] *Summulas logicas*, lib. iii. "Juvenum rogatibus, quibus afficior." *Quaestiones logicales*, lib. iii. "Viginti errores sive haereses J. Wicl. abstracti sunt de Tractatus ejus tertio *De arte sophistica*." Ms. Twini Ā 219.

[k] *divinis*, lib. i. "Praemissa sententia de Domino."

[l] *Confessionem de eucharistia in festo S. Gordiani* MCCCLXXX, lib. i. "Saepe confessus sum et adhuc." Ms. bibl. Bodl. Sup. N. 2. Art. 9. Ms. Bodl. Mus. 163. f. 29. b. Quinque errores ex libro *De confessione*, Ms. Twini Ā 222. *Determinationes eucharistiae*, lib. i. "Hostia consecrata in altari." Ms. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 27. b. *De fide eucharistiae*, lib. i. "Credo ut Christus et apostoli." Anglice, Pr. "I beleve as Christ and his apost." Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 83. Vide *Ostiolum* Wiclevi infra. In bibl. reg. Westmon. Ms. 7. B. iii. 4. extat auctoris nostri *Confessio de eucharistia*. Pr. "Saepe confessus sum."

[m] "Quidam annotavit in margine veteris libri Wiclevum in libro suo *De sermone Domini in monte* et *De apostasia* sumpsisse errorem suum de eucharistia ex libro cujusdam monachi, quem Wiclevus Ambrosium aut Ambrosii discipulum vocat." Leyland. "Forsan intellexit Ambrosium Austertum." Ita Leland. *Collect.* iii. p. 51.

[n] Scripsit etiam *Ostiolum Wiclefi* (Wicliff's wicket) sive tractatum Anglicum *De sacramento altaris*, quo transubstantiationem, petitis tam e philosophia qua Scriptura argumentis, nervose oppugnat. Whart lib. i. "Obsecro vos, fratres, per Dominum. I beseche ye, brethren, in the Lorde Jesu." Extat Norimb. MDXLVI. 8vo. Oxonii MDCXII. 4to. In titulo dicitur scriptum fuisse temporibus regis Ric. ii, A. D. MCCCLXXXV. *Tractatus* ii *adversus fratres Mendicantes*. Istorum prior est supplicatio ad Ricardum ii ducem Lancastriae, et regni ordines, ut fraterculos ultra jus fasque omne sese efferentes, in ordinem redigant. artic. iv. Pr. "Please it to our most noble and worthy." Posterior quinquaginta fraterculorum errores ac crimina totidem capitulis impugnat. Pr. "First fryers seyen, that there religion." Prodierunt Anglice a clar. Jamesio editi Oxon. MDCVIII. 4to. Hisce tituli sequentes apud Baleum assimiles sunt: *Dialogus de fratribus*, lib. i. "Fertur quendam fratrem inflatum." *In regulam Minoritarum*, lib. i. "Regula et vita, etc. hic Minorita." In Ms. bibl. Bodl. Archiv. B. 83. est regula Anglice, sed absque expos. Ita Ms. C. C. C. Cantab. sub C. vi. *Super testamento Francisci*, lib. i. "Sed dicunt hic Minores quod lib. But here the Menoures seyn that the pore." Ms. ibid. *De fratrum nequitiis*, lib. i. cap. 50. "Primo dicunt fratres, quod religio. First freris seyen, that hor religion." Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 83. f. 86. pp. Ms. C. C. C. Cantabr. sub. C. vi. *De iv sectis novellis*, lib. i. *Contra mendicitatem validam*, lib i. "Illustrissimo duci Glocestriae Joanni. *Ad ducem Gloc. contra fraterculum*, lib. i. "Illustris ac generose domine." *De otio in mendicitate*, lib. i. "A manuum labore excusantur fratres." *Aphorismos, sive articulos Wiclevianos.* A Joanne Foxo in lucem editos Argentinae MDLIV. 8vo. *Articuli* xxxvii *contra clerum* (Joh. Wiclevo ascript. a Cl. Jamesio) extant Ms. Cotton. Titus, D. 1. Pr. primi. "The firste article. Prestis, dekenis, other curatis shoulden not be lordis by worldi manere." Finis —— "and the blisse of hevene withouten ende, Amen." Librum, cui titulus *Super impositis articulis*, lib. i. recenset Baleus. *Conclusiones* xix ex scriptis ejus excerptas, et a Gregorio xi damnatas. Extant *Concil. general.* tom. xi. p. 2041. *Conclusiones* xvi [xix] Pr. "Totum genus humanum citra Christum." In *Concil. M. Brit. et Hib.* Wilkinsii, vol. iii. p. 123. *Conclusiones* xxiv. in synodo Londinensi anno MCCCLXXXII damnatas. Extant *Concil. general.* tom. xi. p. 2053. et bibl. reg. Westmon. 7. B. iii 5. *Conclusiones* xviii ex *trialogo* ejus desumptas, et in synodo London. anno MCCCXCVI damnatas. *Concil.* tom. xi. p. 2080. et vol. iii. *Concil.* Wilkinsii, p. 229 seq. Et bibl. reg. Westmon. 8. F. xi. 3. *Articulos* xlv in concilio Constantiensi anno MCCCCXV damnatos. Pr. "Substantia panis materialis." Ms. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 107. *Concil. gener.* ibid. p. 45. *Articuli* (sub xl cap. comprehensi) per concilium Constant. damnati (Pr. "Deus nihil potest annihilare." extant p. 261. et . . . . . MDXXXVI. fol. *Conclusiones haereticae* cclxvii ex libris ejus extractae. Pr. "Papa non dispensat cum simonia." Ms. bibl. Bodl. Mus. 163. f. 110. Universitas Oxoniae A. D. MCCCCX damnavit ducentas et amplius *Conclusiones* Wiclevi, et libros ejus combussit in quadrivio, praesente cancellario, abbate Salopiae. Tho. Gascoign *Dictiona.*

et Latino ſermone et vernaculo, quae a quibuſdam vel hac noſtra aetate cum religioſe ſervantur tum

Diction. verbo HERESY ℣ 721. Concluſiones et articuli omnes praedicti habentur in *Faſciculo rerum expetend.* Colon. MDXXXV. fol. p. 95. 133. Cave. Whart. Baleus meminit *Concluſionum* lib. i. "Totum genus humanum citra "Chriſtum." Extant *Concluſiones J. Wicliffi* cclxvii in *Concil. M. Britan. et Hibern.* vol. iii. p. 339. ſeqq. *Prologum ad integram verſionem Anglicam ab ipſo adornatam.* Anglice Lond. MDL 8vo. Vide infra *Elucidarium Bibliae.* Praefatio haec falſo a typographis Wiclevo aſcribitur. Vide Whart. Uſſer. p. 424. *De autoritate et uſu S. Scripturae.* Tractatus praefixus verſioni ejus Novi Teſtamenti in bibl. publ. Cantab. Mſ. Baleus meminit *De veritate S. Scripturae,* lib. i. "Diabolus quaerit multis modis:" necnon alius ejuſdem tituli, lib. i. "Reſtat parumper diſcutere "errores." Mſ. bibl. Bodl. Arch. B. 32. hujus argumenti continens cap. 31. p. 620. a manu quadam recenti (nec, etſi ſtylus differt, ſine ratione; patet enim auctorem circa ann. MCCCLXXXVII, floruiſſe, et librum *De Simonia* ſcripſiſſe) Wiclevo tribuitur, ſed deſunt cap. quatuor prima. *Expoſitionem in omnes epiſtolas dominicales totius anni.* Anglice Mſ. in bibl. publ. Cantab. claſſ. iv. fig. 10. 8vo. *Commentarium in epiſtolas et Evangelia totius anni.* Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 18. B. ix. 1. Anglice. Vide infra Mſ. in principio et fine mutilus in collegio D. Joannis Cantab. C. 8. fol. Huc reducendi ſunt Balei quae ſequuntur volumina: *Sermones in epiſtolas,* lib. iv. "Circa epiſtolae ſen- "tentiam dicendum." *Sermones in Evangelia,* lib. iii. *In Evangelia feſtivalia,* lib. i. "Hoc Evangelium hiſtorice "narrat." *In Evangelia ferialia,* lib. i. "Principium "Evangelii Jeſu Chriſti" *In Evangelia dominicalia,* lib. i. "Homo quidam erat dives." Duo ultimi extant Mſs. in bibl. Cotton. Claud. D. 8. Anglice. Whart. in Mſ. Lamb. 23. fol. habentur *Magiſtri Johannis Wicleve ſermones in loca diverſa Evangeliorum et Epiſtolarum numero* xxvii *cum initio* xxviii *ad ſimplices ſacerdotes.* Vid. Mſ. Lamb. 392. In Mſ. bibl. collegii Novi 95. ſunt cxx *Engliſh homilies on the ferial (feſtival) Goſpels.* Pr. "As men ſchulte hav in Chriſt." Item ibid. Alius tractatus . . . . Pr. "I have joy- "fulli to telle to alle." Item alius . . . . Pr. "Ther ben two manner of heretyks, of which England "ſchuld be purged." Et p. 123. ejuſdem codicis ſunt *Five queſtions about loving God.* Pr. "A ſpecial friend in "God." Et p. 134. *Of faith, hope, and charite.* Pr. "For it is ſeid in holding." Et p. 138. *The ſeven werkes of bodily mercy* (x cap.) "Ʒif a man were ſikir." Item, *Engliſh comment in Te Deum laudamus.* Pr. "Yt is com- "commenly ſaid." Item,—*on Benedicite.* Pr. "This "pſalme was made." Item—*in Athan. creed.* Pr. "It "is ſaid commenly that." Ad finem ejuſdem Mſ. eadem manu, ſcribitur magiſter Johannes Wy . . . . . in coll. Sid. Suff. Cantab. Mſ. K. iv. 12. ſunt *Wicliff's ſermons,* fol. *Tractatus varios contra clericos et alios ſtatus.* Anglice. Mſ. in bibl. coll. C. C. Cantabr. ſub C. vi. Codicis margini nota haec inſcribitur: "In iſto volumine habentur collecti "tractatus omnes mordaces de erroribus et corruptionibus; "quae ſuo aevo Joannes Wicleſus deprehendit, praeſertim "autem in clero, in monachis, et in mundi ordinibus." *Quaeſtiones Wiclevi variae contra clerum,* extant Anglice in bibl. Lambeth. Mſ. 551. Ejuſdem argumenti libros ſequentes enumerat Baleus: *De converſatione eccleſiaſticorum,* lib. i. cap. 43. "Praelati relato praedicationis officio. That prelatis leven preching of the goſpel." Mſ. C. C. C. Cantabr. ſub C. vi. *De epiſcoporum erroribus,* lib. i. "Octo "ſunt, quibus decipiuntur ſimplices." Angl. "There ben "eighte thinges, bi whiche ſimple men." Mſ. C. C. C. Cantabr. ſub C. vi. Mſ. hujus princ. Anglice per hunc (ut videtur) auctorem, vel ejus ſequacem, extat in bibl. Bodl. NE. E. 1. 15. *De* xxxiii *erroribus curatorum,* lib. i. cap. 33. "Pro eo quod curatorum officium ſit." Anglice. "For "the office of curatis is ordeyned." Mſ. C. C. C. C. ſub C. vi. *De clericis poſſeſſionariis,* lib. i. cap. 39. "Clerici "poſſeſſionem habentes." Anglice. "Clerkis poſſeſſio- "niers for don prieſthood." Mſ. ibid. *De praelatis et eorum officio,* lib. i. "Quod praelati deſinant Evangelium "prae." Angl. "That prelatis leven preching of the "goſpel." Mſ. ibid. *De vita ſacerdotum,* lib. i. cap. 14. "Hoc de fratribus periculum ultimo." Angl. "The peril "of freris is the laſte of." Mſ. in bibl. Bodl. Arch. B. 83. f. 57. *De non ſaginandis ſacerdotibus,* lib. i. "Cavete, "qui ſacerdotes in otio ſuſt." *Cogendos ſacerdotes ad honeſtatem,* lib. i. "Apertam eruditionem in Dei lege." Haec Baleus. *Tractatum prolixum de actubus animae.* Pr. "Gra- "tia dicendarum reſtat." etc. Mſ. in bibl. C. C. Chriſti Cantab. Miſcell. K. a. p. 47. ad 88 Vide tamen an ſit idem cum Balei *Tractatu de anima,* lib. i. "Reſtat ulterius "pertractare de:" vel, *De ſpiritualibus operibus,* lib. i. "Quia paroecianos ſpiritualibus." In Mſ. C. C. Chr. Cantabr. Sub. C. vi. extat *A ſhort rule of life for eche man in genere.* Pr. "Firſte when thou riſeſt or fully." necnon etiam alter, *Of the thre things that deſtroyen this world,* viz. *falſe confeſſors, falſe lawyers, and falſe marchants.* Pr. "Falſe confeſſors, becauſe." *Determinationes* iii *contra Jo. Kylyngham Carmelitam.* Pr. "Tres ſunt nidi, in quos ego "pullus." Mſ. in bibl. coll. Corp. Chr. Cant Miſcell. K. a. p. 419. ad 426. Whart. Mſ. Y. 112. in bibl. Lambeth. *Commentarium in Pſalmos, aliosque S. Scripturae et liturgiae eccleſiaſticae hymnos.* Mſ. in colleg. S. Trin. Cantab. fol. *Comment. in priores* lxxxix *pſalmos* habetur Mſ. in bibl. Lambeth. 34. fol. ſed a nupera tantum manu Wicklevo aſcribuntur. Baleus recenſet *Comment. in Pſalterium,* lib. i. "Magnam abundantiam conſolationis." Angl. Pr. pr. "Grete habundance of gooſtly cumfort." Mſ. bibl. Bodl. NE. F. vii. 10. Necnon *Super cantica ſacra,* num. 11. lib. i. "Confitebor tibi, Domine, quoniam." Angl. "I "ſhall ſtrive to the, Lord, for." Mſ. ibid. Haec duo autem Hampolo aſcribuntur, quem vide. *Commentarium in ſelecta S. Scripturae loca.* Mſ. olim penes Ric. Chiſwellum, bibliopolam Londin. Anglice 4to. In hoc Mſ. forſan continentur quidam vel omnes libri ſequentes a Baleo huic auctori aſcripti: *De ſermone Domini in monte,* lib. iii. Mſ. Cantab. Trin. 326. libros iv. habet. "Ex hoc libro lxxiv "errores et haereſes Johannis Wiclevi abſtracti ſunt: et "continet liber iſte iv libros parvulos, quorum tertius eſt "*De antichriſto,* i. e. de papa ſecundum gloſſam." Mſ. Twini X. 216. Vide ſupra not. [m]. *In* xxiii *caput Matthaei,* lib. i. "Jeſus locutus ad turbas et ad." Mſ. bibl. reg. Weſtmon. 18. B. ix. iv. In cod. Mſ. Bodl. Laud. L. 54. eſt antiq. *Commentarius Anglicus in Matthaeum,* Wiclevo a manu recentiori aſcriptus. Pr. "Seynt Auſtyn "ſaith, in the ſecunde booke." Mores cleri acriter perſtringit. *In* xvii *cap. Johannis,* lib. i. "Sublevatis oculis "in coelum Jeſus." In bibl. reg. Weſtmon. 17. A. xxvi. 9. datur auctoris noſtri *Verſion and Prologue of St. John's goſpel.* *De divite apud Marcum,* lib. i. "Cum egreſſus eſſet "in viam Salvator." *De Phariſaeo et publicano,* lib. i. "Dixit Jeſus ad quoſdam, qui in ſe." *De ſurdo et muto apud Marcum,* lib. i. "Iterum exiens de finibus Tyri." *Lectiones in Danielem,* lib. i. *In Apocalypſin Joannis,* lib. i. "Apoſtolus Paulus dicit." Mſ. bibl. reg. Weſtm. 17. A. xxvi. 8. Auctoris noſtri *Verſion, comment, and prologue on the Apocalypſe.* In Mſ. bibl. Bodl. Laud. C. 9. L. 54. eſt *Anglicus commentarius in Apocalypſin* a manu recenti Wiclevo tributus. Pr. pr. "S. Paul the apoſt. ſaith, that alle men "that wollen lyve mekely." Pr. com. "The underſtond- "ynge of ſeynt Joon." Sed non videtur perſtringere mores eccleſiaſticorum ſtylo Wicleviano. *Commentarii vulgares,* lib. i. "Stabat Joannes, et ex diſcipulis." *Scholia Scripturarum,* lib. i. *Super ſalutione angelica,* lib. i. "Solent "hominem Chriſtiparam." *Gloſſae Scripturarum,* lib. i. *Gloſſa novella,* lib. i. *Gloſſa vulgaris,* lib. i. *Gloſſa manualis,* lib. i. Haec Baleus. *Pauperem ruſticum.* Angl. *The pore caytif.* Pr. pr. "This tretiſe, compiled of a pore." Mſ. Lamb. 484. Baleus recenſet *Confeſſionem derelicti pauperis,* lib. i. Iſte tractatus a paupere indigente ſive miſcellaneos tractatus varios, Anglice, qui pauperes ſine multorum librorum ope totam Chriſtianam religionem edocent, viz. *Expoſitionem ſymboli apoſtolici,* lib. i. "Certum eſt fi- "dem eſſe omnium virtutum." [Bale.] "The ground of "all goodneſs." Mſ. Bodl. Laud. C. 16. . . . . *Decalogi.* Pr. "A man aſkide of Chriſt." Mſ. Bodl. Hanc eandem eſſe cum *Opere magno de* x *praeceptis,* quod ex Hibernia fugiens reliquit Baleus, ſuſpicor. . . . . *Orationis Dominicae* lib. i. "Docet nos Dominus Jeſus Chriſtus." Angl. "Chriſt ſeyth, who that loveth him." Mſ. bibl. Bodl. Ibid. *Paraeneſes varias homines ad deſiderium coeleſte excitantes.* Pr. "Theſe ben the ten commaunde- "ments." ⋇ *Concilium Chriſti.* Pr. "Chriſt not com- "pellyng." *De patientia bona.* Pr. "But who that is "verrily fed." *De tentatione.* Pr. "Whanne thou art "tempted." Vide Mſs. Worſl. 12. 25. *Diploma coeli.* Pr. "Every

"Every wise mann of God." *De spirituali praelio.* Pr. "Almighti God seith." Ejusdem tituli liber R. Hampolo attribuitur. *De nomine* [*amore,* Ms. in bibl. Bodl. Arch. B. 65. et Ms. Norw. More 760] *Jesu.* Pr. "Whosoever thou be." *De amore* [*desiderio*] *Jesu.* Pr. "Oonly Lord be to me." *De vera mansuetudine.* Pr. "To ony degre of verri." Septem tractatus ⁜ notati habentur in Ms. Norw. More 760. *De effectu humanae voluntatis.* Pr. "Ony deed preisable." *De vita activa et contemplativa.* Pr. "Cryst loved mych Mary." Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 65. Liber ejusd. tituli ascribitur R. Hampolo. *Speculum castitatis,* Pr. "I write this tretys in five." Hoc putidissimis fabulis repletum Wiclevo cum primis indignum videtur. Wharton. Ms. in bibl. Bodl. NE. A. 14. et Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 65. Fuit olim iste codex miscellaneus Ms. penes Joannem Langton. acad. Cantab. proto-biblioth. 12mo. quin et in bibl. Cantabr. publica 12mo. et in collegio D. Joannis, ubi codex Ms. *Catechismi Wicleviani* titulum praefert. *Aliam miscellaneorum collectionem,* * *Expositionem decalogi* (α) Pr. "Where is any man now o dayes." Ms. Cotton. Titus, D. 19. Haec priore expositione multo brevior. Wharton. Idem fortasse cum *Compendio x praeceptorum,* lib. i. "Cujuscunque conditionis fuerint homines." Bal. In Ms. coll. Univers. N. 4. est *Expositio Angl. in decalogum.* Pr. "Alle manner of men shulden." Forsitan Wiclevi. In bibl. reg. Westmon. 17. A. xxvi. 2. extat auctoris nostri *Comment. on the ten commandments.* * *De vii peccatis mortalibus* (β). Pr. "Crist that deside for the salvation." In bibl. reg. Westmon. loco citato. * *De vii sensibus corporeis ac totidem facultatibus animae.* Pr. "Herynge, seynge." * *De vii virtutibus spiritualibus* (γ). Pr. "Mekeness, patience, charite." * *De vii donis Spiritus Sancti.* Pr. "Wisdom, understonding, counsel." * *De vii sacramentis.* Pr. "Baptism is the first sacrament." * *De xii impedimentis orationis.* Pr. pr. "This litil compilation biginnyth." * *De natura fidei.* Pr. "Also as touching the crede we shulen." * *De diversis gradibus charitatis.* Pr. "Charite hath fyve conditions." *Expositionem orationis Dominicae.* A praecedente diversam, et in errores pontificios oppugnando longe acriorem. Wharton. In Ms. Lamb. 594. extat *Prologus in expositionem orationis Dominicae.* * *Speculum peccatorum,* lib. i. "Quoniam in via sumus vitae labentis." Anglice, "For that we have [be Ms. Norw.] been in the way." Ms. Norw. More 760. Ms. Bodl. NE. A. 1. 4. et Ms. coll. Univers. N. 4. et inter Mss. Worsleian. p. 11. Habetur Ms. in colleg. Lincoln. ejusd. tituli. Pr. "Utinam saperent et intelligerent, etc. Quoniam in hujus viae vita fugientes." Librum ejusdem tituli, sed diversi principii, scripsisse fertur R. Hampole. *Diploma coeli.* "Quod quidem unicum praecedenti commune habet." * *Tres sagittas,* lib. i. "Quisquis mente tenere cupit, quid." Ms. Bodl. Laud. C. 16. Anglice, Pr. "Who wulle have in mynde the dredfull." Ms. Bodl. NE. A. 1. 4. et Ms. coll. Univ. N. 4. Ms. Norw. More 760. et inter Mss. Worsleian. p. 11. Omnes hi tractatus * notati Ms. extant in Bodl. Laud. C. 3. et C. 16. Extabat etiam ista collectio Ms. 12° penes Tho. Tenisonum, archiepisc. Cant. et in bibl. Lambeth. Ms. 541. 1—15. in cujus codice, praeter tractatus supra memoratos, habentur sequentes: *De desiderio Jesu.* Annon idem cum *Amore Jesu* supra? *De spirituali et carnali amore. Equestris apparatus et armatura coeli.* Idem in bibl. Bodl. Arch. B. 65. cum libro *De spirituali proelio. Sermonem in festo Omnium sanctorum,* sive *Sermo Christi in monte de* viii *beatitud.* Pr. "Videns Jesus turbam," etc. Angl. "Freendis, St. Jon Crisostom." Ms. in bibl. Cotton. Titus. D. 19. f. 147. since Wiclevi nomine. Videtur esse idem cum (Balei) *In commune sanctorum,* lib. i. "Ego sum vitis vera, vos palm." *Tractatum de modo orandi.* Pr. "First whanne schapist thee to praie." Angl. Ms. ibid. et Ms. Bodl. Laud. C. 3. Bal. recenset *De virtute orandi,* lib. i. "Ut sabbatizatio nostra fit:" nec non *De precationibus sacris,* lib. i. "Orare nos docens." In Ms. coll. Corp. Chr. Cantabr. sub C. vi. extat tractatus cui titulus, *How preiere of good men helpith moche, and preiere of sinfull men displesith God, and harmeth himself and other men,* cap. iv. "Our Lorde Jesu Christ techith us to." *De virtutibus et vitiis.* Anglice Ms. Cotton. Titus D. 19. *De incarnatione verbi.* Pr. "Praelibato tractatu *De anima.*" Ms. olim in bibl. Lumleiana, cod. 297. nunc in bibl. reg. Westmon. 7. B. iii. 3. *De abominatione desolationis loco sancto,* lib. i. "Cum videritis abominationem." Ms. in bibl. Vindobonensi, teste Lambecio *Comm.* lib. ii. p. 777. *De fundamentis legum Angliae commentarium.* Hunc olim a se visum citat Jamesius in *Apologia Wiclefi.* Cave, Whart. Caetera Wiclevi opera expectet lector ex Baleo hoc ordine: *De religione perfectorum,* lib. iii. "Si episcopus in confirmatione." *De ecclesia et membris,* lib. ii. "Suppositis dictis de fide catholica." *De fide et perfidia,* lib. ii. *De Christo et antichristo,* lib. ii. "Egressus Jesus de templo, Matth." *De antichristo et membris,* lib. ii. "Quemadmodum Dominus Jesus" Vide supra "De sermone Domini in monte." *Iterum de antichristo,* lib. i. "Nota quod antichristus 4 corni" *Grammaticae tropos,* lib. i. *De speciebus hypotheticis,* lib. i. "Sequitur de speciebus hypotheticis." *De exclusivis et exceptivis,* lib. i. "Secundarie superius est promissum." *De copulativis et relativis,* lib. i. "Sequitur de copulativis per tract." *Abstractiones logicales,* lib i. *De disjunctivis,* lib. i. "Tertio sequitur de disjunctivis." *De raritate et densitate,* lib. i. "Videtur ex tertio sequi." *De velocitate motus localis,* lib. i. "Jam ultimo restat videre." *De propositionibus temporalibus,* lib. i. "Sequitur jam ultimo de propo." *Logicam de aggregatis,* lib. i. *De causalibus,* lib. i. "Pertractandum venit de causalibus." *De comparativis,* lib i. "Consequens est ad dicta." *De conditionalibus,* lib. i. "Primo supponitur omnem hypotheticam." *De motu locali,* lib. i. "Sequitur de localibus pertract." *De materia et forma,* lib. i. "Cum materia et forma sint uni." *Elucidarium bibliorum,* lib i. "Viginti quinque libri veteris Testam." Ms. Anglice in bibliotheca Henr. Worsleii, p. 4. Pr. "Fyve and twenty bookis of the olde." Praefigitur bibl. Wicliff. Ms. Bodl. NE. C. 7. 1. Caput xv. in Ms. in bibl. coll. Univers. N. 3. videtur plane esse prologus ad versionem suam *Bibliorum.* Extat Lond. MDL. 12mo. ex Mss. regis edit. *The pathway to perfect knowledge, or Wicliff's prologue to the Bible, publ. by Robert Crowles.* Pr. "Fyve and twenty bokis of the Old Testament." Prodiit etiam London. temp. Hen. viii. 12mo. ex codice cc. annos ante exarato, *The dore of the holy Scripture,* cap. xv. ("As auncient writers have wryten, ther be 25 bokes of the Old Testament, whiche be bokes of faith.") cura Joannis Gowgh, qui stylum aetati suae accommodavit, et epistolam perlongam libro praeposuit. Extat in ecclesia Lincoln. A. 9. nullius auctoris nomine praefixo. cap. x et xiii acriter mores cleri reprehendunt. *De formis idealibus,* lib. i. *De esse ideali quorumlibet,* lib. i. "Tractando de ideis primo oportet." *Logicam de singulis,* lib i. "In purgando errores circa univers." Ita incipit liber *De universalibus,* cap. xv. inter alios Wiclivi libros Ms. eccles. Cathedr. Linc. A. 9. *De esse in suo prolixo,* lib. i. *De dilectione,* lib. i. "In quolibet homine peccatore." *De studio lectionis,* lib. i. "Malum est in eis perseverare." *Octo beatitudines,* lib. i. "Jesus Christus, qui est Dominus." *De Trinitate,* lib. i. "Superest investigare de distinct." *De esse intelligibili creaturae,* lib. i. *De cessatione legalium,* lib. i. "Redeundo autem ad propositum de." Ejusdem tituli librum scripsit Joannes Baconthorp, vel rectius R. Grosthead. *Ad quendam discipulum,* lib. i. "Pauper discipulus Jesu Christi." *De statu innocentiae,* lib. i. "Ut supradicta magis appareant." *De fonte errorum,* lib. i. *Ad parliamentum regis* [Richardi ii. libellum porrectum ann. MCCCLXXVII.] lib. i. "Protestor publice, ut saepe alias." Ms. in bibl. Bodl. Mus. 163. f. 57. b. *Sermones hyemales,* lib. i. "Initium sacri Jesu Christi Evangel." *Sermones aestivales,* lib. i. "Vespere autem sabbati quae lucesc." *Distinctiones rerum theologicarum,* lib. i. *De dotatione ecclesiae,* lib. i. "Utrum clerus debuerit dotationem." xiv. errores ex libro J. W. *De dotatione Caesarea.* extant Ms. Twyne X. 221. *De stipendiis ministrorum,* lib. i. "Considerate, qui stipendia sacerdotibus." Angl. "Thenkith wisely ye men that finden prestis." Ms. C. C. C. Cantab. sub C. vi. *De compositione hominis,* lib. i. "Tria movent me ad tractand." *Theologiae placita,* lib. i. *De diabolo millenario,* lib. i. "Cum consummati fuerint mille. *De lege divina,* lib i. "Ut de legibus loquar Christianorum." *De ecclesiae dominio,* lib. i. "Christi ecclesia est ejus sponsa." *Summam intellectualium,* lib i. *De dominio divino,* lib. i. "Quoniam plerique pseudo-glossatores." *Ad quaesita regis et concilii,* [an. 1 Ric. ii.] lib. i. "Dubium est utrum regnum Angliae." Ms. bibl. Bodl Mus. 163. f. 59. *Responsiones ad objecta,* lib. i. "In principio protestor publice." *Caeremoniarum chronicon,* lib. i. "Alexander papa ordinavit primum." *De papa Romano,* lib. i. "Pro eo quod haec insolita dissensio." *De nequitiis ejusdem,* lib. i. "Sicut noster Dominus Jesus Christus." *In prophetiam Hildegardis,* lib. i. "Beata virgo Hildegardis, cujus dia,

α β γ Vide Ms. Worsley p. 13.

tum leguntur, et praesertim illa vernacula in plebis gratiam scripta°. De ejus libris quod ultra

" haec." *De origine sectarum*, lib i. *De eorundem perfidia*, lib i. " Ut Scripturas destruant, solicite. *De perfectione evangelica* lib. i. " Primo, fratres dicunt suam religio-" nem." Inter haereses, etc. J. Wiclev. 267.——9. abstracti ex libello suo *De perfectione statuum*. Mf. Twini Ā. 217. *Excusationes ad P. Urbanum* [de non veniendo ad citationem suam ann MCCCXLIV.] lib. i. " Gaudeo plane detegere " cuique fidem." Mf. in bibl. Bodl. Muf. 163. f. 76. a. Mf. Lamb. 104. *De gradibus cleri*, lib. i. " Videtur au-" tem sanctis doctoribus." *De clericorum ordinatione*, lib i. " Quia sacerdotium ordinatur a Deo." In Mf. C. C. C. Cantabr. sub C. vi. Angl. titulus est, *For the ordre of priesthode*. Pr. " For the ordre of priesthode is ordeyned." *De officio pastorali*, lib. i. " Cum duplex debeat esse officium." *De humanitate Christi*, lib. i. *Super poenitentiis injungendis*, lib. i. " Pro eo quod curatorum officium sit." *De hypocritarum imposturis*, lib. i. cap. xii. " Attendite a fer-" mento Pharisaeorum." Anglice Mf. C. C. C. Cantabr. sub C. vi. *De blasphemia contra fratres*, lib. i part. 3. " Referunt, quod tria sunt, quae." Angl. Mf. bibl. Bodl. Arch B. 83. Pr. " Hit is seide, that 3 thinges stourblen." *De simonia sacerdotum*, lib i. " Heu magni sacerdotes in " tenebris." Ex hoc libro xxiv haereses et errores J. Wiclevi abstracti sunt. Mf. Twini Ā. 217. *Ordinaria laicorum*, lib. i. *De trino amoris vinculo*, lib. i. *De Christianorum villicatione*, lib. i. " Redde rationem villicationis, " etc. My dere frendes, ye shuln." Ita Mf bibl Univerf. collegii N 4. hujus princ. part. ii. Mf ejusd. Pr. (Anglice) Mf. Bodl. Laud. F. 12. *De remissione fraterna*, lib. i. " Si autem peccaverit in te frater." *Constitutiones ecclesiae*, lib i. *Defensionem sui contra impios*, lib. i. " Evangelii " praedicationem lites." *De censuris ecclesiae*, lib i. " Quan-" tum ad excommunicationem." *De obedientia praelatorum*, lib. i. " Praelati sacerdotes et alios accusant." Angl. " Praelatis sclaunderen pore prestis and other." Mf. C. C. C. Cantabr. sub C. vi. *Contra consilium terrae motus*, lib i. *De charitate fraterna*, lib. i. " Primum cum quolibet " homine qui." *De purgatorio piorum*, lib. i. " Dona " eis, Domine, requiem sempiternam." *De ecclesia catholica*, lib. i. " Sunt sacerdotes, qui certis rationibus." *De solutione Satanae*, lib. i *De ministrorum conjugio*, lib. i. " Fuit in diebus Herodis sacerdos." *De religiosis privatis*, lib. i. " Omnes Christiani in spiritus fervore." *De perverso antichristi dogmate*, lib. i. " Cum puri concionatores " doceant." *Conciones de morte*, lib. i. " Beati qui in Do-" mino moriuntur." *Concordantias doctorum*, lib. i. *De peccatis fugiendis*, lib. i. " Dum fides nos doceat malum " quodlibet." *De statuendis pastoribus per plebem*, lib. i. *De spiritu quolibet*, lib. i. *Joannes a Rure contra fratres*, lib. i. " Ego Joannes a Rure Deum verum." *De ordine sacerdotali*, lib. i. " Quia presbyterorum ordo instituitur." *Omnis plantatio*, lib. i. *De seductione simplicium*, lib. i. " Septem sunt quibus decipiuntur." *Impedimenta evangelizantium*, lib. i " Primum cum boni homines doceant." In Mf. C. C. C. Cantab. sub C. vi titulus est, *Hou Antechriste and his clerkes feren trewe prestis fro preching of Cristes gospel by four deceits*. Pr. " Firste, thei seyn that prech-" ynge." *Ad regem et parliamentum*, lib. i. " Placeat " serenissimo regi Ricardo." *Pro amplexando Evangelio*, lib. i. " Orant Christiani reverenter." *Si quis sitit*, lib. i. *Pro egentibus presbyteris*, lib. i. " Sunt causae, quae ur-" geant pauperiores." *Daemonum astus in subvertenda religione*, lib. i. " Ut omnipotens Deus." *De falsatoribus divinae legis*, lib. i. " Postquam interpretes subdoli." *Christus alius non expectandus*, lib. i. *De pontificum Romanorum schismate*, lib i. " Ob inauditas lites inter." In Mf. Bodl NE. B. 2. 4. habetur magister Joh. W. . . . *De schismate*. Pr. " Quoniam ista monstruosa dissentio inter " papas." Forsan est idem opusculum? *De ultima aetate ecclesiae*, lib. i. " Sacerdotes, proh dolor! versantes in." *De Satanae astu contra fidem*, lib. i. " Media multa dia-" bolus quaerit." *De Christianorum baptismo*, lib. i. *De operibus corporalibus*, lib. i. " Si certus esset homo quod " in." *De clavibus regni Dei*, lib. i. *De clavium potestate*, lib. i. *De insolubilibus*, lib. i. *De apostasia*, lib. i. *De homine misero*, lib. i. *De immortalitate animae*, lib. i. *De fide Evangelii*, lib. i. *Collectiones contra Dominicanos*, lib. i. *De physica naturali*, lib. i. *De intentione physica*, lib. i. *De una communis generis essentia*, lib. i. *De essentia accidentium*, lib. i. *De necessitate futurorum*, lib. i. *De materia coelestium*, lib. i. *De temporis quidditate*, lib. i. " Tractatus magistri Joh. Wycliff *De tempore*," cap. xiii. Pr. " In tractando de tempore sunt," extat Mf. in eccl. cathedr. Lincoln. A. 9. *De temporis ampliatione*, lib. i. *Metaphysicam novellam*, lib. xii. *Metaphysicam vulgarem*, lib. i. *De centro infiniti*, lib. i. *Responsiones argumentorum*, lib. i. *Contra Bynhamum monachum*, lib. i. Errores J. W. xi extracti sunt de libro suo responsorio *Ad argumenta monachi de Salley*, et ix. *De libro suo responsorio ad argumenta Strodae*. Mf. Twini. Ā. 221. *Ad* xiv *argumenta Strodae*, lib. i. *Contra monachum de S. Albano*, lib. i. *Contra Petr. Stokes Carmelitam*, lib. i. *Contra monachum Dunelmensem*, lib i. *Replicationes et positiones*, lib. i. *De bullis papalibus*, lib. i. *De defectione a Christo*, lib. i. *De quintuplici evangelio*, lib. i. *De quaternario doctorum*, lib. i. *De quidditate hostiae consecratae*, lib. i. *De ordine Christiano*, lib. i. xiii haereses sive errores extracti sunt ex hoc libello J. Wiclevi. Mf. Twini Ā. 218. *De ritibus sacramentorum*, lib i. *Positiones varias*, lib. i. *De veritate et mendacio*, lib. i. Vide supra in *Speculo militantis ecclesiae*. *De praevaricationae praeceptorum*, lib. i. *Dialogorum suorum*, lib. i. *De vera innocentia*, lib. i. *De unico salutis agno*, lib. i. *De fide sacramentorum*. *De sacerdotio Christi*, lib. i. *De sacerdotio Levitico*, lib. i. *Determinationes quasdam*, lib. i. *De praescito ad beatitudinem*, lib. i. *De unitate Christi*, lib. i. *De ente universali et attributis divinis*. Mf. coll. Trin. Cantabr. 326. Transtulit etiam in linguam vernaculam *Vetus et Novum Testamentum*. Habetur ista versio Mf. in bibl. coll. Emanuel. Cantab. 102. (in quo codice nota hanc versionem ex vulgata Hieronymi concinnatam esse anno MCCCLXXXIII. indicat) uti et in bibl. Cotton. Claud. E. 2. et in bibl. regia Westmon. 1. A. iv. x. 2. xii. B. ix. C. viii. ix. ut et in Lambethana, xxv et ccclxix et DXXXII et in collegii Sionensis Londinatis. Versio Novi Testamenti Mf. extat in bibl. publ. Cantab. 225. Exemplar omnium pulcherrimum in bibl. Norfolc. ii vol. fol. *Clementis Lanthoniensis Harmoniam Evangelicam*, lib xii. " S. Augustinus dicit." Mf. penes Ric. Chiswell, bibliopolam Londinensem, et in bibl. Norfolc. Extat etiam in bibl. reg. Westmon. 17. C. xxxiii. 1. et 17. D. viii. Item Mf. in bibl. colleg. Eman. Cant. Anglica *Totius fere Missae translatio, una cum decalogo, aliisque quibusdam ad pietatem spectantibus*. " Mihi cursim eam perlustranti Wiclefum " autorem habuisse visa est. Certe eadem conscripta est " manu, qua versio totius Scripturae ibidem asservata." Whart. Usser. p. 436. In Mf. Lamb. 594. est *Praefatio ejus ad Clem. Lanthoniensem*. Praeter libros supra memoratos, extant etiam *Bulla Gregorii P. ad Universitatem Oxon. contra Joh. Wiclef, cum protestatione et responsione ejusdem Wyclevi ad eandem bullam*. Mf. olim penes Tho. Allen. aul. Glocest. Oxon. *Epistola mag. Joannis Wycliff sub ignota nomine edita ad provocandum alios theologos in suis quaestionibus sibi adquiescere*. Pr. " Cum secundum apost. ad " Hebr. xi." Mf. bibl. Bodl. . . . *Collectanea ex plurimis Wiclevi scriptis, tum Latinis tum Anglicanis per Ric. James*. Mf. in bibl. Bodl. 3. 12. *Expositio Anglicana in evangelia Dominicalia* (a manu recenti Wiclevo ascripta) Pr. (1 post Trin.) " Homo quidam, etc Crist telles in this parable." Mf. Bodl. Laud. H. 16. et Mf. bibl. reg. Westmon. 18. B. ix. 1. *Homilies upon the epistles and gospels*. Mf. Cantab. coll. Trin. 326. *Super tres lib. meteoror*. Mf. olim in bibl. mon. Syon. *Super* viii *lib. Physic.* ib. *De peregrinatione*. ib. *Epistola ad ducem Lancastriae*. ibid. *De materia schismatis*. ibid. In bibl. reg. Westmon. praeter libros modo recitatos sequentes extant: *The dedis of merci bodili and gostli*. Mf. 17. A. xxvi. 4. *Feith, hope, and charite*. ibid 5. *Foure thingis, that neden to man*. ibid. 6. *The visitation of sick men*. ibid. 7. *Epistle to simple priests*. 17. B. xvii. 6. *Treatise of the church*. 18. B. ix. 3. *Homily on Galat.* iv. 1—7. ibid. 5. In Mf. Twyni Ā. 222. extant Quatuor haereses sive errores J. W. abstracti de suo libello *De versutiis pseudocleri*.

° Joh. Baleus in *Add.* Lel. Mf. Trin. ita loquitur: " Ut " paucis concludam super ingenti Wiclevicorum librorum " numero; plusquam centum et quinquaginta Wiclevi " tractatus vidi, partim Latine, partim Anglice editos, " praeter diversorum librorum translationes, quorum ti-" tulos, numeros, et initia in posteriori meo *Catalogo*, Do-" mino vitam durante, ponam. Et centum per solos titu-

" los

ſcribam, non habeo; ut neque an digni ſint, qui a Chriſtianae religionis veris cultoribus perlegantur. Doctorum theologorum in hac re judicium, potius quam noſtrum valeat [p]. Ego, quod reliquum eſt, docebo: nempe Bohemos quoſdam Iſiacum ſtudiorum cauſa veniſſe, poſteaque in patriam Vicoclivi libros ſecum tranſtuliſſe, quibus ita docti juxta ac indocti delectabantur, ut ſubito magno ſchiſmati, ſeditioni, tumultibus, denique et bellis fomenta miniſtrarent. Hinc nata eſt occaſio, ut placita cum provincialis tum generalis concilii ſevere decernerent Vicoclivi oſſa exhumanda et igni committenda [q]; cujus tragoediae cataſtrophen ne haec quidem noſtra aetas vidit: qualis autem futura ſit, ſolus Deus novit, cui Vicoclivum judicandum relinquo [r]. [s] *Trialogus Joannis Wiclif, continens* [*continet* Mſ. Trin.] iv *libros* [t]. *Trialogum* appellat, quod tres inter ſe ratiocinentur; videlicet, Alithia, Pſueſtis, et Pronefis [*Phroneſis*, Mſ. ibid.] Scripſit et *Supplementum trialogi*, libellum aculeatum in clerum et epiſcopum Romanum. *Speculum militantis eccleſiae* [u], in quo veritas et mendacium loquuntur. *Epiſtola porrecta ſimplicibus ſacerdotibus ab Wiclivo* [w]. *Epiſtola porrecta archiepiſcopo Cantuar* [x]. *Quinque quaeſtiones ab amico fideli quaeſitae et ſolutae* [*a Joanne Wiclevo*, Mſ. ibid.] *per Jo. Wiclix* [y]. *Libellus de domino et ſervo* [z] [*ſeu de* Mſ. ibid.] *contrarietate duorum dominorum* [a]. *De diabolo et ejus membris* [b]. *Speculum ſecularium dominorum* [c]. *De ſervitute civili* [d], *et dominio ſeculari* [e]. *Speculum cleri Chriſti* [f]. Ex veteri codice, *Quaeſtiones Joannis Wigliff, numero* xxvi *argutae et eruditionis pleniſſ. Tractatus Joannis Wigliff de ablatis et reſtituendis* [g]. *Tractatus de excommunicatis et abſolvendis* [h], *et a quibus abſolvi debeant.* Erat et ibidem in indice *Libellus contra cruciatam* [i]. Gulielmus de Berton, cancellar. Oxon. recitat articulos Joannis Wigcliff, et publice eos condemnat, edito de iiſdem libello. Audita Simonis, archiep. Cantuar. morte, Joannes Wigclif Oxon. reliquit, et quendam a ſe edoctum Gul. de Swinderby, doctum concionatorem Leiceſtriae ordinavit; qui aliquandiu a plebe ibidem defenſus praedicavit, invito epiſcopo Joanne Lincoln. ſed poſtea concionator judicio ſtetit, praeſente Rogero de Friſby, Franc. Joanne Hinkeley, Auguſt. Thoma de Blakeſton. Praed. Gulielmus Swinderby, palinodiam cecinit in Lincoln. eccl. poſtea abjuratus anno D. MCCCLXXXII. 11 die Julii. Ex *Lelando.*

" los reperi, quos etiam apud veteres autores, tam ejus " amicos quam aemulos, in diverſis bibliothecis legi. Hos " quoque ſuis in locis, et alia, ſi adhuc advenerint, prae- " cedentibus adjungam." [p] Accuratam dogmatum Wicleviancrum cum hodierna eccleſiae Anglicanae doctrina concordiam fuſe demonſtravit prolixa Wiclevi *Apologia Anglico ſermone* edita Oxon. MDCVIII 4to. vir doctiſſ. Tho Jameſius. (Whart.) In *Determinatione ſua de Domino*, contra quendam fratrem J. Wicl haec habet: " Ego tan- " quam humilis et obedientialis filius Romanae eccleſiae " proteſtans me nihil velle aſſerere, quod ſonaret injuriam " dictae eccleſiae, vel rationabiliter offendere pias aures." Mſ. Twini ℞ 501. Extat tract. qui inſcribitur, *An apology for John Wicklif, ſhewing his conformity with the now church of England; with anſwer to ſuch ſlanderous objections as have been urged againſt him by fr. Parſons, the apologiſts, and others; collected out of his written works in the Bodleian library, by Tho. James, keeper of the ſame.* Oxford MDCVIII. 4to. [q] Magiſter Johannes Wicliff Anglicus per D. Thomam Arundel, archiepiſcopum Cantuar fuit poſt mortem ſuam excommunicatus, et poſtea per doctorem in S. theol Oxoniae, ſc. magiſtrum Ricardum Fleminge, Ebor. dioec. et tunc epiſcopum Lincoln. fuit exhumatus, et oſſa ejus combuſta, et cineres in aquam juxta Lutterworth projecti fuerunt, ex mandato P. Martini v. Ita nota in Mſ. *Cronico* Ivonis Carnot. Vide R James *Coll.* viii. 134. et Leland. *Coll.* ii p. 371. [r] De Wiclevo, vide quae habet Johannes Whethamſtede in *Granario* Mſ. Cotton. Nero. C. vi Bal vi 1 Cave *Append.* per Wharton. a p. 50. ad p. 55. Blunt. *Cenſura* p. 309. Wood *Hiſt. et Antiq. Oxon.* i. p. 186. etc. Freheri *Theatrum*, p. 80, 81. Fuller, *Ch. Hiſt* iv. 140. 170, 171. [s] Totum hoc uncis incluſum deeſt in impreſſo. [t] *Dialogorum* lib. iv quorum primus divinitatem et ideas tractat; ſecundus univerſorum creationem complectitur; tertius de virtutibus, vitiiſque ipſis contrariis copioſiſſime loquitur; quartus Romanae eccleſiae ſacramenta, ejus peſtiferam votationem, Antichriſti regnum, fratrum fraudulentam originem, atque eorum hypocriſin, variaque noſtro aevo ſcitu digniſſima perſtringit. Prodierunt hi dialogi iſtoc titulo inſigniti, liquidis ſatis characteribus alicubi in Germania impreſſi anno MDXXV. 4to. fol. 175. Habetur exemplar unicum in bibl. collegii S. Trinitatis apud Cantabrigienſes. Cav. Whart Vide Rymer. *Foeder.* vol. vii. 806. Hi dialogi iidem cum *Trialogo*, uti conjectura eſt. Pr. *Trialog.* " Cum locutio ad perſonam, " multis." " Viginti haereſes ſive errores J. W. in *Tria-* " *logo*, et iſte liber continet libros iv partiales." Mſ. Twini Ā. 218. deinde immediate ſequuntur xv errores ejuſdem Johannis abſtracti de ſuo *Dialogo.* [v] Lib. ii. " Cum " identitas mater ſit faſtidii" [w] Ep 1. " Videtur " meritorium bonos colere." [x] Epit i. " Venera- " bilis in Chriſto pater." [y] Ep. 1. " Quidam fi- " delis in Domino quaeret." [z] *De dominis et ſervis*, lib. ii. " Servi primum juſte ac libenter." [a] Lib i. " Sicut eſt unus, verus et ſummus." [b] Lib ii. "Prout " omnipotens Deus in Trinitate." Sex errores e tractatu J. W. *De diab. et membris*, i. e de papa et fratribus, ſecundum gloſſam ſuam. Mſ. Twini Ā. 220. [c] Lib. i. " Cum " veritas fidei eo plus rutilet." [d] Lib. i. " Cum " ſecundum philoſophos ſit relativorum." [e] *Determinatio contra monachum quendam de civili dominio*, lib. i. " Aperta eruditio legis." " Latine, qua adverſus mona- " chum probat reſignationem coronae et vectigalis ſolven- " di ſponſionem a Joanne, Angliae rege, pontifici Ro- " mano olim factam, in praejudicium regni Angliae cede- " re non debere, neque regem impraeſentiarum obligare." Cav. Whart. Mſ. in bibl. Lambeth 537. Et Oxon in bibl. publ. Mſ. Bodl. Super N. 2. Art. 9. Item Mſ. in Arch. Seld B. 10. Mſ. olim penes Th. Allen. Confer. Oxonienſia Mſs. cum deſcriptione Whartoni. Mſ. Seld. l. c. alia quaedam habet. " xliv. errores ſive haereſes ex libro " J. W. *De dominio civili*, et continet iii libros partiales." Mſ. Twyne Ā. 220. [f] Per Dialogum, lib. i. " Sed " adhuc arguitur, ſi clerus ſit." " Quatuor haereſes ſive " errores J. W. abſtracti de ſuo libello *De verſutiis pſeu-* " *docleri.*" Mſ. ibid 222. [g] *De ablatis reſtituendis*, lib. i. " Quaeritur primum, utrum omnium rerum" [h] *De excommunicatis abſolvendis*, lib. i. " Quoniam ſub " poena excommunicationis." [i] *Papae*, lib. i.

[a] WIGENHALUS [THOMAS] ſive VIGENHALUS, ſectae Praemonſtratenſis imitator, eo loco literis incubuit, quo majorum religio coenobiolum, Divae virgini et matri ſacrum, Deirami

[a] Thomas Wigenhalus Vide Mſ. Lel. Trin. *Cant.* ii 457.

Nordo-

apud Nordovolcas posuit. Collegerat [b] hic nescio quam narratiuncularum farraginem, visam potius, quam a me lectam [c]. Ex *Lelando*.

[b] Scripsisse fertur, *Historiam sui coenobii*, lib. i. *Miracula Mariae in eodem loco*, lib. i. Inter Mss. cl. Harlaei pix. xxxv. B. 32. extat liber, cui titulus, *Speculum juratorum*: cujus auctor fr. Tho. Wygnate, canonicus de West Derham, et perpetuus vicarius ecclesiae S. Trinit. Cantabr. bacc. in decretis. [c] Claruit anno MCCCCLXX. Bal. viii. 41. Pitf. p. 660.

WIGHARDUS, sive VIGEGARDUS [a], Anglus, suo saeculo commendatissimus, a literis laudem merito tulit magnam. Vixit Duroverni Cantiorum, quae urbs tunc academiae prae se ferebat speciem; tandemque Ecberto, Cantiorum regi, recte cognitus eam facile inivit gratiam, ut mortuo Theodato, Cantiano archiepiscopo, ipse in metropolitana succederet dignitate. Agebat igitur, persuadente Osuuio, Transabrinorum rege, qui tunc apud Cantios hospes erat, ut, comparatis in usum necessariis, Romam peteret, infulasque de more acciperet. De hac profectione libellus, qui de *Vita Theodori archiepiscopi* inscribitur, haec refert: "Wighardus presbyter, vir doctissimus, de "gente Anglorum, ab Ecberto, rege Cantiorum, et Osuuio, rege Nortabrinorum, Romam missus, "ut in archiepiscopum consecraretur, peste cum suis Romae sublatus est [b]." Beda in libro *De abbatibus sui monasterii* haec eadem refert; unde et conjectura justa, ea, quae prius attulimus, inde fuisse translata. Ex *Lelando*.

[a] Wighardus (Mf. Leland. Trin.) Cantius. Pitf. Wighardus, presbyter; in *Vita S. Sexburgae*, apud Leland. *Coll.* ii. p. 152. [b] Obiit Romae anno DCLXIV. Bal. xiii. 53. ex Lelando. Pitf. *App.* p. 918.

WIGMORUS, HOMELIARIUS a sequentibus homeliis dictus. Scripsit *Sermones per adventum*, lib. i. "Ecce rex tuus venit tibi." Videbat Baleus in officina Ric. Grafton. *Sermones per totum annum*, lib. i. Bal. xi. 4. Pitf. *App.* p. 918.

WIKES [THOMAS] sive WICCIUS, natus apud Wickam, villulam nunc depopulatam inter parochiam S. Thomae et Binsey (A. Wood. Mf. xxix. 220.) canonicus ordinis S. Augustini in coenobio Osneiensi. Proposuit sibi imitandum Gul. Novoburgensem, quem videtur continuare (*Praefat.* Galaei.) Scripsit *Chronicon Angliae ab A.* MLXVI *ad A.* MCCCIV (MCCCXLVII. Mf. Cotton. Tiber. ix. 6.) lib. i. "Anno incarnationis Domini nostri." Edidit Galaeus inter *Histor. Anglic. scriptores quinque*. Oxon. MDCLXXXVII. fol. p. 21. Mf. ἀκέφαλον Mf. Bodl. Digby 168. *Historiam abbatum de Osney*, lib. i. "A. D. MCXXIX, regnante Henrico i." *Commendationes vini*, lib. i. "Syncerum mihi dede merum." *Increpationem gulae*, lib. i. "Prandens in mensa ventris." Omnia haec Mss. vidit Baleus in coenobio fratrum Augustinianorum Gorlestonae. Sub nomine THOMAE DE WYK extat *Fallaciarum* lib. i. "De sophistis, etc. Quaeritur an sophistica sit scientia?" Mf. Bodl. Digby 204. Claruit A. MCCCIV. Sepultus est Osneiae. Bal. iv. 72. Pitf. p. 379. Quem Pitseus, *App.* p. 917. Thomam Wicket, historicum Anglum nominat, qui *Chronica quaedam de rebus Anglicis* scripsit, eum eundem cum Thoma Wikes esse arbitror.

WILCOCKS [THOMAS] vel WILCOX, in coll. Oxon. S. Johannis philosophica et theologica studia excoluit, et facundus verbi divini minister inclaruit. Scripsit *Exposition on the book of Canticles, or Solomon's song*. Pr. "Before we come to open this booke, something." Lond. MDLXXXV. 4to. *Exposition on certain verses of the* viii *chapt. of the Romans, namely upon vers.* 18—23. Pr. "Amongst many evidences." Lond. MDLXXXVII. 8vo. *Short and sound commentary on the Proverbs of Solomon*. Pr. "This whole booke (as I take it) may be." Lond. MDLXXXIX. 4to. *Exposition on the whole book of Psalms*. Pr. "The penners of the Psalms were divers." Lond. MDXCI. 4to. Hos quatuor *Commentarios* Joh. Burges rursus typis mandavit, Lond. MDCXXIV. fol. *Summary and short meditations touching certain points of Christian religion*. Lond. MDLXXIX. 8vo. *Concordance or table containing the principal words and matters, which are comprehended in the New Testament*. Lond. MDLXXIX. 8vo. *Answer to Banister the Libertine*. Lond. MDLXXXI. 8vo. *Glass for gamesters; and namely for such as delight in cards and dice, wherein they may see not only the vanity, but also the vileness of those plays plainly discovered and overthrown by the word of God*. Lond. MDLXXXI. 8vo. *Form of preparation to the Lord's supper*. Lond. . . . 8vo. *On the substance of the Lord's supper, shortly and soundly set forth*. Lond. MDLXXXI et MDLXXXVIII. 8vo. *Comfortable letter for afflicted consciences, written to a godly man greatly touch'd that way*. Lond. MDLXXXIV. 12mo. *Three large letters for the instruction and comfort of such as are distressed in conscience*. Lond. MDLXXXIX. 8vo. *Narration of a fearful fire at Wooburn in Bedfordshire*. Lond. MDXCV. 8vo. Transtulit in Anglicum *A catechism*. Lond. MDLXXVIII. 8vo. *Written by John Fountein*. *Three propositions; the first on John* i. *vers.* 1—5. Lond. MDLXXX. *Written by John Calvin*. *Treatise of the church, wherein the godly may discern the true church from the Romish*. Lond. MDLXXXII. 8vo. *Writt. by Bertrand de Loques*. *Discourse of the true visible marks of the catholick church*. Lond. . . . . 8vo. *Writt. by Theod. Beza*. *Two sermons on the sacrament of the Lord's supper*. Lond. MDLXXXVIII. 8vo. *Writt. by Theod Beza*. *Bertram the priest concerning the body and blood of Christ*. Lond. MDLXXXII. 8vo. *Meditations on Psalm* ci. Lond. MDXCIX. 8vo. *Writt. by Phil. Mornay lord of Plessis*. *A work concerning the trueness of Christian religion*. Lond. MDCIV. 4to. Hunc librum Philippi Mornay dom. de Plessis ex Gallico transtulerat dom. Phil. Sidney, sed imperfectum reliquit Arthuro Goldingo corrigendum; hujus editionem Tho. Wilcocks revisit, correxit, et adauxit. Claruit A. MDXCIX. *Athen. Oxon.* i. 301. seq.

WILKINSON [GULIELMUS] artium magifter, et S. theol. ftudiofus, ac ludimagifter Cantabrigienfis. Scripfit *A confutation of certain articles delivered to the Family of love.* Pr. ded. Rich. Cox. epifc. Elien. "Wyfe Solomon the fonne of K. David." Lond. MDLXXIX. 4to. Epiftola data eft Cantabrigiae Sept. 30, MDLXXIX. *A godly treatife of the exercife of fafting.* Pr. ded. dominae Paget et Edv. Carie. "When the lyon rooreth, the lambe." Lond. MDLXXX. 8vo. Dedicatio data eft e domo fua pauperi apud S. Buttolphum juxta Alderfgate 28 April. MDLXXX. *Fafti Oxon.* i. 116.

WILKINSON [JOHANNES] tranftulit, ex Hifpanico in Anglicum fermonem, *Ludovici de Avela commentarios belli Germanici tempore Caroli* v. Pr. ded. tranflat. Edwardo comiti Derbienfi. "Giftes be commonly gyven to." Lond. MDLV. 12mo.

WILFRIDUS [a], Tranfabrinae regionis non moritura fama, ab ipfis pueritiae annis animum erga literas mire propenfum femper habuit. Hanc bonam in puero indolem Eanfleda regina, uxor Ofwii, regis Nortabrinorum, exofculata eft, et illum quatuordecim annos natum, educandum docendumque ad monachos Lindisfarnenfeis mifit. Lindisfarna infula eft, a Linde fluviolo ita nomen capiens; ut a Farna, infula ejufdem nominis, fed minori, alia effe dinofcatur: quae et alias a vulgo *Halig Eiland*, id eft, facra infula, propter fanctitatem monachorum antiquitus in illa vitam degentium, vocatur. Nec longe diftat a Bebba, five Banburg, caftro nobiliffimo, ut neque ab oftio Tuedi fluminis, quod Scottos ab Anglis dividit. Hic optimis literis et moribus cum recte inftitutus [b] fuiffet, poft aliquot annos Eanfledam revifit; indicans fibi effe in animo, ut Romam difcendi gratia petat. Regina alumno annuit, literifque commendatiffimum ad Erconbertum, Cantiorum regulum, tranfmifit. Ille, dato honefto viatico, et nobili comite, cui nomen erat Benedictus Bifcop, vel, ut Latine loquar, Epifcopius, juvenem itineri longo accinctum dimifit. Tum vero maturabat adolefcens, nullum remittens diem, donec Lugdunum veniret; ubi a Delphino [c], ejufdem urbis pontifice, detentus eft; Benedicto Epifcopio, comite fuo, coeptum iter continuante. Non tamen longum cum Delphino ceffavit, quamvis viro nobili, et ejus convictum modis omnibus ambiente, quin Romam, honefto viatico donatus, recta pergeret: ubi praeceptore ufus eft Bonifacio, archidiacono Rom. fub quo cum poft paucos annos in ftudiis pulchre profeciffet, et praecipue in obfervatione Pafchali, Delphinum revifit: quem paulo poft Bathildae, reginae Galliae, fatellites impie trucidaverunt. Wilfridus tam dirum abhorrens fcelus, patriam ftatim, eloquentia, prudentia, apoftolica denique doctrina inftructiffimus, repetit; et Alfrido, Ofwii regis Northumbriae filio, fe totum dedicavit. Regius autem juvenis, annuente patre, curavit, ut Stenofordiae Brigantum locum condendo coenobio aptum acciperet. Wilfridus jam presbyter ab Agelberto, Geviffforum epifcopo, factus, et rurfus majori liberalitate, expulfis Scottis in Pafchali celebratione errantibus, Ripenfe monafterium, in margine Schellae fluminis fitum, obtulit. Nec fic contentus princeps effecit, ut Wilfridus in epifcopum totius Northumbriae confecraretur ab Agilberto, Parifiorum antiftite. Quo facto, et novo antiftite Lutetiae Parifiorum diutiufcule manente, Cedda ab Ofwio rege, a malis inftigato, epifcopus Eboracenfis, neglecto Wilfrido, factus eft. Tulit ille injuriam, et, poft aliquantulum temporis, ad Ripodunenfe monafterium reverfus, privatam vitam egit. Quo tempore ufus eft Ethelwolphi, olim difcipuli fui, familiaritate, tum qui in Farna poftea eremiticam vitam, proximus a Cutheberto duxit. Deinde Cantios accerfitus revifit; apud quos manfit, donec a Theodoro [d], archiepifcopo Cantiae, Eboracenfi ecclefiae, extrufo Cedda, dignitati reftitueretur: ita quieti redditus, bafilicam Eboracenfem, olim inchoatam, abfolvit. Coenobium Haguftaldunenfe, ubi et fedes epifcopalis in ripa Tini fluvii, condidit, et D. Andreae dedicavit: fed, pro facinus indignum! confpirante Ermenburga, uxore Ecfridi, Nortabriae regis, iterum epifcopatu pellitur, et fortunis omnibus fpoliatur. At ftatim a Tibba et Ebba, monitu Ceolredi regis, ad Mercios invitatus eft. Quid ego nunc commemorem, ut exul bis Romam petierit? ut Frifiis evangelium praedicaverit? ut, favente Chentvino rege, Auftrofaxones ad fidem converterit, conftituta in Ceolefega infula fede epifcopali? ut a Cadwaladro Britanno, rege potentiffimo, acceptus et remuneratus fuerit donatione praediorum in Vecta infula? aut ut tempore Ofredi, regis Northumbriae, dignitati fuae (ante a rege Eadulpho rogato repulfam paffus) jam fenex reftitutus fuerit? Beda, qui ejus vitam fcripfit xviii cap. quinti libri *Hiftoriae* fuae, Stephanus [e] etiam et Fridegodus, qui libros *De ejus vita* ediderunt, ille foluta oratione, hic carmine [f], abunde, quae a me omiffa funt, omnia oftendunt [g]. Hoc unum fupereft, quod nec filentio praetereundum; nempe illum edicta Pharenfis fynodi uno libello, altero quoque canonicam Pafchae obfervationem pofteritati, devicto Colmanno, commendaffe [h]. Pharos, ne hic dubites, lector, monafterium eft Eboracenfis provinciae, fitum in Ifcae fluminis oftio; quod Saxones vulgo STREONESHAULC, recentiores autem Witby

[a] Wilfridus Ripponenfis. [b] Sub aufpiciis Ceddae monachi, regis confiliarii et camerarii. Godw.

[c] Wulfino. Idem. [d] Theodorus is, qui Wilfridum depofuit, et iterum reftituit, natione Romanus monachus, Tharfis Ciliciae natus eft, et ob Graecae Latinaeque linguae egregiam peritiam magnus audiit. Sedit Theodorus annis 22. Videfis de eo Parker. *Antiq. Brit.* p. 53.

[e] Stephanus is eft, qui Heddius appellatus eft, cujus *De Wilfridi vita commentarii* prodierunt Oxoniae A. MDCXCI. Opus fane eft miraculis plenum, ea ftyli fimplicitate contextum, ut nihil fupra: vix tamen in eo aliquid, quod hiftoriam hujufce gentis illuftret, reperies, nifi quod fynodos Anglicanas, earum mores et decreta parce aliquando attigerit. [f] Ejus fcripfere *Vitam* Stephanus et Fridegodus, ille foluta oratio, hic carmine. Mf. Lelandi Trin.

[g] Odo etiam, archiep. Cantuarienfis, fcripfit *Epiftolam*, quae Fridegodi de Wilfrido carmini ipfius juffu confcripta apponitur. Extat Londini MDCXCI. *Wilfridi Vita* a Fridegodo confcripta extat apud Mabillon in *Actis Ben. Saec.* v.

[h] Scripfit Wilfridus *De Pafchae celebratione*, lib. i. *De clericorum tonfura*, lib. i. *Edicta Pharenfis fynodi*, lib. i. *Epiftolas*, lib. i. *De regulis monachorum*, lib. i.

Witby appellant. Floruit sub Oswio, Ecfrido, Alfrido, et Osredo, Northumbriae regulis; obiit[i] autem post quartum receptae dignitatis annum; et tumulatus est a Baccula abbate [Aavonae valli, hospes Cuthebaldi abbatis Medhamstedensis[k]] in Ripodunensi monasterio Eboracensis provinciae. Successit Tattebertus, ejus comes individuus, in praefectura Ripodunensi. Acca vero fit episcopus Hagustaldensis, Bosa Eboracensis. Ex *Lelando.*

[i] Obiit 12 Octobr. DCCXI, in monasterio suo apud Undalum juxta Stanford, anno aetatis 76; primum in ecclesia Ripponensi tumulatus, postea vero anno DCCCCXL ossa ejus Cantuariam per archiepiscopum Odonem translata sunt. Godw. Epitaphium ejus videsis apud eundem. Vid. Bal. i. 83 Pits. p. 119. seq. Godw. p. 8 seqq Bed. v. 20. Malmsb. *De pont.* lib. iii. [k] Haec linea omissa in edit. Lelandi Oxon. MDCCIX. vol. i. p. 105.

WILLEIUS [RICHARDUS] sive WILLS, in occidentalibus Angliae regionibus natus, in schola Winton. literis grammaticalibus imbutus, et inde ad collegium Novum transmissus fuit. Antequam autem gradu ornatus esset academico in exteras regiones trajecit, et Galliam, Germaniam, ac Italiam perlustravit. In academia Moguntinensi gradu magisteriali insigniebatur. Rhetoricae professor fuit in academia Perusina. Scripsit *Poematum ad Gul. Baronem Burghleium summum Angliae quaestorem.* Pr. ep. "Numquam ego illorum ingenia." Lond. MDLXXIII. 8vo. *De re poetica disputationem.* Pr. "Quanquam certo mihi persuadeam." Ibid. *In suorum poematum librum scholia, ad custodem, socios, et pueros collegii Wiccam. apud Winton.* Pr. "Difficile studium, Wiccamici." Ibid. Claruit A. MDLXXIV. *Athen. Oxon.* i. 181.

WILLES [RICHARDUS] generosus. Scripsit *Observationes de navigatione in Persiam ex ore Arth. Edwards.* Pr. "When he first came." Hackl. edit. Lond. MDXCIX. fol. vol. i. pag 392. *Of the island of Japan, and other little isles in the east ocean.* Pr. "The extream part." Hackl. vol. ii. P. ii. p. 80. *A treatise for capt. Furbisher's passage by the north west.* To the countess of Warwick. Pr. "Four famous ways." Hackluyt, vol. iii. p. 24. Translulit ex Italico in Anglicum *Reports of the province of China.* Pr. ded. dom. Eliz. Morysin. "Our Indian readings." Pr. "This land of China is parted." Hackl. vol. ii. P. ii. p. 68. Recognovit et auxit *Volumen navigationum* primo editum per Ric. Eden; quod typis mandavit Lond. MDLXXVII. 4to. Pr. ded. comitissae Bedford. "All studies have their special times." dated Lond. 4 Jul. MDLXXVII. *An abridgment of P. Martyr, his* v vi vii *and* viii *decades, particularly of Cortesius, his conquest of Mexico, by R. W.* Pr. "The first four decades."

WILLIAMS [ROGERUS] filius Thomae, patria Monumetensis, in collegio Aenei Nasi (ut videtur) Oxoniae studiorum philosophicorum curriculum emensus est. Sed Martem Musis anteponens, militiam sub duce Alvensi in Belgio fecit. Summa fortitudine, tribuni munere functus. A. MDLXXXVI a regina Elizabetha dignitate equestri ornatus est. Scripsit *The actions of the Low Countries.* Pr. "The state of Spain, as I said in my Discourse of their discipline, is governed." Lond. tempore reg. Elizab. et MDCXVIII. 4to. Vid. How's *Continuat. Stow.* p. 806. *A brief discourse of war, with his opinion concerning some part of martial discipline.* To Rob. earl of Essex. "Most honourable lord, having busied myself." Lond. MDXC. 4to. *Discourse of the discipline of the Spaniards.* Hunc citat in *Gestis Belgicis,* p. 126. Obiit Londini, et 23 Decemb. MDXCV magno cum honore in ecclesia S. Pauli London sepultus est. *Athen. Oxon.* i. 281.

WILLIAMS [THOMAS] Cambro-Britannus, in academia Oxon. in collegio Aenei Nasi in studiis humanioribus enutritus. Scripsit *Dictionarium Latino-Britannicum:* quod multorum annorum opus, imperfectum reliquit corrigendum et addendum doct. Joh. Davies, qui divulgavit A. MDCXXXII. Claruit A. MDC. *Athen. Oxon.* i. 307. Lhuyd *Arch. Brit.* p. 264.

WILLIAMS [THOMAS] e Templo Interiori, prolocutor comitiorum regni. Extant *Praelectiones ejus quadragesimales 3 et 4 Phil. et Mar. in 35 Hen.* viii. c. 6. *Of jurours.* Pr. pr. "When "God created man at first." Lond. MDCLXXX. 8vo. Claruit A. MDLVIII. *Praefat.* editoris. Vid. Dugd. *Orig. Jurid.* Carmen cujusdam Thomae Williams praefixum est Gul. Alley *The poor man's library,* A. MDLXXI. f.

WILLIBALDUS[a], quem Trittemius, Anglicarum rerum ignarus, Scottum fuisse, sed sine autore, scribit, homo fuit multae virtutis, juxta ac eruditionis, et qui monasticam vitam, spretis mundi illecebris, lubenter secutus est. Cumque jam in illo vivendi genere pedem promovisset, novo quodam peregrinandi ardore totus conflagrans, recta[b] se contulit ad Winfridum, postea Bonifacium dictum; qui statim peregre profecturus erat, ut Frisiis, et vicinis Germaniae gentibus Christi fidem praedicaret. In hac tam omnibus modis sancta expeditione comes individuus Bonifacio adhaesit, multa ingenii et industriae signa certe praeclarissima ostentans. Unde cum Bonifacius postea a Gregorio secundo, pontifice Romano, archiepiscopus Maguntinus et legatus Germanicus designatus fuisset, Willibaldum tam arcta sibi adjunxit amicitia, ut illi graviora negotia concrederet; et docendi provinciam, quam ipse jam senio gravis recte obire non poterat, committeret. Quae ille omnia tam solerter, tam strenue, tam etiam diligenter curavit, ut postea a Bonifacio primus Eistetensi ecclesiae episcopus destinaretur. Quid ego hic, quae sunt notissima, scriberem, quo pacto, accepta pontificis autoritate, orientales Francos, Bagvarios, Sclavos, Saxonesque docuerit, et ad catholicam

[a] Willibaldus Devonius patria, S. Bonifacii Moguntinensis ex sorore Bonna nepos, et aliquando discipulus. In monasterio Waldheimensi sub abbate Egiwaldo educatus. Cave. [b] "Antequam in Germaniam ad Bonifacium "se contulit, Romam et Hierosolymam profectus est, et ad "monast. Cassinense rediit; dein anno DCCXXXVIII, a "papa missus est in Germaniam ad opem subsidiariam "Bonifacio ferendam." Cave.

catholicam fidem multos perduxerit? aut quo pacto plebi fidem, quam verbis praedicavit, exemplis honestae vitae commendaverit? Interea Bonifacius Frisios repetens, evangelium Christi praedicavit non sine fructu; ubi tandem ab impiis occisus est. Perculit hic ensis Willibaldi quoque animum: sed quid faceret? certe quod corrigere non potuit, quanquam aegre, tulit tamen; unumque hoc, quod maximum potuit, praestitit. Luculento namque libro, cujus mihi ante aliquot annos copiam fecit Talbotus meus, vir insigniter eruditus, *Bonifacii* praeceptoris sui *Vitam* [c] *et illustria facta* commendavit. Si quid praeterea scripsit, ut certe scripsisse [d] arbitror, aut tempus obliteravit, aut in Germania latet. Claruit [e], regnante Offa, Merciorum potentissimo principe, in Anglia; Carolo autem Gallos et Germanos gubernante [f]. Ex *Lelando*.

[c] Lib. i. cap. x. Pr. pr. "Praecepto piae paternitatis "vestrae." Mſ. Cotton. Tiber. D. iii. Pr. l. "Illustrem "ac vere beatum." Mſ. in bibl. Fuldensi. Extat apud Canisium, *Antiq. lect.* tom. iv. par. ii. p. 341. et apud Surium die 5 Junii. Cum *Bonifacii epistolis* Mogunt. MDCV. MDCXXIX. et Mabillon. *Saec. Bened.* iii. par. ii. p. 1. Ingolst. MDCIII. 4to. [d] Scripsisse etiam tradunt *Vitam Walburgae sororis*, lib. i. *Epistolas ad monachos*, etc. lib. i.

[e] Obiit nonis Julii, anno Christi DCCLXXXI, aetat. 77, et in sua ecclesia Eystetensi sepultus est. Bal. ii. 16. Pits. p. 155, 156. Cave. p. 488. [f] *Vita* sive potius *Hodoeporicon S. Willibaldi*, primi episcopi Aichstadiani, scripta a consanguinea S. Willibaldi sanctimoniali Heildenheimensi, extat apud Canisium, *Ant. lect.* tom. iv. par. ii. p. 475. *Vita* ejus (autore, ut videtur, Reginoldo) extat ibidem p. 693.

WILLIBRORDUS [a], qui et CLEMENS Vilgisii filius, ac Transabrinae regionis alumnus, a parentibus suis traditus est Ripodunensis coenobii monachis, ut, una cum castae vitae exemplis, bonas imbiberet literas. Quam ille propinquorum suorum curam tam alte imis reponebat sensibus, ut, contempto rerum strepitu et pompa, monasticae vitae praeceptis se totum addixerit; ita tamen, ut prius, insigni quadam diligentia, latam sibi ad doctas artes viam patefecerit. Quanto vero in pretio fuerit, vel ex his verbis, quae scriptor ejus vitae refert, manifestissime deprehenditur: "Erat omni "dignitate praeclarus, statura decorus, facie venustus, corde laetus, ore jucundus, consilio sapiens "simul et providus, et in omni opere Dei strenuus." Haec ille. At postquam in Ripodunensi monasterio aliquandiu, idque strenue, virtuti studuisset, de arctiori vivendi genere cogitavit. Tantum est teneris assuescere ab annis. Hiberniam igitur petiit (sic enim de more suo Beda Scottiam appellat, quod Scotti ex Hibernia in Britanniam commigrassent) ubi Ecberto et Wiberto, Anglis, claris natalibus ortis, sed solitariam vitam procul a patria degentibus, socium se adjunxit: nec dubium id quidem, quin Deus aliquis, ut ex successu facile apparebit, ita voluerit. Nam, exactis in Scottia, ut quidam scribit, annis duodecim, animum ad rem Christianam promovendam adjecit. Praedicaverat Withebertus circiter idem tempus evangelium Frisiis, genti tum incredulae, tum durae cervicis: sed post biennium, tanto labore parum aut nihil succedente, in Scottiam rediit. Senserat hoc Willibrordus, et manum populo de salute periclitanti admovere cupiens, collectis cum undecim comitibus, tum aliis rebus tam sancto negotio necessariis, recta in Frisiam navigavit. Convolavit itaque turba magna, ut novum apostolum, Christi praecepta addocentem, audiret. Venit et Rathbodus, ejusdem gentis regulus, humanitatis non levia signa ostentans. Erat tamen simplici plebe in retinendis idolorum cultibus pertinacior: illa etenim tonitru et fulmen sanctae praedicationis tacito venerebatur pectore. Jactis in hunc modum verae religionis seminibus, Frisianus ager coepit spem aliquam frugis promittere; et Willibrordus in Italiam [b], autore Pipino ab eo baptizato, profectus est, consulturus cum Sergio, pontifice Romano, de ratione culturae suae; a quo ibidem episcopus consecratus est, novoque vocabulo Clemens [c] dictus: cujus facti et Beda in Zenone imperatore ita meminit: "Sergius ordinavit venerabilem virum Willibrordum, cognomento Clementem, Fresonum genti apostolum; in qua usque hodie pro aeterna patria peregrinus (est enim de "Britannia gentis Anglorum) innumerabilia quotidie diabolo detrimenta, et Christi facit augmenta." Interea Pipinus Francus, Caroli Magni pater, cogitabat, quibus modis Willibrordum, jam pontificem factum ornaret: redeuntem igitur ad se, agris ad victum necessariis donavit. Tum praeterea Carolus Viltaburgum, alias Trajectum, pro sede episcopali [d] ei designavit. Ille autem utroque laetus munere, Frisios repetiit gentesque vicinas, messurus cum foenore semen, quod terrae ante mandaverat. Fuit haec messis sub principium utcunque foecunda; sed post paucos annos usque adeo excrevit, ut copiae cornu recte dici potuerit. Denique, ne quid summae felicitati Christianae religionis, undique per vicinas gentes [e] emicantis, deesset, totos triginta sex [f] annos, nulla unquam officii sui parte cessans, episcopatum gubernavit. Quo longo tempore si quid lolii in sulcis paroecorum [g], aut vicinorum suorum excrescebat, statim eradicavit. Ut nihil loquar de canonibus et decretis, ad rem ecclesiasticam pertinentibus, quae scripto edidit, utpote a posteris religiose observandis [h]. Sunt haec fere [i] ex quarto libro *Historiae ecclesiasticae* Bedae decerpta. Tu modo Frisia, terra felix, una mecum assurge, et apostolo, cui tanta debes, applaude. At si quem modo juvat omnia Willibrordi egregia facinora, ejusque vitae seriem ab extero autore perdiscere, legat Servasii Aedicollii, Agrippinatis, librum, quo res ab illo gestas carmine vere heroico, hoc est, magnifico et canoro, posteritati consecravit [k]. Ex *Lelando*.

[a] Willebordus Clemens, in territorio Ripponensi natus, (Bal. Pits.) natione Scotus, secundum Dempsterum et Camerarium; Hibernus, secundum Gasp. Bruschium. Ware. Vide *Vitam* ejus per Alcuinum lib. ii. apud Canisium.

[b] Anno DCXCIV. Bal. [c] In ipso S. Clementis festo ita rebaptizatus. Bal. [d] Archiepiscopali, Bal. Ware. Pits. [e] *regiones*, Mſ. Trin. pro *gentes*. [f] Quadraginta sex. Bale. [g] *praeconum*, male impress. Lelandus.

[h] Scripsit Willebordus *Ecclesiasticos canones. De sua peregrinatione. Homilias. Epistolas.* [i] *omnia*, Mſ. Trin. addit. [k] *Vitam* ejus carmine scripsit Alcuinus. Ita Baleus. Dubium tamen an carmine tota; quia Wareus citat quaedam soluta oratione ex hac *Vita*. Obiit A. Ch. DCCXXXIX (Bale) aliis DCCXXXVI, uti Wareus; aetatis suae 81, et ordinationis 46, et in coenobio Epternacensi, a se fundato, humatus jacet, Bale. Bal. ii. 5. Pits. p. 140. War. p. 108.

WILLOX

WILLOX [JOHANNES] Scotus (Dempft. 667.) Lutheranarum doctrinarum fectator, Knoxii collega, fynodo Edinburgenfi damnatus. Scripfit impia quaedam, lib. i. Claruit A. MDLIX. Dempft. xix. 1193. Vid. Leflae, lib. x. *Hift. Scot.* p. 547.

WILSONUS [NICOLAUS] natus juxta Beverleiam in comit. Ebor. in academia Cantabrigienfi educatus, ubi ad gradum doctoratus in S. theologia admiffus fuit. A. MDXXVIII, 7 Octob. collatus ad archidiaconatum Oxon. *Reg.* Joh. Longland epifc. Lincoln. Fuit confeffor regis; et difputationes habuit cum Latimero. Fox. 1 edit. p. 1343. 1317. Rector erat ecclefiae S. Thomae Apoftoli London. et recufans juramentum de jure fucceffionis recognofcendo A. MDXXXIV, una cum Fifhero et Moro turri Londin. mancipatus eft; attamen paulo poft juramentum hoc praeftitit et liberatus eft. Fox. 1056. Hollinfh. iii. 937. Mori *Opp. Anglica*, p. 1429. 1443. Fuit vicarius ecclefiae de Thaxtede Lond. dioec. quae vacabat A. MDXXXIV, 9 Febr. per ejus privationem. *Reg.* Stokeflie. A. MDXLII, 14 Dec. collatus ad praebendam de Haxton in ecclefia S. Pauli London. *Reg.* Bonner. Habuit etiam ecclefiam S. Martini Outwich, quae vacabat per mortem ejus MDXLVIII, 8 Jun. Ibid. Scripfit *Epiftolam Chriftiano lectori praefixam concioni Johannis Roffenfis habitae Londini eo die quo Lutheri fcripta combufta fuere.* Pr. "Ufque adeo infenfus eft nobis." Seorfim primo edidit *Concionem* iftam Fifheri, et hac *Epiftola* ornavit Cantabr. MDXXI. 4to. Extat inter *Opera* J. Fifheri Wirceburg. MDXCVII f. 1372. *A book againft the divorce to K. Henry* viii. Parif. . Inter Mori *Opp. Angl.* p. 1444. Claruit A. MDXXI. Vide Fifheri *Opera*.

WILSONUS [THOMAS] patria Lincolnienfis, collegii Regalis Cantabrig. alumnus, Henrici et Caroli Brandon, ducum Suffolciae praeceptor. Romae erat tempore reginae Mariae A. MDLVIII, ubi ab inquifitoribus incarceratus pro duobus libris *De logica* et *rhetorica* (*Praefat.* ad fec. edit. *Rhetoricae.*) Fuit libellorum fupplicum magifter unus, xenodochii S. Catharinae juxta turrim Londinenfem cuftos, procurator cleri Wigorn. in fynodo MDLXII; legatus in Belgium A. MDLXXVI. (Mf. Harl. xxxiii. C. 9.) et tandem A. MDLXXIX, decanus Dunelmenfis renunciatus. Fuit legum doctor, primarius regni fecretarius, et reginae a fanctioribus confiliis. Scripfit *Epiftolam de vita et obitu duorum fratrum Suffolcienfium, Henrici et Caroli Brandon.* Pr. "Anglia olim ter felix, "Anglia." Lond. MDLII. 4to. Ubi etiam habentur *Carmina* hujus Wilfoni. Extat una cum *Epitaphiis* in eofdem Gr. et Lat. confcriptis et ab eo collectis et editis cum ded. Henr. duci Suffolc. Pr. "Quoniam omnis vita noftra" In *Rhetorica* fua exemplum habet de genere orationis demonftrat. in laudem horum fratrum Anglice. *The art of rhetoric*, lib. i. "To John Dudley earl of Warwick. When Pirrhus king of the Epirotes made." MDLIII. MDLX. (huic editioni nova addita fuit *Praefatio*) MDLXVII. MDLXXXV. 4to. *The rule of reafon, containing the art of logick*, lib. i. "To king Edw. vi. If my power and ability were as." Impr. primo temp. Edw. vi. dein Lond. MDLXIII. MDLXVII. MDLXXX. 4to. *Difcourfe upon ufury.* "To Robert earl of Leicefter. The "Stoick philofophers, right honourable." Lond. MDLXXII. 4to. MDLXXXIV. 12mo. *De vita et rebus geftis Demofthenis.* Pr. "Demofthenes, being father to Demofthenes." Ad finem tranflat. *Orat. Demofthen.* Lond. MDLXX. 4to. *In Juelli mortem carmen Latinum.* Pr. "Qui mihi carus "erat." Ad finem *Vitae Juelli* per Humfredum. *De clementia orationem panegyricam ad reg. Elizab.* Pr. "O felix regnum! O felix Britannia!" Mifit eam ftrenae loco reginae Elizabethae. Mf. bibl. reg. Weftmon. 12. A. L. *Epiftolam Lat. Thomae Hatchero* praef. *Lucubrationibus* Gualt. Haddon. Lond. MDLXVII. 4to. *Epiftolas tres ad Jo. Parkhurft.* Mf. Norwic. More 125. *Epiftle to Dr. Barth. Clark*, MDLXXVII. Strype in *Vita Grindal.* 239. Tranftulit e Graeco in Anglicum. *Demofthenis tres orationes ad Olynthiacos et quatuor Philippicas.* Pr. ded. tranfl. Dom. Will. Cecill. "Great is the force of vertue." Lond. MDLXX. 4to. Praefixit *Praefationem* in laudem Demofthenis; teftimonia veterum de Demofthene; defcriptionem brevem Athenarum et Graeciae. Ita teftatur *Epigr.* Thomae Hatcheri praefix. tribus Olynthiacis et quatuor Philippicis Demofthenis tranfl. in Latinum a Nic. Carro Mf. Norwic. More 102.

Haec eadem patrio Thomas fermone polivit
Wilfonus, patrii gloria prima foli.

In edita Carri verfione Demoft. Lond. MDXXI. 4to. praefixum eft *Carmen* (vii diftich.) hujus Thomae in Demofthenem Graecum, Carrum Latinum, et feipfum interpretem Demofthenis e Graeco in Britannum fermonem. Aliud *Carmen* Latinum (xi diftich.) ante editionem tranflationis Britannicae habet interpres. Extat Thomae Wilfoni, an noftri an alius pro comperto haud habeo, *Expofition on the Pfalms*, MDXCI. 4to. *Expofition on the Proverbs*, MDLXXXIX. 4to. Obiit menfe Junio A. MDLXXXI, et fepultus eft in ecclefia S. Catharinae juxta turrim Londinenfem. Bal. ix. 82. *Fafti Oxon.* i. 98.

WILTON [GULIELMUS] collegii Baliol. Oxon. focius et doctor, in qua facultate tamen nefcit Pitfeus. Scripfiffe fertur *Quaeftiones de anima*, lib. i. Mf. in bibl. Baliol. Hae ab A. Wood adfcribuntur Thomae de Willeton, quem confulas *Hift. et Antiq. Oxon.* lib. ii. p. 74. *Super priora Ariftotelis*, lib. ii. *Super ethica*, lib. x. Pitf. *App.* p. 860. Quidam Gul. Wylton, fcholaris collegii Regalis Cantabr. electus MCCCCLXXXVII. Hatcher, Mf. Inett. procurator academiae MD. Mf. Inett. decretorum doctor praefentatus ad ecclef. de Lomplefham dioec. Wellen. 12 Aug. MDIII. A. Wood. Mf. C. 107. et A. MDVI, 12 Mart. collatus ad cancellariatum in ecclefia Sarum. Alius Will. Wylton archidiaconus Cleveland occurrit 33 Henr. vi. Dodfw. 123. Alius fuccentor ecclefiae Litch. MDXVII. Mf. Afhmol. 864. 74.

WILTON [JOHANNES] senior, frater heremita Augustinianus, primo Parisiis, postea in coenobio sui ordinis Oxon. bonarum literarum studiis invigilavit, ubi S. theol. professor, et in dicto coenobio praelector publicus fuit. Scripsit *Lecturam Sententiarum*, lib. iv. *Sermones hyemales*, lib. i. " Sicut in die honeste ambulemus." *Serm. quadragesimales*, lib. i. " Memor esto unde excideris." *Serm. aestivales*, lib. i. " Quae sursum sunt quaerite non." *Serm. de sanctis*, lib. i. " Simili poena " afflictus est servus." *In priora Aristotelis*, lib. ii. *In posteriora* quoque, lib. ii. *In ethica ejusdem* lib. x. *Determinationes theologiae*, lib. i. *Quaestiones et lecturas*, lib. i. Claruit (Bal.) obiit Oxoniae (Pits.) A. MCCCX. A. Wood. Ms. Pits. eum condemnationi quorund. articulorum Oxoniae A. MCCCXIV interfuisse dicit. Bal. iv. 84. Pits. p. 395. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 117.

WILTON [JOHANNES] junior, monachus Westmonasteriensis. Scripsit partim prosa, partim carmine, *De beneficiis Dei* (rhythmis) lib. i. " Jesu Christi celeri meditatione." *Stimulum compassionis* (carm.) lib. i. " Jam nunc matri virgini anima." *Horologium sapientiae per modum dialogi inter Discipulum et Sapientiam*, lib. ii. Lib. i. habet capita 16. ii. 8. " Sentite de Domino in boni- " tate." Ms. bibl. Bodl. Laud. D. 16. Ms. Bodl. NE. E. ii. 18. In cujus Ms. principio datur nota h. m. " Author hujus libri dicitur fuisse fr. Henr. Snyl. ordin. praedicat. de Constantia." H. Herp. *De tempore*, serm. vii. Possevino tamen in *Apparatu*, tom. i. f. 732. dicitur Henricus Suso sive Amandus. Tam exactus theologus fuit, inquit Baleus, ut ob opus illud quod sub *Horologii* titulo edidit, cum veteribus ipsis conferri pene possit. *Homelias* quoque, lib. i. Claruit A. MCCCLX. Bal. vi. 17. Pits. p. 495.

WILTON [THOMAS] socius collegii Orielensis Oxon. et S. theologiae doctor, dein cancellarius D. Pauli London; et tandem (si Baleo et Pitseo fides) decanus. Sed de hoc decano tacet Whartonus, qui eundem esse censet cum Thoma Winterborn, LL. doctore, S. Pauli London. canonico, archiepiscopi Cantuar. commissario et decano S. Pauli A. MCCCCLXXI electo, qui obiit 7 Sept. MCCCCLXXVIII. Whart. *Episc. et dec. Lond.* 229. Scripsit *De validis mendicantibus nunquid sint in statu perfectionis*, lib. i. " Utrum viri validi ad corporales labores." Ms. Bodl. NE. B. 2. 4. 11. Bodl. Digby 75. *De visitatione cleri*, lib. i. *Petitiones orationis Dominicae*, lib. i. " Cognoscere debes " quae sunt." Claruit A. MCCCCLXX. Bal. viii. 32. Pits. p. 659. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. p. 107.

WILTONA [THOMAS de] collegii Baliolensis Oxon. socius. Scripsit *Quaestiones de anima*, lib. i. " Bonorum honorabilium, etc. An de anima potest." Ms. bibl. Bal. xci. Ms. Lang. Claruit ante A. MCCCLXXV. *Hist. et Ant. Oxon.* ii. 74.

WIMBLEDON [THOMAS] Extat sub ejus nomine *Concio apud crucem Paulinam, A.* MCCCLXXXVIII, *in Luk.* xvi. 2. Redde, etc. " Christe the author and doctor." Angl. Lond. MDLXXXVIII. 8vo. *Alia ibidem in Dominica quinquages.* A. MCCCLXXXIX. Pr. " Redde rationem " villicationis." Ms. in bibl. colleg. Sidn. Sussex. K. iv. 12.

WIMSLEY [JOHANNES] aulae Lateportensis Oxon. alumnus, A. MDXXXIII juris Caesarei baccalaureus, et A. MDXLIII archidiaconus Londinensis evasit. Edidit *Orationem in domo convocationis A.* MDLIII, *habitam*. Claruit A. MDLIII. *Fasti Oxon.* i. 54.

WINCHECOMB [THOMAS] patria Wigorniensis, ordinis S. Benedicti monachus in coenobio Eveshamensi, Oxoniae aliquot annos in studiis bonorum studiorum posuit. Historicus insignis. Scripsit *Chronicon sui coenobii*; quod in Ms. Cotton. Vitellius E. xvii. hoc titulo insignitur: *Nomina benefactorum, fratrum, et sororum viventium monast. Eveshamiae, scripta per fratrem Thomam de Wynchecomb praecentorem* A. D. MCCCCXLIV. Quaere tamen an reliqua in hoc codice Cottoniano extantia sint hujus Thomae collectanea? Bal. x. 93. Pits. *App.* p. 917.

WINCHELSEA [JOHANNES] patria Sussexiensis, consanguineus dom. Roberti Winchelsea archiep. Cantuar. Ab adolescentia Oxoniae studiis philosophiae et theologiae operam dedit, ubi socius collegii Merton. et tandem S. theol. doctor ac praelector publicus constitutus est. A. Wood. Merton. Ms. A. MCCXCIII, 13 cal. Octob. per abbatem et conventum de Eynsham ad ecclesiam de Wodeaton praesentatus, quam resignabat A. MCCXCIX. *Reg.* Oliv. Sutton Linc. A. MCCCIV, 11 cal. Dec. admissus praebendarius de Bytton in eccl. Sarum. A. Wood. Ms. C. 139. et A. MCCCXXI, 15 Febr. majoris partis altaris in eadem ecclesia. Ibid. 142. A. MCCCX, 5 non. Mart. canonicus Wellensis. *Reg.* Drokenesford Wellen. Et A. MCCCXXIII, 31 Mart. resignabat canonicatum de Barton. In senectute cucullum S. Francisci induit apud Sarisburiam, ubi ante completum probaticum annum obiit, et in ecclesia sui ordinis ibidem sepultus MCCCXXVI. Scripsit *Sermones festivales*, lib. i. " Omnis qui audit et credit." Ms. Bal. Glynn. *Super logicam Aristotelis*, lib. i. *Lecturas scholasticas*, lib. i. *Quodlibeta theologica*, lib. i. Bal. v. 11. Pits. p. 417. *Histor. et Ant. Oxon.* i. 87.

WINCHELSEA [RICHARDUS] sive VINCHELEGUS, ut colligo, Dominicanus, ex ea scriptorum secta fuit, qui res philosophicas et theologicas subtilius, quam fidelius discutiunt. Extat ejus volumen *Quaestionum*, ut vocat, *opinabilium* [a]. Ex *Lelando*.

[a] Lelandus in *Itinerario* suo, vol. vi. p. 60. de Richardo hoc ex bibliotheca praedicator. Londini dicit, quod fuerit quaestionista in philosophia et theologia; et quod extet *Recitatio quorundam opinabilium sine assertione, compilata per fratrem Richardum de Winkele, justum volumen.* Bal. xii. 90. ex Lelando. Pits. *App.* p. 899.

WINCHELSEGUS [ROBERTUS] adolescens [a] Isiaci inter Maridunenses [b] philosophiae operam

[a] " Oxonii in Mertonensi collegio," Ms. Lel. Trin.

[b] Ab Ant. Woodo hoc in dubium vocatur; et forsan Lelandus hunc Robertum pro Johanne Winchelsea (qui circa haec tempora in dicto collegio floruit, uti patet ex *Registris*)

[illegible] dedit; in qua cum jam bene profecisset, animum ad altiora adjecit. Quae ut facilius consequeretur, Lutetiam, urbem eruditis artibus florentissimam, profectus est; ubi multa industria, labore, vigiliis sacrarum literarum non vulgarem cognitionem assecutus est: usque adeo, ut tandem ibidem, idque magna cum celebritate, theologiam profiteretur: quod cum aliquandiu fecisset, Anglos suos repetiit. Et ecce statim redeunti fortuna blande arrisit, honorificoque excepit munere [b]. Nam archidiaconus Ostrosaxonum factus est, qua dignitate fortuna ad majora quasi praeludebat. Nihil mehercule fingo; si fingo, audacter me lector arguat. Hoc tempore, aut non longo post, Joannes Pechamus, Cantiorum archiepiscopus, fato concessit; et Eadveardus Longus, Anglorum rex, quo erat animi adfectu, Vuinchelsegum in archiepiscopum elegit. Ille maximo honore auctus, Perusium, nobilem Italiae civitatem, petere; ubi a Coelestino quinto pontificalibus infulis ornatus est. Domum postea reversus, Joannem Monemutensem, insignem theologum, ex praescripto Romani pontificis in episcopum Tavanum consecravit. Deinde omnem curam impendebat, ut optimo principi suo quam optima consilia daret [c]; ut adulatores et quietis perturbatores procul a palatio abigeret. Sic nusquam regi, plebi nusquam, aut officio suo, quamdiu vixit, defuit. Addo hoc ad coroniden, quod domi forisque multa scripserit; sed quae ego omnia hactenus non viderim. Sola etenim se mihi obtulerunt *Decreta provincialia* [d], ejus nomine edita [e]. Sed hic lector admonendus est alium Uvinchelsegum

Registris) intelligit. "Primis literarum elementis in acad. "Paris. imbutus, ubi tandem artium magister et totius acad. "rector evasit: —— inde ad Oxoniensem migrans urbem, "magister in theol. et mox academiae cancellarius renun- "ciatus est; postea archidiaconatum Essexiensem et canoni- "catum residentiarium in eccl. S. Pauli London. consequu- "tus est." Birchingt. Ecclesia de Wodeaton, infra archidiaconatum Oxon. vacabat per resignationem magistri Roberti de Winchelse 13 cal. Oct. MCCXCIII. in *Reg.* Oliv. Sutton. episcopi. [c] Galerum cardinalitium sibi oblatum respuit, ut magis ad negotia Britannicae ecclesiae regimen vacaret, ait Birchington. apud quem magnum hujus archipraesulis elogium videsis. [d] Horum tituli extant apud Pitseum. [e] Hujus archiepiscopi nomine edita sunt scripta sequentia: *Archiepiscopi Cantuar. literae comminatoriae contra Madocum, qui se dixerat Walliae principem, et complices suos.* In *Concil. M. Brit et Hib.* vol. ii. p. 202. seq. *Commissio ejus ad absolvendum venientes ad pacem regis.* Ibid. p. 203. *Statuta ejus de consistorio de arcubus Londoniarum.* Ibid. p. 294. seqq. *Literae ejus episcopo Bangorensi, ut celebret et oret pro terrae S. subsidio; nec non pro statu regis et regni.* Ibid. p. 213. *Literae ejus ad abbates exemptos de inthronizatione sua.* Ibid. p. 214. *Literae ejus de bajulatione crucis coram archiepisc. Ebor. in provincia Cant.* Ibid. p. 216. *Aliae ad excitandum populum ad orationes et eleemosynas, etc. pro quibusdam nobilibus et discretis ad partes Vasconiae et Franciae transmissis.* Ibid. *Literae ejus pro visitatione ecclesiae Cantuar.* Ibid. p. 217. *Responsio ejus ad petitionem universitatis Oxon.* Ibid. p. 218. *Consultatio ejus de praestando subsidio per clerum domino regi; vel non.* Ibid. *Litera citatoria ejus ad tractandum de remedio adhibendo contra pericula ecclesiae et regno imminentia.* Ibid. p. 219. seq. *Generalis denunciatio excommunicationis contra infringentes libertates ecclesiae in diversis casibus, et publicatio sententiarum prolatarum in diversis constitutionibus.* Ibid. p. 220. seqq. *Mandatum ejus de convocatione habenda.* Ibid. p. 224. *Literae ejus denunciationis fratribus praedicatoribus et aliis missae super compescendis confratribus a quibusdam excessibus.* Ibid. p. 228. *Mandatum ejus commissario Cantuar. ad colligendam decimam pro repulsa Scotorum concessam.* Ibid. p. 229. seq. *Commissio ejus episcopo Lincoln. data quod decimam exigat ante terminos assignatos propter imminens periculum.* Ibid. p. 230. *Mandatum ejus quod decanus de arcubus compellat rectores sui decanatus ad solutionem decimae contra Scotos.* Ibid. p. 230. *Literae ejus episcopo Dunelmensi super statu regni.* Ibid. *Statuta ejus in prima visitatione sua in capitulo Cant.* Incip. I. "De habitu "monachorum." Ibid. p. 244. seqq. *Mandatum ejus episcopo Norwicensi, ut mag. Hamonem de Gatele clericum suum, inducat ad faciend. exenium in curia Romana.* Ibid. p. 251. *Literae ejus magistro Ham. de Gatele ut revertatur ad curiam Romanam pro exenio faciendo summo pontifici et cardinalibus.* Ibid. p. 251. seqq. *Literae ejus domino papae super praesentatione* 2000 *marcarum ex parte praelatorum et cleri prov. Cantuar.* Ibid. p. 252. seq. *Literae ejus London. episcopo de revocatione gravaminum.* Ibid. p. 254. *Aliae ejus super publicatione revocationis gravaminum domino Cantuar. illatorum.* Ibid. p. 254. seq. *Aliae ejus episcopo London. quod inhibeat in sua dioecesi inclinationem ad benedictionem archiepiscopi Ebor.* Ibid. p. 255. *Mandatum ejus de admissione fratrum Minorum ad audiend. confessiones.* Ibid. p. 257. *Literae ejus super excessibus abbatis et conventus S. Augustini Cantuar.* Ibid. p. 259. seq. *Constitutio vicarii in spiritualibus generalis ab archiep. Cant. facta in absentia sua.* Ibid. p. 260. *Literae ejus abbati de Waltham super solutione* IV *denar. de marca domum suam contingente.* Ibid. *Certificatorium ejus papae factum super statu regni Scotiae.* Ibid. p. 261. seqq. *Literae ejus dom. papae super excessibus conventus S. Augustini Cantuar. post impetrationem exemptionis confectis.* Ibid. p. 263. seq. *Aliae ejus episcopo London super expositione negotii ecclesiae Cantuar. facienda clero suae dioecesis.* Ibid. p. 264. *Aliae ejus de admissione fratrum Praedicatorum ad audiend. confessiones.* Ibid. *Aliae ejusdem episcopo Lincoln. contra archiepisc. Ebor pro delatione crucis suae.* Ibid. p. 264. seq. *Aliae ejus episcopo London. super subsidio concesso archiepiscopo Cant. per clerum levando.* Ibid p. 265. *Litera ejus testimonialis de absolutione excommunicationis sententiam incurrentis.* Ibid. p. 267. *Certificatorium ejusdem papae missum super personali vocatione episcopi Dunelm. ad curiam Romanam.* Ibid. p. 267. seqq. *Literae ejus episcopo London. super compulsione subditorum suorum ad solutionem* IV *denar. de marca* Ibid. p. 269. *Epistola ejus consultatoria episcopo Lincoln. de poenis infligendis taxatoribus et collectoribus* XV *et super* IV *denar. levand. de marca.* Ibid. p. 270. *Ejusdem literae episcopo Eliensi responsales super* XV *solvenda regi*, etc. Ibid. p. 271. *Literae ejus Bartholomaeo de Ferentino super revocatione commissionis factae abbati S. Augustini Cantuar* Ibid. p. 272. *Aliae ejus episcopo London. super citatione facienda ad convocationem apud S. P. London.* Ibid. p. 273. *Aliae ejus Lincoln. episcopo super citatione contumacium in convocat. factis London.* Ibid. p. 273. seq. *Epistola ejus supplicatoria summo pontifici de novo creato, pro responso habendo super declaratione facta per praedecessorem suum*, etc. Ibid. p. 276. *Mandatum ejus priori fratrum Praedicatorum, quod moneat priorem Exon. quod non instet circa infirmationem mag. Henr. de Somersete, electi in decanum Exon.* Ibid. p. 277. *Constitutiones provinciales in concilio Mertonensi editae.* Incip. "De decimis et nutrimentis anima- "lium." Ibid. p. 278. seqq. *Constitutio ejus, quid parochiani invenire debent, et quid rectores.* Incip. "Ut paro- "chiani." Ibid. p. 280. *Alia ejus constitutio de juramento et obedientia sacerdotum rectoribus et vicariis, in eorum ecclesiis celebrantium faciendis; facta et edita in eodem concilio Mertonensi.* Incip. "Item statuimus et ordinamus quod presby- "teri stipendiarii." Ibid. p. 280. seq. *Mandatum ejus ne mercata, negotiationes, aut secularia placita teneantur in coemeterio ecclesiae de Newenham.* Ibid. p. 282. *Constitutio ejus de abjuratione concubinarum.* Incip. "Abjurationes au- "tem fornicariarum." Ibid. p. 283. *Literae ejus contra archiepiscopum Eboracen. ratione crucis.* Ibid. p. 284. *Constitutio ejus pro bono regimine curiae suae Cantuar. sc. super duobus statutis, quae inter se contraria videbantur.* Incip. "Vestra nos olim duxit discretio consulendos." Ibid. p. 303. seq. *Responsum ejus papae Clementi* V *missum.* Ibid. p. 328. *Anathematizatio facta in ecclesia Christi Cantuar. per dom. Rob. archiep.* A. MCCCX. Ibid. p. 401. seq. *Mandatum ejus de annulo cujuscunque episcopi decedentis archiepiscopo restituendo.* Ibid. p. 403. *Litera ejus directa collectoribus* III *obol. de marca, ut certam summam pro tunc liberent dictis personis.* Ibid. p. 408. *Alia ejus totius provinciae clero missa de veniendo ad parliamentum.* Ibid. *Mandatum ejus ad citandum absentes a concilio provinciali.* Ibid. p. 419. seq.

segum recentiorem, praenomine Thomam, fuisse ex nescio quo fraterculorum collegio[f], cujus nomine, nisi vitium sit librarii, *Quodlibeta* vidi in Gisoburnensi bibliotheca: *Commentarios* etiam *Super logicam Aristotelicam* apud Franciscanos Londini: ut omittam *Sermones*[g] ab eodem autore editos. Floruit, regnante Edovardo Longo. Diem obiit[h] circiter primos annos regni Edovardi Arvonii, exactis in episcopatu annis 19[i]. Ex *Lelando*.

[f] Forte Franciscanus frater Tho. Winchelsey, ordinis Minor. convent. Lond. ordinatus diaconus 4 Jun. MCCCXCV, et presbyter 17 Mart. MCCCXCVI. *Regist.* Braybrook episcopi Lond. Ad ostium capellae S. Mariae [in eccl fr. ord. Franc. Lond.] sub lapide plano jacet venerabilis pater et fr. Thomas Winchelsey, S. th. doctor, praecipuus procurator in magnis beneficiis hujus loci, qui obiit 18 Febr. A. D. MCCCCXXXVI. Mss. Cotton. Vitell. F. xii. Quidam Tho. Winchelsey erat monachus Cantuar. MCCCIII, et unus procuratorum capituli in concilio Lond. MCCCXI. *Reg.* Cant inter Ms Norwic. More f. 98. [g] *Festivales*. Pr "Omnis qui audit." Olim vidit Leland. in bibl. Francisc. Lond. *Col.* iii. 49. Hos Johanni Winchels. tribuit Baleus, Ms. Glynn. [h] Obiit Robertus Winchelsey anno MCCCXIII, Maii 11, Godw. 5 idus Maii dies obituarii Cantuar. p. 59. A. Dom. MCCCXIII. Birchingt. [i] Consecratus fuit A. Domini MCCXCIV, itaque sedit annos 19, aut circiter. Fortasse accuratius H. Prior: "Sedit annos 18, menses 8, dies 20." Vide excerpta de nostro Roberto in Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. p. 50. seq. Vide etiam Parkeri *Antiqu.* p. 301. seqq. Godw. p. 142, etc. Bal. x. 80. ex Lelando, Pits. p. 404. Robertus omnes suos libros ecclesiae Cantuar. donavit. Whart. *A. S.* tom. i. pag. 59. Extat ibid. tom. i. p. 73. *Epistola* Walteri archiepiscopi Cant. et suffraganeorum ad Joh. xxii papam de canonizatione ejus. *Epistola* regis Edvardi iii, ejusdem argumenti extat apud Rymer. *Foeder.* vol. iv. 272.

WINDIGNOTUS, historicus Anglus. Scripsit *Saxonum historiam*, lib. i. Hoc ex Mss. *Collectaneis* Gul. Hormanni colligit Baleus, sed quaerit annon sit idem cum Windichino, monacho Corbiensi. Bal. x. 54. Pits. p. 919.

WINFRIDUS[a], qui postea Bonifacius dictus, Trittemio Scottus; Beato Rhenano, libro *Rerum Germanicarum* secundo, Londinensis est. Ego vero Trittemio ignosco, qui de more suo multos ex Anglicis scriptoribus Scottos facit; et cum Rhenano sentio, ut qui cognitissimum habeam, Winfridum Anglum fuisse, at non perinde in agro Londinensi natum. Nam Joannes Grandisonus, episcopus Iscanus, in libro *De vitis sanctorum*, adfirmat eum Cridioduni fuisse natum[b]: est autem Domnoniorum oppidum sedes olim episcopalis, distatque ab Isca urbe celeberrima plus minus sex passuum millibus. Adolescens coelibatui se addixit, et Benedicti sanctiones in Exancestrensi monasterio amplexus est. EXANCESTER[c] autem a Saxonibus ea urbs dicta est, quam Ptolemaeus Iscam, a flumine ejusdem nominis praeterlabente, vocat; nec aliud sonat EXANCESTER, barbarum vocabulum, quam castrum positum super Iscam flumen. Hodie vero haec urbs, quemadmodum et antiquitus, Damoniae sive Devoniae provinciae caput est; et vulgo EXCETRE, elisa S litera in penultima syllaba, vocatur. Hic cum aliquandiu sub Wolfhardo abbate vixisset, data copia, Winbertum[d], Hundreschellensem abbatem, petiit; a quo post aliquot annos[e] impetravit, ut fidem, quam Willibrordus Anglus, cognomento Clemens, Trajectensium episcopus, Frisiis praedicaverat, tyrannide Rathbodi tantum non extincta, resuscitaret. Itaque Frisios et Rathbodum petiit, causam evangelicam movens, sed parum promovens. Domum igitur regressus[f], Danielem, episcopum Ventae Simenorum, consuluit de fidei negotiis; a quo postea literis Gregorio secundo, pontifici Romano, commendatus urbem petiit[g]; ubi multis modis animatus, iter in Thuringiam cepit, praedicandi evangelii gratia: qui labor illi felix faustusque fuit. Dum haec ageret, diem obiit Rathbodus, Frisiorum regulus. Unde nacta occasione, et candore fretus Pipini, ad Frisios reversus est; et senem Willibrordum in opere evangelico adjuvit. Neque hic sanctus labor cessavit: Hessiam usque profectus est, ubi sanctae fidei semina sparsit, quae postea in fructum uberrimum creverunt. Crevit etiam et ipsa fama et rerum bene gestarum gloria; usque adeo, ut Romam a Gregorio, ad quem Binnam nuntium fidelissimum praemiserat, per literas vocatus[h] sit, dignitateque pontificia ornatus, procurante Carolo Magno. Non tamen diu Romae fuit: Hessos etenim, jam suae curae commissos, et Thuringos revisit, quos tandem ad verum Christianismum perduxit: quin et Baugvarios persuasione fidei, favente Odilone duce, imbuit. Denique per totam fere Germaniam jam clarissimus factus, archiepiscopus[i] Maguntinus declaratus est, maximo cum plebis, tum principum applausu. Fuit hic honos illi inter mortales postremus. Inter haec senectus obrepsit; ille tamen non segnior factus, evangelium praedicat, ecclesias dirutas restaurat, novas aedificat, monasteriorum fundamenta jacet; unum in FRIDESLARE, Petro sacrum; alterum in Amanaburgo, Michaeli. Sed Frisii semper illius mentem occupabant, quos quam optimos esse Christianos cupiebat. Quare episcopale munus Lullo, alias Julio, discipulo suo, teste Gul. Meildunensi, commisit, Frisiamque adivit[k]; ubi cum quinquaginta tribus comitibus, ut scribit Hovedenus Anglus, occisus est[l], nonis Junii, anno peregrinationis suae 45, et episcopatus 36, anno a Christo nato DCCLIII[m]. Illud hujus esse fertur: "Aureos sacerdotes ligneis olim litasse calicibus, ligneos po-" stea aureis." Desideranti plura cognoscere Willibaldus, qui ejus *Vitam* scripsit, se offert. Ego igitur

[a] Wenefridus Bonifacius, Bale. Videsis *Vitam Bonifacii* per S. Willibaldum Hen. Canis. *Antiq. lect.* tom. iv. ejusque *Vitam* per Othlonem Fuldensem mon. Ibidem. [b] Anno DCLXX. Cave. [c] Pitseus ignoto nomine vocat *Aldescancester*. [d] Winbertum, Nuiscellensem abbatem, Pits. Cave. [e] Anno sc. DCCIV, ante 4 annos presbyter ordinatus, Cave. [f] Anno DCCXVI. Cave. [g] Anno DCCXVIII. [h] Anno DCCXXIII, ubi pridie cal. Dec. episcopus Germanorum consecratus est, et ei novum Bonifacii nomen impositum, Cave. [i] Anno DCCXXXII. [k] Anno MCCXXXVIII Romam tertium perrexit, Gregorium papam de rebus ecclesiae gravissimis consulturus. A. DCCXLII consilio Germanico, DCCXLIII Leptinensi praefuit, Cave. [l] Apud Bornae ripam, Bale. Doccum, Pits. Doccomium, Cave. [m] DCCLIV, DCCLV, Cave, p. 480. seq. Bal. ii. 13. Pits. p. 150. seqq. Vide Dempst. ii. 130.

igitur dicendi finem faciam; si prius ostendero pauca ex multis, quae ille, ut erat studiosissimus, scripsit. *Symbolum fidei suae* Gregorio secundo, pontifici Romano, dedicavit. Ex *Epistolis* [n] etiam, quas in Angliam missitavit, extat una ad Ethelbaldum [o], regem Merciorum, bene aculeata. Altera ad Cuthebertum [p], Cantiorum episcopum. Trittemius ait, scripsisse illum aliquot *Sanctorum* [q] *vitas*. Hoc constat, Frisios, occiso, spe potiundi thesauri, Bonifacio, excussisse ejus cistas et manticas omnes, nec aliud praeter reliquias et libros invenisse; quos illi nulla mora in vicinum fluvium projecerunt. Illa fuit Bonifacii libris dies ultima. Claruit sub Ethelbaldo, Merciorum rege, et Pipino, Francorum rege. Sepultus est in monasterio Fuldensi (curante funus Julio) quod ipse construxerat. Ex *Lelando*.

[n] Harum quaedam edidit Nic. Serarius Mogunt. MDCV. MDCXXIX. Aliae extant in *Bibl. Patrum*, tom. vi. et fere omnes *Bibl. Patrum*, tom. xiii. p. 70. Quaedam Ms. extant Cantab. in bibl. Publ. Ingolst. in bibl. publ. Viennae Austriae in bibl. Caesar. Ad S. Gallum in Helvetia, et in bibl. Dominican. S. Mariae super Minervam Romae. Cave. Pits. [o] Lib. i. "Domino charissimo, et in Christo." [p] *De reformatione cleri*, lib. i. [q] Sc. *S. Livini martyris*, lib. i. "Tempore quo Colmannus inclytus." Extat Mogunt. MDCV, MDCXXIX, et apud Mabillon. *Sacc. Benedict.* ii. p. 419. ab eo seniori cuidam Bonifacio, qui superiori saeculo floruisse dicitur, ascripta. *S. Lebvini monachi et aliorum sanctorum*, lib. plur. Scripsit etiam, *De religione sanctitatis*, lib. i. *Pro rebus ecclesiae*, lib. i. *Instituta synodalia*, lib. i. Extant apud Dacher. *Spicileg.* tom. ix p. 63. *De suis in Germania laboribus*, lib. i. "Per Dei gratiam "Germaniae." *De unitate fidei catholicae*, lib. i. *Contra haereticos*, lib. i. Ms. in bibl. Fuldensi. *De virtutibus et vitiis*, carmine, lib. i.

WINGFIELD [HENRICUS] scripsit *Praecepta de conservanda salute*, etc. Pr. ded. Will. Cicoll. "Having without any my desert enjoyed." Lond. MDLI. 8vo.

WINFREDUS, natione Scotus, episcopus sextus Merciorum A. DCLXXII consecratus, post biennium vero expulsus, ad monasterium Aetbarnense se contulit, ubi reliquam vitam egit. Vid. Bed. *Eccl. hist.* iv. 3. Scripsisse fertur *Sanctorum quorundam vitas*, lib. i. *Exhortationes ad clerum suum*, lib. i. Claruit A. DCLXXIV, Godw. p. 364. A. DCCXVI, Dempst. xix. 1175.

WINFREDUS alius, patria Scotus, canonicus regularis, dein in Galliam trajiciens Morinorum antistes evasit. Scripsit *Epistolarum* lib. i. Claruit A. DCCCCXLVIII. Dempst. xix. 1172.

WINOCUS, patria Britannus seu Scotus, patria relicta in Flandriam trajecit, ubi vitam monasticam egit ad fanum S. Bertini. Scripsisse fertur *Regulam ad fratres*, lib. i. Obiit A. DCCXVI. Dempst. xix. 1162.

WINTERBORN [GUALTERUS] patria Wiltoniensis, in civitate Sarum natus: frater ordinis Praedicatorum, ordinatus subdiaconus MCCXCIV, presbyter 12 kal. Martii MCCXCV. *Regist.* Ordinand. Oliv. Sutton. episc. Lincoln. S. theol. doctor, ordinis sui provincialis, regi Edw. i a sacris confessionibus, a papa Benedicto xi cardinalis creatus est, titulo S. Sabinae A. MCCCIV. Et vix 15 menses hoc ornatus honore ex Italia in patriam revertens in via fatis concessit Genuae, A. MCCCV, mense Septemb. corpus tamen Londinum deportatum magna cum solennitate tumulabatur. Scripsit, *Summam theologiae*, lib. iii. *De peccato originali*, lib. i. *Quaestiones theologiae*, lib. i. [Vide inter Opera Gualt. Jorsii, annon quaedam his occurrunt titulis insignita.] *Sermones coram rege*, lib i. *Exhortationes ad clerum Angliae*, lib. i. Bal. iv. 85. Pits. 389. Godw. ii. 170. Vide Pryn. iii. 1046. 1115.

WINTERHOP [THOMAS] Glascuensis, Parisiensis academiae alumnus. Scripsit *Moralis philosophiae compendium*, lib. i. *Apologiam pro Epicuro*, lib. i. Claruit A. MDLII. Dempst. xix. 1189.

[a] WINTERODUNUS [THOMAS] sive WINTERTONUS Augustinianus, ex illo theologorum numero, qui Isiacis in scholis quaestiones subtilius agitabant, non minimus; videns antiquos ecclesiasticae dignitatis ritus quorundam novis dogmatibus pessum ire, et praecipue venerabile illud Dominici corporis pignus a malae fidei hominibus, qui Wicoclivi insanam ac a bonis omnibus in hac parte merito detestandam doctrinam [b], labefactari: non censuit ulterius expectandum, quin statim ingrassanti pesti se opponeret. Utque maturius malo succurreret, aut totum potius tolleret, ipsum jugulum, id est, Wicoclivi de eadem re distorta argumenta petenda primum judicavit. Edidit itaque librum *De eucharistiae assertione* contra Wicoclivum [c], veterum haeresiarcharum sopitos cineres refocillantem; quem quoniam nuper in Paulina bibliotheca Londini reperi, putabam meas esse partes, ut in hoc *Catalogo* justum tam sancti operis autori honorem tribuerem [d]. Vixit regnante Richardo Burdegalo [e]. Ex *Lelando*.

[a] "Thomas Winterton, patria Lincolniensis, frater Au-"gustinianus coenobii Stanfordiensis, inde studiorum causa "Oxoniam transmissus, post multos annos in studiis sacris "ibi positos S. theol. doctor evasit." Bal. Pits. In Ms. Trin. ita: "Thomas Winterton, August. Stanfordiensis collegii." [b] *sectabatur* addit Ms. Lel. Trin.

[c] Qui tractatus dicitur, *Absolutio* (in Ms. Bodleiano) *super confessione Johannis Wicliff* (Ms. in bibl. reg. Westmon. 7. B iii. 6.) Item, *De corpore Christi in sacramento altaris* (Ms. Harl. xxxiv. A. iii.) lib. i "Sicut, testante apostolo "ad Romanos, cap. x. Oris confessio," etc. Ms. in bibl. Lumleiana, bibl. Bod. Mus. 163. f. 42. b. Bal. et Pits. duos faciunt libros; sc. [*De fide*, Ms. *Add.* Bal] *Super assertione eucharistiae*, lib. i. *Contra confessionem Wiclevi*, lib i. "Sicut, testante," etc. [d] Scripsit etiam *Disputationes theologiae*, lib. i. *Sermones per annum*, lib. i. [e] Claruit anno MCCCLXXXII. Bal. 67. Pits p. 538.

WINTONIA [HENRICUS de] forte collegii Novi Oxon. socius. Scripsit *Medicinales quaestiones super Isagogen Joannitii*. Pr. "Praesentis negotii est medicinales quaestiones" Ms. coll. Novi Oxon. 171. *Librum phlebotomiae*. Pr. "Propositum nobis est tractare breviter." Ibidem.

WINZETUS [NINIANUS] sive WINCHETUS, Glascuensis, ludimagister erat Lithgoae, sed religioni pontificiae addictissimus, patriae valedixit (Hatton) et Lutetiae philosophiae professor, dein abbas Scotorum Ratisbonae constitutus. Scripsit *Contra Buchanani dialogum de regno*, lib. i. *In D. Paulum commentaria*, lib. i. Ingolstad. MDLXXXI. 4to. Thin. ex Gesnero. *Epigrammata et alia poemata*, lib. i. *De rebus controversis*, lib. i. *Contra Jo. Knoxium*. Vid. Joh. Leslaei *Historiam* de hoc libro, et ex eo Fr. Thin. p. 463. Claruit A. MDLXIX. In vivis erat Ratisponae MDLXXXI. Nic. Bourn. *Disput.* t. 128. Dempst. xix. 1176.

WIREKER [NIGELLUS] [a] sive CANTUARIENSIS, monachus, Cantuariensis ecclesiae praecentor, vir multae lectionis nec minoris judicii, in re theologica eo tandem processit, ut non modo suo monachorum collegio ornamento et utilitati esset, verum etiam toti Britannico orbi. Praesertim cum praeter literas, quas plane non vulgareis habebat, tanta esset vitae puritate, honestate, sanctitate, ut non veritus sit scribere *De abusu rerum ecclesiasticarum*, vel ad ipsum Gulielmum Longocampanum [b], Elyensium episcopum, hominem omnium, quos sol tunc videbat, invidiosissimum. Nam dum invictissimus rex Ricardus in bello contra Saracenos, tanquam novus Hector, fulminaret; hic Gulielmus, principis in Anglia cancellarius, ac idem vicarius, tanta, ut suae satisfaceret pompae ac gloriae, tyrannide usus est, ut nobilibus, viris ecclesiasticis, et plebi intolerabilis esset. Pessimum hoc post natos homines exemplum, ut cardinalis, qui animae solam curam gereret, negligentia Ricardi, vices regis in medio rerum strepitu ostentaret. Sed haec extra lineam praesentis negotii: rectius libros a Nigello scriptos nunc recensebo: *Distinctiones super Novum et Vetus Testamentum* [c]. "Quatuor sunt regulae." *De abusu rerum ecclesiasticarum* [d]. "Sincere et "sine simulatione." *Excerptiones ex Guarnerio Gregoriano super moralia Job.* "Sublimitas [e]." Claruit sub Henrico secundo rege, et Ricardo ejus filio [f]. Ex *Lelando*.

[a] Nigellus Wireker dictus. Bal. Pits. Ms. Lel. Trin. Jacobi Thomasii *Disputatio de Nigello Wirekero*, Lips. MDCLXXIX, citatur a Placcio, i. 393. [b] Versus Nigelli ad Honorium priorem Cantuar. viz. *De ligno dulci*, *De monachis*, *Epistola paraenetica de S. Catherina*, *De virtutibus monachi*, *Epitaphium Emmae*, cum aliis. Pr. "In "quascunque manus pervenerit iste libellus." Ms. Cott. Vesp xix. 1. D. [c] Lib. i. [d] Ad Gul. Longchamp, episcopum Eliensem et cancell. Angliae. Ms. C. C. C. Cantab. v. [e] *Supernarum potestatum*. Haec tria olim in eccl. Christi Cant. viderat Lel. (*Coll.* iii. 8.) Scripsit etiam *Epistolam de Angliae statu*. Ms. Lambeth. 593. *Speculum stultorum*, lib. i. sub nomine Brunelli ad episcopum Eliensem. Pr. pr. carm. "Suscipe pauca tibi veteris." Pr. pr. pros. "Dilecto sibi in Christo fratri Willielmo." Hic prosaicus prologus in Ms. bibl. Bodl. Arch. B. 52 dicitur *Moralitas speculi Burnelli*, et ad finem scribitur. Ms. perg. fol. in coll. Omn. Anim. Oxon. G. iii. 14. Ms Bodl. NE. D. 2. 1. Et Ms. super A 1. Art. 40. 89. Et Ms. James. xv. Et Ms. bibl. Bodl. Arch B. 52. Et Ms. Gresham 23. et Ms. Franc. Bernardi 32. Extat Colon. MCCCCXLIX. 4to, et cum *Pseudo-Ovidio de vetula Guelpherbyti* MDCLXII. 8vo. *Ad eundem de eruditione praelatorum*. Pr. "Reverendo patri, "etc. Sincere et sine simulatione." Ms. Cantabr in coll. Corp. Chr. K. 17. Et Ms. Cotton. Titus A xx. cap. 24. Multa in hoc liberrime dicta contra luxuriam, ignorantiam, etc. ecclesiasticorum istius temporis, praelo digna. *De vitiis curatorum*, lib. i. "Sentire de Domino in bonitate." *Monita ad amicum*, lib. i. "Postquam tristis hyems Zephyro." *Adversus barbariem*, lib. i. "Si mihi credideris, linguam "cohibe." *Commentarios Numerorum*, lib. i. *Glossas in Joannem*, lib. i. "Principium nomen non est substantia di"vina." Ms. Bal. Glynn. [f] Claruit circa A. D. MCC. Bal. iii. 50. Pits. p. 270. Cav. ii. p. 401.

S. WIRO, episcopus Scotus. Scripsit *Ordinationes suae ecclesiae*, lib. i. *Epistolas ad Pipinum regem*, lib. i. *Ad fratres Odiliae*, lib. i. Claruit A. DCCLVII. Dempst. xix. 1167.

WISBICH [GULIELMUS de] scripsit *Homiliam* et *Fasciculum florum*. Ambo Mss. in bibl. collegii Eton. 69. Quidam GUL. DE WYSBECKH occurrit rector de Wolvehyrst. 21 Edw. iii. *Regist.* Ely. Ms. Ashmol. 801. f. 326.

WISDOM [ROBERTUS] in academia Cantabrigiensi tempore Henr. viii, in philosophicis atque theologicis studiis egregie institutus; praedicator insignis in australibus Angliae plagis inclaruit, Reformatae religioni addictissimus: quia autem contra adorationem sanctorum publicos sermones fecit, cum Becono et Shingletono A. MDXLIV palinodiam cecinit ad crucem Paulinam. Fuit rector ecclesiae de Stysted in Essexia, et saepe in ecclesia Aldermary Londini conciones ad populum habuit, uti extat in Ms. coll. Eman. Cantabr. h. t. *A revocation of that shameful byll.* In quo etiam sequentia recitat: "The first beginning of all my troubles was, when I was in Oxford, where forasmuch "as I preached Christ, and spake against the ungodliness and false doctrine of the papacy, they "found the means to hunt me thence." Postea ad boreales Angliae partes aufugit, et summa cum humanitate receptus a Joanne Oldo in agro Stafford. Rector erat ecclesiae de Settrington in agro Ebor. ex qua tempore reginae Mariae expulsus et tandem A. MDLIX in visitatione reg. Elizabethae restitutus. Strype *Eliz.* p. 167. Tempore regis Edwardi vi nominatus erat ad episcopatum in Hibernia. Tempore reginae Mariae Francofurtum cum aliis exulibus Anglis se recepit, ubi amicitiam et benevolentiam Tilmanni Heshusii episc. Heidelberg. expertus est cum conterraneis suis. 2. Eliz. Nov. 28, archidiaconus Eliensis per dom. reginam factus; et A. MDLXIII S. theol. prof. existens rector erat de Haddenham dioec. Elien. resid. super rectoriam suam de Wylberton. Scripsit *Expositionem piam in quosdam Psalmos Davidis*. *Carmina quaedam*. *Hexastichon* praefix. secundae edit. Balaei *De scriptor.* *Duo epitaphia Lat. in mortem Henr. et Car. Brandon.* Inter *Epigrammata* per Tho. Wilson. Lond. MDLII. 4to. *Aliud ad finem translationis Psalmorum.* Pr. "Preserve "us, Lord, by thy dear word." *Conciones super Epistolas et Evangelia dominicalia.* *Confutationem eorum, quae adversarii ipsius contra eum detulerunt*, h. t. *The summ of all such doctrine as I Robert Wisdome have ever preached unto the people, written with my own hand, undesired of any* man,

man, to thentent that it may for ever be playn and evident what I have preached. And first of the articles of our Christen Fayth. Pr. " I believe in one God Almighty, living everlasting." Mſ. bibl. coll. Eman. Cantabr. inter *Epiſt. Martyr. A revocation of that ſhamefull byll, that Winchester devised and wisdome redde at Paules cross in London on the Relique Sonday, July* 14. MDXLIII, *wherein the said Wisdom meekely confesseth his fraylty and fearful weakness, whereby he for fear of deth fell to this impiety, and shewith himself earnesty repentant, and sorry of that gret slander, and occasion of evil, that he then committed against the congregation of God, and also desireth all faithfull Christians to forgive him that offence, and to receive him again, reconciled to the true church of Christ.* Pr. pr. " Our Saviour, Jesus Christ, amonge." Mſ. Emanuel. ibid. Script. temp. viii in agro Stafford. Transtulit in linguam Anglic. *Postillam Antonii Corvini. Conciones duas de cognitione veri Dei per Tylemannum Heshusium* episc. Heidelbergensem. Pr. pr. transl. " Synce my " comyng again into England, MDLIX." Mſ. inter *Epistolas martyrum* in bibl. Eman. Cantabr. Obiit A. MDLXVIII. Strype in *Vita Cranmer.* p. 276. seq. *Fasti Oxon.* i. 57.

WISHART [THOMAS] patria Scotus, Parisiis educatus, ubi tandem decretorum doctor renunciatus. Scripsit *Martyrologium*, lib. i. Claruit A. MCCCCXVII. Sepultus est in ecclesia S. Genovefae Parisiis. Dempst. xix. 1200.

WITHERS [STEPHANUS] e lingua Gallica in Anglicum transfudit *Johannis Calvini tractatum De registro reliquiarum in Italia, Gallia, etc. conservatarum.* Pr. " Sainct Augustine in the booke which he." Lond. MDLXI. 12mo. A. Wood. Mſ. *Cat.* 1. Ex Latino in Anglicum *Jo. Sleidanum de quatuor summis imperiis.* Pr. ded. tr. comiti Bedford. " Callynge to mynde (right " honourable) the bonde." Lond. MDLXIII. 8vo.

WITHREDUS [a], homo bonis artibus addictissimus, atque idem Bedae cognitissimus, intermiscebat studiis theologicis severioribus illis, plausibilem et jucundum matheseos cognitionem; quae numeros, quae proportionum consonantiam, quae denique stellarum motus erraticarum edoceret. Senserat haec Beda, mathematicus et ipse quidem insignis, ac a suis exoratus, ut quaestioni de aequinoctio [b] exortae satisfaceret, id praestitit, Anatolium secutus, tum alacriter, tum docte; ac libellum editum Vithredo amico amicus dedicavit [c]. Ex *Lelando.*

[a] Withredus mathematicus, (Balaeo) Presbyter (Pitseo.)
[b] Sive, *De celebratione Paschae*, lib. i. Pitſ.
[c] Claruit anno DCCXXX. Bal. x. 23. ex Lelando. Pitſ. pag. 126.

WITHUS [RICHARDUS] Wiclevi sectator et defensor. [Quaere annon idem cum Ric. Wichio Wiclevista] Scripsit *Contra venerationes imaginum*, lib. i. *Responsa ad* xiv *articulos*, lib. i. " Imprimis imponitur mihi." In Mſ. Bodl. Muſ. 163. f. 82. a. *Conciones vulgares*, lib. i. Claruit A. MCCCXC. Bal. vii. 10.

WYTTYNGHAM [GULIELMUS] seu WHITINGHAM, patria Cestriensis, A. MDXL, aetatis 16, col. Aeneanasensis Oxon. commensalibus accessit; et post emensum studiorum philosophicorum circulum A. MDXLV, socius collegii Omnium Anim. fuit electus. Paulo post inter seniores aedis Christi alumnos cooptatus est, et A. MDL peregrinandi veniam in triennium a decano et canonicis obtinuit. Ita in Galliam se proripuit, ubi plerumque Lutetiae et Aureliani literis operam dedit; inde Germaniam contendit, et tandem Genevam petiit. In patriam non longe ante mortem regis Edw. vi reversus, hoc extincto iterum ad Gallos trajecit; mox ad caeteros exules Anglos apud Francofurtum se contulit; sed disciplinae Genevensium addictior, illuc profectus est: ubi post aliquot annos sacris ordinibus initiatus per manus Joh. Calvini et aliorum presbyterorum pastor congregationis Anglorum ibidem post cessionem Joh. Knoxii designatus est. Hoc tempore multum juvit Genevensem *Bibliorum* editionem. Regnante Elizabetha in Angliam remeavit, et post duo in Galliam itinera, Roberti comitis Leicestrensis gratia, decanus Dunelmensis A. MDLXII 19 Jul. renunciatus est. Ecclesiae Anglicanae rituum, ceremoniarum, et vestium minime fautor, in ecclesiae suae Dunelmensis ornamenta, imagunculas, et ipsa sepulchra sacrilega manu impie grassabatur. Strenuam contra pontificios rebelles in septentrionalibus Angliae partibus operam navavit A. MDLXIX et archiepiscopo Eboracensi de ecclesiae Dunelmensis visitatione contendenti, et de sacris ordinibus ejus Genevae susceptis inquirenti, restitit. Scripsit *A preface to Christoph. Goodman's book intit. How superior powers ought to be obeyed*, etc. " Ignorance the mother of error." Genev. MDLVIII. 12mo. *A preface to Nic. Rydley's declaration of the Lord's supper.* Pr. " Tertius jam " annus est quum." Genev. MDLVI. 12mo. Metro Anglicano donavit *Psalmos* v in libris nostris W. W. notatos, x *Praecepta, et Preces ad finem Psalmorum rhythmicorum*; edit. inter Psalmos per Tho. Sternhold, etc. versos Genev. MDLVI. 12mo. Anglice reddidit *Biblia*, quae Genevensia dicuntur. *Ecclesiae Anglicanae Liturgiam. Theodori Bezae aphorismos de praedestinatione.* Genev. tempore Mariae. Ita testatur Johannes Stackwood in *Praefatione* tractatus ejusdem libri. Latine reddidit *Liturgiam Genevensis ecclesiae*, lib. i. *Protestationem Nicolai Ridleii*, lib. i. Ad finem *Assertionis ejus de Eucharistia.* Genev. MDLVI. 12mo. Pr. " Accepi a vobis, ornatissimi viri." [Forte ea quae in scholis Oxon. 20 April. MDLV. facta.] Extant *Duae ejus epistolae Anglico sermone conscriptae. Una Cecilio secretario regio.* 19 Dec. MDLXIII. Strype in *Vita Parker.* 135. *Altera comiti Leicestrensi. De habitibus eccles.* MDLXIV. Ibid. *App.* n. 27. Obiit 10 Junii MDLXXIX et in ecclesia Dunelmensi humatus est. Bal. ix. 84. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 180. *Athen. Oxon.*

Oxon. i. 194. seqq. Vide librum cui titulus *Turbae Francofurtanae.* Vid. Dorman. contra Nowell. f. 103. b. Strype in *Vita Grindal.* 170. Strype *Elizab.* 327. Ms. Harl. xxxiii. C. 9.

WITTLESEY [GULIELMUS] Simonis Islepi, archiep. Cantuar. ex sorore nepos; alumnus primo Oxoniensis, postea vero hospitii S. Petri Cantabrigiae magister. A. Wood. *Hist. et Antiq. Oxon.* i. 183. Utriusque juris doctor Oxonii factus est, et paulo post ab avunculo creatus vicarius generalis archiepiscopi, et decanus curiae de arcubus. A. 17 Edw. iii, 20 Jun. praesentatus per regem ad archidiaconatum Huntingdon; et ad praebendam de Brightin. in ecclesia Hastings 14 Maii 26 Edw. iii; et ad personatum de Creydon, 27 Edw. iii, et ad praebendam de Bedford Maj. Linc. dioec. atque ad praebendam de Huna Cicestr. 30 Edw. iii. Fuit etiam rector ecclesiae de Ivychurch. Cantuar. dioec. MCCCLII; et tandem A. MCCCXX episcopus Roffensis, et post biennium a consecratione (quadriennium ab electione) ad sedem Wigorniensem translatus; unde Ann. MCCCLXVII vel MCCCLXVIII ad archiepiscopatum Cantuariensem evectus est. Scripsit *Synodales conciones*, lib. i. Obiit MCCCLXXIV, Jul. 5. Pits. *Append.* 860. Godw. 167. Whart. *Angl. Sacr.* vol. i. 535.

WHITUS [SIMEON] Scotus, miles ordinis Templariorum, qui communem commilitonum mortem fugiens in orientem se contulit, ubi dicitur scripsisse *De Templariorum innocentia*, lib. i. Claruit A. MCCCX. Dempst. xix. 3192.

WODBRIGIUS [THOMAS] historicus Anglus. Scripsit *Chronica de rebus Anglicis*, lib. i. Pits. *App.* p. 917.

WODEWARD [JOHANNES] monachus Wigorn. Scripsit in modum chartae sub nomine Letitiae reginae, *De natali Domini cum omni hilaritate celebrando.* Pr. "Laetitia, Dei permissione "regina consolationis, etc. omnibus." Ms. Bodl. Sup. A. 1. Art. 43. f. 172.

WODFORDUS sive WIDOFORDUS[a] [GULIELMUS] accepta toga Franciscana, ita strenue operam dabat cum rebus philosophicis, tum etiam theologicis, ut tandem, idque merito, inter literatorum proceres recenseretur: quanquam haec laus alicui videri potest ab affectu potius quam judicio proficisci, nisi verba illustri probem argumento. Itaque in medium adducam, quod judicium bene confirmet in hac parte meum. Joannis Wiclivi haeresis jam late, ipso mortuo, serpserat, altasque in multorum pectoribus radices egerat. Quare pernecessarium visum est Thomae Aruntovallensi, Cantiorum archiepiscopo, ecclesiasticos patres Londini in concilium vocare. Ubi cum multa in utramque dissertassent partem, Viclivi factio communibus suffragiis carbone notata est. Et, ne illud autoritate magis quam ratione factum diceretur, decretum est, ut famosus Vicoclevi *Trialogus* vel solidis argumentis, et edito in hoc publice libro, convinceretur. Cui provinciae cum ab aliis multis, tum praecipue à Cantiano Widofordus pugil invictus designatus est. Quid ego hic coner longa oratione prae oculis ponere, qua virtute, aut quibus telis adversarium vulneraverit, prostraverit, denique jugulaverit? prodiit enim, aliquot abhinc annis, ejus liber, quem Aruntovallensi dedicavit, typis Germanicis excusus[c]: ideoque publicum esto eruditorum omnium de opere judicium. Scripsit praeterea *Librum* lxxii *quaestionum. De sacramento eucharistiae*[d]. *Determinationum* quatuor libros *contra haereses Vicoclivi*[e]. *De dominio civili* tres libellos[f]. Obiit Londini[g], ubi et sepultus est in choro templi Francisco consecrati[h]. Ex *Lelando.*

[a] Gul. Wodfordus, sive Wilfordus, natione Anglus, non, uti vult Waddingus, Hibernus, et ab oppido natalitio Waterfordiensis cognominatus. Vide Ware p. 74.

[b] In domo Franciscan Oxon. educatus. A. Wood. *Hist. et Ant. Oxon* i. p. 76. SS. th. doctor Oxon Ms. coll. Novi 290. et Ms. C. C. C. Oxon. Anno MCCCXC. Vicarius erat ministri provincialis in Anglia. Ms. Bodl. Digby 170.

[c] Sc in *Fasciculo rerum expetend.* Colon. MDXXXV. fol. p. 96. sub hoc titulo: *Determinatio adversus articulos* xviii *ex Wiclefi Trialogo excerptos.* Pr. "Venerabili in Christo "patri, etc. Mandatis vestris." Ms. Oxon. in bibl. Bodl. Mus. 163. f. 216. Mertonensi, O. viii. 13. et collegii Novi, 123. Pits. Extat etiam Ms. C. C. C. Oxon. 183. et in bibl. reg. Westmon. 8. F. xi. 3. Impr. . . . . MDXXXVI. fol. Qu. annon "Determinatio haec scripta erat in castro de Fram- "lynham in vigilia Paschae." Ita auctor in conclusione, ut in Ms. C. C. C. Oxon. Porro data est epist. domino Thomae Arundel, archiepiscopo, ex eodem castro. Ms. bibl. reg. Westmon. l. c. Ejusdem principii extat Wodefordi liber *De causis condemnationis* [xviii. Ms. bibl. Merton.] *articulorum Wiclevi in synodo Londinensi* MCCCXCVI, *et responsiones ad argumenta adversarii*, Ms. Bodl. Super N. 2. Art. ix. Hic vero sine dubio idem est, nam scriptus erat ex mandato Thomae, Cant. archiep. qui articulos condemnavit. Ms. C. C. C. Oxon. 183. et Mertonen. bibliothecae, excepta *Praefatione.* In eodem cod. Bodl. Sup. N. 2. Art. 9. habentur etiam *Ejusdem responsiones contra Wiclevum et Lollardos* (hoc est, ad lxv *Quaestiones* Wiclevi *contra fratres*) Pr. "Primo quaeritur quot sunt ordines."

[d] *De eucharistia*, lib. i. Pr. "Ratione jam instantis solemnita- "tis." Ms. in coll. Exon. 25. Et in Bodl. Ms. super N. 2. Art. 9. et bibl. reg. Westmon. 7. B. iii 2. et Ms. Oxon. coll. B. Joh. W. 95. Vide etiam Ms. Harl. Lelandus autem plane diversum facit librum *De eucharistia* a lxxii *Quaest.* Quam plurima excerpta ex Gul. Wodefordi libris *De eucharistia*, et ex *Determinatione contra Wiclefum* extant Mss. bibl. Bodl. James. xii.

[e] Ex his quatuor libris (praeter *Anti-trialogum* supra) finxere Bal. et Pits. hos libros *Contra Wiclevi dialogos*, lib. i. *Contra eundem de religione*, lib. i. "Utrum motiva ponentis religionem." Ms. in bibl. Bodl. NE. D. 6. 3. Item Ms. Bodl. sup N. 2. Art. 9. Item Ms. Bodl. arch Seld. B. 10. Ms. Bodl. Digb. 170. et Ms. Merton. O. viii. 13. et Ms. colleg. Novi l. c. Iterum *Contra Wiclessitas*, lib. i. *Pro damnando Wiclefo*, lib. i. *Super causis condemnationis articulorum ejus*, lib i. Vide supra. *Contra articulos ejus jam damnatos*, lib i Ms. Oxon. in bibl. Bodl. l. c. et bibl. collegii Novi 183. et Ms. Merton. L. 4. 1. Jurisp. et in bibl. Lumleiana.

[f] Pr. "In hoc actu et in hac determinatione" Scripsit etiam Wodfordus *Super Ecclesiasten*, lib. i. "Verba Ec- "clesiastis, etc. Dividitur." Ms. in bibl. reg. Westmon. 4. A. xiii. 2. *In quaedam Ezechielis loca*, lib. i. "Porta haec "clausa erit et." Ms. ibid. 1. *In Ezekielis dictum pro Maria*, lib. i. Ms. *Add.* Bal. *Pro introitu Bibliorum*, lib. i. "Scripsit omnia haec in vol." *Postillam in S. Matthaeum*, lib. i. "Sume tibi librum grandem." Opus Gul. Woodford *Super* v *capitula Evangelii S. Matthaei* memorat Joh. Wheathamstede inter libros, quos transcribi fecit Ms. Cotton. Otho. B. iv. *Super S. Lucam*, lib. i. "Propter "triplicem rationem in glossa." Ms. bibl. reg. Westmon. 4. A. xiii. 3. imperf. *In Romanos*, lib. i. "Fons hortor- "um puteus aquarum." Ms. ibid. 4. *Sermones diversos*, lib.

lib. i. "Quaerebant eum, Lucae ii." [*Epistolam domino episcopo Heref.*] *de decimis et oblationibus contra Gualt. Brittum*, lib. i. Hujus meminit in *Causis condemn. Wiclefi*, Art. 12. In *Add.* Bal. Lel. Mf. titulus est, *Adversus Gualterum Britte. Contra haereses* [*exortas*] *tempore Ric. secundi*, lib. i. *De conformitate* [*nostra*] *ad Christum*, lib. i. *De possessionibus cleri*, lib. i. *De sacerdotio Novi Testamenti*, lib. i. "Utrum sacerdotium Novi." Mf. bibl. reg. Westmon. 7. B. iii. 1. *De dignitate sacerdotii*, lib. i. "Dubitatur, quando Apostoli fuerunt." *Mendicitatis defensorium contra Armachanum*, lib. i. "Postquam dominus Armachanus," Mf. Oxon. in coll. Magdal. 75. Opus hujus argumenti et tituli Gul Woodfordo auctore, ut patet circa med. libri, extat Mf. Norw. More 107. *Exceptionem* xlii *errorum ejusdem* [*domini Armachani in libris suis content.*] lib. i. "Quoad errores domini Armachani contentos." Mf. in collegio Novo Oxon. 290. *In physica Aristotelis* (Pitf.) *In philosophiam naturalem*, (Bale.) lib. viii. "Quaeritur, venerande dux, circa." In Mf. bibl. reg. Westmon. 4. A. xiii. 5. extat auctoris nostri *Philosophia naturalis*. Pr. "Quaeris, venerande dux Normannorum." *Summam de virtutibus*. Pr. "Cum circa utilia." Hanc summam doctoris domini Will. de Woodword abbatis (forte Petroburgensis) perfecit Walterus prior (forsan Gualt. de Burgo) a medio usque in finem. Mf. in bibl. Gonvil. et Caii Cantabr. fol. C. 10. n. 1169. Whart. loco ut infra. In Mf. Harleian. xlii. A. xi. extant *Gul. Wodefordi tractatus de adoratione vel veneratione imaginum*. Pr. "Qui fortis premit ubera." Ejusd. tract. *De peregrinationibus ad loca sancta*. Pr. "Secunda materia, in qua scripsi." Mf. Ibid. Ejusd. tract. *De oblationibus fiendis in locis sanctorum*. Pr. "Licitum est et meritorium." Mf. Ibid.

[g] Mf. Cotton. Vitell. F. xii. Colcestriae (Bal.) Claudiocestriae (Pitf.) anno MCCCXCVII. [h] Jacet sepultus sub lapide cruce exarato in ecclesia fratrum Minorum London. ad dextram tumuli fratris Gul. Goddard. *Hist. et Ant. Oxon.* i. 76, 77. Bal. vii. iii. Pitf. p. 563. 564. Whart. *App.* ad Cave, p. 69.

WODEFORDUS [GULIELMUS] [a] quidam fraterculus, scholis affuetissimus et disputandi acumine valens, his temporibus floruit; habuitque Thomam Vallidenum, Carmelitam plane memorabilem, discipulum. Hic Vigoclivi *Trialogum* libro, ut referunt, aculeatissimo, pressit, convulsit, protrivit. Baleus in *Collectaneis*, quibus illustria Carmelitarum facta depraedicat, hujus Gulielmi nomen celebrat. Ex *Lelando*.

[a] Cujusdam Gulielmi fraterculi, qui librum aculeatissimum in Wiclefi *Trialogum* scripsit (hoc est, ut ego interpretor, Gulielmi Wodefordi) discipulus fuit juxta Lelandum, *Collectan.* tom. iv. p. 314. Mf. nota Br. Twini ad marg. Balei. Pitseus, p. 563. vocat Waldeni magistrum, et super hoc citat Waldenum ipsum. Sed Lelandus habet J. Wodford alterum; sed iidem esse videntur, comparatis saltem operibus. Fratris Gulielmi de Wodeford (ut nota habet in imo marg.) junioris quaterni quinque Mf. in bibl. Baliol. (56. James f. 100.) sc. *Quaestiones quodlibeticae*. Pr. "In secundo quolibet quaerebantur." Sed ex quinque quaternis desiderantur duo. Mf. Langb. *Cat.* Bal. p. 49.

WOLFE [REGINALDUS] Argentinensis Germanus, typographus Londinensis; rei antiquariae collector et conservator diligentissimus; historiae Anglicanae peritissimus. Vir admodum doctus et pius, uti J. Parkhursti episc. Norwic. Epistola ad Rod. Gualterum P. data 6 Febr. MDLXXIV. testatur, Mf. Norwic. More 125. Operam dedit per annos 25 in colligendis historiis, et adornanda universali cosmographia cujuslibet regionis cognitae per orbem terrarum, quam imperfectam moriens reliquit. Collectanea omnia Raphaeli Hollinshedo perficienda reliquit, qui *Descriptionem et chronica Angliae* edidit. Reliqua ob immensas in impressione expensas inedita sunt, et forsan perdita. Epist. ad Raph. Hollinsh. Praef. iii. vol. *Histor.* Contexuit Anglice *Chronica magna*: Quae paulum aucta ab executoribus edita sunt sub nomine Raph. Hollinshead; ita testatur qui hominem optime novit Jo. Stow. *Survey of London*, p. 303. 394. Vide Howes *Contin. cron. Stow.* p. 811.

WOLLAYE [EDVARDUS] scripsit *An admonition to every degree, shewing the right way to joy and perfyte rest.* Pr. ded. reg. Elizabethae. "As things that be wonderfull." Mf. reg. Westmonast. 17. A. xix. Carm. Angl. Claruit principio Elizabethae.

WOLLERSTONE [RICHARDUS] scripsit *Expositionem super cantica, quae Psalterio Davidico sunt conjuncta.* Mf. olim in bibl. mon. Sion.

WOLSEY [THOMAS] Gippovici in agro Suffolc. natus, et in collegio B. Mariae Magdalen. Oxon. emenso studiorum philosophicorum curriculo A. MCCCCLXXXV, baccalaureus et, non diu post, magister artium ac socius ejusdem collegii electus fuit. A. MD rector ecclesiae de Lemington in agro Somersetensi factus, ac deinde auxilio dom. Johannis Naphant, et Richardi Fox, episcopi Winton. regi Henr. vii commendatus, qui Wolsaeum ad Maximilianum imperatorem in Flandriam misit. Quem in patriam reducem A. MDVIII Febr. 2. decanum fecit Lincolniensem. A rege Henrico viii. A. MDX, Nov. 28. rector ecclesiae de Turrington Exon. dioec. et 17 Febr. sequentis canonicus Windesoriensis et registrarius nobilissimi ordinis Periscelidis. A. MDXII, Jan. 31. regi ab eleemosynis existens praebendarius de Bugthorp dioec. Ebor. et 21 Febr. seq. decanus Eboracensis constitutus. A. MDXIII episcopus Tournatensis a rege renunciatus. A. MDXIV Mart. 26, consecratus erat episcopus Lincoln. et mense Novemb. sequenti archiepiscopus Eborum electus; et A. MDXV, Sept. 7. Romae cardinalis S. Ceciliae creatus, Decemb. 7. anni sequentis. designatus fuit cancellarius Angliae, et circa idem tempus legatus a latere in regno Angliae. A. MDXVIII, Aug. 28. temporalia ecclesiae Bathon. et Wellen. ipsi cum abbatia S. Albani et aliis beneficiis ecclesiasticis in Commendam cum archiepiscopatu Ebor. conferrebantur. Circa eadem tempora post mortem Leonis x, et Adriani vi, ad pontificiam dignitatem, frustra tamen, aspirabat. A. MDXXIII post receptum episcopatum Dunelmensem, Bathon. et Wellensem deposuit, et fundamenta jecit collegiorum Oxon. et Gippovici. A. MDXXIX. Dunelmensem episcopatum, obtento Wintoniensi, resignavit. Et A. MDXXX ad palatium archiepiscopale Cawodense abiens, ibidem laute ac splendide vixit, donec mense Octobr. sequenti, criminis laesae majestatis accusatus, Londinum proficiscens in itinere apud Leicestriam 29 mensis Novemb. sequ. mortuus, in capella S. Mariae ibidem sepultus est. *Vita* ejus extat Mf. Arch. A. bibl. Bodl. 44. p. 93. Item Mf. Lamb. 179. et 2504. Item per Geo. Cavendish, q. v. supra. Item per Rich. Fiddes, Lond. MDCCXXIV. fol. Scripsit *Docendi methodum pro*

schola Gypswichiana. Pr. "Neminem latere putamus, quanto animi." Antwerp. MDXXXIV. 12mo. praefix. Joh. Coleti *Grammaticae*, item Guil. Lilii *Grammaticae*. *Literas archiepiscopo Cantuar. ne celebret concilium generale.* Concil. M. Brit. et Hib. vol. iii. p. 660. *Alias episcopo Hereford ad interessend. concilio Westmonaster.* Ibid. p. 661. *Constitutiones provinciae Ebor. per T. W. collectas.* Ibid. p. 662. seqq. *Ordinationes pro monasteriis canonicor. regular. S. Augustini.* Ibid. p. 683. *Mandatum de exquirendis libris M. Lutheri.* Ibid. p. 690. seqq. *Aliud ad concilium legatinum episcopo Lincoln. transmissum.* Ibid. p. 700. seqq. *Epistolas* x *academ. Oxon.* in *regist. Oxon.* F. F. *Epistolas* vi *originales dom. Edw. Lee, legato ad Imperat. et dom. Franc. Poyntz legato ad regem Galliae*, Anglice. Mf. Norwic. More. 234. *Epistolae variae ejus Latinae et Anglicae* extant in Fox. 1529. et Burnet. *Hist. Reform.* vol. i. *App.* p. 12. 29. 30. 34. 36. 39. 40. 48. 51. 60. 67. 71. Et vol. ii. Burnet, *Hist. Reform. App.* num. 48. Et Mf. Lamb. 245. *Ordinances made for the king's houshold and chambers for the establishment of good order*, etc. Mf. Bodl. Laud. K. 48. *Literae ejus ad Henr.* viii *de electione sua ad papatum.* Mf. Lamb. 577. 89. Henrici viii *Epistolae ad eum.* Ibid. 91. *Chartae regiae ei datae*, Mf. 585. Ibid. *Literae ad eum*, Mf. Lamb. 602. 56. 58—65. et Mf. 607. 1. et 18.

WOLSTANUS [a], monachus Ventani coenobii apud Simenos, discipulus atque idem alumnus fuit Ethelwoldi episcopi; qui, canonicis expulsis, monachos in Ventanam ecclesiam induxit. Deum immortalem! quantum ille religionis infucatae, quantum pietatis, quantum nervosae eruditionis sub tanto hausit praeceptore. Sed nostrum non est in praesentia institutum vel religionis vel pietatis exempla altius repetere: a doctrina nostra rectius pendet oratio. Dicite igitur, felicis memoriae Musae, quibus animum praecipue studiis intenderit. Nam vobis dictantibus, sermo quovis melle dulcior instar torrentis defluet. Carmen praeter caetera juvenis coluit, cujus illecebris captus, aegre aliquando liberiorem dicendi campum ingrediebatur: tentavit tamen, idque cum felicitate aliqua [b]. At ut maxime aptus erat ad numeros, ita ad illos, tanquam ad delicias suas, semper recurrebat. Nec defuit vox bene canora, ut neque summa canendi peritia; quo utroque nomine collegianis suis ter charus erat: unde tandem et praecentor factus, quod genus magistratus apud monachos in magno olim pretio. Porro si quis nunc quaeret, quid scripserit; huic pro me respondebit Gul. Meildunensis, cujus haec sunt verba e 39. c. libri secundi *De regibus Anglorum*: "Hujus "(Ethelwoldum, episcopum Ventanum, intelligit) *Vitam* [c] Wolstanus quidam, cantor Wintonien-"sis, discipulus ejus scilicet et alumnus, composuit stylo mediocri. Fecit et aliud opus *De tono-"rum harmonia*, eruditi Angli judicium, homo vitae bonae et eloquentiae castigatae." Ego praeterea, cum nuper essem in Durotrigum provincia, reperi in Clarofontana, alias Shiroburnensi, bibliotheca duos libros *De translatione et miraculis D. Swithuni* [d], olim praesulis Ventanae urbis, quos Aelphego, ejusdem civitatis episcopo dedicavit. Utque gustum carminis lector habeat, quatuor apponam versus, ex praefatione primi libri desumptos:

Sit licet aegra mihi sine dogmatis igne loquela,
Nec valeam tanto scribere digna viro;
Hoc tamen exiguum, quod defero, munus amoris
Commendare tibi, magne pater, studui.

Carmen tamen, ut ingenue fatear, subinde impar et inaequale; usque adeo, ut aliquando, fere dixeram, barbariem sapiat. Assurgit tamen non raro vel ad justam eloquentiam, ut in his primi libri versibus:

Alma fuit vicina dies solennis et orbi,
Qua sacer antistes domini Swithunus, ab isto
Corpore mortali felici tramite migrans,
Aurea perpetui conscendit praemia regni.

Quare quod vitii in carmine est, adscribat candidus lector barbaro saeculo, in quo mirum certe Wolstanum potuisse aliquid praestare, quod nostra hac aurea aetate attentum mereatur lectorem [e]. Ex *Lelando*.

[a] Wolstanus Wintoniensis, Bal. ii. 42. Pitf. p. 181. Videsis Malmsb. l. 4. Pontif. Eadmer. l. i. *Hist. Florent.* in *Chron. ad ann.* MXCV. [b] Inter divos merito fortasse annumeratur Wolstanus, non itidem inter poetas; sed cum ejus carmina collaudarit, utinam non ea recensuisset Lelandus. Lelandi autem judicio, aut potius candori, facile oportet ignoscere. [c] Mf. Cotton. Tiber. D. iv. 48. Male a cl. Smitho Wulstano Wigorniensi monacho ascribitur. Ex codice Uticensi edidit Mabillon. *Saec. Bened.* v. p. 606. [d] Videtur esse in Mabillon *Saec.* v. p. 628. [e] Praeter libros a Lelando memoratos, scripsit *Vitam Ethelwolphi regis*, lib. i. Claruit anno M. Bal. ii. 42. Pitf. p. 181.

YARWEL

Y O N

YARWEL [SIMEON] monachus Petriburgensis. Composuit *Consuetudinarium ecclesiae Petriburgensis*, sive *Formulam omnium ceremoniarum in eodem monasterio usurpatarum in diebus Dominicis et Festis.* Pr. " Sabbato primo Adventus Domini. ii vol. fol. Mſ. Lambeth. 198.

YCKHAM [PETRUS de] patria Cantuariensis, Lutetiae educatus, ubi Philippo academiae Cancellario familiarissimus erat. Extat ejus *Liber de gestis Britonum Anglorum a Bruto ad Edw.* i. Pr. " Non solum audiendis Sacrae Scripturae verbis." Mſ. Bodl. Laud. 61. Et *ad A.* MCCLXXXIII. Mſ. coll. Corp. Chr. Cantabr. E. viii. Et *ad A.* MCCCI. Mſ. Cotton. Domitian. A. iii. 1. Et *ad A.* MCCCXXVII. Mſ. C. C. C. Cantabr. O. 13. Et *cum continuat.* ad A. D. MCCCCLXV. Mſ. Lambeth. 22. fol. Et *continuat.* ab anonymo *ad annum* MCCCLXXXIV. Sancroft. Hic liber a quibusdam (Joh. Cajo ſc.) ascribitur Roberto Remingtono. Thin. In fine codicis Bodl. Laud. occurrit haec nota: " Hic multa desunt ab hoc anno MCCLXXII usque at A. MCCCXXVII, et hoc " totum habetur in veteri libro ligatum cum Ricardo Divisiensi." In colleg. Armor. Norfolc. N. 5. extat (continuatio forsan hujus autoris h. t.) *Compilatio de gestis Britonum ad* MCCCCLXX. Pr. " Non solum." Baleus et Pitseus eum Gallice scripsisse dicunt *Genealogiam regum Britanniae*, lib. i. *Genealogiam Angliae regum*, lib. i. Claruit A. MCCLXXIV. Bal. iv. 43. Pitſ. p. 355.

YCKHAM [PETRUS de] sacerdos et monachus nostrae congregationis obiit 4 non. Maii. *Obit.* eccl. Christi Cant. A. D. MCCLXXXIX. Tho. Cowston. in *Hist. de mon. Cant.* et A. MCCXCV. coll. Mſ. Whart. F. iii. in bibl. Lambeth. Petrus de Yckham occurrit in *Registro* prioratus Cant. MCCXCIV. Mſ. Norwic. More. fol. 64.

YELDARD [ARTHURUS] Cantabrigiae in literis academicis institutus impensis Mariae principissae per manus doctoris Mallet, uti in Epistola dedicatoria ipse ait. Transtulit e Graeco in Latinum *Documenta quaedam admonitoria Agapeti diaconi.* Princ. ded. reginae Mariae. " Deme-" trius Phalereus Ptolemaeus." In dedicatione magnam concipit spem de Mariae favore erga Evangelium. Mſ. autograph. in bibl. regia Wemonast. 7. D. iv. Scripsit *Novem distichа Latina*, in mortem doctissimi Juelli, impressa ad finem *Vitae* dicti reverendi patris per Humfredum. *Carmen Latinum* ejus praefixum est Jo. Casi *Speculo moralium Quaest.* Oxon. MDLXXXV. 4to. Dallantiae vixit anno MDLIII primo reginae Mariae anno; inde enim data est Epistola dedicatoria, in qua meminit liberorum domini Antonii Dennei suae curae commissorum. Fuit Oxoniae incorporatus artium magister MDLVI. Regnum, ineunte Elizabetha, praeses factus est secundus collegii Trinit. Oxon. 26 Sept. MDLIX. Obiit 1 Febr. MDXCVIII. *Hist. et Antiq. Oxon.* ii. 295.

YLKALEY [PETRUS de] Extant *Extracta de quadam postilla super pacem* per mag. Petrum de Ylkaley. Mſ. coll. Merton. Oxon. P. iii. 15. fol. 189.

YONGE [JOHANNES] sive JUNIUS, Hibernus natione. Scripsit ad Jacobum comitem Ormondiae, Hiberniae proregem *Monita politica de bono regimine.* Mſ. Lambeth. 633. Liber Anglice conscriptus a Johanne Yonge tempore Henrici v[ti] regis, et Jacobo de Butler, Ormondiae comiti, et Hiberniae proregi (cui servus erat) nuncupatus. Agit de rebus variis, viz. *De educatione et regimine principum*; *de quatuor virtutibus cardinalibus*; *de jure regis Angliae in regnum Hiberniae*; *de quatuor anni tempestatibus*, etc. Primum argumentum tractat capitulis xvi quae ex spurio Aristotelis libro, qui *Secreta secretorum* dicitur, descripsit. In sequentibus multas de rebus Hibernicis historias inserit, et contra totam gentem acriter invehitur. Titulus Anglice ita: *His book of the education of princes: of prudence, justice, fortitude, temperance: of the title of the kings of England to Ireland.* Claruit A. MCCCCXX. Waraeus. p. 76.

YONGE [JOHANNES] Giovanus (Pitſ.) patria Eboracensis, fertur monachus Ramesiae prius fuisse, collegii S. Trinitatis [D. Joh. Evangelistae Parker] Cantabrigiae (S. theol. Baccal. aetatis 35. A. MDLI. Fox. edit. i. 846.) socius, et dein S. theol. doctor et professor publicus, postea aulae Pembrochianae magister et vicecancellarius academiae electus. Tempore regis Edwardi vi Reformatorum doctrinis favit, Maria vero regnante crudelis Protestantium persecutor. A. MDLIV. 12 Apr. admissus ad canonicatum Eliensem per deprivationem M. Parkeri, Strype in *Vita Parker.* 32. qui vacabat per ejus deprivationem A. MDLIX. *Regist.* Parker. archiepisc. f. 146. Et A. MDLIX custodia aulae Pembrochianae privatus fuit. Strype in *Vita Grindal.* 26. Scripsit *De schismate sive de ecclesiasticae unitatis divisione*, lib. i. " Priusquam hunc, quem de schismate." Lovanii MDLXXIII. 8vo. *Sermon on Psalme* cxxxi. 1. Lond. by Rycharde Watkins. MDLXXV. 8vo. Transtulit in linguam Latinam *Cranmerum de eucharistia*, lib. v. *Redmannum de gratia*, lib. i. Inter script. Angl. M. Buceri Basil. MDLXXVII. f. p. 797. extat *Controversia inter M. Bucerum et Jo. Jungum in acad. Cantabr. De bonis operibus hominum nondum justificatorum.* Extat etiam *Epistola ejus ad Mag. Checum de morte J. Redmanni.* Fox. p. 1362. *Disputatio cum doct. Madew Cantabr.* 20 June MDXLIX. Idem, p. 1381. *Alia cum doct. Pern.* 24 Jun. MDXLIX. Idem. p. 1386. *Alia cum Cranmero Oxoniae* 16 Apr. MDLIV. Id. p. 1438. Obiit in Vinculis A. MDLXXIX. Pitſ. p. 771.

Bal.

Bal. ix. 99. In Mſs. bibl. Bodl. Laud. D. 31. extat *A diſcourſe of John Yonge, gent. for a bank of money to be eſtabliſhed for the relief of the common neceſſitie.*" Ded. to queen Elizab. Pr. Epiſt. " Ymagining with myſelf, that in the beginning of this new yere, and firſte of your moſt " happy reign."

YONGE [a] [ROGERUS] alias INFANTS, in matheſi apprime eruditus, putabat inglorium eſſe theſauros multa lectione, induſtria, experientia etiam collectos ignobiliter abſcondere. Quare, cupiens poſteritati non modo gratus, verum etiam utilis eſſe, librum *De computo* [b] aptum, elegantem, ac undecunque excuſſum obtulit [c]. Ex *Lelando.*

[a] Rogerus Infans, alias Yonge, Mſ. Lel. Trin. Rogerus Yonge, ſive Junius, Bal. x. 88. Piſ. *App.* p. 905. [b] Lib. v. *Cum non ſit humanae benevolentiae.* Mſ. in bibl. Bodl. Digb. 4. Videtur Infans in arte compoti Coryphaeus.

[c] Claruit anno MCLXXVI Oxoniae, et ibi rector ſcholarum, ſive cancellarius, erat. Quidam eundem eſſe cum Rogero Herefordenſi tradunt. *Hiſt. et Antiq. Oxon.* i. 53. Vide Mſ. Br. Twyne in A. Wood. Mſ. Pitſ.

YORK [JOHANNES] ſive de EBORACO, Carmelita Eboracenſis; S. theol. doctor Oxon. et in ſuo coenobio ibidem praelector publicus. Scripſit *Praeconia ſacrae Scripturae*, lib. i. " Ego " ſum Via, Veritas, et Vita." *Lecturas in Geneſin*, lib. i. " In principio creavit Deus coelum " et." *Ordinarias expoſitiones*, lib. i. Olim extitere in bibl. coenobii Norwicenſis. Bal. xii. 35. Piſ. *App.* p. 874, 875.

Z I R

ZIRICHZEA [CORNELIUS a] origine Batavus, ab Eugenio iv pontifice in Scotiam miſſus, ubi monaſterium Edinburgi fundavit, et tandem in Belgium reverſus, Antwerpiae obiit anno MCCCCXLVII. Scripſit *Conciones ad populum Scotiae*, lib. i. *Sermones ad fratres ibidem*, lib. i. *Epiſtolas ad patres Scotos in Belgio*, lib. i. Dempſter. iii. 345.

ZOONUS [GULIELMUS] juris utriuſque doctor, atque juris civilis profeſſor regius in academia Cantabrig. religioni pontificiorum addictiſſimus; Elizabetha regnum ineunte ſolum vertit, et ad Belgas trajecit, ubi Lovanii jus civile publice praelegit. Mox Coloniam Agrippinam, inde Romam ſe contulit, et tandem a papa in quadam civitate Italiae unus ex iis judicibus, quos vulgo Poteſtates vocant, factus eſt. Scripſit *Annotationes in Pomponium Melam.* Pr. " Pomponium Melam tanquam." Colon. MDLXXV. *In novas terrarum incolas*, lib. i. " Caput hoc " novorum." Ibidem. *Epiſtolarum* lib. i. Fatis conceſſit in Italia circa A. D. MDLXXII. Pitſ. p. 766. ſeq.

F I N I S.